Est 54

No 100

D. AVRELII AVGVSTINI

MILLELOQVIVM VERITATIS,

A' F. BARTHOLOMÆO DE VRBINO DIGESTVM.

In quo vnici illius Augustini doctrina mille titulis seu locis communibus in ordinem alphabeticum redactis, ita breuiter & summatim comprehenditur, vt quæcunque à summo illo doctore tradita tractatáque sunt, nullo negotio hîc suo ordine lector reperire possit.

Opus vt antehac nunquam excûsum, ita omnibus literarum bonarum, & maximè sacrarũ studiosis cum primis vtile & necessarium.

Accessit Elenchus titulorum siue locorum communium, quibus adscripti sunt numeri, quo loco singuli tractentur, indicantes.



LVGDVNI,

Ad Salamandræ, Apud Senetonios Fratres.

M. D. LV.

CVM PRIVILEGIO REGIO.

Priuilege.

HENRY Par la grace de Dieu Roy de Françe aux Bailly de Rouen, Diion, & Berry Senechaux de Lyon, Toulouze & Poictou, ou a leurs lieutenans Preuost de Paris, ou a son Lieutenant, & à tous noz autres iusticiers & officiers qu'il appartiendra, & a chacun d'eux en droit soy, salut & dilection. Noz chers & bien aymez Iehan & Claude Senetons marchans, libraires demourans en nostre ville de Lyon, nous ont faict remonstrer que auec grandz fraiz, labeurs, diligences, & longues vacations ilz ont recouuert les coppies & originaux d'vn liure intitulé: MILLELOQVIVM AVGVSTINI, extraictz des œuures & sentences du dict docteur, abregées & reduictes par ordre alphabetique par vn ancien & fameux docteur frere Berthelemy de Vrbino de l'ordre sainct Augustin. Le quel liure ilz ont faict reuoir, corriger, prelire, annoter, & cotter de diphtongues, & accentuer pour le rendre plus facile au soulagement des estudians en Theologie: & iceux faict veoir & diligémēt examiner. Apres quoy ha esté approuué par les docteurs de la faculté de Theologie en nostre ville de Paris comme apert par attestation cy attachée soubz le contreséel de nostre chancellerie, lequel liure lesdictz supplians desireroient faire imprimer, & mettre en lumiere: mais ilz doubtent que autres qu'eux, ou ceux aus quelz lesdictz supplians en auroient donné charge se vousissent ingerer de les imprimer, & que parce ilz fussent frustrez du merite de leurs labeurs, recouurement des grandz fraiz & mises qu'ilz y ont employé, si par nous ne leur estoit sur ce pourueu de nostre grace & letres requises & necessaires humblemēt requerant icelles. POVRCE est il que nous ces choses considerées desirās lesdictz suppliās estre recōpensés de leurs labeurs, fraiz & mises: en ce regard auōs ausdictz supplians permis & octroyé & de noz certaine science, plaine puissance & autorité Royal permettons & octroyons par ces presentes d'imprimer, ou faire imprimer le dict liure & icelluy vendre & distribuer en noz pais, terres, & signeuries sans qu'autres que lesdictz supplians, ou ayans pouuoir d'eux, le puissent imprimer, ou faire imprimer, vendre, faire distribuer ne debiter autres que ceux qui seront imprimez par lesdictz supplians, ou celuy qui aura charge d'eux, en quelque maniere que ce soit, iusques au temps & terme de dix ans, a compter du iour & datte de l'impression dudict liure, & ce sur peine de cōfiscation desdictz liures, & autres amendes arbitraires enuers lesdictz supplians. Si vous mandons, & à chacun de vous commettons en droit soy & si cōme à luy appartiendra que de noz presentz priuilege permission & octroy, & de tout le cōtenu en ces presentes, vous faites, souffrez, & laissez iceux suppliantz & ceux qui auront charge pour eux, iouir & vser plainement & paisiblemēt sans en ce leur faire mettre, ou donner, ne souffrir estre faict, mis, ou donné aucun trouble, destourbier, ou empeschement au contraire: lesquelz si faictz, mis, ou dōnes leur estoiēt, mettez les, ou faites mettre tantost, & sans dehy au premier estat & deu: & a ce faire souffrir & obeir, contraignez ou faictes contraindre tous ceux qu'il appartiendra, & qui pour ce feront a contraindre par toutes voyes & manieres deües & raisonnables, car tel est nostre plaisir nonobstant quelconques edictz, ordonnances, mandementz, deffenses, & letres à ce contraires. Donné a sainct Germain en Laye, le xxvj. d'Aoust, mil cinq cens cinquante cinq, & de nostre regne le neufuiesme.

Par le Roy, maistre Michel Vialar, seigneur de Herses, maistre des requestes ordinaires de l'hostel present, Le Chandelier,

ANNO Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, die vltima mensis Aprilis fuit sacratissima Theologiæ facultas congregata apud collegium Sorbonæ post missam de Spiritu sancto celebratam, super suis agendis audita, obsignata & in Sorbona retenta (vt fieri sole) relatione magistrorum nostrorum, videlicet magistri nostri Chrestien Herouet, Carrerius Ales, qui visitauerunt, & approbauerunt librum intitulatum, MILLELOQVIVM AVGVSTINI, *de quo nostra hæc fuit sententia: vt notatis quibusdam erratis ex vitio Typographiæ enatis, non impedit prædicta facultas quominus imprimatur dictus liber. In cuius rei fidem sigillum suum iussit apponendum. De mandato Dominorum Decani & magistrorum nostrorum sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis.* *I. Fournier.* *C. Herouet.*

Errata quæ Facultas Theologiæ ad collegium Sorbonæ in hoc opere deprehendit, & ita reposuit.

Pagina 708. Secunda mors animam volentem tenet in corpore: lege, nolentem. Pag. 737. lin. 6. Credimus in sanctam Ecclesiam: lege, Credimus & sanctam Ecclesiam. Pag. 742. lin. 5. Neque baptisma hæreticorum prodest: lege, heretico. Pag. 774. sed fatum etiam syderum Christus, qui & ipsam carnem sub cælo creatam ea voluntate assumpsit, qua etiam cælum creauit: ea potestate deposuit & recepit, qua etiam syderibus imperauit. Censuit eadem facultas hanc propositionē vitiari, quia nūquam deposuit carnem. Pag. 778. Nihil aliud est ars quàm anima: & anima nihil aliud est quàm ars eius. hæc quoque vitiatur. Pagina 879. Deus omnium quæ sunt causa est, ergo & sapientiæ suæ causa est hanc similiter vitiari ait. Pag. 15. Non peccat anima nisi per carnem: & paulò pòst: ita caro rebellis & delicata animam consumit & concremat. Hanc propositionem, vt & tres sequentes cautè & prudenter legendas eadem admonet. Pag. 430. Ex consuetudine peccatum non culpatur. Pag. 493. Omne quod scimus, credimus. Sed non omne quod credimus scimus. Pag. 396. Non seducat te illa somniantium superstitio, quæ in visitando confirmat, quia saluat sacerdotem inconsulto ad Deum peccatorum confessio.

CHRISTIANO LECTORI S.

EA SEMPER beneuolentia bonas literas publicámque vtilitatem prosequuti sumus, prosequíque decreuimus, candide lector, vt optimos quosque authores in tuam gratiam & vtilitatem excudi & in lucem emitti hactenus curauerimus: nullis sumptibus parcentes, dum tuæ publicæque vtilitati consuleremus. Testantur id quamplures libri cum studiosis, tum Reipub. vtilissimi antehac à nobis emissi. Ac vt studiosi, maximè sacrarum literarum nostram hanc perpetuam erga se voluntatem cognoscerent, opus hoc & breuissimum & vtilissimum, quod in bibliotheca vetustiore quadam spretum iacere, ac cum blattis & tineis rixari, maximo studiosorum incommodo comperimus, quanta potuimus fide & diligentia, vt in rem Christianam in medium proferretur, effecimus. Indignum enim iudicauimus tam vtilem librum in tenebris latere, eóque diutius studiosos, Rémquepub. carere. Qui vt quàm emendatissimus in publicum exiret, virorum doctorum opera, studio & diligentia, quos in hanc rem aduocauimus, effecisse nos putamus. Quod tute, Christiane lector, legendo deprehẽdes. Præterea singulis locis & sententiis ex Diuo Augustino citatis numeros in margine ascribi iussimus, qui & Tomum, & librum, librique caput, vnde eæ desumptæ sunt, indicent, ita vt nullo negotio integer locus (si quis his non sit contentus) in operibus Augustini reperiri queat. Fuit porrò hoc opus in hunc quem vides ordinem à fratre Bartholomæo de Vrbino digestum, ac in mille velut titulos & summa capita diuisum, maximo sanè labore summáq; diligentia: hincque Milleloquium vocitauit, vt ipse in ea quæ sequitur epistola, testatur. Ea autem diligentia est vsus in hoc opere digerendo, vt qui illud sibi comparauerit, magnis illis voluminibus Augustini facilè careat. Qua ratione consultum iudicauimus iis, qui integra illa opera vel non possunt, vel magnitudine pretij deterriti sibi comparare nolunt: nam minimo pretio totam illius summi & singularis doctoris Augustini doctrinam sibi habere poterunt. Ita enim in eam quam vides summam contraxit frater Bartholomæus quicquid prolixioribus illis libris cum cognitu dignum, tum scitu necessarium continetur, vt qui hoc velut compendium habuerit, nihil præterea eorum omnium quæ ab Augustino tradita sunt, desiderare aut possit, aut debeat. Porrò ea capita & velut communes locos elegit, & in tam facilem ordinem, alphabeticum nempe, redegit, vt quamcunque rem de qua tractauerit Augustinus, siue dicere, siue scribere, siue animi causa aut discendi legere velis, facillimè sub illis capitibus aggestam reperias: vsque adeò vt hac de causa etiam iis qui integra habent opera, maximè profuturum sit hoc compendium. Atque eò studiosius & diligentius opus hoc excudendum curauimus, quòd omnibus sacrarum literarum studiosis valde vtilis, & penè dixerim, necessarius sit Augustinus: adeò vt sine eo vix ad earum perfectam cognitionem perueniri possit. Nemo enim eo sacras scripturas fidelius interpretatur, nemo sensus occultos sagacius inuestigat, nemo acrius hæreticos impugnat, aut subtilius disputat, aut inuoluta definitione enucleatius explicat, aut ambigua distinguit (fuit enim cum omnium artium liberalium peritissimus, tum in Dialectica exercitatissimus) nemo fœlicius inuenit, aut rectius disponit, aut mouet vehementius. Itaq; eo dignitatis & existimationis loco est habitus, vt ab omnibus catholicis & orthodoxis palma ei, nullo reclamante, concedatur: à nonnullísque, nec immerito, Doctorum aquila nominetur. Verum (vt fit) fato nescio quo accidit, vt indoctiore sæculo multa ei scripta putida, & tanto viro indigna ascriberentur, quæ nostro hoc fœliciore tempore à doctis & naris emunctæ viris ceu notha deprehensa, ab eius operibus merito reiecta sunt. Quibus, rudiore illo sæculo (te enim huius rei ingenuè admonere volumus) deceptus frater Bartholomæus Vrbinas, homo simplex & minimè malus, nonnulla ex illis adscriptitiis, eáque perpauca in hoc opus congessit, quæ tu. Christiane lector, nter legendum facilè deprehendes. Ea enim religione librum hunc excudendum curauimus, nihil vt addi vel detrahi, aut immutari passi fuerimus. Poterit & id quod dicimus ex indice librorum Augustini, quem ad finem, huius operis assuit hic noster Vrbinas, perspici: in quo nonnullos falsò Augustino attribuit. Vale Christiane lector, & his fruere, dum Ambrosij pij & facundi doctoris opus sanè elegantissimum, nondum excussum, tibi paramus: nostrósque conatus æqui boníque consule ac adiuua. Lugduni Calend. Maias 1555.

FRATRIS BARTHOLOMAEI SPIRITVS, CONVENTVS CARMELITARVM LVGDVNENSIVM PRIORIS, CARmen Sapphicum in laudem Diui Augustini, & Milleloquij Veritatis nouiter impressi.

Laudibus cœtus resonet canoris,
Cymba Romana recolat triumphos:
Splenduit magni Libycis ab oris
Fulguris ardor.
Doctor insignis datur è supernis
Aedibus: qui nos inopes beato
Melle doctrinæ, placidóque amore
Nutrit olympi.
Pontifex ardens solidúsque doctor,
Hæresum mucro, scelerúmque vindex:
Quando deuicit Manichæa castra
Dogmate miro.
Qualibus verò studiis & arte
Gessit iniunctum sibi principatum,
Mille testatur loquium Vrbini,
Prædicat orbis.
Edocet, scribit, regit, atque pascit,
Vrget, hortatur, rogat, increpátque:
Quando cœlesti peperit loquela
Mellea scripta,
Codices altos quot in arte quauis
Edidit viuens, memorat hic liber,
Et quòd ingentes subiit labores
Ob pietatem.
Vastum Lugdunum Latiæ tum gentis
Roma supremum caput: atque Ganges
Indus agnoscet, Danaique & omnis
Barbara tellus.

FRATRIS BARTHOLOMAEI AB VRBINO EPISTOLA AD CLEMENTEM PAPAM.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITVSSANCTI, AMEN.

SANCTISSIMO Patri patrum & domino, domino Clementi Diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo pontifici, Frater Bartholomæus de Vrbino, ſolo nomine frater eremitarum ſancti Auguſtini, ad pedum oſcula beatorum. Diuinæ benignitatis immenſa clementia re & nomine vrbi & orbi Clementem ſummum eſt largita pontificem: ad quem cum fiducia licet accedere, velut ad omnimodæ largitatis fontē pium. Non temeritatis audacia, ſed ſimplicitatis confidentia induxit me pauperem, vt hoc opus mitterem ad pauperum patrem. Omnipotens enim Deus ad Apoſtolicæ ſedis culmen promouet ſapientes, vel iam vocatos illuſtrat. Vnde tali conſueta pietate, quem ſacrę Theologiæ profeſſorem fecerat dignisſimum, nunc Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtituit epiſcopum. Cui in Salomonis typo, de diuerſis mundi partibus velut equi, præſentantur libri, qui phaleratum faciunt locum, & ſedem pontificabiliter præſidentis. In cuius armario, includuntur immenſi valoris & parui volumina velut in domo regia, cum vaſis aureis & argenteis miſcentur fictilia. Conſideraui nanque, ſanctiſsime pater, quod humanus animus peregrè proficiſcens, naturæ debito (vt puto) tenetur ſe vixiſſe monſtrare: ne abſcondendo talentum, in vacuum cucurriſſe probetur. Et quia alius ſic vadit, alius autem ſic: ideo varij ſunt ſtatus viuentium, ritus & affectus. Pars autem melior, contemplandi ſtudio retrahitur proculdubio, ne infrænis & petulans euagetur, ſæculíque neimplicetur anfractibus, ſtans in timore iuxta pedes Domini, vbi vacans paſcitur, & venæ vitæ hauſtu interior homo ſitiendo repletur, nō redundādo ſolùm, ſed aliis diuidendo: vt ſicut exultans in meſſe, ſuffarcinatus manipulis, Deo potenti reddat cum fœnore debitum. Sed ego mendicus, & pauper in ſcripturarum campo, palæſtram mei ſtudij exercendo, cum caream ordine tribunatus, velut gregalis alienigena, inſignia gero: alienáque verba compilando tranſcribo: & in paucioribus viam autumans magis fore tutam, cæteris non ſpretis, ſed prętermiſsis, Patris noſtri Auguſtini libros potius percurrendo quam ſubtiliter ſtudendo, perlegi: verbáque egregia eligendo, in ſubſcriptum opus excerpſi: non ignarus me plures habiturum reprehenſores, cum talis compilatio magis ſit vtilis, quam ſubtilis. Sed quamuis inefficax videatur eſſe ſtudium quod ingenij caret effectu, tamen hæc verba tanquam fundamēta in montibus ſanctis, meę ſufficiunt facultati. Conſideraui nanque ſanctorum Bernardi compilatorem atque Gregorij: volui ob deuotionem (cui ex profeſsione obligor) eſſe æqualiter Auguſtini, imitatus Archidiaconum Aretinæ Eccleſiæ qui de dictis huius doctoris eximij, omnes ferè epiſtolas Pauli exponendo gloſſauit, ſequutus eſt Eugenium abbatem, qui de libris eiuſdem volumen ſub vocabulo florum paradiſi, tranſcripſit. Occurrit inſuper moderna inſpectio viri ſpectabilis amici, Domini Ioannis Andreæ de Bononia, Decretorum doctoris egregij, in quo Dei gratia in moribus, & ſcientia declaratur: qui de vita & libris beati Hieronymi luculenter librum edidit, quem Hieronymianum nūcupauit. Per literas autem alphabeti, iuxta morem communis tabulę, præſens opus ordinaui: conatúſque fui, vbi potui, hunc ordinem in ſcribendo tenere: vt continuatione quadam, ſibi inuicem hæc originalia reſponderent: & vbi potui, prius diffinitio quam diſtinctio, ſeu commendatio, vel altera quæuis notificatio rei de qua ſcribitur, poſſet haberi. Nec doctoris nomen inſerui, cum ab exordio omnia intelligantur fore Auguſtini. Alicubi tamen quæ recitat aliorum, ſcripſi: non ob aliud, niſi quia ipſe reſcripſit. Quæ cuncta notaui. Librorum nomina, partes, & capitula, vbi valui aſsignaui. Quorum omniū librorum tractatuum, epiſtolarum, homiliarum & ſermonum quæ vidi, nomina, continentium principia, & vbi expedit, retractationem quam fecit, in fine huius operis abbreuiando poſui: vt pateat florigerus ager, vnde florum faſciculos legendo compoſui. Et ſi quis dicat me ſuperflua compilaſſe, credat certiſsimè, non fore ſuperfluum, quod alicui eſt neceſſariū. Et qui dicent quod vtiliora, & pulchriora dimiſi, ac materias indebitas applicaui, & quas debui prætermiſi, plúſq; de quibus minus erat dicendum ſcripſi, ſeu econtrario feci, ſciant me toto conamine inſudaſſe, vt completè facerem: ſed non occurrit aliter facere potuiſſe. Tabulam autem extraordinaui qua apparet nihil hîc ſuperfluum contineri, & idem originale ad plura pluriéſque ſeruiſſe, & ad idem alia dici poſſe. Diſquirentis tamen animaduertat ingenium, mihi facile non fuiſſe multa volumina reuoluendo flores eligere: cum non in eodem loco & tempore libros omnes habuerim, & nihil niſi quod in originali proprio vidi, hîc reſcripſerim. Verum ſi inſcientiæ formidoloſa ſuſpicio excuſandi quęrat ſuffragium, ſatis eſt me non præiudicare alicui, vt perfectius faciat opus aliud, cum vnuſquiſque abundet in ſuo ſenſu. Sed quia culpas neſcire conſueuit humilis petitio veniæ, vos, Pater ſanctiſsime, opus & opificem corrigite, in cuius conſpectu facile eſt honeſtare pauperem. Cui ob hoc opus ipſum præſumitur præſentari quia & inter doctoris in actu quolibet ſapientiſsimæ eloquentiæ aureolam per antonomaſiam obtinetis, & nunc paſtorali cura vniuerſalis regiminis implicatus, facilius quod quæritur ad noſtrum propoſitum habeatis, & veſtra deuotio quam habetis ad hunc præſulem & doctorem, oculis plurium præſentetur. Reuerendo autem patri, fratri Dionyſio de Mutina, ſacrę paginæ profeſſori, & nunc priori generali meo, ſub cuius magiſterio apud Bononiam compilaui, placuit ipſum opus Milleloquium veritatis Auguſtini debere intitulari: quia in mille capitulis continetur. In omnibus tamen non præco, ſed iudex laudetur: vt ad locum vnde exeunt, reuerti flumina videantur.

INDEX CAPITVM PRAESENTIS operis.

A

Philo

Specul

Indicis finis.

ISTA SVNT NOMI na virorum illustrium qui in prologo huius operis introducun tur ad laudem beati Aug.

Primus Alanus.
2. *Alipius.*
3. *Auselmus.*
4. *Audax.*
5. *Beda.*
6. *Bernardus.*
7. *Boëtius.*
8. *Bonifacius comes*
9. *Caßiodorus.*
10. *Celestinus papa primus.*
11. *Consentius.*
12. *Datius episcopus.*
13. *Eugepius abbas.*
14. *Eusebius.*
15. *Fratres eremitæ de monte Pisano.*
16. *Giuaudius.*
17. *Gregorius.*
18. *Haymo.*
19. *Hilarius.*
20. *Hugo de sancto Victore.*
21. *Hieronymus.*
22. *Isidorus.*
23. *Iulianus episcopus.*
24. *Lauren. vir clarißimus.*
25. *Licentius.*
26. *Longimanus.*
27. *Macedonius.*
28. *Nebridius.*
29. *Orosius.*
30. *Paulinus.*
31. *Petrus Damianus.*
32. *Poßidonius.*
33. *Pollicratus.*
34. *Prosper.*
35. *Quoduultdeus.*
36. *Remigius.*
37. *Richardus de S. Victore.*
38. *Seuerus.*
39. *Sidonius.*
40. *Valentinus monachus.*
41. *Volusianus.*

INCIPIT MILLELOQVIVM VERITATIS AVGVSTINI, COMPILATUM à fratre Bartholomęo de Vrbino, ordinis fratrum eremitarum.

PROLOGVS.

Iam bibe iam sancti Augustini fonte beato,
Præsulis Aurelij salientis gurgite sacro.
Sic Augustinum, lector, cognosce vocatum,
Hunc dum sacra fides suscepit fonte renatum.

BEATI AVRELII Aug. Doctoris eximij intelligẽtiã admirabilem, sapientiã cõmẽdabilẽ, doctrinam desiderabilẽ, eloquentiã insuperabilẽ, & gloriã ineffabilẽ, Isaias propheta, non præsentiũ interrogantis officio, sed futurorũ prophetantis ministerio, describit in capit. xxxiij. cũ dicit. Vbi literatus? Vbi verba legis põderãs? Vbi doctor paruulorũ? Populũ insipientẽ nõ videbis, populũ autẽ alti sermonis. Quia literatus fuit, ideo dicit Beatus Prosper, libro de vita contẽplatiua. Aug. Episcopus acer erat ingenio, suauis eloquio, sæcularibus literis peritus, ĩ Ecclesiasticis laboribus studiosus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione cõpositus, in quæstionibus soluendis acutus, in cõuincendis hæreticis circũspectus, ĩ expositione fidei nostrę catholicus, in explanandis scripturis canonicis cautus. Quẽ in libellis meis pro possibilitate mea, sum sequutus.

[*Tom. II. Epist. 21.*] Vnde Logianus, in quadã ad eũ Epist. respõsiua. Beatus sum, & relucentis puro virtutis tuę lumine, admodũ illustratus, q̃ dignũ me Diuini tui affaminis honore cumulãdũ esse duxisti. [*Tom. II. Epist. 71.*] Et Nebridius, in Epist. quadã ad eũ, cõmẽdãs eũ literatum. Epist. tuas August. placet ita seruare vt oculos meos. Sunt enim magnæ, non quantitate, sed rebus: & magnarũ rerũ magnas cõtinent probationes: Illæ mihi Christum, illæ Platonẽ, illæ Plotinum sonabunt. Erunt igitur mihi, & ad audiendum propter eloquentiã dulces: & ad legendum propter breuitatẽ faciles, & ad intelligẽdũ propter sapientiã salubres. Curabis ergo, quod tuæ sanctæ menti, sanctum bonúmque visum fuerit, me docere. [*Tom. eod. Epist. 51.*] Similiter testatur Macedonius, in Epi. ad eũ. Domine meritò venerabilis, & verè suscipiende Pater August. explicui libros tuos (neque enim tam languidi, aut inertes erant, vt me aliud, quam se curare paterentur) iniecerunt manum, ereptúmque aliis solicitudinibus, suis vinculis alligauerunt. Ita enim mihi Deus propitius sit, vt ego anceps sum, quid in illis magis mirer, sacerdotij perfectionem, philosophiæ dogmata, historiæ plenã notitiã, an facundiæ plenã iucunditatem, quæ ita imperitos etiam allicere potest, vt donec explicent, non desistant: & cũ explica- [A] uerint adhuc requirant. Quia fuit verba legis ponderans, ideo Volusianus in Epist. [*Tom. eod. Epist. 2. in fine.*] Accepisti vir totius gloriæ capax, imperitiæ meæ confessionẽ. Quid à patribus nostris desideretur agnoscis. Interest famæ tuę, vt quęsita nouerimus. Vtcunque absque detrimẽto cultus Diuini, in aliis sacerdotibus toleratur ĩscitia: At cũ ad Antistitẽ August. venitur, legi Dei deest, quicquid contigerit ignorari. Incolumẽ veneratione tuã, Diuinitas summa tueatur. Vnde Paulinus in Epistol. ad eũ. [*Tom. eod. Epist. 58. in fine.*] Expone mihi hoc: quia lucere non dubito sanctæ animæ tuæ, quæ de interioris oculi puritate, meruit illuminationẽ Spiritus sancti, per quã scrutari & inspicere possit etiã alta Dei. Deus misereatur mei, per orationes tuas, & illuminet vultum suũ super me, per lucernã verbi tui, Sancte [B] Domine, charissime frater in Domino Christo: vnanime Magister meus, in fide veritatis: & susceptor meus, in visceribus charitatis Christi. [*Tom. eod. Epist. 13.*] Hieronymus, in quadã Epist. ad eũ. Absit à me, vt quicquã de libris Beatitudinis tuę, attingere audeam, sufficit enim mihi, probare mea, & aliena nõ carpere. Et meritò: q̃a vt dicit in quadã alia. [*Epist. 30.*] Duobus libellis tuis, quos meo nomini dedicasti, eruditissimis, & omni eloquẽtię fulgore ac splẽdore fulgẽtibus respondere nõ potui. Nõ q̃d quicquã in illis reprehendendũ putẽ, sed quia iuxta Beatũ Apostolũ, vnusquisque in suo sensu abũdat: [*Rom. 14.*] alius quidem sic, alius autẽ sic. Certè quicquid dici potest, & sublimi ingenio, de scripturarũ sanctarũ hauriri fontibus, à te positũ atque dissertum est. Sed quæso reuerentiã tuam, parũ patiaris me tuũ laudare ingeniũ. Nos enim inter nos eruditionis [C] causa disserimus. Cæterũ æmuli, & maximè hæretici, si diuersas inter nos sẽtẽtias viderint, de animi calumniabuntur rancore descẽdere. Mihi autem decretum est te amare & suscipere †, colere & mirari: tuáque dicta, quasi mea defendere Papa Gregorius ad Innocentium præfectum Aphricæ. Quod expositionem sancti Iob vobis transmitti voluissetis, vestro studio congaudemus: sed si deliciosiori cupitis pabulo saginari, beati Aug. cõpatriotæ nostri, opuscula legite: & ad cõparationẽ illius similaginis, nostrũ furfurẽ non quæratis. Vnde Quoduultdeus Diaconus in quadam ad eum Episto. [*Tom. VI. Epist. 1.*] Panẽ Afrũ quem nostra prouincia solet habere præcipuum, etiã cœlesti manna conditũ, serò pulsanti, famẽ tamẽ patiẽti non deneges. Quare Alischalus † in prologo Mo- [D] nologiõ. Nihil potui inuenire me, meũ dixisse, quod non catholicorũ patrum, & maximè Beati August. dictis cohæreat. Et Beda in libro de temporibus. Omnibus his integram præferens veritatem, quem præeminentissimus doctorũ Aug. in suis libris inseruit. Boëtius etiam in prologo libri sui de Trinitate. Vobis tamen illud inspiciẽdum est, an ex Beati Aug. scriptis rationũ semina aliquos in vos veniẽtia fructus attulerint. Nã vt dicit Gẽnadius de Viris Illustribus. Aug. Apher, Hipponiæ regione oppido Eps̃, vir eruditione Diuina & humana orbi clarus, fide integer, vita purus, scripsit quanta nec inueniri possunt. Quis ergo

[† *suspicere, legendũ arbitror.*]

[† *Aliàs, Anselmus.*]

ergo glorietur oĩa ſe illius habere? aut quis tãto ſtudio legat, quanto ille ſcripſit? Edidit iã ſenex, quod iuuenis incœperat, de Trinitate libros xv. in quibus (vt ſcriptura ait) introductus in cubiculũ regis, & decoratus veſte multifaria Dei ſapientiæ, exhibuit Eccleſiã non habentem maculã neque rugã, aut aliquid huiuſmodi. De reſurrectione etiam mortuorũ, ſimili cõcurrit ſynceritate. Et licet minus capientibus, dubitationẽ de abortiuis ingeſſerit, catholicus tamẽ remãſit. Proſper in Epiſt. ad ipſum cõtra Pellagianos. Beatitudini tuæ ſcribere audeo: nõ ſolùm ſalutationis ſtudio, ſed etiam fidei quę Eccleſiæ viuit effectu. Excubante enim pro vniuerſis mẽbris corporis Chriſti vigilantiſsima induſtria tua & aduerſus hæreticarum inſidias doctrinarũ veritatis virtute pugnante, nullo modo mihi verẽdum putaui, ne oneroſus tibi, vel importunus eſſem in eo, qđ ad multorũ ſalutẽ, ac perinde ad pietatem tuam pertinet: cum potius reũ futurum me eſſe crederem, ſi ea quæ valde pernicioſa eſſe intelligo, ad ſpecialẽ patronũ fidei non referrẽ. Tribue ergo nobis, in hac cauſa, papa beatiſsime & Pater optime, quantũ iuuante Domino potes, diligentiam pietatis tuę: obſecro, vt quę in iſtis quæſtionibus obſcura, & ad percipiẽdũ difficiliora ſunt: quàm lucidiſsimis expoſitionibus aperire digneris. Omnium enim noſtrũ fatigatio, prouidẽte in hoc ſæculo præſenti Dei gratia, in tuæ charitatis & ſcientiæ vigore ſperat: adde eruditionem humilibus: adde increpationem ſuperbis. Et Hieronymus in lib. de xij. doctoribus. Auguſt. Epiſcopus volans per montiũ cacumina quaſi aquila, & ea quæ in montium radicibus fiant, non conſiderans, multa cœlorũ ſpatia terrarũmque ſitus, & aquarũ circulũ, claro ſermone pronuntiat. Qui enim in lignũ fructuoſum aſcendere vult, paulatim ſuperiora & maiora carpere poma feſtinat: proximos autẽ ramos paruulis relinquit. Et nos qui paruuli ſumus, infirmi atque minores, ſi inferiora cõgregare volumus, nobiſcũ bene agetur.

Tom. VII.

Sub finem Epiſt.

In calce Epiſt.

Et ideo fratres eremitę de mõte Piſano ei dicebant, vt habetur circa principiũ ſui libri, de Cognitione veræ vitę. Gratias Deo perſoluimus, cuius dono, apertè in dubiis rebus certificari poſſumus: quoniã videmus ſapientiã Dei in te cõfluxiſſe. Ergo ne ad patriã tendẽtes, in via laſſabundi deficiamus: paſtu potũque vitę, vt ſoles, refice.

Cap. I. Tom. IX.

Conſentius in Epiſt. ad Auguſt. Tu tamẽ, vir admirabilis, cui Pater noſter, ille ſolus conſcius ſecretorum, qui habet clauẽ Dauid, ſereniſsimo cordis obtutu cœlorum machinã penetrare conceſsit: & reuelata (vt ſcriptum eſt) facie, gloriam Domini ſpeculari, in quantum tibi ille qui huiuſmodi cogitationẽ dedit, promendi dederit facultatem, enuntia nobis aliquã ineffabilis ſubſtãtiæ portionem & imaginẽ ſimilitudinis eius ipſo adiuuante exprimere, inquantũ potes verbis enitere: quoniã niſi tu tãtę rei dux ac magiſter affulſeris, velut lippiẽtibus oculis proſpicere in eã, tãti luminis repercuſſa fulgore cogitatio noſtra formidat. Intra ergo in illã (quæ noſtros arcet intui- A tus) myſteriorũ Dei, obſcuriſsimã nubẽ: quæſtiũculas in quibus abſoluẽdis me errare cognoſco, q̃ authoritatẽ ſanctitatis tuę, fide magis ſeqvolo, quã rationis corde cõceptæ, falſa imagine deprauari. In fine Epiſt. Doctrinæ tuæ, ingeniique ſerenitas ita nebulã noſtrę mentis abſtergat, vt quod nũc cogitare nõ poſſumus, à te declaratũ intelligẽtię oculis videre valeamus. Audax in Epiſt. ad eũ. Aug. ſectator iuſtitiæ, inſtaurator ſpiritualis gloriæ, diſpenſator ſalutis æternæ, tã tibi mundanus orbis notus eſt, quã notatus: tã tu ei cognitus, quam probatus. Opto itaque tuæ ſapientiæ floribus paſci: & viui fontis hauſtibus irrigari. Verſus Audacis.

Epiſt. 122. Tmo. II.

Epiſt. 130. Tom. eod.

Cur mihi fons orbis paruo ſermone meauit?
An minus apta ſuis ſperauit corda fluentis?
B *Cum pateat mens omnis aquis, ſpectẽtque loquacem*
Religionis opem, gratos dat ſenſibus imbres,
Expectat quos plena fides Chriſti de ſtipite pẽdens.

Quoduultdeus Diaconus in prima ad eũ Epiſto. Cũ pro certo nouerim oſtiũ Diuini ſermonis, qđ venerationi tuæ cœleſtis gratia patefecit, paratámq; eſſe mẽtẽ ſãctã tuã, quã poſsidet Chriſtus, non ſolũ cunctis volentibus pandere, verũetiam nolentibus: vt introire nõ pigeat, perſuadere: occupationi reuerẽtię tuæ multiloquio ſuperfluo, morã non faciã: ſed deſideriũ obſecrationis meę, breuiter indicabo. Et infra. Video quã oneroſus exiſtã, meliora cogitãti, & maiora diſponẽti Sancto ſeni, & querelas corporis ſuſtinenti. Sed per Dominum Chriſtum rogo, qui te participem ſapientiæ ſuę ſine inuidia eſſe conceſsit: vt hãc gratiã dones indoctis Eccleſiæ, qui te agnoſcis ſapiẽtibus & inſipientibus debitorẽ, meritò ac iure dicturus: videte quoniã nõ ſolũ mihi laboraui: ſed C omnibus exquirẽtibus veritatẽ. Quia doctor fuit paruulorũ. Paulinus & Theraſia, in Epiſt. ad Romanianũ. Augu. doctrina, tanquã manus matris, & vlna nutricis, inſtabilẽ regit paruulũ. Quẽ ſi audias, & ſequaris (vt rurſum te ſermone Salomonis alliciam) fili coronã accipies gratiarum. Et infrà metrice.

Tom. VI.

Sub finem Epiſt.

Tom. II. Epiſt. 36.

Sed tibi nate precor ſemper pater Auguſtinus
Occurſet cunctis vrbis ad ille cebras:
Illum tanta inter fragilis diſcrimina vitæ
Aſpiciens & habens pectore, tutus eris.

Spondaicus verſus. Ex Carmine elegiaco Paulini ad Licentium.

Si enim legem patris tui. i. fidẽ Aug. & cõſilia matris tuæ, quod ęque nomẽ in te Aug. pietatis iure ſibi vẽdicat, & audias & ſequaris, tũc verè eris ille, non phãtaſmate ſomniatus, ſed ab ipſa veritate formatus Cõſul & Põtifex, vacuas imagines falſi D operis implẽte Chriſto, ſolidis ſuę operationis effectibus: verè enim Põtifex, & verè Cõſul eris, ſi Augu. veſtigiis propheticis & Apoſtolicis diſciplinis, vt Sãcto Eliæ Beatus Eliſeus: vt illuſtri Apoſt. Timotheus adoleſcẽs adhęreas, indiuulſo ꝑ itinera Diuina comitatu: vt & Sacerdotiũ corde perfecto diſcas mereri: & populis ad ſalutẽ Magiſtri ore cõſulere: ſatis eſt hoc monitis & hortatui. Modico enĩ ſermone & labore, te arbitror, mi Licenti, ad Chriſtũ poſſe ſcitari. Iã à pueris ſemꝑ ad ſtudia veritatis & ſapiẽtię (qđ vtrũq; eſt Chriſtus

Tom.I. omnis verè boni summũ bonũ) venerabilis August. spiritu & ore inflãmatũ. Alipius in fine lib. iij. contra Academicos, ca. xx. alloqués socios secũ & cũ Augustino disputãtes, sic cõcludit de August. Quid inqt huius sermonis lepore iucũdius? Quid sẽtẽtiarũ grauitate perpesius? Quid beneuolẽtia prõptius? Quid doctrina hac peritius videri, aut exhiberi potest? Prorsus nequaquã dignè admirari possum, quod tã facetè aspera, tã fortiter desperata, tã moderatè conuicta, tã dilucidè obscura, pertractata sunt. Quare iã socij mei, expectationẽ vestrã (qua me ad respõdendũ prouocabatis) certiore spe, vnà mecũ, ad discẽdũ cõuertite. Habemus enim ducẽ, qui nos in ipsa veritatis arcana, Deo iam mõstrãte, perducat. Hilarius Arelaten. in quadã ad eũ Epistola. Nolo Sanctitas tua, sic me arbitretur hęc scribere, quasi de iis, quæ nũc edidisti dubitẽ: mihi sufficit pœna mea, quod à præsentiæ tuæ deliciis exulatus vbi salubribus tuis vberibus nutriebar &c. Vnde Licẽtius metricè in Episto. ad eum, eius doctrinam recipiens charam & liberam.

Tom. VII.

Tom.II. Epist.39.

Ante sub Aegeo optabunt pia tecta palumbes,
Et versa Halcyone componet in arbore nidos.
Esuriens vitulos alet ante leæna sequaces,
Atque impasta diu teneros lupa nutriet agnos
Mutantésque suis diuisum partibus orbem.
Aut Barcæus alet taurum, aut Hyrcania tauros,
Ante Thyesteis iterum male territa mensis
Interrupta dies refugos vanescet in ortus.
Ante dabunt imbres Nilum, super æthera damæ
Errabunt, montésque canent & flumina plaudent,
Quàm mihi post tergũ veniant tua dona Magister.

Ideo Cassiodorus, in Prologo super Psalteriũ. Tunc ad Augustini facundissimi Patris, confugi opimantissimam lectionem: quocircà memor infirmitatis meæ, mare ipsius, quorumdam Psalmorum fontibus perfusum, Diuina misericordia largiente, in riuulos vadosos, compendiosa breuitate deduxi: vno codice tam diffusa complectens, quod ille in decadas quindecim mirabiliter explicauit. Sed vt quidam ait, Tale est de eius spiritu, aliquid surripere, quale Herculi clauam de manu tollere. Est enim literarum omnium egregius Magister: & (quod in vbertate rarũ est) cautissimus disputator. Decurrit quippe tanquã fons purissimus, nulla fece pollutus: sed in integritate fidei perseuerans, nescit hæreticis locum dare, vnde sese possit aliqua colluctatione defendere. Totus catholicus, totus orthodoxus inuenitur: & in Ecclesia Domini suauissimo nitore resplendens, superni luminis claritate radiat. Polycratus lib. ij. cap. xviij. Narrationis authorem magnum teneo Augustinum. Et infrà, cap. xxiij. Ne me solius opinionis lubrico fluctuare putes, authorem, quo me tueor, magnum perfero Augustinum. Causam ponit lib. quarto, cap. ij. Magnus Pater, & fidelis doctor Ecclesiæ est Augustinus: qui licet sub ambiguitate proponat multa, quę alij confidentius audaciúsque loquuntur, mihi tamen non videtur quisquam loqui securius: qui ita circunspectus est in verbo, ne prolabi possit ad falsa. Posidonius eius compilator historiæ. Augustinus sapientiæ lumen præfulgidũ, propugnaculũ veritatis, omnes Ecclesiæ doctores, tam ingenio, quàm scientia, vicit: incomparabilis, florens tam virtutũ moribus, quàm influentia doctrinarum. Versus Posidonij.

Augustine tonas Diuini fulmine verbi.
Mentitur qui te totum legisse fatetur.
Omnia quis, lector, nunc tua habere potest?
Nanque voluminibus mille Augustine refulges,
Testantur libri quod loquor ipse tui.
Quamuis multorum placeant volumina libris,
Si Augustinus adest sufficit ipse tibi.

Hic sequitur Alanus infrà.

Prodigus in sensu verbo Augustinus abundans,
Mente sed ore minor, fructu non fronde beatus.
Sensus diuitias verbi breuitate coarctat.

Hieronymus in fine libri contra Pelagianos. Scripsit dudum vir Sanctus & eloquens Episcopus Augustinus ad Marcellinum (qui postea sub inuidia tyrannidis Heraclianæ, ab hæreticis innocens cæsus est) de infantibus baptizandis duos libros contra hæresim vestram, per quam vultis asserere baptizari infantes non in remissionem peccatorum: sed in regnum cœlorũ: Tertium quoque ad eundem Marcellinum contra eos qui dicunt idem, quod vos posse hominem sine peccato esse si velit absque Dei gratia: Et quartum nuper ad Hilarium contra doctrinam tuam multa peruersa fingentem. Alios quoque specialiter tuo nomine cudere dicitur, qui nec dum in nostras deuenere manus. Vnde supersedendum huic labori censeo, ne dicatur mihi illud Horatij, In syluam ne ligna feras. Aut enim eadem dicemus ex superfluo: aut si noua voluerimus dicere, à clarissimo ingenio occupata sunt meliora. Isidorus lib. vj. Etimolog. & Hugo de sancto Victore in Didascalon, lib. iiij. cap. xv. De nostris apud Græcos Origenes, in scripturarũ labore, tã Græcos, quàm Latinos, operũ suorũ numero superauit. Denique Hieronymus sex millia librorũ eius legisse fatetur. Horum tamen omniũ studia Augustinus ingenio & scientia sua vicit. Nam tanta scripsit, vt diebus ac noctibus, non solũ non scribere quisquam valeat libros eius, sed nec legere quidem possit. Haymo in cõmentario, super ij. ad Corin. Secundum Beatũ August. necesse est ad altiora conscendere, & profundiora scrutari: qui in lucidandis quæstionibus, omnes doctores excedit. Remigius ibidẽ. Sicut sol in lumine excedit omnes planetas, ita August. omnes excessit in exponendo sacras scripturas: Alij Doctores cõparantur stellis, ipse Augustinus comparatur soli: quia sicut stellæ lumen à sole recipiunt, ita omnes alij, lumen veræ sapientiæ, à fonte suę doctrinæ hauriunt, ipsúmque deinde in alios diffundunt. Vincentius in speculo historiali, lib. xix. cap. xv. Archadij & Honorij temporibus, scilicet, anno Domini tricẽtesimo nonagesimo octauo, mundi verò 5538 Augustinus in Ecclesia philosophatus est. Eius librorum, tractatuum, atque sermonum & Epistolarum numerus plus-

Lib.3 & in 1. parte Epist.

Horat. 1. serm.

quam ad mille xxx. extenditur: multis etiam numero non comprehensis. Sanctus Dacius Episcopus Mediolan. cuius memoriam facit Gregorius in quarto Dialo. loquitur de cõuersione August. lib. j. cap. x. suæ chronicæ, dicẽs sic, Eodẽ tempore contigit, vt quidam magnus sapiens, Manichæorum esset errore seductus, nomine Augustinus, argumẽtis Dialecticis armatus, & postea Dei fidelis & catholicus viuens Episcopus, cum in Ecclesia Mediol. non orationis curiositate, neq; secũdũ causam vtilẽ vidẽdi & audiendi Diuini mysterij, sed reprehendẽdi gratia, Beatũ Ambrosiũ de incarnatione Domini ad populum inuenisset tractantem atque prædicantẽ: oblitus sui & suarum omnium cogitationũ, pallens & tremens, omnibus qui aderant videntibus obriguit: ac etiã finita monitione, quam ad populum Beatus Ambrosius ministrabat, primus ad eum August. peruenit. Beatus autẽ Ambro. cognita eius scientia, patefactáque eius disciplina, quid in arte valeret, qualiter quoque in fide catholica dissentiret, & per Spiritum sanctum cognoscens qualiter fidelis & catholicus futurus esset, placidissimè & multum charitatiuè eum suscipit. Itaq; lætabatur beatus Ambrosius super eum, sicut in Euangelio de quodam patre legitur, qui cadens super collũ filij sui quẽ perdiderat, & imponẽs annulũ in digito eius, plorabat dum osculabatur eum. Tãdem verò post multos dies nutu Diuino, sicut multis videntibus & sibi consentientibus, palam oberrauerat: sic in fontibus qui beato Ioanni ascribuntur, Deo opitulante, à beato Ambrosio cũctis fidelibus vrbis astantibus & videntibus, in nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis baptizatus & confirmatus est. In quibus fontibus prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, Te Deũ laudamus decantantes, cunctis qui aderant audientibus & videntibus, simúlque morantibus, ediderunt, quę ab vniuersa Ecclesia catholica vsque hodie tenetur & religiosè decantatur: Et quasi ditati multis diuitiis, & inæstimabilibus margaritis, mutuò in Deo lætantes, cum gratiarum actione cibum sumentes, vt erant magno gaudio gauisi, confortati sunt. Quare Seuerus in quadam ad eum Epist. Viscera tua venerabilis, ac desiderabilis, & toto sinu charitatis amplectẽde Episcope Augustine, viscera pinguia sagina cœlesti, & condita omni sagina spirituali: viscera tua, viscera pura: viscera simplicia: nisi quod duplici sunt vinculo redimita gemmæ charitatis: viscera tua, viscera pertusa lumine veritatis: & refulgentia veritatem. Horũ me emanationi, & resultationi subiicio: quo nox magna, in lumine tuo deficiat, vt in Dei charitate simul ambulare possimus. O verè artificiosa apis Dei, construens fauos, Diuini nectaris plenos, manantes misericordiã & veritatem: per quos discurrens deliciatur anima mea: & vitali pastu, quicquid in se minus inuenit, aut imbecillũ sentit, resarcire, & refulcire molitur. Benedicitur Deus per præconiũ oris tui, & fidele ministeriũ. Vnde Paulinus ad Romanianũ, & habetur idem vij. quæst. j. Non tantũ hoc scripsimus gratulan-

Tom. II. Epist. 37.

Tom. II.

A dum, quod Episcopatũ Augustinus susceperit: sed quod hãc Dei curã, meruit Africana Ecclesia: vt verba cœlestia Aug. ore perciperet: qui ad maiorẽ Diuini muneris gratiã, nouo more prouectus, ita consecratus est: vt nõ succederet in cathedra Episcopo, sed accederet. Nã incolumi Valerio Hipponẽsis Ecclesiæ Episcopo, Coepiscopus August. est effectus. Quia verò nõ vidit populum insipientẽ. i. hęreticũ nullũ, quẽ nõ vicit. Bernardus super cãtica, ser. viij. August. hic est malleus hæreticorũ. Paulinus in Epist. ad eũ. O verè sal terræ quo præcordia nostra, ne possint sæculi errore vanescere, cõdiuntur. O lucerna dignè super cãdelabrũ Ecclesiæ posita, quæ latè Ecclesiasticis vrbibus, de septiformi ligno, pastũ oleo lætitiæ lumẽ effundẽs, densas licet hæreticorũ caligines

B discutis: & lucẽ veritatis, à confusione tenebrarũ, splẽdore clarifici sermonis, enubilas. Propterea Hieronymus in Epist. ad eũ. Domino sancto, ac beatissimo Papę Augustino Hieronymus. Omni quidẽ tẽpore, beatitudinẽ tuã, eo quo decet honore veneratus sum & habitãtẽ in te dilexi Dominũ saluatorem: sed nũc si fieri potest cumulo aliquid addimus, & plena cõplemus: vt absque tui nominis mentione, ne vnã quidẽ horã præterire patiamur, qui cõtra flantes ventos, ardore fidei perstitisti: maluistíque quãtũ in te fuit, solus liberari de Sodomis, quam cũ pereũtibus cõmorari. Scit quid dicã prudentia tua. Mactè virtute in orbe celebraris. Catholici te cõditorẽ antiquæ rursum fidei venerãtur, atque suspiciunt: & quod signũ maioris gloriæ: omnes hæretici dete-

Tom. II. Epist. 25.

C stantur: & me pari persequũtur odio: vt quos gladiis nequeũt, voto interficiant. Incolumẽ, & mei memorẽ te Christi Domini clemẽtia tueatur: Domine venerãde & beatissime Papa. Vnde Cassiodorus lib. de institutione Diuinarũ loquutionũ, ca. xxij. Doctor eximius est beatus August. quia debellator hæreticorũ, defensor fideliũ, & famosorum est palma certaminũ. Iulianus Episcopus ad Præfectũ vrbis Romæ. August. velut flamma splendida charitatis, homo acutus in omni veritate, cõtradicentiũ cateruas redarguẽdo superauit: percussit hæreticos: ꝓstrauit omnes aduersarios. Hilarius in Epist. ad Amatũ diacon. Doctor excellentissimus August. defensor fidei nostræ, in Diuina meditatione semper assiduus, metu mortis intrepidus, destruxit sacrilegos, atque supera-

D uit hæreticos. Eusebius Cremonen. in Epist. ad Aportunensem Episcopũ Damasum, & ad Theodorum Senatorem scribit, quod sanctus Hieronymus in obitu suo multa dicens narratione digna, de beato Augustino memoriã fecit in hunc modũ, Gaudiũ & cõsolamen habeo, quod virum mirabilẽ, & multæ scientię & bonitatis Augustinum Hipponensem Episcopũ, omni veritate & perfectione redimitũ, post me relinquo: propter quẽ multã fiduciã habeo in Christo Iesu sustentãdi fidẽ nostrã: cui de me scribẽs rogato vt tãquã fidelis miles pugnet, ne veniãt (quod absit) mala genti nostræ. Eusebius Abbas, in Prologo lib. de florib. Paradisi, Inter magnos & egregios catholicæ do

licæ doctores Ecclesiæ, præclarum fuisse & esse Beatū Augustinū quis ignoret Episcopū? Quē cū Diuina & humana eruditione mirabilē, omnes orthodoxi, in toto terrarum orbe venerentur, præcipuè tamen Apostolicæ sedis Antistites, scripta eius sua authoritate firmantes, tanto maiori studio semper amplexi sunt, quāto ampliori solatio eis vsos se fuisse testantur. Nā contra multos hostes Ecclesiæ dimicātes, & maximè cōtra versipelles inimicos gratiæ Dei, doctrina eius instructi, vel potius eadem illustrati gratia, semper extitere victores: cuius victoriæ præmia intantum donante Deo posteris prosunt, vt & ieiunos copiosius pascant, & fortes armis spiritualibus muniant. Catholica siquidem Diuinæ legis ipsius explanatio, non solùm esurientibus alimonia, sed & dimicantibus efficitur armatura. Ita non immerito, illius successores (quibus pascēdas oues Dominus ore proprio cōmendauit) pastoralis officij socium, & copiosa gregi Dominico pabula de pratis scripturarū procurantem, per amplius dilexerunt: suū verissimū putātes bonū, quod per fraternā scientiā cōgratulabantur inuētū: sciētes hūc intelligibilē ad cōdiendos animos salē, etiā peccatoribus abiectissimis profuturum. Quorū omniū ego prosus abiectior, ex aliquantis eiusdem Beati viri præclaris operibus, perpauca ruminando, & quodammodo lambendo decerpsi.

Quia verò vidit populū alti sermonis in gloria Sanctorū: ideo Gregorius respondit nuntio prælatorū Hispaniæ. Augustinū de quo quæris, excellētissimū virū, altior à nobis cōtinet locus. Merito: quia dignitate eminēs. Hieronymus in epistola ad eū. Vale mi amice charissime, ætate fili, dignitate parēs. Vnde Paulus Orosius, in principio suæ chronicæ. Pręceptis tuis parui Beatissime Pater Augustine: atque vtinā tam efficaciter, quam libēter. Inde subdit, Ita generali amori tuo, speciali amore cōnexus, voci tuæ libēs parui. Nā cū subiectio mea, præcepto paternitatis tuæ factū debeat totū quodcūq; sit, quod ex te ad te redit opus meū hoc solū cumulatius reddidi: quia libēs feci. Quia charitate feruēs. Nebridius in epist. ad eū. *Tom. II. Epist. 114.* Nullúsne est tibi mi Pater Augustine, qui amores referat tuos? Nec Romanianus nec Lucianus? me certe audiant. Ego clamabo, ego testabor te Deū amare, illi seruire, illi adhęrere. Vellē ego te vocare in rus meū, ibiq; acquiescere. Non enim timebo seductorē tui dici à ciuibus tuis, quos nimiū amas, & à quibus nimiū amaris. Quia æqtate corrigēs. Bonifacius in epistola ad eū. *Tom. II. Epist. 88.* Scio quod veniæ præparatur, qui ab Augustino perfectissimo Sacerdote corripitur: nec debet Episcopo denegare, quod voluntas aut casus facit. Ipse enim sibi denegat curā, qui suo nō publicat medico causam. Quia honestate nitens Gregorius in Registro: & habetur in Decretis di. lxxxj. oportet sacerdotes. Legitur quod Beatus Augustinus, nec cū sorore sua habitare cōsenserit dicēs: Quæ cū sorore mea sunt: sorores meæ non sunt. Docti verò viri cautela, magis debet esse nobis instructio. Ideo Papa Celestinus primus, in epi-

A stola Decretali ad omnes Episcopos Galliarum. Augustinum sanctissimæ recordationis virū, pro vita sua atq; meritis, in nostra cōmunione semper habuimus: nec vnquā sinistræ suspicionis, saltē rumor, aspersit: quē tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter magistros semper haberetur à meis prędecessoribus. Bene ergo de eo, omnes in cōmune senserūt: vt pote qui vbiq; cūctis, amori semp fuit & honori. Quia in paupertate degēs. Hugo de Animę claustro, c. vij. Fateor, inqt Augustinus, de ꝑtiosa veste erubesco. Quia sanctitate præpollēs. Ideo Præfatio. q̄ dicitur Ambrosiana, & cātatur Mediolani In festo S. Aug. Et in omni loco & tempore omnipotētiæ tuæ glorio-
B sius celebrare, quod in cōmemoratione Beati Augustini Confessoris tui atq; Pōtificis sacrificiū tibi laudis offerimus: & magnificētiā tuā, in mortificatione ipsius adoramus, sic operāte virtute tua, vt nullis illecebris corporis, nullis proximorum blādimentorū fallaciis, virtute igniti spiritus vinceretur: quia ita eū omni genere pietatis inebrias, vt ipse tibi ara & sacrificium, sacerdos esset, & tēplū, per Christū Dominū nostrū. Quia in passionibus patiēs. Ideo Bonifacius eius comes existens contra hostes: eius orationibus se cōmendās in epistola ad eū quę est, cxciij. ait. Domino Venerabili Sancto Patri Augustino Episcopo Bonifacius. Graue nobis imminet bellū, inimici mucro, nostra pectora pulsat. Deo funde preces vt soles: tua nobis sit comes oratio: rauca buccina, terrifica tuba, puto quod & sydera terreat, &c. *Epist. 197.* Vnde ab e-
C ius orationibus, recognoscit victoriā. Require infra capit. Bellū. Quare & in alia epistola dicit rescribendo, Nunquā Diuinitas, preces ac lachrymas despicit peccatorū. Cupis ipse quidē de hac vita securus, ad cœli regna migrare: sed nobis opus es fessis, in tātis periculis cōstitutis. Itaq; ora nobiscū, vt tua nobis salus, per aliquātulū tēporis cōdonetur. Ideo Valentinus monachus, in epistola deuote ad eū dicit. Ora piissime Pater Augustine, vt non vrgeat super nos puteus os suum: vt saluemur à descēdentibus in lacū: vt nō pereat cū impiis anima nostra, per superbiā nostrā: sed sanetur per Dei gratiā: ora Domine & dilectissime Pater Augustine, vt fugiat diabolus de congregatione nostra: & amota omni alienarū curarum ꝓcella nauis ꝓpositi nostri, intra stationē tutissimi portus securè consistat. Quia doctrinarū
D libros, ꝑsentes & futuros, in veritate docēs. Ideo Posidonius, in epithaphiū eius, ponit, hos versus *Lib. de vita Augustini. Cap. vlt.*

Viuere post obitum vatem, vis nosse viator.
Quod legis, ecce loquor, vox tua, nempe mea est.

Vnde Sidonius libro iiij. epist. comparatiuè loquitur de doctoribus dicēs. Nemo affirmat vt Claudianus: sentit vt Pythagoras: diuidit, vt Socrates: explicat, vt Plato: implicat vt Aristoteles: blāditur, vt Aeschines: irascitur, vt Demosthenes: variat, vt Hortēsius: minatur, vt Fabius: simulat, vt Crassus: dissimulat, vt Cæsar: suadet, vt Cato: dissuadet, vt Apius: persuadet, vt Tullius. Iam si ad Sacrosanctos Patres pro comparatione veniatur. Nemo instruit, vt Hieronymus: destruit, vt

Lactantius:astruit vt Augustinus:attollitur, vt Hilarius:submittitur, vt Ioannes: corrigit, vt Basilius:cõsolatur, vt Gregorius: affluit, vt Orosius: stringit, vt Rufinus: vt Eusebius narrat: vt Paulinus, prouocat, & vt Ambrosius perseuerat. Quia omnium virtutum præmio in æterna fœlicitate gaudens. Petrus Damianus in quodam ser. Multa nouimus in laudẽ huius à Patribus nostris elimato stylo cõposita & luculẽter expressa: quã ꝓpter nos rudes eruditis ingerere, & inter eloquẽtes erubescimus balbutire. Ipse enim Augusti. vir Beatissimus, nobilis genere, sed nobilior moribus, spiritu superbiæ pauperrimus, misericordiæ affluẽs visceribus, miserorũ cõsolator mirificus, Christũ crucifixũ sequẽs nudus, mundo crucifixus, in eius ore non est inuentus dolus: à summo sacerdote sacerdos prȩelectus, seipsum illi hostiã viuã incessanter offerẽs, in ipso fonte pietatis suis affluẽtẽ lachrymis, ab omni rubigine vitiorũ immaculatus, nunc Sanctorũ Præsulũ stola indutus, coronam Martyrũ multipliciter cõsequutus, Apostolorũ collegio, meritis & gratia coæquatus, sũmus Dei nũtius, Archãgelorũ beatitudini cõsociatus, æterni regis thalamo (pro cuius amore sese mortificauerat, & ad eius solã visionẽ, ęstuãti desiderio peruenire desiderabat) ꝑpetuo locatus, opere & verbo regiã viã insinuãs quibuscũq; hominibus. Richardus de Sancto Victore, in quodã ser. Gaudeamus fratres, & lætemur in eo, qui hodie thesaurũ sapiẽtiæ vocauit ad cœlum. Gaude & tu ô Sanctissima anima, quæ hodie suscepta es ab Angelis, locata cũ Archangelis, magnificata à Prophetis, honorata ab Apostolis, martyribus, cõfessoribus, atq; virginibus Paradisi. In quorũ omniũ laudibus, manu, atq; lingua, laborasti. Cõpilator. Ecce ex alienis labiis nostri patris laus exprimitur. Et quanquam Dei agnus dici non debeat xxiiij. tamen seniores, sancti, scilicet & famosi doctores, huic loquentes, scientiarum sertis, ornata capita flectũt: & linguarũ sonis, eius laudis concinũt melodiã. Et nisi dissimulare velimus, magis nobis inclita ratio laudis est: cũ ex flatu quoque militãtis Ecclesiæ, lingua carnis prædicet præconia tanti viri. Sed laudabit eum vbilibet doctrinarum eloquẽtia suarum vnde præsens compilatio finem sumit & ortum. Eius meritis fiat, vt opus finiam completum. Amen.

Tom. V. Quæ eimpius prior, pius posterior nascitur.

ABEL. Libro xv. de ciuitate Dei, cap. j. Natus est Abel, post Cain. Quoniã vnusquisq; ex dãnata propagine exoritur, primò necesse est, vt fit ex Adam malus atq; carnalis: quòd si in Christo renascendo profecerit, postea erit bonus & spiritualis: sic & in vniuerso genere humano, prior natus est ciuis huius sæculi: posterior autẽ isto peregrinus in sæculo, & ꝑtinens ad ciuitatẽ Dei: gratia prædestinatus, gratia electus,

A gratia peregrinus deorsum, gratia ciuis sursum.

Lib. diuersarũ quæstionũ ad Orosiũ, q. dicitur dialogus Augustini ad Orosiũ. Tria maximè iustitiæ præconia, in Abel fuisse cõprobantur, scilicet virginitas, sacerdotiũ, & martyriũ. In quibus Christi figurã primus gessit: ideo ignis missus est de cœlis, qui hostiã Abel, sicut sæpe factũ esse sanctis viris legimus, approbauit. Lib. j. de mirabilibus Sacræ Scripturæ. cap. cxj. Iustitia triplex in Abel fuit: prima virginitas, nõ generãdo: secunda sacerdotiũ, munera Deo placitẽ offerẽdo: tertia Martyriũ, propriũ sanguinẽ effundẽdo: cui primã figuram Saluatoris gestare cõceditur: qui virgo, martyr, & sacerdos esse videtur. Libr. de oratione Dominica. Sacrificiũ Deus nõ recipit diffi-

Tom. III. Triplex in Abel iustitia.

Tom. V. De ciuitate Dei li. 5. c. 7. & De Mirabilibus scripturæ lib. 1. cap. 3.

Tom. III.

B dẽtis, & ab altari recedẽtis. Primus fratri reconciliari iubetur pacificis precibus, vt pacificis precibus Deus possit esse pacatus. Sacrificium Deo maius est, pax nostra, & fraterna cõcordia, & de vnitate Patris & Filij & Spiritus sancti, plebs adunata. Neq; enim in sacrificiis, quæ Cain & Abel primi obtulerũt, munera eorum Deus, sed corda intuebatur: vt ille placeret in munere, q. placebat in corde. Abel pacificus & iustus, dum Deo sacrificabat innocẽter, docuit & cæteros quãdo ad altare munus offerunt, sic venire cũ Dei timore, cũ simplici corde, cũ lege iustitiæ, cũ cõcordiæ pace. Merito ille dum in sacrificio talis esset, ipse postmodum Deo sacrificiũ factus est vt martyrium primus ostendens nuntiaret & sanguinis sui gloria Dominicam passionem, qui & iustitiã Domi-

C ni habuerat & pacem. Tales Denique à Domino coronantur, tales cum Domino in die iudicij iudicabuntur. Cæterum discordans & dissidens, & pacẽ cũ fratribus non habẽs secundũ quod beatus Apostolus & scriptura sacra testatur, nec si pro Christi nomine occisus fuerit, crimen dissensionis poterit euadere. Quia sicut scriptum est, Qui odit fratrem suum, homicida est. Figurat Christũ, cõtra Faust. lib. xij. Occiditur Abel minor natu à fratre maiore natu: occiditur Christus caput populi minor natu à populo Iudęorũ maiore natu. Ille in cãpo, iste in caluarię loco. Interrogat Deus Cain, nõ tãquã ignarus eũ à quo discat, sed tãquã iudex reũ quẽ puniat, vbi sit frater eius. Respõdit ille nescire se, nec illius esse custodem.

I. Ioan. 3.

Cap. 9.

Tom. VI.

Cap. 10.

D Vsque adhuc quid nobis respõdẽt Iudæi, cum eos scripturarum, id est Dei voce interrogamus de Christo, nisi nescire se Christũ quẽ dicimus? Sed fallax Cain ignoratio, Iudæorũ falsa est negatio. Essẽt aũt quodãmõ Christi custodes si Christianã fidẽ accipe & custodire voluissent. Dicit Dominus ad Cain, Quid fecisti? Nã vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic arguit in scripturis vox Diuina Iudęos. Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra, cũ eo accepto, ab omnibus gẽtibus respõdetur. Amẽ. Hæc est clara vox sanguinis, quã sanguis ipse exprimit ex ore fideliũ eodẽ sanguine redẽptorũ. Dicit Dñs ad Cain. Et nũc maledictus tu à terra, id est, Iudæi ab Ecclesia q̃ aperuit os suũ in cõfessione pctorũ, vt accipet sanguinẽ Christi qui effusus est, in remissionem

Cap. 11.

pec

peccatorũ,de manu peccatoris nolentis eſſe ſub A
gratia,ſed ſub lege, vt eſſet ab Eccleſia maledi-
Breuiter hiſtoriam Cain cõplectitur. Gal.3. ctus.i.vt eũ intelligeret & oſtẽderet Eccleſia ma
dictũ,dicente Apoſtolo,Quicũq; enim ex operi-
bus legis ſunt,ſub maledicto ſunt legis. Et addit
Dominus:Cũ operatus fueris terrã,nõ dabit fru-
ctus ſuos tibi omnibus diebus vitæ tuæ.Per hanc
terrã intelligitur terrena operatio legis, quæ ha-
bet occultã virtutẽ vel fructus occultos intelligẽ
dæ gratiæ Chriſti:quæ nõ datur Iudæis in impie
tate & in infidelitate perſeuerãtibus.Sed in ea ter
ra operati ſunt ſalutẽ noſtrã,crucifigẽdo Chriſtũ
qui propter delicta noſtra mortuus eſt. Nec eis
cętera fructus ſuos dedit,q̃a nõ ſunt iuſtificati vir
tute reſurrectionis eius, qui reſurrexit propter
Cap.12. iuſtificationẽ noſtrã. Vagus & profugus eris in
terra.Nũc ecce q̃s non videat & agnoſcat,in tota
terra,quacũque diſperſus eſt ille populus,quomo B
do gemat mœrore amiſsi regni,& tremat timore
ſub innumerabilibus populis Chriſtianis? Ideoq;
reſpõdit Cain & dixit, Maior eſt cauſa mea &c.
Hoc dicit, quia carnaliter ſapit abſcondi à facie
Dei vt ſpiritualiter moriatur:ſapere enim ſecun-
dũ carnem mors eſt.Et abſcõdi à facie Dei.i. ira-
tũ habere Deũ,graue nõ putat,niſi ne inueniatur
& occidatur.Sed quid ei reſpõdet Deus? Nõ ſic,
inq̃t.i.nõ corporali morte interibit genus impiũ
Iudæorũ.Quicũque enim eos ita perdiderit, ſe-
ptẽ vindictas exſoluet.i.auferet ab eis ſeptẽ vin-
dictas quibus alligati ſunt propter reatũ occiſi
Chriſti,vt hoc toto tẽpore,quod ſeptenario nu-
mero dierũ voluitur,magis quia nõ interiit gens
Iudæa,ſatis appareat fidelibus Chriſtianis,quam
ſubiectionem meruerint qui ſuperbo regno Do-
Cap 13. minũ interfecerũt.Et poſuit Deus ſignũ in Cain
&c.Hoc re vera multũ mirabile eſt,quod gẽs Iu-
dæa ſiue ſub paganis regibus,ſiue ſub Chriſtianis,
non amiſerit ſignũ legis ſuæ, quo à cæteris gen-
tibus populiſque diſtinguitur:& omnis præpara
tor vel rex,qui eos in regno ſuo inuenit, cũ illo
ſigno,eos inuenit,nec occidit.i.nõ efficit vt ſint
Iudæi,certo quodã & proprio ſuæ obſeruationis
ſigno,à cæterarum gentium communione diſcre
Cap.8. ti. Libro.xxij.contra Fauſtum.
Tom.VI. ABYSSVS. Abyſſus eſt aquarũ inæſti-
Tom.VIII. mabilis profunditas. Super Pſal.ciij.
ſerm.ij.Abyſſus dicitur immẽſa aquarũ
copia,omnis aqua,omnis humida natura atque
ſubſtantia, circũquaque diffuſa per maria & flu-
mina & antra occulta ſimul vno nomine abyſ-
Tom.VIII. ſus dicitur. Super Pſal.lxxvj. Abyſsi ſunt alti-
Tom.V. tudines aquarũ. Lib.xj.de ciuitate Dei.cap.ix.
Cũ dicitur quod tenebræ erant ſuper faciẽ abyſ-
ſi.i.indiſtinctã terræ & aquæ ſuper quãdam con
fuſionem:vbi enim lux nõ eſt tenebræ ſint neceſ
Tom.IX. ſe eſt. Diſtinctio meditationũ,ca.xxvj. Abyſ-
ſus iudiciorũ Dei ſuper me, abyſſus inferni ſub-
tus me, abyſſus peccatorũ eſt intra me.Illã quæ
ſupereminet:timeo ne irruat, & me cum abyſſo
mea,in illã quæ ſubtus me patet obruat: vbi tor-
menta,peccata nũquã delebũt: ſed peccata ſuper
me ſẽper tormẽta tenebũt. De prima & tertia

A abyſſo ſuper Pſal.xlj.Abyſſus eſt p̃funditas quæ- *Tom.VIII.*
dã impenetrabilis, & incõprehenſibilis, & maxi
me ſolet dici,in aquarũ multitudine.Ibi enim al-
titudo ibi profunditas eſt quæ vſque ad fundũ pe
netrari nõ poteſt.Deniq; quodã loco dictũ eſt.Iu
dicia tua abyſſus multa.Hoc volens ſcriptura cõ
mẽdare,quia iudicia Dei,nõ cõprehẽduntur.Sed
ſi abyſſus eſt profunditas,an nõ cor hominis abyſ
ſus eſt?Quid enim profundius hac abyſſo? loqui *Hominis cor Abyſſus.*
homines poſſunt, videri poſſunt per operationẽ
mẽbrorũ & audiri in ſermone. Sed cuius cogita-
tio penetratur?cuius cor inſpicitur?quid intus ge
rat,quid intus poſsit,quid intus agat,quid intus di
ſponat,quid intus velit,quis cõprehẽdit?puto nõ
abſurde hominẽ intelligi abyſſum. Tantã ne p̃- *Eod.loco.*
funditatem creditis in homine eſſe, quæ lateat i-
pſum hominẽ in quo eſt?quãta profunditas infir-
B mitatis latebat in Petro,quãdo quid ageretur in-
tus in ſe,ipſe neſciebat,& ſe moriturũ cũ Domi-
no vel pro Domino,temerè promittebat? Quan
ta abyſſus erat?Quæ tamen abyſſus nuda erat o-
culis Dei. Nam hoc illi Chriſtus pronuntiabat
quod in ſe ipſe ignorabat:ergo omnis homo li-
cet ſanctus,licet iuſtus,licet in multis proficiens,
abyſſus eſt,& abyſſum inuocat:quãdo homini a-
liquid boni,aliquid fidei,aliquid veritatis, & ſa-
pientiæ,propter vitã æternã prædicat. Lib.pri *Cap.1. Tom.III.*
mo ſuper Geneſim ad literã.Per tenebroſam a-
byſſum,intelligamus naturã vitæ ſpiritualis in-
formẽ,niſi cõuertatur ad creatorẽ quo ſolũmo-
do formari poteſt, vt nõ ſit abyſſus, & illumina-
ri vt ſit tenebroſa. Super Pſal.cxxxiiij.In om- *Tom.VIII. In expoſitione myſtica Pſalmi.*
nibus abyſsis omnia quæ voluit Dominus fecit.
Latet enim cor bonũ,latet cor malũ: abyſſus eſt
C & in corde bono & in corde malo.Sed hæc nuda
ſunt Domino quẽ nihil latet. Cõſolatur cor bo-
nũ,torquet cor malũ.Omnia ergo quæ voluit fe-
cit,& in cœlo,& in terra,& in mari, & in omni-
bus abyſsis. Lib.meditationũ.c.xxv.Verè abyſ *Tom.IX.*
ſus peccata noſtra ſunt, quia incomprehenſibilia
ſunt numero & immẽſitate. O quã verè abyſſus
abyſſum inuocat.O peccata mea, tormẽta quo-
que,quibus me ſeruatis abyſſus ſunt: quia infinita *Peccata abyſſus.*
& omnino incõprehẽſibilia ſunt.Et eſt tua Do-
mine abyſſus ſed ipſa nimis terribilis.Iudicia Dei
abyſſus multa:q̃a ſupra humanũ ſenſum occulta.
Venit ſup̃ me timor,& ſuper timorẽ dolor,& do
lor ſuper dolorẽ.Abyſſus abyſſum in voce cata-
ractarũ Dei inuocat: q̃a peccati abyſſus abyſſum
D tormẽtorũ meretur,quã iudicia Dei p̃nũtiant.
Super Pſal.xcj.Vis trãſire p̃fundũ hoc?A ligno *Tom.VIII.*
crucis Chriſti noli reſilire tene te ad Chriſtũ vt
nõ mergaris. Lib.de verbis Apoſtoli,ſer.vj.Iu *Tom.X.*
dicia Dei abyſſus multa.Quid eſt ſi multa abyſ-
ſus?Altũ eſt,impenetrabile eſt,inacceſſum eſt hu
manæ intẽtioni.Diuitiæ enim Dei inſcrutabiles.
Inſcrutabilia ſunt iudicia eius &c. Sed alio mo
do dicit.Lib.annotationũ ſuper Iob.c.xxxviij.ſu *Tom.IIII.*
per illud.In nouiſsimis abyſsi deambulaſti.Sed ſe
cũdũ aliã literã quæ eſt Auguſtini habetur. In ve
ſtigiis abyſsi deambulas,ſicut dicit.Abyſſus hîc,
rectè intelligitur vita ſæcularis quæcũque eſt in

profundo malorũ quò (sicut scriptũ est) cũ venit peccator, cõtẽnet. Quia ipsi quoq; desperatissimi subiecti gratię remissionis peccatorũ, salui facti emerserũt, & receperũt Christũ nõ in abyssum, qua premebãtur, sed in loco eius vbi ambulabat calcans eos, ambulent. Ambulabat autẽ inhabitans eos Christus, in vestigiis abyssi remanentibus: per memoriã peccatorũ suorũ: vt dũ recolũt vbi fuerunt, amplius diligãt quẽ receperũt, à quo sibi tanta dimissa sunt. Lib. xx. de ciuitate Dei. cap. vij. *Tom. V.* Abyssi nomine, significata est multitudo innumerabilis impiorũ, quorum in malignitate aduersus Ecclesiã Dei, multũ ꝓfunda sunt corda.

ABRAHAM. Nota quod Abrahã excusatur. Lib. xvj. de ciuitate Dei. *Tom. V. Cap. 25.* Nullo modo est inferendũ Abrahæ crimen de concubina. Vsus est quippe ea ad generandam prolem, nõ ad explendã libidinẽ: nec insultãs sed potius obediens coniugi: quæ suæ sterilitati credidit esse solatiũ, si fœcundũ ancillæ vterũ, quoniã natura nõ poterat, voluntate facere suum, & eo iure quo dicit Apostolus, similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: vteretur mulier ad pariendũ ex altera, quod nõ poterat ex seipsa. *Libidine nõ ductus Abraham in amplexus Agar.* Nulla est hic cupido lasciuiæ, nulla nequitiæ turpitudo. Ab vxore causa prolis ancilla marito traditur, à marito causa prolis accipitur, ab vtroque non culpæ luxus, sed naturæ fructus exquiritur. Denique cũ ancilla grauida, dominæ sterili superbiret & hoc Sara suspicione muliebri, viro potius imputaret, etiam ibidemõstrauit Abrahã non se amatorem seruũ, sed fuisse genitorẽ liberum, & in Agar Saræ coniugi pudicitiã custodisse, nec voluntatem suam, sed voluntatẽ illius impleuisse: accepisse, nec petiisse: accessisse, nec hæsisse: seminasse, nec amasse: ait enim, ecce ancilla in manibus tuis, vtere ea quomodo tibi placuerit. O virum viriliter vtentem fœminis: coniuge tẽperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter. Quomodo de eo Christus venit. *Tom. III. Cap. 20.* Lib. x. super Gen. ad literam. In lumbis Abrahæ fuit Leui decimatus, fuit & Christus secundum carnẽ, sed non decimatus: Secundum rationem quippe illã seminalem, ibi fuit Leui: qua ratione per cõcubitum venturus erat in matrem: secũdũ quã rationem nõ erat ibi caro Christi. Ibi igitur secũdũ carnẽ erat & Leui, sed secũdũ cõcupiscẽtiã carnalẽ. quãuis secũdũ ipsã, ibi fuerit Marię caro, Christus vero secundũ solã substãtiã corporalẽ. Cũ enim sit in semine, & visibilis corpulẽtia, & inuisibilis ratio, vtrũq; cucurrit ex Abrahã vel etiã ex ipso Adã vsque ad corpus Mariæ q̃a & ipsum & isto modo cõceptũ & exortũ est: Christus autẽ visibilẽ carnẽ de carne virginis assũpsit: Ratio verò cõceptionis eius, non à semine virili sed lõge aliter, ac de super venit. Idẽ in eod. *Eod. lib. & cap. Christus quo modo in lumbis Abrahæ.* Nõ est ille ibi decimatus, cuius caro inde, nõ feruorẽ vulneris, sed materiã medicaminis traxit. Nã cũ ipsa decimatio, ad præfigurãdã medicinã pertinuerit, illud in Abrahæ carne decimabatur quod curabatur, nõ illud vnde curabatur. Eadẽ nãq; caro nõ Abrahæ tãtũ, sed ipsius primi, terreníque

A hominis simul habebat & vulnus præuaricationis, & medicamentũ vulneris. Vulnus pręuaricationis in lege mẽbrorũ, repugnãte lege mẽtisquę per omnẽ inde propagatã carnẽ seminali ratione quasi trãscribitur. Medicamẽtũ autẽ vulneris in eo quod inde sine opere cõcupiscẽtiali in sola materia corporali per Diuinam conceptionis formationísque rationẽ de virgine assũptũ est, ꝓpter mortis sine iniquitate cõsortiũ, & sine falsitate resurrectionis exẽplũ. Quomodo dicimur ex semine Abrahę. super Ioan. tract. xlix. *Tom. IX.* Facti sumus filij Abrahæ, imitãdo fidem, nõ nascendo per carnẽ. Sicut Iudæi degenerando, exhæredes, sic nos immitando, adoptati. Super Psal. ciiij. in fine. *Tom. VIII.* Nõ solũ intelligẽdũ est Dei seruos & electos, filios promissionis, verũ & germanũ semẽ Abrahæ imitãtes fidem Abrahæ: *Veri filij Abrahæ.* propterea ista bona terrena sumere à Deo, vt nõ in eis luxu

B diffluant sine peruersa securitate torpescãt: sed ideo habeãt Diuina misericordia hæc omnia, in quibus quærẽdis possent negotiosissimis laboribus occupari, vt ad hoc vacent, vnde bonũ æternũ possit acquiri. In homil. de Abrahã. *Hom. 2. De in quinqua. & est serm. 54. in ordine. Tom. X.* Beatus Abrahã, pater multarũ gẽtiũ dictus est. Omnes enim gẽtes quæ in Christum credũt & crediture sunt, filij Abrahæ sunt, imitãdo fidem, nõ nascendo per carnẽ. Nã sicut Iudæi per infidelitatẽ degeneres, facti sunt ex filiis Abrahæ filij diaboli & progenies viperarũ: ita ecõtrario omnes gẽtes quæ Dominũ Christũ fideliter credunt, Abrahæ filij effici meruerũt. Quomodo imitãdũ. *Tom. IX.* Lib. de quatuor virtutibus charitatis. Si quæ es anima mea, quæ cupis seq. vestigia fidei Abrahæ, exi de terra & de cognatione tua, relinque populũ tuũ *Imitatio Abrahæ.*

C & domũ patris tui. i. fideliter renũtia diabolo, põpis, & angelis eius: & sequere viã rectã, quæ te ꝑducat in terrã in qua ditescas & emineas, & efficiaris socius Abrahæ. Sed cũ ista omnia feceris, si virtus charitatis (que omnia credit) est in te, adhuc Deus tẽtabit te, & tẽtatũ coronabit te. Expetit à te sacrificiũ dilecti tui: q̃d à te expetit? quod Abrahæ illi dictũ est. Da mihi vnicũ filiũ tuum. Tibi dicit sapiẽtia, Fili da mihi cor tuũ. Ipse est dilectus vnicus. Quid metuis offerre cor tuũ? offer sacrificiũ contritionem cordis Domino Deo tuo: & dic ei cũ Propheta, Holocaustis non delectaberis. Sacrificiũ Deo spiritus cõtribulatus, cor cõtritũ & humiliatũ Deus nõ spernis: nihil metuas tali sacrificio oblato: & Deo acceptũ erit, &

D quod obtuleris integrũ permanebit. Sup Psal. ciiij. in fine. *Tom. VIII.* Semen Abrahæ sunt omnes filij promissionis pertinentes ad æternam hæreditatẽ testamenti æterni, vt tanquam ipsam hæreditatem sibi eligant Deũ, & eum gratis colant. i. propter ipsum, non propter aliquod emolumentum mercedis extra ipsum. Et hoc faciant laudantes, inuocantes, annuntiantes, nec in suam sed in eius gloriam, per fidem bene operantes, spe gaudentes, *Tom. III. Is lib talem præfert titulum. Sẽtentię decerptæ, ex Augustino.* charitate feruentes. Lib. de vera Innocẽtia. c. ccxxxiij. Fides Abrahæ semen est Abrahæ, pro inde qui pertinẽt ad credulitatis similitudinem, ipsi pertinent ad hęredum promissionem.

ABSCON

ABSCONDERE. Quid est abscondere Dei & manifestare. Libr. de essentia saluatoris Dei, & inuisibilitate, & essentia Diuinitatis. Abscondere faciem suã Deus dicitur, cũ quibusdam reprobis, eorũ exigentibus culpis, cognitionẽ suã abscõdit: ostendere autẽ, cũ respectu gratiæ suæ, quibus vult, electis scilicet suis, seipsum in corda eorũ occulta inspiratione insinuat, & ad diligendũ, amorẽ suũ infundit.

Tom. IIII. *Absconsio Dei & reuelatio.*

Tom. I. Ideo lib. de moribus Ecclesiæ, c. xv. Si sapiẽtia quæratur vt dignũ est, subtrahere se atque abscõdere vt dignũ à suis dilectoribus non potest.

Cap. 3. *Tom. IX.* Abscõdi bonũ qđ agitur debet. Lib. de cõflictu vitiorũ & virtutũ. Occulta qđ agis inq̃tũ vales qđ si ex toto nõ vales, sit in animo occultãdi voluntas, & non erit de ostẽtatione vlla temeritas: nec criminis erit aliquãdo manifestare, quod semper vis celatũ habere. Abscondi à persequutore licet. Super Ioannẽ. Ambulabat Iesus in Galilæã, non enim volebat in Iudæam ambulare, q̃a quærebant eũ Iudæi interficere. In hoc infirmitati nostræ præbebat exemplũ. Nõ enim perdiderat suã potestatẽ, sed nostrã cõsolabatur fragilitatẽ. Futurũ enim erat, vt aliquis fidelis eius abscõderet se, ne à ꝑsequutoribus inueniretur. Et ne illi pro crimine obiiceretur latibulũ, ideo præcessit in capite, quod in mẽbris confirmaretur. In eod. lib. tract. xlix. in fin. Abiit Iesus iuxta regionẽ deserti. Nõ quia potẽtia eius defecerat, in qua vtique si vellet, & palàm cũ Iudæis cõuersaretur, & nihil ei facerent: sed in hominis infirmitate, viuẽdi exẽplũ discipulis demonstrauit. In quo appareat nõ esse peccatũ, si fideles eius qui sunt mẽbra eius, oculis persequentium se subtraherẽt: & furorem sceleratorum latendo potius deuitarẽt, quam se offerendo magis accenderent.

Tract. 28. *Tom. IX.* *Declinare hostes.* *Tom. eod.*

Tom. VIII. *Psal. 101.* *Conc. 2.*

ABSOLVERE. Quid sit absolui, super Psal. Soluitur vnusquisque à vinculis malarũ cupiditatũ, vel à nodis peccatorum suorũ. Remissio peccatorũ, solutio est. Quid enim prodesset Lazaro, quod processit de monumento, nisi diceretur, Soluite eũ & sinite abire? Ipse quidem de sepulchro, voce suscitauit, ipse clamando animã reddidit, ipse terrenã molẽ, terreno sepulchro impositam vicit, & processit ille vinctus. Non ergo pedibus propriis, sed virtute producentis, fit hoc in corde pœnitẽtis. Cũ audis hominẽ pœnitere peccatorũ suorũ, iam reuixit. Cũ audis cõfitendo proferre conscientiã, iam de sepulchro eductus est sed nõdũ solutus est. Quando soluitur? A quibus soluitur? Quæ solueritis inquit, in terra, erunt soluta & in cœlo. Meritò per Ecclesiam dari solutio peccatorũ potest, suscitari autem ipse mortuus, nõ nisi intus clamante Domino potest. Hoc enim Deus interius agit. Loq̃mur ad aures nostras, vnde scimus quid agatur in cordibus nostris. Quod autẽ intus agitur, nõ à nobis, sed ab illo agitur. A quibus absoluatur, tractatu de vtilitate pœnitentiæ. Sacerdotes parcere valẽt pœnitẽtibus: quibus enim remittũt peccata remittit & Deus. Nã ipse Lazarũ de monumẽto suscitauit: soluẽdũ autẽ discipulis obtu-

Cap. 3. *Tom. IX.*

A lit: per hoc ostẽdẽs soluẽdi potestatẽ, sacerdotibus esse cõcessam. Dicit enim. Quæcũq; ligaueritis &c. Nõ quos ligare vos putatis, sed in quos opus iustitiæ vel misericordiæ exercetis. Aliter autẽ opera nostra nõ agnosco. Absoluũt virtute nominis Christi. super primã cano. Ioãnis tract. ij. Pro nobis Christus crucifixus est, vnde dicũtur nobis peccata remitti propter nomẽ eius, nõ ꝓpter nomẽ hominis alicuius. Ideo virtute spiritus sancti. Li. ho. 50. hom. xxiiij. Et ponitur in Decret. j. q. j. Vt euidenter. Daturus erat hominibus Spiritũ sanctũ & ab ipso Spũ sancto, fidelibus suis dimitti peccata volebat. Nõ meritis hoĩm volebat intelligi dimitti peccatũ. Nã q̃d es homo nisi æger sanãdus? Vis mihi esse medicus, mecũ quære medicũ. Nã vt hoc euidẽtius ostẽderet Dominus,

Mat. 18. *Tom. IX.* *Tom. X.*

B à Spiritu sancto, quẽ donauit fidelibus suis, dimitti peccata, nõ meritis hominũ: quodã loco sic ait resurgẽs à mortuis. Accipite Spiritũ sanctũ & cõtinuo subiecit. Si cui dimiseritis peccata dimittuntur ei: hoc est, Spiritus dimittit, nõ vos: spiritus autẽ Deus est, nõ vos. Deus ergo dimittit, & nõ vos. Sed audi Spiritũ. Quid estis vos? Nescitis quia tẽplũ Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Et iterũ. Nescitis quia corda vestra tẽplũ est Spiritus sãcti, quẽ habetis à Deo? Deus autẽ habitat in tẽplo sancto suo, hoc est, in sanctis suis fidelibus, in Ecclesia sua, per eos dimittit peccata, quia viua tẽpla sunt. Sed q̃ dimittere per hominẽ potest: potest & dimittere præter hominẽ. Neq; enim minus idoneus est per se dare, q̃ potuit per aliũ dare.

Christi, non hominũ merito proprio, peccata remittuntur. *Ioan. 20.*

C Ideo hãc nõ nisi ipse dat. li. v. de bap. cõtra Don. Sacramentũ quidẽ gratiæ dat Deus etiã per malos: ipsam verò gratiã, nõ nisi per seipsum, vel per sanctos suos, & ideo remissionẽ peccatorũ vel per se ipsum facit, vel per illius columbæ mẽbra quibus ait, si cui dimiseritis dimittẽtur. Et in lib. iij. cõtra eosdẽ & ponitur in decretis. ij. q. j. Impij, auari & lucricupidi Episcopi, Cypriani temporibus, remissionẽ peccatorũ nõ dabant: quæ per orationes sanctorũ, id est, per colũbæ gemitũ dat quicũq; baptizat: si tamẽ ad eius pacẽ illi pertinẽt, quibus datur. Nõ enim raptoribus & fœneratoribus Dominus diceret, Si cui dimiseritis peccata dimittẽtur illi, &c. Foris quidẽ, nec ligari aliquis potest, nec solui, vbi nõ sit qui aut ligare possit, aut soluere. Sed soluitur q̃ cũ colũba fecerit pacẽ, & ligatur q̃ cũ colũba nõ habet pacẽ, siue aperte foris sit, siue intus esse videatur. In eod. lib. & habetur

Cap. 21. *Tom. VII.* *De consec. dist. 4. c. Quomodo Deus.* *Cap. 18.*

D xj. q. iij. Sacramẽti integritas vbique cognoscitur, sed ad peccatorũ illã irreuocabilẽ remissionẽ, extra vnitatẽ Ecclesiæ nõ valebit: nec in hæresi aut schismate cõstituto, sed nec sanctorũ orationes. i. illius vnicæ colũbæ gemitus poterũt adiuuare: sicut nec intus positũ possunt, si aduersum se, ipse per vitã pessimã teneat debita peccatorũ, nõ solũ si per accipitrem, sed etiã per ipsius colũbæ piũ ministeriũ baptizetur. Sicut me misit inq̃t, pater, & ego mitto vos. Hoc cũ dixisset, inspirauit & ait illis. Accipite Spiritũ sanctũ, si cui remiseritis &c. Ergo si personã gerebãt Ecclesiæ, & sic eis hoc dictũ est, tanquã ipsi Ecclesiæ dice-

Tom. eod. *Cap. 17.* *Ioan. 20.*

Extra Ecclesiam non est remissio.

retur, pax Ecclesiæ dimittit peccata, & ab Ecclesiæ pace alienatio tenet peccata, nō secūdū arbitriū hominū, sed secundū arbitriū Dei, & orationes sanctorū spiritualiū qui omnia diiudicāt, ipsi autē à nemine iudicātur. Petra enim tenet, petra dimittit: colūba tenet, colūba dimittit: vnitas tenet, vnitas dimittit. Pax autē huius vnitatis, in solis bonis est, vel iā spiritualibus, vel ad spiritualia cōcordi patientia proficientibus. In malis autem non est, siue foris tumultuētur, siue intus cū gemitu tolerētur: & baptizēt, & baptizētur. Fit multis modis absolutio. lib. j. de symbolo ad catechumenos. Tribus modis dimittūtur peccata in Ecclesia, in baptismate, in oratione, in humilitate maioris pœnitentiæ. Tamen Deus non dimittit peccata, nisi baptizatis. Et ipsa peccata quæ primū dimittit, nō nisi baptizatis dimittit. Fit absolutio à quibuscūque. ibidem. Quicquid vis feceris, nunquid Christū occidisti? Nō est isto peccato aliud peius, quia Christo nihil est melius. Quantū nephas est occidere Christū? Iudęi tamē eū occiderūt, & multi postea in eū crediderūt & eius biberūt sanguinē: & dimissum est eis peccatū quod commiserūt. Fit de omnibus. Lib. ij. quæstionū Euāgelicarū, quæst. vj. Septuagies septies ignoscēdū esse admonemur, vt intelligamus nullū peccatū excipi, quod pœnitēti, & veniā deprecanti, per Ecclesiā (cuius personam Petrus gestat) nō dimittatur. Intelligūtur dimissa etiam nō cōmissa. Lib. de sancta virginitate, c. xciij. Omnia peccata cogita sic habita, tāquam dimissa, à quibus Deus custodit ne committātur. Lib. ij. cōfess. Gratiæ tuæ Domine deputo quæcunque nō feci mala. Quid omnia mihi dimissa esse fateor: etenim nō facere potui, qui etiā gratuitū facinus amaui? & mea spōte feci mala, & quæ te duce nō feci. Quis est hominū, qui suā cogitās infirmitatē, audet viribus suis tribuere castitatē atque innocētiā suā, vt minus amet te, quasi minus ei necessaria fuerit misericordia tua, qua donas peccata cōuersis ad te? Qui enim vocatus à te sequutus est vocem tuam, & vitauit ea quæ de meipso recordantē & fatentē legit? Non me derideat ab eo medico ægrū sanari, à quo sibi præstitū est, vt nō ægrotaret vel potius vt minus ægrotaret. & ideo te tantūdē, imo verò amplius diligat, q a per quē me videt tātis peccatorū meorū lāguoribus exui, per eum se videt tātis peccatorū languoribus nō implicari. Quid faciēdū vt dimittātur. Lib. 50. Homil. homi. xxiij. in fi. Secura quælibet anima, à multa nequitia per Diuinā gratiā se liberādā, tāquā immūdā prostitutione mūdanda, in Ecclesiā credat: accedat ad pedes Domini, quęrat vestigia Domini, cōfiteatur lachrymas fundens, tergat capillis suis pedes Domini, prędicatores Euāgelij. Capilli mulieris, superfluæ possessiones. Tergat capillis. Tergat prorsus, operetur misericordiā, & cū terserit, osculetur, accipiat pacē, vt habeat charitatē. Nō absoluitur post hāc vitā, eod. Lib. Quisquis post baptismū aliquorū malorum opere, obligatus tenetur, & vsqueadeo sibi inimicus est, vt adhuc dubitet vitā mutare, dū tē-

Cap. 6. Tom. IX.

Paulò sup.

Tom. IIII.

Cap. 7. Tom. I.

Sanitas & medela à Deo

Tom. X.

Homil. 50. Tom. X.

A pus est, cū ita peccat & viuit. Nā vtique dum peccat ita perseuerāter thesaurizat sibi irā in die iræ. Quod autē adhuc viuit, patientia Dei ad pœnitentiā eū adducit. Implicatus igitur tam mortiferis vīculis peccatorū, detrectat, aut differt, aut dubitat cōfugere ad ipsas claues Ecclesiæ, quibus soluatur in terra, vt sit solutus in cœlo. Et audet sibi post hāc vitā, quia tantū Christianus dicitur, salutem aliquam animæ sibi polliceri? An nec illo vocis Dominicæ tonitruo cōtremiscit, Non omnis qui dicit Domine Domine intrabit in regnum cœlorum. &c.

ABSTINENTIA. Cōmēdatur, serm. vij. quadragesimę. Omnis abstinētiæ virtus est, vt diabolus qui Adā per incontinētiā vicerat, à Christo per ieiunium vinceretur. Moses ieiunās vocibus Domini fruebatur & aspectibus: populus verò cibo & potui deditus, decur-
B rit ad deorū gētiliū cultus: & superstitioni vacauit, qui saturitati vacauerat. Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Bonū est cibū cū gratiarū actione sumere, & quicquid Deus edēdū præcipit, edēdū est. Abstinere autē ab aliquibus nō quasi à malis, sed quasi nō necessariis, nō est malū. Moderari vero eorum vsum, pro necessitate & tempore propriē Christianorū est. Lib. j. de verbis Domini, serm. xxiij. A licitis abstinētia bona est, vnde virginitas nomē accepit. Require de hoc infra in Ieiunio. Est autē duplex. Serm. j. de natiuitate Io. baptistæ. Duo sunt abstinētiæ & crucis genera, vnū corporale, aliud spirituale: vnū à potu atque epulis tēperare, appetitū gulæ à delecta-
C tionibus atque mollissimis suauitatibus cohibere, ab iis quæ per tactū, gustū, visūmque decipiūt, sensum viriliter reuocare, ac violenter abstrahere. Alterū abstinentiæ & crucis genus, est pretiosius atque sublimius. Motus animi regere, & perturbationis molestiā tranquillitate placare. Iræ ac superbiæ impetus, quasi ferā bestiā refrænare, litigare quotidie cōtra vitia sua, increpare se quadā cēsura austeritatis & virtutis, & rixā quodāmodo cū homine interiore cōserere. Pretiosa in cōspectu Domini & gloriosa crux, cogitationes malas in potestatē redigere, voluntates proprias abnegare, eásque interiori examinatione discutere, & Dei regētis imperio subiugare. A sermone atq; opere quo anima lęditur, tāquā à cibis noxiis abstinere, & sensum ab iis quæ cōtraria sunt, spi-
D rituali cōtinētia sobriū custodire. Ideo dicitur crux q a difficilis. Lib. ij. quęs. Euāgelicarū. q. xxj. Magnæ angustiæ sunt in homine quādo premit ærūna mortalis, cū ab iis quæ foris delectāt præcipitur abstinere, & intus nō est refectio doctrinæ spiritualis. Lib. iiij. cōtra Iulianū. Cū ad vsū ventū fuerit necessariæ volūtatis, per quā reficimus corpus, quis verbis explicet queadmodū nos modū necessitatis sentire nō sinat, & ipsum limitē procurādæ salutis, si qua adsunt delectabilia rapiēdo abscōdat & trāseat, putātibus nobis nō satis esse qđ satis est, dū libēter eius prouocationibus ducimur, existimātes nos adhuc agere negotium valetudinis, cū agamus potius† cupiditatis? Quid enim

Cap. 66. Tom. III.

Tom. X.

Abstinētia à vitiis.

Tom. VII. Cap. 14.

† Aliàs, cruciatus.

enī mali fecerimus crapula pœnitēdo vel puniēdo testatur, quòd metuētes plerūque minus, quā eximēdæ fami sufficit, vescimur. Ita nescit cupiditas vbi finiatur necessitas. Et hæc quidē vescēdi atq; potādi, tolerabilis est voluptas quāta possumus intētione vigilātibus nobis, vt facilius non impleat, quā modū victus sufficiētis aliquādo excedat: cōtra cuius cōcupiscentiā, & ieiunādo, & parcius alimēta sumēdo pugnemus. Require de hoc infra, in Gula. Et nō valet vna sine alia. In sermone ad eremitas. Noueritis, fratres, nihil ꝑdesse, si carnē nostram ieiuniis & vigiliis affligamus, & mentē nostrā nō emūdemus, vel quæ interiora sunt nō curamus. Quid enim prodest afflictio cordis, si à linguæ nequitiis, & detractionibus polluamur? Nōne oēs labores nostri ad nihilū reducūtur? Nōne opus nostrū velut fumus atq; vmbra vanescit, & velut stupæ fauilla ad nihilū redigitur? O quā labores & honores nostri subito pereunt: & quāta bona iā acquisita, de manibus nostris frequēter rapiūtur, dū id quod acqrimus, studio custodire negligimus. Quapropter gratis nobis de corporis cruciatu atque afflictione blandimur, si exteriora nostra sanctis exerceātur laboribus: & de passionibus nō curatur interius. Sic est, quomodo monumentum magnis coloribus depictum, exterius videatur, & ab intus serpētibus & scorpionibus repleatur. Quid enim prodest si affligis corpus tuum, quando nihil ꝑficit cor tuum? Valde & nimis dolēda cogitatio est, omni intentione studium laboris impendere, & fructū nō recipere post laborem. Vigilare, ieiunare, & mores non corrigere: sic est, quomodo si aliquis extra vineam stirpem excolet, & vineam ipsam desertam atque incultam relinquat, vt spinas & tribulos germinet. Agnoscite itaque charissimi, quod ad salutem perpetuam conquirendā, abstinentia corporalis sola non sufficit, nisi ei & animæ quoque ieiunium, & abstinentia vitiorum fuerit sociata. Quid enim adiuuat si sit qspiam corpore castus, & mente pollutus, quem malitia deprauat, & furor iracundiæ facibus exagitat, quem superbia omni gratia expoliat, quē mendaciis vel maledictis lingua commaculat? Nonne ipse se fallit ac decipit, si se credit sine reliquis virtutibus, ieiuniis ac vigiliis sanctificandum? Et idcirco dilectissimi, ita corpus exerceamus ieiuniis, vt mentem nostram purgemus à vitiis. In sermone xv. de quadragesima. Abstinētia corpus macerat, sed cor impinguat: carnem debilitat, sed animam confortat: ille bene abstinet à cibis qui etiam à malitiæ actibus & mundi ieiunat ambitionibus. Nam quia cibis abstinēt & praue agunt, dæmones imitantur, quibus esca carnis non est: sed nequitia spiritualis semper inest. Simile est in capi. de Ieiunio infra. Ideo debet esse vniuersalis. Libr. j. de verbis Domini, sermone xxxiij. Omnis anima in corpore, ideo quinario numero cēsetur, quia quinque sensibus vtitur. Nihil est enim quod sentimus à corpore, nisi ianua quinque partita: aut vidēdo, aut audiendo, aut odorando, aut gustando, aut tangendo.

Ingluuies.

Internæ abstinentię cōmendatio, nō abiecta externa.

Tom. X.

Abstinēdū, non ab vno, sed omnibus illicitis.

A Qui ergo se abstinet ab illicito visu, abstineat ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab illicito gustu, ab illicito tactu, propter ipsam integritatem.

Debet esse discreta quo ad naturam. in regula. Carnem vestram domate ieiuniis, & abstinentia escæ & potus, quantum valetudo permittit. Libro meditationum, cap. vij. Da mihi Domine vnctionem pietatis & humilitatis, discretā abstinentiā, & carnis mortificationem, ad te amandū, orandum, meditandum, laudandum, ad omne secundum te cogitandum: puram, sobriam, deuotā, veracem virtutem, & efficacē. Lib. de orādo Deum. Sicut scriptura dixit de diuitiis, Diuitiæ si affluant ne cor apponatis, hoc etiam de deliciis tibi dico. Delicię si affluant non apponas cor. Nō ideo te magnipendas, quod nō desunt quædā, affatim suppetunt, quod velut ex fonte largissimo,
B terrenæ fœlicitates fluunt. Omnino hęc in te despice atque contemne, ne in his quicquam requiras, præter integram corporis valetudinem. Hęc enim contemnenda non est, propter necessarios vsus vitæ huius, antequam mortale hoc induatur immortalitate: hoc est, vera & perpetua sanitate quæ non terrena infirmitate deficiens, corruptibili voluntate reficitur, sed cœlesti firmitate persistens, æterna incorruptibilitate vegetatur. Nam & ipse Apostolus, carnis inquit prouidentiā ne feceritis in concupiscentiis: quia gerimus curā carnis, sed ad necessitatē salutis. Nemo enim vnquam carnem suā odio habuit: sicut idē dixerat. Hinc est quod Timotheū, nimiū sicut apparet corporis castigatorē, admonet, vt modico vino vtatur, ꝑpter stomachū, & frequētes suas infirmitates. Ideo lib. de moribus Manichęorū, c.
C xj. Quæro à vobis, si qs existat, qđ fieri potest, ita homo parcus & frugi vt appetitū vētris & gutturis moderās, nō epuletur bis per vnū diē: & huic cœnāti oluscula cū exiguo lardo apponātur, eodē lardo cōdita atque vncta, quātū fami cōprimēdæ satis est, sitimque irriget ꝑpter diligētiā valetudinis, duabus aut tribus vini meracis potiōibus, quæ illi victus sit quotidianus. Alius verò ex alia parte, nihil gustās carniū, nihil vini, exquisitas & peregrinas fruges multis ferculis variatas, & largo pipere aspersas, nona hora libēter assūmat, noctis etiā prīcipio talia cœnaturus: bibat aūt mulsum, carœnū passū, & nōnullorū pomorū expressos succos, vinique speciē satis imitātes, atque id etiā suauitate vincētes, & bibat nō quātū sitit, sed
D quātumlibet, illúdque sibi exhibendum quotidie curet, talíque victu deliciísque perfruatur, nulla necessitate, sed magna voluptate: quē tandem horum duorum, quod ad cibandū potandúmque attinet, abstinentius vitam ducere iudicatis? Non opinor vsqueadeò vos esse cæcos, quin illum de parco lardo & vino, huic gurgiti præferatis. Ita quidem veritas cogit. Libro de moribus Ecclesiæ Catholicæ, capite xxxiij. Non in rebus quibus vescimur, sed in animo est vis quædam, quæ ad eum valeat maculādū. Et lib. ij. quæst. Euangelicarū q. xj. & ponitur in Decre. xlj. dis. c. Quod dicit Dominus in euāgelio. Iusti-

Tom. I.

Tom. II. Ad Probam Epist. 121. Psal. 61.

Caro quatenus curāda.

Eph. 5.

1. Tim. 5.

Tom. I.

Abusus abstinentiæ.

Tom. I.

Cap. 33. Tom. IIII.

Tom. IIII. Quæst. 11

ficata est sapientia ab omnibus filiis suis. Ostēdit filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando, esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam: & in temperātiam per abundantiam nō se corrūpendi, atque opportunè sumendi vel non sumendi ea, quorū nō vsus sed cōcupiscentia reprehēdenda est.

Abstinentia à cibis, diuersa diuersis.

Nō enim interest omnino quid alimentorū sumas, vt sucurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum iis, cum quibus tibi viuēdum est. Neque quantum sumas, multū interest, cū videamus aliquorum stomachum citius satiari, & eos tamen illi ipsi paruo quo satiantur, ardēter, & intolerabiliter, & turpiter inhiare. Alios autē plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiā perpati, & vel ante ora positas epulas, si id in tempore, aut opus sit aut necesse sit, cū tranquillitate aspicere neque tāgere. Magis ergo interest nō quid vel quantū alimentorū pro congruentia hominū atque personæ suæ & pro suæ valetudinis necessitate, quis capiat: sed quanta facilitate atque serenitate animi careat, cum his vel oportet, vel necesse est carere: vt illud in animo Christiani compleatur quod Apostolus dicit. *Phil. 4.* Scio plus & minus habere, scio abundare & penuriam pati.

Tom. III. Cap. 10.

Quare abstinent boni. Libro de fide ad Petrum, parte prima. Quoniam & in rebus licitis & à Deo concessis, frequenter peccata hominibus subrepunt: & quātomagis fortioribus cibis corpus īpletur, & carnalibus cor hominis actibus atque affectibus implicatur, tanto frequentior culpa in hac mortalitate contrahitur.

Quorsum abstinentia piorum.

Propterea humiles serui Christi, qui cupiunt Domino suo sine impedimēto, & absque animi noxia occupatione seruire, cōiugia omnino nō appetunt: & à vino & carnibus abstinent, in quātū corporis valetudo permitur: nō peccatum est aut coniugem habere, aut vinū carnésve percipere. Nā & beatus Apostolus dicit. *1. Tim. 4.* Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciēdum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbū Dei & orationē. Igitur serui Dei in eo quod à carnibus & à vino abstinēt, nō tāquā res immūdas refugiunt, sed mūdioris vitæ instituta sectantur.

Cap. 41.

In eodē li. parte secunda. Firmissimè tene omnē creatura Dei bonam esse, & nihil reiiciendū quod cū gratiarū actione percipitur, & Dei seruos qui à carnibus, aut à vino se abstinent, non tanquā immūda, quæ à Deo facta sunt respuere: sed à fortiori cibo & potu, pro sola castigatione corporis abstinere.

Comedonum abstinentia.

Qui nō meritoriè abstinent. In sermo. ij. de quadrage. Ille qui se sic à carnibus temperat, vt alias maioris pretij, difficiliorisq; præparationis escas inquirat, multum errat. Non enim hoc est suscipere abstinentiam, sed mutare luxuriam. Quomodo istis dicturi sumus, vt quod sibi subtrahūt dent pauperibus, à quibus solitus cibus ita relinquitur, vt in alio tempore cibus augeatur? Quid ergo nequius, quā quod minus erogat abstinentia, seruet permanēs auaritia, vel consumat dilatata luxuria? Super Psal. Non laudatur in illo ieiunium, qui ad luxu-

A riosam cœnam seruat ventrem suum. Inuitantur enim aliquando homines ad cœnam magnam, & cum ad eam volunt venire auidi, ieiunant: nūquid hoc ieiunium continentiæ, & non potius luxuriæ deputandum est? Inuitati enim non prandent sed ieiunant, vt ventrem non præoccupent vilia, & ne possint admittere pretiosa: sicque negotiū agunt ventris, non religionis.

Ead. habetur sententialib. de spiritu & anima

Qui magis debent abstinere. Libr. de vera & falsa pœnitentia. Abstineat à multis licitis, qui in libertate arbitrij commisit illicita.

Tom. III. Tom. VI. Phil. 4.

ABVNDANTIA. Non omnium est, scire abundantia vti. Lib. de bono coniugali, capit. xxj. Scio abundare & penuriam pati. Quippe pati, quorumcunque est hominum: sed scire pati penuriam, non nisi magnorum: B etiam & abundare quisque potest: scire autē abundare, non nisi eorum quos abundantia non corrumpit. Nullus tamen hîc habet abundantiā. Super Psal. xxix. Nemo hîc habet abūdantiā. Abundantia enim hominis est ærumna & calamitas. Sed fortè diuites habēt abundantiam. Plus egent. Desideriis vastantur, cupiditatibus dissipātur, timoribus cruciantur, tristitia contabescunt. Sed abundantia erat, quando homo cōstitutus in Paradiso, nihil illi deerat, sed fruebatur Deo, à qua abundantia vento superbiæ citò motus est.

Tom. IX. Turpia 12.

ABVSIO. Libro de duodecim abusionum gradibus. i. Primus gradus abusionis est, si sine operibus bonis, sapiens & prædicator fuerit, qui quod sermone docet, actibus cōplere negligit. ij. Secūdus gradus abusionis est, si C sine religione senex esse inueniatur: plus enim omnibus religioni dare operam senibus conuenit, quos præsentis sæculi florida ætas transacta deseruit. iij. Tertius gradus abusionis est, sine reuerentia adolescens quo mundus, à recto rationis tramite deprauatur. Qualiter nanque in senectute, ille ministrari sibi sperabit, qui in adolescentia se obedientem exhibere cōtemnit? iiij. Quartus gradus abusionis est, diues sine eleemosyna, qui superflua vsus sui, quæ custodienda in posterum recondit, indigentibus & nihil habentibus nō distribuit: per quod efficitur, vt dum in terra quæsita, diligenti cura custodit, cœlestis patriæ perennem thesaurum amittat. v. Quintus gradus abusionis est, fœmina sine pudicitia. Sicut enim omnes bonos mores procurat & custodit in viris D prudentia, sic in fœmina cunctos honestos actus fouet, nutrit, & custodit pudicitia. vj. Sextus gradus abusionis est, dominus sine virtute. Quia nihil proficit dominandi habere potestatem, si dominus ipse non habeat virtutis rigorem. vij. Septimus gradus abusionis est, Christianus contentiosus: qui cum participationem nominis Christi per fidem & baptismum susceperit, contra Christi dicta & propositū, mundi caduca delectamenta diligit. viij. Octauus gradus abusionis est, Pauper superbus: qui nihil habens, in superbiam extollitur: cū ecōtrario diuitibus sæculi, nō superbè sapere ꝑ Apostolū imperatur. ix. Nonus gradus abusiōis est, rex iniquus. Etenim regē nō iniquū, sed correctorem

rem iniquorũ esse oportet. Inde in semetipso nominis dignitatem custodire debet. *x.* Decimus gradus est, Episcopus negligẽs, qui gradus sui honorẽ, inter homines requirit: sed secũdũ ministerij sui dignitatẽ, corã Deo, pro quo legatione fungitur, nõ custodit. *xj.* Vndecimus gradus abusionis est, plebs sine disciplina, quæ cũ disciplinæ exercitationibus non seruit Domino communi, se perditionis laqueo cõstringit. *xij.* Duodecimus gradus est, populus sine lege, q̃ dũ Dei dicta, & legũ scita cõtẽnit, per diuersas errorũ vias, perditionis laqueũ incurrit. Causa ꝓpter quã. lib. lxxxiij. q. xxx. q. Abuti rectius dici solent, qui nõ bene vtuntur. *Tom. IIII.*

ACCEDERE. Lib. de verbis Domini. *Serm. 58. Tom. X.* Deus qui nullo cõtinetur loco, discedit ab eorũ cordibus, qui eũ relinquũt moribus, nõ pedibus. Et venit ad illos q̃ cõuertuntur ad eũ nõ facie, sed fide: & accedũt ad eũ mẽte, nõ carne. Accedere Christi, ser. v. de natiuitate Domini. In carnis infirmitate accessit ad nos Deus q̃ vbique semper erat sua maiestate & virtute. visitauit quippe Dominus seruos suos per mortalem infirmitatẽ, vt eos liberos faceret per incommutabilẽ† veritatẽ. *† Aliàs, virtutem* Quid est accedere quo ad nos, super Ioannẽ. *Tom. IX. Tract. 48.* Accedere est credere, qui credit accedit, qui negat recedit: nõ mouetur anima pedibus, sed affectibus. Lib. xxij. de ciuitate Dei. *Tom. V. Cap. 29.* Fide quippe acceditur ad Deũ quã cordis cõstat esse, nõ corporis. *Motu cordis itur ad Deum.* Super Ioãnẽ, ser. xxij. *Tract. 32. Tom. IX.* Ad Christũ nõ ambulãdo currimus, sed credẽdo: nec motu corporis, sed volũtate cordis accedimus. i. amore. Ideo ibid. Venimus ad Christũ nõ pedibus, sed affectibus: non migrando, sed amando.

Propterea ibidẽ serm. xxxv. Disce piger amare. nõ enim pedibus, sed affectibus curris: vno manẽs loco venis, si credis & diligis. Et aliter lib. vj. de Trini. c. vj. *Tom. III.* Nõ locorũ interuallis, sed similitudine acceditur ad Deum, & dissimilitudine receditur ab eo. *Tom. VIII. Super Psal. 94.* Lib. de vera innocẽtia. *Cap. 123. Tom. III. Huic lib. talis est titulus. Sententiæ excerptæ ex Aug.* Nõ locorũ interuallis acceditur ad Deũ, vel receditur ab eo: sed similitudo facit proximũ, dissimilitudo longinquũ. Et nimia miseria est, ab eo bono longe esse, quod vbique est. Libr. de moribus Ecclesiæ. *Tom. I. Cap. 12.* Animus humanus fit Deo similis quãtũ datũ est, dũ illustrãdũ illi atque illuminãdũ, se subiicit. Et sicut ei maximè ꝓpinquat, subiectione ista qua similis fit, sic lõgè ab eo fiat necesse est audacia, qua vult esse similior. Ipsa est quæ legibus dei obtẽperare detrectat, dũ suæ potestatis esse cupit, vt Deus est. Quãto igitur magis longè discedit à Deo: nõ loco, sed affectione atque cupiditate, ad inferiora quã est ipse: tãto magis stultitia miseriáque cõpletur. Dilectione igitur redit in Deum, qua se illi non opponere, sed supponere affectat. Quod quãto fecerit instantius ac studiosius, tanto erit beatior atque sublimior, illo & solo dominante liberrimus. Super Psal. *Tom. VIII. Psal. 70. Conc. 2.* Vt homo sit aliquid, conuertat se ad illũ à quo creatus est. Recedendo enim frigescit, accedẽdo feruescit: recedendo tenebrescit, accedẽdo clarescit, à quo enim habet vt sit, apud illũ habet vt bene sit. Quisquis ergo vult esse similis Deo, vt ad illum

A stet, fortitudinémq; suã (sicut scriptũ est) ad illum custodiat, nõ ab illo recedat: ei cohærẽdo signetur tãquã ex annulo cera illi affixus habeat imaginẽ eius, faciens quod dictũ est, Mihi autẽ adhærere Deo bonũ est. Et verè custodiet similitudinem & imaginem, ad quam factus est. Porrò autem si peruersè voluerit imitari Deũ, vt quomodo Deus non habet à quo formetur, non habet à quo regatur, sic ipse velit sua potestate vti, vt quomodo Deus nullo formante, nullo regente viuat: quid restat, nisi vt recedens ab eius calore, *Deus imitatur rectè & peruersè.* torpescat: recedens à veritate, vanescat: recedens à Deo qui summè atque† incommutabiliter est, *† Aliàs, incomparabiliter.* in deterius mutatus deficiat? Hoc diabolus fecit: Imitari enim Deũ voluit, sed peruersè: non esse sub illius potestate, sed habere contra illum potestatem.

B Lib. de præsentia Dei ad Dardanum. *Tom. II. Epist. 57.* Ij à Deo longe esse dicuntur, qui peccando dissimilimi facti sunt. Et ij ei propinquare qui eius similitudinem piè viuendo recipiunt. Sicut rectè dicuntur oculi tanto esse ab hac luce longius, quãto fuerint cæciores. Quid enim tam longè est à luce quam cæcitas? Etiãsi lux præsto sit, atque oculos perfundat extinctos? Propinquare autem luci meritò perhibentur oculi, qui sanitatis accessu aciẽ recipiendo, lucem recipiũt. Super Psal. lviij. ser. ij. *Tom. VIII.* Reuera nihil sine Deo sumus, quia & antequam essemus nihil eramus. Et quisquis iam homo est & sine illo esse voluerit, nihil aliud quã homo peccator erit, quoniam quicquid possumus, nisi apud illũ & ad illum seruemus: recedendo amittimus.

C Ideo vigilare debet semper mẽs nostra: non ab illo recedere: sed & si longè erat, magis magísque propinquare & accedere: nõ gressu pedum, non subuectione vehiculorum, non celeritate animaliũ, non eleuatione pennarum, sed puritate affectuum, & probabilitate morum sanctorum. Super Psal. cxviij. sermo. vj. *Tom. VIII. 1. Tim. 6. Psal. 33.* Dictum est, Deus habitat lucem inaccessibilẽ. Audiuimus tamen. Accedite ad eum & illuminamini. Quæ vtique ita soluitur quæstio, vt inaccessibilis sit viribus nostris, accedatur tamen ad eum muneribus suis. Lib. ij. de prædestinatione & perseuerantia sanctorum, vel de bono perseuerãtiæ. *Tom. VII. Cap. 7.* Post casum hominis, Deus non nisi ad gratiam suã voluit pertinere, vt homo accedat ad eum: neque nisi ad gratiã suam voluit pertinere, vt homo nõ recedat ab eo. Ibidem. *Paulò post.* Manus Dei est ista, & nõ nostra, vt non discedamus ab eo.

D Manus inquam eius est, qui dixit, Timorem meum dabo in cor eorum vt à me non recedant. *Hier. 31.* Libro primo de doctrina Christiana. cap. vj. Non enim ad eũ qui vbique præsens est, locis mouemur, sed bono studio bonísque moribus: nisi ipsa sapientia, tãtæ etiam nostræ infirmitati congruere dignaretur, vt viuendi nobis præberet exemplum, non aliter quã in homine, quoniã & nos homines sumus. *Tom. VIII.* Super Psal. cxliiij. Nõ quæras locũ quo ad Deũ accedas, sed cõsciẽtia accedit, cõsciẽtia recedit. Quod dictũ est. Accedite ad eũ & illuminamini: animo dictũ est, nõ vehiculo: affectibus dictũ est, & nõ pedibus. *Psal. 33.* Et cũ in eo stabis æstus nõ patieris:

patieris: spiritus enim spirabit tibi & sub alis eius sperabis. Nõ te dimittet Deus tuus, etiãsi aliquid triste tibi acciderit. Super Psal.xxxiij. Accedamus ad Christum vt illuminemur: nõ quomodo accesserunt ad eum Iudæi vt tenebrarētur. Accesserũt enim illi ad illũ vt crucifigerēt. Nos autē accedamus, vt corpus & sanguinē eius accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur.

Tom.VIII. Serm.2.

Tom.VIII. ACCENDERE. Accendũt se inuicem homines ad bonũ. Super Psal.cxxj. Vna flãma facta ex colloquutione hominũ sese accendētiũ, rapit illos ad aliquē locũ sanctũ, & cogitatio sancta sanctificat eos. Si ergo ad locũ corporalē sic rapit amor sanctus: qualis amor debet esse qui cõcordes rapit in cœlum & dicētes sibi, in domo Domini ibimus? Incarnatio Christi dicitur accensio. Libro cõtra quinque genera hæresum. Nemo accendit lucernam &c. Ista domus, totus est mundus: lucernæ accēsio, est verbi incarnatio: Cãdelabrũ, crucis est lignũ: lucerna in candelabro lucens, est Christus in cruce pendēs.

Tom.VI. Cap.7.

Tom.II. Epist.29. ACCEPTIO. Quod acceptio personarũ quo ad honores Ecclesiasticos, nõ est leue peccatũ, libro de sentētia Iacobi ad Hieronymũ. Non est putandũ leue esse peccatũ, in personarũ acceptione habere fidē Domini nostri Iesu Christi, si illã distantiã sedendi, ac standi ad honores Ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi diuitē ad sedē honoris Ecclesiæ, cōtēpto paupere instructiore, atq; sanctiore? Difficile est nõ eã habere. super Ioan. tract.xxx. In sæculo magis laboris est, non personaliter iudicare, sed rectũ iudiciũ retinere. Et subdit ibidē. Nõ personaliter iudicemus, sed rectũ iudiciũ teneamus. Quis est qui nõ iudicat personaliter? Qui æqualiter diligit. Dilectio æqualis, facit non acceptari personas. Nõ cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, tunc timēdum est ne personas accipiamus, sed quãdo inter duos iudicamus, & aliquando inter necessarios. Fit nonnunquam iudiciũ inter patrem & filiũ. Queritur de malo filio pater, aut queritur filius de duro patre. Seruamus honorificentiam quæ debetur, patri & filio, quæ deficit à filio. Non æquamus filiũ in honore patri, sed præponimus si bonã causam habet. Filiũ æquamus patri in veritate. Et sic tribuemus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum. Ita verbis Domini proficimus, ita vt proficiamus: & vt proficiamus gratia illius adiuuamur.

Tom.IX. — *Discretio personarum sine acceptione.*

Tom.III. ACCIDENS. Quid sit, & quod in Deo nõ est. Lib.v. de Trini. iij. & iiij. cap. Accidens nõ dici solet, nisi qđ aliqua mutatione eius cui rei accidit, amitti potest. Nã etsi quædam dicuntur accidentia inseparabilia, quæ appellantur Græcè achorista, sicuti est color niger plumæ corui, amittit eum tamē, non quidem quandiu pluma est: sed quia nõ semper est pluma: quapropter ipsa materies mutabilis est, & ex eo quod desinit esse illud animal, vel ea pluma, totũ illud corpus in terrã mutatur & vertitur: amittit

ἀχώριστα.

A vtique etiã illũ colorē. Quãuis & accidens quod separabile est, nõ separatione, sed mutatione amittatur, sicuti capillorũ hominis nigredo. Quoniã dũ capilli sunt possunt albescere, non separatione nigredinis, quasi emigret, & vt cãdore succedente ascēdat: sed illa qualitas coloris vertitur & mutatur. Nihil itaque accidens est in Deo, qa nihil mutabile aut amissibile est in eo. Quot modis dicitur. Lib.lxxxiij. quæstionũ. Quædam eorũ quæ accidunt nobis vt habitũ faciant nõ mutantur in nobis sed ipsa nos mutant in seipsa integra & inconcussa manentia, vt sapientia cũ accidit homini, nõ ipsa mutatur, sed mutat hominē, quoniam de stulto sapientē facit. Quædã verò sic accidũt vt & mutent & mutentur: sicut cibus, quia & ipse vertit suam speciē cũ corpus nostrũ B vertitur: & nos refecti cibo ab exilitate atque lãguore, in robur atque valentiam commutamur. Quædã mutantur & non mutant, sicuti vestis: nã cum proiecta vel reposita est, nõ habet eam formã quam sumit cũ induitur atque inducitur mēbris: potest esse & quartũ genus eorũ quæ nõ mutant nec mutantur: vt annulus in digito. Nullũ est in Deo. Lib.v. de Trinitate. In Deo nihil secũdum accidens dicitur quia nihil in eo mutabile est. Quare Deo aliquid accidere dicitur. Libr. iij. super Gen. Cũ ea quæ nõ accidũt Deo, tanquã illi accidant loquimur, eũ facere agnoscimus, vt nobis accidãt ea dũtaxat, quæ laudabilia sũt: sicut cũ dixit Abrahæ, Nũc cognoui qa timeas Deũ.

Tom.IIII. Quæst.73. — *Cap.4. in fin.* — *Tom.III. Cap.9.*

ACCIDIA. Inuehitur cõtra accidiam in sermone secũdo de timore. Noli esse piger, noli breuiter laborare. Aeternã vi C tã daturus est tibi Deus. Cogita quanto labore emēda sit. Intēdite fratres, venale est quod habeo, dicit Deus. Eme illud de labore tuo. Quid habes venale? Requiem æternã. Regnũ cœlorum. dicis illi. Quantũ valet? Pretiũ ipsius labor est. Iã quære quantũ laborandũ est. Sed nõ dicitur tibi quãtũ laboris exigat à te Deus, sed quanta sit ipsa requies: vt tu iudices quantũ laborare debes. Hæc est requies sempiterna, sine fine gaudiũ, sine fine lætitia. Si hoc vis cõparare, tēporali labore emitur. Misericors enim Deus: non æternũ laborem sed tēporalē exigit, vt aliquando peruenias ad id quod emis, & in æterna requie læteris. Forsan esse debuit sempiternus labor ꝓ sempiterna reqe, sed decies cētena millia annorũ habēt finē: quod D tibi dat Deus nõ habet finē. Sed quãta est misericordia eius, vt cum laboraueris in paucis annis & fortasse diebus, requiē sine fine donabit? Soluit quod opponit accidia. Lib. de cõflictu vitiorũ & virtutũ sub vocabulo ignauiæ sic. Torpor ignauię dicit. Si lectioni vel cõtinuato studio semper insistis, oculorũ caliginē incurris: si indesinenter lachrymas fundis, ipsos etiã oculos amittis: si ꝓtelatis vigiliis psalmorũ cēsum persoluis, insaniã capitis acquiris: si quotidiano te labore conficis, ad opus spirituale quãdo cõsurgis? Virtutis exercitiũ respõdet. Quid tibi ad hoc proferēdũ tã longa ꝓponis tēporũ spatia? Nũqđ scis si crastinũ viuas? Imo etiam si vnam horam in hac vita facias?

Collatio laboris & præmij. — *Cap.13. Tom.IX.* — *Eod. Tom. lib. & cap.*

An for

Mat.25. An forte mente excidit, quod Saluator in Euangelio dicit. Vigilate quia nescitis diem neq; horã. Quapropter discute corporis inertiã, sempérque meméto quia regnũ cœlorũ nõ tepidi, non molles, non desides, sed violenti, vimq; facientes diripiũt. Mat.11. Vnde super psal. ser. iij. Noli esse piger laborare breuiter & gaudere incessabiliter.

Tom.VIII. ACTIO. Super psalm. cxiiij. Talis actio debet esse animæ, quæ tendit ad quietem securitatémq;, nõ quę augeat inquietũ laborem. Tom.III. De qua. Lib. j. de Trinit. cap. iiij. Actio quæ in ministerio indigentiæ est cum indigentia ipsa trãsierit auferetur. Boni quippe operis trãsituri merces est, requies permãsura. Tom. VIII. Quod merces actio erit. super psal. lxxxv. Actio nostra erit laus Dei, amas & laudas. Desinis laudare si desinis amare. Non autem desines amare. quia talis est quem vides, qui nullo te offendet fastidio, & semper satiat te. Tom.IIII. Cap.14. Vnde vt dicit. Libro de catechizandis rudibus. Aequius est vt nos Dei, quã Deus nostram voluntatem sequatur: quia & ordo agendarum rerum, quoniam nostro arbitrio tenere volumus, ille vtique approbandus est, vbi potiora præcedunt. Paulò post. Prouerb.19. Nemo enim melius ordinat quid agat, nisi qui paratior est nõ agere, quod Diuina potestate prohibetur, quam cupidior agere, quod humana cogitatione meditatur. Quia multæ cogitationes sunt in corde viri, consilium auté Domini manet in æternum. Quæst.45. Tom.IIII. Libro quæstionũ in Iudicũ. Agit spiritus Domini & per bonos, & per malos, & per scientes & nesciẽtes, quod agendum nouit & statuit. Libro secundo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. Nihil fit quod aut Dominus Deus ipse non facit, aut fieri permittit. In cõmunibus sermonibus, serm. j. Tom.VII. super illud verbũ. Quod volo hoc ago. Nõ agit quod vult, & quod vult non potest, quia quando poterat noluit: per malũ enim velle, perdidit bonum posse. Cap.11. et 12. Tom.III. Libr. viij. super Gen. ad literã. Non tale aliquid homo est factus, vt possit deserẽte eo qui fecit, agere aliquid tanquã ex seipso: sed tota eius actio bona est, conuerti ad eum à quo factus est, & ab eo iustus, pius, sapiẽs, beatúsq; semper fieri potest. Tom.IIII. Cap.45. Ideo Lib. de salutaribus documentis. In omni opere quod cogitas facere, primũ cogita Deũ: & si secundũ Deum est quod cogitas, diligẽter examina: & si est rectum coram Deo, perfice illud: si verò aduersum fuerit repertũ, amputa illud ab anima tua, & omnia per sapientũ cõsiliũ facito, vt opera tua & gressus tui, secundum Domini voluntaté dirigantur. Lib. de vera innocentia, id est, sententiarum excerpt. ex Aug. cap. Tom.III. ccxciiij. Actio in hac vita pia est, Deũ colere, & eius gratia contra vitia interiora pugnare, eísque vsque ad illicita instigantibus cogitationibus non cedere, & vbi ceditur indulgentiã, atq; vt nõ cedatur adiutoriũ Dei, affectu religiosæ pietatis exposcere. In paradiso si nemo peccasset, non esset actio pietatis expugnare vitia, quia fœlicitatis esset mãsio, vitia nõ habere. Aliter dicit Libro T.m.X. de verbis Apostoli, sermon. xiij. Hoc est opus vestrũ in hac vita, actiones carnis spiritu mortificare, quotidie affligere, minuere, frænare, interimere. Quàm multos enim proficiẽtes non iam delectant, quæ antea delectabant? Vita Christiana. Quando ergo delectabat, & non ei consentiebatur, mortificabatur: quod iam non delectat, mortificatum est. Calca mortuum, & transi ad viuum. Calca iacentẽ, conflige cum resistente. Mortua est enim vna delectatio, sed viuit altera: & illam dum non consentis mortificas, cum cœperis omnino non delectari, mortificasti. Hæc est actio nostra, hæc est militia nostra. In hoc agone cum cõfligimus, Deũ habemus spectatoré. In hoc agone cum laboramus, Deum poscimus adiutoré. Si enim nos ipse non adiuuerit, non dico vincere, sed nec pugnare poterimus. Et ideo agimus & agimur. ibidem super illud. Qui spiritu Dei aguntur. Dicit aliquis, Ergo agimur & non agimus. Respondeo imo agis & ageris. Et tunc bene agis si à bono agaris. Spiritus enim qui te agit, agentibus adiutor est, ipsum nomen adiutoris præscribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis. Nemo enim adiuuatur, si ab eo nihil agatur.

ACCVSATIO. Lib. ij. de sermone Domini in monte. Tom.IIII. Accusare vitia, officium est bonorum virorum & beneuolorũ. Quod cũ mali faciũt, alienas partes agũt. Et ideo cauendũ, & molestũ simulatorũ genus, qui cum omniũ vitiorũ accusationes odio & liuore suscipiãt, etiã cõsultores videri se volũt. Et ideo in regula, & ponitur in decretis. v. quęst. xj. Tom.I. Nec nos iudicetis esse maleuolos, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres nostros quos indicãdo corrigere potestis, tacẽdo perire permittitis. Præposterа misericordia. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod vellet occultari dum timet secari, nõne crudeliter à te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde. Sed vt in Lib. de pœnitẽtia. & habetur ij. q. vij. Tom.X. Homil. 50. Plerique boni viri, propterea sufferũt aliorũ peccata & tacent, quia sæpe deserũtur publicis documẽtis, quibus ea quæ ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt. Tom.X. Quia vt in eodẽ, & habetur. xj. q. iij. Quãuis vera sint quæ proponũtur, non tamẽ iudici facile credẽda sunt, nisi certis indiciis demõstrarentur. Nos uerò à cõmunione quenquã prohibere non possumus, quãquã hæc ꝓhibitio nõ sit mortalis sed medicinalis, nisi aut sponte cõfessum, aut in aliquo siue sęculari, siue Ecclesiastico iudicio, nominatũ atq; conuictũ. Quis enim vtrũq; sibi audeat assumere, vt cuipiã ipse sit & accusator & iudex? In eodẽ Lib. Multi dãnandi sunt innocentes, quia sæpe falso in quoquã crimina nominantur. Non ergo illi quos monemus agere pœnitentiã quærãt sibi comites ad suppliciũ, nec gaudeãt quia plures inueniũt. Nõ enim propterea minus ardebũt, quia cũ multis ardebũt. Non est sanitatis hoc certum consiliũ, sed maleuolentiæ malum solatium. Quod peccatores apud Deũ non accusantur in mundo. Tom. IX. Psal.9. Lib. de verbis Apostoli, sermone quarto. Laudantur peccatores in desideriis animæ suæ, &c. Inuenis animæ concupiscentiam carnal

Impunitas scelerū damnosa. carnalem sectantem, totúmque illi se seruum donantem, occupari vndique voluptate, fornicari, inebriari: non dico amplius, fornicari inquam & inebriari. Hæc dixi quæ quasi licitè committuntur, sed nón Dei legibus. Quis enim aliquando ad iudicē ductus est, quia meretricis lupanar intrauit? Quis aliquando in tribunalibus publicis accusatus est, quia per suas listrias lasciuus, immundúsq; defluxit? Quis aliquando habens vxorem, quia ancillā suam vitiauit, crimen inuenit? Sed in foro, non in cœlo: in lege mundi, non creatoris mundi. Luxuriosus autē immundus atq; lasciuus, fœlix dicitur, abutēs voluptate, frui deliciis. Iam verò si se etiam vino ingurgitet, si bibat mēsuras sine mensura, parum est, quia non inuenit crimē, sed viri fortis accipit nomē, tanto nequior, quanto sub poculo inuictior. Cum laudantur ista & dicitur fœlix est, magnus est, bene est illi. Et nō hoc solùm non putatur esse peccatū, sed etiā putatur vel Dei donū, vel certè blandum & legitimū bonum. Ideo dicit. Libro de vera innocētia. *Tom. III.* Rectus est, & bene inuocat Deū, qui in omnibus malis quæ patitur, se accusat non Deum & in bonis quæ facit non se laudat sed Deum. Sicut enim repellit Deus peccata sua defendentem, sic recipit confitentē. Vnde ibidē. cap. cxciij. Bene currit ad remissionē peccatorū, qui displicet sibi. Apud iustum enim iudicem & misericordē, qui se accusat, excusat. De accusatione peccatorū contra *Tom. VIII.* diabolū super psal. xcj. Impius ad manum habet satanam, quem accusat. Satanas fecit, dicit, ipse mihi persuasit: quasi satanas habeat potestatem agendi vel cogendi. Astutiam suadendi habet: sed si satanas loqueretur & taceret Deus, haberes vnde te excusares. *Friuola excusatio in peccatis.* Modo aures tuæ positæ sunt inter monentē Deum & suggerentem serpētem. Quare huc flectuntur, hinc auertuntur. Non cessat satanas suadere malū, sed nec cessat Deus monere bonum. Satanas autem non cogit inuitum: in tua potestate est consentire vel non consentire. Si autem aliquid persuadente satana mali feceris, dimitte satanam, accusa te, vt accusatione tua Dei misericordiam merearis. Expetis illum accusare, qui non habet veniam? te accusa, & accipies indulgentiam. De hac excusatione, require infra, capite Excusatio. Quod diabolus accusabit in iudicio, require infra capite Iudicium extremum. Quod iusti accusabunt peccatorem in iudicio, & coram Deo. Libro de cor- *Tom. II. Epist. 50.* rectione Donatistarum ad Bonifacium comitē. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, *Sap. 5.* &c. Non vtiq; sic intelligēdum est, quia stabit Cananæus aduersus Israel. cum Cananæi labores abstulerint Israël, sed stabit Nabuthæus aduersus Achab, quoniā labores Nabuthęi abstulit Achab. Cananæus quippe impius. Nabuthæus iustus. Eodem modo non stabit Paganus aduersus Christianum, qui abstulit labores eius, quando idolorum expoliata sunt templa vel donata: sed stabit Christianus aduersus Paganum, qui abstulit labores eius, quando Martyrum strata sunt corpora. Sic ergo non stabit hæreticus aduersus ca-

A tholicum, qui accepit labores eius, quando præualuerūt catholicorum leges imperatorum. Sed stabit catholicus aduersus hæreticum, qui abstulit labores eius, quando præualuerunt furores impiorum. Ipsa quippe soluit scriptura quæstionem quæ non ait. Tunc stabūt homines, sed tunc stabunt iusti. Et ideo in magna constantia, in bona conscientia.

AEGROTVS. De ægrotatione nostra spirituali. Lib. iij. de verbis Domini, serm. xxij. *Ser. ord. 59. Tom. X.* Aegrotat genus humanū: nō morbis corporis, sed peccatis. Iacet toto terrarū orbe ab oriēte vsq; in occidentem grandis ægrotus. Ad sanandū ergo grandē ægrotū, descēdit omnipotēs medicus. Humiliauit se vsq; ad mortalem carnem, tanquam vsque ad lectum ægrotantis: dat salutis præcepta, B contemnitur. Qui audiunt liberantur. Ideo Libro de verbis Apostoli serm. nono. Nulla causa *Tom. eod.* fuit veniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Si venit de cœlo magnus medicus: magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus. Ipse ægrotus, genus humanum est. Libro de vera innocentia, cap. centesimo septuagesimo octauo. Aegritudo animi rationalis est, cum bonis inferioribus delectatus, superiora non appetit, & ex parte non amittit. *Tom. III.* Ideóq; in duas diuiditur volūtates: cumque vna est, tota non est: & hoc adest vni quod deest alteri. Vnde de paruulis, Libro de verbis Apostoli, sermone decimo. *Tom. X.* In ista quæ ex Adā defluit massā mortalium, nullus omnino hominum non ægrotus, C nullus sine gratia Christi sanatus. Quid de paruulis si ex Adam ægroti? Nam & ipsi portantur ad Ecclesiam. Et si propriis pedibus illuc currere nō possūnt, alienis pedibus currunt vt sanentur. Accommodat illis mater Ecclesia aliorum pedes, vt veniant. Aliorum cor, vt credant: aliorum linguam, vt fateantur: vt quoniam quod ægri sunt alio peccante prægrauātur, sic cum hîc sani sunt, alio pro eis confitente saluentur. De hac materia require infra, capit. Infirmitas, & capit. Medicus.

AEGYPTVS. De plagis Aegypti. Libro primo de mirabilibus sacræ scripturæ. Plagarum Aegypti modus fuit vndique, hoc est, terra, *Cap. 19. Tom. III.* aquis, animantibus, aëre, igne, nubibus, cœlo, Angelis: hoc conuenerat, vt ostenderetur, quod con- D tra Deum rebelles & cōtumaces sese pariter vniuersus orbis armat: sicut & illis quibus Deus auxilium præbuit, omnis natura suffragatur: vt euenit iis duobus Aegyptiis, scilicet & Hebræis in mari rubro. Dignè ab Hebræis fuerunt decepti. Libro octogesimo tertio quæstionū. *Quæst. 53. Tom. IIII.* Non est mirū si Aegyptū hostem deceptione dignū decipere iussi sunt filij Israël, qui erant digni adhuc hostem decipere. Nō enim iam erant idonei quibus diceretur, Diligite inimicos vestros: sed tales erant quibus tantummodo dici oporteret. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Aliter tamē dicit. Lib. quæst. super Exodū. q. vj. Quod mandauit Dominus Hebræis *Tom. eod.*

vt acciperent ab AEgyptiis vasa aurea &c. mandati huius non potest iniustum esse iudicium. Mandatum enim Dei est, de quo non iudicandum, sed ei obtemperãdum fuit. Ille enim nouit quàm iustè mandauit: ad seruum autem pertinet obediẽter facere, quod mãdauit Dominus. Et ideo non furtum fecerunt. ibid. Dixit Dominus ad Mosen. Petat vir à proximo suo, & mulier à proxima sua, vasa aurea, & argentea, & vestem. Non hinc quis furãdi exemplum putare debet, ad expoliandum isto modo proximũ. Hoc enim Deus iussit, qui nouerat quid quęque pati oporteat. Nec Israëlitæ furtum fecerunt, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt. AEgyptus significat mũdũ, super Psal. cxiij. AEgyptus quoniam interpretatur afflictio, vel affligens, vel cõprimens, sæpe in imagine ponitur huius sæculi: à quo spiritaliter recedendum est, ne simus iugum ducẽtes cum infidelibus. Vnde lib. de quatuor virtutibus charitatis. Exsurgat anima quæ charitatis virtute comprehensa est, & fugiat ex AEgypto, id est, huius sæculi desiderio, pergat ad mare rubrum, id est Christi baptismũ: ideo rubrũ, quia Christi sanguine purpuratum. Persequantur hostes, id est peccata cum suo diabolo authore, tanquam AEgyptij cum suo rege Pharaone. Seuiãt, sequantur fugientes, quid metuis? Vsque ad aquã sæuiunt. Ingredieris tu, ingredientur & illi post te, sed aqua conuersa erit in perniciem, tibi proficiet ad salutẽ: illos obruet, te abluet: illos damnabit, te liberabit. Post hoc suscipies mel de petra, quo sitim tuã saties. Petra enim erat Christus. Ex eius præceptis, tanquã ex fontibus dulcedinis satieris, gustabis, & panẽ illum qui dixit, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, gustabis & videbis, quam suauis est. Et si in te eminet virtus charitatis, quæ omnia sperat: per eremum necesse est te transire, id est vtaris hoc mundo tãquam non vtens: & in hac vita peregrinante noueris esse, si terram promissionis cupis intrare. Hæc est terra de qua Propheta cantat & dicit, Credo videre bona Domini in terra viuentium.

Quæst. 39. *Tom. IX.* *Psal. 26.*

ÆNIGMA. Super Psal. xlviij. serm. j. AEnigma est obscura parabola, quæ difficilè intelligitur. Lib. de Trinit. AEnigma est, vt breuiter explicem, obscura allegoria, sicuti est, Sanguisugæ tres † erant filiæ, & quæcunque similia. Lib. ij. diuersarum quæstionum ad Simplicianum, circa principium. Velamen quippe omnino includit aspectum, ænigma verò est tanquam per speculum.

Tom. VIII. *Li. 15. cap. 9.* *Tom. III.* *† Aliàs, duæ.* *Tom. IIII.*

ÆQVALE. Bonum est vniuersi, quod omnia non sunt æqualia. Libr. lxxxiij. quæstionum, quæst. xliij. Non essent omnia, si omnia essent æqualia. Non enim essent multa rerum genera, quibus conficitur vniuersitas: primas, & secundas, & deinceps vsque ad vltimas ordinatas habens creaturas. Lib. vij. confess. Manifestum est mihi, quia omnia bona tu fecisti, & prorsus nullæ substãtiæ sunt quas tu non fecisti. Et quoniã non æqualia omnia fecisti, ideo sunt omnia: quia singula bona sunt, & simul valde bona, quoniam fecisti Deus noster omnia bona valde. Deo æquari, nemo fœliciter audet. Super Ioan. tract. xvij. Qui se voluit æqualem facere Deo dum non esset, cecidit, & ex Angelo factus est diabolus, & superbiam homini propinauit, vnde ipse eiectus est. Nam hoc dixit homini: cui, statim lapsus, inuidit: Gustate, & eritis sicut dii, id est vsurpatione rapite, quod facti nõ estis, quia & ego rapiendo subiectus sum. Hoc nõ prodebat, sed suadebat. Sed in trinitate est ęqualitas. Lib. de vera innoc. In trinitate Diuina tanta est substantiæ vnitas, vt æqualitatem teneat, pluralitatem non recipiat.

Quæst. 41. *Tom. IIII.* *Tom. I.* A *Tom. IX.* *Cap. 227.* *Tom. III.*

ÆTERNITAS. Super Psal. lxxj. Hoc est verè æternum, quod nullo tempore variatur. Sicut in principio erat verbum.

B Libr. ix. confess. AEternum est, quod semper fuit & futurum est. Nam non fuisse est futurum non esse. Lib. de vera relig. AEternitas tantũmodo est: nec fuit quasi iam nõ sit, nec erit quasi adhuc nõ sit. Quare sola verissimè dicere potuit humanæ menti. Ego sum qui sum. Et de illa verissimè dici potuit. Qui est, misit me. Libr. iij. de verbis Domini, ser. j. In æternitate est stabilitas, in tempore autem varietas. In æternitate omnia stant tempora: in tempore alia accedunt, alia succedũt. Lib. lxxxiij. quæst. quæst. xix. In æterno cum propriè dicitur, nec quicquam præteritum, quasi transierit: nec quicquam futurũ, quasi nondum sit: sed quicquid est, tantummodo est.

Tom. I. *Cap. 49.* *Tom. eod.* *Ser. ord. 8.* *Tom. X.* *Tom. IIII.*

Propterea vbi supra de verbis Domini. Aliud est coæternum, aliud coæuum. Coæuos dicimus C eos, qui eandem habent mensuram temporum: nõ alter ab altero præceditur. Coæternos autem eos, qui eandem habent mẽsuram æternitatis, scilicet vtrosque æternos. Quod enim est temporali coæuum, hoc est æterno coæternum. AEternitas autem vera est in Deo. Libr de vera innoc. ca. iij. Vera æternitas & vera immutabilitas non est, nisi in Deitate trinitatis: cui quod est esse, perpetuum est: quia natura initio carens, incremento non indigens, sicut nullum finem, ita nullam recipit mutabilitatem. Creaturæ etiam illæ quibus Deus æternitatem dedit vel daturus est, non penitus omnis finis alienæ sunt, quia non sunt extra commutationem, dum est illis finis, & temporalis institutio, & localis mutatio, & ipsa in augmentum sui facta mutatio. Eodem lib. Vera D æternitas Dei est, qui solus habet immortalitatem: Quoniam ex nulla specie motúve mutatur, nec temporalis est voluntatis. Non enim immortalis est voluntas, quæ alia & alia est. Causa huius, libro iiij. de trinitate, cap. xx. Cum nos mente aliquod æternum quantum possumus capimus, non in hoc mundo sumus. Et omnium iustorum spiritus adhuc in hac carne viuentium, in quantum Diuina sapiunt, nõ sunt in hoc mundo. Duobus modis intelligitur in æternum. super Psalmum cxxx. Vsque in æternum duobus modis intelligitur. Vsque in æternum, id est, aut semper sine fine: aut quousque veniamus ad æternitatem. De qua æternitate, super Psal. cj.

Ser. ord. 38. *Tom. X.* *Tom. III.* *Cap. 183.* *Tom. III.* *Tom. VIII.* *Tom. eod.*

Tom.eod.

Psal.cj.sermone ij.Totum hoc tempus,non dico ab hodierno die vsque in finẽ sæculi, sed ab Adã vsque in finẽ sæculi, exigua gutta est comparata ęternitati. Ibid.infra.Non sunt aliud anni Dei æterni, & aliud ipse: sed anni Dei, æternitas Dei est. Aeternitas ipsa Dei substantia est, quæ nihil habet mutabile. Ibi nihil est præteritum quasi iam non sit,nihil est futurum quasi nondum sit. Non est ibi nisi,Est.Non est ibi fuit & erit, quia & quod fuit,nõ est:& quod erit, nondum est:sed quicquid ibi est, non nisi est. Meritò dixit Mosi. Ego sum qui sum. Hoc est totum quod vocaris, Deus.Non esset tibi nomen ipsum esse,nisi quicquid est aliud tibi cõparatũ,inueniretur non esse verè.Hoc est nomen tuum?Exprime hoc idẽ melius.Vade,inquit,& dic filiis Israël. Qui est,misit me ad vos. Magnum ecce est, magnũ est.Ad hoc homo quid est?Ad illud tam magnum est, homo quid est quicquid est? Quis apprehendat illud esse?Quis eius particeps fiat?Quis anhelet?Quis aspiret? Quis ibi se esse præsumat? Noli desperare humana fragilitas.Ego sum,inquit, Deus Abraham,Deus Isaac,& Deus Iacob. Audisti quid sum apud me? Audi quid sum propter te. Hæc igitur ęternitas vocauit nos,& erupit ex æternitate sua verbũ, per quod facta sunt omnia. O verbũ ante tẽpora,per quod facta sunt tempora:natum & in tempore,cum sit vita ęterna,vocans temporales, faciens æternos. Differentia inter ęterna & tẽ-

Cap.38. Tom.III. Lib.de vera innocen c.p. 270.

poralia.Lib.j.de doctr.Christ.c.vlt.& lib.de vera innocentia.Inter temporalia atque æterna hoc interest, quod aliquid temporale plus diligitur antequam habeatur, vilescit autem cum aduenerit.Non enim satiat animam,nisi incorruptibilis gaudij vera & certa æternitas†. AEternum verò ardentius diligitur adeptum,quam desideratum. Nemo enim plus de illo existimat, quã in se habet:vt fiat minus,quod speratum est amplius:sed tanta est ibi excellentia, vt multo plus adeptura sit charitas,quam vel fides credidit,vel spes desiderauit. In æternitate glorię,erit cõcors diuersitas.

† Aliàs, non enim satiat animam cui vera & certa sedes est æternitas.

Cap.360. Tom.III.

Lib.de vera innoc.In quibusdã æternis,potest esse aliqua distantia.Ipsa autem ęternitas absque diuersitate mensuræ est. Multæ quippe mansiones in vna vita, varias meritorum significant dignitates.Sed vbi Deus erit omnia in omnibus, fiet etiam in dispari claritate par gaudium: vt quod habebunt singuli, commune sit omnibus: quoniam per connexionem dilectionis, à gloria capitis,nulla erit aliena pars corporis.

Tom.VIII.

ADAM. Super Psal.xcv.Adã orbem terrarum significat, secũdum Græcam linguam quatuor literę sunt. alpha delta,alpha & mi. Sicut autẽ græci loquuntur,quatuor orbis partes,has in capite literas habẽt, ἀνατολὼ dicunt Orientem: δυσμὼ Occidẽtem: ἄρκτον Aquilonẽ: μεσημβρίαν, Meridiem. Habes Adam. Ipse ergo Adam, toto orbe terrarum sparsus est. In vno loco fuit & cecidit, & quodammodo cõminutus,impleuit orbẽ terrarum: sed misericordia Dei vndique collegit fracturas, & conflauit igne charitatis & fecit vnum,quod fractũ fuerat.

A Nouit illud facere artifex ille, nemo desperet. Multum quid est, sed qui sit artifex cogitate. Ille reficit, qui fecit. Ille reformauit, qui formauit. Lib.vj.super Gene.c.xiiij.Creditur factus Adam,sine vllo progressu incremẽtorum,in virili ætate. In dialogo ad Orosium.Adã vt Hebræi,& egregius doctor noster Hieronymus sentit,in Hebrõ creatus fuit à Domino,& inde trãslatus in Paradisum,suas inde confirmans sententias, quia dixit Moses, Tulit Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis:& post transgresionem asserunt,quod illuc Domino iubente redierit.Et potest quęri,quare non fuit formatus in Paradiso? Respondeo, vt sciret locum sibi donatum, datum esse ex gratia: & quia ibi non erat nutriendus. De quo loco lib.xj.de ciuitate Dei.c.xij. Quãtum pertinet ad delectationem præsentis boni,beatior erat primus homo in Paradiso, quam quilibet homo in hac infirmitate mortali:quantum autem ad spẽ futuri boni, beatior est quilibet in quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veritate manifestum est,sine fine se habiturum,omni molestia carentem societatem Angelorum, in participatione summi Dei, quam erat ille homo sui casus incertus,in magna sua fœlicitate Paradisi. De eius vita, libro primo quæstionum noui & veteris testamenti,quęstione xix.Deus hominem fecit,qui quandiu non peccaret,immortalitate vigeret,vt ipse sibi author esset,aut ad vitam,aut ad mortem: vt custodiens se à peccato, labore suo gauderet & esse se immortalem. Negligens verò factus,ipse sibi imputaret,quia cœperat esse mortalis.Quandiu enim in creatoris legi durauit,dignus fuit edere de arbore vitæ, vt mori non posset. Nec enim eius corpus tale erat, quod dissolui impossibile videretur,sed gustus arboris vitæ corruptionem corporis inhibebat. Denique etiam post peccatum potuit indissolubilis manere si modo permissum esset ei edere de arbore vitæ.Nam quomodo immortale corpus habebat,quod cibo sustẽtabatur?Immortalis enim non eget esca nec potu.Cibus enim vires præstabat, vitæ autem arbor, medicinæ modo, corruptionem omnem prohibebat. Sic enim homini erat quasi inexpugnabilis murus. Libro primo de meritis & remissione peccatorum & baptismo paruulorum. Terra es, & in terram ibis. Non secundũ animam,sed secundum corpus dictum est.Nam corpus terra erat,ideo etiam morte corporis erat iturus in terram.Quamuis enim secundum corpus terra esset, & corpus in quo creatus est animale gestaret, tamen si non peccasset,in corpus fuerat spirituale mutandus & in illam incorruptionẽ,quæ fidelibus & sanctis promittitur,sine mortis periculo transiturus. Cuius rei desideriũ nos habere solũ nõ ipsi sentimus in nobis, verũ etiã agnoscimus admonẽte Apostolo,vbi ait,Etenĩ in hoc ingemiscimus habitaculũ nostrũ,quod de cœlo est, superindui cupientes,si tamẽ induti, nõ nudi inueniamur.Etenim qui in hac habitatione sumus,ingemiscimus grauati,in quo

Tom.III.

Nusquam reperi in eo lib.

Tom.V.

Tom.IIII.

Etiam in statu naturę integræ corpus Adæ corruptibile natura.

Vires ligni vitæ.

Cap.2. Tom.VII.

2.Cor.5.

quo nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita. Proinde si nõ peccasset Adam non erat expoliãdus corpore, sed superuestiendus immortalitate, & incorruptione, vt absorberetur mortale à vita. i. ab animali in spirituale transiret. Neque enim metuẽdum fuit, ne dum fortè diutius hîc viueret in corpore animali, senectute grauaretur & paulatim veterascendo perueniret ad mortem. Si enim Deus Israëlitarũ vestimentis & calciamẽtis præstitit, quòd per tot annos non sunt obtrita, quid mirum si obedienti homini, eiusdem potẽtia præstaretur, vt animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quendã statum, quo sine defectu esset annosum tempore quo Deus vellet, à mortalitate ad immortalitatem, sine media morte venturus? Sicut enim hæc ipsa caro quam nunc habemus, non ideo non est vulnerabilis quia non est necesse vt vulneretur, sic illa non ideo fuit mortalis, quia non fuit necesse vt moreretur. Talem puto habitudinem adhuc in corpore animali atque mortali, etiã illis qui sine morte hinc translati sunt, esse concessam. Neque enim Enoc & Helias per tam longam ætatem senectute marcuerunt, nec tamen credo illos iam in illam spiritualitatem corporis commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quæ in Domino prima præcessit: nisi quia isti fortasse, nec ijs cibis egent qui sui consumptione reficiunt, Sed ex quo translati sunt ita viuant, vt similem habeant satietatẽ illis quadraginta diebus quibus Helias ex calice aquæ & collary de panis, sine cibo vixit. Aut si & his substentaculis opus est, ita in paradiso fortasse pascuntur, sicut Adam priusquam per peccatum inde exire meruisset. Habebat enim quãtum existimo, & de lignorum fructibus refectionem contra defectionem, & de ligno vitę stabilitatem cõtra vetustatẽ. Hoc autẽ quod puniens Deus dixit, Terra es & in terram ibis: nisi de morte corporis, quomodo possit intelligi ignoro. In dialogo ad Orosium. Primus homo tale corpus habebat quale & nos, sed sine peccato. Nõ enim habebat legem in mẽbris suis, repugnantem legi mentis suæ sed vtiq; promeruit post præuaricationẽ. Animale igitur corpus habuit Adã sed vt non senesceret nec deficeret, per illius ligni virtutẽ qua sustentabatur, quod in paradiso, vitæ nomen acceperat. Quapropter si Dei præcepta seruasset, obedientiæ merito in illud corpus spirituale quale sanctis in resurrectione promittitur, permãsisset, postmodum comnutandum. Ac per hoc poterat non mori, si Dei præceptis pia obedientia cohæsisset. Non enim sic factus fuerat, vt non posset mori sicut & cæteræ naturæ quæ omnino mori nõ possunt, sed ita vt obedientia immortalem, & inobedientia mortalem faceret. In eodem libro. Primus homo cum cõditus esset à Deo & libero arbitrio muneratus, præceptúmq; ei positũ esset, si custodisset quod Deus ei præceperat, morte neq; corporis, neq; animę vulneraretur: ille inobediens mãdato Dei, atque elatus superbia, suasioni serpentis obediens, Dei præcepta contempsit. Et hac causa, extitit vbi mortis periculum incurrit, & ab illo vno homine, humana natura vitiosa atque peccato obnoxia, & mortalis extitit.

Iuuat fidem immortalitatis Adam ab exemplo.

Genes. 5. 4. Reg. 2.

Tom. IIII.

Quæst. 19. Is est lib. quæst. 65.

Lib. de salutaribus documentis. Bonitas tua intelligat si placet, qualiter illi primi homines Adam scilicet & Eua cõmiserunt tam grãde peccatum quatenus gratia Christi, te ab hoc semper cauere concedat: quia in illis duobus, originaliter totum damnatum est genus humanum. Illi enim non ederent de ligno prohibito, nisi concupiscerent, nec cõcupiscerent nisi tentati, nec tentarentur nisi deserti, nec desererentur à Deo nisi prius deseruissent Deum, nec deseruissent illi Deum nisi superbirent, & similitudinem ad quam facti erant, damnabiliter neglexissent. Pro quo morbida eorum corpora mortem contraxerunt, & iuxta Domini sententiam eo die creduntur mortui, quo in eis pœnaliter facta est necessitas moriendi. Libro xj. super genesi capit. vltimo. Postquam de ligno prohibito seducta mulier manducauit Adæque dedit vt simul ederent, noluit eam Adam contristari, quam credebat sine suo solatio, posse contabescere, si ab eius alienaretur animo, & omnino illa interire discordia. Non quidem carnis victus concupiscentia, quam nondum senserat in resistente lege membrorum legi mentis suæ: sed amicabili quadam beneuolẽtia qua plerunque fit, vt offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus: quod eum facere non debuisse Diuinæ sententiæ iustus exitus indicauit. Sed quare Deus præceptum dedit. In tractatu de arbore interdicta. Sciebat Deus hominem posse peccare, sed eum à peccato noluit reuocare. Quare? Quia inuitum non decuit coronare. Quis inquam fratres mei pręmium non pugnanti dat? Aut quæ corona non dimicanti? Aut quæ sine conflictu victoria? Audi Apostolum diuino ore loquentem. Nemo coronatur nisi qui legitimè certauerit. Adam nec certauit, nec certamine cum diabolo dimicauit: sed ad vnam suggestionem præmium immortalitatis amisit. victus est qui non pugnauit, succubuit voluntati, non necessitati. In eodem. Dicunt homines calumniosi: Deus nõ debuit hominem permittere vt peccaret. O stulti: Qui hoc dicũt, nõ cõsiderant, quia Deus non statuam fecit lapideam aut ligneam, sed hominem perfectum condidit, cui liberi arbitrij potestatem dedit, vt consideraret quid boni appeteret, & quid mali contemneret. Debuit timere quod minatus est Deus, & contemnere quod persuaserat diabolus, & proposito sibi immortalitatis præmio, ad hoc debuit aurem cordis parare, vt creatoris sui seruaret præceptum, non exterminatoris consilium. Libro primo contra aduersarium legis & prophetarum. Lignum scientię boni & mali. Hæc dignoscẽtia non est beati hominis sapientia, sed miseriæ experientia: vnde lignum nomen accepit, à cuius cibo est homo prohibitus: vt obedientia commendaretur, quæ maxima est virtus, & vt sic dixerim, omnium origo matérque virtutum, in ea natura, cui sic datum est arbitrium liberæ voluntatis, vt eam tamen necesse sit viuere sub potestate me-

Cap. 13. Tom. IIII.

Tom. III.

Tom. IX.

1. Tim. 2.

Quare permisit Deus casum hominis.

Sub finem tract.

Tom. VI. cap. 14.

Eod. cap. sub finem.

A lioris. Ibidem. Non ignarus fuit Deus peccaturũ hominẽ, sed simul etiã quid boni & iusti fuerat, & de peccante facturus, summa vtique diuinitate præsciuit. Nec instituit quod obesset, si homo sibi obesse noluisset: sed potius instituit quod prodesset. Quia homo non sine bona mercede obedientiam custodisset, & non sine vtili exemplo, vt eam sancti eius posteri custodirent, pœnas inobedientię persoluisset. Nec voluit quod nõ potuit. hoc enim voluit vt aut obediens homo esset, aut inobediens impunè nõ esset. Nec infructuosè voluit quod homo nõ fuerat seruaturus, iubere: quia pœna cõtẽptoris docuit alios obedire. Ideo li. xiiij. de ciuitate Dei, cap. xv. Quia cõtẽptus est Deus iubens, qui creauerat, qui ad suã imaginẽ fecerat, qui cęteris animalibus pręposuerat, qui in paradiso cõstituerat, qui omnium rerum copiam salutémque

Tom. V.

Mandata Dei grauia non sunt.

B præstiterat, qui præceptis nec pluribus, nec grandibus, nec difficilioribus onerauerat, sed vno breuissimo atque leuissimo, ad obedientiæ salubritatem adminiculatus fuerat, quo eam creaturam, cui libera seruitus expediret, se esse Dominum commonebat: iusta damnatio subsequuta est. Talisq; dãnatio, vt homo qui custodiẽdo mãdatum futurus fuerat etiam in carne spiritualis, fieret etiam mente carnalis: & quia sua superbia sibi placuerat, Dei iustitia sibi donaretur: nec sicut affectabat in sua esset omnimodo potestate, sed à seipso quoque dissentiens, sub illo cui peccando consensit, pro libertate quam concupiuerat, duram miserámque ageret seruitutem, mortuus spiritu volens, & corpore moriturus inuitus: desertor æternæ vitæ, & æterna nisi gratia

C liberaret, morte damnatus. De eius morte animæ, in dialogo ad Orosium. Die quo peccauit Adam in anima mortuus est. Sicut enim corpus viuit ex anima, ita anima vt beatius viuat, viuit ex Deo: ergo deserta anima Adæ à Deo, iure dicitur mortua. Et quare corpus, Libro primo de meritis & remissione peccatorum & baptismo paruulorum. Cuius enim caro est quæ non ægrotare possit, etiã si aliquo casu prius, quàm ægrotet occumbat.? Sic & illud corpus iã erat mortale quam mortalitatẽ fuerat assumptura mutatio in æternã incorruptionẽ, si in homine iustitia, id est, obediẽtia permaneret: sed ipsum mortale, nõ est factum mortuũ, nisi propter peccatũ. Cuius peccatũ nõ est imputandum Deo, In tracta. de arbore interdicta. Peccatum Adæ non est imputandum Deo qui

Quæst. 34. Tom. IIII.

Tom. VII. cap. 5

Tom. IX. Adæ peccatum sibi non Deo imputandum.

D monuit, sed ei qui audire contempsit. Non medico, qui vulnerato obseruãdi præceptum dedit, sed vulnerato, qui contra medici præceptũ, noxia poma gustando causam transgresionis incurrit. Medicorũ ars est, vt eos quos viderint nimia ægritudine laborantes, ea prohibeant, quæ perniciosa saluti, aut periculum procurent. Quòd si ægroti cõtra medici præceptum, per intemperantiam contraria sequentes vel sumẽtes, mortem inciderint, quid pertinet medico, qui præuidens causam, obseruationem indixit? Ita nec medico animarum Deo imputandum est, quod Adam cecidit, qui eum ante monendo, in æternum viuere voluit.

Paulò post.

In eodem. Si tu cùm sis homo habens filios, admones ipsos omnes præceptum dans vt te sequentur & imitentur in omnibus: & si vnus eorum cõtemptor extiterit, & per malam conuersationem mortem incurrerit, nunquid eius mors tibi imputanda est, & non potius ei qui tuam admonitionẽ contẽnendo, mortẽ incurrit? Sic nec Deo mors Adæ ascribenda est, qui eum ante trangresionem ne in mortem incideret, monuit. Nam manifestum est monuisse Deum hominem, atque eum noluisse perire, nec ipsum fecisse mortẽ. Excusauit se nõ bene, Lib. 50. Homil. homil. xij. Conatus est excusare se Adam de muliere, sed Deus qui liberum arbitrium ei dederat, & eum præcepto suo aduersus serpentis venena firmauerat, non audiuit istas excusationes. Quia mulier propterea data erat, vt doceretur à viro, non vt doceret virum. Et sic erat constituta voluntas amborum, sic erat fabricatum liberum arbitrium, vt si nollet consentire serpenti, discederet serpens in sua falsitate confusus, & remaneret homo in Domino creatore firmatus. De cuius lapsu, Lib. lxxxiij. Primus homo factus à Deo ex quo noluit eius obtemperare pręceptis, lapsus miserrimus factus est, & meruit post peccatum audire, Terra es & in terram ibis. Lib. xj. sup. genes. cap. 50. Non aliter intelligendũ est quod ait Deus, Ecce Adã factus est quasi vnus ex nobis: nisi quòd propter trinitatẽ, numerus pluralis accipitur, sicut dictũ est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. sicut & Dominus de se & de patre: Veniemus ad eum & mans. ap. e. fa. Replicatum est igitur in caput superbi, quo exitu concupierit, quod à serpente suggestum est. Eritis sicut dii. Ecce, inquit, Adam factus est quasi vnus ex nobis. Verba enim Dei sunt non tã huic insultantis quã cæteros ne ita superbiant deterrentis, propter quos ista scripta sunt. Quid aliud est intelligẽdũ, nisi exemplũ timoris incutiẽdi esse propositũ, quod nõ solũ nõ fuerit factus qualis fieri voluit, sed nec illud quod factus fuerat, cõseruauit? Lib. enchiridiõ xxv. & xxvj. Homo habet pœnam propriam qua & corporis morte punitur. Mortis quippe suppliciũ Deus cõminatus ei fuerat si peccaret: sic eũ munerans libero arbitrio vt tamen regeret imperio, terreret exitio, atque in paradisi fœlicitate tanquam in vmbra vitæ vnde iustitia custodita, in meliora conscenderet, collocauit. Hinc post peccatum exul effectus stirpem quoque suam quã peccãdo in se tanquam in radice vitiauerat, pœna mortis & damnationis obstrinxit: vt quicquid prolis ex illo & simul dãnata per quam peccauerat coniuge, per carnalem cõcupiscentiã in qua inobedientiæ pœna similis retributa est, nasceretur, traheret originis peccatum, quo traheretur per errores & dolores diuersos, ad illud extremum cum desertoribus angelis vitiatoribus, & possessoribus & consortibus suis, sine fine supplicium. Sic per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Mundum quippe appellauit eo loco Apostolus, vniuersum genus humanum. Vnde deplorat

Tom. X.

Genes. 3. Tom. III. Genes. 3.

Ioan. 14.

Capit. 25. & 26. Ad Laurentium. Tom. III. Peccatũ ex traduce.

Rom. 5.

plorat libro meditationũ. Ad vidẽdum te Deus factus sum, & nondum feci propter quod factus sum. O quàm durus & dirus casus ille. Heu quid perdidit & quid inuenit. Quid recessit & qd remãsit? Perdidit beatitudinẽ ad quã factus est, & inuenit miseriã propter quam factus non est: abscessit sine quo nihil fœlix est, & remãsit quod per se non nisi miserũ est. Manducabat tunc homo panem Angelorũ quem nũc esurit: Manducat nũc panem dolorũ, quem tunc nesciebat. Quare sic nobis obscurauit lucem, & obduxit tenebras? Vt quid nobis abstulit vitam & inflixit mortẽ ærumnosam? Vnde sumus expulsi, vnde præcipitati, quo obruti? A patria, in exiliũ: à visione Dei, in cœcitatẽ mentis: A iucunditate immortalitatis, in amaritudinẽ & horrorẽ mortis. Misera mutatio est, sed de quanto bono in quantũ malum? Graue damnũ est, grauis dolor, graue totũ est. Lib. de correptione & gratia. Sic hominẽ fecit Deus cũ libero arbitrio, & quãuis sui futuri casus ignarũ, tamẽ ideo beatũ, quia & non mori, & miserũ nõ fieri, in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto ac sine vitio, si per ipsum liberũ arbitriũ manere voluisset, profectò sine vllo mortis & infœlicitatis experimẽto, acciperet illam merito huius permãsionis, beatitudinis plenitudinẽ, qua & sancti Angeli sunt beati, id est, vt cadere non posset vlterius: & hoc certissimè sciret. Nã neq; ipse posset etiã in paradiso beatus esse, imò ibi non esset, vbi esse miserũ nõ deceret, si eum sui casus præscientia, timore tanti mali miserum faceret. Quia verò per liberum arbitriũ Deũ deseruit, iustum iudicium Dei expertus est, vt cũ tota sua stirpe quæ in illo adhuc posita, tota cum illo peccauerat, damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe, gratia Dei liberantur, à damnatione vtiq; liberãtur, qua tenentur obstricti. Culpa tamẽ nobis imputatur, libro tertio de libero arbitrio. Hîc occurrit illa quæstio, quam inter se murmurantes homines rodere consueuerunt, qui quodlibet aliud in peccando quàm se accusare parati sunt. Dicunt enim. Si Adam & Eua peccauerũt, quid nos miseri fecimus, vt cum ignorantiæ cœcitate, & difficultatis cruciatibus nasceremur, & primo erraremus, nescientes quid nobis esset faciendũ. Deinde vbi nobis inciperẽt aperiri præcepta iustitiæ, vellemus ea facere, & renitente carnali concupiscẽtiæ nescio qua necessitate, nõ valeremus? Quibus breuiter respondetur vt quiescãt, & aduersus Deum murmurare desistant. Rectè enim fortasse quererentur, si erroris & libidinis nullus hominũ victor existeret: cum verò vbique sit præsens, qui multis modis per creaturam sibi Domino seruientem, auersum vocet, doceat credentem, cõsoletur sperantẽ, diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem: non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quòd negligis quærere quod ignoras: neque illud quòd vulnerata membra non colligis, sed quòd volentem sanare contemnis. Ista tua propria peccata sunt. Nulli enim homini ablatum

Cap. 10. Tom. VII.

Cap. 19. Tom. I.

Murmur impium retunditur.

A est scire vtiliter quærere, quod inutiliter ignorat, & humiliter confitendam imbecillitatẽ esse, vt quærenti & confitenti ille subueniat, qui nec errat dum subuenit, nec laborat. Nã illud quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè volens facere non potest, ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo liberæ voluntatis originem ducunt. Illud enim præcedens meruit ista sequentia. Lib. Hypognosticon, responsione ij. Adam factus est absque peccato natura. Cum verò peccauit homo, natura peccauit, & facta est natura iam peccatrix, id est, vitium habens peccati, non ipsa effecta vitium vel peccatum. Post peccatum ergo homo peccator dictus est, non homo peccatum. Peccator enim à peccando, non autẽ homo à peccando dicitur. Et ideo peccator homo genuit hominem, sine dubio
B peccatorem: quia de natura peccato vitiata, nõ nisi natura nascitur vitiosa, id est, peccatrix: secundum quod ait Apostolus, Qualis terrenus tales & terreni. Quare autẽ permisit Deus? In tractatu de nouo cãtico. Primus homo Deũ contempsit, serpẽti credidit, & quod acceperat perdidit. Si tũc ille homo non fuit cautus, nunc homo caueat vel expertus. Odit Deus præsumptores de viribus suis. Quid enim valeat liberum arbitrium nõ adiutum, in ipso Adam est demõstratum. Ad malum sufficit sibi, ad bonum non nisi adiuuetur à Deo. Primus enim homo ille accepit liberum arbitrium rectũ, & posuit ante eum Deus, sicut scriptura dicit, ignem & aquam, ad quod volueris, inquit, porrige manũ tuã. Elegit ignẽ,
C reliquit aquam. Videte iustum iudicem. Quod elegit homo liber accepit. Malum voluit, hoc illum sequutum est. Vide rursum illum iustum iudicem, misericordiam facientem. Cùm videret quòd homo totam stirpem suam, malè vsus libero arbitrio, in se tãquam in radice damnasset, ipse non rogatus de cœlo descẽdit, & hominem superbia pereuntem, sua humilitate sanauit: errantes perduxit ad viam, peregrinos perduxit ad patriam. Non ergo glorietur humana natura de se, sed in eo glorietur qui fecit se. Lib. xiiij. de ciuitate Dei, c. xxvii. Cùm diaboli casus & hominis, Deus nõ esset ignarus, cur nõ fineret hominẽ inuidi Angeli malignitate tentari? Nullo modo quidẽ, quòd vinceretur, incertus: sed nihilominus præscius, quod ab eius semine adiuto
D sua gratia, idem ipse diabolus fuerat sanctorũ gloria maiore, vincendus. Ita factum est, vt nec Deũ aliquid futurũ lateret, nec præsciendo quẽquam peccare cõpelleret: & quid interesset inter propriam cuiusque præsumptionem, & suam tuitionem, Angelicæ & humanę rationali creaturæ, cõsequenti experientia demonstraret. Quis enim audeat credere, aut dicere, vt neque Angelus, neque homo caderet, in Dei potestate non fuisse? Sed hoc eorũ potestati maluit nõ auferre, atque ita quantum mali, eorum superbia, & quantum boni, sua gratia valeret, ostendere. Ideo sermone quodam de natiuitate Domini. Adam nisi cecidisset, Christus ad nos non descendisset. Et

Tom. VII.

1. cor. 15.

Cap. 8. Tom. IX.

Libertas arbitrij sola, valens ad malum: ad bonũ non nisi adiuta à Deo.

Eccl. 15.

Tom. V.

Peccatum est, non necessitate sed voluntate.

Cap. 11. in calce. cap. Tom. VII.

libro primo de meritis & remissione peccatorum & baptismo paruulorum. Adam quippe ex vno suo delicto reos genuit, Christus autē & quæ homines proprię volūtatis delicta ad originale, in quo nati sunt, addiderunt, gratia sua soluit atque donauit.

Tom. II. Epist. 157.

In epistola ad Optatū episcopū &c. Sicut in Adā omnes moriūtur, ita & in Christo omnes viuificabūtur, quia sicut in regno mortis nemo sine Adā, ita in regno vitæ nemo sine Christo. Sicut per Adam omnes peccatores, ita per Christū omnes iusti homines. Sicut per Adā omnes mortales, in pœna facti sunt filij sęculi, ita per Christum omnes immortales in gratia fiunt filij Dei. In communibus sermonibus sermone ij. Adam primus homo, damnauit peccando in mortem corpora nostra. sed Iesus si est spūs eius in nobis, viuificabit corpora nostra, quia sanguinē suum dedit pro salute nostra.

Cap. 15. Tom. IIII.

Christus nō Adam imitandus.

Ideo Lib. de salutaribus documētis. Quamuis ex Adā simus carnaliter nati, nō ipsum tamē debemus imitari, sed Christum Dominū nostrū in quo renati sumus per baptismū & viuimus. Quid enim est imitari Adā, nisi carnalibus cōcupiscentijs ac desiderijs, morte nos perpetua occidere? & quid est imitari Christū, nisi carnales concupiscentias ac desideria in nobis mortificare, & cū ipso qui pretio sui sanguinis nos redemit, fœliciter regnare? Et sicut quando in Adam fuimus, omnes in illo cecidimus: ita iam in Christo cœpimus esse, & spiritualiter omnes cum illo resurgamus. Et vt totum dicam, Adam nobis abstulit Paradisum, & Christus donauit regnum cœlorum, & corpus suum pro nobis peccatoribus tradidit gloriosum. Require in cap. Eua & cap. Arbitrium.

Cap. 60. Tom. III.

ADHAERERE. Lib. de vera innocētia. In rebus spiritualibus, cum minor maiori adhęreret, sicut creatori creatura illa fit maior quàm erat, nō ille. Ex hoc est maius esse, quod est melius esse: quia adhęrēs creatori creatura, non mole auctior sed virtute fit maior.

Cap. 97.

Lib. eo. Adhærēs Deo, & semper Dei faciens voluntatem, nunquam à suo habitatore deseritur Et si quædam dura & aduersa patiatur, non relinquitur, sed probatur.

Tom. VIII. Psal. 73.

Super Psal. Mihi autem adhęrere Deo bonum est. hoc est totum bonū, quo nihil est melius.

Tom. V. Summum bonum.

Libr. x. de ciuitate Dei. cap. xviij. Adhærere Deo est bonum summum. vnde propheta non dixit. Mihi diuitijs abundare bonū est, aut insigniri purpura & sceptro, vel diademate excellere, aut quod nōnulli etiam philosophorum dicere non erubuerunt, Mihi voluptas corporis bonum est. Aut quod melius velut meliores dicere visi sunt, Mihi virtus animi mei bonum est: sed mihi inquit adhærere Deo bonū est. propter hoc bonum adipiscendum, omnia bona reijcienda sunt. Et lib. xij. eiusdem, cap. j. Quàm magna laus est hominem adhærere Deo, vt ei viuat, inde sapiat, illo gaudeāt, ttóq; bono sine morte, sine errore, sine molestia perfruatur: Quis dignè cogitare potest aut eloqui?

In prin. cap.

Quia vt dicit ibidem in eodem. Bonorum Angelorum beatitudinis causa est adhærere Deo. Quamobrem si A quæritur quare illi beati sunt? Respondetur, quia adhærunt Deo: & cum quæritur cur isti sint miseri? recte respondetur: quia non adhærent Deo. Non enim creaturæ rationali, vel intellectuali bonum est quo beata sit, nisi Deus.

Cap. 14. Tom. I.

Lib. de moribus Ecclesiæ. Non est Angelus cū inhæremus Deo nostra mente, præstātior. Sed quomodo fiat eodem lib. Nihil aliud est optimū bonū hominis nisi cui inhęrere est beatissimum. Id autem est solus Deus. Cui inhærere certè non valemus, nisi dilectione, amore & charitate. Quòd si virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino esse virtutem affirmauerim, nisi summum amorem Dei.

Tom. IIII.

B ADDISCERE. Lib. quæstionum veteris & noui testamenti. q. lxxx. Nescire bonū vel malum simplicitas quædam est naturalis, quæ neque ad bonum neque ad malum erudita est. Hæc est ignorantia sine malitia, sine sensu enim nascimur. Sed nostra natura hoc bonum habet, quòd est capax ediscere veritatem. Filius autem diaboli est qui natus malus malis rebus imbuitur, vt ijs studeat quæ inimica sunt creatori. In eadem quæstione circa finem. Sic Deus instituit genus humanum nostrum, vt sine sensu nati, possibilitatem tamen habeamus discendi, siue bona siue mala: vt ipsi nobis aut mala acquiramus, aut bona: vt lætemur in nobis, cum rectè agentes remuneramur, aut ipsi nobis imputemus, si parua sequentes condemnemur.

Cap. 6. Tom. V. Persius Satyra 3.

Quid discendum libr. ij. de ciuitate Dei inducit Persium in his versibus. C Persius increpat dicens.

Discitéque ô miseri & causas cognoscite rerum.
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur. ordo
Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus & vnde:
Quis modus argenti, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet. patriæ charísque propinquis
Quantùm elargiri deceat, quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.

Tom. VIII.

Sed quidam non discunt ob humilitatis causam, Super Psal. cxxx. Sunt quidā homines, qui cum audierunt quòd humiles esse debent, demittunt se, & nihil volunt discere putātes quia si aliquid didicerint superbirent, & remanent in solo lacte. Quos reprehendit scriptura dicens. Et facti estis opus habētes lacte non solido cibo.

Heb. 5. Grandescendum in cognitione Dei.

Sic enim Deus vult nos nutriri lacte vt nō ibi rema- D neamus, sed crescēdo, per lac ad solidū cibū perueniamus. Ergo non debet homo extollere cor suum in superbiam, sed debet eleuare in doctrinā verbi Dei. Non igitur tibi dicitur humilis esto vt non sapias. sed humilis esto propter superbiam, altus esto propter sapiētiam.

Paulò pòst. Tom. III.

Sunt alij propter aliud non discentes, contra quos, & quòd ab hominibus discere oportet, in prologo de doctrina christiana. Sunt qui Diuino numine exultāt, & se sine præceptis, sanctos libros intelligere atq; tractare gloriantur. Quorum sic est linienda cōmotio, vt quāuis magno Dei dono iure lætentur, recordentur se tamen per homines didicisse vel literas. Nec propterea sibi ab Antonio sancto & perfecto viro Aegiptio monacho insultari

Mirum.

tari debere, quòd ſine vlla ſciētia literarum ſcripturas Diuinas & memoriter audiēdo tenuiſſe, & prudenter cogitando intellexiſſe prædicatur. Aut ab illo ſeruo Barbaro Chriſtiano, de quo à grauiſsimis fidéque dignisſimis viris nuper accepimus: qui literas quoque ipſas nullo docente homine, in plenam notitiam, orando vt ſibi reuelarentur, accepit, triduanis precibus impetrās, vt etiā codicem oblatū, ſtupentibus qui aderant legendo percurreret. At ſi hæc quiſque falſa eſſe arbitratur, nō ago pugnaciter. Certè enim quoniam cum Chriſtianis nobis res eſt, qui ſe ſcripturas ſanctas ſine duce homine noſſe gaudent, & ſi ita eſt vero & non mediocri gaudent bono, concedant neceſſe eſt, vnumquēque noſtrum & ab ineunte pueritia, conſuetudine audiendi, linguā ſuam didiciſſe, & aliam aliquam vel Græcam, vel Hebræam, vel quamlibet cæterarum, aut ſimiliter audiēdo, aut per hominem præceptorem accepiſſe. Iam ergo ſi placet moneamus omnes fratres, ne paruulos ſuos iſta doceant, quia momento vno tēporis aduenīete Spūſancto, repleti Apoſtoli, omniū gentiū linguis locuti ſunt: aut cui talia nō prouenerint, nō ſe arbitretur eſſe Chriſtianum, aut Spiritū ſanctū accepiſſe ſe dubitet: imo *Diſcendum hominū miniſterio.* verò & quod per hominem diſcendum eſt, ſine ſuperbia diſcat, & per quem doceatur alius, ſine ſuperbia, & ſine inuidia tradat quod accepit. Nec tētemus eum cui credidimus, ne talibus inimici verſutiis & peruerſitate decepti, ad ipſum quoque audiendum Euangelium atque diſcendum nolimus ire in eccleſias, aut codicem legere, aut docentem prædicantémque hominem audire, & expectemus rapi vſque in tertium cœlum, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, ſicut dicit Apoſtolus, & ibi audire ineffabilia verba, quæ nō licet homini loqui: aut ibi videre Dominum Ieſum Chriſtum, & ab ipſo potius quàm ab hominibus audire Euangelium. Caueamus tales tentationes ſuperfluas ſuperbisſimas & periculoſisſimas. magíſq; cogitemus & ipſum Apoſtolum Paulū, licet diuina & cœleſti voce proſtratum & inſtructum, ad hominem tamen miſſum eſſe, vt ſacramēta perciperet, atque copularetur Eccleſiæ: & Centurionē Corneliū, quamuis exauditas orationes eius eleemoſynáſq; reſpectas, ei Angelus nuntiarit, Petro tamē traditū imbuendum, per quem non ſolùm ſacramenta perciperet, ſed & quid credendum, quid ſperandum, quid diligendum eſſet audiret. Et poterant vtiq; omnia per Angelum fieri, ſed abiecta eſſet humana conditio, ſi per homines hominibus Deus verbum ſuum miniſtrare nolle videretur. Quomodo enim verum eſſet quod dictum eſt, *1. Cor. 3.* Templum enim Dei ſanctū eſt, quod eſtis vos: ſi Deus de humano templo reſponſa non redderet, & totum quod ad diſcendum hominibus tradi vellet, de cœlo atque per Angelos perſonaret? Deinde ipſa charitas, quæ ſibi inuicem homines nodo vnitatis aſtringit, non haberet aditum refundendorum & quaſi miſcendorum ſibimet animorum, ſi homines per homines nihil diſce-

A rent. Propter hoc libro de videndo Deum ad Paulinā. *Tom. II. Epiſt. 112.* Primū mihi videtur plus valere in hac inquiſitione viuendi quam loquēdi modū. Nam qui didicerunt à domino Ieſu Chriſto mites eſſe & humiles corde, plus cogitando & orādo profecerunt, quam legendo & audiendo. *Preces conferūt ad diſcendum.* Nec tamē ideo agere partes ſuas ſermo ceſſauerit, ſed cum plantator & rigator officium ſui geſſerit muneris, cætera illi qui dat incremētum relinquit. Ille quippe & illum plantatorem rigatorémque formauit. Ideo libro de prædeſtinatione contra Pelagianos. Poteſtis Dei dono veritatem facilè reperire, ſi contentioſæ diſciplinæ ſilentio eſſe deſiſtitis. Quòd omni tēpore diſcēdum, *Tom. II. Epiſt. 28.* lib. de origine animæ ad Hieronymū. Ad diſcendū quod opus eſt, nulla mihi ætas ſera videri poteſt. B quia & ſi ſenes magis docere decet quàm diſcere: tamen mihi videtur quòd magis diſcere decet, quam quid doceant ignorare. A diſcendum eſt propter ſcientiam acquirendā. Libro de vtilitate credendi. Miſeri homines quibus cognita vileſcunt, & nouitatibus gaudent, libentius diſcunt quàm nouerint, cū cognitio ſit finis diſcendi. Malunt neſcire, quam ſatiari: cum finis voluntatis ſit, nec eſurire nec ſitire. Aliud vitium diſcentium ponit in Epiſtola ſua ſecunda ad Euodium in fine. *Tom. II. Eſt Epiſt. 101.* Laborant homines in diſcendo, & breuia non valent intelligere, prolixa non amāt legere. Laborant itidem in docēdo, quia pauca tardis, & multa pigris fruſtra ingerunt. Et ad diſcendum propter conuictum communem *Tom. III.* Libro ſecūdo, de doctrina Chriſtiana. Ea ſigna quę C homines cum hominibus habent, aſſumēda ſunt inquantum non ſunt luxurioſa atque ſuperflua: & maximè literarum figuræ, ſine quibus legere non poſſumus, linguarúmque varietas. Ex eo genere ſunt notæ, *Notarij.* quas qui didicerunt, propriè notarij appellantur. Vtilia ſunt iſta, nec diſcūtur illicitè, nec ſuperſtitionē implicant, nec luxu eneruant. Si tamen ita non occupēt, vt melioribus rebus, ad quas adipiſcendas ſeruire debent, non ſint impedimēto. Et nō niſi veritas. *Ad Manichæos.* Libro de vtilitate credendi. Quod apud vos verum didicerā teneo, quod falſum putaueram reſpuo.

ADIVTORIVM. Super pſalm. lxix. in prin. pſal. *Tom. VIII.* Deus in adiutoriū meū intēde. Opus habemus ſempiterno adiutorio in D iſto ſæculo. Sine adiutorio Dei bonū fit nullū, *Tom. X.* Libro de verbis Apoſtoli ſermone. xij. Ne dicat quis, ſi ſubtraxerit ſe cooperatio Dei, & adiutoriū Dei, Spiritus meus facit hoc, & ſi cū labore, & ſi cū difficultate, poteſt tamē implere. Quòd ſi aliquis dicat. Remis quidē peruenimus, ſed tamen cum aliquo labore: quòd ſi ventum habeamus facilius peruenimus: non ſic eſt adiutorium Dei, non ſic eſt adiutorium Chriſti, non ſic adiutorium Spiritus ſancti, prorſus ſi defuerit, nihil boni agere poteris. Agis quidem mala illo non adiuuante, libera volūtate. Sed malè ad hoc libera eſt voluntas tua, quæ vocatur libera: & malè agēdo fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi, ſine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni, dico. Nam

ad malè agendum, sine adiutorio Dei habes liberam voluntatē, quanquam non sit libera. Omnis enim qui facit peccatū seruus est peccati. *Ioh.8.* Est autē duplex. Lib. de correptione & gratia. *Tom. IX. Cap. 12.* Aliud est adiutoriū sine quo aliquid nō fit, & aliud est adiutoriū sine quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus viuere, nec tamen cum affuerint alimenta, eis fit vt viuat qui mori voluerit. Ergo adiutoriū alimētorum, est sine quo nō fit, non quo fit vt viuamus. At beatitudo quam non habet homo, cum data fuerit, continuò fit beatus. Adiutoriū est enim, non solū sine quo nō fit verùm & quo fit propter quod datur. Omnis creatura adiuuatur à Deo: Libr. viij. super Gen. *Cap. 24. & 25. Tom. III.* Natura vniuersitatis corporalis, non adiuuatur extrinsecus corporaliter: neque enim est extra eam vllum corpus, alioqui nō esset vniuersitas. B Intrinsecus autē adiuuatur incorporaliter, Deo id agēte vt omnino natura sit: quoniam ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Partes verò eiusdē vniuersitatis, & intrinsecus incorporaliter adiuuantur, vel potius fiunt vt naturæ sint: & extrinsecus corporaliter, quo se melius habeāt, vt in alimentis agricultura, medicina, & quæcunque etiam ad ornatum fiunt, vt non solum saluæ ac fœcundiores, verum & decentiores sint. Spiritualis autem creatura, si perfecta atq; vera sit, sicut Angelorum sanctorum, quantum attinet ad seipsam quo sit, sapiénsque sit, non nisi intrinsecus incorporaliter adiuuatur. Intus ei quippe loquitur Deus miro & ineffabili modo, neq; per scripturam corporalibus instrumētis affixā, neq; per voces corporalibus auribus insonantes. C Intellectualis autem perfecta & vera qualis est Angelorū, non nisi intrinsecus adiuuatur, æternitate, veritate, & charitate creatoris. *Post pauca.* Extrinsecus vero si adiuuari dicenda est, eo fortasse solo adiuuatur, quod se inuicem vident, & de sua societate gaudent in Deo. Ideo super psal. xxvj. Tu Deus adiuuas qui condidisti, tu non deseris, qui creasti. *Tom. IX.* Libro soliloquiorum ad Deū cap. ij. in fi. Adiuua me Deus meus, fortitudo per quā subleuor: succurre mihi virtus, per quam sustentor: veni lux, per quam video: appare gloria, per quam gaudeo. appare vita, per quam viuā. *Tom. VIII* Super psal. xc. sermone j. Si recedis ab adiutorio altissimi, teipsum non valens adiuuare, cades.

Quia vt super psal. cviij. Quis adiutor est ei, cui Christus non est? *Tom. eod.* D Et vt dicit super psal. lij. Omnes sancti adiuuamur à Deo, sed intus vbi nemo videt. Quomodo enim magna pœna impiorum cōscientia est, sic magnū gaudiū piorum est ipsa conscientia: nam gloria nostra hæc est, vt ait Apostolus, testimonium conscientiæ nostrę.

Tom. IIII. Adiuuat tamē non sine homine. Libr. quæst. in Deut. q. j. Ita Deus est adiutor hominū, vt & homines aliquid agant. *Tom. eod.* In eodem, quæst. xxx. In spiritualibus conflictibus, sperandnm & petendum est adiutorium Dei. nō vt nos nihil faciamus, sed vt adiuti cooperemur. *Tom. VIII* Quia vt super psal. lxxviij. Cū adiuuare nos vult Deus, nec ingratus est gratię, nec tollit liberum arbitrium.

A Qui enim adiuuatur, & per seipsum aliquid agit.

Adiuuare alios & in causis, In epistola ad Nectarium. *Epist. 202. Tom. II.* Hoc omnino seruare conamur: vt seueriore censura nemo plectatur, neq; à nobis, neq; ab alio vllo intercedētibus nobis: & salutem hominibus cupimus impertire, quæ posita est in rectè viuēdi fœlicitate, non in malefaciendi securitate. Veniam quoque instamus aliorum delictis mereri, quā impetrare nisi pro correctis, omnino non possumus.

ADMINISTRATIO. Lib. xij. de Trinitate. cap. viij. *Tom. III. Quo differt homo à bestijs.* Ascēdentibus itaque introrsus quibusdā gradibus cōsiderationis, per animæ partes, vnde incipit aliud occurrere, quod nō sit nobis cōmune cum bestiis, inde incipit ratio, vbi iam homo interior possit agnosci. Qui & ipse si per illam rationem cui temporalium rerum administratio delegata est, immoderato progressu nimis in exteriora prolabitur, consentiente sibi capite suo, id est, ratione eam non cohibente, atque refrænāte, illa quæ in specula consilij præsidet, quasi virili portione, inueteratur inter omnes inimicos suos virtutis inuidos dæmones, cum suo principe diabolo: æternorúmque illa visio, ab ipso etiā capite cū coniuge vetitum manducāte subtrahitur, vt lumen oculorum eius non sit cum illo: ac sic ab illa illustratione veritatis ambo nudati, atq; apertis oculis conscientiæ, ad videndū quàm inhonesti atq; indecori remanserint, tanquam folia dulciū fructuum, sed sine ipsis fructibus, ita sine fructu boni operis bona verba contexunt, vt malè viuentes quasi bene loquendo contegant turpitudinē suam. Potest autem administratio bene fieri. In epistola ad Romanianum. *Tom. II. Epist. 113.* Rerum temporalium administratio recipiendorum æternorum meritum gignit, si non teneat cum tenetur: nec multiplicet, cum multiplicatur: si non cum pacatur, inuoluat. Ipsius enim veritatis ore dictū est: *Luc 16.* Si in alieno fideles non fuistis, quod nostrum est quis dabit vobis? Laxatis ergo curis mutabilium rerum, bona stabilia & certa quæramus, superuolemus terrenis operibus nostris: Nam in mellis copia, non frustra pennas habet apicula: necat enim hærentem.

ADMIRATIO. Lib. j. de ordine rerū. *Tom. I. Cap. 3.* Vnde solet oboriri admiratio aut q̄ huius vitij mater est, nisi res insolita p̄ter manifestum causarum ordinē? Lib. j. de Gen. contra Manichæum. *Eodem.* Admiratio de rebus insperatis nasci solet. In epistola secūda ad Euodiū. *Tom. II. Epist. 101.* Istæ causæ sunt admirationis cū vel ratio cuiuscūq; rei latet, vel eadem res vsitata non est, eo quod aut singularis, aut rara est. In lib. quæstionum super lib. Iudicū. *Tom. IIII. Quæst. 49.* Magna admiratio magnam generat quæstionem, & magna quęstio ad perscrutandum magnum mysterium, studium piæ mentis erigit. Piè verò scrutans mens hominis, altitudinem prophetiæ, velut hamo piscem, Dominum Christum, de profundo scripturarū leuat. Huic nos rationi, & considerationi non obsistimus. Miranda diuina potentia. In communi

Ignorantia miratur. munibus sermonibus sermo. v. De quo admiraris homo indocte? Tu admiraris eclipsim solaris sphæræ, quia ignoras interpositionẽ lunæ: admiraris eclipsim lunæ, quia ignoras interpositionẽ terræ, admiraris aduentum fulguris, quia ignoras modũ illius incensionis. Et quia creatoris tui potẽtiam, non valet tua ratio intueri, debes rationabiliter admirari. Quis enim, inquam, intelligere potuit, quomodo creando, & in quolibet alio opere faciendo ipsius dicere, fuerit ipsius facere: & ipsius velle, fuerit ipsius posse: & per velle & dicere, omnia produceret in instanti ex nihilo? Per hunc enim modum produxit cœlũ & terram, lucem & tenebras, diem & noctẽ, naturam Angelicam & humanam, volatilem, natatilem, gressibilem & vegetabilem.

Tom. X. ADMONITIO. Semper est faciẽda & bonis. lib. 50. Homil. homil. xxvj. in fi. Nõ ideo hoc dicimus quòd vos nouerimus verbũ Dei non libẽter accipere. Propitio enim Deo plus quã cogitari vel dici potest, de vestra obediẽtia gaudet & exultat anima nostra. Sed dũ vos volumus ad meliora semper cõscendere, & ea quæ vos perfectè cognoscimus agere, paterna sollicitudine præsumimus admonere. Recipienda est admonitio à minori. lib. ij. de baptismo contra Donatistas. Vbi allegat verba Cypriani in epistola ad Quintum. Petrus quẽ primum Dominus elegit, & super quem Dominus Ecclesiam suam ædificauit, cum secum Paulus de circũcisione disceptaret, postmodum non vẽdicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, vt diceret se primatum tenere, & obtemperari à nouellis & posteris sibi potius debere. Nec despexit Paulum quòd Ecclesiæ persequutor fuisset prius, sed consilium veritatis admisit, & rationi legitimæ quam Paulus vendicabat, facilè consensit: documentum nobis, scilicet & concordiæ & patiẽtiæ tribuẽs: vt non pertinaciter nostra amemus, sed quæ aliquãdo à fratribus & collegis nostris, vtiliter & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima, ipsa potius nostra dicamus. Sed quare aliquando boni cessant ab admonitione. Sermone de natiuitate Ioannis baptistæ. Quia sicut viri boni per lenissimã increpationem corriguntur, ita econtra omnes superbi per duram admonitionẽ, ad peiora præcipitia prouocantur. Require de hac materia in cap. Arguere & Corrigere, & Prædicare, & Reprehendere.

Cap. 4. Tom. VII. Cyprianus in Epist. ad Quintũ. Correptio etiã à minore, ferenda. Tom. X.

Cap. 8. Tom. VII. Canones vitæ adoleścẽtium. ADOLESCENS. Lib. ij. de ordine rerum. Adolescẽtibus ita viuendũ est, vt à Venereis rebus, ab illecebris ventris & gutturis, ab immodesto corporis cultu & ornatu, ab inanibus negotiis ludorũ, à torpore somni atque pigritiæ, ab æmulatione, obtrectatione, inuidẽtia, ab honorum potestatúmque ambitionibus: ab ipsius etiã laudis immoderata cupiditate se abstineãt: amorem autem pecuniæ, totius suæ spei certissimum venenũ esse credant: nihil eneruiter, nihil faciant audaciter. In peccatis autem suorum, vel pellant iram omnino, vel ita fræ-

A nent, ut sit pulsæ similis. Neminem oderint, nulla vitia curare velint. Magnopere obseruẽt cum vindicant, ne nimium sit: cum ignoscunt, ne parum: nihil puniant, quod non valeat ad melius: nihil indulgeant quod vertat in peius. Suos putent omnes, in quos sibi data potestas fuerit. Ita seruiant, vt eis dominari pudeat: ita dominentur vt eis seruire delectet. In aliorum autem peccatis molesti non sint inuito. Inimicitias vitent cautissimè, ferant æquissimè, finiant citissimè. In omni verò cõtractu atq; conuersatione cũ hominibus, satis est seruare hoc vnũ vulgare prouerbium. Nemini faciant quod pati nolunt. Rem publicam nolint administrare nisi perfecti. Perfici autem, vel intra ætatem senatoriam festinẽt, vel certè intra iuuentutem. Sed quisquis sero se ad

B ista cõuerterit, non arbitretur nihil sibi esse præceptum: nam ista vtiq; facilius decocta ætate seruabit. In omni autem vita, loco & tempore amicos aut habeant, aut habere instent. Obsequãtur dignis, & non hoc expectantibus, superbos minus curent, minimè sint: Aptè congruentérque viuant. Deum colant, cogitent, quærãt, fide, spe, & charitate subnixi. Optent tranquillitatẽ, atq; certum cursum studijs suis, omniúmque sociorũ & sibi quibúsq; possunt, mentẽ bonã pacatámq; vitam. Si sunt tales, ab eis discedere possunt senes. Super psal. ciij. concil. ij. Studiosis sacrarũ literarũ indixi quid quærant. Si inuenerint & ad nos attulerint congratulabimur, adolescentium studiis otiosorum occupati senes, & ex eorũ ministerio nos aliquid discimus. Non enim dedignabimur, quando Christus de omnibus docet. *Tom. VIII. Tom. IX.*

C Quales esse debent ad seniores Lib. de duodecim abusionibus cap. iij. Tertius gradus abusionis est, si sine obedientia adolescens deprehenditur, quo mundus à recto rationis ordine deprauatur. Qualiter nanq; in senectute ille ministrari sibi sperabit, qui in adolescẽtia senioribus obedientiam exhibere contẽnit? Vnde & in prouerbijs apud veteres habetur. Quòd dominari nequeat, qui prius seruitutem alicui præbere denegat. Propter quod & Dominus Iesus in temporibus suæ carnis, dum adhuc ad legitimã doctoris non peruenisset ætatem, obedientiæ ministrationem parẽtibus suis præstitit. Sicut ergo in senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur: ita & in adolescentibus obsequium, subiectio, & *Veneranda senecta.*

D obedientia ritè debetur. Quapropter & in mandatis legis, primum in his quæ ad homines pertinent, patris & matris honor imperatur: quia quãuis pater carnalis non superuixerit, aut indignus fuerit, alicui tamen seniori digno & viuenti, paternus honor vsque ad dignam ætatem, ab adolescente præstandus esse ostenditur. Quomodo ergo in senectute honoratus apparebit, qui disciplinæ laborem in adolescentia nõ sustinuerit? Quæcunque enim laborauerit homo hæc & metet. Omnis nanque disciplina, in præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris. postea verò fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Sicut ergo fructus non *Post pauca.*

inuenitur in arbore, in qua pampinus aut flos prius non apparuerit: sic & in senectute honorē legitimū non poterit consequi, qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitatione nō laborauerit. Disciplina igitur absque obedientia qualiter fieri potest? Adolescens ergo sine disciplina, adolescens sine obedientia est: quoniam & ipsa obedientia, quæ omnium disciplinarum mater est, magna exercitatione indiget, quæ sui normā studij à Christo Domino sumpsit, qui obediens patri vsque ad mortem, crucis ignominiā libenter sustinuit. *Phil. 2.*

ADORARE. De adoratone quæ debeatur Deo require infra cap. Cultus. cap. Latria. de adoratione quæ est orare. Require cap. oratio. Et quod debet fieri cum humilitate, libr. de oratione dominica. *Oratio, humilis.* Adorans autem fratres dilectissimi, ne quis istud ignoret, quemadmodum in templo cum Pharisæo Publicanus orauit non eleuatis in cœlum impudenter oculis, nec manibus impudenter erectis, pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa cōtestans Diuinæ misericordiæ implorabat auxilium. Et cum Pharisæus sibi placeret, sanctificari hic magis meruit, qui sic orauit, qui in misericordia spem salutis, non in fiducia innocentiæ suæ posuit, cum innocens nemo sit: sed peccata confessus humiliter orauit, & exaudiuit orationem qui humilibus ignoscit. Semper debet Deus adorari. In eodem lib. Hora nulla à Christianis excipitur quo minus frequēter ac semper Deus debeat adorari.

Tom. VII. Cap. 26. ADVENTVS Christi in carnem. Quare venit in carnem Chistus, libr. j. de meritis & remissiōe peccatorum & baptismo paruulorum. Nō ob aliam causam apparet Dominum Iesum Christum in carnē venisse, ac forma serui accepta factum obedientem vsque ad mortē crucis, nisi vt hac dispēsatione misericordissimæ gratiæ omnes, quibus tāquam membris in suo corpore constitutis caput est, ad capescendum regnum cœlorum viuificaret, saluos faceret, liberaret, redimeret, & illuminaret: qui prius erant in peccatorum morte, languoribus, seruitute, captiuitate, & in tenebris constituti, sub potestate diaboli principis peccatorū, ac sic fieret mediator Dei & hominum, per quem post inimicitias impietatis nostræ, illius gratiæ pace finitas, reconciliaremur Deo in æternam vitam, ab æterna morte quæ talibus impēdebat erepti. *Phil. 2.*

Cap. 13. Tom. VII. Lib. de prædestinatione & gratia, qui allegatur & de voluntate Dei. Venit in carnem Dei filius, quærere quod perierat, sanare quod ægrotabat, erigere quod iacebat, potestatem habens dimittēdi peccata, quod nō debebat donare, quod ei debebatur dimittere, deletísque omnibus veteris culpæ maculis, quam fecerat, reparare naturam. *Munus Christi in forma serui.* De his quibus pœnā seueritas iusta decreuerat, secundum ineffabilem dispensationis occultæ misericordiam, elegit vasa quæ faceret in honorem, & alios à ventura ira, dono gratuitæ vocationis absoluit: alios derelinquēs ad æqua-

A litatis iudicium reseruauit: nulli tamen agnoscendę veritatis, abstulit facultatem: & ita plenitudo præscientiæ diuinæ, in alios manente iustitia, in alios gratia profluente, completa est: vt pereuntibus quos præsciuerat Deus esse perituros, & saluatis quos in illa secreta electione præsciuerat esse saluandos, toto orbe diffusa multiplicaretur Ecclesia. Quomodo autem venit, lib. j. de verbis Domini sermone. x. *Tom. X.* In carne peccati nascimur, quam sola sanat similitudo carnis peccati. Inde, venit, sed sic nō venit. Non enim eū virgo libidine, sed fide concepit. Venit in virginē, qui erat ante virginem. Quam creauit, elegit: quam eligeret, creauit. Attulit virgini fœcunditatem, non abstulit integritatem. De hac materia require infrà cap. incarnatio. cap. natiuitas Christi.

B & cap. venire. Sed quare tali tempore venit super Io. *Tract. 31. Tom. IX.* Multi dicūt, quare nō ante venit Christus? Quibus respōdēdum est. Quia nondum venerat plenitudo temporis, moderante illo per quem facta sunt tempora, & ante prædicendus fuit. Non enim aliquid paruum fuit venturum. Diu fuerat prædicendus, semper tenēdus. Quanto maior iudex veniebat, tanto præconum maior series præcedebat. Denique vbi venit plenitudo temporis, venit & ille qui nos liberaret à tempore: liberati enim à tempore, vēturi sumus ad illam æternitatem, vbi nō est tempus. Hoc *Tom. IIII.* idem melius libr. ij. quæstionum veteris & noui testamēti quæstione lxxxiij. Si per Christum salus, & vera, & perfecta cognitio, cur non ante venit, vt & anteriores nostri qui in ignorantia

C fuerunt, adiscerent veritatem? denique post aduentum Christi multi saluati sunt magis quàm prius. Vnde & si ante venisset, multo plures saluati fuissent. Si ergo ita est, reprehensibile videtur nulli misericordiam facienti calumniā fieri oportere. In potestate dantis est, quando vel quantum velit misereri. Exhortandus est huiusmodi & precibus prouocandus, non contentione à bono opere reuocandus: & forte non contradiceretur, sed pro hac misericordia, vices ei aliqua redderetur. An quis medicum arguat qui medicamenta sua & officium, gratis impendit: aut accusabitur tarditas eius ab eis, à quibus non est requisitus? Hæc quidem diximus secundum rationem, sed Saluatoris bonitas, ista non curat

D propter humanam imbecillitatem: suam enim sequitur naturam, ad misericordiam faciēdam. *Congrue tempore venit Christus.* Idcirco tunc venit quando debuit venire, voluntatis suæ rationem sequutus, non meritorum nostrorum. Nam si merita perpendis, venire nō debuit. Venit ergo quando & subueniri debere sciuit, & gratum futurum beneficium. Si enim ei cui necessitas imminet ante subueniatur, erit quidem gratum, non tamen valde: quia non poterit scire quid sibi sit præstitum. Si autem in ipsa necessitate posito, auxilium feras, sciet quale beneficium consequutus sit. De tribulatione enim ereptus, maiores gratias refert. Quomodo si esurienti offeras panem, si autem offeras cum non esurit, non vtique tam gratum

tum erit. Idcirco rectè factum est, vt Dominus non ante veniret. Primum enim genus humanum dimisit vti voluntate sua, non sine testimonio sui, quia ex ipsa mundi fabrica, & annuis muneribus, quæ elementorum ministerio humanis vsibus exhiberi decreuit, intelligi & timeri Diuinitatē suam voluit. Quippe cum etiam ex traduce primi hominis, deinde Enoch & Noe, notitia eius esset in terris. Sed cum langore quodam humani generis, abolescere cœpisset inter homines cognitio Dei & mores mutarentur, eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatæ notitiæ Dei & morum. Et cum adhuc reuerentia segnior esset, postea per Mosen legem literis dedit, quæ neque abolesceret, & magis metum incuteret. Maior enim timor est, vbi auctoritas manifesta est, & quia acceptam legem gentes spreuerunt, non se subijcientes ei, nec ij qui acceperunt seruauerunt eam, Deus misericordia motus, misit filiū suum qui se pro illis offerens, mortem destruens data omnibus remissione peccatorum, Deo Patri illos iustificatos offerret. Non enim posset descendi ad inferos nisi per mortem. Nec enim poscebat ordo, nec ratio, eum qui mortuus non fuisset intrare ianuas tartari. Nonne si quis vult in terra sua barbaros decipere, immutat se in habitu illorum, vt putetur vnus ex his, & sic explorat quomodo illos subuertat? Ita factum est diabolo: quoniam malo more subuerterat hominem, vt in morte non remaneret, inuentum est remedium quomodo quos malè tenebat amitteret. Et quem putabat velut hominem occidisse, reperiret illum apud inferos Deum. Quo facto reus inuentus, omnes quos tenebat amisit, & de cætero aperta est ad cœlum via. Ecce quantum profuit aduētus Saluatoris, vt sciētes homines de quo periculo liberati sunt, sine cessatione gratias illi referant. Sed fortè cōtradicitur. Si multi ante legem & post legem peccatis presi, dederunt se totos carni, & fuerunt in tartaro remanere digni, sine dubio fuerunt qui deuotione & reuerentia creatoris, vitam suam naturę lege frænauerunt. Nunquid non & hi detenti sunt apud inferos exuti hac vita? Si autē ante venisset post mortē Adę, liberato Adā qui prior peccauerat, cæteris ad cœlum aperuisset viam, vt quia bene vixerant, agnito creatore defuncti reciperentur in cœlum. Damnum ergo esse manifestum est, sed quære iustum an iniustum sit. Solent enim damna iusta esse, de quibus conqueri non liceat. Nunquid fur depræhensus, & iuxta legem in quadruplum condemnatus ausus est conqueri? Ac per hoc damnum quod genus humanum passum est, iustè factum est, vnde & permissum est. Quare & saluator inter ipsa primordia venire non debuit. Cum enim diabolus superbiret, homo factus à Deo positus est illi inimicus, vt auxiliis Dei munitus quia impar erat, resisteret ei accepto mandato. Diabolus autem solita subtilitate, simulauit se ignorare quod præceptū erat à Deo, & in-

A uenit Euam instabilem: postea autem promittens illi, quòd si interdictum contigisset præstaret illi diuinitatem: circunuenit eos. Tunc diabolus superato homine triumphauit. Hic victus genus suum subiecit peccato. Quamobrem iniustum erat victori violenter auferre spolia, quia Deus quod facit, iustè facit. Præterea cum acerbè peccauerit homo, assentiens ei contra mandatum creatoris, fieri se Deum, idola tria admisit, per quod in Deum peccauerat: Ideóque non illi statim debuit subueniri: quippe cum nec pœnituerit: nec grata ei fuisset misericordia, si non sciuisset quod merertur: Quāquam enim omnia posit Deus illud facit, quod conuenit rationi vt irreprehensibilis perseueret. Quare nos celebramus aduentum eius qui iam venit. lib. Cur

B quando, & quomodo Deus homo, cap. 50. Non negligēter prætereundum mihi videtur qua de causa Ecclesiæ consuetudo fuerit, vt eius aduentum annualiter celebraret. Et cum iam factum sit, quod antiqui futurum sperabant: mirum fortasse quibusdam videtur, cur tempus illud magnæ deuotionis affectu, modo ad memoriam reuocatur. Illi enim gemendo, & pro dilatione dolēdo, sui redemptoris aduentum præstolabātur, mentísque domicilium ita purgabant sordibus, bonísque actibus exornabant, vt attenti desiderio regi venturo decenter occurrerent. Tales quoque se iam de lōge exhibere curabant, vt cum diu desideratus veniret, nihil in eis quod reprobaret inueniret. Est itaque satis rationa-

Vnde annua celebratio Aduentus Christi.

C bile, vt antiquorū præconum tempus ad memoriam reuocemus, quatenus tanto magis de præsentia regis gaudeamus, quanto diutius propensiúsq; illum desideratum ab aliis cognoscimus. Quando enim aduentum quem patres antiqui certa spe desiderando celebrauerunt, nos dignè ac desiderabiliter venerando recolimus, tunc concorditer cum illis deduci consentimus atque vnius Domini nos famulos esse monstramus. Et tanto dignius regi nato occurrimus, quanto ab illis sibi aliquando occurrentibus in nullo dissentimus. Illi quidem nascituturum credendo, nos vero iam natum videndo, licet dispari consolatione, pari tamen fide saluamur, & æquali remuneratione dotamur. In disparilitate vero consolationis hoc solummodo

D ab illis discrepams, u quòd quem illi cernebant longinquum, nos iam habemus præsentem. & redemptionem quam per illum post suæ carnis dissolutionem, multo tempore in tenebris præstolati sunt, nos in eo cum dissoluimur præparatam habemus. sed tamen illam fide ac bonis operibus meremur. Meritò igitur afflictionum Domini aduentum præcedentium reminiscimur, & quodammodo commune bonum communiter quasi cum illis desiderando optamus, vt sicut in vnum nos vna fides conglutinat, ita mentis affectus quasi vna deuotione coniungat, & dum concordes fieri studemus in via, inde nos contingat pariter peruenire ad patriam.

Tom. III. ADVENTVS ad iudiciū. Lib. de fi-
de ad Petrum parte prima. Secundū ca
tholicæ fidei regulam, venturū esse fi-
lium Dei ad puniendos omnes peccatores an-
gelos, & ad iudicandos omnes homines viuos
ac mortuos fideliter expectamus. Testatur e-
2. Pet. 2. nim beatus Petrus quòd Deus angelis peccanti-
bus non pepercit, sed carceribus caliginis inferi
detrudens, tradidit in iudicio puniendos re-
seruari. De hominibus quoque viuis ac mortuis
2. Timo. 4. iudicandis beatus Paulus ait. Testificor coram
Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos
& mortuos, & aduentum ipsius & regnum eius.
In cuius aduentu, ab illo primi hominis corpo-
re, quod Deus de terra plasmauit, vsq; ad omniū
hominum corpora quæ animata quandoque vi
uere cœperunt, ab illo resuscitabuntur à quo
operante creata sunt. Singula vero corpora illis
suis singulis animabus in resurrectione redden-
tur, quas in maternis, vt viuere inciperent, ven-
tribus habere cœperūt. vt scilicet animæ in illo
examine iusti iudicis, in eisdem singulis corpo-
ribus suis accipiant retributionem, siue regni, si-
ue supplicij. in quibus siue bonam, siue malam
Tom. II. qualitatem vitæ præsentis habuerunt. Quan-
Epist. 78. do erit nescitur, in epistola ad Hesycium Episco
pum. Propinquū Domini aduentum sperare de-
bemus. Quippe quotidie magis magisq; fit pro-
ximus. Sed quanto interuallo propinquet, igno-
ramus: quia non est nostrum scire tempora vel
Act. 1. momenta. Sed vt dicit super Psal. vj. Quan-
Tom. VIII. docunque veniet dies iudicij, celerrimè veniet,
quod desperatur esse venturum: & longitudinem
vitę huius non facit sentiri, nisi spes viuēdi. Nam
nihil videre esse celerius, quam quicquid in ea
Aduolat. Iudicij dies. iam præteritum est. Cum ergo iudicij dies ve-
nerit, tunc sentiēt peccatores, quàm nō sit longa
omnis vita quæ transit. Nec omnino eis poterit
videri tardè venisse, quòd non desiderantibus
sed potius non credentibus venerit. Et ideo
Tom. IX. Libro de pastoribus. capit. j. Veniet dies quo
cuncta adducuntur ad iudicium, & ille dies si sę-
culo longè est, vnicuique homini suæ vitæ vlti-
mus prope est. Tamen vtrumq; latere Deus vo
luit, & quando veniet finis sæculi, & quādo fit in
vnoquoq; homine huius vitæ finis. Vis non ti-
mere diē occultū? Quando venerit inueniat te
Tom. II. paratum. Vnde in prædicta epistola ad Hesy-
Epist. 78. cium. Vigilare debet omnis Christianus, ne im-
paratum eum inueniat Domini aduentus. Impa-
ratum enim inueniet ille dies, quem imparatum
inuenerit suæ vitæ finis & vltimus dies. Sed
Cap. 28. quare veniet, lib. de fide ad Petrum parte secun-
Tom. III. da. Firmissimè tene & nullatenus dubites. Ideo
Christum filium Dei ad iudicandos viuos &
mortuos venturum, vt homines quos hîc dono
gratię suæ gratis per fidē iustificat, eisdémq; iusti
ficatis in fide & charitate sanctę matris Ecclesię,
vsq; in finem perseuerantiā donat, in suo aduētu
resuscitet, glorificet & secūdū promissionē suā
æquales sanctis Angelis faciat & ad eum statum
perducat, in quo perfectè, quātum vnicuiq; do-

A nat Deus, boni sint, & ab ipsa perfectione dein-
ceps mutari nō possint, vbi diuersa erit sancto-
rū gloria, sed vna erit omniū vita ęterna. Diabo
lum verò & Angelos eius, in ignem æternum à
Christo esse mittendos, vbi nunquam carebunt
pœna, quam eis præparauit diuina iustitia. Cum
ipso etiā Diabolo impios & iniquos homines,
de quibus scriptura dicit. Imitantur eum qui sunt
ex parte illius pro eo quia eum in malis operi-
bus imitati sunt, & ante finem huius vitæ præ-
sentis, congruam pœnitentiam non egerunt, re-
sumptis corporibus supplicio æternæ combu-
stionis arsuros. Tractatu primo de Symbolo. Cap. 4.
Inde venturus iudicare viuos & mortuos. vi- Tom. IX.
uos qui superfuerint: mortuos qui præcesserūt.
Potest etiā sic intelligi viuos iustos, & mortuos
B iniustos: viuos iudicat & mortuos cum sua vni-
cuique tribuit, & illis gloriam, & istis pœnam.
Simile habetur in Enchiridion. Sed qualiter
veniet, in sermone ad heremitas. Cogitemus il-
lius iudicis incessanter aduentum. Qui vtinam
sic nos paratos inueniat, quomodo nemo po-
test dubitare veraciter quòd veniat. Quòd si re-
quiras quomodo veniat? In illo vtique corpore
quod pro nostra salute susceptum est, & pro no
stra absolutione damnatum, tradidit ad ligan-
dum: & pro nostrorum vulnerum medicina,
lancea clauísque confossum est. Prima enim e-
rit virtus in toleranda sententia reuerendarum
cicatricum. Quid illo igitur tempore factu-
ri sumus quando cōtra illius Domini nostri cru
cifixi labores, notæ peccatorum & maculæ libi-
C dinū proferūtur? Aut quo putas vultu respiciet
redemptionem nostram, in reddendo causam fa
cinorum nostrorum? vnde nos ipso iuuante re-
cognoscamus hîc: & veniam postulemus, vt gra Tom. VIII.
tiam illius habere possimus. Super psal. lxij.
Dominus noster Iesus Christus venturus est vt
iudicet, qui primò venit vt iudicaretur. Venit
enim primò humilis, posteà venturus est excel-
sus: venit vt ostenderet exemplum patientiæ,
postea venturus est, vt pro meritis iudicet om-
nes, siue bonos siue malos. Lib. de Symbolo
tractatu ij. Veniet autem Christus, sed non talis Cap. 8.
qualis antea venit. Venturus est enim viuos & Tom. IX.
mortuos iudicare, veniet vt iudex qui stetit sub
iudice: veniet in ea forma in qua iudicatus est, vt
videant in quē pupugerunt & cognoscant Iu-
D dæi quem negauerūt. Conuincat eos ille homo
susceptus, & ab eis crucifixus. Eodē libr. & su Cap. 8.
per Canonicā Ioannis. Veniet fratres charissimi Tract. 9.
ille qui prius venit occultus, veniet in potestate
manifestus: ille qui iudicatus est, veniet iudicatu
rus: ille qui stetit ante hominem, iudicaturus est
omnem hominē: Deus manifeste veniet. Quid
est Deus manifeste veniet? Non sicut prius ho-
mo humilis, sed sicut Deus homo, in maie-
state sublimis: & iudicabit. Non enim vt iudex
terrenus quæsiturus est testes vt te conuincat,
aut veritatem per tormenta requisiturus est,
vt confessum puniat: cum iudex sedeat ipsa
iustitia, & testis sibi sit ipsa mala conscientia. Il-
le iu

le iudex dilectissimi nec gratia præuenitur, nec misericordia iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactione mitigatur. Hîc dum tempus est, quicquid potest anima agat pro se, vbi locus est misericordię. Nam ibi quid pro se agat nõ habebit, quia iustitiæ solius locus est. Hîc agat anima pœnitentiam, vt ille possit mutare sententiam: hîc det panem vt postmodum accipiat salutem, hîc faciat misericordiã, vt inueniat postmodũ indulgentiã. Vbi erit, in homil. super Euangelium, Cum videritis abominationẽ. Ne loci quidem eius in quo futurus est essemus ignari, ait: vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ: sanctos de volatu spiritualis corporis aquilas nuncupauit, quorum congregantibus Angelis, conuẽtum futurum in loco passionis ostendit, & dignè illic claritas aduentus expe B ctabitur, vbi nobis ad gloriam æternitatis, passionẽ corporeæ humilitatis operatus est. Quare timendum, libro de salutaribus documentis. Iam nunc quæso, vigilet quisque nostrũ, ne apud eum diabolus, in die iudicij suos pãnos agnoscat: & incipiat reus semper detineri, quem Christus sua gratia voluit liberari. Simile habetur Lib. de symbolo & aduentu domini. Nec sibi blãdiantur, qui post acceptam gratiam corrigi nolunt, atque rursus ad illas suas pristinas redeunt voluptates. Expectatur enim dies iudicij, & aderit ille æquissimus iudex, qui nullius potentis personam accipiet, cuius palatium, auro vel argento nullus episcopus, nec abbas, nec comes corrumpere poterit. Adstabũt omnes animæ, vt referat vnaquæque secundum quod in corpore gesserit, siue bonum, siue malum. Præstò erit enim & C aduersarius diabolus, & recitabũtur verba professionis nostræ, & obiiciet nobis in faciẽ, quicquid fecimus. In qua die peccauimus, & in quo loco, & quid boni operis tunc temporis facere debueramus. Et si tales inuenti fuerimus, exultabit ille aduersarius in conspectu piissimi iudicis, superiorẽ se esse nobis declamans: agens talẽ causam apud talem iudicem: habet enim dicere tũc diabolus. Aequissime iudex, Iudica istũ meũ esse ob culpam, qui tuus noluit esse per gratiam: tuus est per naturam, meus autem per miseriam: tuus ob passionem, meus autem ob suasionem: tibi inobediens, mihi obediens fuit: à te accepit immortalitatis stolam, à me hanc pãnosam qua indutus est, tunicam. Tuam vestem dimisit, cum D mea huc aduenit. Quid apud eum impudicitia faciebat, quid intemperantia, quid auaritia, quid ira, quid superbia, quid cætera membra mea? Dimisit te, confugium fecit ad me. Meas sorores video comitari cũ illo. Quid est? Idcirco omnia faciebat, quia cum superbia disputabat. Cum ira feriebat. thesaurizabat sibi iram in die iræ. Aequissime iudex, inquiet, Iudica, quia iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Iudica illum meum esse, & mecũ dãnandũ esse. Hæc omnia quæ huc attulit, mea esse cognosco: meus esse voluit, & mea concupiuit, mecũ puniri debet: quoniã quẽ tu dignatus es tanto pretio liberare, ipse se mihi

Cap 62. Tom. IIII.

Nusquam hæc lib. de symbolo sed eod. lib. & cap. de salutaribus documẽtis quo supra.

Accusator fratrum Sathan.

A postmodũ libẽter voluit obligare. Heũ heu frater charissime, poterit ne aliquis aperire os, qui talis ibi inuenietur, vt iuste cum diabolo ire deputetur? Vnde videamus quid agimus, videamus & caueamus, ne pupilli & pauperes remaneamus. Vnde propterea differtur, sermone de Epiphania. Deficiente vbique iustitia, & toto mundo in vana & maligna prolapso, nisi iudicium suum potestas Diuina differret, vniuersitas hominũ sententiam damnationis exciperet: sed in indulgentiam miram translatum est. Et vt clarior fieret exercẽdæ gratiæ magnitudo, tũc placuit abolendis peccatis hominum sacramẽtum remissionis afferri, quando nemo poterat de suo merito gloriari. De hac materia Require infra cap. Iudicium vltimum & cap. Venire.

ADVENTVS in mentem. Super Ioannem sermone. lxxvj. Pater & Filius & Spiritus sanctus, tota trinitas, veniũt ad nos, dum venimus ad eos: veniunt subueniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo: veniunt implendo, venimus capiendo: vt sit nobis eorũ non extranea visio, sed interna: & in nobis eorum non transitoria mansio, sed æterna. In eodem sermone. lxxviij. Discedit Deus qui nullo cõtinetur loco, ab eorum cordibus, qui eum relinquunt: non pedibus, sed moribus: & venit ad illos qui conuertuntur ad eum: non facie, sed fide: & accedunt ad eum mente, non carne. Lib. xxxj. de verbis Domini sermone. ij. in princip. Dominus noster Iesus Christus venit & ad homines, & abscessit ab hominibus, & venturus est ad homines: & tamẽ hîc erat quando venit, nec recessit, quãdo abscessit: & ad eos venturus est, quibus dixit. Ecce ego sum vobiscum vsque ad cõsummationem sæculi. Sed secundũ formã serui venit, & recessit. Secũdũ autẽ diuinitatem qua ęqualis est patri, in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. De hoc Require in cap. Venire.

ADVERSARIVS. Quare Patimur aduersarios, In tractatu super cãtico Isaiæ. Omne genus hominũ pręcepta vitę accepit: & si ista vt tradita sunt, ab hominibus seruarẽtur: & hic in pace duraret ipsa res publica, & ad illã vitam homo verè beateq; conscenderet. Sed quoniã noluimus audire Christi prædicatores, sensimus barbaros vastatores. Quia ergo præcipientem totiens contempsimus, ideo aduersarios meruimus. Sed si in ipsa præsenti necessitate, in quam male incurrimus, faciamus dignos fructus pœnitentiæ orando, dimittendo, eleemosynas faciẽdo, necessitatibus sanctorum communicando, peregrinos suscipiendo: & caueat vnusquisq;, ne admittat detractores alienæ vitę. Frænetur lingua: ne hoc quisq; faciat, quod in altero accusat: abstineantur manus à rapinis: Reuocentur pedes à spectaculis: frequenter domus Dei visitetur vt propitietur. Si talẽ viderit in petendo cõuersionẽ nostrã, credite charissimi quòd mutabit ille iudex sententiam suam.

Tom. IX.

Tom. X. In Euan. Io.

Mat. 28.

Alia

A Alia causa in libro quæstionum super libro Iudicum, quæstione. v. Intelligendum est, aliquando restringere Deum propitium etiam in cordibus suorum nimiæ prosperitatis excessus, vt in vsum eorum conuertat inimicos, non solũ quando vincuntur inimici, sed etiam quando metuntur. Illud ad commendandam largitatem suam, istud ad eorum reprimendam elationem. Nam vtique inimicus sanctorum est angelus sathanæ, quem tamen sibi datum colaphizantem dicit Apostolus, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Mali sunt aduersarij
Tom.IX. bonorum, super Apocal. homil. xij. Superbis, & impiis non sufficit, quòd eos qui sancti sunt, nec diligant nec imitantur, verum etiam vbicunque potuerint persequuntur. Ibidem homil. xiiij.
Tom. eod. Nunquam desunt siue in paucis, siue in multis, B seu occultè, seu apertè, quin ab inimico semper insidientur Ecclesiæ. De quorum consortio, quia corpore separari non possumus in hoc sęculo, oremus Dei misericordiam, vt sic moribus separemur, ne cum illis in æterno supplicio pereamus: sed magis cũ illi audierint, Discedite à me maledicti in ignem æternum, nos audire mereamur, Venite benedicti, percipite regnum. Ibidem homil. xv. Homines impij videntur dare virtutem suam diabolo, quo instigante faciũt mala: & hi vsque in finem Ecclesiæ aduersantur, donec sancti regnum omne percipiant: sed Deus non permittit illos, id est, seruos
1. Cor. 10. suos, tentari super id quod possunt sustinere.

Ibidem homil. eadem. Homines superbi: luxuriosi, cupidi, & elati, nõ solum sanctos perse- C quũtur: sed etiã seipsos odio habẽt. In quibus impletur quod scriptum est, Qui diligit iniquitatem, odit animã suam. Aduersarius est etiam sermo Domini. Libro primo de verbis Domini sermone j. Aduersarius cui debemus con-
Tom.X. sentire in via est sermo Domini. Nam cum peccas aduersarius tuus est: verbi causa: forsan delectat te inebriari, dicit tibi, noli: delectat te spectare nugari, dicit tibi, noli. Delectat te adulterari, dicit tibi sermo Dei, noli. In quibuscunque peccatis volueris facere voluntatem tuam, dicit tibi, noli. aduersarius est voluntati tuæ. O quàm bonus & quàm vtilis est aduersarius, non quærit nostram voluntatem, sed vtilitatem. Aduersarius est nobis, quam diu sumus & nos ipsi no- D bis. Quamdiu tu tibi inimicus es, inimicum habes sermonem Dei. Esto tibi amicus, & concordas cum ipso. Non homicidium feceris, audi, & concordasti. Non furtum facies, audi, & concordasti. Non falsum testimonium dicas, audi & concordasti. Non concupisces rem proximi tui, audi & concordasti. In his omnibus cum aduersario tuo concordasti, dic mihi quid perdidisti? Non solum nihil perdidisti, sed & teipsum qui perieras inuenisti. Via, vita ista est. Si concordauerimus cum illo, si consenserimus illi, finita est via, non timebimus iudicem, ministrũ, carcerem: Quando finitur via, non omnibus vna hora finitur. Vnusquisque habet horam,

quando finiatur via. Concorda ergo cum illo, nescis enim quando via finiatur. Cum via finita fuerit, iudex restat, minister, & carcer. At si In calce. sermo. seruaueris aduersatio tuo bonam voluntatem, & cum eo consenseris pro iudice inuuenies patrem, pro ministro sæuo, Angelum tollentẽ in sinũ Abrahæ: pro carcere, paradisum. O quàm cito in via cuncta mutasti, quia tuo aduersario consensisti. De hac materia require infra cap. Inimicus. & cap. Persequutio.

ADVERSITAS. Quod ad bonũ est sanctis, Lib. de agone Christiano. Nec nos Cap. 17. Tom.III. moueat, quòd in hac secundum carnem quam portant iusti, multa grauia & aspera tolerant: nihil enim mali patiuntur, quia iam possunt dicere quod ille vir spiritualis exultãs prædicat Apostolus dicẽs. Gloriamur in tribulatio- Rom. 5. nibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spẽ: spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Si ergo in hac vita, vbi tanta tormenta sunt, possunt viri boni & iusti, cum talia patiuntur, non solum æquo animo tolerare, sed & charitate in Deo gloriari: quid cogitandũ est de illa vita, quę nobis promittitur vbi de corpore nullam molestiam sustinebimus? Vnde Homil. 46. Tom.X. Lib. 50. homil. Gaudeat Christianus in aduersis, quia aut probatur, si iustus est: aut si peccator est, emundatur. Contristetur sane, quem flagella diuina corrigere non possunt. Timeat futurum supplicium, qui præsens iudicis cõtempsit remedium. Gaudeat peccator si cum iusto in hoc sæculo contristetur, vt post sæculum cum eodẽ remuneretur. Vos, inquit Dominus, plorabitis & Io. 16. plangetis, sæculum autem gaudebit: vos tristes eritis, sed tristitia vestra in lætitiam veniet. Quis non breui tempore contristari optet, vt in æternum lætitia sempiterna cum Christo triũphet?

Lib. de salutaribus documentis. Sis apud Deũ Tom. IIII. probatus & omnia pro Christi amore sufferas, & pro tribulationibus carnalibus, quãdo tibi euenerint, non frangatur animus tuus, nec vigor deficiat patientiæ tuæ. Quia vt Lib. j. de Acade- Cap. 1. Tom. I. micis & in prologo dicti libri. Cum tibi tuo animo indigna multa accidunt, ne te ipse contẽnas. Nam si diuina prouidentia pertenditur vsq; ad nos, quod minimè dubitandum est, & mihi crede, sic tecum agi oportet vt agitur. Super Apo Tom.IX. calyp. homil. xij. Sicut prosperitas malorũ, vlcera sunt animarum, sic aduersitas iustorum, æternorum sunt præmia gaudiorum. In sermone viij. de letaniis. Melius est nobis per paucas angustias ad æternam beatitudinem peruenire, quàm per breuem lætitiam ad inferni profunda descendere. Et vt Lib. j. de ciuitate Dei cap. xxij. Ma Tom. V. ior animus meritò dicẽdus est, qui vitã ęrumnosam, magis potest ferre, quàm fugere: & iudiciũ humanum maximè vulgare, quod plerunque caligine erroris inuoluitur, præ conscientiæ luce ac puritate, contemnere. Simul tamen pa- Tom.IX. tiuntur interdum boni & mali super Apocalyp. homil.

homil.x. Non poteſt fieri vt Chriſtiani boni, ſine Chriſtianis malis perſequutionẽ aliquam aliquando patiantur. Hoc autẽ quare & quomodo quoad vtrãque partem, Lib. primo de ciuitate Dei, cap. viij. Sicut patientia Dei ad pœnitẽtiam inuitat malos, ita flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. Itémque miſericordia Dei fouendos amplectitur bonos, ſicut ſeueritas Dei puniendos corripit malos. Placuit diuinæ prouidẽtiæ, præparare bona iuſtis in poſterum, quibus nõ fruentur iniuſti: & mala impijs quibus non excruciabuntur boni. Iſta verò temporalia bona & mala, vtriſque voluit eſſe cõmunia, vt nec bona cupidius appetantur, quæ & mali quoque habere cernũtur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerunque afficiuntur. Intereſt autẽ plurimum qualis ſit vſus, vel earum rerum, quæ proſperæ, vel earum quæ aduerſæ dicuntur. Nam bonus nec tẽporalibus extollitur, nec frangitur malis. Malus autẽ ideo huiuſcemodi infœlicitate punitur, quia fœlicitate corrũpitur. Oſtendit tamen Deus ſæpe etiam in his diſtribuendis euidentius operationem ſuam. Nam ſi omne nũc peccatum manifeſta plecteretur pœna, vel vltimo iudicio reſeruari putaretur. Rurſus ſi nullum peccatum nũc puniret apertè, nulla eſſe diuina prouidentia crederetur. Similiter in rebus ſecundis, ſi non eas Deus quibuſdã petẽtibus euidentiſsima largitate cõcederet, nõ ad eũ iſta pertinere diceremus. Itẽ ſi omnibus ea petentibus daret, non niſi propter præmia talia ſeruiendum illi eſſe arbitraremur, nec pios nos faceret talis ſeruitus, ſed potius cupidos & auaros. Hæc cũ ita ſint, quicunque boni & mali pariter afflicti ſunt, nõ ideo ipſi diſtincti non ſunt, quia diſtinctũ nõeſt, quod ipſi perpeſsi ſunt. Manet enim diſsimilitudo paſſorum, etiam in ſimilitudine paſsionum, & licet ſub eodẽ tormẽto, non eſt idem virtus & vitium. Nam ſicut ſub eodem igne aurum rutilat, palea fumat, & ſub eadẽ tribula ſtipulæ comminuũtur, frumẽta purgãtur: nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem pili pondere exprimitur: Ita vna eadémque vis irruens bonos probat, purificat, & eliquat: malos dãnat, vaſtat, exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum deteſtãtur atque blaſphemãt, boni autem precantur & laudant. Tantũ intereſt, nõ qualia, ſed qualis quiſq; patiatur. Nã pari motu exagitatũ & exhalat horribiliter fœtorẽ ſuum cœnum, & ſuauiter fragrat vnguentum. Et ideo conſulit ſuper Pſal. cxliiij. ſuper primo verbo Per ſingulos dies benedicam te. Breue magiſterium eſt ſcilicet, vt noueris Deum miſericorditer dare cum dat, & miſericorditer auferre, cum tollit, nec te credas à miſericordia eius derelinqui, qui tibi aut blanditur dando ne deficias, aut corripit exultantem ne pereas. Siue ergo in eius donis, ſiue in eius flagellis, lauda eum. Laus flagellantis, medicina eſt vulneris. Per ſingulos inquit dies benedicam te. Prorſus per ſingulos dies fratres benedicite: ideo quicquid acciderit benedicite Dominũ. Etenim ne accidat aliquid quod ferre non poteſtis, ipſe fecit. Ideo cum timore debes eſſe, quan-

Tom. V.

Cur bona & mala piis & impiis communia.

Probatio tribulatiõis aut examẽ.

Tom. VIII

Afflictionũ vtilitas.

A do tibi bene eſt, neque te ad hoc parare quaſi nunquam tenteris, nũquam proberis. Nonne melius eſt, probari & tentari, quã non tentari & reprobari? Euitanda tamen aliquando, Lib. quæſtionum ſuper Exo. Omnia fieri debẽt, quæ conſilio rectè fieri poſſunt, ad euitanda quæ aduerſa ſunt, etiam cum Deus apertiſsimè adiutor eſt. De hac materia Require infra cap. Afflictio. & ca. Perſequutio. & cap. Tribulatio. & cap. Tẽtatio. Sed quòd ipſas oporteat ſuſtinere, in ſermone primo de Letanijs. Chriſtiani ſumus, ſcire debemus quòd non ad delitias in carnem deſcẽdit Chriſtus. Toleremus ergo præſentia potius, quàm diligamus. Aduerſorum eſt manifeſta pernicies, proſperorũ falſa blãdities. Lib. 50. Homil. homil. viij. Quia per

B multas tribulationes oportet nos intrare regnũ Dei. vbi cœperis in veritate Deum quærere neceſſe erit tibi ſuperborum malorum hominũ malitias ſuſtinere: quia non ſic ab illis colitur Chriſtus quomodo eis quotidie prædicatur. Quoniam & quicquid volunt, quicquid petunt à Deo, in luxurijs ſuis & conuiuijs volunt conſumere, in ſpectaculis & nugis, in fornicationibus, in ebrietatibus. In his volunt conſumere, quod deſiderant abũdare, & tũc putant quòd bonus ſit Deus, quãdo illis præſtat vnde corrumpantur. Per aſpera tẽpora, magis proficit Eccleſia, proficiũt & illi qui ſurſum cor habent: & illi qui ſurſum cor non habent tumultuatur eis cor in terra, & diſcunt cordi ſuo locum mutare. Sæuiora tempora dicere, eſt tale, quale ſi quis dicat ſæuiora tẽpora oliuæ cum

C fructus inde colligitur quã cum in torcular mittitur. Quando enim pendebant in arbore, læta tẽpora videbantur: & non attendunt quia amurca plena erant. Venit enim quaſi tempus aſperũ, venit tempus torcularis, veniunt maiores preſſuræ. Per peccata enim & crimina ſuperborum, per auaritiam, luxuriamq; malorũ, maiores preſſuræ fiunt generi humano. Omnes enim mali, & amatores mundi, quaſi torcularia ſunt. Sic enim & in torcularibus & vua premitur, & oliua: & vinũ & oleum ponitur in canaua: ita per nequitiam malorum hominum, qui boni & iuſti ſunt, multis tribulationibus corporaliter fatigantur, vt animæ eorum tanquam vinum ac oleum, recondi in æterna beatitudine mereãtur. Noli ergo de Dei miſericordia vel iuſtitia deſperare, quotiẽs te vide-

D ris ab iniquis hominibus fatigari: ſed conſidera quòd illi qui te perſequuntur, apud Deum velut molæ & torcularia deputãtur. Tu vero quaſi oliua, & quaſi vua legitima paruo tempore preſſuram malorum hominum ſuſtinere cogeris. Sed poſtea illis ſine fine remanebit opprobrium. Tu vero fœlici commutatione tranſibis ad regnum. Sed vt ad iſtam merearis beatitudinẽ peruenire, ora pro illis qui te perſequuntur, quia potens eſt Deus vt illos cõuertat ad bonũ. Et qui nũc paleæ eſſe videntur, de zizanijs in triticũ, de amurca in oleũ trãſeãt. Et qui modo alios per nequitiã perſequũtur, ipſi poſtea perſequutionẽ per iuſtitiã patiãtur Et qui nũc res alienas crudeliter volũt rapere, res ſuas incipiãt pauperibus miſericorditer

Quæſt 49. Tom. IIII.

Tom. X.

Laboris & quietis viciſsitudo.

erogare. Quam rem si orantibus nobis, secundũ suam consuetudinẽ pietas diuina præstiterit, non solùm de vestra, sed & de aliorum salute, duplicem mercedem in æterna beatitudine, remunerante Domino recipietis.

ADVLATIO. Lib.50. homil. homil. xx. Adulatio est fallaci laude seductio. *Tom.X.* Ibidem. Dolus duplicat cor, adulatio duplicat linguam, detractio vulnerat famam. *Tom.VIII.* Super Psal.ix. Adulantium linguæ alligant animas in peccatis, delectat enim ea facere, in quibus non solùm metuitur reprehensor, sed etiam laudator auditur. *Quæst.59. Tom 4.* Lib.lxxxiij. quæstion. super illo verbo, Date nobis de oleo vestro. vendunt adulatores oleum, qui siue falsa, siue ignorata laudando, animas in errores mittunt, & eis vana gaudia tanquam fatuis consiliando, aliquam de his mercedem, siue ciborum, siue pecuniæ, siue honoris, siue alicuius commodi tẽporalis accipiunt non intelligentibus quod dictum est. Qui vos fœlices dicunt in errorem vos mittunt. Melius est autẽ obiurgari à iusto, quam à peccatore laudari. *Prouerb 9. Psal.140.* Emendabit me inquit, iustus in misericordia, & arguet me, oleũ autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Simile habetur lib. 50. homil.xij. *Tom.X. Serm 23. De verb. Domini.* Exponitur Libro primo de verbis Domini. Melius inquit emendet me iustus, arguet me iustus, corrigat me iustus, colaphizet me iustus, quã impinguet caput meum oleum peccatoris, id est, blãdimenta adulatoris. Cuius ratio habetur super Psal.xlix. Non facis mala, sed si laudas malefacientem hoc non paruum malum est? *Tom.8. Eodem.* Super Psal.xiij. Comes est voracibus adulatio, & omnibus malis,

ADVLTERIVM. *Cap.3. Tom. I.* Libro primo de libero arbitrio. Non ideo adulterium malum est, quia vetatur lege, sed ideo vetatur lege quod malum est. Ideo in tractatu de muliere curua. Adulteria fugite filij, & si Augustinus contemnitur, timeatur vel Christus. *Lib. 50. homil. homil. 49. Tom.X.* Qui baptizatus est, aut continentiam voueat Deo, aut permaneat cum vxore: aut si non habeat, ducat vxorem. Si verò non potuistis habere, vel noluistis pudicitiam coniugalem seu continentiam, & deuiastis à proposito vel vinculo coniugali vel deuotione continẽtiæ, sit in vobis dolor, & humilitas pœnitentiæ. Pœnitentiæ dico, qualis agitur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia. Quia vt dicit ibidem in principio. Cõcubinas vobis habere non licet. Et si non habetis vxores, nõ licet vobis habere concubinas quas postea vxores ducatis, quanto maior damnatio vobis erit, si habere volueritis concubinas & vxorem dimittatis. Non licet vobis habere vxores quarum priores mariti viuunt. Nec vobis fœminæ habere maritos licet, quorum priores vxores viuunt. Adulterina sunt ista coniugia, non iure fori, sed iure cœli. Sed vt dicit ibidẽ. Credo esse Episcopus. Inde est autem misera mea conditio, quia plerunque cogor adulteros nosse, castos nosse non possum. In occulto est vnde gaudeam, in publico

A est vnde torquear. Propterea Lib. secundo, de adulterinis coniugijs. Ex timore saltem frænetur concupiscentia, si amore non eligitur continentia. *Cap.13. Tom.VI.* Si enim vbi est timor operetur labor, vbi erat labor, erit & amor. non enim confitendum est de viribus nostris, sed oratio adiungenda conatibus, vt impleat bonis qui deterret à malis. Parcere debẽt viri vxoribus adulteris, Lib.ij. de adulterinis coniugijs. Postquam Christus ait adulteræ. *Cap.6. Tom eod. Ioan.8.* Nec ego te cõdẽnabo. vade & amplius noli peccare: quis non intelligat debere ignoscere maritum, quod videt ignouisse dominum amborum: nec iam se debere adulteram dicere, cuius pœnitentis crimen diuina credit miseratione deletum? *Cap 14. Misericordia erga vxores adulteras.* In eodem. Propterea Christiani debent vxoribus peccantibus præbere misericor-B diam, vt & ipsi pro suis peccatis misericordiam consequantur, Et multomagis hoc faciendũ est eis, qui dimissis vxoribus adulteris, cupiunt viuere continenter. Tanto quippe debent esse misericordiores, quantò volunt esse sanctiores: vt ad castitatem in seipsis seruandam diuinitus adiuuẽtur, dum castitatem ab vxoribus violatam, nec ipsi humanitus vlciscuntur: & maximè vox illa Dominica est eis in memoriam reuocanda. Qui sine peccato est, prior in illam lapidem mittat. Non qui sine isto peccato est, quomodo loquimur de pudicis viris, sed q sine peccato est: quod nemo vtique est: quod si se esse dixerint, seipsos seducunt, & veritas in eis non est. Porro si se non seducunt, & est in eis veritas, non erit in eis cruẽta seueritas. Scientes enim se esse peccatores, di-C mittunt vt dimittatur eis. *Cap.15.* In eodem. Cum secundum legem Christi illicitum sit, siue adulterã occidere, siue illa viuente alteram ducere, ab vtroque est abstinendum, non illicitum pro illicito faciendum. Si enim facturus est quod non licet, iam faciat adulterium, & non faciat homicidium, vt viuente vxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat. Quod si est vtrũq; nepharium, non debet alterum pro altero perpetrare, sed vtrunque vitare. In eodem. Si communis conditio, commune malum, cõmune vulnus, communis salus, fideliter & humiliter cogitetur, nõ erit turpis atque difficilis, & potest post perpetrata atque purgata adulteria, fieri reconciliatio coniugum, vbi per claues regni cœlorũ, non dubitatur fieri remissio peccatorum. Nõ vt D post viri diuortium, adultera reuocetur. Sed vt post Christi consortium, adultera non vocetur.

Sed contra viros dicit ibidem. Agnoscant viri se duces, vxores autem comites esse debere: & ideo cauendum est viro illàc ire viuendo, quà timet ne vxor sequatur imitando. In eodem. Allegat legẽ Antonini Imperatoris quę in Gregoriano legitur. Periniquũ mihi videtur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibet. *Cap.20.* In eodem circa finem. Hæc autẽ me de vtroque sexu memineris dicere, sed maximè propter viros: qui propterea fœminis superiores se esse arbitrantur, ne pudicitia pares esse dignentur: in quo

in quo etiam præire debuerunt, vt eos illæ tanquam sua capita sequerentur. Quando autem lege prohibentur adulteria si obtentu incontinentiæ carnalis infirmitatis admittatur excusatio, multis sub nomine falsę impunitatis, pereundi aperitur occasio. Neque enim carnem non habẽt fœminæ, quibus viri aliquid tale nolunt licere, quasi eis, quia viri sunt, liceat. Sed absit hoc à meliore sexu à meliori sexu, hoc vtrãquã honori debeatur quod pudori detrahitur, cum honor iustus virtuti, non vitio debeatur. Quinimo cum à fœminis vtique habentibus carnem, tantam flagitãt castitatem, vt quando ab vxoribus diutissimè peregrinantur, velint eas ab adulterino concubitu intaminatas, feruorem transigere iuuentutis, & plurimę pudicissimè trãsigant, maximè Syræ, quarum mariti negotiandi quæstibus occupati iuuenes adolescentulas deserunt, & vix aliquãdo senes ad aniculas reuertũtur: eoipso euidẽtius conuincuntur non esse impossibile, quod se non posse causantur. Si enim hoc non posset infirmitas hominum, multominus id posset sexus infirmior fœminarum. Propter hoc vxores debent zelari viros. Lib. 50. homil. Mulieres Christianæ zelentur viros suos, non propter carnem suam, sed propter animas illorum. Omnino ego moneo, ego commoneo, ego præcipio, ego iubeo. Episcopus iubet, Christus in me iubet. Nouit ille in viros suos, cuius conspectu ardet cor meũ. Ego iubeo, nolite viros vestros permittere fornicari. Interpellate contra illos Ecclesiam. Non dico iudices publicos, non proconsulem, non vicariũ non imperatorem, non comitem, sed Christum & spiritum sanctũ. In cæteris omnibus ancillæ estote virorum vestrorũ, subditæ ad obsequium. Nulla sit in vobis proteruitas, nulla superbia, nulla contumeliosa ceruix, non aliqua inobedientia, prius tanquam ancillæ seruite. Infra subdit. Si aurum tuum, si villam tuam, pro necessitate sua vir tuus vendit, quæ est & tua, non enim potest esse eius, quę nõ sit tua, si est charitas in te quæ debet esse in vxore, ferto patienter: & si dubitat, tu offer: contemne omnia pro amore viri tui. Sed castum opta, pro castitate litiga: pereat villa tua, non anima ipsius te patiente, pereat. Nec ratione filiorum committẽdum est adulteriũ. Lib. secundo de adulterinis cõiugijs cap. xj. Non procreandorum causa filiorum flagitiorum est permittenda licentia, aut viro tam cauendum est sine posteris mori, quam eligendum pudice in posterum viuere. Quidam non sinentur adulteri, quos necesse est post primam mortem, secundæ mortis æternitate damnari. Qui filij priuantur hæreditate, Lib. quæstionum super leuiticũ. q. lxxvj. Filij qui nascuntur ex adulterijs an lege Dei constitutum est, vt non deputentur filij, id est, nullo parentibus iure succedant? Culpa tamen parẽtum non imputatur eis, Lib. x. super Gene. Non obest infantibus quia nascuntur plerunque de adulterijs: neq; enim in prauis moribus, naturæ do

Aequa vtrique castitas coniugij.

Homil 49. Tom. X.

Zelus vxorum, ad viros suos.

Tom. IIII. Hæc per interrogationẽ leguntur apud Aug. Tom. III. Cap. 13.

A na culpanda sunt: aut propterea non debuerunt germinare frumenta, quòd ea seuerit furantis manus, aut verò ipsis parentibus obfutura fuit iniquitas sua, si se ad Deum conuertendo correxerint, quãto minus filijs si rectè vixerint. Lib. primo de baptismo cõtra donatistas, & ponitur in Decretis, distinc. lvj. Hismaeli vt separetur à populo Dei, non obfuit ancilla mater, sed obfuit fraterna discordia: nec profuit potestas vxoris cuius magis filius erat, quia per ipsius iura coniugalia, & in ancillam seminatus erat, & ex ancilla susceptus. Lib. iiij. confes. cap. ij. Discãt inter cõiugalis placiti modũ, fœderatum generandi gratia, & pactum libidinosi amoris, vbi proles etiam contra votum nascitur, quamuis iam nata cogat

B se diligi.

ADVOCATVS. Iusténe vendat patrociniũ, in secũda Epistola ad Macedoniũ, & habetur. xj. q. iij. Nõ licet. Vẽdit aduocatus iustum patrocinium. Si de causa iniusta tenetur reddere salariũ, in eadem Epistola. Iustius aduocato dicitur, Redde quod accepisti quando contra veritatem fecisti. Iniquitati adfuisti, Iudicem fefellisti, Iustam causam oppresisti, de falsitate iudicasti. Quod vides multos honestissimos & disertissimos viros, nõ solum impunè verum etiam gloriosè, videri sibi cõmittere. Tamen vt dicit in epistola ad donatistas. Vox est omniũ malorum litigatorum, cum fuerint etiam manifestissima veritate superati, malos iudices se esse perpessos. Vnde Fœlici Manichęo dicebat Lib.

C primo cõtra ipsum Fe. Tu tales quæris qui tibi faueãt, nõ qui veritati. Aduocatus noster est Christus, super Canonicã Io. trac. j. Si aliquãdo in hac vita homo committit se disertæ linguæ, & nõ perit, multomagis cõmittens se aduocato Christo. Eũ enim aduocatũ habemus apud patrem. Aduocata est beata virgo, Lib. Cur, quando, & quomodo homo. cap. vlt. Est adhuc quoddam singulare refugiũ post Deum, & maxima fiducia miserorum, quod in illo regno habemus reginam, videlicet sororem nostram, ac Dei genitricẽ semper virginem Mariam, quæ non cessat apud Deũ pro hominibus interuenire, & maximè pro illis quos filium suum congruè imitari viderit, vel etiã pro illis qui de malo ad bonũ aliquãdo redire volunt. Credere autem indubitãter possumus,

D quoniam non est aliquid, quod filius matri suę petenti debeat negare aut velit. Hæc est reuera virgo Maria, de qua processit Dei sophia, quæ peccatori satis est pia, per quam patescit salutis via: hæc quoque sine cessatione pro peccatorum amore, quasi filio reuerenter dicit.. Ecce fili vide quia pro hominibus homo fieri voluisti, & de me carnem sumpsisti, memento cur hæc feceris, atq; miserere miseris, tibi misereri cõuenit Quis igitur dubitare queat si ab ea auxilium deuotè postulauerit, & postulans humiliter in postulatione perseuerauerit, quod nũquam ab ea vacuus recedat? Quis enim in ea sperauit & deceptus fuit, vel quis

Tom. VII.

Tom. I.

Tom. II. Epist. 54.

Tom. IX.

eam aliquando digne rogauit & exauditus nō est? Frustra enim animos sanctos oraret ille, quem ista non adiuuaret, & vt maius dicam, hoc quod alij sancti quasi minime auderent, hæc quadam congruenti authoritate à filio postulans obtinet.

Tom. IIII. Tom. IX.

AER. Diffinitur Libro de cognitione veræ vitæ. Aer est spiritus subtilis sensibilisque quem nos attrahendo sentimus, ipse nihil sentiens: cunctis etiam sub cœlo viuentibus, spiramē exhibens.

Sap. I. Tom. III.

Lib. tertio super Gene. Huic cælo in quo sunt luminaria, ita vicinus est aer, vt ipse cœli nomen acceperit.

Cap. 6.

In eodem Lib. Aer ille superior siue quòd ad cœlestem mūdi pertinet partem, siue quòd nullū habet visibilem habitatorem ita dicitur. Iste verò inferior, qui excipit exhalationes humidas maris ac terræ, & ad sustinendas aues quodammodo crassatur, non nisi ex aquis accepit, animalia.

Volatilia, ex aquis.

Quod enim eius humidum est, hoc portat auium corpora, quæ ita nituntur pennis volantes, quemadmodum pisces, quibusdam suis alis natantes. Proinde sciēter Moses tāquā spiritus Dei qui scribenti aderat, ex aqs dicit producta volatilia. Aquarū enim natura, bipertitum locum sortita est: inferiorem scilicet, in vnda labili, superiorem verò in aura flabili. Illum deputatum natantibus, istum volantibus. Sicut huic elemento, congruos duos, etiā sensus animalibus datos videmus. Olfactum explorādis vaporibus, gustū explorandis liquoribus.

Capit. 10.

In aere est habitatio dæmonū. In eodem libro. Non est mirum si post peccatum transgressores Angeli cum principe suo, nunc diabolo, tūc Archangelo in istam sunt detrusi caliginem, vbi tamen & aer sit & humore tenui condensatur, qui motus ventos, & vehementius cōcitatus etiā ignes & tonitrua, & contractus nubila, & conspissatus pluuiam, & congelātibus nubibus, niuē, & turbulentius cōgelantibus densioribus nebulis grandinem, & distentus serenum facit occultis imperijs & opere Dei à summis ad infima vniuersa quæ creauit, administrantis. vnde in Psalm.

Impreßiones metheoricæ à Deo.

Cum commemorata esset grādo, nix glacies, spiritus tempestatis: ne talia sine diuina prouidentia fieri, mouerique putarentur, continuo subiecit, Quæ faciunt verbum eius. Si autem transgressores illi antequam trāsgrederentur cœlestia corpora gerebant, neque hoc mirum est, si conuersa sunt ex pœna in aeream qualitatem, vt iam possint ab igne, id est, ab elemēto naturæ superioris aliquid pati: nec aeris saltem spatia superiora atque puriora, sed istą caliginosa tenere permissi sunt, qui eis pro suo genere, quasi quidam carcer est, vsque ad tempus iudicij.

Cap 2. & 3. Tom. III.

Eadem sententia est Lib. xj. de ciuitate Dei, cap. xxiiij. propterea exponendo dicit Lib. de agone Christiano, super illud, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates huius mundi, rectores harum tenebrarum, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

Eph. 6. Aer, cælum dicitur.

Cœlum enim dicitur & ipse aer, vbi ventis nubes,

A procellæ, & turbines fiunt. sicut etiam scriptura dicit in multis locis: Et intonuit de cœlo Dominus. Et aues cœli, & volatilia cœli: cum manifestum sit aues in aere volare. Et nos in consuetudine hunc aerem, cœlum appellamus. Nam cum de sereno vel nubilo quærimus, aliquando dicimus, qualis est aer: aliquando, quale est cœlum.

Locus Pauli eph 6 explicatur.

Hoc dixi, ne quis existimet ibi habitare mala dæmonia, quæ Apostolus dicit spiritalia, quia etiam mali angeli in scripturis, spiritus appellātur. Ideo autem rectores harum tenebrarum eos dicit, quoniam peccatores homines tenebras appellat, quibus isti dominantur.

Eph. 5.

Ideo & alio loco dicit. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: quia ex peccatoribus, iustificati erant. Non ergo arbitremur, in summo cœlo habitare

B diabolum cum angelis suis, vnde lapsum esse credimus.

AFFECTIO. Super Ioannem, sermone. v. Affectiones nostræ motus animorum sunt. Lætitia animi diffusio. Tristitia animi contractio. Cupiditas animi progressio. Timor animi fuga est. Diffunderis enim animo cum lætaris. contraheris animo cum molestaris. progrederis animo cum appetis. Fugis animo cum metuis.

Cap. 151. Tom. III

Libro de vera innocentia. Diuersitas humanę affectionis, ex diuersitate voluntatis est, quæ si praua est, peruersis erit moribus inquieta. Si autem recta, non solum non culpabilis affectio hominis sed etiam laudabilis erit.

Cap: 19. Tom. III.

Libro de spiritu & anima. Habet anima affectiones, quibus exercetur ad virtutes: dolor

C namque de peccatis, timor de supplicijs, desiderium de promissis, gaudium de præmijs, quædam sunt exercitia virtutum.

Cap. 4.

In eodem Libro. Affectus quadripertitus esse dignoscitur. Dum de eo quod amamus iam gaudemus, vel gaudendum speramus: & de eo quod odimus iam dolemus, siue dolendum metuimus. Et ob hoc de concupiscibilitate gaudium & spes: & de irascibilitate dolor & metus oriuntur. Quiquidem quatuor affectus animæ omnium sunt vitiorum, & virtutum, quasi quædam principia, & communis materia. Affectus si quidem omni operi nomen imponit. Et quoniam virtus est habitus mentis bene compositæ, componendi, instituendi, atque ordinandi, sunt animi affectus, ad id quod debent, & quomodo debent, vt in virtutes proficere

D possint, alioquin in vitia facile decident.

Affectus in virtutes quomodo transeunt.

Cum ergo prudenter, modestè, fortiter, & iuste, amor & odium instituuntur, in virtutes exurgunt, scilicet prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiam. Quæ quasi origines atque cardines sunt omnium virtutum. Et hæc omnia cum virtuosè, atque affectuosè, in anima instituuntur, per odium mūdi, & sui, in amorem proficit Dei, & proximi: per contemptum temporalium & inferiorum, crescit in desiderium æternorum & superiorum.

Cap. 3. Tom. V.

Libro. xiiij. de ciuitate Dei allegans Virgilium in sexto Aeneid. in his versibus.

Igneus

Igneus est ollis vigor & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant:
Terrenique hebetant artus, moribundáque membra,
Hinc metuunt, cupiunt, gaudétque, dolétque, nec auras,
Sfucipiunt clausæ tenebris & carcere cæco.

Dicit. Quatuor affectiones secundum Virgilium, scilicet, cupiditas, metus vel timor, dolor seu tristitia, & gaudium, sunt in hominibus secūdum Deum viuentibus, & quia rectus est eorum amor, istas omnes affectiones rectas habent. Metuunt enim pœnam æternam. Cupiunt vitam æternam. Dolent in re quia ipsi in semetipsis adhuc ingemiscunt, adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionē corporis sui. Gaudent in spe, quia sermo fiet qui scriptus est, absorpta est mors in victoriam. Item metuunt peccare, Cupiunt perseuerare, dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Et infra. Qui nullo prorsus eriguntur, & excitantur, nullo flectuntur, atque inclinantur affectu: humanitatem totam potius amittunt, quàm veram assequuntur tranquilitatem. Non enim quia durum est aliquid, ideo rectum: aut quia stupidum est, ideo sanum. Prædicti affectus, etiā sunt ab ipsa anima, & sunt ipsa voluntas, in eodem lib. Verùm non carne tantum afficitur anima vt cupiat, metuat, lætetur, & doleat: sed etiam ex seipsa, his potest motibus agitari. Interest autem qualis sit voluntas hominis, quia si peruersa est, peruersos habebit hos motus. Si autem recta est, non solùm inculpabiles, verumetiā laudabiles erunt: voluntas est quippe in omnibus: imo omnes nihil aliud, quam voluntas in eorum consensione quæ volumus. Et quid est metus atque tristitia, nisi voluntas in eorum dissentione, ab his quæ nolumus. Sed cùm consentimus, appetendo ea quæ volumus, cupiditas. Cùm autem consentimus fruendo his quæ volumus, lætitia vocatur. Item cùm dissentimus ab eo, quod accidere voluimus, talis voluntas metus est. Cùm autem dissentimus ab eo quod nolentibus accidit, talis voluntas tristitia est: & omnino præ varietate rerum quę appetuntur, atque fugiūtur, sic afficitur vel offenditur voluntas hominis. Ita & in hos motus, vel affectus mutatur & vertitur.

Eod. lib. Cap. 9. — *Cap. eod.* — *Cap 6.* — *Vt voluntas bona, aut mala: ita affectus.*

His mouetur anima, super Psal. xxxviij. In rebus corporalibus, aliud sunt pedes, aliud scalæ, aliud pennæ: Intus autē & pedes, & scalæ, & pēnæ, affectus sunt etiā bonę volūtates: his ambulemus, his ascendamus, his volemus. Ideo dicit Lib. xxx. de libero arbitrio. Nō locis & mole corporea, sed parilitate affectuū iūgi, & disparilitate seiungi possunt creaturę spiritales, quāuis corpora nō sua quæ possideant. Secundū affectum sequuntur opera. Psal. cxviij. sermone viij. Opera iusta possunt infirmitate animæ non desiderari, & ratione mentis vti. Videtur quàm sint vtiles atque salubres, & ideo potest earum desiderium concupisci. Sæpe enim quid agendum sit videmus, nec agimus: quia non delectat vt agamus, & concupiscimus vt delectet, præuolat intellectus, & A tarde sequitur humanus, atque infirmus affectus. De affectu contrario ad bonum, Lib. meditationum. Quæ sunt ista Deus meus quæ sic animam meam òbtenebrant, grauant, claudunt, & ligant. Forsitan sunt peccata mea, imo verè hæc sunt peccata mea. Certè hæc sunt affectus criminales qui infatuant in me saporem spiritualium. Intentio inferiorum incuruat animam meam ab intuitu supernorum: Amor terrestrium extinxit in me delectationem cœlestium. Vsus viciorum euacuauit in me sensus verorum donorum. Ab his donis sum elongatus, in his malis sum occupatus: ab illis exclusus, inclusus ab istis: ab illis deuolutus, ab istis obuolutus. Vnde Libro xvj. de ciuitate Dei, capite quarto. Malus punitur affectus, cui etiam nō succedit effectus.

Tom. VIII. — *Tom I.* — *Tom. VIII.* — *Lib de contrit. cordis. cap. 7. Tom. 9.*

B Super Psalmum vicesimūseptimū. Mala affectantes, bona inuenire non possunt. Affectus non potest exprimi, Libro de orando Deum, Epistola centesima vicesima prima, Ad Probā. Hoc habet quilibet affectus proprium, quod quanto feruentior est interius, tanto minus explicari valet voce exterius.

Tom. II.

AFFINITAS Fuisset inter homines etiam si peccatum Adæ non interuenisset, Libro primo retractationum capite decimotertio, & similis sententia, Libro primo de Gene. contra Manichæum. Illi primi coniuges, & si non peccassent, etiam posteros homines generassent, vt non morituri de non morituris nascerentur. si peccato illo magno non mutaretur in deterius humana natura, ac per hoc, si & C in parentibus & in filijs, fœlicitas fœcunditásque mansisset, vsque ad certum sanctorum numerum, quem prædestinauit Deus, nascerentur homines, non parentibus successuri morientibus, sed cum viuentibus regnaturi. Essent ergo & istæ cognationes & affinitates, si nullus delinqueret, nullúsq; moreretur. Quod nunc nō valet, vbi non idem desideriū est ad salutem, in epistola ad Seuerinum clxx. in fine. Quid prodest vel salus, vel consanguinitas temporalis, si hæreditatem Christi æternam, salutémque perpetuam, in nostra cognatione contemnimus?

Tom. I. — *Proles naturæ integræ.* — *Tom. II.*

AFFLICTIO. Super Psalmum centesimum primum, & ponitur in decretis septima quæstione prima, Tantum affligitur bonus, quantum amat. Quare autem D cum malis affliguntur boni, Libro primo, de ciuitate Dei capite nono. Quod fideles Christiani simul cum alijs passi sunt, hoc eis magis ista considerantibus ad profectum valet, primò quòd ipsa peccata quibus Deus indignatus impleuit tantis calamitatibus mundū humiliter cogitātes, quāuis longè absint à facinorosis, flagitiosis, atq; impijs, tamen nō vsqueadeo se à delictis deputāt alienos, vt nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent indignos. Excepto enim quod vnusquisque, quamlibet laudabiliter viuens, cedit in quibusdam, carnali concupiscentiæ, & si non

Tom. V.

ad facinorum immanitatem, & gurgitem flagitiorum, atque impietatis abominationem, ad aliqua tamen peccata, vel rara, vel tanto crebriora, quanto minora. Hoc ergo excepto, quis tandem facilè reperitur, qui eosdem ipsos, propter quorum horrendam superbiam, luxuriam, & auaritiam, atque execrabiles iniquitates & impietates, Deus sicut minando prædixit, conterit terras, sic habeat, vt habendi sunt: sic cum eis viuat, vt cum talibus viuendum est: plerunq; enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis & corripiendis, malè dissimulatur: vel cum laboris piget, vel cum os eorum coram verecundamur offendere: vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant & noceant in istis temporalibus rebus: siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas, ita vt (quamuis bonis malorum vita displiceat, & ideo cum eis non incidant in illam damnationem, quæ post hanc vitam talibus præparatur: tamen quia propterea peccatis eorũ damnabilibus pereunt, dum eos in suis, licet leuibus & venialibus, metuunt) iure cum eis temporaliter affliguntur, quamuis in æternum minimè priuantur. Iure istam vitam quando diuinitus affliguntur cum eis, amaram sentiunt, cuius amando dulcedinem, peccantibus eis amari esse noluerũt. Nam si propterea quisq; obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia oportunius tempus inquirit, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam & piam erudiendos impediant alios infirmos, & premant atque auertant à fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Illud est culpabile, quod ij qui dissimiliter viuunt, & à malorum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis alienis, quæ dedocere & obiurgare deberent, dum eorum offensiones cauent, ne sibi noceant in his rebus, quibus licitè boni atque innocentes vtuntur: sed cupidius quàm oportebat eos, qui in hoc mundo peregrinantur, & spem supernæ patriæ præse gerunt. Non solùm quippe infirmiores vitam ducentes coniugalem, filios habentes vel habere cupientes, domos ac familias possidentes: quos Apostolus in ecclesiis alloquitur docens, & monens, quemadmodum viuere debeant, & vxores cum maritis, & mariti cum vxoribus, filij cum parentibus, & parentes cum filiis: & serui cum dominis, & domini cum seruis: multa temporalia, multa terrena libenter adipiscuntur, & molestè amittunt: propter quæ non audent offendere homines, quorum sibi contaminatissima vita displicet: verumetiam ij, qui superiorem gradum tenent vitæ, nec coniugalibus vinculis irretiti sunt, & victu paruo ac tegumento vtuntur, plerunque suæ famæ, ac saluti consulentes, dum insidias atque impetus malorum timent, ab eorum reprehensione sese abstinent. Et quamuis non in tantum eos metuant, vt ad similia per-

Piorum peccata.

A petranda, quibuslibet eorum terroribus, atque improbitatibus cedant: ea ipsa tamen quæ cum eis non perpetrant, nolunt plerunque corripere, cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigere, ne si non potuerint, sua salus ac fama, in periculum exitiumque perueniant. Nec ea consideratione, qua suam famam ac salutem vident esse necessariam vtilitati erudiendorum hominum, sed ea potius infirmitate, qua delectat lingua blandiens, & humanus dies: & reformidatur vulgi iudicium, & carnis excruciatio, vel peremptio: hoc est propter quædam cupiditatis vincula, non propter officia charitatis. Non mihi itaque videtur hæc parua esse causa, quare cum malis flagellentur & boni, quando Deo placet perditos mores, etiam temporalium pœnarum afflictionem, punire. B Flagellantur enim simul, non quia simul agant malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam: non quidem æqualiter, sed tamen simul, quam boni contemnere deberent, vt illi corrigerentur, atque correcti consequerentur æternam: ad quam consequendam, si nollent esse socij, ferrentur & diligerentur inimici: quia donec viuunt, semper incertum est, vtrum voluntatem sint in melius mutaturi. Qua in re nõ vtiq; parem, sed longè grauiorem habent causam, quibus per prophetam dicitur. Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinem autẽ eius de manu speculatoris requiram. *Ezech. 18.* Ad hoc enim speculatores, ad hoc etiam populorum præpositi in Ecclesiis constituti sunt, vt non parcant obiurgando peccata. C Nec ideo tamen ab huiusmodi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamen quibus vitæ huius necessitate coniungitur, multa monenda & arguenda nouit, & negligit: deuitans eorum offensiones, propter illa quibus in hac vita non indebitè vtitur, sed plus quàm debuit, delectatur. Deinde habent aliam causam boni, quare temporalibus affligantur malis: qualem habuit Iob: vt sibi ipse humanus animus sit probatus & cognitus, quanta virtute pietatis gratis Deũ diligat. Quibus rectè consideratis ac perspectis, attẽde vtrũ aliquid mali accidat fidelibus & piis, quod eis in bonum nõ vertatur: nisi forte putandum est, illam Apostolicam vacare sententiam, quæ ait. *Rom. 8.* Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. *Cap. 10. eiusdem lib.* D Amiserunt omnia quæ habebant. Nunquid fidem? nunquid pietatem? nunquid interioris hominis bona, qui est ante Deum diues? hæc enim sunt Christianorum opes. In communibus sermonibus, sermone quinto. Quicquid temporalis afflictionis nobis propinat aduersitas, faciliter toleramus si inspicimus, quod pro nobis bibit ad patibulum, qui nos inuitat ad præmium. Lib. de cõflictu vitiorum & virtutum, capite octauo. *Tom 9.* Si passio redemptoris nostri ad mentem reducitur: nihil tam durum, vel tam asperum homo patitur, quod non æquo animo toleretur. De hac

Tom. VIII. hac materia require supra, cap. Aduersitas, & infra cap. persecutio. & cap. Tribulatio.

AGER. Est Ecclesia, super Psal. cviij. Terra Dei, ager Dei: Ecclesia Dei est ager Dei. Est etiam cor nostrum, libro *Tom. IIII. Cap. 34. & 35.* de salutaribus documentis. Abscindamus virgulta spinarum de agro cordis nostri, ne defigant in nobis altas radices. Scimus enim quod cor nostrum, ager est Domini nostri Iesu Christi. Excolamus eum cœlestibus disciplinis, & non sinamus in agro tanti imperatoris nostri, seminari zizania. Sed cunctis floribus virtutum decoremus: quia in his delectatur omnipotēs Deus, sicut & in *Cantic. 2.* Canticis canticorum legitur. Ego flos campi, & lilium conuallium, id est, ego decus mundi, & virginitas humilium. Lib. viij. super Gene. Sicut ager optemperat colenti se: ita homo debet præcipienti Domino: vt sumpto præcepto obedientiæ fructum, non spinas inobedientiæ reddat. *Apud Cyprianum.* Lib. de singularitate clericorum. Abscindenda sunt de agro nostro cuncta quæ pungere & lacerare consueuerunt, ne animus agricultoris, in possessione sua, malignis sentibus inseratur. Et amputanda sunt omnia nobis, quæcunque igniferi fomitis sulphurantibus flammis candens, fornax ebullientis carnis exæstuat: ne vel tenuis quidem scintilla seruata, maiora conflet incendia.

Tom. III. Cap. 9. AGRICVLTVRA. Fuisset agricultura etiam in statu innocentiæ, sed sine labore, Lib. viij. super Gene. Credamus hominē in Paradiso ita constitutum, vt operaretur agriculturam, non labore seruili, sed honesta animi voluptate. quid enim hoc opere innocentius vacantibus, & quid plenius magna considera *Cap. 8.* tione prudentibus? Quod declarat in eodem libro super idem. Vt operaretur & custodiret illud. Quicquid deliciarum habet agricultura, tūc ante hominis peccatum amplius erat longè, quando nihil accidebat aduersi, vel terra, vel cœlo. Non enim erat laboris afflictio, sed æxhilaratio voluntatis, cum ea quæ Deus creauerat, humani operis adiutorio lætius feraciúsque prouenirent, *Exercitium corporale naturæ integræ.* vnde creator ipse vberius laudaretur, qui animæ in corpore animali constitutæ rationem dedisset operandi atque facultatem, quantum animo volenti satis esset, non quantum inuitum indigentia corporis cogeret. Quod enim maius mirabiliúsq; spectaculū est, aut vbi magis cū rerum natura humana ratio quodam modo loqui potest, quā cū positis seminibus, plantatísque surculis, translatis arbusculis, insitis malleolis, tanquam interrogaretur quæque vis radicis & germinis, quid possit, quídve non possit: vnde possit, vnde non possit: quid in ea valeat humorū inuisibilis interiórq; potentia, quid extrinsecus adhibita diligētia: inq; ipsa consideratione perspicere, quia neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus: quia & illud operis quod ac-

A cedit extrinsecus, per illum accedit quem nihilominus creauit, & quem regit atque ordinat *Cap 6. Tom. V.* inuisibiliter Deus? De cuius authoritatibus dicit Libro xviij. de ciuitate Dei. Apis mortuus est in Aegypto, nō rex Aegypti, sed rex Argiuorū. Huic successit filius nomine Argus, ex cuius nomine Argi, & ex hoc Argiui appellati sunt. Cuius tempore mortuus est Iacob in Aegypto. Et eius tempore, cœpit Græcia habere segetes, delatis aliunde seminibus. Et hic primus ad aratrum boues iunxit, & pro Deo post mortem habitus est. In eodem libro. Saturnus rex Argiuorum *Eodem. Cap. 15.* fuit, tempore quo Delbora iudicabat apud Hebræos. Hic dictus est Stercen, qui fuit peritissi- *Macrob. 1. Saturnal.* mus agricola, & primum adinuenit, vt fimis animalium agri fœcundarentur, & ab eius nomine B dicitur stercus: vnde & ab aliquibus stercutius nominatur. Et merito agriculturæ pro Deo est habitus. Spiritualis agricultura expedit animæ, *Tom. III.* Libro octauo super Genesim, capite nono. Sicut in arbore id agricultura agit extrinsecus, vt illud proficiat quod geritur intrinsecus: sic in homine ei quod intrinsecus agit natura secundum corpus, medicina confert extrinsecus. Ita secundum animam, vt natura beatificetur intrinsecus, doctrina ministratur extrinsecus. Quod autem ad arborem colendi negligentia, hoc ad corpus medendi incuria, hoc ad animam discendi segnicia. Et quod ad arborem humor inutilis, hoc ad corpus victus exitialis, hoc ad animam persuasio iniquitatis. Denique quoniam similitudi- *Cap. 10.* nem. à se culti paradisi in seipso subditus noluit, C sibi similem agrum damnatus accepit: spinas inquit & tribulos pariet tibi.

AGNVS. Significat mundiciam, *Tom. VIII.* super Psalmum centesimum quadragesimum primum. Creatura Dei omnis munda est artifici Deo: & tam mundus est porcus, quàm agnus. Creauit enim omnia bona valde: & omnis creatura Dei bona est: & vt dicit *1. Tim. 4.* Apostolus: omnia munda mundis. Sed licet natura vtrunque sit mundum, significatione tamen agnus significat aliquid mundum, quia D innocentiam sapientiæ ruminantis. Porcus significat aliquid immundum, quia immundiciam stultitiæ obliuiscentis. Agnus est Chri- *Tract. 7. Tom. IX.* stus, super Ioannem. Venit agnus. Qualis agnus? quem lupi timent. Qualis agnus? qui leonem occisus, occidit. De cuius agni sanguine dicit in sermone de Martyribus super illo verbo. Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Sanguis agni lauat non maculat: habet quidem ruborem, sed tamen non potest maculare candorem. Illius sanguis est de quo *Typi Agni paschal. explicatio.* sponsa dicit in canticis. Dilectus meus candidus & rubicundus: candidus, quia nulla se iniquitatis nocte fuscauit: Rubicundus, quia crucis lectum ascendit. De quo figura exponitur, Lib. vigesimoprimo sententiarū siue quest.

Tom. IIII. Cap. 2. Christus est ille agnus paschalis, qui dum nō amplius quam semel occideretur, nō amplius secundum veritatem, quam semel celebratum perfectúmque illud pascha monstratur. Figuræ tunc temporis fuerunt. Nam agnus eligitur, vt simplicitas & innocētia designetur: masculus quæritur, vt virtus comprobetur: immaculatus vt sine crimine, agniculus, vt exacto prædicationis tempore perfectus, vt instructus omni virtutum genere: in mense primo, vt totus annus à proprio primordio consecretur: quarta decima mensis, vt lumine veritatis impleto, errorum nox operiatur: ad vesperum, vt sæculi occasus imminens approbetur: eiecto fermento, vt à corde peruersæ mentis malitia corrupta tollatur: oblitis sanguine liminibus domorum, vt figura dominicæ passionis fronte signetur: igne assus: est enim Euangelium & sermo Christi, robustus cibus: nec in aqua madidus, non est enim delicatæ interpretationis, humido languore soluendus. Nihil prætermittitur vt nihil in Christo omnino reprobetur. Ossa non conteruntur, quia nec comminui, id est, vinci in quoquam Christus potest. Quicquid superest, diuinis ignibus imponitur, id est, quæ quis capere non potest, Christi diuinæ scientiæ remititur: eorum tantum quæ manifesta sunt pro viribus epulatur intentus. Nam & quod stantes edunt, forte est, nequis cadat, aut ne quis se in Euangelio, ad iniquitatem prosternat: sed ingentis animi robore, contra persequutionum prælia inuictus, id est, sublimis & erectus, assistat. Nam quod succinctis lumbis, Euangelicæ signum continentiæ est, dum locus seminum coercetur & constringitur: adhibitis baculis, id est, Spiritu sancto quo quis innititur: pedibus calciatis, id est, lubrico erroris eiecto dum prouectione ad fidem cœlestium, quasi ferratis præsidiis, in Euangelio cuncta sunt fixa, & firmissima veritate solidata: festinātes etiā, feruentes enim fide probantur, tepidi & negligentes respuuntur & euomūtur: cum azimis sumuntur: Christus enim cum simplicis animi pura simplicitate sumitur: cum picridiis etenim hoc pascha in Iudæorum damnationem, in acerbissimas amaritudines cessit: non nisi circuncisis datur: purgatis enim solis, & lauacro indulgentiæ cœlestis expiatis percipiendi Christi corporis sacrati cibi, facultas porrigitur. Ita quæ figurata in Israelitis fuerant, in nobis corroborata sunt: & quæ in illis imagines, in nobis ipsæ sunt veritates. Imitabantur illi facere pascha, dum in similitudinibus exercentur, solis discipulis Christi, verum pascha facturis.

Typus Agni paschalis aperitur.

Non ij qui pecudum pertractant córque, iecúrque,
Sed quorum emendat prudens præcordia virtus
Excludens positam subter labem vitiorum,
Remigio poterit cœlum penetrare secundo,
Aethera iam vacuum lætis transcurrere pinnis.

Tom. IIII. **ALA.** Libro de essentia diuinitatis & inuisibilitate atque incommutabilitate Dei. Alas habet Deus, pro eo quod more auis, electos suos tanquam pullos sub se A colligit, & fouet, & ab insidiis diaboli, & malorum hominum protegit. De qua protectione, Psalmus, sub vmbra alarum tuarum &c. Qualiter sub alis eius esse possumus, super Psal. cxxvj. Eia fratres si volumus sub vmbra alarum Domini custodiri, simus Israel. Custodimus enim vos ex officio dispensationis, sed custodiri volumus vobiscum. Tanquam vobis pastores sumus, sed sub illo pastore vobiscum oues sumus. Tanquam vobis ex hoc loco doctores sumus: Sed sub illo vno magistro, in hac schola vobiscum condiscipuli sumus. Si volumus custodiri ab illo qui humiliatus est propter nos, & exaltatus est ad custodiendum nos: humiles simus: Nemo sibi aliquid arroget. Nemo habet aliquid boni, nisi ab illo acceperit qui solus est bonus. B Psal. 44. Tom. VIII.

ALLEGORIA. Libro xv. de Trinitate, cap. ix. Allegoria est, vbi aliud ex alio intelligitur: cuius plures sunt species. Super Psalmum cvij. Allegoria dicitur, cùm aliud videtur sonare in verbis, aliud in intellectu significare. Quomodo dicitur agnus Christus: nunquid pecus est Christus? Libro de vera religione, capite 50. Est allegoria Historiæ, allegoria facti, allegoria sermonis, & allegoria sacramenti. Tom. III. Tom. I.

ALLELVIA. Super Psalmum ciiij. Alleluia, cuius verbi, vel potius duorum verborum interpretatio est, laudate Deum. Super canonicā Ioannis, homilia octaua. Alleluia, est laus Domini, quoniam qui lingua laudare non potest, moribus tamen laudare debet. C Super Psalmum centesimumsextum. Secundum antiquam ecclesiæ traditionem, neque sine magno sacramento, certis quidem diebus cantamus, alleluia, certis autem non cantamus: Sed omni die cogitamus. Si enim hoc verbo significetur laus Dei, & si non ore carnis, certè in ore cordis semper laus eius in ore meo. Super Ioannem, tractatu decimoseptimo. Post quadragesimam pascha resurrectionis celebramus, significantes resurrectionem nostram: & ideo per quinquaginta dies celebratur, quia in quinquagenario merces denarij significatur. Ideo tunc non vacabit nisi laudare Deum. Ideo per illos dies, alleluia dicimus. Alleluia, laus Dei est, in ista fragilitate mortalitatis. D Libro quinquagesimo Homiliarum. Mali quidem omnes, nobiscum cantare possunt alleluia, sed soli boni verè cantant illud: si impij in malitia sua perseuerauerint, canticum vitæ nostræ futuræ, labiis dicere possunt, ipsam verò vitam quæ tunc erit in veritate, quæ nunc significatur, obtinere non possunt, quia noluerunt meditari antequam veniret, & tenere quod futurum erat. Nunc autem excitamus vos vt laudetis Deum, & hoc quando dicimus alleluia, id est laudate Deum. dicis tu alteri: dic tu tibi ipse: Cum se omnes exhortantur, omnes faciunt quod hortantur, sed laudate de totis votis, id est, vt non solùm lingua vestra & vox laudet Deum, sed & conscientia vestra, vita vestra, & facta vestra. Et vnusquisque si Tom. VIII. Tom. IX. Tom. VIII. Tom. IX. Tom. X. Homil. 16. Post pauca.

cesset

cesset laudare Deum, non cesset bene viuere, superlaudas Deum, quando à iustitia, & ab eo quod illi placet non declinas. Nam si à vita bona nunquam declines, lingua tua tacet, vita tua clamat, & aures Dei ad cor tuum. Quomodo enim aures nostræ ad voces nostras, sic aures Dei ad cogitationes nostras.

Cap. 11. Tom IX. ALIMENTVM. Libro de decē chordis. In ipsis alimentis, quæ vtique concessa sunt, si forte excedis modum, & accipis amplius quam est necesse, peccas. Lib. Tom. IX. de Symbolo, tractatu secundo in princi. Agit itaque mater Ecclesia congruis alimentis prius pascere, quos portat, vt post partum lætetur se tales suscepisse, quos spiritualiter nutriat. &c.

Serm. 4. Tom. X. ALTARE. In sermone de dedicatione Ecclesiæ. In templo à Salomone ædificato, legimus duo altaria fuisse constructa: vnum foris, in quo animalium celebrabatur sacrificium: Aliud intus, in quo thymiamatis offerebatur incensum: in quibus videre debemus, duo in nobis specialiter altaria esse constructa: corporis, scilicet, & cordis: sicut à nobis duplex sacrificium Deus quærit: vnum vt simus corpore casti, aliud corde mundi. Ergo in exteriore altari, id est, in corpore nostro, offerantur opera bona: in corde verò, odorem suauitatis redoleat Tom. eod. cogitatio sancta. Qualiter ad altare accedendum est, sermone primo de dedicatione Ecclesię. Rogo vos fratres diligenter attendite, si ad mensam cuiusque potentis hominis, nemo præsumit, cum vestibus conscisis & inquinatis accedere, quanto magis à conuiuio æterni regis, id est, ab altari Domini debet se vnusquisque inuidiæ vel odij veneno percussus iracundiæ furore repletus, cum reuerentia & humilitate subtrahere, pro- Mat. 5. pter illud quod scriptum est. vade prius recon- Mat. 22. ciliari fratri tuo. & iterum, Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? de quo legitur, quòd ligatis manibus & pedibus, missus est in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium. Ecce qualē sententiam merebitur audire, qui ad conuiuium nuptiale, id est, ad altare Domini, aut ebriosus, aut adulter, aut odium in corde retinēs, præsumit accedere. Auertat hoc à nobis Deus, & concedat vt mala ista, aut nunquam velimus admittere, aut si admissa fuerint, sine vlla mora, pœnitentia, vel pace, studeamus sanare, & largioribus eleemosynis festinemus abluere. Ne forte si cum peccatorum vulneribus, ante tribunal ęterni iudicis venerimus ab illa ęterna Ecclesia, & ab illa cœlesti Hierusalē perpetua excommunicatione separemur. Si bene Tom. VIII. quis accedit ad altare, bene accedat ad gloriam, super Psal. xlij. simile de vera innocentia, cap. cxliiij. Est quoddam sublime altare inuisibile, quo non accedit iniustus. Ad illud altare ille solus accedit, qui ad illud securus vel iustificatus accedit. Illic inueniet vitā suam, qui in isto discernit causam suam. Quale sacrificium ibi est? Ipse qui intrat, assumetur in holocaustum. Ad altare vnusquisque potest accedere, sed nō ad il-

A lud cœleste, Lib. primo de pœnitentia qui est in Tom. X. Lib. 50. homil. Ad hoc altare quod in Ecclesia est Homil. lib Homil. 50. in terra positum, terrenis oculis expositum, ad ministeriorum diuinorum sacramēta celebrāda multi etiam scelerati possunt accedere. Quoniā commendat in hoc tempore, patientiam suam Deus. Sed in futuro, exercebit seueritatem suam. Accedunt enim ignorantes, quoniam patientia Dei ad pœnitentiā eos adducit. Illi autem secūdū duritiam cordis sui, & cor impœnitens, thesaurizant sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Ad id autem altare, quò præcursor noster introiuit Christus, quò caput Ecclesiæ præcessit, membris cæteris secuturis, nullus eorum accedere poterit.

B ALTITVDO. Lib. de verb. Apost. sermone. vij. Habere altitudinem est cogi- Tom. X. tare Deum, amare Deū, & gratis amare ipsum adiutorem, ipsum spectatorem, ipsum coronatorem, ipsum præmij largitorem, postremo ipsum præmium deputare, non aliud ab ipso, quā ipsum expectare. si amas, gratis ama: si verè amas, ipse sit merces quē amas. An verò tibi chara sunt omnia, & vilis est ille qui condidit omnia? Libro de vera innocentia sententiarum excerp. Cap. 88. Tom. III. ex Augusti. Non acceditur ad altitudinem Dei, nisi per humilitatem: & cū propinquat subditus, lōge recedit ab eo elatus. Eodem Lib. Nemo erigit quenquam ad id in quo ipse est, aut quantum, nisi ad id in quo est ille descendat.

C AMARITVDO. Dulcedini Christus Tom. VIII. admiscet amaritudinem ad salutem, super Psal. xciij. sermone secundo. Bonus est Deus: si cessaret, & non misceret amaritudinem fœlicitatibus sæculi, obliuisceremur eum. Sed vbi languores molestiarum faciunt fluctus animæ, fides illa quæ tibi dormiebat, excitatur. Tranquillum enim erat quando dormiebat Christus in mari, & tempestas orta est. Sed excitatus à periclitantibus, imperauit ventis & mari. Sic ex- Efficit circunspectum. citetur fides tua, cum te turbant concupiscentiæ malæ. persuasiones malæ fluctus sunt, tranquillabūtur. Iam desperas, & putas te non pertinere D ad Christum Dominum, euigilet fides tua. Excita Christum in corde tuo, surgente fide, iam agnoscis vbi sis. Et si forte tentant fluctus concupiscentiæ, intuearis quid promisit Deus: & dulcedo promissorū, faciat te cōtemptorem dulcedinum sæculi, & si forte multæ vrgent minæ potentum malorum, & ipse te expellunt de iustitia: attendis quid minatur Deus. Ite in ignem æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius: & non dimittis iustitiam. Times ergo ignem sempiternū, contemnis dolores temporales: & pro eo quod promisit Deus contemnis temporales fœlicitates, & euigilante Christo tranquilletur cor tuum, vt ad portum quoque peruenias. Num enim non præparat portum, qui parauit nauim? Super Psal. cj. Nō sunt euitādæ molestiæ corporales, vt appetatur pernitiosa libertas tēporalis vitæ breuisq; dulcedo, quā sequitur amari tudo perpetua.

Quia vt dicit ſuper Pſal.cxxiiij. Dulcedo huius ſæculi ad tempus fauces indulcat, ſed in magnam amaritudinem poſtea cõuertetur. *Tom. IX.* Omnia debẽt eſſe amara præter Chriſtum, Libro ſoliloquiorum ad Deum, capite vigeſimo ſecundo. Omnia mihi peto vt amareſcãt, vt tu ſolus dulcis appareas animæ meæ qui es inæſtimabilis dulcedo, per quam cuncta amara dulcorantur. Require infra.cap.dulcedo.

Cap. 12. Tom. V. AMBITIO. Lib. v. de ciuitate Dei, allegat Saluſtiũ de Romanis dixiſſe. Magis ambitio quàm auaritia animos hominum exercebat, quod tamen vitium propius virtuti erat. Nam gloriam, honorem, imperium, bonus & ignauus æquè ſibi exoptant. Sed ille, inquit vera via nititur, huic quia bonæ artes deſunt, dolis atque fallacijs contendit. Hæ ſunt illæ bonæ artes, per virtutem ſcilicet, non per fallacem ambitionem ad honorem, & gloriam, & imperiũ peruenire, quę tamẽ bonus & ignauus, æquè ſibi exoptant. Sed bonus vera via nititur. Via virtus eſt, qua nititur, tanquam ad poſſeſsionis finem, id eſt, ad gloriam, honorem, & imperium. Et infra. Sed non eſt vera virtus, niſi quæ ad eum finẽ tendit, vbi eſt bonum hominis, quo melius non eſt.

Et infra. Vnde intelligi poteſt quem finem volebant eſſe virtutis, & qua cauſa referebant ad honorem. Sed de ambitione honorum Require. Infra cap. Honor.

Tom. VII. AMBROSIVS. Lib. diſputationis cum Iuliano, Reſpõſione. xcix. Ambroſius doctor meus, Libro contra eundem Iulianum. ij. Beatus Ambroſius excellens Dei prædicator, quẽ vt patrem vereor. In Chriſto *S. Ambroſij cõmendatio.* Ieſu per Euangelium ipſe me genuit, & ego ipſo Chriſti miniſtro, lauacrum regenerationis accepi: huius pro catholica fide gratiam, conſtantiam, labores & pericula, ſiue in operibus, ſiue in ſermonibus, & ipſe ſum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare Romanus. Lib. primo de nuptijs & concupiſcentia circa finem. Pelagius ſic laudat Ambroſium, vt dicat. Beatus Ambro- *Tom. VII.* ſius Epiſcopus, in cuius præcipuè libris Romana fulget fides: qui ſcriptorũ inter Latinos flos qui- *Tom. II.* dam ſpecioſus enituit, cuius fidem & puriſsimum in ſcripturis ſenſum, nec inuitus quidem auſus *Epiſt. 112. cap. 23.* eſt reprehendere. Quia in Libro de videndo Deum ad Paulinam concludens ſuam ſentẽtiam dicit. Quæ ſi approbas, tene mecũ ſancti viri Ambroſij ſententiam, iam non eius auctoritate, ſed ipſa veritate firmatam. Nec enim & mihi propterea placet, quia per illius os potiſsimum, me Dominus ab errore liberauit, & per illius miniſterium gratiam mihi baptiſmi ſalutaris indulſit, tanquam plantatori & rigatori meo, nimium faueam: ſed quia de hac re & ipſe hoc dixit, quod piè cogitãti, & rectè intelligẽti loquitur etiã ille, qui incrementum dat Deus. Et meritò, quia vt *Cap. 13. Tom. I.* ipſe dixit, lib. v. cõfeſ. Veni Mediolanum ad Ambroſium epiſcopum, in optimis notum orbi terA ræ, pium cultorem tuum, cuius tunc eloquia ſtrenuè miniſtrabant adipem frumenti tui, & lætitiam olei tui, & ſobriam vini ebrietatem, populo tuo. Ad eum ducebar abs te neſciẽs, vt per eum ad te ſciens ducerer. Suſcepit me paternè ille homo Dei & peregrinationem meam, ſatis epiſcopaliter dilexit & eum amare cœpi. Subdit cauſam. Tanquam hominem benignum in me. Et infra. Et delectabar in ſuauitate ſermonis, quamquàm eruditioris, minus tamen hilareſcentis, atque mulcentis quàm Fauſti erat, quod attinet ad dicendi modum. Cæterum rerum ipſarum nulla comparatio: nam ille per Manichæas fallacias aberrabat, iſte autem ſaluberrimè docebat ſalutem. *Tom. eod.* De quo etiã dicit libro. vj. eiuſdem, cap. tertio. Ipſum Ambroſium fœlicem quendam B hominem ſecundum ſæculum opinabar, quem ſic tantæ poteſtates honorarent, cœlibatus eius tãtum laborioſus mihi videbatur. Quid autẽ ille ſpei gereret, & aduerſus ipſius excellentiæ tentamenta, quid luctaminis haberet, quídue ſolaminis in aduerſis, & occultum os eius quod erat in *Attentio Ambr. in euoluendis lib. ſanctis.* corde eius, quam ſapida gaudia de pane tuo rumi naret, nec conijcere nouerã, nec expertus eram, nec ille ſciebat æſtus meos, nec foueam periculi mei. Non enim quærere ab eo poteram quæ volebam ſicut volebam, ſecludentibus me ab eius auribus, atque ore cateruis negotioſorum hominum, quorũ infirmitatibus ſeruiebat. Cum quibus quãdo nõ erat, quod per exiguũ tẽporis erat, aut corpus reficiebat neceſſarijs ſubſtentaculis, aut lectione animum. Sed cum legebat, oculi ducebantur per paginas, & cor intellectum rimabatur, C vox autem & lingua quieſcebant. Sæpe cum adeſſemus, non enim vetabatur quiſquam ingredi, aut ei venientem nuntiari mox erat, ſic eum legentem vidimus tacitè, & aliter nunquam, ſedenteſque in diuturno ſilentio (quis enim tam intento oneri eſſe auderet?) diſcedebamus: & coniectabamus eum paruo ipſo tempore, quod reparandæ menti ſuæ naciſcebatur, feriatum ab ſtrepitu cauſarum alienarum, nolle in aliud auocari.

Et infra. Cauſa ſeruandæ vocis quæ illi faciliimè obtundebatur, poterat eſſe iuſtior tacitè legendi. Et infra. Sed certè mihi nulla dabatur copia ſiſcitãdi quæ cupiebam, de tam ſancto oraculo tuo pectore illius, niſi cum aliquid breuiter eſſet audiẽdũ. Aeſtus aute illi mei, otioſum eum D valde cui effunderẽtur requirebant nec vnquam inueniebant. Et eum quidem in populo verbum veritatis rectè tractantem, omni die dominico audiebam, & magis magiſque mihi confirmabatur, omnes verſutarum calumniarum nodos, quos illi deceptores mei, aduerſus diuinos libros innectebant, poſſe diſſolui.

Cap. 4. Tom. IIII. AMBVLARE. Libro de continentia. Noli ambulare ſecundum hominem, ſed ſecundum eum qui fecit hominem: ab eo qui fecit te noli deficere, neç ad te ò homo. *Cap. 4. Tom. IX.* Libr. de nouo cantico. Tria ſunt ho-

minum

minũ genera quę Deus odit. Remanentẽ, retrò redeuntem, & aberrantem. Ab his tribus generibus malis Domino adiuuante mundificetur & defendatur gressus noster. Iam vero cum ambulantes sumus, alius tardius ambulat, alius celerius: ambo tamen ambulant. Excitandi sunt ergo remanentes, retrò redeuntes reuocandi, errãtes in viam ducendi, tardi exhortandi, celeres imitãdi.

Ibidem. Quis est qui remãsit, & non proficit? qui se putauit esse sapientem, qui dixerit sufficit mihi quod sum. Qui sunt retrò redeuntes? Qui ex continentia reuertuntur in immunditiam, qui ex bono & sancto proposito singulari virginitatis, deuoluuntur in turpitudines voluptatis, & corrupta mente corrumpunt simul & carnẽ. Hos increpat Apostolus Petrus dicẽs. Melius illis erat non cognouisse viam salutis, quàm cognoscentes retro respicere. O malum, respicere retrò. Vxor enim Loth retro respexit & quod euaserat perdidit: nec immeritò in statuam salis versa est, nisi vt fatuos suo exemplo etiam condiret. Qui sunt aberrãtes? Omnes hæretici, qui relicta veritatis via, errando per desertum latrocinantur, & animas captiuant in peccatis præpediunque ne quis ad patriam valeat peruenire: effecti lupi semitarij, induti ouina pelle, cum sint intus lupi rapaces, prędicantes Christi viam, & qui eos sequuntur ducẽtes ad mortem. Libr. de verbis Apostoli, sermone. xv. Viatores sumus dicitis, quid est ambulare? breuiter dico, proficere. Ibidẽ infra. Semper ambula, semper profice, noli in via remanere, noli retrò redire, noli deuiare. Remanet qui non proficit, retro redit, qui ad ea reuoluitur, vnde iam abcesserat: deuiat, qui apostatat. Melius it claudus in via, quàm cursor extra viam. Causa societatis dicitur, in eodem supra. Celeritas aliquantulum reprimatur ne comes tardior deseratur. Superambulatur hîc, sed cum tristitia, in sermone secundo de Martyribus. Ad omnes pertinet. Euntes ibant & flebãt. Ex quo enim nascimur. Quis enim stat? Quis nõ, ex quo viam intrauit, cogitur ambulare? Infans natus est, crescendo ambulat. Mors viæ finis est. Inde iam veniendum est, sed cum exultatione. Quis enim non hîc plorat in via ista mala, quando ipse infans inde incipit? Vtique infans quando nascitur, de angustijs vteri in huius mundi latitudinem funditur, de tenebris procedit ad lucem, & tamen de tenebris veniens ad lucem plorare potest, ridere non potest. Super Psal. xxxvj. sermone secundo. Si sequeris viã Christi nõ tibi sęculi prosperitates promittas, per dura ambulabis, sed magna promisit. Noli attendere quà iturus, sed quò sis venturus. Tolerabis dura temporalia, sed ad læta peruenies sempiterna. Et cum attenderis quid sis accepturus, omnia tibi erunt viliora quæ pateris. nec digna æstimabis, pro quibus illud accipias. Miraberis tãtum dari, pro tanto labore. Nã pro æterna requie, labor æternus subeundus erat: & pro æterna mercede, æternas passiones sustinere deberes. Sed si hoc esset, quando venires ad æter-

Retrocedentes.

2. Pet. 2.

Tom. X.

In calce. serm.

Tom. X.

Tom. VIII.

Attẽdendũ non quà, sed quò ambulamus.

A nam fœlicitatem? Vnde necessariò temporalis est tribulatio tua, & fœlicitas infinita. Sed posset esse longa tribulatio, pro æterna fœlicitate. Sed si mille annorum essent, appende mille annos contra æternitatem. Quid appendis cum infinito, quantuncũq; finitum? Decem millia annorum decies centena millia milliũ cum ęternitate conparari non possunt. Et tamen non solùm temporalem Deus voluit esse laborem tuum, sed & breuem, quia paucorum dierum est tota hominis vita, etiam si læta duris non miscentur. Quæ plura & longiora sunt certè quàm dura: sed ideo breuiora & pauciora sunt dura, vt durare possimus. Si ergo per totam vitam suam, homo in laboribus & in ærumnis esset, in doloribus, in tormentis, in carcere, in plagis, in fame & siti omnibus B diebus vitæ hominis, omnibus horis, per totam vitam suam, vsque ad ætatem senectutis, pauci dies sunt tota vita hominis: quo labore transacto, veniet regnum æternum, sine fine fœlicitas, equalitas Angelorum, hæreditas Christi, pro quanto labore, quantam mercedem accipiemus? Sed ambulare quis nõ potest sine defectu, super Psal. lv. Quis ita ambulat, vt nunquam labatur? Certè quod cito fit vel in lingua? Etenim scriptum est. Si quis in lingua non offendit, hic perfectus est vir. Quis tandem audeat se perfectum dicere, aut reputare? Ergo necesse est vt aliquis labatur in lingua. Sed recurrit homo in cor suum, & inde recurrit ad Deum & dicit, In Deo laudabo sermones meos. Quicquid bonum dixi, quicquid verum dixi, Deo dixi, & de Deo dixi: quicquid C forte aliud dixi, quod dicere non debui, homo dixi, sed sub Deo dixi: qui confirmat ambulantem, minatur erranti, ignoscit agnoscenti, reuocat linguam, reuocat lapsum. Iustus enim septies cadit & resurgit. Super Canonicam Ioannis homil. prima. Cum dicit quod debemus sicut Christus ambulauit ambulare, non intelligitur vt ambulemus in mari, sed in via iustitiæ. Libro de salutaribus documentis. Quid est ambulare sicut Christus, nisi contemnere vanitatem, & fœlicitatem huius sæculi, & non timere aduersa pati, pro nomine illius? Speremus quæ promisit, & sequamur quò ipse præcesit. Quid sit ambulare Dei, Libro de essentia Diuinitatis, & inuisibilitate atque incommutabilitate Dei. Ambulare Dei est, non de loco ad locum transeundo, D quod impium est ita credere, sed deambulatio eius, sicut scriptum est. Inhabitabo cum eis, est in cordibus delectari. vel ambulare eius est, in sanctis prædicatoribus suis, de loco ad locum transire. Libro de verbis Apostoli, sermone iij. De ambulat in nobis Deus præsentia maiestatis, si latitudinem inuenerit charitatis.

Tom. eod.

Lubrica est via.

Tom. IX.

Tom. IIII.

Tom IIII.

Tom. X.

AMEN. Libro iij. contra Faustum. Amen interpretatur verum. Super Ioannem. Amen quippe interpretatur verũ, & tamẽ non est interpretatũ, cũ potuisset dici, verũ dico vobis. Nec Grȩcus interpres ausus est dicere, nec Latinus. Nã hoc verbũ quod est,

amen, nec Græcum est nec Latinū, sed Hebræū. Sic mansit & non est interpretatum, vt honorem haberet velamento secreti: non vt esset negatum, sed ne vilesceret nudatum.

Tom.II. Epist.155.

AMICITIA. In epistola ad Martianū. Amicitia est rerum hnmanarum & diuinarū cum beneuolentia & charitate cōsensio. In epistola.ij. ad Macedonium. *Tom.II. Epist.52.* Vera amicitia nō est pensanda temporalibus cōmodis, sed gratuito amore potiēda. Nemo enim potest veraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitus veritatis. Quia vt dicit.iiij. libr. confessionum. *Cap.6. Tom.I.* Miser est omnis animus vinctus amicitia rerum temporalium, & dilaniatur cum eas amittit, & tunc sentit miseriam qua miser est, & non antequā amittat eas. In sermone primo de timore. Colligantes amicitias sæculares, perdunt æternales. Super Psal.cxxj. Quid tibi prodest hominis amicitia? Fortè ibi non solum nullum auxilium, sed & periculum inuenies. Nam multi nō periclitabātur, antequam maioribus iungerētur. Excitauerunt maiores amicitias, vt maiora pericula incurrerēt. Securus opta amicitiam Christi. Hospitari apud te vult, fac illi locū, id est noli te amare sed Christū. Illū ama. Si te amaueris, claudis contra illum: Si illum amaueris, aperis illi. Si autē aperueris & intrauerit, non perderis amando te, sed inuenieris cū amat te. Ideo lib.iiij. cōfessionum. *Cap.4. Tom.I.* Amicitia vera non est, nisi cum eam aglutinas inter homines tibi, charitate diffusa, in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Et lib.ij. eiusdem. *Cap.5.* Amicitia hominum, charo nodo dulcis est, propter vnitatem de multis animis. De qua causam, in epistola ad Hieronymum.xviij. Vulgare est prouerbiū, Obsequiū amicos veritas odium parit: tamen in Ecclesiastico melius dicitur quòd meliora sunt voluntaria amici quàm voluntaria consilia inimici. In epistola ad Probā. *Tom.II. Epist.121.* Amicitia non angustis finibus est terminanda. Omnes enim quibus amor & dilectio debetur, amplectitur, quāuis in alios propēsius, in alios suspēsius inclinetur. Peruenit autē vsq; ad inimicos, ꝓ quibus & orare præcipimur. Ita nemo est in genere humano, cui non dilectio, & si non pro mutua charitate, pro ipsa tamen cōmunis naturæ societate debeatur. Distinguitur de ea, Libro 50. homil. in prin. *Homil.38. Tom.X.* De amicitia vide quid dicā. Sunt amici excepta amicitia, quæ nec amicitia dicēda est, quā facit mala cōsciētia. Sunt enim homines qui pariter mala committunt, & ideo sibi videntur coniuncti, conscientia mala sunt ligati. Excepta ista nefaria amicitia, est quædam amicitia adhuc carnalis, per consuetudinem colloquēdi, cohabitandi, & simul cōuersandi, ita vt cōtristetur homo quando deseritur ab amico, cum quo solet loqui & habere conuentiones. Conueniunt namque duo homines, ambulant secum triduo, & iam nolunt à se recedere. Et ista quædam iam amicitiæ dulcedo est. Honesta quidem, sed consuetudinis, non rationis: *Amor naturalis.* habēt enim illam & pecora. Duo equi simul manducant, desiderant se ad aliam diem, præcedat vnus, festinat

A alter desiderans quasi amicum suum, vix à sessore regitur, & tandiu se impetu suo prouocat, quousque perueniat. Cum peruenerit ad eū qui præcessit, sedatur pondus illud, ferebatur pondere, amore vrgebatur, venit tanquam ad locum suum & quieuit. Et quia ista amicitia consuetudinis, est in pecoribus surgamus ergo ab ista. Est & alia amicitia superior, non consuetudinis, sed rationis, qua diligimus hominem propter fidem, & mutuam beneuolentiam, in ista vita mortali. Ac superius quicquid iam inuenerimus, Diuinū est. Incipiat ergo homo amare Deum, & non amabit in homine nisi Deum. Videat enim charitas vestra primum, amicitiæ amor qualiter debeat esse gratuitus. *Amor hominis gratuitus.* Non enim propterea debes habere amicum vel amare, vt aliquid tibi præstet: si enim
B propterea illum amas vt aliquid tibi præstet, vel pecuniam, vel aliquod commodum temporale, non illum amas, sed illud quod præstat. Amicus gratis amandus est, propter sese, non propter aliud. Si hominem te hortatur amicitiæ regula, vt gratis diligas, quàm gratis amandus est Deus, qui iubet vt hominem diligas? Nihil delectabilius Deo. Nam in homine sunt quæ te offendunt, tolleras tamē propter amicitiam. Dei amicitia quibus rebus debet cogi, vt dissoluatur à te non inuenies. Et non est Deus qui te offendat, si tu eum non offendas: nihil illo pulchrius, nihil dulcius. Et si dicturus es, quomodo amabis Deum quem non vides? diligis certè hominem fidelem, quia fidem amas. Quibus oculis videtur fides, ipsis oculis videtur Deus. Incipe ergo Deum amare, &
C amabis hominem propter Deum.

AMICVS. Lib. de quatuor virtutibus charitatis. *Tom.XI.* Amicos vt nouimus, cōiunctio animorū facit. Vnde quidā sapiens huius mundi ait, idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Vnde iiij. lib. cōfes. *Cap.8. Tom.I.* Ista sunt quæ in amicis amplius capiūt animū, colloqui, & corridere, & vicissim beneuole obsequi, simul legere libros dulciloquos, simul nugari, & simul honestari: dissentire interdum sine odio, tanquam ipse homo secum, atque ipsa rarissima dissensione condire cōsentiones plurimas, docere aliquid inuicē, aut discere aliquid ab inuicē: desiderare absentes cū molestia, suscipere venientes cum lætitia. *Quibus fovetur amor.* His atque huiusmodi signis à corde amantium & redamantium procedentibus,
D per os, per linguam, per oculos, & mille motus gratissimos quasi fomitibus, conflare animos, & ex pluribus vnum facere. *Cap.9.* Hoc est quod diligitur in amicis, & sic diligitur, vt rea sibi sit humana conscientia, si non amauerit redamantem, aut si amantem non redamauerit, nihil quærens ex eius corpore, præter indicia beneuolentiæ.

Vnde in eodem libro de se & suo amico. cap. vj. Bene quidam dixit de amico suo, dimidium animæ suæ. Nam ego sensi animam meam & animam amici mei, vnam fuisse animam in duobus corporibus. Et ideo mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidius viuere, & ideo fortè mori metuebam, ne totus ille moreretur quem multum amaue

Cap. 7. amaueram. O dementiam nescientem diligere homines humaniter, O stultum hominem, immoderatè humana patientē, quod ego tunc eram. Itaque æstuabam, suspirabam, flebam & turbabar. *Tom. IX.* Ideo Libro primo soliloquiorum. Illam amicitiæ legem, iustissimam esse arbitror, qua præscribitur, vt non minus nec plus quis amicum, quam seipsum diligat. In eodem libro. Tantomagis amo amicos, quantomagis vtuntur anima ratioali: vel certè quantum desiderant ea bene vti. *Tom. V.* Quia vt dicit, Libro decimonono de ciuitate Dei, cap. quinto. Humana societas, quot & quantis abundat malis, quis enarrare valeat? qui se æstimare sufficiat? Nam vt Terentius commemorat, iniuriæ, suspiciones, inimicitiæ, bellum, pax rursum, nonne res humanas vbique impleuerunt? Nonne hæc & in amicorum honestis amoribus, plerumque contingunt? *Plus aloes quàm mellis in amore huius sæculi.* Nonne his vsque quam plenæ sunt res humanæ, vbi iniurias, suspiciones, inimicitias, bellum, mala certa sentimus? Pacem verò incertum bonum, quoniam corda eorum, cum quibus eam tenere volumus, ignoramus: & si hodie nosse possemus, qualia cras sint futura vtique nescimus. Qui porrò inter se amiciores solent esse, vel dicuntur, quam qui etiam vna continentur domo? Et tamen quis inde securus est, cum tanta sæpe mala, ex eorum occultis insidiis extiterint: tanto amariora, quanto pax dulcior fuit: quæ vera putata est, cum astutissimè fingeretur. Propter quod omnium pectora sic attingit, vt cogat in gemitum, quod ait Tullius. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam eæ quæ latent in simulatione officij, aut aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est aduersarius, facilè cauendo, vitare possumus. hoc verò occultum, intestinum ac domesticum malum, non solum existit, verumetiam opprimit, antequam prospicere, atque explorare potueris. Propter quod etiam diuina vox illa. Et inimici hominis, domestici eius: cum magno dolore cordis auditur. Quia & si quisque tam fortis sit, vt æquo animo perferat: vel tam vigilans & prudens, vt consilio caueat, quæ aduersus eum molitur, amicitia simulata: eorum tamen hominum perfidorum malo, cum eos esse pessimos experitur, si ipse bonus est, grauiter excrucietur necesse est: siue semper mali fuerint, & se bonos finxerint: siue in istam malitiam ex bonitate mutati sint. Si ergo domus commune perfugium, in his malis humani generis, tuta non est, quid ciuitas, quæ quanto maior est, tanto forum eius litibus & ciuilibus, & criminalibus plenius: etiam si quiescant non solum turbulentæ, verum sæpius etiam cruentæ seditiones, & bella ciuilia: à quorum euentibus, sunt aliquando liberæ ciuitates, à periculis nunquam. Propterea dicit infra in eodem Libro, cap. octauo. In huius vitæ miseria, sæpe contingit, vt credatur vel amicus, qui inimicus est: vel inimicus, qui amicus est. Quid nos consolatur, in hac humana societate erroribus ærumnisque plenissima, nisi fides non ficta, & mutua dilectio verorum amicorum & bonorum? Quos quanto plures, & in locis plurimis habemus, tanto longius latiúsque metuimus, ne quid eis contingat mali, de tantis malorum aggeribus huius sæculi. Non enim tantummodo solliciti sumus, ne fame, ne bellis, ne morbis, ne captiuitatibus affligantur: ne in eadem seruitute talia patiantur, qualia nec cogitare sufficimus: verumetiam, vbi timor est multo amarior, ne in perfidiam, malitiam, nequitiámque mutentur. Et quando ista contingunt, tanto vtique plura, quanto illi sunt plures, & in locis pluribus, & in nostram notitiam perferuntur, quibus cor nostrum flagris vratur, quis potest, nisi qui talia sentit, aduertere? Mortuos quippe audire mallemus: quamuis & hoc non sine dolore possimus audire, propter amicitiæ socialis solatia. Eius enim nobis amara est mors, cuius dulcis erat vita. *Post pauca.* Cum igitur de clarissimorum mortibus, quorum sunt humanæ societati officia necessària, nunc mitius, nunc asperius affligatur vita mortalium: tamen mortuos eos, quos diligimus, quam vel à fide, vel à bonis moribus lapsos hoc est in ipsa anima mortuos audire seu videre mallemus. *Post pauca.* Quoniam ergo abundauit, inquit Dominus, iniquitas, refrigescet charitas multorum. Ex quo fit vt bonis amicis mortuis gratulemur. Et cum mors eorum nos contristet, ipsa nos certius consoletur, quoniam caruerunt malis, quibus in hac vita etiam boni homines, vel conteruntur, vel damnantur, vel in vtroque periclitantur.

De amicitia verò cum bonis Angelis, non similiter contingere potest. In eodem Libro, cap. nono. In societate verò sanctorum Angelorum, nullo modo metuimus, ne tales amici, vel morte sua, vel deprauatione sua, nos contristent. Sed quia nobis non ea, qua homines, familiaritate miscentur: quod etiam ipsum, ad præsentis vitæ ærumnas pertinet: Et aliquando satanas, sicut legimus, transfigurat se in Angelum lucis ad tentandos eos, quos ita vel erudiri opus est, vel decipi iustum est: magna Dei misericordia necessaria est ne quisquam cum bonos Angelos amicos, se habere putat, habeat malos dæmones fictos amicos: eósq; tanto nocentiores, quanto astutiores ac fallaciores patiatur inimicos. Et cui magis ista misericordia necessaria est, nisi humanæ magnæ miseriæ, quæ

d

ignorantia tanta premitur, vt facile istorum simulatione fallatur? *Tom.II.* Ideo Libro primo de libero arbitrio. Amicus meus esse non poteris, nisi velis vt bene sit mihi. Vnde in epistola ad Vincentium. *Epist.48.* *Rectus amor.* Non omnis qui parcit amicus est: nec omnis qui verberat inimicus est. Meliora sunt enim vulnera amici, quàm oscula voluntaria inimici. Melius est cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat: quam esurienti panis frangitur, vt iniustitiæ seductus acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, molestiis ambos amat. Quis nos potest amplius amare quam Deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, verumetiam salubriter terrere non cessat: ac fomentis lenibus quibus consolatur, sæpe etiam & mordacissimum medicamentum tribulationis adiungit. Exercet fame patriarchas etiam pios & religiosos, populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Non aufert ab Apostolo stimulum carnis tertio rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. *Tom. eod.* *Psal.140.* Et in Epistola ad Hieronymũ, & est octaua. Non aliter intelligo quod scriptum est. Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum; nisi quia magis amat obiurgator sanans, quam adulator vngens caput. *Tom.IIII.* *Ead. ad verbum de verbis Apost.serm.21.* *Tom.X.* Qualiter sit conuersandum. in alia Epistola ad Hieronymum. Inter amicos quoslibet, liberi & securi versantur, qui aliena peccata sibi commissa non produnt, & quod prodi timent, nulli committunt. Libro octogesimo tertio quæstionum. Nullo modo de quoquam homine ferenda est sententia. Nemo nisi per amicitiam cognoscitur. Et ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bona eorum nos delectant & tenent. Nullius itaque repudianda est amicitia, sese ingerentis ad amicitiam copulandam. Non vt statim recipiatur, sed vt recipiendus optetur, atque ita tractetur, vt recipi possit. Illum enim in amicitiam possumus dicere, cui omnia nostra consilia refundere audeamus. Et si quisquam est, qui se non audet ingerere ad amicitiam faciendam, cum aliquo nostro & temporali honore aut dignitate reuocetur, descẽdendum est ad eum, & offerendum est illi quadam comitate & submissione animi, quod petere forte ipse non audet. *Serm.21.* *Tom.X.* De supportando amico, Libro de verbis Apostoli. Sane quamuis raro, tamen aliquotiens accidit, vt eius quem volumus in amicitiam recipere, prius nobis innotescant mala quam bona. Quibus offensi & quodammodo repercussi relinquimus eum, & ad bonorum eius, quæ forte occultiora sunt, indagationem, non peruenimus. Admonet ita-

A que Dominus noster Iesus Christus, qui nos vult esse imitatores suos, vt eius infirma toleremus, vt ad quædam sana, in quorum delectatione acquiescamus, per charitatis tolerantiam perducamur. Ait enim. Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. *Charitas patiens est.* Ideóque si per Christi charitatem, etiam eum qui omni ex parte fortassis ægrotat, repellere ab animo non debemus, quoniam sanari potest per verbũ Christi, quantominus eum qui propter nos videri potest totus ægrotus, quia quædam eius saucia in primo ingressu amicitiæ, non potuimus sustinere, & quod grauius est, cum offensione animi, de toto homine ausi sumus, temerariam præiudicij ferre sententiã, non timentes quod dictũ est. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini: in qua enim mẽsura mẽsi
B fueritis, remetietur vobis. Sæpe autẽ quæ bona sunt prius apparent, in quibus etiã temerarium iudicium beneuolentiæ cauendum est: ne cum totum hominem bonum putaueris, ea quæ postea mala apparuerint, securum & imparatum te inueniant, & grauius offendant, vt eum quem temere dilexeras, acerbius oderis: quod nefas est, quia etiam si nulla eius bona præcederent, & hæc quæ postea apparuerunt mala prius eminerent, toleranda tamen erant, donec omnia cum illo ageres, quibus talia sanari solent: quanto magis cum ea bona præcesserunt, quæ tanquam pignora, nos debent ad posteriora toleranda constringere? Ipsa est ergo lex Christi, vt inui-
C cem onera nostra portemus, Christum autem diligendo, facile sustineamus infirmitatem alterius, etiam quem nondum propter sua bona diligimus, propter quem Christus mortuus est. Ipsius enim Domini charitatem Apostolus ingessit, cum diceret. Et peribit in tua conscientia frater infirmus propter quẽ Christus mortuus est: vt si illum infirmum, propter vitium quo infirmus est, minus diligimus, illum in eo consideremus, qui mortuus est propter ipsum. Quapropter ingenti cura, & implorata Dei misericordia cogitandum est, ne Christum negligamus, propter infirmum. cum infirmum debeamus diligere propter Christum. In Deo diligendus est amicus, & Deus ipse principaliter. *Cap.9.* *Tom.I.* Li-
D bro quarto confessionum. Beatus qui te amat Domine, & amicũ in te, & inimicũ propter te. Solus enim nullum charum amittit, cui omnes in illo chari sunt, qui non amittitur. Et quis est iste nisi Deus noster? Deus qui fecit cœlum & terram, & implet ea, quia complendo ea fecit ea? Te nemo amittit nisi qui dimittit: & qui dimittit quò it aut quò fugit nisi à te placato, ad te iratum? Nam vbi non inuenit legem tuam, in pœna sua? Et lex tua veritas, & veritas tu Deus. *Tom.II.* *Epist.161.* Propter Deum non debemus

debemus timere displicere amico. In Epistola ad Episcopos Donatistarũ. Quid æquius quàm si pro adipiscendo spirituali regno, carnalem superetis affectum, & amicitias hominum, quæ in iudicio Dei nihil proderunt, pro euitandis sempiternis pœnis, non timeatis offendere? Amicus Dei efficitur homo faciliter. Libro octauo confessionũ. Maior non potest esse spes militis in palatio, quàm vt amicus imperatoris fiat. Et ibi quid non fragile plenúmque periculis? Et per quot pericula peruenit ad

Tom. III I. Cap.7. & 8. grauius maiúsque periculum? Amicus autem Dei si voluero esse nunc fio. Libro de salutaribus documẽtis. Licet me mutationis locus longe tulisset à vobis corpore, sed nullatenus charitate. quia charitas quæ deseri potest, nunquã fuit vera. Ideo intima amicitiarum charitate, quantũ possumus Domino Christo iungamur: quia ipse

Io.15. ait. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præ-

Obedientia amor Dei. cipio vobis. Et si præmia vitæ æternæ, volumus promereri, illius præcepta totis viribus satagamus custodire. Præcepta nanque eius nolentibus grauia sunt, volentibus leuia: sicut

Mat.11. ipse ait. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Sæculi enim amicitia aut lucro, aut beneficiis, aut diuersis honoribus constat. Saluatoris autem amicitia, in se & proximos diligendo consistit. Igitur quotiescunque bonis actibus, mandata Christi facimus, toties Christi amici vocamur. Ille semper inuitat nos ad amicitiam suam, & diabolus inuidens quærit nos iungere in infernum. Saluator nos amat, proditor nos odit. Ideo non prætermittamus redemptorem, nec sequamur proditorem. Charior nobis sit qui libertati restituit, quàm qui nos captiuauit, & seruituti subdidit.

Cap.114. AMISSIO. Libro de vera innocen-

Tom III. tia, id est, sentent. excerpt. ex August. Nõ est in carendo difficultas nisi cum est in habẽdo cupiditas. Et ideo solum rectè diligitur quod nunquam bene amittitur. In eo-

Cap.:32. dem. Non poterit hominis labor finiri, nisi hoc diligat, quod ei non possit auferri. In

Cap.174. eodem. Beatus qui diligit Deum, & amicum in Deo, & inimicum propter Deum. Solus enim nullum horum amittit, cui omnes in illo chari sunt, qui nunquam ante dimittit te nisi

Cap.205. dimittatur. In eodem. Potest homo inuitus amittere temporalia bona, nunquã verò nisi volens perdit æterna.

Cap.1. & 2. Tom.IIII. AMOR. Diffinitur Libro de substantia dilectionis. Quid est amor, quid aut quantum amor est, & vnde amor est? Et sermo Dei de amore loquitur. Nunquid hoc negotium, non potius illorum est, qui pudicitiam prostituere cõsueuerunt? Ecce quam multi qui eius ministeria volentes suscipiunt, & quã pauci qui eius verba proferre in medium non erubescunt. Quid ergo nos facimus? Forsitan multa in probitate frontem fractam habemus, cum verecundamur amorem indicatum sona-

A re: quem & impudici aliquando non possunt sine verecundia verbis exprimere. Sed aliud est inuestigare vitium, vt eradicetur: aliud exhortari ad vitium, vt virtus & veritas non ametur. Nos ergo inuestigamus & quærimus, vt sciamus, & scientes caueamus. Quod illi inuestigant vt sciant, sed sciant vt faciant. Quærimus igitur, quid illud in nobis sit, quod desideria nostra sic diuidit multiphariam, & cor vnum in diuersa diducit. Inuenimus autem hoc aliud non esse præter amorem: qui cum sit motus cordis secundum naturam, singularis & vnicus, secundum autem actionem diuisus, qui cum se inordinate mouet, id est, ad ea quæ non debet, cupiditas dicitur. Cum verò ordinatus est cha- *Cupiditas.*

ritas appellatur. Ipsum igitur hunc cordis mo- *Charitas.*

B tum, quem amorem appellamus, qua definitione significare poterimus? Expedit nobis propius intueri eum ne lateat aliquatenus & non sciatur, propteráque nec caueatur cum malus est: nec appetatur aut inueniatur, cum bonus est, vt impleatur: de quo & cum malus est tanta mala veniunt, & cum bonus est tanta bona procedunt. Ipsum igitur quò definimus inuestigemus: consideremus quod occultum est, quod dicitur quantóque interius collocatum est, tantomagis in vtraq; parte cordi dominatur. Igitur illud videtur esse amor. Et amor est delectatio cordis, alicuius ad aliquid, propter aliqu d desideriũ in appetendo, & in perfruendo gaudium: per desiderium currens, requiescens per gaudium. Hinc bonum est, & hinc

C malum est cor tuum humanum, quia nec aliunde bonus es si bonus es, nec aliunde malus es si malus es, nisi quod vel bene vel male amas, quod bonum est. Nam omne quod est, bonum est: sed cum id quod bonum est malè amatur, illud bonum non est, & hoc malum est. Igitur nec qui amat, malum est, nec quod amatur, malum est, nec amor quo amat malum est, sed quod malè amat, malum est, & hoc omne malum est. Ordinate igitur charitatem, & iam nullum malum est. Magnam rem commendare volumus, si tantum valemus quantũ volumus.

Libro octogesimo tertio quæstionum. Ni- *Quæst.35.*

hil aliud est amare, quam propter seipsam rem *Tom.IIII.*

aliquam appetere. cum amor motus quidam sit, neque vllus sit motus nisi ad aliquid. Li-

D bro de trinitate. Amor est quædam vita duo aliqua copulans vel copulare appetens, amantem scilicet & quod amatur. Libro octogesimo *Quæst.35.*

tertio quæstionum. Amor rerum amandarum, *Tom.IIII.*

charitas vel melius dilectio dicitur. quare omnibus cogitationum viribus, cõsiderandum est, saluberrimũ illud præceptum, Diliges Dominũ Dominum Deum tuum, &c. Libro decimo quarto de ciuitate Dei, cap. septimo. Nonnulli arbitrantur, aliud esse dilectionem siue charitatem, aliud amorem. Dicunt enim dilectionem accipiendam esse in bono, amorem in malo. Sed scripturæ religionis nostræ, quarum *Post pauca.*

autoritatem, cæteris omnibus literis antepo-nimus, non aliud amorem, aliud dilectionem & charitatem inſinuare videntur. Nam amo-rem in bono dici oſtendit Dominus, cum Pe-trũ Apoſtolum interrogaret dicens, Petre amas me?& ille reſpõdit, Domine tu ſcis quia amo te. Sed ne quis exiſtimet amorem quidem & in bo-no & in malo, dilectionẽ autem, non niſi in bo-no eſſe dicendam: illud attendat quod in Pſalm. ſcriptum eſt. Qui diligit iniquitatem, odit ani-mam ſuam. Amor etiam in malo ponitur in eo quod Apoſtolus dicit. Erunt homines ſeipſos amantes, amatores pecuniæ. Recta itaque vo-luntas eſt bonus amor, & peruerſa voluntas eſt malus amor. Amor ergo inhians habere quod amatur, cupiditas eſt: idem habens, eóq; fruens, lætitia eſt. Fugiens quod ei aduerſatur timor eſt: ídque ſi acciderit ſentiens, triſtitia eſt. Pro-inde mala ſunt iſta, ſi malus eſt amor: bona, ſi bonus. Bona enim erat concupiſcentia, qua di-cebat Apoſtolus. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. & bona lætitia qua dicitur, Lætamini in Domino & exultate iuſti. & in bono timor eſt apud Apoſtolum, vbi ait. Cum timore & tre more veſtram ipſorum ſalutem operamini.

Eod.cap.ſup. — *Eod.cap.inf.* — *Amor in bonum & in malum.*

Diſtinguitur Libr.xj.ſuper Gen. Non eſſent homines amatores pecuniæ, niſi eo ſe putarent excellentiores, quò ditiores. Cui morbo con-traria charitas, non quærit quæ ſua ſunt, id eſt, non priuata excellentia lætatur: ſed communi-cata prouidentia gloriatur. Meritò ergo & non inflatur. Hi duo amores, quorum alter ſanctus eſt, alter immundus: alter ſocialis, alter priuatus: alter communi vtilitati cõſulens propter ſuper-nam ſocietatem, alter etiam rem communem in poteſtatem propriam redigens, propter arro-gantem dominationẽ, alter ſubditus: alter æmu-lus Deo: alter tranquillus, alter turbulentus: al-ter ſeditioſus, alter pacificus: alter veritatem lau dibus errãtium præferens, alter quoquo modo vanæ laudis auidus: alter amicabilis, alter inui-dus: alter hoc volens proximo quod ſibi, alter ſubiicere proximum ſibi: alter propter proxi-mi vtilitatem regens proximum, alter propter ſuam: alter in bonis, alter in malis: & diſtinxe-runt conditas in genere humano ciuitates duas, ſub admirabili & ineffabili prouidentia Dei, cun ctáque creata adminiſtrãtis & ordinantis: alte-ram iuſtorum, alteram iniquorũ. Quarum etiã quadam temporali commixtione peragitur ſæ-culum donec vltimo iudicio ſeparentur: & al-tera coniuncta Angelis bonis, cum rege ſuo vi-tam conſequatur æternam: altera cõiuncta An-gelis malis, cum rege ſuo in ſupplicium mitta-tur æternum. Libro de vera innocentia. Eſt amor quo amatur quod amandum non eſt, & iſtum amorem odit in ſe, qui illum diligit: & eſt amor quo amatur quod eſt amandum. Poſſunt ambo eſſe in vno homine, & hoc bonum eſt ho mini, vt illo proficiente, quo bene viuimus, iſte deficiat, quo malè viuimus, donec ad perfectum

Cap.15. Tom.III. — *Amor cœli. Amor ſæculi.* — *Cap.142. Tom.III.*

ſanetur, & in bonum commutetur omne quod viuimus. Alia diſtinctio Libr.50. homil. Eſt amor vtilis, eſt amor noxius, amor amore im-peditur, amor noxius ſecedat, & amor vtilis ſuc cedat. Sed quia homines nolũt illum recedere, ideo in illos non poteſt alius introire: vt non ca-piant, pleni ſunt: fundant, vt capiant. Pleni ſunt enim amore voluptatum carnalium, pleni ſunt amore vitæ præſentis, pleni ſunt amore auri & argenti, & poſſeſsionum huius ſæculi. Qui ergo pleni ſunt, ſic ſunt quomodo vaſa. Vis vt intret mel vnde acetum nondum fudiſti? Funde quod habes, vt capias quod non habes. Ideo prima re-nuntiatio eſt huic ſæculo, deinde conuerſio ad Deum. Qui renuntiat, fundit: qui conuertitur, impletur: ſed hoc non fiat corpore ſolo, ſed & mente. Ideo ſuper Ioannem. Putate amorem hominis, quaſi manũ animæ: ſi aliquid tenet, te-nere aliud non poteſt: vt autem poſsit tenere quod datur, dimittat quod tenet: hoc autem di-co quia qui amat ſæculũ, Deum amare non po-teſt: occupatam habet manum. Dicit illi Deus, tene quod do: non vult dimittere quod tenebat, ideo non poteſt accipere quod offertur. Alia diſtinctio Libro 50. homil. Tractemus aliquan tulum, de amore hominis in hominem, quia ſunt amores hominum peruerſi. Quia ipſe per-uerſè amat aliũ, qui & ſe peruerſe amat. Qui au-tem rectè ſe amat, & alterum rectè amat. Verbi gratia. Sunt amores flagitioſi & deteſtabiles. Amores adulterorũ, amores corruptorum, im-mũdi amores. Malos amores, deteſtãtur omnes leges humanæ & diuinæ. Remoue iſtos illici-tos, quæramus licitos. Incipit licitus amor à con iugio, ſed adhuc carnalis eſt, quia cõmunis cum pecoribus. Secundus eſt amor filiorum, ſed ad-huc & ipſe carnalis. Non enim eſt laudandus qui amat filios: ſed deteſtandus qui non amat. Pro magno enim laudaturus ſum in homine, quod video in tigride? Serpentes amant filios ſuos, leones & lupi amant filios ſuos. Noli ergo pro magno putare, quod amas filios tuos: quia in amore hoc, ſerpentibus cõpararis: ſi verò non amaueris, à ſerpentibus vinceris. Alius amor eſt propinquorum. Iam iſte videtur proprius homi num, ſi non ſit conſuetudinis. Nam maior eſt amor qui extenditur vltra propinquos, quã qui tenetur inter propinquos. Qui enim amat pro-pinquos ſuos, adhuc ſanguinẽ ſuum amat. Amet alios qui non ſunt propinqui, ſuſcipiat peregri-num, iam multum dilatatus eſt amor iſte. Tan-tum autem creſcit, vt à coniuge ad filios, à fi-liis ad propinquos, à propinquis ad extraneos, ab extraneis ad inimicos perueniat. Alia di-ſtinctio ſuper primam canonicam Ioannis, Tra ctatu ſecundo. Duo ſunt amores, mundi, & Dei. Si mundi amor habitet, non eſt quà Dei amor intret. Recedat amor mundi, vt inhabitet amor Dei. Melior accipiat locum. Ideò cum exhauſeris cor tuum amore terreno, hauries amorem diuinum: & incipiet habitare iam charitas

Homil.37. Tom.X. — *Amor amore impeditur.* — *Homil.38. Tom.X.* — *Amor carnis & ſanguinis communis cum brutis.* — *Tm.IX.*

charitas. de qua nihil mali procedere potest. A

Ideo super psal.cxxj. in principio. Sicut amor *Tom. VIII* immundus inflammat animā, & ad terrena concupiscenda & peritura sectanda vocat, & ad ima præcipitat, atque in profunda demergit: sic amor sanctus ad superna eleuat, & ad æterna inflāmat, & ad ea quæ non transeunt neque moriuntur, excitat, & de profundo inferni animam ad cœlum leuat. Habet tamen omnis amor vim suam, nec potest vacare amor in anima amātis, necesse est vt ducat. Sed vis nosse qualis amor sit? Vide quò ducat. Non ergo monemus vt nihil *Pennatus amor.* ametis, sed ne mundum ametis. Obligata enim anima amore terreno, quia viscum habet in pennis, volare non potest. Mundata verò ab operibus sordidissimis sæculi, tanquam extentis pennis, & duabus alis resolutis ab omni impedimento, id est, duobus præceptis dilectionis Dei & proximi, volat. Quò, nisi ad eum ascendens volando, quia ascendit amando? Quia vt super psal. cxxxij. in principio. Omnis amor aut ascēdit, aut descēdit. desiderio enim bono leuamur ad Deū, & desiderio malo ad ima precipitamur. Sed quia iam malo desiderio lapsi cecidimus, superest nobis, si agnoscimus qui ad nos nō ceciderit, sed descenderit, hærendo illi ascendere, quia viribus nostris non possumus. Libr.lxxxiij.quæst. Amor *Quæst.35. Tom.IIII.* turpis, quo animus seipso ad inferiora sectatur, qui magis propriè cupiditas dicitur, omniū scilicet malorum radix. Et ideo non est amandum, quod amanti & fruenti amatori auferri potest. Cuius ergo rei amor amādus est, nisi qui non potest deesse dum amatur? Id est autem, quod nihil est aliud habere, quàm nosse. Libro de conflictu *Cap. 25. & 26. Tom.IX.* vitiorum ponit vtriusque amoris pugnam dicēs. Amor præsentis sæculi dicit. quid pulchrius, quid honestius, quid venustius, quídue potest esse delectabilius, quā quod in præsenti vita quotidie cernimus? O quàm mirabilis cœli camera in aëre iucūdo, in lumine solis splēdido, in augmento lunæ atque defectu, in varietate stellarum & cursu? O quàm delectabilis terra in nemorū floribus, in fructuum suauitatibus, in pratorum riuulorúmque amœnitatibus, in segetum culmis luxuriantibus, in vinearum foliis & botrionibus *Allicit amor sæculi.* plenis palmitibus. In syluarum vmbris & eorum planis exitibus, in equorum & canum cursibus, in ceruorum & caprearum saltibus, in accipitrū volatibus, in pauonum, columbarum, turturúmque pennis & collis lucentibus, in domorum pictis muris & laquearibus, in organorum omniúmque musicorum tinnulis cantantibus, in mulierum venustis aspectibus, earúmque oculis, superciliis & crinibus & oculis & genis, gutture & labiis, naso & manibus, & collo & pedibus, atque extrinsecus pretiosis adhibitis vestibus, auro & gemmis distinctis monilibus, miris murenulis, variísque teretibus & si qua sunt alia multa, quæ modo meus non recolit sensus. Amor cœlestis *Amor Dei. Arg à minore.* patriæ respondet. Si te ista delectant quæ sub cœlo sunt, cur non magis ea delectant quæ super cœlos sunt? Si carcer ita pulcher est, patria, ciuitas, & domus qualis est? Si talia sunt quæ hîc incolunt peregrini, qualia sunt quæ ibi possident filij? Si mortales & miseri in hac vita, taliter sunt remunerati, immortales & beati qualiter sunt illa vita ditati? Quapropter recedat amor præsentis sæculi, in quo nullus ita nascitur, vt non moriatur: & succedat amor sæculi futuri, in quo omnes sic viuificantur, vt non deinceps moriantur. Vbi nulla necessitas turbat, nulla aduersitas angustat, nulla molestia inquietat, sed perēnis lætitia regnat. Si quæris quid ibi sit, vbi tanta & talis beatitudo persistit? Aliter dici non potest, nisi quòd quicquid boni est, ibi est: & quicquid mali est, ibi nusquam est. Ideo Libro de salutaribus *Tom.IIII.* documētis, cap.liiij. Ne desideremus remanere B cum hoc mundo & pereamus cum hoc mundo. Heu quàm miseri sumus, si hoc credere nolumus, & ab amore huius sæculi nostrā mentem non reuocamus, dum perpetualiter ista tenere non possumus, & illa per securitatem amittimus. Quid faciemus? quid agemus? Lugendum nobis est, si regnum Dei promissum perdamus, & subito dicatur nobis. O vos amatores mundi, exite obuiam sponso Christo, & ad illum venite quem videre non vultis, quia eius precepta postposuistis. Videbitis enim ipsas plagas, in corpore suo, quas pertulit pro nobis. Quid tunc dolentes & gementes dicemus? Et quid meritis nostris, in eum exigentibus, responsuri sumus, dum frequenter audiuimus & neglexímus, quod psalmista cecinit. Quid retribuam Domino pro *Psal.115.* C omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiā & nomē Domini inuocabo. Firmiter teneamus, quia spes bonorum in isto mundo non est posita, quamuis videatur spes humana vel mundana esse, quæ in amaritudinem vertitur, & amarā potionē ipse mūdus amatoribus suis propinat. Et ipsa veritas eos alloquitur dicens, vbi est quod amabatis? Vbi est quod pro magno tenebatis? Libro tertio de verbis Domini. Amor *Serm.54. Tom.X.* mundi adulterat animā, amor fabricatoris mundi castificat animam. Sed nisi de corruptione erubuerit, ad amplexus illos castos redire non concupiscit. Et ideo scriptura exclamauit vehementer, *Suprà.* nec palpauit adulando, quos voluit reparare sanando. Nescitis quod amicus huius mundi inimicus Dei constituitur. Ecce ostendit peccatum, D & quod nolebat anima videre, ponitur ei ante oculos, & quod post dorsum habere cupiebat, ad faciem illi admouetur. Vide ergo te in te. Reuocatur ad se anima tua quæ ibat à se. Et sicut à se ierat, sic à Domino suo. Se enim respexerat, *Amens amor.* sibíque placuerat, suæque potestatis amatrix facta fuerat, recessit ab illo, & non remansit in se. Ideo & à se pellitur, & à se excluditur, & in exteriora prolabitur. Amat enim mundum, amat temporalia, amat terrena, quæ si seipsam amaret, neglecto à quo facta est, iam minus esset, iam deficeret amando, quod minus est. Minus est enim ipsa quàm Deus, & longe minus,

tantóque minus, quantò minus est res facta, quàm factor. Ergo amandus est Deus pro amore eius, ita vt si fieri potest, nos ipsos obliuiscamur. Quis ergo est iste transitus? Oblita est anima seipsam, sed amando mundum: nunc obliuiscatur se, sed amãdo artificem mundi. Pulsa est ergo à se quòd amando perdidit se, quia nec facta sua nouit videre. Iustificat iniquitates suas. Effertur & superbit, in petulantia, in luxuria, in honoribus, in potestatibus, in diuitiis, in potentia vanitatis. Arguitur, corripitur, ostenditur sibi. Sibi displicet, confitetur fœditatem, desiderat pulchritudinem: & quæ ibat effusa, redit confusa. Contra illã videtur orare qui dicit. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomẽ tuũ Domine.

Psal. 82. *Cap 22.* *Tom. V.* *Fœcunditas amoris carnalis.* De primo amore, scilicet carnali, Lib. xxij. de ciuitate Dei. Quid amor ipse tot rerum vanarum atque noxiarum, ex quo mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, insana gaudia, discordiæ, lites, bella, insidiæ, inimicitię, fallacia, adulatio, fraus, furtũ, rapina, perfidia, superbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſęuitia, nequitia luxuria, petulãtia, impudẽtia, fornicationes, adulteria, incesta. Et contra naturam vtriusq; tot stupra atque immunditiæ, quas turpe est etiam dicere, sacrilegia, hæreses, blasphemiæ, periuria, oppressiones innocentum, calumniæ, circumuẽtiones, præuaricationes, falsa testimonia, iniqua iudicia, violentiæ, latrocinia, & quicquid talium malorum in mentem nòn venit, & tamen de ista vita hominum non recedit. Verum hæc hominũ sunt malorum, ab illa tamen erroris & peruersi amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adã nascitur.

Cap. 15. *Tom. I.* De secũdo amore, scilicet spirituali, Libr. de moribus Ecclesiæ. Illud quod quadripertita dicitur virtus, ex ipsius amoris vario quodam affectu, quantum intelligo, dicitur. Itaque illas quatuor virtutes, quarũ vtinam ita sit in mentibus vis, vt nomina in ore sunt omnium, sic etiã definire non dubitẽ: vt tẽperantia sit amor, integrum se præbens ei quod amatur: fortitudo amor, facile tolerans omnia propter quod amatur: iustitia amor, soli amato seruiens, & propterea rectè dominans: prudentia amor, ea quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur, sagaciter eligens. *Vigor virtutum, amor.* Sed hunc amorem non cuiuslibet, sed Dei esse diximus, id est, summi boni summæ sapientiæ summæque concordiæ. Quare etiam definire sic licet: vt temperantiam dicamus esse amorem, Deo sese integrum incorruptúmque seruantem. Fortitudinẽ amorem, propter Deum omnia facile perferentem. Iustitiam amorẽ, Deo tantùm seruientẽm, & ob hoc bene imperantem cæteris, quæ homini subiecta sunt. Prudentiam amorem, bene discernentem ea quibus adiuuetur in Deum ab iis quibus impediri potest. In eodem Libro, capit. xxij. Amor ille, quem tota sanctitate inflammatũ esse oportet in Deum, in non appetendis istis temperans, & in amittendis fortis vocatur. *Amoris vires.* In eodem Libro, capit. xxij. Nihil tam durum, támque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quò cum se anima rapit in Deum,

A super omnem carnis officinam, libera & admiranda volitabit pennis pulcherrimis & integerrimis, quibus ad Dei amplexum amor castus innititur. Nunquid amatores auri, amatores laudis, amatores fœminarum, amatoribus suis Deus sinet esse fortiores, cum ille non amor, sed congruentius cupiditas vel libido nominetur? In qua tamen apparet quantus sit impetus animi, ad ea quæ diliguntur, indefesso cursu, per inania quæque tendentis. Argumentóque nobis est, quàm sint omnia perferenda, ne deseramus Deum, si tanta, illi vt deserãt, perferũt.

Quo ad alias virtutes in Enchiridion. Cum quæritur vtrum quisque sit homo bonus, non quæritur quid credat, aut quid speret, sed quid amet. *Cap. 117. Tom III.* Nam qui rectè

B amat, proculdubio rectè credit & sperat: qui vero non amat inaniter credit, etiam si sint vera quæ credit: inaniter sperat, etiam si ad veram fœlicitatem doceantur pertinere, quæ sperat, nisi & hoc credat ac speret, quod sibi petenti donari possit, vt amet. Quamuis enim sperare sine amore non possit, fieri tamen potest vt non id amet, sine quo ad id quod sperat non potest peruenire: tanquam si speret vitã æternam, quãuis non habeat, & nõ amet iustitiã, sine qua ad illam nemo peruenit, Ipsa est autẽ fides Christi quam cõmendat Apostolus, *Gal. 5.* quæ per dilectionẽ operatur, & quod in dilectione nondum habet, petit vt accipiat, quærit vt inueniat, pulsat vt aperiatur ei. Fides nãq; impetrat, quod lex imperat. Nã sine omni dono, id est, sine Spiritu sancto, per quẽ

C diffunditur charitas in cordibus nostris, iubere lex poterit, nõ iuuare: & præuaricatorem facere insuper, qui se de ignorãtia excusare nõ poterit. Regnat enim carnalis cupiditas, vbi non est Dei charitas.

Lib. xj. de ciuitate Dei, cap. xxviij. *Tom. V.* Vir bonus meritò dicitur, nõ qui scit quod bonũ est, sed qui diligit bonum. Est enim amor, quo amatur quod amandum non est, & istum amorẽ odit in se, qui illum diligit, quo id amatur, quod amandũ est. *Post pauca.* Omnes res, quasi locorũ & ordinis proprij, habent appetitus. Nam velut amores corporum sunt momenta ponderum, siue deorsum grauitate, siue sursum leuitate nitantur. Ita enim corpus põdere, sicut animus amore, fertur quocũq; fertur. Quoniã igitur homines sumus, ad nostri creatoris imaginẽ creati, cuius est vera æter-

D nitas, veritas æterna & vera charitas. Cũ ipse sit æterna & vera trinitas & chara, neque confusa, neq; separata: tanquã minor filius Euangelicus, ad nosmetipsos reuersi surgamus, & ad illum amando redeamus, à quo peccãdo recesseramus. Ibi esse nostrum non habebit mortem, ibi nostrum nosse non habebit errorem, ibi amare nostram non habebit offensionem.

Homil. 57. Tom. X. De amoris ordine libr. 50. homil. Quæritur autem fratres quomodo crescat iste amor. Habet enim initia sua, habet augmẽta sua, habet perfectionẽ suam. Et debemus nosse quis cœperit, vt eum augmẽto cohortemur: quis nec cœperit, vt eũ quò incipiat moneamus: quis & inceperit & creuerit, vt eum ad perfectionẽ incitemus. Primò illud attendat chari

charitas vestra: amores omnes & dilectiones prius sunt in hominibus de se,& sic de alia re quã diligunt. Si diligis aurum, prius te diligis & sic aurum: quia si tu mortuus fueris, nullus erit qui aurum possideat. Ergo dilectio vnicuique à se incipit,& non potest nisi à se incipere & nemo monetur vt se diligat. Hoc enim non solùm inest hominibus, sed & pecoribus. Videtis enim fratres, quemadmodum non tantùm ingentes bestiæ, & magna animalia, vt sunt boues, aut cameli, vel elephanti, sed & muscæ & vermiculi minimi, quomodo nolunt mori & vitam diligant. Et omnia animalia mortem fugiunt,& custodire se volunt: alia velocitate, alia latebris, alia resistendo & pugnando, omnia tamen pro vita sua pugnant: mori nolunt, custodire se volunt. Amant ergo se, & incipit aliud amari. Sed ipsum aliud quod amaueris, aut hoc est quod tu, aut inferius te, aut superius te. Si inferius te est quod amas, ad consolandum ama, ad tractandum ama, ad vtendum ama, non ad illigandum. verbi gratia. Aurum amas, noli te alligare auro: quanto melior es quàm aurum? Aurum enim terra est fulgens. Tu autẽ vt illuminareris a Domino ad imaginẽ Dei factus es: cum sit aurum creatura Dei, non tamen fecit aurum ad similitudinem suam, sed te: ergo posuit sub te aurum. Amor ergo iste contemnendus est: ad vsum assumenda sunt ista non eis vinculo amoris, quasi conglutino est adhærendum. Non facias tibi membra, quæ cum cœperint præcidi dolebis atque cruciaberis. Assurge ab isto amore, quo amas inferiora quàm tu es, incipe amare superiora, id est, quod tu es. Si volueris, breuiter poteris, eo ordine, quem Dominus nobis in Euangelio euidenter ostendit, cum ait. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis,& proximũ tuum sicut te ipsum. Primùm ergo disce amare Deum, deinde teipsum, post hæc dilige proximum sicut teipsum. Nam si teipsum non nosti amare, quomodo proximum poteris in veritate diligere? Putant enim nonnulli homines, legitimo se ordine amare, quando res alienas rapiunt, quando se inebriant, quando libidini seruiunt, quando per diuersas calumnias iniusta lucra conquirunt. Isti tales audiant scripturã dicentem. Qui diligit iniquitatẽ odit animam suam. Si ergo amando iniquitatem, teipsum non solùm non diligis, sed etiam odio habes: quomodo aut Deum, aut proximum diligere poteris? Si autem vis verè charitatis ordinem custodire, fac iustitiam, dilige misericordiam, fuge luxuriam, incipe secundum præceptum Domini non solum amicos, sed etiam inimicos diligere. Et cum hoc fideliter custodire toto corde contenderis, istis virtutibus quasi quibusdam gradibus, poteris ascendere, vt merearis Deum toto corde,& tota virtute diligere. Et cum ad istam fœlicem perfectionem veneris, omnes concupiscentias huius mundi, tanquam stercora computabis.& cum propheta dicere poteris. Mihi adhærere Deo bonum est. Lib. de substantia

Amorem incipere à seipso.

Ordinatus amor.

Psal. 10.

A dilectionis. Ad quid aut in quo? Audite si forte explicare possimus, quo currere debeat amor noster, aut in quo requiescere. Tria si quidem sunt quæ amari bene aut malè possunt. Deus, proximus,& mundus. Deus super nos est, proximus iuxta nos, mũdus subter nos. Ordinate igitur charitatem, si currit bene currat: si requiescit, bene requiescat: desiderium erit, gaudium requiescit: propter quod gaudium vniforme est, quod semper in vno est: nec vicissitudine variari potest: desiderij autem motus, mutabilitatem suscipit. Idcirco non se continet in vno, sed varias species repræsentat. Omnis namque cursus, aut de illo est, aut cum illo, aut in illo ad quod est. Quomodo igitur currere debet desiderium nostrum? Tria sunt, Deus, proximus, & mũdus. Tria Deus, B duo proximus, vnum mundus habeat, in cursu desiderij nostri,& est in desiderio ordinata charitas. Amor namq; per desiderium,& de Deo,& cum Deo, & in Deo ordinatè currere potest. De Deo currit, quãdo de Deo accipit, vnde eum diligit. Cum Deo currit, quando eius voluntati in nullo contradicit. In Deum currit, quando in ipso requiescere appetit. Hæc sunt tria quæ ad Deũ pertinent. Duo autẽ sunt proximi: potest enim desiderium, de proximo,& cũ proximo currere: sed in proximum non potest. De proximo, vt de eius salute & profectu gaudeat. Cum proximo, vt eum in via Dei comitem itineris, & socium peruentionis, habere concupiscat. Sed in proximum non potest, vt scilicet in homine spem,& fiduciam suam constituat. Hęc sunt duo C quæ ad proximum pertinent, id est, de ipso & cũ ipso & non in ipsum. Vnũ est mundi, de ipso currere, & non cum ipso aut ad ipsum, aut in ipsum. De mundo enim desiderium currit, quando in specto foris Dei opere, per admirationem & laudem, ardentius intus ad ipsum se conuertit. Cum mundo curreret, si se per mutabilitatem temporalium, siue deiiciendo in aduersis, siue eleuando in prosperis, huic conformaret. In mundum curreret, si in eius delectationibus, semper requiescere vellet. Ordinate igitur charitatem vt per desiderium currat de Deo, cum Deo, & in Deum: de proximo, cum proximo, & nõ in proximum: de mundo, non cum mũdo, nec in mundum: sed in solo Deo requiescat per gaudium. Hæc est ordinata charitas, & præter ipsam omne D quod agitur non ordinata charitas est, sed inordinata cupiditas. Et subdit ibidẽ de amore ad Deum. Vita cordis amor est,& idcirco omnino impossibile est, vt sine amore fit cor quod viuere cupit. Quid hinc sequatur considera. Si enim sine amore anima humana esse non potest, aut seipsam, aut certè aliud aliquid à se, diligat necesse est. Quia vero in seipsa perfectum bonum non inuenit, si se solam diligeret, fœlix amor non esset. Oportet ergo si fœliciter amare desiderat, aliquid præter se, quod amet inquirat. Si autem imperfectũ aliquid, extra se amare incœpit amorẽ quidem suum irritat, sed miseriam nõ excludit. Fœliciter igitur nõ diligit, donec ad

Cap. 5. Tom. IIII.

Ordinare charitatem.

Cap. 6. Amor vita cordis.

vnum & summum bonum, per amoris desiderium se conuertit. Quia quod summum bonum & verum Deus est solus, ille fœliciter amat qui Deum amat: & tantò fœlicius, quantò amplius. Hæc igitur cordis nostri requies est, cum in amore Dei per desiderium figitur: nec vltra quicquã appetit, sed in eo quod tenet quadam fœlici securitate delectatur. Quando enim nec appetitus vltra protrahit, nec timor repellit, quodammodo in id ipsum iucunditas sine vexatione requiescit. Sed quia humanæ mentis infirmitas, vt non dicam semper, sed vix aliquando in illam diuinæ contemplationis dulcedinem figi potest: quodã interim studio, ad illam ad quam nondum pertingere sufficit stabilitatem, assuefacienda est, id est, si Deum semper cogitare non possumus, saltem cor nostrum ab illicitis & vanis cogitationibus restringendo, in consideratione operum Dei, & mirabilium eius teneamus: vt dum semper minus instabiles esse satagimus, tandem aliquando eo donante, verè stabiles fieri mereamur. De amãdo Deũ, Lib. 50. homil. homil. xxxv. Amandus est Deus, ita vt si fieri potest, nos ipsos obliuiscamur. In epistola ad Macedonium. Diligamus id, quo nihil melius est: hoc Deus est. Cui si aliquid diligẽdo vel proponimus, vel æquamus, nos ipsos diligere nescimus. Tãto enim nobis melius est, quanto magis in illum imus quo nihil melius est. Imus autem non ambulando, sed amando: quem tanto habebimus præsentiorem quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, poterimus habere puriorẽ. Non enim locis corporalibus vel extẽditur, vel includitur. Ad eum ergo qui vbique præsens est, & vbique totus, non pedibus licet ire, sed moribus. Mores autem nostri, non ex eo quod quisque nouit, sed ex eo quod diligit diiudicari solent: nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores. Prauitate ergo nostra, à rectitudine Dei longe sumus, vnde rectum amando corrigimur, vt recto recti adhærere possimus. Causa huius amoris libro de catechizãdis rudibus. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos: & filio suo vnigenito non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vnde si amare pigebat saltem redamare non pigeat. Nulla enim maior ad amorem inuitatio, quam præuenire amando. Et nimis durus est animus, qui dilectionem si nolebat impendere, nolit rependere. Quòd si in ipsis flagitiosis, & sordidis amoribus videmus eos nihil aliud agere, qui amari inuicem volunt, nisi vt documentis quibus valent, aperiant & ostendant quantum ament, eámque imaginem iustitię prætendere affectant, vt vicem sibi reddi quodammodo flagitẽt ab eis animis quos illecebrare moliuntur: ipsíque ardentius æstuant cum iam moueri eodem igne, etiam illas mentes quas appetunt, sentiunt. Si ergo & animus qui torpebat, cũ se amari senserit excitatur: & qui iam feruebat, cum se redamari didicerit magis accenditur: manifestũ est nullam esse maiorem causam, qua vel inchoetur, vel augeatur amor, quàm cum amari

Tom. II. epist. 52. — *Accessus ad Deum.* — *Cap. 4. Tom. IIII.* — *Redamandum.*

A se agnoscit, qui nondum amat: & redamari se vel posse sperat, vel iã probat, qui prior amat. Et si hoc etiam in turpibus amoribus quãto plus in amicitia Dei? Quare amat Deus, Libro primo super Genes. Duo quippe sunt, propter quę Deus amat creaturã suam, vt sit & vt maneat. Quia vt dicit libro de vera innoc. Tales nos amat Deus quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus merito nostro. Per eius amorem bene amantur alia, lib. iiij. contra Iulianum, cap. vj. Per amorem creatoris bene quisque vtitur creaturis sine hoc amore creatoris nullus quisque bene vtitur creaturis. Vnde libro de contemplatione Iesu Christi. Da speciosissime præ filiis hominum vt amem te quantum volo, & quantum debeo. Immensus es, & sine mensura debes amari: B præsertim à nobis quos sic amasti, sic saluasti, pro quibus tãta & talia fecisti. O amor qui semper ardes & nunquam extingueris. Dulcis Christe, Iesu bone, charitatis, Deus meus, accende me toto igne tuo, desiderio tuo, iucunditate & exultatione tua, pietate & suauitate tua, voluptate & concupiscentia tua, quæ est sancta & bona, intacta & munda, vt totus dulcedine amoris tui plenus, totus flamma charitatis tuæ succensus, diligam te Deum meum dulcissimũ, pulcherrimum, ex toto corde meo, ex tota anima mea, & ex tota virtute mea, & ex omni intẽtione mea: cũ multa cordis cõtritione, & lachrymarũ effusione, & multa reuerentia, & tremore habens te in corde, & præ oculis meis semper, & vbique, vt nullus in me adulterinis amoribus pateat locus. Meritò, C quia vt dicit in eodem. Magna res est amor, quo anima per semetipsam fiducialiter accedit ad Deum, Deo constanter inhæret, Deum familiariter percõctatur, consultátque de omni re. Anima quæ amat Deum, nihil potest aliud cogitare nihil loqui: cætera cõtemnit, omnia fastidit: quicquid meditatur, quicquid loquitur, amorẽ sapit, amorem redolet: ita eam amor dei eam vendicat sibi. Qui vult habere notitiam Dei amet: frustra accedit ad legendum, ad meditandum, ad prædicadum, ad orandum, qui non amat. Amor Dei amorem animæ parit, & eam incendere sibi facit. Anima quam tangit amor Dei, amorem animæ parit, & eam incendere sibi facit. Anima quam tangit amor Dei nihil aliud potest cogitare, nihil desiderare: frequenter suspirat di- D cens. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Deus amore venit ad homines, & in homines & factus est homo. Amore inuisibilis, seruis suis factus est visibilis, similiter vulneratus est, propter delicta nostra. Amabitur autem magis in gloria, super Psal. lviij. Deũ plenius, cum viderimus, amabimus & proximum, quia Deus erit omnia in omnibus. nec falsæ cuiquam de proximo suspicioni erit locus, vbi nullus nulli erit occultus.

Quia vt dicit lib. lxxxiij. quæst. Omnium præstantissimum est quod æternum est: & propterea id habere nõ possumus, nisi ea re qua præstantiores, sumus id est, mẽte. Quicquid autem mente habetur

Cap. 56. Tom. III. — *Tom IX. Lib. qui dicitur manuale. cap. 10. Ead. lib. meditationum Cap. 31.* — *Cap. 24.* — *Indoles amoris.* — *Psal. 41.* — *Quæst. 35. Tom. IIII.* — *Tom. V. Lib. 22*

betur, noscendo habetur, nullúmque bonum perfecte noscitur, quod non perfecte amatur. Ideo *Tom.V. Lib.22.* in fine de ciuitate Dei. Videbimus & amabimus, Amabimus & laudabimus, hoc erit in fine, sine fine. In cõmunibus sermonibus, sermone. xxxix. In istis temporalibus rebus in iucunditate nõ Domini, sed sæculi nonnulli & multi habere amant, & ad ea quæ amant nondum peruenerunt: & tamen ardor in spe currit, rem nondũ habet. *Amans cur fallitur.* Verbi gratia, amas pecuniam: non amares si non sperares: amas vxorem nondum ductam, sed adhuc ducendam, & forte quæ ducenda amatur, ducta odio habebitur: quare hoc? quia talis non apparuit ducta, qualis ab animo pingebatur ducenda. Deus autem non vilescit præsens, si amatur absens: quantũcunq; sibi humana mens exagerauerit bonũ quod Deus est, minus agit, & vile in terra est. Et necesse est vt plus habeat adeptio, quã formabat cogitatio. Plus ergo amabimus cũ videbimus: si poterimus amare, antequã possimus videre. Vt infra subdit. Si forte argentum auro præponis, dementissimus iudicaris: aurum Deo præponis & nullus reprehendit? Lib. 50. homil. *Quid amãdum.* Quid amas? quod ad tempus durat. Aut enim subduceris illi, aut id subducetur tibi: & cum fueris tu subtractus, perit amor: cum subtrahitur quod amas: perit quod amasti: vbi ergo aut amor perit: aut quod amatur, non est amandum. Sed quid est amandum? quod nobiscum potest esse inæternũ.

Tom.III. De amando se ipsum, Lib. ix. de trinitate. c. iiij. Si minus se amat hominis mens quam est, vt verbi gratia, tantum se amat, quantum amandum est corpus hominis, cum plus sit ipsa quàm corpus peccat, & non est perfectus amor eius. Item si amplius se amet quam est, velut si tãtum se amet, quantum amandus est Deus, cum incomparabiliter minus sit ipsa quam Deus. etiam sic nimium peccat, & non perfectum habet amorem sui. Maiore autem peruersitate & iniquitate peccat, cũ corpus tãtum amat quantum amandus est Deus.

Ideo super Ioannem, sermone. vj. Volumus videri & amari à vobis, quia verò in Christo vos amamus, in Christo nos redamate. Quia vt dicit lib. iiij. confessionum. Timeri & amari velle ab hominibus non propter aliud, sed vnde sit gaudium, quod non est gaudium: misera vita & fœda iactantia. Hinc fit maximè non amare te, nec castè timere. Ideóque tu superbis resistis, humilibus autem das gratiam: & intonas super ambitionẽ sæculi, & cõtremere facis fundamenta mõtium. De amando parẽtes, Lib. xxj. de ciuitate Dei. cap. xxvj. Cum veritas dicit, qui *Tom.V.* amat patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut fratres, plus quàm me, nõ est me dignus. Hoc dicit vt si quis istos ita amat carnaliter, vt potius Christo quam eis velit carere, hic amor tollit amorem Christi. Si quis autem sic amat carnaliter vt Domino Christo non præponat, malítque ipsis carere quàm Christo, hic amor non tollit amorem Christi sed impedit: & in eorum amissione, tãtum necesse est vt vrat dolor, quantum hæserat amor. Porrò qui hæc diligit secun-

A dum Christum, vt ad eius regnum obtinendum, eique cohærendum illis consulat, vel hoc in eis diligat quòd membra sunt Christi. Absit vt hic amor tollat amorem Christi, sed viuet: *Tom.IX.* quia in eis Christum amat, quos vtique non nisi propter Christum amat. De amando proximum super primam canonicam Ioannis, tract. viij. Non sic debemus amare homines, quomodo gulosus amat turdos. Amat enim vt occidat, & consumat. Et amare se dicit, & ad hoc amat illos, vt non sint: & quicquid ad cibandum *Amor opere & veritate.* amamus, ad hoc amamus vt illud consumatur, & nos reficiamur: Nunquid sic amandi sunt homines, tanquam consumendi? Sed amicitia quædam beneuolentia est, vt aliquid præstemus eis quos amamus. Quia si non sit quod præstemus, B sua beneuolentia sufficit amãti. Non enim optare debemus esse miseros, vt possimus exercere opera misericordiæ. Das panem esurienti: sed melius nemo esuriret, & nulli dares. Vestis nudum, vtinam omnes vestiti essent, & non esset hæc necessitas. Sepelis mortuum: vtinam veniat illa vita, vbi nemo moriatur. Concordas litigantem: vtinam aliquando sit pax illa, vbi nemo discordat. Hæc omnia officia necessitatum sunt: tolle miseros, & cessabunt opera misericordiæ. Et si opera misericordiæ cessabunt, nunquid ardor charitatis extinguetur? *Cap.14. Tom.I.* Germanius amabis fœlicem hominem, cui non habes quod præstes: purior erit ille amor, multóq; syncerior. Amat quis absentem, Libr. iiij. confessi. Laudatur homo & amatur absens. Vtrumnam ab ore laudãtis, C intrat in cor audientis amor ille? absit. Sed ex amante alio, accenditur alius. Hinc enim amatur qui laudatur, dum non fallaci corde laudatoris prædicari creditur, id est, cum amans eum laudat. Ideo ibidem, cap. xiiij. subdit de Hierio oratore, verbis quem laudãtium amauerat. Confiteor tibi quòd illum in amore laudantium magis amaueram, quàm in rebus ipsis de quibus laudabatur. Quia si non laudantiũ vituperarent eũ, cum iidem ipsi, & vituperando & spernendo ea ipsa narrarent, non accẽderer in eum, & non excitarer? Et certè res aliæ non forent, nec homo ipse alius, sed tantummodo alius affectus narrãtium. Amat quis in alio, quod nõ in se amat, Ibidem. Amo in alio, quod in me odio, cũ sit vter- D que nostrum homo. Non autem sicut equus bonus, amatur ab eo qui nollet hoc esse, etiã si posset: hoc & de Histrione dicendum est qui naturæ nostræ socius est. Ergóne amo in homine, quod odi esse, cum sim homo? Grande profundum est ipse homo, cuius etiam capillos, tu Domine numeratos habes, & non minuuntur in te, & tamen capilli eius, magis sunt numerabiles, quam affectus eius, & motus cordis eius. *Tom.V.*

Qualiter sit amandus proximus, Lib. xiiij. de ciuitate Dei, c. vj. Homo qui secundũ Deum, non secundum hominem viuit, oportet vt sit amator boni, & oderit malum. Et quoniam nemo natura, sed vitio malus est: perfectum odium debet malis, qui secũdum Deum viuit: vt nec propter

pter vitium oderit hominem, nec amet vitium A propter hominem: sed oderit vitium, amet hominem. Sanato enim vitio totum quod amare, nihil quod debeat odisse, remanebit. Libro
Tom. X. Homil. 38. 50. homil. Omnis qui amat, saluum vult habere quod amat, & si intelligat quid sit vera salus, incipit illam amare in se, & ipsam cogitur veram amare etiam in amico. Quæ est vita æterna? Vera est salus. Et ideo amicum tuum quem amas in hoc sæculo vt saluus sit, quia tu talem salutem desiderare debes, quæ est æterna, ad ipsam diligis amicum tuum: & totum quicquid amico tuo
Amor proximi. præstas, vt illam tecum teneat salutem, præstare debes. Amas enim iustitiam, vis eum iustum esse. Amas sub Deo esse, vis & illum sub Deo esse. Amas vitam æternam, illic eum vis tecum regnare inæternum. Inimicum tuum vides persequi te, iniquitas est quæ te persequitur. In illo irasci debes misericordia, quia febrit in anima. Quomodo ergo amicus huius sæculi secundũ sæculum amans amicum, febrem vult pellere de amico suo, quem similiter amat vt se propter præsentem salutem: sic tu quemcunque diligis propter vitam æternam dilige. Cum inueneris iram, indignationem, odium, iniquitatem, sic coneris expellere morbum animi, quomodo amicus sæculi, morbum corporis. Ad hoc enim ama, vt tu facias quod & tu es, & erit in te perfecta charitas. Hoc si inueneris, ad hoc ama coniugem, filium, propinquum, vicinum, ignotũ, & inimicum, & erit in te charitas perfecta, qua vincis mundum, & sicut Dominus ait, princeps huius mundi mittitur foras: quia ipse passurus erat, & per passionem suam facturus in hominibus dilectionem. Maiorem, inquit, charitatem nemo habet, quã vt amimã suam ponat quis pro amicis suis. Vt ergo amaretur, prior amauit: vt pro nomine eius nemo mori timeret, prior pro omnibus mortuus est. Ad hoc ergo vt ædificaret in cordibus hominum charitatem, misit diabolum foras, scilicet de cordibus hominũ. Cupiditas intromittit illum, charitas foras emittit eum.
Tom. V. De amando temporalia, Lib. xv. de ciuitate Dei. cap. xxij. Temporalia & carnalia dona, bona Dei sunt: & propterea largitur ea etiam malis, ne magna videantur bonis: & ne deserto magno bono, & bonorum proprio, labantur ad bonum minimum: non bonis proprium, sed bonis malisque
Bona malè amari. commune. Sicut enim filij Dei, filiarum hominum sunt amore capti, atque vt eis coniugibus fruerentur, in amorem societatis terrigenæ defluxerunt, deserta pietate quam in sancta societate seruabant. Sic enim corporis pulchritudo, à Deo quidem factum, sed temporale, carnale, infimúmq; bonum, malè amatur, postposito Deo æterno, interno, sempiterno bono: quemadmodũ iustitia deserta & aurum amatur ab auaris, nullo peccato auri, sed hominis: ita se habet omnis creatura. Cum enim bona sit, & bene amari potest &
† Alij legũt creatoris, alij cerei. malè. Bene scilicet ordine custodito, malè ordine perturbato. Quod in laude quadam † cerei breuiter his versibus dixi.

Hæc tua sunt bona, sunt quia tu bonus ista creasti.
Nil nostrum est in eis nisi quod peccamus amantes,
Ordine neglecto pro te quod conditur abs te.

Creator autem si veraciter ametur, hoc est si ipse non aliud pro illo quod non est ipse ametur, malè amari non potest. Nam & amor ipse, ordinatè amandus est, quo bene amatur, quod amandum est: vt sit in nobis virtus, qua viuitur bene. Vnde mihi videtur, quòd diffinitio breuis & vera virtutis, est ordo amoris: ꝓpter quod in sancto Cãtico canticorum, cantat sponsa Christi ciuitas Dei. Ordinauit in me charitatem. Lib. xij. eiusdem. Non necessarios defectus, sed voluntarios iusta pœna consequitur. Deficitur enim non ad *Cap. 8. Tom. V.*
B mala, sed malè: id est, non ad malas naturas, sed ideo malè, quia cõtra ordinem naturarum, ab eo quod est summè, ad id quod minus est. Neque enim auri vitium est auaritia, sed hominis peruerse amantis aurum iustitia derelicta, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi. Neq; luxuria vitium est pulchrorum suauiúmque corporum, sed animæ peruersè amantis corporeas voluptates: neglecta temperancia, qua rebus specialiter pulchrioribus suauioribúsq; coaptamur. Nec iactantia vitium est humanæ laudis, sed animæ peruersè amantis laudari ab hominibus, spreto testimonio conscientiæ. Nec superbia vitium est dantis potestatem, vel ipsius etiam potestatis, sed animæ peruersè amantis potestatem suam, potentioris iustitia contempta. Ac per hoc qui peruersè amat cuiuslibet naturæ bonum, etiam si
C adipiscatur, ipse fit in bono malus, & miser meliore priuatus. In cõmunibus sermonibus, sermone. xix. Charitas est qua diligimus Deũ, bonũ ineffabile, bonum beatificũ, bonorum omnium creatorem. Ipse te delectet, à quo habes quicquid delectat, excepto peccato. Vide primo ne forte te delectet peccatum: aut si aliud te delectat, vbi facis peccatum: sicut amando creaturam inordinatè, contra vsum honestum & licitum, contra ipsius creatoris legem & voluntatẽ, peccas. Nam ipsum nõvere amas, sed malè amãdo quod amas, illaquearis peccato. Escam in rete appetis, & vescens, peccato vesceris. Sed forte te defendẽs inquis, si peccatum est multum bibere, quare Deus vinum instituit? Si peccatum est aurum amare, quare aurum creauit? & sic de cæteris, in quibus
D est omnis luxuria, & committuntur multa flagitia. Sed ipsa creatura si posset, responderet, nolles vt Deus faceret me, ne esset quod amares: & velles vt faceret te, vt esses qui amares. Vide ergo ex tuis verbis, quam iniquissimus deprehẽderis. Velles vt Deus faceret te, qui est super te, & nolles quod faceret aliquod bonum sub te: quicquid fecit Deus bonum est, sed alia sunt magna bona, alia parua: alia cœlestia, alia terrestria: alia corporalia, alia spiritualia: alia sempiterna, alia temporalia: omnia tamen bona, quia bonus creauit omnia, bona sunt. Et si tu bonus ordina charitatem: bonum aliquod fecit Deus, te sub se: aliquid inferius & sub te: sub alio es, super aliud es: noli

noli superiori bono relicto, curuare te ad inferius bonum: rectus esto, vt lauderis, quia laudabũtur omnes recti corde: vnde enim peccas, nisi quia inordinate tractas res, quas in vsum accepisti? Esto bene vtens rebus inferioribus, & eris recte fruens bono superiori. Ideo Lib. 50. homil. in medio. Diabolus accusator sanctorum est. Et quia non apud talẽ iudicem agit quem fallat, non ibi potest in nos crimina falsa dicere. Nouit enim apud quem dicat, Ideo quærit vera quæ dicat: & tentat ideo vt habeat quod dicat. Hic ergo aduersarius noster, qui nobis inuidet regnum cœlorum, quia non vult vt vbi simus, vnde ipse deiectus est. Nunquid inquit Iob gratis colit Deum? Adhuc adhoc prouocamur ab aduersario, vt gratis Deum colamus, quando ille quærens quod obiiciat, pro magno se putauit inuenisse quod dixit, nunquid gratis Iob colit Deum? Non quia viderat cor eius, sed quia videbat diuitias eius. Cauere debemus, ne ad præmium diligamus Deũ. Quid enim? Propter præmiũ dilecturus es Deũ? Quale prẽmium est quod tibi daturus est Deus? quicquid tibi aliud dederit, minus est quam ipse. Colis non gratis, vt aliquid ab ipso accipias: gratis cole, & ipsum accipies. Si enim seruat tibi Deus quo fruaris, & si amas quæ fecit, qualis est ille qui fecit? Si pulcher est mundus, qualis est artifex mũdi? Euelle ergo cor tuũ ab amore creaturæ, vt inhæreas creatori: quia si amas illa quę fecit, adulter es, & quęris iram, quia amicitia huius sæculi, inimica est Deo. Quicunque ergo voluerit amicus esse huius sæculi inimicus constituitur Dei. Anima deserto creatore, amans creaturam, adultera est. Illius enim amore, nihil castius, nihil delectabilius. Illo deserto hoc amplectendo, efficieris immunda. O anima, vt illius amplexibus digna sis, dimitte ista, & illi inhęre gratis. Nam inde dixit Psal. Mihi adhærere Deo bonum est. versum priorem præmisit dicens, perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

Homil. 38. Tom. X. — *Amore amorem pelli.* — *Psal. 72.*

De effectu boni amoris, super Ioãnem. Non recusatur labor si adest amor. Nostis enim quoniam qui amat, non laborat. Omnis labor non amantibus grauis est. Si tot labores cum auaris portat cupiditas, nobiscum charitas non portat?

Tract. 48. Tom IX.

Lib. de consolatione mortuorum, sermone secundo. Amor impatiens, solet pericula cuncta contemnere. Lib. ij. soliloquiorum suorum in prin. Impatiẽs est amor, nec lachrimis modus fit, nisi amori detur quod amatur. Ideo sic dicit in fine libri de contemplatione Iesu Christi hoc est eius qui dicitur Manuale, cap. xxiiij. O anima mea insignita Dei imagine, redẽpta Christi sanguine, despõsata fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, deputata cũ Angelis dilige illũ à quo tãtũ dilecta es. Intende illi, qui intẽdit tibi. Quęre quærẽtẽ te, ama amatorẽ tuum, à quo amaris, cuius amore pręuenta es, & qui est causa tui amoris. Ipse meritũ est, ipse præmiũ, ipse fructus, ipse vsus, ipse finis. Esto sollicita cum sollicito, cum vacante vacans, cum mundo munda, cum sancto sancta. Qualis apparueris Deo talis oportet vt appareat tibi: Deus suauis & mitis, & multæ misericordiæ: suaues, & mites, & dulces, & humiles, & misericordes, requirit. Ama illum qui te eduxit de lacu miseriæ, & de luto fecis. Elige illũ in amicum, præ omnibus amicis tuis, quia cũ omnia tibi subtracta fuerint, solus ille tibi fidem seruabit: in die sepulturę tuę & cũ omnes amici tui recedent à te, ille te non derelinquet: sed tuebitur à leonibus infernalibus, rugientibus præparatis ad escam, & conducet per ignotam regionem, atq; perducet ad plateas supernæ Sion, & ibi collocabit te cum Angelis suis, ante faciẽ maiestatis suę, vbi audies illud melos Angelicum, Sanctus, sanctus, sanctus &c. Ibi est canticum lętitię, vox exultationis & salutis, gratiarũ actio, vox laudis atq; alleluia perpetuum. Ibi est cumulus fœlicitatis, supereminens gloria, superabundans lætitia, & omnia bona. O anima mea suspira ardenter, & desidera vehementer, vt possis peruenire ad illam supernam ciuitatem, de qua tam gloriosa dicta sunt: in qua sicut lætantium omnium habitatio est. Amore potes ascendere, amanti nihil est difficile, nihil impossibile. Anima quę amat, ascẽdit frequenter, & currit familiariter, per plateas cœlestis Hierusalem, visitando illos Patriarchas & Prophetas, salutando Apostolos, admirando exercitus Martyrũ & Cõfessorum, choros Virginum speculando, & omnium beatorum. Cœlum, & terra, & omnia quæ in eis sunt, non cessant mihi dicere, vt amem te Deum meum. De hac materia require supra Amicitia & Amicus. Infra cap. dilectio & cap. charitas.

Tom. eod. — *Tom. eod.* — *Tom. eod.* — *Amicus Christus.*

ANGELVS. Libro de cognitione veræ vitę, cap. v. in fine. Angelus autem spiritus, est substantia incorporea, inuisibilis, sensibilis, rationalis, intellectualis, immortalis. Super Psal. ciij. sermone primo. Spiritus sunt Angeli, & cum spiritus sunt, non sunt Angeli: cum autem mittuntur, fiunt Angeli. Angelus enim officij nomen est, nõ naturæ. Quæris nomẽ huius naturæ, spiritus est, quæris officium, Angelus est. Ex eo quod est, spiritus est: ex eo quod agit, Angelus est. Sicut in homine nomen naturæ homo, officij præco, id est, qui erat homo, fit præco: non qui erat præco, fit homo: sic, ergo qui erant iam spiritus conditi à creatore Deo, facit eos Angelos, mittendo eos nunciare, quod iusserit. Lib. de pœnitentia. Angeli nuncij sunt. Nuncios autem rectissime accipimus omnes, qui salutem cœlestem, hominibus nunciauerunt. Vnde & Euangelistæ boni nuntij possunt interpretari. Super Apoc. homil. ij. Quia Angelus nũtius interpretatur quicunque aut episcopus, aut presbyter, aut etiam laicus, frequẽter de Deo loquitur: & quomodo ad vitam perueniatur æternam, annuntiat, meritò angelus dicitur. Enchiridion. Templum Dei, hoc est, summæ trinitatis, sancta ecclesia est, scilicet vniuersa in cœlo & in terra. Sed de illa quæ in cœlo est, affirmare quid possumus, nisi quod nullus in ea malus est, nec quisquam deinceps inde cecidit, aut casurus est, ex quo deus Angelis peccantibus non peper

Tom. IX. — *Tom. VIII.* — *Lib. 50. Hom Homil. 50. Tom. X.* — *Tom. IX.* — *Cap 56. & 57. Tom. III* — *2. Pet. 2.*

pepercit? & tamen omnes tanquam generali nomine, Angeli nuncupantur. Sunt ibi tamen & Archangeli. Et vtrum idem Archangeli, appellentur virtutes, atque ita dictum sit, Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius? Ac si diceret, laudate eum omnes Angeli, & Archangeli eius: & quid inter se distent, illa quatuor vocabula, quibus vniuersam ipsam cœlestem societatem videtur Apostolus esse complexus, dicendo. Siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: dicant qui possunt, si tamen probare possunt quod dicunt, ego ista me ignorare confiteor. Sed nec illud quidem certum habeo, vtrum ad eandem societatem pertineant, sol & luna & cuncta sydera, quamuis nonnullis lucida esse corpora, & non cum sensu vel intelligentia videantur.

Col.1.

Cur & quomodo producti sunt, quo ad Angelos bonos & Angelos malos. Lib. cur De us homo, c.j. Ille summus atque incircunscriptus Spiritus, qui initio caret & fine, cum nollet quasi solitarius esse, disposuit quodammodo sibi similes spiritus creare: qui gloriæ cognitione vel participatione, in perpetuum gauderent, suóque creatori laudes continuas hilariter exhiberet. Creatísque Angelicis turmis, noluit ab eis timeri quasi Dominus, sed obediri & amari quasi pater & creator benignissimus. Coacta enim seruitia nequeunt illi fore grata: ideóque eis liberum arbitrium concessit, innuens quòd eorum seruitio minimè indigeret: de quibus tamen si humiliter starent & obedirent, profecto gauderet. Verū sicut rex potens & inæstimabilis, ad sibi obsequendum non creauit clientes aliquo indigentes, sed eos atque eorū ordines ordinatissimè stabiliuit. Quibus omnibus vnum præesse constituit, qui tanto clarior atque mirabilior appareret, quanto singulariter omnibus illis eminentior fuit. Ille verò quia se vidit pulchrum & liberum, atque tot spiritibus prælatum: confestim gloria quadam priuata, cœpit in se, & non in Domino gloriari: & libertatem quam ad bonum acceperat, ad non bonum & non licitum vsurpauit. Attribuit enim sibi soli potestatem in subditos dominandi. Et vt ipse sub nullius dominatu maneret, & nec se, nec suū dominium, ab aliquo recognosceret: suam sedem in latere Aquilonis cogitauit statuere, quasi per se possit existere, & omnia cœlorum agmina, opinatus est ad suū velle posse flectere. Quorum quidam eadem prauitate principaliter infecti, quidam vero minus cauti, huic tam inaniter superbienti fauentes, cum eodem vituperabiliter damnati, ad ima ceciderunt: vbi sine spe alicuius remedij, perpetualiter cruciantur. Et merito illi primitus superbienti, remedij aditus denegatur: qui à bono bonus atque perfectus creatus, nihil in se fragilitatis gestabat, pro quo à veritate sequestraretur si stare voluisset: nec erat alius ante illum prauus, cuius instigatione, ad malè agendum prouocaretur. Malum quoque non subsistebat, ad quod accedendo macularetur. Sed à se potius, & in se, prauitatem concipiendo reperiēs,

Casus Angeli.

A tanto deterius deliquit, & grauius ruit, quanto sapientior ac celsior fuit. Postquam autem huius fautores, cum eodem pari sunt pœna mulctati, cæteri qui ab amore creatoris non recesserunt, verbo sunt Domini consolidati, ita quod de cętero casum aliquem non pertimescant. Hoc nempe tunc promeruerunt, quando peruerso prælato non consenserunt. Et quia cum liberè possent, & velle, & agere malum, bono potius tenaciter adhæserunt: inde consequuti sunt, quod iam non possunt velle malum, nec volunt posse. In hoc enim apparet Dei mirabilis rectitudo, qui tam æquum districtúmque iudicium, in vtrísque partibus egit: taliter eas ordinans, vt quod quisque sua sponte eligeret, hoc perpetualiter possideret: nec de priore electione redire, & aliud eli-

Angeli meritum

B gere, aliquando liceret. Illis itaque merito suæ prauitatis abiectis, & istis ob meritum suæ perseuerantiæ in bono solidatis, tali differentia fuit illa supernorum spirituum ordinatio diminuta: quòd ille supernus artifex qui eos cōposuerat mirabiliter, non potuit ferre æquanimiter, sed diminutionem eorum reintegrare, & per hominem reparare disposuit. Ideo distinguuntur ratione lapsus, libro de fide ad Petrum, parte prima. Angeli atq; homines pro eo quod rationales sunt facti ęternitatis ac beatitudinis donū in ipsa naturę spiritualis creatione diuinitus acceperunt: ita scilicet, vt si dilectioni creatoris sui inhęsissent, simul æterni beatiq; māsissent. Si vero proprię libertatis arbitrio, cōtra summi creatoris imperiū, suā niterentur facere voluntatē, protinus à

Cap.3. Tom.III.

C cōtumacibus beatitudo discederet: & ad suppliciū eis relinqueretur ęternitas misera, horroribus doloribúsque crucianda. Et de Angelis quidem hoc diposuit & impleuit, vt si quis perderet bonitatem voluntatis, nunquam diuino munere repararet. Pars itaque Angelorum, quæ à suo creatore Deo, à quo solo beata fuit, voluntaria prorsus auersione discessit, æquitatis supernæ iudicio, initium suæ damnationis, in ipsa auersione voluntatis inuenit: vt nō aliud ei esset incipere iam puniri, quam illius beatifici boni dilectione destitui: quam Deus in æterno sic totam præcepit remanere supplicio, vt etiam ignem ei æternum præpararet: in quo omnes illi præuaricatores Angeli, nec mala possunt voluntate carere, nec pœ-

D na: sed permanente in eis iniustæ auersionis malo, permaneret etiam iustæ retributionis æterna damnatio: cæteris Angelis in suæ dilectionis æternitate firmatis Lib. xj. de ciuitate Dei. In eo quod scriptum est. Diuisit Deus lucem à tenebris, nos intelligimus duas Angelicas societates: vnam fruētem Deo, alteram timentem typho: vnam cui dicitur, adorate eū omnes Angeli eius, alteram cuius princeps dicit. Hæc omnia tibi dabo si prostratus adoraueris me: vnam Dei sancto amore flagrantem, alteram propriæ celsitudinis immundo amore fumantem. Et quoniam scriptum est. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, illam in cœlis cœlorum habitantem, istam inde deiectam, in hoc infimo aereo cœlo tumul

Cap.33. Tom.V.

Lux & tenebræ. Angeli boni & mali.

tumultuantem. Illam luminosa pietate tranquillam, istam tenebrosis cupiditatibus turbulentam: illam de nutu clementer subuenientem, iuste vlciscentem, istam suo fastu dominandi & nocendi libidine, æstuantem: illam vt quantum vult consulat, Dei pietate ministram, istam ne quantum vult noceat, Dei potestate frænatam: illam huic illudentem, vt nolens prosit persequutoribus suis, hanc illi inuidentem, cum peregrinos colligit suos. Nos autem has duas societates Angelicas, dicimus inter se dispares atque contrarias: vnam & natura bonam, & voluntate rectam: aliam verò natura bonam, sed voluntate peruersam. Libro duodecimo eiusdē, cap. j. Angelorum bonorum & malorum, inter se contrarios appetitus, non naturis principiisque diuersis, dicendum est. Cum Deus omnium substantiarum bonus author & conditor, vtrosque creauerit: sed voluntatibus & cupiditatibus contrariis extitisse, dubitare fas non est: dum alij constanter in communi omnibus bono, quod ipse illis est Deus, atque in eius æternitate & veritate persistunt. Alij sua potestate potius delectati, velut suum bonum sibiipsi essent, à superiore communi omnium beneficio bono, ad propria defluxerunt: & habentes elationis fastum, pro excellentissima æternitate: vanitatis astum, pro certissima veritate: studia partium, pro indiuidua charitate: superbi, fallaces, inuidi, effecti sunt. Beatitudinis illorum igitur causa est. Adhærere Deo. Et vt dicit Libro vndecimo eiusdem. Nullus catholicus ignorat, nullum diabolum, ex bonis Angelis, vlterius futurum, sicut nec aliquem ex malis, in societatem sanctorum Angelorum vlterius rediturum. Enchiridion. Angelis igitur aliquibus, impia superbia deserentibus Deum, & in huius aëris imam caliginem de cœlo & superna habitatione deiectis, residuus numerus electorum Angelorum, in æterna cum domino beatitudine & sanctitate permansit. Nec enim ex vno Angelo lapso, atque damnato, cæteri propagati sunt, vt eos sicut homines, originale malum obnoxiæ successionis vinculis obligaret, atque vniuersos traheret ad debitas pœnas: sed eo qui diabolus factus est, cum sociis impietatis elato, & ipsa cum eis elatione prostrata, cæteri pia obedientia Domino cohæserunt, accipientes etiam quod illi non habuerunt certam scientiam, qua essent de sua sempiterna, & nunquam casura stabilitate securi. Placuit itaque vniuersitatis creatori Deo, vt quoniam non tota multitudo Angelorum Domini deserendo perierat, ea quæ perierat, in perpetua perditione remaneret: quæ autem cum Deo illa deserente perstiterat, secura gauderet. Et vt dicit Libro vndecimo super Genes. Habent quædam boni & mali Angeli opera similia, sicut Moses, & Magi Pharaonis, verum in iis etiam boni Angeli potentiores sunt: nec mali etiam talium operum quicquam possunt, nisi quod per bonos Angelos permiserit Deus, vt retribuatur vnicuique secundum cor eius, vel secundum gratiam Dei: vtrunque iuste ac benigne per altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Veruntamen vt dicit in eodem. Deus illo opere prouidentiæ quo creatas naturas administrat, subdit angelos malos, angelis bonis: vt malorum improbitas non quantum nititur, sed quantum sinitur possit: nec tantum angelorū malorū, verum etiam hominum, donec etiam ista qua viuitur iustitia ex fide, quæ nunc patienter in hominibus exercetur, conuertatur in iudicium, vt possint & ipsi, non solum duodecim tribus Israël, sed etiam angelos iudicare. Libro octauo eiusdem. Sublimibus Angelis Deo subdite fruentibus: & Deo beate seruientibus, subdita est omnis natura corporea, omnis irrationalis vita, omnis voluntas: vel infirma, vel praua, vt hoc de subditis, vel cum subditis agant: quod naturæ ordo poscit in omnibus, iubente illo cui subiecta sunt omnia. Proinde illi in illo veritatem incommutabilem vident, & secundum eam suas dirigunt voluntates. Fiunt ergo illi participes æternitatis & veritatis: voluntatem eius semper facientes sine tempore & loco. Mouentur autem eius imperio etiam temporaliter, illo non temporaliter moto. Nec ita, vt ab eius contemplatione resiliant, aut defluant: sed simul & illum sine loco ac tempore contemplantur, & eius in inferioribus iussa perficiunt, mouentes se per tempus, corpus autem per tempus & locum, quantum eorum congruit actioni. Vnde differunt à malis, Libro octauo de ciuitate Dei. Mali angeli beneficia præstando amicis suis magis decipiunt. Sed nihil horum possunt, nisi quando permittuntur alta & secreta Dei prouidentia: ij autem à sanctis Angelis tam longe absunt, quàm longe absunt à virtutibus vitia, & à bonitate malitia. Causa ponitur libro de vera religione. Hoc totum voluptatis regnum, & ima pulchritudo, subiacet corruptioni: quod si non esset, summa putaretur. Sed adest diuina prouidentia, miscens eis dolores, & morbos, & distortiones membrorū, & tenebras oculorū, & animorū simultates ac dissentiões, vt eis admoneamur incōmutabile aliquid esse quærendum. Et hoc facit per infima ministeria, quibus sic agere voluptatis est, scilicet exterminatores, & quos Angelos iracundiæ Diuinæ scripturæ nominant. Quamuis ipsi nesciant, quid de se agatur boni. his similes sunt homines, qui gaudent miseriis alienis, & risus sibi ac ludicra spectacula exhibent, vel exhiberi volunt, euersionibus & erroribus aliorū. Atq; ita in iis omnibus boni admonētur, & exercētur, & vincūt, & triumphāt, & regnant: mali verò decipiūtur, cruciātur,

Tom. eod. — *Cap. 28. Tom. 3.* — *Angeli boni cōfirmati in gratia.* — *Cap. 22. Tom. III.* — *Cap. 24.* — *Cap. 40. Tom. I.* — *Risus dolore miscetur.*

vincuntur, damnantur, & seruiunt non solum vni omniũ Domino summo, sed vltimis seruis illis, videlicet angelis malis, qui doloribus & miseria damnatorum pascuntur. Et pro ista sua maleuolentia, bonorum liberatione torquentur: ita ordinantur omnes officiis & beneficiis suis, in pulchritudinem vniuersitatis. Et mali hoc agant. *Cap. 13.* ibidem. Malus angelus qui diabolus dicitur: inquantum angelus, non est malus: sed inquantum peruersus est propria voluntate: fatendum est enim & Angelos natura esse mutabiles: sed solus Deus est immutabilis: sed ea voluntate qua magis Deum quam se diligunt, firmi & stabiles manent in illo, & fruuntur maiestate ipsius ei vni libentissime subditi. Ille autem angelus magis seipsum quam Deum diligendo, subditus ei esse noluit, & intumuit per superbiam, & à summa essentia defecit, & lapsus est: & ob hoc minus est quã fuit: quia eo quod minus erat frui voluit, cum magis voluit sua potentia frui quam Dei. Quanquam enim non summè, tamẽ amplius erat quando eo quod summè est, fruebatur, quoniã Deus solus summè est. Quicquid autẽ minus est quam erat, non inquantum est, sed inquantũ minus est, malũ est. Eo enim quo minus est quã erat, tendit ad mortẽ. Quid autem mirum, si fit ex defectu inopia, & ex inopia inuidẽtia, qua diabolus vtiq; diabolus est? Tamen vt dicit Libro tertio de libero arbitrio. Si omnes Angeli peccassent, nullam inopiam facerent ad regendum imperium suum creatori angelorum, non enim vel bonitas eius quasi aliquo tædio, vel omnipotẽtia eius difficultate deficeret, ad creandos alios quos in illorum sedibus collocaret, quas peccando alij deseruissent. De malorum angelorum casu, Libro diuersarum quæstionum ad Orosium. Angelicum vultum non prædestinauit Deus sanare, homines curare constituit. Ibidem. Angelus sui sceleris inuentor fuit, homo autem diaboli seductus fraude, quia fragilis erat, necessitate peccauit, & ideo quanto fragilior homo natura, tanto facilior ad veniam. Angelus verò quanto sublimior in gloria, tanto maior in ruina. Ibidem. Ideo non Angelos, sed semen Abrahæ nascendo apprehendit, quia non diabolum, qui est malignus angelus, sed hominem erat redempturus.

Libro primo de mirabilibus sacræ scripturæ, cap. tertio. Quare irremediali vindicta angelorum summus percussus est, cum non sit homo? quia de sublimissimo statu sui ordinis proruit: idcirco iterum surgere non potuit. Et ad cumulum peccati diabolici illud accidit, quod desperationem incurrit. *Cap. 60. Tom. III.* Difficile aliquando malus à bono discernitur, Enchiridion. Magis opus est diiudicare atque discernere, cum se satanas transfigurat in Angelum lucis, ne fallendo in aliqua perniciosa seducat: nam quando sensus corporis fallit, mentem verò non mouet à vera *Artes satanæ.* rectaque sententia, qua quisque vitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum. Vel cum se bonum fingens, ea facit siue dicit quæ

A bonis Angelis congruunt, etiam si credatur bonus, non est error Christianæ fidei periculosus, aut morbidus. Cum verò per hæc aliena, ad sua incipit ducere, tunc eum dignoscere, nec ire post eum, magna & necessaria vigilantia est. Sed quomodo vnusquisque hominum idoneus est, omnes mortiferos eius dolos euadere, nisi regat atque tueatur Deus? Et ipsa huius rei difficultas ad hoc est vtilis, ne sit spes sibi quisque, aut homo alter alteri: sed Deus suis omnibus. Id enim nobis expedire potius, prorsus fidelium ambigit nemo. De malis angelis, Require infra cap. Dæmon. cap. Diabolus. De bonis verò, Libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Angeli qui in illa qua creati sunt beatitudine perseuerant, non natura possident B bonum, vt non mutarentur cum cæteris, sed arbitrij seruantes bonam voluntatem, bonum conditionis, & fidem Domino seruauerunt. Vnde & meritò ab ipso Domino sancti Angeli vocantur: quia tenuerunt arbitrij sanctitatem, nec sociorum exemplo deuiauerunt à bono. *Cap. 58. Tom. III.* Libro de fide ad Petrum, parte secunda. *Cap. 13. Tom. III.* Quod Angeli sancti mutari in deterius nullatenus possint, non est eis naturaliter insitum, sed postquam creati sunt, gratiæ diuinæ largitate collatum. Si enim Angeli naturaliter incommutabiles fierent, nunquam de eorum consortio diabolus & angeli eius cecidissent. In *Cap. 3.* eodem Libro, parte prima. Illos quos terrenorum corporum grauat nulla lutulenta materies, id est, Angelicos spiritus, quis non videat *Angelic naturæ mutabilitas.* C vnius naturæ non esse cum Deo, sed factos ex nihilo? Quorum naturalis mutabilitas in eo cognoscitur, quod eiusdem creaturæ pars est in deterius mutata. Deinde quod ij qui deprauati non sunt, licet illius dono, à quo cum non essent, facti sunt, indefessa, & inquantum creaturæ angelicæ gratis datum est, perfecta dilectione, contemplatione atque exultatione multitudinem dulcedinis Domini incessabiliter sentiant: nec ab eo naturali conditione deficiant: & si inhærentibus Deo nihil inest de varietate temporis: eo quod collato sibi æternæ incorruptionis atque incommutabilitatis munere, nihil in se sentiunt immutationis: inest tamen singulis naturalis terminus, quo à se inuicem discernuntur, quia nullus eorum est in alio. Et cum D vni eorum quodlibet opus iniungitur, alius quoque alteri operi implendo, diuinæ potestatis deputatur arbitrio. Hæc omnia ostendunt etiam sanctos Angelos creaturam esse sanctæ trinitatis: cuius per singulas res, quas vtique sicut voluit fecit, apparet & sapientia in dispositione, & virtus in opere. De quorum officio, in præallegato, & Libro ad Orosiũ. Non est ambiguũ quin omnes sancti Angeli assistãt Dei maiestati, vt quãdo mittũtur eo currant quo mittũtur non quod oẽs mittãtur: sed quia de omnibus ordinibus aliqui mittuntur, ad Dei voluntatẽ ministrãdã hominibus. Super psal. septuagesimum

Tom.VIII. mum octauum. Angeli Deo scienti annunciant, quando illi offerunt orationes nostras: & ineffabili modo de actibus suis, æternã veritatem tanquam legem incommutabilem, consulunt. *Cap. 8. Tom.III.* De quorum scientia, Libr. ij. super Genes. Non sensu corporum vident Angeli hæc sensibilia, sicut pecora, si quo sensu tali vtuntur: *Angelorum præcognitio in verbo.* agnoscunt ea potius, quæ melius norunt interius in ipso Dei verbo, à quo illuminantur vt sapienter viuant: cum sit in eis lux quæ primo facta est, si lucem spiritualem in illo die factam intelligamus. Quemadmodũ ergo ratio, qua creatura conditur, prior est in verbo Dei quam ipsa creatura quæ conditur: sic & eiusdem rationis cognitio, prius fuit in creatura intellectuali, quæ peccato non obtenebrata est, ac deinde ipsa cognitio creaturæ, postea in genere proprio. Neque sicut nos, ad percipiendam sapientiam proficiebant Angeli, vt inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspicerent, qui ex quo creati sunt, ipsa verbi æternitate sancta & pia cõtemplatione perfruuntur: atque inde ista despicientes, secundum id quod intus vident, vel rectè facta approbant, vel peccata improbant. Nec mirum est quod sanctis Angelis suis, in prima lucis conditione formatis, prius Deus ostendebat quod erat deinceps creaturus: neque enim intellectum Dei nossent, nisi *Rom. 11.* quantum ipse monstrasset. Quis enim cognouit sensum Dei, aut quis consiliarius eius fuit? &c.

Cap. 4. Tom.V. Libro quinto eiusdem, longè aliter nota est creatura Dei Angelis, aliter nobis: excepto hoc, quod eam in verbo Dei norunt, per quod facta sunt omnia, etiam in seipsa dico longè aliter notam eis quam nobis. Illis enim primordialiter, vt ita dicam, vel originaliter sicut eam Deus primitus condidit, & post eam conditionem à suis operibus requieuit, non condendo amplius aliquid: nobis autem secundum rerum antea conditarum administrationem iam per ordines temporum, secundum quam Deus vsq; modo operatur. *Cap. 6.* Libro de cognitione veræ vitæ. Hoc differt inter illorum & nostram sciẽtiam, quod ipsi omnes causas rerum, antequã eueniant, præsciũt: nos autem vix, & cum magno labore inuestigamus eas, postquam in actu constabunt. *Tom.V.* Libro vndecimo de ciuitate Dei capit. nono. Ipsi Angeli sunt illa lux quæ diei nomen accepit. Cuius vnitas vt commendaretur, non est dictum dies primus, sed dies vnus. Cum itaque dixit Deus. Fiat lux, & facta est lux, si rectè in hac luce creatio dicitur Angelorum, profecto facti sunt participes lucis æternæ, quæ est ipsa incommutabilis Dei sapientia, quæ illuminat hominem venientem in hunc mundum: vt sit lux non in seipso, sed in Deo, à quo si auertitur Angelus, fit immundus, sicut sunt omnes qui dicuntur immundi spiritus: nec iam lux in Domino, sed in seipsis tenebræ: priuati participatione lucis æternæ. Mali enim nulla natura est, sed amissio boni, *Tom. eod.* mali nomen accepit. Lib. nono eiusdem, cap. vigesimo secundo. Angelis bonis omnis corporalium, temporaliumque rerum scientia, qua inflantur dæmones, vilis est: non quod earũ ignari sint, sed quod illis Dei, qua sanctificantur, charitas, chara est præ cuius non tantum incorporali, verumetiam incommutabili & ineffabili pulchritudine, cuius sancto amore inardescunt, omnia quæ infra sunt, & quod illud est, non sunt: seque ipsos inter illa contẽnunt, vt ex toto, quod boni sunt, eo bono, ex quo boni sunt, perfruantur. Et ideo certius etiam temporalia & mutabilia ista nouerunt, quia eorum principales causas, in verbo Dei conspiciunt, per quod factus est mundus. Quibus causis quædam probantur, quædam reprobantur, cuncta ordinantur. *Futurorum cognitio in Angelis & dæmonibus quomodo.* Dæmones autem non æternas temporũ causas, & quodammodo Cardinales in Dei sapientia contemplantur, sed quorundam signorum nobis occultorũ, maiori experientia, multò plura quàm homines futura prospiciunt, dispositiones quoque suas aliquando pronuntiãt. Denique sæpe isti, nunquam illi omnino falluntur. Aliud est enim temporalibus temporalia, & mutabilibus mutabilia coniectare, eisq; temporalẽ & mutabilem motum suæ voluntatis & facultatis inserere, quod dæmonibus certa ratione permissum est. Aliud autem in æternis atq; incommutabilibus Dei legibus, quæ in eius sapientia viuunt, mutationes temporum præuidere, Deique voluntatem, quæ tam certissima, quàm potentissima est, diuini spiritus eius participatione cognoscere: quod sanctis Angelis recta discretione cognoscere donatum est. Itaq; non solum æterni, verum etiam beati sunt. Bonum autem quo beati sunt, Deus illis est, à quo creati sunt. Illius quippe indeclinabiliter participatione, & contemplatione perfruuntur.

Sed vt dicit in supradicto Lib. ad Orosiũ. Sciẽtia Angelorũ in cõparatione scientiæ Dei, quodammodo vespera est. *Tom.VIII.* De Angelorum potentia, super Psal. xcv. Magnificentia quædam est in Angelis, & tãta potẽtia, vt si faciãt Angeli quicquid possunt, substineri nõ possint. Et omnis homo desiderat potentiã Angelorũ, sed iustitiam Angelorũ nõ amat: prius iustitiã dilige, & sequetur potentia. *Tom.III.* Meritò, quia, vt Libro quinto super Genes. cap. 5. Oportebat vt primatum creaturæ obtineret illa natura, quæ creaturam per creatorem, non creatorem per creaturam, posset agnoscere. *Cap. 8. Tom.IX.* Libro de cognitione veræ vitæ. Angeli sicut ab animabus beatitudine, ita etiã differunt magnitudine. Sed nemo magnitudinem corporalem intelligat, sed illam potius intellectualem, quæ hunc mundum corporeum & cuncta in eo corpora ad paruitatem redigat. Vnde dicit super Ioannem. Non desunt qui etiam nos Angelis præferãt, & pro nobis, inquiunt, non pro Angelis mortuus est Christus. Quod quid est aliud quam de impietate velle gloriari? Et enim Christus sicut ait Apostolus *Rom. 5.* pro impiis mortuus est. Hîc ergo non meritum nostrum, sed Dei misericordia commendatur. *Præsumptio deprimitur.* Nam quale est ideo se velle laudari, quia vitio suo tam detestabiliter ægrotauit, vt non posset aliter, quam medici morte sanari? Non est

hoc nostrorum gloria meritorum, sed medicina morborum. An ideo nos præferimus Angelis, quia cũ etiã Angeli peccauerunt, nihil eis tale vt sanarentur impensum est? quasi aliquid eis vel parum fuerit impẽsum, & nobis amplius? Quod & si hoc factum esset, adhuc quæri posset, vtrũ ideo fuisset factum, quod steteramus excellentius, an quod desperatius iacebamus? Cum verò nouerimus bonorum omnium creatorem, separandis Angelis malis nihil gratiæ contulisse, cur non potius intelligimus, quod tanto damnabilior eorum iudicata est culpa, quanto erat natura sublimior? Tanto enim minus peccare debuerũt, quanto meliores nobis fuerunt: nunc offendẽdo creatorem, tanto execrabilius beneficio eius ingrati extiterunt, quanto beneficentius creati sunt. Nec enim satis fuit eis desertores esse illius, nisi & nostri fierent deceptores. Hoc itaque nobis magnũ bonum contulit, qui dilexit nos, sicut dilexit & Christus: vt propter ipsum, eius membra esse nos voluerit, vt æquales sanctis Angelis simus, quibus & natura inferiores cõditi sumus, & peccato indigniores facti, qui eorum fieri qualescunque socij deberemus. Quod etiam pro Angelis possit dici mors Christi. Enchiridion. Non enim pro Angelis mortuus est Christus. Sed ideo etiam pro Angelis, quicquid in genere hominum per eius mortem redimitur & liberatur à malo, quoniã cum eis quodammodo redit in gratiã, post inimicitias quas inter homines & sanctos Angelos peccata fecerunt, & ex ipsa hominum redemptione, illius Angelicæ ruinæ detrimenta reparãtur. Et vti nouerunt sancti Angeli docti à Deo, cuius veritatis æterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum, de genere humano, illius ciuitatis integritas expectet: propter hoc ait Apostolus, instaurari omnia in Christo, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris. In ipso quippe instaurantur quæ in cœlis sunt, cum id quod inde in Angelis lapsum est, ex hominibus redditur. Instaurantur autem quæ in terris sunt, cum ipsi homines qui prædestinati sunt ad vitam æternam, à corruptionis vetustate renouantur. Ac sic per illud singulare sacrificiũ, in quo mediator est immolatus, quod vnum multæ in lege victimæ præfigurabant, pacificantur terrestria cum cœlestibus, & cœlestia cum terrestribus. De Angelorum bonitate, Libro duodecimo confessionum. Nimirum Deus, cœlum cœli quod in principio fecisti, est aliqua creatura intellectualis, quanquam nequaquam tibi trinitati coæterna: particeps tamen æternitatis tuæ, valde mutabilitatem suam, præ dulcedine fœlicissimæ contemplationis tuæ cohibet, & sine vllo lapsu, ex quo cõdita est inhærendo tibi, excedit omnem volubilẽ vicissitudinem temporum. De quorum numero, Libro vigesimo de ciuitate Dei, cap. nono. An tantus Angelorũ numerus aderit in iudicio, quantus hominum erit: vt vitam suam quisque ab Angelo sibi adhibito, audiat recitari? De quorum beneuolentia & diligentia ad nos, Libro Soliloquiorum ad Deum.

Cap. 61. & 62. Tom. III.

Excutitur locus Pauli Col. 1.

Cap. 9. Tom. I.

Tom. V. Apud Aug. per interrogationem legitur. Cap. 27. Tom. IX.

A B C D

Diligunt nempe Angeli conciues suos, per quos suæ ruinæ scissuras instaurari expectant. Ideóque magna cura, & vigilãti studio, adsunt nobis omnibus horis & locis, succurrẽtes & ꝓuidẽtes necessitatibus nostris, & sollicitè discurrentes inter nos, & te Domine: gemitus nostros & suspiria nostra referentes ad te, vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem, & referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionẽ. Ambulant enim nobiscum in omnibus viis nostris, intrant & exeunt nobiscum, attentè considerantes quàm piè, quámque honestè, in medio prauæ nationis conuersemur, quanto studio, quantóque desiderio quæramus regnum tuum, & iustitiam eius. quãto timore & tremore seruiamus tibi, & exultemus in lętitia cordis nostri. Adiuuãt laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes: congaudẽt gaudentibus, compatiuntur patientibus, pro te, inquam, patientibus. Grandis est eis cura de nobis, & magnus dilectionis eorum affectus erga nos: & hoc totum propter honorem tuæ inæstimabilis charitatis, qua dilexisti nos. Diligunt enim quos tu diligis, custodiunt quos custodis, odiunt quos oderis. Ibidem. Quoties bene agimus, gaudẽt Angeli, & tristantur dæmones: quoties verò à bono deuiamus, diabolũ lætificamus, & Angelos tuos suo gaudio defraudamus. Gaudiũ enim est eis, super vno peccatore pœnitẽtiam agẽte. Sed diabolo super vno iam iusto, pœnitentiã deserente. Da igitur pater eis semper gaudere de nobis, vt & tu per eos semper lauderis in nobis: & nos cum eis in vnum ouile tuum adducamur, & confiteamur simul nomini sancto tuo. Libro nono de ciuitate Dei, cap. quinto. Sancti Angeli cum sine ira puniant, quos accipiunt æterna Dei lege puniendos, & miseris sine miseriæ compassione subueniant: etiam periclitantibus eis quos diligunt, sine timore opitulantur. Quorum amicitias sic habẽt, vt dicit, Libr. octauo eiusdem, cap. xx. quinto. Bonorum Angelorum amicitiam & beneuolentiam, siue beneficentiam acquirimus, per bonæ volũtatis similitudinem, qua cum illis sumus, & cum illis viuimus, & cum illis Deum quem colunt, colimus, & si eos corporalibus oculis videre non possumus: inquantum autem dissimilitudine voluntatis, & fragilitate infirmitatis miseri sumus, intantum ab eis longe sumus vitæ merito, non corporis loco. Non enim quia in terra conditione carnis habitamus, sed si per immunditiam cordis terrena sapimus, ab eis disiungimur. Cùm verò sanamur, vt quales ipsi sunt, simus: fide illis interim propinquamus, si abinitio nos fieri beatos, à quo & ipsi facti sunt, etiã ipsis fauẽtibus credimus. Libro vigesimo secundo eiusdẽ, cap. vigesimo nono. Sancti Angeli, dicũtur Dei, dicuntur & nostri: quemadmodũ Christus, Dei Christus est, & Christus noster. Dei sunt: quia Deum non reliquerunt: nostri sunt, quia suos ciues nos habere cœperunt. Sicut ergo illi vident faciẽ patris, ita & nos visuri sumus. Præmiũ itaq; fidei, nobis visio ista seruatur. Quod Deus ordinaue

Angelicum pro hominibus ministerium.

Luc. 15.

Tom. V.

Tom. IX. Cap. 27. dinauit eos pro nobis, libro soliloquiorum ad Deum. Facis Domine Angelos tuos spiritus super me, quibus mandasti vt custodiant me in omnibus viis meis, ne forte offendam ad lapidem pedem meum. Hi sunt custodes super muros nouæ Hierusalem, & montes in circuitu eius, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem tuum: nequando rapiat vt leo animas nostras, dum non esset qui eriperet, ille antiquus aduersarius noster: qui quasi leo rugiens semper circuit quærens quem deuoret. (1. Pet. 5.) Hi sunt ciues beatæ ciuitatis Hierusalem supernæ, ad ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, (Heb. 1.) vt eos liberent ab inimicis suis, & custodiant in omnibus viis suis: confortent quoque ac moneant, & orationes filiorum tuorum offerant, in conspectu gloriæ maiestatis tuæ. Ideo ibidem circa finem capitis. Magna sunt beneficia tua Domine, quibus nos honorasti, dans nobis Angelos tuos in ministeriũ nostrum. Dederas enim nobis quicquid cœli ambitu cõtinetur: & quasi parua reputas hæc quæ sub cœlo sunt, nisi adderes ea quæ super cœlũ sunt. De quorum apparitione, (Tom. V.) Libro decimo tertio de ciuitate Dei, cap. vigesimo secũdo. Quod Angeli quoque visibiliter & tractabiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia volebant & poterant: vt hominibus congruerẽt, sui ministerij quadam humilitate fecerunt, vt cum aliis vescerẽtur. Neque in phantasmate Angelos edisse credendum est, quando eos homines hospitio susceperunt: quamuis vtrum Angeli essent, ignorantibus con simili nobis indigentia vesci viderentur. Libro secundo de trinitate, cap. decimo tertio. (Tom. III. Apud Aug. leguntur per interrogationem.) Sed cur Angelus qui Mosi de rubro in flamma ignis apparuit Angelus dictus est, vtrum quia vnus ex multis Angelis erat, sed per dispensationem personã Domini sui gerebat: an assumptum erat aliquid creaturæ, quò ad præsens negotium visibiliter appareret, & inde voces sensibiliter æderẽtur, quibus præsentia Domini per subiectam creaturam, corporeis etiã sensibus hominis, sicut oportebat exhiberetur? an ideo Angelus dictus est?

Cap. 11. Tom. eod. Lib. iij. eiusdem. Cur ergo scriptũ est, dixit Dominus ad Mosen, & non potius dixit Angelus ad Mosen? Quia cùm verba iudicis præco pronuntiat, non scribitur in gestis ille præco dixit, sed ille iudex dixit. (Tom. V.) Quorum apparitiones carent immundicia. Libr. xv. de ciuitate Dei, cap. vigesimo tertio, & in fine cap. vigesimi secundi. In ea scriptura, vbi dicti sunt dilexisse filias hominũ, filij Dei, iidẽ etiã dicti sunt Angeli Dei. Vnde illos multi putant non homines fuisse, sed Angelos. Sed vtrũ possint Angeli cum spiritus sint coire cum fœminis corporaliter? Scriptũ est enim. Qui facit Angelos suos spiritus, id est, eos qui natura spiritus sunt, facit esse Angelos suos, (ἄγγελος.) iniungendo eis officium nuntiandi. Qui enim Græcè dicitur Angelus, latina lingua nuntius interpretatur. Sed vtrum eorum corpora cõsequenter adiunxerit, dicendo. Et ministros suos ignem ardentem: an quod charitate, tanquam igne spi-

A rituali feruere debeant ministri eius, ambiguum est: apparuisse tamen hominibus Angelos, in talibus corporibus, vt nõ solum videri, verum etiã tangi possent, eadem scriptura verissima testatur. Et quando creberrima fama est, multíque se expertos, vel ab eis qui experti sunt, de quorũ fide dubitandum non est, audiuisse confirment, Syluanos & Faunos, quos vulgò incubos vocant, (Incubi.) improbos sæpe & extitisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse concubitum: & quosdam dæmones quos Dusios Galli nuncupant, hanc assiduè immunditiam, & tentare, & efficere, plures, talésque asseuerant, vt hoc negare impudentiæ videatur. Non hîc aliquid temerè audeo diffinire: vtrum aliqui spiritus, elemento aëreo corporati (nam hoc elementum etiam cum agitatur B flabello, sensu corporis tactúque sentitur) possint etiam hanc pati libidinem, vt quomodo possunt sentientibus fœminis misceantur. Dei tamen Angelos sanctõs, nullo modo illo tempore sic labi potuisse crediderim. Angelis erimus æquales, (Tom. VIII.) super psal. cxxxvij. Cùm Angelorum Dominus nobis ministrauerit, non desperemus nos futuros æquales Angelis. Maior enim Angelis descendit ad hominem, & creator Angelorum suscepit hominem, & Dominus Angelorum mortuus est pro homine. Quod totum ad Dei gratiã spectat, (Tom. eod.) super Psal. lxx. sermone ij. Non putes hominem solum pertinere ad gratiam Dei. Quid erat Angelus antequã fieret? Et quid est Angelus, si deserat qui creauit? Quorum æqualitas quibus non erit, (Tom. I.) Libro tertio de libero arbitrio. Qui C æqualitatem Angelorum desiderãt propter inanem gloriam suam, non ideo volũt æquales Angelis esse, sed Angelos sibi: itaque in tali voluntate perseuerantes, æquabuntur supplicio præuaricatoribus Angelis, potestatem illius potius, quã omnipotentis Dei, diligentibus.

ANIMAL. Libro de cognitione veræ vitæ. (Cap. 4. Tom. IX.) Vita brutorum animalium, est spiritus vitalis, constans de aëre & sanguine animalis, inuisibilis, sed sensibilis: memoriam habens, intellectu carens, cum carne moriens, in aëra euanescens. Libro tertio super Genes. (Cap. 11. Tom. III.) Omnia animalia rationis expertia, solent intelligi nomine pecorum vel bestiarum. Differentia creationis eorum & hominis. Libro eodem. (Cap. 12. Tom. eod.) De animalibus dictum est: Producat terra D animam viuentem secundum genus suum. Vbi & seminum vis, & similitudo intelligitur, succedentium decedentibus: quia nihil eorum ita creatum est, vt semel existeret, vel permansurũ, vel nullo succedente decessurum. Cur ergo & de homine non ita dictum est, Faciamus hominem &c. Secundum genus suum &c. An quia non ita fecerat Deus hominem vt moreretur, si præceptum obseruare voluisset, & ideo non erat necessarius decessori successor? sed post peccatum comparatus est pecoribus insensatis, & similis factus est illis: vt iam filij sæculi huius generent & generentur, quo possit mortalium genus, seruata successione subsistere. (Secundum genus suum cur dictum.) vel forte de homine

non dictum est secundum genus suum, quia vnus A fiebat, de quo etiam fœmina facta est. Non enim multa genera hominũ, sicut herbarũ, lignorum, piscium, volatilium, serpentum, bestiarum, & pe corum: vt sic dictum accipiamus, secundũ genus suum, ac si dicerentur generatim: vt inter se similia, atq; ad vnam originem seminis pertinentia, distinguerentur à cæteris. Libro diuersarũ quæstionum ad Orosium. Ideo voluit Deus vt homo cunctis animantibus nomina imponeret, vt intelligeret seipsum, quanto esset melior cunctis animantibus: & ex discretione rationis, eo magis suum diligeret creatorẽ, quod se meliorẽ aliis viuentibus, ab illo creatum intelligeret. Libro
Tom. IIII. lxxxiij. quæstionum, quæstione v. Animal quod caret ratione, caret sciẽtia: nullum autem animal quod scientia caret, beatum esse potest, nõ igitur cadit in animalia rationis expertia, vt beata sint.

Cap. 12. Tom. III. Lib. de spiritu & anima. Sensum & imaginationem communia cum cæteris animalibus habemus. vident siquidem visibilia, & visorum recordantur. In quibusdam autem sensibus nos superant, quoniam iustum fuit, vt brutis animalibus quibus nihil dandũ fuit in intellectu, aliquid amplius daretur in sensu. Et ecõtrario, tanto maior necessitas inducitur hominũ exercendæ rationis, quanto maiorem patitur defectum sensibilitatis. Ratio autem inde incipit, vnde aliquid occurrit, quod nobis cum animalibus sit cõmune. Libr.
Cap. 24. Tom. III. de fide ad Petrum parte ij. Firmissimè tene & nullatenus dubites, in omni creatura, quam spiritalem atque corpoream summa fecit trinitas, solos spiritus Angelicos & humanos, intelligendi facultatem diuinitus accepisse: cęteros verò spiritus brutorum animalium, rationalẽ intelligentiam non accepisse, & etiam hoc omnino habere non posse. Propter quod dicitur hominibus. No-
Psal. 31. lite fieri sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus. Et ideo animas hominũ, & animas pecorũ vnius naturæ nõ esse, nec animas pecorũ in homines, nec animas hominũ in pecora, posse aliquan-
Cap. 3. Tom. III. do trãsire. Vnde eodem Libr. parte j. Spiritus omnium animaliũ, quibus nõ est intellectus, quidã eorum de terra, quidã de aquis originẽ ducũt: de aquis enim sunt reptilia & volatilia, de terra verò quædam quæ reptant, quædã verò quæ gradiuntur, exorta sunt: tandiu spiritus sunt, quandiu in corporibus viuunt. Anima quippe quæ rationis capax non facta est diuinitus, cum carne sua, D & incipit, & desinit viuere, quia quando corpori vitam non tribuit, & ipsa non viuit: atque ita miro modo, cum omni carni anima viuẽdi sit causa. spiritus irrationalis tamẽ tandiu viuit, quandiu in carne manere potuerit: & dum à carne sua separatur, extinguitur. Ita fit, vt cum ipse vita carnis suæ sit, viuere ipse nequeat, quãdo vitam carni subministrare destiterit. Et si non sit caro cui vitam dare valeat, ipse quoque eam protinus non habebit. Ideo nec æternitas irrationabilibus spiritibus data est, nec aliquod eis iudicium præparatur, in quo eis vel beatitudo pro bonis, vel damnatio pro malis reddatur operibus. Ideo autem in eis nulla operum discretio requiritur, quia nullam intelligẽdi facultatem diuinitus acceperunt. Propterea igitur eorum corpora resurrectura non sunt, quia nec in ipsis animalibus eorum aut iniquitas fuit, aut æquitas, pro qua eis æterna, vel beatitudo sit tribuenda, vel pœna. Illa igitur animalia, præsentis sæculi cursum atque ornatum, secundum creatoris incomprehensibilem peragunt voluntatem, quæ de suis factis nullam rationem redditura sunt, quia rationalia non sunt. Nunquid de bobus cura est Deo? Homines verò qui rationales facti sunt, & de se, & de omnibus rebus quas in vsum vitæ præsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo: & pro suorum actuum qualitate, recipient aut pœnam, aut gloriam. Soluitur quæstio de paruis ani- Cap. 14.
B malibus, Libro tertio super Gen. Nonnulla de Tom. III. minutissimis animalibus quæstio est, vtrum in primis rerum mortalium conditionibus creata sint, an ex consequentibus rerum mortalium corruptionibus. Nam pleraque eorum, aut de viuorum corporum vitiis, vel purgamentis, vel exhalationibus, aut cadauerum tabe gignuntur. Quædam etiam de corruptione lignorum & herbarum, quædam de corruptionibus fructuũ. Quo- Insecta & minuta animantia producta. rum omnium non possumus rectè dicere, Deum non esse creatorem. Inest enim omnibus, quoddam naturæ sui generis decus, ita vt in his maior sit admiratio bene considerantis, & laus vberior omnipotentis & artificis: qui omnia in sapientia fecit, qui à fine vsq; ad finem pertendens, & suauiter cuncta disponens, nec ea ipsa rerum nouis-
C sima, quæ pro sui generis ordine dissoluuntur, & quorum dissolutionem, ex pœna nostræ mortalitatis horremus, reliquit informia: sed creat minima corpore acuta sensu animantia: vt maiore attentione stupeamus, agilitatem muscæ volantis: quàm magnitudinem iumenti gradientis, ampliúsque miremur opera formicarum, quàm onera camelorũ. Sed vtrum in primis rerũ conditionibus creata sunt? Et potest quidem dici, ea minutissima, quæ ex aquis vel terris oriuntur, tunc esse creata: in quibus etiam illa non absurdè intelligantur: quæ nascuntur ex his, quæ terra germinante orta sunt. Et quia præcesserunt conditionẽ, non solum animalium, sed etiã luminarium: & quia terræ continuantur per radicum connexionem: vnde illo die quo apparuit arida exorta sunt, vt potius ad supplementum habitationis, quàm ad numerum habitatorũ pertinere intelligerentur. Cætera verò quæ de animalium gignuntur corporibus, & maximè mortuorum, absurdissimũ est tunc dicere creata, cũ animalia ipsa creata sunt: nisi quia iam inerat omnibus animatis corporibus, vis quædam naturalis, & quasi pręseminata materia, & quodammodo initiata primordia futurorum animaliũ, quæ de corruptionibus taliũ corporũ, pro suo quæque genere ac differentiis, erant exortura, per administrationem ineffabilem, omnia mouente incõmutabili creatore. Et Lib. j. de Genes. cõtra Mani- Cap. 16. Tom. I.
chæum. Ego fateor me nescire vermes, & ranæ quare

quare creata sunt, aut muscæ & vermiculi: video tamē omnia in suo genere pulchra esse, quamuis propter peccata nostra, multa nobis videantur aduersa. Non enim alicuius animalis corpus & membra considero, vbi non mensuras & numeros, & ordinem inueniam, ad vnitatem concordiæ pertinere. Quæ omnia vnde veniant non intelligo, nisi à summa mensura, & numero, & ordine, quæ in ipsa Dei sublimitate, incommutabilia & æterna consistunt. De venenosis animalibus quæstio soluitur, Lib. iij. super Genes. De generibus animalium venenosis & perniciosis, quæri solet vtrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint, an potius cum iam creata essent innoxia, non nisi postea peccatoribus nocere cœperint? Neq; hoc mirum est, quādoquidem in temporibus huius vitæ & laboriosæ atq; ærumnosæ, cum sit nemo ita iustus, vt se perfectum audeat dicere: vnde exercendæ atque infirmitate perficiendæ virtuti, necessariæ sunt tentationes & molestiæ corporales: tamen & sanctus Daniel, inter leones saluus atque intrepidus vixit: qui non vtique Deo mentiens in oratione, non tantum peccata populi sui, sed etiam sua fatetur. Et Apostoli manui mortifera vipera inhæsit, nec læsit. Potuerunt ergo etiam ista creata nihil nocere, si causa non extitisset, vel terrendorum puniendorúmque vitiorum, vel probandæ perficiendæque virtutis: quia & exempla sunt demonstranda patientiæ, ad profectum cæterorum: & ipse homo sibi in tentationibus certius innotescit, & iustè salus illa perpetua, quæ turpiter admissa est per voluptatem, fortiter recipitur per dolorem. Sed quare nocent inter se inuicem, eodem lib. Dicet aliquis, Cur inuicem bestiæ nocent, quibus nec peccata vlla sunt, vt vindicta ista dicatur, nec vllam recipiunt tali exercitatione virtutem? Ideo nimirum, quia scilicet aliæ cibi sunt aliarum, nec rectè possumus dicere, non essent aliæ, quibus aliæ vescerentur. Habēt enim omnia quandiu sunt, mensuras, numeros, & ordines suos. Et omnibus talibus inferioris creaturæ motibus præbentur homini salubres admonitiones, vt videat quantum sibi satagendum sit, pro salute spirituali atque sempiterna, qua omnibus irrationabilibus antecellit animantibus, cum illa videat à maximis elephantis vsque ad minimos vermiculos, pro salute corporali & temporali, quam pro sui generis ordinatione inferiore, sortita sunt, siue resistendo, siue cauendo, agere quicquid valeant quod non apparet nisi cùm quædam refectionem corporis sui, ex aliorum corporibus quærunt: alia se vel repugnandi viribus, vel fugæ præsidio, vel latebrarum munimine tuētur. Quare nocent hominibus si homo est dominus omnium? Lib. primo de Genes. contra Manichæum. Aliquando solent dicere. Quomodo accepit homo potestatem piscium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum & ferarum, cùm videamus à multis feris homines occidi, & à multis volatilibus nobis necessaria, quæ volumus vel vitare,

Cap. 15. Tom. III.

Animantia noxia.

Cap. 16.

Minimorum animaliū acta, hominū instructio.

Cap. 18. Tom. I.

A vel capere, & plerunque non possumus? Quomodo ergo in hoc accepimus potestatem? Hoc illis primùm dicendum est, quod multum errant, qui post peccatum considerant hominem, cùm in huius vitæ mortalitatem damnatus est, & amisit perfectionem qua factus est ad imaginē Dei. Sed si dominatio eius tantū valet vt tā multis pecoribus imperet: quamuis enim à multis feris propter fragilitatem corporis possit occidi, à nullis tamen domari potest, cum ipse tam multas, & prope omnes domet. Si ergo hæc hominis dominatio tantum valet, quid de regno eius cogitandum est, quod ei renouato, & liberato, diuina voce promittitur? Quare autem nocent corporibus hominū mortuorū, Lib. iij. super Gen. Mouet illud fortasse aliquē, si animalia noxia viuos

B homines aut pœnaliter lædūt, aut salubriter exercent, aut vtiliter probant, aut ignoranter docent, cur in escas suas dilacerant etiā corpora hominū mortuorum? Quasi verò quicquā interfit ad nostram vtilitatem, ista caro iam exanimis, in naturæ profunda secreta, per quos transitus eat, vnde mirabili omnipotentia creatoris, reformanda rursus eruatur. Quamquam & hinc fiat quædam prudentibus admonitio, vt se ita commendent fideli creatori, omnia maxima & minima occulto nutu administrant, cui etiā nostri capilli numerati sunt, ne propter inanes curas exanima torū corporū suorū, vlla genera mortiū perhorrescāt, sed piȩ fortitudinis neruos, ad omnia præparare nō dubitēt. Animalia quatuor principalia exponūtur de Christo in sermone vj. de ieiunio

C quadrage. Christus quatuor animalium, de apoc. Ioā. figuras in se vno expresit: quia natus, vt homo, operatus, vt leo: immolatus, vt vitulus: volauit vt aquila super pēnas ventorū: & posuit tenebras, & facta est nox, in qua pertranseunt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonum rugientes, tentatores videlicet, per quos diabolus quærit quem deuoret. Non quidem habentes potestates, nisi in eis quos acceperint: in causa periculosa, & tentationibus plena huius sæculi nocte, quis non timeat, quis non medullis omnibus contremiscat, ne dignus iudicetur qui deuorandus demittatur in fauces istius crudelissimi inmici? De animalibus immundis, Lib. vj. contra Faustum. Immundum quippe animal in lege positum est, eo quod non ruminet: non autem hoc eius vitium

D sed natura est. Sunt autem homines qui per hoc animal signantur immundi, proprio vitio, non natura: quia cùm libenter audiant verba sapientiæ postea de his omnino non cogitant. Quod enim vtile audieris, velut ab intestino memoriæ tāquam ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare, quid est aliud, quam spiritualiter quodammodo ruminare? Quod qui non faciunt, illorum animalium genere figurantur. Vnde & ipsa à talibus carnibus abstinentia, tale vitium nos cauere præmonuit. Lib. xvj. eiusdem. Quia Moses figuris propheticis, de Christo scripsit, in animalium carnibus significans homines, vel incorporandos Christi corporori, quod est Ecclesia,

Cap. 17. Tom. III.

Cap. 7. Tom. VI.

Cap. 30. Tom. eod.

vel respuendos, vos quoque Manichæos inter immunda figurauit: qui propterea fidei catholicæ nō cōuenitis, quia nec ruminatis verba sapiētiæ, & duo testamenta vetus & nouum non concorditer distinguētes, tanquā geminā vngulā nō habetis. Ideo de immūdis & mūdis, Lib. 50. hom. in principio. Omnia animalia quę prohibita sunt Iudæis manducare, signa sunt rerum & vmbræ futurorum: vt quod scriptum est de eis quæ sunt ruminantia & fissa vngula, ipsa manducent. Quorū autem vnū, vel vtrūq; defuerit, nō māducent. In his animalibus homines significātur, non pertinentes ad societatem sanctorum. Fissa vngula, ad mores: ruminatio, ad sapientiam pertinet. Quare ad mores fissa vngula? Quia difficile labitur. lapsus enim peccati signū est. Ruminatio autem ad sapientiam quomodo pertinet? Quia dixit Salomon. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus deglutit illum. Qui autem audit, & negligentia fit obliuiosus, quasi deglutit quod audiuit, vt iam in ore non sapiat, auditionem ipsam sepeliens obliuione. Qui autem in lege Dei meditatur die ac nocte, tanquam ruminat, & in quodam quasi palato cordis, verbi sapore delectatur. Hoc ergo quod præceptum est Iudæis, significat quod ad ecclesiam, id est, ad corpus Christi, ad gratiam societatémque sanctorum, non pertinent illi, qui aut negligentes auditores sunt, aut mores malos habent, aut in vtroque vitio reprehenduntur. Sic cætera quæ in hunc modum præcepta data sunt Iudæis, vmbraticæ sunt significationes futurorū. Postquam venit lux mundi, Dominus noster Iesus Christus, tantūmodo vt intelligantur, non autem vt obseruentur, leguntur. Data est ergo licentia Christianis, vt secūdum hanc vanam cōsuetudinem faciant, sed manducent quod velint, cum moderatione, cum benedictione, cum gratiarum actione.

Homil. 45. Tom. X.

Esca prohibitæ vmbræ.

Tom. III.

ANIMA humana. Diffinitur lib. vij. super Genes. in fine lib. Quid est aliud anima quàm spiritus creatus vtique & nō creator? Lib. de spiritu & anima. Anima est spiritus intellectualis, rationalis, semper viuens, semper in motu, bonę malæq; volūtatis capax. Secūdū benignitatē creatoris, atque secundum operis sui officium, diuersis nuncupatur nominibus. Dicitur namque anima, dum vegetat: spiritus, dū contemplatur. Sensus, dum sentit: animus, dum sapit: mens dum intelligit: ratio, dum discernit: Memoria, dum recordatur: voluntas, dum consentit. Ista tamen non differunt in substantia quēadmodum in nominibus: quoniam omnia ista, vna anima est, proprietates quidem diuersæ, sed essentia vna. In spiritu tamen & anima potest esse differentia quoniam omnis anima, spiritus est, sed non omnis spiritus anima est. In eodē. Anima est substātia spiritalis, simplex, indissolubilis, inuisibilis, incorporea, passibilis atque mutabilis, carens pondere, figura & colore. Non est credenda pars, sed creatura Dei, nec etiam de substantia Dei, vel de qualibet elementorum materia. Sed ex nihilo est creata. Si enim ex semetipso eam Deus fecisset, nequaquam vitiosa vel mutabilis aut misera esset. Si autem ex elementis facta fuisset, corporea esset: cùm sit incorporea, ignotam habens originem, initium habet, finem non habet. Et cum sit spiritualis naturæ, nihil habet mistum concretúmq; terrenum, nihil humidum, aereum, vel igneum. Nullum habet colorem, nullo loco continetur, nullis membris circunscribitur, nullo spatio finitur: sed ita est cogitanda, & intelligēda, sicut sapiētia, & iustitia, & cæteræ virtutes ab omnipotēte creatæ. Natura animæ inuisibilis est, ideo inuisibiliter in corpore manet, & de corpore inuisibiliter egreditur. Per corpus corpora videt, sicut cœlū & terram, & quæ in eis cōspicua sunt oculis nostris. Spiritu autem corporū similitudines intuetur. Quicquid enim corpus non est, & tamen aliquid est, certè iam spiritus dicitur. In eodem. Anima est substantia rationalis, intellectualis, à Deo facta spiritualis, non est ex Dei natura, sed potius creatura ex nihilo facta, in bonum malúmque conuertibilis. Et ideo aliquatenus est mortalis, inquantum in deterius mutari, & à voluntate Dei, cuius participatione beata fit, alienari potest. Et aliquatenus immortalis, quoniam sensum quo ei bene vel male post hanc vitam fit, amittere non potest. Non quod pro actis ante carnem gestis meruit, vt in carne includeretur, vt quidam voluerunt, sed nec ideo potest esse in homine sine sorde peccati, nisi à Christo fuerit liberata. Dei enim nutu anima venit ad corpus, vt si secundum eius præceptū agere vellet, mercedem acciperet æternæ vitæ, atque societatis Angelorum: Si autem contēneret, pœnas iustissimas & amarissimas lueret, siue doloris continui, siue ignis æterni. Lib. de cognitione veræ vitæ. cap. x. Anima spiritus est substantia incorporea, corporis sui vita, inuisibilis, sensibilis, mutabilis, illocabilis, passibilis, nec quantitatum mensuræ, nec qualitatum formæ, vel coloris susceptibilis: memorialis, intellectualis, rationalis. Et vt talem diffinitionē causa probationis roborem. Anima est spiritalis & incorporea substantia. Omne enim quod alij vitam subministrat, ipsum necesse est vt subsistat. Sed anima vitam corpori tribuit, ergo anima realiter subsistit. Hanc verò esse vita ipsamet probat dū pręsentia sua corpus viuificat, absentia sua idem mortificat. Hęc quidē nobis est inuisibilis, sed spiritibus visibilis est. Hanc esse sensibilem constat, dum oculis colores, auribus sonos, naribus odores, palato sapores, manibus aspera vel lenia, sentire præstat. Est etiam mutabilis. Omne enim quod melioratur & peioratur, mutabile est: sed anima vitiis peioratur, virtutibus melioratur, ergo mutabilis est. Est etiam illocalis. Omne enim quod loco includitur, altitudine, longitudine, latitudine aeris circunscribitur, corpus est: sed ratio manifestat animam, nec corpus, nec aliquod mēbrorum corporis habere, ergo constat eam illocalem esse. Non enim spacium aeris vt corpus occupat, nec vt aqua vtrem implet, sed vt calor toto igni

Cap. 13. Tom. III.

Cap. 24.

Substantia animæ.

Cap. 8. Tom. eod.

Anima quatenus mortalis.

Tom. IX.

Anima mutabilis.

† Quidam legunt localiter.

igni † illocaliter inest, ita anima totum corpus illocaliter implet. Et ignis quidem est visibilis, sed calor inuisibilis & sensibilis, & quodam modo ignem viuificans: ita anima non visibilis est, sed sensibilis, & visibile corpus quodam modo occultè sensificat & viuificat. Hæc quoque est passibilis. Omne enim quod mœrore afficitur, passibile est: sed anima dum suæ voluntatis compos non efficitur, dolore mœstitiæ afficitur, ergo passibilis esse conuincitur. Ab hac quantitas excluditur: dum nec altitudine, vel longitudine, vel latitudine mensuratur, nec circunstantiis sex, ante & retro, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum, se includere patitur. Qualitas etiam formæ vel coloris ab hac secernitur: dum nulla forma vel humani corporis, vel vllius coloratæ rei illi attribuitur. Hæc etiam memorialis est, quia præterita recolit. Est etiam rationalis, quia præsentia discernit. Est intellectualis, quia futura intelligit. Hanc immortalem esse hinc constat, quia memoriam sui apud posteros, perenniter durare laborat. De animæ origine & creatione, Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Animas hominũ non esse ab initio, inter cæteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit: neq; cum corporibus per coitum seminantur, sicut luciferiani, Cyrillus & aliqui latinorum præsumptores affirmant, quasi naturæ consequentiã seruantes. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulam seminari, creationem verò animæ solum creatorem omnium nosse: Dei verò iudicio corpus coagulari in vulua, & compingi atque formari, ac formato iam corpore, animam creari & infundi, vt viuat in vtero homo, ex anima cõstans & corpore, & egrediatur viuus ex vtero, plenus humana substantia. Neque duas animas esse dicimus in vno homine, sicut Iacobus & alij Syrorum scribunt vnam animalem, qua animetur, corpus & immista sit sanguini, alteram spiritualem, quæ rationem ministret: sed dicimus vnã eãdémq; esse, quæ & corpus sua societate viuificat, & semetipsam sua ratione disponit, habens in sese libertatem arbitrij, vt in sua subeligat cogitatione quod vult. Solum hominem credimus habere animam substantiam, quæ exuta corpore viuit, & sensus suos atque ingenia viuaciter tenet, neque cũ corpore moritur, sicut Aratus asserit. Animæ verò animalium non sunt substantiæ, sed cum carne ipsa, carnis viuacitate nascuntur, & cum carnis morte moriuntur, & ideo ratione reguntur, sicut Plato & Alexander putant, sed ad omnia naturæ incitamenta ducuntur. Lib. vij. super Genes. Nos credimus Dei naturam atque substantiam, quæ in trinitate creditur à multis, intelligitur à paucis, omnino esse incommutabilem. Porrò autem animæ naturã, vel in deterius, vel in melius commutari posse, quis ambigit? Ac per hoc sacrilega opinio est, animam & Deum credere vnius esse substantiæ. Quid enim hoc modo aliud, quam vt ille commutabilis creditur? Credendum itaque est & intelligendum, nec vllo modo dubitandum, quod recta fides habet,

Cap. 13. 14. 15. 16. 17. Tom. III.

Cap. 2. Tom. III.

A animam sic esse à Deo, tanquam rem quam fecerit, non tanquam de natura cuius ipse est, siue genuerit, siue quoquomodo protulerit. In eodem. Anima quam Deus inspirauit, sic est ex Deo vt non sit substantia Dei: & sic incorporea, vt nõ sit corpus, sed spiritus: non de substantia Dei genitus, nec de substantia Dei procedens, sed factus à Deo: nec ita factus vt in eius naturam, natura vlla corporis, vel irrationalis animæ verteretur, ac per hoc de nihilo. Et quanquam sit immortalis secũdum quendã vitæ modũ, quem nullomodo potest amittere, secundũ quandã verò mutabilitatẽ, qua potest vel deterior, vel melior fieri nõ immerito mortalis etiã potest intelligi, quoniã verã immortalitatem solus ille habet, de quo dictũ est. Qui solus habet immortalitatẽ. Lib.

Cap. 28. Tom. eod.

1. Timo. 6.

B x. eiusdem, cap. xvj. Animas hominum sigillatim nouas dat Deus. Lib. diuersarum quæstionum ad Orosium. Sicut anima prima hominis ex nihilo facta est à Deo, ita omnium animæ ab ipso quotidie creantur. De eius virtute prout est in corpore, Libro de immortalitate animę, cap. xv. Per animam corpus subsistit, & eo ipso est quo animatur siue vniuersaliter, vt mundus: siue particulariter, vt vnumquodque animal intra mundum.

Tom. IIII.

Tom. I.

Sed libro primo retractationum, cap. v. corrigit atque dicit. Hoc totum de anima temere dictum est. Quæ diffusius declarantur, Lib. de spiritu & anima. Viuificatione, & sensificatione descendit anima ad corpus. Præsentia nãque sua viuificat illud, & colligit in vnum, atque in vno tenet, defluere atque contabescere non

Tom. eod.

Loquitur de præscripta sententia, lib. de immorta. animæ, & similibus.

Cap 32. Tom. III.

C finit, congruentiam eius modúmque conseruat, nõ tantum in pulchritudine, sed etiã in crescendo ac gignendo. Intendit etiam se anima in tactum, & eo calida & frigida, aspera & lenia, dura & mollia, leuia & grauia, sentit atque discernit. Deinde innumerabiles differentias saporum, odorũ, sonorũ atq; formarũ, gustãdo, olfaciẽdo, audiẽdo videndóq; diiudicat, atq; in his omnibus, ea quæ secundum naturam sui corporis sunt, appetit, fugítque contraria. Remouet se ab iis sensibus certo interuallo temporum, & eorum motus quasi per quasdam ferias reperias, rerum imagines quas per eos hausit, secum cateruatim & multipliciter versat. Cum verò vult intelligere, vel diuina, vel Deũ, vel seipsam, suásq; considera-

Anima in corpore.

D re virtutes, abstrahit se ab omnibus corporis sensibus, quibus non adiuuatur, nisi ad corporeas figuras coloresque sentiendos, & spiritu atque ratione se conspicit, meditatione atq; contẽplatione ad Deũ ascendit: Deus verò reuelatione atq; diuina inspiratione ad eam descendit. Eius virtus diffusa, Lib. de quantitate animæ. Prima vis animæ est, quod corpus hoc terreum atque mortale præsentia sua viuificat, colligit in vnum, atque in vno tenet, diffluere atque contabescere non finit, alimenta per membra æqualiter suis quibusque redditis distribui facit, congruentiam eius modúmque conseruat, non tantum in pulchritudine, sed etiam in crescendo atque gignendo. Sed quia hæc omnia, hominũ etiã cum arbu-

Cap. 33. Tom. I.

Gradibus septem vires animæ, siue motus explicantur.

stis

2 stis communia videri queunt. Ascende itaque, alterum gradum, & vide quæ sit vis animæ in sensibus quorum nobis, cum his quæ radicibus fixa sunt, nulla potest esse communio. Intendit se anima in tactum, & eo calida, & frigida, aspera, lenia, grauia, leuia, dura, mollia sentit atque discernit. Deinde innumerabiles differentias saporũ, odorum, sonorum, colorum, formarum: gustando, olfaciendo, audiendo, videndóque diiudicat. Atque in his omnibus, ea quæ secundum naturam sui corporis sunt, asciscit atque appetit, reiicit fugítque contraria. Remouet se ab his sensibus certo interuallo temporum, & eorum motus, quasi per quasdam ferias †temperãs, imagines rerum quas per eos hausit, secum cateruatim & multipliciter versat, & hoc totum est somnus & somnia. Sed hoc rursus omnia posse,

†Alij reparans, legunt.

B

3 animam etiam in bestiis nemo negat. Ergo attollere in tertium gradum, qui iam est homini proprius, & cogit à memoria non consuetudine inolitarũ, sed animaduersione atq; signis cõmẽdatarũ ac retẽtarũ rerũ innumerabiliũ, tot artes opificum, agrorũ cultus, extructiones vrbiũ, variorum ędificiorum ac moliminum multimoda miracula: inuentiones tot signorum in literis, in verbis, in gestu, in huiuscemodi sono, in picturis atque figmentis: tot gentium linguas, tot instituta, tot noua, tot instaurata: tantum librorum, numerũ, & huiuscemodi monumentorum ad custodiendam memoriam, tantámque curam posteritatis, officiorum, potestatum, honorum, dignitatúmque ordines, siue in familiis, siue domi, militiæque, in republica, siue in prophanis, siue in sa

C

cris apparatibus: vim ratiocinandi, & excogitandi, fluuios eloquentiæ carminum varietate: ludendi ac iocandi causa milleformes simulationes, modulandi peritiam, dimetiendi subtilitatem, numerandi disciplinam, præteritorum ac futurorum ex præsentibus coniecturam. Magna hæc & omnia humana. Sed est & adhuc ista par tim doctis atque indoctis, partim bonis atq; ma lis animis copia communis. Suscipe igitur, atque

4. insili quarto gradui, ex quo bonitas incipit, atq; omnis vera laudatio. Hinc enim anima se nõ solum suo, si quam vniuersi partem agit, sed ipsi etiam vniuerso corpori audet præponere, bonáque eius, bona sua non putare, atque potentiæ, pulchritudiníque suæ comparata, discernere atque contemnere. Et inde quo magis se delectant,

D

eo magis se abstrahere à sordibus, totámque ema culare, ac mundissimam & comptissimam reddere, roborare se aduersus omnia, quę de proposito ac sententia dimouere moliuntur, societatem humanam magni pendere, nihílque velle alteri, quod sibi nolit accidere: sequi auctoritatẽ ac pręcepta sapientũ, & per hoc loqui sibi Deum credere. In hoc tam præclaro actu animæ, inest adhuc labor, & contra huius mundi molestias atque blandicias, magnus accerrimúsque cõflictus. In ipso enim purgationis negotio, subest timor mortis sæpe non magnus, sæpe verò vehementissimus. Sed cum anima fuerit ab omni tabe li-

Post pauca.

A

bera, maculísq; diluta, cũ se deniq; in seipsa lætissimè tenet, neq; omnino aliquid metuit sibi, aut vlla sua causa quicquã angitur. Est ergo iste quin tus gradus. Aliud est enĩ efficere, aliud tenere pu- 5
ritatẽ: & alia prorsus actio, qua se inquinatã redintegrat, alia qua non patitur se rursus inquinari. In hoc gradu omniphariam concipit quanta sit: quod cum concepit, tunc ingenti quadã & incredibili fiducia pergit in Deum, id est: in ipsam contemplationẽ veritatis, & illud propter quod tantum laboratum est, altissimũ & se secretissimum præmium. Sed hæc actio, id est, appetitio intelligendi ea quæ verè summéque sunt, summus aspectus est animæ, quod perfectiorem, meliorem, rectioremque, non habent. Sextus ergo 6
erit iste actionis gradus. Aliud enim est mundari ipsum oculũ animæ, ne frustra & temerè aspiciat & prauè videat: aliud ipsam custodire atque firmare sanitatẽ: aliud iam serenum atq; rectum aspectum in id quod videndum est, dirigere. Quod qui prius volunt facere, quã mundati & sanati fuerint, ita illa luce reuerberantur veritatis, vt non solum nihil boni, sed etiam mali plurimum, in ea putent esse, atque ab ea nomen veritatis abiudicent, & cum quadam libidine & voluptate miserabili, in suas tenebras, quas eorum morbus pati potest, medicinæ maledicentes refugiant. Iam verò in ipsa visione atque contem- Post pauca.
platione veritatis, qui septimus atque vltimus 7
gradus animæ est, neq; iam gradus, sed quædã mã sio, quò illis gradibus peruenitur, quæ sunt gaudia, quæ fruitio summi & veri boni, cuius sereritatis atque æternitatis afflatus, quid ergo dicam?

Cap. 35. Tom. eod.

Breuius epiloguntur ibidem infra. Igitur ascẽdentibus sursum versus, primus actus animæ do cendi causa dicatur animatio. Secundus sensus. Tertius, ars. Quartus, virtus. Quintus, tranquillitas. Sextus, ingressio. Septimus, contemplatio. Possunt & hoc modo appellari. Primus, de corpore. Secundus, per corpus. Tertius, circa corpus. Quartus, ad seipsam. Quintus, in seipsam. Sextus, ad Deum. Septimus, apud Deum. Possunt & sic primus, pulchrè de alio. Secundus, pulchrè per aliud. Tertius, pulchrè circa aliud. Quartus, pulchrè ad pulchrum. Quintus, pulchrè in pulchro. Sextus, pulchrè ad pulchritudinem. Septimus, pulchrè apud pulchritudinem. De

Cap. 13. Tom. III.

virtutibus animæ spiritualibus, Libr. de Salutaribus documentis. Ne quæso fabulosa arbitreris Dei præcepta, aut quasi à me ædita, dum ex fonte saluatoris nostri sint emanata. Ne frangat animam tuam vlla aduersitas vel prosperitas mũ di à præceptis Dei & charitate quę est in Christo.

Virtus animæ.

Nam virtus est animæ tuæ, Deum diligere, & odisse ea quæ Deus non diligit. Virtus est animæ tuæ, patientiam sectari, & ab omni impatientia declinare. Virtus est animæ tuæ, humilitati studere, superbiam abominari. Virtus est animæ tuæ, castitatem tam animæ, quàm corporis custodire. Virtus est animæ tuæ, vanam huius mundi gloriam contemnere, & omnia caduca calcare, & pro illius amore qui te redemit, dum viuis in

stul

corpore laborare. Virtus est animæ tuæ, ab omni stultitia declinare, & sapientiam diuinam amplecti. Virtus est animæ tuæ omnem delectationem carnis subiicere, & mentem tuam ad Christũ erigere. Has virtutes facile & perfacile potuisses obtinere, si sæculariũ curã & caducas res, ac terrenas deuitare voluisses, & nihil amori Christi prępofuisses. De animæ dignitate, *Cap. 33. & 34. Tom. I.* Lib. de quãtitate animæ. Quẽadmodũ fatẽdũ est animã humanã nõ esse euod Deus est: ita pſumendũ, nihil inter omnia quę creauit, ipsi Deo esse ꝓpinquius. Ideóq; diuinè ac singulariter in Ecclesia catholica traditur, nullã creaturã esse colendã animæ. Ibidẽ. Anima humana est præstãtior cũctis quæ sensibus corporis nota sunt. Si quid aliud est eorũ quę Deus creauit, quiddam est deterius, quiddã par: deterius, vt anima pecoris: par, vt angeli: melius autẽ nihil. Et si quando aliquid horũ melius est, hoc peccato eius fit non natura. Lib. xxxiij. quæstionũ Anima rationalis inter eas res quæ sunt à Deo conditæ, omnia superat, & Deo proxima est, quãdo pura est, eíq; inquantum charitate cohæserit, intantum ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodãmodo & illustrata cernit: nõ per corporeos oculos, sed per ipsius principale quod excellit, id est per intelligẽtiã suã. Lib. *Cap. 5. Tom. I.* iij. de libero arbitrio. Quãuis anima mea peccatis tabefacta sit, sublimior est tamẽ & melior, quam si in hãc lucem visibilẽ verteretur. Et vides profecto de huius loci eminẽtia quãtũ laudẽt animę Deum, etiam sensibus corporis deditæ. Quapropter non te iam moueat, quod vituperantur animę peccatrices, vt dicas in corde tuo, melius fuisse si non essent. In sui enim comparatione vituperantur, dum cogitatur quales essent, si peccare noluissent. Institutor tamen earum Deus præclarisime pro humana facultate laudandus est, non solum quoniam peccantes eas iustè ordinat, sed etiam quia tales instituit, vt etiam peccatis sordidatæ, nullo modo lucis corporalis dignitate superentur, de qua tamen iure laudatur. Ibidem. Omnis anima, omni corpore est melior, omnisque peccatrix anima quocunque ceciderit, nulla cõmutatione corpus efficitur, nec omnino illi aufertur quod anima est: & ideo nullo pacto amittit, quod corpore melior est. In corporibus *Præstantia animæ etiã peccatricis.* autem lux tenet primum locum, consequens est vt primo corpori extrema anima præponatur, fieriq; posit vt corpori alicuius animæ, aliquod aliud corpus anteferatur, vt autẽ ipsi animæ, nullo modo. Cur ergo nõ laudetur Dominus, & effabili prædicatione laudetur, qui cum fecerit eas quæ in legibus essent iustitiæ permansuræ, fecit etiã alias animas, quas vel peccaturas, vel in peccatis etiam perseueraturas esse præuidebat, cum adhuc & tales meliores sint eis, quæ quoniam nullũ habent rationale ac liberum voluntatis arbitrium, peccare non possunt? Quæ tamen adhuc etiam ipsæ meliores sunt quam corporum quorumlibet quamlibet splendidisimus fulgor, quẽ pro ipsius summi Dei substãtia quidam, quãuis cũ magno errore, venerãtur. Qudo si in ordine crea

A turarum corporearũ ab ipsis sydereis choris vsq; ad minimũ capillorũ nostrorũ, ita gradatim bonarum rerũ pulchritudo contexitur, vt imperitisimè dicatur, quid est hoc? aut quid hoc? omnia enim in ordine suo creata sunt: quãto imperitius de quacũq; anima dicitur, quæ ad quantãlibet sui decoris diminutionẽ defectúmq; peruenerit, omniũ corporũ dignitatẽ, sine vlla dubitatione superauit? Aliter enim existimat ratio, aliter vsus. Ratio existimat luce veritatis, vt recto iudicio subdat minora maioribus. Vsus autẽ cõsuetudine cõmoditatis plerunq; inclinatur, vt ea pluris existimet, quæ veritas minora esse cõuincit. Ibidẽ. Peccatrix & si sit anima, non ideo inferior est cor *Cap. 11.* pore cœlesti: cui corpori etiam corpora terrena subiecta sunt. Pannosa quippe vestis serui dam- B nati, multo est inferior veste bene meriti, & in honore magno apud dominum constituti, sed ipse seruus melior est qualibet veste pretiosa, quia homo est. Lib. lxxxiij. quæstionũ. Omnis anima melior est omni corpore. Melius est omne quod viuificat, quam quod viuificatur. Corpus autẽ ab anima viuificari, non autem anima à corpore, nemo ambigit. Ideo ibidem. Quod semper eodẽ modo est, melius profecto est, quã id quod non ita est, nec quicquam est melius rationali anima, nisi Deus. Lib. de immortalitate animę. Quod autẽ rationali anima melius est, omnibus *Cap 13 Tom. I.* cõsentientibus Deus est: & ideo nõ nisi ab eo cogi anima potest. Lib. de duabus animabus, cap. iij. Anima luce ista quam homines venerantur, *Tom VI.* melior est: quoniã quidẽ illa intellectu mẽtis, hoc C sensu corporis innotescit. Lib. vj. musicæ cap. iiij. Verum falso, & anima melior est corpore: *Tom I.* verum in corpore melius est, quã falsum in anima. Sed hoc inquantum verum, non inquantũ in corpore fit, melius est: ita illud inquantum falsum, non inquantum in anima fit fortasse est inferius & deterius. Ibidem cap. v. Oportet animã regi à superiore: & regere inferiorẽ. Superior il- *Quid anima superius aut inferius.* la solus Deus est, inferior illa solum corpus, si ad omnem & ad totam animam intendis. Vt ergo tota esse sine domino, sic excellere sine seruo nõ potest. Vt autẽ Dominus eius magis est quã ipsa, ita seruus minus est ipsa. Quare intenta in dominum, intelligit æterna eius, & magis est, magisq; est etiã ipse seruus in suo genere per illam. Neglecto autem domino intenta in seruum carnalem, D qui dicitur concupiscẽtia, sentit motus suos quos illi exhibet, & minus est. Lib. de moribus Ecclesiæ. Nihil est omnium, quæ vegetant corpus, *Cap. 5. Tom I.* anima melius atq; præstantius. Est ergo summũ bonũ corporis, non voluptas eius, non indolentia, non vires, nõ pulchritudo, nõ velocitas, & si quid aliud in bonis corporis numerari solet, sed omnino anima. Nã & ista quæ cõmemorata sunt, præsentiã sui, exhibet ipsa corpori, & quod antecellit omnibus, vitam. Lib. ij. contra Iulianum allegans Ambrosiũ. Princeps & domina carnis na- *Tom VII.* turaliter anima est, quæ domare debet carnẽ & regere. Ideóq; spiritus sancti fulta pręsidio dicit in Psal. Non timebo quid faciat mihi caro. Lib.

de vera

Cap. 28. Tom. III. Tom. V.

de vera innocentia. Anima rationalis in ea debet regi, quę spiritualiũ natura maxime excellunt, vt quę sursum sunt sapiat, & nõ quę super terrã. Li. viij. de ciuitate Dei, c. xvj. Omni corpori, pręfertur animæ qualiscũq; natura. Lib. ix. eiusdẽ, c. ix. Anima est corpore melior, etiã si vitiosa & infirma, melior certè etiã corpore sanissimo, quoniã eius natura excellẽtior: nec labe vitiorũ postponitur corpori: sicut aurũ etiã sordidũ, argento seu plũbo, licet purissimo carius æstimatur. Lib. vij. super Gen.

Cap. 2. Tom. III.

Corpus aliquod siue terrenũ, siue cœleste, conuerti in animã, fieriq; naturã incorpoream, nec quenquam sensisse scio, nec fides habet.

Tom. IX. Omnia subiecta homini.

Ideo propter hanc animæ dignitatẽ libro soliloquiorum ad Deũ, c. xx. Omnia Domine sub pedibus hominum subiecisti, vt solus homo super omnia tua constitutus, tuus esset totus. Exteriora nempe pro corpore cuncta creasti, ipsum verò corpus pro anima, animam verò pro te, vt tibi soli vacaret, & te solum amaret: possidens te ad solatium, inferiora verò omnia ad seruitium. Quicquid enim cœli ambitu continetur, inferius ab anima humana est, quæ facta est, vt summũ bonum superius possideret, cuius possessione beata fieret: cui si adhæserit, cunctorum nobilitatũ inferiorũ necessitudines supergrediens, illius summæ maiestatis cuius æmulamur speciem, immortalitatis æternæ serenitate gaudebit. Tunc verò illis bonis optimis perfruetur in domo Domini, quorum cõparatione cũcta quæ hic cernimus, velut nihilum computantur. Illa sunt quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Et hæc quidem Domine daturus es animæ. His etiam quotidie lætificas animas seruorũ tuorum, quia amas animas. Quid hæc miror domine Deus meus? imaginem tuam quippe honorificas, & similitudinem tuam ad quã creatæ sunt.

Cap. 3. Tom. I.

Aestimatur anima nõ quãtitate molis sed virtuali. Li. de quãtitate animæ. Quãta sit anima respõdere nõ possũ, sed possum affirmare, neq; longã esse, neq; latam, neq; robustam, neq; aliquid horum quæ in mensuris hominum quæri solent. Ibidẽ infra. Quanta dicitur esse anima, non spatio loci ac temporis, sed potẽtia.

Cap. 6. Tom. III.

Quia vt, Lib vj. de trinitate. Anima simplicior est corpore, quia non mole diffunditur, per spacia locorum, sed in vno quoq; corpore, & in toto tota est, & in qualibet eius parte tota est.

Cap. 17. Tom. III.

Lib. x. super Gen. Bonæ autẽ magis bonæ seu nõ bonæ, aut minus bonæ animæ dicuntur, non nisi vel moribus, secundũ liberũ volũtatis arbitriũ, vel differentia temperaturæ corporũ, dum aliæ magis, aliæ minus grauantur corpore quod corrũpitur & aggrauat animã.

Cap. vlt. Tom. III.

Vnde circa finẽ libri de ecclesiasticis dogmatibus. Propter nouellos legislatores, qui ideo animã tantũ ad imaginem Dei creatã dicunt, vt quia Deus incorporeus rectè creditur, etiã anima incorporea esse credatur, liberè cõfitemur imaginẽ in æternitate, similitudinẽ in moribus inueniri.

Cap. 14. Tom. III.

De anima vnita corpori, Li. de spiritu & anima. Quibusdã affectibus, & quadã amicitia anima corpori iũgitur, secũdũ quã amicitiã, nemo carnẽ suã odio habet. Sociata

A nãq; illi, licet eius societate prægrauetur, ineffabili tamẽ cõditiõe diligit illud, amat carcerẽ suũ, & ideo libera esse non potest. Doloribus eius vehemẽter afficitur. Formidat interitum, quæ mori nõ põt. Timet defectũ, quę per naturã deficere nõ põt. Oculorũ speculatione depascitur, sonorũ delectatur auditibus: suauissimis iucũdatur odoribus: larga epulatione reficitur. Et licet his rebus nullatenus ipsa vtatur, graui tamẽ mœrore affligitur, si subtrahãtur. Huic etiã nonnũquã subrepũt vitia contraria rationi, dũ anima dilecto corpori indulgẽtius remittẽdo, locum noscitur præbere peccato. Per sensus progreditur anima ad corpus mouendũ & viuificãdũ. Nouẽ quoq; sunt foramina in humano corpore, quibus secundũ naturalẽ cõtẽperãtiã, influit & effluit omne quo idẽ

Affectus animæ in corpore.

B corpus vegetatur & regitur. Sũt etiã vtriusq; quędã similia, corporis, scilicet, supremũ, & spiritus infimũ. In quibus sine naturarũ cõfusione, personali tamẽ vnione facile necti possunt. Similia enim similibus gaudent. Itaq; anima quæ verè spiritus est, & caro quæ verè corpus est, in suis extremitatibus facile & cõueniẽter vniuntur, id est, in phãtastico animæ, quod corpus est, sed simile corpori, & sensualitate carnis, quæ fere spiritus est, quia sine anima fieri non põt. Sicut enim supremũ animæ quod est intelligentia siue mens, imaginẽ siue similitudinẽ sui gerit superioris, id est, Dei: vnde & eius susceptiua esse potuit & ad vnionẽ personalẽ, etiã quãdo ipse voluit absq; vlla diminutione naturæ suæ, sic supremũ carnis, id est, sensualitatis animæ gerẽs similitudinẽ ad perso-

C nalẽ vnionẽ eius essentiã suscipere põt. Nec istud mirũ est, cũ etiã in sensu & memoria pecudũ, quędã est imitatio rationalitatis, & in appetitu volũtatis, & in his quæ refugit reprobationis. Spiritus nãq; corporeus, qui vtiq; verè corpus est, & sensu naturali inter multa discernit, & vi cõcupiscibilitatis eligit, & natura irascibilitatis reprobat. Habet si quidẽ corporea vita quosdã gradus incremẽtorũ, quibus ad imaginẽ summæ vitæ proficit. Primus enim gradus corporeæ vitæ, est sensificatio. Secũdus, per sensum ingrediẽs imaginatio. Tertius, per imaginationẽ cõceptorũ memoria. Quartus, secundũ sensuũ passiones, quædã sine discretione intelligẽtiæ prudentia, in qua quidẽ quasi rationis imago est, & nulla ratio. In his o-

Corporeæ vitæ gradus quatuor.

D mnibus corporea vita spiritalem vitam imitatur. Primum, in eo quod sentit. Secundũ, in eo quod sensum concipit. Tertium, in eo quod cõcepta retinet. Quartũ in eo quod siue in imaginatis, siue in sensibus secundum quãdã rationis similitudinẽ, siue ad appetẽdũ, siue ad fugiendũ, se in se flectit. Conuenientissima autem sunt media carnis & animæ: sensualitas carnis, quæ maximè ignis est, & phantasticus spiritus, qui igneus vigor dicitur. Vnde & quidem loquens de animalibus ait.

Vergil. Aeneid.

Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.

Tom. vl.

Mira societas corporis & animæ, spiritus vitæ & limi terræ. In eod ẽ. c. xviij. Anima sua præsentia corpus viuificat, & sic colligata, vt nec cũ velit se inde segregare possit, nec retinere cum iussionem

nem sui creatoris audierit. In vita siquidẽ animæ A consistit vita corporis, & de morte corporis descendit mors animæ. Sicut enim anima vita sua, carnem facit viuere, & de fonte naturæ suæ irrigat animando: sic caro per corruptelam materiæ suæ, animã, si cupiditatibus illicitis alligauerit, occidit. & cum altera natura alterius videatur, trãsiit vnaquæque in victricis naturam, id est, vt aut carnem spiritualem anima virtutibus suis præparet, aut animam carnalem, caro victrix eius, efficiat. Anima tamen de morte nihil habere potest, nisi per vitia ei propinatum fuerit. Nec caro aliquid de vita retinere potest, nisi ab anima fuerit irrigata. Nam altera in alterius naturam transire *Tract. 23. Tom. IX.* non potest, nisi aut vitiis infecta, aut detersa fuerit virtutibus. Super Ioannem. Propter cõsor- B tiũ quoddam animæ & corporis in hac vita atq; complexu, delectatur anima lætis, & contristatur offensis corporis sensibus. Beatitudo verò eius qua fit beata, non est nisi participatione illius vitæ semper viuæ, incommutabilis æternæque substantiæ, quæ Deus est, vt sicut ipsa est vita corpori, sic sibi Deus. Et vt præstet aliquid inferiori, *Homil. 37. Tom. X.* præstatur illi à superiore. Seruiat ergo Domino suo, ne conculcetur à seruo suo. Quia, vt Libro 50. homiliarum, in prin. Multum quippe anima carni præponitur, quia ipsa est habitatrix, caro habitaculũ: & anima dominatur, caro seruit: anima superior est, caro subiecta. De animę cognitiõe, *Tom. X.* libro iij. de verbis Domini, sermone primo. Voluit Deus inseminare omni animæ initia intelle- *Tom. IX.* ctus, initia sapientiæ. Quia ignota est animę na- C tura, vnde libro supplicationum. Angelicę dignitatis celsitudinem comprehendere satagimus, & ipsius animæ naturam inuestigare non valemus. *Attende quòd is liber supplicationum est, qui apud Aug. lib. meditationum dicitur, in cuius cap. 27. quæ hic citantur, habentur.* Qualis est ista tam fortis, tam infirma: tam parua, tam magna: quæ rimatur secreta Dei, & cœlestia contemplatur, atque humanis commodis multarum artium peritiam perspicaci ingenio adinuenisse probatur? Qualis est ista quæ tam multa de cæteris nouit, & se qualiter facta sit prorsus ignorat? *Anima seipsam ignorat.* Licet enim nonnulla ambigua à quibusdam super eius origine proferantur, inuenimus tamen eam esse quendam intellectualem spiritum, per creatoris potentiam factum, immortaliter iuxta modum suum viuentem, mortale corpus quod sustinet viuificantẽ, mutabilitati subiectũ, obliuioni deditũ, quã timor afficit, lætitia extollit. O res mi- D ra omníque stupore dignissima, de Deo quoque creatore omnium, qui est incomprehensibilis & ineffabilis, excelsa & mirabilia nimis, omni remota ambiguitate, legimus, loquimur, & scribimus: de animabus autem quicquid dicimus, non tam euidenter approbare possumus. Libro de *Cap. 6. Tom. III.* spiritu & anima. Anima ad similitudinem totius sapientiæ facta, omnium in se similitudinem gerit. Vnde à Philosopho diffinita est omnium rerum similitudo, habet in se siquidem vires, quibus omnia apprehendit siue inuestigat, & omnibus similis existit, cũ sit etiã vna. Similis est ter- *Omniũ capax anima.* rę per sensum, aquæ per imaginẽ, aeri per rationẽ, firmamento per intellectum, cœlo cœlorum per intelligentiã. Et sicut Deus omnibus est captibilis & participabilis, sic & anima omnium capax est. *Cap. 7.*

Ibidem. Capax est anima omnium, quia per rationalitatem, ad cognitionem: per concupiscibilitatem, ad dilectionem, capax vniuersitatis inuenitur. Sunt enim duo in anima, & sunt id quod anima, naturalis sensus cognoscens omnia & diiudicans inter omnia: naturalis affectus, quo suo ordine & gradu diligant omnia, verumtamen facultates, & quasi instrumenta cognoscendi & diligendi habet ex natura, cognitionẽ tamen veritatis, & ordinem dilectionis, nequaquam habet nisi ex gratia. Facta siquidem à Deo mens rationalis, sicut eius imaginem suscipit, ita cognitionẽ & amorẽ. Vasa nãq; quæ creatrix sapientia formauit vt sint, adiutrix gratia replet, ne vacua *Cap. 10.* sint si strenuũ operarium inuenerit. In eodem. Oculus est animæ mẽs, ab omni labe corporis pura. Mentis aspectus ratio est. Intellectus visio. Tria hęc omni animæ sunt necessaria, id est, vt sanos oculos habeat, vt aspiciat, vt videat. *Sanitas, aspectus, & visio animæ.* Sanos oculos habet, cũ à mortaliũ cupiditatibus est purgata atque remota. Aspicit, cũ in Dei lumine contemplationis oculos figit. Videt, cum in illa contemplatione conspicit, quanta sint gaudia, quãta lætitia, quãta securitas, quãta iucunditas. Sanitas facit illã securam, aspectus rectam, visio beatam. Cum enim ab omni fece fuerit libera maculísque diluta, tunc se dénique in seipsa liberatissimè tenet, & nihil sibi metuit, aut vlla sua culpa quicquam angitur: & tum ingenti quadam & incredibili fiducia pergit in Deum, id est, in ipsam contemplationem veritatis: aspectum siquidem rectum sequitur ipsa visio Dei, quæ est finis aspectus. Sic anima prius sanatur, sanata introducitur, introducta reficitur. In eodem. Anima sensu, *Cap. 11.* percipit corpora: imaginatione, corporum similitudines: ratione, corporum naturas: intellectu, spiritum creatum: intelligẽtia spiritum increatũ. Et quicquid sensus percipit, imaginatio repræsentat, cogitatio format, ingenium inuestigat, ratio iudicat, memoria seruat, intellectus separat, intelligentia comprehendit, & ad meditationem siue contemplationem adducit. In eodem. Ratione *Cap. 18.* insignita est anima quæ artibus docetur egregiis, & disciplinis instruitur eximiis, vt diuina sapiat, & humana pertractet, atque sic cætera animalia decenter excellat, vtpote rationalis substantia: in hoc est enim anima propriè substantia rationalis, id est, spiritus rationalis. Lib. quarto *Cap. 20. Tom. VII.* de origine animæ contra Vincentium victorem. Aliud est in anima quo corpora vera sentimus, quod facimus quinque corporis sensibus: aliud quo præter ipsos, similia corporibus, non corpora, cernimus, vbi & nos ipsos non aliter, quam similes corporibus contuemur: aliud quo nec corpora, nec similitudines corporum, sicut fidem, spem, charitatem, sine vllis coloribus & tumoribus eorúmque similitudinibus, certius sanè firmiúsque conspicimus: vbi magis esse & quodam modo familiarius habitare debemus, & vbi renouari in agnitionem Dei secundum imagi-

Tom.IIII. nem eius qui creauit nos. Libro octogesimo-tertio quæstionum, quæstione prima. Omne verum à veritate verum est, & omnis anima, eo anima est, quo vera anima est. Omnis igitur anima à veritate habet, vt omnino anima sit. Aliud autem anima est, aliud veritas. Nam veritas falsitatem nunquam patitur, anima verò sæpe fallitur. Non igitur cum à veritate anima est, à seipsa est. Est autem veritas Deus, Deum igitur authorem habet vt sit anima. Rerum vera cognitione pascitur anima, libro de vita beata, disputatione prima. Nulla re alia credo ali animam quam intellectu rerum atque scientia. Ideo ibidem. Rectè dicimus eorum animos, qui nullis disciplinis eruditi sunt, nihílque bonarum artium hauserũt, ieiunos & quasi famelicos esse: quamuis pleni sint vitiis atq; nequitia. Sed ista †magis quædã sterilitas, & quasi fames est animorum. Nam quemadmodum corpus detracto cibo, plerunque morbis atque scabie repletur, quæ in eo vitia indicãt famem: ita & illorum animi pleni sunt morbis, quibus sua ieiunia confitentur. In tractatu super cantica, versu, de vinea. Animæ reficiendæ sunt epulis spiritualibus, ac diuino fonte potãdę: verbũ Dei eis cibus & potus est, & vita, & lux, & salus est. De cibo etiã animæ, Lib. de salutaribus documentis. Pasce quæso animam tuam spiritualibus cibis, id est, fide, spe, & charitate, & reliquis virtutibus, per quas Deum intelligere, amare, & eius pręcepta possis seruare: vt cum extrema dies tibi venerit, Angeli pacis te suscipiant, & de potestate diaboli eripiant, vt merearis sanctorum consortio, beata requie perfrui, & vitam æternam cum omnibus sanctis possidere. Nam certissimè scias quod possessio regni cœlorum promissa est tibi, sed vide ne ab ea extraneus efficiaris. Eius vita est Deus, Lib. iij. confess. Tu domine anima non es, quæ vita est corporũ: ideo melior vita corporum, certiórque quam corpora: sed tu vita es animarum, vita vitarum viuens te ipsa, & nõ mutaris vita animæ meæ. Lib. x. eiusdem. Cum te Deum meum quæro, vitam beatam quęro. Quęram te vt viuat anima mea: viuit enim corpus meum de anima mea, & viuit anima mea de te.

Tom.I. Hæc sententia est matris Aug.

† Nempe vitia, & nequitia.

Tom.IIII.

Cap.6. Tom.I.

Tom.III. Cap.167. Lib. de vera innocentia. Sicut non est à carne, sed supra carnem quod eam facit viuere, sic non est ab anima, sed supra animam quod eam facit beatè viuere: quia vt vita carnis anima est, ita beata vita hominis Deus est. *Tom.II.* In epistola ad Dioscorum. Tam potenti natura fecit Deus animam, vt ex eius plenissima beatitudine, quæ in fine temporum sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam, quæ est corpus, non beatitudo quæ fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor.

Tom.I. Vnde libro de quantitate animæ. Non est alia salus animæ, quam renouatio aut reconciliatio creatori suo. Potest dici anima mortalis, Libr. *Tom.III. Cap.4.* xiiij. de trinitate. Anima habet mortẽ suam, cum vita beata caret, quæ vera animæ vita dicenda est: Sed immortalis ideo nuncupatur, quoniam qualicunque vita, etiam cum miseria est, nũquam de- A sinit viuere. Lib. ad Orosium contra Priscillianistas circa principiũ. Licet anima secundũ quendam modum suum sit immortalis, tamen in deterius deficiendo, & in melius proficiendo, mutabilis esse conuincitur. *Tom II. Epist.28.* Libr. de origine animæ ad Hieron. Anima hominis immortalis est secũdum quendam modum suum, non enim est omnimodo sicut Deus, de quo dictum est, quod solus habet immortalitatẽ. Nam de animæ mortibus, sacra scriptura multa commemorat. Vnde est illud. Sine mortuos, sepelire mortuos suos. Sed quod ita moritur alienata à vita Dei, vt tamen in natura sua viuere non omnino desistat: ita mortalis ex aliqua causa inuenitur, vt etiam immortalis non sine ratione dicatur. *Tom.III.* Lib. de spiritu & anima. Immortalis est anima, ne à creatoris sui B similitudine discrepare videatur. Non enim poterat esse imago & similitudo Dei, si mortis termino clauderetur, sed secundũ quendam modum vitæ, quem nullo modo amittere potest, immortalis est: & secundum quandam mutabilitatem, qua potest vel melior, vel deterior fieri, mortalis est. *Tom.III.* Lib. de fide & symbolo scripto in concilio Hiponẽsi. Potest anima, sicut corruptibilis propter morum vitia, ita etiam mortalis dici. Mors quippe animæ est apostatare à Deo, quod primum eius peccatum in Paradiso, sacris litteris continetur. *Cap.4. Tom.III.* Lib. tertio de doctrina Christiana. Neque vlla mors animæ congruentius appellatur, quam cũ id etiam quod in ea bestiis antecellit, hoc est intelligentia carni subiicitur. *Tom.I.* Libr. vj. musicæ, cap. iiij. Anima istis quæ per corpus C accipit, carendo fit melior, cum sese auertit à carnalibus sensibus, & diuinis sapientiæ numeris reformatur. *Cap.5.* Ibidem. Conuersa anima à domino suo ad seruum suum, necessario deficit: conuersa item à seruo suo ad dominum suum, necessario proficit, & præbet eidem seruo facillimam vitam. *Anima nequã affectat in ceteras animas imperium.* Propterea de superba anima, in eodem, capite xiij. Superbæ animæ est longe à se facere Deum, non locorum spacio, sed mentis affectu. Ipse autem animæ appetitus est sub se habere alias animas, non pecorum, quod Diuino iure concessum est, sed rationales, id est, proximas suas, & sub eadem lege socias atque consortes. De his autem appetit operari anima superba, & tanto excelsior videtur hæc actio, quam illa quæ de corporibus est, quanto anima omnis, omni corpore D est melior. Sed operari de animabus rationabilibus, nõ per corpus, sed per seipsum, Deus solus potest. Peccatorũ autẽ cõditione fit, vt permittãtur animæ de animabus aliquid agere. De eius pœna ibidẽ infra subditur. Iure sequutũ est, vt animæ quæ superbia cæteris excellere cupierãt, nec suis partibus & corporibus, sine difficultate & doloribus imperẽt. *Tom.IIII. Quæst.*? Lib. lxxxiij. quæstionum. Quãto anima humana deserto Deo, suis honoribus vel potestatibus fuerit delectata, tãto magis subditis talibus potestatibus, quæ priuato suo iure gaudent, & honorari ab hominibus sicut Dij cupiunt, quibus diuina lege sæpe conceditur, vt eos quos sibi secundum eorum merita subiugauerũt, priuato

priuato illo iure etiam miraculorum aliquid præſtent,in his rebus exhibendorum, quibus ſunt in infimo. Sed de peccatrice anima,Lib.ij.de meritis & remiſsione & baptiſmo paruulorum,vbi de primis parentibus loquitur.Priuſquam obediẽtiam violaſſent, placebant Deo, & placebat illis Deus.Et quamuis corpus animale geſtarent, nihil inobediens in illo aduerſum ſe moueri ſentiebant.Faciebat quippe hoc ordo iuſtitiæ, vt quia eorum anima famulum corpus à domino acceperat,ſicut ipſa eidẽ Domino ſuo, ita illi corpus eius obediret,atque exhiberet vitæ illi congruũ ſine vlla reſiſtentia famulatum. Sed poſtea nõ ſic,ibidem:& ſimile habetur Lib.xiij.de ciuitate Dei,cap.xiij. Nondum quippe anima rationalis domina carnis,inobediens exiſtens Domino ſuo, pœna reciproca,inobedientem experiebatur carnem famulam ſuam,cum ſenſu quodam confuſionis & moleſtiæ. Quem ſenſum certè ipſa per inobedientiam ſuam non intulit Deo. Neque enim Deo pudendum eſt aut moleſtum,ſi nos ei non obedimus,cuius in nos ſummam poteſtatem, nullo modo minuere valeamus:Sed nobis pudẽdum eſt quod imperio noſtro caro non ſeruit:quia ob hoc fit per infirmitatem quam peccando meruimus, vocatúrque peccatum habitans in membris noſtris:Sic eſt autem hoc peccatum, vt ſit pœna peccati. In communibus ſermonibus,ſermone primo. Deus quando hominem creauit, animã & carnem fecit,vtrunque coniunxit, carnem animæ ſubdidit,animam ei Dominã fecit:ſi ſemper illa ſtaret ſubdita Domino ſuo, ſemper & iſta obediret dominæ ſuæ. Noli ergo mirari ſi quæ deſerit ſuperiorem,pœnas patitur per inferiorẽ. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum. Lib. vj.muſicæ,cap.iiij.Anima carnales motus non vt cum libet exerit,ita etiã cum libet extinguit.Nõ enim ſicut peccatum in poteſtate eius eſt,ita etiã pœna peccati. Magna quippe res eſt ipſa anima, nec ad opprimendos laſciuos motus ſuos idonea ſibi remanet. Valentior enim peccat, & poſt peccatũ diuina lege facta imbecillior,minus poteſt auferre quod fecit.Infœlix ergo homo, quis liberabit me &c. Lib.xiiij.de ciuitate Dei.Qui putant omnia mala animæ ex corpore accidiſſe, in errore ſunt. Nam corruptio corporis quę aggrauat animam,non peccati primi eſt cauſa, ſed pœna peccati:nec pœna corruptibilis animã peccatricem,ſed anima peccatrix fecit eſſe corruptibilem carnem. Propterea patitur paſſo corpore,Lib.vj.muſicæ.cap.iiij.Facere aliquid in anima corpus poteſt. Hoc enim fortaſſe non poſſet,ſi non peccato primo,corpus illud quod nulla moleſtia & ſumma facilitate animabat & gubernabat,in deterius cõmutatum,& corruptioni ſubijceretur, & morti:quod tamen habet ſui generis pulchritudinem,& eo ipſo dignitatem animæ ſatis commendat,cuius nec plaga & morbus, ſine honore alicuius decoris meruit eſſe. Quam plagam ſumma Dei ſapientia,mirabili & ineffabili ſacramento dignata eſt aſſumere,cum hominem ſine peccato,nõ ſine peccatoris conditione

Cap. 22. Tom. IX. Tom. I. Rom. 7. Tom. V. Tom. I.

A ſuſcepit.Nam & naſci humanitus,& pati & mori voluit.Nihil horũ merito,ſed excellentiſsima bonitate,vt magis caueremus ſuperbiam, qua digniſsimè in iſta cecidimus,quam cõtumelias quas ipſe indignus excepit,& animo æquo mortẽ debitam ſolueremus. ſi propter nos potuit etiã indebitam ſuſtinere,& quicquid ſecretius atq; purgatius in tali ſacramento à ſanctis & melioribus intelligi poteſt.Ergo animam in carne mortali operantem paſsionem corpoream,ſentire nõ mirum eſt.Nec quia ipſa eſt in corpore melior,melius putandum eſt omne quod in ea fit, quam omne quod fit in corpore. De eius liberatione Lib.de origine animæ ad Hieronymum. Certus ſum animam nulla Dei culpa,nulla Dei neceſsi-

B tate vel ſua,ſed propria ſua voluntate in peccatũ eſſe collapſam,nec liberari poſſe de corpore mortis huius,vel ſuæ voluntatis virtute,tanquam ſibi ad hoc ſufficiente,vel ipſius corporis morte, ſed gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum:nec omnino eſſe animam vllam in genere humano,cui non ſit neceſſarius ad liberationem mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus. Quæcunque autẽ ſine gratia mediatoris & ſacramento eius,in qualibet corporis ætate de corpore exierit,& in pœnam futuram, & in vltimo iudicio recepturam corpus ad pœnam. Et vt dicit Lib.ij.contra Iulianum narrans Gregorium Nanziazenum.Anima cum in laboribus fuerit & in anguſtiis, & cum hoſtilitet vrgetur à carne, tunc ad Deum refugit & cognoſcit vnde debeat

C auxilium poſcere. De anima peccatrice eſt plorandum,ſermone de igne purgatorij. Nõ eſt impoſsibile vel incongruum quod ſuggero, vt ſic lugeamus extinctam animã noſtram, quomodo alienã carnem mortuam plangimus. Si vxor, aut filius,aut maritus mortui fuerint,inter ſe collidũt homines,capillos detrahendo,tundũt pectora,et in luctu & in pœnitẽtia,vel in lachrimis nõ paruo tempore perſeuerant.Rogo vos fratres chariſsimi,exhibeamus nos animæ noſtræ quod illi exhibent carni alienæ.Et hoc videte fratres quã malũ ſit,vt lugeamus quod nõ poſſumus ſuſcitare.Carnem quã non poſſumus ſuſcitare plãgimus,& animã noſtram mortuã non plangimus, quã poſſumus per pœnitẽtiam ad ſtatum priſtinum reuocare.Sed quod nobis peius eſt, corpus mortuum

D plangimus quod amamus:animam verò mortuã quam non amamus,nec dolemus, nec plãgimus. Et ideo mutata vice incipiamus plus Dominum amare,quam ſeruum, id eſt,plus factorem corporis quàm corpus: plus dominam quam ancillam, id eſt, plus animam ad imaginem Dei factam, quàm carnem de limo terræ formatam: vt cum die vltimo,caro noſtra putreſcere,& à vermibus deuorari cœperit in ſepulchro, anima noſtra, in Abrahæ gremio Angelorũ manibus eleuetur, & in die iudicii recepto per reſurrectionem corpore, audire mereamur. Euge ſerue bone & fidelis intra in gaudiũ Domini tui. Ideo de eius ſalute lætandũ,lib.viij confeſſ.cap.iij. Plus gaudendum eſt de ſalute deſperatæ animæ,& de maiore peri-

Tom. II. Epiſt. 28. Liberatio animæ per Chriſtum. Tom. VII. Tom. X. In ſermo. de ſanctis, ſermo. 41. Tom. I.

culo liberatæ, quã si spes ei semper affuisset, aut minus periculum fuisset. De animæ amore vel odio, lib. v. homil. homil. xxxviij. Est quidã peruersus amor animæ, & quoddã rectũ odium eius. Sed amor peruersus ab odio, & odiũ rectum ab amore est. Sed quis peruersus animæ amor est? Quãdo diligis eam iniquitatibus: quia qui diligit iniquitatem odit animam suam. Odiũ rectum ab amore venit. Et hoc est, quod Dominus ait. Qui odit animã suam in hoc mũdo in vi. æter. custo. eam. Quod enim vis inuenire in vitam æternam multum amas. Quod amas ad tempus, quid proderit? Aut subiiceris illi, aut subiicitur tibi. Cũ fueris tu subtractus, perit ipse amor: cum fuerit illud subtractũ, perit quod amasti. vbi ergo aut amator perit, aut quod amatur, non est amandũ. Sed quid est amandum? Quod nobiscũ potest esse in æternum. Sed si vis habere animam tuam in æternum saluam, oderis eam ad tempus. Ergo odium rectum ab amore venit, peruersus amor ab odio venit. Super Ioannem. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vi. æter. cust. eam. Magna & mira hęc sententia, quemadmodũ sit hominis in ani mam suam amor vt pereat, & odium ne pereat. Si male amaueris, tũc odisti: si bene oderis, tũc amasti. Fœlices qui oderunt custodiendo, ne perderẽt amãdo. Sed vide ne tibi subrepat vt teipsum velis interimere, sic intelligendo quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidã maligni atque peruersi, & in semetipsis crudeliores & sceleratiores homicidæ flammis se donãt, aquis præfocant, præcipitio collidunt, & pereũt. Hoc Christus nõ docuit, imo etiam diabolo pręcipitium suggerenti respondit. Redi retro satanas, scriptum est. Non tentabis Dominum Deũ tuum. Petro autem dixit, significans qua morte clarificaturus erat Deum. Cum esses iunior cingebas te, & ibas quò volebas, cum autem senueris, alius te cinget, & feret quò tu non vis. Vbi satis expresit, non à seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi. Cum ergo causę articulus venerit, vt hæc conditio proponatur, aut faciẽdum esse contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandum quorum duorũ homo cogatur alterum eligere, comminante mortem persequutore, ibi eligat Deo dilecto emori, quã offenso viuere. Ibi oderit in hoc mundo animã suã, vt in vitam æternã custodiat eam. In sermon. vj. de sancto Laurentio in quo est homil. Anima in scripturis, aliquando interiorem hominem, id est, vitalem spiritũ significat, sicut Dominus ait. Quid prodest homini si totũ mundũ lucretur, animæ autẽ suæ detrimentũ patiatur? Aliquando præsentẽ vitã, sicut ipse alibi ait. Nõne anima est plus quã esca, & corpus plus quã vestimentũ? Et cũ dicit qui amat animã suã, perdet eã, animæ nomine præsens vita intelligitur. Mira autem res est vt anima perdẽdo & odiendo, in hoc mũdo, in vitam æternã custodiatur. Tũc enim animã nostrã bene odimus, & odiẽdo custodimus, quando eius carnalibus desideriis contradicimus, eius appetitum frangimus, eius pasionibus reluctamur, &

Tom. X.

Psal 10.
Mat. 16.

Tract. 51.
Tom. IX.

Odium animæ.

A ad cõparationẽ futuræ vitæ præsentẽ vitã pro nihilo ducimus. De pugna animę cõtra carnẽ libro de salutaribus documẽtis. Væ animæ miseræ quã caro persequitur. Caro nostra quotidie contra animã pugnat, & quotidie cõtra carnẽ nos pugnare debemus. O caro bestia crudelis, quid habes, quid grauas animã, quæ nihil desiderasset nisi Deo seruire, si tibi inimicæ non se iunxisset? Tu autẽ caro misera, nõ solũ teipsam occidis, sed & animam occidis. Non sufficit tibi perditio tua, sed adhuc vis animã in infernũ demergere. Vę tibi anima, quæ carnẽ accepisti cõtrariã, quæ nec ipsa intrat, nec te permittit intrare in regnũ cœlorum. O caro mala, quid vis? quid desideras? Non vis laborẽ sustinere? non vis tu inquieta conquiescere? Suffocas animã, vt versa vice tu sis domina, & illa
B ancilla. Rogo quare grauas animã, quæ molesta non est tibi? Nec tu effugies pœnam, dum ipsa patietur gehennã: nec enim sine te poterit iudicari in die iudicij. Quare ergo non consentis spiritui, sicut Euangelium te hortatur dicens. Esto cõsentiens aduersario tuo, dũ es cum eo in via, hoc est in hoc sæculo, ne forte tradat te iudici, hoc est Christo: iudex autẽ tradat te ministris, hoc est Angelis malis: & ministri mittant te in carcerẽ, hoc est in gehẽnã: nõ exies inde donec reddas nouissimum quadrantem, id est, minimum peccatum. Quid es tu? quid nobis præstas nisi detrimẽtum animæ nostræ? Qui te nutrit, ad maleficium te nutrit. Ideo infra subdit, in oratione ad Deũ, quã facit vice animę. Quia caro cũ qua inhabito semper me ducere vult ad peccatũ: mecũ vult corona
C ri, sed nõ mecum decertare. Nullũ peiorẽ patior hostem, quã corpus in quo habito, est enim quasi leo subuersor in domo mea, vndique me pestifero morsu dilacerando consumens. Ideo longa trahens suspiria clamitando, dicam. Infœlix ego homo, q; me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei. Per quem? Per Iesum Christum Dominum nostrum. Hæc velim, ò Iesu saluator bone, redẽptor optime, hoc deprecor, quia pretioso sanguine tuo redẽpta sum: vt propter carnis corruptionem, non peream in æternum, non veniã in mortem secundam, neque in terram obliuionis. Hæc vox mea in auribus misericordiæ tuæ sonet, vt tuam, non carnis, faciam voluntatem: & omnis mens mea te meditetur, in te delectetur, te sequatur, te cõfiteatur. Ideo in sermone de cor
D pore & anima loquens carni pro anima. Ego de cœlo veni, à Deo cõcessa tibi, & tu de terra es. Melius est vt tu mecum ascendas ad cœlum, quã tu me trahas tecum in infernum. Dum viuimus, & sumus vnum corpus, operemur manibus quod bonũ est, id est, eleemosynis, ieiuniis, castitate, hospitalitate, & in operibus bonis viuamus, vt per bona quæ hic agimus, ascẽdere mereamur, vbi iã est nõ solutio corporis, sed ĩcorruptiõis veste induemur: vbi iam nõ fœtor, sed odor suauissimus: vbi iam non sunt tenebræ, sed lux perpetua micat: vbi iam non vermium multitudo, sed caterua Angelorũ, & innumerabilia sanctorum millia, cœlesti regi hymnum canentium. Et tunc ipsis æternis gaudiis

Cap. 54.
Tom. IIII.

Cap. 55.

Rom 7.

gaudiis perfruemur. Post resurrectionem erit anima cum carne melius, super Ioannem tract. octauo. Si tanta potest anima per carnem corruptibilẽ, quid poterit per corpus spirituale post resurrectionẽ? De anima verò separata, Libr. de spiritu & anima. Cum anima à carne soluta est, viuit, videt, audit, & omnes sensus atque ingenia viuaciter tenet: vtpote, pura, subtilis, cita & perpetua. Et sicut Deus vbiq; est in semetipso, sic anima vbique est quodãmodo in semetipsa: ac per hoc ibi est anima post corpus, vbi erat agẽs in corpore. Ibi est Deus modo vbi fuit priusquam mundus fieret, vbi etiam foret si mundus esse desineret. Sicut sæpe dictum est, incorporea est anima: potest tamen habere similitudinem corporis, nõ corporalem, sed corpori similem, & corporaliũ omnino membrorum, cum de corpore egreditur. Sic enim aut ad spiritualia pro meritis fertur, aut ad loca pœnalia similia corporalibus: qualia sæpe demonstrata sunt iis, qui rapti sunt à corporis sensibus, & mortuis similes iacuerunt: cum & ipsi in seipsis gererent quandam similitudinẽ corporis sui, per quam possent ad illa ferri, & talia similibus sensibus experiri. Animæ siquidẽ quæ in corporibus viuentes, per dilectionem rerũ visibilium corporalibus imaginibus afficiuntur, à corporibus exeuntes in eisdem imaginibus tormenta patiuntur. Propterea enim corporalibus passionibus ibi teneri possunt, quia à corruptione corporalium affectionum, hîc mundatæ non fuerunt, quã corpulentiam de corporis delectatione contraxerunt. Quædam autem animæ, in eisdem locis in quibus culpam commiserunt puniuntur, quædam verò abditis receptaculis vsque ad vltimam resurrectionem cõtinentur, sicut vnaquæq; digna est miseria vel requie. Ibidem. Sine magno labore anima separari non potest ab eis, quibus cũ amore inhæsit: propterea phantasiis corporalium imaginum deformatur. eisdémque alte impressis etiã soluta à corpore nõ exuitur. Si enĩ à corruptione corporaliũ affectionũ hîc nõ mundatur, corpore exuta, corporalibus tenetur passionibus. Studeat ergo ĩ hac vita se ab huiusmodi feculẽtia mũdare: quatenus cũ hinc exierit, nihil corporeũ secũ trahat, & à corporali passione immunis persistat. Quia, vt Lib. de ciuitate Dei dicitur. Cum anima viuit in pœnis æternis, quibus & ipsi Spiritus cruciabuntur immundi, mors illa est potius æterna, quàm vita. Nulla quippe maior & peior est mors, quã vbi nõ moritur mors. Sed qa animæ natura, per id quod immortalis creata est, sine qualicunque vita esse non potest, summa mors eius est, alienatio à vita Dei in æternitate supplicij. De eius separatiõe lib. xij. super Gen. Si quæritur cũ anima de corpore exierit, vtrũ ad aliqua loca corporalia feratur, an ad ĩcorporalia corporalibus similia: an verò nec ad ipsa, sed ad aliud quod & corporibus, & similitudinibus corporum est excellentius cito quidẽ? Responderim citò, ad corporalia loca eam, vel non ferri, nisi cũ aliquo corpore, vel non localiter ferri. Iam vtrũ habeat aliquod corpus, cũ de hoc corpore exierit, ostendat qui potest, ego autem non puto: spiritualẽ enim eam arbitror esse, non corporalem. Ad spiritualia verò pro meritis fertur, aut ad loca pœnalia similia corporibus: qualia sæpe demonstrata iis sunt, qui rapti sunt à corporeis sensibus, & mortuis similes iacuerũt, & infernales pœnas viderunt, cũ & ipsi in seipsis gererent quandã similitudinem corporis sui, per quã possent ad illa ferri, & talia similitudinibus sensuum experiri. Non enim video, cur habeat anima similitudinẽ corporis sui, cũ iacente sine sensu ipso corpore, non tamẽ penitus mortuo, videt talia qualia multi ex illa subductione viuis redditi narrauerunt, & non habeat cũ perfecta morte de corpore penitus exierit: Aut ergo ad illa fertur pœnalia, aut ad alia itidem similia corporalibus, nec tamẽ pœnarum, sed quietis atque gaudiorum. Neq; enim rectè dici potest, vel illas falsas esse pœnas, vel ipsam falsam esse requiem atque lætitiam: tunc enim hæc falsa sunt quando per opinationis errorem alia pro aliis putantur. Lib. primo retractationũ. cap. v. emendat dicens. Quod dixi anima si caret corpore, in hoc mundo non est: non potui recordari. Nũquid enim animæ mortuorũ aut nõ carent corpore, aut in hoc mũdo nõ sunt? Sed quia carere corpore in bono posui, fortasse nomine corporis pestes corporeas appellaui. Quod si ita est, nimis insolenter verbo vsus sum.

Ante tamẽ ascensionem Domini nulla iuit ad cœlum. Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Ante passionem Domini omnes sanctorum animæ in inferno sub debito præuaricationis Adæ tenebãtur, donec authoritate Domini, per indebitã eius mortem à seruili conditione liberarentur. Post ascensionem Domini ad cœlos, omnium sanctorum animæ cũ Christo sunt, & exeuntes de corpore ad Christum vadunt, expectantes resurrectionem corporis sui, vt ad integrã & perpetuã beatitudinem, cũ ipso pariter immutentur: sicut & peccatorum animæ in inferno sub timore positæ, expectant resurrectionem sui corporis, vt cũ eo ad pœnam detrudantur æternam. De beata anima, Lib. vj. musicæ. In illa perfectione atq; beatitudine, anima constituta conspicit veritatẽ, immaculata manet, & nihil molestiæ pati potest, vni Deo subdita, cæteris verò supereminet naturis. Ideo Lib. de quantitate animæ. Propriam quandam habitationem ac primã ipsius animæ Deum ipsum credo esse, à quo creata est. Substantiam verò eius nominare non possum, nõ enim eã puto esse ex his vsitatis notísque naturis, quas istis corporalibus sensibus tangimus. Nam neque ex terra, neq; ex aqua, neque ex aëre, neque ex igne, neque ex his omnibus, neque ex aliquibus, coniũctis horum constare animã puto. Simplex verò & propriæ substantiæ videtur esse De anima verò Christi, Lib. ad Ianuariũ de incarnatiõe verbi. Illa anima quasi ferrũ in igne, sic semper ĩ verbo, semper in sapientia, semper in Deo posita est. Omne quod agit, quod sentit, quod intelligit Deus est. Et ideo nec vertibilis, nec mutabilis dici potest, quæ inconuertibilitatẽ ex verbi Dei vnitate

Tom. IX. Cap. 28. Tom. III. Cap. 32. Lib. 14. ca. 2. Tom. V. Cap. 32. Tom. III. Tom. I. Cap. 77. & 78. Tom. III. Cap. 1. Tom. I. Lib. 2. Tom. IIII. Simile.

indesinenter ignita possidebit. Ad omnes deniq; sanctos calor aliquis verbi Dei putandus est peruenisse. In hac autē anima, ignis ipse diuinus substantialiter requieuisse credendum est, ex quo ad cęteros calor aliquis peruenerit. In eodē. Quoniam boni malique eligendi, facultas omnibus præsto est, hæc anima quæ Christi est, ita elegit diligere iustitiā, vt pro immensitate dilectionis inconuertibiliter ei atq; inseparabiliter inhæreret: ita vt propositi firmitas, & affectus immēsitas, & dilectionis inextinguibilis calor, omnem sensum cōuersionis abscinderet, vt quod in arbitrio erat positū longi vsus affectu iam versum sit in naturā. Ita & fuisse quidem in Christo humana & rationalis anima credenda est, & nullū sensum, vel possibilitatem, eā putandum est habuisse peccati.

Tom. V. ANIMVS. Lib. ix. de ciuitate Dei, cap. ix. Ex duobus constamus, scilicet, anima & corpore, vt Salustius ait. Corpus quippe seruus est, animi iperio, corporis seruitio magis vtimur. Alterum nobis cum diis, alterum cū beluis commune est. *Tom. III.* Diffinitur libr. de spiritu & anima, cap. j. & Lib. de quātitate animæ. Animus est substātia quædā rationis particeps, regēdo corpori accōmodata. Animus sapiētia illustratus & suum principiū respicit, & seipsum cognoscit, & quàm sit indecorū vt extra se quærat, quod in seipso possit inuenire, intelligit. Corporeis verò passionibus consopitus, & per sensibiles formas extra semetipsum abductus, oblitus est quid sit & quid fuit. Et quia nihil aliud se fuisse meminit, nihil præter quod videtur se esse credit. Solo sensu circa corpora, & imaginatione circa corporum similitudines atque locorum versatur, & in eis siue vigilando, siue dormiendo distrahitur. Cum verò ab hac distractione per puram intelligentiam ascendens, in vnum se colligit, rationalis dicitur. *Cap. 2.* Ibidē. Animus inuisibilis est. Neq; enim aliter inuisibilia cernere valeret. Visibilia per corpus videt, & vera visibilia per se, & in eo se videt, quod inuisibilem se videt. *Animus inuisibilis quomodo videt.* Videtur tamē in corpore per corpus, sicut sensus in litera manet, & per literā videtur. Animus corporis dominator, rector & habitator, videt se per se, seipsum per semetipsum videt. Non quærit auxilium corporalium oculorum, imo verò ab omnibus corporeis sensibus tanquam impedientibus, & perstrepentibus abstrahit se ad se, vt videat se in se, vt nouerit se apud se. Et cū vult Deum cognoscere, eleuat se supra se mentis acie. Non enim ad tale Deus est, qualis est animus, non tamen nisi animo videri potest, nec ita videri potest, vt animus. Incommutabilis si quidem est veritas, sine defectu substātiæ. Nō talis est animus: Sed deficit & proficit, nouit & ignorat, meminit & obliuiscitur. Modo † valet, modo non † valet: *† Pro valet alij legunt vult.* Diffusis cogitationibus atque consilijs, huc atque illuc vagatur. Cōsiderādo spectat omnia: videt absentia, trāsmarina visū ambit, & percurrit aspectu, abdita scrutatur: & in vno momento sensus suos, per totius orbis fines, & mundi secreta circūfert: descendit ad inferna, ascendit inde, versatur in cœlo, adhæret

A Christo, coniungitur Deo. Ipse siquidem est eius patria & habitatio, ad cuius similitudinem factus est. *Tom. I.* Ideo Libro primo retractationū, cap. primo. Sine controuersia quædam originalis regio beatitudinis animi, Deus ipse est. Qui eum non quidem de seipso genuit, sed de nulla re alia condidit, sicut condidit corpus è terra. *Cap. 13. Tom. I.* De eius dignitate. Lib. de immortalitate animæ. Nullo modo, vllo animo, nullum corpus est potentius.

Probat ibidem. Omnis appetitus animi ad corpus aut vt id possideat est, aut vt viuificet, aut vt quodam modo fabricetur, aut quolibet pacto ei consulat. Nihil autem horum fieri potest, si non ipso sit melior corpore. *Princ. cap.* Ideo concludit eodē libro. Nemo tam deuius à ratione debet esse, cui non sit certum, corpore animū esse meliorem.

B Vnde Lib. xiiij. de ciuitate Dei, cap. xxiij. *Tom. V.* Pudet animū resisti sibi à corpore, quod ei natura inferiore subiectum est. Cum verò ordinatè se animus vincit, vt irrationales motus eius menti rationique subdantur: si tamen & illa Deo subdita est, laudis atque virtutis est. Minus tamen pudet cum sibi animus ex vitiosis suis partibus non obtemperat, quia à seipso vincitur. Quia vt *Tom. eod.* Lib. xix. eiusdem. cap. xxv. Quamlibet videatur animus corpori, & ratio vitiis laudabiliter imperare: si tamen Deo animus & ratio ipsa non seruiat, sicut sibi seruiendum esse ipse Deus præcepit, nullo modo corpori, vitiisque rectè imperat. Nam qualis corporis atque vitiorum potest esse mens domina, veri Dei nescia, nec eius imperio subiugata, sed vitiosissimis dæmonibus corrum- *Rectū animi imperium.*
C pētibus prostituta? Proinde virtutes, quas habere sibi videtur, per quas iperat corpori & vitiis, ad quodlibet adipiscendum vel tenendū, nisi retulerit ad Deum, etiam ipsæ vitia sunt potius quā virtutes. Nam licet à quibusdam tunc veræ & honestæ putentur esse virtutes cum referuntur ad se ipsas, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ ac superbæ sunt: & ideo non virtutes, sed vitia iudicanda sunt. Sicut enim non est à carne, sed super carnem, quod carnem facit viuere: sic non est ab homine, sed super hominem, quod hominem facit beatè viuere: nec solum hominem, sed etiam quālibet potestatem virtutémque cœlestem. *Cap. 11. Tom. I.* Hoc docet Lib. de moribus Ecclesiæ. Animus humanus fit Deo similis quantum datum est, dum illustrandum illi atque illuminandum se
D subiicit. Et si ei maximè propinquat subiectione ista qua similis fit, longè ab ea fiat necesse est, audacia qua vult esse similior. Ipsa est quæ legibus Dei obtemperare detrectat, dum suæ potestatis esse cupit, vt Deus est. *Adhærere Deo bonum animi.* Quanto ergo magis longè discedit à Deo, non loco sed affectione atque cupiditate ad inferiora quā est ipse, tāto stultitia miseriáq; cōpletur. Dilectiōe igitur redit in Deū, qua se illi non componere, sed supponere affectat. Quod quanto fecerit instātius aut studiosius, tāto erit beatior atq; sublimor, & illo solo domināte liberrimus. De animi affectione Lib. xiij. cōfes. Inde animus pascitur, vnde lætatur. Lib. primo de baptismo cōtra donatistas. Scut cōiunctio

ctio corporum sit per continuationẽ locorũ, sic animorũ quidã contractus est cõsensio volũtatũ.

Lib.x.confessionũ. Quatuor sunt perturbationes animi. Cupiditas, lætitia, metus & tristitia. *Tom.IX.* De eius cognitione, super Ioannem. Animus est considerator omnium, corporalium discriminator, distinctor, & quodam modo appensor in libra sapientiæ. Vnde sine dubio melior est animus quo ista omnia cogitasti, quã ista omnia quæ cogitasti: transit enim corpus, vnde non digneris comparare illũ carni: cõpara illum fulgori solis, lunæ stellarum: maior est fulgor animi. Primo celeritatẽ ipsius vide. Vide si non vehementior est scintilla animi cogitantis, quàm splendor solis lucentis. Citius potuisti cogitare quid facturus est sol, quàm ille facturus sit: & citius eius motũ ab oriente in occidentem, quàm ipse vadat. Magna ergo res est animus: sed mutabilis est: quia modo nouit, modo nõ nouit: modo obliuiscitur, modo recordatur: modo vult, modo non vult: modo peccat, modo iustus est. Transi ergo omnem mutabilitatem, & animum tuum, vt contingas Deũ qui immutabilis est. *Tom.III.* Lib.iiij.super Gen. Gratias creatori semper agat animus humanus, à quo ita creatus est, vt possit videre quod auium nulla, & nulla bestiarũ: quæ tamen nobiscũ cœlũ, & terrã, & luminaria, & mare, & aridã, & omnia quæ in eis sunt, vident. *Tom.VIII.* Super Psal.xlj. Animus ipse vt norit se, videt se: nec vtique vt videat se, corporaliũ oculorũ quærit auxilium: imò verò ab omnibus corporeis sensibus, tanquã impedientibus & perstrepentibus abstrahit se à se, vt videat se in se: *Cap.11.* vt nouerit se apud se: colligit ideo se in se. *Tom.I.* Lib. de ĩmortalitate animæ. Nemini dubiũ est, quod tunc animus sapiẽtissimus est, cũ veritatẽ quę semper eodẽ modo est, intuetur: eique immobilis inhæret diuino amore coniunctus. *Ratiocinatio.* Vnde ita arguit Libro ij. soliloquiorum suorũ. Omne quod in subiecto est, si semper manet, ipsum etiam subiectũ manet semper, vt & omnino in subiecto est animo disciplina. Est autẽ disciplina veritas, & semper veritas manet, igitur manet animus, & eũ immortalem esse verũ est. Aliã rationẽ facit *Cap.9.* lib. de ĩmortalitate animę. *Tom.I.* Quicquid vita desertũ mortuũ est, id ab anima desertũ intelligitur: hęc autẽ vita quæ deserit ea quæ moriũtur, q̃a ipsa est animus, & seipsã nõ deserit, nõ moritur animus.

ANNVNTIATIO virginis. In homil. super missus est, ĩ principio. Aduentũ Domini & saluatoris nostri, ĩ quo humanũ genus indutus corpore, dignatus est visitare, per totũ hodie sæculũ vniuersalis frequẽtat Ecclesia: & anniuersario reditu efficitur valde iucunda. Quod enim pro redẽptione salutis propriè factũ est, credẽs mũdus accepit colẽdum, & in æternas propagines posteris cõsecrauit, fuitque tũc vt ex veteri vita, inouata mẽtis lætitia nasceretur: nũc ergo trãsacti tẽporis miraculũ ante oculos pręsentatũ, dũ ea quæ dudũ gesta sunt diuinæ lectiones profuerũt, solẽniter annuis vicibus deuotissimè celebratur. In sermone primo de annũtiatiõe. Audiuimus gaudij nũtia, libertatis indicia, lætitiæ

A vocẽ, exilij reuocationẽ, seruitutis redẽptionẽ. Ecce Angelus cũ virgine loquitur, vt nõ deinceps mulieri serpẽs sermocinetur. Missus Angelus Gabriel totius mũdi nũtiare salutẽ, deferẽs Adæ reuocatiõis cõscriptũ. Missus est ad virginẽ vt ignominiæ fœminæ exultãs ferat salutẽ. Missus est ad animatũ regis Angelorũ palatiũ, præparare mũdũ spõso thalamũ. Missus est ad virginẽ quę despõsata quidẽ erat Ioseph, seruabatur autẽ Iesu. Missa est lucerna nuntiare solẽ iustitiæ, missum est crepusculũ, lumẽ præcurrẽs diei. *Mißio Angeli ad virginem.* Missus est Gabriel manifestãs eũ qui est in sinu patris, & in vlnis matris. Missus est nũtiãs eũ qui est in throno, & ĩ speluca. Missus est miles vociferãs regis secretũ, quod cognoscitur fide, & nõ discutiõe: qui deificè glorificatur, & non inuestigatur. Quõ missus est à

B Deo ibidẽ. Missus est Angelus ad virginẽ, profecto talia quodã modo accipiẽdo præcepta. Veni inquit ò Gabriel, minister efficito terribilis sacramenti. Absconditum obserua miraculum. Ad requisitionem errãtis Adæ à meis descendere sedibus cogor. Illum enim quẽ ad imaginem meam creaui, peccatum inueterauit, tabefecit quem feci, obfuscauit quem plasmaui decorem: lupus meum depascit pecus, deserta est paradisi possessio, lignum vitæ ab ignea romphea seruatur, clausus est voluptatis agellus. Misereor erranti, & apprehẽdere cupio hostem. Latere autẽ volo omnes virtutes cœlestes, tibi soli pãdo secretũ. Ad virginẽ perge Mariã, vade ad animatã ciuitatẽ, de qua dicebat propheta. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Vade ad rationalẽ meũ paradisum, per-

C ge ad oriẽtalẽ splẽdidã portã, vade ad mei verbi dignũ habitaculũ, perge ad secũdũ in terra cœlũ, vade & denuntia ei meę presentię imbrem, perge ad præparatũ mihi sãctuariũ, vade ad spõsam ĩcarnationis meæ, mũdũ thalamũ natiuitatis meæ: loquere in aures rationales arcana, præpara mihi auris introitũ: sed ne cõturbes, nec terreas virginis animũ: vehemẽter sanctuariũ appara, primam mei vocẽ gaudij ꝓclama. Tu dicito virgini Marię Aue gratia plena, vt ego miserear malignitati Euę. De hoc miratur Angelus, & respõdet ei Deus ibidẽ. Audiuit Angelus hoc, & intra se cogitabat

D dicẽs. Stupẽdũ est hoc miraculũ, & omnis cõsciẽtiæ præcellit sensum. Qui ĩ Cherubĩ terribilis est, & Seraphĩ inuisibilis, & in omnibus Angelicis virtutibus ĩcõprehẽsibilis, puellæ sui habitaculi præsentiã re promittit: & qui Euã cõdẽnauit, eius familiã glorificare ĩtãtũ cogitat, vt dicat præparari sibi per aurẽ ingressum. Et quis potest vterus capere eũ qui nõ capitur? Hæc & huiusmodi Angelo cogitante, ait ad eũ dominus. Quid turbaris & miraris ò Gabriel? Nũquid nõ prius à me missus es ad Zachariã sacerdotẽ, & natiuitatẽ Ioãnis nũtiasti? Nõne ꝑ ĩcredulitate, sentẽtiã ei silẽtij ꝓtulisti? Nũquid nõ cõdẽnasti senẽ, sine voce eũ esse faciens? Nonne tu quidẽ decreuisti, ego autẽ cõfirmaui? Nunquid non prænuntiationis tuæ effectus sequutus est? Nunquid non effugata sterilitate concepit sterilis? Nũquid nõ tũc est seges illa fertilis facta, quæ iam carebat humore? Nũquid

impoſsibile eſt apud me quicquam, qui creaui omnia verbo? Cur ergo ambigis? Reſponſio Angeli ad Deum, & Dei ad Angelum, ac executio, ibidem. Ad hoc Angelum reſpondentem audiamus. Domine, inquit, ſanare culpas naturæ, diſſoluere paſsionum langorem, defunctionem artus, ad vitalem reuocare virtutem, imperare naturæ, filiorum procreationis effectum ſoluere, ſterilitatem & vetuſtiſsimorum membrorum vetuſtam ariditatem in viriditatis reformare ſtatū, in ſteriliq́ue aruo manipulorum repente oſtendere partum, opus exiſtit tuæ virtutis, quod ex more perficitur. Teſtis eſt Sarra, & poſt illā Rebecca, & iterum, Anna, quæ miſeriæ & ſterilitati ſimul ſeruientes, à te libertatem acceperunt. Virginem autem parere, quæ paritura ex viro nō eſt, ſuperat omnem legum naturam. Et tuam quomodo annuntiabo puellæ præſentiam? Etenim cœli & terræ non capiunt fines, & quomodo vterus capiet virginalis? aut quomodo feret Maria ignem deitatis tuæ ſedis? Et Dominus ait. Si læſit ignis in ſolitudine rubum, lædet vtique & Mariā mea præſentia. Si verò ignis ille, qui figurauit Diuini mei ignis de cœlo aduentum, inflammabat quidem rubum, non autē comburebat, quid vtiq; dicas de veritate, non in ignis flamma, ſed in ſpecie pluuiæ deſcendente? Tamen iam Angelus implet præceptum, & ad virginem ingreſſus clamauit, dicens. Aue gratia plena, Dominus tecum.

Tom. X. Serm. de ſanct. ord. 18.

In homil. ſuper miſſus eſt. O annunciatio mirifica, ò ſalutatio peregrina, plenitudinis copiam portans, & virgineum corpus illuſtrans: præueniens itaque iudicem præco tam præclarus, & nuntius tam feſtiuus, & præparans vt in prætorio virginitatis quæ ſecreto manebat in terris, ſuſcipi poſſet Dominus maieſtatis. Aue inquit Maria & c. vſque tecum. Qui te creauit, iam te prȩelegit, quē paritura es, iam te repleuit. Qualiter Angelus apparuit virgini, in ſermone qui incipit, Caſtiſsimum. Eram inquit Maria in domo mea, puella Iudæa, ex ſemine Dauid regis generata. Adulta facta ſum, & deſponſata: deſponſata ſum coniugi, & placui alteri: non interueniente adulterio, ſed intercedente Spiritu ſancto. Deſponſata ſum homini in Deo, & placui homini Deo. Deſpōſauit me vir Iudȩus, & amauit me Chriſtus Deus meus. Ignorauit quidē Ioſeph ſpōſus meus, quod me adamaſſet Deus meus: & putauit quod de adulterio impręgnatus eſſet venter meus. Nanque ignorante Ioſeph ſponſo meo, venit ad me quidam magnus Chriſti paranymphus, non Patriarcha primus aut Propheta egregius, ſed Gabriel Archāgelus, facie rutilans, veſte corruſcās, ingreſſu mirabilis, aſpectu terribilis: viſitauit me, & perturbauit: ſalutauit, & grauidauit: dixítq; mihi, Aue gratia plena, Dominus tecum. Exponitur Aue in ſermone prædicto de annunciatione. Aue gratia plena, Dominus tecum, iam nō diabolus contra te: vbi enim pridem ſauciauit hoſtis, illic primitus medicus medicamenta impoſuit: vnde initium tranſgreſsionis habuit mors,

Tom. X. Sermon. 14. de natiuitat. Dom. ſerm. de tēpore, ordin. 18.

A inde vita ingreſſum inuenit: per mulierem irruerunt falſa, & per mulierem fluunt meliora vel optima. Aue gratia plena, Dominus tecum, noli corruere tanquam condemnationi obnoxia: mater enim eius qui condemnauit efficeris. Aue gratia plena. Aue viduati mundi ſponſa: genitrix immaculata. Aue quæ in vulua tua, matris merſiſti mortem Euæ. Aue animatum templum Dei. Aue cœli teræque æquiſsimū habitaculum. Aue eius mater, qui non capitur à totius mundi ſpatio, Aue eius mater qui nobis per te aſtitit infirmis medicus: his qui in tenebris ſedent, iuſtitiæ ſol apparuit: qui eſt tempeſtatem patientibus anchora, & in fluctibus tranquillus portus. pro ſeruis interceſſor, peregrinantibus conſolator, periclitātibus ſaluator: his qui impugnantur vel grauātur, B fortiſsimum ſpei & charitatis tegimē. Ipſe enim eſt pax noſtra, quam nobis ſemper præſtet perfrui ipſius gratia Dei. Dominus tecum, in alio ſermone. Dominus tecum. tecum Dominus in corde, tecum in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio. Gratulare beata virgo, Chriſtus rex è ſolio ſuo, venit in vtero tuo. Ex ſinu patris, in vterū dignatus eſt deſcendere matris. In ſermone qui incipit caſtiſsimum. Dominus tecum. ſit in corde tuo, ſit in vtero tuo, adimpleat mentē tuā, adimpleat & carnem tuam, procedat formoſus de vtero tuo, tanquam ſponſus de thalamo ſuo. Egrediatur rex de cubili ſuo, procedat princeps ex aula regali, & virginitatem tuam non patiatur violari. Benedicta tu in mulieribus, in ſermone de eius aſſumptione. Benedictæ per ipſam omnes C mulieres. Iam vltra in maledictione fœmina non erit. Curatur enim Eua, ſiluit Aegyptia, ſepelitur Dalida, obliuiſcitur Iezabel, immemor efficitur Herodias. Et nunc miratur mulierum deſcriptio: laudatur Sarra ſicut populi princeps: Honoratur Rebecca ſicut benedictionum aſtutia: commendatur Lia, ſicut mater fœcunda: laudatur Delbora, ſicut ſuper naturam populi ductrix effecta: beatificatur Heliſabeth, ſicut præpollens gratia, in exultatione præcurſoris. Adoratur & Maria, quoniam facta eſt mater ex ancilla, nubes, thalamus, & arca dominatoris omnium. In ſermone xj. de natiuitate Domini. Facta eſt Maria reſtauratio fœminarum, quia per eam à ruina primæ maledictionis, probantur eſſe ſubtractæ. Tria denique mala Euæ, à tribus Mariæ bonis probantur D excluſa. Nam Euæ dictum eſt. In doloribus & triſtitia paries, & ad virum conuerſio tua erit, & ipſe dominabitur tibi. Tribus ergo his malis ſubiugantur fœminæ, ſcilicet dolori, triſtitiæ, & ſeruituti: quæ Mariam non ſequuntur. Sed econtrario quam præclariſsimis tribus bonis ſublimentur, auſculta. Sic enim Angelus eam legitur ſalutaſſe. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Cum dixit aue, ſalutationem illi cœleſtem exhibuit. Cum dixit gratia plena, oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & primam benedictionis gratiam reſtitutam. Cum dixit benedicta tu inter mulieres, Virginei benedi

Tom. X. Serm. de anūciatione 2. & ordin. 18. in ſerm. de ſanctis. ſerm. 14 [in] natiuitate Dom.

Tom. X. Serm. [in] ordin. 15. [in] maledictionibus mulier[um] ſalua Maria.

benedictum fructum ventris expresſit, vt ex eo benedicta dicatur inter mulieres. Maledicta Eua fuerat quam nunc per Mariam ad benedictionis gratiam remeaſſe cognoſcimus. Venite ergo omnes mulieres ad Mariam, & lætamini. Deponite maledictionem præuaricationis, & benedictionem reſtaurationis aſſumite. Expellite triſtitiam concipientis, & gemitus parientis abiicite: proiicite dolores quos Eua per ſerpentem accepit, & quos per Angelum Maria ſuſcepit honores aſſumite, vt ſolus vobis iſtius filius virginis dominetur: venite virgines ad virginem: venite cõcipiẽtes ad concipientẽ: venite parientes ad parientem: venite lactantes ad lactantem: venite iuuenculæ ad iuuenculam. Ideo omnes iſtos curſus naturę, virgo Maria in Domino noſtro ſuſcepit, vt omnibus ad ſe confugientibus fœminis ſubueniret, & ſic reſtauraret omne genus fœminarum ad ſe venientium. Continuatur Hiſtoria in ſermone ſecundo de aſſumptione. Salutat Angelus puellam, viri ſalutationis ignaram, terretur virgo nouitate verborum. Ad quam Angelus, Ne timeas Maria inueniſti gratiam apud Dominum. Ne inquit aſpectu meo, mater Domini mei terrearis. Ego conceptionis tuæ miniſter adueni, nõ vt virginitatem amittas interueni. Ipſe me miſit ad te, qui eſt naſciturus ex te. Concipies enim & paries filium, non cuiuslibet meriti hominem, ſed totius ſæculi ſaluatorem. Recole Maria in libro Iſaiæ prophetæ, virginem quam parituram legiſti, & gaude atque exulta quia illam tu eſſe meruiſti. Tu ibi præfigurata es virgo. Tu ecce in vtero concipies, non de viro ſed de Spiritu ſancto: & grauida eris, & incorrupta manebis. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum. Efficieris grauida, & eris mater ſemper intacta. Senties pondera vẽtris, & pudorẽ nõ perdes caſtitatis. Intumeſcẽt vbera tua, & intacta manebunt genitalia tua. Alio modo continuat ſuper Miſſus eſt. Turbata eſt introitu Angeli, cogitans quod ſic bene dixerit ei, quæ modeſtum retinens apud ſe propoſiti ſancti ſilentiũ, & incognitum habens virile colloquium, ſtupet Angelo ſalutante, ſibíque taliter benedicente: nõ tamen eſt auſa præuenire loquentem. Mirans itaque diutius animo conferebat, & Angeli præſentiam furtim viſibus notat, ſimúlque fulgorem præſentiæ cum benedictione pertractans, tacite hæſitauit. Aſpexítque in eam Angelus Gabriel illuſtris trinitatis ſacroſanctę legatus, cœleſtiúmq; conſcius ſecretorum, & ait. ne timeas Maria. &c.

Tom. X. Serm. de tempore, ordine 171.

In enchiridion. Inueniſti, inquit Angelus, gratiam apud dominum. Et hæc quidem gratia plena, & inueniſſe apud Dominum gratiam dicitur, vt Domini ſui, imo Domini omnium, mater eſſet. Super illud, quomodo fiet iſtud, lib. de ſancta virginitate, cap. iiij. Virginitas Mariæ ideo gratior & acceptior, quia non eam Chriſtus conceptus, viro violaturo quã conſeruaret ipſe pręripuit, ſed priuſquam conciperetur iam Deo dicatam de qua naſceretur elegit: hoc indicant

Cap. 6. Tom. III.

Tom. VI.

A verba quæ ſibi fœtum annũtianti Angelo ipſa reddidit. Quomodo inquit, fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco. Quod profecto nõ diceret, niſi Deo virginem ſe ante vouiſſet. Sed quia hoc Iſraëlitarum mores adhuc recuſabant, ideo deſpõſata eſt viro iuſto, non violenter eius pudicitiam ablaturo, ſed potius cõtra violẽtos cuſtodituro.

Propter hoc in eodem libro. Poterat nubere, & virgo permanere, in qua Dei filius formam ſerui congruenti miraculo acciperet. Sed exemplo ſanctis futura virginibus, ne putaretur ſola virgo eſſe debuiſſe, quæ prolem etiam ſine concubitu concipere meruiſſet, virginitatẽ Deo dicauit, cum adhuc ſe concepturam neſciret: vt in terreno mortalíque corpore cœleſtis vitæ imitatio, voto fieret, non præcepto, amore eligendi, nõ *Cap. 4.*
B neceſsitate ſeruiendi. De reſponſione Angeli in ſermone primo de eius aſſumptiõe. Ne timeas Maria, neque expaueſcas virgo partum, neq; metuas, neque multum inexperta formides: tantum crede, & concepiſti: ama, & peperiſti. Spiritus enim ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi, proinde non eſt quod metuas, ſed inde eſt quod gaudeas. Tunc enim ſequeretur dolor partum, ſi præcederet libido conceptum. Nunc verò Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi, id eſt, refrigerabit tibi ſub vmbraculo Spiritus ſancti, ne in feruore concupiſcentiæ terrearis. In homil. ſuper Miſſus eſt. Quomodo fiet iſtud quod dicis? quoniam virum non cognoſco: habebo filium, & neſcio virum? portabo fœtum, quæ fugio partum?
C quomodo vacuo vtero generabo quod cõcipio? vel materno ſucco mammillis aridis, vnde præbebo lac labiis infantis ſugere poſtulantis? quando thronum mei cubilis, nec vigens amor poſſederit iuuenilis, nec amplexus aliquando concuſſerit maritalis. Et Angelus. Non ita. Noli expaueſcere. Noli tuæ ſanctitatis ſolicitudinem gerere, intacta manebis: de prole gaudebis ſine coniũctione mortalis viri, efficeris murus altiſsimi, quia filium generatura es Dei: Ioſeph verò ille vir caſtus, & iuſtitiæ nomine decoratus, non tam maritus quam cuſtos tuus, non accedet ad te, ſed
D Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: nec ardens carnali libidine ſponſus adhærebit tibi, propterea quod naſcetur ex te ſanctum, erit filius Dei. In ſermone de natiuitate Ioannis baptiſtæ. Virtus altiſsimi obumbrabit tibi, id eſt, erit in te conceptio, & non erit concupiſcentiæ libido. Nõ enim erit æſtus, vbi vmbram faciet Spiritus ſanctus.

Libro de verbis, apoſtoli ſermone tertio. Quæ tale vmbraculum habebat, quando ardore libidinis æſtuaret? Super Pſalmum ſexageſimũ ſeptimum. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. hoc eſt vmbram faciet tibi. Propterea quod naſcetur ex te ſanctũ vocabitur filius Dei. Vmbra porrò iſta, defenſaculum intelligitur ab æſtu concupiſcentiarum carnaliũ: vnde illa virgo Chriſtum, nõ carnaliter cõcupiſcendo, ſed ſpiritualiter credẽdo cõcepit.

Tom. VIII. Obumbratio Spiritus ſancti.

Conſtat

Constat autem vmbra lumine & corpore: proinde illud quod in principio erat verbum, lumen illud verum, vt vmbraculum meridianum fieret nobis, verbũ caro factum est, & habitauit in nobis Deus, scilicet, homo, tanquam lumini corpus accesit: & in eum credentes, vmbra protectionis operuit. Non enim de quali vmbra dicitur, transierunt omnia tanquam vmbra, nec de quali dicit Apostolus. Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quod est vmbra futurorum: Sed de quali vmbra scriptum est. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Propterea in supradicto sermone de assumptione. Videamus quæ sit hęc virgo tam sancta, ad quam spiritus sanctus venire dignatus est? Quæ tam speciosa, quam Deus elegit spõsam? Quæ tam casta, vt possit virgo esse post partum? Hæc est templum Dei, fons ille signatus, & porta in domo Domini clausa. Ad hanc vtique sanctus descendit spiritus, hanc virtus obumbrabit altissimi: ex ea potens virtutum Christus egredietur. Hæc est immaculata coitu, fœcunda partu. Hæc concepit virgo, non ex viro, sed ex spiritu sancto. Hæc peperit, non dolorem, sed gaudium. Hæc nutriuit Angelorum & hominum risum. Fœlix certè & omni laude dignissima, quæ sine humano semine cœlestem sæculo protulit panẽ, & mundo genuit saluatorem. O fidei pactum, ò fidei secretum: promittit virgini Angelus filium nasciturum, virgo gaudet, cupitque effici mater, verè magnum & salutare mysterium, quæ sic peperit, vt & mater & virgo dici possit. In sermone secundo de annunciatione. Dum desponsatur virgo fabro, cœli nupsit architecto. Promittitur enim ei filius, per visitationem sancti spiritus. Hoc illa audiens gaudet matérque effici cupit. Quid igitur mirum si sine corruptione nascitur, qui de sanctificatione concipitur? Non enim decebat vt ille qui nobis afferebat salutem, matri præriperet integritatis dignitatem. Nam qui terra, mari, cœlóque nõ capitur, intra vnius corpusculi membra suscipitur: hæc est illa nouitas, Hieremiæ prophetæ vaticinio prænuntiata. Faciet, inquit, dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum. O fœmina super fœminas benedicta, quæ virum omnino non nouit, & virum suo vtero circundedit. Circundat Maria virum, Angelo fidem dando, quia Eua perdidit virũ serpenti consentiendo. Et ideo vt consentiat Angelo, dicit. O beata Maria sæculum omne captiuum, tuum deprecatur assensum, te apud Deum mundus suæ fidei obsidem facit. Noli morari virgo, nuntio festinanter responde verbum, & suscipe filium, da fidem, & senti virtutem. Ecce, inquit, ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Nec mora reuertitur nuntius, & virginalem thalamũ ingreditur Christus. Efficitur subitò prægnans beata Dei genitrix, & cuncta per sæcula prædicatur fœlix. Cõcepit mox ad credulitatẽ verbi, virilis ignara consortij: impletur vterus, nullo humano pollutus amplexu. In eodem.

Psal. 16.

Sermon. de sanctis ordine 35. qui est sermo. 2. de assumptione. Tom. X.

Tom. X. Serm. de sanctis 18.

Hier. 31.

Tom. X. Serm. 17. de natali Dom. ordine serm. de tẽpore 21.

A Fidei sermone grauida Maria, & prius mente Christũ quàm ventre concipiens, respondit Angelo. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundũ verbum tuum: sine mora vt assensus virginis pãditur, cœlestis spõsus immaculatum corpus ingreditur, & qui toto mundo non capitur, puellæ innuptæ membris infunditur. In sermone iij. de natiuitate domini. O venerãda virginitas, ò prædicãda humilitas. Maria ab Angelo Domini mater est appellata, & illa se Christi confitetur ancillam.

Vnde in supradicto sermone. O fœlix obediẽtia, ò insignis gratia, quæ dum humiliter fidẽ dedit, cœli in se opificẽ corporauit. Impleuit in ea Dominus quod dudum prædixerat. Obedientia melior est quàm sacrificium, & scientia Dei plus quàm holocaustum. Hæc fuit vera obedientia, B omni sacrificio gratior. Hæc volũtas cunctis hostiis acceptior: hinc promeruit gloriam, quã ipsa postmodũ hausit. Ecce ait, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. In homil. super missus est. Ecce inquit ancilla &c. tanquam diceret paratũ cor meum Deus, quia intactus permanet vterus meus. Contingat mihi ò Gabriel Archangele secũdum verbum tuum: veniat ad cubiculũ suum, qui in sole posuit tabernaculũ suum. Oriatur mihi virgini permanenti, sol iustitiæ, in cuius pennis æterna permanet sanctitas, cui perpetua castitate florescẽs mea perduret integritas. Egrediatur sicut splẽdor iustus, & Saluator quasi facula accendatur. Solis facula totũ illustret, & quæ forsitan obscura videtur, radijs suis speculaturus intus penetret, & nihil penitus dissipet: procedat C iam ad oculos hominũ speciosus forma præ filijs hominum: procedat spõsus de thalamo suo, quia secura facta sum de proposito meo. Quis istã generationẽ fratres charissimi possit sermone narrare? Cuius linguæ facundia valeat explicare? Intemerata seruantur virginitatis iura naturæ, & infans intrinsecus inualescit in virgine. Dum verò impletum est tempus vt pareret, expositus est partus sacer: eius parentem nullus cognouerat patrem. Hæc est ineffabilis conditio nuptialis verbi, & carnis Dei & hominis, ita nanq; factũ est inter Deũ & hominem homo Christus Iesus: & ideo pretiosissimus cõiugii thalamus electus est virginis vterus. In ser. iiij. de assumptione eius. Apud eã ita cœlestis prouidentia negotij ipsius cõditionem disposuit, vt magis obedientiã exhiberet in D mãdato, quam honorificentiã suam agnosceret ex Angelo. Neque enim fidei derogat nũcij, quæ dignitatem mittentis intelligit, nuntiante sibi Angelo atque dicente. Spiritus sanctus superueniet in te &c. vsque vocabitur filius Dei. Credidit monita quod audiuit, meruit sanctificata quod credidit. Denique tantum se ad cœli fastigia subleuauit, vt verbum in principio apud Deum, id est, Dei filium, de summa cœli arce susciperet. Cúmque se per mysticum diuinitatis arcanum, carni nostræ, fragilitatíque commisceret, latuit in homine Diuinitas, vt in Diuinitate humanitas non periret: & sub velamento assumptæ

Tom. X. Serm. ii annunciatione serm. e sanctis 18.

Luc. 1.

assumptæ carnis absconditus, pretiosius redemit perditos, quam detecta sit ab imminenti hoste captiuitas. Immensa pietas, & supra quā fari possit prædicāda maiestas, viscera puellæ aura sancti spiritus replebat. Innuptæ virginis vulua, verbi semine crescente turgebat. Replebātur, inquam, arcana viscerum, sacri spiritus fœcunditate repleta. Et erat spes in partu, cui nō fuerat voluptas in coitu. Stupebat pretiosissima genitrix, & apud se rerum tacita nouitatem mirabatur. Vrgebatur æstu cogitationis ambiguè, & percussa rerum nouitate obstupescebat mirabiliter. Sciens enim suā integritatē, mirabatur ventris vbertatē. Subditur. Fœlix Maria, ò genitrix gloriosa, ò puerpera sublimis, cuius visceribus author cœli terréque committitur. Fœlicia oscula labiis impressa lactantis, cum inter crebra indicia reptantis infantiæ, vt pote verus ex te filius tibi matri alluderet, cum verus ex patre Dominus imperaret. Nā authorem tuum ipsa concipiens ædidisti in tempore impuberem, quem habebas ante tempora conditorem. Homil. super missus est. Dic mihi iam quæso sancti sanctorum mater, quæ mater floris odorem, & niueum lilium cōualliū sine succo humanæ propaginis, & sine imbre carnalis seminis, in sinu Ecclesiæ germinasti: quibus manibus, quo articulo, in vtero tuo filiū formasti, cuius pater solus est Deus? Dic obsecro te, per eum qui talem fecit te, vt ipse fieret in te: quid boni egisti, quantū præmium attulisti, per quas portas ambulasti, quæ suffragia perquisisti? quo sensu, qua cogitatione, vt hoc acciperes inuenisti, vt virtus & sapientia patris habitaret in te, vt ipse qui vbique manens, & sine vlla sui mutabilitate in vterum tuum veniens, ita castū castellum tui ventris incoleret, vt ingrediens non læderet, & exiens incolumen custodiret? Et illa. Quæris à me quid obtulerim muneris vt mater efficerer creatoris: oblatio mea, virginitas mea: promissa, non à me mihi, sed à Deo concessa, à quo omne datum bonum & optimū, & omne donum perfectum est. Ambitio mea est humilitas mea, & ideo Magnificat anima mea Do. & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. quia respexit, non auro flauam tunicam meam, non pomposo cultu radiantis auri adornamentum ceruicis meę, aut pretiosarum, aut margaritarum dependentium aspexit in auribus meis, aut gēmarum ruborem attendit sine mendaci fuco coloratū, sed respexit humilitatem ancillæ suæ: venit itaque mansuetus implens cœlos, transiens, per humilem ad superbos, & non relinquens cœlos tamen venit, requiescens super maternum spiritum humilem, & quietum, & trementem verba sua, vt inflatos tumore superbiæ, humilitatis emplastro, vt mitis medicus perfectè curaret. O profunda humilitas, ò excelsior altitudo sapientiæ & sciētiæ Dei. Angelorum panis, lactatur vberibus matris. Fōs aquæ saliētis in vitam æternam, qui Samaritanæ præformanti Ecclesiam bibere postulauit. Conuiuari cum publicanis & peccatoribus non re-

Tom. X. Serm. 2. de assumptione. Sermo. de sanctis 35.

Luc. 1.

A cusat, cui familię cœlestium dignitatum, cum tremore ministrant. Qui magnus ad paruos, humilis ad superbos, plenus pietate descendit. Noua fecit in sæculo, qui nouus venit ad sæculum. In cuius mirabilem formam, suas Euangelistæ demonstrant figuras: homo, leo, vitulus, aquila. Homo, de virgine natus sine homine: leo, fortis procubuit in morte, & potestate propria exaltatus est in cruce: tanquam nouellus vitulus, pro peccatis populi voluntariè mactatus est in passione: & sicut aquila vehemens recepto corpore, de tumulo surgens, sulcans aera, omnium lapsus calcauit, & supra Cherubin ascendit in cœlum cœlorum. In sermone tertio de assumptione. Lacta Maria creatorem tuum. Lacta panem cœli, lacta præ-

B coniū mundi, præbe lābenti mammillam. vt pro te præbeat percutienti maxillam. Tu illi vt mater, temporalem ministra substantiam, vt ipse nobis & tibi vitam tribuat sempiternam: lacta ergo eum qui talē fecit te, vt ipse fieret in te: lacta eum qui fructum fœcunditatis tibi dedit cōceptus, & decus virginitatis non abstulit natus.

Idem sermo. 9. de natali Dom. in ser. de tēpore 13.

In eodem. O quam beata mater ista quæ sine contaminatione concepit, & sine dolore peperit medicinam. Fœlix, inquam mater, per quam nostri generis vita est reparata: Quæ de cœlo suscepit prolem, & mundo genuit saluatorem. Hæc enim mirabili & ineffabili modo, omnium rerum & suum peperit creatorem.

In sermone quinto, de assumptione. Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen

C eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus. ea circuncisio confusa est, nobiscum Deus: & fons gignens non laborat, nobiscum Deus. Et mortui libertate exultantes clamant, nobiscum Deus: nec Angelus nec legatus, sed ipse Deus venit, & saluauit nos, nobiscum Deus. In sermone de assumptione. Si cogitemus virginem quæ sine concupiscentia carnis concepit carnem, & sine viro peperit virum, & si volumus facti huius quærere rationem, in ipsa nostra inquisitione succumbimus, cum scriptum sit. Generationem eius quis enarrabit?

D Ideo concludit in eodem sermone. Magnum meritum, magnum donum, magna gratia. Ancilla peperit Dominum, creatura peperit creatorem: visceribus fœcundis, & genitalibus integris, virgo mater, Dominum effudit in terris: concipiens virgo, pariens virgo, permanet virgo: virgo grauida, virgo fœcunda, virgo perpetua. Quid miraris ò tu homo? Deum sic nasci oportuit, quando dignatus est esse homo. In tribus igitur toto affectu, ad auxilium beatæ virginis nos conferamus, omnes nos omni nisu eius patrocinia imploremus, vt dum nos duplici obsequio eam frequentamus in terris, ipsa nos sedula prece commendare dignetur in cœlis. Scientes authori nostro multum nos debere conditos, plus redemptos: redemptionis

nostræ

nostræ commercium veneremur, & illum sacratissimum vterum, ex quo homini Deus vnitus apparuit, & si nequimus meritis, saltem celebremus obsequiis. Scientes erroris nostri tenebras suo fulgore respersas, quia quod negligentia primæ matris etiã contumax, tam arrogantia quã gula perdiderat: huius sacræ virginis partus, nõ solum restaurauit dirupta, sed etiam tribuit vitam sempiternam. Et idcirco cunctis præconiis veneremur auctricem, quæ dum auctorẽ concepit ex cœlo, nobis redemptorem ostẽdit in sæculo: & quę adinuicem nostræ Ecclesiæ formam constituit, vt ipsa eam inter procellas sæculi fremẽtes aspiciat, ipsa inter cursus mundiales continua oratione cõfoueat. Neque enim dubiũ est quod quæ meruit pro liberandis proferre pretium, quin possit etiã liberatis impartiri suffragium. Nostra inter hæc oratio iugis ad Dominũ dirigatur, vt qui pro honore nominis sui, viscera illa quæ sanctificaturus intrauit & sedulitate debita curauit, prosit nobis ad remediũ, qui per eam se nobis dedit in pretiũ.

Tom. V. ANNVS. Lib. xv. de ciuitate Dei, cap. xx. Ab Adam vsque ad diluuium, computantur anni secũdum codices nostros, duo millia ducenti sexagintaduo: Secundum Hebræos autem mille sexcenti quinquagintasex.

Lib. xvj. cap. x. Fuerunt anni à diluuio vsque ad Abraham, mille septuagintaduo, secundum vulgarem æditionem, hoc est interpretum septuaginta. In Hebræis autem codicibus pauciores annos perhibent inueniri. *Tom. IIII.* Libro primo quæstionum veteris testamenti, quæstione quadragisimaquarta. A tempore primi anni Darij regis Persarum, vsque ad natiuitatem & passionem Domini, & excidium Hierusalem, quod factum est per Vespasianũ, imperij Romani principem, impletæ sunt hebdomadæ septuaginta, quæ sunt anni quadringenti nonaginta, qui computus per regna & successores imperij manifestus est: quomodo etiam à Tertulliano computatum inuenitur in lib. quem scripsit aduersus Iudæos. *Serm. 1. Tom. X.* Libro alio de ciuitate Dei, cap. xiiij. Ex quo conditus est primus homo, minus quam sex millia annorũ in sacris literis inuenitur. Lib. de verbis domini. Non accedunt nobis anni, sed magis decedunt. Valdè errant homines quando dicunt, Puer iste adhuc minus sapit, accedent illi anni & prudens erit. *Anni recedunt non accedunt.* Attende quid dicas. Accedunt dixisti. Ego ostendo quia decedunt, cum tu dicis accedunt. Audi quã facile probem. Putemus nos scisse annos ipsius omnes ex quo natus est, verbi gratia, vt bene illi optemus: dicamus octoginta annos victurus est. Peruenturus est ad senectutem. Scribe ergo octoginta annos: vixit autem annum vnum. Quot habes in summa? quot tenebas? octoginta. deduc vnum. Vixit decem, septuaginta restiterunt. vixit viginti, sexaginta restiterunt. Certe accedebant. Quid est hoc? veniunt vt abeant. Anni nostri, veniunt inquam, vt eant. Nõ enim veniunt vt stent nobiscum, sed cum transeũt per nos, terunt nos, & minus minúsque valere nos faciunt. Talis est via per quam venimus.

Tom. VII. Super Psalm. xxxvj. Recole annos ab Adam vsque in hodiernum diem, percurre scripturas, heri penè ille de paradiso, Adam ille lapsus est. Tot sæcula emensa & voluta sunt. Vbi sunt præterita tempora? Sic pauca quæ restant, vtiq; transibunt. Si toto tempore illo viueres, ex quo Adã de paradiso dimissus est vsque in hodiernũ diem: *Breuis dies hominis.* certè videres vitam tuam non fuisse diuturnam, quæ sic auolasset. Vnius autem cuiuscunq; hominis vita, quanta est? Adde quantoslibet annos, duc longissimam senectutem, quid est? nonne aura est matutina? Ergo longè sit dies iudicij, quando erit retributio iniustorum & iustorum: tuus certè vltimus dies longè abesse non potest. Ad hunc te prępara. Qualis enim exieris ex hac vita, talis redderis illi vitæ. *Tom. V.* Non sic sunt anni Dei, Libro decimoseptimo de ciuitate Dei, ca. iiij. Deo dicitur, anni tui non deficient, ibi enim stant anni, hîc autem transeunt imò pereunt: antequam enim veniant, non sunt: cum autem venerint, non erunt: quia cum suo fine veniunt. Apud Deum autem non deficiunt.

Tom. V. ANTIQVITAS. Antiquitatem destruere periculosum esse, exemplo probat libro tertio de ciuitate Dei, capite vigesimoquarto. Initium ciuilium malorum fuit seditiones Gracchorũ, agrariis legibus excitatæ. Volebant enim agros populo diuidere, quos nobilitas perperam possidebat. Sed tam vetustam iniquitatem audere cõuellere periculosissimum, imò verò vt ipsa res docuit, perniciosissimum fuit. Et inducit historiam quod tria millia hominum sunt occisi in illa seditione. Antiquissimi sacrificauerunt Deo, lib. xv. eiusdem. *Idem cap. 4.* Sacrificasse Deo illos antiquissimos homines, sacra Historia non tacet, quod in duobus primis fratribus claruit: & Noe post diluuium cum de arca fuisset egressus, hostias Deo legitur immolasse.

Tom. IX. ANTICHRISTVS. Super primã canonicã Ioannis, Tract. iij. Latinè Antichristus dicitur cõtrarius Christo. Non quomodo nonnulli intelligunt Antichristum ideo dictum, quod ante Christum věturus sit, id est, post eum venturus sit Christus. Non sic dicitur, nec sic scriptum. sed antichristus, id est, contrarius Christo. Vnde interrogare debet vnusquisque conscïẽtiam suam, an sit antichristus, quia antichristi multi sunt. De Antichristo principali in Homil. euangelij, Cum videritis abominationem. Abominatio Antichristus dictus est, ab eo quod aduersus Deum veniens, honorem sibi Dei vindicabit. Desolationis autem abominatio dicitur, quia bellis & cędibus terram cum piaculo desolaturus sit. Atque ob id à Iudæis suscepturus honorem loco sanctificationis sistetur: & vbi sanctorũ precibus Deus inuocabatur, illic ab infidelibus receptus erit nullo honore venerabilis. Et quia primus iste Iudæorum erit error, vt qui veritatem respuerunt, suscipiant falsitatem, Iudæã Dominus deseri monet, & transfugere in montes, ne ad mixtionem plebis illius Antichristo non creditur is contagium afferatur. Et qui tunc fideles erunt

erunt, ad tutiora fugituri sunt deserta montium. A

Cap. 53. Tom. V. Quando erit, Lib. xviij. de ciuitate Dei. De Antichristi tempore quãdo erit, importunè omnino q̃ritur. Si enim hoc nobis nosse ꝓdesset, à quo melius quã ab ipso Deo magistro, interrogãtibus discipulis diceretur. Act. 1. Non enim siluerũt inde apud eum, sed à pręsente quæsierunt, dicentes. Domine si in tẽpore hoc restitues regnũ israel? At ille, nõ est inquit vestrum nosse tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate. Non vtiq; illi de hora, vel die, vel anno, sed de tempore interrogauerũt, quãdo istud acceperẽ responsum. Frustra igitur annos, qui remanẽt huic sæculo, computare vel diffinire conamur, cum hoc scire non esse nostrum, ab ore veritatis audiamus. Quot tamẽ alij quadringentos, alij quingẽtos, alij etiam mille, ab ascensione Domini vsque B ad eius vltimum aduentum compleri posse dixerunt. Quemadmodum autem quisque eorum astruat opinionem suam, longum esset demonstrare, & non necessarium. Coniecturis quippe vtuntur humanis, non ab eis ad certum, de scripturæ canonicæ auctoritate profertur. Omniũ enim de hac re calculantium digitos resoluit, & quiescere iubet ille qui dicit, nõ est vestrum nosse tempora vel momenta. De tempore durationis, habetur Lib. xx. eiusdẽ, c. xiij. Hæc persequutio nouissima, quæ futura est ab Antichristo, tribus annis & sex mensibus erit. De eius persecutione, ibidem. Tũc erit acrior impetus belli, & ideo maior gloria non cedẽti, & decentior corona martyrij. Cap. 19. Eius causa ponitur in eodem Lib. Tunc soluetur satanas, quia per illum Antichristum, in omni sua virtute mirabiliter quidẽ, C sed mendaciter operabitur. Quod solet ambigi, vtrum illa propterea dicta sint signa & prodigia mendacij, quoniam mortales sensus per phãtasmata decepturus est, vt quod non facit, facere videatur: an quia illa ipsa etiam si erunt vera prodigia, ad mendacium pertrahent credituros, non ea potuisse nisi diuinitus fieri virtutẽ diaboli nescientes: maximè quando tantam quantam nunquam habuit accipiet potestatẽ? Non enim quando ignis de cœlo cecidit, & tãtam familiam cum tantis gregibus pecorum sancti Iob, vno impetu assumpsit, & turbo irruens, & domum deiiciens, filiósque eius occidens phantasmata fuerũt: quæ tamen fuerunt opera satanæ, cui Deus dederat hanc potestatem. Propter quid horum ergo di- D cta signa & prodigia sint mendacij, tunc potius apparebit. Sed propter quodlibet horum dictum sit: seducentur eis signis atque prodigiis, qui seduci merebũtur pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, vt salui fierent. & ideo Apostolus. Mittet eis Deus operationẽ erroris vt credãt mẽdacio: Deus enim mittet, quia diabolum facere ista permittet iusto suo iudicio: quãuis faciat ille iniquo malignóque consilio. De hac materia require infra, cap. Iudicium extremum.

APPARITIO. Apparitio Dei. Li. iiij. de ciuitate Dei. Nec mouere debet quod cum sit inuisibilis Deus, sæpe visibilis patribus apparuisse memoratur. Sicut enim quo auditur sententia in silentio intelligentiæ constituta, non est hoc quod ipsa: ita & species qua visus est in natura inuisibili constitutus, nõ erat hoc quod ipse. verumtamen ipse in eadẽ specie corporali videbatur. Sicut illa sententia ipsa in sono vocis auditur, nec illi ignorabant inuisibilẽ Deũ, in specie corporali, quod ipse non erat, se videre. Nam loquebatur cum loquente. Moses etenim dicebat. Si inueni gratiã ante te, ostende mihi temet ipsum scienter, vt videã te. Et vt dicit Lib. xj. super Genes. Satis credibile & probabile est, Cap. 34. Tom. III. solere Deum per creaturã tali actioni congruã, in forma humana primis hominibus apparere: quos tamen nunquam permisit aduertere nuditatem suam in superna eorũ intentionem sustollẽs, nisi cum post peccatum, pudẽdum in mẽbris motum pœnali membrorum lege sensissent. Sic ergo affecti sunt, vt solent affici homines sub oculis hominũ, & talis affectio de peccati pœna erat, cum latere eum vellẽt quem latere nihil potest: & ab eo carnem occultare, qui cordis inspector est. Quia vt dicit Lib. de videndo Deũ ad Paulinam. Tom. II. Epist. 112. Si enim voluntas nostra apud se latens & manẽs, sine vlla sui commutatione, per quas vult se vtcunq; ostendit & exprimit voces: quãto magis Deus omnipotens, sua latente atq; incõmutabiliter manente natura, in qua voluerit specie, potest cui voluerit apparere, qui ex nihilo creauit omnia, atq; in se manens innouat omnia. Tom. IIII. Apparet tamen vt decet, Lib. ij. quæstionum veteris & noui testamenti. quæst. lxxxviij. in fi. Prout causa fuit, ita Dominus se ostendit. Prophetæ enim Isaiæ visus quasi rex corripiens plebem: & hoc se ostendit quod erat, hoc est sedẽtem. In pace enim erat causa diuinitatis eius. Stephano autẽ vt stãs appareret, fecit calumnia Iudæorũ. In Stephano enim Saluatoris causa, vim patiebatur. Ideo sedente iudice Deo, stans apparuit, quasi qui causam diceret. Et quia bona causa eius est, ad dexteram iudicis erat. Omnis enim qui causam dicit, sic stare necesse est. Apparere Christi, Lib. ad Ianuariũ de incarnatione verbi. Volẽs filius Dei pro salute hominum apparere hominibus, & inter homines cõuersari, suscepit nõ solũ corpus humanũ, vt quidã putãt, sed & animã: nostrarũ quidẽ animarũ similẽ per naturã: proposito verò & virtute similẽ sibi: & talẽ qualis omnes volũtates & dispẽsationes verbi ac sapiẽtię indeclinabiliter posset implere. Tom. IIII. Apparuit post resurrectionem, Lib. iij. de consensu Euangeliorũ, c. xxv. Omniũ virorũ primo apparuit Petro: postea apparuit Iacobo. Non tũc autẽ primũ accipere debemus visum esse à Iacobo, sed aliqua propria manifestatione singulariter: deinde Apostolis omnibus.

Cap. eod. Ibid. Inuenimus apud quatuor Euãgelistas, decies cõmemoratũ Dominũ visum esse ab hominibus post resurrectionem. Semel ad monumẽtũ mulieribus. Iterũ eisdẽ regredientibus à monumento in itinere. Tertio Petro. Quarto duobus eũtibus in castellũ. Quinto pluribus in Hierusalẽ vbi nõ erat Thomas. Sexto vbi eũ vidit Thomas.

Septimo ad mare Tyberiadis. Octauo in monte Galileæ secūdum Matheū. Nono vt dicit Marcus nouissimè recūbentibus: quia iam nō erant in terra cum illo cōuiuaturi. Decimo in ipso die ascēsionis, non iam infra, sed eleuatū in nube, cū cœlū ascenderet, quod Marcus & Lucas cōmemorāt.

Cap. eod. Ibid. Toties ergo in Euāgelicis libris cōmemoratus est ab hominibus visus antequā assendisset in cœlū: in terra, scilicet nouies, & in aere semel ascendens. Sed non omnia scripta sunt, vt Ioānes fatetur. Crebra enim erat eius cum illis cōuersatio per dies quadraginta, priusquam ascendiscet in cœlum, nō tamē eis per omnes quadraginta

Tom VIII. dies continuos, apparuit. Quare non apparuit aliis quam discipulis, super Psal. xlix. Impiis Iudæis post resurrectionem non se demonstrauit. Illis demonstrauit se qui in eum crediderant antequam crucifigeretur: vt quos crucifixus dimiserat titubātes, resurgens faceret fortes. De apparitione Spiritus sancti, require infra, c. Spiritus sanctus. De apparitionibus angelorum, require, supra, c. angelus. De apparitionibus mortuorū, require infra, c. mortui. De apparitionibus aliis, videlicet visionibus. require infra, visio.

Cap. 178. *Tom. III.* APPETITVS Lib. de vera innocentia. Aegritudo animi rationalis est, cū bonis inferioribus delectatus, superiora ex parte appetit & ex parte non appetit. Ideóq; in duas diuiditur voluntates: cùmq; vna est, tota non est: & hoc adest vni, quod deest alteri In eodem, cap. cccxij. require infra, c. fœmina.

APES. In communibus sermonibus, sermone xxviij. Estote velut apes prudentissimæ ad aluearium Christi fideliter festinantes, vt dulcedinem spiritualis mellis, ex diuinis lectionibus possitis accipere cū Propheta dicentes: quam dulcia faucibus meis eloquia tua, &c. Sed contra maledicos ait, eodem Lib. sermone xij. Sunt qui non vt apes mella spiritualia colligūt, sed quasi vespę crudelia venena diffundunt: quando flammis iracundiæ suæ incenduntur, odium in corde recondunt, murmurationibus alios corrodunt, ventóq; superbiæ se etiam de tranquillitatis ac patientiæ portu, faciunt naufragare.

APOSTATA. In communibus, sermonibus. Initium apostasiæ à Deo omnis superbia. Quid est ergo apostatare, nisi à Deo discedere? Et vnus quisque qui à Deo disiūgitur, diabolo sociatur. Lib. j. quæst. de sermone Domini, quæst. xxxix. Quod Dominus dixit de Iuda, bonum esset ei non nasci. Vtrum in hanc vitam, vt non esset, loquutus sit? Non enim potest aliquod bonū esse ei qui nō est. si quisquā cōtēdit esse aliquā vitā ante istā, non inde tamē sic vt nasceretur, nulli expedire conuincitur. An diabolum dicit, non nasci ad peccatum? An etiam bonum illi erat, vt Christus non nasceretur propter vocationem, nec esset apostata?

Cap. 2. *Tom. VI.* APOCRYPHA. Lib. xj. contra Faustum. Omittamus earum scripturarum fabulas, quæ apocryphę nominātur: eo quod earum occulta origo non placuit patribus, à quibus vsque ad nos, authoritas veracium scripturarū, certissima & verissima successione peruenit.

APOSTOLVS. Ipsum nomen Apostolorum, quoniam græcum est, nihil nisi missos significat in latino. Lib. diuersarum quæstionum ad Orosium. Apostolus interpretatur missus. *Cap. 74.* *Tom. III.* Apostolorum sunt genera quatuor, à Deo non per hominem, à Deo per hominem, per hominem tātū, & à se. A deo, missus est Moses. A Deo & per hominem, Iesus Naue. Per hominē tantū, sicut nostris temporibus multi fauore vulgi in sacerdotium subrogati sunt. Ex se, sicut ipsi pseudoprophetæ. Lib. ij. de cōsensu Euangeliorū, ca. xvij. *Tom. IIII.* Scriptura Euangelica & Apostolica, nō illos tantū appellat duodecim discipulos eius, sed oēs qui in eū credētes magisterio eius ad regnū cœlorū erudiebātur. Ex quorū multitudine, elegit duodecim, quos Apostolos nominauit. Quare duodecim, super Psal. Non frustra duodecim habere voluit discipulos Dominus: & ita numerus ille sacratus est, vt in locū vnius qui ceciderat, nō posset nisi alter nominari. Quia enim quatuor sunt orbis partes, & totus orbis in Euāgelio vocabatur, vnde quatuor Euāgelia scripta sunt, & totus orbis in nomine trinitatis vocatur, vt congregetur Ecclesia: Quatuor autē ter ducta duodecim fiunt. Quod quidem mirū super Ioannem. Tract. cvj. *Tom. IX.* Quanta est vel qualis gloria Dei, duodecim vel vndecim potius innotuisse mortalibus? Ab eis non excluditur Paulus, super epistolam ad Galatas circa principium. *Tom. IIII.* Priores Apostoli veraces, qui nō ab hominibus, sed à deo per hominē sunt missi, per Iesum Christū scilicet, adhuc mortalē. Verax enim nouissimus Apostolus Paulus, qui per Iesum Christū totū iam Deū, id est, omni ex parte immortalem, post resurrectionē eius missus est. Priores sunt cęteri Apostoli, per Christum adhuc ex parte hominem, id est, mortalē. Nouissimus est Apostolus Paulus, per Christū iā totū Deū, id est omni ex parte immortalē. Sit ergo testimonij eius ęqualis authoritas. in cuius honorē implet clarificatio Domini, si quid habebat ordo temporis minus.

Propterea de libro actuum Apostolorū, dicit in Lib. contra epistolā fundamēti, & similiter super Ioannē, sermone vj. *Cap. 5.* *Tom. VI.* Libro actuū Apostolorum necesse est me credere si credo Euangelio, quoniā vtranq; scripturā similiter mihi catholica cōmendat authoritas. In eodē etiā Lib. de vocatione atq; Apostolatu Pauli vulgatissimā tenemus historiā. In eodem. Actus Apostolorum, Euāgelio pari authoritate cōiunctos lego. *Cap. 9.* De Apostolorū electione, Lib. xviij. de ciuitate Dei. Elegit discipulos quos & Apostolos nominauit humiliter natos, inhonoratos, illiteratos: vt quicquid magnū essent, & facerēt, ipse in eis esset & faceret. Habuit inter eos vnū, quo malo vtens bene, & suæ passionis impleret dispositum, & ecclesiæ suæ tolerandorū malorū præberet exemplum. Causa ponitur super psalm. *Cap. 65.* *Tom. VIII.* Et ne qualibet persona gloriaretur in carne, infirmos elegit

Chri

Christus. Elegit enim postea oratores, sed illi superbirēt, nisi prius eligeret piscatores. Elegit diuites, sed dicerēt meritò diuitiarum suarū se electos, nisi primo elegisset pauperes. Elegit imperatores postea: sed melius est vt Romam cum venerit imperator, deposito diademate, ploret ad memoriam piscatoris, quā vt piscator ploret ad memoriam imperatoris. Infirma enim mundi & contēptibilia elegit Deus, vt nō glorietur omnis caro in conspectu eius.

Tom. eod. *Infirmis confusa fortia.*

Super Psal. cxlix. Venit Dominus Iesus Christus prodesse omnibus: sed elegit prodesse imperatori de piscatore, nō piscatori de imperatore. Et elegit illa quę nullius momenti erant in mundo. Ipsos impleuit spiritu sancto, & dedit eis frameas bis acutas. Prædicare cœpit Euangelium, & ire per totum orbem terrarum. Fremuit mundus, erexit se leo aduersus agnū: Sed fortior leone inuentus est agnus. leo victus est sæuiēdo, agnus vicit patiendo. Conuersa sunt corda hominū ad timorē Christi.

Tract. 7. Tom. IX.

Super Ioannē. Dominus noster Iesus Christus volens superborum frangerę ceruices, non quęsiuit per oratorem piscatorem: sed de piscatore lucratus est oratorē. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator: per quē postea crederet non tantū orator, sed etiā imperator. Nullus nobilis primo electus est, nullus doctus: quia infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.

Tom. X. Serm in ordine 49.

Lib. iij. de verbis Domini, sermone xj. Aliquando homines inde sibi plurimum nocent, cum alios offendere timēt. Multū enim valēt boni amici ad bonū, & mali ad malū. Ideo Dominus vt pro salute nostra potentiū amicitias cōtēnamus, noluit prius eligere senatores, sed piscatores. Magna artificis misericordia. Sciebat enim quia si eligeret prius senatorē, diceret senator, dignitas mea electa est. Si eligeret diuitē, diceret diues, Opulentia mea electa est. Si eligeret prius oratorē, diceret orator. Eloquentia mea electa est. Si eligeret philosophū, diceret philosophus, sapiētia mea electa est. Interim inquit, differantur superbi isti, multū tument. Distat autē inter magnitudinē & tumorē: vtrunq; grāde est, sed non vtrūq; sanū est. Differātur ergo inquit, isti superbi. aliqua soliditate sanādi sunt. Da mihi, inquit, prius piscatorē istum. Veni tu pauper, sequere me: idiota pauper sequere me. Non est quod in te expauescatur, sed multum est quod in te impleatur. Tam largo fonti, vas inane admouendū est. Dimisit retia piscator, accepit gratiam, & diuinus factus est orator. Deniq; legūtur modo verba piscatorū, & colla subdūtur oratorū. Tollātur ergo de medio inanes venti, tollatur de medio fumus qui crescēdo euanescit: prorsus pro salute nostra ista contēnātur.

Cur abiectos ad Apostolatum elegit.

De quorū potestate, Lib. de blasphemia in spiritū sanctum. Ipsi Apostoli, qui ignobilia & contēptibilia huius mūdi fuerunt, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas Dei virtutis apparuit: isti, teste Christo, iudices erunt nostri.

Tom. V.

Sed vt dicit, Lib. x. de ciuitate Dei, ca. xxxij. Sanctis Apostolis non apparuerūt tantummodo visiones Angelicæ, & cœlestiū ministrorum sola

A verba sonuerūt, verūetiā hominibus Dei verbo simplicis pietatis agentibus, spiritus immundi de hominum corporibus, ac sensibus pulsi sunt: vitia corporis, lāgorésq; sanati: fera animalia terrarū & aquarū, volatilia cœli, elementa, sydera, diuina iussa fecerunt, inferna cesserunt, mortui surrexerunt vel reuixerunt.

Tom. III. Apostolica virtus.

Lib. iij. de mirabilibus sacræ scripturæ capi. xvj. Ecce quanta est Apostolica virtus in Christo. Sanū Ananiā dū Petrus arguit, per sermonis tātū imperiū, morte ligauit: & Tabithā mortis vinculo ligatā, eadē imperij potestate dissoluit. Ideóq; prius Ananias & Saphira in conspectu ecclesiæ cito mortui sunt, vt Apostolica authoritas, quanta esset ostēderetur, & quā magnū peccatum esset, quod oblatū est iterū ab ecclesia retrahere monstraretur, & B cæteri huius exēplo castigarētur.

Cap. 19. Tom. I.

De quorū sciētia, Lib. xiij. confess. Fiant luminaria in firmamento cœli, factus est subito de cœlo sonus, quasi ferretur flatus vehemēs, & visæ sunt linguæ diuisæ quasi ignis, qui & insedit super vnūquēq; illorū: & facta sunt luminaria in firmamēto cœli, verbū vitæ habentia. Vbiq; discurrite ignes sancti, ignes decori. Vos enim estis lumen mundi, nec estis sub modio. Exaltatus est cui adhæsistis, & exaltauit vos. Discurrite & innotescite omnibus gentibus. Concipiat & mare, & pariat opera nostra, & producant aquę reptilia animarū viuarū. Separantes enim pretiosum à vili, facti estis os Dei, per quod diceret: producant aquæ nō animā viuā, quā terra producit, sed reptilia animarū viuarū, & volatilia volātia super terrā. Repserūt C enim sacramenta tua Deus, per opera sanctorū tuorū, inter medios fluctus tētationum sæculi, ad imbuendas gentes nomine tuo, in baptismo tuo, & in terra facta sunt magna mirabilia, tanquā cete grandia, & voces nunciorū tuorū, volitantes super terrā, iuxta firmamētū libri tui proposito illo sibi ad authoritatē, sub quo volitarēt, quocunq; irent. Neq; enim sunt loquelæ, neq; sermones, quorū nō audiātur voces eorū. Quoniam tu Domine benedicēdo multiplicasti hæc.

Apostoli luminaria. Cap. 20.

Tom. II. Epist. 3.

In epist. ad Volusianum. Venit Christus, cōplētur in eius ortu, vita, factis, dictis, passionibus, morte, resurrectione, ascensione, omnia præconia prophetarū. Mittit spiritum sanctū, implet fideles vna in domo cōgregatos, & hoc ipsum promissum ante D orādo & desiderādo expectātes. Impleti autē spiritu sancto, loquūtur repēte linguis omniū gētiū, arguūt fidenter errores, prædicāt saluberrimam veritatē, exhortātur ad pœnitentiā præteritæ culpabilis vitæ, indulgentiam de diuina gratia pollicentur, prædicatione pietatis veræque religionis signa cōgruentia & miracula cōsequūtur. Excitatur aduersus eos sæua infidelitas, tolerant præsentia, sperant promissa, docent præcepta. Numero exigui per mundum disseminantur, populus mirabili facilitate conuertitur. Inter inimicos augētur, persequutiōibus crescūt, per afflictionum angustias, vsq; in terrarū extrema dilatātur. Ex imperitissimis, ex abiectissimis, ex paucissimis, illuminantur, nobilitantur, multiplicantur,

Munus Apostolicū ineluctabile.

præclarissima ingenia, acutissima eloquia, mira- A bilésque peritias acutorum, facũdorum, atq; doctorum subiugãt Christo, & ad prædicandã viã pietatis salutísque cõuertunt. Alternis aduersitatibus & prosperitatibus rerũ, patientiã, & temperantiã vigilãter exercent: mũdo declinante in extrema: fessísq; rebus ætatẽ vltimã protestãte, multo fidentius, quia & hoc prædictũ est, æternã fœlicitatẽ cœlestis ciuitatis expectant. Vnde in prima epistola ad eundẽ monẽs ad studiũ scripturarũ sanctarum, præcipuè hortatur de doctrina Apostolorũ. Meritis tuis reddens salutationis officiũ† hortor vt valeo, vt literarũ verè certéq; sanctarũ studio, te curã nõ pigeat impẽdere. Syncera enim & solida res est, nec fucatis eloquiis ambit ad animũ, nec vllo linguæ tectorio inane aliquid ac pẽdulũ crepitat. Multũ mouet, nõ verborum, B sed rerũ auidũ: & multũ terret factura securum. Præcipuè Apostolorum linguas exhortor vt legas, ex his enim ad cognoscendos prophetas excitaberis, quorum testimoniis vtuntur Apostoli.

Tom. eod. Epist. 1.

† Alias obsequium.

Tom. III. Lib. de vera innocẽtia cap. viij. Doctrina Apostolica tam salubris atq; vitalis est, vt pro capacitate vtentium, neminẽ sui relinquat exortẽ: quia siue paruuli, siue magni, siue infirmi, siue fortes, habẽt in ea vnde alantur, vnde satientur. De Apostolorũ opere, Lib. xviij. de ciuitate Dei. Eritis mihi testes in Hierusalẽ & in Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ. Primũ à Hierusalẽ se diffudit Ecclesia, & cũ in Iudæa atq; Samaria plurimi custodissent, & in alias gentes itum est: quibus per eos annũciatũ est Euangeliũ quos ipse sicut luminaria & aptauerat verbo, & accenderat C Spiritu sancto. Dixerat enim eis. Nolite timere eos qui occidũt corpus, animã aũt nõ possunt occidere. Qui vt frigidi timore nõ essent, igne charitatis ardebant. Lib. x. eiusdẽ, cap. xxx. Missi Apostoli, orbẽ terrarũ Euangelio repleuerunt.

Tom. V. Cap. 50.

Tom. eod.

Tom. eod. Quod quidẽ fuit valdè mirum, Lib. xxij. cap. v. Ipso modo quo credidit mũdus, si cõsideratur, incredibilior inuenitur. Ineruditos liberalibus disciplinis, & omnino quãtum ad istorũ attinet doctrinas impolitos. Non peritos grammatica, non armatos dialectica, nõ rethorica inflatos piscatores Christus cum retibus fidei, ad mare huius sæculi paucissimos misit: atq; ita ex omni genere tam multos pisces, ex tanto mirabiliores, quã rariores, etiam ipsos philosophos cœpit.

Tom. VIII. Super Psal. xxx. sermone iij. Ascendit Christus in cœlũ D sedẽs ad dexterã patris: post decẽ dies misit spiritũ sanctũ: impleti sunt Spiritu sancto discipuli, & cœperũt prædicare magnalia Christi. lapidati, occisi, fugati sunt. Et cũ inde, tanquã ex vno loco fugarẽtur, quasi ligna ardentia igne diuino, totam syluã mundi, accẽsam feruore spiritus & lumine veritatis impleuerunt. Et hoc quære, Lib. j. de cõsensu Euãgeliorũ.

Cap. 34. Tom. IIII Apostoli deos gẽtiũ coli prohibebãt, ne vel insensatis simulachris supplicaremus, vel societatẽ cũ dæmonibus haberemus, vel creaturæ potius quã creatori, religionis obsequio seruiremus. Dicũtur autẽ Apostoli cœli in eodem libro.

Cap. 30. Cœlorũ nomine Apostoli Christi significati sunt, quod in eis Deus præsideret vt Euãgeliũ annũciarẽt. Iã ergo cœli enarrauerũt gloriã Dei, & opera manuũ eius annũciauit firmamẽtũ. Dies diei eructauit verbum, & nox nocti indicauit scientiã. Iam nõ sunt loquelæ neq; sermones, quorũ non audiãtur voces eorũ. Iã in omnẽ terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Iam in sole, hoc est in manifestatione, posuit tabernaculũ suũ, quod est Ecclesia ipsius. Qui vt hoc faceret, ipse sicut ibi sequitur, tanquã spõsus processit de thalamo suo, id est, cõiugatũ carni humanæ, verbũ processit de vtero virginali. Iã exultauit vt gigas, & cucurrit viã. Iã à summo cœlo egressio eius facta est, & occursus eius vsq; ad summũ eius. *Tom. X.* In sermone ij. de Epiphania. Apostoli velut alij cœli enarrauerũt gloriã Dei. Cur ergo non agnoscamus eos cœlos, qui facti sunt sedes Dei, sicut scriptũ est. Anima iusti sedes est sapientiæ? per hos enim cœlos, ille cœlorũ fabricator & inhabitator intonuit, quo tonitruo mũdus tremuit. *Homil. ij. Tom. IX.* Dicuntur & portæ. super Apoc. Per duodecim portas ciuitatis, intelliguntur xij. Apostoli: qui ideo dicũtur portæ, quia æternæ vitæ per doctrinã suã ianuã pandunt. *Tom. VI.* Similiter dicuntur columnæ super Psal. lxiiij. Ego confirmaui colũnas eius. Columnas Apostolos dicit. *Gal. 2.* Vnde Apostolus de coapostolis suis dicit. Qui videbantur inquit columnæ esse sed non essent, nisi ab illo firmarentur. Quia quodã terræmotu passionis suæ, ipsæ etiã columnæ nutauerunt, quæ tamen in resurrectione firmatæ sunt. Dicuntur fundamẽta in sermone v. de dedicatione Ecclesiæ. Beatos Apostolos sermo diuinus sub appellatione montiũ cõmemorat: quod stabilitate fidei, & magnitudine virtutũ firmẽtur vt intelligamus quãta eos debemus veneratione extollere, in quibus videmus Ecclesiæ fundamẽta cõsistere. Ideo ergo magnanimitas inuicta, nomẽ sortita est fundamẽti, quia sicut fundamẽtũ in primo loco ædificij ponitur, ita per eos primitus religio Christiana initiũ sumpsit: per eos fides nouella surrexit, & quasi supra molem solidam vasta firmitate consedit. Quæ cũ ita sint iniuriam Dei Ecclesiæ facit inter parietes, qui nõ digno honore veneratur Ecclesiæ fundatores. Per illos ergo est salus cõfirmata credentiũ, quia videmus per eos veritatem, quã annũciauerũt prædicando, cõfirmauerũt moriẽdo, rebus non sermonibus declarantes quoniam sit bonũ illud spe certũ, in retributione gloriosum, in possessione iucũdũ, pro quo lux negligitur, gladius non timetur, anima incunctanter afficitur. Agnoscamus adornamenta matris nostræ quãta sit eius gloria, quæ inter ipsa primordia tantis est honorata testibus: quæ per sacrum sanguinem prædicata est, illóq; genere dilatata, quo redẽpta est. *Tom. IX.* Sunt etiam dicti pedes. super Apoc. Homil. prima. Per pedes similes aurichalco, possunt Apostoli intelligi: qui per passionem prædicauerũt verbũ Dei. Per quos enim ambulat prædicatio, pedes congrue nominãtur: sicut Propheta dicit. *Isai. 52.* Quã pulcri pedes, &c. De quorũ honore, Lib. v. *Tom. V.* de ciuitate Dei, cap. xiiij. Ipsi Apostoli, non diligentes

gentes gloriã hominũ magis quàm Dei, cum his locis prædicarẽt Christi nomẽ, vbi non solũ improbabatur, verũ etiã summæ detestationis habebatur, tenẽtes quod audierãt à bono magistro eodémq; medico mentium. Si quis me negauerit corã hominibus, negabo eũ corã patre meo qui in cœlis est: inter maledicta & opprobria, inter grauissimas persequutiones crudelésq; pœnas, nõ sunt deterriti à prædicatione salutis humanæ, tanto fremitu offensionis humanæ. Et quod eos Diuina facientes atq; docẽtes, diuinéq; viuẽtes debellatis quodãmodo cordibus duris, atq; introducta pace iustitiæ, ingẽs in Ecclesia Christi gloria cõsecuta est: nõ in ea, tanquam in virtutis suę fine quieuerunt. Sed eam quoque ipsam ad Dei gloriam referentes, cuius gratia tales erant. *Tom.IIII.* Quorũ tamẽ aliqui honoratiores erant, super epistolã ad Gal. Petrus Iacobus & Ioãnes honoratiores in Apostolis erant, quia ipsis tribus se in monte Dominus ostendit, in significationẽ regni sui.

Tom.VIII. Omnes tamen suũ honorem attribuebant Christo. super Psal. xliiij. Non quæsierunt Apostoli honorẽ suũ, sed Christi. Quotquot enim in Christo per Euãgeliũ genuerũt, nõ Paulianos aut Petrianos sed Christianos nominauerũt. Ostẽdatur mihi Romæ in honore tãto templũ Romuli, in quãto ibi ostendo memoriã Petri. Ibi tamẽ quis honoratur, nisi ille Christus pro nobis defunctus? Sumus enim Christiani, non Petriani. *Apostolis succedunt Episcopi.* Quibus succedunt Episcopi, ibidem. Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filij nati sunt, quia constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi qui sunt per totum mũdũ vnde nati sunt? Ipsa Eccclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Nõ ergo Ecclesiate putes desertam, quia non vides Petrũ, quia nõ vides Paulũ, quia nõ vides illos per quos nata es. De ꝑle tua creuit tibi paternitas: pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super omnem terrã. De Apostolorũ verò morte in sermone primo de Apostolis Petro & Paulo. Nullatenus potest explicari, quibus modis interfectio Apostolorũ pretiosa pẽsetur. Moriũtur abiecti, & orbis terrarum capiũt principatũ. Moriũtur mũdanæ eruditionis ignari, & existunt doctrinæ cœlestis authores. Moriũtur captores pisciũ, & efficiũtur hominũ piscatores. Moriũtur terrenæ dignitatis extranei, & eorũ opificio cœlũ reseratur & clauditur. Moriuntur soliti maria perscrutari mediocri artificio, & redduntur sæculo examinatores & iudices. Moriũtur pœnis tormẽtísq; defecti, & fiũt curatores hominũ passionum. Moriũtur aliquando morituri, & pretiosæ vitæ possessores efficiũtur æternæ. O admirãda commercia, quæ nulla possunt ęstimatione taxari. Moriuntur per quos vnigeniti sacrũ corpus Deo exornatur, vnius Ecclesiæ fundamẽta constituũtur. *Tom.IX.*

AQVA. Super primã canonicã Ioannis homil.vj. Nomine aquæ multa significantur. Quibusdam enim locis spiritum sanctum, quibusdã baptismũ, quibusdã populum, A quibusdã cõsiliũ significat, habes quodã loco dictum. Fons vitæ cõsiliũ, possidentibus eum. *Prouerb.16.* Ergo per diuersa loca scripturarũ nomẽ, aquæ diuersa significat. Lib. diuersarũ, quęstionũ ad Orosiũ. *Quæst 51. Tom.IIII* Aqua significat baptismũ, lignum, crucem. Sicut Noe per aquã & lignũ liberatur, ita Ecclesia baptismo, & passionis Christi signaculo liberatur.

Lib. quæstionum Exodi. Intelligitur à parte totũ: nomine panis, omnis cibus: & nomine aquæ omnis potus significante scriptura. *Tom.III.* Lib. locutionum Exodi. A parte totum, per panẽ omnẽ cibũ: & per aquã, omnẽ potũ significat scriptura. De aqua materiali lib.ij. super Genes. Terra & aqua habent species proprias istas notissimas, nobísq; tractabiles. Aqua mobilẽ, terra immobilem. Et ideo de illa dictũ est: congregetur de hac vt appareat arida. B Aqua enim est labiliter fluxa; terra stabiliter fixa. *Cap.11. Tom.III.* De aquis constat cœlũ, Lib. diuersarum quęstionũ ad Orosiũ. Ex his aquis de quibus iste aer plenus erat, formatum est à Domino firmamẽtum. Nec mirũ si Deus qui omnia potest, de aquis istis fecit cœlũ, cũ videamus & nos, ex aqua cristallũ sæpe factum durissimũ. De aqua spirituali in Psal. super Psal. xxxj. *Tom.VIII. Expositiõe 2.* Quæ est illa aqua vera, quæ manat de intimo fonte puræ venæ veritatis? Quæ illa aqua nisi q̃ docet hãc vocẽ. Dixi pronũtiabo aduersum me iniustitiã meam Domino: ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi? Hæc aqua confusionis peccatorũ, hæc aqua humiliationis cordis, hęc aqua vitę salutaris, abiiciẽtis se, nihil de se prę sumentis, nihil suæ potentiæ superbæ tribuentis: C hæc aqua in nullis alienigenarum libris est, nõ in Epicureis, non in Stoicis, non in Manichæis, non in Platonicis. Vbicunque etiam inueniũtur optima præcepta morum & disciplinæ, humilitas tamẽ ista nõ inuenitur. Via humilitatis huius aliũde manat, à Christo venit. Hæc via ab illo est, qui cum esset altus, humilis venit. De aqua require supra, cap. aer. *Cap.14.*

AQVILA. Lib. de quãtitate animę. *Tom.I.* Oculus Aquilæ qui multo quam noster est breuior, eo tamen illa, sublimè ita volãs vt à nobis tanta luce difficile cernatur, latentem sub frutice lepusculum, & sub fluctibus piscem videre comperta est. *Tom IX.* Significat Ecclesiam super apoc. Homil.vj. Aquila est Ecclesia, quæ volans in medio cœli, id est, in medio sui discurrẽs, D plagas nouissimi temporis magna voce prędicat: Quando verò sacerdos diem iudicij annunciat, Aquila in medio cœli clamat. Require vbi Euãgelium. & infra, cap. Iohannes euangelista.

ARBOR. *Serm.4. Tom.X.* Arbor dicitur Christus in sermone de sancto Laurentio. Arbor est Christus Dominus, rami sunt omnes Apostoli vel Martyres saluatoris: ad quos si quis se fortiter tenere voluerit, fluctibus sæculi minimè submergetur: quin potius sub vmbra illorũ latitãs gehennæ nõ patietur ardorem, securúsq; de diabolicæ tempestatis procella erit, nũquam iudicij exurendus incendio. Dicitur crux in sermone iij. de natiuitate Domini. Quia Christus in li-

gno pependit, vt fructus. Igitur sicut per arborem mortui, ita & per arborem viuificati. Arbor nobis nuditatem ostendit, vestiuit nos arbor indulgentiæ foliis. Arbor peccatorum incussit ardorem, præparauit arbor refrigerium delictorū. Arbor iustitiæ spinas & tribulos genuit, spem & salutem arbor sapientiæ peperit. Arbor sudorē attulit & laborem, contulit arbor quietem & pacem. Arbor lumē corporis patefecit, oculis cordis arbor refulsit. Arbor mundi insinuauit astutiam, diuinam arbor demonstrauit prudentiam. Malum arbor immisit, bonum arbor ostendit.

Tom. IIII. Dicitur anima, Lib. ij. de sermone Domini in monte. Arbor quippe est ipsa anima, id est, ipse homo qui malus, non potest bona operari, neque bonus mala. Ergo si vult malus bona operari, prius bonus fiat. Declaratur, Lib. j. de verbis Domini, sermone xij. A fructu arbor cognoscitur. Sit vnusquisq; arbor bona, vt fructus bonos faciat, id est, opera bona. Non se arbitretur quisquam habere fructus bonos, nisi arboris bonæ. Ergo prius mutandus est homo, vt opera mutētur. Si manet malus, opera bona habere non potest: muta cor, & mutabitur opus: extirpa cupiditatem, plāta charitatem, est enim radix omnium charitas. Lib. j. de Genes. contra Manichæum. Per infructuosas arbores, insultatur hominibus, vt intelligāt quàm sit erubescendum sine fructu bonorum operū esse in agro Dei, hoc est in Ecclesia: & timeāt ne deserat illos Deus, quia & ipsi in agris suis infructuosas arbores deserunt, nec aliquam culturam eis adhibent. Ante peccatum hominis non est scriptum quod terra protulerit nisi herbam pabuli, & ligna fructuosa: post peccatum verò videmus multa horrida & infructuosa de terra nasci: credo propter eam causam, vt peccati humani crimen, semper hominibus ante oculos terra poneret, quo ad monerētur aliquando auerti à peccatis, & ad Dei præcepta conuerti. Herbæ autem venenosæ & in pœnam, & ad exercitationem mortalium creatæ sunt, & hoc tātū propter peccatū, quia mortales postea facti sumus. Propterea Libr. meditationum. Anima mea arbor infructuosa, vbi sunt fructus tui? Talis arbor digna est securi & igne, succidi & incendi. Qui sunt fructus tui? Vtique spinæ pungentes, & amara papula: quæ vtinam sic te pœnitendo pungerent, aut confitendo sic amarescerent, vt euanescerent. Forsitan paruum quid putas aliquod peccatum. Sed en quam magnum est. Peccatū per præuaricationem Deū exhonorat. Quam paruum est? Audebit ergo peccator aliquod paruū peccatū æstimare? De arbore verò scientiæ boni & mali, super Psal. lx. sermone ij. Ideo arbor illa appellata est scientiæ dignoscendi boni & mali, non quia inde talia, quasi poma pendebant: sed quicquid esset arbor illa, cuiuslibet fructus esset, ideo sic vocata est, quia si homo nollet bonum à malo discernere per præceptum, discreturus erat per experimentum: vt tangendo vetitum, inueniret supplicium. Declaratur, Libro de Genesi. Ad li-

Tom. X. *Tom. I.* *Arbores homines.* *Tom. IX.* *Tom. III. Cap. 6.*

A teram, viij. Lignum scientiæ boni & mali, quod lignum esset, non est dubitandum: sed cur hoc nomen acceperit, requirendum. Mihi autem etiā atque etiam consideranti, dici non potest quantum placeat illa sententia, non fuisse illam arborem cibo noxiam. Neque enim qui fecerat omnia valde bona, in paradiso instituerat aliquid mali: sed malum fuisse homini transgressionem præcepti. Oportebat autem vt homo sub Domino Deo positus, alicunde prohiberetur, vt ei promerendi Dominum suum, virtus esset ipsa obedientia, quam possum verissimè dicere, solam esse virtutem omni creaturæ rationali agēti sub Dei potestate. Primúmque esse & maximum vitium tumoris ad ruinam, sua potestate velle vti, cuius vitij nomē est inobedientia. Non B esset ergo vnde se homo Dominum habere se cogitaret atque sentiret, nisi ei aliquid iuberetur. Arbor itaq; illa non erat mala, sed appellata est sciētiæ boni & mali, quia si post prohibitionē ex illa homo ederet, in ea erat præcepti futura transgressio, in qua homo per experimentum pœnæ disceret, quid interesset inter obedientię bonum, & inobediētię malū. Proinde & hoc nō in figura dictū, sed verè quoddā lignū accipiendū est, cui non de fructu vel pomo quod in eadem nasceretur, sed ex ipsa re nomen impositum est, quæ illo contra vetitum tacto fuerat consequutura.

Arbor scientia boni & mali vnde dicta.

In tractatu de arbore interdicta, sermone primo. Vna arbor fuit explorans hominis voluntatem. In ea vita pendebat, in ea & mors per transgressionem latebat. In ea apparuit hominis transC gressio, in qua fuerat legis pręceptio. Dixit Deus, Ex omni ligno, &c. In hoc verbo lex erat à Deo posita homini: in ea fuit præmiū vitæ constitutū cum interminatione sententiæ. Dixit Deus. Si gustaueritis morte moriemini. dixit diabolus, non moriemini. Et stetit homo inter Deum factorē, & diabolū deceptorē. Deus mortē minatus est, si arboris fructus tāgatur. Diabolus Deos futuros esse promittit, si arbor illa violetur, & appetita est venenosa dulcedo mortis, & contempta est salubritas perpetuæ vitæ. Ideo infra subdit ibidē. Dicit aliquis calūniator: vides quod in illa arbore fuit mors. Respondeamus vanæ quæstioni. Non fuit planè in arbore facta, sed inuēta per hominē. Hæc probatio fuit hominis, nō deceptio saluatoD ris. Nā si Deus hoïem nō amasset, nec fecisset, nec ante præmoneret si mortificare voluisset. Quod si nō ante præmoneret, nō erat misericordia, sed impietas: nec iustitia, sed iniustitia: vt ipse misericorditer fecisset. Iniusta hæc impietas, nec in homine esse debet quanto magis nec in Deū fuisse credenda est, qui fons pietatis & bonitatis est?

Tom. IX.

Require infra, cap. planta, lignum.

ARBITRIVM. Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Nullum credimus ad salutem, nisi Deo inuitante venire. Nullum inuitatū salutē suā, nisi Deo auxiliante operari. Nullum nisi orantem, auxilium promereri. Nullum volūtate Dei perire, sed permissu, pro electione arbitrij, ne ingenuitas potestatis semel homini-

Tom. III. Cap. & 56.

minibus attributæ, ad seruilē cogatur necessitatē.
Tom.VI. Lib.ij.cōtra Felicem Manichæū. Audi de libe
ro arbitrio ipsum Deum, vbi duas arbores cōme
Mat.12. morat dicentē. Aut facite arborem bonā & fru-
ctum eius bonum, aut arborem malā & fructum
eius malū. Cum ergo dicit, aut facite hoc, aut il-
lud facite: potestatem indicat non naturā. Nemo
Liberum arbitrium. enim nisi Deus, facere arborē potest: sed habet
vnusquisque in voluntate, aut eligere quæ bona
sunt, & esse arbor bona, aut eligere quæ mala
sunt, & esse arbor mala: non quia ipsa mala quæ
eliguntur, aliquā habeāt in seipsis malam substan
tiam: sed quia Deus omnia quæ cōdidit, gradibus
suis cōdidit, generibúsq; distinxit, cœlestia atque
terrestria, immortalia atq; mortalia, & omnia bo
na in suo genere condidit: animā habentem arbi-
triū liberū, sub se ipso, & supra cætera collocauit:
vt si seruiret superiori, dominaretur inferiori. Si
autem offenderet superiorē, pœnam ex inferiore
sentiret. Hoc ergo Dominus dicens, aut facite il-
lud, aut illud: ostendit esse in potestate quod face
ret, ipse securus & certus in se, tanquā Deus: quia
si bonū eligerent, præmiū eius acciperēt: si verò
malum, pœnā sentirent: semper autem ipse iustus
est, aut remunerator, aut damnator. Sed vt di
cit, Libr. xiiij. de ciuitate Dei. Arbitriū voluntatis
tunc est verè liberū, cum vitiis peccatísq; nō ser-
uit. Tale datū est à Deo quod amissum proprio
Cap.17. Tom.IIII. vitio, nō nisi à quo dari potuit, reddi potest. Nō
propter hoc, arbitriū destruitur, Libro de sancta
viduitate siue de bono viduitatis. Arbitriū volun
tatis humanæ nequaquā destruimus, quando Dei
gratiā qua ipsum iuuatur arbitrium, non superbia
negamus ingrata, sed grata potius pietate prædi-
camus. Nostrum enim est velle, sed volūtas ipsa
& mouetur vt surgat, & sanatur vt valeat, & dila
tatur vt capiat, & impletur vt habeat. Nam si nos
nō vellemus, nec nos vtiq; acciperemus ea quæ
dātur, nec nos haberemus. Quis enim haberet cō-
tinentiā, nisi volēs? Sed à quo detur vt nostra vo-
lūtate accipi & haberi possit, si quæris, attēde scri
Sap.8. pturā. Cum scirē, inquit, quod nemo potest esse
cōtinens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiētiæ
scire cuius esset hoc donū. Magna duo ista sunt
munera, sapiētia, & cōtinentia. Sapientia, scilicet
qua in Dei cognitione formamur: cōtinentia ve
rò, qua huic sęculo nō cōformamur. Iubet aūt no
bis Deus, vt sapientes & continentes simus, sine
quibus bonis, iusti perfectíque esse nō possumus.
Sed oremus vt det quod iubet, adiuuando & in-
spirando, qui commonuit quid velle debeamus,
præcipiendo & vocādo. Quicquid hinc dedit, vt
conseruet oremus: quod autem nondum dedit, vt
expleat oremus, tamē oremus & gratias agamus
de acceptis: & eo ipso quòd ingrati non sumus,
nos accepturos esse fidamus. Qui enim dedit con
iugatis fidelibus, vt cōtineant ab adulteriis & for
nicationibus, ipse dedit sanctis virginibus & vi-
duis, vt cōtineant ab omni cōcubitu, in qua virtu-
te iam ꝓpriè, vel integritas, vel cōtinentia nomi
natur. An forte ab illo ē quid accepimus cōtinen
tiā, sed à nobis habemus sapientiā? Quid est ergo

A quod dicit Iacobus Apostolus. Si quis aūt vestrū
indiget sapiētia, postulet à Deo qui dat omnibus Iac.1.
affluēter, & nō improperat. Nō potest facere
sine gratia bonum, sicut per se malū. Lib.xv.de ci Tom.V.
uit.Dei, cap.xxj. Volūtas nostra in natura qua fa-
cta est, bona est, quia à bono Deo: sed mutabilis
ab immutabili, quia ex nihilo ab eo qui est: & à
bono potest declinare vt faciat malū, quod fit li-
bero arbitrio: & à malo vt faciat bonū, quod non
fit sine diuino adiutorio. Declaratur in sermo-
ne q̄ incipit, Psalmus quē modo cātauimus: & est
psal.cj. Creatus est in natura sine culpa primusho
mo. In natura sine vitio creatus est rectus, nō se fe
cit rectū. Cadēs nāq; à manu figuli fractus est. Re-
gebat enim eū ipse qui fecerat, voluit deserere à
quo factus erat, permisit Deus, tanquam diceret.
B Deserat me, & inueniat se & miseria sua ꝓbet: qa
nihil potest sine me. Hoc modo ostēdere voluit
Deus noster omni fatuo homini insensato, quid
valeat liberū arbitriū sine Deo. O malū liberū ar
bitriū sine Deo. Experti sumus quid valeat sine
Deo, ideo miseri facti sumus, quia sine Deo quid
valeat homo, experti sumus. Lib. Hypognosti Tom.VII.
con, respon.iij. id est Lib.iij. Super illud, de omni
ligno quod est in Paradiso edetis, &c. taliter vel-
le permisit. Et vetādo. De ligno inquit, sciētię bo
ni & mali non edetis: huiusmodi nolle ꝓmonuit.
Sed cū & velle & nolle prædocuit, cui ad vtrūq;
posse liberū donarat arbitriū. Quo malè incau-
tus vtens, dū sponte serpenti præbet suadenti con
sensum, Dei præterit præceptū, amisso possibi-
litatis bono, solum arbitrium ad velle potitus est
C voluntatū. Hoc ergo vulnere cuncti libero clau
dicamus arbitrio, nec implere nobis naturaliter
sufficit posse bonum. Require vbi gratia & li-
berum arbitriū. Et capite, libertas & voluntas.

ARCA. Arca significabat Ecclesiā, in Tom.IIII.
Libro diuersarum quæstionū ad Oro- Quæst.52.
sium. Sicut arca de lignis quadratis con-
struebat̄, ita Ecclesia de Sāctis cōstruitur. Qua-
drum enim in quacunque parte posueris, fortiter
stat: & Sancti in quibuslibet tentationibus stabi-
les permanent: non aduersitatibus, non prospe-
ritatibus cedunt. Bitumen significat charitatem,
per quam Sancti, nec illis scandalis quæ fiunt ab
his qui intus sunt, cedunt. nec illis quæ fiunt ab
his qui foris sunt: & seruant vnitatem spiritus
in vinculo pacis, tolerantes malos Christia-
D nos qui sunt in Ecclesia, & hæreticos qui sunt fo-
ris & extra Ecclesiam. Super Ioannē, sermo- Tom.IX.
ne vj. De imputribilibus lignis arca fabricata est.
Imputribilia ligna Sancti sunt fideles pertinen-
tes ad Christum. Quomodo enim in templo la-
pides viui, de quibus ædificatur templum, homi-
nes fideles dicti sunt. Sic ligna imputribilia, homi
nes perseuerantes in fide: arca enim est Ecclesia.

Diffusius exponitur Libro decimo quinto de Tom.V.
ciuitate Dei, cap.vigesimo sexto. Arca illa in
qua Noe Dei ꝓcepto cū suis ingressus est, vt libe-
raretur à diluuij vastitate: ꝓculdubio figura est Quid adūbret arca.
peregrinātis in hoc sæculo ciuitatis Dei, hoc est,
Ecclesiæ, quæ fit salua per lignum, in quo pe-

pendit mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus. Nam & mensuræ ipsæ longitudinis, & latitudinis, & altitudinis eius, significãt corpus humanum, in cuius veritate ad homines prænũtiatus est venturus Christus, & venit. Humana quippe corporis longitudo, à vertice vsq; ad vestigia, sexies tantũ habet, quàm latitudo eius, quæ est ab vno latere ad alterum latus: & decies tantum, quàm altitudo, cuius altitudinis mensura est in latere, à dorso ad ventrem: velut si iacentẽ hominem metiaris supinum, seu pronum, sexies tantum longus est, à capite ad pedes, quàm latus à dextra in sinistram, vel à sinistra in dexteram, & decies, quàm altus est à terra. Vnde facta est arca trecentorũ in longitudine cubitorũ, & quinquaginta in latitudine, & triginta in altitudine. Et quod ostium in latere accepit, profectò illud est vulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum est. Hàc quippe ad illum venientes ingredimur: quia inde sacramenta manarũt, quibus credentes initiantur. Et quod de lignis quadratis fieri iubetur, vndique stabilem vitã sanctorũ significat. Quacũq; enim verteris quadratũ, stabit. Et cætera quę in eiusdẽ arcæ constructione dicũtur, Ecclesiasticarũ signa sunt rerũ. Et quod dicitur bicameratã & tricameratã eã facies, signat quod ex omnibus gentibus Ecclesia cõgregatur, Bicameratã dictã propter duo genera hominum: circuncisionem, scilicet & præputium: quos & Apostolus alio modo dicit Iudæos & Græcos. Tricameratam verò quod omnes gentes de tribus filiis Noë post diluuium reparatæ sunt. Possunt & hîc intelligi illa tria quæ commendat Apostolus. fides, spes, charitas. possũnt etiã multò conuenientius, tres illæ virtutes Euangelicæ intelligi, scilicet tricena, sexagena, & centena: vt in infimo habitet pudicitia coniugalis, supra vidualis, atq; hac superior virginalis: & sic omnia intelligi spiritualiter possũnt.

Tom.VIII. ARCVS. Arcus est sacra scriptura super psal. vij. Arcus sacra scriptura est, vbi fortitudine noui testamenti quasi neruo quodã, chorda duritia veteris flexa & edomita est. Hinc tanquã sagittæ emittuntur Apostoli, vel diuina præconia iaculantur. Quas sagittas ardentibus operatus est, id est, qui percussi diuino amore flagrarẽt. *Tom.IX.* Super Apoc. homil. v. Sup illud: Ecce equus albus, &c. Equus albus est Ecclesia, sessor eius Christus. Arcus quem tenet in manu, præcepta sunt eius: quæ per totũ mundũ velut sagittæ acutæ potentis, ad interficienda peccata, & excitanda fideliũ corda, datæ sunt. Corona in capite eius, promissio est vitæ æternæ.

Isa. 52. *Tom.IIII.* ARGENTVM. Libr. quæst. super Lib. Iudicũ, quæst. xvij. In argento omnẽ pecuniã significauit Propheta, cũ ait, absq; argẽto redimemini. Ab argẽto denominatur auaritia, quod fiebant eo frequẽtius nummi. infrà cap. auaritia.

Tom.X. ARGVERE. Libr. j. de verbis Domini, sermone xviij. Neq; consentientes sitis malis vt approbetis, neq; negligentes vt

A nõ arguatis, neq; superbiẽtes vt insultãtes arguatis. Quomodo arguendũ, ibidẽ, sermone xvj. & habetur ij. q. j. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te & ipsum solũ. quare? quia in te peccauit, id est, tu scis quia peccauit. Quia enim secretũ fuit quãdo peccauit in te, secretũ quare prodis cũ corrigis quod peccauit? Nã si solus nosti quia peccauit in te, & eũ vis corã oĩbus arguere, iã nõ es correptor, sed ꝓditor. Ipsa corripiẽda sunt corã omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius. Distribuite tempora, & concordat scriptura. Sic agamus, & sic agendũ est, nõ solum quando in nos peccatur, sed & quando peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciatur. Nescio quẽ homicidã nouit Episcopus, & nemo alius illum nouit. B Ego autẽ volo ipsum publicè corripere, & tu quæris inscribere? Ego prorsus nec prodo, nec negligo, corripio in secreto, pono ante oculos eius Dei iudiciũ, terreo cruentã cõscientiã, persuadeo pœnitẽtiã. Hac charitate præditi esse debemus. Vnde aliquãdo homines reprehendũt nos, quod quasi nõ reprehẽdamus, aut putãt nos scire quod nescimus, aut putant nos tacere quod scimus. Fortè ꝙ scis, & ego scio, sed nõ corã te corripio, quia curare volo, nõ accusare. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccãt, aliquãdo nobis prodũtur ab vxoribus suis plerũque zelãtibus, aliquãdo salutẽ maritorũ quærentibus, nos ergo nõ ꝓdimus palã, sed in secreto corripimus. Vbi cõtigit malũ, ibi moriatur malũ. Nõ tamẽ vulnus illud negligimus, ante omnia ostẽdentes homini in tali peccato cõstituto, C sauciámque gerenti conscientiã, illud vulnus esse mortiferũ. *Tom. ..*

Lib. de fide & operibus. Nõ est cõtrarius Apostolus Domino, qui dicit, peccantẽ corã omnibus argue, vt cęteri timorẽ habeãt: cũ ille dicat. Corripe eũ inter te & ipm. Vtrũq; eñ faciẽdũ est, sicut infirmitas admonet eorum, quos vtiq; nõ perdendos, sed corrigẽdos, curãdósq; suscepimus: et alius sic, alius verò sic sanãdus: ita etiã est ratio dissimulãdi & tolerãdi malos in Ecclesia: & est rursus ratio castigãdi, & corripiẽdi, non admittẽdi, vel in cõmunione remouẽdi. Errãt aũt hoĩes nõ seruantes modũ, & cũ in vnã partẽ ꝓcliuiter ire cœperint, non respiciũt Diuinæ authoritatis alia testimonia quibus possint ab illa intẽtione reuocari, & in ea quæ ex vtrisq; tẽperata est veritate ac moderatione cõsistere. D Ibidẽ. Nos ad sanã doctrinam pertinere arbitramur, ex vtrisque testimoniis tutam sententiã moderari, vt & canes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ toleremus, & canibus sanctũ, vbi est pax Ecclesiæ tuta, nõ demus. Cum verò siue per negligẽtiã præpositorũ, siue per aliquã excusabilem necessitatem, siue per occultas obreptiones inuenimus in Ecclesia malos, quos Ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus, tunc ne ascendat in cor nostrum impia & perniciosa præsumptio, qua existimemus nos ab his esse separandos, ne peccatis eorum inquinemur, atque ita post nos trahere conemur, veluti mundos sanctósq; discipulos

Cap. 3. Tom. II. 1. Timo. Mat. 18. *Cap. 5.* *Cane tẽpus ecclesiæ tolerari.*

los, ab vnitatis compage, quasi à malorum cõsortio segregatos: veniant in mentem illæ de scripturis similitudines, & Diuina oracula, vel certissima exempla, quibus demonstratũ & prænuntiatum est, malos in Ecclesia permixtos bonis vsq; in finem sæculi, temporéque iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate ac participatione sacramentorũ, qui eorũ factis non cõsenserint, obfuturos. Cum verò eis per quos Ecclesia regitur, adest pace salua potestas disciplinæ, aduersus improbos aut nepharios exercendæ. Tunc rursus ne vecordia segnitiáque dormiamus, aliis aculeis præceptorum, quæ ad seueritatem coërcionis pertinent, excitãdi sumus, vt gressus nostros in via Domini, ex vtrisque testimoniis illo duce atque adiutore dirigente, nec patientiæ nomine torpescamus, nec obtentu diligẽtiæ sæuiamus. Et vt dicit in sermone ij. de sancto Stephano. Gemina est Ecclesiastici dispensatoris industria: vt ad corrigendum cuiuslibet peccantis errorẽ, & non desit in ore correptio, & ad Deum pro eo supplex effundatur oratio: vt qui malum fecit, per increpationẽ de malis operibus confundatur, & per orationẽ apud Deum adiuuetur. Ac sic ipsa charitas, & ore iustitiam sonat, vt errantem corrigat: & in corde patientiam seruat, vt pro errante orationẽ puro affectu dilectionis effundat. Qui enim errantem non corripuerit, de negligentia iudicabitur: qui autem pro eo non orauerit, de pernicie condemnabitur. Quo circa, si quando aliquis pro animæ salute corripitur, non aspernetur: recipiat monita charitatis, nec præsentem tristitiam suæ voluntatis attendat, sed consideret quid vtilitatis acquirat. Idcirco enim arguitur, vt à prauis operibus corrigatur. Nec cũ videt correptionem aliqua verborum austeritate feruere, timeat charitatẽ in corde frigescere. Sic enim vigilet in ore correptio, vt in corde non dormitet oratio. Ac per hoc in vtroque erranti cõsultè prospicitur: vt dum homo correptus de peccato confunditur, & malis hominibus separatur, per orationẽ Deo miserante saluetur. *Tom. X.* Libr. j. de verbis Domini, sermone xvj. Tu vulnus fratris tui cõtẽnis, tu eum vides perisse & negligis? Peior es tacẽdo, quam ille conuiciando. Quando ergo aliquis in nos peccat, habeamus magnã curam, non pro nobis, (Nam gloriosum est iniurias obliuisci) sed obliuiscere iniuriam tuam, non vulnus fratris tui. Ergo corripe inter te & ipsum solũ, intẽdens *Tom. VIII.* correptioni parcens pudori. Sed vt dicit super psal. cxxviij. Omnis malus propterea persequitur bonum, quia non illi consentit bonus ad malum. Faciat aliquid mali, non obiurget Episcopus, bonus est Episcopus. Obiurget Episcopus, malus est Episcopus. Rapiat aliquid, taceat cui rapuit, bonus est. Saltem loquatur & reprehẽdat, & si non repetat, malus est. Malus est qui reprehendit raptorem, & bonus qui rapit. *Tom. X.* Propterea in sermone. De decollatione Ioannis baptistę. Nos interdum pro gratia hominum, vel timore offensionũ præferimus adulationem, & vendimus veritatem, non timentes illud quod terribiliter scri-

A ptum est. Si nõ annunciaueris iniquo iniquitatẽ suam, sanguinem de manu tua requiram. *Eze. 3.* Solent tamen aliquoties doctores Ecclesiæ, nõ pro negligentia peccantium ab increpatione cessare, *Periculum correptionis.* sed quia eos timent ex ipsa castigatione, ad peiora mala prorũpere. Quando pro hac re non prædicant sacerdotes, nõ possunt habere de taciturnitate reatum: quia sicut viri boni interdũ ex dura increpatione corriguntur, ita contra omnes etiam superbi, sæuissima admonitione, ad peiora præcipitia prouocantur. Nam intantum prædicatores Ecclesiæ aliquoties non ex voluntate, sed ex necessitate peccatores non arguunt, vt interdum per spiritale medicamentum, & charitatis artificium, superbos quosque etiam indignis laudibus prosequantur: vt dum erubescunt falsa esse quæ de eis dicuntur, ad emendationem B vitæ, & ad bona opera prouocentur, secundum illud quod scriptũ est. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, &c. *Psal. 9.* Et quia vera est illa viri sapientis sententia. Sicut vera laus ornat, ita falsa castigat: non tamen est impossibile apud Deum, vt etiam illi qui humanis laudibus inuitati bona opera exercere cœperint, Deus illis hoc in amorem & consuetudinem vertat, secundum illud quod quidam de sapientibus dixit. Bene consueuisse, pudebit dissuescere. & iterum. Bona loquamur, transiet sermo in effectum. Sed vt dicit in sermone ad Heremitas. Sicut à nobis Dominus pro suscepti officij necessitate, loquendi deposcit officium: ita à nobis charissimi, audiendi requirit effectum. Ideo inquam charitati vestræ expedit, C iis quæ pro salute vestra dicimus, obedire, sicut nobis imminet non tacere. Nam si nos offensam metuimus de silentio, quantomagis vos eam debetis expauescere de contemptu? Si, inquam, nobis grande periculum est, aliena peccata non arguere, quãto periculosius est propria nolle corrigere? *Tom. X.* Sed vt dicit Libro primo de verbis Domini, sermone xviij. In ipsa correptione, & coërcione alienorum peccatorũ, cauendum est, ne se extollat qui alterum corripit, & Apostolica est illa cogitanda sentẽtia. Qui se putat stare, videat ne cadat. Foris terribiliter ꝑsonet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio. Propter quod ait Apostolus. Instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis. *Tom. II. Epist. 178.* Addit in altercatione cum Pascentio comite, quæ ponitur inter epistolas. Qui dis-D ponit arguere, non faciat vnde alium nititur accusare. *Tom. IIII. Super cap. 6* Super epistolam ad Galat. Nũquam alieni peccati obiurgandi suscipiendum est negotiũ, nisi cum interius cogitationibus examinantes nostram cõscientiã, liquido nobis corã Deo responderimus, dilectione nos facere. *Correptio ex dilectiõe* Quod si conuitium vel minæ, vel etiam persequutiones eius quẽ argueris, lacerauerint animum, si adhuc ille per te sanari posse videbitur nihil respondeas, donec saneris prior, ne forte carnalibus tuis motibus ad nocendum consentias, & exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato, ad reddendum malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Quicquid enim lacerato animo

dixeris

dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige, & dic quod voles, nullo modo maledictũ erit, quod specie maledicti sonuerit, si memineris senserisque te in gladio verbi Dei liberatorem hominis esse velle ab obsidione vitiorum. Quòd si forte, vt plerunque accidit, dilectione quidem talem suscipis actionem, & ad eam corde dilectionis accedis. Sed inter agẽdum subrepserit aliquid dũ tibi resistitur, quod te auferat ab hominis vitio percutiendo, & ipsi homini faciat infestũ: postea te lachrimis lauãtem huiusmodi puluerem, multo salubrius meminisse oportebit, quàm non debeamus super aliorũ superbire peccata, quando in ipsa eorum obiurgatione peccamus, cũ facilius nos ira peccatis iratos, quã miseria aliena misericordes facit. Lib. de cõflictu vitiorũ: vbi inducit mansuetudinẽ proteruiæ respõdentẽ. Proteruia dicit. Nũquid stultis, nunquid insensatis hominibus ac si brutis animalibus, lenia verba, & nõ magis asperrima, vt tales decet, dũ delinquũt obiicienda sunt? Mãsuetudo respondet. Nõ tua in his persuasio, sed Apostoli sequenda est præceptio, qui de hac sentẽtia dilectũ discipulũ admonet dicẽs. Seniorem ne incerpaueris, sed obsecra vt patrem: iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores, in omni castitate. Et rursum. Seruũ, inquit, Domini, non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes: doctorem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt. Rursúmque. Argue, obsecra, increpa in omni patiẽtia & doctrina. Quod videlicet malum proteruiæ deterius adhuc subditis, quã prælatis nocet. Sæpius enim cõtingit, vt leniter ac cũ charitatis dulcedine prolatam correptionẽ spernant, & contra humilitatis verba, despectionis emittant iacula: vnde scriptũ est. Qui arguit derisorem, ipse sibi facit iniuriã. Quod cõtra de illo qui per increpationem proficit, dicitur. Argue sapientem, & amabit te. Arguẽdum est tamen super psal. 50. Ne vt saucios & languidos negligatis, sed vt facilius sanetis, sani permanere debetis. Corrigite arguendo, consolamini alloquẽdo, exemplum præbete bene viuendo: aderit eis, qui affuit & vobis. Non enim vobis iam ista pericula prætergressis, præclusa via: & fons misericordiæ Dei præcisus est: Quà venistis, venient: quà transistis, transibunt. Arguere Christi in Iudicio, super psal. xlix. Arguam te & statuam cõtra faciẽ. q. d. Arguẽdo quid tibi faciam? vt te videas. Quia si videres te, displiceres tibi, & placeres mihi. Quia verò te non videns placuisti tibi, displicebis & mihi & tibi. Mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Quid tibi faciam inquit. Cõstituam te ante faciem tuam. Quid enim? Vis latere te ipsum in dorso tuo? Ibi es, te non vides? faciam vt te videas. Quod post dorsum posuisti, ante faciẽ ponam: videbis fœditatem tuam, nõ vt corrigas, sed vt erubescas. Modo ergo tu fac, quisquis talis es, quod tibi minatur facere Deus. Tolle te à tergo tuo, vbi te videre non vis, dissimulans à factis tuis: & cõstitue te ante te. Ascende tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex, torqueat te timor, erũpat

Tom. IX. Cap. 10. Proteruiæ & Mansuetudinis conflictus. — *1. Timo. 5.* — *2. Timo. 2.* — *2. Timo. 4.* — *Prouer. 9.* — *Tom. VIII.* — *Tom. eod.*

à te confessio, dic Deo tuo. Quoniã iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Quod erat post te, fiat ante te: & non sit quò fugias te. Propterea arguit Christus in hac vita, Libr. ij. de verbis Domini, sermone vij. Arguit Christus pharisæum, à quo fuerat inuitatus ad prandium. Magis enim obiurgando pepercit, vt correcto, in iudicio parceret. De hac materia require supra, afflictio. Require infra, Reprehensio, reconciliatio.

ARITHMETICA. De hac scientia loquitur Libro ij. de doctrina Christiana. Numeri disciplina, cuilibet tardissimo clarum est, quod non sit ab hominibus instituta, sed potius indagata & inuenta. Non enim sicut primam syllabam Italiæ, quam breuem pronuntiauerũt veteres, voluit Virgilius, & longa facta est: ita quisquam potest efficere cum voluerit, vt ter tria aut non sint nouem, aut non possint efficere quadratam figuram, aut non ad ternariũ numerum, tripla sint ad senariũ sesculpa, ad nullum dupla: quia intelligibiles numeri semissem nõ habent. Siue ergo in seipsis cõsiderentur, siue ad figurarum, aut ad sonorum aliorúmue motionum leges numeri adhibeantur, incommutabiles regulas habent, neq; vllo modo ab hominibus institutas, sed ingeniosorũ sagacitate cõpertas. Quæ tamen omnia, quisquis ita dilexerit, vt iactare se inter imperitos velit, & nõ potius quærere vnde sint vera, quæ tantummodo vera esse persenserit: & inde quædam non solum vera, sed etiam incommutabilia, quæ incommutabilia esse non comprehenderit: ac si à specie corporum, vsq; ad humanam mentẽ perueniens, cum & ipsam mutabilem inuenerit, quod nunc docta, nunc indocta sit, constituta tamen inter incommutabilem supra se veritatẽ, & mutabilia infra se cætera, ad vnius Dei laudem atque dilectionem cuncta conuertere, à quo cuncta esse cognoscit, doctus videri potest, esse autem sapiens, nullo modo.

ARMA. Arma nostra Christus. Libro cõtra quinq; genera hæresum, circa principiũ. Promissus dies pugnæ illuxit, nos quoque impigre ad certamen Domino iuuante processimus. Adiutorium nostrũ à Domino, qui fecit cœlum & terram. Donabit certanti victoriam, qui certãdi donauit audaciam. Non nos hostium turba, non nos bellantium reuocet forma, †non quasi fulgentia vitrea terreant arma. Goliã magnum, robustum, armis terribilem, ingentiq; turba munitum, Dauid solus puer, paruus, atque inermis, vno lapidis ictu prostrauit, totáq; allophylorum castra turbauit, atque fugauit. Quid autẽ aliud petra in Goliã manu Dauid missa, nisi Christũ contra diabolũ ex semine Dauid venturum, significauit? Sunt hæc arma, contra arma diaboli, tractatu secũdo de symbolo. Duo sunt genera armorum valde fortia, contra quæ vigilanter ac fortiter stare debet omnis miles Christi, qui triumphare cupit, & superare virtutem diaboli, voluptas & timor. Alios enim voluptate capit, alios timore frangit. Confirmetur & nostra

Tom. X. Serm. ordine 30. — *Cap. 31. Tom. III.* — *Numeri regulæ.* — *Tom. VI.* — *†Aliap. quasi fulgentia vitrea terreant arma.* — *Cap. 1. Tom. IX.* — *Timor, voluptas diaboli.*

nostra acies, & proferantur arma spiritalia. Contra timorem diaboli, adsit timor Dei castus permanens in sæculum sæculi. Contra voluptatē turpissimæ delectationis, nō desit spes orationis. Et quid metuat Christianus, quādo monetur sic *Psal.117.* orare, sic præsumere, sic fidere, vt dicat. Dominus mihi adiutor, & ego despiciā inimicos meos.

Sunt arma nostra articuli fidei, in eodem tractatu circa principiū. Accepit homo symboli remedium, contra antiqui serpentis venenum: vt si quando voluerit aduersarius diabolus denuò insidiari, nouerit redēptus cum symboli sacramento, & crucis vexillo, ei debere occurri: vt talibus armis indutus, facilè vincat Christianus, de cuius oppressione malè antea triūphauit iniquissimus diabolus. Et quare nobis factus est aduersarius diabolus, nisi ex hoc quia videt liberos, quos tenebat ante captiuos: quia videt sanos, quos suis iaculis prostrauerat vulneratos: quia videt vestiri denuò immortalitate, quos nudauerat propinando iniquitatē: quia muscipula eius commutata est & nos erepti sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Sunt arma virtutes. *Tom.VIII.* super psal. xlv. Quoniam nos suscipit Dominus, nūquid inermes dimittit? Armat nos armis Euangelicæ veritatis, continentiæ salutis, spei, fidei, & charitatis. Hæc arma habebimus, sed non à nobis. Arma quę à nobis habuimns, arserūt, si tamē igne Spiritus sancti accēsi sumus. Super psal. xxxiiij. *Tom.VIII.* sermone primo. Dicit quodā in loco Apostolus, arma nostra esse, scutum fidei, & galeā salutis, & *Eph.6.* gladiū Spiritus, quod est verbum Dei. Armauit nos talibus armis, qualibus auditis: laudabilibus, inuictis, insuperabilibus, splendidis, spiritualibus sanè atque inuisibilibus: quia & hostes inuisibiles expugnamus. *Tom.IIII. Cap.12.* Libro de salutaribus documentis. *Boni mores, bona arma.* Quantum possumus solerti studio, mores nostros corrigamus, & virtutes omnium bonorum acquirere festinemus: quatenus pietatem Dei & misericordiā, in tempore oportuno consequi valeamus: & de promissione illius regni futuri ineffabiliter gaudeamus. Hæc sunt arma quę nos cōtra impetum diaboli armant, & Deo commendant: hæc sunt quæ animos nostros confortant, & muniunt atque nobilitant: hæc sunt arma quæ nobiscū sunt, & intra nos Deo donante: hæc *Cap.1. Tom.IX.* sunt veræ diuitiæ nostræ. Dicuntur etiā sacramēta, in supradicto tractatu de symbolo. Optimi iam tyrones Dei, fortes milites Christi, dum arma sacramentorum suscipitis, pugnam aduersus diabolum indicitis: dum eius operibus renunciatis, vehemētius in vos, eius furias prouocatis. Sed nō metuat miles Christi: induemini enim ipsum Iesum Christum, vt per eum velociter superetis aduersarium vestrum diabolū. Require de hac materia infra, cap. bellū. & cap. militia & miles.

Cap.10. Tom.III. ARS. Verbū Dei, dicitur ars Dei, Libr. vj. de trinitate. Verbum Dei perfectum cui non deest aliquid, est ars quædam omnipotentis atque sapientis Dei, plena omnium *Cap.30.&31. Tom.I.* rationum viuētium & incommutabilium. Libro de vera religione. Lex omnium artium cum A sit omnino incommutabilis, mens verò humana, cui talem legem videre concessum est, mutabilitatem pati possit erroris, satis apparet supra mentem nostram esse legem, quæ veritas dicitur. Nec iam illud ambigendum est, incommutabilem naturam, quæ supra rationalem animam est, Deum esse: & ibi esse primam vitam, & primam essentiam, vbi est prima sapientia. Nam hæc est illa incommutabilis veritas, quæ lex omnium artium rectè dicitur, & ars omnipotētis artificis. *Lex omnium artium veritas.* Quid sit ars humana, in eodem Libro, cap. liij. Reperitur nihil esse artem vulgarem, nisi rerum expertarum placitarúmque memoriam: vsu quodam corporis atque operationis adiuncto: quo iudicare de operibus possis, quod multò est excellentius, quamuis operari artificiosa non possis. De B artifice verò, Libro vndecimo de ciuitate Dei. Tria sunt quæ in vnoquoque artifice spectantur vt aliquid efficiat: natura, doctrina, & vsus. Natura, ingenio: doctrina, scientia: vsus, fructu diiudicandus est. Propterea Libro primo de Genes. contra Manichæum. Ars illa quæ est intus in anima, pulchrior est, quàm illa quæ arte fabricantur. Sed quod videt artifex intus in arte, hoc foris probat in opere. De humanis artibus, Lib. xxij. *Cap.24. Tom.V.* de ciuitate Dei. Præter artes bene viuendi, & ad immortalitatem perueniendi fœlicitatem, quæ virtutes vocantur: & sola Dei gratia quæ in Christo est, filiis promissionis, regnique donantur, nonne humano ingenio tot, tantæque artes sunt inuētæ & exercitę, partim necessariæ, partim voluntariæ, vt tam excellens vis mentis atque ra- *Inuentum artiū quàm mirabile.* C tionis, in iis etiam artibus quas superfluas, imo etiam periculosas perniciosásque appetit, quantum bonum habeat in natura, vnde ista potuit vel inuenire, vel discere, vel exercere testetur. Vestimentorum & ædificiorū, ad opera quàm mirabilia, & quàm stupenda, industria humana peruenerint, quò in agricultura, quò in nauigatione, profecerit: quæ in fabricatione quorumcunque vasorum, vel etiam statuarum, vel picturarum varietate excogitauerit & impleuerit: quæ in theatris mirabilia expectantibus, audientibus incredibilia, faciēda & exhibēda molita sit in capiendis, occidendis, domandis irrationabilibus animantibus, quæ & quanta reperit: aduersus ipsos homines, tot genera venenorū, tot armorum, tot machinamentorum, & pro salute mor- D tali tuenda, atque reparanda, quot medicamenta atque adiumenta comprehenderit: pro voluptate faucium, quot condimenta, & gulæ incitamenta repererit: ad iudicādas & suadendas cogitationes, multitudinem varietatémq; signorum, vbi præcipuum locum verba & literæ tenent: ad delectandos animos, quot eloquutionis ornatus, quam diuersorum carminum copiam: ad mulcēdas aures, quot organa musica, quot cantilenæ modos excogitauerit: quantā peritiā dimensionū atq; numerorū: meatúsq; & ordines sydorum, quanta sagacitate cōprehēderit: quàm multa rerū mūdanarū cognitiōe se impleuerit, quis possit eloqui, maximè si velimus nō aceruatim cuncta

cta congerere, sed in singulis immorari: in ipsis postremo erroribus & falsitatibus defendendis, quam magna claruerint ingenia philosophorum atque hæreticorum, quis existimare sufficiat? Loquimur enim nunc de natura mētis humanæ, qua ista vita mortalis ornatur, non de fide atq; itinere veritatis, qua illa immortalis acquiritur. Huius tantæ naturæ conditor cū sit vtiq; Deus verus & summus, ipso cuncta quæ fecit administrante, & summā potestatē, summâque habētem iustitiam, nūquam profecto in has miserias decidisset, atq; ex iis præter eos solos qui liberabūtur, in æternas esset itura pœnas, nisi illud nimis grande in homine primo, de quo cæteri exorti sunt, præcessisset.

De hac materia Require suprà, cap. Anima humana. Ipsæ autem artes exercentur causa auaritiæ, cap. Auaritia. De liberalibus verò artibus, in epistola ad Menoriū. Literę quas variarū serui libidinum liberales vocāt, nihil in se congruū habent libertati, nisi quod habēt congruum veritati. Non ergo eis eruditi dicendi sunt liberi, nisi quos ipse Dei filius, qui veritas est, liberat. Si inquit veritas, filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Non ergo illæ innumerabiles & impiæ fabulæ, quibus vanorum plena sunt carmina poëtarum, vllo modo nostræ cōsonant libertati: non oratorum inflata & expolita mendacia: non deniq; ipsorum philosophorū garrulæ argutiæ, qui vel Deum prorsus nō cognouerunt, vel cum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ideo obscuratū est insipiens cor eorum, & dicētes se esse sapiētes stulti facti sunt.

Tom.II. Epist.131.

Ideo Libr. j. retractationum, cap. iij. Displicet mihi, quod multum tribui liberalibus disciplinis, quas multi sancti multum nesciunt, quidam autem qui sciunt eas, sancti non sunt.

Tom.I.

ASTROLOGIA & astrologus. Libr. ij. quæstionū veteris & noui testamēti, quæstione lxiij. Astrologi inimici sunt veritatis. Quod probat lib. v. confessionū, cap. iij. Sunt qui curiosa peritia numerant stellas & arenam, & dimetiuntur sydereas plagas & inuestigant vias astrorum. Mente enim sua quærunt ista, & ingenio quod tu Deus dedisti eis: & multa inuenerunt, & prænunciauerunt ante multos annos defectus luminarium solis & lunæ, quo die, qua hora, quanta ex parte futuri essent, & nō eos fefellit numerus, & ita factū est vt prænuntiauerunt: & scripserunt regulas indagatas, & legūtur hodie, atque ex eis prænūtiatur quo anno, & quo mense anni, & quo die mensis, & qua hora diei, & quota parte luminis sui defectura sit luna vel sol, & ita fit vt prænūciatur. Et mirantur hæc homines, & stupent qui nesciunt ea, & exultant atq; extolluntur qui sciunt, & per impiam superbiam recedentes ac deficientes à lumine tuo tanto ante solis defectum futurum præuident, & in præsentia suum non vident. Ideo studium talium non sequendum. Libro secundo super Gen. cap. xvj. Dicant quod volunt de cœli syderibus, alieni à patre qui est in cœlis, nobis autem de interuallis & magnitudine syderum, subtilius aliquid quærere,

Tom.IIII. Tom.I. Mathematici. Tom.III.

A talique inquisitione, rebus grauioribus & melioribus necessarium tempus impendere, nec expedit, nec congruit. Et melius credimus ea esse cæteris maiora luminaria, quæ sacra scriptura ita commendat. Et fecit Deus duo magna luminaria, magna quæ tamen non sunt æqualia. Nam cōsequenter dicit cum ea cæteris præposuerit, inter seipsa differre. Ait enim luminare maius vt pręesset diei, &c. Eorum diuinationibus non est credendum, ibidem, cap. xvij. De fatis syderum qualeslibet eorum argutias, & quasi de mathesi documentorum experimenta, quæ illi apotelesmata vocant, omnino à nostræ fidei sanitate respuamus: talibus enim disputationibus, etiā orādi causas nobis auferre conantur, & impia peruersitate in malis factis, quæ rectissimè reprehenduntur,

B ingerunt accusandum potius Deum authorem syderum, quam hominum scelera. Sed quod animæ nostræ non sint natura corporibus, nec quidē cœlestibus subditæ audiant & philosophos suos. Quia verò terrenis corporibus, illa corpora superiora, non ad ea quæ ipsi tractāt potentiora sunt, vel hinc aliquando cognoscant, quia cum multa corpora diuersorum generum, vel animantium, vel herbarum & arbustorum, vno simul puncto temporis seminentur, vnóque puncto temporis innumerabiliter multa nascantur, non tamen diuersis, sed etiam iisdem terrarum locis, tantæ sunt varietates in progressibus, & in actibus & passionibus eorum, vt verè isti (sicut dicunt) perdant sydera, si ista considerent. Quid autem insultius atque hebetius, quam cum istis rebus conuincuntur, dicere ad solos homines sibi

C subiiciendos fatalem stellarum pertinere rationem, in quibus tamen etiam ipsis de geminis conuincūntur, quorū diuersæ viuentiū, diuersæ fœlicium vel infœlicium, diuersēque morientiū, easdem constellationes plerūque accipiunt? Quia & si interfuit aliquid cum de vtero funderentur, in nonnullis tamen tantum interest, quantum ab istis comprehendi computatione non possit. Manus sequentis Iacob, dum nasceretur, inuenta est pedem fratris præcedentis tenens, vsqueadeo sic nati sunt, vt quasi vnus infans in duplū prolixior nasci videretur. Horum certè constellationes, quas appellant, nullo modo dispares esse potuerunt. Quid ergo vanius quàm vt illas constellationes intuens Mathematicus, ad eundem horo-

D scopum & ad eandem lunam, diceret vnum eorum à matre dilectum, alterum non dilectum? Si enim aliud diceret, falsum profecto diceret. Si autem hoc diceret, verum quidem, sed non secundum suorum librorum ineptas cantiunculas diceret. Quod si huic historiæ, quia de nostris profertur, nolūt credere, nunquid & naturā rerū delere possunt? Cum ergo se minimè falli dicāt, si horā cōceptionis inuenerint, saltē sicut homines non dedignentur conceptum considerare geminorum. Ideóque fatendum est, quando ab istis vera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici, quem nesciētes humanæ mētes patiuntur. Quod cum ad decipiendos homines fit, spirituum seductorum,

ctorum operatio est: quibus quædam natura de temporalibus rebus nosse permittitur, potestatiq; subtilioris sensus acumine, partim quia corporibus subtilioribus vigent, partim experientia calidiore propter magnam longitudinem vitæ, partim à sanctis Angelis, quòd ipsi ab omnipotente Deo discunt etiam iussu eius sibi reuelantibus, qui merita humana occultissimæ iustitiæ sinceritate distribuit. Aliquando autem iidem nephandi spiritus, etiam quæ ipsi facturi sunt, velut diuinando prædicunt. Quapropter bono Christiano, siue Mathematici, siue quilibet impiè diuinantium, maximè dicentes vera cauendi sunt: ne consortio dæmoniorum animam deceptam, pacto quodam societatis irretiāt. Propterea lib. 50. homil. homil. xij. Per Mathematicos sic loquitur diabolus. Nunquid homo peccat? Stellæ sic positæ sunt, necesse est vt faciat homo peccatum. Dicit ergo per Mathematicos, quia stella facit vt homo peccet. Nā ipse non peccat. Sic blasphemias conuertit in Deum. Creator enim stellarū Deus est. Et dum non vult homo se accusare in eo quod fecit, Deum accusat à quo factus est homo. Libro ij. de doctrina Christiana, cap. xxix. Syderū cognoscendorum non narratio, sed demonstratio est, quorum pauca scriptura cōmemorat. Sicut autem plurimis notus est lunæ cursus, qui etiam ad passionem Domini anniuersariam celebrandam solennitatem adhibetur: Sic paucissimis cæterorum quoque syderum, vel ortus, vel occasus, vel quælibet momenta sine vllo errore sunt notissima. Quæ per seipsa cognitio, quanquam superstitione quosdam non alliget, non multum tamen, ac prope nihil adiuuat tractationem diuinarum scripturarum, & infructuosa intētione plus impedit. Et quia familiaris est perniciosissimo errori fatua fata cantātium, commodius honestiúsque cōtemnitur. Habet autem præter demonstrationem præsentium & præteritorum narrationi simile aliquid, quod à præsenti positione, motúque syderum, & in præterita eorum vestigia regulariter licet recurrere. Habet etiam futurorum regulares coniecturas, non superstitiosas & ominosas, sed ratas & certas: nō vt ex eis aliquid trahere in nostra fata & euenta tentemus, qualia genethliacorum deliramenta sunt, sed quantum ad ipsa pertinet sydera. Nam sicut is qui computat lunam, cùm hodie inspexerit quota sit, & ante quotlibet annos quota fuit, & post quotlibet annos quota futura sit, potest dicere, sic de vno quoque syderum, qui ea peritè computat. Respondere consueuerunt. de qua tota cognitione, quantum ad vsum eius attinet, quid mihi videatur aperui.

Tom. X.

Tom. III.

ASCENSIO Christi. Sermone quarto de ascensione. Christus descendit, inferna patuerunt. Christus ascendit, superna claruerunt. Christus in ligno pepēdit, insultent furentes. Christus in sepulchro, mētiantur custodes. Christus in inferno, visitētur quiescentes. Christus in cœlo, credant omnes gentes.

Tom. X. Serm. de tēp. ord. 178.

A Ideo celebretur festum, in sermone vj. eiusdē diei. Scire debemus fratres, charissimi, quòd hodierna festiuitas nō minor est illa in qua natalē Domini publico honore suscepimus. Non minor est illa celebritate, qua ad nos de sinu patris, geminę gigas substantiæ, redemptor noster per partū matris aduenit. Illa enim natiuitatis dies, Dominum ac saluatorem nostrum terris dedit, hic cœlis reddidit. In illa Dominus verè hominē se esse in incarnatione confessus est, in hac verè Deum se esse in ascensione testatus est. In illa gratiam dignissimæ humanitatis, in hac fidem manifestissimæ Diuinitatis asseruit. In illa virginalis templi, in hac cœlestis regni secreta patefecit. In illa die descēdit nos redempturus, in hac ascendit nos glorificaturus. In illa salutis nostræ B incoatio, in hac perfectio continetur. In illa cœpit promissa, in hac beneficia consummauit: atque in hac miracula nō sunt minora, quam munera. In hac enim die arduas cœli sedes quas ipsa hominis natura claudebat, corporeus penetrauit. Soluitur dubium de ascensione, libro de agone Christiano. Nec eos audiamus, qui negāt ipsum corpus secum leuasse in cœlum Dominū nostrum, & commemorant quod in Euangelio scriptum est. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo: & dicunt quia corpus nō descendit de cœlo, non potuisse ascendere cœlum. Non enim intelligunt, quoniam corpus non ascendit in cœlum. Dominus enim ascendit, corpus autem non ascendit: sed leuatum est in cœlum, illo leuāte qui ascendit. Si quis enim descen C dit, verbi gratia, de monte nudus, cùm autem descenderit, vestiat se, & vestitus iterum ascendat, rectè vtique dicimus. Nemo ascēdit, nisi qui descendit: nec vestem consideramus, quam secum leuauit, sed ipsum qui vestitus est, solum dicimus ascendisse. Et libro primo de peccatorum meritis, & remissione, & baptismo paruulorum. aliter docet respōdere super illud verbū. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Quamuis enim in terra factus sit filius hominis, Diuinitatem tamen suam qua in cœlo manens descendit ad terram, non indignam censuit nomine filij hominis, sicut carnem suam nomine filij Dei dignatus est appellare: ne quasi duo Christi ista nomina accipiantur, vnus Deus & alter homo: Sed D vnus atque idem Deus & homo: & Deus: quia in principio erat verbum: homo, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ac per hoc per distantiam diuinitatis & infirmitatis filius Dei manebat in cœlo, filius hominis ambulabat in terra: per vnitatē verò personæ, quā vtraque substantia vnus Christus est, & filius Dei ambulabat in terra, & idem ipse filius hominis manebat in cœlo. Fit ergo credibilior fides, ex incredibilioribus creditis. Si enim diuina substantia, longè distantior atque incomparabili diuersitate sublimior, potuit propter nos ita suscipere humanam substantiā, vt vna persona fieret, ac sic filius hominis, qui erat in terra per carnis infir-

Natiuitatis & ascensionis Christi collatio.

Cap. 25. Tom. III.

Io. 3.

Cap. 31. Tom. VII.

Io. 3.

Communicatio idiomatum.

mitatem, idem ipse esset in cœlo per participatam carni diuinitatē: quanto credibilius alij homines sancti & fideles eius fiūt cū homine Christo vnus Christus, vt omnibus per eius hanc gratiam societatémque ascēdētibus, ipse vnus Christus ascendat in cœlum, qui de cœlo descendit.

Cap. 6. Tom. III. Sed libro de fide & symbolo, quem scripsit in Africano concilio Hipponiæ celebrato contra negantes Christi ascensionē. Solet quosdam offendere impios, vel gentiles, vel hæreticos, quod credamus terrenum corpus assumptum in cœlū. *Corpus glorificatum.* Sed gentiles plerunque Philosophorum argumentis nobiscum agere student, vt dicant, terrenum aliquid in cœlo esse nō posse: nostras enim scripturas non nouerunt: nec sciunt quomodo dictum sit. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Nō enim ita dictum est, quasi corpus vertatur in spiritum, & spiritus fiat: quia & nunc corpus nostrum, quod animale dicitur, non in animam versum est, & anima factum: Sed spirituale corpus intelligitur quod ita spiritui subditum est, vt cœlesti habitationi conueniat, omni fragilitate ac labe terrena, in cœlestem puritatem & stabilitatem mutata atque conuersa. Hæc est immutatio de qua idē dicit Apostolus, omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur: quam immutationem nō in deterius, sed in melius fieri docet idem cùm dicit. Et nos immutabimur. Sed vbi & quomodo sit Dominicum corpus in cœlo, curiosissimum & superuacuum est quærere: tantummodo in cœlo esse credendū est. Nō enim est fragilitatis nostræ cœlorum secreta discutere, sed nostræ est fidei de Dominici corporis dignitate, sublimia & honesta sentire.

Quomodo ascendit, in sermone ix. eiusdem diei. Quando voluntariè descēdit, illuxerat stella astriferi signi corona, cùm verò victor hodie ascendit, nubes emicuit candida. *Nubes visa in ascensione Christi.* De qua nube, in sermone septimo eiusdē diei. Nubes suscepit eum &c. videamus quid in ista nube sit, quā splendida, quàm præclara est, quæ lucem mundi Christum suscipere promeruit. Nō enim poterat obscura esse & tenebrosa, quia scriptum est, *Io. 1.* & tenebræ eam nō comprehenderunt. Tenebræ enim lucem gestare non poterant. Illa est ergo nubes quæ ascendentem suscepit Christum, quæ testimonium in mōte perhibuit Christo, de qua vox facta est. Hic est filius meus dilectus. *Mat. 17.* Nō igitur nubes suscepit Christum, sed Deus pater recepit filium: & occursu quodā pietatis ascendentem illum, in gremio meliori complectitur. Nō suscepit eum nubes, ne ostendatur, refrigerium fouere eius vulnera passionis. Nō est maius Christo refrigeriū, nisi vt virtute diuinitatis vmbretur. Altissimus ergo pater, qui nascente Christo obumbrauit sua virtute Mariam, ascendentem eum suscepit in nube. Quod Apostoli vident ascendentē, ibidē. Stabāt beati Apostoli toto suspensi corpore: & ascendentē ad cœlū Dominū, quia incessu nō poterāt, oculis sequebātur. Et licet ad deducēdum saluatorem visio humana defecerit, fidei tamen deuotio nō defecit: vsque ad

A nubem enim Christum deducunt oculis, vsq; ad cœlos autem Christum fidei deuotione comitantur. Vnde in sermone x. eiusdē diei. Continua hodie iubila per aëra tūduntur, quia imperator Angelorum ad cœlum reuertitur. Ascēdit enim Dominus post sepulchrum cœlum, post crucem thronum. Deducamus oculos cordis vsq; ad cōsistorium maiestatis, quia suos deduxit Heliseus ad magistrum Heliam, cùm eum videret in curru flāmeo volantem, & accepit geminatū spiritū hæreditaria potestate: quē cùm viderat equis vectatum igneis, emisit clamorem validæ vocis, in dolore cordis, de ascensu doctoris dicēs, Pater mi, pater mi, currus Israël & auriga eius, & nō vidit eum amplius. Tunc accepit ab eo melotē pelliceam, quā sumeret arma, & diuideret ripā Iordanicā. B hoc faciebāt & dilecti Apostoli cùm Dominus saluator conscenderet cœlum cœlorum, portatus nubibus candidis, ad orientē regni cœlestis. Clamabant post eum Apostoli omnes, tāquam passeres dulces, Christe Domine, donetur nobis casta & speciosa columba. Clamasti nobis de ligno crucis, gemens pro nobis gemitum pietatis, hodie habes nidum in dextera patris. Collige pullos tuos à malis accipitribus Iudæis: Nos scilicet quos regenerasti assumptione hominis, congregabis sub alarum tuarum tegimine specioso, vt non dissipentur à Iudaico argumento. Tu enim dixisti. Hierusalem Hierusalem, volui congregare filios tuos, quēadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alas. Promisisti victoriā in terris, nunc ascendis victor in cœlis. Memen- C to pretiosi tui sanguinis, collige ad te quos emisti in illo glorioso habitaculo tuo vbi sempiterna præsides maiestate, vbi & nos mercedis nostræ recipiamus honorem. Tu dixisti, non relinquam vos orphanos, ascendes autem hodie laureatus. Contristatus est noster Apostolatus, nisi paracletus veniat aduocatus. Ideo in sermone octauo eiusdem diei. Magnum hodie fratres suscepimus diem festum, quando Dominus noster Iesus Christus, quadragesima post resurrectionem die, aureo volatu conscēdit in cœlum. Triumphāt hodie cœli cœlorum, gaudet omnis exercitus Angelorum, quia redēptor omnium nationum cum vigēti triumpho æthereum scādens cœlum, ad dexteram patris hodie sedet in throno: omnem simul monens Apostolicā scho- D lam, vt nequaquam pertimesceret huius mundi pressuram, neque furores expauesceret sæuientium Iudæorum, sed post decimā diem paracletum susciperet Spiritū sanctum. Propter qđ in sermone x. supradicto. Ascēdit Dominus super cœlos cœli, & cœli enarrāt gloriā Dei, & Angeli dicūt, quòd Spiritus sanctus canebat in Psalmis. Attollite portas princi. &c. vsq; Dominus fortis & potēs, Dominus potēs in prelio, prædestinatus in Euāgelio, exultās pater in filio simul cū Spiritu sancto, ipse est rex gloriæ, & caput Ecclesiæ: ipse redit ad vos, qui nunquā deseruit vos: quia sic descendit ad inferos, vt non desereret cœlos. Ascendit ergo in altum: cœlo patefacto, mun

mundo redempto: captiuam duxit captiuitatem, paternam perficiens voluntatem. Ascendit in iubilatione eleuatus, candida nube, in voce tubæ cœlestis, ad thronum quietis & salutis, in communi gloria patris. Supplicemus ergo, vt mittat nobis Spiritum sanctum paracletum, vt psallamus ei dicentes, alleluia: celebrantes hæc solennia, quia facta est cœlis & terris vna concordia, ad cœlos reuertente nostra fraterna paternáque substãtia. Ascendit mirabiliter sermone quinto eiusdem. Victimatus in cruce Christus, expleuit arcanum pro hominis liberatione consilium, & læta maiestas occisum hominem ab inferis reduxit incolumem, & continuo perduxit ad suæ gloriæ sedem. Quis enim illuc posset ascendere, & æthereos dæmones transire, nisi ille solus qui peccatum nullatenus potuit habere? Crux ergo non obfuit sed profuit, quia & nobis Christus vicit, & ipse in ea superari non potuit. Non sepulchrum, non inferi, victricem detinuerunt carnem. Expendit enim Deus pro homine quod decreuerat, & eripuit quem volebat. In sermone tertio superius allegato. Hodie stupenda nouitate, super cœlestes thronos terrenum corpus imponitur, limus carnis humanæ qui Deum portauerat in terra, in supernas sedes Deo subuehente portatur: diuinis humana miscentur, cœlestibus terrena sociantur. Ossa humiliata & inter sepulchri angustias paulo ante conclusa. syderibus inferuntur, in gremium immortalitatis, mortalis natura transfunditur. Ascendit triumphans sermone quinto supradicto. Ecce quemadmodum nunc extollitur super astra præclarus, & poli secreta suscipiũt quem reffundãt. Sic veniet manifestus. Sanctificatur diuino comitatu immensus aër, & omnis illa volitãs turba per auras Christo ascendente trãsfugit. †Pauet omne cœlum, mutantur astra: concurrit confestim fulmineus ille militiæ cœlestis exercitus. Vident regem suum viuæ carnis manubias reportare: atque hoste debellato hominem in superna conscẽdere. Agnoscunt in cicatricibus signa bellorum: adorant in carne vulnera iam sanata, vbi nihil peccati macula extinxerat. Nec quidpiam sua virulentia grauidus ille venenis draco vomuerat. Serpẽs enim in petra, vt scriptũ est, vestigium figere nõ audebat. Plaudunt agmina, tubæ sonãt, lætis se miscentia blãda modulamina choris, funduntur. Scriptum est enim sic. Ascẽdit Deus in iubilatione & dominus in voce tubæ. Ecce cõfestim, splẽdidus ille senatus totius regni cœlestis soluitur. Nãq; in imis poli læta carminibus regia ampla Dei reserãtur, vndique syderei repagula cœli, atque astriferi orbis arcana, soluta penitus cõpage patescunt. Recessit in geminã arcem diuisus aër, & lati ardua cœli latera, concisis marginibus dependerũt. Fit vnus ibi sine cœlo dies, & claris titubat fulgoribus, & tũc alternis inter se, ita resonant obsequia læta carminibus. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ. Ascendebat enim cruoris rubore perfusus, à trophæis victricibus laureatus. Vident cœlites cunctis speciosum esse vulneribus Christum, spolia de castris tyrannicis reportata: & admirantes fulgentia diuinæ virtutis vexilla, talibus concrepant hymnis deducúntque lætantes. Quis est iste, inquiunt, rex gloriæ? & aiunt. Dominus virtutum ipse, &c. Hic est ille candidus & roseus, compunctus à multitudine. Hic est ille qui non habuit speciem neque decorem. Infirmus in laqueo, fortis in spolio: vilis in corpusculo, armatus in prælio: fœdus in morte, pulcher in resurrectione: candidus ex virgine, rubicundus in cruce: fuscus in opprobrio, clarus in cœlo. Quando id quispiam fratres nosset, vt Deus lateret in carne, maiestas habitaret in corpore, & ita in mundo gereret prælium, vt ipsum corpus post sepulchra mox leuaret in cœlum? Recepit igitur se intra velamina sibi nota, diuina cum carne maiestas, didicit cœlum portare hominem, atque sub pedibus Christi famulantia ætherea iacuerunt. Ecce nunc porta patet quam clauserat Adam: claustrum quod cœlo fixerat iniquitas reparatum est. Si quis ergo spreta perfidiæ caligine, eius præceptis ac iussis, totis nisibus obtemperare voluerit, cœli Paradisíque ianuam securus intrabit. Ascendit vtiliter: in expositione Symboli & Dominicæ orationis ad Cathecumenos. Ascendit in cœlum, iter nobis nouum aperiens: quia dum prius post mortem etiam bonæ spei ac vitæ homines meritò præuaricationis, licet sine pœna, tamen ad inferos ducerentur: post resurrectionem verò Christi (per quam id quod erat contrarium nobis de medio remotum est) fideles animæ non iam ad inferos deducuntur: sed sui sequentes pedes capitis, ad cœlorum capessendam beatitudinem promouentur. Super Psalmum vigesimumsextum. Non mitteretur qui erigeret, nisi cecidissemus. Nos cecidimus, ille descendit. Ille ascendit, nos leuamur: quia nemo ascendit nisi qui descendit. Qui ruit, leuatur: qui descendit ascendit. & non ideo desperemus, quia ille solus ascendit: leuat enim nos, ad quos cadentes descendit.

In homil. Euangelij, Ibant ipsa die duo ex discipulis. Ideo absentauit se corpore ab Ecclesia Dominus noster, & ascendit in cœlum, vt fides ædificetur. Si enim nihil nosti nisi qđ vides, vbi est fides? Si autẽ credis ea quæ non vides: cùm videbis, gaudebis. Aedificetur fides, quia reddetur species. Hæc ascensio nobis est ad gaudium, lib. iij. de verbis Domini, sermone xx. Ideo dixit, si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad patrem. Quia naturæ humanæ gratulandum est, eo quod sic assumpta est à verbo vnigenito, vt immortalis cõstitueretur in cœlo, atq; ita fieret terra sublimis, vt ĩcorruptibilis puluis sederet ad dextrã patris. hoc enim modo, se itu-

Marginal notes: Tom. X. Serm. de tempore in ord. 178. — Tom. X. Serm. de tempore ord. 178. — Serm. de tempore in ord. 178. Tom. X. — † Alias trãsstringit. — Psal. 21. — Tom. VIII. Enarrat. 2. — Tom. X. Serm. de tempore ord. 140. — Tom. X. Ser. ord. 58.

rũ dixit ad patrẽ. Nã profectò ad illũ ibat, qui cũ illo erat. Sed hoc erat ire ad eũ, & recedere à nobis mortale: qđ suscepit à nobis immortale facere: & leuare in cœlũ, qđ fuerat in terra pro nobis. Quis non hinc gaudeat? Quis sic non diligat Christum, vt & suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque se speret futurum esse immortalem per Christum? Ideo in sermone tertio eiusdem diei. Omnia charissimi quæ Dominus Iesus Christus in hoc mundo sub fragilitate nostra miracula ædidit, nobis proficiunt: qui dum humanam conditionem syderibus importauit, credentibus cœlum patere posse mõstrauit, & dum victorem mortis in cœlestia eleuauit, victorem eiusdem mortis quò sequamur ostendit. Ascensio ergo Domini, catholicę fidei confirmatio fuit: vt securi in posterum crederemus miraculi illius donum, cuius iam in præsenti percepissemus effectum: & fidelis quisque cum iam tanta percepit, per ea quæ agnoscit præstita, discat sperare promissa, ac Dei sui præteritam præsentemque bonitatem, quasi futurorum teneat cautionẽ. Super excelsa igitur cœli terrenum corpus imponitur, ossa intra sepulchri angustias paulò ante conclusa, Angelorum cœtibus inferuntur, & in gremio immortalitatis, mortalis natura transfunditur. In sermone primo, & ordine clxxiiij. eiusdem diei. Ideo surrexit Christus, vt exemplum nobis resurrectionis ostenderet. Et ideo ascendit, vt nos desuper protegeret. Habemus ergo Dominum & saluatorem nostrum, prius pendentẽ in ligno, nunc sedentem in cœlo. Pretium nostrum dedit cùm penderet in ligno, collegit quos emit cùm sedet in cœlo. Ascendens non recedit. In sermone supradicto, quarto in ordine clxxvij. Ascendit Christus ad patrem per id quod homo erat, sed mansit cum patre per id quod Deus erat: quia in carne ad nos processit, & à patre non recessit. Ascendit, inquam, ad patrem verbum, quod caro factum est vt habitaret in nobis, & suam prę sentiam vsque ad consummationem sęculi repromisit. Quid nobis sit agendum ob hanc ascensionem in sermone secũdo, in ordine clxxv. eiusdem diei. Saluator noster dilectissimi ascendit in cœlum. Non ergo turbemur in terra. Ibi sit mẽs, & hic erit requies. Ascendamus cum Christo interim corde, vt cùm dies eius promissus aduenerit, sequamur & corpore. Ibidem. Scire tamen debemus, quia cum Christo nõ ascendit superbia, nõ auaritia: non luxuria, nullum vitium nostrum, cũ medico nostro. Et ideo si post medicum desideramus ascendere, debemus vitia nostra & peccata deponere. Ibidẽ. Si rectè, si fideliter, si deuotè, si sanctè, si piè ascensionem Domini celebramus, ascendamus cum illo, & sursum corda habeamus. Ascendentes autem non extollamur, nec de nostris quasi de propriis meritis præsumamus. Sursum autem corda habere debemus, & ad Dominum, qui & refugiũ vocatur. In sermone iij. superius allegato. Laboremus fratres, vt quemadmodum Dominus noster in hac die nostro cum corpore ad superiora conscendit: ita nos post illum quò possumus spe ascẽdamus, & corde sequamur. Ipso affectu pariter & profectu ascẽdamus post illum, & iam per vitia ac passiones nostras, si vtique vnusquisque nostrũ subducere eas sibi studeat, ac super eas stare consuescat, ex ipsis sibi gradum construit, quo possit ad superiora conscendere. Eleuabunt enim nos, si fuerint infra nos. De vitiis nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa calcamus. Nam cum bonitatis authore nõ ascendit malitia, nec cum filio virginis libido atq; luxuria. Non, inquam, ascendunt vitia post virtutũ parentem, nec peccata post iustum, nec infirmitas ac morbi possunt ire post medicum. Igitur si intrare ipsius medici regnum volumus, prius vulnera nostra curemus. Ordinemus & custodiamus in nobis statum vtriusq; substantiæ, ne animam nobiliorem vtique hominis partem, tartaro pars deuoluat inferior, sed secum potius cœlo sanctificatum corpus acquirat natura gloriosior.

Tom. X. Serm. de temp. ordin. 176. — *Tom. X. Serm. de tempore ord. 174.* — *Tom. X. Serm. de tẽp. ord. 177.* — *Tom X. Serm. de tẽp. ord. 175.* — *Eod. tom. & serm.* — *Eisd. tom. & serm.* — *Tom. X. Serm. de tẽp. ord. 176.*

A

B

ASCENDERE nostrum. In sermone j. de natiuitate Domini. Ascensus noster in corde est, quia illud quò ascendimus prope est. Longè autẽ ab illo sumus, inquantũ dissimiles sumus. Ascendit ergo ad eum sua similitudo, quam in nobis fecit & refecit, quam nondũ perfectè palpitat infirmus aspectus, & ineffabilem candorẽ lucis ęternæ nõ potest intueri. Super Psal. cxxij. sermo. j. Ascendimus ad cœlum, si cogitamus Deum. ascẽsus in corde, quod est proficere in Deum. Quomodo omnis qui deficit, nõ descendit, sed cadit: sic omnis qui proficit ascẽdit. Sed sic proficiat, vt nõ superbiat, quia sic ascendendo, iterum cadit. Sed vt non superbiat, leuet oculos ad illum qui habitat in cœlo, & nõ se attendat. Ideo super Psal. cxxvj. Ascendit omnis qui proficit, cadit omnis qui deficit: nec pedibus ascendere quæras, nec pedibus te descendere putes. Amãdo Deũ ascendis, amando sæculum cadis. Libro quarto confess. Descendite vt ascendatis, & ascendatis ad Deum. Cecidistis enim ascendendo contra eum.

Tom. X. Serm. de tempore. Ed. verbi 9. decẽ. — *Tom. VI.* — *Tom. eod.* — *Tom. I. Capi. Cap. 12.* — *Tom. III.*

C

Lib. de vera innocentia. Ad cœlestis Hierusalem nõ ascendunt consortium, nisi qui toto corde profitentur, non proprij operis, sed Diuini esse muneris quod ascendunt. Lib. supportationum, parte ij. cap. ij. Pondere fragilitatis nostræ deorsum trahimur, dono autem tuo Deus accedimus, sursum ferimur, inardescimus, imus, ascendimus, ascensiones in corde facimus, sursum imus ad pacem Hierusalem. Libro de vera innocentia. Ascensionum ad Deum gradus, sunt puritatis affectus. Iter tuum, voluntas tua est: amando accedis, negligendo recedis: constitutus in terra Deo iungeris, quia quæ Deo chara sunt diligis.

Cap. ij. Tom. III.

D

Libro de verbis Apostoli sermone decimoquarto. Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis &c. quia omnes qui renascuntur, membra fiunt ipsius. Si vis ergo ascendere esto membrum Christi.

Tom. X.

Assum

ASSVMPTIO virginis. Dies est solennis, in sermone sexto huius diei. Hodierna festiuitas de Dei genitricis Mariæ dormitione, toto orbe venerabilis, & Angelorum & hominum communis est solennitas. Cuius quis dignus sufficiat tam venerabilia narrare miracula, quæ per eam mirabiliter sunt patrata? lex enim naturalis per eam abolita est. Amaræ mortis damnatio Euæ præuaricatione illata, per eam soluta est. Ineffabili mysterio per eam ineffabiliter Dei verbum incarnatum est. O veraciter nouum spectaculum, & non ascendens in cogitationes hominum. Virgo concepit, virgo peperit, & post partum virgo inuiolata permansit: cùm in eius vterum Deus incomprehensibiliter subintrauit, & hominis naturam ex ipsa suscepit. Hęc hodie de regionibus terræ ad æthereum thalamum transfertur: mirabili magnitudine vniuersos superans qui gignuntur. Hæc hodie patenti gloria, à rege cunctorum regaliter assumpta est ad regna cœlorum: & quæ Deum cœli inuiolato vtero genuit, tegumen quod habuit à natiuitate, hodierna die deposuit: & connaturale terræ, per corporis mortem hodie restituit, quæ vitã mundi reconciliauit. Mulier puritate trãscendit naturam cœlorum, & quæ supra cœlos sunt hodie penetrat sancta sanctorum. O virgo, miraculo prolis Diuinæ naturam superans Seraphin, carnis naturam mutuans creatori, & vterum tuum templum piè præparans vitæ authori. Quid ei ex parte Dei Angelus dixerit, in eodem. Ne naturali carnis proprietate turbaretur, quæ Deum omnium genuerat, præmittitur ad eam Angelus cum verbis huiuscemodi. Tempus est, dicit Dominus, te assumendi ad me matrem meam. Sicut enim terram & eos qui in terra sunt, ô gratia plena, replesti gaudio, ita fac gratulari & cœlestia. Iucundas redde patris mei mansiones, consolare sanctorum meorum spiritus, qui tuam à me honorabilem translationem Angelicis constipatam obsequiis videntes, de sua quoque certificabuntur. Veni ergo cum exultatione ne turberis, deseris corrumpendum cum suis concupiscentiis mundum, adeptura cœleste palatium. Et sicut ego cùm non essem de mundo, descendi vt illuminarem eos qui in mundo sunt: ita & vnum patrocinium vsque ad cõsummationem sęculi propitiabitur iis qui in mundo sunt. Nec te ô mater carnis terreat sequestratio, quæ ad vitam vocaris perpetuam, ad gaudium indeficiens, ad pacis requiem, ad habitationem securam, ad delicias impassibiles, ad refectionem interminabilem, ad laudem inenarrabilem, ad diem non vesperascentem, ad gloriam inaccessibilem, ad meipsum & tuum filium & vniuersitatis factorem. Ego enim sum vita æterna, delectatio ineffabilis, quies inæstimabilis, bonitas omnis: vbi igitur sum ego, vbi & te matrem meam recipiam. A filio non sequestraberis tuo. Nemo ingressus in requiem meam, quæ sunt corruptibilia concupiuit: nemo gloriam meam videns, delectabilia mundi

A non contempsit. Dum moraris in temporalibus, obscurius tibi meam manifesto virtutem, vt cùm transieris ad incorruptionem, incipiam tibi facie ad faciem ostendam. Da sine trepidatione terræ quod suum est. Non te quisquam de manu mea rapiet, quoniam in manu mea sunt omnes fines terræ. Depone mihi corpus tuum, quoniam in vtero tuo deposui meam Deitatem. Non gloriabitur super te mors, quæ vitam genuisti: non obfuscabit te caliginis vmbra, quæ lumen mundi peperisti: non concisionis contritio te attinget, quæ meum vas facta es. Veni iam alacriter ad eum qui ex te natus est. Lætare receptura iam mater, in vteri pignora mercedem educationis, lactis & escæ vicissitudinem. Habita mecum: vnigenito adhærere festina filio.

B Noui enim quod alterius affectu filij non angustiaris. Ego qui te virginem matrem exhibui, murum te totius mundi exhibebo: arcam saluandorum, portum fluctuantium, baculum imbecillium, scalam ad cœlum ascendentium, propitiatorium pro peccatoribus efficiam. Cùm transieris ad me, nomen tuum potius glorificabo. Veni igitur cum fiducia, aperiam tibi Paradisi ianuam, quam Eua parens tua clauserat. Dimitte terrestrem Hierusalem, decurre ad cœlestem, intra in gaudium filij tui. Accumbe tantum ad modicum in sepulchro, veniam cito resuscitaturus te, qui sum conceptus ex te. *De Ioanne loquitur.*

Quod eius dormitioni interfuerunt Apostoli, ibidem. Ex antiqua & vetustissima traditione accepimus, quia tempore gloriosæ dormitionis eius,

C cùm sancti omnes Apostoli ad saluandas gentes orbem terræ peragrarent, in momento temporis in altum sublati, Hierosolymis conuenerunt: & cùm illic essent, Angelica eis visio facta est. Diuina melodia potiorum audiebatur virtutum: & ita cum Diuina & cœlesti claritate, in manus Dei virgo sanctam animam commendauit.

Quid ei tunc dixerint Apostoli, ibidem. Discipuli omnes communi voce eam laudant dicentes. Cum in huius mundi incolatu, te, ô celeberrima virgo, haberemus habitatricem, quasi ipsum Dominum & magistrum nostrum aspicientes consolabamur: quia verò nunc transmigraturam te cognoscimus, cum tristitia superstites remanemus: hoc solum habentes refrigerium, quod te mediatricem apud Deum possidebimus. Filius

D enim tuus creator & Deus est, qui iustificauit te, & qui vocat te: nemo est qui prohibeat filio honestare matrem, ipsa hoc natura docet: nec decet te degere in medio nationis prauæ & peruersæ. Memento nostri semper in conspectu tui filij, nostri magistri & Domini. Quid ipsa dixerit moriẽdo, ibidẽ. Exeunte de corpore Dei genitricis anima huiuscemodi verba creditur protulisse. Gratias tibi ago Domine, quod à te effecta sim tam humilis vt tali digna sim gloria. Memento rogo mei, quoniam figmentum tuum sum, seruaui depositum tuum: vt iubes ad te venio: in manus tuas com-

mendo spiritum meum. De exequiis tunc factis eius funeri, & laudibus decantatis, ibidem. Mirandum erat videntibus supra lectum iacere exanime & splendidissimum virginale habitaculum, simillima sibi effigie Deo signatum, ineffabilium iudiciorum Dei thesauri custodiarium, cœlestis regis terrestre palatium, aptissima diuinæ implorationi Maria. O verè beati oculi qui hoc viderunt, & labia hymnum canentia cum choris Angelicis, & Apostolicis. Quis illa mystica spectacula lingua proferat? quis radium inde manantem intueri audeat? Illa erat clarissimæ veræque locis vehiculũ: Illa erat lampas, per quam iustitiæ sol nobis est ortus. Illa solium excelsum & eleuatum Domini sabaoth. Illa regia humani generis dignitas. hęc virga Leuitica quæ floruit. hæc radix Iesse & sceptrũ Dauiticum. hæc mamilla nutriens eum qui creauit omnia. hæc breuis amictus eius qui continet vniuersa. Quis credat reginam vitæ mortuam, & sine voce, Dei loquelam, & eam quæ æternam suscepit in se vitam, supra lectum iacere exanimem? Quæ si non sunt à natura extranea, sunt tamen cõsideratione mirabilia. Quis mysteriorum illic gestorum, & ibi apparentium gloriam visionum, narrare sufficiat? Quis hymnos, & qualia & quæ hymnis dicta sunt considerare valeat, & intellectu comprehendere: quomodo ille multiplex deiferorum exercitus, & omnis spiritualium virtutum adornatio inopinato concinebat modulamine? quin & à Deo acceptæ cum his, vt reor, aderant sanctorum animæ. ducentes circa lectum choros, & iter facientes præcedebant corpus cum iubilo, & gradientes funebria canebant cãtica. Quæ mẽs quæve lingua, quæ ibi dicta sunt proferat, cùm in extasim commutati, prout vnusquisque poterat alternati Apostoli vicibus concinebant? O regina omnis humanæ naturæ, solium excelsum, eleuata cœli cœlorum porta, quæ absque solo Deo, omnibus superiores. Quæ te vlnæ portant, quæ incapabilem baiulasti? Quæ te manus sepeliunt, quæ omnium creatorem, & omnia continentem, genuisti? Qualem de te supra tumulum faciemus orationẽ, qui tua credimus saluari benedictione? Quibus canticis, qua voce, quibus verbis, tuum collaudabimus exitum? Has tibi voces solum offerimus, hanc dignare à nobis suscipere laudem. Beata es enim in mulieribus, & in generationibus generationum: benedicta in cœlis: glorificata in terris: omnis te lingua glorificat. Repleta est omnis terra gloria tua: per te peccati occasio disparuit: amaræ mortis maledictio, in gaudiũ conuersa est. Omnes per te cantant nobiscum, gloria in excelsis Deo. & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Vade in pace: transmigra à creaturis ad creatorem: placa nobis omnibus Deum. Dum morabaris in terris, modica te portio terræ habebat: ex quo translata es à terra, commune te propitiatorium, cunctus continet mundus. Super Enoch magnificare: super Heliam eleuare: & inenarrabili gaudio, super omnes Angelorum choros, specie filij tui potire, hoc est, indeficienti beatitudine, supra quam prorsus nil habetur. Suscipite hãc canditati Angeli, hymnum dicite cœli: glorificate terrigenæ: terra plaude: omnis quoque creatura lauda creatoris matrem: Getsemani suscipe nouam reginam. construe sepulchrum. præpara linteamina, & narra posteris generationibus translationem & speciem matris Dei. Supernis spiritibus dimitte, vt nobis tribuat sanctificationem: omnes pariter chori Patrum, Patriarcharum & Prophetarum, cœtus Martyrum & doctorum, collegia sanctorum & ordines iustorum: dignitas, reges & potentes, prælati & subditi, matres & virgines, steriles & viduæ, seniores cum iunioribus, laudate & plaudite, cum iubilo ducentes choros ante nouam arcam gloriæ Dei: in qua vrna aurea, & tabulæ testamenti, & virga Aaron quæ fronduerat. Ecce propitiatorium sanctum, non sub legis iugo Israëliticę positum, quoniam Christus libertatem nobis, in assumpto corpore ex sua genitrice contulit, ipse pontifex magnus qui penetrauit cœlos, per virginale sacrarium ad nos accedens, incensum redolet & immolat, & immolatur: offert sacrificium, & offertur: sanctificat sese pro nobis, & eos qui accedunt ad eum glorificat. Talia sunt ô Dei genitrix, tuæ dormitationis mysteria. Sed quare eam corporaliter mori permiserit Deus, ibidem. O vere beata virgo, per quam ille incorporeus incarnatus, nobis se communicauit, & totus nostræ massæ coniunctus, totum renouauit, quòd ex nobis assumpsit. Hæc sunt Diuinæ traditionis mystica sacramenta, quibus præsentis diei designari oportet mysteria: in qua Dei mater nihil mortalium legum immutans æquè vt nos, vitam quæ in carne est, finiuit. O miraculum inopinatum. Quæ Deum infinitæ maiestatis, in pusillo vteri loco capabilem sustinuit, hodie vecta lectulo, sanctis manibus sepelitur. & quę in sinu suo thronum pręparauit ei qui sedet super Cherubin, hodie in sinu sculptæ petræ reconditur: & eam cuius partum mirati sunt Angeli, hodie chori reponunt Apostolici. Quod si forte miraris, quia propriam genitricem gustare Deus permisit mortem, gustauit & ipse. Erat hominibus semel mori ex necessitate impositum: eo quod per inobedientiam primi parentis hanc receperint à creatore sententiam, vt qui semel de terra producti fuerant, rursus in terram redigerentur. quoniam verò nondum à corruptionis seruitute (quæ in natiuitate contrahitur) natura quæ in terram conuerti decreta est, libera facta est (quanquam & ipse Dominus semel pro omnibus mortuus est, vt nos à mortis damnatione liberaret) ideo & vsque ad genitricem Dei, naturalis hominum profecta est mors: sed absit, vt ei sit dominata sicut & nobis. Tantumenim eius experimentum accepit: vt æqualem nobiscum naturæ legem impleret: in quo tanta etiam gloria & claritate eam circundedit: qui secula stabiliuit, quanta illius decebat matrem, à qua carnem accepit. Quis

Quis verò migrationis illius dignè queat celebritatem perpendere, cum nulla mulier absque ea Dei mater effecta sit: Nullius mulieris filius, nisi illius, Deus appellatus sit: nulla humana forma præterquam hæc, genuit eum qui super Cherubin diuino throno disponit omnia? Quis lutum deificauit & exaltauit, nisi huius filius, qui cœlorum terminos pertranscendens, humano generi se coniunxit, & terrestria cœlestibus copulauit? Meritò ergo beatam te, ò virgo virginum, dicent omnes generationes: quia fecit in te magna qui potés est, & sanctum nomen eius. Dicit in corpore assumptam. in eodem sermone circa medium. Fateor sicut te pariente non vulua corruptionem, ita nec te moriente caro pertulit resolutionem. O miraculum fide dignum, partus non admisit corruptionem, & sepulchrum fugit resolutionem. Thesaurus incomparabilis ad modicum in tumulo reconditus: mox in cœlorum ornatum est translatus. In eodem infra. Quoniam voluit Dominus in sua substantia incarnari & homo fieri ex ea, & nasci in carne Deus verbum, & Dominus omnis maiestatis, & post partum quoque incorruptam eius virginitatem seruare ipse voluit: voluit etiam post factum obitum eius, intemeratum & impollutum corpus eius incorruptione atque translatione honorare, ante omnium vniuersalem resurrectionem. Verùm vt dicit in sermone huius diei, vbi probat eam assumptam cum carne rationibus infra scriptis. Quid de Mariæ morte, quid de assumptione dicendum est? vnde Diuina scriptura nihil commemorat, nisi quærendum ratione quòd conueniat veritati: fiatque ipsa veritas authoritas, sine qua nec est, nec valet authoritas? Memores enim conditionis humanæ, mortem illam subiisse temporalem dicere non metuimus, quam idē certè eius filius, qui & Deus & homo est, lege sortis humanæ sustinuit: & hoc quia homo de eius susceptus & profusus est vtero. Sed si dicimus mortis eam teneri vinculis, & resolutam in communem putredinem, vermem ac cinerem, laborandum est videre, si hoc conueniat tantæ sanctitati, tantæ prærogatiuæ aulæ Dei.

Tom. IX. Lib. de Assũptione virginis cap. 2. Rationibus 10. ostendit Beatā virginem assumptam cum corpore in cœlum.

Prima ratio quòd assumpta cum carne est, ideo exempta ab hominum communi opprobrio. Scimus enim dictum esse primo parenti. Quia puluis es, & in puluerem ibis. Quod si de morte dicitur, generalis est sententia. Si verò de resolutione in puluerem, hanc conditionem Christi caro euasit, de carne Mariæ sumpta, quæ corruptionem non sustinuit. De hoc nanque dictum est per Dauid prophetam dicentem. Quoniam non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctũ tuum videre corruptionem. De quo autem sancto dictum sit, Angelus prodidit qui ad Mariam ait. Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Verè sanctum & sanctum sanctorum: vnde & illa sanctorum sancta dicuntur, quæ illa seruabant, quibus ille figurabatur, qui veraciter sanctus sanctorum dicitur. Hic est enim, de quo idem Ar-

i. Ratio. Cap. 3. Gen. 3. Excutitur locus puluis es & in puluerem ibis. Psal. 15. Luc. 1.

A changelus Gabriel loquitur Danieli, inter cætera quæ futura ostendit dicens. Et impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Hic enim sanctus corruptionem non vidit, quia tertia die cum triumpho de inferis rediens resurrexit. Caro eius quæ de Maria sumpta est, & si mortua est ex infirmitate, reuixit tamen ex Dei virtute. Sed hoc ille, qui quādo voluit mori, & quando voluit resurgere, potuit. Excipitur ergo ab illa generali sententia, de virgine sumpta natura. Quòd si non Mariæ congruit, congruit tamē filio quem genuit Iesum. Secũda ratio quia immunis à mulierum elogio. Post hæc Adæ dicta sunt, de quibus excipitur Mariæ filius: contuenda sunt etiam quæ Euæ dicta sunt, si cunctis fœminis sunt generalia, & si in aliquo excipiatur Maria. Scriptum quippe
B est. Mulieri quoque dixit Dominus, multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Aerumnā Maria sustinuit cuius animam gladius passionis Christi pertransiuit. sed conceptus non multiplicauit, nec sub viri, id est mariti, potestate deguit, quæ integerrimis visceribus de Spiritu sancto Christum suscepit, & virginitatis integritate manente virgo permansit. Quæ quia sine peccati colluuione, & sine virilis admistionis detrimento suscepit, sine dolore genuit, & sine integritatis violatione, pudore virginitatis integra permāsit. Maria ergo & si communicat ærumnis Euæ, non communicat parturiendo cum dolore. Hoc enim potuit efficere de matre: quia sic elegit Deus nasci de homine. Promeruit enim hoc singularis sanctitas eius & singularis gratia, qua su-
C sceptione Dei singulariter æstimata est digna. Nō immeritò ergo excipitur à quibusdā generalibus vera æstimatione, quam tanta seruat gratia, & attollit dignitatis prærogatiua. Tertia ratio quia dotata potenti filio. Quantum enim Christi potestas possit, mundi ostendit vniuersitas: quantum verò gratia Mariæ monstrat integritas: quæ sicut diuersa est à natura, ita diuersa est & ab vsu. Quid ergo si in tanta diuersitate dicimus humanæ sortis mortem subiisse, nec tamen eius vinculo detineri, per quam Deus voluit nasci, & carnis substantiam communicare, nunquid impiũ erit? Scimus enim Iesum omnia posse, qui de seipso ait. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Si ergo voluit integram matrem virginitatis
D seruare pudore, cur non velit incorruptā à putredinis fœtore seruare? Dicat ergo quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit.

Quarta ratio, quia digna dignitatis præmio. Nunquid non pertinet ad benignitatem Domini, matris seruare honorem, qui legem soluere non venerat sed adimplere: lex enim sicut honorem matris præcipit, ita inhonorationem dānat. Qui enim inuita præ cæteris illam, gratia sui cōceptus honorauit, pium est credere singulari saluatione eā in morte & speciali gratia honorasse. Potuit enim eam à putredine & puluere alienam

Dan. 9. ij. Ratio. Cap. 4. Gen. 3. Libera virgo Beata à maledictiōe Eua. Arg. à coniunctu. iij. Ratio. Cap. 5. Matth. iiij. Ratio. Ab honesto.

facere, qui ex ea nascens potuit virginem relinquere. Putredo nanque & vermis, humanæ est opprobrium conditionis, à quo opprobrio cũ Christus sit alienus, natura Mariæ excipitur, quã Christus de ea suscepisse probatur. Caro enim Iesu, caro est Mariæ, & multo specialius, quàm Ioseph, Iudæ, cæterorúmque eius fratrum quibus dicebat.
Gen. 37. Frater enim & caro nostra est. Caro enim Christi, quãuis gloria resurrectionis fuerit magnificata, & potenter super omnes cœlos ascensione glorificata, eadem tamen carnis mansit & maneret natura, quæ suscepta est de Maria. Ipse enim est qui conceptus, genitus, atque à mortuis suscitatus est
Luc. 24. per gloriam patris, sicut testatur post resurrectionem, quando Apostolis dixit. Videte manus meas & pedes meos, quia ipse ego sum. Quid enim est: ipse ego sum: nisi quia alter non sum quàm qui tũc eram quando passus sum? Et hoc siquidem cognoscere potestis, qui in manibus & pedibus meis clauorum vulnera clarè videtis. Ipse ergo idémque cœlos ascendit, & carnem quam de matre suscepit, super astra transuexit: honorans omnem humanam naturam, sed multò magis maternam.
v. Ratio. Quinta ratio, quia eius cum Christo est omnimoda perfectionis vnio. Si igitur natura matris est filius, conueniens est vt sit & filij mater, non quantum pertinet ad æquam administrationem, sed quãtum pertinet ad eandem reciprocam substantiam: vt homo de homine, caro de carne, mater à filio, filius à matre, non ad vnitatem personę, sed ad vnitatem corporalis naturæ & substantiæ. Si enim vnitatem potest facere gratia sine proprietate specialis naturæ, quanto magis vbi gratię vnitas, & corporis est specialis natiuitas? Vnitas nanque gratiæ est, vt discipulorum in Christo, de quibus ipse dixit, Pater sancte, serua eos in nomine tuo: quos dedisti mihi: volo vt sint vnum, sicut
Io. 17. & nos. Et eadem ratione de omnibus iustis. Non
A minori. pro his autem rogo tantum, sed etiam pro iis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te: hoc est vt ipsi sint per gratiam, quod nos sumus per diuinitatis naturam. Hoc quippe gratiæ vnitas, quæ cunctis in Christum credẽtibus seruatur, si Mariæ etiam vnius sapiẽtum æstimatione non tollitur: quanto magis cũ gratiæ vnitate, ipsa specialitas naturæ vnum efficit matrem & filium, filium & matrem? Videndum est etiam, quid de iis quos secum per gratiam vnum esse voluit, consequenter adiungit. Ait enim. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem quam dedisti mihi. O magnam & inæstimabilem bonitatem Dei, qui habere secum suos in gloria vult, vt sua claritate fruantur, qui hîc sua fide inuenti, vnum cum eo esse digni iudicatur. Si igitur eos secum habere vult, & hoc potest qui omnia potest: quid æstimandum est de matre vbi digna sit haberi, nisi in præsentia filij?
Cap. 6. Quantum igitur contueor, quantum intelligo, quantum credo, Mariæ anima claritate fruitur Christi, & gloriosis conspectibus eum semper videre sitiens, & semper conspiciens, dum inæstimabiliter pascitur, excellentiori quadam specialique prærogatiua à filio honoratur: possidens in Christo corpus suum quod genuit, clarificatum in dextera patris, & si non suũ per quod genuit, tamen suum quod genuit. Et quare non suum per quod genuit? Sexta ratio, quia ornatur à dignitatis priuilegio. Si non obuiauerit nec dum perspecta authoritas, verè credo, & per quod genuit, quoniam tanta sanctificatio dignior cœlo est, quàm terra. Thronum Dei thalamum domini, domum atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse, vbi Christus est. Tam pretiosum thesaurum dignius est cœlum seruare, quàm terra: Tãtam integritatem meritò incorruptibilitas, non putredinis vlla resolutio, sequitur. Illud ergo sacratissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, & diuinam naturam humanæ vniuit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat, vt verbum caro, id est, Deus homo fieret, escam vermibus traditum, in communi sorde putredinis & futurum de vermibus puluerem: quia sentire non valeo, dicere pertimesco. De quo si nihil alius sentirem quàm de proprio, nihil dicerẽ, nisi quemadmodum de proprio. Quod absque vlla ambiguitate soluendum est in mortẽ, post mortem est futurum putredo, post putredinem vermis, postmodum vt dignum est, abiectissimus puluis. Quod de Maria credendum non videtur, nec æstimabile, quia æstimationem procul pellit incomparabile munus gratiæ. Septima ratio, quia mancipata singulari obsequio. Quod me dicere multarum rerum consideratio inuitat, quorum & illa quidem est, quam suis alibi ministris veritas ait. Qui mihi ministrat me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si enim hæc est generalis sententia omnium per fidem & piam operationem Christo ministrantium, quanto magis & quàm specialius Mariæ? Mariam nanque operis exhibitione, & fidei rigidissima veritate ministram Christi fuisse, omnis qui sanè sapit intelligit. Absque dubio enim omni operi ministratrix extitit, quę hunc in vtero gessit, partu profusum aluit, & fouit, atque vt Euangelium ait, in pręsepe reclinauit, & à facie Herodis in Aegyptum fugiens abscondit, & omnem infantiam eius piæ matris affectu ita prosequuta est, vt vsque ad crucem, in qua filium iam virum perfectum vidit pendentem, ab eius indubitanter ministerio non recesserit, consequuta eum non solum gressibus pedum, tanquam pro amore filij, verum etiam imitatione morum tanquam pro reuerẽtia Domini. Maria ergo ministra Christi, spiritualium operum qualitatibus sicut deuotissima extitit: ita absque dubio religionis fide, & veræ credulitatis charitate sequutrix fuit. Non enim potuit nisi diuinitatis eius esse credula, quæ se nouerat hunc non virili semine secundum ordinem naturę, sed diuino spiramine nunciante Angelo concepisse: vidẽs

videns semper famulantium Angelorum adesse frequentiā, vt cōcepto & nato, quando videlicet facta est cum Angelo multitudo cœlestis exercitus clamantium & dicentium, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, &c. & in Aegyptum fugituro, atque inde iterum redituro, quibus liquido cognoscere potuit, quia talia obsequia non nisi Deum decuerāt. Vnde & stellæ demonstratio, & Magorum de lōginquis partibus insperata adductio, maximum illi extitit indicium veritatis. Similiter & Simeonis & Annæ prophetiali dignitate insolitus cæteris, & huic specialis occursus. Quæ omnia proculdubio Maria conseruans, his cunctis auctius ad fidem roborata, pio corde conferebat: in tantum vt omnino non nutabunda, sed certa de filij potestate, tanquam de Dei vera virtute, deficiente in nuptiis vino dixerit, Quia vinum non habent, sciens planè hoc illum potuisse, quod eum mox contigit diuino miraculo compleuisse. Ecce igitur Maria fide & opere Christi administratrix, & deuota vsque ad eius mortem sequutrix, non plus gressu, quàm imitationis affectu, vt credendum est, si ibi non fuerit vbi Christus suos ministros vult esse, vbi ergo erit? Et si ibi erit, nunquid æquali gratia? & si æquali gratia, vbi æqua Dei censura, quæ vnicuique reddit secundum sua merita? Si ergo merito Mariæ viuenti, præ omnibus donata est gratia, mortuæ erit minuenda? Absit.

Ioã. 2.

viij. Ratio. Cap. 8. A maiori.

Octaua ratio, quia eminens in sanctorum collegio. Quia si omnium sanctorum mors est pretiosa, Mariæ sanè est pretiosissima: quam tāta comitata est gratia, vt mater Dei vocetur & sit. Cōsideratis igitur his vniuersis, vera ratione confitendum censeo, Mariam in Christo & apud Christum esse. In Christo, quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus: apud Christum gloriosè ad æternitatis gaudia assumptam, benignitate Christi honoratius susceptam cæteris, quàm hîc gratia honorauit præ cæteris: nec vsque ad communem humilitatem esse adductam post mortē, putredinis videlicet & vermis, & pulueris, quæ suum & omnium genuit saluatorem: In cuius si potestate est, sanctorum de capite capillum non perire, est & illam in anima & corpore integram posse saluare †. De cuius potestate si nullus dubitat Ecclesiasticorum, quin possit matrem sine corruptione in perpetuum seruare: cur dubitandum est voluisse, quòd attinet ad tantam benignitatis gratiam? Nona ratio, quia in sensibilibus dignior miraculo. Si elegit diuina voluntas sola gratia, inter crepitantes vehementium ignium flammas, non solùm puerorum corpora seruare illæsa, verūetiā ipsa vestimēta seruare inusta: cur abnuat in matre propria, quod elegit in veste aliena? Decima ratio, quia sanctis omnibus sublimior fastigio. Ionam seruare in ventre ceti, præter naturæ vsum voluit incorruptum, sola misericordia, Mariam incorruptam præter naturam non seruabit gratia? Seruatus est Daniel intemperantissima fa-

† Aliàs seruare.

ix. Ratio. A simili. Dan. 3.

x. Ratio.

Dan. 14.

me leonum, non seruanda est Maria tantis dotata meritis dignitatum? Hæc cuncta quæ diximus, quia naturam non seruasse cognoscimus, in Mariæ integritate, plus potuisse gratiā quàm naturā non dubitamus. Diuinitatis enim sunt opera quæ diximus, & ideo possibilia, quia sunt ab omnipotētia. Christus autē Dei virtus, & Dei sapientia est, cuius omnia sunt quæ patris sunt, sua sunt & velle: velle autē omnia quę digna & iusta sunt. Sic per hoc videtur digne lætari Maria virgo lætitia inenarrabili anima & corpore, in proprio filio, cum proprio filio, per proprium filium, nec vllam debere sequi corruptionis ærumnam, quam nulla sequuta est tantum filium pariendo, integritatis corruptio: vt sit semper incorrupta, quā tāta perfudit gratia, sit integraliter viuens, quæ omnium integram perfectámque genuit vitam: sit cum illo quem in suo gessit vtero: sit apud illum illa quæ genuit fouit & aluit ipsum. Maria Dei genitrix, Dei ministratrix, Dei nutrix, Dei sequutrix. De qua iam dixi quia aliter sentire non audeo, aliter dicere & scribere non præsumo. Post prædictas rationes sic ipsum concludit sermonem. Suscipiat hūc sensum fraterna charitas vestra, quem spiritus Christi inspirauit. Ostensa sunt ex parte, quę taliter hortata sunt me dicere. Si quis autem refragari his eligeret, cū dicere nō velit hoc Christum non posse, proferat quare non conueniat velle, ac per hoc non esse. Et cum se veraciter cōsilium Dei de his nosse monstrauerit, incipiam ei credere, de quibus aliter non præsumpsi sentire. Mirabórque illum altitudinem Diuini consilij inuestigasse, quem mecum Apostolo digna reuerentia videor debere admirari, dicens. O altitudo di.sa. & scientiæ Dei. quàm incom. sunt iudi. eius & inuest. viæ eius. Et quia secundum eundē Apostolum, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetiamus: dixi de his, & si non quantum est, tamen quemadmodum me dicere debuisse credidi. Si igitur vera sunt quæ scripsi, tibi gratias ago Christe, quia de sancta virgine matre tua, nisi quod pium est ac dignum visum, sentire non potui. Si ergo dixi vt debui approba Christe tu & tui, qui cum Deo patre, &c. Propterea eam alloquitur in supra allegato sermone vj. circa fin. Quia ô domina & dominatrix, cœlum ardentissimè te suscipere desiderabat, & paratus tibi à filio thronus anhelabat, & quia filius te matrem suam dignam gloria decorari, ante omnia sæcula quādo fundamenta terræ firmauit, & cœlos adornauit, cum gloria qua assumpta es sublimare decreuit, quibus te sermonibus, quibus præconiis attollere poterimus? Sed placidè suscipe quod amore offerimus, & dignanter nos respice, & impetū nostrarum passionum cohibe, ferosque motus compesce, quoniam tu es veraciter Dei genitrix, vitę dominatrix, & cunctorum domina: ideóque te supplici prece deposcimus, orbem terræ pacifica, vni Ecclesias, fidem corrobora, & memor benignæ cōsuetudinis propiciatrix semper nobis esto apud

A dignitate

Cap. 9.

Rom. 11.

apud filium tuum Dominum & saluatorem nostrum.

Astvtia. Lib. de sententia Iacobi ad Hieronymum. Astutia in maliciosis intelligi & vocari solet, non sicut loqui nostra scriptura consueuit, quę sæpe astutiā ponit in bono, vt illud, astuti vt serpentes. Et illud, vt & innocentibus det astutiam: vnde ponitur pro dolo. Vnde apud Romanos in bono rarissimum est, apud nostros autem frequentissimum.

Tom. II. Epist. 29. Mat. 10.

Attendere. Lib. de beata vita, disputatione secunda. Ille est verè castus, qui Deum attendit, & ad ipsum solum se tenet. Super Psal. cxxij. Omnis superbus se attendit, & magnus sibi videtur qui sibi placet. Sed qui sibi placet, stulto homini placet: quia ille ipse stultus est cum sibi placet. Solus securus placet qui Deo placet. Et quis est qui placet Deo? Cui placuerit Deus displicere sibi Deus non potest. Placeat & tibi, vt placeas illi. sed ille placere tibi nō poterit, nisi tu tibi displicueris. Si autem displices tibi, tolle à te oculum. Vt quid te enim attendis? Si enim verum te attendis, inuenis in te quod tibi displiceat, & dicis Deo. Peccatum meum ante me est semper. Peccatum tuum sit ante te, vt non sit ante Deum: & tu noli esse ante te, vt sis ante Deum. Si vis vt ipse auertat faciē suam à peccatis tuis, tu ipse à te aduerte faciem tuā, & à peccatis tuis noli auertere. Si enim non ab eis aduerteris faciem tuam, tu ipse irasceris peccatis tuis: & eo ipso tu agnoscis, & ille ignoscit. Ideo super Psal. xxxj. Ait Dominus ad superbum. Non vis ad te attendere, ego attendo. Vis autem vt non attendam, tu attende.

Tom. I. Tom. VIII. Psal. 5. Tom. VIII.

Avaritia. Diffinitur lib. xj. super Gen. Radix omnium malorum dicitur auaritia. Si auaritiam generalem intelligimus, qua quisque appetit amplius aliquid quam opportet, propter excellentiam suam, & quendam propriæ rei amorem: cui sapienter latina lingua nomen indidit, cum appellauit priuatum. Quod potius à detrimento, quàm ab incremento dictum elucet. Omnis enim priuatio minuit. Vnde itaque vult eminere superbia, inde in angustias egestatémque contruditur, Cum ex communi, ad proprium, damnoso sui amore redigitur. Super primam canonicam Ioan. Auarum esse, est progredi vltra quàm sufficit. Adam superbia cecidit, quia initium omnis peccati superbia. Nunquid cecidit auarus? Et quid auarius illo, cui Deus sufficere non potuit? Lib. iij. de libero arbitrio. Auaritia quæ Grecæ, philargyria dicitur, non in solo argento vel in nummis, vnde magis nomen duxisse resonat: argento enim nummi vel mixto argento apud veteres frequentius fiebant, sed in omnibus rebus quæ immoderate cupiuntur intelligenda est, vbicunque omnino plus vult quisque quam satis est. Hæc autem auaritia, cupiditas est, cupiditas porro improba voluntas est. Ergo improba voluntas, malorum omnium causa est. Quæ si secundum naturam esset, conseruaret vtique naturam, nec ei perniciosa esset, & ideo non esset improba. Vnde colligitur radicem omnium malorum, non esse secundum naturam, quod sufficit aduersus omnes qui volunt accusare naturas. Super Psal. cxviij. serm. xj. Potest intellegi generalis Auaritia qua plus appetit quisque quàm satis est: qua primi homines submersi sunt. Plus enim volētes habere quā acceperant & quod acceperant amiserūt. Cuius vestigium veritatis legibus quæ vbique dispersæ sunt, & in forensi iure deprehensum est, quo institutum est vt plus petendo causa cadat: idest vt qui plus petierit quam ei debetur, & quod ei debebatur amittat. Omnis autem à nobis circūciditur Auaritia, si gratis colatur Deus. Si enim cor non habemus inclinatum in auaritiam, Deum non colimus nisi propter Deum: vt sui cultus ipse sit merces. Ipsum diligamus in seipso: ipsum diligamus & in nobis, ipsum in proximis nostris, quos diligimus sicut nosmetipsos, siue habeant eum, siue non habeant eum. Similatur Hydropico lib. ij. quæstionum Euangel. quæst. xxix. Auarus rectè comparatur Hydropico. Sicut enim ille quanto magis habundat humore inordinato, tanto melius sitit: sic iste quanto est copiosior diuitiis quibus non bene vtitur, tanto ardentius talia concupiscit.

Cap. 15. Tom. III. 1. Tim. 6. Tract. 8. Tom. IX. Cap. 7. φιλαργυρία. Tom. I.

Similatur inferno in sermone de timore: cupidus, & Auarus homo, similis est inferno. Infernus enim quātoscunque deuorauerit, nō dicit, sufficit aut satis est. Sic Auarus nunquam saturabitur. Sed quāto maior honor datur, tanto maius periculum comparatur. Isti tales sunt elati, superbi, vanitate pleni, luxuriosi, gulosi, hominibus placentes magis quā Deo: gulę seruientes magis quā spiritualia attēdētes, corpus magis quā animā honorātes, ad carnalia currentes, plus quā ad spiritualia festinātes: & ęstimant cū sint stulti, se esse sapientes. Similatur visco, lib. ij. de verbis Domini, serm. x. Amor rerum terrenarum, viscum est spiritualium pennarum. Ecce concupisti, hęsisti. Quis dabit tibi pennas sicut columbæ? Quando volabis nisi vere requiescas? Quādo hic peruerse requiescere voluisti, male hæsisti. Ideo inculpatur in supradicto sermone de timore. Qui curis terrenis se implicat, à Deo se separat. Nunquam diuitiæ sine peccato acquiruntur. Si alius non perdit, alius non acquirit, gaudet qui acquirit tristatur qui perdit.

Ibidem. Quid dicimus de illis miseris diuitibus, qui thesaurisant & nesciunt cui congregant: nec pœnitantiam agunt, nec eleemosynas iustas faciunt: lucrantur terrena munera, & perdunt præmia cœlestia: lucrantur pecunias, & perdunt animas: attendunt quid acquirant ad tempus, & nō considerant quid perdant in æternum. Tales cæci sunt, & in luce se esse sperantes foris se existimant claros, cū sint intus tenebrosi.

Ibidem. O cæca cupiditas, quæ animas à Deo separas: qui te sequitur diabolo, non Deo coniungitur.

Tom. VII. iungitur. Libr. iij. contra epistolam Parmeniani. Tanquam syncerissimum speculum proposita sunt omnibus scripta omnium paginarũ: vt ibi quisque videat quodlibet peccatũ quantum sit, quod forte magnum est, & ex malè viuentium cæco amore contemnitur. Potuit ne grauius diuinis eloquiis accusari auaritia, quã vt idolatriæ demonstraretur æqualis, & eius nomine appellaretur, dicente Apostolo, Et Auaritia quæ est idolorum seruitus, potuit ne maiori digna pœna iudicari, quàm vt inter illa crimina poneretur, quibus infecti à regno Dei excluduntur, eodem Apostolo dicente, neque Auari regnum Dei possident? Ideo libro de eleemosyna. O carnale pectus, quomodo te alta & profunda Auaritiæ caligo cæcauit: pecuniæ tuæ captiuus & seruus es, & quem iam soluerat Christus, denuo vinctus es. Seruas pecuniam, pecunia per te seruata non seruat: patrimonium cumulas quod te pondere suo onerat, nec meministi quid Christus responderit diuiti, exuberantium fructuum copiã stulta exultatione iactanti. stulte, inquit, hac nocte anima tua expostulatur à te, & quæ parasti cuius erunt? Quid diuitiis tuis incubas, quid in pœnam tuam patrimonij tui pondus exaggeras, vt quò locupletior sæculo fueris, pauperior Deo fias? Redditus tuos diuide cum Domino tuo. Fructus tuos partire cum Christo. Fac tibi possessionum terrestrium participem Christum, vt ille te faciat cohæredẽ sibi regnorum cœlestium. Erras & falleris quisquis te in hoc seculo diuitem credis. Audi in Apoca. Dominum Deum tuum, vocem illius hominis, iustis obiurgationibus increpantem. Dicis, inquit, diues sum, ditatus sum, & nullius rei egeo: & nescis quoniã tu es miser, pauper, cæcus & nudus? Quia vt dicit super primam canonicam Ioannis, Homi. x. O homo qui laboras amando Auaritiam, cum labore amatur quod amas: sine labore amatur Deus. Auaritia iussura est labores, pericula, tristitias, tribulationes, & obtẽperaturus es. Quo fine? Vt habeas quo impleas arcã, & perdas securitatem. Securior forte eras antequam haberes, quàm cum habere cœpisti. Ecce quid tibi iussit auaritia. Implesti domum, timentur latrones: acquisisti aurum, perdidisti somnum. Deus sine labore cum amatur acquiritur, & tenetur. Libro de salutaribus documentis. Radix omnium malorum est cupiditas. Cupidus est vir qui animam suam venalem habet, si inuenerit tempus vt concupiscat alicuius aurum aut argẽtum, seu vestes pulchras, vel cuiuslibet mulierem pulchram facie, pro nihilo perpetrat homicidium. Et vt quis effudit aquam in terra, ita est ei effundere sanguinẽ proximi sui. Plurimæ animę in mortis periculum inciderunt propter cupiditatem, & multi Domino iubente ob hoc lapidati sunt. Saul enim alienus à Domino effectus est propter auaritiam: & ad extremum de culmine regali expulsus, ab inimicis suis est peremptus. Et de multis multa dicere possem, sed sapienti, pauca sufficiunt. Dominus

Vanitas diuitiarum.

Luc. 12.

Apoc. 3.

Tom. IX.

Cap. 30.

Tom. IIII.

1. Tim. 6.

A enim & saluator noster voluit de corporibus Pharisæorum pecuniarum amorem excludere, sed quia erant cupidissimi, salutaria monita deridebant. Nam & illum diuitem, quem ad regna cœlorum Dominus prouocauit amor pecuniarum eum intrare non permisit. Sed & Iudæ pectus auaritiæ flamma sic exarsit, vt Dominum cunctorum bonorum largitorem in manus traderet impiorum. Auarus enim vir inferno similis est. Infernus enim quantoscunque deuorauerit, nunquam dicit, satis est. Sic & si omnes thesauri confluxerint in auarum, nunquam satiabitur. Ideo frater mi, omnibus quæ in domo tua sunt, ab isto vitio præcipe cauere. Super Psal. lxiij. Auaritia quæ captiuauit discipulum comitem Christi, captiuauit & militem custodem sepulchri. B Simile est de artificibus, libro septimo de ciuitate Dei, capite tertio. In genere humano plures allicit auaritia quàm peritia, & in eis ipsis qui sunt artificiosi rarò inuenies hominem, qui non habeat artem suam pecuniaria mercede venalem: plurísque pendatur semper propter quod aliquid fit, quàm id propter quod illud fit. & propter pecuniã sunt artifices multi. Propter auaritiam aliquis reprimit lasciuiam, libro de sancta viduitate, siue de bono viduitatis. Intuentes hominum conuersationem, sæpe experti sumus in quibusdã lasciuia compressa, creuisse auaritiam. Nam sicut in ipsis sensibus corporis, acutius audiunt qui non vident, & tangendo multa discernunt, nec tanta viuacitate tangunt qui oculis vtuntur: vbi intelligitur ex vno auditu, id est, oculorum C repressã intentione, sentiendi vim in alios sensus promptiorem dignoscendi acumine exerere, tanquam ex altero conetur implere quod negatur in altero, ita sæpe carnalis cupiditas, à concumbendi voluptate prohibita, maioribus viribus in pecuniæ se porrigit appetitum, & illinc auersa, huc se impetu ardentiore conuertit. Quorum duorum vitiorum contraria iussa, Christus concordat ad bonum, in tractatu de auaritia & luxuria, capite secundo. vbi etiam est contra auaritiam senum. Aliquando possident hominem duæ differentiæ contrariæ auaritia & luxuria. Auaritia dicit serua, luxuria dicit, eroga. Sub duabus dominabus diuersa iubentibus, D diuersa exigentibus, quid facturus es? Habent alloquutiones suas ambæ, & quando cœperis nolle obtemperare, & in libertatem tuam ire, quia iubere non possunt, blandiuntur: & plus sunt cauenda eorum blandimenta, quàm iussa. Quid dicit auaritia. Serua tibi, serua filiis tuis, si egebis, nemo tibi dabit. Contra, luxuria. Viue cum viuis, fac bene cum anima tua, moriturus es, & quando, nescis: cui relicturus es, an sit possessurus ignoras: tu demis & subtrahis gutturi tuo, ille forte cum mortuus fueris, calicem super te non ponet, aut si fortè ponet, ipse inebriabitur, & ad te nulla stilla descendet. Fac ergo bene cum anima tua quando potes. Aliud

Inexplebilis auaritia.

Tom. VIII.

Tom. V.

Tom. IIII.

Cap. 21.

Detrimentũ in vno compensatur in alio.

Auaritiæ & luxuriæ iussa contraria.

Aliud iubet auaritia, aliud luxuria. Sed eripe te ab his, veni ad Dominum tuum: si seruus eras iniquitatis, esto seruus iustitiæ. verba quæ tibi dicebant,& contraria iubebant,ipsa audis à Domino Deo tuo,& non cōtraria iubet: verba eorum non tollit,sed potestatem tollit. Quid tibi dicebat auaritia? Serua tibi, cōsule in posterum. Verbum non mutatur,homo mutatur. Illa auaritia est,ista iustitia. Ipsa contraria discute. Serua, inquit tibi auaritia. Pone te velle obtemperare,interroga vbi serues. Illa tibi monstratura est munitum locum, muratum cubiculum arcam ferreā. Omnia numi, fortè domesticus fur in interiora prorūpet. Et cum pecuniæ tuæ consulis, vitæ tuæ timebis. Fortè dum multum seruas,qui vult eripere,cogitat te occidere. Postremò aduersus fures, licet quocunque munimine thesaurum tuum & vestem tuam munias, cōmuni eam aduersus rubiginem & tineam. Quid facturus es? Non est foris hostis auferens,sed est intus assumens. Non ergo bonum cōsilium dedit auaritia. Ecce iussit vt serues,& non inuenit locum vbi serues. Dicat etiam sequentia, consule in posterum,& quantum posterum? In dies paucos & incertos.] Dicit in posterum, homini fortassis victuro, nec in crastinum. Sed ecce viuat quantum putat auaritia,non quantum ostendit, non quātum docet,non quantum fidit,sed quantum putat vixerit: sed & senescet, & finietur. Adhuc senex incuruus, baculo innixus quærit, & audit auaritiam dicentem. Consule in posterum. In quod posterum? Iam expirans loquitur, propter filios tnos inquit, vtinam vel illos non auaros haberemus, qui filios non habent: etiam ipsis,etiam talibus,etiam iniquitatem suam nulla pietatis imagine excusantibus, non cessat dicere,consule in posterum. Sed fortè ipsi cito erubescunt. Illos videamus qui filios habēt, vtrum certi sint filios suos possessuros esse quæ relinquunt? Intendant cum viuunt in filios aliorum, alios alienis improbitatibus quod habuerant dimittentes, alios propria nequitia quod possederunt consumentes, & remanent inopes filij diuitum. Parcite vasa serui auaritiæ. Sed possidebunt hoc,inquit,filij mei. Incertum est,nō dico falsum est. Sed quod incertum est,fac certum. Quid eis vis relinquere? quod acquisiuisti tibi. Ecce quod acquisisti, relictum nō erat & habes. Si tu habere potuisti quod tibi relictum nō est, poterunt ergo habere & illi quod tu non reliqueris: refutata sunt consilia auaritiæ. Sed Dominus eadem dicat. Iustitia iam loquatur. Ipsa erunt verba, non ipsa sententia. Serua tibi, ait Dominus tuus: consule in posterum. Et hanc interroga,vbi seruabo? habebis thesaurum in cœlo, vbi fur nō accedet,neque tinea corrumpet. In quātum posterum seruabo? Venite benedicti patris mei percipite regnum. Hoc regnum quātorum dierum est? In vitam æternam. Hoc est consulere in posterum, quod posteriora non habeat. Dies enim illi,sine fine dicti sunt dies. Euersa est auaritia. Luxuria quid dicit? Fac cum ani-

A ma tua bene: & Dominus dicit, fac cum anima tua bene: sed si vis cum anima tua bene facere,& illa nocte aufertur à te, quid facies? Attende alium qui epulabatur quotidie splendidè, & induebatur purpura & bysso,& cruciatur in inferno, quia micas pauperi dare noluit. Noli ergo Luc. 16
parcere thesauris tuis,eroga quantum potes. Luxuriæ vox erat, vox Domini facta est. Ergo quātum potes fac bene cum anima tua,ne auferatur hac nocte anima tua. Propterea libro 50. Homilia. in principio. Tom. Hom.
Quanti sunt modo diuites qui dicunt,tantum habeo,tantum facio,tantum valeo: quibus respondendum est. O stulte hac nocte anima tua auferetur à te, & quæ congregasti cuius erunt? Lætatur diues stultus, nocte moriturus. Luc. 12
Quantumcunque cupiditas radices suas

B vbique distentet,quantumcunque rapiat, necesse est vt in vna hora totum dimittat. Sed dicturus es. Habeo filios quibus laborem, habeo quibus prospiciam, habeo quibus curam magnam geram. Quam curam geris filiorum, vt eos obruas lachrymis miserorum? Non est hoc filios amare, sed potius necare. Nescis quia arbor in fruge dignoscitur? Nescis quia quod in radice cælatur, in ramis declaratur: & quod latet in foliis: enitescit in pomo? Nolo te talem patrē sentiant filij tui. Nolo sic prouideas, vt magis inuideas. O quanti pauperes nascuntur, & postmodum diuites efficiuntur: quanti quibus hæreditas dimittitur, & postmodum ad penuriam rediguntur. Si ergo Dei est pauperem facere, Dei est & ditare. Cur prouidus filiorum existis? Cur ra- Concil.

C pis, qui post te ne fortè maneant nescis, & tibi perpetuam pœnam nutris, & filiis tuis dolorem dimittis? Dicit enim sapientissimus Salomon. Qui congregat aliena, relinquit filiis dolorē. Et rursum dicitur in Psal. verumtamen in imagine per transit homo, vanè cōturbatur, thesaurizat & ignorat cui congregat. Psal.
Quid thesaurizas auare quòd nescis? Quid auri argentíque pondere delectaris,& condis? Quid imaginem regis sculptam seruas in solidis, & imaginē conditoris in hominibus detestaris? Quia vt dicit super Psal. xcvj. Tom.
Non est Christus dignus, cum quo diligas auaritiam. Amas illum, debes odisse quod odit. Nam exheredare vis filium qui loquitur cum inimico tuo. Et inimica est Christi auaritia. Quare cum illa loqueris? Sed non dico lo-

D queris, quare illi seruis? Nā multa iubet Christus & non facis: iubet ipsa & facis. Iubet Christus vt vestias pauperē,& nō facis: iubet auaritia vt fraudem facias, & hoc potius facis. Si hæc ita sunt,& si talis es, noli tibi promittere multum hæreditatem Christi. Sed dicis diligo Christum. Qui diligitis Dominum odite malum, dicit Psal. Hinc Psal.
apparet te diligere quod bonum est, si inuentus fueris odisse quod malum est. Sed vt dicit libro secundo de verbis Domini, sermone secundo. Tom. Serm. ord.
Nihil nobiscū tollimus. Quid si aliquid tolleremus, nonne viuos homines voraremus. Quę est ista auiditas concupiscentiæ, cum ipsæ beluæ habeāt modum. Tunc rapiunt, quādo esuriunt:

parcent

parcent verò prædæ, cum senserint saturitatem. Inexplicabilis est sola auaritia diuitum, semper rapit, & nunquam satiatur, nec Deum timet, nec hominem reueretur: non patri parcit, nec matrẽ agnoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidẽ seruat: viduam opprimit, pupilli rem inuadit, liberos in seruitium reuocat, testimonium falsum profert, res mortui occupantur, quasi non & ipsi qui hoc faciunt moriantur. Quæ est ista rogo animarũ insania? Amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cœlũ? Sed quia nemo cogitat Deum, ideo manet in morte iudicium. Meritò dictum est diuiti. Quia recepisti bona in vita tua. &c. Pensantur pro diuitiis, pœnæ: refrigerium, pro paupertate: pro purpura, flamma: refectio, pro nuditate: vt salua sit æquitas stateræ, & non mentiatur modus illius mensuræ. In qua mensura inquit mensi fueritis, remetietur vobis. Ideo negatur in pœnis misericordia diuiti, quia ipse dum viueret noluit misereri. Ideo rogans diues non exauditur in tormẽtis, quia rogantem pauperem non exaudiuit in terris. Ideo cõsulit, super primã canonicam Ioannis. Transi tanquam peregrinus: quære vbi transeas, non vbi remaneas. Si amas, per auaritiã implicatus eris. Erit enim tibi auaritia catena pedum, & vltra progredi non poteris. Vnde Lib. ij. de verbis Domini, sermone vj. Disce & doce, viue & pasce. Deus qui tibi dat, nihil melius quã se tibi dat. Auare quid aliud quærebas? Aut si aliquid petas, quid tibi sufficit, cui Deus non sufficit?

Res plusquã beluina auaritia. *Luc. 16.* *Tom. IX. Tract. 10.* *Tom. X. Serm. in ordine 29.*

Lib. iij. eiusdem, sermone xvj. Fortè auaritia omnia vis possidere. Sed videas quà sit via, quæ sit via, quò sit via, quò vis venire, si nõ vis errare. Audi Christum dicentẽ, omnia mihi tradita sunt à patre meo. Fortasse dicis. Christo tradita sunt, nunquid mihi? Sed ne desperatione frangaris. Audi quomodo amatus es, non amandus. Amatus es turpis, & fœdus, antequam esset in te quod amari dignum esset: amatus prius, vt dignus fieres qui amareris. Etenim Christus, sicut ait Apostolus, pro impiis mortuus est. certè quod tibi præstitũ est impio, iã pio quid seruatur? Desideras omnia possidere. Noli per auaritiam, sed per pietatem & humilitatem hoc quærere. Si ita quæsieris, omnia possidebis. Audi Apostolum dicentem, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non & cũ illo omnia nobis donauit? Auare, ecce habes omnia. Sed vt omnia quæ amas habeas, & non impediaris à Christo, omnia contemne: & ipsum tene, in quo possis omnia possidere. Super Psal. xc. sermone iij. Si auari sumus, vitæ æternæ esse debemus auari, & talem vitam desiderare quæ non habeat finem. Ecce vbi extendatur auaritia vestra. Argentum vis sine fine? Vitam æternam desidera sine fine. Non vis vt habeat finem possessio tua? Vitam æternam quære. Lib. de disciplina Christiana. Auarus es, pecuniam amas. Beatus esse vis? Deum tuum ama. Pecunia te non facit beatum. Sed quia multum amas pecuniam, & video quia pergis quo iusserit cupiditas: piger per-

Tom. X. Serm. ordine 54. *Paucula transposita hoc loco.* *Quædam omissa.* *Rom. 5.* *Rom. 5.* *Tom. VIII. Concione 3.* *Tom. IX. Cap. 1.*

A ge quo iubet charitas. Respice & vide quam multum intersit inter pecuniam tuam & Deũ tuum. Pulchrior est iste sol, quàm pecunia tua: & tamen iste sol nõ est Deus tuus. Porrò si pulchrior est lux ista, quàm pecunia tua, quantum est pulchrior qui fecit hanc lucem? An fortè comparare vis pecuniam tuam luci? Ecce cecidit sol: ostẽde mihi pecuniam tuam. Nitet & nocte, subtraho lucernam. Ecce diues es. Ostende mihi diuitias tuas. Iam si lumine priueris, iã si lumen nõ habes, vnde quod habes videas, vbi sunt diuitiæ tuæ? Et sic tamen horrenda profunditas auaritiæ non patet oculis, & scatet animis. Vidimus & cæcos auaros. Dicatur mihi, Vnde auari sunt cæci qui non vident? Quod habet, non videt, & tamen auarus est cæcus. Quare? Quia credit habere se,
B auarus est, fides eum facit diuitem. Credendo diues est, non videndo. Quanto melius si fidem conuertit ad Deum? Non vides quod possides, & Deum sic tibi prædico. Nondum vides, ama, & videbis. Amas pecuniam ò cæce, quam nunquam videbis. Cæcus possides, cæcus moriturus es, quod possides hîc relicturus es. Non tenebas quando videbas †, quanto magis perdis, quia non videbas quod habebas? De Deo quid tibi dicatur? Ecce hoc tibi dicit de ipsa sapientia. Ama illam tanquam pecuniam. Indignum est, iniuriosum est, vt sapientia pecuniæ comparetur. Sed amor amori comparetur. Video enim hîc vos sic amare pecuniam, vt iubente amore pecuniæ labores suscipiatis, ieiunia toleretis, maria transeatis, ventis & fluctibus vos committatis.
C Habeo vnde eligam quod ametis, sed non habeo quod addam ad amorem quo amatis. Sic me amate, nolo plus me amari, ait Deus. Improbis auaris loquor. Pecuniam diligitis, tantum me diligite. Certè melior sum incomparabiliter: Nolo à vobis ampliorem amorem: quantum diligitis pecuniam, tantum me amate. Auaritiæ excusationibus respondetur eodem libro. Pecuniam diligis, ò homo, vnde te putas fieri beatum. Ergo si diligis proximum tuum tanquam teipsum, diuide cum illo pecuniam tuam. Sed quid mihi respondet benigna auaritia? Si diuisero cum illo, minus erit mihi & illi: minuitur quod amo, nec totum habebit ille, nec totum habebo ego. Sed quia diligo eum tanquam meipsum, opto illi vt tantum habeat: vt
D nec meum minuatur, & ipse mihi coæquetur. Optas vnde nihil perdas, atque vtinam hoc verum dicas vel optes. Timeo enim ne inuideas. Sed non loquor inuidis: bene optantibus loquor. Illis loquor, qui bene optant amicis, vt habeant tantum quantum habent & ipsi. Optant bene egentibus, sed nolunt eis dare ex eo quod habent. Inde te iactas, ò homo Christiane, quia optas bene: melior te est mendicus, qui plura tibi optat, & nihil habet. Bene vis optare nihil à te accipienti: da aliquid bene optanti. Si bonum est bene optare, adde mercedem. Optat tibi bene pauper, quid trepidas? Addo aliquid his quæ dixi. Da bene optanti, Christus est. Ipse à te petit

Potiora sectanda. *† Alias, vincebas.* *Cap. eod.* *Omissa quędam.* *Ficta charitas.*

qui tibi dedit. Erubesce. Ille diues, pauper esse voluit: vt haberes pauperes, quibus dares. Da aliquid fratri tuo, da aliquid proximo tuo. Tu diues es, ille pauper est. Vita ista via est, simul ambulatis. Sed forte dices. Ego diues, ille pauper. Quid est quod dicis, ego diues ille pauper, nisi ego oneratus, ille leuis: ego diues, ille pauper? Sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas. Et quod est grauius, constrinxisti ad te sarcinam tuam: ideo non potes porrigere manum. Onerate, ligate, quid te iactas? quid laudas? Solue vincula tua, minue de sarcina tua: da comiti tuo, & illum adiuuas, & te releuas. Inter has voces tuas laudantes sarcinas tuas, Christus petit, & non accipit: obtendis nomen pietatis crudelibus vocibus, & dicis. Et quid seruo filiis meis? Christum illi oppono, filios suos mihi reponit. Ita verò magna iustitia, vt habeat vnde luxurietur filius tuus, & egeat Dominus tuus? Cum enim vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti: non legisti, non timuisti? Ecce quis eget, & filios tuos numeras? postremo numera filios tuos, adde vnum illum inter illos, Dominum Deum tuum. Vnum habes, sit ille secundus: duos habes, sit ille tertius: tres habes, quartus sit: nihil horum vis. Ecce quomodo diligis proximum tuum, quem tibi facis socium ad istam perditionem. Quid tibi dicturus sum? Diligis proximum tuum? Quid illi in aures insusurrabis, homo auare, nisi hoc, filij, aut frater, aut pater, bonum est vobis, vt cum hic viuimus, bene sit nobis? Quantum habebis, tantum eris. Frange lunam, fac fortunam. Ista susurrabis proximo tuo, quæ non didicisti in domo disciplinæ. Nolo sic diligas proximum tuum. Non hoc accepimus in domo disciplinæ, non hoc didicimus in illa schola, quam gratis intrauimus, non hoc didicimus sub illo magistro, cuius cathedra in cœlo est. Reprehendit sollicitudinem superfluam auaritiæ, Libr. de verbis Apostoli, sermone xxij. (*Tom. X.*) Vide hominem oneratum sarcina auaritiæ: vide illum sub hac sarcina sudantem, anhelantem, sitientem, & laborando sarcinam sarcinæ addentem. Quid expectas, ò auare, amplectens onus tuum, & cathenis cupiditatis, alligans malam sarcinam post humeros tuos? Quid expectas? Quid laboras? Quid inhias? Quid concupiscis? Nempe sarciare auaritiam. O vota inania, & facta nequissima. Expectas ergo saciare auaritiam. Illa te potest premere, tu illam non potes satiare. An forte non est grauis? Vsque adeo sub hac sarcina sensum etiam amisisti? Non est grauis auaritia? Quare ergo te de somno excitat, quæ aliquando etiam dormire non sinit? Et fortasse habes cum illa aliud onus pigritiæ, & ista duo onera grauissima, secúmque pugnantia, te premunt & dilaniant. Non enim paria imperant, sed similia iubent. Pigritia dicit, noli pati frigidos dies. Auaritia dicit, tolera etiam maris tempestates. Illa dicit quiesce: ista non finit quiescere. Iubet enim non solum procedere, sed

Pigritiæ & auaritiæ suggestiones diuersæ.

A nauiga, inquit, trās mare: quære terras quas ignoras, merces in Indiam deportandæ sunt. Non nosti linguam Indorum, sed intelligibilis videtur sermo auaritiæ. Venies ignotus ad ignotum, das, accipis, emis, portas, periclitatus venisti, cum periculis redis, exclamas in mari exagitatus tempestate, Deus libera me. Non audis respondentem. Quare? Non misi te: auaritia tibi iussit vt acquireres quod non habebas, ego tibi iussi, vt sine labore ante ostium tuum pauperi dares quod habebas. Illa te ad Indos misit, ad aurum reportandum, ego tibi Christum ante ostium posui, à quo emeres regnum cœlorum. Laboras in iussione auaritiæ, in iussione mea non laboras. Ambo iussimus: non audisti me, cui obedisti liberet te. Auaritiæ suggestio repellitur libro de conflictu vitiorum, vbi (*Capit. Tom.*)
B inducit largitatem auaritiæ respondentem sic. Auaritia dicit, valde sine culpa es, quod quædam habenda concupiscis: quia non multiplicari appetis, sed egere pertimescis, & quod male alius retinet, ipse melius expendis. (*Cresc. num.*) Mundi contemptus, vel largitatis pietas respondet. Ista nec apud homines sæculares sine periculo vel offensione procurantur, quia quanto magis quisque habere cœpit, tanto amplius habere concupiscit. Fit itaque vt modum in concupiscendo non habeat, dum innumeris huius sæculi curis, deseruire festinat. Vt enim ait scriptura. Auarus pecuniis non implebitur. (*Eccle.*) Quæ nimirum quàm sit detestanda, Paulus indicat dicens. Et auaritia, quæ est idolorum seruitus. (*Colo.*)
C Quámque sit noxia, idem exponit, dicens. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. (*1.Timo.*) Sed nec redemptor noster præterire voluit, cupiditatis malum quàm noxium esset, dicens. Difficilè qui pecunias habent in regnum cœlorum intrabunt. (*Luc.*) Et rursum, facilius est camelum per foramē acus transire quàm diuitem in regnum cœlorum intrare. Et subdit ibidem de auaritia sacerdotum. Si igitur sæcularibus ita est periculosa cupiditatis industria: quanto magis illis periculosior est qui habitu & couersatione iam sæculares esse desierunt: qui totum quod viuunt, Domino Deo deuouerunt: ad quos specialiter Domini transeunt
D verba, quibus destrui possit morbus auaritiæ. (*Matt.*) Nolite, inquit, solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo operiamini: hæc enim omnia gentes inquirunt. Quærite autem primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. O quàm beata, & quàm secura, & quàm amplectenda est illa sententia. Nullus in hac vita ita securus est, vt ille qui nihil præter Christum appetens possidere, cuncta quæ sunt necessaria sub hac sponsione, probatur habere: sicut Paulus ditissimus pauper dicebat, tanquam nihil habentes & omnia possidentes. (*2.Cor.*) Omnia itaque non superflua, sed tantum necessaria, ipso confirmante ac dicente,

haben

1. Timo. 6. habentes tantum victum & vestitum his contenti simus. Dicis forte. Ideo à sanctis religiosísque viris plura habenda sunt, vt melius ab ipsis, quàm à popularibus erogentur Christi pauperibus. Et ego consentio, sed prælatis, nō autem subiectis. Quod maximè vxoris Loth exemplum docet: quæ dum post tergum à Sodomis exiens prospexit, in statuam salis conuersa, spiritum efflauit. Vnde Christus tale quid
Luc. 9. præcauendum denuntiat dicens. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, a-
2. Pet. 2. ptus est regno Dei. Hinc Petrus ait. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retro conuerti ab eo, quod traditum est illis sancto mandato. Contingit enim illis illud veri prouerbij. Canis reuersus est ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti.

Et adiungit ibidem contra auaritiam remedium. Qui nimirum auaritiæ morbus, nunquam melius compescitur, nisi cum dies mortis sine fine meditatur, cum qualis post modicum in sepulchro futurus sit homo consideratur. Hoc certè fixum manebat illius in memoria, qui dice-
Iob. 25. bat. Homo putredo, & filius hominis vermis, hoc ab illius memoria non recesserat, qui aiebat. In omnibus operibus tuis memorare nouis-
Eccl. 7. sima tua, & in æternum non peccabis. Quid tunc, rogo, diuitiæ reseruatæ proderunt? Audi quid inquit Iob, nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Audi & Aposto-
Iob. 1. lum. Nihil in hunc mundum intulimus, sed nec
1. Timo. 6. auferre quid possumus. Require infra, capi. cupiditas.

Tom VIII. AVDIRE. Audire melius est, quàm loqui, super Psal. 50. Fœliciores sunt qui audiunt, quàm qui loquuntur. Qui enim discit, humilis est: qui autem docet, laborat vt non sit superbus, ne malè placendi affectus irrepat: ne Deo displiceat qui vult placere hominibus. Magnus tremor est in docente fratres.

Tom. II. Epist. 28. Ideo libro de origine animæ ad Hierony. Me potius magistrum audire, quam velut magistrum
Tom. VIII. delectat audiri. Non tamen auditur sine labore, super Psal. xxxij. sermone ij. Et in annuntiando, & in audiendo verbo veritatis, labor est. Quem laborem æquo animo tolerabimus, si sententiæ Dominicæ, & conditionis nostræ meminerimus. Ab ipso enim nostri generis exordio audiuit homo, non ab homine fallace, nec à diabolo seductore, sed ab ipsa veritate & ore Dei. In sudore vultus tui edes panem tuum. Proinde si panis noster est verbum Dei, sudemus in audiendo, ne moriamur in ieiunando.

Tom. eod. Vnde pro dicente auditor debet orare, super Psal. xxxviij. Orate pro nobis vt perseueranter habeamus charitatem, ne inter scandala deficiamus. Nam & nos pro vobis hoc idem rogamus. Non enim nos digni qui pro vobis oremus, & vos indigni qui pro nobis oretis. Auditoribus suis quibus prædicabat verbum Dei, se commendabat Apostolus. Orate ergo pro nobis fratres, vt & quod audiendum est bene vi-

A deamus, & quod dicendum est, bene dicamus.

Audiendum est intelligibiliter & memoriter, super Psal. centes. quadragesimum primum. Tom. eod.
Admonemus charitatem vestram, vt ea quæ audiēdo tanquā vētre memoria conditis, rursus reuoluendo & cogitando, quodāmodo ruminetis.

Quod declarat super titulum Psal. xlvj. Omnis homo quod audit, sic debet in cor mittere, vt non piger sit inde postea cogitare, vt quando audit, sit similis manducanti: cum autem audita in memoriam reuocat, & cogitatione dulcissima recolit, fiat similis ruminanti. Eodem ergo modo eadem dicuntur, & faciunt nos dulciter cogitare quæ nouimus, & eadem ipsa libenter audire: quia modus dicendi variatur, & res antiqua ipso modo dicendi, renouatur. Super Psal. xciij. sermone ij. Hæc quæ audistis, vt proficiatis ruminetis: non vos permittatis obliuisci, non solum recogitando, & colloquendo, sed etiam ita viuendo. Bona enim vita quæ agitur ex præceptis Dei, tanquam stilus est, quod auditur scribens in corde. Si in cera scriberetur, facile deleretur. Scribite illud in cordibus vestris, moribus vestris, & nunquam delebitur. Tom. eod. Tom. eod.
B

Super Psal. xc. sermone ij. Quia multi vestrum legere non possunt, quia non eis vacat legere, aut literas non norunt, saltem asiduè audiendo, non obliuiscantur salubrem fidem suam. Tom. eod.

Non est audiendum quod non potest intelligi. super Psal. xcviij. Noli festinare audire quod non capis, sed cresce vt capias. Sic paruulum alloquimur in sinu matris Ecclesiæ pio lacte nu-
C triendum, & ad escam mensæ Dominicæ idoneum faciendum. Audiendum non est malum consilium. Libro de disciplina Christiana, vbi contra suadentem auaritiam loquitur. Volo, sed non possum disiungere te ab auribus aliorum. Alios admoneam, ad quorum aures ambis, quorum aures penetrare moliris, ad quorum corda per aures intrare disponis. O qui accipis verbum sanum in domo disciplinæ, sepi aures tuas spinis. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala. Sepi aures tuas spinis. Sepi, & spinis sepi: vt ille qui importunè intrare ausus fuerit, non solum non repellatur, sed compungatur. Repelle illum à te. Dic, Christianus es, Christianus sum, non hoc
D accepimus in domo disciplinæ, non hoc didicimus sub illo magistro cuius cathedra est in cœlo: noli mihi ista dicere, aut noli ad me accedere. hoc est enim, Sepi aures tuas spinis. Audiendum est sapienter, libro ad sacras virgines. Suademus auditores rationis & doctrinæ, debere aduertere, non fucum spumantis sermonis, aut artificiosam eloquentiam expectare. Lib. iiij. de doctrina Christiana. Qui affluit incipienti eloquentia, tanto magis cauendus est, quanto magis ab eo in iis quæ audire inutile est, delectatur auditor, & eum quem disertè dicere audit, etiam verè discere existimat. In eodem. Infra. Qui eloquenter dicunt, suauiter: qui sapienter, salubriter audiuntur. Propter quod non ait Cap. 1. Tom. IX. Cap. 5. Tom. III. Cap. 5.

scriptura, Multitudo eloquentium, sed multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarum. *Sap. 6.* Sicut autem sumenda sæpe sunt & amara salubria, ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. Sed salubri suauitate, vel suaui salubritate, quid melius? Quanto enim magis illic appetitur suauitas, tanto facilius salubritas prodest. Vt autem dicit in eodem libro. *Cap. 16. & 17.* Habet vt obedienter audiatur maius pondus vita dicentis. Nam qui sapienter & eloquenter dicit, viuit autem nequiter, erudit quidem multos discendi studiosos, quamuis animæ suæ sit inutilis. Sed boni fideles non quemlibet hominũ, sed ipsum Dominum obedienter audiunt, qui ait, Quod dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite: dicunt enim & non faciunt. ideo etiam audiuntur vtiliter, qui vtiliter non agunt. Audiendum est bonum vt fiat, super Psal. centesimum decimumoctauum, sermone vigesimoseptimo. *Tom. VIII.* Qui audiunt, licet memoria teneant quod audiunt: nequaquam didicisse putandi sunt, si non faciunt. Veritatis nanque verbum est. Omnis qui audiuit à patre meo & didicit, venit ad me. Qui ergo non facit, id est, non venit, non didicit. Super Psal. quinquagesimũseptimum, in fine. *Tom. eod.* Quia & prædicare veritatem nihil est, si cor à lingua dissentiat: & audire veritatem nihil prodest, si homo non super petram ædificat. Qui enim ædificat super petram, ipse est qui audit & facit. *Factores verbi requiruntur.* Qui autem audit & non facit, ædificat super arenam. Qui verò nec audit nec facit, nihil ædificat. Sed quomodo qui super arenam ædificat, ruinam sibi ædificat: sic ille qui nihil ædificat, veniente fluuio siue domo rapitur. Non est quidem aliud facere quàm ædificare: & super petram ædificare, id est, & audire & facere. Nec aliquis dicat, vt quid procedo ad Ecclesiam? Ecce qui quotidie ad Ecclesiam procedunt, non faciunt. quod audiunt. Faciunt tamen vt audiant: sic possunt facere vt audiant & faciãt. Tu autem quantũ longe es à faciendo, qui tantũ fugis ab audiendo? Sed ego, inquis, non ædifico super arenam. Nunquid non ideo te inuenturus est fluuius? Nunquid ideo te nõ ablaturus est? Nunquid ideo te pluuia nõ necabit? Nunquid vẽti propterea non arrripient? Ergo veni & audi: sed cum audieris, fac. Nam & si audieris & non feceris: ædificasti quidem, sed super arenam. Quia ergo sine ædificio constituti nudi sumus: In ædificio autem super arenam posito, sub ruina sumus: restat vt supra petram ædificemus, & quod audiuimus faciamus. Super Psal. sexagesimumsextum. *Tom. eod.* Prędicare veritatem nihil est, si cor à lingua dissentiat &: audire veritatem nihil est, si non auditionem fructus sequatur. Sed quod auditur, fieri non potest sine gratia Dei, Libro de fide ad Petrum, parte secunda. *Tom. III.* Firmissimè tene & nullatenus dubites, posse quidem hominem, quem nec ignorantia literarum, nec aliqua prohibet imbecillitas vel aduersitas, verba sanctæ legis & Euangelij, siue legere, siue ex ore cuiusquam prædicato-

A ris posse, nisi quem Deus gratia sua præuenerit, vt quod audit corpore, & corde percipiat, & accepta diuinitus bona voluntate atque virtute, mandata Dei facere & velit & possit. Non enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: qui etiam Deus operatur in nobis, etiam velle, & perficere pro bona voluntate. *1. Cor. 3.* Libro de vera innocentia. *Tom. III. Cap. 5.* Si naturam cogitemus in qua creati sumus, cum omnes veritas creauerit, quis non est ex veritate? Sed non omnes sunt quibus vt audiant veritatem & credant, ex ipsa veritate præstatur. Nullis proculdubio præcedentibus meritis saluatur, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset. *Ex. locus.* Omnis qui audit vocem meam, ex veritate est, ideo dictus ex veritate putaretur, quia

B obtemperat veritati. Non autem hoc ait, sed, omnis, inquit, qui est ex veritate, audit meam vocem. Ac per hoc, non est ideo ex veritate quia audit eius vocem: sed ideo audit quia ex veritate est, id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est: quod quidem aliud non est, quam donante Christo, credit in Christum.

Quid sit audire vocem laudis, super Psal. vigesimumquintum. *Tom. 8.* Audire vocem laudis, est intelligere intus, quia quicquid in te mali est vel peccati, tuum est: quicquid boni in iustificationibus, Dei est. Ita audis vocem laudis, vt te non laudes quando bonus es. Nam laudando te bonum fis malus. Bonum enim te fecerat humilitas, malum te facit superbia. Audit Deus Ecclesiam, super Psal. centesimumtrigesimum-

C primum. Si audiuit iudex malus viduam, ne tædium pateretur, Deus non audiet Ecclesiam, quam hortatur vt deprecetur? Sed de audire dei require infra, capit. auris. capite exauditio. & capit. petitio. De hac verò materia audire, require infra, capit. auris. capit. discere, & capit. docere. capit. doctor. capit. prædicatio.

AVGMENTVM. Lib. de quãtitate animæ. *Tom. I. Cap. 19.* In corpore, tria sunt genera incrementorum. Vnum necessarium, quo naturalis conuenientia impletur in membris: alterum superfluum quo à cæteris membris integra valetudine augendo aliquid discrepat, per quod interdum euenit, vt senis digitis na-

D scantur homines, & pleraque alia, quæ cum præter consuetudinem nimia sunt, monstruosa nominantur: tertium noxium, quod cum accidit, tumor vocatur. In eodem infra. Nullo eodem tempore, simul augeri quicquam & minui potest. Et in eodem Libro ante ista dicit. *Cap. 16.* Proficiendo ad virtutem anima peruenit quam fateremur nulla spatij magnitudine, sed magna constãtia pulchram esse atq; perfectam: non enim vt corpus anima crescit.

AVGVSTINVS. Ex quibus fuerit parẽtibus, Lib. ix. cõfessionum, in fine. *Cap. 13. Tom. I.* Inspira Domine Deus meus, inspira seruis tuis fratribus meis, filiis tuis dominis meis, quibus & voce, & corde, & literis seruio, vt quot-

quot

quot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ, cum Primicio quondã eius coniuge per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria, & fratum meorum sub te patre in matre catholica, & ciuium in æterna Hierusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu vsque ad reditum, vt quod à me illa poposcit extremum, vberius ei præstetur in multorum orationibus, tam per confessiones, quam per orationes meas. Cuius fuerit ingenij, Lib. iiij. confessionum, capi. xvj. Omnes libros artium, quas liberales vocant, tunc nequissimus malarum cupiditatum seruus, per me metipsum legi, & intellexi quoscunque legere potui, & gaudebam in eis, & nesciebam vnde esset, quicquid ibi verũ & certum esset. Dorsum enim habebam ad lumen, & ad ea quæ illuminantur, faciem, vnde ipsa facies mea qua illuminata cernebam, non illuminabatur. Quicquid de arte loquendi & disserendi, quicquid de dimensionibus figurarum, & de musicis, & de numeris, sine magna difficultate, nullo homine tradente intellexi. Sed vt dicit in eodem. Quid mihi tunc proderat ingenium, per illas doctrinas agile, & nullo adminiculo humani magisterij tot nodosissimi libri enodati, cum deformiter & sacrilega turpitudine, in doctrina pietatis errarem? Aut quid tantum oberat paruulis tuis longè tardius ingenium, cum à te longè non recederent, vt in nido Ecclesiæ tuæ tuti plumescerent, & alas charitatis, alimento sanæ fidei nutrirent? Sed primo libro eiusdem circa medium narrans tempus suę pueritiæ dicit. Non deerat mihi domine memoria vel ingenium, quæ nos habere voluisti pro illa ætate satis. Et in fine eiusdem libri. Custodiebam interiore sensu integritatem sensuum meorum, ínque ipsis paruis paruarúmque rerum cogitationibus delectabar veritate, falli nolebam, memoria vigebam, loquutione instruebar, amicitia mulcebar, fugiebam dolorem, abiectionem, ignorantiam. Quid in tali animante non mirabile atque laudabile? At ista omnia dona, Dei mei dona sunt: non mihi ego dedi hæc, & bona sunt, & hæc omnia ego. Bonus ergo est qui fecit me, & ipse bonum meum, & illi exulto bonis omnibus quibus etiam puer eram. Per opera tunc eius, declarabatur eius ingenium, Libro primo retractationum. Per idem tempus quo Mediolani fui baptismum percepturus, etiam disciplinarum libros conatus sum scribere, interrogans eos qui mecum erant, atque ab huiusmodi studiis non abhorrebant, per corporalia cupiens ad incorporalia, quibusdam quasi passibus certis vel peruenire vel duci. Sed earum solum de grammatica librum vnum absoluere potui, quem postea de armario nostro perdidi, & de musica sex volumina, quantum attinet ad eam partem quæ rythmus vocatur. Sed

Tom.I. *Artes liberales per se solum intellexit.*

Tom.eod.

Cap.10.

Cap.20.

Tom.I. Cap.6. Iuuenis lib. edi.

A eosdem sex libros iam baptisatus, iàmque ex Italia regressus in Affricam scripsi. Inchoaueram quippe tantum istam apud Mediolanum disciplinam. De aliis verò quinque disciplinis, illic similiter inchoatis, id est, de dialectica, de rhetorica, de geometria, de arithmetica, de philosophia, sola principia remanserunt, quæ tamen ipsa etiam perdidimus: sed haberi ab aliquibus existimo. Lib. iiij. confessionum, cap. xiij. Scripsi libros de pulchro & apto, puto duos aut tres: tu scis Deus. Nam excidit mihi. Non enim habeo eos, sed aberrauerunt à me nescio quomodo. Erat singularis meditationis primo de ordine rerum versus principium. Id mihi amor inueniendi veri iam in consuetudinem verterat, vt aut primam, si tales curæ inerant, B aut certè vltimam, dimidiam tamen fere noctis partem peruigil quodcunque cogitarem: nec me patiebar adolescentium lucubrationibus à meipso auocari: quia & illi per totum diem tantum agebant, vt nimium mihi videretur, si aliquid etiam noctium in studiorum labore vsurparent, & id à me ipsi quoq; pręceptũ habebant. vt aliquid, etiam præter codices secum agerent, & apud sese consuefacerent habitare animum. Fuit autem ante conuersionem non catholicus, libro de moribus Ecclesiæ, cap. xviij. Nolite sanctum dare canibus. Ego latraui & canis fui, quando mecum iure non docendi cibo, sed repellendi fustibus agebatur. Causa erroris habetur, libro de duabus animabus. Me duo quædam maximè quæ incautam illam ætatem C facilè capiunt, per amicabiles attriuere circuitus, quorum vnum est familiaritas nescio quomodo repens quadam imagine bonitatis, tanquam sinuosum aliquod vinculum multipliciter collo inuolutum. Alterum quod quædam noxia victoria penè mihi in disputationibus semper proueniebat, disserenti cum Christianis imperitis, sed tamen fidem suam certatim prout quisque posset deffendere molientibus. Quo successu creberrimo gliscebat adolescentis animositas, & impetu suo peruicaciæ magnũ malũ vergebat. Lib. de vtilitate credèdi. Quid me aliud cogebat annos ferè nouẽ sprẽta religione quæ mihi puerulo à parẽtibus insita erat, homines illos Manichæos sequi ac diligẽter audire, nisi quod nos superstitione terreri, & D fidem nobis ante rationem imperari dicerent: se autem nullum premere ad fidem, nisi prius discussa & enodata veritate? Quis non his pollicitationibus illiceretur, præsertim adolescentis animus cupidus veri etiam nonnullorum in schola doctorum hominum disputationibus superbus & garrulus: qualem me tunc illic inuenerunt, spernentem, scilicet quasi aniles fabulas, & ab eis promissum, apertum, & syncerum, verum tenere atque haurire cupientem? Sed quæ me rursum ratio reuocabat ne apud eos penitus inhærerem, vt me in illo gradu, quem vocant auditorum, tenerem, vt huius mũdi spem

Tom.I.

Cap.3. Tom.I. Amantissimus veri Aug.

Cap.9. Tom.VI.

Cap.11. Tom VI. Blanditiæ dolosæ manichæorum.

atque negotium non dimitterem: nisi quòd ipsos quoque animaduertebam, plus in refellendis aliis disertos & copiosos esse quam in suis probãdis firmos & certos manere? Ideo conuersus dicebat libro de duabus animabus in prin. Opitulãte Dei misericordia, disruptis & derelictis Manichæorũ laqueis, tandem catholico gremio restitutum, libet considerare saltem ac deplorare illam meam miseriam. Multa enim erãt, quæ facere debui, ne tam facile à diebus paucis religionis verisimæ semina à pueritia mihi salubriter insita, errore vel fraude falsorum, fallaciúmque hominum effossa, extra animum expellerentur. Lib. x. contra Cresconium grãmaticum circa finem. Tibi certè ipse non succenseo, quòd mihi ex obliquo Manichæos mihi obiiciendos putaueris, propter errorem adolescentiæ meæ, vnde non tam doleo de præterita infœlicitate mea, quàm gaudeo de perpetua gloria liberatoris mei, si placet admoneo, vt quæras & legas quæ & quanta, & quomodo, aduersus Manichæorũ pestillẽtisimam hęresim scripserim. Ibi videbis qua fide contra eos Christianam defenderim veritatẽ, eorúmq; fallacias quanta perspicuitate destruxerim. Vnde lib. xv. contra Faustum. Te vera veri Christi sponsa Ecclesia catholica, alloquar & ego te pro modulo meo, qualiscunque filius & seruus tuus positus in te dispensare cibaria cum seruis meis: caue semper vt caues Manichæorũ impiã vanitatem, iam tuorum periculo expertã & liberatione conuictam. Ille me quondam de gremio tuo error excusserat, expertus fugi, quod experiri non debui. Sed tibi profecerint etiam pericula mea, cui nunc seruit liberatio mea. Quia nisi mihi verus & verax sponsus tuus, de cuius latere facta es, in vero sanguine suo, remissionem peccatorum posuisset, absorbuisset me vorago fallaciæ, & terram factum serpens irreparabiliter deuorasset. Noli decipi nomine veritatis, hanc sola tu habes & in lacte tuo & in pane tuo: & in tuis quidem gradibus secura es. Sed appello interim paruulos tuos, fratres, filios, dominos meos, quos vel tanquam oua, solicitis alis foues, vel tanquam infantes lacte nutris, sine corruptione fœcũda mater virgo. Hos in te appello teneros fœtus tuos, ne garrula curiositate seducantur abs te: sed potius anathematizent, si quis eis euangelizauerit præter id quod acceperunt in te. Nec relinquant verum, veracémque Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: & magnã multitudinẽ dulcedinis eius quam abscondit timentibus se, perfecit autem sperantibus in se. Tamen vt dicit, Lib. xxij. eiúsdem. Scio quidẽ Manichæis quam surdis hæc cantem, nec tamen despero quòd cantici mei veritas inuentura sit aurem suam, quam Dominus aperiet, à quo sunt vera quæ dicimus. De sua autem conuersione, & gratia sibi data, sic ait, Libro meditationum. In tenebris eram, quia nec

Prima lib. verba. Tom. VI.

Lib. 4. cap. 64. Tom. VII.

Cap. 3. Tom. VI. Ecclesia mater.

Cap. 12.

Agnoscit vnde salus.

A meipsum sciebam: in lubrico, quia imbecillis procliuísque ad lapsum peccati eram: in descensu eram, quia super chaos inferni, põdus peccati originalis deorsum me premebat, & inimici mei dęmones, vt me aliis peccatis damnabiliorem facerent, vehemẽter insistebant. Sic ẽm cũ erã omni auxilio destitutus, illuxisti mihi Deus meus: ostendisti plumbum detrahens & onus aggrauans, & hostes impellentes: reiecistíque peccatum in quo natus & conceptus eram, & damnationem amouisti, & malignos spiritus, ne malum animæ meæ facerent, prohibuisti: Christianum me vocari fecisti de nomine tuo, per quod & ego confiteor, & tu cognoscis me inter redemptos tuos. Erexisti & eleuasti me ad notitiam & amorem tuum, Fecisti me confidere
B de salute animæ meæ pro qua dedisti animam tuam, & mihi, si te sequerer, promisisti gloriam tuam. Et ecce tamẽ nondum te sequor sicut consuluisti, sed in super multa peccata feci quæ prohibuisti: adhuc expectas quod sequar, vt etiam dones quod promisisti. Orabat autẽ sic ad Deum libro primo soliloquiorũ suorum, in fine orationis quam facit. Quæso pater si est alicuius superflui appetitio in me, tu ipse me emenda & fac idoneum ad videndum te. Cæterum ad salutem corporis mei huiusmodi mortalis, quamdiu nescio quod mihi ex eo vtile sit, vel eis quos diligo, tibi illud committo, Pater sanctisime atque optime: & pro eo quod ad tẽpus admoneris deprecabor: tandem oro excellentisimam clemẽtiam tuam, vt me penitus ad te conuertas, nihílque mihi re-
C pugnare facias tendenti ad te, iubeásq; me dum hoc ipsum corpus ago atque porto, purum, magnanimum, iustum, prudentémque esse perfectúmque amator, perceptorémq; sapientiæ tuæ & dignum habitatione, atque habitatorem benignisimi regni tui: amen. Patet autem eius perfecta conuersio, in eodem libro, vbi inducit rationem se interrogantem, ac seipsum respondentem, in hæc verba. Ratio, dicit, Putas diuitias nullas cupis? Respondet, hoc quidem non nunc primum. Nam cum triginta annos agam, quatuordecim ferè anni sunt ex quo ista cupere destiti, nec aliud quicquam in his, si quo casu offerrentur, præter necessarium victum liberalémque vsum cogitaui. Prorsus vnus mihi Cicero-
D nis liber facillime persuasit, nullo modo appetendas esse diuitias: sed si perueniunt, sapientissime ac cautisime administrandas. Ratio. Quid honores? Respondet Augustinus. Fateor eos modo, ac pene his diebus cupere destiti. Ratio. Quid vxor? nonne te interdum delectat pulchra pudica, literata, morigerata, vel quæ à te facilè posit erudiri, offerens etiam dotis tantum (quoniam contemnis diuitias) quantum eã prorsus nihilo faciãt onerosam otio tuo, prælertim si speres certúsq; sis nihil ex ea te moleste esse passurũ? Respondet August. Quantũ velis licet eam pingere atq; cumulare bonis omnibus, nihil mihi tam fugiendum, quam concubitum esse decre-

Cap. 1. Tom. I.

Cap. ...

Diuitiis ... & ... ...

ui:nihil esse sentio quod magis ex arce deiiciat animum virilē, quam blandimēta fœminea, corporúmque ille contactus, sine quo vxor haberi non potest. Itaque si ad officium pertinet sapientis (quod nondum comperi) dare operam liberis, quisquis rei huius tantum gratia concumbit, mirādus mihi videri potest, at verò imitādus nullo modo. Nam tentare hoc, periculosius est, quā posse fœlicius. Quamobrem satis, vt credo, iustè atque vtiliter, pro libertate animæ mihi imperaui, non cupere, non quærere, nō ducere vxorem. Ratio. Quid ciborum iucunditas, quantum tibi curæ est? Respondet August. Ea quæ statui non edere, nihil me commouent: his autem quæ non amputaui, delectari me præsentibus fateor: ita tamen vt sine vlla permotione animi, vel visa, vel gustata subtrahantur. Cum autem non adsunt prorsus, non audet hoc appetitio se inserere ad impedimētum cogitationibus meis: Sed omnino siue de cibo & potu, siue de balneis, siue de cæteris corporis voluptatibus, nihil interroges: tantum ab ea peto, quantū in valetudinis opem conferri potest. Ibidem infra. Ipsam vitam, si mihi impedimento esset ad comprehēdendam sapientiam, omnino eam fugerem. Ibidem. Vitam igitur istam, non propter seipsam volo manere, sed propter sapientiam. Ibidem. Ipsum dolorem corporis non ob aliud vehemēter formido, nisi quia me impedit à querendo. Quanquā enim acerrimo dolore dentium his diebus torquerer, non quidem sinebat animo voluere nisi ea quæ iam fortassè didiceram, à discendo penitus impediebar: ad quod mihi tota intentione animi opus erat: tamen mihi videbatur, si se ille mentibus meis veritatis fulgor aperiret, aut me non sensurum fuisse illum dolorem, aut certè pro nihilo toleraturum. Sed quia & si nihil maius aliquando pertuli, tamen sæpe cogitans quanto grauiores possunt accidere, cogor interdum Cornelio Celso assentiri, qui ait, Summum bonum esse sapientiam, summū autem malum dolorem corporis. Nec eius ratio videtur absurda. Nam quoniā, inquit, duabus partibus compositi sumus, ex anima, scilicet & corpore: quarum prior pars est animus melior, deterius corpus est. Summum bonum, est melioris partis optimum: summum autem malum, est pessimum deterioris partis. Est autem optimum in animo, sapientia, in corpore pessimum, dolor. Summum igitur hominis bonum, sapere: summum malum, dolere: sine vlla falsitate (vt oppinor) concluditur. Propterea in eodem Libro dixerat. Possem dicere, nihil me amplius amare pro eo sensu qui nunc mihi est, quam Dei mei scientiam. Vnde Libro secundo eiusdem. Deum rogauimus & rogamus vt nobis non diuitias, non corporis voluptates, non populares suggestus atque honores, sed animam nostram: séque ipsum quærentibus iter aperiat, ita ne nos deserat, aut à nobis deseratur. Super Ioannem. Mundum contemnere accendor & in conspectu meo nihil est huius vitæ totus, quantumlibet fuerit prolixus huius vitæ vapor: sed

Morbis afflictus. *Cap. 9.* *Cap. 15.* *Tom. IX. Tract. 52.*

A pro amore æternorum, temporalia mihi cuncta vilescunt. Quod etiam Eremiticam vitam duxerit, colligitur in sermone ad Eremitas ꝑpter hæc verba. Ait quodam loco beatus Apostolus. videte vocationem nostram. Nō enim satis prodest quod istum locum expetiuimus, si tales non sumus, quales in sæculo esse potuimus. Si enim bene prospicimus, nō solum ista sollicitudo nos ad perfectionis necessitatem inducit, sed etiam ipsa congregationis multitudo perstringit. Nam sicut pretiosum atque præcipuum est, in medio multorum bene agere, & plurimos ad profectum & exemplum boni operis incitare: ita periculosum ac perniciosum est, negligentius agere, multorúmque animas deprauare. Nam sicut fructuosum est in medio tantorum posito probabiliter B viuere, ita periculosum est aliquid destructionis egisse. Hoc autem quare dico? quia quod peius est facilius inuenimus. Quin & ea quæ sunt deteriora, quam quæ meliora sectatur homines. Pronior enim est ad imitationem malorum humana fragilitas; quàm bonorum. Ideo non nobis sufficere credamus, quod nos in hac schola congregatos cernimus, nisi vt eiusdē loci opera faciamus: quia secundum scripturam, quibus multum committitur, multum necesse est vt repetatur ab eis. O quantis proderit, & quantis econtrario oberit loci istius opportunitas, & congruæ habitationis occasio. Non enim in hoc loco bene venisse, sed perseuerando benefecisse laudandum est. Nunquid nobis habitationis huius secretum aliquid prodest, quando tyrannico dominatu malitia in C nobis regnat, quando ira semper inquietat, quando maiorem metum nobis humanus oculus quā diuinus indicit? Qui extra mundum nos esse credebamus, sed per diuersas passiones & vitia, mundum intra nos inclusum tenemus: ita vt qui putabamus precibus nostris sæculo ipsi succurrere, penè necesse sit vt videamus nos magni sæculi intercessione indigere. Dubium quippe non est quod illa anima, quæ concupiscentiarum & sæcularium voluptatum possessio efficitur, non possit effici regnum diuinitatis. Ideóque fratres, videte vocationē vestram. venire quippe ad Eremum summa perfectio est. Quid prodest si locū quietum quis tantum corporaliter teneat, & inquietudo in corde versetur? Aut quid prodest si in habitatione silentium sit, & in habitatoribus D vitiorum tumultus & colluctatio passionum? Si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora tempestas? Non ideo ad istum cōuenimus locum vt nobis mundus famularetur, vel vt rebus omnibus abundanter frueremur: nec ad requiem, vel ad serenitatem, sed ad pugnam huc venimus, ad agonem processimus, ad exercendum contra vitia bellum properauimus: vt linguæ gladium retundamus, & non solum inuicem non inferamus iniurias, sed nec sentiamus illatas. Peculiarius autem ad professionem nostram pertinet, nihil in hac vita consolationis requirere vel quietis, nec recipere velle bona in hac vita, sed honores refugere, subiectione & ab-

Ad malum humana procliuitas.

iectione gaudere: paupertatem studio quærere, & non solum facultates respuere, sed etiam ipsarum cupiditates de cordibus eradicare: & hunc specialiter modum sibi quisque debet imponere, vt tantum habeat quantum necessitas poscit: habendi enim amor nisi ab integro resecetur, ardentior est in paruis, & plus torquet in minimis: & nisi ex corde ac toto affectu pauper sis, paupertas ipsa non virtus, sed miseria iudicanda est.

Tom. X. Ad fratres in Eremo. Serm. 52. Quod autem fuerit frater, colligitur in sermone primo de communi vita clericorum, propter hæc verba. Ego, quem Deo propitio videtis Episcopum vestrum, Iuuenis veni ad istam ciuitatem, multi vestrum nouerũt. Quærebam vbi constituerem monasterium, vt viuerem cum fratribus meis. Spem quippe omnẽ sæculi reliqueram, & quod esse potui, esse nolui, non quæsiui tamen esse quod sum. *Fugiebat Episcopatũ.* Elegi in domo Dei abiectus esse, ab his qui diligunt sæculum segregaui me: sed eis qui præsunt populis nõ me coæquaui. Nec in conuiuio Domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem & abiectum. Sed placuit illi dicere mihi, ascende sursum. Vsque adeo autem timebam Episcopatum, vt (quoniam cœperã iam esse alicuius momẽti inter Dei seruos, fama mea) in quo loco sciebam non esse Episcopum ne illò accederem cauebam: & hoc agebam quãtum poteram, vt in loco humili saluarer: ne in alto periclitarer. Sed Domino seruus contradicere nõ debet. Veni ad istam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, vt nobiscum esset in monasterio. Quasi securus perueni quia locus habebat Episcopum. Apprehensus & presbyter factus sum, & per hunc modum ad Episcopatum perueni. Nõ attuli aliquid, non veni ad hanc Ecclesiã nisi cũ his indumentis, quibus illo tempore vestiebar. Et quia hîc disponebam esse in monasterio cum fratribus: cognito instituto & voluntate mea, beatæ memoriæ senex Valerius, dedit mihi hortum illum in quo est nunc monasterium: cœpi boni propositi fratres colligere, compares meos, nihil habentes, sicut nec habebam, & imitantes me: vt quomodo ego tenuem pauperculam hæreditatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, sic facerẽt & illi, qui mecum esse voluissent, vt de communi viueremus. Commune autem erat nobis magnum & vberrimum prædium ipse Deus. Perueni ad Episcopatum, & vidi necesse habere Episcopum exhibere humanitatẽ assiduam quibuscunque venientibus siue transeuntibus. Quod si non fecissem, Episcopus inhumanus dicerer. Si autẽ ista consuetudo in monasterio permissa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in domo ista Episcopi mecum monasterium clericorũ. Ecce quomodo viuimus. Nulli licet habere in societate nostra aliquid proprium. Sed si forte aliqui habent: nulli licet: & si qui habẽt, faciunt quod non licet. Bene autem sentio de fratribus meis, & semper bene credens, ab hac inquisitione dissimulaui: quia & ista quærere quasi malè sentire mihi videbatur. Nouerã enim & noui omnes qui me-

A cum viuerent, nosse propositum nostrũ, nosse legem vitæ nostræ. Vi factus est Episcopus in epistola ad Valerianum. Vis mihi facta est merito peccatorum meorum (nam quid aliud æstimẽ nescio) vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remũ tenere non nouerã. Vnde in alia epistola. Magnam sollicitudinẽ me oportet gerere pro Ecclesia mihi credita, cuius vtilitatibus seruio, cui nõ tam præesse, quam prodesse desidero. Causam ponit in epistola ad Maximum donatistam. Non cogito in Ecclesiasticis honoribus tempora ventosa transire. Sed cogito me principi pastorum omnium, rationem de commissis redditurum. Et ideo Libro x. confessionum. Sane me iam theatra non rapiunt nec curo nosse trãsitus syderum. nec anima mea vnquam responsa quęsiuit vmbrarum, omnia sacrilega detestor. *Tom. II. Epist. ... Tom. II. Epist. ... Cap. ... Tom. ... Tom. ...*

B Qualiter suum officium attenderit, patet Lib. 50. Homil. Homil. xxiiij. in prin. & est sermo de anniuersario die, & consecrationis suæ. Die quidem omni, & omni hora, & cura omnino continua, dilectissimi, cogitare debet Episcopus quantam dispensationis sarcinam gerat, qualem de illa rationem Domino suo reddat. Verumtamen cum dies anniuersarius nostræ ordinationis exoritur, tunc maximè honor huius officij tanquam primò imponatur, attenditur. Interest autem quòd eo die quo id prius suscepimus, tantum quemadmodum gerendum esset cogitauimus: at verò consequentibus diebus, præcipuéque illo quo eius solẽnitas agitur, non solum futura eius, quemadmodũ deinceps geri debeãt,

C cauta præuisione consulimus, verumetiam præterita quemadmodum gesta sunt, sollicita recordatiõe recolimus: vt nosmetipsos in benefactis imitemur, & si qua culpanda transierunt, ne repetantur curemus, vt ignoscatur oremus, & accusationem diaboli vbi possimus, rectè agendi sedulitate fugiamus: & vbi non possumus, confitendi pietate vincamus. Sicut enim futura peccata ne fiant prospicit charitas, ita facta delet humilitas: vt quæ iam non possunt rectè agendo non amitti, possint saltem non superbiendo dimitti. In eodem Libro, Homil. xxv. in princip. & est sermo de eadem re. Hodiernus dies fratres, admonet me attentius cogitare sarcinam meam. De cuius pondere, etiam si mihi die noctéque cogitãdum sit, nescio tamẽ quomodo anniuersarius dies iste

D impingat eam sensibus meis, vt ab ea cogitanda omnino dissimulare non possim. Et quanto anni accedũt, imo decedunt, nósq; propinquiores faciũt diei vltimo, vtiq; quandoq; sine dubitatione venturo, tanto mihi acrior est cogitatio & stimulus plenior, qualem domino Deo meo rationem possim reddere pro vobis. Hoc enim interest inter vnumquenque vestrum & nos: quod vos penè de vobis solis reddituri estis rationẽ, nos autẽ & de nobis & de omnibus vobis. Ideo maior est sarcina, sed bene portata maiorem sibi comparat gloriam. Infideliter enim gesta, ad immanissimam præcipitat pœnam. Quid ergo mihi hodie maximè est faciendum, nisi vt commendem vobis

bis periculum meum, vt sitis gaudium meum? Periculum enim meum est, si attendam quomodo laudatis, & dissimulē quomodo viuatis. Ipse enim nouit sub cuius oculis loquor, imò sub cuius oculis cogito, non me tam delectari laudibus popularibus, quàm stimulari & angi, quomodo viuant qui me laudant. Laudari enim à male viuentibus nolo, abhorreo, detestor, dolori mihi est, non voluptati. Laudari autem à bene viuentibus, si dicam, nolo, mentior: Si dicam volo, timeo ne sim vanitatis appetentior quàm soliditatis. Ergo quid dicam? Nec plenè volo, nec plenè nolo. Non plenè volo, ne in laude humana pericliter: non plenè nolo, ne ingrati sint quibus prædico. Sarcina autem mea est quam modo audistis, cum Ezechiel propheta legeretur. Parum est enim quia dies ipsa admonet nos eandem sarcinam cogitare. Insuper etiam talis lectio recitatur, quæ nobis incutiat magnum timorem, vt quid portemus cogitemus, quia nisi nobiscum qui imposuit portet, deficimus. Ecce audistis. Terra, inquit, super quam induxero gladium, &c. vsque in finem capitis, animam tuam liberasti. Et ideo in prædicando sollicitus. Libr. tertio de verbis domini, sermone duodecimo in fine. *Serm. in ordine 49. Tom. eod.* Non ideo bona est conscientia mea, quia vos illam laudatis: laudatis enim quod non videtis. Ille laudet qui videt. Ille etiam corrigat, si quid ibi videt, quod eius oculos offendit. Quia & nos non dicimus perfectè nos sanos, sed tundimus pectus nostrum, & dicimus Deo, propitius esto mihi peccatori, ne peccem. Tamen puto, coram illo enim loquar, nihil aliud à vobis quærens nisi salutem vestram, & gemimus plerunque in peccatis fratrum nostrorum, & compatimur, & torquemur animo, & aliquando corripimus illos: imo nonnunquam non corripimus, testes sunt omnes qui recordantur quod dico, quoties à nobis sunt correcti fratres peccantes, & vehementer correcti. *Anxia sollicitudo Aug.* Modo consilium nostrum tracto cum sanctitate vestra. In nomine Christi, plebs Dei estis, plebs catholica estis, membra Christi estis. Non estis diuisi ab vnitate. Communicatis membris Apostolorum, & memoriis sanctorum Martyrum diffusorum per orbem terrarum, & pertinetis ad curam nostram, vt rationem bonam reddamus de vobis. Tota autem ratio nostra quæ est, scitis: Domine scis quia dixi, scis quia non tacui, scis quo animo dixi, scis quia animo fleui cum dicerem & non audirer. Ipsa puto quod ratio nostra integra est. Quia cum vidi gladium venientem, velut speculator, vt Dominus admonet per Ezechielem, annuntiaui impio impietatem suam, id est correxi, non fugi: & ideo animam meam liberaui. Propterea. Libro 50. Homil. *Homil. 28. Tom. eod.* In magno sum periculo & exitio constitutus si tacuero, sed cum ego dixero & impleuero officiū meum, vos iam attendite periculum vestrū. Quid verò volo, quid desidero, quid cupio, quare loquor, quare hic sedeo, quare viuo, nisi hac intentione vt cum Christo simul viuamus? Cupiditas mea est ista, possessio

A mea ista est, gaudiū meum hoc est. Sed si me non audieritis, & tamen ego non tacuero, liberabo animam meam: sed nolo saluus esse sine vobis. In epistola ad Hieronymū. In scientia sanctarum scripturarum si quid habeo facultatis, vtcunque impendo populo Dei. Fuit tamen in prædicando humillimus: vnde in primo tractatu de quatuor virtutibus charitatis. *Tom. IX.* Desiderium charitatis vestræ à me exigit debitum sermonis officium: sed tanta sunt quæ terreant & reuocent animum meum, vt si velim parere desiderio vestro, non sit sine periculo meo. Primùm quod iuuenis loqui cogor præsentibus senibus: deinde temerarium arbitror esse loqui velle imperitiam, inter eos quos roborauit antiqua doctrina. Optabam silentio præterire, & illum locum tutissimū

B eligere, audire potius, quàm aliquid discere. His coarctatus angustiis, quò me conferam, nisi ad ea sancta vestigia charitatis, eámq; deprecor, vt donet mihi aliquid dignū de se dicere, quod & meū suppleat ministerium, & vestrum fariet desiderium. *Hic intermissa quędā.* Patet hoc idem supra, cap. Audire. Libro de octo quæstionibus ad Dulcitiū, quæstione iij. *Tom. IIII.* Ego quod confitendū est charitati tuæ, plus amo discere, quā docere. Nam hoc admonemur etiā ab Apostolo dicente. *Luc. 1.* Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Vt ergo discamus, inuitare nos debet suauitas veritatis: vt autem doceamus, cogere necessitas charitatis: vbi potius orādum est, vt transeat ista necessitas, qua hominem docet aliquid homo, & simus omnes docibiles Dei: quamuis simus,

C cum ea quæ ad veram pietatem pertinent, discimus, etiā quando illa videtur docere homo: quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. *1. Cor. 3.* Cum itaque si Deus incremētum nō daret, nihil essent Apostoli plantatores & rigatores: quanto magis ego, vel tu, vel quilibet huius temporis homines, quando nobis videremur esse doctores? Propterea alios ad prædicandum inuitabat, vt patet super psal. *Tom. VIII. Psal. 131.* Iustum quidem erat, charissimi, vt fratrem nostrū potius audiremus collegam meum, præsentem omnibus nobis. Et modo non negauit, sed distulit. Et ideo hoc indico charitati vestræ, vt mecū promissum teneatis. Non fuit autem absurdum charitati nostræ, vt prior obtemperarem iubēti. Extorsit enim mihi, vt esset modo auditor meus,

D eo sanè pacto, vt & ego sim ipsius, quia in ipsa charitate, omnes eius auditores sumus, qui vnus nobis in cœlo magister est. Humiliter se prædicare dicebat indignum, in Homil. de transfiguratione Domini. Prædicationis officium mihi omnium seruorum Dei indigno, creditum fuisse nemo vestrum ignorat. Sed quæso per Dominū ne vos homuncionis fœditas offendat, dūmodo qualibet occasiōe, de cordibus vestris peccatorū sordes abstergat. Humiliter se cōmendabat in prędicādo orationibus aliorum, super psal. xxxj. *Tom. VIII. In præfatione in Psal.* In prin. Primū infirmitatē meam orationibus vestris cōmēdo sicut dicit Apostolus: vt detur mihi sermo in apertiōe oris mei sic loqui vobis, quemadmod

admodum & mihi dicere periculosum non sit,& vobis audire salutare sit. Super Psal. cxxxix. *In præfatione in Psal.* Adiuuet Dominus orationibus vestris, vt ea dicā quæ oportet me dicere, & vos audire: vt omnibus vobis vtilis sit sermo diuinus. In sermone de communi vita clericorum. Multa loquutus *Ad fratres in Eremo. serm. 52.* sum, date veniam loquaci senectuti, sed timidæ infirmitati. Ego sicut videtis per ætatē modo senui, & per infirmitatem corporis olim senex fui. Tamē si Deo placet quod dixi, modo det vires, non vos desero. Orate pro me vt quantum inest anima in hoc corpore, & qualescunque vires suppetunt, in verbo Dei seruiant vobis. Lib.iij.de *Serm. in ordine 38. Tom.X.* verbis Domini, sermone primo. Adsit nobis adiuuantibus orationibus vestris, & pia intentione dicere cupiētibus, quod ipse Deus donauerit, quod ipse suggesserit: adsit nobis vt possimus quoquomodo explicare quod cœpimus: tamen fratres ante dico, si non potuero explicare, non rationē putetis, sed hominem defecisse. Itaq; vos hortor & deprecor vt oretis, adsit misericordia Dei, & ita rem à nobis dici faciat, vt vos audire oportet, & nos dicere. In epistola ad abbatem Eudoxium & fratres. *Tom. II. Epist. 81.* Quando quietem vestram cogitamus, quam habetis in Christo, etiā nos quāuis in laboribus variis versemur & asperis, in nostra charitate requiescimus. Vnum enim corpus sub vno capite sumus, vt & vos in nobis negotiosi, & nos in vobis otiosi simus: quia si patitur vnum membrū. compati. o.m. & singul. v.m. cog. o.m. *Rom. 12. 1. Cor. 12.* Admonemus ergo & petimus, & obsecramus, per Christianissimam humilitatem & misericordissimam celsitudinem, vt nostri memores sitis in sanctis orationibus vestris, quas vos vigilātiores & magis sobrias habere credimus: vestras enim sæpe sauciat & debilitat caligo & tumultus *† Aliàs nostras.* secularium actionum, quas & si sinistras† non habemus, eorum tamē qui nos angariant mille passus, & iubemur ire cum eis alia duo, tanta nobis ingeruntur, vt vix respirare possimus: credentes tamen quod ille in cuius conspectu intrat gemitus compeditorum, perseuerantes nos in eo ministerio, in quo collocare dignatus est cum promissa mercede, adiuuantibus orationibus vestris ab omni angustia liberabit. Humiliter prædicando suam exponebat infirmitatem. Libro 50. *Homil. 23. Tom.X.* Homil. exponens vnum passum per modū quæstionis. Oritur quæstio profectò soluenda, quæ attentionem vestræ charitatis desiderat, ne forte sufficere possimus verbis ad totam obscuritatem remouendam & dilucidandam, pro angustia temporis: maximè cum caro ista æstibus fatigata, iam recreari, & desideret, & debitū suum poscens, & animæ auiditatem impediens, ostendat quod dictum est. Spiritus promptus est, caro autem infirma. *Mat. 26. Homil. 29.* In eodem Libro. Ego fratres paruas vires habeo, sed verbum Dei magnas habet, & valere multum potest in cordibus vestris. Ergo & quod lente dicimus valde auditis, si obeditis. Ibidem in fine. Satis sint ista vobis, videtis certe quia nescio quomodo ego inualidus accedo & loquendo fortis fio. Tantus est animus mihi, tanta intentio in profectu vestro. Operarius enim in agro fructum sperans, minus sentit laborem. Scitis fructus mei qui sint, vt vobiscum sim, & omnes simus fructus Dei. Libro de verbis Apostoli, sermone quinto. *Tom.* Difficilis & periculosus locus versatur, quem vobis in adiutorio domini Dei nostri, quantum me religioso apud eum adiuuatis affectu, pro viribus quas dare dignatur exponere & enodare suscepimus. Patientiam mihi præbeat charitas vestra: vt si habeo propter obscuritatem rerum difficilem disputationē, habeam saltem facilem vocem. Si enim sit vtrunque difficile, multum laboratur, & vtinam non sine causa laboretur. Vt aūt prosit labor noster, sit patiēs auditus vester. In cōmunibus sermonibus, sermone xj. *In ... Do... tam* Non sufficio gratias agere Domino Deo, & vestræ charitati apud Deum huic gratulationi quam video dilectionis fonte manare. hoc est enim fratres quod nos reficit & consolatur, dilectio vestra, pura atque syncera: quæ adiuuat apud Deum, qui dignatus est vocem meam reddere auribus vestris. Nec miremini quia talia in hoc corpore patimur. Oportet enim vt patiamur, nec potest Dei voluntas esse mala, quia iusta: quia & si peccatores sumus, flagellari debemus: & si iusti essemus, probari deberemus. Nam qui sibi optat salutem corporis animus, in vanum aliquid optat. Sed non attēdit Deus quid petat error optantis, sed quid præstat misericordia liberantis. Et infra versus finem. Noui fratres auiditatem vestram, sed opus est vt adhuc infirmitati meæ parcatis. Nolumus enim negare qualemcunque vocem nostram, & ministerium nostrū sanctitati vestræ, vt Domino seruiamus, qui nos reparauit: tamen adhuc recens est cicatrix, nondum perfecte conclusa. Dominus ordinet nos in voluntate sua ad salutem omnium vestrum, & ecclesiæ sanctæ suæ serenitatem. In sermone primo de accedētibus ad gratiam. Non vobis tonantia & poëtica verba proferimus, non aliqua grammaticorum arte composita, nec eloquētia seculari diserto sermone fucata, sed prædicamus Christū crucifixū. Tamen vt dicit in prologo Hypognosticon. *To.* Hunc facere curaui libellum, quem si quis legere voluerit, non verborum mediocritatem contempletur, sed fidei rationem: & si placet ad Dominum, qui docet hominem sciētiam, gratias referat. Si qua verò sunt quibus nolentes errauimus, si tamen sunt aliqua corrigenda, intuitu charitatis Deo iudice corrigat, sed is cuius sensus est catholicus corrigendi. Si autem nihil sciens vel inuidiosus fuerit, vitiare quæ sana sunt non præsumat: quia mecum stabit ante tribunal Christi, rationē redditurus quisquis ille fuerit. Lib. cōtra Felicianū cap. ij. *To.* Nō vsqueadeo duci me putes laudibus meis, vt iniuriam faciam præcedentibus sanctis. Nec præsumam vnquā in sapiētia verbi, ne euacuetur crux Christi: sed scripturarum authoritate contentus, simplicitati obedire potius studeo, quam tumori.

Humiliter prædicādo se incusabat, in cōmunibus sermonibus, sermone vj. Ne imitatores mei pecca

peccatoris & desidiosi existatis fratres, semper dicentis & nunquam facientis, mollitia enim plenus sum, & negligentia coopertus, non habens cordis compunctionem, nec purissimam orationem. Agnosco autem & memetipsum semper peccatorem, semper timentem futurum iudicium, nec vllam excusationem pro negligentia mea habentem. Obsecro vos fratres charissimi, qui Deum timetis, & semper quæ illi sunt placita facitis, vt oretis pro me exiguo & pusillo, vt veniat super me cœlestis gratia, & saluetur anima mea, atque inueniam misericordiam in illa die terribili, quando veniet Dominus reddere vnicuiq; secundũ opera sua.

Tom. VII. Cap. 80. Libro tertio contra Cresconium grãmaticum, versus finem. Ad existimationem hominum magna testium qui me nouerunt suppetit copia: ad Dei verò conspectum, sola conscientia: quam contra vestras criminationes, cum intrepidam geram, non me tamẽ sub oculis omnipotentis iustificare audeo, magis ab illo affluentem misericordiæ largitatẽ, quam iudicij summum examen expecto, cogitans quod scriptum est. Cum rex iustus sederit in throno: quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato?

Tom. X. Humiliter parcendo aliis, se excusabat. Libro 50. Homil. Homil. xxiiij. supradicta. Die isto solenni Episcopatus mei, prius paucis verbis alloquar debitores meos, qui mihi nescientes apud Deum suffragantur, dum faciunt debita quæ dimittam, vt & mea mihi debita dimitti promerear. Vobis itaq; dico, siue præsentibus, siue absentibus, quibus inimicus efficior verum prædicans, quibus consulendo videor onerosus, quorum requirens vtilitatem, cogor offendere volũtatem. Nolite esse sicut equus & mulus, non habentes intellectum. Nam & hęc iumenta eos calce morsúque appetunt, à quibus curantur, & vt curentur eorum vulnera contrectantur. Non parcis, non parco: aduersaris, aduersor: resistis, resisto. Lucta nos comparat, sed causa separat. Tu inimicus es medico, ego morbo. Tu dilig ẽtię meę, ego pestilentiæ tuæ. Retribuebant inquit mala pro bonis, ego autem orabam. Quid orabat, nisi, pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Cum vobis, inquit, detraxerint, & dixerint omne malum aduersum vos propter iustitiam, gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Vos tamen corrigite peruersitatem vestram, agnoscite charitatem nostram, reddite dilectionem dilectioni, nolumus maiorem cum vestra emendatione mercedem. Hæc debitoribus meis, quibus dimitto vt dimittatur mihi, pauca sufficiunt. Deinde alloquendi sunt paululum illi quibus etiã debitor sum. Nã sicut ait Apostolus Græcis & Barbaris, sapiẽtibus & insipiẽtibus debitor sum. Nam talis debitor etiã ego pro mearum virium exiguitate, dispẽsationísque portiuncula, non quibusdam sed omnibus sum. Verum de his debitis loquor, quæ mihi dimitti, non à me exigi cupio. Neque enim sic tumore vanæ mẽtis extollor, vt audeam dicere ex quo huius mune-

A ris sarcinam porto, nullum à me hominẽ perperam læsum: hoc cuilibet homini tam multis & molestis actibus occupato atque distento, ne dicam impossibile, sed certè difficile est: quãto magis mihi qui noui infirmitatẽ meam, quam cum meis, & pro vestris orationibus, diebus ac noctibus offero sanãdam domino Deo meo. Diuersarum ergo curarum æstibus & difficultatibus conturbatus, si quem forte non vt poscebat audiui: Si quem tristius quàm opus erat aspexi: Si in quem verbum durius, quàm oportebat emisi, si quem corde contribulatum & opis dignum responsione incongrua conturbaui, si quem paupe rem, mihi in aliud intento importunius insistentem, vel prætermisi, vel distuli, vel etiam nutu aspero contristaui. *Ignosci sibi petit ab hominibus.* Si cui de me falsi aliquid, tan-

B quam homini de homine suspicanti, iusto acerbius indignatus sum. Si quis in sua cõscientia non agnouit quod de illo humanitus suspicatus sum, vos quibus pro his atque huiusmodi offensis esse me fateor debitorem, simul me vestrum credite debitorem & dilectorem. Nam pullos quos fouet sæpe angustiis, sed non toto pedis pondere calcat & mater, nec ideo desinit esse mater. Dimittite vt dimittatur vobis. Dimittite amãti vos debita difficultatis qui nec contra inimicos debita crudelitatis tenere debetis. Ad summã omnes obsecro, cõmendate Deo curam pro vobis meã. Hanc enim iuste expeto pro me vestrã, vt quicquid mearum est in præterito offensionum propitius ignoscat, non seuerius agnoscat. Quod mihi deinceps tẽporis sub hac sarcina erit, iter agen

C tem regat, & suis oculis placẽtem, vobísque vtilem faciat, vt non horrorem ac pœnam meam, sed gaudium & coronam meam, vos eius conspectus inueniat. Propterea in eodem Libro, Homil. xxv. supradicta circa medium. Releuate ergo fratres, releuate sarcinam meam, & portate mecum. Bene viuite, Natalis Domini imminet, pascendos nostros compauperes habemus, & cum eis cõmunicanda est humanitas. Vobis aũt fercula mea verba ista sunt, pascere omnes pane tractabili & visibili non sufficio. Inde pasco, vnde pascor. Minister sum, paterfamiliàs non. Inde vobis appono, vnde & ego viuo. De thesauro Dominico, de epulis illius patrisfamiliàs, qui propter vos pauper factus est cum diues esset, vt eius paupertate nos ditaremur. *Vbertas verbi.* Si panem vobis ponerẽ,

D fracto pane singula frusta ablaturi essetis: & si ego multum ponerem, parum ad singulos perueniret. Modo autem quod dico, & omnes totum habent, & singuli quique totum habent. Nunquid enim verbi mei syllabas inter vos dimisistis: vnusquisque vestrum totum audiuit. Sed videat quomodo audiuit, quia ego erogator sum, non exactor. Si non erogem & pecuniam seruem, terret me Euangelium. Cum enim possim dicere. Quid mihi est tædio esse hoĩbus dicere iniquis, iniquè agere nolite, sic agite, & sic agere desistite? Quid est mihi oneri esse hoĩbus? Accepi quomodo viuã, quomodo iussus sum, quõ præceptus sum. Assignẽ quomodo accepi, de aliis reddere

rationem

rationem quò mihi? Sed Euangelium me terret. Nam ad istam securitatem otiosissimam nemo me vinceret. Nihil est melius, nihil dulcius, quã diuinũ scrutari nullo strepente thesaurum. Dulce est, bonũ est. Prædicare, arguere, corripere, ædificare, pro vno quoq; satagere magnũ pondus, magnus labor est. Quis non refugiat istum laborem?

Paucula omissa. Sed terret Euangelium, de seruo qui abscondit talentum domini sui. Hoc timẽs ergo vnusquisque videat quomodo accipiat. Si ergo ego erogans timeo, qui accipit securus esse debet? Libro tertio de verbis Domini, sermone octauo circa finem. *Serm. in ord. 47. Tom. X. Timor Dei.* Qui audiuit me dicentem. Quicũq, non seruatis castitatem, nolite accedere ad illum panem, contristãtur. Et ego nollem hoc dicere. Sed quid faciam, timebo hominem, vt taceam veritatem? Ergo si illi serui non timẽt Dominũ, & ego non timeam? *Mat. 25.* quasi nesciam dictum esse, serue nequam & piger, tu dares & ego exigerem. Ecce dedi domine Deus meus. Ecce in cõspectu tuo & Angelorum tuorum, & in cõspectu ipsius plebis tuæ erogaui pecuniam tuam: timeo enim iudiciũ tuum. Ego dedi, tu exige. Et si non dicam, facturus es. Ergo potius, hoc dico, Ego dedi, tu cõuerte, tu parce. Fac pudicos qui fuerunt impudici, vt simul in tuo conspectu, cum ad iudicium veneris gaudeamus, & qui erogauit, & cui erogatum est. Placet hoc? Placeat. Quicunque impudici estis, corrigite vos dum viuitis. Ego enim verbũ Dei loqui possum, impudicos autem in sua nequitia perseuerantes, de iudicio & damnatione Dei liberare non possum.

Tom. X. Prædicabat autem ex charitate vtiliter. Libr. 50. Homil. Homil. xxvj. circa finem. Rogo vos filiæ ea quæ à nobis dicũtur audite. Si aliqua mater propriis manibus ornare velit filiam suam, & illa despiciens ornamenta quæ accipit, frequenter inclinet se ad terram, & huc atque illuc ita per inquietudinem moueatur, vt illã mater secundum suam voluntatem ornare non possit, nunquid non iustè aut obiurgatur, aut cæditur? Me ergo putate matrem esse animarum vestrarum, & ita vos velle componere, vt in vobis nec macula, nec ruga possit ante tribunal æterni iudicis apparere. *Ecclesiastis diligentia.* Animabus enim vestris non solum ornamenta, sed etiam medicamenta desiderans prouidere, studeo dissuta consuere, conscissa sarcire, vulnerata curare, abluere sordida, reparare perdita, & ea quæ sunt integra spiritualibus margaritis ornare. Si me non piget, quare aliquis fastidiosè velit accipere? Cum enim terrena & temporalia ornamenta corporis, si non inueniuntur qui donare velit, charissimo pretio comparantur, quanto magis æterna animarum ornamenta, quæ absque vllo pretio à vobis non cum paruo labore quæsita, vestris animabus offeruntur, iustum est, vt à vobis cum perfecta charitate suscipiantur? Nos enim margaritas vobis de paradisi patria prouidentes, nullam aliam in hoc sæculo mercedem optamus accipere, nisi vt vos patienter & libenter, quæ vobis insinuantur, videamus audire, & cum Dei adiutorio secundum vires nostras, operibus adimplere. Non ideo hoc dicimus, quod vos agnouerimus verbum Dei non libenter accipere. Propitio enim Deo plusquam cogitari aut dici potest, de vestra obedientia gaudet & exultat anima nostra. Sed dum vos volumus ad meliora semper conscendere, etiam ea quæ vos perfectè cognoscimus agere, paterna sollicitudine præsumimus admonere.

In eodem Libro. *Hom.* Placent vobis verba nostra, ego quæro facta vestra. Nolite me cõtristare prauis moribus vestris, quia delectatio mea non est in hac vita, nisi vestra bona vita.

In eodem Libro. *Hom.* Audiãt omnes & timeant, nemo me contemnat. Sit mihi in consolatione vester auditus, ne sit vobis in testimonium dolor meus.

Vnde nõ timebat displicere malis, ibidem infra. Fortè irascimini mihi. Vtinam faciatis quod scriptum est. *Psal.* Irascimini & nolite peccare. Timere debeo ne mihi contingat quod contigit Apostolo Paulo, quia inimicus factus sum vobis, verum prædicans. Et si ita est, Fiat. Si necesse est vt inimicus sim vobis, melius quam iustitiæ.

Lib. de decem chordis. Timeo ne aduersarius sim quibusdam, quia hæc loquor. Sed quid ad me pertinet? Fortem me faciat qui terret vt loquar, vt non timeam querelas hominum.

Humiliter se ab insufficientia excusabat, in fine libelli de blasphemia in Spiritum sanctum. Vt potui difficillimam quæstionem, si tamen aliquatenus potui, Domino miserãte & adiuuante tractaui. Quicquid tamen in eius difficultate apprehendere non valui, non imputetur ipsi veritati, quæ salubriter pios, etiam cum occultatur exercet, sed infirmitati meæ qui vel intelligenda prospicere, vel intellecta explicare nõ potui. De his tamen quæ forte potui cogitando inuestigare, & explicare dicendo, illi sunt gratiæ agẽdæ, à quo quęsiuimus, à quo petiuimus, ad quẽ pulsauimus vt haberemus, vnde & vos medicando aleremur, & vobis loquendo ministraremus.

Deuote prædicationem finiebat in fine libri de disciplina Christiana, & est finis omnium sermonum eius. Conuersi ad Dominum, ipsum deprecemur pro vobis & pro omni plebe sua, astantem nobiscum in atriis domus suæ, quam custodire, protegeréque dignetur, per Iesum Christũ filium suum Dominum nostrum, qui cum eo viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Addit in fine sermonis de cõsolatione mortuorum. Vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicum à nostris actibus & cogitationibus expellat, nobis multiplicet fidem, mentem gubernet, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat.

In scribendo erat prudentissimus. Lib. iij. de Academicis. Mihi certum est, nunquam à Christi authoritate discedere: non enim reperio valentiorem. Ideo Lib. xij. contra Faustum. Christus mihi vbique librorum veteris testamenti, vbique illarum scripturarum peragranti, & anhelãti, in sudore illo dãnationis humanæ, siue ex aperto, siue ex occulto occurrit, & reficit ipse mihi. & ex nonnulla difficultate inuentionis desiderium inflammat, quo id quod inuenero auide sorbeam, medullisq; recondi

Tom.II. Epist.52.

conditum salubriter teneã. . Vnde velut Deo gratus dicebat, in respõsiua epistola ad Macedoniũ. Ex illa sententia quæ verè vna est, quicquid habeo, à Deo sumpsi, non à me præsumpsi: atq; ab illo in me perfici fideliter spero, à quo inchoatum esse humiliter gaudeo: nec in eo quòd adhuc nõ donauit incredulus, nec in eo quod iã donauit ingratus. Nõ enim meo vel ingenio, vel merito, sed eius dono sum, q̃cquid laudabiliter sum.

Cap.9. Tom.IX.

Lib. de cognitione veræ vitæ. Si quid per me probabile profertur, nolo vt inde mihi, sed Deo cuius est donum, gratia referatur: qui sæpe per abiectos seruos, ad hæreditatẽ suæ visionis filios suos cõuocat: & per hostes de exilio, ad patriam iter salutis amicis prænotat. In eodem, cap. j. Sapientia Dei quæ os muti aperuit, & rudibili animali humana verba formare tribuit, me quoque non solum sermone, sed etiã scientia imperitum ad fandum impellit, atque per se ac de se intellecta, aliis piè innotescere compellit.

Cap.28. Tom.III.

Ideo lib. xv. de trinitate, & est finis libri. Domine Deus vnus, Deus trinitas, quæcũq; dixi in his libris de tuo, agnoscant & tui: & si qua de meo, & tu ignosce, & tui.

Tom. II. Epist.7.

Quæ sua ipse corrigit. in Epistola ad Marcellinum. Ego fateor me ex eorum numero esse, qui proficiendo scribũt, & scribendo proficiunt. Vnde si aliquid vel incautius, vel indoctius à me positũ est, quod non solum ab aliis, qui id videre possunt meritò reprehẽdatur, verũetiã à meipso, quia & ego saltẽ postea videre debeo si proficio, nec mirãdũ est, nec dolendum, sed potius ignoscendum, atque gratulandum, nõ quia erratum est, sed quia improbatũ est.

Retractationis vtilitas.

Nam nimis peruersè seipsum amat, qui & alios vult errare, vt error suus lateat. Quanto enim melius & vtilius, vbi ipse errauit vt alij non errent, quorum admonitu, errore careat. Quod si noluerit, saltẽ comites erroris non habeat. Si enim mihi Dominus quod volo præstiterit, vt omnium librorũ meorũ quæcunque mihi rectissimè displicent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligam atque demonstrem: tunc videbunt omnes homines, quam sim acceptor personæ meæ. Vos autem qui me multũ diligitis, si talẽ me asseritis aduersus eos, quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehẽdor, vt me nusquam scriptorum meorum errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscipitis, facilè in ea meipso iudice superamini. Quoniam non mihi placet, cùm à charissimis meis talis esse existimor, qualis non sum. Profecto enim non me, sed pro me alium sub nomine meo diligunt: si non quod sum, sed quod non sum diligunt. Nam inquãtum me nouerunt, vel de me verum credunt, ego ab eis diligor: inquantum autem mihi tribuunt quod non in me agnoscunt, me minimè diligunt, sed alium talem, qualem me putãt, pro me diligunt. Et quamuis Tullius (vt scribitur) nullum verbum vnquam emiserit, quod reuocare vellet, hæc tamẽ laus credibilior est de nimium fatuo,

A quàm de sapiente perfecto. Quia si nullum verbum à me dictum reuocare velim, magis fatuo quam sapienti ero similior. Ille autem (vt putat) cũcta sic sapienter ipse protulit, quod nunquam reuocare oportuit. Quod solum de hominibus Dei veritatem habet, in quibus Spiritus sanctus est loquutus. Vnde non mihi blanditur ipsa Tulliana sentẽtia.

Quædam hic omittuntur.

Et ego magis iudices veros, & veritate seueros intueor, inter quos & me ipsum primitus constituere volo, vt ad illos ea tantum reprehendenda perueniant, quæ à me, quamuis sedulo perscrutante, videri minime potuerunt.

Et hic quædam omissa.

Tom III.

Libro primo de Trinitate, capite tertio, in fine. Admonet me planè, ac mihi iubet suauissimo imperio lex Christi, hæc est charitas, vt cum aliquid falsi in libris meis, B me sensisse homines putant quod ego non sensi, atque id ipsum falsum, alteri displicet, alteri placet, mallem me reprehendi à reprehensore falsitatis, quàm ab eius laudatore laudari. Ab illo enim, quamuis non rectè ego per hoc qui nõ sensi, error tamẽ ipse rectè vituperatur. Ab hoc autem, nec ego rectè laudor, à quo existimor id sensisse quod vituperat veritas, nec ipsa sententia, quam vituperat veritas.

Cap 21. Tom VII. Modestia Aug.

Libro secũdo de prædestinatione sanctorum, qui etiam intitulatur de perseuerantia sanctorum. Neminem sic volo amplecti omnia mea vt me sequatur, nisi in iis in quibus me non errare perspexerit. Nam propterea nunc facio libros, in quibus opuscula mea retractãda suscepi, vt nec meipsum in omnibus me sequutum fuisse de- C monstrem: Sed proficienter existimo me Deo miserante scripsisse, non tamen à perfectione cœpisse: quandoquidem arrogantius loquor quàm verius nunc dico me ad perfectionẽ, sine vllo errore scribendi, iam in ista ætate venisse. Sed interest quantum, & in quibus rebus erretur, & quàm facilè quisque corrigat, vel quanta pertinacia suum conetur defendere errorem. Bonæ quippe spei est homo, si eum sic proficientem dies vltimus vitæ huius inuenerit, vt adiiciantur, ei quæ proficienti defuerunt, & perficiendus potius quam puniendus iudicetur.

Tom. II. Epist. 13. Est autem Hieronymi ad August.

Ideo in responsiua Hieronymi. Superest vt diligas diligentem te, & in scripturarum campo, iuuenis senem non prouoces. Nos nostra habuimus tempora, & cucurri- D mus quantum potuimus. Nunc autem te currente, & longa spatia transmeante, nobis debetur otium: simúlque, vt cum venia & honore tuo dixerim, non solus mihi de poëtis aliquid proposuisse videaris, memento Daretis & Entelli, & vulgaris prouerbij, quod bos lassus fortius figat pedem.

Tom.eod. Epist.15. Humilitas Aug.

Ad quem Augustinus. Cur itaque conor contra fluminis tractum, ac non potius veniam peto? Obsecro ergo te per mansuetudinem Christi, vt si læsi te, dimittas mihi, nec me vicissim lædendo, malum pro malo reddas: lædes autem me, si mihi tacueris errorem meum, quem for-

te inueneris in factis vel in dictis meis. Nam si ea A in me reprehenderis quæ reprehendenda non sunt, te lædis magis quàm me: quod absit à moribus & à sancto proposito tuo, vt hoc facias voluntate lædendi, culpans in me aliquid dente maledico, quòd mēte veridica scis non esse culpandum. Ac per hoc aut beneuolo corde arguas, si caret etiam delicto, quem arguendum putas: aut paterno affectu mulceas, quem abiicere nequeas. Potest enim fieri, vt aliud tibi videatur quàm veritas habet, dum tamen abs te aliud nō fiat quàm charitas habet: vt & ego amicissimam reprehensionem tuam gratissimè accipiam, etiam si reprehendi non meruit, quod rectè defendi potest: aut agnoscam simul & beneuolentiam tuam, & culpam meam, & quantum Dominus donat, in alio gratus, in alio emendatus inueniar. Quid ergo, fortasse dura, sed forte salubria verba tua, tanquam cæstus Entelli pertimescam? Cædebatur ille, & non curabatur: & ideo vincebatur, & non sanabatur. Ego autē si medicinalē correptionem tuam tranquillus accepero, non dolebo: si verò infirmitas velut humana natura, etiā cū veraciter arguor, non potest nisi aliquantulum contristari, melius tumor capitis dolet dum curatur, quam dum ei parcitur & non sanatur. Quapropter & si bos, vt tibi videris, lapsus senectute forte corporis, non vigore animi, tamen in area dominica fructuoso labore desudans, ecce sum, si quid perperam dixi, fortius fige pedem. Non mihi debet esse molestum pondus ætatis tuæ, dummodo conteratur palea culpæ meæ. Libr. iiij. de origine animæ, & est secundus lib. contra Vincentium victorem, ad eundem Vincentium, qui reprehenderat in suo quodam libro Augustinū in princip. Reprehendisti me bis numero, exprimens etiam nomen meum. Sed tamen & peritissimum ac doctissimum nominasti: tamen in quibus rebus tibi visus es nosse, quod ego vel nescire me fateor, vel quamuis nesciam scire præsumo: libertate qua oportebat, non tantum senem iuuenis, & Episcopum laicus, verum etiam hominem tuo iudicio doctissimū & peritissimum, non dubitasti reprehendere. Ego autem & me doctissimum ac peritissimum nescio, imo verò me non esse certissimè scio, & fieri posse non ambigo, vt aliquid imperito & indocto, quidpiam scire contingat, quòd aliquis peritus & doctus ignorat. Infra. Vnde te intelligere oportet, quanto nobis debeat esse cura maior, Dominicas oues reuocare ab erroribus, si & ouibus turpe est vitia pastorum, si qua cognouerūt, eisdem occultare pastoribus. O si illa reprehendēs mea, quæ iusta reprehēsione sunt digna. Neque enim negare debeo, sicut in ipsis moribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possunt recto iudicio, & nulla temeritate culpari. Ex quibus si aliqua reprehenderes, illic & tibi fortassis ostenderem qualem te esse, in quibus non perperam reprehenderis vellem. Méque tibi iuniori maior, & præpositus subdito, exemplum correctionis, quanto humilius, tanto salubrius exhiberem. Sed ea in me reprehendisti, quæ non corrigere humilitas, sed partim fateri, partim defendere veritas cogit. Vnde in prologo de doctr. Christiana. Sicut ij, ea quæ intelligunt produnt cæteris, vel loquendo, vel scribēdo: ita ego quoque, si non solum ea quæ intelligant, sed etiam intelligendo ea quæ obseruent prodidero, culpari ab eis profecto non debeo: quanquam nemo debeat sic habere aliquid quasi suum proprium, nisi forte mēdacium. Nam omne verum ab illo est qui ait, Ego sum veritas. Quid enim habemus quod non accepimus, quòd si accepimus, quid gloriamur quasi non acceperimus?

Cap. 1. Tom. VII. — *Eod. cap. 1.* — *Delicta & ignorantiam agnoscit.*

Erat sua scriptura bene probata. vnde libr. ij. de ordine rerū. Nolo omnino aliquos mihi credere, nisi docenti rationémque reddēti. Lib. de videndo Deum ad Paulinam. Nolo authoritatem meam sequaris, vt ideo putes tibi aliquid B necesse esse credere, quoniā à me dicitur. Sed aut scripturis canonicis credas, si quid nondū quam sit verum vides, aut interius demonstranti veritati. Libro septimo de baptismo contra Donatistas. Sine præiudicio diligentioris inquisitionis vel maioris authoritatis, istud me dixisse accipiendus sum. Erat eius scriptura humilitate ornata, libro de præsentia Dei ad Dardanum. Fateor me frater dilectissime Dardane, illustrior mihi in charitate Christi, quam in huius seculi dignitate, literis tuis tardius respōdisse quam debui. Cuius rei causas nollem quæreres, ne molestius me feras diutius excusantem, quam pertulisti tardius rescribentem. Cum ergo te malim offensioni meæ facilè ignoscere, quā C de mea defensione iudicare. Lib. de viij. quæstionibus Dulcitij. q. iij. Vellem de his verbis audire doctiores: & si mihi potuerint hæc ita exponi, vt in eis possit intelligi, omnes homines qui viuunt, vel post nos victuri sunt, esse morituros, corrigere quod hinc aliquando sensi aliter. Neque enim debemus indociles esse doctores. & certè melius homo corrigitur prauus, quàm frangitur durus: cum iis quæ scripsimus, ita nostra vel aliorū exerceatur vel erudiatur infirmitas, vt tamen in eis nulla velut canonica cōstituatur authoritas. Libro eodem in fin. Sicut cito potui, respondi inquisitionibus tuis. Si quid de his rebus melius inuenisti, siue inuenire potueris, gratissimum habebimus, si nos feceris nosse. Ego enim quod & supra de me commemoraui magis amo discere quàm docere. D Ad Fortunatianum sic censere Episcopum. Illam epistolam scripsi: in qua dum essem in admonendo solicitus, quàm nominibus tacitis conscripsi in corripiendo nimius atque improuidus fui, nec fraternam & Episcopalem paternitatē sicut frater & Episcopus quemadmodum dignum fuerat cogitaui: hoc non defendo, sed reprehendo: hoc non excuso, sed accuso: vt ignoscatur peto. Recordetur nostram dilectionem pristinam, & obliuiscatur offensionem nouam. Faciat certè, quod me non fecisse succensuit. Habeat lenitatem in danda venia, quam ego in illa epist

la epiſtola conſcribenda non habui. Libro de cognitione veræ vitæ. Cum Deus omnipotés ſolus immortalis, ſolus inuiſibilis, ſolus incomprehenſibilis, lucem habitet inacceſsibilẽ, ego autem tenebris vitiorum obſitus, tetram caliginem inhabitem, luci virtutum inadibilem: qualiter ineffabile lumen ſauciis animorum oculis inferre potero, qui cæcutiẽte cordis oculo, ſplendorem tantæ maieſtatis reuerberatus, nullo modo intueri prȩualeo? In prologo de vita Chriſtiana. Vt ego peccator primus & vltimus, inſipientiórque cæteris & imperitior vniuerſis, te vt ſanctitatis & iuſtitiæ viam pergas, crebrioribus audeam literis admonere, non meæ propriȩ iuſtitiæ fiducia, non ſapientiæ peritia, non ſcientiæ gloria, ſed ſola quam ſecundum Deum animo ac mente concepi, charitatis tuæ cauſa compellit: quæ me peccatorem & ignarum pariter ad dicendum ita hortatur & prouocat, vt cum loqui neſciam, tacere nõ poſsim. Vellem itaque & libenter optarem te eorum habere notitiam, quorum & ſapientia affluentior eſt, & facundia maior, & ſcientia vberior, & conſcientia ab omni peccatorum contagione liberior, qui ſuis tete verbis inſtruerent & exemplis. Nos enim præterquam quod mentem noſtram, ita inſipientiæ & ignorantiæ caligo cæcauit, vt Diuinum aliquid nequeat ſentire vel dicere, adhuc inſuper & omnium redarguit conſcientia peccatorum, vt etiam ſi quid luminis habere poſsit abſcondat: & ita fit vt præterquam quod dicere non habemus, hoc etiam quod habemus, non fiducialiter proferre conſcientia prohibente poſsimus. Tu tamen donec peritior tibi apparere poſsit & melior, rudibus admonitionibus noſtris interim eſto contenta, & charitati da veniam: cuius eſt non conſiderare quid offerat, nec quod non habet quærit, ſed totum quod habet libenter impartitur, ad cuius non tam muneris ſpeciem, quam animi reſpice voluntatem, & diligenter aduerte quid tibi illa negare poterit, quæ totum dare voluit quod habebat: obtuliſſet etiam quod nõ habebat ſi poſſet, quæ totum quod potuit offerebat. Sitit itaque ille, ſed parũ, qui de currentis interim riui aqua non poteſt eſſe contentus, donec ad fontem vberiorem puriorémque perueniat. Nec illum eſurire ſatis credo, qui cum panes cibarios habeat, nitidos expectat & cãdidos: ita & tu dulciſsima ſoror, quam ego certus ſum eſurire nimium, & ſitire cœleſtia, cibarios interim mande panes, donec ſiligine candentes inuenias. Exigui & turbulenti riuuli aquam pota, vſquequo fontis affluentioris haurias puriorem. Nec tibi interim panis noſter, quamuis ruſticus videatur eſſe, diſpliceat. Ruſticus enim panis incultior videtur eſſe, ſed fortior, & celerius eſurientem ſtomachum ſatiat, feſſũmq; corroborat, quàm ſi illi ſimilagineus detur & nitidus. Ideo humilitatis cauſa, libr. j. de origine animæ contra ſupradictum Vincentium, ad Renatum. Non me pudet fateri me neſcire, quod neſcio. Et infra. Nec ſum

Cap. 2. Tom. IX.

Tom. IX.

Demiſsio Aug.

Cap. 16. Tom. VII.

A propterea pecoribus inſenſatis cõparãdus, quia hoc me nondum ſcire pronuntio: ſed potius cautis hominibus, quia non audeo docere quod neſcio. In fine primæ epiſtolæ ad Heſychium. Digneris & hæc noſtra reſcripta ſic accipere, tã quã hominis, qui mallẽ quidẽ eorum quæ à me inquiſiuiſti, habere ſcientiam, quàm ignorantiã: ſed quia id nõdũ potui, magis eligo cautã ignorantiã confiteri, quàm falſam ſcientiã profiteri.

Erat eius ſcriptura æquitate munita, in ſupradicto cõmonitorio. Qualis ego ſum in ſcripturis aliorũ, talis volo eſſe alios in meis intellectores.

Lib. de vera religione. Illud ſanè in primis tenere te volo, qui bene noſti animum meum, nõ hoc me fugiẽdæ arrogantiæ gratia, quaſi ſoléniter dicere, quicquid in his literis erroris inueniri poteſt, hoc ſolũmodo mihi eſſe tribuendum: quicquid autem verum & conuenienter expoſitũ, vni omniũ bonorũ munerũ largitori Deo.

B

Erat vtilitate dotata, libr. de vtilit. credẽ. Iſtȩ literæ meæ, vt tibi ꝓſint, aut certè nihil obſint, omnibúſque omnino, quorum forte, in manus deuenerint, & rogaui Deũ, & rogo, & ſpero ita fore: ſi bene mihi cõſcius ſum, quod ad hunc ſtylum pio & officioſo animo, non vani nominis appetitione, aut nugatoriæ oſtentationis acceſſi. Ideo in epiſtola ad Dioſcorum. Quia nunc ſum epiſcopus, iam me non eſſe puerilium rerum, ſicut nõ venditorem, ita nec largitorem decet.

Erat pro fide contra hæreticos principaliter ȩdita, in epiſt. ad Maximum. Multum laborauimus & laboramus quantũ Dominus donat, contra diuerſos errores arguendos. In prologo libri de diuerſis hȩreſibus ad Quoduultdeũ diaconũ. Volo facere, ſi & Deus velit, vnde poſsit omnis hæreſis, & quæ nota eſt, & quæ ignota, vitari: & vnde rectè poſsit, quæcunque innotuerit, iudicari. Lib. vj. confeſſ. De corde & lingua domine operatus es carbones ardẽtes, quibus mẽtem ſpei bonæ adureres tabeſcẽtẽ & ſanares. Ideo lib. xij. confeſſ. Mira profunditas Domine eloquiorũ tuorum, quorũ ecce ante nos ſuperficies blandiens paruulis: ſed mira profunditas Deus meus, mira profunditas. Horror enim eſt intendere in eam, horror honoris, & tremor amoris. Odi hoſtes eius vehementer. O ſi occidas eos de gladio bis acuto, & non ſint hoſtes eius. Sic enim amo eos, occidi ſibi vt viuant tibi. Erat ipſe Auguſtinus feruens charitate ad Deum. ſuper primam canonicam Ioan. Homi. ix. Fratres mei ego non ſatior loquendo de charitate, in nomine Chriſti. Super Pſalm. cxxvij. Totum cor meum flamma tui amoris accendat, nihil in me relinquatur mihi, nec quo reſpiciam ad meipſum, ſed totus in te, tanquam inflammatus abs te. Charitatem habebat ad proximum, & ad parentes vt patet in huius capitis principio, & libro nono confeſsionum. Ipſa mater vltima ægritudine obſequiis meis interblandiens, appellabat me pium, & memorabat grandi deuotionis affectu, nunquam ſe audiuiſſe ex ore meo iaculatum

C

D

Eod cap.

Tom. II. Epiſt. 78.

Tom. II. Epiſt. 111.

Cap. 9. Tom. I.

Cap. 1. Tom. VI.

Tom. II. Epiſt. 56.

Tom. VI.

Cap 14. Tom. I.

Tom. IX. Tract. 9. in fine.

Cap. 12. Tom. I.

in se durum aut contumeliosum sermonem.

Tom..I Quam commemorat in princ. libri de beata vita. Idibus nouembris mihi natalis dies erat. & infra. Erat autem in primis nostra mater, cuius meritis credo esse omne quod viuo. Nauigius frater meus, Trigetius & Licentius, ciues & disci puli mei, erat etiam nobiscum ætate minimus omnium, sed cuius ingenium, si amore non fallor, magnum quiddam pollicetur, Adeodatus filius meus. *Cap.4.* Erat Charitatiuus ad alios, libr.x. *Tom.I.* confessio. Fideles tui Domine, fratres mei, serui tui, quos filios tuos esse voluisti, & dominos meos, quibus iussisti vt seruiam, si volo tecum *Tom.X. Homil 40.* de te viuere. Ideo libr. 50. Homil. Gaudeo de pace vestra, quia contristor de litibus vestris.

Tom.eod. Libro de verbis Apostoli, sermone xij. Nolo habere cum quo litigem. Multo est mihi optabilius inimicum non habere, quam vincere.

Tom.eod. Ad fratres in Eremo. serm.33. Vnde pacificè componebat lites. in sermone ij. de communi victu clericorum. Seuerus diaconus, suarum causarum me iudicem poscit, vt fiat quod ego voluero. Quid autem velle potero Deo regente, nisi quòd iustitia iubet, & pietas postulat? De hoc patet supra in hoc capit. Fuit autem probatus infirmitate, lib. primo con fess. capit. xj. Vidisti Domine cum adhuc puer essem, & quodam die pressus stomachi dolore, repente æstuarem penè moriturus: vidisti Domine Deus meus, quoniã custos meus iam eras, quo motu animi, & qua fide baptismum Christi tui, Dei & domini mei, flagitaui à pietate ma *Cap.2. Tom.I.* tris meæ. Libro primo de ordine rerum. Stomachi dolor, scholam me deserere coëgit. Libro ix. confess. Sed nec oblitus sum, nec silebo flagelli tui asperitatem, & misericordiæ tuæ mirabilem celsitatem. Dolore dentium tunc excruciabas me, & cum in tãtum, ingrauesceret vt non valerem loqui, ascendit in cor meum admonere omnes meos qui aderant, vt deprecarentur te pro me Deum salutis meæ omni modo, & scripsi hoc in cera, & dedi vt eis legeretur. Mox vt genua supplici affectu fiximus, fugit dolor ille.

Tom.II. Epist.149. De hoc supra in hoc capit. ij. De alia infirmitate, in epistola ad Profuturum. Fratri Profuturo August. Secundum spiritum quantum Domino placet, atque ipse vires præbere dignatur, *† Aliàs rectè sumus.* ratione sanus†, corpore autem in lecto sum. Nec enim ambulare, nec stare, nec sedere possum, rhagadis vel exochadis dolore ac tumore percussus. *† Hic vbique pro rectè Alij legunt ratione.* Sed etiam sic, quoniam id Domino placet, quid aliud dicendum est, nisi quia † rectè sumus? Potius enim si id nolumus quòd ille vult, nos culpandi sumus, quàm ille nõ rectè † aliquid facere vel sinere existimãdus est. Nosti hæc omnia, sed quia mihi es alter ego, quid libentius tecum loquerer nisi quod mecum loquor? Commendans ergo sanctis orationibus tuis & dies & noctes vestras, vt oretis pro nobis, ne diebus intemperanter vtamur, & vt noctes æquo animo toleremus, vt etiam si ambulemus in medio vmbræ mortis, nobiscum sit Dominus, ne timeamus mala. Super Psal. xxxviij. Quoniam tu es Domi-

A ne qui fecisti me, noli me exterminare, tãtum cæde vt proficiam, non vt deficiam: tantum cæde vt reducar, non vt comminuar. De pugna & infirmitate spirituali, super Psal. xxxvj. sermone iij. Multa ago in cogitationibus meis: pugnans aduersus malas suggestiones meas, & habens conflictationem diuturnam, & propè continuam vim cum tentationibus inimici subuertere me volentis. Et gemo apud Deum in infirmitate mea, & nouit quid parturit cor meum, & ille nouit partum meum. Libro de sancta virginitate. Da mihi proficientem † perpetuam continentiam, atque omnibus carentem vitiis & maculis morum, huic superbiam timeo, huic tam magno bono ex elationis tumore formido. Quo magis inest vnde sibi placeat, eo magis vereor,

B ne sibi placendo illi displiceat, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiã. Vnde causa humilitatis in secunda episto. ad Volusianum. Ad me literarum tuarum dirigis intentionẽ, & post tuam imperitiæ confessionem, admones vt partibus vestris† quid desideretur agnoscã. Adiungis etiam interesse famæ meæ, vt quæsita noueritis, quod vtcunque absque detrimento cultus diuini, in aliis sacerdotibus toleratur inscitia: at cũ ad me Antististẽ venitur, legi Dei deest quicquid contigerit ignorari. Primum igitur hãc de me opinionem facilè præsumptam quæso deponas, eúmque animum, quamuis erga me beneuolentissimum, soluas atque exuas, ac de me mihi magis quam vlli alteri, credas, si mihi dilectionis vicẽ rependis. Humilitatis causa, omnia com

C munia cum suis fratribus habere volebat. in sermone ij. de communi vita clericorum. Nullius aliquid desideramus nisi bona opera vestra. Et vos exhortor fratres charissimi, si aliquid vultis clericis dare, sciatis quia non debetis quasi vitia eorum fouere contra me. Omnes offerte quod vultis, offerte de voluntate vestra. Quod commune erit, distribuetur vnicuique, sicut cuique opus erit. Gazophylacium attendite, & omnes bene habebimus: valde me delectat, si ipsum fuerit præsepe nostrum, vt nos simus iumenta Dei, vos ager Dei. Nemo det byrrum vel lineam tunicam, vel aliud, nisi in commune: de communi accipiam & mihi ipsi, cum sciam commune me velle habere quicquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus quasi ego so-

D lus decentius vtar. Offeratur mihi, verbi gratia, byrrum pretiosum: fortè decet Episcopum, quamuis non deceat Augustinum, id est, hominem pauperem de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines, quia inueni pretiosas vestes, quas non potuissem habere, vel in domo patris mei, vel in alia sæculari professione mea. Non decet. Talem debeo habere qualẽ possum, si non habuit, fratri meo dare. Qualem potest habere presbyter, qualem potest habere decenter diaconus & subdiaconus, talem volo accipere, quia in cõmune accipio. Si quis meliorẽ dederit, vẽdo, quod facere soleo: vt quãdo vestis nõ potest esse cõmunis, pretium vestis possit esse cõmune.

Vendo

Vendo, & erogo pauperibus. Si hoc eum delectat vt ego habeam, talem det de qua non erubescam. Fateor enim vobis, de pretiosa veste erubesco: quia non decet hanc professionem, non decet hanc admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos. Etiam illud dico, si fortè in nostra domo, in nostra societate æger est aliquis, vt post ægritudinem necesse sit eum ante horam prandij reficere: non prohibeo religiosos vel religiosas mittere eis, quod eis videtur vt mittant: prandium tamen & cœnam extra nemo habebit. Ecce audistis quomodo viuimus. Quod laudes fugerit, patet supra in isto cap.aff.ag. Causa huius est, quia vt dicitur libro de moribus Ecclesiæ. Delectat me imitari quantum valeo, mansuetudinem Domini nostri Iesu Christi, qui etiam ipsius mortis malo, quo nos exuere vellet, indutus est. *Cap.2.in fin. Tom.I.*

AVIS. De Auiũ generatione & loco, require supra Aër. Auium similitudine, reprehenditur superflua hominum sollicitudo, in tractatu de non cogitando in crastinum. Super illa verba, Respice volatilia cœli, &c. vsque pascit illa. Ecce volatilia cœli, quibus non est via, nec semita, inueniunt alimenta sine vllis horreis, diuinis aluntur impensis. Quæ volatilia nec inuenire diffidunt, reconditum nihil habent, & quotidie suis epulis gaudent. Aues non habendo satiantur, & homines plus quærendo necantur. O quantum præualent innocentia. Sed auis vocibus læta, suis nullis afflicta tædiis, aut in montibus petrosis, aut in arboribus spisis, aut in ædibus diuitis commista lini stipula pascitur. Vnguibus obuncis, alata pennis sine linea, nec mensura, sine operario, adiuuante Domino, pede presso, ore magistro nidificat. Non apothecas instruit, non horrea disponit, non recessus facit, sed creandi & nutriendi gratia id agit dum agit. Quando ædificat nõ vicinus angustat, non calumniator impulsat, secura manet: quia est illi ad quem clamet, tempore noctis exempto. Surgit garriens lingua diluculo, mittit ad Deũ preces, qui cognoscit omnium mentes: quando alia sibilat, alia rauco gutture clamat, Deum suum rogat: forte superfluum est quod dico, crede, quia scriptum est. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Procedit enim diluculo fidens Deo, componit alas, dirigit in ordine pennas, & quasi pigritia corporis excussa, volat hilaris per aëra: oculis escam contemplatur ex alto, quærit lumine curioso, & inuenit vbi non ponit, quia totum illi Deus apponit. Si hoc auibus, multo magis nobis hominibus: si eadem fiducia quæramus. Illæ enim, vt diximus, non dubitant sibi omnia prouentura, omnia sperant, homines verò desperant: præsumunt aues, diffidunt homines: volatilia in illo spondente fidem habent, & homines non credunt qui pollicitationem Dei tenent. Cognosce te homo, qui murmuras, quia hæc refero. Ponitur tibi in exemplum vilissimum animal, imitare in bono præsumptionis *Infidelitas humana damnatur.*

A aues, & viues. Per aues intelliguntur spirituales homines, super Psal.ciij.sermone iij. Super illud verbũ Psal. Volucres cœli habitabũt. Sunt quædam volatilia quæ non habitant nisi super montes. Spirituales: quasdam animas significat hoc nomen. Volatilia, spiritualia corda sunt: quæ aëre libero perfruuntur. Gaudent serenitate cœli aues istæ: sed tamen pastus earum in montibus, illic inhabitabunt. Mõtes sunt prophetæ, Apostoli, & omnes prædicatores veritatis. Quicũq; vult esse spiritualis, ibi in habitet, nõ in corde suo aberret, habitet, perferat volãdo. Ibidẽ. Quia in mõtibus, id est, in Prophetis & Apostolis Petras inueniũt .i. firmamenta quædam præceptorũ. Sicut enim vna illa petra Christus verbũ Dei, sic multa verba Dei, multæ petræ, & istæ *Tom.VIII*

B petræ in mõtibus. Super quos volatilia cœli inhabitabunt, de quibus dicitur, de medio petrarũ dabũt voces. Modo si dicam vobis, Credite, hoc enim dixit Cicero, hoc dixit Plato, hoc Pythagoras, quis vestrũ non irridebit me? Ero enim auis quæ non de petra emitto vocem meã. Quid mihi vnusquisque vestrum debet dicere? Si quis vobis euãgelizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Quid mihi dicis de Cicerone, & de Platone, & de Virgilio? Habes ante te petras mõtium, de medio petrarum da mihi vocem tuam. Audiantur ergo libenter, qui de medio petrarũ dant vocem: Quia & in illis multis petris petra auditur. Petra enim erat Christus. Audiantur ergo libenter, quia nihil suauius tali voce. *Gal.1.*

C AVRIS. Quid sit auris Dei, lib. de essentia diuinitatis, & inuisibilitate atque incommutabilitate Dei. Aures dicitur habere Deus, quia sicut omnia videt, ita nihil illi sub silentio latet. Ideo in libro Sapientię auris zeli audit omnia. Lib.lxxxiij.q. Auris Dei dicitur vis, in qua omnia prospicit atq; intelligit. *Tom.IIII.* *Sap.1.*

Super Psal.ix. Aurem Dei non mẽbrum corporeum, sed potentiam esse qua exaudit regulariter debemus accipere: atque ita quibuscunque nominatis membris eius, quæ in nobis visibilia & corporea sunt, potẽtiã operationum oportet intelligi. Non enim corporeum fas est putare, quod Dominus Deus nõ sonantẽ vocẽ, sed præparationẽ cordis exaudiuit. Propterea, super illud Auribus percipe orationem meam, intẽde voci deprecationis meæ. Alia litera habet, auribus infige Domine orationẽ meam .i. non exeat

D de auribus tuis oratio mea. Fige illã ibi in auribus tuis. Respõdeat tibi Deus & dicat. Vis figam in auribus meis oratione tuã? Fige in corde tuo legẽ meã. De nostris auribus lib. quæstionum super Deuter.q.50. Ad oculos pertinet videre. ad aures audire .i. intelligere, & obtẽperare. Ideo dicit dominus se nobis hæc duo dedisse. Li.50. Hom. Audire debemus aure cordis. Nã facilè est respõderi aure carnis: vel auribus audire debemus quas quęrebat magister ipse cũ diceret. Qui habet aures audiendi audiat. Quis enim ante illum, quando ista dicebat, sine auribus carnis stabat? Omnes aures habebant, & pauci habebant. *Tom.VIII.* *Tom.VIII. Psal.85.* *Tom.IIII.* *Homil 28.* *Tom.X.* *Mat.13.* *Aures cordis.*

A Non omnes enim habebant aures audiendi, hoc est obediendi. Ibidem. Donec veniat Christus taces, voces eius in libris audiuimus, de ore ipsius non audiuimus: audistis vocem ipsius de sanctis scripturis, etiam cum nos ipsi commemoratis & forte de his rebus inter vos sermocinamini. Qui vult audiri à Deo, fratres charissimi, prius audiat Deum. Nunquid audis illum quando facis adulterium & latere te putas: quia homo te nõ videt, ille te videt, sed tacet? Quando furtum facis captas oculos cui furaris, & si eum latet facis. Si propterea non facis quia times ne videaris, intus fecisti, fur teneris & nihil tulisti. Sed & tu si opportunitas detur ad implendum malum factum tuum furaris & lætaris quia tacet. audi. Psalm. te admonuit quicũque es qui forte hic hodie stas. & nocte aliquid fecisti, te admonuit, tibi dixit, hæc fecisti & tacui.

B Tom. VIII. Psal. 57. Ideo super Psal. Obliuiscere præterita quibus malè vixisti. Contẽne præsentia, quibus temporaliter viuis: ne te alligando præsentia non permittant peruenire ad futura. Si enim præsens vita te delectat, aurem in terra posuisti: si tuis præteritis etiam retrolabentibus delectaris, aurem de cauda obturasti, & sic es velut aspis surda. Debes ergo exire in lucem, exire de tenebris audita voce incantantis sapienter: vt iam in lucem ambulans & exultans dicas, Quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, &c. Sed claudi

Cap. 26. Tom. IIII. debet auris malis persuasionibus. supra cap. audire. & etiam detractori & adulatori. libro de salutaribus documentis: Non accommodes aures tuas ad percipienda verba detrahentiũ, ne concipias mortẽ in anima tua. Detrahenti enim & audienti, vtrique esca mortis est animæ detractio, & lingua. Et vt breuius concludã, detractor & libens auditor, diabolum portat in lingua. Deuita quęso à tuis auribus laqueos detrahentium, per quos plurimos audis captos. Postula tibi à Domino cor prudens & peruigilem sensum, vt discernere valeas verba detrahentium: nõ ignores fraudes & insidias eorum: & in retia eorum non veniat pes tuus. De hac materia de Aure require supra, cap. Audire.

C Tom. VIII. AVRVM. Super Psal. cxxiiij. Aurum est vtile fortè auaro, non religioso, imo verò nec auaro vtile est, sed vtile bene vtenti, & per eius erogationem thesaurum cœlestem acquirenti.

D Tom. IX. De aurichalco, super Apoc. Homil. prima. In aurichalco similatur Ecclesia, eo quod ex igne & ære multo, ac medicamino perducitur ad auri colorem: sicut Ecclesia per tribulationes & dolores, purior redditur & efficitur.

Lib. 2. cap. 5. Tom. I. AVTHORITAS. Libr. de ordine rerum. Duplex est via quam sequimur, cum rerum nos obscuritas mouet: quia aut sequimur rationem, aut certè authoritatem.

Cap. 9. In eodem. Ad discendum item necessario dupliciter ducimur, authoritate atque ratione. Tempore authoritas, re autem ratio prior est. Aliud est enim quod in agendo anteponitur, aliud quod pluris in appetendo æstimatur. Itaque quanquam bonorum authoritas imperitæ multitudini videatur esse salubrior, ratio verò est aptior eruditis. Libro de verbis Apostoli, sermone xiiij. Si nõ inuenisti, homo, rationem, fugis ad authoritatẽ, approbo. Propterea lib. de moribus Ecclesiæ. c. ij. Vnde igitur exordiar? Ab authoritate, an à ratione? Naturæ quidẽ ordo ita se habet, vt cum aliquid discimus, rationẽ præcedat authoritas. Nam infirma ratio videri potest, quæ cũ reddita fuerit, authoritatẽ postea per quam firmetur assumit. Sed quia caligantes hominum mentes consuetudine tenebrarum, quibus in nocte peccatorum vitiorúmque velatur, perspicuitati, synceritatíque rationis aspectum idoneum intendere nequeunt, saluberrimè comparatum est, vt in lucem veritatis aciem titubantem, veluti ramis humanitatis opacata, inducat authoritas. In eodem. Nihil in Ecclesia catholica salubrius fieri potuit, quam vt rationem præcedat authoritas. Libro de verbis Apostoli, sermone xiiij. Quod habet authoritas matris Ecclesiæ, hoc fundatus veritatis obtinet canon. Causa huius habetur, libro de vera religione. Authoritas fidem flagitat, & rationi præparat hominem. Ratio ad intellectum cognitionémque perducit. Quanquam neque authoritatem ratio penitus deserit, cum consideratur cui credẽdum sit. Et certè summa est ipsius iam cognitæ atque perspicuæ veritatis authoritas. Sed quia in temporalia euanescimus, & eorum amore ab æternis impedimur, quædam tẽporalis medicina, quæ non scientes sed credentes ad salutem vocat, non naturæ & excellentię, sed ipsius temporis ordine authoritas prior est.

Distinguitur libro ij. de ordine rerum. Authoritas partim Diuina est, partim humana. Authoritas Diuina, non solum in sensibilibus signis transcendit omnem humanam facultatem, sed etiam ipsum hominem. Humana verò authoritas plerunque fallit. Ideo debet humana cum diuina assumi. libro quæstionum super Numer. Non est assumendus in scripturis, in quibus Diuina commendatur authoritas nec ille Cretensis propheta cuius mentionem facit Apostolus, nec Græcorum scriptores, vel philosophi, vel poëtæ, quos idem Apostolus, magnum sanè aliquid & veraciter promptum, Athenienses alloquens, dixisse cõfirmat. In illo enim viuimus, mouemur & sumus. Licet enim Diuinæ authoritati, vnde voluerit quod verum inuenerit testimonium sumere, sed non ideo omnia quæ ibi scripta sunt, accipienda confirmat. Quia vt dicit super Psalmum lxvij. Tunc verbum veritatis datur, si authoritas duorum testimoniorum nõ relinquatur. De qua authoritate Diuina, super titulum, Psalm. cxliij. Habemus authoritatem facientem nos intentos ad quærendum, vigiles ad inuestigandum, deuotos ad audiendum, fideles ad credendum, & impigros ad faciendum.

Auxilium.

Tom. II. Epist. 50. AVXILIVM. Require suprà cap. adiutorium. & infrà capi. subuenire. Licet clericis pro auxilio ad sęculares habere recursum. De correctione Donatistarum ad Bonifacium. Maximianus catholicus Episcopus ecclesiæ Vagiensis, auxilium petiuit ab Imperatore Christiano, non tam sui vlciscendi causa, quàm tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Quod si præteriuisset, non fuisset eius laudanda patientia, sed negligentia meritò culpanda. Neque enim & Apostolus Paulus vitæ suæ transitoriæ consulebat, sed Ecclesiæ Dei, quando contra illos, qui eum occidere conspirauerant, cõsilium illorum vt tribuno proderetur effecit. Vnde factum est vt eum ad locum, quo fuerat perducendus, miles armatus deduceret, ne illorum pateretur insidias. *Act. 21.* Necessitate cogitur anima auxilium à Deo petere. lib. ij. contra Iulianum. *Tom. VII.* Anima cùm in laboribus fuerit & in angustiis, quando hostiliter à carne vrgetur, tunc ad Deum refugit: & cognoscit vnde debeat auxilium postulare.

AVIDITAS. Libro decimosexto de ciuitate Dei. *Cap. 37. Tom. V.* Duo filij Isaac, Esau, & Iacob pariter crescunt. Primatus maioris transfunditur in minorem, ex pacto & placito inter illos, eo quod lenticulam, quem cibum minor parauerat, maior immoderatius cõcupiuit, eóque pretio primogenita sua fratri, iuratione interposita, vẽdidit. Vbi discimus in vescendo, non cibi genere, sed auiditate immodesta, quenque culpandum. Auiditas laudis, require vbi laus humana.

BABYLON. Libro decimosexto. de ciuitate Dei, cap. iiij. *Tom. V.* vbi confundit Dominus linguas, ipsa ciuitas appellata est confusio: & ipsa est Babylon, cuius mirabilem constructionem etiam gentiũ commendat historia. *Babylon condita à Nembrot.* Babylon quippe interpretatur confusio. Eius conditor fuit ille gigas Nembroth. Et initium regni eius fuit Babylon, id est, quæ cęterarum ciuitatum gereret principatum, vbi esset tanquam in metropoli habitaculum regni: quamuis perfecta non fuerit vsque in tãtum modum, quantum superba cogitabat impietas. Nam nimia disponebatur altitudo, quæ dicta est vsque in cœlum: siue vnius turris eius, quam præcipuè moliebantur inter alias: siue omnium turrium, quæ per nostrum singularem ita significantur. Quid autem factura fuerat humana & vana præsumptio? Cuiuslibet & quantumlibet in cœlum aduersus Deum altitudinem molis extolleret, quando montes transcenderet vniuersos: quando spatium nebulosi aëris huius euaderet? Quid denique noceret Deo quantacunque vel spiritualis, vel corporalis eleuatio? Sed tutã verámque viã in cœlum molitur humilitas, sursum leuans cor ad Dominum non contra: sicut

A iste gigas dictus est venator contra Dominum.

Quid significat Babylonia. in eodem lib. cap. xj. & lib. de cathechizandis rudibus. *Tom. VIII.* Babylon significat ciuitatem societatémque impiorum, quoniam dicitur interpretari confusio. Super Psal. cxxv. Babylonia est mundus iste. Interpretatur enim confusio. Videte si non est confusio tota vita humana. Quicquid agunt homines in spe vana, quando cognouerunt quid agunt, erubescunt. Quare laborant? Cui laborant? Filiis meis, inquit. Et ipsi quibus? Filiis suis. Nemo ergo sibi. Ab ista confusione iam conuersi erãt, quibus dicebat Apostolus. Quam gloriam habuistis in iis, quibus nunc erubescitis? *Rom. 6.* Super Apoc. homil. vij. *Tom. IX.* Eufrates fluuius est Babylonis, quæ interpretatur cõfusio. Vnde ad ipsum
B fluuium pertinent, quicunque res confusione dignas exercent. Per Babylonios intelliguntur mali qui simul cum bonis in hac vita miscentur, lib. codẽ. *Homil. 15.* In vna domo, in vna ecclesia, & in vna ciuitate, sunt simul Babylonij cũ Hierosolymitanis: & tamen nec boni consentiunt malis, nec mali conuertuntur ad bonos: & in bonis Hierusalem, & in malis Babylon esse cognoscitur. Simul habitant corpore, sed longè diuisi sunt corde: quia malorum conuersatio semper in terris est: quia terram diligunt, & omnem spem suam, & totam intentionem animi sui, in terra constituunt: bonorum verò mens secundum Apostolum, in cœlis est: quia quæ sursum sunt cupiunt.

Sed vt dicit in eadem homil. suprà. Dum inspirante Deo conuertuntur mali ad bonum, Ba-
C bylonia diuiditur, & pars illa quæ ab ea discesserit efficitur Hierusalem. Quotidie enim & de Babylonia transferuntur ad Hierusalem: & de Hierusalem seducuntur ad Babyloniã: dum & mali conuertuntur ad bonum, & qui videbantur in hypocrisi boni, manifestãtur publicè mali. Quia tamen simul hic sunt, temporalia officia ad inuicem permutant. in Psal. 51. *Tom. VIII.* Duo genera hominum attendite, vnum laborantium, alterum eorum inter quos laboratur. Vnum de terra, alterum de cœlo cogitantium. Vnum in profundum cor mittentium, alterum cor angelis coniungentium. Vnum sperantium de terrenis, quibus pollet hic mundus, alterum præsumentium de cœlestibus, quæ promisit non mendax Deus. Sed mista sunt ista duo genera homi-
D num. Inuenimus modo ciuem Hierusalem, ciuẽ regni cœlorum administrare aliquid in terra: vtputa, Purpuram gerit, Magistratus est, Aedilis est, Proconsul est, Imperator est. Rempublicam gerit terrenam: sed cor sursum habet, si Christianus, si fœlix, si pius, si contemnens in quibus est, sperat in quibus nondum est. De quo genere fuit illa sancta mulier Hester. *Hest. 4.* Quæ cum esset vxor regis, ventum est ad periculum deprecandi pro ciuibus suis. Et cum oraret coram Deo, vbi mentiri non posset, in oratione sua dixit, ita sibi fuisse illa ornamenta regalia, sicut pannum menstruatæ. Non ergo desperemus de ciuibus regni cœlorum, quando eos videmus

agere aliqua Babyloniæ negotia, aliquid terrenum in republica terrena. Nec rursus continuo gratulemur omnibus hominibus quos videmus agere negotia cœlestia: quia filii pestilentiæ aliquando sedent in cathedra Mosi, de quibus dicitur. Quæ dicunt facite, quæ autem faciũt facere nolite. Dicunt enim & non faciunt. Illi in terrenis rebus leuant cor in cœlum, isti in cœlestibus verbis, trahunt cor in terrã. Veniet autem tempus ventilabri, quando vtrunque diligentiſsimè diſcernatur: ne granum aliquod transeat in aceruum paleæ comburendum, nec vna stipula transeat ad massam in horreo recondendam.

Mat.23.

Tom.VIII. Super Psal.lxi. His temporibus ciues Babyloniæ sunt administrantes rempublicam ciuitatis Hierusalem, si nihil administrarẽt, non dictum esset, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Vnde in cathedra Mosi sedent. Rursus si ciues sunt ipsius Hierusalem, qui regnabunt in æternum cum Christo: vnde, Quæ faciunt facere nolite, nisi quia & audituri sunt, recedite à me omnes qui operamini iniquitatem? Notum est ergo vobis, ciues malæ ciuitatis administrare quosdam actus bonæ ciuitatis. Videamus si & nunc ciues bonæ ciuitatis, administrant quosdã actus bonæ ciuitatis. Terrena omnis respublica, quãdoque vtique peritura, cuius regnũ trãsiturum est, cùm veniet illud regnum de quo oramus, adueniat regnum tuum, & de quo prædictũ est. Et regni eius nõ erit finis: Terrena respublica habet ciues nostros administrantes res eius. Quam multi enim fideles, quam multi boni etiam magistratus sunt in ciuitatibus suis, & iudices sunt, & comites, & duces sunt, & reges sunt? Omnes iusti & boni, non habentes in corde, nisi gloriosa quæ dicta sunt de te ciuitas Dei. Et quasi angariam faciunt in ciuitate transitoria, & illic à doctoribus ciuitatis, sanctè iubentur seruare fidem præpositis suis: siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, ad vindictam malorum, laudem verò bonorum: siue serui, vt dominis suis subditi sint, & Christiani Paganis, & seruet fidem melior deteriori ad tempus seruiturus in æternum dominaturus. Fiunt enim ista, donec transeat iniquitas. Iubentur serui ferre dominos iniquos & difficiles: ciues Babyloniæ iubentur tolerari à ciuibus Hierusalem, & amplius obsequium exhibentibus, quam si ciues essent ex ipsa Babylonia: tanquam implentibus, Qui te angariauerit mille passus, vade cum eo & alia duo.

Ciues Hier. & Babylonis mixti inuicẽ.

Mat.6. Luc.1.

Lib.9.cap.12. Tom.I. BALNEVM. Lib. confeſsionum. Audierã inde balneis nomen inditũ quod Græci βαλανεῖον dixerint, quod anxietatem pellat ex animo.

Tom.VII. BAPTISMVS. Commendatur lib. j. contra Iulianum, allegando Ioannem Constantinopolitanum Episcopum, in homil. de baptiſatis. Benedictus, inquit, Deus qui fecit mirabilia solus, qui fecit vniuersa, & cõuertit vniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruuntur, qui tenebantur captiui paulò ante, & ciues Ecclesiæ sunt, qui fuerunt in peregrinationis errore, & iustitiæ in sorte versantur, qui fuerunt in confusione peccati. Non enim tantum sunt liberi, sed & sancti: non tantum sancti, sed & iusti: non solum iusti, sed & filij: non solum filij, sed & hæredes: non solum hæredes, sed & fratres Christi: non solum fratres Christi, sed & cohæredes Christi: nõ solum cohæredes, sed & mẽbra: non tantum membra, sed & templum: non tantum templum, sed & organa spiritus. Vides quot sunt baptiſmatis largitates. In sermone xvj. de resurrectione Domini. Resurrecturum enim humanum genus in sæculi consummatione post mortem, nunc resurgit in baptismo: suscitãdus est tunc Dei populus post soporem, nũc suscitatur post infidelitatem: liberandus est tunc à mortali conditione, nunc liberatur ab ignorantiæ cæcitate. Renasciturus tunc ad æternitatem, nunc renascitur ad salutem. Super Ioan. Generat per vxorem filiũ pater moriturus successurum, generat Deus de Ecclesia filios non successuros, sed secum mansuros. Lib. de symbolo tractatu iij. O misericordia. Prorsus delicta delet sanctũ baptiſma & originalia & propria: dicta, facta, cogitata, cognita, incognita, omnia dimittuntur: Innouat hominem qui fecit hominem, donat delicta qui non quærit merita: præuenit gratia etiam ipsam infantiam vt sint liberi per Christum liberati, qui in Adam à diabolo tenebantur ante captiui. Libro eodem, tractatu quarto. Redditur nobis nouitas per baptiſmum, vetustate diſcedente, deoneratur anima sarcinis peccatotum: vt libertate nouæ vitæ induta, aduersus diabolum cum adiutorio diuino valeat fortiter dimicare. Eũmque à quo superata est, ita superet, vt in regno Dei translata, hoste deuicto, secura regnet cum suo capite Christo. Lib. primo de meritis & remiſsione peccatorum, & baptiſmo paruulorum. Optimè Punici Christiani baptiſmum ipsum, nihil aliud quam salutem: & sacramentum corporis Christi, nihil aliud quam vitam vocant. Vnde nisi ex antiqua, vt existimo, & Apostolica traditione, qua institutũ Ecclesiæ Christi tenent, præter baptiſmum, & participationem mensæ Dominicæ, non solum non ad regnum Dei, sed nec ad salutem & vitam æternam posse quenquam hominũ peruenire. Hoc enim & scriptura testatur. Nam quid aliud tenent, qui baptiſmum nomine salutis appellant, nisi quod dictum est, Saluos nos fecit per lauachrum regenerationis. & quod Petrus ait sic. & vos simili forma baptiſma saluos fecit? Quid aliud etiam qui sacramentum mensæ Dominicæ vitam vocant, nisi quod dictum est, Ego sum panis vitæ qui de cœlo descendi, & panis, quam ego dedero caro mea est pro mundi vita, & si non manducaueritis carnem filij hominis & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis? Si ergo est vt tot & tanta testimonia Diuina concinunt, nec salus, nec vita æterna, sine baptiſmo, & corpore & sanguine Domini, cuiquam speranda est. In Enchiridion. A paruulo

Cap. 43. Tom. III. uulo recens nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus est prohibendus à baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo: sed paruuli tãtum originali, maiores autem etiã his omnibus moriuntur peccatis, quæcunq; malè viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo contraxerunt. *Cap. 119.* Libro eodem. In quacunque ætate singularem quenque hominem gratia regenerationis inuenerit, ibi ei remittuntur præterita vniuersa peccata: & reatus ille contractus nascendo, renascẽdo dissoluitur. *Baptis. efficacia.* Támque multum valet, quod spiritus vbi vult spirat, quod quidam secundum illam seruitutem sub lege esse nõ nouerint, sed cum mandato incipiant adiutorium habere diuinum. Antequam autem possit homo capax esse mandati, secundum carnem viuat necesse est: sed si iam sacramento regenerationis imbutus est, nihil ei mors oberit, si tũc ex hac vita migrauerit. Quia ideo Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur: nec tenebit regnum mortis eũ, pro quo Christus mortuus est. *Tom. IX. Tract. 80.* Quomodo fit hoc sacramentum, super Ioannem, Iam vos mundi estis propter verbum quod loquutus sum vobis. Quare nõ ait, mundi estis propter baptismũ quo abluti estis: Sed ait propter verbum quod loquutus sum vobis: nisi quia in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elemẽtum, & fit sacramentum, etiam ipsum tanquã visibile verbum. *Elementum & fide conceptum verbum, sacramentum.* Nam & hoc vtique dixerat, quando pedes discipulis lauit. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vnde ista tãta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? Nõ quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus immanẽs. Hoc est verbum fidei qđ prædicamus. *In calce. tract.* Ibidem. Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei, vt per ipsum credentem, offerentẽ, benedicentem, tingentẽ etiã tantillum mundet infantem: quamuis nondum valentem credere corde ad iustitiam, & ore confiteri ad salutẽ. Hoc totum fit per verbum de quo Dominus ait. Iam vos mundi estis, propter verbum quod loquutus sum vobis. *Quæst. 59. Tom. IIII.* Lib. ij. quæstionum veteris & noui testamẽti. Qui baptismũ putat carnali ratione consistere, hic non est spiritualis: nec donum cœleste poterit cõsequi, qui aquam, se per fidem non immutari credit. Aqua enim cernitur, sed qui non videtur spiritus, operatur, vt fides in eo sit. Quia sicut sordes corporeas aqua, ita spiritus animã abluit à peccatis: vt quomodo visibilia visibilibus, ita & spiritualibus prosit spiritus: ac per hoc spiritualis ratio vertitur in baptismo. Plus est enim ibi quod auditur, quam quod videtur. Lib. ij. de pœnitentia. Baptismus, id est, salutis aqua, non est salutis, nisi Christi nomine consecrata, qui pro nobis sanguinẽ suum in cruce fudit: ideo cruce ipsius aqua signatur. *Tom. II. Epist. 23.* In epistola ad Bonifacium Episcopum. Non enim scriptum est nisi quis renatus fuerit ex parentum volũtate, aut ex operantium vel ministrantium fide: sed nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibẽs extrinsecus sacramẽtum gratię, spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ, soluens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerans hominem in vno Christo ex vno Adam generatum. Ideo lib. x. super Genesim. Cõsuetudo matris Ecclesiæ in baptizãdis paruulis nequaquã spernẽda est, neque vllo modo superflua reputanda, nec omnino credẽda, nisi Apostolica esset traditio. *Consuetudo & ritus Ecclesiæ in baptismo non superfluunt. Tom. IIII.* Lib. quæstionum Numeri, quæstione xxxiij. Nõ prodest baptismus, si desit fides. Tamen vt dicit lib. iij. de baptismo cõtra Donatistas. *Cap. 15. Tom. VII.* Si Euãgelicis verbis, id est, In nomine patris & filij & Spiritus sancti, Marchina baptismum consecrabat, quãuis eius fides sub eisdẽ verbis aliud opinãtis, quã catholica veritas docet, nõ esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata: nam sub eisdẽ verbis, id est, In nomine patris & filij & Spiritus sancti non solum Marchion, aut Valẽtinus, aut Arrius, aut Eunomius: sed etiã ipsi carnales paruuli Ecclesiæ, tamen omnes integrum sacramẽtum accipiunt. & ideo si profecerint, & opinionum carnalium vanitatẽ emẽdauerint, denuo quod acceperãt repetendũ est. Ideo baptismus nõ iteratur super Io. sermo. xij. *Tom. IX.* Sicut natiuitas ex vtero nõ potest repeti, ita nec natiuitas ex baptismo. Quomodo autem vterus nõ potest repeti, ita nec baptismus. Lib. ij. de baptismo cõtra Donatistas. *Cap. 14. Tom. VII.* Quid sit perniciosius, vtrum omnino nõ baptizari, an rebaptizari, iudicare difficile est. Video quidẽ quid amplius homines detestentur: atque horrescãt, veruntamẽ recurrẽs ad illã stateram Dominicam, vbi nõ ex humano sensu, sed ex authoritate Diuina rerum momẽta pẽsantur, Inuenio de vtraq; re Domini sententiã. Nã & Petro dixit. *Io. 13.* Qui lotus est nõ habet necessitatẽ iterum lauãdi. *Ablutio & in regnum ingressio.* Et Nicodemo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nõ intrabit in regnum cęlorum. Quid habeat secretior diiudicatio Dei, hominibus quales nos sumus difficile est fortasse cognoscere: quantum tamẽ ad ipsa verba attinet, cuilibet homini manifestum est quãtum distet inter, Non habet necessitatẽ lauãdi, & Non intrabit in regnum cœlorum. Ipsa denique Ecclesia sic traditum tenet, vt hominem sine baptismo ad altare prorsus nõ possit admittere, rebaptizatũ autẽ cùm post pœnitentiã liceat admitti, quid aliud ostẽditur nisi eum baptismo nõ cadere? *Baptizatis licita pœnitentia.* Causa habetur lib. iij. eiusdẽ. *Cap. 11.* Catholica Ecclesia ꝓpterea nõ debet iterare baptismũ qui apud hæreticos datus est ne iudicare videatur ipsorum esse quòd Christi est, aut eos nõ habere, qđ intus cùm acciperẽt, amittere vtique foras exeũdo, nõ possent. Vnde dari potest per malos. *Tract. 11. Tom. IX.* super Ioan. Per bonos boni nascũtur, cùm per sanctos sancti baptizãtur. Per malos mali, cùm & qui baptizat & qui baptizãtur iniquè & impiè viuunt. Per malos boni, cum mali sunt qui baptizãt, & boni qui baptizãtur. Per bonos mali, cum boni sunt qui baptizant & mali qui baptizãtur. Ibidem. Nemo præsumat

quia

quia de bonis nascitur: nemo præsumat quia per sanctos baptizatur. In eodem. & habetur infrà quæstione j. Baptismus qui datus à Iuda, baptismus Christi erat: qui autẽ à Ioãne datus, baptismus Ioãnis erat. Nõ Iudam Ioanni: sed baptismũ Christi etiã per Iudæ manus datũ, baptismo Ioãnis etiã p manus Ioãnis dato, rectè præponimus. Etenim dictũ est de Domino antequã pateretur, quia baptizabat plures quã Ioãnes. Deinde adiũctũ est: quãquã ipse nõ baptizaret, sed discipuli eius. Ipse, & non ipse. Ipse potestate: illi ministerio. Seruitutẽ ad baptizãdũ illi admouebãt: potestas baptizãdi in Christo permanebat. Ergo baptizabãt discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos ergo baptizauit Iudas, nõ sunt iterũ baptizati: & quos baptizauit Ioãnes, iterũ sunt baptizati, planè iterum: sed nõ iterato baptismo, quia nõ idem erat baptismus. Quos enim baptizauit Ioãnes, Ioãnes baptizauit: quos autẽ baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Nõ ergo huic quisquã seruus: sed baptismus Domini etiã p seruũ malũ datus, baptismo etiã amici serui præponitur. In eod. sermo. vj. Quamuis multi ministri baptizẽt, siue iusti, siue iniusti, nõ tribuitur tamẽ sanctitas baptismi nisi Christo. Nã si p diuersitate meritorũ baptismus esset, quia diuersa sunt merita, diuersa essent baptismata. Ibidẽ. Nõ est baptismus impar pፕter impares ministros, sed par est & æqualis pፕter Christũ, de quo dictum est, hic est qui baptizat.

Tract. 5. — *Baptismus Ioannis.* — *Baptismus Iudæ.*

Lib. ij. cõtra Cresconiũ Grãmaticũ. Baptizãt quãtum attinet ad visibile ministeriũ, & boni & mali, inuisibiliter aũt per eos ille baptizat, cuius est visibile baptisma & ĩuisibilis gratia. Tingere ergo possũt & boni & mali, abluere aũt cõsciẽtiã, nõ nisi ille q semper est bonus. Lib. iij. cõtra eũdẽ. Inter bonos ministros, cũ sit alius alio melior, nullo modo est melior baptismus qui per meliorẽ datur: & nullo modo est malus, qui etiã per malũ datur, quando idẽ baptismus datur. Et ideo per ministros dispares, Dei munus æquale est: quia nõ illorũ, sed eius est. Et subdit exẽpli gratia. Vis seminis, & fœcũditas terræ, cœliq; tẽperies, hãc efficaciã diuinitus nõ acceperũt, vt ad pፕpagãdos fructus plãtatorẽ vel rigatorẽ operariũ tãtũmodo expectẽt, qua mẽte operetur, qua laboret intẽtiõe nõ curãt, vtrũ dominũ agri fideliter diligat, an sua nõ illius lucra cõquirat. Et infra. Baptisma Christi non est nisi eius, in cuius nomine datur: & ideo non fit melius cũ per meliorẽ datur, nec deterius per deteriorẽ. Subdit pፕbationẽ. Quoniã nec in suo, nec in cuiusque alterius, sed in patris & filij & Spiritus sancti nomine, quisque baptizat. Lib. iiij. cõtra eundẽ. Aqua baptismi, verbis Euãgelicis, In nomine patris & filij & Spiritus sancti, per quamlibet linguã atque cõsciẽtiã, cõsecrata est. Et in eodem. infrà. Nõ eorũ meritis à quibus ministrãtur, neque eorũ quibus ministratur cõstat baptismus: sed pፕpria sanctitate atque veritate pፕpter eum à quo ĩstitutus est: malè vtẽtibus ad perniciẽ, bene vtentibus ad salutẽ. Et infrà subdit. Nõ innocẽtẽ facit quẽquam, q ei ministrat baptismũ: sed dãtis Dei gratia, & percipiẽtis bona cõscientia.

Cap. 21. — *Cap. 6.* — *Cap. 8.* — *Cap. 11.* — *Cap. 18.* — *Cap. 13.* — *Cap. 16.* — *Cap. 18.*

Lib. iij. supradicto de baptismo. Nõ est autem pፕphana vel adultera aqua, super quã nomẽ Dei ĩuocatur, etiã si à pፕphanis & adulteris ĩuocetur: quia nec ipsa creatura, nec ipsum nomẽ adulterũ est. Baptismus verò Christi verbis Euãgelicis consecratus, & per adulteros, & in adulteris sanctus est, quãuis illi sint ĩpudici & immũdi: quia ipsa eius sanctitas pollui nõ potest, & sacramẽto suo diuina virtus adsistit, siue ad salutẽ bene vtẽtiũ, siue ad perniciẽ malè vtentiũ. An verò solis vel etiã lucernæ lux, cũ per cœnosa diffunditur, nihil inde sordidũ cõtrahit, & baptismus Christi potest cuiusquã sceleribus ĩquinari? Si enim ad ipsas res visibiles, quibus sacramẽta tractãtur, animũ cõferamus, quis nesciat eas esse corruptibiles? Si autẽ ad id qđ per illas agitur, quis nõ videat nõ posse corrũpi, quãuis homines per quos agitur, pፕ suis moribus vel præmia percipiãt, vel pœnas luãt? Sine baptismo nullus saluatur. In epistola ad Seleucianã. Quoscũq; legimus ĩ corpore Christi, quod est Ecclesia, pertinere ad regnũ cœlorũ, nõ nisi baptizatos intelligere debemus: nisi forte quos angustia passionis inuenit, & nolẽtes negare Christũ, antequã baptizarẽtur occisi sunt, quibus ipsa passio, pro baptismo deputata est. Lib. de vera innocẽtia. Qui nõ percepto regeneratiõis lauachro, pro Christi cõfessiõe moriũtur, tãtũ eis valet ad abluẽda peccata, quãtũ si abluerẽtur fonte baptismatis. Vnde lib. xiij. de ciuitate Dei, cap. vij. Quicũque nõ percepto regeneratiõis lauachro, pro Christi cõfessione moriũtur: tãtũ eis valet ad dimittẽda peccata, quãtũ si abluerẽtur sacro fonte baptismatis. Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ intrabit in regnũ cœlorũ: alia sentẽtia istos fecit exẽptos, vbi nõ minus generaliter ait: Qui me cõfessus fuerit corã hominibus confitebor & ego eũ corã patre meo. Et alio loco. Qui perdiderit animã suã pፕpter me, inueniet eã. Hinc est quod scriptũ est, pretiosa in cõspectu Domini mors sanctorũ eius. Quid enim pretiosius quã mors, per quã fit vt etiã delicta omnia dimittãtur, & merita cumulatius augeãtur? Neque enim tãti sunt meriti, qui cũ mortẽ differre nõ possent, baptizati sunt, deletísque omnibus peccatis ex hac vita migrarũt, quanti sunt ij qui mortẽ differre cũ possent, ideo nõ distulerunt: quia maluerunt Christũ cõfitendo finire hãc vitã, quã eũ negãdo ad eius baptismũ peruenire. Quod vtique si fecissent, etiã hoc eis ĩ illo lauachro dimitteretur, qđ timore mortis negauerant Christũ: in quo lauachro etiã illis facinus tam immane dimissum est, qui occiderãt Christũ. Sed quãdo sine abundantia gratiæ spiritus illius, qui vbi vult spirat, tantũ Christũ amare possent, vt eũ in tãto vitæ discrimine, sub tãta spe veniæ negare nõ possent? Mors igitur pretiosa sanctorũ, quibus cũ tãta gratia est permissa & prærogata mors Christi, vt ad eũ acquirendũ, suam nõ cũctarentur impendere animam in eos vsus redactũ esse mõstrauit, quod ad pœnam

pœnam peccantis antea fuerat cõstitutũ,vt inde iustitiæ fructus vberior nasceretur. Hoc etiam patet ĩfra,cap.latro. Sine baptismo nullũ est meritũ. Lib.j.de nuptiis & cõcupiscẽe. Pœnitẽtia nõ prodesset post baptismũ,nisi baptismus præcessisset:nec ante,nisi baptismus sequeretur:& ĩ ipsa oratione Dominica,quæ quotidiana est mũdatio nostra,quo fructu,quo effectu diceretur,dimitte nobis debita nostra? Itémque eleemosynarũ largitate & beneficentia quãtalibet cui tãdem ad dimittenda sua peccata prodesset, si baptizatus nõ esset? Postremo regni cœlorũ ipsa fœlicitas, vbi non habebit Ecclesia maculam aut rugã,aut aliquid huiusmodi, vbi nihil reprehensionis, nihil simulationis erit,vbi nõ solũ reatus,sed nec cõcupiscentia erit vlla peccati,quorũ erit, nisi baptizatorũ? Ac per hoc nõ solũ omnia peccata, sed etiam hominis omnia mala,Christi lauachri sanctitate tolluntur. Ideo in epistola prædicta ad Seleucianã. Quisquis dicit pœnitẽtiam dari pro baptismo à regula fidei catholicæ,& à doctrina Christi & apostolorũ alienus est. Quia vt dicit lib.de origi.animæ ad Hierony. Dãnari animas, si sine baptismo de corpore exierint, Et sancta scriptura,& sancta testis est Ecclesia. In eodem. Sicut in Adã omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabũtur. Per hãc Apostolicã, dignã clarámque sententiã,euidẽter elucet, neminem, vt in mortẽ nisi per Adam:ita & neminem in vitam æternã venire nisi per Christum:ac per hoc quisquis dixerit quòd in Christo viuificabũtur, etiã paruuli,qui sine sacramẽti perceptione de vita exeunt:hic profecto & cõtra Apostoli prædicationem venit,& totã condẽnat Ecclesiã. Datur autem gratis hoc sacramentũ.Super Apoca. homil.j. Gratia baptismi, nullis præcedentibus meritis venit. Ideo lib.j.de prædestina. sancto. Cum alij baptizati,alij non baptizati,vitæ huius terminũ sumunt,satis indicant misericordiam & iudiciũ Dei:misericordiã quidẽ gratuitã,iudiciũ verò debitũ. Quia valeat paruulis in Enchiridion.Sacri baptismatis in cruce Christi grande mysteriũ cõmẽdauit Apostolus,eo modo,vt intelligamus nihil aliud esse in Christo baptismũ, nisi mortis Christi similitudinẽ: vt quẽadmodũ in illo vera mors facta est,sic in nobis vera remissio peccatorũ:& quẽadmodũ in illo vera resurrectio,ita in nobis vera iustificatio.Ait enim,quicũque baptizati sumus,in Christo Iesu,& in morte ipsius baptizati sumus.Si ergo hinc ostẽdimus mortui esse peccato,quia in morte ipsius Christi baptizati sumus:profecto & paruuli qui baptizãtur in Christo moriũtur, quia in morte ipsius baptizantur:nullo enim excepto dictũ est.Quicunque.Cui autem peccato paruuli renascendo moriũtur,nisi quod nascẽdo cõtraxerũt? Lib. de fide ad Petrũ,parte secũda.& habetur in Decretis,xv.quæst.j.Firmissimè tene & nullatenus dubites,exceptis illis qui ꝓ nomine Christi suo sanguine baptizantur,nullũ hominẽ accepturũ vitã æternã, qui nõ hic à malis suis fuerit per pœnitentiã fidémque conuersus,& per sacramentũ

Cap. 33. Tom. VII. — Tom. II. Epist. 108. — Tom. II. Epist. 28. — Supra. — Tom. IX. Cap. 14. — Tom. VII. — Cap. 52. Tom. VII. — Rom. 6. — Cap. 30. Tom. III.

A fidei & pœnitẽtiæ,id est, per baptismum liberatus:Et maioribus quidem necessariũ esse, & pœnitentiam de malis suis agere,& fidem catholicã secundũ regulam veritatis tenere,& sacramentũ baptismatis accipere: paruulis etiã verò qui nec propria volũtate credere, nec pœnitentiam pro peccato,quod originaliter cõtrahũt, agere possunt,sacramentum fidei,quod est sanctũ baptisma,quandiu rationis ætas eorum capax esse non potest,sufficit ad salutem. Lib.j.de pœnitẽtia. Paruulis ad cõsecrationem remissionémque originalis peccati prodest eorum fides,à quibus offeruntur, vt quascunque maculas delictorũ per alios,ex quibus nati sunt, contraxerunt, aliorũ etiam interrogatione atque responsione purgentur. Lib.iiij.de baptismo cõtra Donatistas.Sicut in illo latrone, B cui non baptizato dictũ est, Hodie mecum eris in paradiso, quod ex sacramento baptismi defuerat,cõpleuit omnipotentis benignitas,quia non superbia vel cõtemptu, sed necessitate defuerat:sic in infantibus qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est,quod non ex impia voluntate,sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iustitiam possunt,nec ore confiteri ad salutẽ. Ideo cum pro eis alij respõdent vt impleatur erga eos celebratio sacramẽti,valet vtique ad eorũ consecrationẽ, quia ipsi respondere nõ possunt. At si pro eo qui respondere potest alius respondeat,nõ itidẽ valet.Ex qua regula illud in Euangelio dictũ est, quod omnes cùm legitur, naturaliter mouet: Aetatẽ habet, ipse ꝓ se loquatur.

C Lib.j.de meritis vt suprà. Vocat paruulos medicus,qui nõ est opus sanis sed ægrotãtibus, nec venit vocare iustos,sed peccatores ad pœnitẽtiã. Et ideo quia suæ vitæ propriæ peccatis nullis adhuc tenẽtur obnoxij,originalis ĩ eis ægritudo sanatur in eius gratia,qui saluos nos fecit per lauachrũ regenerationis. In eodem. Cæterũ quis ignorat,quòd baptizatus paruulus si ad rationales annos veniens nõ crediderit,nec se ab illicitis cõcupiscentiis abstinuerit,nihil ei proderit quod paruus accepit? Verũtamen si percepto baptismate de hac vita emigrauerit, soluto reatu cui originaliter erat obnoxius,perficietur in illo lumine veritatis, quod incõmutabiliter manens in æternũ, iustificatos præsentia creatoris illuminat.Peccata enim sola separãt inter hominem D & Deum,quæ soluuntur gratia Christi,per quem mediatorem recõciliamur, cùm iustificat impium. In eodẽ.In quo genere ponemus infantes: in eorum qui credunt in filium, an in eorum qui increduli sunt filio? In neutro, ait aliquis,quia cùm adhuc credere nõ possunt,nec increduli deputandi sunt.Non hoc iudicat Ecclesiastica regula, quæ baptizatos infantes fideliũ numero adiungit. Porrò si isti qui baptizantur propter virtutẽ celebrationémque tanti sacramenti, quamuis suo corde atque ore non agant quod ad credendũ cõfitẽdúmque pertineat,cùm in numero credẽtiũ cõputãtur.Profecto illi quibus sacramentũ defuerit, inter eos habendi sunt qui

Lib. 50. Homil Hom. 50. Tom. X. — Tom. VII. Cap. 24. — Paruuli baptizandi. — Io. 9. Cap. 19. Tom. VII. — Tit. 3. Cap 20. — In matura ætate baptismus sine fide nõ saluat. — Cap. eod.

qui nõ credũt filio:atq; ideo huius immunes gratię de corpore exierint,ſequetur eos quod dictũ eſt,non videbũt vitã, ſed ira Dei manet ſuper illos. In eodẽ. Nõ dubitamus etiã ꝓ infantibus baptizatis ſanguinẽ Chriſti fuſum,qui priuſquã funderetur ſic in ſacramẽto datus eſt & cõmẽdatus,vt diceretur, Hic eſt ſanguis meus &c. In eodẽ. Quis autẽ neſciat credere, eſſe infantibus baptizari,nõ credere autẽ,nõ baptizari? In eo. In paruulis certè gratia Dei per baptiſmũ eius, qui venit ĩ ſimilitudinẽ carnis peccati, id agitur vt euacuetur caro peccati.Euacuatur autẽ,nõ vt in ipſa viuẽte carne cõcupiſcẽtia cõſperſa & innata repẽte abſumatur,& nõ ſit,ſed ne obſit mortuo,quę inerat nato.Nã ſi poſt baptiſmũ vixerit atq; ad ætatem capacẽ præcepti peruenire potuerit,ibi habet cũ qua pugnet,eãque adiuuãte Deo ſuperet,ſi nõ in vacuũ gratiam eius ſuſceperit, ſi reprobatus eſſe noluerit. Ipſe aũt baptiſmus vnus,in vnitate Eccleſiæ datur.lib.de Eccleſiaſti. dogmati.Baptiſma vnũ eſt,ſed in Eccleſia,vbi vna fides eſt,vbi in nomine patris & filij & Spiritus ſancti datur. Vnde extra vnitatẽ Eccleſiæ eſſe põt,ſed nõ ꝓdeſt.Lib.de fide ad Petrũ,parte j. Abſque ſacramẽto baptiſmatis, præter eos q̃ in Eccleſia catholica ſine baptiſmate ꝓ Chriſto ſanguinẽ fundũt,nec regnũ cœlorũ põt q̃ſquã accipere,nec vitã æternã: quia ſiue in catholica fide, ſiue in hæreſi quacũque vel ſchiſmate, quiſquis in nomine patris & filij & Spiritus ſancti, baptiſmi ſacramẽtũ acceperit,integrũ ſacramẽtũ accipit:ſed ſalutẽ quæ virtus eſt ſacramenti nõ habebit,ſi extra catholicã Eccleſiã ipſum ſacramentũ habuerit.Ergo ideo debet ad Eccleſiã redire, nõ vt ſacramẽtũ baptiſmatis iterũ accipiat,quod nemo debet in quolibet homine baptizato repetere:ſed vt in ſocietate catholica,vitã æternã accipiat:ad quã obtinẽdã nũquã poteſt eſſe idoneus, qui cũ ſacramẽto baptiſmatis ab Eccleſia catholica remanſerit alienus. Qui ſi eleemoſynas largas faciat, & ꝓ nomine Chriſti etiã ſanguinem fundat,pro eo quod in hac vita nõ tenuit Eccleſiæ catholicæ vnitatẽ,nõ habebit æternã ſalutẽ. Vbi enim cuiq; ꝓdeſſe poteſt baptiſmus,ibi poteſt & eleemoſyna ꝓdeſſe.Baptiſmus autẽ extra Eccleſiã q̃dẽ eſſe poteſt,ſed niſi in Eccleſia prodeſſe nõ põt.In Eccleſia ergo tãtũmodo catholica põt vnicuiq; ꝓdeſſe, & ꝑceptio baptiſmatis, & opera miſericordiæ,& nominis Chriſti glorioſa cõfeſſio,ſi tamen in Eccleſia catholica bene viuatur.Sicut enim extra Eccleſiæ catholicæ vnitatẽ,nec baptiſmus alicui põt prodeſſe, nec opera miſericordiæ,niſi forte vt mitius torqueatur,nõ tamẽ vt inter filios Dei reputetur:ſic ĩtra Eccleſiã catholicã, ꝑ ſolũ baptiſmũ vita æterna nõ acq̃ritur,ſi poſt baptiſmũ malè viuatur. In eo.lib.par.ij.& habetur ĩfra,q.j.Firmiſsimè tene & nullatenus dubites,ſacramẽtũ baptiſmatis,nõ ſolũ ĩtra Eccleſiã catholicã,ſed etiã apud hæreticos,q̃ in nomine patris & filij & Spiritus ſancti baptizãt,eſſe poſſe: ſed extra Eccleſiã catholicã ꝓdeſſe nõ poſſe.Imo ſicut ĩtra Eccleſiã rectè cre-

Cap.24. *Mat.26.* *Cap.27.* *Cap.38.* *Cap.51. Tom.III.* *Cap.3. Tom.III.* *Extra Eccle. baptiſmus, ſed eius efficacia non niſi in Eccleſia.*

A dẽtibus per ſanctũ baptiſmũ cõferri ſalutem, ſic extra Eccleſiã baptizatis,niſi ad Eccleſiã redierint eodẽ baptiſmo accumulari ꝑniciẽ.Tãtũ eñ valet eccleſiaſticæ ſocietatis vnitas ad ſalutẽ, vt baptiſmo nõ ſaluetur,cui nõ ibi datur,vbi oportet vt detur.Ineſſe tamẽ homini baptiſmũ etiam extra Eccleſiã baptizato, ſed ad iudiciũ ĩeſſe ab Eccleſia ſeparato.Et q̃a manifeſtũ eſt, vbicũque datũ fuerit,hoc baptiſma ſemel eſſe dãdũ,ideo et ſi ab hæreticis ĩ noĩe patris & filij & Spiritus ſancti datum fuerit, venerabiliter agnoſcẽdũ & ob hoc nullatenus iterãdũ.Saluator eñ ait. Qui ſemel lotus eſt,nõ ĩdiget niſi vt pedes lauet. Ibid. Firmiſsimè tene,& nullatenus dubites oẽm extra catholicã Eccleſiã baptizatũ, fieri participẽ nõ poſſe vitæ æternæ, ſi ante finẽ huius vitæ ca-
B tholicæ nõ fuerit redditus atq; ĩcorporatus Eccleſiæ.Quia ſi habeã,ĩquit Apoſt.omnẽ fidẽ &c. Nã in diebus diluuij,neminẽ legimus extra arcã potuiſſe ſaluari. Lib.ij.cõtra Creſconiũ Grãmaticũ. Meritò credũtur ij, q̃ extra eccleſiã baptiſmũ Eccleſiæ ꝑceperũt,nõ habere Spiritũ ſanctũ, niſi cũ ipſi Eccleſiæ ĩ vinculo pacis ꝑ cõnexionẽ charitatis adhęreſcũt. Et ĩfrà ſubdit.Baptiſmus ſacramẽtũ eſt nouæ vitæ ac ſalutis æternæ:quem multi habẽt,nõ ad vitã æternã,ſed ad pœnã æternã,nõ bene vtẽtes tãto bono.Charitatẽ verò ſanctã,quæ eſt vĩculũ ꝑfectiõis,nemo põt habere nõ bonus,nemo q̃ habet, põt eſſe, vel ſchiſmaticus, vel hæreticus. Lib.ij.de baptiſ.cõtra Donatiſt. Baptiſmus datus ĩ hæreſi vel ſchiſmate, curat cũ ad vnitatẽ Eccleſiæ ꝑuenitur, nõ tamẽ iteratur.
C Lib.iij.eiuſdẽ.Nos nõ abluimus eũ q̃ apud hæreticos, vel ĩ aliquo ſchiſmate extra cõmunionẽ Eccleſiæ baptizatus eſt:nõ tamẽ ei ꝓdeſſe,ĩquãtũ hæreticorũ vel ſchiſmaticorũ ꝑuerſitati cõſentit: nec illos q̃ baptizãt,quãuis ipſum etiã verũ dẽt baptiſmi ſacramẽtũ,rectè tamẽ facere,extra Eccleſiã colligere,& cõtra Eccleſiã ſẽtire.Sed aliud eſt nõ habere aliq̃d,aliud nõ iure habere, vel illicitè vſurpare.Nõ itaq; ideo nõ ſunt ſacramẽta Chriſti,& Eccleſiæ,q̃a eis illicitè vtũtur, nõ hæretici ſolũ,ſed etiã omnes iniqui & ĩpij.Sed tamẽ illi corrigẽdi aut puniẽdi,illa verò agnoſcẽda & venerãda ſunt. In eo.De remiſsiõe aũt peccatorũ,vtrũ per baptiſmũ apud hæreticos fiat, quid mihi videretur,iã in alio volumine ſcripſi. Sed etiã hîc breuiter cõmemoro. Si fit illic remiſsio
D peccatorũ per baptiſmi ſanctitatẽ, rurſus debita redeũt ꝑ hæreſis aut ſchiſmatis obſtinationẽ: & ideo neceſſariũ habent huiuſmodi hoĩes, venire ad catholicã pacẽ, vt hæretici & ſchiſmatici eſſe iã deſinãt,& eorũ quæ ĩ illos redierãt,peccatorũ purgationẽ,in vnitatis vĩculo,charitate operãte mereãtur.Si aũt quãuis apud hæreticos vel ſchiſmaticos idẽ fit baptiſmus Chriſti,nõ tamẽ ibi operatur remiſsionẽ peccatorũ ꝓpter eãdẽ diſcordie fœditatẽ,& diſſentiõis iniquitatẽ. Tũc ĩcipit valere idẽ baptiſmus ad dimittẽda peccata,cũ ad Eccleſiæ pacẽ venerint,nõ vt iã dimiſſa nõ retineãtur,vt ille baptiſmus quaſi alienus aut alius ĩprobetur,aut alter tradat:ſed vt idẽipſe q̃ foris, opera

operabatur mortem propter discordiã, propter pacẽ intus operetur salutẽ. Lib.iiij.eiusdẽ in principio. Ecclesia paradiso cõparata, indicat nobis, posse quidem baptismum eius homines etiã foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte paradisi, sicut ait scriptura, etiã foras largiter manauerunt. Nominatim quippe cõmemorantur, & per quas terras fluant: & quia extra paradisum constituta sunt, omnibus notũ est: nec tamen in Mesopotamia vel in Aegypto, quo illa flumina peruenerunt, est fœlicitas vitæ quæ in paradiso commemoratur. Ita fit vt cum Paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tamen non sit nisi intra paradisum. Sic igitur baptismus Ecclesiæ potest esse extra Ecclesiam, munus autẽ beatæ vitæ non nisi intra Ecclesiam reperitur, quæ supra petram etiam fundata est, quæ ligandi atque soluendi claues accepit. Hæc est vna quæ tenet & possidet omnem sponsi sui & domini potestatẽ, per quam coniugalem potestatem, de ancillis filios habere potest: qui si non superbiant, in sortẽ hæreditatis vocabuntur: Si autem superbiant, extra remanebũt. Magis ergo quia pro Ecclesiæ honore atque vnitate pugnamus, non tribuamus hæreticis quicquid apud eos eius agnoscimus, sed eos arguentes doceamus, quod ex vnitate habẽt non valere ad salutem, nisi ad eandem venerint vnitatem. Aqua enim Ecclesiæ fidelis & salutaris & sancta est, bene vtentibus. Ea verò bene vti extra Ecclesiam nemo potest: malè autem vtentibus & foris & intus, ad supplicium geritur, nõ ad præmium suffragatur. & ideo baptismus corrũpi vel adulterari non potest, & si à corruptis vel adulteris habeatur. In eodẽ. Baptisatus in hæresi nõ fit templum Dei. nunquid ideo pro baptizato nõ habendus est? Nam nec intus auarus baptizatus fit templum Dei, si ab auaritia non recesserit. Qui enim fiunt templum Dei possident vtique regnũ Dei. Apostolus autẽ dicit inter multa. Neq; auari, neq; rapaces regnum Dei possidebũt. Lib. eiusdem. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Induũt autem homines Christum aliquando vsque ad sacramenti perceptionem, aliquando vsque ad vitæ sanctificationem: atque illud primum & bonis & malis potest esse commune, hoc autem alterum proprium est bonorum & piorum. Lib.vij.eiusdem. Ego sentio baptismum quidem Christi hæreticos posse habere, sed remissionem peccatorum nõ habere.

In eodem. Nequaquam dubito habere baptismum eos, qui vbicunque & à quibuscunque illud verbis Euangelicis consecratum, sine sua dissimulatione & cum aliqua fide acceperunt: quamquam eis, ad salutem spiritualem non prodesset, si charitate carerent, qua catholicæ insererentur Ecclesiæ Si enim habeam, inquit Apostolus, fidẽ vt montes transferam &c. Lib.de symbolo, tractatu primo, circa finem, Hæreticis baptismũ nõ mutamus. Quare? Quia hæreticus habet baptismum. Quomodo desertor habet characterẽ, ita & isti habent baptismum: habent, sed vnde damnentur, non vnde coronentur. Et tamẽ si desertor ipse correptus incipiat militare, nunquid audet ei quisquam characterẽ mutare? Ideo post baptismum est sanctè viuendum, ibidem. Cum baptisati fueritis, tenete vitam bonam in præceptis Dei: vt baptismum custodiatis vsque in finem. Super Apoc. homil.j. Baptismus intelligitur per stellã matutinam. Stella matutina noctem fugat, & lucem annuntiat, id est, peccata tollit, & gratiã tribuit: si tamen acceptam gratiam, bona opera sequãtur. Sicut enim magnam arborem virere & fructus non reddere nihil prodest, sic nihil prodest Christianum dici, & Christiani opera nõ habere. Lib.primo de pœnitentia. Nullus per baptismum quãuis iustificatus sit à prioribus peccatis, tamen superbire audeat, & si nihil committat, vnde ab altaris communione separetur, quasi iam de plena securitate se iactans: sed potius seruet humilitatem quæ penè vna disciplina Christiana est. Nec superbiat terra & cinis, donec ista tota nox transeat, in qua pertrãseunt omnes bestię syluæ. Lib.de nouo cantico in prin. Omnis qui baptismum desiderat, vitam nouam concupiscit. Transeant ergo à vetustate, & perueniãt ad nouitatem. In sermone xxv. de resurrectione Domini. Sunt quidam qui Christum solo sacramẽto induerunt, qui in fide & moribus nudi sunt: habẽtes quidem sacramentum baptismatis, sed non factum salutis nec vinculum pacis. Vos autem filij sancti, membra catholica, baptisma accepistis nõ ad pœnam, sed ad vitam: non ad perniciem, sed ad salutem: non ad damnationem, sed ad honorẽ: si tamen vos, quod opto, quod exhortor, quod accepistis integrum custodiatis, & proficiendo ad maiora perueniatis. Libr.de vera innocentia, cap.cccxxiiij. Regenerationis gratiam, ita etiã ij non minuunt qui eius dona non seruant, sicut lucis nitorem, loca immunda non polluunt. Qui ergo gaudes de baptismi perceptione, viue in noui hominis sanctitate: & tenens fidem quæ per dilectionem operatur, habe bonum quod nondum habes. Vnde non prodest nisi bene vtentibus. Libro primo contra Cresconium grãmaticum. Multa quãuis bona sint, & ad vtile aliq̃d instituta, nõ omnibus tamẽ habẽtibus sunt vtilia, sed tantomodo bene vtentibus. Nam cum eadem luce, & sani oculi perfundũtur & saucij: istis adiumẽtum est, illis tormentum. Idem cibus aliàs valetudines alit, aliàs lædit. Idẽ medicamentum, hos curat, illos debilitat. Eadem arma, alios muniunt, alios impediunt. Eadem vestis, aliis tegumẽto est, aliis implicamẽto. sic & baptismus aliis valet ad regnũ, aliis ad iudicium. Ibidem subdit. De ipso corpore & sanguine Domini, vnico sacrificio pro salute nostra, quamuis & ipse Dominus dicat, nisi manducaueritis carnem filij hominis, non ha. v. Apostolus tamen docet, quod hoc perniciosum malè vtentibus potest fieri. Ait enim. Quicunq; manducauerit indignè &c. Ecce quemadmodum obsunt diuina & sancta malè vtentibus. Cur non hoc modo baptismus? cur non ita in bono baptismi, quomodo non sunt boni hæretici, quo-

Marginalia (left): Cap.1.&2. Tom.eod. — Paradisus terrestris typus Ecclesiæ. — Cap.4. — 2.Cor.6. — Cap.24. — Cap.3. — Cap.53. — 1.Cor.13. Cap.6. Tom.IX.

Marginalia (right): In princ.cap. — Tom.IX. — Tom.X. Lib.50.Homi. Homil.50. — Cap.1. Tom.IX. — Tom.III. — Cap 23. Tom.VII. — Cap.25. To.6.

Section letters: A, B, C, D

modo in bona lege non sunt boni Iudæi? Lib. expositionis Dominicæ orationis,& symboli,sermone secundo. Non declinet homo Christianus ante hominem iudicem stare pro Christo, quando Deus pro homine ante figmentum suum stare dignatus est iudicandus. Crucifixus est autē, vt & vos crucifigamini huic mūdo: mortuus est, vt & vos moriamini peccato,& sęculo,& viuatis Deo:sepultus est, vt & vos illi consepeliamini per baptismum,Apostolo dicente, consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem: Tertia die resurrexit à mortuis viuus, vt & vos post baptismum trinitatis,vel post tertiam tinctionē trinitatis nomine tradi dum ab Apostolis,quę triduo illo significatur Dominicę sepulturæ,nō rursus ad vetustatē reuertamini peccati,sed in nouitate ambuletis:& sicut ille semel surgens à mortuis iam non moritur, ita & nos vetustate mortalitatis per baptismum mortificati, & vitale indumentum induti,non iterum per peccata in anima in morte retrahamini. De baptismo verò quo Christus voluit baptizari,Lib. quarto contra donatistas.Nec ob aliud existimo baptizandi munus Ioanni fuisse attributum,ita vt Ioannis baptismus diceretur,nisi vt Dominus ipse qui dederat,cum serui baptismum nō spreuisset accipere, dedicaret humilitatis viam.Videbat enim tanquā peritissimus medicus,salutis nostræ, quorundam non defuturum tumorem,qui cum intellectu veritatis & probabilibus moribus profecissent,vt multis baptizatis,vita & doctrina se præponere minimè dubitarent,superuacaneum sibi esse crederent baptizari,quando ad illum mentis habitū se peruenisse sentirent. Lib.v.eiusdē. Accepit Ioannes baptismum certè dispensationis gratia, non diu mansurum,sed quantum satis esset ad pręparandam viam Domino,cuius eum esse præcursorem oportebat.Quam ille humiliter ingressurus,& se humiliter sequentes, ad excellentiā docturus,sicut seruis pedes lauit,ita serui baptismo tingi voluit.Sicut enim se subiecit pedibus eorū quos ipse dirigebat,sic Ioānis muneri quod ipse donauerat:vt intelligerent omnes quātæ superbiæ sacrilegio quisque contemneret baptisma quod à Domino deberet accipere,quādo ipse Dominus accepisset,quod seruo vt propriū dare posset,ipse præstiterat.Et cum Ioānes,quo nemo exurrexit maior in natis mulierum,tātum testimonium Christo perhiberet,vt soluendæ corrigiæ calciamenti eius se fateretur indignum,Christus & baptismum eius accipiendo,humillimus inter homines inueniretur,& baptismo eius locum offerendo,Deus altissimus crederetur,idem humilitatis doctor,& celsitudinis dator.Nulli enī prophetarū,nulli prorsus hominū in scripturis Diuinis legimus esse concessum,baptizare in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum,quod Ioāni concessum est:qua mirabili gratia suspendēs in se corda populorum ,viam præpararet in eis,illi quē se tanto prædicauerat esse maiorem.Sed dominus Iesus Christus tali baptismo mundat Ecclesiam,quo accepto nullum alterum requiratur,

Rom.6. — *Cap.21. Tom. VII.* — *Cap.9. Tom. eod.* — *Monimentū Ioannis baptismatis.*

A Ioannes autem tali baptismo prætingebat,quo accepto esset baptisma etiam Dominicū necessariū: non vt illud repetatur, sed vt eis qui baptismum Ioannis acceperant,etiam Christi baptismus, cui viam pręparabat ille,traderetur. Super Ioannē. Quare oportebat baptizari Christum? Quare oportuit nasci Christum?Quare oportuit crucifigi Christum?Sicut enim viam humilitatis demonstraturus aduenerat,& seipsum facturus ipsam humilitatis viam:in omnibus ab eo implenda erat humilitas. Authoritatem dare baptismo suo hinc dignatus est,vt cognoscerent serui quanta alacritate deberet currere ad baptismū Domini , quādo ipse dignatus est accipere baptismum serui.

Super Psal.lviij.sermone primo. Doctor humilitatis,particeps nostrę infirmitatis,donās participationem suæ diuinitatis,ad hoc descendit,vt B viam doceret,& via fieret,maximè suam humilitatem nobis commendare dignatus est: & ideo à seruò baptizari non dedignatus est,vt nos doceret confiteri peccata nostra, & infirmari, fortes simus. In Enchiridion.Id vnum peccatū,quod tam magnum in loco & habitu tantæ fœlicitatis admissum est,vt in vno homine originaliter,atq; (vt ita dixerim) radicaliter totum genus humanū damnaretur,non soluitur ac diluitur nisi per vnū mediatorem Dei & hominum,hominem Iesum Christum,qui solus potuit ita nasci,vt ei opus nō esset renasci.Non enim renascebantur,qui baptizabātur baptismate Ioannis,à quo & ipse baptizatus est,sed quodam præcursorio illius ministerio qui dicebat, Parate viā Domino:huic vni in quo C solo renasci poterant parabantur.Huius enim baptismus est,non in aqua tantum,sicut fuit Ioānis, verum etiam in Spiritu sancto, vt de illo spiritu regeneretur quisquis in Christum credit, de quo Christus generatus regeneratione non eguit. Vnde vox illa patris quæ super baptizatum facta est,Ego hodie genui te:non illum vnum temporis diem quo baptizatus est,sed immutabilis æternitatis ostendit,vt illum hominem ad vnigeniti personam pertinere monstraret. Vbi enim dies hesterni fine inchoatur,nec initio crastini terminatur,semper hodiernus est.In aqua ergo baptizari voluit à Ioanne,non vt eius iniquitas vlla dilueretur,sed vt magna commendaretur humilitas.Ita quippe in eo nihil baptisma quod ablueret, sicut mors nihil quod puniret,inuenit: vt diabo- D lus veritate iustitiæ,non violentia potestatis oppressus,& victus,quoniam ipsum sine vllo peccati merito iniquissimè occiderat,per ipsum iustissimè amitteret,quos peccati merito detinebat.Vtrunque igitur ab illo,id est,baptismus & mors,certæ dispensationis causa, non miseranda necessitate sed miserante potius voluntate susceptum est:vt vnus peccatum tolleret mundi, sicut vnus peccatum misit in mundum, hoc est in vniuersum genus humanum. Nisi quod ille vnus vnum peccatum misit in mundum,iste verò vnus non solum illud vnum,sed cuncta simul abstulit quæ addita inuenit:vnde dicit Apostolus,non sicut per hominē peccantē ita & donum:nam iudicium

dicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem Dei ex delictis multis in iuſtificationem: quia vtique illud vnum quod originaliter trahitur, etiam ſi ſolum ſit, obnoxios damnationi facit: gratia verò ex multis delictis iuſtificat hominem, qui præter illud vnum, quod communiter cum omnibus originaliter traxit, ſua quoq; propria multa commiſit.

Cap.24. Tom.V.

BARBA. Libro vigeſimo ſecundo de ciuitate Dei. Pectoris virilis mamillæ & faciei barba, non ſunt munimento ſed virili ornamento. Quid per eam ſpiritualiter intelligitur, ſuper Pſal. cẽteſimum trigeſimum tertium. Sicut vnguentum in capite &c. Caput noſtrũ Chriſtus eſt, crucifixus, ſepultus, & reſuſcitatus aſcendit in cœlum, & venit Spiritus ſanctus à capite. Quò? Ad barbam. Barba ſignificat fortes, iuuenes, ſtrenuos, impigros, alacres. Ideo quãdo tales deſcribimus, barbatus homo eſt, dicimus. Ergo primo illud vnguentum deſcendit in Apoſtolos, deſcendit in illos qui primos impetus ſęculi ſuſtinuerunt.

Tom.VIII.

Quæſt.69. Tom.IIII. Tom.V.

BEATITVDO. Lib. lxxxiij. quæſtionum. Noſtra eſt in tantum beatitudo, in quãtum Dei contemplatione perfruimur. Lib. xj. de ciuitate Dei, capite xj. Non quicquid æternum continuo eſt beatum: dicitur enim etiam pœnalis ignis æternus: tamen ſi verè, perfectéque eſt vita beata, non niſi æterna eſt.

Ibidem, capite xiij. Beatitudinem quam recto propoſito intellectualis natura deſiderat, eſt vt bono incõmutabili, quod Deus eſt, ſine vlla moleſtia perfruatur: & in eo ſe in æternum eſſe manſurum, nec vlla dubitatione cunctetur, nec vllo errore fallatur. Ideo Lib. meditationum. Quis es Domine, quis es? quid te intelligit cor meum? Certè via es, ſapientia es, veritas es, beatitudo es, bonum es. Libro ſecundo de libero arbitrio. Sicut tota vita corporis, anima eſt, ita tota vita animæ, Deus eſt, de quo ſuper Pſal. xxvj. Qui me longè poſitum miſericorditer reſpexit, ſecũ poſitum quomodo habebit? De eius beatitudine ſuper Ioannem, ſermone lxxxiij. Beatitudo Dei nec minor fuerat ſine nobis, nec fit maior ex nobis. Eſt autem beatitudo in mente. Libro primo de Academicis quæſt. diſputatione prima. Quid cenſes, inquam, eſſe aliud beatè viuere, niſi ſecundum illud quod in homine optimum eſt viuere? Et infra ſubdit. Quis, inquam, dubitauerit nihil eſſe aliud hominis eſſe optimum, quàm eam partem animi cui dominãti obtẽperare conuenit cætera quoque quæ in homine ſunt? Hæc autẽ ne aliam poſtules definitionem, mens aut ratio dici poteſt. Emendat hoc in primo libro retractationum, cap. primo, dicens. Hoc quidem verum eſt. Nam quantum attinet ad hominis naturam, nihil eſt in eo melius quàm mens & ratio, ſed non ſecundum ipſam debet viuere qui beatè vult viuere, alioquin ſecundum hominem viuit, cũ ſecundũ Deum viuendum ſit, vt poſſit ad beatitudinem peruenire, propter quam conſequen-

Tom.X.

Lib.6. de verbis Domini. ſerm.6.

Tom.IX.

Cap.2. Tom.I. Verba ſunt Trigetij. Verba Nauigij. Cap.eod. Tom.I.

A dam, non ſeipſa debet eſſe contenta, ſed Deo mens noſtra ſubdenda eſt. Et Libr. eodem, capite ſecundo. Diſplicet mihi quod dixi, tempore vitæ huius, in ſolo animo ſapientis habitare beatam vitam, quomodolibet ſe habeat corpus eius: cum perfectam cognitionem Dei, id eſt, qua homini maior eſſe non poſſit, in futura vita ſperet Apoſtolus, quæ ſola beata vita dicenda eſt: vbi & corpus incorruptibile atque immortale ſpiritui ſuo, ſine vlla moleſtia vel reluctatione ſubdetur. Eſt autem beatitudo præmium. Libro primo de libero arbitrio. Ex æterna incommutabili ſtabilitate firmauit, vt in voluntate meritum ſit: in beatitudine autem & miſeria, præmium atque ſupplicium. Vnde intus dicitur eſſe beatitudo,

B Libro primo de ſermone Domini in monte. Animaduertat quiſquis delicias huius ſęculi, & facultates rerum temporaliũ quærit in nomine Chriſtiano, intrinſecus eſſe beatitudinem noſtram: ſicut de anima Eccleſiaſtica ore prophetico dicitur. Omnis pulchritudo eius filiæ regis ab intus: nam extrinſecus, maledicta, & perſecutiones, & detractiones promittuntur: de quibus tamen magna merces in cœlis eſt. De qua beatitudine Libro quæſtionum Euangeliorum, quæſtione trigeſima tertia. Cum beatitudinem illam obtinuerimus, noſtra erunt ſuperiora ad viuendum, noſtra erunt æqualia ad conuiuendum, noſtra erunt inferiora ad dominandum. In eodem Libro, quæſtione trigeſima nona. Omnia dici poſſunt de illa ineffabili perfruitione veritatis: &

Tom.IIII.

Pſal.44.

Tom.IIII.

C tanto magis omnia dici poſſunt, quanto minus dignè dici aliquid poteſt. Nam ipſa eſt lux illuminatorum, requies exercitatorum, patria redeuntium, eſca indigentium, & corona vincentium.

Libro de catechizandis rudibus, quaſi circa finem. Illa magna & vera beatitudo eſt, quæ in futuro ſæculo ſanctis promittitur. Omnia verò viſibilia tranſeunt, & omnis huius ſæculi pompa, & deliciæ & curioſitas interibunt, & ſecum ad interitum trahunt amatores ſuos. Libro decimo nono de ciuitate Dei. Ibi enim erunt naturæ munera, hoc eſt quæ naturæ noſtræ ab omni creaturarum creatore donantur: non ſolum bona, verũ etiam ſempiterna: non ſolum in animo qui ſanabitur per ſapientiam, verumetiam in corpore quod reſurrectione renouabitur. Ibi virtutes non

D contra vlla vitia vel mala quæcunque certantes, ſed habentes victoriæ præmium ęternam pacem, quam nullus aduerſarius inquietet. Ipſa eſt enim beatitudo finalis, ipſa perfectionis finis, qui conſumentem non habet finem. Hîc autem dicimur quidem beati, quando pacem habemus, quantulacunque hîc haberi poteſt in vita bona. Sed hæc beatitudo illi, quam finalem dicimus, beatitudini comparata, prorſus miſeria reperitur. Libro vigeſimo ſecundo eiuſdem. Si iſta temporalia bona ſunt, quid illa æterna erũt? Quid dabit eis quos prædeſtinauit ad vitam, qui hæc dedit etiam eis quos prædeſtinauit ad mortem? Quæ bona in illa beatitudine faciet eos ſumere, pro quibus in hac

Cap.26. Tom.IIII.

Cap.10. Tom.V. Bona futura vitæ.

Cap.24. Tom.eod.

vita filium suum vnigenitum voluit vsq; ad mortem tanta mala perferre. Quæ bona in illo regno accepturi sumus, quandoquidem Christo moriente pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis erit spiritus hominis, nullum omnino habens vitium, nec sub quo iaceat: nec cui cedat: nec contra quod saltem laudabiliter dimicet, pacatissima virtute perfectus? Rerum ibi omnium quanta, quàm speciosa, quàm certa scientia sine aliquo errore vel labore, vbi Dei sapientia de ipso suo fonte potabitur cum summa fœlicitate, sine vlla difficultate? Quale erit corpus quod omnino spiritui subditum, & eo sufficienter viuificatum, nullis alimoniis indigebit? Non enim animale, sed spirituale erit: habens quidem carnis, sed sine vlla corruptione carnali substantiam. Lib. de symbolo, tractatu secundo. Non nostri dominabitur iam corruptio, immortaliter viuentibus, & cum ipsa vita æterna manentibus. Neque enim indigebimus illic vestimento, vbi erimus immortalitate vestiti: nec cibus nobis deerit, quando ipse panis viuus, qui propter nos de cœlo ad terras vsq; descendit, sua præsentia nostras animas satiabit: nec potus nobis deerit præsente fonte vitæ. Saturabit enim nos ab vbertate domus suæ, & torrẽte deliciarũ suarũ corda nostra rigabit. Aestus illic non patiemur: illic est enim refrigerium nostrũ, qui nos sub vmbra alarum suarũ protexit & protegit. Frigus illic non patiemur: est enim ibi sol iustitiæ, qui suo amore calefaciens corda nostra, radiis Diuinitatis suæ illuminabit oculos nostros, vt videant Diuinitatem æqualitatémque Patris & Filij & Spiritus sancti. Non ibi fatigabimur: nobiscũ enim erit virtus nostra, cui nunc dicimus, Diligã te Domine virtus mea. Non ibi dormiemus: non enim sunt ibi tenebræ quæ excludere possint permanentem diem. Nulla ibi erit negotiatio, nulla seruitus, nullũ opus. Et quid illic acturi sumus? Fortasse quod scriptum est: Vacate & videte quoniam ego sum Deus? Vacatio † ipsa contemplationis, erit opus nostræ actionis: vt contemplantes delectemur, & delectabiliter contemplemur videre. Quid videre? Bona Domini. Quæ bona? Possumus exprimere illud, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Infra cap. Beatus. & c. Bonum. & cap. Fœlicitas. & cap. Gloria æterna. & cap. Vita æterna.

Lib. 2. Cap. 12. Tom. IX. — *Psal. 17.* — *Psal. 45.* — *† Alij vacuitas.* — *Isai. 64. 1. Cor. 15.*

Cap. 13. Tom. 1.

BEATVS. Libro primo de libero arbitrio. Beatus est homo dilector bonæ voluntatis suæ, & præ illa cõtemnẽs quodcunque aliud bonum dicitur, cuius amissio potest accidere, etiam cum voluntas tenendi manet. *In calce cap.* Ibidem. Beatè viuere est, votis bonis certúsq; gaudere. *Cap. 14.* Ibidem. Illi beati sunt, quos etiam bonos esse oportet. Non propterea sunt beati, quia bene viuere voluerũt, nam hoc volũt etiã mali, sed quia rectè vixerũt, quod mali noluerũt. Quã obrem nihil mirum est quod miseri homines nõ adipiscuntur quod volunt, id est, beatam vitam.

Cap. 9. Libro secundo eiusdem. Nemo sine sapientia beatus est. Et nemo beatus nisi summo bono,

A quod in veritate, quæ sapiẽtia est cernitur & tenetur. Ibidem. Beatus est qui fruitur summo bono. Lib. de beata vita, disputatione prima, Omnis qui quæ vult habet, beatus est, si bona velit & habeat. Si autẽ mala velit, quamuis habeat, miser est. Ibidem. Qui Deum habet, beatus est: sed quis habet Deum? Deum habet qui bene viuit, & facit quæ Deus vult fieri. Ideo ibidem. Nemo sapiẽs nisi beatus. Libro primo de Academicis, disputatione prima. Ipsum est beatum hominis, perfectè quærere veritatem: hoc est enim peruenire ad finem vltra quem non potest progredi. Quisquis ergo minus instanter quam oportet veritatem quærit, is ad finem hominis non peruenit. Quisquis autem tantum quantum homo potest ac debet, dat operam inueniendæ veritati, etiam

B si eam non inueniat, beatus est: Totum enim facit, quod vt faciat, ita natus est. Inuentio autem si defuerit, id deerit quod natura non dedit. Lib. de moribus Ecclesiæ, cap. tertio. Beatè omnes viuere volumus: nec quisquam est in hominum genere, qui non huic sententiæ antequam planè sit emissa, consentiat. Beatus autem quantum existimo, neque ille dici potest qui non habet quod amat, qualecũque sit: neque qui habet quod amat, si noxium sit: neque qui non amat quod habet, etiam si optimum sit. Nam & qui appetit quod adipisci non potest, cruciatur: & qui adeptus est quod non est appetendum, fallitur: & qui non appetit quod adipiscẽdum esset, ægrotat. Nihil autem animo istorum contingit sine miseria: nec miseria & beatitudo in homine vno simul habi-

C tare consueuerunt. Nullus igitur eorum beatus est. Quartum restat, vt video, vbi vita beata inueniri potest, scilicet, cum id quod est hominis optimum, & amatur, & habetur. Ibidem. Idem beatum esse, ad tale bonum peruenisse vltra quod perueniri non potest. Libro de moribus Manichæorum. Non est beatissimus, qui habet aliquam partem subiectam miseriæ: nec omnino liber, cuius pars aliqua premitur seruitute. Lib. lxxxiij. quæstionum. Omnis qui beatè vult viuere, si viuit vt vult, beatus est. Omnis autem homo beatè vult viuere, omnis igitur homo qui viuit

D vt vult, beatus est: ex quo conficitur, neminem viuere vt vult, qui vult turpiter viuere: quia nec beatus est qui turpiter viuit. Ideo autem non vult vt vult, quia si multa secundum suam voluntatem faciat, consequũtur plura contra ipsius voluntatem. In Epistola ad Probã. & similiter Libr. decimo tertio de Trinitate. In quæstione de beata vita, multorum philosophorũ ingenia otiáq; contrita sunt, qui tamen eã tanto minus inuenire potuerunt, quanto minus eius fontem honorauerunt, eíque gratias egerunt. Prius itaque attende vtrum acquiescendum eis sit qui dicunt eum beatum esse, qui secundum suam voluntatem viuit. Sed absit vt hoc verũ esse credamus. Quid si nequiter velit viuere? Nonne tanto miserior esse conuincitur, quanto facilius mala voluntas eius impletur? Meritò hanc sententiam etiam ipsi, qui

fine

sine Dei cultu philosophati sunt, respuerũt. Nam quidam eorum vir eloquentissimus ait: Ecce autem alij non philosophi quidem, sed prompti tantum ad disputandum, omnes aiunt esse beatos qui viuunt vt ipsi volunt. Falsum id quidem est. Velle enim quod dedecet idipsum miserrimum est: nec tam miserum est non adipisci quod velis, quã adipisci velle quod non oporteat. Quid tibi videntur hæc verba? Nonne ab ipsa veritate per quemlibet hominem dicta sunt? possumus ergò hîc dicere quod Apostolus ait de quodam propheta Cretensi, cum eius illi sententia placuisset. Testimonium hoc verũ est. Ille igitur beatus est, qui omnia quæ vult habet: nec aliquid vult, quod non decet. Libr. xxx. de Trinitate. Omnes beati habent quod volunt, quamuis non omnes qui habent quod volunt, continuò sint beati: cõtinuo autem miseri, qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod non rectè volunt. Beatus igitur non est, nisi qui & habet omnia quæ vult, & nihil malè vult. Libro de vera innocentia. Omnes beati habent quod volunt, quamuis non omnes qui habent quod volunt, continuò sint beati. Continuò sunt miseri, qui vel non habent quod volunt, vel id habẽt quod non rectè volũt. Propior est ergo beatitudini voluntas recta, etiã non adepto quod cupit: quàm praua etiã si quod concupiuit obtinuit. Libro prædicto de Trinitate, capite vj. Appropinquat beato, qui bene vult quæcunque vult, & quæ adeptus cum fuerit, beatus erit. Et vtique non mala, sed bona beatum faciunt, quando faciunt: quorum bonorum habet aliquid iam, ídque non parui æstimandum, eàm ipsam, scilicet voluntatem bonam: qui de bonis quorũ capax est humana natura, nõ de vllius mali perpetratiõe vel adeptione gaudere desiderat, & bona qualia & in hac vita misera esse possunt, prudenti, tẽperanti, forti, & iusta mente sectatur: & quantũ datur assequitur: vt etiã in malis sit bonus, & finitis malis oĩbus atq; ĩpletis bonis oĩbus, sit beatus. Lib. viij. de ciuitate Dei, cap. ix. Non continuò beatus est, qui eo quod amat fruitur. multi enim amando ea quæ amanda non sunt, miseri sunt, & miseriores cum fruuntur: nemo tamen beatus est, qui eo quod amat non fruitur: Nam & ipsi qui res non amandas amant, non se beatos putant esse amãdo, sed fruendo. Quisquis igitur eo fruitur quod amat, verúmque & summum bonum amat, quod est ipse Deus, quis eum beatum nisi miserrimus negat? Et vt dicit Libro xix. eiusdem, cap. primo. Nulla est homini causa philosophandi, nisi vt beatus sit. Quod autem beatum facit, ipsum est finis boni. De quo ibidem. Illud est finis boni propter quod appetenda sunt cætera. ipsum autem propter seipsum.

Cap. 5. in fine. Tom. III.

Cap. 62. Tom. III.

Tom. III. Lib. 13.

Tom. V. Amato frui, non semper beatitudo.

Eod cap. sup.

Ideo in Epistola prima ad Macedonium. Non facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem. Nam qui tanta creaturę suæ bona, bonis malísque largitur, vt sint, vt homines sint, vt vigentes sensibus, valentes viribus, affluentes opibus sint, seipsum bonis dabit, vt beati sint: quia eius & hoc est munus, vt beati sint. Illi verò qui in hac ęrumnosa vita, in his moribundis membris, sub hac sarcina corruptibilis carnis, authores suæ beatæ vitæ & quasi conditores esse voluerint, velut propriis etiam virtutibus appetentes, iámque retinentes, non ab illo fonte virtutum petentes atque sperãtes, Deum superbiæ suæ resistentem sentire minimè potuerunt. Libr. vigesimo de Genes. contra Manichæum. Non accipit humana natura, vt per suam potestatem Deo non regente, beata sit: quia nullo regente, per suam potestatem beatus esse solus Deus potest. Propterea libro ij. de verbis Domini, sermone xij. & libro. 50. Homil. O domine Deus meus, ò domine Deus noster, vt veniamus ad te, fac nos beatos de te. Nolumus de auro, nolumus de argento, nolumus de fundis, nolumus de terrenis istis vanitatibus instar fumi trãseuntibus. Nihil horum volumus. Non loquatur os nostrum vanitatem. Fac nos beatos de te, quia non perdimus te. Fac nos beatos de te, quia beatus populus cuius est Dominus Deus eius. Quia vt lib. ix. de ciuitate Dei. Meritò in cœlestibus sedibus constituti sunt immortales & beati, qui creatoris sui participatione congaudent. Cuius æternitate, firmi. Cuius veritate, certi. Cuius munere sunt sancti. De beatitudine quę ad animam lib. xv. de Trinitate. Placuit sapientissimo & optimo creatori, vt spiritus hominis piè Deo subditus, habeat fœliciter subditum corpus, & sine fine permaneat ipsa fœlicitas. Ibi veritatem sine vlla difficultate videbimus, eáque clarissima & certissima perfruemur. Nec aliquid quæremus mente ratiocinante, sed contemplante mente cernemus. Quoad animam & corpus. Libro de spiritu & anima. Cum mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc induerit incorruptionem, tunc mente pariter & corpore spirituales effecti, secundum modulũ nostrum per mẽtis illuminationem omnia sciemus: & per corporis incorruptibilis leuitatem vbique esse poterimus. Volabimus mente per contemplationem: volabimus & corpore per incorruptionem. Discernemus mente, discernemus corpore, cum sensus nostri corporei vertentur in rationem: ratio, in intellectum: intellectus, in intelligentiam, & intelligentia mutabitur in Deum.

Tom. II. Epist. 52.

Tom. I.

Serm. in ordine 35. Tom. X.

Psal. 143.

Cap. 25. Tom. III.

Cap. 12. Tom. III.

Quia vt in Enchiridion. Hæc vita ita subiecta est vanitati, vt approbentur hîc falsa pro veris: respuantur vera pro falsis: teneantur incerta pro certis. Quãuis enim hæc ab ea fide absint, per quam ad veram certámque beatitudinem tendimus: ab ea tamen miseria non absunt, in qua adhuc sumus. Nullo modo quippe fallemur in aliquo, vel animi, vel corporis sensu, si iam natura illa atque perfecta fœlicitate fruemur. Lib. meditationum. Tantum gaudebunt beati, quantum amabunt: tantum amabunt, quantum cognoscent Deum. Certè nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit in hac vita, quantum cognoscent & amabunt beati Deum in illa vita. Super Psal, cxlviij. Beati quorum est

Cap. 21. Tom. III.

Tom. IX.

Tom. VI.

hoc negotium, laudare Deum. Non arant, non se minant, non molunt, non coquunt. Opera enim sunt ista necessitatis, ibi necessitas nõ est. Non furantur, non deprędantur, non adulterantur. Opera enim sunt ista iniquitatis, ibi iniquitas non est. Non frangunt panem esurienti, non vestiunt nudum, non suscipiunt peregrinum, non visitant ægrotum, non concordant litigiosum, non sepeliunt mortuum. Opera enim sunt ista misericordiæ, ibi autem nulla miseria est, in qua fiat misericordia. O beati. Putamus erimus nos sic? Eia suspiremus, de suspirio gemamus. & quid sumus, vt ibi simus? mortales, ꝓiecti, abiecti, terra & cinis. Sed qui promisit omnipotens est. Non est facturus Angelum ex homine, qui fecit hominem ex nihilo? Aut verò pro nummo habet Deus hominem, propter quem mori voluit vnicum suum? Attendamus ad indiciũ dilectionis, & promissionis Dei. Tales arras accepimus. Tenemus mortẽ Christi, Tenemus sanguinem Christi. Quis mortuus est? Vnicus. pro q̃bus? pro nobis ĩpiis. Qui donauit impiis mortem suam, quid seruat iustis nisi vitam suam? Erigat ergo se humana fragilitas: nõ desperet, non se collidat, non se auertat, non dicat, Non ero quod promisit Deus. Deus est, venit vt promitteret: apparuit hominibus, venit suscipere mortem nostram, & promittere vitam suam. Venit ad regionem peregrinationis nostræ accipere hîc quod abũdat: opprobria, flagella, colaphos, contumelias, sputa in faciem, spineam coronam, suspensionem in ligno, crucem & mortem, hæc abundant in regione nostra, ad talia cõmercia venit. Quid hic dedit? Quid accepit? Dedit exhortationẽ, doctrinam, remissionẽ peccatorum: accepit contumelias, mortem, crucem. Attulit nobis de illa regione bona, & in regione nostra pertulit mala. Promisit tamẽ nobis quod ibi futuri simus, vnde venit, & ait. Pater volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum. Tanta præcessit dilectio, quia vbi nos eramus fuit nobiscum, vbi ipse est, erimus cum illo. O homo mortalis non credis? Crede. Plus est quod iam fecit, quàm quod promisit. Mortuus est pro te. Incredibilius est quòd mortuus est æternus, quàm vt in æternum viuat mortalis. Si propter hominem mortuus est Deus, non est homo victurus cum Deo? Sed vnde mortuus est, & potuit mori Deus? Accepit ex te vnde moreretur pro te. Non posset mori nisi caro: nisi mortale corpus. Induit se vbi moreretur pro te, induit te vbi cum illo viuas. Induit se in virginitate matris: te induet vita, in æqualitate patris. Elegit sibi hîc thalamum castum, vbi coniungeretur sponsus sponsæ. verbum caro factum est, vt fieret caput Ecclesiæ. Sed vt dicit super psal. cxviij. sermone primo. Si esse vis beatus: esto ĩmaculatus. Illud enim omnes, hoc autẽ pauci volũt: sine quo nõ peruenitur ad illud quod oẽs volunt. sed vbi quisque erit immaculatus, nisi in via, idest, in lege Domini? Ac per hoc beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Ibidem. Beatum quippe esse tam magnum est & bonum, vt hoc & boni velint & mali. Nec mirũ est quòd boni propterea sunt boni, sed illud est mirũ quòd etiam mali propterea sunt mali, vt sint boni. Nam quisque libidinibus deditus, luxuria stuprísque corrũpitur, in hoc malo beatitudinẽ quærit, & se miserum putat, cum ad suæ concupiscentiæ voluptatem non peruenit. Et quisquis auaritiæ facibus inardescit, ad hoc congregat quocunque modo diuitias, vt beatus sit. Quicunque molitur inimicorum sanguinem fundere, quicunq; desiderat dominationẽ, quisquis affectat crudelitatem suam explere, quisquis alienis cladibus pascitur, in omnibus sceleribus beatitudinem quærit. Hos igitur errãtes, & vera miseria falsam beatitudinẽ requirentes, reuocat ad viam si audiatur vox ista Diuina. Beati, inquit, immaculati &c.

Hortatur ad spem beatitudinis. — *Tom. VIII.*

Quia vt Lib. de Agone christiano dicit. Gaudet piscis, quando hamum non videt, & escã deuorat: Sed cum piscator adducere eũ cœperit, viscera eius torquentur primò, deinde ab omni lætitia sua per ipsam escam, de qua lætatus est, ad consumptionem trahitur: sic sunt omnes, qui de bonis temporalibus beatos se esse putant: hamum enim acceperunt, & cum illo sibi vagantur. Veniet tempus vt sentiant quanta tormenta cum auiditate deuorauerint. Et ideo bonis nihil nocent, quia hoc eis afferunt, quod non diligũt. Nã quod diligunt & vnde beati sunt, auferre illis nemo potest. Et ideo super psal. xxxij. sermone ij. Omnes beati esse volunt, non autem erunt nisi illi qui iusti esse voluerint. Quidã ex pecunia, ex argento & auro, ex prædiis, fundis, domibus, mancipiis, pompa sæculi, honore volatico & perituro: habendo aliquid volunt esse beati. Quære ergo quod habeas, vt beatus sis. Cum enim beatus fueris melior vtiq; eris quàm cum miser es. Fieri autem non potest, vt res deterior te faciat meliorem. Homo es, deterius te est quicquid cupis, quo beatus esse desideras. Aurum argentum quælibet corporalia q̃bus inhias acquirendis, fruendis, possidendis, inferiora te sunt. Tu verò melior & potior es: & vtiq; vis melior esse quàm es, cum beatus esse vis quia miser es, & quæris per quæ id fiat, deteriora te. In ipso animo tuo quære quid sit melius. Cum enim duo sint quædam, animus, & corpus: ex his animus melior est: quia potest corpus melius fieri per animum: vt cum fuerit castus animus, & animo subiectum corpus, postea fiat etiã immortale corpus tuum. Per animi enim illuminationem meretur corpus incorruptionẽ, vt fiat inferioris reparatio per meliorem. Quæras ergo quibus beatificetur animus tuus. In ipso autẽ animo est imago Dei, mens hominis capit eam. Accepit eam, & inclinando se ad peccatum decolorauit eam. Sed ad eam venit ipse reformator, qui erat ante eius formator. Iã ergo superest vt quæras quid sit melius quàm animus tuus, & non inuenis quod sit aliud animo tuo nisi deus tuus: q̃a cum fuerit perfecta natura tua, Angelis æquabitur. Iam supra non erit nisi creator. Erige te ad illum, & noli desperare. Quæris aurum, & si volueris

Cap. Tom. — *Tom.* — *Solu Beatu effic.* — *To Li V*

lueris fortè non habebis, Deum cum volueris habebis: quia & antequam velles venit ad te: & cum auersa voluntate esses, vocauit te: cum conuersus esses, terruit te: & cum territus confitereris, consolatus est te. Iste qui tibi præstitit omnia, iste qui fecit vt esses, qui iis qui tecum sunt etiam malis, multas præstat consolationes, seruat tibi aliquid, quòd non det nisi tibi. Et quid seruat melius nisi se? Pete aliud, si melius inuenis se, tibi seruat Deus. Auare quid inhias cœlo & terræ. Melior est qui fecit cœlum & terram: ipsum visurus, ipsum habiturus es. Hoc solo beatus eris: hūc solum desideres, & quæras. Quia beata gens cuius est Dominus Deus eius. (Psal. 32.) De ista materia require supra. Beatitudo.

BELLVM Libro quæstionum Iosue. (Quæst. 26. Tom. IIII. Tom. V.) Bellum etiam est quando portæ hostibus claudūtur & quodā modo armata defensio. Quare fieri debeat, Lib. xxij. de ciuitate Dei, cap. vj. Scio in Lib. Ciceronis tertio, nisi fallor, de republica, disputari, Nullum bellum suscipi à ciuitate optima, nisi aut pro fide, aut pro salute. De quo bello, libro quarto eiusdem, cap. decimo quinto. Si bellum contra se geri, nulla prouocaret iniuria: fœlicioribus rebus humanis, omnia regna parua essent concordi vicinitate lætantia. Et ita essent in mundo regna plurima gentium, vt sunt in vrbe domus plurimę ciuium. Proinde belligerare, & perdomitis gentibus dilatare regnum malis videtur fœlicitas, bonis necessitas. Sed quia peius esset, vt iniuriosi iustioribus dominarentur, ideo non congruè dicitur etiam ista fœlicitas. Sed proculdubio fœlicitas maior est vicinum bonum habere concordem, quam vicinum malum subiugare bellantem. Mala vota sunt, optare habere quem oderis, vel quem timeas, vt possit esse quem vincas. (Tom. eod.) Quam sit noxium, Libro decimonono eiusdem, cap. vigesimo octauo. Quoniam sicut beatitudini miseria, & mors vitę, ita bellū paci videtur esse contrarium: meritò quæritur, sicut pax in bonorum finibus prædicata est atq; laudata, quod vel quale bellū ecōtrario in finibus malorū possit intelligi. Verū q. hoc quærit, attēdat quid in bello noxium perniciosumque sit: & videbit nihil aliud esse quàm inter sererum aduersitatem atque conflictum. Quod igitur bellū grauius atque amarius excogitari potest, quam vbi volūtas sic aduersa est passioni, & passio volūtati, vt nullius earū victoria, tales inimicitiæ finiantur: & vbi sic confligit cum ipsa natura corporis vis doloris, vt neutrum alteri cedat? Hîc enim quando contingit iste conflictus, aut dolor vincit & sensum mors adimit: aut natura perdurans vincit, & dolorem sanitas tollit. Ibi autem & dolor permanet, vt affligat: & natura perdurat vt sentiat: quia vtrunque ideo non deficit, ne pœna deficiat. (Tom. V. Liuius lib. 79. V aler. lib. 5.) Libro secundo eiusdem, capite vigesimo quinto. Mouerat multos, quod miles quidam dum occiso spolia detraheret, fratrem nudato cadauere agnouit: ac detestatus bella ciuilia, seipsum ibi perimens, fraterno corpori adiunxit.

A

Libro de vera religione. (Cap. 54. Tom. I.) Qui certaminibus delectantur, alienabuntur à pace, & summis difficultatibus implicabuntur. Initium enim summæ difficultatis est bellum atque contentio. Et significari arbitror, quod ligantur ei manus & pedes, id est, facultas omnis aufertur operandi. Libro primo de ciuitate Dei. (Cap. 1. Tom. V.) Diuina prouidentia solet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere: itémque vitam mortalium iustam atque laudabilem, talibus afflictionibus exercere, probatámque vel in meliora trāsferre, vel in his adhuc terris propter vsus alios detinere. Ideo in epistola ad Bonifacium. (Tom. II. Epist. 205.) Pacem debet habere voluntas, bellum verò necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace.

B

Non enim pax quæritur vt bellum excitetur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Beati enim pacifici, ait Dominus, quoniā filij Dei vocabūtur. Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto est dulcior pax Diuina pro æterna salute Angelorum? Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti & resistenti violentia redditur, ita victo vel capto misericordia iam debetur: maximè in quo pacis perturbatio non timetur. Ad eundem. (Tom. eod. Epist. 70.) In ipsis bellis (si adhuc te in eis versari opus est) fidem teneas, pacem quæras, vt ex mundi bonis facias opera bona, & propter mundi bona, non facias opera mala. Propterea permittitur bellum. (Cap. 74. Tom. V.)

C

Libro vigesimo secundo contra Faustum. & habetur vigesima tertia, quæstione prima. Quid culpatur in bello? (Bellum si licitum.) An quia moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua sunt similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur: quæ plerunque ita culpantur, vt etiam iure puniantur, aduersus violentiam resistentium, siue Deo, siue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis, cùm in eo humanarum ordine inueniuntur, vbi eos vel iubere aliquid tale, vel in talibus obedire iustitiæ ipse ordo constringit. (Luc. 3.) Vnde neque Ioannes ab armis iubet discedere milites, cum

D

ad eum baptizandi venirent, & Christus tributa Cæsari monet reddi, (Mat. 22. Cap. 75.) quia propter bella, necessaria militi stipendia præbentur. Ordo autem ille naturalis, mortalium paci accomodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas atque consilium, penes principes sit. Exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci, salutíque communi. Bellum autem quod gerendum Deo authore suscipitur, rectè suscipi dubitari fas non est: vel ad terrendam†, vel ad coërcendam, vel ad subiugandam mortalium

(† Aliàs obterendam)

superbiam: quando ne illud quidem quod humana cupiditate geritur, non solum incorruptibili Deo, sed nec sanctis eius obesse aliquid potest, in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper data sit. Non enim potestas est nisi à Deo, *Rom. 13.* siue iubente, siue sinente. Ergo cum vir iustus, si forte etiam sub rege homine sacrilego militet, rectè possit illo iubente bellare ciuicæ pacis ordinem seruans, cui quod iubetur, vel nō esse contra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit, certum non est: ita vt fortasse reum faciat regem iniquitatis imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi. *Tom. IIII.* Vnde boni contra malum habent iustum bellum. Libro quæstionū, super Nume. quæst. quadragesimaquarta. Notandū sanè est quemadmodū iusta bella gerebantur à filijs Israël contra Amorræos. Innoxius enim transitus negabatur: qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat. *Tom. II. Epist. 50.* Libro de correptione Donatistarum ad Boni facium. Si aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absalon filius in bello, quod contra patrem gerebat, fuisset extinctus: quamuis magna cura mandauerit suis, vt eum quantum possent viuum saluúmque seruarent, & esset cui pœniteti paternus affectus ignosceret, quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita, suam mœstitiam consolari? Sic ergo catholica mater ecclesia bellantibus aduersus eam, quid aliud quam filiis suis, benignè parcit redeuntibus, charitatiuéque dolet de pereuntibus? *Tom. eod. Epist. 205.* Vnde bellantibus scribit in supradicta epistola ad Bonifacium, & habetur vigesimatertia quæstione prima. Noli existimare, neminem Deo placere posse, qui armis bellicis militat. In his erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit testimoniū. In his etiam plurimi illius temporis erant iusti. In his erat & *Pij milites Mat. 8.* ille Centurio qui Domino dixit. Nō sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, & habeo sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alii veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. de quo & Dominus. Amen dico vobis, non inueni tantā fidem in Israël. In his erat & ille Cornelius, ad quem *Act. 10.* missus Angelus dixit. Corneli acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & exauditæ sunt orationes tuæ: vbi eum admonuit, vt ad beatum Petrum Apostolū mitteret: & ab illo audiret quid facere deberet: ad quem Apostolum vt ad eum veniret, etiā religiosum militem misit. *Luc. 3.* In his erant & illi, qui baptizandi, cum venissent ad Ioannem sanctum Domini præcursorem, & amicū sponsi, de quo ipse Dominus ait: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne baptista: & quæsissent ab eo quid facerent, respondit eis. Neminem concusseritis, nemini calumniam feceritis: sufficiat vobis stipendium vestrum. Non eos vtique sub armis militare prohibuit, quibus suum stipēdium debere sufficere præcepit. Maioris quidem loci sunt apud Deum, qui omnibus istis sæcularibus actionibus

A derelictis, etiā summa continentia castitatis ei seruiunt: Sed vnusquisque, sicut dicit Apostolus, proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic. Alij ergo pro vobis orando pugnant contra inuisibiles inimicos, vos pro eis pugnando laboretis contra visibiles Barbaros. *Tom. Epist.* Propterea ipse Comes Bonifacius scribit Augustino in Epistola hæc verba. Domino venerabili sancto patri Augustino Episcopo Bonifacius. Graue imminet nobis bellum: inimici mucro nostra pectora pulsat: Deo funde preces vt soles, tua sit nobis comes oratio: Rauca buccina, terrifica tuba, puto quod & sydera terreat: hostium clamor immanis adest, sed his non terremur: Nouimus enim ista non hodie. Ergo venerande Christi sacerdos, pete Deum vt iacula in hostes B dirigat, ac se ipsi trucident mutua cæde. *Tom. Epist.* Cui Augustinus respōdet in Epistola. De graui pugna conquereris: vt dubites nolo: vtile tuis tibique dabo consilium. Arripe manibus arma: oratio aures pulset authoris: quia quando pugnatur, Deus apertis cœlis prospectat: & partem quam inspicit iustam, ibi dat palmam. *Tom. Epist.* Et post bellum scribit Augustino ista. Domino venerabili sancto patri Augustino Bonifacius. Manus superba Deo adiuuante cecidit, quæ ante paululum audax gladium erecta portabat. Multi ex aduersis ceciderunt, de nostris autē Christo iuuante nullus est vulneratus. Ora igitur venerabilis papa, vt talis de inimicis vltio sæpe procedat. *Tom. Epist.* Cui Augustinus rescripsit in Epistola centesima quinquagesimaquinta. Lecto me vacare, nobilitatem tuam latere non credo: vltimúmque diem mihi exopto C venire. Gaudeo tuæ victoriæ. Ciuitatem quæso serua Romanam: Tuos vt bonus rege comes: nihil de viribus propriis præsumas: De authore gloriare virtutum, & nullum curabis penitus inimicum. Vale. *Tom. Epist.* Cui in principio libri de correctione Donatistarū, quem ad eū scripsit. Laudo, gratulor, & admiror fili dilectissime Bonifaci, quod inter curas bellorum, vehementer desideras ea nosse quæ sunt Dei. Verè hinc te apparet de virtute ipsa etiā militari, fidei seruire quā habes in Christo. Et de bello iustorum, & bellatorum insidiis, Libro quæstionum, super Iosue. & habetur vigesimatertia quæstione secunda. Quod Deus iubens loquitur ad Iosue, vt constituat sibi retrorsum insidias, id est, insidiantes D bellatores ad insidiandum hostibus: hinc admonemur, hæc non iniustè fieri ab iis qui iustum belum gerunt: vt nihil homo iustus præcipuè cogitare debeat in his rebus, nisi vt iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum autem iustum bellum susceperit, vtrum aperta pugna, vel vtrum insidiis vincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent, quæ vlciscuntur iniurias, si qua gens vel ciuitas quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit quod à suis improbè factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed etiā hoc genus belli sine dubio

dubio iustum est quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat. In quo bello ductor exercitus vel ipse populus, non tam author belli, quam minister iudicandus est. Quod in bello viri iusti se habent æqualiter ad victoriam & conflictum. Libro vigesimo secundo, contra Faustum. Quia demonstratum est esse aliam vitam, pro qua debet ista vita contemni: & aliud regnum, pro quo oportet omnem terrenorum regnorum aduersitatem patientißime sustineri. Proinde per quorũ paßiones & mortes, hoc placuit Deo attestari, martyres appellantur, qui latinè testes interpretantur: quorum numerus tantus effloruit, vt si eos Christus qui de cœlo Saulum vocauit, & ex lupo factum ouem, in medium luporum misit, congregatos vellet armare, atque adiuuare pugnantes, sicut Hebræos patres adiuuit: quæ gentes resisterent, quæ regna non cederent? Sed vt præclarißimum testimoniũ veritati perhiberetur, qua iam docendum erat, non propter temporalem in hac vita, sed propter æternam post hanc vitam fœlicitatem Deo esse seruiendum, ea quæ vulgo infœlicitas dicitur, pro illa fœlicitate subeunda fuerat & ferenda. Itaque in plenitudine temporum filius Dei factus ex muliere, mittit discipulos suos, velut oues in medium luporum, & monet ne timeant eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: promittit etiam ipsius corporis renouandam integritatem, vsque ad capilli reparationem: Petri gladium reuocat in vaginã: aurem inimici præcisam reparat ad pristinam formam: dicit se Angelorum legionibus imperare potuisse, ad delendos inimicos, nisi calix bibendus esset, quem paterna voluntas dederat. Bibit præcedens, propinat sequentibus: virtutem patientiæ suæ reuelat præcepto, suo confirmat exẽplo. Propter quod Deus suscitauit illum à mortuis, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen: &c. vsq; Dei patris. Regnauerũt hîc ergo Patriarchæ & Prophetæ, vt & ista regna Deũ dare & auferre ostenderetur. Non hîc regnauerunt Apostoli & Martyres, vt regnum cœlorum desiderandum potius panderetur. Illi reges bella gesserunt, vt tales quoque victorias appareret ex Dei voluntate præstari: isti non resistendo interfecti sunt, vt potiorem esse docerent victoriam, pro fide veritatis occidi. Ibidem. Cũ per secretum iudiciorum Dei, motúsque humanarũ voluntatum, eisdem prosperitatibus alij corrumpantur, alij temperanter vtantur: & eisdem aduersitatibus alij deficiant, alij proficiant: Cũque ipsa humana mortalísque vita, tentatio sit super terram: quis hominum nouit cui prosit aut obsit, in pace regnare, vel seruire, vel vacare, vel mori: in bello autem imperare, vel pugnare, vel vincere, vel occidi? Cum hoc tamen cõstet, & cui prodest, non nisi per Diuinum prodesse beneficium: & cui obest, non nisi per diuinum obesse iudiciũ?

Cap. 76. Tom. VI.

Victoria martyrum.

Phil. 2.

Cap. 78.

De temporali bello, Require, infra. Militia & miles & pugna. & cap. Pax, & cap. Victoria.

A Sed de bello spirituali, libro de decem chordis. Est bellum quod secum agit homo dimicans cõtra concupiscentias malas, frænans auaritiam, elidens superbiam, suffocans ambitionem, trucidans libidinem. Has pugnas facis in occulto, & non vinceris in aperto. Ad hoc docentur manus vestræ ad prælium, & digiti vestri ad bellum. In Epistola decima ad Bonifacium comitem. Si cõiugem non haberes, dicerem, vt iam te quantum rerum humanarum salua pace potuisses, ab istis bellicis rebus abstraheres, & ei vitæ vacares & societati sanctorum, vbi in silentio pugnant milites Christi, non vt occidant homines, sed vt expugnent principes, & potestates, & spiritualia nequitię, id est, diabolum & angelos eius. Hos enim hostes sancti vincunt, quos videre non possunt: B & tamen quos non vident vincunt, ista vincẽdo, quæ sentiunt. Sed vt te ad istam vitam non exhorter, coniunx impedimento est: sine cuius consensione continenter tibi non licet viuere: vtinam autem posses ei persuadere continentiam, vt sine impedimento redderes Deo quod te debere cognoscis. Sed si cum illa agere non potes, serua saltem pudicitiam coniugalem: & roga Deum qui de neceßitatibus eruit, vt quod non potes modo, poßis aliquando. Super Psalmum septuagesimum quintum. Indicitur enim bellum, non solum aduersus suggestiones diaboli, sed etiam aduersus teipsum. Quia aduersus tuam consuetudinem malam, & aduersus vetustatem vitæ tuæ malæ, quæ trahit te ad solitam, & refrẹnatur à noua. Incipit ergo tibi esse bellum aduersum C te. Sed ex qua parte tibi displices, iungeris Deo: & tunc idoneus eris ad vincendum te, quia tecum est qui omnia superat. Quare autem permittitur, vt diu contra te litiges, donec absorbeantur omnes cupiditates malæ? Vt intelligas in te pœnam tuam. In te, ex teipso est flagellum tuum, sit rixa tua tecum. Sic vindicatur in rebellem contra Deum, vt ipse sibi sit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo. Sed tene membra tua aduersus cõcupiscentias tuas malas: vt corpus quidem mortuum sit propter peccatum, spiritus autem viuat propter iustitiam. Is autem qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra per Spiritum sanctum qui habitat in nobis. Viuificati ergo corporibus nostris, erit pax vera vbi locus est Dei. Libro decimo D confeßionum. Quotidianum bellum gero in ieiuniis, sæpius in seruitutem redigens corpus meum, & dolores mei, voluptate pelluntur.

Cap. 9. Tom. IX.

Tom. II. Epist. 70.

Bellum spiritale.

Tom. VIII.

Bellum hominis in seipsum.

Rom. 8.

Libro vigesimo primo, de ciuitate Dei capite decimoquinto. Bellum in quo caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, quod multis & variis certaminibus agitur, nunquam esset si natura humana per liberũ arbitriũ, in rectitudine in qua facta est, perstitisset. Nunc verò quæ pacem fœlix cum Deo habere noluit, secũ pugnat infœlix. Et cum sit hoc bellum miserabile, melius tamen est quam priora vitæ huius. Melius confligitur quippe cum vitijs, quam sine

Cap. 13. Tom. I. Tom. V.

Pugna carnis & spiritus.

quam ſine vlla liberationis cogitatiõe captiuitas. Cupimus quidem etiam hoc bello carere, & ad capeſſendam ordinatiſsimam pacem, vbi firmiſſima ſtabilitate potioribus infirmiora ſubdantur, igne Diuini amoris accendimur. Sed ſi, quod abſit, illius tanti boni ſpes nulla eſſet, malle debuimus in huius conflictionis moleſtia remanere, quam vitiis in nos dominationem, non eis reſiſtendo, permittere. Libro vigeſimo ſecundo. Habent iuſti quoſdam proprios labores ſuos, quibus aduerſus vitia militant. Et in talium præliorum tentationibus periculiſq; verſantur. Aliquãdo cõcitatius, aliquãdo remiſsius: non tamen deſinit caro concupiſcere aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem, vt non ea quæ volumus faciamus, omnem malam concupiſcentiam conſumendo: ſed eam nobis, quantum Diuinitus adiuti poſſumus, non ei conſentiendo ſubdamus: vigiliis continuis excubantes, ne opinio veriſimilis fallat, ne decipiat ſermo verſutus, ne ſe tenebræ alicuius erroris offundant: ne quod bonũ eſt malum, aut quod malum eſt bonum eſſe credatur: ne ab iis quæ agẽda ſunt metus reuocet, ne in ea quæ agenda nõ ſunt, cupido præcipitet: Ne ſuper iracundiam noſtram ſol occidat, ne inimicitiæ prouocent ad retributionem mali pro malo: ne abſorbeat inhoneſta vel immoderata triſtitia: ne impertiendorum beneficiorum ingerat mens ingrata torporem: ne maledicis rumoribus bona conſcientia fatigetur: ne temeraria de alio ſuſpicio noſtra decipiat: ne aliena de nobis falſa nos frangat: ne regnet peccatum in noſtro mortali corpore ad obediendum deſideriis eius: Ne mẽbra noſtra exhibeantur arma iniquitatis peccato: ne oculus ſequatur concupiſcentiam: ne vindicandi cupiditas vincat: ne in eo quod male delectat, vel viſio, vel cogitatio, remoretur: ne improbum aut indecens verbum libenter audiatur: ne fiat quod non licet, etſi libet: ne in hoc bello laborum periculorúmque pleniſsimo, vel de viribus noſtris ſperetur facienda victoria, vel viribus noſtris facta tribuatur, ſed eius gratiæ, de quo ait Apoſtolus. Gratias autem Deo, qui dat nobis victoriam per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Qui & in alio loco. In his, inquit, omnibus ſuperuincimus, per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen quantalibet virtute præliandi vitiis repugnemus, vel etiam vitia ſuperemus. vel ſubiugemus; quãdiu ſumus in hoc corpore, nobis deeſſe non poſſe, vnde dicamus Deo, Dimitte nobis debita noſtra. In illo autem regno vbi ſemper cum corporibus immortalibus erimus, nec prælia nobis erunt vlla, nec debita quæ nunquam & nuſquã eſſent, ſi natura noſtra, ſicut recta creata eſt, permaneret. Super Pſalmum centeſimum quadrageſimum ſecundum. Magnum prælium nobis eſt, hoſtem non videre, & vincere.

Cap 23. Tom. eod.

Excubiæ Christiani.

1. Cor. 15.

Mat. 6.

Tom. VIII.

BENEDICTIO. De benedictione qua benedicit nos Deus, ſuper Pſalmum ſexageſimum ſextũ. Benedictio Dei in multiplicatione ſolet propriè & maximè intelligi:

A ſicut ſcriptum eſt in Geneſi. Benedixit eos Deus dicens. Creſcite & multiplicamini & implete terram. Ergo eius benedictio propriè ad multiplicationem valet. Ideo ibidem. Cum benedicit nos Deus, nos creſcimus: & cum benedicimus Deum, nos creſcimus: vtrunque nobis prodeſt. Non augetur ille benedictiõe noſtra, nec minuitur maledictione noſtra. Qui maledicit Domino, ipſe minuitur, qui benedicit Domino, ipſe augetur. Prior eſt in nobis benedictio Domini, & conſequens eſt, vt nos benedicamus Dominum. Illa pluuia, iſte fructus. Sed de benedictione qua nos benedicimus Dominum, ſuper Pſalmum vigeſimum quintum. Hoc eſt benedicere Dominum in Eccleſiis: ſic viuere, vt per mores cuiuſq; benedicatur Dominus. Nam qui benedicit

B Domino lingua, & factis maledicit, non in Eccleſiis benedicit Dominum. Lingua propè omnes benedicunt, ſed non omnes factis. Quia vt dicit ſuper Pſalmum cẽteſimum trigeſimum tertium. De moribus tuis exit maladictio in Dominum, exit de moribus & de vita tua. Noli gloriari quia lingua benedicis, ſi vita maledicis. Quia attenditur vita tua, & dicitur. Ecce Chriſtianus es, ecce quales ſunt Chriſtiani? Blaſphematur propter te Chriſtus. Ecce cum vita tua maledicat, quid prodeſt quod lingua tua benedicit? Super Pſalmum centeſimum ſecundum. Omnes male viuentes, & ſi lingua taceant, vita Domino maledicunt. Quid prodeſt quia hymnum cantat lingua tua, ſi ſacrilegiũ exhalat vita tua? Malè viuẽdo multas linguas miſiſti in blaſphemiam. Tua

C lingua vacat hymno, & cæteræ te intuentium vacant blaſphemiis. Si ergo vis benedicere Dominum, fac verbum eius, fac voluntatem eius. Super eundem Pſalmum, circa principium. In omni munere Dei noſtri, in omni eius conſolatione, in omni correptione, in gratia quam donare dignatus eſt, in indulgentia, qua nobis hoc reddidit quod debebat, in omnibus operibus eius, benedicat anima noſtra Dominum. Ibidem. Nunquã interiora noſtra ſilere debẽt à benedictione Domini. Alternent pro tempore ſonos vocum, perpetua ſit vox interiorum. Cum conuenis ad Eccleſiam hymnum dicere, ſonet vox tua laudes Dei. Dixiſti quantum potuiſti, diſceſsiſti, ſonet anima tua laudes Dei. Negotium agis, laudet Dominum anima tua. Cibum capis, vide quid ait A-

D poſtolus. Siue manducatis, ſiue bibitis, omnia in gloriam Dei facite. Audeo dicere, cum dormis, benedicat anima tua Dominum. Non te excitet cogitatio flagitij, non te excitet depoſitio furti, non te excitet condicta forte corruptio. Innocentia tua etiam in dormiente, vox eſt animę tuę.

Ibidem circa finem. In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Dominum. Ergo illi non benedicatur, vbi non dominatur. Sed vbiq; eſt, vt vbique benedicatur. Sic vndique eſt vt vndique illi iubiletur. Sic vbique benedicitur, vt vbiq; bene viuatur. Ibidem. Cum cœperis in bona vita benedicere Dominũ, omnia opera eius benedicunt

nedicunt eum,non merita tua. Ipse enim pro te & in te bonum operatur. Ibidem in fin. Quia finis illius Psal. concordat cum suo principio,scilicet, benedic anima mea Dominum. Benedictio à capite,benedictio in fine. A benedictione profecti sumus, ad benedictionem redeamus,in benedictione regnemus. De benedictione verò quæ à sacerdotibus datur,in sermone de oratiōe intra Ecclesiam. Benedictioni humiliari debetis,& corda & corpora fideliter inclinare:quia benedictio vobis, licet per hominem, non tamen ab homine datur. Nec attendatis quia fortè negligens est qui exhibet,sed Dominum respicite qui mittit. Benedictio enim quæ vobis datur, ros & pluuia cœlestis esse cognoscitur,sicut Moses ait. Expectetur sicut pluuia eloquium meum &c.

Deut. 32. Tom. IX.

BENEFICIVM. De beneficiis Domini, libro soliloquiorum ad Deum, cap. xix. Vnde mihi verbum ò Deus, vt explicē signa dilectionis tuæ, maxime erga me per nimia beneficia tua quibus à principio educasti me? post beneficiū nempe creationis,quoniā in principio de nihilo ad imaginem tuam creasti me,honorificans & exaltans me inter eas creaturas quas fecisti,& nobilitans lumine vultus tui,quo signasti super liminare cordis mei, quo ab insensibilibus brutis me discreuisti,& paulominus ab Angelis minuisti. Parum hoc fuit ante conspectum Diuinitatis tuæ:quoniam quotidianis & singularibus,maximísque donariis tuorum beneficiorum, me sine intermissione nutriuisti,& quasi filiū par uulum tuum tenellum vberibus tuæ consolationis lactasti,& confortasti me: vt enim totus tibi seruirē omnia quæcūq; fecisti, in meū seruitium tradidisti. Declarat ipsa beneficia corporalia, Lib. xxij. de ciuitate dei, cap. xxvj. Iam cætera, pulchritudo & vtilitas creaturæ quæ homini licet in istos labores miseriásque proiecto atque damnato,spectanda atque sumenda diuina largitate concessa est,quo sermone terminari potest, in cœli,& terræ, & maris, multimoda & varia pulchritudine, etiam in ipsius lucis tanta copia, tantáque mirabili specie,in sole,& luna,& syderibus,in opacitatibus nemorum, in coloribus & odoribus florum,in diuersitate ac multitudine volucrum garrularum atque pictarum,in multiformi specie tot,tantorúmq; animantium,quarū illa plus habent admirationis quæ molis minimū. Plus enim formicularum & apicularum opera stupemus,quàm immensa corpora balenarum. In ipsius quoque maris tam grandi spectaculo, cum sese tam diuersis coloribus velut vestibus induit, & aliquando viride,atq; hîc multis modis,aliquā do purpureum,aliquando cœruleū est:quam porro delectabiliter spectatur,etiā quādocunq; turbatur,& fit inde maior suauitas cum sic demulcet intuentem,vt non iactet & quatiat nauigantem? Quid ciborum vsquequaque copia contra famem? Quid saporum diuersitas contra fastidiū naturæ diffusa diuinitus, non coquorum arte ac labore quæsita? Quanta in tam multis rebus tuen-

Diuina ad homines largitas.

A dæ atque recuperandæ salutis auxilia? Quàm grata vicissitudo diei alternantis & noctis, aurarum quàm blanda temperies? In fruticibus & pecoribus,indumentorum conficiendorum quanta materies? Omnia commemorare quis posit? Hæc autem sola quæ à me velut in quendam aggerem sunt coarctata, si vellē velut colligata inuolucra soluere atque discutere, quæ mora mihi esset in singulis quibus plurima continentur? Et hæc omnia miserorum sunt,damnatorúmque solatia, nō præmia beatorum. Quid igitur illa sunt, si tot ac talia & tanta sunt ista? Quid dabit eis quos prædestinauit ad vitam, quis hoc dedit etiam eis quos prædestinauit ad mortē? Sed nullū beneficiū magis debet peti à Deo,quam vita æterna. Libro octogesimo tertio quæstionum. Monendum ne

Quæst. 36. Tom. III.

B peritura beneficia & transeuntia expectentur à Deo,quibus & improbi homines abundare possunt:Sed firma & sempiterna,pro quibus accipiēdis,omnia quæ in hoc mundo bona putantur,etiā mala penitus contemnenda sunt. Hîc præstantissimum illud,& vnicum exemplum Diuini hominis,proponendum:qui cum se tot miraculis, tantam rerum potestatem habere monstraret,& ea spreuit quæ magna bona, & ea sustinuit quæ mala magna imperiti putant. Diffusius Dei beneficia circa hominem narrat,libro soliloquiorum ad Deum. O verbum per quod facta sunt omnia, aperi os meum:da mihi vocem laudis, vt enarrē omnia beneficia tua,quę mihi Domine à principio contulisti. Ecce enim sum,quia tu me creasti: & quod me creares, & in numero creaturarum

Cap. 7. Tom. IX. Prędestinatio Dei.

C tuarum numerares,ab æterno præordinasti,antequam quicquam faceres à principio, antequā extenderes cœlos,nec dum erant abyssi, adhuc terram nō feceras,nec montes fundaueras, nec dum fontes aquarum eruperāt:antequam hæc omnia per verbum faceres, me tuam creaturam fore, certissima veritatis prouidentia præuidisti. Et hoc vnde mihi Domine benignissime, Deus altissime, pater misericordissime, creator potentissime & semper mitissime? Quę mea merita, quæ mea gratia, vt complaceret ante conspectum tuæ magnificæ maiestatis creare me? Non eram, & de nihilo creasti me,nihil eram, & me aliquid

D esse fecisti? Quale autē aliquid? Non stillam aquæ nō ignē,nō auem,nō piscem, non serpentem,vel aliquod ex brutis animalibus:non lapidem, non lignum,non ex eodem genere quæ tantū habent esse,vel ex eorum quæ tantū esse possūnt,& crescere,& sentire: sed super omnia hæc voluisti me esse ex his quæ tantū habent esse,quia sum:& ex iis quæ habēt esse & crescere, quia sum & cresco: & ex iis quæ sunt & possūnt esse,crescere, & sentire,quia sum, & cresco, & sentio. Et paulominus me parem creasti Angelis, quia rationem te cognoscendi cum ipsis cōmunem à te accepi. Sed paulominus vtique dixi, nam illi tam fœlicem notitiam iam habent per speciem, ego autem per spem. Illi verò facie ad faciem, ego autem per speculum & in ænigmate. Illi plenè,ego autē

ex

Heb.1. ex parte. Sed cùm venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est: cum reuelata facie, iã tuam faciem videbimus. Et quid prohibebit nos Cap.8. esse minores paulominus ab Angelis, quos tu domine corona spei, quæ ornata est gloria & honore coronaueris, quos tu nimis quasi amicos tuos honoraueris, imo per omnia pares & æquales Angelis feceris? Nempe & hoc veritas tua dicit, Aequales enim sunt Angelis, & filij Dei sunt. Verè quidem filij Dei, quia filius hominis factus est filius Dei. Hæc cōsiderāti mihi fiducia est dicere, Non homo minor paulominus est ab Angelis, quia nō tantū æqualis Angelis, sed superior Angelis. quia homo Deus, & Deus homo, nō Angelus: & dicã propter hoc hominē esse creaturã dignissimã, quia verbū Deus per quod facta est lux, id est, Angelica natura: per quod omnia facta sunt, caro factū est, & habitauit ĩ nobis Christus: qui & dedit potestatē hominibus filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. Laudem tribuam nomini tuo Domine, qui me ad imaginem & similitudinem tuam creando, tantæ gloriæ me fecisti fore susceptibilem, vt possim filius Dei fieri. Quod vtique non possunt omnia quæ rationem non habent. Nam hæc potestas in ratione consistit, per quam cognoscimus Deum. Et vnde hoc mihi vt possim fieri quod illa non possunt? Tu es qui manes in æternum, qui creasti omnia simul, & omnium nulla præcesserunt merita. Et vnde ergo magis tua bonitas in hac creatura tua quam fecisti rationalem, quam in omnibus aliis quæ ratione carent? Quare non ego sicut omnes illæ, aut omnes illæ sicut ego? Quæ mea merita, quæ mea gratia, vt me filium Dei posse fieri susceptibilem creares, quod illis omnibus denegares? Absit Domine vt hoc sentiant. Hæc tua tantum gratia, hæc tua tantum bonitas fecit. Illa igitur gratia, qua me de nihilo creasti, illam quæso Domine da mihi gratiam, vt tibi de his referam semper gratiã.

Tom.V. Sed de beneficio redemptionis, Lib.vij. de ciuitate Dei, cap.xxxj. Habemus ab ipso Deo multa beneficia, pro quibus nequaquam valemus actioni sufficere gratiarum. Ab eo enim est quod sumus, quod viuimus, quod cœlum terrámq; cōspicimus, quod mentem atque rationē habemus, qua eum ipsum qui hæc omnia condidit inquiramus: tamen quod nos oneratos, obrutósque peccatis, & à contemplatione suæ lucis auersos, ac tenebrarū, id est, iniquitatis dilectione cæcatos non omnino deseruit: misítque nobis verbum suū, qui est eius vnicus filius, quo pro nobis in assumpta carne nato atque passo, quãti Deus hominē penderet nosceremus: atque illo sacrificio singulari à peccatis omnibus mundaremur, eiúsque spiritu in cordibus nostris dilectiōe diffusa, omnibus difficultatibus superatis in æternã requiē, in contemplationis eius ineffabilē dulcedinem veniremus. Cap.13. Quæ corda, quæ līguæ, ad agēdas gratias satis esse Tom.IX. contenderint? Supra dicto libro soliloquiorū. Redēptor per teipsum deprecor ne derelinquas me: fecisti enim me cū nō essem, redemisti cū periissem: perierã, mortuus fuerã, ad mortuū descē- A disti, mortalitatem suscepisti: ad seruū rex descēdisti: vt seruū redimeres, teipsum tradidisti: vt ego viuerē, tu mortem suscepisti: mortem vicisti, me restaurasti, cum te humiliasti. Perieram, abieram in peccatis, venundatus eram, venisti pro me, vt redimeres me: & tantum me dilexisti, vt sanguinem tuum in pretium dares pro me: dilexisti me plus quàm te, quia mori voluisti pro me. Tali pacto tã charo pretio, reduxisti me de exilio, redemisti de seruitio, extraxisti me de sepulchro: vocasti me nomine tuo, signasti me sanguine tuo, vt memoriale tuum semper esset apud me, & nunquam recederet à corde meo, qui pro me non recessit à cruce: vnxisti me oleo tuo quo tu vnctus fuisti, vt à te Christe dicerer Christianus. En in manibus tuis descripsisti me, vt semper sit memo B ria mea apud te: Si tamen memoria tua iugiter fuerit apud me. Sic igitur gratia & misericordia tua semper præuenerunt me: de multis nanque periculis sæpe liberasti me. Quando erraui, reduxisti me ad vitam: quando ignoraui, docuisti me: quando peccaui, corripuisti me: quādo tristis fui, consolatus es me: quando cecidi, erexisti me: quando iui, deduxisti me: quando veni, suscepisti me: quando dormiui, custodisti me: quando clamaui, exaudisti me. Hæc & multa alia beneficia fecisti mihi domine Deus meus, vita animæ meæ de quibus dulce esset mihi sēper loqui, semper cogitare, semper tibi gratias agere, vt possim te pro omnibus bonis tuis laudare & amare. Super Psal.cxlix. Super illud. Beneplacitum est Domino in populo suo. Quid tam beneficum, quã mo C ri pro impio? Quid tam beneficum, quam sanguine iusto, delere chirographum peccatoris? Quid tam beneficum, quàm dicere, non ad me pertinet quod fuistis, estote quod nō fuistis? Benefacit Dominus in populo suo dimittēdo peccata, promittendo vitam æternam. Benefacit auersum cōuertere, repugnantem adiuuare, vincentē coronare.

Et quia tali beneficio debetur recognitio, ideo Tom. Lib. meditationū. Considera anima mea, quantum illi debeat tota substãtia mea. Certè Domine quia me fecisti, debeo amori tuo meipsum totū: quia me redemisti, debeo meipsum totū: imo debeo amori tuo plusquam meipsum, quoniam tu es maior me, pro quo dedisti teipsum, & cui promisisti teipsum. Fac precor Domine me gustare per amorem, quod gusto per agnitionem: Sentiã D per affectum, quod sentio per intellectum. Plus tibi debeo quam meipsum totum: sed nec plus habeo, nec hoc ipsum pro me totum possum reddere. Trahe Domine in amorem tuum, vel hoc ipsum totum quod sum. Quod tuum est conditione, fac tuum esse dilectione. Libro disputationum parte prima, cap.v. O quàm sumus tibi debitores Domine Deus noster, tanto redempti pretio, tanto saluati dono, & tam glorioso adiuti beneficio. Quantum à nobis miseris es timendus, amandus, benedicendus, honorandus & glorificã dus, qui nos sic amasti? Tibi nempe debemus omne quod possumus, omne quod sapimus, omne quod viuimus, sed quis habet quicquam non tuū?

tu er-

tu ergo Domine à quo cuncta bona procedunt, propter te & nomen sanctum tuum, da nobis de bonis ac datis tuis, vt seruiamus tibi, & in virtute placeamus, atque debitas quotidie laudes rependamus tibi pro tantis beneficiis misericordiæ tuæ. Non enim possumus aliunde placere tibi, neque seruire, nisi de tuo munere. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum, &c. *Iac. 1.* Libr. de symbolo, tractatu ij. *Cap. 6. Tom. IX.* Magnum pretium pro nobis datum esse cognoscimus, quia sanguine Christi redempti sumus. Agamus quomodo tali Domino non displiceamus. Ecce amauit seruos, & quos redemit seruos, fecit liberos. Exhibet fraternitatẽ, promittit hæreditatem. Suscepit viuẽdo mortem tuam, donauit resurgendo vitam suam. Ille qui crucifixus est pro te, die tertia à mortuis resurgens, super cœlos exaltauit te, & filium Dei fecit te. Quid retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Fecit nos antequam essemus: donauit vitam, donauit ætatem, donauit liberam voluntatem, donauit sciẽtiam, donauit omnia sua, vt essent tua: & his omnibus bonis male vsi sumus: superbi effecti sumus: creatorem largientem tanta bona, merito præuaricationis offendimus. periuimus, quæsiuit: captiui ducti sumus, subuenit: ad mortem perpetuam ducebamur, liberauit. Quid tibi minus exhibuit, qui seipsum pro te tradidit? Et dubitas quod tibi donet vitam suam, qui tecum communicauit mortem suam? Quid retribuemus ei? Si non est vnde illi retribuamus, ab illo accipiamus, quod ei offeramus. Hoc à te quærit Christus, hoc tibi dicit, quod feci pro te, hoc & tu fac pro me. Animam meã posui pro te, & tu pro fratribus tuis animam tuam pone. Hæc beneficia præparabit Christus peccatoribus in iudicio, vt infra patet, cap. Iudicium vltimum. De beneficio grati esse debemus, nec nobis tribuere, sed Deo, omne quod sumus: & ab eo adhuc magis perfici, est orandum, libro de spiritu & litera. *Cap. 13. Tom. III.* Mihi magis videtur esse fidei filius, qui nouit à quo speret quod nondum habet, quam qui sibi tribuit id quod habet: quamuis vtrique horum præferendus sit, qui habet & nouit à quo habet: si tamen non se credat esse quod nondum est, ne incidat in illius Pharisæi vitium, qui quanquam Deo gratias ageret, ex iis quæ habebat, nihil tamen petebat dari sibi, tanquam nihilo indigeret ad augendam perficiendámve iustitiam. De ista materia require supra, cap. Augustinus, & infra, cap. gratia, & cap. gratiarum actio, & cap. misericordia Dei. Præstandum est beneficium solum propter æternam salutem, Lib. ij. de sermone Domini in monte, cap. iiij. Sæpe cogitatio necessariarum rerũ ad istam vitam pertinentium, sauciat & sordidat interiorem nostrum oculum: & plerunque cor duplicat, vt ea quæ videmur cum hominibus recte facere, non eo corde faciamus, quo Dominus præcipit, id est, non quia eos diligimus, sed quia commodum ab eis aliquod propter necessitatem præsentis vitæ

A adipisci volumus. Debemus autem benefacere illis propter salutem eorum æternam, non propter corporale vel temporale commodum nostrum. De hac materia require infra, cap. eleemosyna, & cap. misericordia.

BENIGNITAS. De benignitate Dei libro primo super Genes. ad literam. *Cap. 5. Tom. III.* Et libro de octo quæstionibus ad Dulytium, quæst. viij. Inest Deo benignitas summa & sancta & iusta, & quidẽ nõ ex indigentia, sed ex beneficentia veniens amor in opera sua. Propter quod priusquam scriberetur, dixit Deus. Fiat lux, præcesit scriptura dicens, & spiritus Domini ferebatur super aquas. *Gen. 1.* Et ideo libro meditationum. Memento iuste & B benigne Deus, memento quia misericors es, & creator & recreator meus es. Si iudex es ad iudicandum reum tuum, es & Dominus ad tuendum seruum tuũ, es & creator ad seruandũ opus tuum, es & Deus ad saluandum credentem & baptizatum tuum. Ne ergo memineris Domine bone iustitiæ tuæ aduersus peccatorem tuum, sed memor esto benignitatis tuæ erga creaturam tuam. Ne memineris iræ aduersum reum, sed memor esto miserationis aduersus miserum.

Sed vt dicit, Lib. ij. de libero arbitrio, c. ij. *Tom. I.* Non solum Deus in nos est benignissimus in præstando, sed etiam iustissimus in vindicando †. *† Aliàs iudicando.*

BESTIA. Lib. ij. super Genes. ad literam Bestia est quicquid ore vel vnguibus sæuit, exceptis serpentibus. *Cap. 2. Tom. III.* Pecora verò sunt, quæ neutra vi lacerant C sed aut cornibus aut pedibus: quamuis nomine pecorum vel bestiarum, omne irrationale animal aliquando comprehenditur. Sed & ferarum vocabulum, solet in latina lingua tantumdem valere. Homo antecellit omnibus animalibus, Lib. lxxxiij. quæstionum, quæst. xiij. *Tom. IIII.* Inter multa quibus ostenditur, ostendi potest hominẽ ratione bestiis antecellere, hoc ominibus manifestum est, quod bestiæ ab hominibus domari & mansuefieri possunt: homo à bestiis, nullo modo. Hoc patet infra, capite homo. Sed quare nocent hominibus, libro primo contra Iulianum, allegans Ioannẽ Cõstantinopolitanũ episcopũ isto modo. *Tom. VI.* Sanctus Ioãnes Cõstãtinopolitanus, in quodã sermone tractat istam quæstionem. *Ioannis Episcopi sententia.* Cur bestiæ vel lædant homines, vel interimant: cum sententia Domini manifesta sit, D qua eas homini subdidit, vt earum habeat potestatem. Quam quæstionem sic soluit vt dicat, *Rebellio animantiũ post peccatum.* ante peccatum omnes bestias homini fuisse subditas: quod autem nunc hominibus nocent, pœnam primi esse peccati. Timemus, inquit, bestias, & pauemus, non contradico. Et à principatu decidimus, & hoc etiam ipse dico. Sed non hoc ostendit legem Dei esse mendacem. Ab initio enim non ita res erant dispositæ, sed timebant, & tremebant, & subiiciebantur domino. Et quoniam à fiducia decidimus pro peccato, profecto & ab honore. Vnde hoc manifestum est? Adduxit enim Deus bestias ad Adã videre quid

eas vocaret, & non resiluit Adam tanquam timens. Hoc vnum signum quod non fuerunt homini ab initio terribiles bestiæ. Secundum aliud isto manifestius, quæ fuit ad mulierem per serpentem disputatio. Si enim essent bestiæ terribiles hominibus, non vtique mulier viso serpente mansisset, nec accepisset consilium, non ei cum tanta sermocinaretur fiducia, sed statim ad eius expauisset & resiluisset aspectum. Nunc autem & disputat, & non timet. Nondum enim erat timor iste. Sed quia peccatum ingressum est, ablata sunt ea, quæ honoris sunt. Quandiu quidem habebat ad Deum fiduciam, terribilis bestiis erat, sed quia offendit, extremos etiam conseruorum suorum iam pauet. Declarat hæc etiam de minimis bestiis super Ioannem, sermone primo. (*Tract. 1. Tom. IX.*) Quare autem multa mala patimur à creatura quam fecit Deus, nisi quia offendimus Deum? Nunquid hoc Angeli patiũtur? Fortassis & nos in illa vita, ista non timebimus. De pœna tua, peccata tua accusa: non iudicem. (*Homo sibi calamitatũ author.*) Nam propter superbiã instituit Deus istam creaturam minimam & abiectissimam, vt nos ipsa torqueret: vt cum superbus fuerit homo, & se iactauerit aduersus Deum: & cum sit mortalis, mortalem terruerit: & cum homo sit, proximum hominem non agnouerit: cum se erexerit, pulicibus subdatur. Quid est quod te inflas humana superbia? Homo tibi dixit conuitium, & timuisti, & iratus es: pulicibus resiste, vt dormias. Cognosce qui sis. Nam vt noueritis fratres, propter superbiam vestram domandã creata sunt ista, quæ molesta nobis essent: populum Pharaonis superbum, potuit Deus domare de vrsis, de leonibus, de serpentibus. Muscas & ranas illis immisit, vt rebus vilissimis superbia domaretur. De hoc require supra, cap. animal.

(*Tom. VIII.*) BIBERE. Contra bibitores, super Psal. lxiij. sermone primo. In me psallebant qui bibebant vinum. Putatis hoc Christo tantummodo cõtigisse? Quotidie illi in membris eius contingit, quando forte necesse erit seruo Dei prohibere ebrietates & luxurias, in aliquo vel fundo, vel oppido, vbi non auditum fuerit verbum Dei: parum est quia cantant, insuper & in ipsum incipiunt cantare, à quo prohibentur cantare. Comparate nunc illius ieiuniũ, & illorum vinum. Et in me psallebant qui bibebant vinum: vinum erroris, vinum impietatis, vinum superbiæ. Require de hoc melius, cap. ebrietas, & c. vinum. Propter spiritualem sensum de veneno dicit, Lib. ij. de origine animæ contra Vincentium victorẽ, & est ad Petrum presbyterum circa finem. (*Cap. 16. Tom. VII.*) Prædixit Dominus de fidelibus suis, quod etsi moriferum quid biberint, nõ eis nocebit. Ac per hoc qui cum iudicio legunt, & approbant approbanda, & improbant improbanda, etiam si commendant memoriæ quæ improbanda dicuntur, nulla, licet venenata, sententiarũ prauitate læduntur. Oportet verò bibere calicem passionis & tribulationis Iesu Christi, su- (*Tom. XIII.*)

A per Psal. xcviij. Amarum poculum, prior medicus bibit, ne bibere timeret ægrotus. Declarat super Psal. xlviij. sermone primo. Docuit Christus bibere modo calicem amaritudinis, & postea accipere sempiternam salutẽ. Bibe ergo æger amarum calicem, vt sanus sis, cui non sunt viscera sana. Noli trepidare, quia ne trepidares prior bibit medicus, id est, passionis amaritudines, bibit prior Dominus. Bibit qui peccatum nõ habebat: qui quod in eo sanaretur non habebat. Bibe donec transeat amaritudo huius sæculi: & veniat sæculum vbi nullum scandalum, nulla ira, nulla tabes, nulla amaritudo, nulla febris, nullus dolor, nullus dolus, nullæ inimicitiæ, nulla senectus, nulla mors, nulla contentio. Labora hic, venturus ad finem laboris: labora, ne cum non vis B hîc laborare, venias ad finem vitæ, & nunquam venias ad finem laborum. In sermone ij. de accedentibus ad gratiam. Acetum bibit Christus, & vinum eructauit: maius hoc miraculum in passione fuit, quam quando de aqua vinum fecit. Tunc enim aquam cõuertit in vinum, nunc acetum vertit in sanguinem. A Iudæis enim inimicis amarum acetũ bibit, & eis credentibus, dulcem calicem sui sanguinis propinauit.

BLASPHEMIA. Lib. de moribus Manichæorum. Blasphemia est, cum aliqua verba non bona, dicũtur de bonis. Lib. contra mendacium aduersus Priscianistas. Peius est blasphemare, quam peierare, quoniam peierando falsæ rei adhibetur testis Deus: Blasphemando autem de ipso falsa dicuntur Deo. Tanto C est autem quisque inexcusabilior, siue periurus, siue blasphemus, quanto magis ea quæ in peierando vel blasphemando asserit, falsa nouit esse vel credit. Quisquis itaque dicit pro periclitantis hominis temporali salute vel vita esse mentiendum, nimis ipse ab itinere exorbitat æternæ salutis & vitæ, si dicit in ea causa etiam iurandum per Deum, vel etiam blasphemandum Deum.

BONITAS & bonum. Distinguitur bonum, Lib. ij. de libero arbitrio. Virtutes inquam quibus rectè viuitur, magna bona sunt. Species autem quorumlibet corporum, sine quibus viui non potest, minima bona sunt: potentiæ verò animæ, sine quibus rectè viui non potest, media bona sunt. Virtutibus nemo malè vtitur: cæteris autem bonis, id est, mediis & D minimis, non solum bene, sed etiam malè quis vti potest. Et ideo virtute nemo malè vtitur, quia opus virtutis est bonus vsus istorũ, quibus etiam nõ bene vti possũmus. Nemo autem aliquo bene vtendo, malè vtitur. Quare abundãtia & magnitudo bonitatis Dei, non solum magna, sed etiam media & minima bona præstitit. Et magis laudanda est bonitas eius in magnis, quam in mediis: & magis in mediis, quam in minimis bonis: & magis in omnibus, quam si non omnia tribuisset. De quibus ibidem. Maiora & minora bona non nisi ex Deo sunt. Ibidem. Maxima & minima bona sunt ab illo, à quo est omne bonum. Alia distinctio libro primo contra aduersa-

Cap. 4. & 5. Tom. VIII.

uersarium legis & prophetarum. Vnus atque idem Deus, est institutor cœli, & terræ, & stellarum, & herbarum. Quicquid mensura, forma, ordine suo, constat in cœlo & in terra, quicquid sentit in cœlo & in terra, quicquid intelligit in cœlo & in terra. Quæ non solum illi à quo sunt condita, sed nec inter se oportebat esse æqualia: & ideo sunt omnia.

Non omnia bona æqualia.

Nã si essent æqualia, vnũ genus bonorum esset, non omnia. Nunc verò ideo sunt omnia bona, quia sunt alia aliis meliora, & bonitas inferiorũ addidit laudibus meliorũ. Et in rerum bonarum inæqualitate, ipsa est iucunda gradatio vbi minorum comparatio, ampliorum est commendatio. Ea verò quæ dicuntur mala,

Mala quæ.

aut vitia sunt rerum bonarum, quæ omnino extra res bonas per se ipsa alicubi esse non possint: aut supplicia peccatorum, quæ de iustitiæ pulchritudine veniunt. Sed ipsa quoque vitia, testimonium perhibẽt bonitati naturarum. Quod enim malum est per vitium, profectò bonum est per naturam. Vitium quippe contra naturam est, quia naturæ nocet: nec noceret, nisi bonum eius minueret. Non ergo est malum, nisi priuatio boni. Ac per hoc nusquam est, nisi in re aliqua bona: & si non summè bona, quoniam summè bona, incommutabilis & immutabilis perseuerat, vt Deus est: non tamen nisi in bona: quoniam non nocet nisi minuendo quod bonum est. Ac per hoc bona sine malis esse possunt: sicut ipse Deus, & quæque superiora cœlestia: mala verò sine bonis esse non possunt.

Cap. 7. Tom. IX. Vtile bonũ.

Alia distinctio, Lib. de cognitione veræ vitæ. Substãtia mundi, in diuersa genera, & in differentes species diuiditur, & in his singulis bonum inuenitur. Omne enim vtile bonum: vniuersa quippe vtilia considerantur, & ideo singula bona comprobantur. Omne enim bonum, aut per se est bonum, aut per aliud. Sed diuersa bona participatiue vnius boni, bona esse necesse est. Diuersitas quippe recipit maius & minus. Nam quantum ad genus, lapis est minus bonum, qui tantum est, & non viuit: & lignum maius bonum, quod crescendo viuit: equus melius illo, qui viuit & sentit: homo illo præstantius, qui viuit, sentit, & ratione discernit. Restat igitur his, illud maximum & summum bonum, & hoc bonum est Deus: de quo quasi de fonte cuncta bona profluunt.

Cap. 9. Tom. VI. Bona expetẽda aut propter seipsa, aut propter aliud.

Alia distinctio, Libro de bono coniugali. Alia sunt bona, quæ propter se ipsa à Deo expetenda sunt, sicut est sapientia, salus, amicitia: & alia propter aliud sunt necessaria: sicut doctrina, cibus, potus, somnus, coniugium, concubitus. Horum enim quædam necessaria sunt propter sapientiam, sicut doctrina: quædam propter salutem, sicut cibus, potus, & somnus: quædam propter amicitiam, sicut nuptiæ, concubitus. Hinc enim subsistit propagatio generis humani, in quo societas amicabilis magnum est bonum. His itaque bonis, quæ propter aliud necessaria sunt, quando non ad hoc quis vtitur propter quod instituta sunt, peccat: aliàs veniali-

A ter, aliàs damnabiliter. Quisquis verò eis propter hoc vtitur, ꝓpter quod data sunt, bene facit. Cui igitur non sunt necessaria, si non eis vtitur, melius facit.

Tom. VIII

Alia distinctio, super Psal. cxxxiiij. Est bonum, alio bono bonum: & bonum, seipso bonum.

Bonũ seipso. Bonum ab alio.

Quàm ergo bonum est, à quo sunt omnia bona? Diuino nullum inuenies bonum, quod non ab illo sit bonum. Bonum bona faciens, sicuti est propriè, sic & bonum est propriè. Neque enim ea quæ fecit non sunt, aut iniuria illi fit, cum dicimus non esse quæ fecit. Ita enim ille est, vt in eius comparatione, ea quæ facta sunt, non sint illi comparanda, quoniam ab illo sunt: quia verum esse, incommutabile est, quod ille solus est. Est enim est, sicut bonorum bonum, bonum est. Si ergo quicquid a-

B liud laudamus, ideo laudamus quia bonum est: nulla tibi maior causa, & melior, & firmior dari potuit quare laudes Deum, nisi quia bonus est.

Tom. VI. A Deo omnia bona.

Ideo de bono increato & summo, Libro de natura boni, cap. primò. Summum bonum quo superius non est aliud Deus est: ac per hoc incommutabile bonum est, & ideo verè æternum & verè immortale. Cætera bona omnia, non nisi ab illo sunt, sed non de illo. De illo enim quod est, hoc est quod ipse est: ab illo autem quæ facta sunt, non sunt quod ipse. Ac per hoc si solus ille incommutabilis, omnia quæ fecit, quia ex nihilo fecit, mutabilia sunt, id est, ex eo quod omnino non est. Bona fecit magna, & parua, cœlestia & terrestria, spiritualia & corporalia.

Tom. V.

Lib. xj. de ciuitate Dei cap. x. Bonum

C solum simplex & incommutabile Deus est. Ab hoc bono creata sunt omnia bona, sed non simplicia, & ab hoc mutabilia. Creata sanè inquam, id est, facta non genita. Quod enim de simplici bono genitum est, pariter simplex est: & hoc est quod illud de quo genitum est, quæ duo patrem & filium dicimus, & vtrunque hoc cum spiritusancto, est vnus Deus. Libro xij. eiusdem, cap. j. Dicimus itaque immutabile bonum non esse, nisi vnum verum beatum Deum. Ea verò quæ fecit, bona quidem esse, quod ab illo, verumtamen mutabilia, quod non de illo, sed de nihilo facta sunt.

Tom. II. Epist. 56.

In epistola ad Dioscorum. Summum bonum id dicitur, quo cuncta referuntur. Eo enim fruendo quisque beatus est propter

D quod cætera vult habere: cum illud iam non propter aliud, sed propter seipsum diligatur. Et ideo finis ibi dicitur, quia iam quo excurrat & quo referatur non inuenitur.

Summum bonum.

Ibi requies appetendi, ibi fruendi securitas, ibi tranquillissimum gaudium optimæ voluntatis.

Cap. 5. Tom. IX.

Libro soliloquiorum ad Deum. Nihil bonum sine summo bono. Sed malum est, vbi non est illud bonum, quod est vtique nihil: quia nihil est aliud malum, quam priuatio boni: sicut nihil est aliud cæcitas, quam priuatio luminis.

Tom. III.

Libro viij. de trinitate, cap. iij. Bona est terra altitudine montium, temperamento collium, & planicie camporum: & bonum est prædium amœnum & fertile: &

Inferiora bona. bona domus paribus membris disposita, ampla, & lucida: & bona animalia, animata corpora: & bonus aer modestus & salubris: & bonus cibus suauis, atque aptus valetudini: & bona valetudo sine doloribus, & sine lassitudine: & bona facies hominis dimensa pariliter, & affecta hilariter, & luculenter colorata: & bonus animus amici consensionis dulcedine, & amoris fide: & bonus vir iustus: & bonæ diuitiæ, quia facile expediunt: & bonum cœlum cum sole, & luna, & stellis: & boni angeli sancta obedientia: & bona loquutio suauiter docens, & congruenter monens audientem: & bonum carmen, canorum, numeris & sententiis graue. Quid plura & plura? Bonũ hoc, & bonũ illud. Tolle hoc, & tolle illud, & vide ipsum bonum si potes, ita videbis Deum, alio bono bonum, sed bonum omnis boni. Neque enim in his omnibus bonis, vel quæ commemoraui, vel quæ alia cernuntur, siue cogitantur, diceremus aliud alio melius cum verè iudicamus, nisi esset nobis impressa notio ipsius boni, secundum quod & probaremus aliquid, & aliud alij præponeremus. Sic amandus est Deus, non hoc & illud bonum, sed ipsum bonum. Ibidem. Nulla essent mutabilia bona, nisi esset incommutabile bonum, & hoc bonum. Cum itaque audis illud, quæ possunt aliàs dici etiam non bona, si potueris sine illis, quæ participatione boni bona sunt, perspicere ipsum bonum cuius participatione bona sunt, simul enim & ipsum intelligis cum audis hoc aut illud bonum. Si ergo potueris, illis detractis, per seipsum perspicere bonum, perspexeris Deum. *Cap. 5. Tom. eod.* Libro xj. eiusdem. Quicquid est, pro suo genere ac pro suo modulo habet similitudinem Dei. Quandoquidem fecit omnia bona valdè, non ob aliud nisi quia ipse summè bonus est. In quantum ergo bonum est quicquid est, in tantum, scilicet, quamuis longe distantem, habet tamen nonnullam similitudinem summi boni: & si naturalem, vtiq; rectam & ordinatam: si autem vitiosam, vtique turpem atque peruersam. Nam & animæ in ipsis peccatis suis, non nisi quandam similitudinem Dei, superba & præpostera, & (vt ita dicam) seruili libertate, sectantur. Ita vt nec primis parentibus nostris persuaderi peccatum posset, nisi diceretur. Eritis sicut Dij. Non sanè omne quod in creaturis aliquo modo simile est Deo, etiã eius imago dicenda est: sed illa sola, qua superior, ipse solus est. *Tom. VIII. Psal. 101.* Super Psal. Cum audis bonum & anhelas & suspiras, & hoc ipsum quod fortè peccas, eligendi boni auiditate falleris: & in eo reus detineris, quòd bonum consilium Dei non audis, quid cõtẽnendũ & quid eligẽdũ sit. Quod fortè negligis dicere, siue eligẽdo bono falleris. Vbicunq; peccas, quasi bonum quęris, quasi refectionẽ desideras. Bona sunt ista quæ quæris, sed mala tibi erũt deserto illo à quo bona facta sunt. Bonũ tuum quære ô anima. Nemo bonus nisi vnus Deus. Summum bonum hoc est, tuum bonum. *Manca bona sine summo bono.*

A Quid ergo deest, cui summum bonum, bonum est? Sunt enim & inferiora bona, quę aliis & aliis bona sunt. Pecori quid bonum est, nisi implere ventrem, carere indigentia, viuere, sanum esse, generare? Talia si quæris, dat Deus. Sed noli hæc sola quærere. Cohæres Christi, quid gaudes quia socius es pecori? Erige spem tuam ad bonũ bonorum omnium. Ipse erit bonum tuum, à quo tu in tuo genere factus es bonus, & omnia in suo genere bona facta sunt. In principio libri de salutaribus documentis. Perfectissima atque plenissima iustitia, est Deum ex toto corde amare, illique adhærere tota voluntate, qui est summũ bonum. Summum verò amare bonum, summa beatitudo est. Qui Deum amat bonus est: si bonus, ergo & beatus. Quem quanto quis ardentius amat, tanto melior efficitur. B Lib. ij. de libero arbitrio. Summum bonum est illud, quo adepto, potest fieri homo beatus. Libro de moribus Ecclesiæ, cap. viij. Deus nobis est summum bonum: neque infra remanendum nobis est, neque vltra quærendum: alterum enim periculosum, alterum nullum est. Lib. de moribus Manichæorum, cap. iij. Non aliter est summum bonum, nisi quo nihil est melius. Eodem. Summum bonum omnino & quomodo esse aut cogitari melius nihil possit, aut intelligendus, aut credendus est Deus, si blasphemia carere non cogitamus. Libro lxxxiij. quæstionũ, quæstione xxiiij. Summum bonũ est illud, cuius participatione sunt cætera bona. Eodem libro. Nullum bonum perfectè noscitur: quod non perfectè amatur. C Ideo lib. ij. de libero arbitrio. Nulla alia est sapientia nisi veritas: in qua cernitur & tenetur summum bonum. Quid finis boni, require supra, cap. beatus, & li. viij. de ciuitate Dei, cap. iij. Finis boni appellatur, quo quis cum peruenerit beatus est. Lib. xix. eiusdem, cap. iiij. Si interrogetur à nobis ciuitas Dei, de finibus bonorum & malorum, respondebitur. Aeternã vitam esse summum bonum, æternam verò mortem esse summum malum: pro illa adipiscenda, istáq; vitanda, rectè nobis esse viuendum. Illi autem qui in ista vita fines bonorum & malorum esse putauerunt, siue in voluptate, siue in virtute, siue in quiete, siue in vtrisque: hinc beati esse, & à seipsis beati fieri mira vanitate voluerũt. Irrisi sunt à veritate per prophetam dicentem, Dominus nouit cogitationes hominũ quoniam vanæ sunt. D Vnde de bono beatitudinis li. meditationũ. Cur per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ & corporis? Ama vnum bonum in quo sunt omnia bona, & sufficit: desidera simplex bonum quod est omne bonum, & satis est. Quid enim amas caro, quid desideras anima? Ibi est quicquid amas, quicquid desideras. Si delectat pulchritudo, fulgebũt iusti sicut sol. Si velocitas, aut fortitudo corporis, aut libertas corporis, cui nihil obsistere possit, erunt similes Angelis Dei: quia seminatur corpus animale, & surget corpus spirituale: potestate vtique, non natura. Si

longa

Dotes beatitudinis.

longa & salubris vita, ibidem sana æternitas & æterna sanitas: quia iusti in perpetuum viuent, & salus iustorum à Domino. Si satietas, satiabuntur cum apparuerit gloria Domini. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus Dei. Si melodia, ibi Angeli concinunt sine fine Domino. Si quælibet non immunda sed munda voluptas, torrente voluptatis suæ potabit eos Dominus. Si sapientia, ibi Dei sapientia ostendet seipsam sapientiã illis. Si amicitia, diligent Deũ plus quam seipsos, & inuicem tanquam seipsos, & Deus illos, plus quam illi seipsos: quia illi illũ, & se & inuicem per illum, & ille se & illos propter seipsum. Si concordia, omnibus illis erit vna voluntas. Si potestas, omnipotentes erunt voluntatis suæ, vt Deus suæ. Nam vt poterit Deus quod volet per seipsum, ita poterunt illi quod volent per illum: quia sicut isti non aliud volent quàm ille volet, ita ille volet quicquid illi volent, & quod ipse volet non poterit non esse. Si honor & diuitiæ desiderantur, Deus seruos suos bonos & fideles supra multa constituet, imo filij Dei & Dij vocabuntur: & vbi erit filius Dei, erunt & illi: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Si vera securitas, certè ita certi erunt nunquam vllatenus illud bonum sibi defuturum, sicut & certi erunt se non sua sponte illud amissuros, nec dilectorem Deum dilectoribus suis inuitis illud ablaturum, nec aliquid Deo potentius Deum & illos separaturum. Gaudium verò quale aut quantum est, vbi tale ac tantũ bonum est? Cor humanum, cor indigens, cor expertum ærumnas, imo obrutum ærumnis, quantum gauderes si his omnibus abundares? Interroga intima tua, si capere possunt gaudium suum de tanta beatitudine sua. Probat hoc ibidem. Cogita quantum potes, quale est & quantum illud bonum: si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intimè quam delectabile sit illud bonum, quod iucunditatem continet omniũ bonorum. Et non qualem in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt creator, à creatura. Si enim bona est vita creata, quam bona est vita creatrix? Si bona est & iucunda salus facta, quam iucunda est salus quæ facit omnem salutem? Si amabilis est sapientia in cognitione rerum conditarum, quam amabilis illa quæ omnia condidit ex nihilo. Denique si multæ & magnæ delectationes in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in eo qui fecit ipsa delectabilia? Libro de symbolo, tractatu iij. Quid sit autem illud bonum, quod promittit Deus sanctis suis, quis explicet verbis? Facilius tamen possumus dicere in illa vita æterna quid ibi non sit, quã quid ibi sit. Non est ibi mors, nõ est ibi luctus, nõ est ibi lassitudo, nõ est ibi infirmitas, non est fames, nulla est sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla discordia, nulla tristitia. Ecce diximus quid ibi non sit. Quid autem ibi sit vultis nosse? Hoc nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Super Psal. xxvj. Credo videre bona Domini in terra viuen-

Mat.24. Rom.8. Cap.33. Cap.34. Cap.11. Tom.IX. Isai.64. 1.Cor.2. Tom.VIII. Enarrat.2.

A tium. O bona Domini dulcia, immortalia, incomparabilia, sempiterna, incommutabilia, & quando vos videbo? O bona Domini credo videre, sed non in terra morientium. Credo videre bona Domini, in terra viuentium. Eruet me Dominus à terra morientiũ, qui propter me dignatus est suscipere terrã morientiũ. Ibidẽ. Si vos delectant bona ista quæ bona appellantur, si vos delectant bona quæ non sunt per se bona: omnia enim mutabilia, non per se bona sunt: Qualis erit contemplatio incommutabilis boni æterni semper eodem modo manentis? Quandoquidem ista quæ dicuntur bona, nullo pacto nos delectarent, nisi ab illo essent bona, qui simpliciter bonus est. De isto bono beatitudinis, require supra vbi beatitudo & beatus, & vbi

B requiritur ibi. Et quia ad illud peruenitur virtute: Ideo de bono virtutis, Libro secundo de libero arbitrio. Animi affectio inhærentis incommutabili bono proprium & primum est hominis bonum. In eo etiam sunt virtutes omnes, quibus malè vti nemo potest. Ideo libro tertio de academicis. In mente arbitror esse summum bonum hominis. Sed vt dicit libro primo de verbis Domini, sermone xij. Quid homines mussitant inter se, vel contendunt dicentes. Quid est bonum? O si scires, quid est bonum. Quod habere vis non est valdè bonum, quod esse non vis, hoc est bonum. Vis enim habere sanitatem corporis, bonum est: nec tamen putes magnum bonum esse, quod habet & malus. Aurum & argentum habere vis, & hoc di-

C co bonum, sed si bene vsus fueris: bene autem non vteris, si malus fueris. Ac per hoc malis malum est aurum & argentum, & bonis bonum: non quia eos bonos facit, sed quia bonos inuenit, in vsum bonum conuertitur. Honorem habere vis, bonum est: sed si bene vtaris. Quam multis honor occasio exitij fuit, & quam multis ministerium boni operis fuit? Discernamus ergo bona ista si possumus. Et hîc nihil est quod sic quisque cogitare debeat, nisi vt in semetipsum oculos conuertat, vt in se discat, se discutiat, se inspiciat, se quærat, & se inueniat, & quod displicet necet, & quod placet optet & plantet. Cum enim se homo inanem inuenerit meliorum bonorum, vt quid est auidus exteriorum bonorum? Ecce quid prodest plena bonis arca,

D & inanis conscientia? Bona vis habere, & bonus non vis esse. Non vides erubescere te debere de bonis tuis, si domus tua plena est bonis, & te habet malum? Quid est enim quod malum vis habere? Nihil omnino. Non vxorem, non filium, non filiam, non seruum, non ancillam, non tunicam, postremo non caligam. Et tamen vis habere malam vitam. Rogo te præpone vitam tuam caligæ tuæ. Omnia quæ circa iacent oculis tuis, elegãtia, & pulchra tibi & chara sunt: & tibi ipse vilis es, ac fœdus. Si possent tibi respondere bona quibus plena est domus tua, quæ habere optasti, quæ perdere timuisti, nonne tibi clamarent. Sicut tu nos bona vis habere, sic &

Terrã viuentium. Enarr. ead. Cap.19. Tom.I. Tom.ead. Tom.X. Cætera bona velle, vitam autẽ malam, quæ insania?

nos volumus te dominum habere bonum. Tacita voce interpellant contra te Dominum tuum. Ecce tanta bona dedisti huic, & ipse malus est. Quid ei prodest quod habet, quando eum qui omnia dedit non habet? Sed forte compunctus his verbis quærit aliquis, quærit quid sit bonum, quale bonum, vnde bonum? Respondebo & dicam. Hoc est bonum quod non potes inuitus amittere. Potes autem aurum perdere, & nolens: potes perdere domum, honores, & ipsam casu, salutem. Bonum verò quo bonus es, nec inuitus accipis, nec inuitus amittis. Hoc est Christus & iustitia eius: vt audiatur præceptor iustitiæ, ne patiatur vltorem iniustitiæ.

Tom. VIII. Ideo super Psal. cxxviij. Iam non nouimus malum nisi offendere Deũ, & non perduci ad illa quæ promisit. Nec nouimus bonum, nisi promereri Deum, & perduci ad illa quæ promisit. Quid bona mũdi huius, & mala? Indifferenter habeamus ea quia iam suscepti ab vtero matris nostræ ea habentes, dicimus. Sicut tenebrę eius, ita & lumen eius.

Prospera & aduersa nos nec miseros faciunt nec beatos. Nec fœlicitas huius sæculi facit nos beatos, nec aduersitas miseros. Opus est iustitiam tenere, fidem diligere, sperare in Deo, diligere Deum, diligere proximum. Post istos labores habebimus indefessam lucem, habebimus diem sine occasu.

Tom. VIII. Super Psalmum quartum. Vnusquisque id vult bonum à Deo impetrare quod diligit: nec inueniuntur qui diligant bona interiora, id est, ad interiorem hominem pertinentia, quæ sola diligenda sunt: cæteris autem ad necessitatem vtendum, non ad gaudium perfruendum.

Cap. 34. Tom. I. Verùm vt dicit libro de quantitate animæ. Hoc ipsum bonũ quod agimus, Deũ per nos agere intelligamus: neq; quid nobis proprium, nobis vendicemus inanis gloriæ cupiditate decepti, quo vno malo à summo in ima demergimur. Neque vitiis oppressos sed ipsa vitia: nec peccatores, sed ipsa peccata oderimus. Omnibus enim subuentum velle debemus, etiam iis qui nos læserunt, aut lædere, aut omnino lædi volunt.

Tom. VIII. Super Psal. centesimum quadragesimum tertium. Vidi & inspexi opera tua, quia nihil boni in nobis esse potest, nisi abs te fiat qui nos fecisti.

Tom. II. Epist 130. In epistola ad Cirtenses. Si quid in nobis laudabile sit, non à nobis, sed ab illo factum est, qui facit mirabilia solus. Multo enim alacrius debemus accurrere ad spectanda opera Diuina quam nostra, quia & nos si quid boni sumus, opus illius, non hominum sumus.

Cap. 12. Tom. VI. De bono verò temporali & dato, Libr. vigesimo secundo contra Faustum. Vidit Deus bona quæ fecit, id est, approbat opera sua, quia placent ei quæ fecit, & hoc est videre quia bona sunt. Non enim aliquid inuitus facere cogitur, vt quod ei non placet, faciat: aut in aliquid faciendum imprudens labitur, vt factũ esse displiceat.

Cap. 24. Tom. III. Lib. iij. super Genes. cap. vlt. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Nam singula bona sunt, & in vniuerso omnia valdè bona sunt. Non enim frustra est additum, valde, quia & corporis membra, etiam si singula pulchra sunt, multo sunt tamen vniuersi corporis compage omnia pulchriora. Quia oculum, verbi gratia, placitum atque laudatum, tamen si separatum à corpore videremus, non diceremus tam pulchrum, quam in illa connexione membrorum, cum suo loco positus, in vniuerso corpore cerneretur. Ea verò quæ peccando amittunt decus proprium, nullo modo tamen efficiunt, vt non etiam ipsa rectè ordinata, cum toto atque vniuerso bona sint.

Libro decimotertio de ciuitate Dei. Temporales pœnas soli mali deputant malas, quæ non faciunt malos: nec erubescunt inter bona quæ laudant, ipsi mali esse qui laudant: magísque stomachantur si villam malam habeant, quàm si vitam: quasi hoc sit maximum bonum, habere bona omnia præter seipsum.

Ideo libro vigesimo eiusdem, cap. secundo. Nunc mala æquo animo ferre discimus, quæ patiuntur & boni: & bona non magni pendere, quæ adipiscuntur & mali: ac per hoc etiam in his rebus, in quibus non apparet Diuina iustitia, salutaris est Diuina doctrina. Nescimus enim quo iudicio Dei bonus ille sit pauper, malus ille sit diues.

Ibidem. Quamuis ergo nesciamus, quo iudicio Deus ista vel faciat, vel fieri sinat, apud quem tamen summa virtus est, & summa sapientia, summáque iustitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas: salubriter tamen discimus non magni pendere seu bona seu mala, quæ videmus esse bonis malísque communia: & illa bona quærere, quæ solum sunt bonorum: atque illa mala fugere, quæ propriè sunt malorum.

Libro vigesimosecundo eiusdem. Considerandum qualibus & quam multis impleuerit bonis hanc ipsam miseriam generis humani, eius bonitas, qui cũcta creauit, & administrat: post benedictionem quam protulerat ante peccatum, dicens. Crescite, & multiplicamini, & replete terram: nec post peccatum voluit inhibere, mansitq; in stirpe damnata, donata fœcunditas: nec illam vim mirabilem seminum, imo etiam mirabiliorem qua efficiuntur & semina, indita corporibus humanis, & quodammodo intextã, vitium peccati potuit auferre, quo nobis impacta est etiã necessitas mortis: sed vtrũque simul currit, isto quasi fluuio atq; torrente generis humani: malũ quod à parente trahitur, & bonũ quod à creãte tribuitur.

De bono corporis, lib. j. eiusdé, c. xviij. Bona corporis sunt vires, pulchritudo, sana integráq; valetudo. Quæ bona etiam si minuantur, bonã iustámque vitam non minuunt.

Lib. de correptione & gratia ad Valentinum. Celeritates, vires, bonæ valetudines & pulchritudines corporum, ingenia mirabilia, & multarum artium capaces naturæ mentium, vel quæ accedunt extrinsecus, vt est opulentia, nobilitas, honores & cætera huiusmodi quæ quisque vt habeat non nisi in Dei potestate est.

De bonis temporalibus bonum fieri potest. In sermone ij. de letaniis. Bonæ sunt diuitiæ, in quibus homines extolluntur, magis amantes vestem fulgentem, quàm cogitantes communem

vitam

vitam. Hæc bona sunt, sed bonos facere non possunt. Est enim bonum, quod facit te bonum: & est bonum, vnde facias bonum. Bonum quod te facit bonum, Deus est. Non enim facit hominem bonum, nisi ille qui semper est bonus. Bonū vnde facias bonum, est aurum, & argentum, & quicquid habueris: bonum enim est, sed non te facit bonum, sed est vnde facias bonum. Quod bonū? Audi psalmum. Dispersit dedit pauperibus, &c. Hoc est bonum, quia dedisti: & bonus, quia iustus fuisti. Ex istis bonis temporalibus, considerantur cœlestia. Libro soliloquiorum ad Deum. *Cap. 20. Tom. IX.* Ex visibilibus his, tua inuisibilia comprehendimus Domine Deus creator noster. Si enim mihi Domine pro hoc corpore ignobili & corruptibili, tam magna & innumera beneficia præstas, à cœlo & aëre, à terra & mari, luce & tenebris, calore & vmbra, rore & imbre, ventis & pluuiis, volucribus & piscibus, bestiis & arboribus: & multiplicitate herbarum & germinum terræ, & cunctarum creaturarum tuarum, ministerio nobis successiuè per sua tempora ministrantium, vt alleues fastidium nostrum: qualia quæso, & quàm magna & innumerabilia erūt illa bona, quæ præparasti diligentibus te, in illa cœlesti patria, vbi te videbimus facie ad faciem? Si tanta facis nobis in carcere, quid ages in palatio? Magna & innumerabilia sunt opera tua Domine. Cum sint enim hæc omnia valdè bona & delectabilia, quæ bonis pariter & malis communia tradidisti, qualia futura sunt illa, quæ solis bonis recondidisti? Si tam innumera & varia dona tua, quæ nunc amicis pariter tribuis & inimicis, quam magna & innumerabilia, quam dulcia, & delectabilia, quæ solis tuis es largiturus amicis? Si tanta solatia in hac die lachrymarum, quanta confers in die nuptiarum? si tanta delectabilia continet carcer, quanta quæso continet patria? O Deus non videt oculus absq; te, quæ præparasti diligētibus te. Secundū enim magnam multitudinē magnificētię tuæ, est & multitudo magna dulcedinis tuæ, quam abscondisti diligentibus te. Magnus enim tu es domine Deus meus & immensus, nec est finis magnitudinis tuæ: nec est numerus sapientiæ tuæ: nec est mensura benignitatis tuæ: nec est finis seu numerus, neque mensura retributionis tuæ. Sed sicut magnus es tu, magna sunt donaria tua: quoniam tu ipse præmium & donum omnium legitimorum pugnatorum tuorum.

Largitas pręsentis superabundātiam futuri arguit.

BONVS. Bonus est Deus solus, vt patet in præcedenti capit. Libro de fide ad Petrum, parte prima. *Cap. 4. Tom. III.* Deus summè bonus, dedit omnibus naturis quas fecit, vt bonæ sint: nō tamē tantū bonæ, quātum creator omniū bonorum: qui non solum summè bonus est, sed etiam summum atque incommutabile bonum est: nullum habens defectum, quia non ex nihilo factum est: nullum habens profectum, quia non habet initium. Ideo quippe naturæ à Deo factæ proficere possunt, quia esse cœperunt: ideo deficere, quia de nihilo factæ sunt. Ad defectum eas cōditio ducit originis, ad profectū verò prouehit operatio creatoris. Libro de perfectione iustitiæ hominis, cap. xxiiij. *Tom. VII. Mar. 10.* Dictum est, nemo bonus, nisi vnus Deus. Siue quia omnia quæ creata sunt, quāuis ea Deus fecerit, bona valde, creatori tamen comparata, nec bona sunt: cui comparata, nec sunt. Altissimè quippe & proprio modo, quemadmodum de seipso dixit. Ego sum qui sum. *Exod. 3.* Sicut dictum est. Nemo bonus nisi vnus Deus. Quemadmodum de Ioanne dictum est: nō erat ille lux: *Io. 1.* cum Dominus dicat, eum esse lucernam. Sicut discipuli, quibus dixit. Vos estis lux mundi: & nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio: *Mat. 5.* sed in comparatione luminis illius, quod est lumen verum illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum: non erat ille lumen. *Deus solus bonus.* Et ipsi discipuli filio Dei comparati, & si ipsi essent quales in illa perfectione æterna futuri sunt, ita & boni sunt, vt adhuc & mali sint. Quod de illis dicere nō auderem. Quis enim audeat dicere malos esse, quorū pater est Deus, nisi ipse Dominus diceret. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester? Filios Dei iam monstrauit, quos tamen adhuc malos esse non tacuit. Super psal. cxxxiiij. *Tom. VIII.* Intelligas Deum propriè bonum, à quo sunt cætera bona. Alia enim bona ipse fecit, ipse est bonus quem nemo fecit. Ille bono suo bonus est, non aliunde participato bono. Ille seipso bono bonus est, non adhærēdo alteri bono, qui non eguit à quo fieret bonus, sed eguerunt illo cætera, vt fierent bona. Ibidem. Sic bonus est Deus, vt istis non indigeat quo sit bonus. Denique ista non laudo sine illo: illum autem sine istis perfectum, non indigum, incommutabilem, nullius bonum quærentem quo augeatur, nullius malum timentem, quo minuatur inuenio. Ibidē. Ipse est bonum omnium bonorum, bonum à quo sunt omnia bona, bonum sine quo nihil est bonum, & bonum quod sine cæteris bonum est.

Ideo super psalmum septuagesimum, sermone secundo. Si deus est bonus, & summè bonus, & de se sibi bonus, & nullo alieno bono bonus, & ipse nostrum summum bonum: recedendo inde quid eris nisi malus? Item si ipse est beatitudo nostra, quid erit recedenti, nisi miseria? Vnde super psalmum cētesimum decimum septimum. *Tom. eod.* Vt laudemus Deum, non potuit laus Dei breuius explicari, quam vt diceretur. Quoniam bonus. Quid sit grandius ista breuitate non video, cum ita sit proprium Deo quod bonus est, vt à quodam cum collaudabatur ipse filius Dei, cum audiret magister bone: ab eo, scilicet qui carnem eius intuens, & Diuinitatis plenitudinem non intelligens, solum hominem arbitrabatur: responderet. Quid me interrogas de bono? Nemo bonus nisi vnus Deus. *Marc. 10.* Quod quid est aliud dicere, quam si me bonum vis appellare, intellige & Deum. De homine verò bono quem bonum est diligere, in epistola ad Antoninum. *Tom. II. Epist. 126.* Tibi prodest diligere bonitatem, quam profecto diligit qui eum diligit quem credit bonum, siue ille se ita, siue aliter quam creditur, ha-

beat. vnus tamen in hac re cauendus est error, ne quisque non de homine, sed de ipso hominis bono aliter sentiat, quã veritas postulat. Quis bonus, in epistola secunda, ad Macedonium. Nullus est in hac vita sine peccato aliquo: sed eum dicimus bonũ, cuius præualent bona: eúmque optimum, qui peccat minimum. Ideo super psalm. vigesimum quintum. Quisquis malus est, non putet neminem bonum esse: & quisquis bonus est, non putet se solum bonum esse. Non debet de se præsumere, ibidem. Ex ipso bono meo, non de me præsumam, sed de te qui dedisti: nec laudari velim de me in me, sed de te in te: vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrem mirabilia tua.

Tom. II. Epist. 54.

In præfat. 2. expo. Psal. Tom. VIII. In 2. Enar. Psal. eiusdẽ.

Vnde malus, & vnde, ac quomodo bonus, Libro primo de verbis Domini, sermone quinto. Fecit Deus hominem rectum, arbitrio autem nostro, facti sumus mali. Potuimus esse ex bonis mali, & poterimus esse ex malis boni. Nemo tamen malus facit bonũ, sed qui semper est bonus, ipse facit ex malo bonum: quia ipse homo voluntate sua, se sanare non potuit. Bona temporalia, corporalia, & carnalia, bona quidem sunt, bona sunt & ipsæ diuitiæ, in quibus homines extolluntur, & pares suos alios non agnoscunt: in quibus, inquam, homines extolluntur: magis amantes vestem fulgentem, quam cogitantes communem cutem, bonæ sunt. Sed ista bona à bonis & malis haberi possunt: & cum bona sint, bonos tamen facere non possunt. Est ergo bonum quod faciat te bonum, & est bonum vnde facias bonum. Bonum quod facit bonum, Deus est. Non enim facit hominem bonum, nisi ille qui semper est bonus. Ergo vt sis bonus, Deum voca. Aliud autem bonum est, vnde facias bonum, id est, quicquid habueris. Habes ergo aurum, bonum est: habes, non vnde sis bonus, sed vnde facias bonum, scilicet iustitiam. Audi psalmum. Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in sæculum sæculi. hoc est bonum vnde sis bonus iustitia, si habes bonum vnde sis bonus. Fac bonum de bono, vnde non es bonus. Habes pecuniam, eroga: erogando pecuniam, auges iustitiã. Dispersit enim dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Vide quid minuatur, & quid augeatur. Minuitur pecunia, augetur iustitia. Illud minuitur quod eras dimissurus, illud minuitur quod eras relicturus. Illud augetur, quod in æternum es possessurus. Consilium do lucrorum, disce mercari. Laudas enim mercatorem qui vendit plumbum, & acquirit aurum: & non laudas mercatorem qui erogat pecuniã, & acquirit iustitiam? Ideo consulit, Libro quinquagesimo, Homil. vigesima quinta, versus finem. Hæc est erogatio mea. Qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Malus fuit heri, & non est mortuus. Viuit hodie: prosit illi quod viuit, vt non malè viuat. Quare diei crastino, hodiernum vult addere malum? Longam vitam vis habere, bonam non vis. Quis longum ferat malum vel prandium? Vsqueadeo cæcitas mentis occuluit, vsqueadeo surdus est homo interior, vt omnia bona velit habere præter ipsum? Villam vis habere. Nego te habere velle malam villam. Vxorem vis habere? non vis nisi bonam. Domum, non nisi bonam. Quid curram per singula? Caligam non vis habere malam, & vis habere vitam malam. Quid si tibi plus noceat mala caliga, quam vita mala? Cum tibi caliga mala & constricta nocuerit, sedens discalcians te, abiicis, aut corrigis, aut mutas, ne digitum lædas: & calcias te mala vita qua animam perdis? Muta vitam, ne animam perdas. Sed plane hoc video vnde fallaris. Caliga nocens dolorem facit, vita nocens voluptatem. Illud nocet, illud libet. Sed quod ad tempus libet, postea peius dolet. Quod autem ad tempus salubriter dolet, postea in infinita voluptate & abundanti gaudio lætificat, secundum illud quod scriptum est. Qui seminant in lachrimis, in exultatione metent. Hæc diligentius attendentes, cogitemus illud, quod de luxuria ac voluptate scriptum est. Ad tempus, inquit, indulcat fauces, postea felle amarior inuenitur. De bonorum afflictione, Require supra capit. afflictio. & capit. aduersitas. super psalmum nonagesimum primum. Boni laborant, quia † flagellantur vt filij, mali exultant quia damnantur vt alieni. Vnde libro de vita Christiana. Dicet aliquis. Quid est quod videmus bonos etiam perire cum malis? Illi non pereunt, sed euadunt: qui de malorum consortio & persequutoribus liberantur, & ad requiem transferuntur. Illi planè moriuntur & pereunt, quos de hoc mundo recedentes, maioris adhuc iudicij supplicium expectat & pœna. Vocantur enim ante tempus boni, ne diutius vexentur à noxiis. Mali verò & impij tolluntur, ne bonos diutius persequantur. Iusti de pressuris, tribulationibúsque, & angustiis vocantur ad requiem: iniqui verò de luxuriosis operibus & delitiis, rapiuntur ad pœnam. Illi enim vadunt vt iudicent, isti vt iudicentur. Illi vt vindicentur, isti vt in eos vindicta celebretur. sicut scriptum est. Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. & iterum, Viuẽs inter peccatores translatus est. Et iterum, placita enim erat Deo anima eius, & ideo properauit de medio iniquitatis eripere illum. Et iterum, Cum impij † eunt ad mortem, illi autem sunt in pace. vides ergo, hanc solutionem corporis iustis & Dei cultoribus, requiem esse, non pœnam: & cum dissoluuntur liberari eos potius quam perire. & idcirco ipsam solutionem, qui fideles sunt, non timent, nec verentur, sed venire magis desiderant & exoptant: per quam sibi requiem intelligunt exhiberi non pœnam. Iniqui verò & impij, & suorũ scelerum conscij, eam meritò naturali prouidentia pertimescunt, per quã se non nesciunt iudicari. Quapropter hac ratione reddita & accepta, nõ oportet nos omnino peccare: præsertim cũ non ignoremus peccatoribus iudicium, & in præsenti esse: & in futuro seruari. In occulto sunt boni, Lib. de vera innocẽtia. Boni latent, quia bonũ ipsorũ in occulto est, inuisibile enim est, nec corporale quod diligunt: & tam merita eorũ in occulto sunt

Tom. X.

Bonum bonos faciens.

Psal. 111.

Tom. eod.

sunt constituta, quàm præmia.

Tract. 10. Tom. IX. BOs. Super Ioannem. Per boues intelliguntur, qui nobis sacras scripturas dispensauerunt. Boues erant Apostoli, boues erant Prophetæ.

Tract. 53. Tom. eod. BRACHIVM. Super Ioannem. Brachium Domini filius nuncupatur, non quod Deus pater figura determinetur carnis humanæ, eíque filius tanquam membrum corporis inhæreat: Sed quia omnia per ipsum facta sunt, ideo brachium Domini dictum est. *Io. 1.* Sicut enim per tuum brachium operaris: sic Dei brachium dictum est, eius verbum, quia per verbum operatus est mundum. *Tom. IIII.* Libro de essentia diuinitatis, & de inuisibilitate atque incommutabilitate Dei. Brachiũ est filius Dei, sicut in Ieremia dicitur. *Iere. 32. d.* In manu potenti, & brachio extento. Idcirco dicitur brachium, quia omnis creatura electa ab ipsa continetur. Ibidem. Brachia Dei patris filius eius & spiritus sanctus. vnde Isaias. *Isai. 51. b.* Brachia mea populos iudicabunt.

Conc. 3. de vlt. part. Psal. Tom. VIII. CADERE. Super psal. xxx. in expositione iij. Illi sunt q. malè cadunt, qui spem suam in hoc sæculo ponunt. Aufertur quod nitebat foris, nihil remanet intus nisi fumus malæ conscientiæ. Vnde se consolentur non habent, non habent quò foras exeant: non habent quo intro redeant: deserti pompa sæculari, inanes gratia spirituali, verè humiliantur. Et multis facit Deus ista in isto tempore, sed non omnibus. Si enim nemini faceret, quasi non videretur vigilare diuina prouidentia: si omnibus faceret, non seruaretur Diuina patientia. *Tom. VIII.* Quia vt dicit super psal. cxvij. Nullus quippe in certamine cadit, nisi cuius fortitudo & laudatio cadit: Quapropter cuius fortitudo & laudatio est Dominus, tam non cadit, quàm non cadit Dominus. *Cap. 21. Tom. V.* Libro xx. de ciuitate Dei. A cadendo, appellata sunt cadauera. Et quia cecidimus, ideo descendit Christus, in sermone primo de purificatione virginis. Homo cecidit, sed Deus descendit. Cecidit homo miserabiliter, descendit Deus misericorditer. Cecidit homo per superbiam, descendit Deus † cum gratia. Require infra calcaneum.

† Aliàs per humilitatẽ.

Cap. 3. Tom. IX. CAIN. De quo, Require supra in Abel, Libello de quarta feria. Dixit Dominus ad Cain. Vbi est Abel frater tuus? Quæ vox non est ignorantis, sed peccatum ante oculos scelerati ponentis: vt inexcusabilis sit omnis homo, qui admonitus non pœnitere vult in malo. Vbi est Abel frater tuus? Hoc fuit dicere ei. Agnosce Cain id me non potuisse latere, id quod me putasti posse latere. Agnosce quid feceris de proximo: age pœnitentiam, vt possis accipere indulgentiam. *Tom. VI.* De eius pœna, Libro contra Adimantum discipu-

A lum Manichæi, capite quarto. Quid congruentius, quàm vt illum, cuius erat scelere frater occisus, etiam in terra laborantem sterilitas sequeretur: illis autem, per quorum ministerium in prædicando Dei verbo fratres liberabantur: etiam de crastino minimè cogitantibus fructuosa terra seruiret?

CALCANEVM. Super psalm. quadragesimũ octauũ, sermone primo. *Tom. VIII.* A Deo dictum est serpenti. Ipsa tuum obseruabit caput, & tu illius obseruabis calcaneum. *Gen. 3.* Diabolus enim obseruat calcaneum tuum quando labaris, vt deiiciat. Tu verò obserua caput illius, id est, initium malæ suggestionis. Quando incipit malè suggerere, tunc repelle à te, antequam surgat delectatio, & fiat assensio: & B tunc tu vitabis caput eius, & non apprehendet ille calcaneum tuum. Super psal. centesimum tertium, sermone quarto. *Gen. 3. Tom. eod.* Ipsa tuum obseruabit caput, & tu eius calcaneum. Caput serpentis, prima peccati suggestio est. Venit tibi in mentem tuam quid illicitum, noli consentire. Hoc quod venit in mentem, caput serpentis est. Caput calca, & euades cæteros motus, id est, ipsam suggestionem contemne. Sicut si lucrum suggessit magnum, ibi, inquit, lucrum est magnum, ibi aurum est, si hanc fraudem feceris, diues eris. Caput serpentis est: calca, id est, contemne quod suggessit. Sed si magnum aurum suggessit. Et quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? *Mat. 16.* Pereat mundi lucrum, ne fiat animæ damnum. Hæc di- C cens, obseruasti caput serpentis, & calcasti. Ille autem diabolus calcaneum tuum obseruat, id est, quando labaris à via Dei. Tu obseruas primam suggestionem, ille obseruat lapsum tuum. Si enim lapsus fueris, cades: si cecideris, possidebit. Vt autem non cadas, noli exire de via. Christus est tibi via.

CALCIAMENTVM. Libro de essentia diuinitatis Dei, & inuisibilitate & incõmutabilitate Dei. *Tom. IIII.* Calciamẽtum Dei incarnatio est Christi. vnde in psalmis. *Psal. 59.* In Idumæam extendam calciamẽtum meum, id est, plebi gentilium manifestabo incarnationem meam.

De calciamentis exponitur præceptum, Libro de consensu Euangeliorum. *Lib. 2. cap. 30. Tom. IIII.* Præcepit Christus discipulis, vt neque calciamenta portarent D in pedibus: deinde vt deberent sandalis vel soleis vti: mysticæ significationis modo admonet, vt pes neque tectus sit, neque nudus ad terram, id est, vt neque occultetur Euangelium, neque terrenis commodis innitatur.

CALVMNIA. Libr. quæstionũ super Leuiti. quæstione lxviij. *Tom. IIII.* Nõ est calũnia, nisi quando falsi criminis obiectione proximus læditur. Vnde super psal. cxviij. sermone xxvij. *Tom. VIII.* Crimen quippe falsum, quod est calumnia, reum non facit hominẽ, nisi apud iudicẽ hominem: vbi autem Deus iudex est, nullus falso crimine læditur: quia non cui obiicitur, sed obiicienti potius imputatur. Et ideo Lib. 50. Homil.

mil.homil.x.in fine. Ille qui propter vitandã calumniam tempus à te redemit, hîc tolerat dies malos. Tu qui calumniis pasceris, & hîc habes dies malos, & post dies ipsos habiturus es in die iudicij peiores. Sed hoc forte rides, quia minimũ attendis. Ride, ride, contẽne. Ego erogo, veniet qui exigat.

Tom.X.

Tom.II. Epist.59.

CANIS. In epistola ad Paulinum. Nõ semper in malo, canes in scriptura accipiendi sunt. Alioquin non reprehenderentur apud prophetam, canes nescientes latrare, & amantes dormitare. Profectò enim laudabiles canes essent, si & latrare scirent, & vigilare amarent. Et certè illi trecenti in numero per crucis literam sacratissimo non eligerẽtur ad victoriam faciendam, qui tanquam canes lamberent aquam, nisi aliquid magnum significarent. vigilant enim & latrant boni canes: & pro domo, & pro domino, & pro grege, & pro pastore. Super psal.lxvij. Lingua canum tuorũ. Eos qui vsq; ad sanguinem fuerant pro fide Euangelica certaturi, canes vocans: tanquam pro suo domino latrantes. Non illos canes, de quibus dicit Apostolus, Cauete canes. Sed illos qui edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum, scilicet canes laudabiles, non detestabiles: fidem seruantes domino suo, & pro eius domo cõtra inimicos latrantes. Sed de cane naturali, Libro de quantitate animæ. Quod canis Vlysis post viginti annos recognouisse Dominum suum perhibetur, hoc est putandum vim quãdam sentiendi & non sciẽdi. Sensu enim nos multæ bestiæ superant, mente autem ratione & scientia, nos illis Deus prępostuit. Sed ille sensus ea quibus tales animæ delectantur accedente consuetudine, cuius magna vis est, potest discernere, atque eo facilius, quo anima beluarum magis corpori est affixa, cuius sunt illi sensus quibus vtitur ad victũ voluptatémque, quam ex eodem illo corpore capit. Humana verò anima propter rationẽ atque scientiam, quæ sunt longè præstantiora sensibus, se à corpore suspendit quantum potest, & ea quæ intus est libentius fruitur voluptate, quantóque in sensus declinat, tantomagis similiorem hominem pecori facit. Inde est quod etiam pueri vagientes, quanto alieniores à ratione sunt, tanto facilius discernunt sensu, etiam contactum coniunctionémq; nutricũ nec odorem aliarũ possunt sustinere, cum quibus cõsuetudo nõ fuit. Plures ponit proprietates canis in sermone de Cananęa, in hæc verba. Canem mulierẽ Dominus nũcupauit, tamẽ nec satis eam præsens hîc sermo lacerauit. Non enim omnium canum vna cõditio est, in omnibus quidẽ natura est, sed in aliquãtis discretio: ita vt mansueti & sapientis generis natura laudetur, quæ agnoscat dominũ suum, nec ab eius vestigiis aliquãdo discedat, quæ si se diligi senserit, lumen domini sui peruigili obseruatione custodit: quem nõ famis penuria effugat: nõ cædes expellit: semper dominũ suũ, quasi questuosus latratus inq rit: habet obsequiũ suũ, licet voce explicare non possit, tamẽ corporis cõione distinguit.

Tom.VIII.

Phil.3.
Mat.15.

Cap.28.
Tom I.
Odyssea.

Sensu homines bestiæ superant.

Canis conditio.

A

B

C

D

CANTVS & cantare. De mundano cãtu, Lib. de decẽ chordis. Quid pdest delectari cãticis ad tempus dulcibus, in posterum amaris? Talibus enim turpitudinibus cantionum animi humani illecti eneruantur & decidunt à virtute, defluentes in turpitudinem, & propter ipsas turpitudines postea sentiunt dolores, & cum magna amaritudine digerunt, quod cum magna dulcedine tẽporali biberunt. Melius est ergo, vt nos amara ad tempus cantemus, quæ postea dulcescunt in nobis. Sed vtilis præuisus est cantus spiritualis, in prologo super psalteriũ. Spiritus sanctus videns obluctantem ac resistentem ad virtutis viam humani generis animum, & ad delectationes vitæ huius magis inclinari, quàm ad virtutis iter erigi, delectabilibus modulis cãtilenæ vim suæ doctrinæ permiscuit: vt dum suauitate carminis mulcetur auditus, Diuini sermonis pariter vtilitas inseratur, secundum sapientes medicos, qui si quando vsus popoſcerit, austeriora medicamenta ægris offerunt mortalibus: ne æger vtilitatem pro austeritate refugiat, ora ac summitates poculi, quo remedium porrigũt, melle circumliniunt. Propterea in regula. Et non cantetis, nisi quod legitis esse cantandum: quod autem non scriptum est vt cantetur, non cantetur. Ideo Libro x. confessionum. Quia in ipso cantu delectatio carnis se immiscet, valdè interdum melos esse cantilenarum suauium, quibus Dauiticum psalterium frequẽtatur, ab auribus meis remoueri velim, atque ipsius Ecclesiæ. Tutius quidem mihi videtur quod de Alexandrino Episcopo, Athanasio sæpe mihi dictũ com memini, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectionem psalmi, vt pronuncianti vicinior esset, quàm canenti. Verumtamen cum reminiscor lachrimas meas quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ, in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipso commoueor, non cantu, sed rebus quæ cantantur: cum liquida voce, & conuenientissima modulatione cãtantur, magnã instituti huius vtilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis, & experimentum salubritatis: magísque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia: vt per oblectamenta aurium, infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Tamen cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quàm res quæ cantatur moueat: me peccare pœnaliter confiteor: & tunc mallem non audire cantãtem. Vnde super psal.centes.decimũ nonũ. Charissimi, non poteritis probare quã vera cantetis, nisi cœperitis facere quod cãtatis. Quantũlibet illud dicam, quomodolibet exponã, qualibuscunque verbis versem, non intrat in cor eius, in quo non est opus eius. Incipite agere, & videte quid loquamur. Tunc psalmus cantatur, cum facit cor, quod in psalmo cantatur. Quam multi enim sonant voce, & corde muti sunt: & quod multi tacent labiis, & clamant affectu: quia ad cor hominis aures Dei? Sicut aures corporis ad os hominis, sic cor hominis ad aures Dei?

Dei? Multi clauſo ore exaudiuntur, & multi in magnis laudibus nõ exaudiũtur. Affectibus enim orare debemus & dicere. Super pſalm. lxvij. *Tom. VIII* Cantate Deo, pſallite nomini eius. Cantat Deo, qui viuit deo: pſallit nomini eius, qui operatur in gloriam eius. Super pſalm. cxlix. Non valde *Tom eod.* auris mea inclinatur ad vocem cantantis, ſed quæro morem operantis. Sed de nouo cantico, *In cap. Pſal.* ibidem. Cantate Domino canticum nouum. Vetus homo, vetus canticum: nouus homo, nouum canticum. Vetus teſtamentum, vetus canticum: nouum teſtamentum, nouum canticum. In veteri teſtamento promiſsiones ſunt temporales & terrenæ. Quiſquis terrena diligit, vetus canticum cantat. Qui vult cãtare canticum nouum, diligat æterna. Ipſa dilectio noua eſt, & æterna. Et ideo ſemper noua, quia nunquam veteraſcit. Nam ſi bene cõſideratis antiquum, eſt hoc, quod modo eſt nouum. Super pſal. xcv. Canticum *Tom. eod.* nouum cantat cor nouum per mãdatum nouum. Diligis? Et cãtas. Dilectio ipſa, vox eſt ad Deum. Et ipſa dilectio, canticum nouum eſt: quia Dominus dicit. Mandatum nouum do vobis, &c. Super pſal. cxliij. Canticum nouum gratia eſt. Canticum *Io 13.* *Tom. eod.* nouum, hominis noui eſt. Canticum nouum, teſtamenti noui eſt. Libro de vera innocentia. *Cap. 82.* *Tom. III.* Sicut veteris hominis vetus canticum ad temporalia, ſic noui hominis nouum canticum pertinet ad æterna: & ita vnuſquiſque cantat vt viuit. Nouum autem canticum, carmen eſt fidei, quæ per dilectionem operatur. In ſermone de *Serm 5. in ord 256. Tom. X.* dedicatione Eccleſiæ. Quod dixit pſal. Cantate domino canticum nouum. hoc dixit Dominus *Pſal. 95.* mandatum nouum. Quid dicimus mandatum nouum? Cantare amantis eſt, vox huius cantoris, feruor eſt ſancti amoris. Amemus, gratis amemus. Deum enim amamus, quo nihil melius inuenimus. Ipſum amemus propter ipſum, & nos in ipſo, tamen propter ipſum. Ille enim veraciter amat amicum, qui Deum amat in amico. Illum, inquam, tenete, agite, & vbi laboratis orate. Ille, inquam, veraciter amat amicũ, qui Deum amat in amico, aut qui amicũ in illo: vt ſit in illo. Hæc eſt vera dilectio. Propter aliud ſi nos diligimus, odimus potius quam diligamus. Qui amat iniquitatem, odit animam ſuam. Odium animæ, amor *Pſal 10.* eſt nequitiæ. Ergo econtrario, odium nequitiæ, amor eſt animæ. In ſermone xxv. de reſurrectione Domini. Cantat ille cãticum nouum, qui ſacramentum ſuſcipit noui teſtamẽti: & ille nouum cantat canticum, qui in dilectione perfectus *Io. 13.* implet mandatum Domini dicentis. Mandatum nouum do vobis, &c. A quibus cantetur dicitur, quia laus eius in Eccleſia ſanctorum. Sicut enim multi malignantes Eccleſiam faciunt malignantium in vnũ conuenientes: ita multi ſancti in vnũ congregati faciunt Eccleſiam ſanctorũ, licet difficile inueniatur in terris. Iuxta illud prophetæ. Quia contaminata eſt terra in ſanguine, & adulteria, & homicidia, effuſa ſunt ſuper eam. Sed habetur in terris, ſicut Apoſtolus docet. In carne ambulantes, non ſecũdum carnem militamus. Et

A ſicut in terris poſiti cœleſtem Eccleſiam faciunt ſancti, ita peccatores cum fuerint nequiores effecti, & in vltima flagitia deuoluti, non iam in terris, ſed in inferiora terræ dicuntur demergi. Sicut dicit propheta. Introibunt in inferiora terræ. nos ergo vt cantare poſsimus Domino canticum nouum, debemus imitationem tenere cœleſtiũ, & obliuionem ſumere terrenorum, ſicut ait Apoſtolus, quæ ſurſum ſunt ſapite, nõ quæ ſuper terram. De iſto cantu, venitur ad cantum beatorũ, ſuper pſal. cx. Adeſtote animo cantores boni, filij laudis, & gloriæ ſempiternæ veri & incorrupti Dei. *Col. 3.* *Tom. X.* Adeſtote intenti, qui noſtis cantare & pſallere in cordibus veſtris, Domino gratias agẽtes ſemper in omnibus, & laudate Deũ. Hoc eſt enim alleluia. Et hj quidem dies veniunt trãſituri:

B tranſeũntque venturi, & ſignificant diem qui non venit nec trãſit: quia nec heſterno premitur vt veniat, nec craſtino vrgetur vt tranſeat. Ad quem ſanè nos cum venerimus, inhærẽtes ei, nec nos tranſibimus. Et ſicut quodam loco cantatur Deo. Beati qui habitant in domo tua Domine, in *Pſal. 83.* ſæcula ſæculorum laudabunt te: hoc erit otioſorum negotium, hoc opus vacantium, hæc actio quietorum, hæc cura ſecurorum. Propterea ſuper pſal. cxxxvj. *Tom. eod.* Habent organa ſua ciues Hieruſalem ſcripturã Dei, promiſſa Dei, præcepta Dei, meditationem quandam futuri ſæculi. Vnde de cantu beatorum, Lib. contemplationis, cap. x. Quæ cantica, quæ organa, quæ cãtilenæ, quæ melodiæ ibi ſine fine decantantur? Sonant enim ſemper melliflua hymnorũ organa, ſuauiſsima An-

C gelorum melodia cantica canticorum mira, quæ ad laudem & gloriã tuam, à ſupernis ciuibus ſemper decantãtur. Propterea ibidem infra. Fortunatus ero, ſi audiero illas iucũdiſsimas ciuiũ tuorum cãtilenas, carmina melliflua, laudes ſummæ trinitatis, debito honore pronuntiata. Sed & nimium fœlix ſi ego ipſe cantare meruero canticũ Domino, de dulcibus canticis Sion. Quia vt dicit in eodem Libr. cap. xij. Fœlix anima, quæ terreno reuoluta carcere, libera cœlũ petit: quæ te dulciſsimum Dominũ facie ad faciẽ cernit: quæ nullo metu mortis afficitur, ſed Dei corruptione perpetuæ gloriæ lætatur: tranquilla & ſecura, nõ timet hoſtem nec mortẽ. Habet enim pium Dominum, quem diu quæſiuit, quẽ diu ſemper amauit. Mundiſsimis ſociata choris, melliflua perpe-

D tuæ fœlicitatis carmina, id eſt, laudem gloriæ tuæ rex Chriſte in æternum cõcipit. Inebriatur enim ab vbertate domus tuæ, & tu torrente voluptatis tuæ potabis eam. Require ſupra, cap. alleluia.

CAPILLI. De capillis Dei, Libro de eſſentia Diuinitatis Dei, & de inuiſibilitate & immutabilitate Dei. *Tom. IIII.* *Dan. 7.* Capilli capitis eius, ſunt ſancti Angeli, & vniuerſi electi de quibus dicitur. Capilli capitis eius, quaſi lana alba. Sed ſuper epiſtolam ad Gal. Dominus non *Sup. 4. cap. ad Gal.* niſi ob antiquitatem veritatis, in Apoc. albo capite apparuit. *Apoc. 1.* *Tom. IIII.* Quid ſignificẽt capilli, ſuper pſal. lj. *Tom. VIII.* Capilli ſuperflua rerum temporalium ſignificant. Qui quidem capilli non ſuperfluè facti ſunt à Deo

à Deo in corpore hominum, sed ad aliquod ornamentum: tamen quia sine sensu præciduntur, illi qui adhærent corde Deo, sic habent ista terrena tanquam capillos. Sed aliquando & aliquid boni de capillis operandũ est. Quando frangis panem esurienti, egenum sine tecto inducis in domum tuam, si videris nudum vestis. Postremo etiã ipsi martyres imitantes Dominum, sanguinem pro Ecclesia fundentes, audientes vocem illam. [i. Io. 3.] Sicut Christus animã suam pro nobis posuit, sic & nos debemus pro fratribus animã ponere: quodammodo de capillis suis bene nobiscum fecerunt, id est de iis rebus, quas potest malorum nouacula amputare vel radere. Quia ergo & de ipsis capillis boni aliquid fieri potest, significauit & illa mulier peccatrix, quæ cum fleuisset super pedes Domini, capillis suis tersit, quos lachrymis rigauit. Significans, quia cum misertus fueris alicuius, debes & subuenire si potes. Cum enim misereris, tanquam lachrymas fundis: cum subuenis, capillis tergis. Et si hoc cuicunque, quantomagis pedibus Domini, qui sunt euangelistæ sancti, de quibus dictum est: Quam speciosi pedes sunt eorum, qui annũtiant bona? Quod capillorum comam nutrire non decet, Libro de opere Monachorum. [Cap. 32. Tom. III.] Propter quosdam crinitos, quorum præter hoc, multa & propè omnia veneramur. Sed quo magis eos in Christo diligimus, eo solicitius admonemus. Neque enim metuimus ne humilitas eorum respuat admonitionem nostram, quandoquidem & nos à talibus, vbi fortè titubamus aut oberramus, cupimus admoneri. hoc ergo admonemus tam sanctos viros, ne stultis vanorum argumentationibus moueantur, & eos in hac peruersitate imitentur, quibus sunt in cæteris longè dissimiles. Illi enim venalem circumferẽtes hypocrisim, timẽt ne vilior habeatur tonsa sanctitas, quàm comata, vt videlicet qui eos videt, antiquos illos quos legimus cogitet, Samuelem & cæteros qui non tondebantur. Nec cogitant quid intersit inter illud Propheticum velamentum, & hanc Euãgelij reuelationem, de qua dicit Apostolus. Cum trãsieris ad Christum, auferetur velamen. Quod enim significabat velamen interpositum inter faciem Mosi, & aspectum populi Israël, hoc significabat illis temporibus etiam coma sanctorum. Nam idem Apostolus etiam comam pro velamento esse dicit: cuius authoritate isti vrgentur. Apertè quippe ait. Vir quidẽ si comatus sit, ignominia est illi. Ipsam ignominiam, inquiunt, suscipimus merito peccatorum nostrorum, ad hoc obtendentes simulatæ humilitatis vmbraculum, vt sub eo proponãt venalem typhum, quasi Apostolus superbiam doceat, cum dicit. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, confundit caput suum: & vir quidẽ non debet velare caput suum, cum sit imago & gloria Dei. Qui igitur dicit, non debet velare caput, Nescit docere humilitatem. Sed si hanc ignominiam tempore Euangelij, quod erat sacramentum tempore prophetiæ, pro humilitate isti appetunt, tondeant & cilicio caput velent. Sed non erit tunc species illa venalis: quia Sampson nõ cilicio, sed coma velabatur. De capillis verò resurgentiũ, Lib. xxij. de ciuitate Dei. Si capilli toties tonsi, vnguésq; desecti, ad sua loca deformiter redeunt, non redibunt: nec tamen cuiq; resurgenti peribunt, quia in eandem carnẽ, & quemcunq; ibi locum corporis teneant, seruata partiũ congruentia, materiæ mutabilitate vertentur. Quãuis quod ait Dominus, capillus capitis vestri nõ peribit: non de lõgitudine, sed de numero capillorum dictum multo apertius possit intelligi. Vnde alibi dicit. Capilli capitis vestri numerati sunt. Require supra, cap. Absolutio.

CAPVT. De capite serpẽtis, super psalm. ciij. sermone iiij. Eia fratres mei qui vult obseruare caput serpẽtis & securus transire hoc mare, q̃a necesse est vt habitet hîc serpẽs iste, lapsus enim hũc locũ accepit: obseruet caput eius à timore sæculi, & à cupiditate sæculi. Hinc enim suggerit aliq̃d, aut vnde timeas, aut vnde cupias, aut amorẽ tuum tentat, aut timorẽ. Tu si timueris gehẽnã, & amaueris regnũ Dei, obseruabis caput eius. Euitato capite, securus eris: nec ille lapsum tuum tenebit. Nemo autem dicat magnã habet potestatem. vident enim homines quasi quantum acceperit potestatis, sed quid perdiderit maiestatis non vident. De isto capite Require supra cap. Calcaneus. sed de Christo, capite, super psal. xxvj. Caput nostrum Christus est in cœlo: & nos in illo ibi sursum. Ecce iam pignus habemus. vnde nos fide, & spe, & charitate cum capite nostro sumus in cœlo in æternum. Quia & ipsum bonitate, diuinitate, vnitate, nobiscum est in terra, vsque ad consummationem sæculi. Super psal. xxxvj. sermone iij. Omnes qui ab initio sæculi fuerunt iusti, caput Christũ habent. Illum enim venturum esse crediderunt, quem nos venisse iam credidimus: & in eius fide & ipsi sanati sunt, in cuius & nos: vt esset ipse caput totius ciuitatis Hierusalem, connumeratis omnibus fidelibus ab initio vsque in finem, adiunctis etiam legionibus & exercitibus Angelorum: vt fiat illa ciuitas, sub vno rege, & vna quædam prouincia sub vno imperatore, fœlix in perpetua pace & salute, laudans Deum sine fine, beata sine fine. Super psal. lxxxv. Nullum maius donum præstare posset Deus hominibus, quam vt verbum suum, per quod condidit omnia, faceret illis caput, & illos ei tanquam membra coaptaret: vt esset filius Dei & filius hominis, vnus Deus cum patre, vnus homo cum hominibus. Ibidem. Caput nostrũ Christus, ad dexteram patris interpellat pro nobis: alia membra recipit, alia flagellat, alia mũdat, alia consolatur, alia creat, alia vocat, alia reuocat, alia corrigit, alia redintegrat. Libro ij. de Gen. cõtra Manichæũ. Tunc ordinatissimè caput mulieris est vir, cum caput viri est Christus: qui est sapientia Dei. Differentia inter ipsum caput & membra, Libro de præsentia Dei, ad Dardanũ. Hoccine interesse arbitramur inter caput & membra cætera, quod in quolibet magis præcipuo membro, velut in aliquo magno Propheta aut

aut Apostolo, quãuis Diuinitas habitet, non tamen sicut in capite, quod est Christus, omnis plenitudo Diuinitatis? Nã & in nostro corpore inest sensus singulis mẽbris, sed nõ tantus quantus in capite: nisi prorsus est omnis quinquepertitus. Ibi est visus, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus. *ẽsus omnes capite.* In cæteris autem solus est tactus. An etiam præter hoc quod tanquã in templo, in illo corpore habitat omnis plenitudo Diuinitatis, est aliud quod intersit inter illud caput, & cuiuslibet mẽbri excellẽtiã? Est plane, eo quod singulari quadã susceptione hominis, illius vna facta est persona cum verbo. De nullo enim sanctorum dici potuit, aut potest, aut poterit, verbum caro factũ est. Nullus sanctorum qualibet præstanti gratia, vnigeniti naturã accepit, vt qđ est ipsum Dei verbum ante sæcula, hoc simul cũ assumpto homine diceretur. Singularis est igitur illa susceptio, nec cum hominibus aliquibus sanctis, quantalibet sapientia & sanctitate præstãtibus, nullo modo potest esse communis: vbi Diuinæ gratiæ satis perspicuũ clarúmq; documentum est. Quis enim tã sit sacrilegus, vt audeat affirmare aliquã posse animam per meritũ liberi arbitrij, vt alter sit Christus efficere? Ideo lib. de agone Christiano. *Cap. 20. Tom. III.* Quãuis eadem sit natura corporis Ecclesiæ, multũ distare tamen inter caput & membra cætera, quis nõ intelligat? Si enim caput Ecclesiæ est ille homo, cuius susceptiõe verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, membra cætera sunt omnes sancti, quibus perficitur & cõpletur Ecclesia. Quomodo ergo anima totũ corpus nostrum animat & viuificat, sed ĩ capite & sentit vidẽdo, & audiendo, & odorando, & tangendo: in cæteris autem mẽbris tangendo tantũ: & ideo capiti omnia ei subiecta sunt ad operandũ, illud autem supra collocatũ est ad cõsulendũ: quia ipsius animæ, quæ cõsulit corpori, quodãmodo personam sustinet caput, ibi enim omnes sensus apparent. Sic vniuerso populo sanctorũ, tanquã vni corpori, caput est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Et propterea sapientia Dei & verbum in principio, per quod sunt omnia, non sic assumpsit hominem illũ, vt cæteros sanctos, sed multò excellẽtius, multóque sublimius: quoniã ipsum solũ assumi oportuit, in quo sapientia Dei Patris hominibus appareret, sicut etiã visibiliter debebat ostendi. Quapropter aliter sunt sapiẽtes cæteri, quicunque sunt vel esse potuerũt, & aliter ille vnus, qui sapientiæ ipsius, per quam fiũt sapientes quicunque homines, non solum beneficium habet, sed etiã personam gerit. De cæteris enim sapientibus & spiritualibus animis, rectè dici nõ potest, verbum caro factum est & habitauit in nobis: qđ in solo Domino nostro Iesu Christo certissimè dicitur. Quia nõ semp membra sequũtur caput. *Tom. VII.* ideo lib. iij. cõtra Cresconiũ Grãmaticũ q. inter cætera hoc dixerat. Fõte deducitur riuus, & caput mẽbra sequũtur. Sano capite, omne sanũ est corpus: & si q.d in hoc morbi vel vitij est, omnia mẽbra debilitat, originẽ suã respicit quicquid in stirpe processit. Contra quem Augustinus. In his omnibus tuis verbis omitto, quia nõ est simile quod de humano corpore cõparasti: fieri enim potest vt pedes doleãt, capite sano: & pede sano, caput.

CARCER. Quomodo corpus sit carcer, super Psal. cxlj. *Tom. VIII.* Si caro carcer est, nõ corpus tuum est carcer tuus: sed corruptio corporis tui. Corpus enim tuum fecit Deus bonũ, quia bonus est: corruptionẽ intulit iustus, quia iudex est. Illud habes de beneficio, istud de supplicio. Carcer est etiã cor peccatoris, lib. 50. homi. *Homil. 40. 1. Io. 2. Tom. X.* Super illud, Qui odit fratrẽ suum in tenebris est. Vultis scire quales sunt istæ tenebræ? Qui odit fratrẽ, ambulat, exit, intrat, ꝓcedit, nullis catenis oneratus, nullo carcere inclusus, reatu tamẽ ligatus est. Noli illũ putare sine carcere esse. Carcer eius, cor eius est. De pœna carceris sanctorũ, lib. j. de ciuita. Dei. cap. xiiij. *Tom. V.* Sed multi, inquiunt, Christiani etiã captiui ducti sunt. Hoc sanè miserrimũ est, si aliquo duci potuerunt, vbi Dominũ suũ nõ inuenerunt. Sunt in scripturis sanctis huius etiam cladis magna solatia. Fuerũt in captiuitate tres pueri: fuit Daniel: fuerũt alij *Dan. 3. & 14.* Prophetæ: nec Deus defuit consolator. Sic ergo nõ deseruit fideles suos sub dominatiõe gẽtis licet Barbaræ, tamen humanæ, qui Prophetiã non deseruit, nec in visceribus beluæ. *Ion 3.* Hæc quoque illi cũ quibus agimus, malunt irridere quã credere, qui tamen in suis literis credũt Arionẽ Methymnæũ nobilissimũ citharistã, cùm esset eiectus de naui exceptum Delphini dorso, & ad terras peruectũ. Verum illud nostrũ de Iona Propheta incredibilius est? Planè incredibilius: quia mirabilius, quia potentius. Spiritualiter nos de carcere Christus liberauit. lib. de verbis Apostoli, sermo. iij. *Tom. X.* Antea in captiuitate fuimus, quãdo totũ mundũ velut massãm infidelium diabolus possidebat. In hanc captiuitatẽ redẽptor aduenit, in preciũ nostrũ, sanguinem suũ fudit, fuso suo sanguine, captiuitatis nostræ instrumẽta deleuit.

CHARITAS. Diffinitur lib. iij. de doctrina Christiana. Charitatẽ voco, motum animi ad fruendũ Deo propter seipsũm: & se atq; proximo, propter Deũ. *Tom. III.* Lib. lxxxiij. quæst. *Quæst. 36. Tom. IIII.* Amor quo Deus & animus amatur, charitas propriè dicitur: purgatissima & cõsummata, si nihil aliud amatur. Vnde super Psalmum cxl. *Tom. VIII. Præfat. in Psal.* Est charitas de corde puro, quæ est secundum Deum, & conscientia bona, & fide nõ ficta. In nullis scripturis aliud inquiratis. Nemo vobis aliud præcipiat. Quicquid obscurum est in scriptura, hæc ibi occulta est: quicquid ibi planum est, hæc ibi aperta est. Si nusquam aperta esset, non te pasceret. Si nusquam occulta, non te exerceret. Commendatur autem charitas in Epistola ad Iulianum. *Tom. II. Epist. 143.* Charitas in omnibus, Dei donis ita excellit, vt etiam Deus dicta sit. Lib. xv. de trini. cap. xviij. *Tom. III.* Donũ Dei propriè nõ nisi charitas intelligẽda est: quæ ducit ad Deũ, & sine qua quodlibet aliud Dei donũ, non perducit ad Deum. Super primam canonicã Io. homil. vij.

n

Cùm audis quòd Deus charitas eſt. Quid am-
plius dici potuit? Si nihil omnino diſceremus
per cæteras paginas ſcripturarum, & ſolum hoc
vnum audiremus de voce Spiritus ſancti, quia
1.Io.4. Deus charitas eſt, nihil amplius quęrere debere-
mus. Iam videtis quod qui facit cõtra charitatẽ,
facit contra Deũ Nemo dicat in hominem pec-
co quando non diligo fratrẽ, & facile eſt pecca-
tum in hominem: in Deũ ſolũ non peccẽ. Quo-
modo non peccas in Deũ, quãdo peccas in chari
tatem: quia Deus charitas eſt? In ead. homil. ix.
Neſcio vtrum magnificentius nobis charitas cõ
mendari poſsit, quã vt dicitur, Deus charitas eſt.
Breuis laus, & magna laus. Breuis in ſermone, ma
gna in intellectu. Quam cito dicitur Deus chari
tas eſt, & q manet in charitate, in Deo manet, &
Deus ĩ eo? Sit tibi domus Deus, eſto domus Dei.
Mane in Deo, vt maneat in te Deus. Manet in te
Deus, vt cõtineat: manes ĩ Deo, ne cadas. Quia ſi-
1.Cor.13. cut de charitate dicit Apoſt. charitas nũquã ca-
Serm. in or- dit. Lib. iij. de verb. Dom. ſer. xiij. Quale bonũ
dine 50. eſt charitas? Quid pretioſius, q̃d luminoſius, q̃d
Tom. X. firmius, quid vtilius, q̃d ſecurius ea? Nihil enim
proſunt cætera dona ſine charitate: adde charita
tem, & proſunt omnia: detrahe charitatem, & ni
hil proſunt cætera. Super Pſal. cxlvj. Qui nõ
Tom. VIII. habet charitatem, & ſi ad tempus habet alia hæc
dona, auferentur ab eo: quia quiddam nõ habet.
Et ipſum quiddã, hoc non habet, vnde cætera te
neantur, & ipſe non pereat. Quid eſt illud quod
Mat. 25. modo ait Dominus, Qui habet addetur ei: q au-
tem nõ habet, & quod habet, aufertur ab eo: ha-
bet gratiã poſsidendi, ſed non habet charitatem
Tom. VIII. vtendi. Super Pſal. cxlix. Quiſquis habet cha-
ritatem, vt quid illũ mittimus longè vt videat
Deũ? Cõſcientiã ſuam attendat, & ibi videt Deũ.
Si charitas ibi non habitat, nõ ibi habitat Deus.
Si autem charitas ibi habitat, Deus ibi habitat.
Vult illũ forte videre ſedẽtẽ in cœlo. habeat cha-
ritatem, & in illo habitat, ſicut in cœlo. Lib. de
Cap. 16. ſpiritu & aĩa. Charitas eſt via Dei ad homines, &
Tom. III. via hominũ ad Deum. Per charitatem nãq; venit
Deus ad homines, & homines eligunt & diligũt
Deum, & ad Deũ currũt, & ad ipſum perueniũt.
Sic familiaris eſt Deo charitas, vt ipſe habere mã
ſionẽ nolit, vbi charitas non fuerit. Si ergo chari-
1.Io.4. tatẽ habemus, Deũ habemus: quia Deus charitas
Cap. 13. eſt. Lib. de mori. Eccle. Per charitatẽ fit, vt cõ-
Tom. I. formemur Deo: & ex eo cõformati, atq; cõſigna-
Tom. IX. ti & circũciſi, ab hoc mũdo nõ cõfũdamur, cũ iis
quæ nobis debẽt eſſe ſubiecta. Super j. canoni.
Io. homil. vij. Gratis cõſtat charitas. Tenete eam,
& amplectimini illam: quia dulcius illa nihil eſt.

Aequipollet omnibus ſcripturis, ſuper Pſal.
Tom. VIII. cxl. Quicquid ſalubriter mente concipitur, vel
ore perficitur, vel qualibet Diuina pagina ſcul-
pitur, non habet finem, niſi charitatem. Tra-
Tom. IX. ctatu de laudibus charitatis. Totam magnitudi-
nem & latitudinem Diuinorum eloquiorum
poſsidet charitas, qua Deum proximúmque di-
ligimus. Docet eam nos cœleſtis vnus magiſter
Mat. 22. & dicit. Diliges Dominum Deum tuum &c. vſ-
que, in his duobus præceptis tota lex pendet &

A prophetæ. Si igitur non vacat omnes paginas
ſanctas perſcrutari, omnia inuolucra ſermonum
euoluere, omnia ſcripturarum ſecreta aperire,
& penetrare, tene charitatem, ibi pendent om-
nia: ita tenebis quod ibi didiciſti, tenebis etiam
quod nondũ didiciſti. Si enim noſti charitatem,
aliquid noſti, vnde & illud pendet quod fortè
non noſti, & in eo quod in ſcripturis intelligis,
charitas patet: & in eo quod non intelligis, chari
tas latet. Ille itaque tenet & quod patet, & quod
latet, in diuinis ſermonibus, qui charitatem te-
net in moribus. Super Pſal. ciij. ſermone pri-
mo. In omnibus ſcripturis ſupereminentiſsi-
mam viam, ſuper eminentiſsimum locum cha-
ritas obtinet. Non ad eam aſpirant niſi boni:
hanc nobiſcum non communicant mali. Poſ-
B ſunt communicare baptiſmum & cætera ſacra-
menta, poſſunt communicare & iſtos parietes &
iſtam coniunctionem, charitatem nobiſcum nõ
communicant. Ipſe eſt fons proprius bonorum,
proprius ſanctorum, de quo dicitur. Nemo alie-
nus communicet tibi. Alieni ſunt omnes qui au
diunt à Domino, Non noui vos. Supereminens
ergo via charitatis, tenet eos qui propriè perti-
nent ad regnum cœlorum. Ergo præceptũ cha-
ritatis ſuper cœlos, ſuper omnes libros. Ei enim
ſubduntur omnes libri: ei militat omnis lingua
ſanctorum, & omnis motus diſpenſatorum Dei,
& animi, & corporis. Præeminet omnibus do
ctrinis. In ſecunda epiſtola ad Voluſianum. Quę
mẽs auida æternitatis, vitæque præſentis breui-
tate permota, contra Diuinæ authoritatis lumẽ
C culménque contendat? Quæ diſputationes, quæ
literæ quorumlibet Philoſophorum, quæ leges
quarũlibet ciuitatum, duobus præceptis, ex qui-
bus ipſe Chriſtus dicit totam legem propheta ſ-
que pendere, vllo modo ſunt comparandæ? Di-
liges Dominum Deum tuum, vſque, tanquam
teipſum. Hîc Phyſica, quoniam omnes omnium
naturarũ veræ cauſæ in Deo creatore ſunt. Hic
ethica, quoniam vita bona & honeſta, nõ aliun-
de formatur, quam cum ea quæ diligẽda ſunt, &
quemadmodum diligẽda ſunt, diliguntur, hoc
eſt Deus, & proximus. Hîc logica, quoniam ve-
ritas luménque animæ rationalis, non eſt niſi
Deus. Hîc etiam laudabilis reipublicæ ſalus, ne-
que enim conditur aut cuſtoditur optima ciui-
tas, niſi fundamento & vinculo fidei, firmæque
D cõcordiæ, cùm bonum cõmune diligitur, quod
ſummum ac veriſsimum, Deus eſt, atque in illo
inuicem ſynceriſsimè ſe homines diligunt, cùm
propter illũ ſe diligũt, cui quo animo diligãt oc-
cultare nõ poſſunt. Valet pro omnibus præce-
ptis & cõſiliis. In Enchiridion. Omnia præcepta
Diuina referũtur ad charitatẽ, de qua dicit Apo
ſtolus, Finis autẽ præcepti eſt charitas, de cõſcië
tia bona, & fide nõ ficta. Omnis itaq; præcepti fi
nis, eſt charitas, id eſt, ad charitatẽ refertur omne
præceptũ. Quod verò ita fit, vel timore pœnæ,
vel aliqua intentione carnali, vt non referatur
ad illã charitatẽ, quã diffudit Spiritus ſanctus in
cordibus noſtris: nõdũ fit queãdmodũ fieri opor
tet, quamuis fieri videatur. Charitas quippe iſta,
Dei eſt

Dei est,& proximi:& vtique in his duobus, tota lex pendet & prophetæ,adde Euangelium,adde Apostolos: non enim aliunde vox ista est, finis præcepti est charitas. Quæcunque ergo mandat Deus,ex quibus vnum est,Non mœchaberis: & quæcunque non iubentur,sed spirituali consilio monentur,ex quibus vnum est: Bonum est homini mulierẽ non tangere,tunc rectè fiunt, cùm referuntur ad diligendum Deum & proximum propter Deum,& in hoc sæculo,& in futuro:nũc Deũ per fidem,tunc per speciem:& proximum nunc per fidem.Non enim scimus mortales corda mortalium, tũc autem illuminabit Deus absc ondita tenebrarum,& manifestabit cogitationes cordium,& tunc erit laus vnicuique à Deo. (1.cor.4.) Quia id laudabitur & diligetur à proximo, in proximo,quod vt nõ lateat,ab ipso illuminabitur Deo.Minuetur autẽ cupiditas charitate crescente,donec veniat hîc ad tantam magnitudinẽ, qua maior esse non possit. Maiorem autem charitatem nemo habet &c. vsque pro amicis suis. (Io.13.) Ibi autem quis explicet quanta charitas erit,vbi cupiditas quam vel coërcẽdo superet,nulla erit: quando summa sanitas erit, quando contentio mortis nulla erit? Super primã canonicã, homil.v. (Tom.IX.) Quicquid habeas, charitatem solum non habeas,nihil prodest tibi. Alia si nõ habeas,hanc habe,& implesti legem.Puto istam,margaritam esse illam, quã homo negotiator quæsisse in Euãgelio describitur: (Mat.13.) qui inuenit vnam pretiosam margaritam,& vendidit omnia quæ habebat,& emit eam.Hæc pretiosa margarita, charitas est: sine qua nihil tibi prodest, quodcunq; habueris: quam si solam habeas,tibi sufficit. Lib. de disciplina Christiana. (Cap.1. Tom.IX.) Pręcepta multa sunt in lege, quibus ipsa vita bona continetur,imperatur, & discitur.Multa omnino præcepta sunt, & innumerabilia.Præceptorum ipsorum paginas, vix quisque enumerat,quãtomagis ipsa? Quævoluit tamen Deus propter eos qui se possunt excusare,vel quia eis non vacat legere, vel quia nõ norunt legere,vel quia nõ possunt facile intelligere, (Legis compendium.) vt excusationem nemo habeat in die iudicij, voluit,sicut scriptum est,consummare & breuiare verbum super terram.Hoc ipsum verbũ consummatum, & breuiatum, nec obscurum esse Deus voluit.Ideo breue, ne non vacaret legere: ideo apertum,ne quis dicat mihi non licuit intelligere. Thesaurus est iste magnus diuinarum scripturarum,habens in se mirabilia præcepta & multa:tanquam multas gemmas, & monilia, & vasa ingentia,& magni metalli. Sed quis potest scrutari thesaurũ istũ,et peruenire ad omnia quæ ibi sunt? Et ideo post similitudinem de thesauro abscondito in agro,ne quis se minus idoneum diceret ad eum perscrutandum, continuò dedit aliam similitudinem,de pretiosa margarita: vt si piger eras ad totum thesaurum perscrutandum, non sis piger vnam margaritam sub lingua ferre: & quo vis securus ambulare. Et hoc est verbum consummans & breuians. Diliges Dominum Deum tuum &c. Obtinet principatũ omnis

A virtutis. Super Io.sermone lxxxiij. (Tom.IX.) Vbi charitas est,quid est quod possit deesse:vbi autem nõ est, quid est quod possit prodesse? Dæmõ credit,nec diligit:nemo diligit,qui non credit.Frustra quidem,sed tamen potest sperare veniam qui nõ diligit:nemo autẽ potest desperare qui diligit.Itaque vbi dilectio est,ibi necessario fides & spes:& vbi dilectio proximi, ibi necessario & dilectio Dei.Qui enim non diligit Deum,quomodo diligit proximum tanquam seipsum,quandoquidẽ non diligit & seipsum? Est quippe impius & iniquus.Qui autem diligit iniquitatẽ, nõ plane diligit,sed odit animam suam.Hoc ergo præceptũ Domini teneamus, vt nos inuicem diligamus:& quicquid aliud præcipit,faciemus: quoniã quicquid est aliud,hîc habemus. B Lib.de sententia Iacobi ad Hierony. (Tom.IX. Epist.29.) Reus fit omnium qui cõtra charitatem facit,in qua pendent omnia. Et tãto quis inuenitur in peccando minor, quanto in diligendo Deum & proximum inuenitur maior: & tanto in peccati perpetratione inuenitur inanior.Quia tãto quis plenior est iniquitatis,quãto inanior est charitatis.Et tunc perfecti sumus in charitate,quando nihil restat ex infirmitate.

Super Ioã.sermone ix. (Tom.IX.) Tãta est charitas, quæ si deest,frustra habentur cætera:si adsit, rectè habentur omnia. Ibid.Sicut corpus sine anima mortuũ est,sic anima sine charitate mortua reputabitur. Super Psal.ciij.sermo.ij. (Tom.VIII.) Virtus animarum est ipsa charitas:superãbulat autẽ Christus,quia maior est charitas Dei in nos,quã nostra in Deum. Tractatu de laudibus charitatis. C (Tom.IX.) Charitas est vita animarum, prophetiæ virtus,sacramẽti salus,scientiæ solidamẽtum, fidei fructus,diuitiæ pauperum,vita morietiũ. Quid tam magnanimum,quã pro impiis mori? Quid tam benignum,quàm & inimicos diligere? Sola est quam fœlicitas aliena non premit,quia nõ æmulatur:Sola est quam fœlicitas sua non extollit,quia non inflatur:Sola est quam conscientia mala non pungit, quia non agit perperam. Inter opprobria, secura est:ĩter odia, benefica:inter iras,placida:inter insidias,innocens:inter iniquitates,gemens:in veritate,respirans.Quid illa fortius,non ad retribuendas,sed ad curandas iniurias? Quid illa fidelius,non vanitati,sed æternitati? Nã ideo tolerat omnia in præsenti vita, quia credit omnia de futura vita: & suffert omnia D quæ hîc irrogantur,quia sperat omnia quæ hîc promittuntur.Meritò nunquã cadit. Ergo sectamini charitatem:& eam sanctè cogitãtes,afferte fructũ iustitiæ: & quicquid vberius quam ego dicere potui,vos inueneritis, in eius laudibus,appareat in vestris moribus. Oportet enim vt senilis sermo,non solũ sit grauis,sed etiã breuis. Tractatu de quatuor virtutibus charitatis. (Tom.IX.) Virtus charitatis, quæ omnia tolerat, emicuit in sancto Noë: quæ omnia credit, in sancto Abraham: quæ omnia sperat, in patribus nostris,scilicet in populo Israël: Vnde ipse noster exortus est Dominus:quæ omnia sustinet,in ipso capite nostro Domino Iesu Christo, qui est

vera veritas, quæ nunquam cadit. Nec cæteros A sanctos ab his virtutibus vestra charitas deputet alienos: quos pro breuitate temporis & sermone suscepto, ita prætermissos esse cognoscite, vt tamen certissimè noueritis omnes esse cū Christo: & in omnibus Christū. Exponitur, omnia credit, lib. ad Marcellinum, de spiritu & litera. Nec in laudibus charitatis quod dictū est, omnia credit: sic accipiendum est, vt charitati cuiuspiā derogandū sit, si quod audierit, nō statim crediderit. Quicquid eadem charitas admonet, non facilè aliquid mali de fratre esse credendū. Et cum tale aliquid dicitur, hoc ad se magis indicat pertinere ne credat. Postremo ipsa charitas quæ omnia credit, non omni spiritui credit: ac per hoc omnia credit, sed Deo: quia non dictū est, omnibus credit. Quomodo autē credit & sperat. In B epistola ad Bonifaciū comitem. Charitas est per quam fides operatur. In hac omnes sancti Patres nostri, & Patriarchæ, & Prophetæ, & Apostoli, placuerūt Deo. In hac omnes veri martyres, vsq; ad sanguinem cōtra diabolū certauerūt: & quia in eis non refriguit nec defecit, ideo vicerunt: in hac omnes boni fideles quotidie proficiunt, peruenire cupientes, non ad regnum mortaliū, sed ad regnū cœlorum: non ad temporalem, sed ad æternam hereditatem: nō ad aurū & argentum, sed ad diuitias incorruptibiles Angelorū: non ad aliqua bona huius sæculi, in quibus cū timore viuatur, nec ea quisquam potest secū afferre dum moritur, sed ad videndum Deum: cuius suauitas & dilectio, excedit omnem pulchritudinē, excedit omnem decorem animarū quālibet iustarū C atque sanctarū, excedit omnem speciem supernorum Angelorum atq; virtutū, excedit quicquid de illo, non solum dicitur, verum & quod cogitatur. Neq; hanc tam magnā promissionē, quia valde magna est, ideo desperemus, sed potius quia valde magnus eam promisit, accepturos nos esse credamus. Est spiritualis fructus omnis vtilis, super Ioan. sermone lxxxvij. Charitas est fructus noster: quā diffinit Apostolus, de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta. Hac non diligimus inuicem, nisi diligentes Deum. Diligit enim vnusquisque proximū tanquam seipsum, cum diligit Deū. Nam si Deum nō diligit, nec diligit seipsum. In his autem duobus præceptis charitatis, tota lex pendet & prophetæ. Hic est fructus noster. Ibid. Beatus A- D postolus cum commendare vellet fructum spiritus, in capite posuit charitatē. Fructus, inquit, spiritus, est charitas. Ac deinde cætera, tanquā ex isto capite exorta & religata cōtexuit: quæ sunt. Gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Quis autē bene gaudet, qui bonum non diligit vnde gaudet? Quis pacem veram, nisi cum illo potest habere, quem veraciter diligit? Quis est longanimis in bono perseueranter manendo, nisi ferueat diligendo? Quis benignus, nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? Quis vtiliter mansuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet vnde turpatur, nisi diligat vnde honestatur? Meritò itaque magister bonus dilectionem sic sæpe commendat, tanquam sola præcipienda sit: sine qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Et ideo in tractatu de laudibus charitatis. Quapropter sectamini charitatem dulce ac salubre vinculum mentium: sine qua diues pauper est, & in qua pauper est diues. Hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus tēperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres lætissima, inter falsos patientissima. In Abel per sacrificium grata, in Noë p̄ diluuiū secura. In Abrahæ peregrinatione fidelissima, in Mose inter ærūnas lenissima, ī Dauid tribulationibus māsuetissima: In tribus pueris blandos ignes innocenter spectat, in Machabæis sæuos ignes fortiter tolerat. Casta in Susanna contra virum, in Anna post virum, in Maria præter virum: libera in Paulo, ad arguendum: humilis in Petro, ad obediendum: humana in Christianis, ad confitendum: Diuina in Christo, ad ignoscendum. Vnde super primam Ioan. homil. vij. Quid amatur si charitas in odiū venit? Quia charitate fit vt cætera bene amentur, ipsa quoque bene amanda est. Res ergo quæ nunquā debet à corde discedere, nec ab ore discedat. Super Psal. lxxvj. Charitas sine gaudio esse non potest. Est insuper charitas virtuosa atque fortis. Lib. de sentētia Iacobi ad Hieronymum. Meritò charitas fortis vt mors dicitur: siue quia nemo eam vincit, sicut mortem, siue quia in hac vita vsque ad mortem est mensura charitatis: Sicut Dominus ait. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis: Siue potius, quia sicut mors animam auellit à sensibus corporis, sic charitas à concupiscentiis carnalibus. Huic subseruit scientia, cùm est vtilis, nam sine ipsa, inflat. Quem ista ædificando impleuerit, nihil ibi potest manere quod inflet. Hæc quanto magis est in homine, tātomagis est virtute præditus: quanto autem minus, tanto minus est virtus, & tanto magis est vitium. Vbi ergo illa plena & perfecta est, nihil ex vitio remanebit. Super Psalmum quadragesimumseptimum. Virtus charitatis est, quam nemo vincit. Huius ignem, nulli fluctus sæculi, nulla flumina tentationis extingunt. De hac dictum est. Fortis est vt mors dilectio. Quomodo enim mors quando venit resisti ei non potest, & si quibuslibet artibus, quibuslibet medicamentis occurras, violentiam mortis vitare non potes, qui mortalis natus es: Sic contra violentiam charitatis, mundus nihil potest. Econtrario enim similitudo data est de morte. Quomodo enim mors ad auferendum violentissima est, sic charitas ad saluandum violenta est: per charitatem enim multi mortui sunt sæculo, vt viuerent Deo. Ideo super Psal.

Cap. 32. Tom. III.

Tom. II. Epist. 205.

Victrix iniuriarū charitas.

Tom. IX.

1. Timo. 1.

Tract. eod. Gal. 5.

Caput virtutum charitas.

Psal.cxxxij. Hoc est nõ vinci, vt charitas nõ vin
Cap. 11. catur ab inimicis. Per charitatẽ omnis opera-
Tom. IIII. tio redditur vtilis, lib. de catechizãdis rudibus.
Tũc verè est opus bonũ, cũ à charitate iaculatur
agẽtis intẽtio, & tãquã ad locũ suũ rediens, rur-
sus in charitate requiescit. Super primã canoni
Tom. IX. cã Io. homil. v. Qui facit cõtra charitatẽ, non est
1. Pet. 4. natus ex Deo: qui autẽ est natus ex Deo per cha
ritatẽ, nõ peccat: quia illa operit multitudinem
Tom. VIII. peccatorũ. Super Psal. xxxj. Charitas nõ pmit-
tit te aliquid mali facere ei quẽ diligis, sed quic-
quid potes illi præstare. Ipsa enim est, quæ orat
etiã ꝑ inimicis. Ergo deserit amicũ, qui bene o-
Tom. IX. ptat inimico? Super primã canonicã Io. homil.
vij. Breue præceptum tibi præcipitur. Dilige, &
quod vis fac. Siue taceas, dilectione taceas: si-
ue clames, dilectione clames: siue emendes, dile-
ctione emẽdes: siue parcas, dilectione parcas. Ra
dix sit intus dilectionis, nõ potest de ista radice
nisi bonũ exire. Est charitas assiduæ actionis.
Tom. VIII. super Psal. xxxj. Dilectio vacare nõ potest. Quid
enim de quoquã homine etiã malè operatur, nisi
amor? Da mihi vacãtem amorẽ, & nihil operan-
Non otiosa charitas. tem. Flagitia, adulteria, facinora, homicidia, lu-
xurias omnes, nõne amor operatur? Purga ergo
amorẽ tuũ, velut aquã fluentẽ in eloacã, cõuerte
ad hortũ. Quales impetus habebat ad mũdũ, ta-
les habeat ad artificem mundi. Non vobis dici-
tur, nihil ametis: imo amate. Sed quid ametis, vi-
dete. Amor Dei & amor proximi, dicitur chari
tas: amor mundi, amor huius sæculi, cupiditas di
citur. Cupiditas refrænetur, charitas excitetur.
Ipsa enim charitas bene operãtis, dat ei spẽ bonæ
cõscientiæ. Spẽ enim gerit bona cõsciẽtia. Quo-
modo mala cõsciẽtia tota in desperatione est, sic
Tom. VIII. bona cõscientia tota est in spe. Ideo de charita-
te nullus excusabilis, super Psal. ciij. sermone j.
Excusationem in iudicio Dei nõ habebitis, nisi
vos in bonis operibus exercueritis: & eorũ quæ
audistis, tãquã pluuiæ fructũ cõgruũ dederitis.
Fructus congruus, opera bona & syncera: dile-
ctio non solũ fratris, sed & inimici. Supplicẽ nul
lum spernas: & cui dare nõ potes quod petierit,
nõ eũ spernas. Si potes dare, da: si nõ potes, affabi
lem te præsta. Coronat Deus intus bonitatẽ, vbi
nõ ĩuenit facultatẽ. Nemo dicat nõ habebã. Cha
ritas nõ de saccello erogatur, quia quicquid dici
mus, & quicquid diximus, & quicquid dicere po
terimus, vel nos, vel qui post nos, vel qui ante
1. Timo. 1. nos, non habẽt finem, nisi charitatem: quia finis
præcepti est charitas, de corde puro, & conscien
tia bona, & fide nõ ficta. Lib. 50. Homi. homil.
Tom. X. vj. Potes mihi dicere, nõ habeo quod tribuã egẽ-
ti. Nõ possum ieiunare, nõ possum frequenter à
vino & à carnibus abstinere. Nunquid potes mi
hi dicere, charitatem te habere nõ posse? Ipsa est
cuius possessio tanto plus augetur, quanto am-
Cap. 33. Tom. I. plius erogatur. Ideo lib. de moribus Ecclesiæ.
Charitas in omnibus debet custodiri. Charitati
victus, charitati sermo, charitati habitus, chari-
tati vultus aptatur: coitur in vnã conspiratúrq;
charitatem: hanc violare tanquã Deum nephas

A ducitur: Huic si quis resistit, expugnatur atque
eiicitur: hanc si quis offendit, vnum diem dura-
re non sinitur. Commendatur ista à Christo &
Apostolis: vt si vna hæc absit, inania: si hæc ad-
sit, plena sunt omnia. Vnde debetur omnibus *Tom. II.*
super omnia, in epistola ad Seuerum Episcopũ. *Epist. 135.*
Charitas quanto plus impenditur, tãto plus de-
betur. Et nos tanto magis eam debemus, quan-
to amplius impẽderemus. Cuius nos perpetuos
debitores ostendit Apostolus, dicens. Nemini *Rom. 13.*
quicquã debeatis, nisi vt inuicẽ &c. In Epi- *Tom. II.*
stola prima ad Celestinum. Semper debeo chari *Epist. 62.*
tatem: quæ sola etiam reddita, semper detinet
debitorem. Redditur enim cùm impenditur,
debetur autem etiam si reddita fuerit: quia nul-
lum est tempus quando impendenda iam non
B sit: nec cùm redditur amittitur, sed potius red-
dendo multiplicatur. Habendo enim redditur, *Charitas cũ redditur, augetur non amittitur.*
non carendo. Et cùm reddi non possit nisi ha-
beatur, nec haberi potest, nisi reddatur: imo etiã
cùm redditur ab homine, crescit in homine: &
tanto maior acquiritur, quanto plus redditur:
Quomodo autem negetur amicis, quæ debetur
& inimicis? Sed inimicis cauta impenditur, ami-
cis secura rependitur. Agit tamen quãtũ potest,
vt ab iis etiam quibus pro malis bona retribuit,
id recipiat quod impendit. Optamus quippe fie-
ri amicũ, quẽ veraciter diligimus, inimicũ: quia
nõ eum diligimus, nisi velimus bonũ: quod vti-
que nõ erit, nisi amiserit inimicitiarũ malũ. Nõ
ergo sic impẽditur charitas vt pecunia. Excepto
enim quod illa impendendo minuitur, hæc auge
C tur: etiã illo modo inter se differũt: quod pecuniã
cui dederimus, tũc ei beneuolentiores erimus, si
recipere non quæramus: non autem potest esse
verus charitatis impensor, nisi fuerit benignus
exactor: quoniã pecunia cùm recipitur, accedit
cui datur: sed recedit à quo datur: charitas verò
non solum apud eũ crescit, qui hanc ab eo quem
diligit exigit, etiã si nõ recepit, sed etiã ille à quo
eam recipit, tunc incipit habere, cùm reddit.

Declaratur lib. viij. de Trinita. Nec illa iam *Cap. 8.*
quæstio moueat, quantum charitatis fratri debe *Tom. III.*
mus impẽdere, quãtũ Deo: incõparabiliter plus-
quam nobis Deo, fratri autem, quãtũ nobis ipsis.
Nos autem ipsos tãto magis diligimus, quanto-
magis diligimus Deum. Ex vna igitur eadémq;
charitate Deum proximúmque diligimus: sed
D Deum propter Deum: nos autem & proximum
propter Deum. Qualis sit charitas, super pri- *Tract. 7.*
mam canonicam Ioannis, homilia vij. Qualem *Tom. IX.*
formam, qualem staturam habet charitas, nemo
dicere potest, habet tamẽ. Nam habet pedes, qui
ducunt ad ecclesiam: habet manus, quæ porrigũt
pauperibus: habet oculos: nam inde intelligitur
ille qui eget. Beatus, inquit, qui intelligit super
egenum & pauperem: habet aures, de quibus di-
cit Dominus, Qui habet aures audiendi audiat.
Nõ sunt mẽbra distincta per loca, sed intellectu.
Totũ simul habet, q habet charitatẽ. Habita, &
ĩhabitaberis: mane, & manebitur in te. De eius *Tract. 5.*
augmẽto & ꝓfectu ĩ ead. hom. v. Si qs habuit tan- *Tom. ead.*

tam charitatem, vt paratus sit pro fratribus mori: perfecta in illo est charitas. Sed nunquid mox vt nascitur, iam prorsus perfecta est? vt perficiatur, nascitur: cùm fuerit nata, nutritur: cùm fuerit nutrita, roboratur: cùm fuerit roborata, perficitur: & cùm ad perfectionem venerit, dicitur: *Phil 1.* Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. In *Tract.6. Tom.eod.* eadem, homil. vj. Hæc est perfectio charitatis, & maior omnino inueniri nō potest, quam pro fratribus animam ponere. Sed quia nō in omnibus perfecta est, & desperare non debet in quo perfecta non est, si iam nata est quæ perficiatur: quia si nata, nutrienda: & quibusdam suis nutrimentis ad perfectionem est perducenda. Incipit autem, cùm de superfluis tribuit egenti in angustiis aliquibus constituto. Erit autem maior in gloria, *Tom. VIII.* super Psal. xcj. Charitas quæ tertia nobis adiungitur ad fidem & spem, maior est supra fidem & spem: quia fides rerum est quæ non videtur. erunt autem species, cùm visæ fuerint: & spes rei est quæ non tenetur, adueniente ipsa re non erit iam spes, quia tenebimus, non sperabimus. Charitas autem non nouit nisi crescere magis magísque. Si autem amamus quem non videmus, quomodo amaturi sumus cùm viderimus? Desiderium ergo crescat, Christiani non sumus, nisi propter futurum sæculum. In tractatu de *Tom.IX.* quatuor virtutibus charitatis. O charitas, quam magnas vires habes, quæ de cœlo Deum deposuisti. O chara sanctitas. O sancta & vera charitas, quæ tanta es in terris, quanta eris in cœlis? Quæ tantum potes in hac pugna mortalitatis adhuc sollicita, quantum poteris in illa perfecta pace secura? Euigila itaq; omnis anima Christiana, & si in te eminet virtus charitatis, quæ omnia sustinet, Domini tui imitare vestigia. Christus enim, ait Petrus Apostolus, pro vobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et si ille propter te de cœlesti sede ad terrena descendit, tu propter te fuge terrena, appete cœlestia. Si dulcis est mundus, dulcior est Christus. Si amarus est mundus, omnia pro te sustinuit Christus. Via tibi factus est ipse saluator: *Tom. VIII.* surge, ambula. Super Psal. xcviij. Qui plenus est charitate, plenus est Deo: quia apertè scriptū *1.Io.4.* est, Deus charitas est. In illa ergo est magnus Deus: in illa esto: & nō erit præter te Deus. Vnde charitas distinguit bonos à malis. *Cap.18. Tom.III.* Lib. xv. de trinitate. Charitas est donum Dei, quo nullum excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ. Dantur & alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impartiatur cuique Spiritus sanctus, vt eum Dei & proximi faciat amatorem, à sinistra nō transfertur ad dexterā. Nec Spiritus propriè dicitur donum, nisi propter dilectionem. Quam qui non *Charitatis necessitas.* habuerit, si linguis hominū loquatur & Angelorum, sonans æramentum est, & cymbalum tinniens. Et si habuerit omnem fidem, ita vt mōtes transferat, nihil ei prodest. Quantū ergo bonum est, sine quo ad æternam vitam neminē bona tan-

A ta perducūt? Ipsa verò dilectio siue charitas, nam vnius rei nomen est vtrunque, si habeat eam qui non loquitur linguis, nec habet prophetiā, nec omnia scit sacramenta, omnémq; scientiam, nec distribuit omnia sua pauperibus, vel non habendo quod distribuat, vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suū vt ardeat, si talis passionis nulla tentatio est, perducit ad regnum, ita vt ipsam fidem nō faciat vtilem, nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest quidem esse, sed non prodesse. Super primā canonicā Ioan. homil. v. Nemo interroget hominem, redeat vnusquisque ad seipsum: & si ibi inuenerit charitatem fratris, securus sit: quia transit de morte ad vitā. Iam in dextera est. Non attendat quia modo gloria eius occulta est, quia cùm venerit Dominus, B tunc apparebit gloria eius. In eodē, homil. vij. Omnes qui nō diligūt, alieni à Deo sunt. Et quāuis intrent basilicas, nō possunt tamen numerari inter filios Dei: quia non ad illos pertinet fons vitæ. Habere baptismum, & malus potest: habere prophetiā, & malus potest: accipere sacramenta, & malus potest: habere nomen Christi & vocari Christianus, & malus potest: habere autem charitatē & malus esse, non potest: quia hoc proprium donum Dei. Super Psal. ciij. sermone primo. Alieni omnes à via veritatis, siue Pagani, siue hæretici & mali quique Christiani, habere multa dona possunt, charitatem non possunt.

Et in vera Ecclesia catholica. super Psal. xxj. sermone. ij. Tunica Christi incōsutilis est charitas, & vnitas Ecclesiæ desuper texta, id est, de cœlo C à Patre & Spiritu sancto. In ipsa sors mittitur, nemo illam diuidit. Sacramenta sibi hæretici diuidere potuerunt, charitatem non diuiserunt. Et quia diuidere non potuerūt, recesserunt: illa autē manet integra. Sorte obuenit quibusdā. Qui habet hanc securus est. Nemo illum mouet de Ecclesia catholica. Et si foris illam incipiat habere, intromittitur, quomodo ramus oliuæ, à colūba.

Et ideo lib. iij. cōtra epistolā Parmenia. Nihil aliud appetit diabolus venenosissima versutia sua, nisi vt corrūpat atq; disrumpat vinculū pacis et charitatis, quo cōseruato inter Christianos, vires eius omnes inualidæ fiunt ad nocendū, & muscipulæ insidiarum eius cōminuuntur, & cōsilia euersionis euanescunt. Quia super primā canonicā Ioā. homil. ij. Firmamētū salutis, est habere radicē charitatis, virtutem pietatis. In eo- D dē, homil. vij. Laboribus temporalibus exercemur, & tentationibus vitæ præsentis erudimur. Sed si nō vultis in ista eremo siti mori, bibite charitatē. Fōs est quē voluit Dominus hîc ponere, ne deficiamus in via: & abundātius eū bibamus, cū ad patriā venerimus. Lib. vj. cōtra Iulia. Quisquis tenuerit veritatē, & charitatem: nec inuidus erit. Nā & error, veritate: & liuor, charitate pellendus est. Secūdū charitatē distinguūtur opera. super eādē canonicā Ioan. homil. vij. Traditus est Christus à Patre, & à seipso, & à Iuda. Vna res facta est: sed qs discernit inter istos? Certè hoc fecit Pater & Filius ī charitate: fecit Iudas in proditione.

ditione. Vnde videtis nō qđ facit homo cōsiderādū esse, sed quo animo & volūtate faciat: quia in eodē facto benedicimus Deū patrē, & Iudam detestamur: benedicimus charitatē, detestamur iniquitatē. Diuersa ergo intētio, diuersa facta fecit: Cū sit vna res ex diuersis intētionibus si eam metiamur, vnū amandū alterū dānādū: vnū glorificādum, alterū detestandū inuenimus. Tātum valet charitas. videte quia sola discernit, sola facta hominum distinguit. Contrariatur autē charitati inuidia, lib. de catechizandis rudibus. Charitati nihil aduersius quā inuidentia est, mater autē inuidētiæ superbia est. Ideo Dominus Iesus Christus Deus & homo, & Diuinæ in nos dilectionis indicium est, & humanæ humilitatis exēplum: vt magnus tumor noster maiore medicina cōtraria sanaretur. Magna est enim miseria superbus homo, sed maior misericordia humilis Deus. Lib. de salutaribus documentis. Per omnia caueamus ne per inuidiam, odium, detractionem, iram, rixam, à capite nostro Domino Iesu Christo præcidamur: & quicquid mali iusti pro amore Christi, nostri proximi pertulerint, charitatis affectu cōpatiamur: & quicquid boni alius quilibet acceperit, quasi nos acceperimus ita gaudeamus, & pro illo qui acceperit gratias referamus. Ecce iā patitur aliqs tribulationem, aut damnum huius sæculi, aut pro culpis suis in carcere iubente imperiali sublimitate recluditur, vel tristatur parētum, siue amicorum morte, si dolemus pro illo, in corpore Ecclesiæ constituti sumus: si non dolemus, iam à corpore præcisi sumus. Charitas enim, quæ colligat & viuificat omnia membra Ecclesiæ si nos videat de alterius ruina gaudere, statim nos præcidit à corpore. Fortè igitur nō dolemus de ruina proximorum nostrorum, sed insidiamur, quia iam à corpore præcisi sumus. Tandiu enim dolet membrum, quādiu in corpore cōtinetur: Talis est omnis Christianus, qui de alterius damno, aut afflictione, vel morte, non dolet, sed, quod peius est, fortè iam gaudet: quia iā alienus est à corpore, ideo affectū charitatis nō tenet in corde: cum Apostolus præcipiat gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus: idipsum, inquit, inuicem sentientes. Nos verò si veram & perfectam charitatem voluerimus custodire, omnes homines sicut nosmetipsos studeamus diligere. Et vt caput nostrum Christus est, ita membra illius esse mereamur: vt cum Christus apparuit gloria nostra & nos per cōcordiā charitatis & dilectionis Dei & proximi, quasi vera & perfecta membra illius, absque dolo malitiæ vel inuidentiæ, omnes homines sicut nosmetipsos amantes, cum ipso apparere in gloria mereamur. Cupiditas cōtrariatur, eod. lib. 50. Hom. homil. viij. circa princ. Charitas & cupiditas, simul ambæ esse non possunt: nisi vna radicitus euulsa fuerit, alia plantari non poterit. Sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem cōtemnit euellere. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Ibidem. Quātum possumus studeamus amaritudinē auaritiæ fugere, si volumus ad charitatis dulcedinem peruenire. Ideo lib. de agone Christiano, circa fin. Fidei simplicitate & synceritate lactati nutriamur in Christo, & cū paruuli sumus, maiorum cibos non appetamus, sed nutrimentis saluberrimis crescamus in Christo, accedētibus bonis moribus & Christiana iustitia, in qua est charitas Dei & proximi perfecta & firmata: vt vnusquisque nostrū de diabolo inimico & angelis eius in semetipso triumphet in Christo quem induit: quia perfecta charitas, nec cupiditatem habet sæculi, nec timorē, id est, nec cupiditatem habet sæculi, vt acquirat res temporales, nec timorē ne amittat res temporales. Per quas duas ianuas intrat inimicus, qui primo timore Dei, deinde charitate pellēdus est. Debemus itaque tāto auidius appetere apertissimam & euidentissimam cognitionem veritatis, quanto nos videmus in charitate proficere, & eius simplicitate cor habere mūdatum: quia ipso interiori oculo, videtur veritas. Beati enim mūdo corde, quoniam ipsi Deum videbūt. Lib. lxxxiij. q. Cum Deus magis diligitur quam animus, vt malit homo esse eius quā suus, tunc verè animo summéque consulitur: consequenter & corpori, nobis id non curantibus aliquo appetitu satagente, sed tantum prompta & oblata sumētibus. Charitatis autem venenum, est cupiditas adipiscendorum aut retinēdorum temporalium. Nutrimentum eius est imminutio cupiditatis. Signū profectionis eius, est minutio timoris. Signū perfectionis eius, nullus timor. Quia & radix omnium malorum est cupiditas: & consummata dilectio, foras mittit timorē. Lib. iij. de doctrina Christiana. Quod agit charitas, non vt sibi prosit sed proximo, beneficētia nominatur: & hîc præcedit vtilitas, quia nemo potest ex eo quod nō habet prodesse alteri. Quanto enim magis regnum cupiditatis destruitur, tāto magis regnum charitatis augetur. Ideo in princ. tractatus de laudibus charitatis. Qui diuinarū scripturarum multiplicem abundantiā, sine vllo errore comprehendit, & sine vllo labore custodit, eius cor plenum est charitate: dicente Apostolo. Plenitudo autem legis charitas. & alio loco, finis autem præcepti charitas. Quid est autem præcepti finis, nisi præcepti adimpletio? Et quid pręcepti adimpletio, nisi legis plenitudo? Nec dubitari vllo modo potest, quod templū Dei sit homo, in quo habitat charitas. Dicit enim Ioānes, Deus charitas est. Hæc autē dicentes Apostoli & nobis charitatis excellentiā cōmendantes: non vtique aliud quā quod cōmendarant, ructare potuerūt. Ipse quippe Dominus pascens eos verbo salutis, verbo charitatis, quod est iste panis viuus qui de cœlo descēdit. Mandatū, inquit, nouū do vobis, vt diligatis inuicē. Ille ergo qui venit per crucis irrisionē, carnis punire correptionē: & vetustatē vinculi mortis nostræ, suæ mortis nouitate soluere: mādato nouo fecit hominem nouū. Res enim vetus erat, vt homo moreretur: quæ ne semper valeret in homine, res noua facta est, vt Deus mo

Marginalia: Cap. 4. Tom. IIII. — Cap. 52. Tom. IIII. — Compago membrorum, charitas. — Rom. 12. — Tom. X. — Cap. 33. Tom. III. — Mat. 5. — Quæst. 36. Tom. IIII. — Tom. III. — Tom. IX. — Rom. 13. 1. Tim. 1. — 1. Io. 4.

reretur. Sed quia in carne mortuus est, nõ in Diuinitate: ideo per sempiternã vitam Diuinitatis, non permisit esse sempiternũ interitum carnis. Qui ergo contra mortis vetustatem attulit vitę nouitatem, ipse cõtra vetus peccatum, opponit nouum mandatum. Quapropter quisquis peccatum vetus vis extinguere, mandato nouo extingue cupiditatem, & amplectere charitatẽ. Sicut enim radix omnium malorũ est cupiditas: ita radix omnium bonorũ est charitas. In communibus sermonibus, sermone vj. Charitas est colũna & firmamentũ diligẽtibus Deũ. In sermone vij. de sancto Stephano. Charitas in Stephano superauit sæuitiam Iudæorũ. Charitas in Paulo, cooperuit multitudinẽ peccatorũ. Charitas est igitur omnium fons & origo bonorũ, munimẽ egregium, & via quę ducit ad cœlũ. In charitate qui ambulat, nec errare poterit, nec timere. Ipsa dirigit & protegit, & ipsa perducit.

CARNALIS. In sermone de timore. Sensus carnalis Deo cõtrarius est. Deũ negligit, diabolo seruit: Diuina verba despicit, suggestiones falsas diabolicas credit. In Homil. de visione Abrahæ super illud Gene. xv. vniuersa hæc diuisit per mediũ, & vtrasq; partes contra se altrinsecus posuit, aues autẽ non diuisit. Tota Ecclesia non solum habet spirituales, sed etiam carnales. Et carnales diuisi, & cõtra se positi sunt. Quia omnes luxuriosi & amatores mundi, contra se inuicem diuisiones & scandala habere non desinunt. Denique & in omnibus diuisi contrariis spectaculis, vel cruentis, vel furiosis, vel turpibus, etiam & ad furiosum tabulæ ludum duæ contra se partes certare videntur: ambæ tamen carnales & neutra spiritalis. Isti enim diuiduntur, quia sibi inuicem aduersantur. Spiritales nõ diuiduntur, quia est illis cor vnum & anima vna in Domino: est illis vnũ velle ac nolle. Ibidem inducens illud, quis nos separabit à charitate Christi? Spiritales nec tormenta separant à Christo: carnales verò interdum etiã onerosis fabulis separantur. Illos nõ separat nec crudelis gladius, istos verò separat carnalis affectus. Spiritales nec dura frangunt, carnales etiã blanda corrũpunt. Lib. de duabus animabus. Difficile est nobis à carnalibus abstinere, cum panis noster verissimus spiritualis sit. Neque enim nullo in supplicio sumus peccato transgressionis mortales ex immortalibus facti. Ideo contingit, vt cum ad meliora conantibus nobis cõsuetudo facta cum carne, & peccata nostra quodammodo militare contra nos, & difficultatem nobis facere incipiant. In eodem. Propterea carnalia & corporea dilgẽdo peccamus, quia & spiritalia diligere & iustitia iubemur, & natura possumus.

In serm de temp. ser. 54. Tom X.
Carnales inter sese diuisi.
Cap. 12. Tom. VI.
Eod. cap.
Cap. 2. Tom. III.

CARO. De carne Christi, Lib. de fide ad Petrum, parte prima. Sic Christum Dei filiũ. i. vnam ex Trinitate personã, Deum verũ crede, vt Diuinitatem eius, de natura patris natã esse nõ dubites. Et sic eũ verũ hominem crede, vt eius carnẽ nõ cœlestis, non aëreæ, non aqueę, non alterius cuiusquã putes esse naturæ, sed eius cuius est hominũ caro. i. quã ipse homini primo de terra plasmauit, & cæteris hominibus plasmat, quos per propagationẽ ex hominibus creat. Sed licet caro Christi & omnium hominum, vnius eiusdémque naturæ sit: hęc tamen quã Deus verbũ, ex Maria virgine sibi vnire dignatus est, sine peccato cõcepta & nata est: vtpote secũdũ quã Deus æternus & iustus, misericorditer, & conceptus, & natus est, & Dominus gloriæ crucifixus est. Quibus autẽ verbis explicabitur carnis illius excellentia singularis, cuius Diuina ex ipsa sui conceptione persona, cuius origo natiuitatis insolita: qua sic verbũ caro factũ est, vt vna persona esset cum carne sua vnigenitus ac sempiternus Deus, ipsa suæ carnis conceptione conceptus? Lib. ij. de cõsensu Euangeliorũ, c. ij. Firmissimè tenendũ est carnẽ Christi ex vtroque genere propagatã, & regũ. s. & sacerdotum, in quibus personis apud illũ populũ Hebræorũ, etiã mystica vnctio figurabatur. i. chrisma, vnde Christi nomen elucet. Lib. lxxxiij. q. Ideo dicitur, verbum caro factũ est, quia vsque ad visibilem carnem assumptio illa humanæ naturæ à Deo facta est, atque in tota illa vnitate susceptionis principaliter verbũ est, extrema autẽ atque vltima caro. Volens itaque Euãgelista cõmendare nobis dilectionem humilitatis Dei qui sese humiliauit, quousq; humiliauerit exprimẽs, verbũ carnémque nominauit: Prætermittẽs animæ naturã, quæ verbo est inferior, & carne pręstantior. Magis enim cõmẽdat humilitatẽ, quia dictum est, verbũ caro factum est. Ibidem. Solent homines per nominationẽ solius carnis significari: vnde cũ dicitur, verbũ caro factum est, nihil est dictũ, nisi verbũ homo perfectũ est. Sicut enim à parte totum, plerunque nominata anima sola homo intelligitur, sicuti est illud, tot animæ descenderunt in Aegyptũ: sic etiã à parte totũ, etiã nominata sola carne, homo ĩtelligitur.

Lib. v. contra Iulianũ. Caro Christi mortalitatem de mortelitate materni corporis traxit, quia mortale corpus eius inuenit: contagium verò peccati originalis non traxit, quia concũbentis cõcupiscẽtia nõ inuenit. Super Psal. lvj. Veritas carne contecta venit ad nos, & sanauit per carnem suã oculũ interiorem cordis nostri, vt eũ postea facie ad faciem videre possimus. Lib. ij. de consensu euangeliorũ, c. iij. Quid mirũ, si filij Dei homines facti sunt, cũ caro essent, propter quos vnicus caro factus est, cũ verbũ esset? Hac sanè magna distãtia, quia nos effecti filij Dei mutamur in melius: ille autẽ filius Dei cum filius hominis factus esset, nõ est mutatus in deterius, sed assumpsit, qđ erat inferius. De hac materia require infra, c. Incarnatio. & c. Natiuitas Christi.

De humana autẽ carne, quo ad generationẽ, vbi supra de fide ad Petrũ. Istã verò cæterorum hominũ carnem, per humanũ certum est nasci cõcubitũ, viro seminãte, fœmina verò cõcipiente atq; pariente. Et quia dũ sibi inuicem vir muliérque miscentur vt filios generent, sine libidine nõ est parentũ cõcubitus, ob hoc filiorum eorum

eorũ carne naſcentiũ, nõ poteſt ſine peccato eſſe cõceptus: vbi peccatũ in paruulos nõ tranſmittit propagatio, ſed libido. Nec fœcũditas naturæ humanæ facit homines cũ peccato naſci, ſed fœditas libidinis, quã homines habẽt ex illius prioris iuſtiſsima cõdẽnatione peccati. Lib. j. cõtra Iulianũ allegãs Hillariũ Gallũ Epiſcopum. Ex peccato eſt omnis caro, à peccato. ſ. Adã parente deducta. Lib. ij. de pecca. meri. & remiſ. & bapt. paruulorũ. Caro quę primo facta eſt, nõ erat caro peccati, in qua noluit homo, inter paradiſi delicias ſeruare iuſtitiã. Vnde ſtatuit Deus vt poſt eius peccatũ propagata caro peccati, ad recipiẽdã iuſtitiã, laboribus & moleſtiis niteretur: Propter hoc etiam de Paradiſo eſt dimiſſus Adã, vt ſignificaret quòd in laboribus, qui ſunt deliciis cõtrarij, erudiẽda eſſet caro peccati, quæ in deliciis obedientiã nõ ſeruauit, antequã eſſet caro peccati. De carne quo ad naturalẽ conditionẽ, lib. xxj. contra Fauſtũ. Quid in ipſa carne vitalia viſcera, totius formæ cõuenientia, mẽbra operãdi, vaſa ſentiendi, locis atq; officiis ſuis cũcta diſtincta, & cõcordi vnitate cõtexta, moderatione menſurarũ, parilitate numerorũ, ordine põderũ: nonne indicãt artificẽ ſuũ Deum verũ, cui dictũ eſt. Omnia in menſura & põdere diſpoſuiſti? De hac materia require ſupr. c. Beneſi. & ĩfr. c. Corpus. & c. Homo. De carne quo ad animæ cõparationẽ, ſuper Ioã. ſer. ij. Super illud neq; ex voluntate carnis. carnẽ pro fœmina poſuit: qa cũ de coſta facta eſſet Adã dixit, Hoc nũc os de oſsibus meis, & caro de carne mea. Et Apo. ait. Qui diligit vxorẽ ſuã, ſeipſum diligit. Nemo enim carnẽ ſuã odio habuit. Ponitur ergo caro aliquãdo pro vxore, quomodo aliquãdo ſpiritus pro marito. Et quare? Quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, iſta ſeruire. Nam vbi caro imperat, & ſpiritus ſeruit, peruerſa domus eſt. Quid peius eſt domo vbi fœmina habet imperiũ ſupra virũ? Recta autẽ eſt domus illa, vbi vir imperat, & fœmina obtẽperat. Rectus ergo ipſe hõ vbi ſps ĩperat, & caro ſeruit. De hoc ſup. c. aĩa. p. & ibidẽ infr. & ideo li. xxj. cõtra Fauſtũ. Quod rationalis anima caſtigat corpus ſuũ, & ſeruituti ſubiicit, ne immoderato appetitu terreno impediatur à perceptione ſapientiæ, etiã ſic vtiq; diligit carnẽ ſuã, quã ſibi ad obediẽdũ legitimè ſubdit atq; ordinat. Lib. de verb. Apoſt. ferm. xij. Ipſe qui hominẽ creauit, carnẽ animæ ſubdidit, & animã ſibi. Si ſemp ſtaret illa ſub domino ſuo, iſta obediret dominæ ſuæ. Noli ergo mirari ſi ea quæ deſeruit ſuperiorẽ, pœnã patitur per inferiorem. Caro enim cõcupiſcit, &c. Quia vt dicit, lib. de duab. animab. Ita cõſtituti ſumus, vt & per carnẽ, voluptate affici, & per ſpiritũ, honeſtate poſsimus. Et hoc ideo, qa inter eos eſt cõtinua pugna. Lib. ij cõtra Iulianũ, allegãs Cyprianũ in Epiſt. de orat. Dominica. Fieri petimus volũtatẽ Domini in cœlo & in terra, quod vtrũque ad cõſummationẽ noſtræ ĩcolumitatis pertinet & ſalutis. Nã cũ corpus è terra, & ſpiritũ poſsideamus è cœlo, ipſi terra & cœlũ ſumus: & in vtroq;. i. in corpore & ĩ ſpiritu, vt Dei volũtas fiat, oramus.

Cap. 1. Tom. VII. — Cap. 34. Tom. VII. — Cap. 6. Tom. VI. — Sap. 11. — Tract. 2. Tom. IX. — Gen. 2. — Eph. 5. — Cap. 5. Tom. VI. — Tom. X. — Gal. 5. — Cap. 1. Tom. VI. — Tom. VII. — In homine cœlũ & terra.

A Eſt enim inter carnẽ & ſpiritũ colluctatio, & diſcordantibus aduerſus ſe inuicẽ quotidiana congreſsio, vt nõ ea quæ volumus, ipſi faciamus: dũ ſpiritus cœleſtia & Diuina quærit, caro terrena & ſęcularia cõcupiſcit. Et ideo petimus, ĩter duo iſta opere & auxilio Dei cõcordiã fieri, vt dũ in ſpiritu & carne volũtas Dei geritur, quæ per eũ renata eſt anima, ſeruetur. De hoc ſupr. c. Bellum. vnde in lib. de verb. Apoſt. ſer. xij. Cõcupiſcẽtiæ carnis tuę, lãguore rebellat aduerſus te. Lãguor iſte tyrãnus eſt: ſi vis tyrãni te eſſe victorẽ, Chriſtũ inuoca imperatorẽ. Lib. de vera innocentia, c. xviij. Nemo eſt, cuius animã corruptibile corpus & terrena inhabitatio nõ aggrauet: ſed adnitendũ eſt, vt carnis cupiditates ſpiritus vigore ſuperentur: & interior homo, qui ſemper B ſibi ſentit reſiſti, ſemp de Diuino auxilio expetat adiuuari. In eiſd. ſer. iij. Secũdũ carnẽ ire, eſt carnalibus deſideriis cõſentire: ſecũdũ ſpiritũ ambulare, eſt cõcupiſcentiis carnis nõ obedire.

Ibid. Quicquid concupiſcentia carnis egit in nobis ante baptiſmũ præteritorũ peccatorũ, ſiue in cogitationibus, ſiue in dictis, ſeu in factis, totũ deletũ eſt ſacro baptiſmate. Omnia debita deleuit vna indulgẽtia. Sed reſtat cũ carne cõflictus, quia ſi delicta ſunt deleta, manet tamẽ adhuc infirmitas. Super Pſal. cxliij. Caro tua, coniunx tua, famula tua, qđ libet deputa, opus eſt vt ſubiicias: & ſi pugnas, vt proſis pugna: Hoc enim expedit inferius ſubiici ſuperiori: vt & ille qui ſubiicere vult, quod eſt inferius, ſe ſubiiciat ſuperiori ſuo. Agnoſce ordinẽ, quære pacem. Tu Deo, tibi C caro. Quid iuſtius? Quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi. Serui tu ei qui fecit te, vt tibi ſeruiat quod factũ eſt propter te. Non enim hũc ordinẽ nouimus, neq; hunc ordinẽ cõmendauimus, tibi caro, & tu Deo, ſed tu Deo & tibi caro. Si aũt cõtemnis tu Deo, nunquã efficies vt tibi caro. Qui nõ obtẽperas Domino, torqris à ſeruo. Super Pſal. cxlv. Caro bene obediens, famula eſt animæ: Illa regit, hæc regitur: illa imperat, hęc famulatur. Lib. de verb. Apoſt. ſer. vj. Non eſtis in carne, quia nõ facitis opera carnis, cõcupiſcẽtiæ carnis conſentiendo: ſed eſtis in ſpiritu, quia ſecũdũ interiorẽ hominẽ cõdelectamini legi Dei, & hoc, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis.

Ideo cõſulit lib. de nouo cantico. Doma iumentũ tuũ. i. carnem tuã: ipſi enim inſidet anima D tua. Quomodo ſi in hac via mortali iumẽto inſideres, qđ te geſtiendo vellet præcipitare. nõne vt ſecurius iter ageres, cibaria ferocienti ſubtraheres, & fame domares qđ fręno nõ poſſes? Caro noſtra iumentũ noſtrũ eſt. iter agimus in Hieruſalem: plerũque nos rapit caro, & deuia conatur excludere. Tale ergo iumentũ cohibeamus ieiuniis. Lib. de ſalutaribus documentis. Vt ſemp caro noſtra ſubiecta ſit animæ, & ſicut ancilla dominæ ſuæ: ne præbeamus vires illicitas corpori noſtro, ne cõmittat bellũ aduerſus ſpiritũ noſtrũ: ſed ſemper ſubiecta ſit caro, vt obtẽperet iuſſis Spiritus ſancti. Neq; incraſſari permittamus ancillã, ne cõtemnat dominã ſuam, ſed omnibus iuſsis eius & obſequiis mancipetur. Sicut enim

Tom. X. — Tom. III. — De verb. Apoſtoli. Tom. X. — Tom. VIII. Caro ancilla animæ. — Tom. VIII. — Tom. X. — Cap. 3. Tom. IX. — Cap. 35. Tom. IIII. — Frenanda caro.

equ s

equis fræna ſunt imponenda, ita corpora noſtra A
ieiuniis & orationibus ſunt infrẽnãda. Nã quẽad
modũ aurigæ ſi fræna laxauerint, per præcipitia
ducũtur, ita & anima noſtra cũ ipſo corpore, ſi ei
frẽnũ nõ impoſuerimus, ad ĩferni præcipitia dila
bitur. Simus ergo boni & edocti aurigæ corpori
noſtro, vt per viã rectã poſſimus incedere. In
Cap. 54. eod. Caro data eſt nobis quaſi animæ bellũ: quæ
ſi mortificetur, ducit ad vitã; ſi nutriatur, præpa-
rat ſe cõtra animã ad bellũ. Laudo illũ q carnis
ſuæ poteſt habere poteſtatẽ. Dũ enim infirmita-
tem carnis noſtræ timemus, ſalutẽ animæ noſtræ
negligimus. Super Pſal. cxlv. Poteſt caro bonũ
Tom. VIII. cõſiliũ aĩæ ſuggerere? Vt multũ ſit edomita ca-
ro, & à Domino ĩpertitis viribus noſtræ ſeruitu-
ti ſubiecta, vt omnino ita ſeruiat nobis tãquã cõ-
ditionale mãcipium, ſed ſufficit vt nõ impediat. B
Sed vt dicit lib. xix. de ciui. Dei, c. iiij. Tãto mi
Tom. V. nus animæ ſubditur caro, quantomagis aduerſus
Cap. 64. ſpiritũ cõcupiſcit. Quia vt dicit in lib. de ſalu
Tom. IIII. taribus documentis. Caro eſt quæ animã perdit,
caro eſt quæ diabolũ recipit, & carnẽ habet dia-
bolus in poteſtate, nõ animã. Ideo dicit Apo. Da-
2. Cor. 12. tus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatha-
næ. carnis dicit, & nõ animæ. Deniq; Iob tẽtatus
eſt in carne à diabolo, dicente Domino. Dabo ti
Iob. 1. bi illũ in poteſtate, præter animã eius. Et infr.
Cap. eod. ſubdit. Caro cõcupiſcit omne malũ. Caro horta-
tur maleficia, ꝓuocat irã, homicidiũ, adulteriũ,
& rixã. Caro inſerit ebrietatẽ. Caro portat oẽm
cõcupiſcentiã huius ſæculi, & oĩa mala caro deſi
derat. Et infra. Nõ peccat anima niſi ꝑ carnẽ.
Cap. 65. Ipſa caro peccat quæ animã grauat: & aĩa à carne C
Carnem depingit ſuis coloribus. ſuperata, conſentit carni in peccatis. Caro enim
præceps eſt ad libidinẽ, improba ad petulãtiam,
frequẽs ad luxuriã, inuerecũda ad fornicationẽ.
Crimẽ quotidie crimini ſuperponit, peccata pec
catis: nõ ceſſat peſsimis deteriora coniungere: vo
lũtate eſt crudelis, vana, inſipiens, ſemper ad ma-
lũ prona, ad bonũ excuſabilis & pigerrima, ve-
lox ad mortẽ, ad vitã difficilis, cui exoſa ſunt ope
ra lucis, & tenebrarũ amãtiſsima: qa cadere dili-
git, ſurgere negligit. Amara eſt illi ſalus, & dul-
cis perditio: in malũ ſemper corruẽs in deterius,
& de peiori in peſsima defluẽs: inquieta & impa
tiens, flãmis gehẽnæ animã circundãs, iniiciens ſe
inter germina cupiditatis & auaritiæ, vanitatis
& arrogãtiæ, iræ, impatiẽtiæ, cæterarúmq; neq-
tiarũ: ſuperfluis & inhoneſtis ſe deprimit, abſtra- D
hẽs ſe à cæleſtibus, & delectãs in terrenis. Relin-
quit veritatẽ, feſtinat haurire vanitatẽ, & verba
mendacij. Et quid plura? Sicut tinea lanã deuo-
rat, & ſicut ignis ligna, & fœnũ, & ſtipulã cõſu-
mit: ita caro rebellis & delicata, aĩam cõſumit &
Ad fratres in Eremo. ſer. 49. cõcremat. Ideo terret caro, ĩ ſermone de anima
& corpore & miſera vita. Caro mala quid quæ-
ris? Quid deſideras? Neque enim poterit ſine te
Tom. X. anima iudicari in die iudicij. Caro miſera & pu-
tribilis, & omni ſqualore peccatorũ plena, quan-
do viua eras, quando pulchra eras vt ſol, ſplen-
dida vt luna, oculi tui micabant vt ſtellæ, crines
tui longæui, & carnem fœtidam pretioſis vn-
guentis vngebas, caro putribilis, veſtibus vteba-
ris optimis, & in cibis tuis & potibus aromatum
multitudinẽ cõdiebas: & ſic corpus tenebroſum
& fœtidũ reficiebas atque fouebas, & veſtiebas,
quia eſcam vermibus præparabas. Memorare
debuiſti quid à factore & opifice tuo audieris, cũ
primũ peccatum cõmiſiſti: Terra, inquit, es, & in
terrã reuerteris. Et Apoſt. egregiũ prædicatorẽ
dicentem, Nihil intulimus in hunc mundũ, ſed
nec auferre quid poſſumus. Nihil aliud caro mi-
ſera ſecũ, niſi peccatorum ſarcinas portat. In
eod. O caro miſerabilis, quia dilexiſti iſtius ſæcu
li delectabilia, & prauitates, & vitia, quæ Deus
odit: ecce in fine vitæ quãuis in limo terræ man-
ciperis, habes inimicitias in te. i. corruptionẽ, fœ
torem & vermẽ. Corruptionem, vt diſſolutionẽ
patiaris: fœtorẽ, vt viuentes exemplũ accipiant
quid fuiſti & quid es: vermẽ, vt conſumeris. Po-
ſtremo verò in fine poſt nouiſsimã tubam, poſt
redeuntem animã, poſt reuertentẽ vitam in cor
pore quo prius fuiſti, ſuppliciis æternis mãcipa-
beris, & ſimul cũ anima dãnaberis. In eod. O
caro miſera, quid de te agetur, quando à te egre-
diar, atque vita recedet? Tu ſola in vtero mater-
no iacebis. i. in ſinu terræ mancipaberis, habẽs in
te hæreditatem peſsimã. i. corruptionẽ, fœtorẽ,
& vermes. Ecce quid acquiſiuiſti dum viua eras.
Ecce quid poſsides dũ in ſepulchro iaces. Nõ po
tuiſti ieiuniis macerari & vigiliis, ac in ciliciis &
cinere humiliari? In ꝑpetuũ cũ anima ſalua fuiſ-
ſes, ſi ei credidiſſes, qa non potes benefacere, niſi
aliis benefeceris, hoc eſt, niſi corpus per abſtinẽ-
tiam afflixeris, animã ſaluare non poteris. Et
additur ibidẽ improperationis alloquutio Dei
ad animam. Audi quid creator dicat ad carnem.
O, inquit, mea creatura ego te de limo terrę plaſ
maui, pulchram & lucidã ad imaginem meã con
didi, ſpiramen vitæ tribui, animam inuiſibilem
tibi conceſsi, immortalitatis tunica te indui. In
Paradiſo voluptatis te collocaui, vbi vita Ange-
lica perfruebaris, cibos & omnia delectabilia iu
cunditatis cõtemplabaris, & omnia quæ creaui
in tua dominatione humiliaui, & delicias affluẽ
tes dedi. Inſup & omnia ligna Paradiſi tibi ſub-
diderã, & pro vno ligno vetito, quod ibidem cõ
mediſti, ecce vbi cecidiſti: de Paradiſo ĩ infernũ,
de luce in tenebras, de amœnis & iucunditatis lo
cis, in chaos obſcuritatis: & pro delectabili odo-
re, fœtori & putredini manciparis: & pro eſca
Angelica, cibus vermibus ſubiacebis: & pro im
mortalitatis veſte, corruptionis & putredinis i-
duta es veſtimento. Ecce quã cõceſsi, abſtuli vi-
tã & ſubtraxi. Et, quod maius eſt, poſt hæc om-
nia, poſt mortẽ & corruptionem, poſt fœtorem,
poſtquã in puluerem redacta fueris, habebis im-
mortalem vitã: ſiue ad bonæ operationis remu-
nerationem percipiendã, ſeu ad retributionẽ ma
lorum operum pœnas ſuſtinendas. Et quod
tunc ſit futura immortalis caro. lib. xiij. de ciuit.
Dei, c. vlt. Sicut deſertores Angeli, licet ſecundũ
quendam modũ mortui ſint peccando: quia fon
tem vitæ deſeruerunt, qui Deus eſt, quem potan
do, ſapienter & beatè viuere poterãt: tamen nõ
ſic mori potuerunt, vt omnino deſiſterent viue-
re atq;

re atque sentire, quoniã immortales creati sunt: atque ita in secundã mortem post vltimum præcipitabuntur iudicium: vt nec illi vita careant, quandoquidem etiam sensu, cum in doloribus futuri sunt, non carebunt. Sed homines ad Dei gratiam pertinētes, ciues sanctorũ Angelorum in beata vita manentium, ita spiritualibus corporibus induentur, vt nec peccēt amplius, nec moriãtur: ea tamen immortalitate vestiti, quæ, sicut Angelorum, nec peccato possit auferri: natura quidem manēte carnis, sed nulla omnino carnali corruptibilitate vel tarditate remanēte. Vnde probat carnis resurrectionem, in sermone de Ascensione Domini. Resurrectionem carnis, & ipsius carnis quæ vixit & mortua est, sapiētia sęculi, prætermisso lumine veritatis, videre nõ potuit. Hoc sibi insinuans, ac suis prædicans stulta persuasio. Totus, inquit, homo, in anima & intellectu, & sensus exercitatione, & in ratione ac vigore consistit. Nulla est ei carnis vtilitas. Quid necessitatis est, vt quę per se nihil agere potuit, rursus suscitetur in vitam? Videamus si nihil in hoc sæculo egerunt vel agũt in spiritu suo carnis officia. Vtriusque hominis inter se opera conferant: vt dicat fide spiritus, in die restitutionis, authori ac præceptori suo. Suscipe Domine geminum animæ carnísque seruitium. Te iubēte & iuuante, in illo sæculo communem hostem, communi intentione, deuicimus: habeat itaque Domine spirituales fructus, fragilitas corporis mei. Ego intellectu ac discretionis consilio, spiritaliter contra aduersarium steti: caro hæc corporaliter operis sudore, sobrietate, & ieiuniis dimicauit. Ad me pertinuerunt sacrificia supplicationis, ad hanc studia ac merita castitatis. Ego quidem huic fidem quã dederas tradidi, sed contra impugnantia blandimenta, virtutem de eius abstinētia & cõtritione mutuata sum, pro emendatione carnis meę. Domine ordinãte prouidentia tua, caro hæc per me quidem animata atque vegetata est: sed sola ipsa pro originali ac cõmuni debito, vim mortis experta est: vtriusq; transgresio, huius vnius facta est damnatio. Pro iure factoris ac reparatoris, ad me viuificatio: ad illã pertinuit correctio. Tu hãc carnē, dum meæ saluti publicè militares, honorasti. Tu quidē in me faciē similitudinis tuæ, nobilitate decorasti: sed in huius substãtia, fel, acetum, spinas, clauos, lanceam pertulisti. Tu, quantum ad conditionem meam spectat, quam ex homine suscepisti, in carnis huius vulneribus de diabolo triumphasti. Tu non de mea, sed de eius participatione, sacrũ pro hoc mundo sanguinem fudisti. Tuum Apostolus Thomas, fossum cõspiciens latus, per clauorum signa carnalia, Deum te esse testatus est. Tu in deitate tua, per huius cognitus cicatrices, in suo hominem corpore reparandum & instaurãdum esse docuisti. Ego autem nisi eam te suscitante recuperassem, ex inferis non rediissem. In omnibus mandatis tuis, ego imperium: illa pertulit famulatum. In commune laborauimus, sit commune quod tribuisti, quia sine illa non pa-

Organum animæ corpus.

A titur me iustitia tua recipere quod promittis. Agnoscamus ergo causas, quibus anima iam in paradisi beatitudine constituta, resumere proprij corporis desiderat indumentum: vt qui simul futuram gloriam desiderauerunt in huius sæculi peregrinatione, simul illic glorificentur in requie. Laborandum vtique & totis vtriusque hominis viribus luctandum est, vt nobilior portio inferiorem ad cœlorum secum excelsa sustollat potius, quam inferior superiorem in inferni profunda demergat. Propter hoc in communibus sermonibus, sermone vij. si laboramus pro carne nostra, laboremus & pro anima nostra. Quoniam curamus pro carne, satiamus carnem, ornamus carnem, quam post paucos dies vermes deuorant in sepulchro, quãto magis non debe-
B mus despicere animã, quæ Deo & Angelis præsentatur in cœlo? Recogitate quia quando caro copiosis deliciis satiatur, & abundè vino inficitur, pabulum luxuriæ ministratur. Iterum rogo respicite ad sepulchra diuitum, qui quotidie iuxta illa transitis. Vbi sunt illorum diuitiæ? Vbi illorum ornamenta? Vbi honores? Vbi spectacula furiosa? Vbi vanitates? Certè transierunt hæc omnia velut vmbra: & si pœnitentia non subuenerit, sola in perpetuũ crimina & supplicia remanebunt. Consyderate diligentius & videte superborum diuitum sepulchra, & agnoscite quia nihil ex eis aliud, nisi vacua corpora remanserunt. Aspice ergo ô homo sepulchra mortuorum, & dic tu ipse tibi, væ mihi peccatori, & isti aliquando pro cupiditate currebant, & dum vi-
C uebant sæculo, libidini seruiebant, & ecce nihil ex eis miseris, nisi puluis & ossa supersunt. O homo si velis audire, & ipsa ossa arida te poterũt prædicare. Clamat ad te puluis de sepulchro. O miser vt quid tantum pro sæculi cupiditate discurris: aut quid superbiæ & luxuriæ infœlicia solatia admittis? Vt quid te ad seruiendum crudelissimis dominis, id est, vitiis & criminibus tradis? Attende me, & cognosce te. Considera mea, vt vel sic tibi horreat vel luxuria vel auaritia tua. Quod tu es, ego fui: quod ego sum, tu eris. Si in me permãsit vanitas, te non consumat iniquitas. Si me luxuria corrupit, te castitas exornet. Vide puluerem meum, & relinque desiderium tuum malum: & sic clamat mortuus omni viuenti. Et ideo quantum possumus, Deo auxi-
D liante, laboremus, vt aliorum vulnera nobis conferant medicinam: & aliorum mors nobis sit ad salutem. Sed tunc hoc optimè fieri potest si plus pro anima quam pro corpore solliciti sumus: vt cũ caro nostra à vermibus cœperit deuorari in sepulchro, anima nostra cum bonis operibus in sempiterna requie eleuetur ac glorietur in cœlo. Sed vt dicit, Libro de vera religione. Facilimum est execrari carnem, difficilimum autem est non carnaliter sapere. Et quibus magis vel minus. Ibidē. Ipsis carnalibus vel corporalibus formis inhærere amore pueros, necesse est, adolescentes verò prope necesse est. hinc iam procedente ætate non est necesse. Et ideo orat libro

Tom.I.

Cap.24. Tom.I.

A libro contemplationis. Fac me quæſo dulcis Ieſu pie bone ſempérque benedicte, tuo amore & tuo deſiderio, onus carnalium deſideriorum, & terrenarum concupiſcentiarum ſuperare & calcare. Dominetur obſecro carni, anima: animæ, ratio: & rationi gratia tua: & tuæ me interius & exterius ſubde voluntati. Tribue mihi vt laudet te cor meum, & lingua mea, & omnia oſſa mea. Dilata mẽtem meam, & attolle intuitum cordis mei, vt vel rapida cogitatione ſpiritus meus attingat te æternam ſapientiam ſuper omnia manentem. Diſſolue me oro te, à vinculis quibus conſtrictus teneor, vt relinquens omnia iſta, tibi ſoli placere feſtinem, tibi ſoli inhæream, tibi ſoli intendam. Et quia nomine carnis intelliguntur homines, ex quibus omnibus ſaluantur

Pſal 64. Tom. VIII.

B aliqui. Ideo ſuper Pſal. Ad te omnis caro veniet, id eſt, omnis generis caro. Ex omni enim genere carnis, venietur ad te. Quid hoc? Nunquid enim venerunt pauperes, & non venerunt diuites? Nunquid venerunt humiles, & non venerunt ſublimes? Nunquid venerunt docti, & non venerunt indocti? Nunquid venerunt domini, & non venerunt ſerui? Nunquid venerunt viri, & non venerunt fœminæ? Nunquid venerunt ſenes, & non venerunt iuuenes? Aut venerunt iuuenes, & non venerunt adoleſcentes? aut venerunt adoleſcentes, & non venerunt pueri? Aut venerunt pueri, & non allati ſunt infantes? Poſtremo nunquid venerunt Iudæi, nam inde erãt Apoſtoli, inde multa millia primo tradentium, poſtea credentium, & non venerunt Græci? aut

C venerunt Græci, & non venerunt Romani? Aut venerunt Romani, & non venerunt Barbari? Et quis numeret omnes gẽtes venientes ad eum cui dictum eſt. Ad te omnis caro veniet? Libr. de

Tom. X.

verbis Apoſtoli, ſermone iiij. Videbit omnis caro ſalutare Dei. Quid eſt omnis caro, niſi omnis homo? Et quid eſt, Verbum caro factum eſt, niſi verbum homo factus eſt? Non enim verbum & caro erat, & anima ibi non erat: ſed carnis nomine homo ſignificatus eſt, in eo quod dictum eſt, Verbum caro factum eſt.

Apud Cyprianum.

CASTITAS. Lib. de ſingularitate clericorũ. Singularis caſtitas ſola, eſt munimen inuinctũ ſanctimoniæ, & ſynceritatis indicium, abolitio ſcandalorum, exercitium continentiæ, & vaſtatio tota luxuriæ. Claritatis faſtigium, & dedecoris præcipitium: quæ

D dum ſibi ſubtrahat adminicula concupiſcentiæ, mortua mẽbra ſua cognoſcitur baiulare. Et

Tom. V.

ideo vt dicit lib. ij. de ciui. Dei. c. xxvj. Tanta vis eſt probitatis & caſtitatis, vt omnis vel penè omnis moueatur eius laude humana natura, necvſq; adeo ſiç eſt turpitudine vitioſa, vt totũ amittat ſenſum honeſtatis. Sed tamen vt dicit libr. de decẽ chordis. Tãta eſt peruerſitas generis huma-

Cap. 9. Tom. IX.

ni, vt aliquãdo metuẽdũ ſit, ne caſtus erubeſcat inter impudicos. Nam ſi quis faciat homicidiũ, quod auertat Deus, pellere illũ vultis de patria, & cõtinuo ſi fieri poteſt excludere. Si quis faciat furtũ, oditis illum, neç videre illũ vultis. Si quis

A dicat falſum teſtimoniũ, abominamini, nec vobis homo videtur. Si quis cõcupiſcit res alienas, raptor & iniuſtus condẽnatur. Sed ſi quis volutatur cũ ancillis ſuis, amatur, blãdè accipitur, cõuertũtur vulnera in ioca. Si quis autẽ exiſtat qui dicat ſe caſtũ, & nõ ſe facere adulteriũ, notúmq; ſit quod nõ faciat, erubeſcit accedere ad illos nõ ſui ſimiles: ne inſultent, ne irrideãt, ne dicãt eum non eſſe virum. Ad hoc delapſa eſt humana peruerſitas, vt vir habeatur victus à libidine: & vir non habeatur victor libidinis. Triumphantes exultant, & non ſunt viri: iacent proſtrati, & viri ſunt. Si ſpectares, ille videretur tibi fortior, qui iam iaceret ſub beſtia, quam ſi perimeret beſtiã.

Caſtitas animi in quo conſiſtat, Lib. de mendacio, c. xix. Iſta ſunt quę ſanctitatis cauſa ſeruã-

B da ſunt: Pudicitia corporis, caſtitas animæ, & veritas doctrinæ. Pudicitiam corporis non conſentiente ac permittẽte anima, nemo violat. Animi caſtitas eſt in bona volũtate & ſyncera dilectione, quæ non corrũpitur, niſi cum amamus atque appetimus, quod non amandũ neque appetendũ eſſe veritas docet. Cuſtodienda eſt ergo ſynceriter dilectio Dei & proximi: in hac enim caſtitas animi ſanctificatur: veritas autem doctrinæ, religionis, atq; pietatis, non niſi mendacio violatur.

Et infra ſubdit diffinitionem huius caſtitatis. Caſtitas, animi eſt amor ordinatus, non ſubdens maiora minoribus. Qua de cauſa, ſermone de natiuitate Domini. Ideo Dominus noſter hîc meũ ſibi reqſiuit hoſpitiũ, vt nobis oſtẽderet in caſto corpore debere portare Deũ. Ad hoc enim

C Deus hominẽ ſuſcepit in ſe, vt & nos Deũ ſuſcipiamus in nobis. Sicut ipſe dicit. Manete in me & ego in vobis. In eod. Deniq; Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ideo per caſta virginis mẽbra venit ad terras, vt oſtenderet Deũ caſtitatis eſſe authorẽ. Ergo ſicut Dominus noſter nos ſuſcepit in ſe, ita & nos Deũ ſuſcipiamus in nobis. Portemus ergo & nos Deũ in caſto corpore, & cũ munda conſcientia, quẽ virginis caſta mẽbra portarunt. Chriſtus enim magiſter eſt caſtitatis, & ideo qui caſtitatẽ nõ habet, Chriſtũ portare nõ valet.

De caſtitate coniugali ſeruãda, & quomodo differt à virginali, lib. iij. de verb. Domini, ſer. ix. Qui cõiugati eſtis, fidẽ thori ſeruate vxoribus veſtris. Reddite qđ exigitis. Vir à fœmina caſtitatẽ exigis: Præbe illi exẽplũ, nõ verbũ. Tu es caput,

D quà is, vide. Hàc enim debes ire, quà illi nõ ſit periculoſum ſequi. Imo tu ipſe, quà vis eã ſeq, illuc debes ambulare. Ab imbecilliori ſexu, exigis fortitudinẽ. Carnis cõcupiſcẽtiã ambo habetis. Qui fortior eſt, prior vincat. Et tamẽ, quod dolẽdum eſt, multi viri vincuntur à fœminis. Seruãt fœminæ caſtitatẽ, quã viri ſeruare nolũt: & in eo quod non ſeruãt, ſe viros videri volũt: quaſi propterea ſit fortior ſexus, vt eũ facilius ſubiuget inimicus. Lucta eſt, præliũ eſt, pugna eſt, vir fortior fœmina, vir caput eſt fœminæ. Fœmina pugnat & vincit, tu hoſti ſuccũbis. Stat corpus, & iacet caput. Qui autẽ vxores nondũ habetis, & tamẽ ad menſam Dominicam iam acceditis, & carnẽ Chriſti

mand

manducatis & sanguinem bibitis, si ducturi estis vxores, seruate vos vxoribus vestris. Quales eas vultis ad vos venire, tales vos debent & ipsæ inuenire. Quis iuuenis est, qui non castam velit ducere vxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactam quæris? Intactus esto. Puram quæris? Noli esse impurus. Non enim illa potest, & tu non potes. Si fieri non posset, nec illa posset. Quia verò illa potest, docet te quia fieri potest. Et illam vt possit Deus regit. Sed tu gloriosior eris, si feceris. Quia illam premit parentum custodia, refrænat infirmiorem sexum ipsa verecundia. postremo leges timet quas tu non times. Ideo gloriosior eris, si feceris, quia Deum times. Habet illa multa quæ timeat præter Deũ, tu solũ Deũ timeas. Sed tu quẽ times, maior est omnibus: ipse timendus est in publico, ipse in secreto. Procedis, videris: Intras, videris. Lucerna ardet, videt te: extinguitur: videt te. In cubiculũ intras, videt te. In corde versaris, videt te. Ipsum time: illũ cui cura est vt videat te, & vel timendo castus esto. Aut si peccare vis, quære vbi te non videat, & fac quod vis. Qui verò iam vouistis, corpus arctius castigate: & concupiscẽtiæ frænos nec ad ipsa quæ permissa sunt patiamini relaxare, vt non solum à concubitu illicito diuertatis, sed etiam licitum contemnatis aspectum. Mementote in quocunq; sexu sitis siue mares, siue fœminæ, Angelorũ vitã vos ducere in terra. Angeli non nubunt, neque vxores ducunt. Hoc erimus cum surrexerimus. Quanto vos meliores, qui iam quod erunt homines post resurrectionẽ, hoc vos incipitis esse ante mortẽ? Seruate gradus vestros, seruat enim Deus vobis honores vestros. Cõparata est resurrectio mortuorum stellis in cœlo constitutis. Stella enim à stella differt in claritate, vt Apostolus dicit, sic & resurrectio mortuorum. Aliter ibi lucebit virginitas, aliter castitas coniugalis, aliter sancta viduitas. Diuersimode ibi lucebunt, sed omnes ibi erunt. Splendor dispar, & cœlum commune. Cogitãtes ergo gradus vestros, seruantes & professiones vestras, accedite ad carnẽ & sanguinẽ Domini, qui se scit nõ esse talẽ, non accedat. De castitatis pugna, & custodia, in sermone de vitanda familiaritate mulierum. Dicet quis. Ego extranearum mulierum familiaritatem habeo, & tamen castitatis ornamenta custodio. Inter eas habito, & continentiam teneo. Attendat is, quam infœlix & periculosa sit præsumptio. Multi enim cum se putabant vincere, victi sunt. Quid est dicere. Volo habere quod vincam, nisi volo habere quo peream? Vide ne vnde te putabas habere triumphũ, ęternũ incurras opprobrium. Inter omnia enim Christianorum pia certamina, sola dura sunt prælia castitatis: vbi quotidiana pugna, & rara victoria. Grauem castitas sortita est inimicum: cui semper resistitur, & semper timetur. Nemo ergo se falsa securitate decipiat: nec de suis viribus periculosè præsumat. Dauid in mille passionibus pressus, mulierem nudam vidit, & statim homicidium simul fecit & adulterium. Et cum mulieribus habitantes putant continẽtiæ obtinere triumphum? Ignorant se dupliciter reos apud Deum esse, dum seipsos in periculo ponunt, & aliis exemplum peruersæ familiaritatis ostendunt. Quanticunque exemplo tali continentiæ decorem perdiderint, eorum animæ in die iudicij ab illis requirendæ sunt, qui eis exemplum perditionis ostenderunt. Ille autem qui hoc, & in aliis deffensare, & in se custodire voluerit, martyr erit. Et ideo vt hic obtinere cum Dei adiutorio mereamur, non solum ab extranearum mulierum, sed & ab ancillarum nostrarum, vel quorumlibet vicinorum, aut filiæ, vel cognatæ, familiaritatem & colloqutionem quisque declinare procuret: quia quanto illorum vilior est conditio, tanto est ruina facilior. Et tamen vt dicit Lib. iij. de verbis Domini, sermone xvj. Aliter perit sanctitas casti, si adulter fuerit, aliter perit, si superbus fiat. Et audeo dicere, coniugalem agentes vitam, si tenent humilitatem, superbis castis meliores sunt. Consideret enim charitas vestra quod dico. Diabolum attendite. Nunquid ei in iudicio Dei obiiciendum erit adulterium, aut fornicatio? Nihil horum facit, quia non habet carnem. Sola enim superbia & inuidia mittit in ignem æternum.

1. Cor. 15. — *Lib. de honestate mulierũ. cap. 2. Tom. IX.* — *Rara homini inter mulieres castitas.* — *Serm. in ordine 53. Tom. X.*

CASTRA. Libro loqutionum super Iosue Castra aliquando in scriptura appellantur productæ acies in prælio constitutæ: cum tamen castra non soleant appellari nisi vbi exercitus ad manendum consistit. *Tom. III.*

CASVS. Non casu regitur mundus, libro de duabus animabus. Administratio mundi, non est danda casibus. De hominis verò casibus, Libro primo de verbis Domini, sermone primo, & li. 50. homil. homil. xxij. Quia mortales sumus inter casus ambulamus. Si vitrei essemus, minus casus timeremus. quid fragilius vase vitreo? Et tamen seruatum durat per sęcula. Etsi enim si casus vitro timetur, senectus ei & febris non timetur. Nos ergo fragiliores & infirmiores sumus quia & casus omnes qui non cessant in rebus humanis, fragilitate vtique nostra quotidie formidamus. Et si ipsi casus non accedant, tempus ambulat: vitat homo ictum, nunquid vitat exitium? Vitat quæ extrinsecus eueniunt. Nunquid quod intus nascitur pellitur? Denique nunc lumbricos gignunt interiora, nunc morbus subito occupat, & quamuis homini parcatur, nouissimè senectus cum venerit, non est quod differatur: proinde audiamus Dominum, & in nobis ipsis agamus quod præcipit.

Tom. X. — *Vitro homo fragilior.*

CATECHVMENVS. Non saluatur nisi sit martyr, Libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Baptizatis tantum iter esse salutis credimus. Nullum catechumenum quamuis in hominis operibus defunctum, vitam æternam habere credamus: excepto martyrio, vbi tota baptismi sacramenta complẽtur. Et ideo super Ioannem, sermone xj. Exhortamur vos, qui adhuc estis catechumeni qui sic credidistis

Cap. 73. Tom. III. — *Tom. IX.*

in Christum vt adhuc peccata vestra portetis. Nullus autem regnum cœlorum vdebit oneratus peccatis: quia nisi cui dimissa fuerint, non regnabit cum Christo: dimitti autem non possunt, nisi ei qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. De quibus tamen libro primo de adulterinis coniugiis, circa finem. Catechumenis in huius vitæ vltimo constitutis, si morbo seu casu aliquo sic oppresi sint, vt quamuis adhuc viuant, petere tamen sibi baptismum, vel ad interrogata respondere non posint: prosit eis quorum in fide Christiana iam nota voluntas est, vt eo modo baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnare debemus qui timidius agunt, quam nobis videtur agi oportere: ne de pecunia conseruo credita, improbius quam cautius iudicare voluisse iudicemur. Satis quippe in talibus respiciendum est illud Apostoli, vbi ait. Vnusquisque nostrum pro se rationem reddet. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sunt enim qui vel in hoc, vel etiam in his obseruandum putant, quod dixisse Dominum legimus. Nolite sanctum dare canibus, neque proiicere margaritas inter porcos. Et ista saluatoris verba reuerentes, baptizare nō audent eos, qui pro se respondere nequiuerint, ne fortè contrarium gerant volūtatis arbitrium. Quod de paruulis dici non potest, in quibus adhuc rationis nullus est vsus. Sed non solum incredibile est, nec in fine huius vitæ baptizari catechumenum velle, verum etiam si voluntas eius incerta est, multo satius est nolenti dare, quam volenti negare: vbi velit, an nolit sic nunc apparet, & tamen credibilius sit, eum si posset velle se potius fuisse dicturum ea sacramenta percipere, sine quibus iam credidit non se oportere de corpore exire. Si autem Dominus, vbi ait. Nolite sanctum dare canibus, hoc quod isti putant cauendum vellet intelligi, non ipse suo traditori dedisset, quod ille in suam perniciem sine culpa dantis, cum dignis indignus accepit. Vnde cum hoc diceret Dominus, credendum est significare voluisse, quod lucem intelligentiæ spiritualis immunda corda non portant. Etsi portanda ingesserit doctor, quæ non rectè accipiunt, quia non capiunt, vel reprehensionis morsibus lacerant, vel contemnendo conculcant. si enim beatus Apostolus, quamuis iam renatis, tamen adhuc paruulis, lac se dedisse dicit non escam. Necdum enim poteratis, inquit, sed nec adhuc quidem potestis. Si denique Dominus ait, ipsis electis Apostolis. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: quanto minus possunt ferre quæcunque de incorporea luce dicuntur, immundæ mentes impiorum? Sed vt sermo noster ad hoc potius claudatur, vnde sumpsit exordium. Ego non solum alios catechumenos, verumetiam ipsos qui viuentium coniugiis copulati retinent adulterina consortia, cum saluos corpore in his permanentes non admittamus ad baptismum, tamen si desperati &

Io.3. *Cap.26.* *Tom. VI.* *Baptismus flamminis.* *Rom.14.* *Mat.7.* *1.cor.2.* *Io.16.*

A intra se pœnitentes iacuerint, nec pro se respondere potuerint, baptizandos puto: vt etiam hoc peccatum cum cæteris lauachro regenerationis abluatur. Quis enim nouit vtrum fortasis adulterinæ carnis illecebra vsque ad baptismum statuerant detineri? Si autem ab illa desperatione recreati, potuerint viuere, aut facient quod statuerant: aut edocti obtemperabunt, aut de contemptoribus fiet quod fieri etiam de baptizatis talibus debet. Quæ autem baptismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte pœnitentiam finiendæ vitæ periculum præoccupauerit. Nec ipsos enim ex hac vita sine arra suæ pacis exire velle debet mater Ecclesia. Potest esse catechumenus melior baptizato, Libro quarto de baptismo contra Donatistas. Non dubito catechumenum catholicū, Diuina charitate flagrantem,

B hæretico baptizato anteponere: sed etiam in ipsa intus Ecclesia catholica, bonum catechumenum, malo baptizato anteponimus: nec ideo tamen sacramento baptismatis, quo iste nondum, ille iam imbutus est facimus iniuriam: aut catechumenum sacramento baptismi præferendum putamus: cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fideliorem melioremque recognoscimus. Melior enim Centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato: Ille enim & ante baptismum Spiritu sancto repletus est: iste & post baptismum immundo spiritu inflatus est. Verumtamen Cornelius si etiam Spiritu sancto iam recepto baptizari noluisset, contemptu tanti sacramenti reus fieret. Cum autem baptizatus est,

C nō vtique melius sacramentū quam Simon accepit: sed diuersa hominū merita sub eiusdem sacramēti pari sanctitate distincta sunt. Ita non auget aut minuit baptismi sanctitatem, vel bonum vel malum hominis meritum. Sicut autem bono catechumeno, baptismus deest ad capessendum regnum cœlorum, sic malo baptizato vera confessio. Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Nanque ne secura esset iustitia catechumeni, dictum est. Nisi quis renatus fuerit &c. rursus ne percepto baptismo secura esset iniquitas, dictum est. Nisi abundauerit iustitia vestra &c. Alterum sine altero parum est, vtrunque

D perficit illius possessionis hæredem.

CATHOLICVS. De catholicis malis, lib. iij. de quæstionibus Euangeliorū. quæstio. xj. Illi soli catholici mali rectè deputantur, qui quamuis vera credant, quæ ad fidei doctrinam pertinent, & si quid fortè nesciunt quærendum existiment, salua pietate discutiant, sine aliquo præiudicio ipsius veritatis, & bonos vel quos bonos putant ament atque honorent quantum possunt, tamen flagitiosè atque facinorosè viuunt, contra quam viuendum esse credunt. De bonis verò subdit ibidem. Boni catholici, sunt qui & fidem rectam sequuntur & bo-

& bonos mores. Quod autem ad fidei doctrinã pertinet, ita quęrũt si quid quęrendũ habẽt, vt absit concertatio periculosa, vel quærenti, vel ei cum quo quæritur, vel eis qui discentes audiunt. Ita autem docent si quid docendum habent, vt vsitata, vt confirmata securissimè, & confidentissimè, & lenissimè, vt possunt insinuent. Insitata verò etiamsi veritatis manifestatione liquidissima ratione perceperunt, quærendi potius, quam præcipiendi aut affirmandi modo, propter audientis infirmitatem. Proptera libro de fide ad Petrum, parte ij. Firmissimè tene & nullatenus dubites, non omnes qui intra catholicam Ecclesiam baptizantur, accepturos esse vitam æternam: sed eos qui percepto baptismate, rectè viuunt, id est, qui se abstinent à vitiis & concupiscentiis carnis. Regnũ enim cœlorũ sicut infideles, hæretici, atque schismatici non habebunt, sic catholici criminosi possidere non poterunt. Require de hac materia, infra c. Christianus. [Cap. 40. Tom. III.] [Tom. VIII.]

CATHEDRA. Super primum Psalmũ. Regnum terrenum cum superbia, cathedra pestillentiæ rectè intelligitur: quia non ferè quisquam est qui careat amore dominandi, & humanã nõ appetat gloriam. Pestilẽtia enim est morbus latè peruagatus & omnes aut penè omnes inuoluens. Quãquã accõmodatius intelligatur cathedra pestilẽtię, perniciosa doctrina, cuius sermo vt cancer serpit. Lib. de disciplina Christiana versus finem. Christus Iesus est qui docet: cathedrã in cœlo habet, schola ipsius in terra est: & schola ipsius est corpus ipsius. Caput igitur docet membra sua. [2. Tim. 2] [Cap. 4. Tom. IX.] [Cap. 5. Tom. I.]

CAVSA. Omnia quæ fiũt habẽt suã causam, li. j. de ordine rerũ. Nemo à me quęrat cur quicquid fiat. Satis est nihil fieri, nihil gigni, quod non aliqua causa genuerit ac moueriț. De quibus causis distinguitur, Lib. v. de ciuitate Dei, ca. ix. Nihil fit fine præcedenti causa. Sed est causa fortuita, naturalis, & voluntaria. Nos eas causas quæ dicũtur fortuitæ, vnde etiam Fortuna nomẽ accepit, nõ esse dicimus nullas, sed latentes: eásque tribuimus, vel Dei veri, vel quorum libet spirituum voluntati: ipsásque naturales, nequaquam ab illius voluntate seiungimus, qui est author omnis, conditórque naturæ. Iam verò causæ voluntariæ, aut Dei sunt, aut Angelorum, aut hominũ, aut quorumcũq; animalium: si tamen voluntates appellandę sunt animaliũ rationis inexpertium motus illi quibus aliqua faciunt secundum naturam suam: cum quid boni malíve, vel appetunt vel euitant. Angelorum autem voluntates dico, seu bonorum, quos Angelos Dei dicimus, seu malorum, quos angelos diaboli, vel etiam dęmones appellamus: sic & hominũ, & bonorum, scilicet, & malorũ: ac per hoc colligitur, non esse causas efficientes omniũ quæ fiunt, nisi voluntarias illius naturæ, scilicet, quæ spiritus vitæ est. Declarat ibidem. Omnia maximè Dei vołũtati subiecta sunt, cui etiã & volũtates omnes subiiciuntur: quia non habent pote- [Tom. V.] [Causarum genera.]

A statem, nisi quam concesserit. Causa itaq; rerum quæ facit, nec fit, Deus est? Aliæ verò causæ, & faciunt, & fiunt: sicut omnes creati spiritus, & maximè rationales. Corporales autem causæ quæ magis fiunt quam faciant, non sunt inter causas efficientes annumerandæ: quoniam hoc possunt, quod ex ipsis faciunt spirituum voluntates. Quomodo igitur ordo causarum, qui præscienti certus est Deo, id efficit, vt nihil sit in nostra voluntate, cum in ipso causarum ordine, magnum habeant locum nostræ voluntates? Quæ tamen tantum valent, quantũ Deus eas valere voluit atque præsciuit. Et ideo quicquid valent, certissimè valent: & quod facturæ sunt, ipsę omnino facturæ sunt: quia valituras atque facturas ille præsciuit, cuius præscientia falli non potest. Alia
B distinctio, Libr. vj. super Genes. Causas non omnes in creatura primitus condita, Deus præfixit, sed aliquas in sua voluntate seruauit, ex istarum quas creauit necessitate pendentes: non tamen possunt esse contrariæ, quas in sua voluntate seruauit, illis quas in sua voluntate instituit: quia Dei voluntas non potest esse contraria sibi. Istas ergo sic condidit, vt ex illis esse illud cuius causæ sunt possit, sed non necesse sit. Illas autem sic abscondit, vt ex illis esse necesse sit hoc quod ex istis fecit vt esse possit. Difficile est rerum naturas scire, nec debemus Dei secreta perquirere. Enchiridion. Quando nobis Maronis ille versus placet, [Cap. 18. Tom. III.] [Cap. 16. Tom. III.]

Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas.

Si nobis videatur ad fœlicitatẽ consequendam
C pertinere, si sciamus causas magnarum in mundo corporalium motionum, quæ abditissimis naturæ sinibus occultantur,

Vnde tremor terris qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursúsque in ipsa residant.

& c. huiusmodi: sed bonarũ malarũq; rerũ causas nosse debemus. Et id hactenus quatenus homini in hac vita erroribus ęrũnísq; plenissima, ad eosdem errores ęrũnásq; euitandas nosse cõceditur. Ad illã quippe fœlicitatẽ tendendũ est, vbi nulla quatiamur ærũna, nullo errore fallamur. Nam si causæ corporalium motionum noscendæ nobis essent: nullam magis nosse, quam nostræ valetudinis deberemus. Cum verò eis ignoratis medicos quærimus, quis non videat quid de secretis cœli & terrę nos latet, quãta sit patiẽtia nesciẽdũ? [Tom. III.]
D Dei voluntas est causa omniũ, Lib. iij. de trinitate, cap. iiij. Voluntas Dei est prima & summa causa omniũ corporaliũ specierũ atq; motionũ. Nihil enim fit visibiliter & sensibiliter, quod nõ de interiore, inuisibili & intelligibili aula summi imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur, secundũ ineffabilem iustitiã præmiorũ atque pœnarũ, gratiarum & retributionum. Quod ex causa pœna & opera sunt meritoria, require infra, martyrium. quod iudiciorum causæ examinandæ sunt, Lib. xxij. contra Faustum. Ratio quippe iustitiæ, non tantum quid fit, sed etiam quare sit sic intuetur, vt ex causis suis facta pendentia, libramento æquitatis examinet. [Tom. VI.]

CAVSIDICVS. In communibus sermonibus, sermone iij. Homines pro charitate, non pro auaritia, debēt causas dicere, & cum iustitia deliberare. Sed aliis diebus & alio tempore, non in sanctorum solennitate, quando omnes homines magis debēt vacare & orationibus insistere, quā diuersis litibus se inuicem impugnare. Et infra. Sunt nonnulli, qui si munuscula & præmia receperint, causas iustas damnare contendunt, sicut per prophetam dicitur. Ponentes lucem tenebras, & tenebras lucē: dicētes amarum dulce, & dulce amarum. Audiūt ergo causas, & iudicant iniustè: accipiunt terrena munera, & perdunt præmia sempiterna: lucrātur pecuniam, & perdunt vitam æternam. O miser qui hoc fecisti, aut facis, aut facere meditaris. Attendis quid acquiris, non attendis quid perdis: acquiris aurum, & offendis Deum: impletur arca tua, & euacuatur conscientia tua: & post paucos dies cum exierit de corpore anima tua, aurum remanet in arca tua, & anima infœlix descendit in gehennam. Quod si iustè iudicasses, non auaritiæ vel luxuriæ seruire voluisses, anima tua ad fœlicitatem cœli leuaretur, gaudens amplius quod arca auro vacua, remaneret in terra.

Isai. 5. *Iuri speritus auro pditus.*

CAVTELA, & cautus. Lib. ij. de academicis, disputatione prima. Ero cautior, cum sapiens fuero. Sermone xl. Semper in rebus ambiguis oportet addere aliquid amplius ad cautelā. Quia quod est amplius rescindi potest, quod minus, nō potest prologari. Quomodo cauti esse debemus, Lib. de singularitate clericorum, circa principium. Labentium nos experimēta perterreant. Nimium præceps est, qui transire contendit, vbi alium conspexerit cecidisse: & vehementer infrænis est, cui non incutitur timor alio pereunte. Amator est verò salutis suæ qui euitat alienæ mortis incursum, & ipse prouidus est, qui sollicitus fit cladibus aliorum: sicut Salomon approbat dicēs. Astutus videns malum puniri, vehementer erudietur. Aduersa est confidentia, quæ periculis vitam suam pro certo commendat. Et lubrica spes est, quæ inter fomenta peccati saluari se sperat. Incerta victoria est, inter hostilia arma pugnare. Et impossibilis liberatio est, flammis circundari, nec ardere. Et subdit ad cautelam non confidendum nimis esse de propria virtute. Nos fallimur, quoties inordinabiliter credimus, existimātes per fidem nostram legis præcepta posse mutari: vt inter masculos & fœminas speremus passim castitatem immobiliter custodiri. Difficile quis venenum bibet, & viuet. Verendum est dormienti in ripa ne cadat. cum dicat Apostolus, qui bene stat videat ne cadat. In hac parte expedit bene timere potius, quā male fidere. Et vtilius est infirmū se homo cognoscat vt fortis sit quā fortis videri velit, & infirmus emergat. De qua re præsumptores obiurgat Apostolus dicēs. Si quis putat se aliquid esse cū nihil sit, seipsum implanat. Pro certo implanator proprius, suam animā decipit: qui nō cauendo cōtrarias noxiis rebus semetipse cōmiserit. Ille autem tutius sibimet consulit, qui contra malos semper infidus, species quascunque noxias extimescit. Quorum distantiam Salomon disseruit dicens. Sapiens timendo declinabit ab omni malo. Insipiens autem confidens sui miscetur iniquo. Magnum sapientiæ Diuinæ consilium inuentum est, vbi timoris auxilio liberamur. Magna compendia prouidētiæ, vt aliquando sit virtus & victoria per timorem. Magna remedia Dominus contulit ad salutem, vt habeat timidus laudem: sicut Salomon repetit dicens. Beatus vir qui veretur omnia per metum. Inæstimabilis Domini misericordia, quæ vndique homini suo, contulit gloriam: & incomprehensibilis pietas, quæ scilicet pugnas dedit & palmas vt confitendo masculorum sæuitiam superemus: & timendo, fœminarum blandimenta vincamus: dummodo & de virtute, & de infirmitate, super nos Dominus glorias operetur: vt in omnibus & per omnia, omnipotentem semetipsum testetur diuidens differentias triumphorum, vt tam consiliis, quàm viribus, à nobis bella vincantur. Videte nunc prudentiam in isto bello, non fidem vobis esse datam victricem, quę vos timiditatis remedio liberaret: & contēplamini quæ sunt moderamina † sumenda, si vultis habere legis auxilia. Estote timidi, vt sitis intrepidi. Et licet timor in certamine infirmitas esse videatur, tamen secundum verbum Apostoli, Virtus in infirmitate perficitur. Separamini deprecor, separamini à contagione pestifera. Quantum fuerit vnusquisque longius ab aduersis, tantum non sentit aduersa. Minus voluptatibus stimulatur, qui non est vbi frequētia est voluptatum. Cautelæ experimentū, sermone primo de sabbato sancto. Validis absque dubio nitetur priuilegiis, qui causam de aduersariis asserit instrumentis. Speciosa victoria est, contrariam partē chartulis suis, velut propriis laqueis irretiri: & testimoniorum suorum vocibus confutare: & æmulum telis suis vincere: vt impugnatoris sui argumētatius comprobetur vtilitatibus militare.

Tom. I. *Tom. X.* *Astutus alieno periculo eruditur.* *Prouer.* *1. Cor. 10.* *Gal. 6.*

CAECITAS Super Psal. ix. Cum magnum malum homines putent oculorum corporalium cæcitatem, quia lux ista retrahitur: quantam ergo pœnam patiatur, qui secundis rebus peccatorum suorum eo perducitur, vt non sit Deus in conspectu eius, & contaminentur viæ eius omni tempore, id est, cogitationes & consilia eius immunda sint? Sed vt dicit libro 50. Homil. homil. xliij. Totus mundus cæcus est. Ideo venit Dominus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. Omnes cæcos nasci fecit, qui primum hominem decepit. Currant ergo ad illuminatorem, currant, credant, accipiant lutum de saliua factum. Saliua quasi verbum est, terra caro est. Lauent faciem. Baptizamini, vt illuminemini. Sed quare permittit Deus spiritualem cæcitatem libro, primo confessionum. Quantum secretum. Est habitans in excelsis in silentio Deus solus magnus, lege in-

effabili ſpergens pœnales cæcitates ſuper illicitas cupiditates. Vnde ſuper Ioannem. Quanta mala cæci committunt, à quibus abſtinet mens mala, etiam oculis clauſis?

Tom. VIII. CHERVBIN. Libr. xj. ſuper Geneſ. Cherubin, id eſt, ſedes Dei, qui interpretatur multiplicata ſcientia. Diffuſius exponit ſuper Pſal. xcviij. Cherubin ſedes Dei eſt, ſicut ſcripturæ tradunt. Cœleſtis quædã ſedes ſublimis quam nos non videmus: ſed verbũ Dei nouit illam. Nouit tanquã ſedẽ ſuã: non quia ſic ſedet Deus quomodo homo. Sed ſi tu vis vt ſedeat in te Deus, ſi bonus eris, ſedes Dei eris Sic ſcriptum eſt, ſedes ſapientiæ anima iuſti. Sed & ipſum Cherubin quidã interpretati ſunt, & dixerũt eſſe plenitudinem ſcientię. Ergo quia ſuperat Deus omnem ſcientiam, ſuper plenitudinem ſciẽtiæ ſedere dicitur. Sit ergo in te plenitudo ſcientiæ, & eris ſedes Dei. Et ſi dicis ad plenitudinem ſcientiæ te peruenire non poſſe. Attende quòd eſt plenitudo ſcientiæ quam te voluit Deus habere, quæ ad legem Dei pertinet. Plenitudo legis charitas, ait Apoſtolus. *Rom. 13.* ergo perdidiſti omnẽ excuſationem. Interroga cor tuum. Vide vtrum habeat charitatem, & ſi eſt charitas, eſt plenitudo legis. Iam in te habitat Deus, & ſedes Dei factus es. Sic ergo habendo plenitudinem ſcientiæ, & habendo charitatem vtique ſedes Dei factus es. Non enim hoc cœlum, quod oculis noſtris ſuſpicimus valde pretioſum eſt deo. Cœlum Dei animæ ſanctæ ſunt. Cœlum Dei, mentes Angelorum ſunt, & omnes mentes ſeruorum eius.

Cap. 9. Tom. III. COELVM. De materiali cœlo, lib. ij. ſuper Geneſ. quoad figuram. Quæri ſolet quæ forma & figura cœli credenda ſit ſecundum ſcripturas noſtras. Multi enim multum diſputant de iis rebus, quas maiore prudentia noſtri authores omiſerunt ad beatam vitam non profuturas diſcentibus. Et occupantes quod peius eſt, multum pretioſa & rebus ſalubrioribus impendẽda temporum ſpatia. Quid enim ad me pertinet vtrum cœlum ſicut ſphæra vndiq; concludit terram in media mole mũdi libratam, an eã ex vna parte deſuper velut diſcus cooperiat? Sed quia de fide agitur ſcripturarum, ne quiſquã eloquia diuina non intelligens cum de his rebus tale aliquid, vel inuenerit in libris noſtris, vel ex illis audierit, quod perceptis aſſertionibus aduerſari videatur, nullo modo eis cætera vtilia monentibus vel narrãtibus credat: breuiter dicendum de figura cœli hoc ſciſſe authores noſtros, quod veritas habet, ſed ſpiritũ Dei, qui per ipſos loquebatur, noluiſſe iſta docere homines, nulli *Quæ ſaluti proſunt diſcenda.* ſaluti profutura. Sed ait aliquis. Quomodo non eſt contrarium iis qui figuram ſphæræ cœlo tribuunt, quod ſcriptum eſt in libris noſtris. Qui extendit cœlum ſicut pellem? Et alibi dicitur. Cœlum velut camera eſſe ſuſpenſum. Vtrunque fortaſſis, id eſt, pellis & camera, figuratè intelligi poteſt. Sed etiam vtrunque ad literam. Camera enim non ſolum eſt curua, ſed plana: & pellis non ſolum in planum, verum etiã in rotundum ſinum

A extenditur, nam vter ſicut & veſica pellis eſt.

Quomodo verò ad motũ, ibid. De motu cœli *Cap. 10. Tom. eod.* nonnulli fratres quæſtionẽ mouent, vtrũ ſtet, an moueatur, quia ſi moueatur inquiunt, quomodo firmamẽtũ eſt? ſi autẽ ſtat quomodo ſydera, quæ in illo ſita credũtur, ab oriente vſq; in occidentem circumeunt, ſeptentrionalibus breuiores giros, iuxta cardinem peragentibus, vt cœlum, ſi eſt nobis alius occultus cardo ex alio vertice, ſicut ſphæra: ſi autẽ nullus alius cardo eſt velut diſcus rotari videatur? Quibus reſpondeo, multum ſubtilibus & laborioſis rationibus iſta perquiri, vt verè percipiatur vtrum ita, an non ita ſit: quibus mouendis atq; tractandis, non iam mihi eſt tempus, nec illis eſſe debet, quos ad ſuam ſalutẽ & ſanctæ Eccleſiæ neceſſariam vtilitatem, cupi-

B mus informari. Hoc ſane nouerint, nec nomen *Firmamenti vocabulum.* firmamenti cogere, vt ſtare cœlum putemus. Firmamentum enim non propter ſtationẽ, ſed propter firmitatem, aut propter intranſgreſsibilem terminum ſuperiorum & inferiorum aquarum vocatum intelligere licet: nec ſi veritas cœlum ſtare perſuaſerit, impediri nos circuitu ſyderum ne hoc intelligere poſsimus, & ab ipſis quippe qui hoc curioſiſsimè & otioſiſsimè quæſierunt, inuentum eſt, etiam cœlo non moto, ſi ſola ſydera mouerentur, fieri potuiſſe omnia, quæ in ipſis ſyderum conuerſionibus animaduerſa atque comprehenſa ſunt. Cuius cœli pulchritudo ar- *Tom. VIII.* guit pulchritudinem Dei, ſuper Pſal. lxxxv. Pulchrũ eſt cœlũ, ſed pulchrior eſt fabricator cœli. Sed video cœlum, inquis, & illũ nõ video. Ocu-

C los enim habes ad videndum cœlum, cor nondum habes ad videndum fabricatorẽ cœli. Ideo venit de cœlo in terram, vt mundet cor, quo videatur qui fecit cœlum & terram. Huius ra- *Cap. 11. Tom. I.* tio habetur lib. j. de Geneſ. contra Manichæum. Cum cœlum ſit corpus pulcherrimum, omnis tamen inuiſibilis creatura, excedit etiã pulchritudinem cœli. Dicitur cœlũ ipſe deus, ſuper Pſal. *Tom. VIII. Pſal. 18.* lvii. ſerm. j. A ſummo cœlo egreſsio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Summum cœli, id eſt, ſummũ in omnibus ſpiritualibus eſt pater. Inde excurſus & occurſus vſque ad ſummum eius. Occurrit ad ſummũ vſq;, non dicitur niſi de æquali. Ideo ſuper Pſal. cj. ſerm. j. Proſpexit de *Tom. eod.* excelſo ſancto ſuo. Proſpexit ex alto, vt veniret ad humiles: & ex alto factus eſt humilis, vt humi-

D les exaltaret. De hoc require infra, cap. cognitio, & quia per cœlũ intelligitur Angelica natura, ideo Li. xij. confeſsionum. Feciſti Domine cœ- *Cap. 7. Tom. I.* lũ & terrã. Nõ de te: nã eſſet æquale vnigenito tuo, ac per hoc tibi. Et aliud prę ter te nõ erat, vnde faceres ea: & ideo de nihilo feciſti cœlũ & terrã. Magnũ quiddã. Paruũ quiddã, magnũ cœlũ, paruã terrã. Tu eras & aliud nihil vnde feciſti cœlũ & terrã, duo quædã, vnũ prope te, alterũ prope nihil: vnũ quo ſuperior tu es, aliud quo inferius nihil eſſet. Et in eodẽ infra adducẽs diuerſas ex- *Cap. 20.* poſitiones ſuper illud, In principio creauit Deus cœlũ & terrã. Vnus eſt qui dicit. In principio fecit *Gen. 1.* Deus cœlũ & terrã, id eſt, in verbo ſuo ſibi coæ-

terno fecit Deus intelligibilem atq; sensibilẽ vel spiritualẽ corporalémq; creaturã. Alius qui dicit. In principio fecit Deus cœlũ & terrã, id est, in verbo suo sibi coęterno, fecit Deus vniuersam istam molẽ corporei mundi huius, cũ omnibus quas continet manifestis notísque naturis. Alius qui dicit. In principio fecit Deus cœlũ & terrã, id est, in verbo suo sibi coæterno fecit Deus informẽ materiam creaturæ corporalis, vbi confusum adhuc erat cœlũ & terra, quæ iã nunc distincta atque formata, in istius mole mũdi sentimus. Alius qui dicit. In principio fecit Deus cœlũ & terrã, id est, in ipso exordio faciẽdi atq; operãdi, fecit informẽ materiam, confusè habentẽ cœlũ & ter-
Cap. II. ram. Et quia per cœlũ intelliguntur Angeli, ideo in eodẽ. Non inuenio quid libentius appellandũ existimẽ, cœlũ cœli Domino, quam domũ tuã contemplantẽ delectationẽ tuã sine vllo defectu egrediendi in aliud, mentẽ purã concordissimè vnã stabilimento pacis sanctorũ spirituum, ciuiũ ciuitatis tuæ in cœlestibus super ista cœlestia. Et ideo de cœlo beatorum, super Psal. xxxij. sermone ij. Cœli superiores ignoti sunt nobis in terra laborãtibus, & per humanas cõiecturas vtcũq; ista quærẽtibus: quomodo sint superinuicẽ, vel quot sint, vel quibus modis distincti sint, quibus incolis impleti sint, qua dispositione regantur, quomodo ibi vnus quidẽ hymnus indeficiens cõcinens ab omnibus prædicet Deum, multũ est ad nos inuenire, satagamus tamen peruenire. Ibi est eñ patria nostra, quã lõga fortasse pe-
Serm. in ordine 28. Tom. X. regrinatione obliti sumus. De quo cœlo, li. ij. de verbis Domini, serm. v. Qui es in cœlis, Deo patri dicimus: quia in cœlis, de quibus dictum est: Cœli enarrant gloriam Dei. Cœlũ est vbi culpa cessauit. Cœlũ est, vbi flagitia nõ sunt. Cœlũ est, vbi nullũ mortis est vulnus. Li. xij. super Genes.
Cap. 34. Tom. III. Primum cœlum rectè accipimus hoc omne corporeum generali nomine, quicquid esse super aquas & terrã. Secũdũ autẽ in similitudine corporali quod spiritu cernitur, sicut illud vnde animalibus plenus in ecstasi Petro discus submissus est. Tertium verò quod mente conspicitur ita secreta & remota, & omnino arrepta à sensibus carnis atque mundata, vt ea quæ in illo cœlo sunt, & ipsam Dei substantiã verbúmque Domini, per quod facta sunt omnia, in charitate Spiritus sancti ineffabiliter valeat videre & audire: nõ incõgruẽter arbitramur, & illuc esse raptũ Apostolũ, & ibi fortassis esse Paradisum (si dici oportet) Paradisorum. Si enim animæ bonæ lætitia in rebus bonis est in omni creatura, quid ea lætitia præstantius, quæ in verbo Dei est, per quod facta
Tom. VII. sunt omnia? Sed ideo dicit lib. ij. cõtra Iul. Cum corpus è terra, & spiritum possideamus è cœlo, ipsi terra & cœlum sumus: & in vtroque, id est, in corpore & spiritu, vt Dei voluntas fiat ora-
Tom. VIII. mus. Et quia per cœlũ intelligũtur Sancti, ideo super Psal. xcvj. Quomodo in cœlo sedet Deus, sic sedet in Apostolis, sic sedet in prædicatoribus Euangelij: & tu si vis cœlum eris: purga de corde tuo terram. Si terrenas concupiscentias non

A habueris, & non frustra responderis, sursum te habere cor, cœlum eris. Cœpisti sapere quæ sursum sunt, & nõ quæ super terram, nonne factus es cœlum? carnem portas, & corde iam cœlũ es. Conuersatio enim tua in cœlis est. Super Psal. cj. sermone ij. Per cœlũ non importunè intelligimus sanctos Dei, in quibus manẽs Deus intonuit præceptis, coruscauit miraculis, imbrificauit terram sapientia veritatis. Cœli enim enarrauerũt gloriã Dei. Super Psal. cxxj. Cœli & cœlũ sunt iusti. In ipsis sedet, & de ipsis iudicat Deus. Et non sine causa dictũ est. Cœli enarrãt gloriã Dei. Apostoli autẽ facti sunt cœli, quia iustificati. Quomodo peccator terra factus est, quia dictũ est, terra es & in terrã ibis: sic & iustificati facti sũt cœlũ. Portauerũt Deũ, & de ipsis coruscabat miracula, to-
B nabat terrores, pluebat cõsolationes. Erãt ergo cœli enarrãtes gloriã Dei. Sup Psal. cxxij. Habitat in cœlo Deus, & cœlũ Dei sunt oẽs animæ iustę & sanctę. Nã & Apostoli quãuis in terra essent carne, cœlũ erãt: quia in illis Deus sedẽs, per totũ mũdũ ambulat, & habitabat in eis Christus per fidẽ, sicut dicit Apostolus, Habitare Christũ per fidẽ in cordibus nostris. Sunt autẽ iam cœli, in quibus iam per speciẽ habitat Deus, vidẽtes eũ facie ad faciẽ: omnes sancti Angeli, virtutes, potestates, sedes, dominationes, Hierusalẽ illa cœlestis vnde peregrinãdo ingemiscimus, & quã desiderando oramus. Ibi ergo habitat Deus. Nã si cœlũ istud corporeũ, quod oculis videmus, intellexerimus esse habitationẽ Dei, trãsitura est habitatio Dei, quia cœlum & terra transibunt. Et deinde, ante-
C quam faceret Deus cœlum vbi habitabat? Sed dicit aliquis, & antequam faceret Deus sanctos vbi habitabat? In se habitabat Deus, apud se habitabat: & apud se est Deus. Et quando dignatur habitare in sanctis, non sic sunt sancti domus Dei, vt ipsa subtracta cadat Deus. Aliter enim nos habitamus in domo, aliter Deus in sanctis. Tu sic habitas in domo, vt si subtracta fuerit, cades. Deus autem sic habitat in sanctis, vt si ipse discesserit, cadant. Quicunque ergo sic portat Deum, vt sit templum Dei, non putet sic à se portari Deum, vt terreat Deum si se subducat. Vę illi si se subduxerit Deus, quia ipse cadit. Nã Deus in se permanet. In quibus nos habitamus, ipsa nos continent: in quibus Deus habitat, ipse il-
D los continet. Iam videtis quantum interest inter nostram habitationem, & Dei. In sermone iij. de Apostolis. Cœli sunt sancti enarrantes gloriã Dei à terra suspensi, Deum portantes, in præceptis tonantes, sapientia coruscantes. Super Apoc. homil. ix. Sancti viri sunt cœli, & nõ possunt cœlum factum fieri, nisi excluso diabolo. Hac de causa libro de essentia Diuinitatis Dei. Cœlos inclinauit, quia ante aduentum suum prænuntios Angelos siue prophetas misit, qui eius aduentum hominibus nuntiarent. Sed caligo sub pedibus eius, quia impij homines à sua malitia cæcati, eius incarnationem cognoscere nõ potuerunt sed neque possunt. Ideo cœlum dicitur Ecclesia, super Apoc. homi. ix. Apertũ est

templum

templum Dei in cœlo, id est, in Ecclesia incarnationis, mysteria patefacta: vnde ostenditur Ecclesia cœlum esse. Quod cœlestia sunt meditanda. Require infra, cap. promissio.

COENA. Libr. iij. de verbis Domini. Veniamus ad cœnā qua intrinsecus saginemur. Nō nos impediat excellentia, superbia nō nos extollat, nō nos teneat curiositas illicita & auertat à Deo, non nos impediat voluptas carnis à voluptate cordis, veniamus & saginemur. Illi autē qui nō venerūt fuerūt diuites, sani, quasi bene ambulātes & acutè cernētes, id est, multū de se p̄sumētes: & ideo tāto desperatiores, quāto superbiores. Veniamus nos mēdici, quia ille inuitat qui propter nos factus est pauper cū diues esset, vt illius paupertate ditaremur. Veniamus debiles, quia non est opus sanis medicus, sed male habētibus. Claudi, vt dicamus. Perfice gressus nostros in semitis tuis. Cæci dicētes, Illumina oculos meos ne vnquā obdormiā in morte. Tales venerūt ad horā illis prius inuitatis sua excusatione reprobatis. In primo sermone de Natiuitate virginis. Ego sto ad ostium & pulso, &c. Notandū verò q̄a prius se esse cœnaturū narrat, deinde cœnā daturū grata vice pronūtiat, quia de cuius nunc bonis operibus pascitur, cum eo simul postmodum æterni conuiuij dapibus epulatur.

Ad cœnam Christi qui veniunt. *Apoc. 3.*

CEREBRVM. Libr. vij. super Genes. Tres ventriculi cerebri demōstrantur. Vnus anterior ad faciem, à quo sensus omnis: alter posterior ad ceruicem, à quo motus omnis: tertius inter vtrunq;, in quo memoria viget: ne cum sensum motus sequitur, non cōnectat homo quod faciendū est, si fuerit quod facit oblitus. Diffusius ponitur, Lib. de spiritu & anima. Vis animalis est in cerebro: & inde vigere facit quinq; corporis sensus, Iubet enim voces ædere, mēbra mouere. Tres nanq; sunt ventriculi cerebri: vnus anterior, à quo omnis sensus: alter posterior, à quo omnis motus: tertius inter vtrūq; medius, id est, rationalis. Sensus corporis sic fiunt. Quod est in corpore subtilissimū, & ob hoc animæ vicinius & similius quā cætera, id est, lux, primū per oculos ipsos diffunditur, emicátq; in radiis oculorū ad visibilia intuenda: deinde mistura quadā, primò cum aëre ponitur puro: secundò cū aëre caliginoso atq; nebuloso: tertiò cū corpulentiore humore: quartò cū terrena crassitudine: quinq; sensus corporis, cum ipso sensu oculorum perficit: vbi ipsa sola excellit. Isti sensus quia in sola facie prælocati sunt, ideo scriptū arbitror quoniā in facie Deus insufflauit homini spiraculū vitæ cum factus est in animam viuentē. Anterior quippe pars posteriori meritò præponitur: quia ista ducit, & illa sequitur. Ab ista sensus, & ab illa motus, sicut cōsilium præcedit actionē. Istæ vires quantū corporis, tantū aīæ dici possunt: q̄a ab ipsa anima in corpore fiunt, nec sine vtroq; fieri possunt. In parte prima cerebri, vis animalis vocatur phantasticalis, id est, imaginaria: quia in ea corporalium rerum similitudines & imagines continentur: vnde & phantasticum dicitur. In media

Cap. 18. Tom. III. *Cap. 22. Tom. III. Vis cerebri.*

A parte cerebri vocatur rationalis, quia ibi examinat & iudicat ea quæ per imaginationem repræsentantur. In vltima parte verò, memorialis: quia ibi cōmendat memoriæ ratione memorata. Libro supradicto super Gen. Medici non tantum dicunt, verum etiam probare se affirmant, quāuis omnis caro terrenā soliditatem in promptu gerat, habet tamē in se & aëris aliquid, quod etiā in pulmonibus continetur, & à corde per venas, quas arterias vocant diffunditur: & ignis nō solū feruidā qualitatem, cuius sedes in iecinore & in cerebro est, verumetiā luculentā, quam velut eliquari ac subuolare ostendūt in excelsum cerebri locū tanquā in cœlū corporis nostri: vnde & radij emicant oculorū, & de eius medio velut centro quodā, nō solum ad oculos, sed etiā ad sensus B cæteros, tenues fistulæ deducuntur ad aures scilicet, & ad nares, ad palatum, propter audiendum, olfaciendum, atque gustandū: ipsúmq; tangendi sensum, qui per totum corpus est, ab eodem cerebro dirigi dicunt per medullam ceruicis, & eam quæ continetur in ossibus, quibus dorsi spina consecitur, vt inde se tenuissimi quidā riuuli, qui tangendi sensum faciūt, per cūcta mēbra diffundant.

Cap. 13. lib. 7 Tom. eod. *Vis sensuū.*

CERTVM. Libro primo de baptismo contra Donatistas. Grauiter peccat, qui in rebus ad salutē animæ pertinentibus, certis incerta præponit. Præter mortē nihil certum, super psal. xxxviij Quid in hac terra certum est nisi mors? Considerate omnia omnino, vel bona vel mala vitæ huius, vel in ipsa iustitia, vel in ipsa iniquitate, quid hîc certū est nisi mors? Pro- C fecisti: quid sis, hodie scis: quid sis facturus crastino die, nescis. Speras pecuniam, incertum est an proueniat. Speras vxorem, incertum est an accipias, vel qualem accipias. Speras filios, incertum est an nascantur: nati sunt, incertum est an viuāt: viuunt, incertum est an proficiant, an deficiant. Quocunque te verteris, incerta sunt omnia: sola mors certa. Pauper es, incertum est an ditescas. Indoctus es, incertus es an erudiaris. Imbecillis es, incertum est an conualescas. Iam natus es, certum est quia morieris: & in hoc ipso quia mors ipsa certa est, dies mortis incertus est. Itaque hæc incerta, nisi sola mors certa, cuius etiam hora est incerta: & sola multum cauetur, quæ nullo modo deuitatur.

Cap 3. Tom. VII. *Tom. VIII.*

CERVVS. Libr. lxxxvij. quæst. & in cōmunibus sermonibus. Nōnulli de ceruis, taliū cognitionū studiosi scripserūt, D cū fretū transeūt pascuorū gratia, sic se ordināt, vt onera capitū suorū, quæ in cornibus gestāt, super inuicem portent, ita vt posterior super anteriorem ceruice proiecta caput collocet. Et quia necesse est vnum esse qui cæteros præcedens, nō ante se habeat cui caput inclinet, vicibus dicuntur id agere: vt lassatus sui capitis onere, ille qui præcedit, post omnes redeat: & ille succedat cuius ferebat caput, cum ipse præiret. Ita inuicem onera portantes, fretum transeunt, donec veniant ad terræ stabilitatem. Istam ceruorum naturam intenderat Salomon, cum

Quæst. 71. Tom. IIII. Et de verbis Apostoli, serm. 21. Tom. X. Ceruorum conditio. *Prouerb. 5.*

ait. Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarum colloquantur tecum. Nihil enim sic probat amicum, quemadmodũ oneris amici portatio. Nec tamen inuicẽ onera nostra portaremus, si vnum tempus esset infirmitatis amborum qui onera sua sustinent, aut vnum infirmitatis genus: sed diuersa tẽpora & diuersa genera infirmitatis faciũt, vt onera nostra inuicẽ portare valeamus. Verbi gratia. Iram fratris tui portabis, si tu aduersus eum nõ irasceris, vt rursum eo tẽpore quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate sua supportet. Hoc exemplum ad id pertinet, cum diuersa sunt tẽpora portantium onera sua, quãuis ipsa diuersa non sit infirmitas. In ambobus enim ab inuicẽ, ira portatur. Ad diuersum autẽ infirmitatis genus, aliud exemplũ videndum est. Veluti si quis in se loquacitatem vicerit, nondum autem pertinaciã: alius verò sit adhuc loquax, sed iam nõ sit pertinax. Ille debet huius loquacitatem, & iste illius pertinaciã, donec illud in illo, & istud cum isto sanetur, charitate portare. Par quippe infirmitas in duobus, si vno accedat tempore, tolerare se inuicem non valent, cum aduersus se intenditur. Nam aduersus aliquem tertiũ, & duo irati sibi conueniunt, & se tolerant: quãquam nec tolerare se inuicem dicendi sunt, sed potius se inuicem consolari. Sicut & tristes de re vna magis se portant, & quasi sibi incũbũt, quam si vnus tristis esset, & alius gauderet. Si autẽ aduersus se tristes sint, prorsus se tolerare non possunt. Et ideo in huiuscemodi affectionibus, suscipienda est aliquãtulum ipsa ægritudo, de qua vis per te alium liberari: & sic suscipienda, vt ad auxilium, non ad æqualitatem miseriæ valeat. Quemadmodum se inclinat qui manum iacenti porrigit. Nõ enim se proiicit vt ambo iaceant, sed incuruat se tantũ, vt iacentem erigat: nec vlla res officiorum istum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, nisi cum cogitamus quanta pro nobis pertulerit Dominus.

Onera proximorũ ferẽda.

Tom. VII.

CIBVS. Cibaria sunt benedicenda, Libro primo de peccatorũ meritis & remissione. Ipsos cibos quibus ad necessitatem sustentandæ vitæ huius vtimur, puto sanctificari per verbum Dei & orationem, qua oramus vtique nostra corpuscula refici. Libro de magistro ad Hieronymum. Cibandum est potius vt viuamus, quã viuendũ vt cibemus. Confirmatur Libro primo soliloquiorũ suorũ, Require supra, cap. Augustinus. quia vt dicit in tractatu de arbore interdicta. Cibi quos Dominus largitus est ad vtendum, non sunt mali sed boni: & tamẽ si amplius præsumantur perniciosi sunt & nociui. Nunq̃d ideo mala dicẽda est Dei creatura, q̃a nocet, aut quia aliquibus perniciosa est, quia eam in perniciem salutis suæ amplius præsumunt: & quod Deus generi humano largitus est ipsis nociuum est? Scimus aliquos multo vino & cibo esse præfocatos & præuentos: Nunquid in cibo aut in vino fuit mors? Absit. Sed intemperantia ciborum fecit eos in mortẽ cadere. Ideo Libro xvj. de ciuitate Dei, cap. xxxvij. In vescen-

Tom. IX.

Tom. V.

A do, non cibi genere, sed immodesta auiditate quis culpandus est. Libro de salutaribus documentis. Escæ nimiæ non solum animas, sed etiã corpora lædunt plurimum, & ad infirmitatem perducunt. Solet enim per nimiam ciborum auiditatẽ, & poculi intemperantiam frangi stomachi fortitudo: necnon & abundãtia sanguinis per cholerã & plurimæ ægritudines escarum largitate oriuntur. Sicut enim animæ & corpori ista sunt cõtraria, ita medela est vtrisque temperantia ieiunij. Et si nõ omni tempore, saltem per sacratissimos dies ieiuniorum quantum possumus cum Dei adiutorio, delicias mundi & ciborum opulentiam fugiamus, nequando, quod auertat Deus, ad cruciatum flammæ quæramus guttam aquæ, & nullum refrigerium consequamur. Sed de cibo

B quid fiat. Libro de vera religione. Exterior homo corrumpitur de die in diem, sed interior exteriorem respicit & in sua comparatione fœdum videt: in proprio tamẽ genere pulchrum & corporum conuenientia lætantem, & corrumpentem quod in bonum suum conuertit, alimenta, scilicet carnis: quæ tamen corrupta, id est, amittentia formam suam, in membrorum istorum fabricam migrant, & corrupta reficiunt, in aliam formam per conuenientiam transeuntia: & per vitalem motum diiudicantur quodammodo, vt ex eis in structuram huius pulchri visibilis, quæ apta sunt assumantur, non apta verò per incongruos meatus eiiciantur. Quorum aliud per totum corpus exhalat, aliud totius animalis latentes neruos accipit, & inchoatur in prolem, & si-

C ue conuenientia duorum corporum, siue tali aliquo phantasmate commotum, per genitales vias ab ipso vertice defluit in infima voluptate. Iam in matre per certos numeros temporũ, in locorũ numerũ coaptatur, vt suas regiones quæq; membra occupẽt, & si modum parilitatis seruauerint, luce coloris adiuncta, nascitur corpus quod formosum vocatur, & à suis dilectoribus amatur acerrimè: non tamẽ in eo plus placet forma quæ mouetur, quã vita quæ mouet. Nã illud animal si nos amat, allicit violẽtius: si oderit autẽ, succẽsemus, & ferre nõ possumus, etiã si formam ipsam præbeat fruẽti. Hoc totũ est voluptatis regnũ, & ima pulchritudo, subiacet enim corruptiõi, quod si nõ esset, summa putaretur. De cibo verò spirituali, super psal. 100. Beati qui esuriũt & sitiunt

D iustitiã, q̃a ipsi saturabũtur. Si ergo pius pascitur cibo iustitiæ, & impius superbiæ: nõ mirũ si insatiabilis corde, pascitur cibo iniquitatis. Vnde Lib. de salutaribus documẽtis. Sancti pariter duo ieiunia ieiunauerunt, id est, ieiunium corporis & animæ, hoc est ab ira, & furore, & detractione, & blasphemia, & rixa abstinentes se: quia isti sunt mortiferi cibi animæ, qui pascunt eam in malum, & occidunt eam morte perpetua. Iterum cibi corporis simul & animæ isti sunt, voracitates, somnolentia, fornicatio, vinolentia, scurrilitas, suauitas, homicidium: isti sunt cibi corporis simul & animæ, qui pascunt corpus, & occidunt eum, & grauant animam. Cibaria

ista

ista deuitemus. Escas autem cœlestes appetamus, quæ ad cœlũ nos trahãt & deducãt: sapientiã, scilicet Diuinã, fidem robustã in Christo, benignitatem, beneuolentiã, patientiã, humilitatẽ, virtutẽ, lætitiã Diuinã. Vt sermones boni & optimi procedãt ex ore nostro, Diuino sale cõditi, ad ędificationem audientiũ, dilectionẽ Dei & proximi, in qua tota lex pẽdet & ꝓphetæ, semper mẽte meditemur, & opere perficiamus. Ideo Lib. ij. contra Iulianũ, allegãs Ambrosiũ super Lucã. Misericors cibus mẽtis est, præclaráq; alimonia suauitatis ratio. quæ mẽbra nõ oneret, neq; in naturæ pudẽda, sed ornamẽta cõuertat: cum libidinũ volutabrũ cõmutatur in Dei tẽplũ: diuersoriũmq; vitiorũ, sacrariũ incipit esse virtutũ. Quod vtiq; tũc fit, cũ caro in naturã regressa vigoris sui altricẽ agnoscit, atq; ausu deposito contumaciæ, moderatoris animæ subiugatur arbitrio.

Tom. VII. Loquitur hic de cibo spirituali siue incorruptibili.

CICATRIX. De cicatricibus Christi, Lib. j. de verbis Domini, sermo. xviij. Cicatrices ostẽdebãt eũ, qui omnia vulnera in aliis sanauerat. Nunquid non poterat Dominus sine cicatricibus resurgere? Sed in cordibus discipulorũ vulnera nouerat: ꝓpter quæ sanãda, cicatrices in suo corpore seruauerat. Super psal. lxxxviij. sermo. ij. Cicatrices Christus seruauit in corpore, vt vulnus dubitationis sanaret in corde. Lib. sex quæst. ad Deogratias, quæst. j. Voluit Christus certæ dispẽsatiõis gratia, vt eos quos ædificabat in fide nõ ficta, nõ aliud ꝓ alio, sed hoc ipsum quod crucifixum viderãt, resurrexisse mõstraret. Quasi si quisquã vir fortis pro patria dimicãs, multa aduersa vulnera exciperet, & peritissimo medico, qui hæc ita curare valeret, vt & cicatrices nullæ apparerẽt, ipse potius diceret, sic se velle curari, vt magis essent in corpore suo vestigia vulnerũ, tanquã tituli gloriarũ. De cicatricibus verò martyrum, Libr. xxij. de ciuitate Dei, cap. xx. Vulnerũ, inquit, cicatrices in corpore martyrũ, quæ pro nõie Christi pertulerunt, in illo regno fortasse videbimus. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit: & quædã quãuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Nec ideo tamẽ si aliqua martyribus amputata vel ablata sunt mẽbra, sine ipsis erũt in resurrectione mortuorũ, quibus dictũ est. Capillus capitis vestri non peribit. Sed si hoc decebit in illo nouo sæculo, vt indicia gloriosorũ vulnerũ in illa immortali carne cernantur, vbi membra, vt præciderentur, percussa vel secta sunt, ibi cicatrices, sed tamẽ eisdẽ mẽbris redditis, non perditis apparebũt. Quãuis itaq; omnia quæ acciderãt corpori vitia, tunc non erũt: non sunt tamẽ deputanda, vel appellãda vitia, virtutis indicia.

Tom. X. *Tom. VIII.* *Tom. II. Epist. 48.* *Tom. V.* *Cicatrices Martyrum virtutum indicia. Mat. 10.*

CINIS. Lib. de cõsolatione mortuorũ. Beatissimus propheta Dauid sic loquutus est dicẽs. Panẽ meum velut cinerem manducabã, & potũ meũ cum fletu miscebã. Cinis stercus flãmarũ, & sepultura specierũ eius sordidus puluis, omnẽ plangentium luctũ nebula inficiente perfundit, cum orbitates matrũ & scissos lachrymis crines, ruina calamitatis infordidat.

Psal. 101. *Cinis Mystice.*

A Iste cinis ministerium pœnitẽtiæ gustus peccati, quẽ pro eucharistia de fornace omnis peccator degustat, nec vnquã panẽ delectatur accipere, qa suæ castitatis naufragia cogitur lamentare. Quia panẽ meũ velut cinerẽ mãducabã, & potũ meum cũ fletu miscebã. Quãtus dolor q in suo calice lachrymas bibit. Potionẽ ipsam hauserat fletus: & quãtus ardor sitis ex dolore cõceptus miserũ peccatorẽ cogebat bibere, tãtũ imbrẽ oculorũ festinabat haurire. Necessarius humor luminũ, q de cœlo peccatis cõparat veniã: ꝙ enim in delicto suo fletu perfunditur, suis lachrymis baptizatur. Sic aliquãdo Niniue ciuitas, per ieiunia simul & fletus, sparsis cineribus, aperuit precibus cœlũ: vt indulgẽtiã Dei deponeret, & salutẽ gẽtibus cõpararet. Accepit saccũ post purpuras imperator: &

B post gẽmas ciliciũ, & post abiectas imperij sui vestes, super caput sparsit cinerẽ, ac ita dũ humana sublimitas dãnatur, victa est ira Dei dolore plangentium: nec inuenit plaga quid ad vindictã grauius inferret, quãdo plus inuenit in miseris, quãm feriret. Quia nunquã Deus iratus est lachrymis, nec aliquãdo humiles procella subuertit: prostratos nesciũt venti, quãdo altos siliquarũ vertices furẽs turbo detrũcat. Seruat supplices humilitas sua, quibus medicina est gemitus, fletus remediũ, cinis pigmentũ. Supplicésq; manus quantum sternuntur, tantũ pulsant precibus cœlũ. Iste cinis nõ est optandus, sed tamẽ vtendus. Nunquã perisset Sodoma, si inde cœpisset eius prouincia cum suis ciuitatibus. Hodie in vnam fauillam immutata est. Vbi sepulta in cineribus regio est, & fornax

C terræ incendio cœli decocta, cum suis populis vna flamma contexit. Adhuc olet fumus prouinciæ, iam arboribus fallax species imagine pomorum, stupefacta in cineribus se natura mentitur. Arserunt Sodomitæ incendiis suis. Et quia iamdudum incestuoso amore flagrabant inter se, rediens flamma populos coxit: & adhuc tumulos negauit vt memoria crimen ostenderet. O quanta esset medicina, si per pœnitentiam ad cineres confugerent. Horres quidem pœnitentiam, quia ad istos sordidos pulueris gustus deuolueris: sed gratulare proinde quia curaris. Hi aspersi cineres à Daniele propheta sancto per pauimenta templi soli prodiderunt comestores sacrilegos, cum statuam lapidis in comẽdendis tot pecoribus infamassent. Saginabatur turba sacerdotũ,

D mulierum quoque & infantium furtiua multitudo, vino repleta nocturnis potationibus potabatur: solus cinis prodidit reos, quorum signata vestigia, & notas pedum nebulas dixit. Statim comminutus est Bel, qui mãducare non potuit. Erubuit regis clementia, subducta sunt damna, & in campum templi magnitudo æquatur. Iam securi sunt greges, quia à leonibus pingues comesti sunt sacerdotes. Ecce cinerem se dixit Abraham, cum ex humilitate creuisset. Loquitur cum Deo, timidus deprecatur, cũ ab Angelis curiosus inquireret, quam plagam terris de cœlo portarent, timet totam petere veniam, ne massa indulgẽtiæ negaretur. Minutatim eliquat ab iratis

tis Angelis veniam, vt per numerum temperaretur vindicta. Quia cinerem se dixit, impetrare dicit. Quia quantum humilitas hominem extollit ad gloriã, tanto superbia præcipitat in ruinam. Et quãtum se humiliauerit homo, tanto amplius sublimatur à Deo.

CIRCVNCISIO. Cuius causa habetur Libro vj. contra Iulianum. Non ob aliud credendũ est antiquis patribus hoc diuinitus fuisse præceptum, vt octauo die circunciderent paruulum, nisi ad significandam regenerationem quæ fit in Christo, qui post diem septimum sabbati, quo die iacuit in sepulchro traditus propter delicta nostra, sequenti, id est, octauo hebdomadis die, resurrexit ꝑpter iustificationẽ
Rom.3. nostram. Quid sit super Ioannem. Circunci-
Tract. 30. Tom. IX. sio est carnis expoliatio. Significat ergo ista circuncisio expoliationem à corde cupiditatũ carnalium. Non ergo sine causa data est, & in eo membro iussa fieri: quoniam per illud membrũ procreatur natura mortalium. Et per vnum hominem resurrectio mortuorum, & per vnum hominem peccatum intrauit in mũdum, & per peccatum mors: ideo quisque cum præputio nascitur, quia omnis homo cum vitio propaginis nascitur: & non mundat Deus, siue à vitio cum quo nascimur, siue à vitiis quæ male viuendo addimus, nisi per cultellum petrinum Dominum nostrum Iesum Christũ. Petra enim erat Christus. 1.Cor.10.

In sermo. xxv. de resurrectione Domini. Figuratur in ea, expoliatio mortalitatis in eo membro humano, per quod mortiferus nascitur homo. Declarat de vera innocentia. Circunci-
Cap. 198. Tom. III. sio carnis lege præcepta est, quia non posset melius significari per Christum regenerationis authorem, tolli originale peccatum. Cum præputio quippe omnis homo nascitur, quemadmodũ cum originali peccato. & octauo die lex circuncidi carnem præcepit, quia Christus die dominico resurrexit, qui post sabbati septimum octauus est. Et circuncisus præputiatum gignit, traiiciens in illum quo ipse iam caruit: sicut qui baptizatus est, in filium quem genuerat carne, reatum tamẽ traiicit originis à quo ipse iam liber est. Propterea Libro primo quæstionum veteris & noui
Tom. IIII. testamẽti, quæstione xij. Circuncisio hoc specialiter significauit, quia nebula carnis circuncidi haberet à cordibus hominũ per fidem Christi: quia carnalis error obstabat caliginem præstans humanis cordibus, ne cognoscerent veritatẽ. Libro xvj. de ciuitate Dei, cap. xxvj. Quid aliud cir-
Tom. V. cuncisio significat, quam naturam exuta vetustate renouatam? Et quid aliud quam Christũ octauus dies, q̃ hebdomada cõpleta, hoc est post sabbatum. resurrexit. De eius Christi circũcisione in Homil. de circuncisione. Circuncisio Christi nostra castitas est, qua Deus delectatur. Et nos oportet circũcidi non carne, sed spiritu: & præputium nostrũ, id est, vitiũ omne, à nobis abscindi: vt simus sancti & immaculati in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos luceamus sicut luminaria in mũdo, verbũ vitæ cõtinẽtes. Christus autẽ sicut suscepit pro nobis mortẽ, ita & circuncisionẽ non respuit: vt nos spiritu circuncideremur. Ibidem. Mysteria circuncisionis Christi, sunt mandata eius, quibus præcipit vt quicquid superfluũ, siue in corpus, siue in animũ nostrũ irrepserit, abscindi à nobis & circũcidi. Lib. de verbis Apostoli, sermone xv. Nõ frustra octauo die iussus est circuncidi infans, nisi quod petra, qua circũcidimus, Christus erat. Cultellis enim petrinis circũcisus est populus, petra autem erat Christus. Quare ergo octauo die? Quia in hebdomadis idẽ primus qui & octauus. Cõpletis enim septem diebus, reditur ad primum: finitus septimus, Dominus sepultus, reditur ad primum, Dominus resuscitatus. Domini enim resurrectio promisit nobis æternum diem, & cõsecrauit nobis æternũ diem, qui vocatur Dominicus, ipse propriè ad Dominum pertinere videtur.

CIRCVLVS & circuitus. Lib. ij. soliloquiorũ. Circulus est linea circunducta, vndiq; ad mediũ æqualiter vergẽs. De circuitu tẽporũ secũdũ Platonẽ, Lib. xij. de ciuitate Dei, ca. xiij. Absit à recta fide, vt tẽporũ circuitus credamus, sicut q̃dã Philosophi putãt, sic eadẽ tẽporũ tẽporaliũmq; rerũ volumina repeti: vt, verbi gratia, sicut in isto sæculo Plato Philosophus in vrbe Atheniẽsi, & in ea schola q̃ Academia dicta est, discipulos docuit, ita per innumerabilia retro sæcula multũ prolixis quidẽ interuallis, sed tamen certis & idẽ Plato, & eadẽ ciuitas, & eadẽ schola, & iidẽ discipuli repetiti, & per innumerabilia sæcula deinde repetẽdi sint. Absit, inquã, vt nos ista credamus. semel enim Christus, mortuus est pro peccatis nostris: resurgens autẽ à mortuis iam nõ moritur, & mors illi vltra nõ dominabitur: & nos post resurrectionẽ semper cũ Domino erimus: cui modo dicimus, quod facet admonet psal. Et tu Domine seruabis nos, & custodies nos, à generatiõe hac in æternũ. Satis autem istis existimo cõuenire quod sequitur. In circuitu impij ambulãt: non quia per circulos, quos opinãtur, eorũ vita est recursura: sed q̃a modo talis est erroris eorum via, id est, falsa doctrina.

CYTHARA. Super Apoc. Homil. iiij. Cythara, est chorda in ligno extensa: & significat carnẽ Christi passiõi cõiũctã.

CIVITAS. Diffinitur in Epistola ad Macedoniũ. Ciuitas est cõcors hominũ multitudo. Lib. v. de ciuitate Dei. Ciuitas nihil est aliud, quam hominũ multitudo aliquo societatis vinculo colligata. Quia vt dicit Lib. ij. de quæstio. Euãgeliorum quæstione xlvj. Ciuitas nõ est quorũlibet animantiũ, sed rationalium multitudo, legis vnius societate deuincta.

Ideo Lib. primo de ciuitate, Dei cap. xv. Non est aliud bona ciuitas, aliud homo, cum aliud ciuitas non sit, quam concors hominum multitudo. Distinguitur Lib. decimo quinto de ciuitate Dei, capit. j. Duas dicimus esse ciuitates, hoc est duas hominum societates: quarum est vna quæ prædestinata est in æternũ regnare cũ Deo: altera supplicium æternum subire cum diabolo

Cap 221. Tom.III. lo. Libro de vera innocentia. Duas ciuitates faciũt duo amores. Hierusalem facit amor Dei, Babyloniã amor sęculi. Interroget ergo se vnusquisque quid amet, & inueniet vnde sit ciuis: & si se inuenerit ciuẽ Babylonis, extirpet cupiditatẽ, plantet charitatem. Si autem se inuenerit ciuem Hierusalem, toleret captiuitatem, speret libertatem. Cap.156. Tom.eod. Libro de vera innocentia. Ciues terrenæ ciuitatis, parit peccato vitiata natura, qui sunt vasa iræ. Ciues verò cœlestis patriæ, parit à peccato naturam liberans gratia, qui sunt vasa misericordiæ. Tom.V. De temporali ciuitate, Lib.ij. de ciuitate Dei, cap.xxj. In fine secundi libri de republica Cicero inducit Scipionem dixisse. Sicut in fidibus & tibiis ac cantu ipso ac vocibus, cõcentus quidam tenẽdus est ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantẽ aures eruditæ ferre non possunt. ísque cõcentus ex dissimillimarum vocum moderatione tamen cõcors efficitur & congruens: sic ex summis, & mediis, & infimis interiectis ordinibus vt sonis, moderata ratione ciuitatem cõsensu dissimillimorũ concinere: & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam: arctissimum atque optimũ omni in republica vinculũ incolumitatis, eámq; pacto nullo sine iustitia esse posse. Ideo ibidẽ. Lælius asseruit, nihil aliud tam inimicum quam iniustitiam ciuitati: nec omnino nisi magna iustitia regi aut stare posse rempublicam. Tom.V. Comparat ciuitatem terrenam cœlesti, Libr.v. eiusdem capit. xvij. Quid intersit ad incolumitatem, bonósque mores, & ipsas hominũ dignitates, quod alij vicerunt, alij victi sunt, omnino non video: præter illum gloriæ humanæ inanissimũ fastum, in quo perceperunt mercedem suam, qui eius ingenti cupidine arserunt, & ingentia bella gesserunt. Nunquid illorum enim agri tributa nõ soluunt? Nunquid eis licet discere, quod aliis non licet? Nunquid non multi senatores sunt in aliis terris, qui Romam nec de facie quidem norunt? Tolle iactantiã, & omnes homines quid sunt nisi homines? Quod si peruersitas sæculi admitteret, vt honoratiores essent quique meliores: nec sic pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius est ponderis fumus. Sed vtamur etiam in his rebus beneficio Dei nostri: cõsideremus quanta contempserint, quæ pertulerint, quas cupiditates subegerint pro humana gloria, qui eam tanquam mercedem talium virtutum accipere meruerunt: Arg. à minori. & valeat nobis etiam hoc ad reprimendam superbiam, vt cum illa ciuitas, in qua nobis regnare promissum est, tantũ ab hac distet, quantum distat cœlum à terra, à temporali lætitia, vita æterna: ab inanibus laudibus, solida gloria: à societate mortalium, societas angelorum: à lumine solis & lunæ, lumen eius qui fecit solem & lunã: nihil sibi magnum fecisse videantur tantæ patriæ ciues, si pro illa adipiscenda fecerint boni operis aliquid, vel mala aliqua sustinuerint: cũ illi pro hac terrena iam adepta tanta fecerint, tanta perpessi sint: præsertim, quia remissio peccatorum, quæ ciues ad æternam colligit patriam, habet

A aliquid, cui per vmbram quãdam simile fuit asylum illud Romuleum, quo multitudinem, qua illa ciuitas conderetur, quorumlibet delictorum congregauit impunitas. Quid ergo magnum est, pro æterna vita omnia fortiter ferre, si pro hac temporali vita fortes viri, & se, & filios impenderunt? De ciuitate malorum, super psalmum nonum. Cap. 18. Tom. VIII. Ciuitates sunt in quibus regnat diabolus, vbi dolosa & fraudulenta consilia, tanquam curiæ locum obtinent: cui principatui, quasi satellites & ministri, adsunt officia quorũcunq; membrorum, oculi, ad curiositatem: aures, ad lasciuiã: vel si quid est aliud quod in malam partem libenter auditur: manus, ad rapinã, vel quodlibet aliud facinus aut flagitium: & membra cætera in hunc modum tyrannico principatui, id est, peruersis

B consiliis militantia. Huius ciuitatis quasi plebs est, omnes delicatæ affectiones, & turbulenti motus animi, quotidianas seditiones in homine agitantes. Ergo vbi rex, vbi curia, vbi ministri, vbi plebs inuenitur, ciuitas est. Nec enim talia essent in malis ciuitatibus, nisi prius essent in singulis hominibus, qui sunt tanquam elementa & semina ciuitatũ. Has ciuitates destruxit Christus cum excluso inde principe, de quo dictum est. Princeps mũdi huius eiicietur foras. Vastantur hæc regna verbo veritatis, sopiuntur maligna consilia, turpes affectiones edomantur, membrorum & sensuum ministeria captiuantur, & ad iustitiæ & ad bonorum operum militiam transferũtur: vt iam, sicut Apostolus dicit, Non regnet peccatum in nostro mortali corpore. Tunc pacatur anima,

C & ordinatur homo ad quietem & beatitudinem capessendam. Sed de ciuitate cœlesti, Libro ij. de ciuitate Dei, in fine. Cap.21. Tom.V. Vera iustitia non est, nisi in ea republica, cuius conditor rectórque Christus est: si & ipsam rempublicam placet dicere: quoniam eam rem populi esse negare non possumus. Si autem hoc nomen, quod alicubi alitérque vulgatum est, ab vsu nostræ loquutionis est fortè remotius, in ea certè ciuitate est vera iustitia, de qua scriptura sancta dicit. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. In eodem, cap. xxix. Incomparabiliter superna ciuitas est clarior, vbi victoria, veritas: vbi dignitas, sanctitas: vbi pax, fœlicitas: vbi vita, æternitas. Lib.v. eiusdem, cap. xvj. Illa ciuitas sempiterna est, vbi nullus oritur, quia nullus moritur. Ibi est vera & plena fœlici-

D tas. Ibi non oritur sol super bonos & malos, sed sol iustitiæ protegit solos bonos. Ibi non erit magna industria ditare ærarium publicum priuatis rebus angustis, vbi thesaurus communis est veritatis. Lib. de cognitione veræ vitæ. Cap.9. Tom.IX. Vita æterna cœlestis ciuitas nuncupatur: quia vnanimitas illorum ciuium ad videndum regem gloriæ in decore suo congregatur. Hæc Hierusalem nominatur, quia visione semper manentis pacis satiatur. Hæc paradisus vocatur, quia omnimoda omnium deliciarum affluentia iucundatur. Hæc superna patria nominatur: quia omnes iusti hanc visionem, vtputa filij Dei, hæreditare non dubitãtur. Super psalmum nonagesimum,

serm

Tom. VIII. sermone ij. In illa ciuitate vbi sunt Angeli ciues nostri, quia nos peregrinantes laboramus, illic expectant aduētum nostrum, & de illa literæ nobis venerunt, ipsæ enim sunt scripturæ quæ nos hortantur vt bene viuamus. Tom. eod. Super psalm. ciij. sermone tertio. In ciuitate illa cui dicitur, Lauda Hierusalem Dominum, vnde nemo exit amicus, & quò nemo intrat inimicus: quis codex ibi nobis legendus est, aut tractandus sermo, quemadmodum vobis modo tractatur? Et ideo modo tractatur, vt ibi teneatur. Ideo modo per syllabas diuiditur, vt ibi totus atque integer contempletur. Non tibi deerit verbū Dei, sed tamē non per literas, non per sonos, non per codices, non per lectorem. Sed sicut, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Non enim sic ad nos venit, vt inde discederet: quia in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Tale verbum contemplaturi sumus. Apparebit enim Deus deorū in Sion. Sed hoc quando? Post peregrinationem finita via, si tamē post finitam viam, non iudici tradamur, vt iudex mittat in carcerem. Sed finita via, sicut speramus, & optamus, & studemus, ad patriam venerimus, vbi contemplabimur quod semper laudabimus. Nec illud deficiet quod nobis præsto est, nec nos qui fruemur: nec fastidiet qui manducabit, nec deficiet quod manducabitur. Magna illa & mira contemplatio erit: & quis de illa dignè dicet isto tempore? Tom. eod. Super psalm. cv. Gloriosa illa ciuitas adepta promissam hæreditatē, in qua nullus morietur, nullus orietur, non habebit ciues qui singuli gaudeant suis rebus: quia Deus erit omnia in omnibus. Cuius societatem quisquis in hac peregrinatione fideliter & flagranter desiderauerit, assuescit priuatis præferre communia: non sua quærendo, sed quæ Iesu Christi. Cap. 10. Tom. IX. Libro de nouo cantico, circa finē. Festinate ad illam patriam, cuius ciues Angeli sunt: cuius templum, Deus: cuius splēdor, Filius: cuius charitas, Spiritus sanctus: ciuitas sancta, ciuitas beata, ciuitas vbi nullus perit amicus, quo nullus admittitur inimicus. Ciuitas vbi nullus moritur, quia nullus oritur: nullus infirmatur, quia incorrupta salute lætatur. Cum illuc venerimus, non ibi esuriemus aut sitiemus: visio ipsa, nostra satietas erit. Non ibi dormiemus, quia non ibi laborabimus. Nulla cuiuslibet rei ibi necessaria erit refectio, vbi nulla erit defectio. Viuemus, regnabimus, & lætabimur. Si tantum delectat cum de ea loquimur, quid erit & videre? Videre Deum, viuere cum Deo, viuere de Deo. Vita enim nostra erit laudare Deum, & sine defectu eum amare. Beati enim, ait propheta, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Cap. 37. Tom. III. Libro de vera innocentia. Aeternæ ciuitatis æterna sunt gaudia, & stantium dierum perpetuitas infinita, nec variabitur, nec labetur, quia incommutabili pace potientur: quorum omnium erit bonum quod fuerit etiam singulorum. Cap. 30. Tom. V. Quod probat Lib. xxij. de ciuitate Dei. Beata ciuitas magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori vllus inferior inuidebit, sicut nunc non inuident Archangelis Angeli cæteri: tanquam nolit esse vnusquisque quod non accepit. In eodem. Erit ergo illius ciuitatis, & vna in omnibus, & inseparabilis in singulis voluntas libera, ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fruens indeficienter æternorū iucunditate gaudiorū: oblita culparum, oblita pœnarum. Libro de contemplatione Christi. O anima mea, reuertamur ad ciuitatem cœlestem, in qua scripti sumus & ciues decreti. Sicut ciues sanctorum & domestici Dei. & sicut hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Consideremus inclytam vrbis nostræ fœlicitatem, inquantum cōsiderare possibile est. Dicamus ergo cum propheta. O quam gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Sicut lætātium, omnium habitatio est in te. Fundaris enim in exultatione vniuersæ terræ: nec est in te senectus, nec senectutis miseria. Non est in te mancus, neque claudus, neque gibbosus, neque deformis: sed omnes occurrunt in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quid hac vita beatius? vbi non est paupertatis metus, nec ęgritudinis imbecillitas: nemo ibi irascitur, nemo læditur, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris vel potestatis pulsat ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insidiæ dæmonum nullæ, terror gehennæ procul. Ibi non est mors, neque corporis, neque animæ. Sed immortalitatis munere, iucunda vita: nulla erunt tunc mala, nusquam ibi discordia: sed cuncta consona, cuncta conuenientia: quia sanctorum omnium est vna concordia: pax cuncta, & lætitia continet: omnia tranquilla sunt & quieta, iugis splendor: non vt est iste qui nunc est: sed tanto clarior, quanto fœlicior: quia ciuitas illa, vt legitur, non eget lumine solis: sed Deus omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Vbi sancti fulgebunt vt stellæ in perpetuas æternitates: & sicut splēdor firmamenti qui erudiūt multos. Quapropter nox ibi nulla, nullæ tenebræ, cōcursus nubiū nullus, nec frigoris nec ardoris asperitas vlla: sed talis erit rerum temperies, qualis nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, nisi eorum qui ea perfrui digni inueniuntur, quorū nomina scripta sunt in libro vitæ. Verum super hæc omnia est consociari choris Angelorum, & Archangelorum, atquæ omnium cœlestium virtutū: intueri Patriarchas & Prophetas, videre Apostolos atque omnes Sanctos, videre parentes nostros. Verè gloriosa sunt hæc, sed multo gloriosius est præsentem Dei vultum cernere, incircunscriptum lumen videre. Superexcellens enim erit gloria, cum Deum videbimus in seipso, quem cernere finis est omnium bonorum. Libro supputationum, parte ij. cap. ij. Fœlix anima mea semper, & in sæcula fœlix, si intueri meruero gloriā tuam, beatitudinem tuam, portas & muros atque plateas & mansiones tuas multas: nobilissimos ciues tuos, & fortissimum regem tuum in decore suo. Muri nanq; tui ex lapidibus pretiosis, portæ tuæ ex margaritis optimis, plateæ tuæ ex auro purissimo

risſimo,in q̃bus iucũdũ Alleluia, ſine intermiſſione cõcipitur maſiones tuæ multæ quadris lapi- *Peritura à [b]eatitudine ocul.* dibus circũdatæ,ſaphiris cõſtructæ,lateritiis aureis coopertæ,in q̃bus nullus ingreditur niſi mũdus:nullus inhabitat inquinatus.Speciosa facta es in deliciis tuis mater Hieruſalem. nihil in te tale qualehic patimur,qualia ĩ hac miſeria cernimus: nõſunt in te tenebre,aut nox,aut quælibet diuerſitas tẽporũ:nõ lucet in te lux lucernæ,aut ſplẽdor lunæ,vel iubar ſtellarũ,ſed Deus de Deo, lux de luce,ſol iuſtitiæ,ſemper illuminat te,agnus candidus & immaculatus lucidum & pulcherrimũ eſt lumẽ tuũ.Huius regis tui indeficiẽs cõtemplatio,ipſe rex regũ in medio tui,& pueri eius:in circuitu eius:ibi hymnidici Angelorũ chori:ibi ſocietas ſupernorũ ciuium:ibi dulcis ſolennitas omnium,ab hac triſti peregrinatione,ad tua gaudia redeuntium:ibi prouidus chorus prophetarũ: ibi iudex Apoſtolorũ numerus: ibi innumerabilis martyrum victor exercitus: ibi ſanctorum confeſſorum ſacer conuentus: ibi viri & perfecti monachi:ibi ſanctæ mulieres,quæ voluptates ſæculi & ſexum infirmitatis vicerunt: ibi pueri & puellæ, que annos ſuos moribus tranſcenderunt:ibi ſunt oues & agni,qui iam huius voluptatis laqueos euaſerunt: exultant omnes in ꝓpriis manſionibus.Diſpar eſt gloria ſingulorum, ſed cõmunis eſt lætitia omnium plena & perfecta, vbi regnat charitas:quia Deus eſt omnia in omnibus:quem ſine fine vident,& ſe præuidentes in eius amore ardent,amant,& laudant. Laudãt & amant.Omne opus eorum,laus ſine defectione, ſine labore.Fœlix ego & in perpetuum fœlix, ſi poſt reſurrectionem huius corporis in fine ſæculi audire meruero illa cantica cœleſtis melodiæ, quæ cantãtur ad laudem regis æterni,ab illis ſupernæ patriæ ciuibus,beatorũmque ſpirituum agminibus.Sed fortunatus ero, & nimium beatus, ſi charitate meruero aſsiſtere regi meo.

Cap.4. Tom.IX. Libro de triplici habitaculo.Finis eſt omniũ bonorum.Chriſti veſtigia ſequamur,donec poſt eum eadem via ad vrbem regiam preueniamus, in qua ipſe regnat: de qua vrbe quicquid homo dixerit,quaſi ſtilla de mari eſt,vel quaſi ſcintilla de foco.In qua vrbe fulgebunt iuſti ſicut ſol, vt dominus ait,vbi ſumma pax erit,& ſumma q.es. Nullus labor,nullus dolor,nulla paupertas: nec ſenectus, nec vlla mors, nec vlla nox: nullum cibi deſiderium,nullum ſitis incendium: ſed cibus & potus omnium viſio Chriſti erit, & ſanctæ trinitatis, & cõtemplatio puro cordis oculo ipſius Diuinitatis,& aſsidua lectio, vt ita dicam, libri vitæ,ideſt,æternæ veritatis,& ſummæ ſapiẽtiæ & verbi Dei, quod eſt Ieſu Chriſti viſio.

Tom.V. Sed de ciuitate damnatorum,Lib.xix.de ciuitate Dei,capite xxviij. In miſera ciuitate dolor permanet,vt affligat: & natura perdurat, vt ſentiat:quia vtrunque ideo non deficit,ne pœna deficiat.

Tom.III. CLAMOR. Libro loquutionum ſuper Gene.Super illud,clamor Sodomorum venit coram me. Clamorem ſcri-

A ptura ſolet ponere pro tãta impudẽtia,& libertate iniquitatis:vt nec timore,nec verecũdia abſcõdatur. Lib.annotationum in Iob.ca.xxx. Clamorem in pleriſque locis,pro manifeſtis peccatis ponit ſcriptura:vt verbum ſit quicquid corde concipitur, clamor autem cum procedit in factum. *Tom.IIII.* Vnde de Iudæis ſuper Pſal.lxxxv. Iudæi non percuſſerunt,ſed clamauerunt: clamando,ſerierunt:clamando,crucifixerunt: voluntas clam ntium impleta eſt,quãdo Dominus crucifixus eſt. *Tom.VIII.* Quod autẽ clamet Deus,ſuper Pſal. xxxix.Clamat de cœlo Deus.Specto vos,luctamini,adiuuabo: vincite,coronabo. Sed quid ſit clamor ad Deum.Lib.de vera innocẽtia. *Cap.100. Tom.III.*
B Clamor ad Deum eſt intentio cordis,& flagrantia dilectionis:quia ſemper petitur quod ſemper optatur.hoc autem Domino abſconditum nõ eſt, quoniam ad ipſum redit:quod ab ipſo proceſsit.

In præfat. lib.dicti Manuale Tom.IX. Vnde libro de contemplatione Chriſti. Tua ſuauis memoria,ſit inter hos turbines,aliqua domine repauſatio mea. Te ergo inuoco deſiderantiſsime,ad te clamo clamore magno,in toto corde meo.Et cum te inuoco,vtique in meipſo inuoco,quoniam omnino non eſſem, niſi eſſes in me:& niſi ego eſſem in te.In me es, quoniam in memoria mea manes:ex quo cognoui te, & in ea inuenio te,cum reminiſcor tui:& delector de te in te,ex quo omnia,per quem omnia, in quo omnia. *Lib. de verbis Domini, ſerm. 8. Tom X.* In homil. de duobus cæcis. Quid eſt clamare ad Chriſtum,niſi gratiæ Chriſti cõgrue
C re operibus bonis?hoc dico ne forteſimus ſtrepẽtes vocibus, & muti moribus. Quis eſt qui clamat ad Chriſtum? *Clamor morum. Tom.VIII.* Qui ſpernit ſæculi voluptates, clamat ad Chriſtum. Qui diſpergit & dat pauperibus,iuſtitia eius clamat ad Chriſtũ. Quia vt dicit ſuper Pſal. cxviij ſermone.xxix.Clamor ad Deum qui fit ab orantibus, ſi ſonitu vocis corporalis fiat,non intento in Deum corde, quis dubitet inaniter fieri? *Cordis clamor.* Si autem fiat in corde etiam ſilente corporis voce:aliũ quem libet hominem poteſt latere,non Deum. Siue ergo cum voce carnis quando id opus eſt, ſiue cum ſilentio ad Deum cum oramus,corde clamandũ eſt. Eſt autem clamor cordis magna cogitationis intentio:quæ cum eſt in oratione, magnum exprimit deſiderantis & petentis affectum, vt non deſperet effectum.Tunc porrò in toto corde clamatur quando aliunde non cogitatur. Tales o-
D rationes raræ ſunt multis, crebræ autem paucis.

Cap.57. Tom.IIII. Pſal. 118. Quia clamandũ,lib.de ſalutaribus documentis.Dominus in proximo eſt,& paſtor noſter circa nos eſt.Quid ergo metuemus? Et ſi metuimus, clamemus in compunctione cordis, dicẽtes. Errauí ſicut ouis que periit,quære ſeruum tuũ Domine. *Pſal 21. Pſal.141.* Clamemus & dicamus, libera à framea mea Deus animam meam,ſalua me ex ore leonis.Clamemus & dicamus, periit fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam.Conſiderabo ad ſiniſtram,ecce diabolus rugit vt leo, frendet vt lupus. Ecce lupus eſt, contra latra canis. Clamaui ad te domine & dixi, tu es ſpes mea, portio mea,in terra viuentium.libera me de ma

nibus inimicorum meorum,& eorũ qui me persequuntur. Nunquid pastor noster bonus qui animam suam posuit pro ouibus suis: ad quem si
Io.10. clamemus dimittet nos diutius errare, aut à feris, vel à bestiis dilaniari & consumi? Absit. Quinimo relictis nonaginta nouem, perrexit vnam
Luc.15. perditam ouem quærere quæ errauerat. nec quia clamantem audiuit ideo perrexit, sed antequam clamaret: quam inuentam & lassatam atque fatigatam, impositã humeris suis, reportauit ad gregem. Pastor eam suis humeris ad gregem dignatus est reportare, quam sua misericordia ab errore reuocauit. Quod verò ouem istam dominus humeris propriis impositam reportauit ad gregem, quantæ misericordiæ eius gratiæ sunt agendæ, qui tantum se ad nos humiliauit & inclinauit: portat,& reficit: regit,& custodit? Sed vt dicit
Tom.VIII. super Psal.lxxvj. Multi clamant ad Dominũ pro diuitiis acquirendis, damnísque deuitandis: pro suorũ salute, pro stabilitate domus suæ, pro fœlicitate temporali, pro dignitate sæculari: postremò pro ipsa etiam salute corporis, quæ patrimonium est pauperis. pro his atque huiusmodi rebus, multi clamant ad Dominum: vix quisquam propter dominum ipsum. Facile quippe homini est, quodlibet desiderare à Domino,& ipsum Dominum non desiderare: quasi verò suauius esse possit quod dat, quam ipse qui dat.

Cap.18. Tom.III. CLAVES. Datæ sunt Ecclesiæ, require supra. cap. absoluere. Ideo lib. primo de doctrina Christiana. Ecclesia est corpus eius, sicut Apostolica doctrina commendat, quæ cõiunx eius etiam dicitur. Corpus ergo suũ multis membris diuersa officia gerentibus, nodo vnitatis & charitatis tanquam sanitatis astringit. Exercet autem & purgat hoc tempore medicinalibus quibusdam molestiis, vt ereptam de hoc sæculo, in æternum sibi copulet Ecclesiã, nõ habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Porrò quoniam in via sumus, nec via ista locorum est, sed affectuum, quam intercludebant quasi septa quedam spinosa præteritorum malitiæ peccatorum, quid liberalius & misericordius facere potuit, qui seipsum nobis viam qua redimeremur substruere voluit, nisi vt omnia donaret peccata conuersis, & grauiter fixa interdicta reditus nostri, pro nobis crucifixus euelleret? has igitur claues dedit Ecclesiæ suæ, vt quæ solueret in terra, soluta essent & in cœlo. s. vt quisquis in Ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, non ei dimitterentur: quisquis autem crederet, séque ab his correptus auerteret, in eiusdẽ Ecclesiæ gremio constitutus, eadem fide atque correptione sanaretur. Quisquis enim nõ credit dimitti sibi peccata posse, fit deterior desperãdo, quasi nihil illi melius quàm malũ esse remaneat, vbi de fructu suæ conuersionis infidus est. De hoc require supra, capit. x. in tractatu de muliere curua. Nemo dicat ago pœnitentiam apud Deum. Nouit Dominus quoniam mihi ignoscit, quia in corde meo pœnitentiam ago. Ergo sine
Mat.18. causa dictum est, Quæ solueritis in terra, soluta

A sunt & in cœlo. Ergo sine causa datæ sunt claues Ecclesiæ Dei. Frustramus Euangelium: frustramus verba Christi: promittimus nobis, quod ille negat. Nonne nos decipimus? Iob dicit. Si erubui in conspectu populi confiteri peccata mea.

Ideo consulit lib. primo de pœnitentia. Iudicet seipsum homo in istis voluntate dum potest, & mores conuertat in melius, ne cum iam non poterit, etiam præter voluntatem à Domino iudicetur: Et cum in se protulerit seuerissimæ medicinæ sentẽtiã, veniat ad antistites, per quos illi in Ecclesia claues ministrantur: & tanquã bonus iam incipiens esse filius, maternorũ membrorũ ordine constituto, à præpositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum, vt in offerendo sacrificio contribulati cordis deuotus & supplex, id tamen agat quod non solum sibi prosit ad recipiendam salutem, sed etiã cæteris ad exẽ-
B plum. Vt si peccatum eius non solum in graui eius malo, sed etiam in scandalo aliorũ fuit, atque hoc expedire vtilitati Ecclesiæ videtur antistiti in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, nõ lætali & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem. Meminerit semper, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Quid enim est peruersius, quid infœlicius, quàm de ipso vulnere, quod latere non potest, non erubescere, & de ligatura eius erubescere? Nemo arbitretur &c. Lib. de pœnitẽtia, circa finem. Quid perdit cum supplicat Deo, qui salutem perdere non timuit, cum offenderet Deum? Quis enim certus est, quod etiam imperator ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellæ
C incerta subeũtur, & penè vt mors euitetur, mors ipsa suscipitur. supplicatur deinde per homines homini, sine dubitatione fiunt ista, cum sit dubium quo fine proueniãt, & tamẽ certiores sunt claues Ecclesiæ, quàm corda regũ. Quibus clauibus, quodcunque in terra soluitur, etiã in cœlo solutum promittitur. Et multò est honestior humilitas, qua se quisque humiliat Ecclesiæ Dei, & labor minor imponitur, & nullo tẽporalis mortis periculo, mors æterna vitatur.

CLERICVS. Non omnis recipiẽdus est in clericum, lib. de ecclesiasticis dogmatibus. Maritum duarũ post baptismum matronarum, non ordinandum clericũ dicimus. Neque eũ qui vnã quidẽ, sed cõcubinã, nõ
D matronã habuit. Nec illũ qui viduã, aut repudiatã, vel meretricẽ in matrimonio sumpsit. Nec eum qui semetipsum quolibet corporis sui membro, indignatione aliqua, vel iusto iniustóve timore truncauerit. Nec illum qui vsuras accepisse conuincitur, vel inscena lusisse noscitur. Nec eũ qui publica pœnitentia mortalia peccata deflet. Nec illum qui aliquando in furiam versus, insaniuit, vel afflictione diaboli vexatus est. Nec eum qui per ambitionẽ vel imitationẽ Simonis magi pecuniã offert. Quid est esse clericũ, super Psal. lxvij. Cleros sors dicitur græcè: & sortes ex permissione Dei, partes hæreditatis vocantur, quæ

pop...

populo sunt distributæ: Vnde tribus Leui præcepta est nõ habere sortẽ inter fratres suos, quod ex eorũ decimis sustẽtaretur. Nã & cleros & clericos hîc appellatos puto, q̃ sunt in Ecclesiastici ministerij gradibus ordinati: quia Mathias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. *[C]ap. 1. [T]om. IX.* De eorum affectu circa temporalia & de tonsura, lib. de contemptu mundi. Audite fratres charissimi, salutiferam patris nostri doctrinam, qui non terrenam sed æternam cõcupiscitis hæreditatem. Audite nanque habentes aures audiẽdi pium patrem ad hæreditatem cœlorum nos vocantem & dicentem. *[P]sal. 33.* Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam? qui es qui ad vitam vis ingredi? serua mandata Dei. *[M]at. 19. [C]oncilia.* Quorum mandatorum alia sunt specialia, alia verò communia. Specialia sunt propriè canonicorum siue clericorũ & monachorum: Communia autem omniũ catholicorum. *[P]ræcepta & [c]onsilia.* Specialia igitur sunt hæc. Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Iterũ saluator inter cætera. Qui non renũciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: Qui dixit omnibus, nihil proprium à suis discipulis possideri voluit. Qui quicquam possidet in terra, remotus est ab ipsius disciplina. Scimus enim quoniam quisque quantomagis terrenis occupationibus implicatur, tanto magis à sui conditoris visione impeditur: vnde Apostolus inquit. *[2.] Tim. 2. [R]adere pilos [m]ysticè.* Nemo militans Deo implicat se sæcularibus negotiis: Hinc Moses ait, Leuitæ radant pilos carnis suæ. Leuita, interpretatur assumptus. Quisquis nãque in officiis Diuinis assumptus est, pilos carnis, id est superfluas cogitationes cordis radere debet. Caput igitur radere, cogitatiões terrenas signat & superfluas à mente resecare. Nec incongruè per pilos & capillos, signantur cogitationes superfluæ. Sicut enim pili non sunt pars corporis, sed quædam superfluitas procedens ex corporis humore: sic bona temporalia non sunt nobis naturalia, sed aliena & superflua. Hinc itaque fideles Christi qui ad æternam vitam medullitus suspirant, qui mundum cum suis oblectationibus sub pedibus conculcant, qui in terra nihil possidere volunt, sed cum Apostolo dicunt, *Phil. 3.* Nostra conuersatio in cœlis est, capillorum minimam partem in capitibus retinent, vt per eorum abrasionem, se minimam terrenorum sollicitudinẽ habere designent. Quiapropter etiam illam minimam particulam capillorum retinent, quia dũ in hoc mundo sunt, à terrenis omnino cogitationibus vacui esse non possunt. Quisquis igitur clericus ad sortem Domini vocatus, qui comam nutrit & capillos radere vel tõdere erubescit, profecto se nõ de Dei, sed de mundi sorte esse testatur: Quãto enim quis carnis crines diligit, fouet, & nutrit, tanto cor suum non in cœlis, sed in terra fixum esse ostendit. Extirpetur ergo de clero penitus talis præsumptio, ne, quod absit, à Deo expellatur eius oratio. *Inter opera Cyprianibabetur hic liber.* Occasiones peccati vitare debẽt, lib. de singularitate clericorũ.

A Aduertite occasiones quibus interiora pectoris penetrantur, vt liquida in vobis perspicuitas honoretur. Estote cõtẽti singularitatẽ laboriosam pro pudore seruãdo potius sustinere, quam sine labore ad dedecus peruenire. Contemplamini q̃d sit populo sancto præesse, & cõsiderate quale sit Diuinis sacramentis insistere. Altari placere debent, qui de altari viuunt: & talis conuenit cura sinceritatis sacramẽtis, qualia sunt sacramẽta ipsa quibus exhibent officia seruitutis. ne circa Dominum offendãt ipsi quod tractãt, aut circa populum incipiant impedire quod prædicant.

Causam ponit ibidem infra. Quia maioribus maiores consueuerunt conflictationes occurrere: & acrius diuitibus, quam pauperibus inuidetur: & non inopes, sed locupletes inquietat infe- *Eminentiora quæque magis impetuntur.*

B statio sæua latronum: plus duces & principes, quam milites ab hostibus appetuntur in pugna: & violentius propulsantur ventis & turbinibus culmina quæcunque fuerint altiora: ideo magis magísque quo plus cæteris vnusquisque præest, sciat sibi esse metuendũ, ne in aliquo minoretur.

Ideo debẽt vitare fœminas. in eodẽ, lib. de singularitate clericorum. Stupeo autem arbitrium huius peruersitatis, vt à clericis ad cõmoditatem fœmina magis, quã masculus eligatur. Nunquid tantũ mulier vtilior commodis clerici, quantũ prodest masculus cõtinẽs, vel puer masculo cõtinẽti? aut ipsa erit decens vtilitas, quã indecens cõmoditas facit? Sed & si fœmina vtilis existimatur, non oportet carnalia emolumenta præponere

C vtilitatibus spiritualium cõmodorum: & expediebat qualemcunque virum inutilẽ sustinere pro existimatione munienda, quam bonos affectus mulieris cũ existimatione turpissima, quod Salomon comparat dicens. Melior est iniquitas viri, quam benefaciẽs mulier. Subdit causam. Artificialia sunt itaque semper diaboli beneficia: quibus ingeniũ suæ calliditatis exercens, sanctimoniæ deditos, dolosis commoditatibus iuuat, vt perdat: & inter continentes quasi necessaria emolumenta, mutuis adiuuaminibus subministrans, adiicit prius masculum & fœminã pariter: vt postquã inseparabiles fecerit per alterutra solacia, possit occidere dãtes simplices animos ad castitatis vota seruãda. Ibidẽ infra. Impugnationis suæ arma subducẽs, interim quasi placidus fautor suggerit sanctitatis argumẽta, donec diutius inter ambos inimicam nutriat concordiã. Fa- *Subdolus assentator Satan.*

D cit affabiles inuicẽ sibi seruire, & assentator infestus impedimẽta remouẽs vniuersa, commodis eorum gaudet efficaciã cõmodare: vt tota eos sibimetipsis necessitate commẽdẽs, exhibere eos possit in alterutrum solita cõsolatione pendere. Nõ vult eos in aliquo impedire, ne separet tam spũaliter, quã carnaliter: incõcussos efficit viuere, ne ipsa societatis initia immaturo tempore fœdera cœpta cõturbẽt. vsque ad illos videtibus cũctis ad perfectionẽ sanctitatis inuitat, fouet, subleuat, vt Dei esse cõputẽt beneficia ipsa contraria, quibus inducũtur vt pereant, nescientes Deum nũquam iuuare, quod vetat. Quibus tantũ diabo

A lus blandiens securitatẽ præparat sanctimoniæ, vt coniunctos se magis æstimẽt, quam disiũctos, immobiles circa libidines perdurare? Quos cum omni trãquillitate deducẽs mollis procellis aut fluctibus inquietat, & velut in medio mari minus cautos inducit laxare vela, nec quærere gubernacula, vt subita tempestate cõcitatos, naufragos ex insperata commotione submergat. Hanc primo exhibet lenitatem, vt duas naues oblectet adinuicem conuenire: quas cum fecerit iunctas, turbinibus repentinis in semetipsis elidere possit & frangere. Et in eodẽ lib. post mediũ excusationẽ remouet. quod require infra, cap. mutatio. addit etiam contra illos qui sub prætextu charitatis se defendunt. Vtinam post hoc edictum Angelorũ exẽplo conducere. Nos iam nõ valent flectere, q. nouimus & Angelos cum fœminis cecidisse. Ab ipsis equidem bene patrocinia mutuãtur sed nos nullum Angelũ audimus contra Apostolũ Paulũ. Et si, inquit, ego aut Angelus de cœlo euangelizauerit vobis præterquam quod euãgelizauimus, anathema sit. (*Gal.1.*) Insaniunt prorsus & ardẽt incendio fœminarum, quotquot huic interdictioni nõ cedunt: & obscœnitatibus inhiantes malũt mori, quã cõtenti sint à lateribus fœminarũ aliqua disiũctione diuelli: vt ad explẽdã suæ aviditatis ingluuiem etiã puncto temporis non sint sine fœminæ cupiditate: & hunc habent in mulieribus fructum, vt in illis semper defixa intentione, desideria satient oculorum, ne vel momentũ aliquod transeat, cum indigeant quod affectant. Sic inter eos integritas emoritur, vbi omnis commoratio seu conuiuendo, seu cõmanendo corruptis affectionibus inquinatur. Quos sanctus Petrus Apostolus designauit dicens. In cõuiuiis suis luxuriantes, oculos habentes plenos mœchationibus, & incessabilibus delictis capientes animas infirmas. Hos etiam Salomon ita denotat. (*Eccl.14.*) Abominatio est, inquit, coram Deo, defigens oculum. plane contra purum oculum, se habere testatur Iob qui ait. (*Iob.31.*) Et si oculis consensit cor meum. Ille pòtest suis oculis obnoxius non teneri, cui nolenti repentinus mulieris † aspectus (*† Aliàs, occursus.*) scandalum mouerit, quod protinus mens quod nolebat, expellit. Ille autẽ cõmotionẽ sui visus nõ meretur euadere, qui apud se scandali materiam tenet, qui vult intentionis suæ affectibus frui, qui affectat habere quod oculis offensionẽ ingerat, quorum auiditas inexplebilis inter offendicula cõtinẽtia nullo modo potest omnino compesci, quod Salomon approbat dicens. (*Prouerb.27.*) Infernus & interitus non satiantur, similiter & oculi hominũ insatiabiles sunt. & alio loco. (*Eccl.1.*) Nõ satiatur oculus videndo. Et iterũ, Nequius oculo quid creatũ est? hac castigatione nõ cõpuncti, diuina interdicta nefandæ familiaritatis obstinatione cõtemnũt. Et adhuc insuper de charitate causantur, qui secũdũ verbũ Isaiæ (*Isai.5.*), amaritudinem pro dulcedine deuorãtes, nudã fœditatem velamento boni operis tegũt: dũ apud eos falsa dilectione, vera dilectio violatur: Sed exclamat charitas & appellat, tales ego nõ iũxi: altera falsa est, quæ me simulãdo cõ-

Charitatis querimonia.

finxit. Nunquã Dei præceptis obsisto, nũquã sexis faueo, per me sanctitatẽ non opto culpari. calũnias mihi aduersa germanitas facit, periculũ ego inter falsos fratres incurri. Succurre ò meus præco, succurre ò Paule Apostole, dic testimoniũ meũ, ne quod annuntias de me, peruertatur. Finis autẽ præcepti est charitas, de corde puro, & cõscientia bona, & fide nõ ficta: Dilectio ergo deputabitur, per quã sanctitatis iniuria criminantibus appetitur? Aut illorũ erit syncera fraternitas æstimãda, de qbus filiæ matris Ecclesiæ perducũtur in culpã? Si talis Christiana charitas vocatur, indubitanter odia meliora sunt: quæ dũ hominem separãt, neminem maculant. Hæc autem dilectio parricidalis fratres, & percussores† adunare consueuit, qui libenter patiuntur filias matris Ecclesiæ fornicarias diffamari, cõtra charitatem quã Paulus Apostolus docuit dicens, dile-
B ctio proximi malũ nõ operatur. Egregia probatio charitatis, quæ non tantũ noxia germanitate officit proximo, sed etiam subiecta nõ vult esse præscriptionibus Euãgelicæ vel Apostolicæ iussionis. Cõfundãtur assertores dilectionis huiuscemodi, quos iudicãt illi qui cõmunibus cõmodis etiã cõsanguineã deserunt charitatẽ. In omni mundo penè totum victũ est genus humanum, vt vbique cognatio naturalis alterna peregrinatiõe discernitur: Possunt parẽtes, possunt filij, possunt fratres, posũt & ipsi (quod plus est) cõiuges, à Deo cõcessa sibi naturæ vincula disrũpere: & clerici Deo non concedente, imo insuper prohibente, mulierũ nexibus cõpeditãt non valent recusare charitatem? Optãda semper cognatis absentatur affinitas proximorum, & peregrinari ab
C extraneis fœminis clerici reluctantur? Quibus faciendum fuerat, & si peculiare aliquid vel inconsuetum Dominus imperasset, quia ad explicanda impossibilia habent spiritum sanctum, quem mundani homines non habent. Vnde Ioannes Apostolus sic admonet dicens, Filioli vincite illos, quoniã maior est qui in vobis est, quam q in hoc mundo est. Nũc verò possibile etiã gentibus, ne dicam Christianis & leue prospicitur, & apud clericos sine vllis affectibus euacuatur, vt parũ sit eis Dei mandata despicere, nisi aliud dedecus habeant, quod non sectantur, non dico vincant oĩm gẽtiũ cõsuetudinẽ: qbus Dominus per Ezechielẽ exprobrat & dicit. In legalibus meis nõ ambulastis, & iustificatiões meas nõ fecistis. Sed
D neq; secũdũ iustificatiões gẽtiũ, quæ sunt ĩ circuitu vestro fecistis. Pudẽdũ nescio qd dilectio ista significat que extorqueri cõtra naturã putatur. Adhuc habeo ꝙ mirari non valeo. Cũ videã de Christianis plerosque maritos pariter & vxores cõtinẽtiã vouẽtes † domicilia singularia magis eligere, vt cõsensus omniũ votorũ sine irritatione pœnitentiæ & cõ cordãte secessu valeãt obtinere, & eunuchi nostri dubitãt sine fœminæ solitate dormire? apud illos amor cõiugalis cõtinentiæ, amore pensatur, & apud spadones cohabitatio fœminæ nũquã pòt habere fastidiũ. Dicat nunc eunuchorũ charitas, dicat ne forte in hac secessione:

A magis cõiugalis charitas peccet, vt Apostoli Pauli cõsiliũ videatur cõiugibus insinuasse diuortiũ. Tempus, inquit, quod restat, breue est. Reliquũ est vt qui habẽt vxores sic sint quasi non habentes quãta peruersitas dilectiõis intenditur, vt qui habẽt quasi nõ habẽtes esse videãtur, & qui nõ habent quasi habentes esse glorientur? De his ipse Apostolus ait. Gloria in turpitudine ipsorũ. Dilectio est, inqũt, O dilectio quæ inuidet sibi. O charitas quæ cupit se in vituperatione laudari. Grande miraculũ vt virginũ charitas, virgines faciat velut coniuges credi, & cõiugũ charitas, cõiuges faciat velut virgines æstimari. Ecce vera dilectio quæ in coniugalitate diuidit, vt in castitate coniungat. Ecce sancta dilectio quæ cõiugalibus ad cõem laudẽ inducit absentiã. Hi pro certo sese B inseparabiliter diligũt, qui vt triũphos sibi inferãt, à seipsis discedunt: quibus nec crimẽ, nec lex, nec Dominus, nec Apostolus potestatẽ mutuæ cõuersationis interdixit, aut tulit: sed pro tuẽdis paribus votis, semota vnanimitate absentari charitas persuasit. Illi verò viderint quid sit charitas quã nouerunt, qui nec crimini, nec naturæ, nec legi, nec Domino, nec Apostolo, nec ipsi cõiugalitati succũbũt: quos tantũ virginitas probrosa cõdemnat, quantũ illos cõiugalitas castrata glorificat, quibus sufficiat ad suppliciũ dedecorosum, quod spadones à cõiugibus iudicãtur? Ad quorũ increpationẽ nõ tacendi sunt etiã filij Israel, qui apud Esdram vxores & filios cõtra diuina iura susceptos, nõ cõtenti sunt pellere, nec cõtra Deũ charitatẽ conati sunt excusare. Verum fateor si C permittat. Qui nunc pro dimittendis fœminis alienis adhærẽt. [1] Et modo nullo suspectum mihi placidũ dedit, qui nõ legitimã duxit, & legitimã recusauit. Nisi fallor in publico argumentatur cũ hominibus promittere sanctitatem, & in occulto sine vxore nõ esse. Duo argumenta, sanctitatis & libidinis hinc & inde mirãda sũt: quæ vtique inuicem se tegunt, & vtique inuicem se produt. Ingeniosus eunuchus & mœchus irridet, sibi dũ consulit, & dũ quærit, vtrũque facit, ne sanctus minimè deputetur, qui non vera coniunctione perfruitur: cũ Paulus Apostolus dicat. Alligatus es vxori, ne quæsieris solutionẽ: solutus es ab vxore nõ quæsieris vxorem [2]. quid facerẽt si filios & vxores proiicere iuberentur? Aut quãdo valebunt pro Christo renunciare cognatis, q mulierculas etiã nõ suas præponunt Christi præ D ceptis? facilius fuit pro eis iisdẽ mulierculis parẽtes proprios abnegare, quàm propter Christum ipsas mulierculas relinquere. Nec minus eos, sed peius & illi cõfundũt, qui metuẽtes nũ tantũ cũ aliena, sed etiã cũ sua carne luctari amputatis genitalibus abscedunt De quibus modo examinationis suspendo sententiam, relinquentes alia disputatione promendam. Sed in confusionẽ spadonum non dubito meliores asserere, qui nec sibi parcunt quidem, non dicam fœminis audent tentamenta porrigere. Respondeant spirituales eunuchi, quis furor in dilectione mulierum, vel quod sit in cõtubernalitate fœminæ mysterium,

Cor. 7. — *Phil. 3.* — *In spadones carnales sed & mulieros.* — *Esdræ. 10.* — *A nota, 1. vsque 2. interpositũ est à fratre de vrbino: non enim reperi apud Cyprianum.* — *1. Cor. 7.* — *Hic paucula omittuntur.* — *† Alij legũt, nec minus eos sed peius.*

A vt in pernicicm suã alienis membris indulgeant, cũ illi quoque sua incunctanter abscindant? Hi confirmatos in se artus abiiciũt, & illi aduersariis artubus glutinãtur. Hi pro integritate spũali, cũ tormento non integri corporis dimicare non dubitãt, & illi sine tormento integri esse sine fœminarũ dimidietate detrectãt. Cõparatio tamẽ ideo fit de talibus, vt maior sit pœna à dãnato dãnari. Et infra subdit ibidem contra eos qui de hoc suos reprehendũt reprehesores. Sed dicũt tu quis es, vt de seruo alieno iudices? Agnoscit equidẽ cõstitutiõis Paulus Apostolus suæ verba prolata, sed cõstitutionarios exploratores ipsos † ignorat. Illis enim contulit deffensionem, qui nullam partem legis impugnant: & ipsis tribuit patrociniũ, qui ex voto suo aliquid faciunt, nec quicquã B ecclesiastici iuris impediunt. Ius tractat viuendi, & nõ edendi, arbitriũ vnius cuiusque confirmãs, De similibus neminẽ iussit iudicari, quæ volũtati † singulorũ authoritas Diuina concedens, in vtraque parte faciendi & non faciendi clementer indulsit. Illos autem Ecclesiasticis tribunalibus subdidit, quos transgressores ordinariæ transgressionis nulla impunitas excusauit, vt quid passim (tu quis es qui de seruo alieno iudices) aduersum nos veluti libellũ cõtradictoriũ proferũt, ratiõale simul & certũ recognoscãt, quod accepimus, ab eodẽ Apostolo repulsoriũ, præcipimus, inqt, vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt separetis vos à fratribus ambulãtibus inordinatè, & nõ secũdũ traditionẽ quã accepistis à nobis. Euasimus, vt opinor, tãta ligamina quæstio- C nũ, quibus amatores eunuchos amplexus fœminei ligauerunt: qui peruersis interpretationibus decreta legalia deprauare conãtur: & malũt audiri proponẽtes vana & fabulosa cõmenta, quàm ipsi quæ sunt vera audiãt. Ad hoc vt obsistãt pro mulieribus veritati. Sed nõ habent victoriã, apud quos, contra Esdram, mulier potius quam veritas vincit. Ibidem. Et his vtitur blandimẽtis, vt subtractis omnibus iaculis compescẽs aduersa, suggerens prospera, tamdiu sopitum ignem sine vllis flammis occultat, donec duas faculas iungens simul ambas accendat. Et tamdiu cessat sæuitiæ suæ tela supponere, donec sicut peritus venator, quos occisurus est, laquei sui vinculis alliget. Sic explicat quod ante præstare videbatur. Sic de simplici charitate, amorem conflat illicitum. Sic per sanctitatem, inducit interitum.

D Propterea in fine dicti libri. Rogo vos quantum valeo, hæc sint custodia omnia clericorum, vt singularitatis inaccusabilis successione fungãtur: ne aut ipsi per fœminas, aut fœminæ per illos, ad ignominiosa ludibria prouocentur. Si quis autem habet matrem, aut filiam, vel sororem, vel coniugem, vel cognatam, sic habeat, vt nulla ancilla intersit, neque aliqua ingrediatur extranea, ne ad hoc videatur tenere proximas suas, vt ipsarum causa libere sibi adhibeat alienas: quod si non possunt ipsæ quæ sunt proximæ, sine famularum ministerio, vel sine amicarum solatio, magis expedit, vt migrent ad aliud domici-

Eod. infra. — *Rom. 14.* — *† Aliàs, & prolatores.* — *† Aliàs, necessitati.* — *2. Thess. 3.* — *3. Esdr. 4.* — *Eod. sup. De satana loquitur.* — *Eod. infra.* — *Fœminæ procul à clericis.*

lium, quã propterã illas personæ contrariæ teneantur: humanum est enim, vt nec clericus illas necessariis fœminis fraudet, nec ipse clericũ per importunas fœminas sordidet. Assignari possunt sanctis mulieribus, cũ quibus viuãt, dum modo cũ clerico fœmina nulla cõmaneat: nõ despecta, nõ vetula, sine affinitate peculiariter suscipiẽda est ad domesticum obsequium: quia magis illic cito delinquitur, vbi sine suspicione securum potest esse delictum: maximè quia deformitas, cupidini nulla, despectio fastidij vel vilis existit, sed diabolus pingens speciosum efficit, quicquid fœdũ vel horrendũ fuerit. Siquis autẽ modo profectionis cogẽte, apud fratres vel apud extraneos hospitatur, vbi mulieres intersunt, omnino se arctet, ne passibilitate aliqua vitietur. Semotus ac secretus Deo vacet & sibi, ne intus capiatur à diabolo: & qui foris capi non potuit, apud suos cadat. Qui hostes effugit ad tempus pro salutaribus causis procedat ad faciem, & iterum discedere de conspectu cito festinet. Vbique gustanda est cũ mulieribus, non continuãda præsentia, sed quasi trãseunter exhibẽda est accessio fœminis quodammodo fugitiua: proteruitas enim iã cœpta finit repræsentari semper in medium, & perditionis meditatio est frequentatiuum inter mulieres celebrare processum. De qua re Salomõ nobis moderamen, imposuit, dicens. In medio mulierũ noli assiduus esse. Sic igitur ambulate, sic agite, vt semper in clericis Ecclesiæ senatus candidus cõstet. Seueritas in vobis circa fœminas vigeat, authoritas polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur. Probat in eodem libro quod dixi. Nos fallimur quoties inordinabiliter credimus: existimantes per fidem nostram legis præcepta mutari, vt inter masculos & fœminas speremus passim castitatem immobilem custodiri. Difficile quis venenum bibet & viuet. Verendum est dormienti in ripa, ne cadat, cũ dicat Apostolus. Qui se putat stare, videat ne cadat. In hac parte magis expedit bene timere, quam malè fidere: & vtilius est, vt infirmum se homo cognoscat vt fortis sit, quam fortis velit videri, & infirmus emergat. De qua re, præsumptores obiurgat Apostolus. Si quis putat se aliquid esse cum nihil sit, seipsum implanat: Pro certo implanator proprius suam animam decipit qui non cauendo contraria noxiis rebus semetipse commiserit. Ille autẽ tutius sibi consulit, qui circa malos semper infidus, species quascunque noxias extimescit: Quorum distantiam Salomon disseruit, dicens. Sapiens timendo declinauit à malo, insipiens autem confidens sui miscetur iniquo. Magnum sapientiæ diuinæ consilium inuentum est, vt timoris auxilio liberemur: Et licet timor in certamine infirmitas esse videatur, tamen secundũ verbum Apostoli, virtus in infirmitate perficitur. Separamini deprecor, separamini à contagione pestifera. Quantumcunque enim fuerit vnusquisque longius ab aduersis, tantum non sentit aduersa. Et minus voluptatibus stimulatur qui non ibi est, vbi frequentia est voluptatum.

Eccl. 42.

Supra.

Prouerb. 14.

2. Cor. 12.

A . Ibidem infra. Vt quid sibi adhibuit mulierem, qui ducere contempsit vxorem? Omnis qui non manducauerit carnem, vt quid habitationem suam carnis apparatibus replet? Et qui non biberit vinum, vt quid vini oblectatione perfruitur? Ita is qui despexit vinculum nuptiarum, & aliter vinculis fœmineis alligatur, quamuis nullo concubitu misceatur: desiderio tamen, visu, colloquio, coniunctione semper oblectatur. Nam si desiderium fœminæ non haberet, nunquam fœminam suis oblectamentis assumeret. Sed consentio non esse castitatis huius pudicitiam violatam, suspiciosis tamen malam porrigit famam. Et pudicitiæ bonum frustra intrinsecus laborioso agone custodit, qui forinsecus efficit infamari. Peius est quam mœchari continentiam ducere criminosam, & infamem facere sanctimoniam. Blasphemiam ingerit religioni, quam contulit †: qui quod confitetur nõ ante omnes impleuerit, ne Christianitas credatur esse fallacia, & mœchatio videatur sanctitatis velamento vestita. Infra subdit. Cum etiam laicos deceat, ne aut extraneis blasphemandi occasiones, aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponunt, maximè clericos vehementer necessitas ista constringit, quibus aut religio blasphemata, aut fraternitas perdita pœnas duplices irrogabit. Nec inuenient in iudicio Domini vnum omnino solatium, qui vel quæ alienigenis fratribus & peccati fomitẽ ministrarunt. Nec quisquam sibi proponat & dicat, habere volo quod vincam: hoc est enim dicere, viuere volo sub ruina. Quis tam stultus qui arctari cupiat ad laborẽ, cui officitur delicatus triumphus? Neque enim duplex triumphus est sub fœminæ præsentia probari victorem, quam est in singularitate seruare sponsionẽ integram sanctimoniæ. Et cum sit vnus titulus gloriarum, hoc loco vnus fortis est qui satis laborat: & cum illo qui parum laborando vicerit, pariter numeratur: Certè cuicunque quotidiani triumphi pro castitate nõ desunt, quia nũquam desideriis carnalibus spiritum cessat infestare corpus humanum, habes nunc carnem tuam quam superes semper. Quid tibi vis alteram velle conducere? Nemo super vnam febrem cupit adhibere peiorem, ne incipiat hemitritæo insanabili laborare, cui nullus valeat medicus subuenire. Nec aliquis super onus proprium, tollit insuper alienum, ne oneribus duobus oppressus, vsque ad inferos demergatur: vnde sic Ieremias propheta docet sanctitatis pondus singulariter sustinendum. Bonum est, inquit, viro cum portauerit iugum graue in iuuentute sua &c. Infra. Si ergo difficile singulariter magnitudo istius ponderis toleratur, quid si geminatis ponderibus prægrauetur? Et si singulares penè omnes vix durant carnales insidias sustinere, quid faciunt illi qui ex vtroque latere gladiis impendentibus nõ cũctanter incũbere? Plus dico, si mariti & vxores desideria coniugalia quotidie gerentes sibi non sufficiunt, quid agant illi qui ad agendis

gendas impugnationes fœminis sociantur? Aliam causam infra subdit. Postremo si animum nostrum confidimus in hac communitate durare semper, vel illud apud nos debet esse suspectum, ne ipsæ quæ nobiscum conueniunt in nos ipsos forsitan moueantur, aut in alteros amores præ rapida ætate incitamentis furialibus stimulentur, & erit nobis causa quod peius est sine causa, vt fornicatio nos maculet aliena, apud quos suggeritur cæteris occasio lupanaris, & crimine alieni reatus absorbebimur, cui nosipsi subornamus immunditiæ lenocinium. Cum ergo nos pulsat coniunctionis huius molestia detestabilis: & si adulteros non potest facere, facit tamen peiores adulteris & incæstis. Quamuis igitur nos nec de nostra stabilitate certum aliquid habeamus, qui sine cessatione concutimur inter fluctus sæculi sustinētes procellosos incursus: tamen si alicui tanta fiducia est de immobilitate propriæ firmitatis, saltem sollicitus reformidet, ne ipse sit scandalum visibus alienis, sed terreatur voce Domini comminantis. Væ mundo à scandalis. verum tamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Si has Domini comminationes religioso corde metuimus & veremur, plus de aliis quam de nobis extimescamus periculum nostrum, qui mutuis, Apostolo Paulo testante, vtilitatibus obligamur. non quæ sunt sua, inquit, singuli cogitantes sed quæ aliorum. Sed non semper nec vbique prohibetur clericis hoc. in eodem libro circa medium. Ad spirituales actus cum fœminis, Deo iuuante, non metuimus adunari, qui per Dei iussionem nos iustitiam credimus operari, ex qua nobis scimus munimenta supponi. Sunt equidem necessitates aliæ, quæ nos quoque priuatim fœminas videre compellant, sed etiam ipsæ Diuini præcepti vel operis imperant efficaciam, vt visitemus, vt solacia præbeamus, vt hortamenta vitalia salubriter intimemus, nec tamen, & in his officiis minor cura gerenda est pro moribus nostris, vt clarescant in nostra operatione indicia puritatis. Seueritas non desit, quæ sub clerico fœminam possit astringere, vt ipsam consolationem nostram suscipiat cum tremore, & ita sentiat visitationis affectum, vt clericum veneretur: Ac ne tardius sit euagari per singula, totum quicquid agimus, honestum esse potest, si semper in nobis signa honestatis illuceant. Ibidem. Forsitan aliquis dicit. Ergo nec ad domum orationis debemus accedere & pariter conuenire, ne aliquis aliquem scandalizet. Hæreticæ professionis est ista conditio calumniosa, que de bonis præscribit, vt asserat mala: & de sanctitate præiudicat, vt immunditiam subtiliter introducat. De licito calumnias facit, vt obtinere illicitum possit. Propter quod Apostolus Paulus hæresi huic ante præscribit, dicens. Verumtamen neque mulier sine viro, neque vir sine muliere in Domino. Probat hoc in eodem libro. Ab-

Mat. 18.

Phil. 2.

A sit, vt vbique fœminæ præscribantur, aut vbique permissio tribuatur. Habent loca sua circa maritos, circa fratres, circa parentes, circa seruos & in domo orationis, tantummodo circa clericos cunctos. In mansione autem vna sine cognatione competenter non habent socios. Disce nunc temperantiæ modum, qui per licentiam quæris excessum. Ama fœminas inter sacra solennia, & odio habe in communione priuata. Si vis Salomonis tenere doctrinam. Tempus, inquit, amandi, & tempus odiendi. Tunc ergo cauenda sunt fœminæ participia, quando geritur carnalium curarum continua inaniter frequentia: quoniam inter curas suas caro semper incitamenta cupidinis prouocat. Et illic parit fomenta peccandi, vbi pertractans commoda sua, temporalis vitæ cogitationibus senserit paulum relaxari: sicut
B Salomon asserit dicens, deprimit terrena cogitatio sensum multa cogitantem. In conuentu verò sacrorum, vbi spiritus dominatur, ancilla caro semetipsam cognoscens, perdit suæ voluptatis vsum, perdit & luxum. dum tractantur cœlestia, dum celebrantur sancta mysteria, tota humanitas occupatur, vbi non humana, sed diuina sunt omnia: vbi veneratio, vel terror, vel tremor, incutitur animis vniuersis, sepulta est profecto substantia carnalis. Inter ipsa ferè carnis mercimonia multi voluptatem corporis negligunt, scilicet, quando à legionibus exercitia meditantur armorum, aut crepat litibus forum, aut resonant literis auditoria, aut negotiationes commerciis instanter incumbunt: aut artifices circa artificia propensi sunt: quanto magis vbi non carnale opus hominum, sed spirituale geritur Angelorum?
C Nihil illic impugnationes possunt, vt etiam ipsi dæmones cedunt, & nulla sexus alicuius permittitur considerari distantia, vbi nec ætas, nec dignitas, sed sola æqualitas regnat, atque, vt plenius dicam, omnes illic tales sensus accipiunt, vt & ipsa coniugalitas ignoretur, vbi Christus loquitur, & auditur, & attenditur, & per omnia in omnibus solus est totum: testante Apostolo & Dicente, vbi non est, inquit, Iudæus & Græcus, circūcisio & præputium. Vnde in regula. Oculi nostri & si iaciuntur in aliquam fœminarum, figantur in nullā: neq; enim quādo proceditur fœminas videre prohibemini, sed appetere vel ab ipsis appeti velle, criminosum est. Nec solo tacito affectu, sed a-
D spectu quoq; appetitur, & appetit cōcupiscētia fœminarū. Ibidē. Quādo ergo simul estis in Ecclesia, & vbicūque fœminæ sunt, inuicē vestram pudicitiā custodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiā isto modo custodiet vos ex vobis. Nō excusatur laicus male viuens exemplo mali clerici. lib. iij. de verbis domini, sermone xij. Laicus qui vult bene viuere, cū attēderit, clericum malum quid sibi Dominus dicit? Quæ dicūt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Ambulabo viā Domini, non sequar eius mores, audiam ab illo

Sap. 9.

Tom. I.

Tom. X.

A non verba sua, sed Domini: sequar Deum, sequatur iste cupiditatem suam. Quia si voluero apud Deum sic me defendere, vt dicam. Domine vidi male timentem illum clericũ tuum, & ideo male vixi. Nonne mihi dicturus est, Serue nequam, Nonne à me audieras, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite? Malus autẽ laicus infidelis, non pertinens ad gregem Christi, qui tanquam palea in area toleratur, quid sibi dicit quando cœpit illum arguere verbum Dei? Exi: q̃d mihi loqueris? Ipsi enim Episcopi, ipsi clerici, non illud faciunt: & me cogis vt faciã? Quærit sibi non patronum ad causam malam, sed comitem ad pœnam. Nam nunquam eum ille defensurus est in die iudicij, quemcunque malum

B voluerit imitari. Quomodo enim diabolus omnes quos seducit, non seducit cum quibus regnet sed cum quibus damnetur: sic omnes qui sequuntur malos, comites sibi ad gehennam quærũt, nõ patrocinia ad regna cœlorum. Vnde tenetur laicus bene viuere sicut clericus, libro de salutaribus documentis. Non solum pro nobis clericis, sed etiam pro omni genere humano qui prædestinati sunt ad vitam æternam, Christus sanguinem suum fudit: nec solum nobis, sed omnibus laicis eius præcepta ex toto corde seruantibus, regnũ cœlorũ promissum est. Grandis enim cõfusio est animabus laicorum qui dicunt, Quid ad me pertinet legendo libros scripturarum audire vel discere, vel etiam frequenter ad sacerdotes, & ad Ecclesias sanctorum recurrere? Dũ

Cap. 38. Tom. IIII.

C clericus fiam, faciam ea quæ oportet clericos facere. Quare non intelligit, quia panem & vinũ, & omnia huius terræ bona, & fœlicitatem regni æqualiter participare, & æquali labore iugum Christi ferre non vult? Quid prodest talibus in hoc sæculo vna parte esse sublimes, & alia prostratos: in vna parte fulgere auro & pretiosis vestibus, & in aliis miseriis & vitiorum caligine occupari? Non tibi sit aliqua solicitudo, vel laici habitus persona, quia non est personarum acceptio apud Deum. Similiter enim mandata Dei seruantibus laicis, cœleste palatiũ patet veluti clericis, & sanctimoniali habitu præditis: dum nõ est Iudæus, neque Græcus, nõ seruus neque liber, sed omnia & in omnibus Christus. Quicunque in corpore illius est, magnus est. Insere teipsum suo sancto corpori, vt sis membrum nobilissimũ

Ignorantia crassa.

D capitis. Ama ex toto corde caput tuum, & membra capitis tui. Quomodo potest manus manui inimica esse, & pes pedem odisse, vel cætera mẽbra iuncturæ non congaudere? crescere debent in virum perfectum, & in augmentum corporis Christi. Omnis enim clericus & laicus qui pretioso sanguine Christi redemptus est, qui baptismo Christi tinctus est, debet humiliter ambulare, & perseuerare in Spiritu sancto: q̃a nihil prodest se christianũ respõdere verbis, & factis negare, dum corruptus est mente & spiritu. De talibus in Euãgelio ipsa veritas dicit. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris

Mat. 7.

A mei. Nam ciuitas si fuerit in vna parte munita, & ex alia destructa, aditũ ad se hostibus præbet. Et nauis si fuerit fortiter cõpaginibus solidata, et vnam habuerit tabulã perforatã, aquæ fluctibus in profundũ mergitur. Omnibus laicis, clericis, monachis, æqualiter spem, charitatẽ, humilitatẽ, habere decet, & Domino ex toto corde seruire, veram confessionem facere, & dignam pœnitentiam agere: quia clementissimus Dominus ad pœnitentiã confugientibus ignoscit. Dicũtur clerici milites & non minus peccant lucrando illicitè, quam prædones. lib. de verbis Domini, sermone. xix. Hæc diuina sententia. s. Estote contenti stipendiis vestris, quæ ad milites loquitur, potest etiam ad clericos retorqueri, quia etiã si non

B militare videamur sæculo, tamen Deo & Domino militamus, sicut ait Apostolus. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, videmur inquam, nõ militare remissis ac fluentibus tunicis, sed habemus militiæ nostræ cingulum, quo castimoniæ interiora cõstringimus: de quo cingulo ait Dominus ad Apostolos suos. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardẽtẽs in manibus vestris. Milites igitur Christi sumus, & stipẽdia ab ipso donúmque percipimus, sicut dicit beatus Apostolus. Qui dedit nobis pignus spiritus, hoc est, qui Spũs sancti nos remuneratione ditauit. Si quis ergo Christianorũ hoc donatiuo contentus forte non fuerit, & quærit amplius, incipit hoc ipso carere quod meruit. Si enim nõ cõtẽtus sti-

C pẽdiis fuerit, quæ de altari, Domino iubẽte, colliquitur: Sed exercet mercimonia, intercessiones vẽdit, viduarũ munera libẽter amplectitur: hic negotiator magis põt videri, quam clericus. Nec dicere possumus, nemo nos inuasores arguit, violentiæ nullus accusat: quasi non interdum maiorem prædam auidius blandimenta eliciãt, quam tormenta. Nec interest apud Dominum, vtrum vi, an circucuentione, quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.

COACTIO. Deus ĩ operãdo nec nõ coactus super psal. cxxxiiij. Nõ coactus est Deus facere omnia: quæcũque enim voluit fecit. Causa oĩm quæ fecit: volũtas est eius. Facis tu domũ: q̃a si nolles facere, sine habitatione remaneres, necessitas te coegit facere domũ, non libera volũtas. Oĩa necessitate facis, Deus bonitate facit. Nullo quod fecit eguit: iõ oĩa quæcũque

D voluit fecit. Coacte homo nõ facit bonũ: li. ... confess. Nemo iuuitus benefacit: & si bonũ est quod facit. Cogit tamẽ Christus ad bonũ. lib. de correctiõe Donatistarũ ad Bonifaciũ. Quis nos potest amplius amare quã Christus, q̃ animã suã posuit pro ouibus suis? Et tamẽ cũ Petrũ & alios Apostolos solo verbo vocasset, Paulũ prius Saulũ Ecclesiæ suæ postea ædificatorẽ, sed horrẽdũ anteà vastatorẽ, non sola voce cõpescuit, verũ etiã potestate prostrauit: atque infidelitatis tenebris sæuientem, ad desiderandum lumen cordis vt vrgeret, prius corporis cæcitate percussit. Ibide infra. Vbi est quod isti clamare cõsueuerũt, liberum est credere vel nõ credere? Cui vim Christus intulit? quem

quem coëgit? Ecce habent Apostolum Paulum: Agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, laborauit in Euangelio. Et quem maior timor cõpulit ad charitatem eius, perfecta charitas foras misit timorem. Vnde cogendi sunt mali ad bonum, & etiam boni ad maius bonum. in epistola ad Donatum presbyterum Donatistarum. Quia neminem existimas cogendum ad bonum. Attẽde quid Apostolus dixerit. Qui Episcopatũ desiderat, bonum opus desiderat: & tamẽ tam multi vt episcopatum suscipiant tenẽtur inuiti, perducuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quæ volunt, donec eis adsit voluntas suscipiendi opus bonũ. Quãto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, detrahẽdi estis: & perducẽdi ad veritatẽ, vel cognoscẽdã, vel eligẽdã: nõ solũ vt honorem salubriter habeatis, sed etiã ne pessimè pereatis? Dicis Deum dedisse liberum arbitrium, ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi de quibus supradixi coguntur ad bonum? Attende ergo quod considerare non vis: Ideo voluntas bona misericorditer impẽditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem, nisi merito malæ voluntatis: nec liberari, nisi bonã habuerit volũtatem: Nõ tamen ideo qui diligũtur, malæ suæ voluntati, impunè & crudeliter permittendi sunt. Sed vbi potestas datur, à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis, filium durum, non solum verbo corripere, sed etiam latera eius tundere, vt ad bonam disciplinam coactus & domitus dirigatur? Concludit infra in eodem. Noli ergo iam dicere, quod te assiduè audio dicere: Sic volo errare, sic volo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus quantum possumus. Declarat hoc ipsum ibidem. Attendis enim, & sæpe repetis, sicut audio, quod in Euangelio scriptum est, recessisse à Domino septuaginta discipulos, & arbitrio suæ malæ atque impiæ discessionis, fuisse permissos, cæterísque duodecim qui remanserunt fuisse responsum, Nunquid & vos vultis ire? Et non attendis, quia tũc primum Ecclesia nouo germine pullulabat: nondúmque in illa completa fuerat prophetia illa, Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Quod vtique quanto magis impletur, tanto maiore Ecclesia vtitur potestate: vt non solum inuitet, sed etiã cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare voluit: qui quamuis haberet magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc etiã in illa conuiuij similitudine satis euidenter ostendit: vbi misit ad inuitatos, & venire noluerunt, Et ait seruo: Exi in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc: Et ait seruus: domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est: & ait Dominus seruo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare vt impleatur domus mea. Vide nunc, quemadmodum de iis qui prius venerũt dictũ est: introduc eos, nõ dictum est cõpelle. Ita significata sunt Ecclesiæ primordia adhuc crescentis, vt essent etiam vires compellendi. Proinde quia oportebat eius iam viribus & magnitudine roborata, etiam compelli homines ad conuiuium salutis æternæ, postquã dictum est, quod iussisti factum est, & adhuc locus est, Exi, inquit, in vias & sepes, & compelle intrare: Nunc verò quia per multa mala & sæua quæ in nostros committitis, vos tanquam in sepibus inuenimus, & intrare compellimus. Qui compellitur, quo non vult cogitur: sed tamẽ cũ intrauerit, iam volens pascitur. Cohibe itaque tam iniquum & impacatum animum, vt in vera Ecclesia Christi, inueniat salutare conuiuium.

om. II. pist. 204. Tim. 3. ccl. 30. ifrà. ifrà. 6.

Introducere, compellere.

COGITATIO. De cogitatione Dei, libro xv. de ciuitate Dei, cap. xxv. Cogitatio Dei & recogitatio eius, est mutãdarum rerum immutabilis ratio. Neque enim sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti sui pœnitet, cuius est de omnibus rebus omnino tã fixa sententia, quam certa præscientia. Sed si non vtatur scriptura talibus verbis, non se quodammodo insinuabit familiarius omni generi hominum, quibus vult esse consultum, vt perterreat superbientes, & excitet negligentes. Quod non faceret si non se prius inclinaret, & quodam modo descenderet ad iacentes. De nostra verò cogitatione vbi sit, lib. x. confessionum. Hoc verbum cogito sibi animus propriè vindicauit, vt non quod alibi, sed quod in animo colligitur, id est, cogitur, cogitari propriè iam dicatur. Ipsa vero cogitatio à sensu, super Ioannem. Non põt humana infirmitas cogitare, nisi quod consueuit facere vel audire. Declarat libr. xj. de Trinitate, cap. iiij. Voluntas verò illa quæ hac atque illac fert & refert aciem formandam, coniungítque formatam, si ad interiorem phantasiã tota confluxerit, atque à præsentia corporũ, quæ circumiacet sensibus, atque ab his sensibus corporis, animi aciem omnino auerterit, atque ad eam quæ intus cernitur imaginem penitus cõuerterit, tanta offenditur similitudo speciei corporalis expressa ex memoria, vt neque ipsa ratio discernere sinatur, vtrum foris corpus ipsum videatur, an intus tale aliquid cogitetur. Nam interdum homines nimia cogitatione rerum visibilium, vel illecti, vel territi, etiam eiusmodi repente voces ædiderunt, quasi reuera in mediis talibus actionibus seu passionibus versarentur. Et memini me audiuisse à quodã quod tam expressam & quasi solidam speciem fœminei corporis in cogitãdo cernere soleret, se quasi vt ei misceri sentiens, etiam genitalibus flueret. Tãtum habet virium anima in corpus suum, & tantum valet ad indumenti qualitatem vertendam atque mutandã, quomodo homo afficiatur indutus, qui cohæret indumẽto suo. Vnde non sunt

Tom. V. Cap. 11. Tom. I. Ibi dicit, cogo & cogito, sic est, vt ago & actito, facio & factito. Tract. 40. Tom. IX. ῥυπαγόν.

Tom VII. Citatur eo lib. & loco, B. Ambro. lib. de fuga secu-li, cap. 1. non sunt cogitationes in nostra potestate, libr. ij. contra Iulianum. Nō est in potestate nostra cor nostrum, & nostræ cogitationes, quæ in prouiso offusæ, mentem animúmque confundunt, atque aliò trahunt quam tu proposueris, ad sæcularia reuocant, mundana inserunt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsóque in tēpore quo eleuare mentem paramus, insertis inanibus cogitationibus, ad terrena plerunque deiicimur.

Tom. VIII. Declarat hoc diffusè, super Psal. lxxxv. Ferat quisque cor suum, & intueatur sine adulatione, sine palpatiōe. Nihil est enim stultius, quam seipsum quisque palpet. Attendat ergo, & videat, quanta aguntur in corde humano, quemadmodum ipsæ orationes impediantur vanis cogitationibus, ita vt vix stet cor ad Deū suum, & vult se tenere vt stet, & quodammodo fugit à se, nec inuenit cancellos quibus se includat, aut obices quosdam quibus retineat auolationes suas, & vagos quosdam motus, sed stet iucundari à Deo suo. Et vix est vt occurrat talis oratio inter multas orationes. *Qualis Dei benignitas.* Et expectat tamen ipse Deus à nobis orationem, vt perficiat nos: & quando illi eā dederimus, accipit gratè & exaudit: nec meminit tantas quas inconditè fundimus, & accipit vnam quam vix inuenimus. Quis enim est homo si cœperit amico suo colloq., & noluerit ille respondere collocutioni eius, & viderit eū auerti à se, & aliud loqui ad alium, quis hoc ferat? Aut si fortè interpellas iudicem, & constituas eum loco vt te audiat, & subito cum ad eum loqueris, dimittas illum, & incipias fabulari cum amico tuo, quando te tolerat? Et tolerat Deus tot corda peccantium, & diuersas res cogitātium: omitto dicere & noxias: omitto dicere aliquādo peruersas & inimicas Deo: ipsas superfluas cogitare, iniuria est eius cum quo loqui cœperas. Oratio tua loquutio est ad Deum. Quando legis, Deus tibi loquitur: quando oras, Deo loqueris. verùm quia spes est aliqua ad Deum, quia magna est misericordia eius, dicamus ei. Quia tu suauis es Domine ac mitis. Tolera me, ex ægritudine defluo: cura, & stabo: firma, & firmus ero: Donec autem facias toleras me, quoniam suauis es & mitis: & non solum misericors, sed & multū misericors: vt & si abundat iniquitas nostra, abundet & misericordia tua. *Cap. 28. Tom. III.* Et ideo ratione ipsarum cogitationum impedientium, dicit Deo, libr. xv. de Trinitate, capi. vltimo. *Multiloquiū internum.* Libera me Deus meus à multiloquio quod patior intus in anima mea misera in conspectu tuo, & confugiente ad misericordiam tuam. Non enim cogitationibus taceo, etiam tacens vocibus. Et si quidem non cogitarem nisi quod placet tibi, non vtique rogarem, vt me ab hoc multiloquio liberares. Sed multæ sunt cogitationes meæ tales, quales nosti cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Da mihi non eis consentire, & si quando me delectant, eas nihilominus improbare, nec in eis velut dormitando immorari. Nec intantum valeāt apud me, vt aliquid in opera mea procedat ex illis: Sed ab eis mea saltē sit tuta sentētia, tuta cōscientia, te tuēte. *Tom. II. Epist. 154.* Quas cogitatiōes corrigere docet in epistola ad Publicolā. Licet corrigere cogitationes à falsitate in veritatem. Si quis autem putauerit bonum esse quod malum est, & fecerit hoc putando, vtique peccat. Et hæc sunt peccata ignorantiæ, quando quisque bene fieri putat, quod malè fit. Præcedit autem ipsa cogitatio opus, super Psal. lxvij. Nullum est alicuius opus bonum, cuius non sit in mente cogitatio. *Tom. VIII.* Et ideo super Psal. lxv. Exultauit sub lingua mea, id est, ipsum publicè prædicaui, ipsum in secreto confessus sum: parum est Deum exaltare lingua, vt quod certus loqueris, hoc tacitus cogites. *Tom. eod. Psal. 61.* Videt Deus ipsas cogitationes, super Psalm. lxj. Deus interrogat iustum & impium: & in cogitationibus impij interrogatio erit. Discutit Deus quid quisque voluerit, non quid potuerit. *Tom. VIII.* Ideo super Psal. xciij. sermone. ij. Deus scit cogitationes hominum quoniā vanæ sunt, tu nescis cogitationes Dei, quoniam iustæ sunt: & quidam scierunt: sed quibus iam amicus factus est Deus, & prodit consilium suum.

Cap. 11. Tom. III. Vnde lib. de vera innocentia. Quomodo aures nostræ ad voces nostras: sic aures Dei ad cogitationes nostras. Non poterit fieri vt in mala opera exeant cogitationes bonæ, quoniam hoc actione promitur, quod corde cōcipitur. *De Ecc. Dog. cap. 80. & 81. Tom. III.* Dæmon autem non videt eas, sed si videt aliquādo, quomodo, & quare, libr. de diuinatione dæmonum. & libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Internas animæ cogitationes diabolum non videre certi sumus, motibus tamen corporis eas ab illo & affectionū indiciis colligi experimēto didicimus. Secreta cordis solus ille nouit ad quē dicitur. Tu solus nosti corda filiorum hominū. Nō omnes cogitationes nostræ malæ semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergunt. Bonæ autem cogitationes, semper à Deo sunt. *Tom. I.* Quomodo patebūt in corporibus glorificatis. libro ij. de Gene. contra Manichæum. Neque in illis corporibus cœlestibus, sic latere cogitationes credendū est, quēadmodum in his corporibus latent. Sed sicut nōnulli motus animorum apparent in vultu, & maximè in oculis, sic in illa perspicuitate ac simplicitate corporum, omnes omnino animi motus latere nō arbitror. *Cap. 2. Tom. IIII. Mat. XV.* De malis cogitationibus, libro de continentia. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. hæc sunt quæ coinquināt hominem. Nihil est certè istorum malorum, quæ perpetrari etiam in mēbris corporis possit, quod cogitatio non antecedat mala, & coinquinet hominem, etiamsi aliquid impediat, ne subsequantur opera flagitiosa & facinorosa membrorum. Si enim potestas non datur, vacat manus ab hominis interfectione: Nūquid ideo mundum est cor à scelere homicidij? Aut si rē surripere alienā nō quisquis vult potest, nunquid ideo in ipsa voluntate fur non est? Aut si casta est, quam vult adulterare non castus, ideo eā non est in corde mœchatus?

Interna peccata. tus? Aut si meretrix non inueniatur in fornice, ideo qui eam quærit, non fornicatur in mente? Aut si cupienti per mendacium lædere proximū tēpus vel locus desit, ideo falsum testimoniū nō ore interiore iā dixit? Aut si quis homines timēs nō audeat lingua carnis sonare blasphemiā, ideo nō est huius criminis reus, qui dicit in corde suo, Non est Deus? Ita cætera mala facta hominum, que nullus agit corporis motus, quæ nescit vllus corporis sensus, reos suos occultos habent, quos etiam & iam solus inquinat cogitationis consensus, idest, interioris oris verbum malignū. In quo timens ille declinari cor suum, ostium continentiæ labiis suis poscat à Domino, quod contineat cor, ne declinetur in verba maligna. Contineat autem, non sinendo cogitationem procedere in cōsensionem. Tom. X. Lib. 50. Homi. homi. xvj. Quomodo aures nostræ ad voces nostras, sic aures Dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri vt habeat mala facta, qui habet cogitationes bonas. Facta enim de cogitatione procedūt: Nec quisquam potest aliquid facere, aut ad aliquid faciendum membra mouere, nisi prius processerit iussio cogitationis. Simile. Quomodo de interiori palatio quicquid iusserit imperator, per imperium Romanū emanat, quicquid videtis agi per prouincias, quantus motus fit ad vnam iussionē imperatoris intus sedentis, mouet ille solum labia cum loquitur, & mouetur omnis prouincia cum fit quod loquitur. Sic & in vnoquoque nostrum. Intus est imperator in corde, sed & si bonus est, bona iubet & bona fiunt. Cū ibi sedet Christus, quid potest videre nisi bona? Cum præsidet diabolus, quid potest iubere nisi mala. In tuo arbitrio Deus posuit cui pares locum, Deo, an diabolo. Cum paraueris, qui possidebit, ipse imperabit.

Tom. VIII. Super Psal. cxviij. sermone. xxiiij. Omnia opera bona vel mala à cogitatione procedunt. In cogitatione quisquis innocens, in cogitatione reus est: propter quod scriptum est. Cap. 1. Sap. 1. Cogitatio sancta seruabit te. & alibi legitur: Rom. 2. In cogitationibus impij interrogatio erit. Cap. 34. Tom. IIII. Ideo consulit lib. de salutaribus documentis. Si quid mali aut nequam cogitauimus, de eo pœnitentiam agamus, & velociter illud de corde nostro eradicare festinemus: velimus dicere, non est hoc grande peccatum quod cogitaui. Heu insipientes, quare non intelligimus, quia in conspectu Domini cogitationes nostræ antequā in actū procedant, manifestæ & apertæ sunt? Dicit enim psalmista. Psal. 7. Scrutās corda & probans renes Deus. Et iterum. Dominus scit cogitationes hominum. Et alibi idem Psalmista. Intellexisti cogitationes nostras de longe. Ne quæso permittamus in nobis cogitatiōes prauas neque tanquam minima negligamus: quia qui spernit minima, paulatim defluit. Non spernamus morsum serpentis, ne venenum eius cōspergatur in corda nostra: quia quamuis venenum vita sit serpentis, mors tamen est hominis. Ad fratres in Eremo. serm. 76. Tom. X. In sermone de cogitationibus. Cogitationibus malis repugnandum est, vt cum aliquid carnale vel sordidum susurrauerit aduersarius, prius quam

A sagitta eius sauciet mentem, deleatur & excutiatur. Solet enim tristitiam afferre & dubitationes de proposito, & desperationem bonorum aspirare, & varias cupiditates ingerere, & omnes omnino sagittas acuere, sicut in Psal. dicitur. vt sagittent in obscuro rectos corde. Tu ergo mox vt senseris ista, molire geminato suspirio ad Deum mente conuersa, ne permittas accedere consiliū quod sensum possit inquinare. Sicut enim vestimentum cādidum sanguine aspersum, si mox fuerit lotum candorem suum recipit: si autem insederit & incoxerit macula, vix lauabitur: sic mens humana si surgentem cogitationem mox deleuerit, poterit suum retinere candorem, si autem diutius residere permiserit, vix cum magno labore purgatur. Mora in peccatis damnosa. Hæc est prima victoria secreti certaminis nostri, quod Dominus expectat & Angelus, vt scilicet cogitationibus malis mens humana fideliter occurrat, & bonis operibus malos superet cogitatus. Hinc laus nascitur, hinc crescit & gloria, sicut ait Apostolus. 1. cor. 4. Cum venerit, inquit, Dominus qui il. ab. te. & ma. consi. cordi. tunc laus erit vnicuique à Deo. Manifestum est enim apud fideles, quia non solum de factis, sed de cogitatis, aut laus, aut vituperatio, à Deo iudice tribuatur. Et reuera vnum propriumque studium est satanæ, humanam mentem grauare prauis consiliis. Siquidem hanc iniuriam ab exordio sortiti sumus, vt nos serpentis caput obseruemus, ille aūt nostrum calcaneum, idest, mentis finem obseruet, vt aliquo modo possit currentē ad cœlestia animam, morsu suo ad terrena retrahere. Aduersus ergo has obscuritates malorum, vt sinceris mentibus viuere possimus, cordis oculi bene curandi sunt: Et vt vincamus valde sunt nobis arma necessaria. Arma, inquit Apostolus, militiæ nostræ &c. Hoc fieri non potest sine gratia Dei, libro quæstionum super Gen. quæstione xiiij. Corruptionis malū quod vnusquisque nostrum absortu desideriorum carnaliū sumpsit, in prouectū ætatis exercet: & nisi hoc citius diuinæ formidinis manus reprimat, omne conditæ naturæ bonum repente culpa in profundat, vorat. Nemo igitur sibi cogitationum suarum victoriam tribuat, cum Apostolus dicat. 1. Cor. 3. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Tom. VIII. Super Psal. lxxxiiij. Fœlix est cui ostendit Deus misericordiam suam. Ipse est qui superbire nō potest. Ostendendo enim illi misericordiam suā, persuadet illi, quod quicquid boni habet, ipse homo non habet nisi ab illo, quia omne bonum nostrū ipse est. Et cum hoc viderit homo, videt quia totum quod in illo laudatur, de misericordia Dei est, non de meritis ipsius. Et videndo ista, non superbit: non superbiendo, non extollitur: non extollendo, non cadit, non cadendo, stat: stando, inhæret: Inhærendo, manet: Manendo, perfruitur & lætatur in Domino Deo suo. Et erunt illi deliciæ ipse. qui fecit illum: & delicias ipsas nemo aufert, quia inimicus malus & si potest tibi tollere totum quod possides

fide: corpore, non tibi tollit eum quem possides corde. Ipsa est misericordia, quam vtinam Deus ostendat nobis. In communibus sermonibus, sermone. xvij. In scripturis sanctis legimus. Cogitatio sancta custodiat te. Si cogitatio sancta custodit, que ergo non est sancta perdit. Sed fortè aliquis dicit, Quis est qui possit semper de Deo & æterna beatitudine cogitare: cum necesse sit hominibus de victu, & vestitu, & ornatu domus suæ solicitudinem gerere? In eodē infra. Nec Deus hoc iubet, q. per Apostolū præcipit, vt qui nō operatur nō māducet. Sed si tali cogitationi auaritia & cupiditas, quæ solent luxuriæ seruire, vinctæ non fuerint, quicquid agitur bonum esse verisimile creditur. Solum nō sint occupationes ita nimiæ, vt Deo vacare non sinant: necessitas enim corporis paruis rebus expletur: cupiditas verò etiāsi totū mundum acquirat, nō satiatur. Respuamus igitur cogitationes quæ de venenosa cupiditatis radice nascuntur: Sed forte aliquis dicet, quod ita immūdæ cogitationes inualuere consuetudine, vt non possint eas expellere. Sed sicut amor amore vincitur, sic cogitatio cogitatione tollitur. Locum ergo quem in corde libidinosa cogitatio tenebat, castitas occupet: quam auaritia vastabat, misericordia reparet: quem superbia destruebat, humilitas reædificet: quē malitia vel inuidia vipereo veneno percusserat, charitatis dulcedo componat. Si enim quicquid sordidum in vestibus apparet, cōtinuò remouemus, ne oculos aspicientium offendat: quantò magis nihil cogitandum, quod Deo qui per occulta videt, displiceat. Nam vt nos in templo materiali, nihil turpe dignamur videre, ita neque ipse in spirituali templo cordis nostri turpe aspicere cogitandum est. Et vt propter vitia hominū nullus vult in publico à meretrice osculari, ita in secreto conscientiæ sordidas cogitationes, velut immundissimas meretrices, nullus debet suscipere, vel inhabitare permittere: sed velut carbonē viuum à veste vel manu, celeriter abiicere. Et sicut erubescimus sordes de cloacis coram hominibus contrectare, sic cauere debemus turpes cogitationes in anima nostra reuoluere. Hoc autē Christo auxiliante valemus, si sanctis cogitationibus nostrum animum occupare studeamus: maximè si sanctis scripturis velimus intendere, vel alios legentes libenter audire, nobis non poterūt cogitationes subripere. Maximè in oratione seruandū, in cōibus sermonibus, sermone. xxxj. Orantes quantum possumus laboremus, vt nulla nobis extranea cogitatio possit subripere: ne forte aliud habeamus in corde, aliud proferamus ex ore. Si enim apud iudicem loquuturi diligēter aduertimus, vt omne quod expedit loquamur, ne in aliquo offendamus, quanto magis cū Deo in oratione loquentes, ab omni alia occupatione mentem debemus abstrahere? Omnis enim homo in tempore orationis, quicquid attētius cogitat, hoc pro Deo adorat: si forum cogitat, forum adorat. Si domum fabricare, vel vineā seu agrum colere ante oculos cordis proposuerit, hoc in illa oratione pro Deo habebit. Taceo de malis, & fortè etiam turpibus cogitationibus vel immundis. Considerate quæso quam sit ista dura captiuitas, vt lingua quasi cum Deo loquatur tota, cū intentio ad cōtrarium dirigatur. Vnde rogādus est, vt ab ista ludificatiōe nos liberare dignetur: & quantū possumus agamus, vt cū in oratione procūbimus, oēs cogitatiōes superfluas ab animi intentione pellamus: vt anima nostra Sancti spiritus feruore succēsa, omne vitium cōpunctionis igne, Deo auxiliante, consumat.

Paruo contenta necessitas, nullo cupiditas.

Idololatria euagationis in oratione.

COGNITIO. De cognitione Dei, super Psal. cxlj. In multis locis scripturæ inuenimus, quia Dei cognoscere, seruare est: Dei agnoscere, custodire est: non agnoscere, damnare est. Vnde enim qui nouit omnia, quibus dicturus est in fine, non noui vos? Vnde super Psal. centesimum tertium, sermone iij. Quod agnouit Christus, placuit ei, approbauit. Quomodo ibi, non noui vos, non est quasi ignoti mihi estis, sed non mihi placetis. Aliter lib. de essentia diuinitatis Dei & de inuisibilitate atque incommutabilitate Dei. Cognoscere Dei est cognoscentes nos facere, sicut ad Abraham nunc cognoui quod timeas Deum, id est, nunc cognoscere te feci. Nescire Dei, est quosdam reprobos reprobare. sicut in Euangelio. Amē dico vobis nescio vos. Sed cognoscere Deum. lib. de moribus Ecclesiæ. Deum aut nullus inimicus cognoscere potest, aut nisi amicus cognoscere potest. In eodē. Aeterna vita, est ipsa cognitio veritatis quamobrem videte quam sint peruersi aut præposteri, qui sese arbitrantur Dei cognitionem tradere, vt perfecti simus, cū perfectorum ipsa sit præmium. Lib. de duabus animabus. Cognitio summi mali, sine cognitione summi boni contingere homini non potest. Nō enim nossēmus tenebras, si semper in tenebris essēmus. Sed lucis notitia contrarium suum non sinit incognitum. Sūmum autem bonum de, sti quo superius esse non potest. Deus autem bonū, & Deo superius nihil esse potest. Deus igitur est summum bonum. Cognoscamus igitur Deum, atque ita nos illud quod præpropere nos quærimus non latebit. In eodem. Mediocrísne negotij tandem vel meriti cognitionē Dei esse arbitramini? Quod enim nobis aliud præmiū præterquam vita eterna promittitur? Ait enim magister Deus. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te deum verum, & quem misisti Iesum Christū. Etenim anima quamuis sit immortalis, tamen quia mors eius rectè dicitur à Dei cognitione auersio, cum se conuertit ad Deum, meritum est æternæ vitæ consequendæ, vt sit æterna vita, sicut dictum est, ipsa cognitio Dei. Conuerti autē ad Deum nemo, nisi ab hoc mundo se auerterit potest. Lib. de gratia noui testamenti, quæstione vlt. c. vj. Nemo cognoscit Deum, nisi qui intelligit eum esse supremum atque incommutabile bonum, cuius participatione fit bonus. Sed vt dicit lib. soliloquiorum ad Deum, capite primo, circa me. Ob hoc Domine te nō diligit nemo, quia

Tom. VI. *Tom. eod.* *Tom. IIII.* *Matth.* *Tom. I.* *Cap. 25.* *Tom. I.* *Cap. 1.* *Tom. VI.* *Eod. cap.* *Io. 17.*

mo, quia non te cognoscit. Et te ideo non cognoscit, quia non intelligit: & ideo non intelligit, quia lumen tuum non comprehendit. Lux enim in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. O lux mentis, & lucens veritas. O vera claritas, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum. Venientem quidē, sed nō diligentē, quia qui diligit mundū, inimicus Dei cōstituitur: & qui diligit Deū, inimicus mundi efficitur. Expelle tenebras de super faciē abyssi mentis meæ: vt videat te intelligendo, vt cognoscat te comprehendendo, & diligat te cognoscendo. Quisquis enim cognoscit te, diligit te, obliuiscitur se, amat te plus quam se, relinquit se, vt veniat ad te, & gaudeat de te. Huius contrarium videtur libro contra quinque genera hæresum. Vtinam quomodo dæmones iudicem, sic homines Christum agnoscerent saluatorem. Ecce dæmones viderunt & tremuerunt, homines viderunt & occiderunt. Dæmones confessi sunt, homines persecuti sunt. Sed ecce homines credunt, dæmones pereunt: homines sanantur, dæmones puniuntur. Sed hæc mutatio est dexteræ excelsi, non præsumptio hominis de suis viribus cōfidentis. Patet solutio hîc, & in libro de præsentia Dei ad Dardanum. Per caput nostrum reconciliamur Deo, quia in illo est Diuinitas vnigeniti facta particeps mortalitatis nostræ, vt & nos participes eius immortalitatis essemus. Hoc sacramētū lōgè est à cordibus sapientium superborum, & ideo nō Christianorum, ac per hoc verè nec sapientium. Illorum etiam dico sapientium, qui cognouerunt Deum: & qui cognoscentes Deum, sicut dicit Apostolus, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Nosti autem in quo sacrificio dicatur. Gratias agimus Domino Deo nostro. A cuius sacrificij humilitate, longè abest typhus & cothurnus illorum. Et ideo multum mirabilis res est, quemadmodum quorundam non cognoscētium Deū sit inhabitator Deus: & quorūdam cognoscentium non sit. Nec enim ad templum Dei pertinēt, qui cognoscentes Deum, non sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerūt: & ad tēplum Dei pertinēt paruuli sanctificati sacramēto Christi, regenerati Spiritu sancto, qui certè per ætatē nondum possunt cognoscere Deū. Vnde quem illi potuerunt nosse, nec habere: isti possunt habere, antequam nosse. Beatissimi autē sunt illi quibus hoc est Deū habere quod nosse. Ipsa quippe notio plenissima, verissima, fœlicissima est. Ideo cognitio beatorum perfectissima, lib. de spiritu & litera ad Marcellinū. Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te vnū Deū verū, & quē misisti Iesum Christū. Illa cognitione, illa visione, illa contēplatione, satiabitur in bonis animæ desideriū. Hoc solū ei sat est, vltra non habet quod appetat quò inhiet, quod requirat. De qua cognitione super Ioannē, serm. cv. Porrò si cognitio Dei est vita æterna: tanto magis viuere tendimus, quāto magis in hac cognitione proficimus. Non autem moriemur vita æterna. Tunc ergo

Tom. IX. — Io. 1. — Cognitionem sequitur dilectio. — Cap. 4. Tom. VI. — Tom. II. Epist. 57. — Habere Deū & non nosse, Nosse, nec habere. — Cap. 33. Tom. III. — Tom. IX.

A Dei cognitio perfecta erit, quando nulla mors erit. Ibid. Ibi erit sine fine laudatio, vbi erit Dei plena cognitio. Et ideo libro soliloquiorum ad Deum. Gratias tibi lux mea, quoniam illuminasti me & cognoui te. Quid est quod dixi? Nonne tu es Deus incomprehensibilis & immensus, rex regum, & Dominus dominantium, qui solus habes immortalitatem, & lucem habitas inaccessibilem, quē nullus hominū vidit, sed nec videre potest? Nonne tu es Deus absconditus, & imperscrutabilis maiestatis, solus tui ipsius maximus cognitor, & mirabilis contemplator? Quis ergo cognouit quod nunquam vidit? Dixisti enim in veritate tua. Non videbit me homo & viuet. Dixit & præco tuus per veritatem tuam. Deum nemo vidit vnquam. Dixit B & veritas tua. Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius. Sola Trinitas tua, soli tibi integrè nota est, quæ exuperat omnē sensum. Quis ergo cognouit te? Tu quippe solus Deus omnipotens, superlaudabilis, & supergloriosus, & superexaltatus, & superessentialis, in sanctissimis eloquiis nominaris: quoniam super omnem essentiā intelligibilē, siue intellectualē, atq; sensibilē, & super omne nomē quod nominatur, non solum in hoc sęculo, sed etiā in futuro superessentialiter, superintelligibiter essè cognosceris: quoniam superessentiali & occulta Deitate, super omnem rationem, & intellectum, & essentiam, inaccessibiliter es in teipso: vbi lux inaccessibilis, & lumen imperscrutabile, incomprehensibile, incommutabile, ad quod non attin- C git aliquod lumen. Quoniam incomprehensibile, inuisibile, & superrationale, & superintelligibile, & superinaccessibile, & superincommutabile, & superincommunicabile creditur, quod nullus vnquam hominū vel angelorū vidit, sed nec videre potest. Hoc enim est cœlum tuū Domine. Cœlum cœlans superarcanum, superintelligibile, superrationale, & superessentiale lumē, de quo dicitur, Cœlū cœli Domino. Cœlū cœli, cui terra est omne cœlū, quare supermirabiliter exaltatū est super omne cœlū, ad quod terra est etiā ipsum empyreū cœlū: hoc est enim cœlum cœli Domino, quia nulli notū nisi Domino. Ad quod nemo ascēdit, nisi qui de cœlo descēdit, quia nemo nouit patrē nisi filius, & eorum Spiritus. Soli quidē tibi Trinitas integrè nota est. O Trinitas san- D cta, supermirabilis, superenarrabilis, & superinscrutabilis, & superinaccessibilis, & superintelligibilis, & superessentialiter exuperans omnem sensum, omnē rationē, omnē intellectum, omnē intelligentiam, omnē essentiam supercœlestium animorū: quā nemo dicere, neq; cogitare, neq; intelligere, neq; cognoscere potest, sed nec possibile est etiā oculis Angelorū. Vnde ergo cognoui te Domine Deus altissime super omnē terrā, & super omne cœlū, quē neq; Cherubin perfectè cognoscūt, neq; Seraphin: sed alis contemplationum suarum, velatur facies sedenti super soliū excelsum & eleuatū, clamantes & dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituū,

Cap. 31. Tom. IX. — Exod. 33. Io. 1. — Mat. 11. Phil. 4. — Deus sibi soli notus. — Incomprehēsibilis creaturis. — Intentio magna meditationis.

plena est omnis terra gloria tua. Etiam expauit propheta & dixit, væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. Et expauit cor meũ & dixi, væ mihi quia nõ tacui, quia vir pollutus labiis ego sum: Sed dixi, cognoui te. Veruntamen Domine væ tacentibus de te quoniã loquaces multi fiunt sine te. Et ego non tacebo, quoniam fecisti me, illuminasti me, & inueni te, & cognoui te. Sed qualiter cognoui te? Cognoui te in te. Cognoui te, nõ sicut tibi es, sed sicut mihi es: sicut eñ tibi es, soli tibi cognitus es. Sed sicut mihi es, secundũ gratiam tuam & mihi cognitus es. Cognoui autẽ te, quoniã Deus meus es. Cognoui ergo te solum Deũ verũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Erat tempus quando nõ cognoscebã te. Væ cæcitati illi, qua nõ videbã te. Cæcus & mutus, per formosa quæ fecisti de formis irruebã: & mecũ eras, & tecum non erã. Et ea me tenebant longe à te, quæ nõ essent, nisi essent in te. Illuminasti me, & vidi te, & amaui. Nemo quippe te amat, nisi qui videt te. Et nemo te videt, nisi qui te amat. Sero te amaui pulchritudo tã antiqua. Sero te amaui. Væ tẽpori illi, quando te nõ amaui. Hæc breuius intelliguntur. Lib. quæstionũ super Deutero. quæstione ix. Caute accipiendum est quod dicitur. Tunc cognoscã sicut & cognitus sum. Ne tãtam putetur habiturus homo cognitionẽ Dei, quãtam nunc habet hominis Deus. Sed pro suo modo ita perfectam, vt ei adhuc nihil expectetur addẽdũ: vt quẽ perfecte Deus nouit nũc hominẽ, sed tamen sicut Deus hominẽ, ita tũc perfecte nouerit homo deũ, sed sicut homo Deũ. Neq; enim quia dictũ est. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Ideo æqualitatẽ patris, quam verbũ habet vnigenitũ, expectare debemus. Sed per aliũ modũ. Lib. 50 Homil. homil. iij. & lib. de videndo Deo ad Paulinã. Qui cognouit, inquit, latitudinẽ, & longitudinẽ, & altitudinẽ, & profundũ, & supereminentẽ sciẽtiæ charitatẽ Christi. vidit Christum, vidit & patrẽ. Ego hæc verba Apostoli Pauli sic intelligere soleo. In latitudine, bona opera charitatis. In lõgitudine, perseuerantiã vsq; in finẽ. In altitudine, spem cœlestiũ præmiorum. In profundo scrutabilia, iudicia Dei, vnde ista gratia in homines venit. Et hũc intellectũ possumus coaptare etiã sacramẽto crucis, vt in latitudine accipiatur trãsuersũ lignũ, quo extẽdũtur manus propter operũ significationẽ. In lõgitudine, ab ipso vsq; in terrã, vbi totũ corpus crucifixũ stare videtur, quod significat, persistere, hoc est, longanimiter permanere. In altitudine, ab ipso transuerso ligno sursum versus, quo caput eminet, propter expectationẽ supernorũ, ne illa opera bona atq; in eis perseuerantia propter beneficia Dei terrena, ac temporalia facienda credãtur: sed potius propter illud, quod desuper sempiternum sperat fides, quæ per dilectionẽ operatur. In profundo autẽ, pars illa ligni quæ in terrę abdito defixa latet, sed inde cõsurgit omne illud ꝙ eminet, sicut ex occulto, Dei voluntate vocatur homo, ad participationem tantæ gratiæ, alius quidem sic, alius autẽ sic. Supereminentẽ verò sciẽtiæ charitatem Christi, eam profecto vbi pax illa est, quæ præcellit omnẽ hominũ intellectum.

Tom. IIII. · *Locus 1. Cor. 13. explicatur aptißimè.* · *Mat. 5.* · *Tom. X. & Tom. II. Epist. 112. cap. 14.* · *Mystica crucis explanatio.*

Sed alio modo hoc idem dicit, lib. ij. de doctrina Christiana. In charitate radicati & fundati vt possimus cõprehendere cũ omnibus sanctis, quæ sit longitudo, & latitudo, & profundũ, id est, in cruce Domini, cuius latitudo dicitur in transuerso quo extendũtur manus: longitudo à terra vsque ad ipsam latitudinẽ, quo à manibus infra totũ corpus affigitur, altitudo, à latitudine sursum vsq; ad summũ, quo adhæret caput: profundũ verò, quo terræ infixũ abscõditur. Quo signo crucis omnis actio Christiana describitur: bene operari in Christo, & ei perseuerãter inhærere, sperare cœlestia, sacramenta nõ prophanare. Per hanc actionẽ purgati, valebimus cognoscere etiã supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi, qua æqualis est patri, per quã facta sunt omnia, vt impleamur in omnẽ plenitudinẽ Dei. Ratio huius super Ioannem, Tract. xcvj. Quod ait Dominus de Spiritu sancto. Docebit vos omnem veritatẽ, vel deducet in omnem veritatẽ, non arbitror in hac vita, in cuiusquam mente posse cõpleri. Quis enim viuens in hoc corpore quod corrũpitur & aggrauat animã posset omnẽ cognoscere veritatem, cũ dicat Apostolus ex parte cognoscimus? Sed quia per Spiritum sanctũ, fit vnde nunc pignus accepimus, vt ad ipsam quoq; plenitudinẽ veniamus, de qua idem dicit Apostolus. Tunc autẽ cognoscã, sicut & cognitus sum. Nõ quod in hac vita, sed totum quod vsq; ad illam perfectionem futurũ est, Dominus nobis promisit per charitatem Spiritus dicens. Docebit vos omnem veritatẽ. Et ideo super primã canonicã Ioannis, homil. ij. Cognitio sine charitate non facit saluos: quia scientia inflat, charitas ædificat. Si confiteri vultis & non amare, incipitis esse dæmonibus similes. Confitebantur enim dæmones filiũ Dei, & fugiebãt, cõfitemini vos, & amplectimini. Illi enim timebãt de iniquitatibus suis: vos amate dimissorem iniquitatum vestrarum. Et ideo de cognitione beatorum, Lib. de triplici habitaculo. Visio Christi & summæ Trinitatis contemplatio, puro corde & oculo ipsius Diuinitatis & assidua lectio, vt ita dicã, libri vitæ, id est, æternæ veritatis, & summæ sapientiæ, & verbi Dei, quæ est Iesu Christi visio: vbi quicquid nunc nos latet, manifestum erit. Vbi ratio manifesta est, cur hîc electus, & ille reprobatus. Cur hic in regnum assumptus, & ille in seruitutẽ redactus. Cur alius in vtero matris moritur, alius in infantia, alius in iuuentute, alius in senectute. Cur alius pauper, & alius diues. Cur filius adulteræ baptizatur, & aliquando filius legitimæ coniugis ante baptismum moritur. Cur qui bene incipit viuere, aliquando male finit: & qui male incipit, aliquando bene finit. Et hæc omnia & huiusmodi multa, in lib. vitæ plana & aperta erunt. Quanta luce scientiæ & sapientiæ illustrabimur, vbi ipsum solem veritatis facie ad faciem videbimus, id est, certa & vera sapientia cognoscemus? Cuius præsentia, similes ei facit præsentes. Qui enim veræ sapientiæ & ve

Tom. IX. · *1. Cor. 13.* · *1. Cor. 13.* · *Tom. eod.* · *Cap. 4.* · *Tom. IX.* · *Omnia manifesta verbo.* · *Cap. 5.*

& veræ pulchritudini, & veræ æternitati adhærebit, sapiens itaq;, & pulcher, & æternus erit. Sic enim absentia eius dissimiles omnino ei facit: cuius æternitas sine initio, & sine fine est. Cuius scientia sine vlla varietate cognitionis, & sine vllo visu huc & illuc innumerabilem varietatem, omnium creaturarũ, Angelorũ, hominum, stellarũ, arenarum, capillorum, verborũ, cogitationũ, momentorum omniũ, simul & semel cõprehendit & intelligit. Fons igitur & origo omnis scientiæ, Deus est, quo quanto plus quisque bibet, tanto plus sitiet. In cuius visione trina scientia nascitur: & cætera omnia alia videbuntur, & intelligentur. Sicut enim per speculum vitreum trina nobis visio administratur, quia nos ipsos, & speculum, & quicquid præsens adest videmus. sic per speculum Diuinæ claritatis, & ipsum Deum, vt est videbimus, quantum possibile est creaturę, & nos ipsos, & cæteros certa & vera scientia cognoscemus. Tunc abdita creaturarum, & ipsius inferni, videndo Deum videbimus. Tunc iustis manifestum erit, quomodo Deus est inuisibilis, imcomparabilis, & sine initio, & sine fine ante omnia. Quid interest inter nasci, quod ad filium pertinet, & procedere, quod ad Spiritũ sanctum, excepto quod vnus ex vno natus est, alter ex duobus processit. Et quomodo pater non præcessit filium tempore, sed origine, nec Spiritum sanctum: & quomodo omnia Dei vnũ sunt in Deo, excepto quod ad relationem pertinet. Causa huius perfectæ cognitionis, Libro xj. de ciuitate Dei, c. vij. Cognitio creaturæ in seipsa decoloratior est, vt ita dicam, quam cum in Dei sapientia cognoscitur, velut in arte qua facta est. Qualiter fit cognitio, Lib. iiij. super Genes. Cognitio fieri non potest, nisi cognoscenda præcedãt, quæ item priora sunt in verbo, per quod facta sunt omnia, quã in iis quę facta sunt omnibus. Mens itaque humana prius hæc quæ facta sunt per sensus corporis experitur, eorumq; notitiã pro infirmitatis humanę modulo capit: & deinde quærit eorum causas, si quomodo possit ad eas peruenire principaliter atq; incõmutabiliter manentes in verbo Dei, ac sic inuisibilia eius per ea quæ facta sunt intellecta conspicere. Quod quanta tarditate ac difficultate agat, & quãta tẽporis mora, ꝓpter corpus corruptibile quod aggrauat animã, etiam q̃ feruẽtissimo studio rapitur, vt instãter ac perseuerãter hoc agat, quis ignorat? Mens verò Angelica pura charitate inhærens verbo Dei, postquã illo ordine creata est, vt præcederet cætera, prius vidit in verbo Dei faciẽda, quã facta sunt.

Cap. 6. *Trinę visionis simile.* *Tom. V.* *Cap. 32.* *Tom. III.* *Tom. VI.*

Propterea lib. j. cõtra Aduersariũ legis & prophetarũ. Tanto quis facilius aliquid proficiendo cognoscit, quãto religiosius antequã cognosceret, Deo credidit. Et lib. de Agone Christiano. Cũ enim cognitio & actio dona sunt Dei, & beatũ faciãt hominẽ. Sicut in cognitione cauẽdus est error, sic in actione cauenda est nequitia. Errat enim quisquis putat veritatẽ posse cognoscere, cũ adhuc nequiter viuat. De hoc require supra ca. charitas. Debet homo seipsum cognoscere. In

Cap. 13. *Tom. III.* *In præf. lib.* *Tom. III.*

A prin. libri de spiritu & anima. Quoniam dictum est mihi vt meipsum cognoscerem, sustinere non possũ me vt meipsum habeã incognitũ. Magna nãq; negligẽtia est nescire quid illud sit, quo cœlestia tam profundè cogitamus, quo naturalia tam subtili indagatione inuestigamus, & de ipso quoq; creatore nostro tam sublimia scire desideramus. Non est res peregrina, nec longe quæréda à nobis. Animus est quo ista sapimus. Sed semper adest, nobiscũ tractat, loquitur, & intus nascitur. Datũ etiã est illi tam ingentiũ rerum secreta scire, & seipsum cognoscere non posse. Paucis siquidem licet ipso animo animũ cernere, id est, vt ipse animus se videat. Fieri autẽ nõ potest quadã Diuina prouidentia, vt inueniendi facultas desit religiosis animis, seipsos & Deũ suũ piè & castè

Animus & sic cætera, tamen non seipsum noscit.

B ac diligenter quærentibus. Idcirco reddã me mihi, imo Deo meo, cui maximè me debeo. Ideo lib. x. de Trinitate, c. v. Vt quid præceptũ est animæ vt seipsam cognoscat? Credo vt se cogitet, & secundum naturam suã viuat, id est, secũdũ naturam suã ordinari appetat, sub eo, scilicet cui subdẽda est, supra ea quibus pręponẽda est: sub illo à quo regi debet, supra ea quę regere debet. Lib. lxxxiij. quæstionum. Mẽs humana de visibilibus iudicans, potest agnoscere omnibus visibilibus seipsam esse meliorẽ. Quæ tamẽ cũ etiã se propter defectũ profectũq; in sapiẽtia fatetur esse immutabilẽ, inuenit supra se incõmutabilem veritatẽ: atq; ita adhærẽs post ipsam, sicut dictũ est. Adhæsit anima mea post te: beata efficitur, intrinsecus inueniẽs etiã omniũ visibiliũ creatorem atq;

Tom. III. *Quæst. 45.* *Tom. III.*

C Deũ, nõ quærẽs extrinsecus visibilia, quãuis cœlestia: quæ aut nõ inueniũtur, aut cũ magno labore frustra inueniũtur, nisi ex eorũ, quę foris sunt pulchritudine, inueniatur artifex, qui intus est, & prius in anima superiores, inde in corpore inferiores pulchritudines operatur. De ista materia require infra, cap. Notitia. & cap. Scientia.

COITVS. Fuisset coitus ante lapsum primi hominis sine peccato libidinis, Li. ix. super Genes. Cur credamus illos homines, ante peccatũ ita genitalibus mẽbris ad procreãdos filios imperare potuisse, sicut cæteris, quæ in quolibet opere anima sine vlla molestia, & quasi pruritu libidinis mouet? Si creator omnipotens, ineffabilitérq; laudandus, qui & minimis

Cap. 10. *Tom. III.* *Animi imperium in membra in statu naturę integra.*

D suis operibus magnus est, apibus donauit, vt sic operẽtur filiorũ generationẽ, queãdmodũ ceræ, mellísque speciẽ liquorémq;, cur incredibile videatur primis hominibus talia fecisse corpora, vt si nõ peccassent, & morbũ quẽdã quo morerẽtur cõcepissent, eo nutu imperarẽt membris quibus fœtus exoritur, quo pedibus cũ ambulatur, vt neq; cũ ardore seminaretur, neq; cũ dolore pareretur. Nunc verò transgrediendo præceptũ motũ legis illius, quæ repugnat legi mẽtis, in membris conceptæ mortis habere meruerunt. Lib. Hypognosticõ. Deus qui sine concubitu apes fœtare creauit, & agrorum cũcta semina absq; libidinẽ seminari vel nasci decreuit: hominem quoque ex homine, si non peccasset, per cõcubitũ volun-

Lib. 4. *Tom. VII.*

tarium, non per libidinis scortum, exoriri in Paradiso permisisset. Nunc non sic, sed quomodo magis & minus culpabilis, libr. de bono coniugali. Quod est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis: & vtrunq; nõ est sine delectatione carnali. Quæ tamẽ modificata, & temperantia refrænante in vsum naturalẽ redacta, libido esse non potest. Quod est autem in sustentanda vita illicitus cibus, hoc est in acquirenda prole fornicarius vel adulterinus concubitus. Et quod est in luxuria vẽtris & gutturis illicitus cibus, hoc est in libidine nullã prolẽ quærente illicitus concubitus. Et quod est in cibo licito nonnullus immoderatior appetitus, hoc est in coniugibus venialis ille cõcubitus. Sicut ergo securius est mori fame, quã idolothitis vesci, ita securius est defungi sine libidinis ardore, quã ex illicito cõcubitu stirpem habere †. Vndecunq; autem nascantur homines, si parentum vitia nõ sectentur, & Deum rectè colant, honesti & salui erunt. Semen enim hominis ex qualicunq; homine, Dei creatura est: & eo malè vtentibus, malè erit: non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem filij boni adulterorum, nulla defensio est adulterorum: sic mali filij coniugatorum, nullum crimen est nuptiarum. Libro secundo retractationum, cap. xxij. Quod est cibus ad salutem &c. Hoc ideo dictum est, quoniam libido non est bonus vsus & rectus. Sicut enim malũ est, malè vti bonis: ita bonum est, bene vti malis. Coitus illicitus, etiam in matrimonio culpatur, in eodẽ lib. Vsus ille qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice: sed execrabilius fit in vxore. Tantum valet ordinatio creatoris & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum non concessis, cum modus exceditur, longè sit tolerabilius, quam in iis quæ concessa sunt nimius excessus. Sed quomodo & quare ibidem. Concubitus necessarius causa generãdi solus est nuptialis. Ille autem qui istã necessitatẽ progreditur, iam non rationi, sed libidini obsequitur: & hoc non exigere sed reddere debet alter alteri, ne fornicando damnabilius peccet. Melius esset tamen à coitu simpliciter abstinere, in eodem lib. Qui murmurant. Quid si, inquiunt, omnes velint ab omni concubitu abstinere? Et vnde subsistet genus humanum? Vtinam hoc omnes vellent: duntaxat in charitate de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quia multò citius Dei ciuitas compleretur, & acceleraretur terminus sæculi. Quid enim aliud hortari videtur Apostolus vbi ait. Vellem omnes homines esse sicut meipsum?

Cap. 16. Tom. VI. — *Collatio apta* — *† Aliàs, quærere.* — *Tom. I.*

COLVMBA. Columba pacem significat super Ioannem, sermone vj. & habetur in decretis, ij. quæst. vij. cap. non omnis. Habete cũ fratribus veram pacem, quam significant oscula columbarum. Habent enim & oscula corui, sed in eis falsa pax: in columba, vera pax. Non ergo omnis qui dicit, pax vobiscum, quasi columba audiendus est. Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum? quia osculantur corui, & laniant: à laniatu innocens est natura columbarum. Vbi ergo laniatus, non est vera in osculis pax. Illi habent veram pacem, qui Ecclesiam non laniauerunt. Nam corui de morte pascuntur, hoc columba non habet. De frugibus terræ viuit, innocens victus est: quod verè mirandum est in columba. Sunt passeres breuissimi, & tamen muscas occidunt. Nihil horum columba. Non morte pascitur. Qui laniauerunt Ecclesiam, de mortibus pascuntur. De hoc require supra, capite Ascensio Christi. Sed de columba in cuius specie apparuit Spiritus sanctus, libro de agone Christiano, vbi soluit & proponit hanc quæstionem. Nec eos audiamus qui tale corpus Dominum nostrum habuisse dicunt, quale apparuit in columba quam vidit Ioannes baptista descendentem de cœlo, & manentem super eum in signo Spiritus sancti. Ita enim persuadere conantur, filium Dei non natum de fœmina. Quia si carnalibus oculis eum oportebat ostendi, potuit, inquiunt, sic assumere corpus, quomodo Spiritus sanctus. Non enim & columba illa de ouo nata est, aiunt, & tamen humanis oculis potuit apparere. Quibus primo illud respondẽdum est, quod ibi legimus. Etiam Christum natum esse de Maria virgine, & nõ oportet in parte Euangelio credere, & in parte non credere. Vnde enim credis in columbæ specie demonstratum esse Spiritum sanctum, nisi quia in Euangelio legisti? Ergo & ego credo Christum de virgine esse natum, quia in Euangelio legi. Quare ergo sanctus Spiritus non est natus de columba, quemadmodum Christus de fœmina? Illa causa est, quia non in columba liberare venerat Spiritus sanctus, sed hominibus significare innocentiam, & amorem spiritualem, quod in columbæ specie visibiliter figuratum est. Christus autem qui venerat ad homines liberandos, in quibus & mares & fœminæ pertinent ad salutem, nec mares fastidiuit, quia marem suscepit, nec fœminas, quia de fœmina natus est. Huc accedit magnum sacramentum, vt quoniã nobis per fœminã mors acciderat, vita nobis per fœminam nasceretur, vt de vtraque natura, id est, de fœmina & masculo victus diabolus cruciaretur, quoniam de amborum subuersione lætabatur. Cui parum fuerat ad pœnam si ambæ naturæ in nobis liberarentur, nisi etiam per ambas liberaremur. Neque hoc dicimus vt Christum dicamus solum verum corpus habuisse, & Spiritum sanctum fallaciter apparuisse oculis hominũ sed ambo illa corpora, vera corpora credimus. Sicut enim non oportebat vt homines falleret filius Dei, sic nõ decebat vt homines falleret Spiritus sanctus. Sed omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturam de nihilo fabricauit, non erat difficile verum corpus columbæ, sine aliarum columbarum ministerio figurare, sicut ei nõ fuit difficile, verum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare: cũ natura corporea, & in visceribus fœminę ad formandũ hominem, & ipso mundo ad formandam columbam, imperio Domini voluntatique seruiret. Sed stulti homi

Tom. IX. — *Discrimen inter columbam & coruum.* — *Cap. xi. Tom. III.* — *Arg. ducti à simili & retortũ in aduersarium.*

homines & miseri, quod & ipsi facere non possunt, aut in vita sua nunquam viderunt, ab omnipotenti Deo fieri potuisse non credunt.

Tom.II. Epist.86.

COMESTIO. Propter comedere vel ieiunare alter alterum non debet iudicare, Libro De ieiunio diei sabbati ab Casulanum. Filij sapientiæ, & Ecclesia iustorum ij sunt: qui quando manducant, non manducantes non spernunt: quando non manducant, manducantes non iudicant. *Ead.Epist.* Non est comedendum quando necessarior res est agẽda. Per illud quod *Act.20.* Paulus die dominico protraxit sermonem vsque sero. Quando, inquit, oritur aliqua necessitas, vrgentiori actioni non est prandium præferendum. *In calce Epist.* Comedendum est & ieiuniandum secundum consuetudinem patriæ, in eodem libro. Quia in Euangelicis & Apostolicis literis, quæ ad noui testamenti reuelationem propriè pertinent, non inuenimus certis diebus aliquibus euidenter præceptum obseruanda esse ieiunia, & ideo res quoque ista, sicut aliæ plurimæ, quas enumerare difficile est, inuenit in veste illius filiæ regis, hoc est Ecclesiæ varietatis locum, indicabo tibi quid mihi de hoc requirenti responderit venerandus Ambrosius, *Ambrosius.* à quo baptizatus sum, Mediolanensis Episcopus. Nam cum in eadem ciuitate mater mea mecum esset, & nobis adhuc catechumenis parum ista curantibus, illa sollicitudinem gereret, vtrum secundum morem nostræ ciuitatis, sibi esset sabbato ieiunandum, an Ecclesiæ Mediolanensis more prandendum, vt hac eam cunctatione liberarem, interrogaui de hoc supradictum hominem Dei. Ait ille: Quid possum, inquit, te hinc docere amplius, quam ipse facio? Vbi ego putaueram nihil eum ista responsione præcepisse, nisi vt pranderemus. Hoc ipsum quippè facere sciebam: sed ille sequutus adiecit. Quando hîc sum, non ieiuno sabbato, quando Romæ sum, ieiuno sabbato: & ad quancunque Ecclesiam veneritis, inquit, eius morem seruate, si pati scandalum non vultis, aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem, eique suffecit, nec dubitauit esse obediendum: hoc etiam nos sequuti sumus.

Cap.25. Tom.III.

COMMVNE. Bona temporalia in cõmuni sunt habenda, Libro de opere Monachorum. Si huius terrenæ reipublicæ antiqui principes, præclarissimo literatorum suorum eloquio prædicari solent, quod rem communem vniuersi populi suæ ciuitatis, priuatis suis rebus sic anteponebant, *Africani studium in bonum commune.* vt quidam eorum Africa edomita triumphator, quid nubenti filiæ daret non habuerit nisi ex senatuscõsulto de publico dotaretur, quo animo esse debet in rem suam publicam ciuis æternę illius ciuitatis Hierusalem cœlestis, nisi vt illud ipsum, quod propriis manibus elaborabit, in commune cũ fratre habeat, & si quid ei defuerit, de communi suppleat, dicẽs cum illo, cuius præceptum exemplũmq; sequutus est: quasi nihil habentes, & omnia possidentes.

Ibid. Nec est attendẽdũ in quibus monasteriis, [A] vel in quo loco indigentibus fratribus quisquis id quod habeat impederit: Omniũ enim Christianorum vna respublica est. *Vna respublica Christiana vbique locorum.* Et ideo quisquis Christianus necessaria vbi libet erogauerit, vbicunq; etiam ipse quod sibi necessarium est accipit, de Christi bonis accipit: quia & vbicunq; ipse talibus dedit quis nisi Christus accepit? Lib.50. Homil. homil. viij. *Tom.X.* Communicare, est rem tuam communem facere cum illo qui non habet. Si ergo communicare cœperis non eris ille auarus, ille prædo aut raptor qui necessariis pauperum, tanquam rebus alienis incubat. Etenim communem fecisti rem tuam cum iis qui non habent, & amplius præstas, qui etiã prærogator pauperum factus es, tu aliquantam curam geris, vt ad securum pauperum victus perueniat, & in hoc misericordiam [B] prærogas, & propterea defert tibi Deus honorem, & quasi dicit tibi. Prior de re communi tolle quod sufficit necessitati domus tuæ, quod reliquum est, da Christo. Para te audire. *Mat.25.* Venite benedicti patris mei, &c. Communiter omnibus cõmunia faciẽda sunt bona. Lib. de salutaribus documentis. *Cap.46. Tom.IIII.* Si ad Deum volumus peruenire, ad omnes homines faciamus bonum. Ad omnes dico: non partes, non ad vnum, vel ad duos, vel ad tres, sed ad omnes homines. Christus enim nõ pro sanctis tantũ passus est, sed pro peccatoribus impiis & sceleratis ascendit in crucem: & passione sua omnes reuocauit ad vitam. Non sanctis tantum dedit Deus solem, & lunam, & pluuiam, & omnia nascentia terræ, & omnes fructus qui oriuntur in terris, sed in com- [C] munione omnibus hominibus dedit illa, qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. *Mat.5.* Ideo omnibus hominibus dedit commune, vt & bonum nostrũ, & eleemosynæ nostræ, & charitas nostra, & patientia nostra, in commune omnibus hominibus distribuatur. Quamdiu fuerimus in hoc mundo faciamus bonum ad omnes, maximè autẽ ad domesticos fidei: & oremus pro inimicis nostris, & bonũ pro malo restituamus. *Tom.I.* Pro communi vtilitate facienda sunt opera: & causam quære, in regula, Nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera nostra in vnum fiant: maiori studio & frequentiori alacritate, quam si vobis singuli faceretis propria. Charitas enim, de qua scriptum est, quod nõ quærit quæ sua sunt, sic intelligitur, quia [D] communia propriis, non propria communibus anteponit: & ideo quanto amplius rem communem quam propriam curaueritis, tanto amplius vos proficere noueritis: vt in omnibus quibus vtitur transitoria necessitas, supereemineat quæ permanet charitas.

Tom.II. Epist.162.

COMMVNICARE. Quid sit communicare malis, in epistola ad Donatistas. Ille communicat malis, qui consentit factis malorum: non qui tolerat. In hac vita non possumus nisi cum eis cõmunicare. Lib.50. homil. *Homil.50. Tom.X.* Non possunt homines in hoc mundo viuentes, nisi cum peccatoribus viuere, nec eos lucrari possunt Christo, si eorum colloquium

conuictúmque vitauerint. Vnde Dominus cum
Mat.9. publicanis & peccatoribus comedens, non est
opus, inquit, sanis medicus, sed malè habentibus:
& non veni vocare iustos, sed peccatores. Ibidem. Non temerè & quomodolibet, sed per iudiciũ auferendi sunt mali ab Ecclesiæ communione: vt si per iudiciũ auferri non possunt, tolerẽtur potius, ne peruersè malos euitando quisq;, ab Ecclesia ipse discedens eos quos fugere videtur, vinciat ad gehẽnam. *Mali tolerandi.* Quia & ad hoc nobis in scripturis exempla proposita sunt, vt velut in messe palea sufferatur, vsq; vltimũ ventilabrum, vel infra illa retia, vbi pisces boni cum malis, vsque ad segregationem quæ futura est in littore, hoc est in fine sæculi æquo animo tolerentur. Non enim contrarium est huic quod Apostolus dicit. *Rom.14.* Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam ex ordinario vsurpato iudicio, sed potius ex lege Dei secundum ordinem Ecclesiæ, siue vltro cõfessum, siue accusatũ atq; conuictum. Non enim nominatio sufficit, cum sententia ordine iudiciario atq; integritate profertur. De hoc require supra, cap. accusatio. Sed quare aliquãdo nõ cum impiis cõmunicamus. super Psal. 100. Nos quidem fratres propter correptionem aliquorum separamus nos à fratribus, & nõ cum eis cõmunicamus, vt corrigãtur. Cum extraneis potius cõmunicamus & cum paganis, quam cum eis qui nobiscum habitant, si viderimus eos malè viuere, vt erubescant & corrigantur. *Tom.X.* Non existente tali causa, tolerandi sunt in vita, sed non consentiendũ eis, Libro primo de verbis Domini, sermone xviij. Multis sanctorum librorum locis, apertissimè sonat esse intus in Ecclesia & bonos & malos, velut frumentum & paleam. Nemo ante tempus deserat aream, toleret paleam in tritura, toleret in area. Quod enim toleret, in horreo non habebit. Veniet ventilator qui diuidet malos à bonis. Erit etiam corporalis separatio, quam modo spiritualis præcedit. A malis corde semper disiungimini, ad tempus cautè corpore copulemini, nec tamen negligentes sitis, in corrigendis vestris, ad curam scilicet vestram quoquomodo pertinentibus, monendo, docendo, hortando, terrendo. *Ministeriũ verbi non omittendum.* Quibuscunque modis potestis agite, ne cum inuenitis in scripturis & in exemplis sanctorum, siue qui ante, siue qui post Domini aduentum in hac vita fuerunt, quod mali bonos in vnitate non maculant, efficiamini pigri ad corrigendos malos. Duobus modis te non maculat malus: si non cõsentias, & si redarguas: hoc est non communicare, non consentire: communicatur quippe, quando facto eius consortium voluntatis vel approbationis adiungitur.

Ibidem circa finem. Quando scriptura sonat, recedere nos à malis debere: non aliud intelligere iubemur, nisi vt corde recedamus: ne maius malum in separatione bonorum committamus, quam in malorum coniunctione fugiamus. Propter hæc omnia concludit ibidem. Exit ille liber in conspectu Dei, cui neque sua Deus peccata imputat, quia non fecit: neque aliena, quia nõ approbauit: neque negligentiam, quia non tacuit: neque superbiam, quia in vnitate permansit. *Tom.X.*

CONCEPTIO. De conceptu mentali, Libro primo de verbis Domini, sermone xx. Omnis homo concipit, nec vllus potest esse sine conceptu. Sed alij concipiunt de Christo, alij de diabolo. Sicut enim de illis qui à diabolo concipiunt, dicitur, Concepit dolorem, & peperit iniquitatem: ita & de illis qui à Spiritu sancto concipiunt, scriptum est, *Psal.7.* A timore tuo in vtero concepimus, & peperimus spem salutis tuæ. De conceptu verò carnis libro contra Iulianum. *Lib.5 cap. Tom.VII.* Vt concipiatur fœtus atque nascatur, Diuini est operis, non humanani. Quomodo autem fiat conceptio, Libro lxxxiij. quæstionum. *Quæst.56. Tom.IIII.* Dicitur conceptio humani corporis sic procedere & perfici, vt primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem: *Fœtus formatio.* sequentibus nouem diebus, cõuertatur in sanguinẽ: deinde duodecim diebus solidetur: reliquis decem & octo diebus formetur vsque ad perfecta lineamenta omnium membrorum, & hinc reliquo tempore vsq; ad tempus partus magnitudine augeatur. Quadraginta ergo quinque diebus, addito vno quod significat summam: quia sex & nouem, & duodecim, & decem & octo in vnũ coactis, fiunt quadraginta quinq;: addito ergo, vno, vt dictum est, fiunt quadraginta sex: qui cum fuerint multiplicati per ipsum senarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducenti septuaginta sex, id est, nouem menses *Numer.4.* & sex dies, qui computantur ab octauo kalendas Aprilis, quo die conceptus Dominus creditur, quia eodem die etiam passus est, vsque ad octauum kalendas Ianuarias, quo die natus est. Non ergo absurdè quadraginta sex annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius significabat: vt quod anni fuerunt in fabrificatione templi, tot dies fuerint in Dominici corporis perfectione. Et similem sententiam ponit in dialogo ad Orosium. de hac cõceptione, require supra, capite Caro. De Christo verò loquitur in sermone quinto, de passione Domini. Generationẽ eius quis enarrabit? Qua generatione pater filiũ ante luciferum genuit? id est, ante omnia quæ facta sunt ante omnes Angelos, ante omnẽ creaturã, quia omnia per ipsum facta sunt? Sed fortè secũda eius generatio narratur. Quis illam narrat? Fide concipitur, masculus non accedit, vterus virginis tumet, procedit tanquam sponsus de thalamo suo. Mirabilis est ista generatio humana, quia sine patre: mirabilis est illa Diuina, quia sine matre.

CONCORDIA. Ad eam inducimur à natura, Lib. xij. de ciuitate Dei, ca. xxvj. Sed nihil contra vitium discordiæ vel cauendum cum nondum existeret, vel sanandũ cũ extitisset, natura loqueretur humana: quã recor

cordatione illius parentis, quę propter Deus voluit creare vnũ, de quo multitudo ꝓpagaretur, vt hac admonitione etiam in multis concors vnitas seruaretur. Quod verò fœmina illi ex eius latere facta est, & hinc satis significatum est, quam chara mariti & vxoris debeat esse coniunctio. *Serm. in ordine 57. Tom. X.*

Ad eam etiam compellimur minis & pœna, Libro tertio de verbis Domini, sermone xx. Nõ potest cõcordiã habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumaciæ ergo crimen est, quod iubetur, cõtemnere: quod præcipitur, nolle: quod imperatum est, declinare. *Mali mala merces.* Quid tibi commune cum discordia Christiane? Quid simultates amas, quod authori pacis placere non potuit? Quid exerces inimicitias, quas euadere non potuit, nec ille qui eas primus adinuenit? Initio nanque inimicitias in protoplastũ dum serpens exerit interficitur: dum homini inuidet, ipse prosternitur. Dum Adam cupit decipere, ipse primitus iugulatur. Quare aut Christi charitatem amplectere Christiane, aut discordiæ authori de similitudine operum parẽ te esse cognosce. Libro de salutaribus documentis. Dictum est de Ecclesia primitiua quod erat illis cor vnum, & anima vna in Domino. Econtrario verò carnales & amatores huius mundi, contra se inuicem separantur & disiunguntur, mouentes in alterutrum scandala, & contentiones, iras, rixas, dissentiones, homicidia, furta, periuria, rapinas: & delectatur dicẽs in corde suo vnusquisque. *Carnalis fiducia.* Faciam quod volo, & possum implere cogitationes meas, & delectationes corporis mei, suffragantur mihi cõsilia mea, siue amicorum meorum, vel parentum potentum. Adest mihi aurum, superabundat argentũ, adsunt mihi serui & ancillæ, agri, vineæ, & multæ possessiones huius mũdi, palatia, vestes speciosæ, vnde me redimere possum. *Luc. 12.* Adimplebo voluntatem meam, Deus dabit mihi spacium vitæ & pœnitẽtiæ. Heu, quare non timemus quod Euangelium insonat dicens. *Cap. 13. Tom. VII.* Stulte, hac nocte animam tuam exposcent à te, &c. Allicit præmium, & cõsequuta & gratiam. *Mat. 18.* Require supra, cap. Abel. Libro secundo de baptismo contra Donatistas. Multum valet ad propitiandum Deum fraterna concordia. Si duo ex vobis, ait Dominus, cõuenerint in terra, quicquid petieritis fiet vobis. Si duobus hominibus, quanto magis duobus populis? Simul nos Domino prosternamus, participamini nobiscum vnitatem, participemur vobiscum dolorem, & charitas cooperit multitudinẽ peccatorum. *Homil. 40. Tom. X.* Ideo in tractatu de concordia fratrum, & est in Libro 50. Homil. Parcet tibi Deus, si parces tu tibi: concorda cum fratre tuo: aut fortè tu vis, & ille non vult. Sufficit tibi. Habes vnde illũ doleas, te soluisti. Dic si vis concordare, & ille non vult, dic securus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Forte peccasti in illum, vis cum illo concordare, vis ei dicere, frater, ignosce mihi, peccaui in te: illę non vult ignoscere, non vult tibi dimittere debitum quod ei debes. *Si nolit seruus volet dominus.* Ipse obseruet quando habet orare. Tu verò si dixisti toto corde, si vera humilitate, non ficta charitate, quomodo Deus videt in corde dixisti, & ille non vult dimittere: noli esse sollicitus. Habetis ambo Dominum: interpella Dominum amborum, quod tibi dimiserit Dominus, non potest exigere conseruus. Et pro illa parte, ibidem. Fortè cogitando loquimini, & dicitis vobis, volo concordare. Sed ille me læsit, ille in me peccauit, & non vult veniam postulare. Quid ergo dicturus sum? Vade ad illum, & tu pete veniam. Absit. Nolo mentiaris. Nolo dicas, Da mihi veniam: qui te nosti non peccasse in fratrem tuum. Quid enim prodest tibi, cum tu fueris tuus accusator? Quid expetis tibi ignosci ab eo, quem non læsisti, aut in quo non peccasti? Nihil tibi prodest, nolo facias, nosti bene, discussisti, Scisti quia ille in te peccauit, non tu in illum, tu tamen paratus esto ignoscere, prorsus paratus esto ex corde dimittere. Si paratus es dimittere, iam dimisisti: habes adhuc quod ores. Ora pro illo, vt petat à te veniã, q̃a scis ei nocere si nõ petat. *Tom. VIII.*

CONCVPISCENTIA. Intelligitur in malo poni, super psalm. cxviij. sermone octauo. Cum non additur quid concupiscatur, sed sola ponitur concupiscentia: non nisi mala intelligitur. De qua, quomodo deletur in baptismo & remanet. *Cap. 4. Tom. VII.* Libro secundo de peccatorum meritis, & remissione & baptismo paruulorum. Concupiscentia tanquam lex peccati, manens in mẽbris corporis mortis huius, cum paruulis nascitur, in paruulis baptizatis à reatu soluitur, ad agonem relinquitur, ante agonem mortuos nulla damnatione persequitur. Paruulos nõ baptizatos reos innectit, & tanquam iræ filios, etiam si paruuli moriantur, ad condemnationem trahit. *Lethalis concupiscentia.* In grandibus autem baptizatis, in quibus iam ratione vtentibus, quicquid eidem concupiscentiæ mens ad peccandum consentit, propriæ voluntatis est, deletis peccatis omnibus, soluto etiam reatu, quo vinctos originaliter detinebat, ad agonem interim manet, nõ sibi ad illicita consentientibus nihil omnino nocitura, donec absorbeatur mors in victoriam, & pace perfecta, nihil quod vincatur existat. Consentientes autem sibi ad illicita reos tenet, & nisi per medicinam pœnitentiæ & opera misericordiæ, per cœlestem sacerdotem pro nobis interpellantem sanentur: ad secundam mortem damnationémque perducit. Propter hoc & orare nos Dominus docens, inter cætera monuit vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Manet enim malum in carne nostra, non natura in qua diuinitus est creatus homo, sed vitio quo voluntate prolapsus est: vbi amissis viribus, non ea, qua vulneratus est, facilitate voluntatis sanatur. Propterea quoad remedium, dicit ibidem. *Cap. 3.* Aliqua præcipit seu consulit Deus homini, ad nonnulla superanda, vel quæ malè cupiuntur, vel quæ malè metuuntur, magnis aliquando & totis viribus opus est volun-

tatis quas nos perfectè in omnibus adhibituros prævidit, qui per Prophetã veridicũ dici voluit. Psal.142. Non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Tales itaque & nos futuros Dominus prævidens, quædã salubria remedia cõtra reatum & vincula peccatorũ, etiam post baptismũ dare ac valere di- Luc.6. gnatus est, opera scilicet misericordiæ, cũ ait. Dimittite, & dimittetur vobis: Date, & dabitur vobis. De eius pugna, vel de pugna cõtra eã, Lib. Cap.2. Tom.IIII. de cõtinentia. Posito ostio cõtinentię in ore cordis, vnde cuncta exeunt quæ coinquinant hominem, si nihil tale inde permittatur exire, sequitur munditia qua possit iam gaudere cõscientia, quãuis nondum sit illa perfectio, vbi non luctabitur cum vitio cõtinẽtia. Nunc autẽ quãdiu caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem, satis est nobis non consentire malis quæ sentimus in nobis. Cum enim fit ista consensio, tunc exit ex ore cordis, quod inquinat hominẽ. Cum verò per continentiã consensio non tenetur, malum concupiscentiæ carnalis, cõtra quod pugnat concupiscẽtia spiritualis, nocere non sinitur. Sed Cap.3. aliud bene pugnare, quod nunc est, quãdo mortis contentioni resistitur: aliud aduersariũ non habere, quod tunc erit quando mors nouissima inimica destruetur. Nam & ipsa continentia cum frænat cohibétq; libidines, simul & appetit bonum, ad cuius immortalitatem tendimus: & appetit malum, cum quo in hac mortalitate contendimus. Illius quippe amatrix & spectatrix, huius verò & hostis & testis est: est decus enim appetens, & dedecus fugiens. Non vtique in cupiditatibus frænandis continentia laboraret, si nihil nos contra quod cõtenderet detineret, si nihil nostræ bonæ voluntati, ex mala concupiscentia repugnaret.

Eod.cap. Ibidem parum infra. Hanc pugnam non experiuntur in semetipsis, nisi bellatores virtutũ, debellatorésque vitiorũ. Non enim expugnat concupiscentiæ malũ, nisi cõtinentiæ bonũ. Sunt autẽ qui legem Dei omnino nescientes, malas concupiscentias nec in hostibus deputant, eísque miserabili cæcitate seruientes, insuper etiam beatos se putant, satiando eas potius quam domando.

Cap.8. Quia vt dicit in eodẽ, circa mediũ. Sunt in nobis desideria mala quibus nõ cõsentiẽdo viuimus malè: sunt in nobis concupiscentiæ peccatorum, qnibus non obediendo non perficimus malũ, sed eas habendo nondũ perficimus bonum. Libro Tom.X. 50. Homil. Homil. xxj. in fine. Nos fratres charissimi agnoscentes iniquitates nostras, quantum possumus contra malas cõcupiscentias repugnemus ieiuniis, vigiliis, in orationibus & languoribus, eleemosynis, mala quæ fecimus redimamus, & cum Dei adiutorio ita bonis operibus studeamus insistere, vt nos ad peccata pristina non pos- Psal.115. sint concupiscentiæ nostræ retrahere, sed perseuerãtes in omni opere bono cum Propheta gratias referentes, dicamus. Disrupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Hu- Tom.VIII. ius etiã pugnæ modũ docet, super psal. lvij. Cum concupiscentia natus es, vt eam vincas. Noli tibi

A hostes addere, vince cum quo natus es. Ad stadium vitæ huius cum illo venisti. Congredere cum eo qui tecum processit. Ipso non victo, quare congregas cateruas aliarum concupiscentiarum? Delectatio enim carnalis cum homine nascitur. Sed qui bene eruditur, cito videt hostem suum, & aggreditur, & luctatur, & cito vincit. Idoneus est enim nondum crescentibus hostibus. Qui autem illam concupiscentiam, cum qua de peccati propagine natus est, contemnit vincere, & multas adhuc excitat exerítque libidines: difficulter eas superat: & aduersus se ipse diuisus, igne proprio concrematur. Et dum viuimus sic agere nos oportet. Libro primo de nuptiis & concupiscentia. Concupiscentia carnis in bapti- Cap.25. Tom.VII. smo dimittitur: non vt nõ sit, sed vt in peccatum B non imputetur. Quamuis autem reatu suo iam soluto, manet tamen donec sanetur omnis infirmitas nostra, proficiente renouatione interioris hominis de die in diem, & cum exterior induerit incorruptionem: non ei substantialiter manet sicut aliquod corpus, aut spiritus, sed affectio est quædam malæ qualitatis, sicut lãguor. Non ergo aliquid remanet quod non remittatur cũ fit, sicut Psal.102. scriptum est, propitius Dominus omnibus iniquitatibus nostris: sed donec fiat & quod sequitur. Qui sanat omnes languores tuos, qui redimet de interitu vitam tuam: manet in corpore mortis huius carnalis concupiscentia. Cuius vitiosis desideriis, ad illicita perpetranda non obedire præcipimur, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. Quæ tamen concupiscentia quotidie C minuitur, in proficientibus & continentibus: accedente etiam senectute, multò maximè. Ideo Libro de continentia. Tunc peccatum in nostro Cap.3. Tom.IIII. mortali corpore regnare ostenditur, si desideriis eius obeditur. Est ergo in nobis peccati concupiscentia: quæ non est permittenda regnare. Sunt eius desideria, quibus non est obediendum, ne obedientibus regnet. Propter quod membra nostra non sibi vsurpet concupiscentia, sed sibi vindicet continentia: vt sint arma iustitiæ Deo, ne sint arma iniquitatis peccato. Sic enim nobis peccatum non dominabitur. Quia vt dicit in eodem Libro. Carnis concupiscentias Christus Cap.11. in suis sanat, sed in nullis amat. Vnde sancta Ecclesia quandiu etiam habet membra talia, nondum est sine macula & ruga. Huc accedunt & il- D la peccata, pro quibus quotidiana vox totius Ecclesiæ est, Dimitte nobis debita nostra: à quibus ne spirituales putaremus alienos, non quicunque carnalium, nec ipsorum quicunque spiritualium, sed qui supra pectus Domini discumbebat, & quem præ cæteris diligebat. Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. In omni autem peccato plus in maiori, minus in minori, tamen contra iustitiam concupiscitur. Et quia scriptum est, quod Christus factus est nobis sapiẽtia & iustitia à Deo. Ideo in omni pctõ, cõtra Christũ sine dubio concupiscitur. Lib. de verbis

Tom. X. bis Apostoli, sermone vj. Ex carnali cõcupiscentia oriũtur cũcta peccata. Quicquid est enim peccatorũ in dictis, in factis, in cogitatiõibus, nõ exoriuntur nisi ex illicita delectatione: non exoriuntur nisi ex mala cupiditate. Huic ergo illicitæ delectationi si resistamus, si non consentiamus, si membra velut arma non ministremus, nõ regnat peccatum in nostro mortali corpore. Peccatum enim in hac vita regnũ perdit, in alia perit. Hîc regnum perdit, quando post concupiscentias nostras non imus, ibi autem perit, quãdo dicitur, vbi est mors contentio tua, &c. Ibidẽ infra. Quando non regnat peccatũ, id est, carnis concupiscentia, plus habet iuris mens ad tenenda membra carnis, ne dentur in arma iniquitatis, quam ipsa cõcupiscentia carnis, ad mouẽda membra carnis: itaq; concupiscẽtia est carnis, & membra carnis: mens tamẽ quia dominatũ habet, si desuper adiuuetur, ne cum ei multum contra Dei gratiam damus, nõ regem, sed vt tyrannum faciamus. Tantũ ergo valet mens, si regit cum regitur, vt de membris carnis ipsius, contra cõcupiscentiã carnis ipsius, possit facere, quod ait Apostolus. Non ergo regnet peccatũ in nostro mortali corpore. *Imperium pix mentis.* Sed vt dicit Lib. vj. contra Iulianũ. *Cap. 5. Tom. VII.* Sicut ignorãtia minuitur veritate magis magisq; lucẽte, ita & concupiscentia minuitur charitate, magis magísq; feruente. Vnde super psal. lxiiij. *Tom. VIII.* Primo cõcupiscentia carnis sequentes duxit nos, postea renitentes traxit nos. Deinde accepta gratia cœpit nos nec ducere nec trahere, sed adhuc contendere nobiscũ: post contentionem erit & victoria. Modo te & si oppugnat, non expugnet: postea cum absorta fuerit mors in victoriã, & pugnare cessabit. Quia vt dicit Lib. vj. contra Iulianum. *Cap. 5. Tom. VII.* Concupiscentiã quis ambigat posse minui, non posse consumi? Ex hoc concupiscentia, peior est quam ignorantia: quia ignorantia sine cõcupiscentia minus peccat, concupiscentia verò sine ignorantia grauius peccat. Quomodo autem manent peccata reatu, quę prætereunt actu: sic & econtrario fieri potest, vt concupiscentia maneat actu, & prætereat reatu.

Tamen vt dicit, Lib. v. cõtra eundẽ Iulianum. *Cap. 3. Tom. VII.* Cõcupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit spiritus, & peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatũ mentis: & pœna peccati est, q̃a reddita est meritis inobediẽtis: & causa peccati est, defectione consentientis, vel cõtagione nascentis. *Concupiscẽtia & peccatũ, & causa et pœna peccati.* Verum vt dicit ibidẽ. *Eod. cap.* Quãdo Deo donãte ex vera viuitur fide, ipse Deus adest, & menti illuminandę, & cõcupiscentiæ superandæ, & molestiæ perferendæ. Et semper timendũ est, super psal. l vij. *Cap. 5. Tom. VIII.* Fratres ignem cõcupiscentiæ malæ timete, si non vultis perire à facie Dei.

Quãuis dicatur cõcupiscentia carnis, nõ est tamen sine anima, Lib. vj. contra Iulianum. *Cap. 5. Tom. V.* Sine anima, nulla potest esse carnis concupiscentia: nam vtique cõcupiscere, viuentis sentientísque est naturæ. Lib. de perfectione iustitiæ hominis, cap. xvij. *Ratiocin. 17. Tom. VII.* Cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiæ, quod vel continẽdo frænetur, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro A sine anima concupiscit, quãuis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. Tunc erit iustus sine vllo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget Deum: quod est primum maximúmq; mandatum. Dicitur anima habere cõcupiscentiam suam, Libr. x. super Genes. cap. xij. *Tom. III.* Carnem concupiscentem aduersus spiritum, dicit Apostolus carnalem proculdubio delectationem, quam cum carne & de carne spiritus habet aduersus delectationem quam solus habet. Solus quippe habet, ni fallor, illud desiderium, non carnis voluptate, vel carnalium rerum cupiditate commixtum, quod desiderat & deficit anima inanimata Domini. Solus habet etiam illud de quo ei B dicitur. Concupisti sapientiam, serua mandatum, & Dominus dabit illam tibi. *Eccles. 1.* Nam cum spiritus imperat membris corporis, vt huic desiderio seruiant quo solus accenditur, velut cum assumitur codex, cum aliquid scribitur, disputatur, auditur, cum denique panis frangitur esurienti, & cætera humanitatis & misericordiæ præstantur officia: obedientiam caro exhibet, non concupiscentiam mouet. His atque huiusmodi hominis desideriis, quibus sola anima cõcupiscit, cum aduersatur aliquid quod eandem animam secundum carnem delectat, tunc dicitur caro concupiscere aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Libro soliloquiorum ad Deum. *Cap. 12. Tom. IX.* Allide Domine concupiscentiam meam dulcedine tua, quam abscondisti timentibus te, vt concupiscam te concupiscen C tiis sempiternis, nec vanis illectus & deceptus interior gustus, ponat amarum dulce, & dulce amarum: tenebras lucem, & lucem tenebras: vt liberari in medio tot decipularum possim ab inimico, super faciem huius viæ positarum, ad capiendas animas peccatorum, quibus totus plenus est mundus. Libro de verbis Apostoli, sermo. iij. *Tom. X.* Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spiritus cõcupiscat aduersus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis, id est, vt nõ sint in vobis ipsę cõcupiscẽtiæ carnis, nec ipsæ faciãt quod volunt, vt opus earũ perficiatis. Si non tibi in totũ ceditur, noli & tu cedere. Prius æquetur pugna, vt sit aliquãdo victoria.

Ipsa carnalis cõcupiscentia non fuisset in Paradiso, Lib. xiij. de Trinitate, cap. xviij. *Tom. III.* Quãuis carnali cõcupiscentia quæ est in genitalibus mẽbris, D bene vtatur castitas cõiugalis, habet tamẽ motus nõ volũtarios, quibus ostẽdit, vel nullã in Paradiso ante peccatũ esse potuisse, vel non talẽ fuisse si fuit, vt aliquãdo resisteret volũtati. Nunc autem illam talem esse sentimus, vt repugnãs legi mẽtis, etiam si nulla est causa generandi, stimulos ingerat coëundi: vbi si ei ceditur, peccando satietur: si non ceditur, dissentiendo frænetur. Quæ duo aliena fuisse à Paradiso ante peccatũ, dubitare q̃s posit? Nã neq; illa honestas faciebat aliquid indecorũ, neq; illa fœlicitas patiebatur aliquid impacatũ. Libr. secũdo, de nuptiis & concupiscentia. *Cap. 35. Tom. VII.* In paradiso si nemo peccasset, hunc ibi vigorem velut florem viuere potuisse, nec opus fuisse

vt

vt tegeretur, quod ita moueretur, vt inde nemo confunderetur. Sed parata coniuge semper exerceretur: nunquam reprimeretur, ne aliquãdo tanta voluptas†, fœlicitati tantæ negaretur. *† Aliàs, voluntas.* Absit enim vt illa beatitudo posset aut in loco illo non habere quod vellet, aut in suo corpore vel animo sentire quod nollet. Declarat hoc in eodem Libro. *Cap.30. Iulianus.* Ideo nulla pudenda concupiscentia esset, si homo non antę peccasset: nuptiæ verò essent, si homo non peccasset. *August.* Non dixi, nulla esset concupiscentia, quia est & glorianda concupiscentia spiritualis, qua concupiscitur sapientia.

Tom.eod. Nunc autem accidit, quod ibidẽ dicit. Quamuis in omnibus natura generatis, gratia regeneratis, sit ista carnalis concupiscentia repugnans legi mentis: tamen quia remissa est in remissione peccatorum, nõ iam illis in peccatum reputatur, nec nocet aliquid, nisi eius motibus ad illicita cõsentiatur. Proles verò eorum, quia non per spiritualem, sed per carnalem concupiscentiam seminatur, sic inde reatum nascendo trahit, vt nisi renascendo, liberari ab illa peste non possit. *Tom.X.* Libro de verbis Apostoli, sermone v. Aliud est nõ concupiscere, aliud post cõcupiscentias non ire. Non concupiscere, omnino perfecti est: post concupiscentias suas non ire, pugnãtis est, luctantis est, laborantis est. Vbi feruet pugna, quare desperetur victoria? Quando erit victoria? Quando absorbetur mors, &c. Eodem Libr. sermone xij. Concupiscentiis carnis non consentire magna laus est, quas nõ habere magna perfectio est.

Enarrat 2. Tom.VIII. CONFESSIO. Distinguitur super psal. xxix. Confessio gemina est, aut peccati, aut laudis. Quando nobis malè est, in tribulationibus cõfiteamur pctã nostra. Quãdo bene, in exaltatione iustitiæ cõfiteamur laudẽ Deo: sine confessione non simus. Super psal. xciiij. *Tom.VIII.* Cõfessio quidem duobus modis accipitur in scripturis. Est confessio laudis, quæ pertinet ad honorem: est confessio gementis, quæ ad pœnitentiam pertinet eius qui confitetur. Cõfitentur enim homines qui laudant Deum: confitentur cum accusant se, & nihil dignius facit lingua. *Confessio est & laudis, & peccati.* Verè puto quod ipsa sint vota, de quibus dicitur in psal. *Psal 65.* Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea.

Tom.eod. Super psal. cx. Non semper confessio est peccatorum, sed & laus Dei, deuotione confessionis exprimitur. Illa luget, hæc gaudet. Illa medico vulnus ostendit, hæc de sanitate gratias agit. In sermone de confessione. Non in sola commemoratione peccatorum nostrorũ, sed etiam Domini nostri laudatio, cõfessio dicitur: quia & si vnũ horum faciamus, non sine altero facimus. Nam & iniquitatẽ nostrã cum spe misericordiæ ipsius accusamus, & ipsius misericordiam cum iniquitatis nostræ recordatione laudamus. Super psal. cxxvij. Confessio in scripturis cum confitemur Deo, duobus modis dici solet: vel peccatorum, *Tom.VIII.* vel laudis. Super psal. cxlj. Duobus modis confessio intelligitur, & in peccatis, & in laude Dei.

Hæc se consequuntur. Super psal. xxix. Confitere modo quod tu fecisti in Deum, & confiteberis quod tibi fecerit Deus. Quid fecisti? Peccata. Quid fecit tibi Deus confitenti iniquitatem tuam? Dimittit peccata, vt ei postea laudem eius confitens, in æternum non compungaris à peccato. Super psalm. xciiij. Maximè ad laudem Dei pertinet, quando confiteris peccata tua. Quia tanto amplius laudatur medicus, quanto plus desperabatur ægrotus: & tãto maior est laus ignoscentis, quanto maior est exagitatio † peccata confitentis. *† Al. exagge.* Super psal. cv. In laude Dei est confessio: quanquam etiam cum sua confitetur quisque *Tom.eod.* peccata, cum Dei laude cõfiteri debet: nec aliter pia est confessio peccatorum, nisi non desperãs, & poscens misericordiam Dei. Habet ergo eius laudem, siue etiam in verbis, cum eum bonum & misericordem dicit, siue in solo affectu, cum hoc credit. Ibidem infra. Potest laus Dei esse vera *Tom.eod.* & pia, vbi non fit confessio peccatorũ. Quæ laus multò crebrius in scripturis vocatur confessio. Nulla est autem peccatorum cõfessio pia & vtilis, vbi non laudatur Deus: siue corde, siue etiam ore, atque sermone. Libr. primo de verbis Domini, sermone octauo. Si cõfiteor dixit Christus, *Tom.X.* à quo longè est omne peccatum, non solius peccatoris est confessio, sed aliquando etiam laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes Deum, siue accusantes nosmetipsos. Pia est vtraque confessio: siue cum te reprehẽdis qui non es sine peccato, siue cum illum laudas qui non potest habere peccatum. Si autem bene cogitamus, reprehensio tua laus ipsius est. Nam ideo cõfiteris, quia ex mortuo viuus factus es. Viuere autem non posses, nisi resuscitatus esses. Ergo in confessione sui accusatio, Dei est laudatio. Vnde de cõfessione laudis dicetur infra titul. Laus. De qua super *Tom.IX.* Ioannem, sermone lxvj. Quanta vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum.

Quia vt dicit super psal. cxviij. serm. xiij. Parũ *Tom.V.* est habere in corde Christum, & nolle confiteri dum timetur opprobrium: sed exprobrãtibus respondendum est verbum. Libro de vera innocentia, cap. vj. Vera confessio, est benedicentis: *Tom.III.* cum idem sonus est & oris & cordis. Bene autẽ loqui & malè viuere, nihil aliud, est quã se sua voce dãnare. Vnde de confessione fidei dicit, Libro contra mendacium. *Cap.t. Tom.III.* Quis ita vanescat, vt existimet Apostolum Petrum hoc habuisse in corde, quod in ore, quãdo Christũ negauit? Nempe illa negatione, intus virtutem tenebat, & foris mendacium proferebat. Cur ergo lachrymis diluit quod ore negauerit, si saluti sufficiebat quod corde credebat? Cur in corde suo veritatem loquens, tam amaro fletu puniuit mendacium, quod ore deprompsit: nisi quia magnam vidit esse perniciem, quod corde quidem credidit ad iustitiã, sed ore non confessus est ad salutem? Quapropter illud quod scriptum est, Qui loquitur veritatem in corde suo, Non sic accipiendum est, quasi retenta in corde veritate, loquendum sit in ore mendacium. Sed ideo dictum est, quia fieri potest, vt loquatur quisque ore veritatem, quæ nihil ei prosit, si eã in corde non teneat, id est,

id est, si quod loquitur ipse non credat. Sicut hæretici loquuntur veritatem in ore suo, sed non in corde suo. Propterea distinguendi erant ab illo, de quo dictum est. Qui loquitur veritatem in corde suo. Hanc autem veritatem catholicus, sicut in corde loquitur, quia ita credit, ita & in ore debet, vt ita prædicet. Contra istam verò nec in corde nec in ore habeat falsitatem, vt & corde credat ad iustitiam, & ore confessionem faciat ad salutem.

Tom.IX. CONFESSIO peccatorũ. Hæc cõfessio est necessaria. Super Ioannẽ, Tract.xij. Sit peccatũ tuũ corã te semper. Sit ante te, quod nõ vis esse ante Deũ. Si autẽ post te esse feceris peccatũ tuũ, retorquebit illud Deus ante oculos tuos: & tunc retorquet, quãdo iam pœnitentiæ fructus nullus erit. Lib.v. confessionũ, in principio. *Cap.1. Tom.I.* Accipe sacrificiũ confessionũ mearum de manu linguæ meæ, quã formasti & excitasti vt cõfiteatur nomini tuo, & sana omnia ossa mea, & dicãt. Domine q̃s similis tibi? Neq; enim docet te quid agatur in se qui confitetur tibi, quia non excludit oculũ tuum cor clausum, nec manũ tuã repellit duritia hominũ, sed soluis eam cum voles, aut miserãs, aut vindicans, & non est qui se abscondat à calore tuo. Libr.50.Homil. Homil.xij.in princip. *Tom.X.* Quomodo nobis peccatorum vulnera nunquã deesse possunt, sic & cõfessionis medicamenta deesse non debẽt. Non enim ideo vult Deus vt cõfiteamur peccata nostra, quod ea ipse scire nõ possit. Sed quia diabolus hoc desiderat, vt inueniat quod nobis ante tribunal iudicis æterni obiiciat, ideo vult vt magis defendere, quã accusare peccata nostra velimus. Ecõtrario autẽ Deus noster quia pius & misericors est, vult *Agnoscenti ignoscitur.* ea cõfiteamur in hoc sæculo, ne pro illis cõfundamur postmodũ in futuro. Si enim cõfitemur nos, ille parcit. Si nos agnoscimus, ille ignoscit. Sed serpens ille quomodo instituit vt homo caderet qui stabat, sic agit vt q. cecidit nõ resurgat. Ideóq; aduersus incãtationes eius & insidias, quibus nũc impedire nobis vult cõfessionẽ peccati, quia scit nos nõ posse redire nisi per humilitatẽ, qui per superbiã lapsi sumus, ad quam ipse nobis dux fuit, modo ad humilitatẽ ducem Christũ sequamur.

Ibidem. Sanat te Deus. Cõfitere tantũ vulnus *Sub finem.* tuum. Iaces sub manibus medici, patienter implora auxiliũ. Fouet, vrit, secat, æquanimiter tolera, tantũ noli attendere nisi vt saneris. Sanaberis autem si ostẽdas te medico, nõ quia ille nõ videt si tu ei abscõdas, sed ipsa confessio initium sanitatis est. Quia vt dicit, Libro de sancta virginitate. *Cap.49. Tom.VI.* Quãdiu non est in cœlesti sublimitate perfectio, inuituperabiles nos facit in humilitate peccatorum confessio. Ideo super psal. xcix. *Tom.VIII.* Semper cõfitere, semper eñ habes quod cõfitearis. Difficile est in hac vita vt sic homo moretur, vt nihil inueniatur in eo quod reprehẽdatur. Opus est vt te reprehẽdas, ne ille reprehendat, qui condẽnaturus est. Quid sit ipsa confessio, Lib.x. cõfes- *Cap.i. Tom.I.* sionũ. Manifestus sum tibi Domine quicũq; sim. Neq; enim ago verbis carnis & vocibus, sed ver-

A bis animæ & clamore cogitationis, quem nouit auris tua. Cũ enim malus sum, nihil est aliud confiteri tibi, quam displicere mihi: cum verò pius, nihil est aliud confiteri tibi, quam hoc non tribuere mihi: quoniam tu Domine benedicis iustũ, sed prius iustificas impium. Est autem ipsa cõfessio via ad Deum. *Lib.eod.* Dirige domine pedes meos in viam pacis, per quam ingrediar in viam tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, in voce exultationis & confessionis. Verè enim cõfessio est via, qua ingredior ad te, per quam regredior ab inuio, & redeo ad te viã. Vnde per eam coniungimur Deo. *Tract.12.* Super Ioannẽ, Tract.xij. Qui cõfitetur peccata sua, & accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat enim Deus peccata tua: si & tu accuses, coniungeris Deo. Quasi duæ res sunt

B homo & peccator. Quod audis homo, Deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit. Dele quod fecisti, vt Deus saluet quod fecit. Oportet vt oderis in te opus tuum. Cum autẽ cœperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiũt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initiũ bonorum operũ, est confessio malorũ. Super primã canonicã Ioannis, Tract.vj. Vbique est Deus. Quo *Tom.IX.* ergo fugies? Vis audire cõsiliũ? Si vis ab illo fugere, ad ipsum fuge, idq; cõfitendo, nõ latẽdo. Latere enim non potes, sed confiteri potes. Super psal.lxxv. Bona est illa cogitatio, vnde incipimus confiteri. Cõfessio enim adiungit nos Christo. *Tom.VIII.*

Lib.de vera innocentia. Apud misericordiam *Cap.240. Tom.III.* Dei, plurimum valet confessio pœnitentis. Facit enim cõfitendo propitiũ, quẽ negando non facit

C nescium. Vnde super primã canonicã Ioannis, Tract.j. Si te cõfessus fueris peccatorem, est in te *Tom IX.* veritas: nam ipsa veritas lux est. Nondũ perfectè splẽdet vita tua, quia insunt peccata tua. Sed tamẽ iam illuminare cœpisti, q̃a inest cõfessio pctõrũ.

Debet hæc confessio fieri humiliter, ibidem. Humilitas pertinet ad confessionem, quia dum *Tom. IX.* confitemur nos peccatores esse: ipsa est humilitas. non dicamus illud in lingua, quasi propter arrogantiam, ne displiceamus hominibus, si nos iustos esse dixerimus. Faciũt hoc impij & insani. Scio, inquiunt, quia iustus sum, sed quid dicturus sum ante homines? Si me iustum dixero, quis ferat? Quis toleret? Apud Deum nota sit iustitia mea. Ego tamen dicam me peccatorem: non quia sum, sed ne arrogantia odiosus inueniar. Dic ho-

D minibus quod es, dic Deo quid es. Quia si non dixeris Deo quod es, damnat Deus quod in te inueniet. Non vis vt ille damnet? Tu damna. Vis vt ille ignoscat? Tu agnosce, vt possis dicere Deo. Auerte faciẽ tuam à peccatis meis. Dic illi. Quo- *Psal.50.* niam iniquitatem meam ego cognosco. Quod si confessus fueris delicta tua, purgabit te ex omni iniquitate. Quod si dixeris, non peccaui. Illum facis mendacem, cum te vis facere veracem. Vnde fieri potest vt Deus mendax sit, & homo verax? Cum scriptura dicat, Omnis homo mẽdax, Deus solus verax? Super Ioannẽ, sermone xiiij. Deus *Tom.IX.* largitur veniam, si homo confiteatur culpam. Est enim cõfessio hominis, humiliatio hominis:

miser

miseratio Dei, altitudo Dei. Libro tertio de verbis Domini, sermone xij. Quis est qui intrat per ianuam? Qui intrat per Christum. Quis est iste qui imitatur passionem Christi? Qui cognoscit humilitatem Christi, vt cum Deus factus sit homo pro nobis, cognoscat homo se non esse Deum sed hominem. Qui vult Deus videri cum sit homo, non imitatur illum, qui cum Deus esset homo factus est. Tibi autem non dicitur. Esto minus quam es, sed cognosce quid es. Cognosce te infirmum, cognosce te hominem, cognosce te peccatorem, cognosce illum qui te iustificat, cognosce quia maculosus es. Appareat in confessione tua macula cordis tui, & pertinebis ad gregem Christi: quia confessio peccatorum, inuitat medicum sanaturum. Libro de oratione Dominica, & Libro secũdo de prædestinatione sanctorum. Pro peccatis nostris rogare compellimur, vt dum indulgentiam à Deo petimus, animus suorum peccatorum recordetur. Ne quis autem quasi innocens sibi placeat, & se extollendo plus pereat: instruitur & docetur peccare se quotidie, dum pro peccatis quotidie iubetur orare. Libro primo de pœnitentia. Neq; facilius ab inimico deiicimur, quam cum eum superbiendo imitamur: nec vehementius eum prosternimus, quam cum humilitate Deum sequimur: nec acriores ei dolores infligimus, quam cum plagas peccatorum nostrorum confitendo, & pœnitendo sanamus. Super psal. xxxviij. Prima gratia beneficij Dei, est redigere nos ad confessionem infirmitatis: vt quicquid boni possumus, quicquid potentes sumus, in illo sumus, vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Libro de vera & falsa pœnitentia. Ne velit homo se excusare, ne augeat crimen vt Adam, cui non sufficiebat peccasse, sed amplificauit crimen culpando vxorem & culpam transferẽs in authorem. Istud peccatum multoties incurritur, sed neglectum ignoratur. Non itaque peccantes dicamus. Non aliud potui, cum me constitui furem: quia Deus fecit me pauperem. Nec mirum si deditus sum fornicationi, quia talis creatus sum naturæ & fragilitatis. Fragilitas enim, non voluntas, cogit me committere crimina talia. Errat enim qui sic fallitur. Natura enim talis est, vt possit quisque resistere malo, cui se subiicit ex arbitrio. Sunt enim qui defendunt culpam in Dei prouidentia, reputantes Dei ordinationem & necessitati, quod relictum est volũtati & arbitrij libertati. Sciuit enim Deus quid facturus esset qui peccat, sed non ordinauit peccatum, qui nullum relinquit impunitum. Ordinauit pœnam, amantibus culpam. Ignis enim opus est iustitiæ, vt habeant vnde doleant, qui gaudere non amant. Non ordinauit peccare, qui peccatum voluit curare: sed permisit libertati, quod peccator donauit necessitati. Si enim non potest peccare, non deberet qui totus est iustitiæ remunerare. Ideo enim non sanctificat animalia muta, quia nulla possunt committere crimina. Angeli quoque qui permanserunt, si liberi non fuissent, quomodo coronarentur? Potuerũt enim peccare quorum similes ceciderunt. Licet enim misericorditer cuncta creauerit, iustitiam tamen in misericordia, qui iustus est, custodire oportuit. Libro de vera innocentia. Melior est in malis factis humilis confessio, quam in bonis superba grauatio. Vnde manifestũ est quod debet esse incusatoria: & ideo Libro primo de verbis Domini, sermone vij. Esto accusator tuus, & Deus erit indultor tuus. Omne enim crimen facinus vel peccatũ nostræ est negligẽtiæ, & omnis virtus & sanctitas, Dei est indulgentiæ. Libro 50. Homil. Homil. xij. Multi sic confessionem peccati fugiunt, vt ipsum satanan accusent, se autem nihil mali fecisse dicant. Et cum castigantur aliqui, & dicitur eis, quare hoc fecistis? respondent. Quia diabolus hoc fecit. Non est vnde plus gaudeat diabolus, nisi quando homo dicit, quod ipse fecit vt peccaret. Quando enim dicit, diabolus hoc fecit, non se accusat: & dum peccata sua dissimulat confiteri, indulgentiam non meretur accipere. Respondet ergo & dicit, diabolus hoc fecit: quasi traxerit eum diabolus, aut violẽtiam fecerit. Suadere enim & sollicitare potest, cogere omnino non potest. Et ideo cum per Dei adiutorium, in tua potestate sit, vtrum consentias diabolo, quare non magis Deo quam ipsi obtemperare deliberas? Si enim solus diabolus daret consiliũ, & Deus taceret, haberes quo excusari posses. Cum ergo Christus & conscientia tua cõtradicat, & per scripturas diuinas audias in Ecclesia, quod nõ debeas facere malũ, quare eligis mortem & deseris vitam, & magis vis sequi diabolũ ad luxuriam, quam obtemperare Christo, qui te inuitat ad vitam æternam? Super psal. vij. Confessio iustitiæ Dei est, qua loquimur ita. Verè Domine iustus es, quando & iustos sic protegis, vt per teipsum eos illumines: & peccatores sic ordinas, vt non tua sed sua malitia puniatur. Ista confessio ita laudat Deum, vt nihil possint impiorum valere blasphemiæ, qui volentes excusare facinora sua, volunt suæ culpæ tribuere quod peccant: hoc est, volunt suæ culpæ tribuere culpam suam. Itaque aut fortunam, aut fatum inueniunt quod accusent, aut diabolum, cui non consentire in potestate nostra esse voluit qui nos fecit. Aut aliam naturam inducunt, quæ non sit ex Deo fluctuantes miseri, & errantes potius quam confitentes Deo, vt eis ignoscat. Non enim oportet ignosci, nisi dicenti, Peccaui. Qui ergo videt merita animarum sic ordinari à Deo, vt dum sua cuique tribuuntur, pulchritudo vniuersitatis nulla ex parte violetur, in omnibus laudat Deũ. Et ista est non confessio peccatorum, sed iustorum. Non enim peccatoris est confessio, dum dicit Dominus. Confiteor tibi pater cœli & terræ, quia abscondisti hoc, &c. De hac excusatione mala, Require infra capit. excusatio. debet ipsa confessio fieri sine simulatione veraciter. super Ioannem, sermone vigesimo secundo. Hoc est confiteri, dicere quod habes in corde. Si autem aliud in corde habes, & aliud dicis, loqueris non confiteris. Libro de salutaribus document

cument

Marginalia: Tom X. — Tom. VII. — Lib. 50. Ho. Homil. 50. Tom. X. — Tom. VIII. — Cap. 16. Tom. IIII. — Nos, non Deus causa peccati. — Tom. X. — Tom. X. — Frustra diabolum accusamus peccando. — Tom. X. — Matt.

Tom. IIII. cumētis. Si trāsgredimur in aliquo peccato post baptismū, pius Deus dedit secundū baptismum, i. fontem lachrymarū: & ordinauit nobis pœnitentiam propter fragilitatem nostrā. Ideo debemus confessiones nostras veraciter confiteri, & dignos pœnitētiæ fructus facere, vt præterita mala ne iteremus, secundū iussionem Deum timētis sacerdotis. Super Psal. lxxxiiij. Veritas de terra orta est, *Tom. VIII.* quia confessio peccatorū ab homine facta est: & iustitia de cœlo prospexit, tanquam Dei dicentis. Parcamus huic homini, quia ipse sibi nō pepercit. Ignoscamus, quia ipse agnoscit. Conuersus est ad puniendum peccatū suum, conuertar & ego ad eum liberandum. *Psal. eod.* Ibid. Veritas de terra orta est, id est, cōfessio peccatorū ab homine: & iustitia de cœlo prospexit. i. à Domino data est iustificatio confitenti: vt ipse se agnoscat impius, pium se fieri nō posse, nisi ille fecerit cui confitetur, credendo in eū qui iustificat impium. Quia vt dicit super Psal. xcv. *Tom. eod.* Super illud, confessio & pulchritudo in conspectu eius. Pulchritudinem amas, & vis esse pulcher? Confitere. Nam confessio ipsa est pulchritudo. Fœdus eras, confitere vt sis pulcher. Peccator eras, confiterevt sis iustus. Fœdare te potuisti, formosum facere non potes. Sponsus autem noster fœdā amauit vt pulchrā faceret, quia non venit vocare iustos sed peccatores ad pœnitētiam. *Mat. 9.* Et ideo in principio primi libri de pœnitentia. *Tom. X. Lib. 50. Hom. Homil. 50.* Quā sit vtilis & necessaria pœnitentiæ medicina, facillimè homines intelligūt, qui se homines meminerūt. Magis enim iustificatus descēdit de tēplo Publicanus, peccatorū confessione sollicitus, quā Pharisæus meritorum suorum enarratione securus: quamuis & ipse gratias egerit Deo dicēs, *Luc. 18.* Gratias ago tibi, &c. Tamen ei prælatus est, qui de lōginquo stabat, nec oculos ad cœlū audebat leuare, sed pectus percutiebat dicēs, Deus propitius esto mihi peccatori. *Vilitatis cōfessio valet.* Non ille Pharisæus tā sua sanitate, quam morborū alienorum gaudebat cōparatione. Vtilius erat ei, quoniā ad medicū venerat, ea de quibus ægrotabat confitendo narrare, quā dissimulare de vulneribus suis, & de cicatricibus gloriari alienis. Non ergo mirum quod publicanus magis curatus abscessit, quē nō puduit ostendere quod dolebat. In rebus quippe visibilibus, vt excelsa quisque contingat, in excelsum erigitur. Deus autem cum omnium sit excellentissimus, non elatione, sed humilitate contingitur. Solus Deus arrogans non est, quantacunque se prædicatione laudauerit. Non se arbitretur ab oculis Dei abscondi quantacunque superbia. Deus enim cognoscit excelsa: Nec se rursus Deo coniunctam putet, excelsa enim à longe cognoscit. *Tom. VIII.* Debet autem fieri confessio cum securitate obtinendi indulgentiam. super Psal. lxxiiij. Confessus es non crudeli, non vltori, nō insidiatori. Cōfitere securus, quoniam est bonus. Quid times confiteri? Bonus est Deus, ignoscit confitēti. Time cōfiteri iudici homini, ne forte cōfessum puniat. Deo noli timere confiteri, sed eū fac confitendo propitiū, quē negando non facis ne-

A scium. Diffusius dicit super Psal. lxvj. *Tom. eod.* Tuā iniquitatem confitere, gratiā Dei confitere. Te accusa, illū glorifica: te reprehende, illū lauda: vt & ipse veniens inueniat te punitorem tuū, vt exhibeat se tibi saluatorem tuū. Quid times confiteri Deo: ne fortè cōfessum damnet? Si nō confessus lates, confessus damnaberis. Times cōfiteri, qui non cōfitendo esse nō potes occultus: damnaberis tacitus, qui posses liberari confessus. Ad hoc exigit cōfessionem, vt liberet humilem. Ad hoc damnat non confitentem, vt puniat superbū. Ergo tristis esto antequā cōfitearis, confessus exulta quia sanaberis. In ser. j. de confess. Cōfessio peccatorum timenda hominibus semper visa est: sed apud hominem iudicem. Nam sæpissimè flagellis, & quibuscūque verberibus, vngulis quo-

B que & ignibus agitur: vt eruatur oris cōfessio: vt *Confessio in iudicibus.* aliquando sic cedāt membra tormentis, vt prius corporis cōpago soluatur, quam doloribus animus, vt secretum facinoris propaletur. Instant carnifices, crebescunt omnia genera tormentorum, sed frustra. Laniando aperiuntur viscera, cum clauditur negando conscientia. Cur autē in tantis cruciatibus homines timent confiteri, nisi quia cōfessi solēt puniri? homini ergo iudici qui confessus fuerit punitur: sed Deo qui cōfitetur, liberatur. Quærit homo ab homine, quia ignorat, Deus omnia nostra nouit, nec quærit vt sciat, sed vt tu peccatum cognoscendo, à te puniatur, & ab illo cognoscendo soluatur. Dic ergo iniquitates tuas, vt iustificeris. Si times confiteri homini iudici, quia malus est, quia seue-

C ritatem legis implere compellitur: confitere Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Libro quinquagesimo Homi. *Homil. 46. Tom. X.* Cōfitemini domino, fratres charissimi, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Remedia purgandi facinoris Spiritusancto astruente didicimus, non aliter veniam posse mereri, nisi nostra facinora Deo iubente fuerimus confessi. Quid enim cælat peccator quod Deo teste commisit? Quid erubescit fateri, qui peccatis non erubuit coinquinari? Diluat ergo confitendo, quod peccando infecerat, satisfactione abluat, quod delictorum maculis sordidauerat. Sit cautior post delictum, qui ante fuit segnior. Sequatur bonis actibus Christum, qui in malis diabolum sequebatur. Confi-

D temini, inquit, Domino quoniam bonus. Non vult vlcisci malitiam, qui confiteri peccata persuadet. Optat absoluere confitentes, ne cōtumaces punire cogatur. Quare admonitio Dei te faciat sollicitum, ne seueritas faciat punitum.

In tractatu de visitatione infirmi, sermone secundo. *Cap. 5. Tom. IX.* Heu cur erubescis confiteri, quod facere nequaquam erubuisti: melius est coram vno aliquantulum ruboris tolerare, quam in die iudicij coram tot millibus hominum, graui repulsa denotatum tabescere. Confessionem propala, quoniam ita tibi remittetur iniquitas tua: Et *Psal. 31.* beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Peccati quoque cōfessio,

peccati est damnatio. Pœnitentia verò, confessionem parit vtilem. Odium quoq; peccatis adhibendum est, quoniam peccatorum amicus, animæ suæ est inimicus. Et perfecto odio odienda sunt peccata: quoniam sunt nobis inimica. Momentaneas autē peccatorū illecebras, quæ ad momentaneā oris cōfessionē possunt adnullari, pro quorū adnullatione æternā possidebis requiem, per thesaurizationē in cruciatū ibis infernalem, nolle destruere cū possis, extremæ dementiæ est. Cōfitere ergo chare mi nomine tenus quæ te remordent flagitia, detege specialiter quæ scis esse quotidiana, specialia de quibus non fuisti mundus, saltē cogitatione in collecta generali appone, sicque ex indulgentia cōfide. Iam verò sacerdote consulto, ad eū referēda sunt tua delicta, & ipsi iam erunt præsentanda: Non enim talis præsentatio erit infructuosa. Et quod forsitan oblitus prætermiseras, debitoribus tuis ex corde dimitte debita sua, & omnes homines in Deum dilige propter Deū.

Tom.IIII. Et debet facere cōfessionē per seipsum immediate, lib. de vera & falsa pœnitentia, c. x. Corporali pręsentia confitēda sunt peccata, non per nunciū, non per scriptum manifestanda. Sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa, partē habet remissionis.

Tom.VIII. Debet confiteri sub proposito non relabendi. super Psal. xxxvij. Ne securus sis cū cōfessus fueris peccatū tuum, tāquam semper præparatus ad confitendum & committendum peccatum. Sic pronuntia iniquitatem tuā, vt curam geras pro peccato tuo, id est, dare operam, vt sanetur. Hoc est enim curā gerere pro delicto, semper niti, semper intendere, semper studiosè & sedulo agere, vt sanes peccatū. Ecce de die in diem plangis peccatum tuum, sed fortè lachrymę currunt, & manus cessant. Fiant eleemosynæ, redimantur peccata, gaudeat indigens de dato tuo, & tu gaudeas de dato Dei. Eget ille, eges tu. Ergo releua indigētis inopiā, vt impleat Deus interiorem mentem tuā. Hoc est, curam geram pro peccato meo. i. faciam omnia quæcunque facienda sunt, ad abolendū & sanandum peccatum meū.

Cap. 49. Tom. VI. Libr. de sancta virginitate. Nemo à peccato tanquam rediturus abscedat: nec se huiuscemodi quasi societatis pacto, cum iniquitate cōstringat: vt eam cōfiteri magis, quam cauere delectet. *Cap. 50.* Sed quia etiam satagentibus vigilātibus ne peccent, subrepunt quodammodo ex humana fragilitate peccata, quamuis parua, quāuis pauca, non tamen nulla: & eadem ipsa magna fiunt & grauia, si eis superbia incrementum pondúsque adiecerit: à sacerdote quē habemus in cœlis, si pia humilitate perimantur, tota facilitate purgātur.

Cap. 14. Circunstantię peccatorū. Debet fieri confessio integra, secundū omnē circunstantiam peccati. Lib. de vera & falsa pœnitentia. Qui confitetur, consideret qualitatē criminis, in loco, & in tempore, & in perseuerātia, & in qualitate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione.

Lib. 2. cap. 4. Tom. IX. Dicit hoc diffusius libro & sermone supradicto de visitatione infirmi. Sunt quidam qui sufficere sibi ad salutē autumāt, si soli Deo, cui nihil est occultū, & quem nullius cōscientia latet, sua confiteantur crimina. *Non solis sed sacerdotibus confitendum. Vicarii.* Nolunt enim, aut erubescunt, siue dedignantur ostendere suis sacerdotibus: quos tamen inter leprā discernere per legislatorē cōstituit Dominus. Sed nolo vt ipsa decipiaris opinione, quatinus confundaris confiteri corā Dei vicario, tabescens præ rubore, vel ceruicosus præ dedignatione. Nā ipsius humiliter subeundū est iudicium, quem Deus sibi non dedignatur esse vicariū. Ergo ad te venire roges sacerdotem, & fac ipsum conscientiarū tuarū penitus participem. Non seducat te illa somniātium superstitio, quæ in visitando confirmat, quia saluat sacerdotem in consulto ad Deū peccatorum confessio. Nos autē non abnegamus quin sit ad

B Deū frequenter deferenda peccatorū confessio. Beatus enim qui tenebit & allidet paruulos vel maximos suos ad Petrā, Petra autē Christus est: sed detestamur & detestatur illud sacra doctrina. *Luc. 17.* Vade, inquit, ostende te sacerdotibus. Respōsum est Diuinū. *Iac. 5.* Et confitemini alterutrū peccata vestra, inquit Apost. Iacob. Cicatricum ergo tuarū arbiter Dei vice, adhibeatur presbyter, & reuela ei vias tuas, & ipse exhibebit tibi antidotū reconciliationis. *Cap. 5.* Neq; sicuti quidā faciunt, cum quadā calliditate alloquaris presbyterū: quoniā talis alloquutio, tui ipsius foret deceptio. Accedunt siquidē deceptuosi ad sacerdotes. Ego, inquit, peccator Domine sacerdos peccaui, periurando, adulterādo, fornicando, hominē occidēdo, sacrilegiū cōmittendo, furando, rapiēdo, hæc

C omnia cōmisi, mea culpa, vel opere, vel volūtate. Ita isti Deū irridentes, tamen nō irridetur. Cōfitentur quæ non fecerunt. interpolantes, reuelata velantes, vt sit idē in eodē & peccatū denudasse, & denudatū obūbrasse: de quo sacerdos tunc incertior redit, cum certa incertè audierit. O quàm bene & iustè huiuscemodi versutiis sacerdos ille consuleret, si his omnibus quæ audiuit, iudicium suū apponeret, & quasi reū de omnibus, cōpetenti correctione mulctaret, qui se de omnibus nihil excipiens, & nihil ex nomine detegēs, semet infamando aggressus est, & non esset tunc ei remedij locus, quod esset, si prius vulnera, liuores, plagas tumentes, sibi sigillatim prout grauibus visceribus instabāt, euiscerasset. Tu verò fili mi, non ita facias, quia saniori cōsilio crediturus es.

D Astātē corā te sacerdotem, Angelū Domini existima, & cum qua & Deum & Angelum eius decet reuerētia, Dei ministrum affare. Aperi ei penetrabilium tuorū abditissima latibula, & conscientiarum verecundarū penitiora reuela repagula. Non te pudeat coram vno dicere, quod te non puduit forsitan coram multis facere. Nam humanum est peccare, Christianū à peccato desistere, & diabolicum est perseuerare. Ergo quæ mentem grauius exacerbant facinora, Dei Angelo manifesta: nihil obscurum dicas, culpam nullis ambagibus inuoluas, nullis circumitionibus quod verum est operias. Designanda sunt etiam in quibus peccasti loca, si recordaris,

cordaris, & tempora, quibus peccasti modis, qua ætate, quo gradu Ecclesiæ iam inseruiebas, vtrũ semel, aut ex consuetudine, vtrum ex necessitate, aut ex voluntate, vel nescientia cecidisti. His enim omnibus modis sua instãt iudicia. Si enim in iudiciis sæcularibus, à locis loca discernũtur: quia alia censura iudicatur homicidium in regis curia, alia in via publica, alia in agresti villa: aliquando pro tempore ignoscitur infantię, defertur aliquando senectæ, quæ media deferuet ætas, seuera cohibetur habena. In solennibus natalitiis principũ præcipuè perpetrata, feroci plectũtur exterminio facinora. Sic & cætera quanto di strictioribus eliminanda sunt animaduersionibus, si in locis Deo sacratis, in temporibus festis Deo dicatis, etiam ætate discretiori, in personis proprie Deo delegatis, in gradibus cõmissa sublimioribus. Nõne cui plus committitur plus ab eo exigitur? Nonne minus est hominẽ occidisse, quã homines? Nonne leuius est semel deliquisse, quam centies? Nonne celeriorẽ consequitur veniam ex necessitate cecidisse, quam ex voluntate? Et quamuis vbicũque peccetur, sit peccatum, & nullum tempus, nulla ætas, nulla persona, nullus locus excusat peccantem à peccato, tamẽ hęc omnia modo suo discutienda sunt: quoniam hęc omnia corripienda & corrigẽda sunt. Hæc omnia si taceantur, vel dicta calliditate pallientur, animam iugulant: si denudentur, cum pœnitentia euanescunt. In nihilum redigenda peccata ordine competenti prosequere: imo viriliter extirpare contende. Ponit insuper alias circunstãtias, libro de vera & falsa pœnitẽtia. Defleat virtutẽ, qua interim caruit. Dolendum est enim & dolore purgãdum, non solùm quia peccauit, sed etiam quia se virtute priuauit. Nam licet se speret consequuturum veniam, dolere tamẽ potest, quia non promeruit vnde remunerari confidat. Doleat etiam, quoniam in vno offendens, factus est omnium reus: ingratus enim extitit, qui plenum virtutibus Deum non timuit. In hoc enim quisq; peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior: ideo Adam enim plus peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendẽs, in vno est reus omnium: quia omnis virtus detrimentum patitur ab vno vitio. Vnde omnis virtus cuicunque crimini deflenda est: ideo & de omnibus indulgentia petenda. Animaduertere etiã oportet, & animaduertẽdo deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, vel ereptam in malo cõfirmauit: etiam quod exẽplum extitit mali in operatione sui criminis, cui magis profuisset, si aliis fuisset causa conuersionis. Gemat itaq; aliorum vitam non conseruatã, vel corruptã in sua, & cõmodum proximi quod dedisset exemplo boni. Et non solum cogitet quid & qualiter fecerit, sed etiam quam iniustè Deum peccando offenderit. Ideo quo ad omnia confessio debet esse perfecta & integra in eod libro. Debet dolere de crimine, & de omni eius varietate. Credo quod ille qui dixit, Quacunq; hora peccator ingemuerit, & conuersus fuerit, vita

Cap. 14. Tom. IIII. — *Omnis virtus ab vno vitio detrimentum patitur.* — *Cap. 17.* — *Eze. 33*

A viuet. Dixit conuersum, non tantũ versum vita viuere. Versum quidem puto, qui dolet de crimine: conuersum, qui dolet de eius varietate. Vertitur à peccato, qui iam vult dimitterre peccatũ: cõuertitur totus, & omnino vertitur, qui nõ pœnas tantum timet, sed ad bonum tẽdere festinat. Quæ cõuersio si cõtigerit alicui, etiã in fine, non est desperãdum de eius salute & remissione. Sed quoniam vix vel raro est tam iusta conuersio, timendum est de sero pœnitente: quem enim morbus vrget, pœna terret, ad veram vix venit satisfactionem, maximè cum filij quos illicitè dilexerit, sint præsentes, vxor & mundus ad se vocent. Multos solet serotina pœnitentia decipere. Sed quoniã Deus semper est potẽs, semper potest & in morte iuuare sicut placet. Cum itaq; opus sit
B non hominis, sed Dei fructifera pœnitẽtia, inspirare eam potest. Ideo lib. de vera innocentia. Bona est peccati confessio, si & curatio cõsequatur. Nã quid prodest detegere plagã, & nõ adhibere medicinam? Vnde pro cõfessione debet quæri sacerdos bonus, lib. de vera & falsa pœnitentia, c. x. Qui cõfiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem ligare & soluere: ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo qui eũ misericorditer monet & petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Ibid. Qui confitetur, omnino sacerdoti meliori quã potest confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficit referre in notitiã sacerdotis, vt grata sit oblatio muneris. Lib. de salutaribus documẽtis. Sacerdos sapiens vt perfe
C ctus medicus, primum scit curare peccata sua, & postea aliena vulnera detergere & sanare, & non publicare. Hos sequamur, perquiramus, & cũ talibus consilium salutis nostræ ineamus: vt non perdamus hæreditatem cœlestem, quam nobis Dominus ab initio mundi præparauit. Sed qualis debeat esse sacerdos. Libr. de vera & falsa pœnitentia. Sacerdos omnis cui confitetur peccator, ante quem statuitur omnis lãguor, in nullo corũ sit iudicandus, quæ in alio iudicare est prõptus. Iudicans enim alium qui est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat igitur se, & purget in se quod alios videt sibi offerre. Caueat ergo vt à se abiecerit quicquid in alio damnosum reprehenderit. Animaduertat quoniam scriptum est, Qui sine peccato est, prius in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatricem,
D quia non erat qui iustè in eam mitteret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Infra subdit. Caueat spiritualis iudex, vt sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet vt spiritualis iudex sciat cognoscere, quod debeat iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, vt quicquid debet iudicare, discernat. Diligẽs igitur inquisitor & subtilis inuestigator, sapienter & quasi astutè interroget à peccatore quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus.

Versio, Conuersio. — *Sera pœnitentia malè secura.* — *Cap. 101. Tom. III.* — *Tom. IIII. De pœnit. distinct. 6. ca. Qui vult.* — *Cap. eod.* — *Cap. 52. Tom. IIII.* — *Cap. 20. Tom. IIII.* — *Eod. cap.* — *Clauis scientię.*

A Quibus cognitis, adsit beneuolus paratus erigere, & secum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate. Adiuuet confitentem orando, & semper eũ iuuet leniendo, spem promittendo, eleemosynas faciendo, & cætera bona pro eo agendo. Consolando, & si opus fuerit etiam increpando: doceat loquendo, instruat operando. Sit particeps laboris, qui vult fieri particeps consolationis. Doceat perseuerantiam, caueat ne corruat, ne iustè perdat potestatem iudiciariam.

Tali sacerdoti subiiciendum est humiliter, in eodem libro, cap. x. Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recuperanda vita animæ, quæcunque faceret pro euitanda corporis morte: & hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam vt est Deus. Cum omni enim gaudio debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differẽda morte moriturus. *Tom. X.* Libro 50. Homil. homil. xij. in fine. Nos si verè spirituales medici sumus, & de animarum nostrarũ remedio attentius cogitamus, non debemus palpare quenquã, nec vos, nec nos. Confiteamur peccata nostra, nõ excusemus. Tu fecisti, tu reus es. Tu confitere, tibi ignoscitur. Si autem dicas, Non ego feci. Vbicunque verbis excusare volueris peccatum tuum, manet in te. Et non illud tantummodo quod fecisti, sed etiam huius superbiæ quod confiteri noluisti.

In sermone ij. de cõfessione. Leuiora & quotidiana nostra peccata, non illis sunt recitanda & referenda, qui nulla sacra religione coërcentur, & quibus ea displicere non cognoscuntur: Sed eis, qui amore Dei, & timore gehennæ, pro suis & fratrum delictis, supernam pietatem exorare noscũtur. Criminalia verò gesta, & quæ vidẽtur hominibus leuiora, sacerdotibus Christi sunt secundum Ecclesiastica documenta pandẽda: quibus commissum est eadem discernere, & secundum discretionem patratores eorum cum moderamine iudicare.

Tom. VIII.

CONFIDENTIA. Nõ est confidẽdum nisi in Deo solo. super Psal. xxiiij. Deus meus in te confido nõ erubescam. Quia ex eo quod in me confidebam, perductus sum vsque ad istam infirmitatem carnis. Et qui deserto Deo sicut Deus esse volui, à minutissima bestia mortem timens, de superbia mea irrisus erubui. Iam ergo in te, non in me, confido, ideo non erubescam. *Cap. 25. Tom. IX.* Libro soliloquiorum ad Deum. Domine Deus virtus salutis meæ, sperabam in virtute mea, quæ tamen non erat virtus. Et cum sic volui currere, vbi magis stare credebam, ibi magis cecidi: factúsque sum magis retro & non ante, & quod credebam consequi, longius elongatum est à me. Sic per multa similia vires meas probans, cognosco nunc quoniam illuminasti me: quoniam quod magis posse credidi per me, minus semper potui. Dicebam enim, hoc faciã, id perficiam, nec hoc, nec illud faciebam. Aderat voluntas, non erat facultas: Aderat facultas, aberat voluntas: quoniam de meis viribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi pater cœli & terræ, quoniam non in fortitudine sua roborabitur vir, vt nõ glorietur ante te stulta præsumptione omnis caro. Non enim est hominis velle quod possit, aut posse quod velit, vel scire quod velit & possit: sed potius à te gressus hominis diriguntur. Illorum, inquam, qui non à se, sed à te dirigi confitentur. Obsecramus itaque per viscera misericordiæ tuæ, vt velis Domine saluare quod creasti: quoniam si vis, potes nos saluare, & in tua voluntate virtus est nostræ salutis.

Voluntas & facultas non semp simul.

Sed nec de intellectu vel mente est confitendum, quod veritatem possit scire sine Deo. in Epistola ad Macedonium. *Tom. II. Epist. 52. Salubris entigd... oratio ... lis.* Quædam acutissima & excellentissima ingenia, tanto in maiores errores ierunt, quanto præfidentius tanquam suis B viribus cucurrerunt: nec suppliciter ac veraciter Deum, vt viam sibi ostenderet, petierunt. Si ergo nos virtus vera delectat, ei dicamus, quod in sacris literis legimus. Diligã te Domine virtus mea. Et si verè beati esse volumus, quod nolle non possumus, id quod in eisdem literis didicimus, fido corde teneamus. Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, non respexit vanitates & insanias mendaces. Quanta est autem vanitas, quanta insania, quantúmque mendacium, hominem mortalem ærumnosam vitam mutabili spiritu & carne ducentem, tot peccatis oneratum, tot tentationibus subditum, tot corruptionibus obnoxium, pœnísque iustissimis deputatum, in seipso confidere, vt beatus sit, quan- C do nec id quidem quod habet in naturæ suæ dignitate præcipuum, id est, mentem atque rationem, potest vindicare ab erroribus, nisi Deus adsit lumen mentium.

CONFVSIO. Distinguitur de confusione, in Epistola ad Vincentium, circa finem. *Tom. II. Epist. 48.* Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque prauam mutare sententiam, ne aut inconstans putetur, aut diu errasse seipso iudice teneatur. Confusio autem adducit gratiam & gloriam, cum erubescit quisque de propria iniquitate, & pœnitendo in melius commutatur.

Vnde qui nolunt hîc confitendo confundi, in iudicio confundẽtur. super Psal. xxx. ser. j. *Tom. VIII.* Est D quædam confusio temporalis & vtilis, id est, perturbatio animi respiciẽtis peccata sua, respectione perhorrescentis, horrore erubescentis, erubescentia corrigẽtis. Vnde dicit Apostolus. Quam gloriam habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? *Rom. 6.* Hanc confusionem nõ formidet Christianus, imo si hãc nõ habuerit, æternam nõ habebit, *Sap. 5.* quæ erit quando fiet illud quod dictũ est. Et tra- *Matt. 25.* ducẽt eos ex aduerso iniquitates eorũ. Et omnis grex malus ad sinistram, tãquã hœdis ab ouibus separatis, audient. Ite in ignẽ æter. &c. Super Psal. lxxxv. *Tom. VIII.* In iudicio confundentur perniciosè: qui modo nolunt confundi salubriter. Confundantur ergo modo, & accusent vias suas malas,

las & teneant viam bonam, quia nemo nostrum viuit sine confusione, nisi prius cōfusus reuiuiscat. Præbet illis Deus modo aditum salubris confusionis, si non contemnant medicinam confessionis. Si autem modo nolunt confundi, tunc confundentur, quādo deducet eos ex aduerso iniquitas eorum. Videtis ergo nunc esse & modo, confusionem salubrem in loco pœnitentię, tunc autem seram, inutilem, & infructuosam. In sermone de timore. Conuertentur & confundētur. Quis non iudicet esse iustissimum, vt qui hîc conuersionem noluerunt habere: confusionem ac pœnas habeant in æternum?

Cap. 43. Tom. III.

CONGREGATIO. Quod in eadē congregatione simul sunt boni & mali in mundo isto, vsque ad iudicium. Lib. de fide ad Petrum, parte secūda. Firmissimè tene, & nullatenus dubites aream Dei esse catholicā Ecclesiam, & intra eam vsque in finem sæculi, frumento mixtas paleas contineri: hoc est bonis malos sacramentorum communione misceri. Et in omni professione, siue clericorū, siue monachorum, siue laicorū, bonos esse simul & malos: nec pro malis bonos deserēdos, sed pro bonis malos inquantum exigit fidei & charitatis ratio, tolerandos, id est, si in Ecclesia nullius perfidię semina spargunt, vel fratres ad opus malum mortifera imitatione non ducunt: nec posse aliquē inter Ecclesiam catholicam rectè credentem benéque viuentem, alieno vnquam maculari peccato, si cuiquam peccanti, nec consensum præbeat, nec fauorem. Vtilitérque malos à bonis intra Ecclesiam tolerari, si hoc cum eis bene viuendo & bene monendo agatur, vt vidētes, & audientes quæ bona sunt, mala sua respuant, & iudicandos se à Deo pro suis malis operibus contremiscant, atque ita præueniente dono gratiæ de suis iniquitatibus confundantur, & ad bonam vitā per Dei misericordiam conuertantur. Bonos verò à malis intra Ecclesiam duntaxat catholicam constitutis, nunc debere operū dissimilitudine separari: vt cum quibus communicant Diuina sacramenta, non habeant mala opera, quibus illi sunt criminosi, communia. In fine verò sæculi, bonos à malis etiam corpore separandos, quando veniet Christus habens ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili: quando per iudicium iustum, segregabit iustos ab iniustis: bonos à malis: rectos à peruersis: bonos constituet à dextris, malos à sinistris: & ex eius ore iusti æterníque iudicij sempiterna atque incommutabili prolata sententia, iniqui omnes ibunt in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam: Iniqui semper arsuri cum diabolo, iusti autem regnaturi sine fine cum Christo. Propterea libro tertio contra Cresconium grammaticum. (Cap. 35. Tom. VII.) Ecclesiam teneo plenam tritico & palea. Vbi mihi licet in melius commutari, non mihi opus est inde separari. Si quos tales in sacramentorum communione cognouero, & verbo & disciplina Domini emendo quos possum, tolero quos emendare non possum. Fugio paleam, ne hoc sim, non aream, ne nihil sim. Et infra. Non tātum hæreticis, verùm etiam cæteris hominibus malis, plenus est orbis, quia & sanctis ac fidelibus Dei seruis, plenus est orbis: quia & mare plenum est amaris fluctibus, plenum est & dulcibus piscibus. (Cap. 66.) Et infra. Quomodo iidē sunt pauci qui multi? Neque enim alterum horum est verum, alterum falsum, cum sit vtrunque Diuina authoritate prolatum, nisi quia iidem ipsi boni verique Christiani, qui per seipsos multi sunt, in comparatione malorum falsorúmque iidē pauci sunt. (Grex Christi pusillus.) Sic multa grana quibus horrea magna complentur, pauca dicimus, in comparatione palearum. Sic etiam, vt de ipso Dei testamento dicam, quod factum est ad Abraham de semine eius, quod est Christus, multæ sunt stellæ quas numerare non possumus, quibus tam grande cœlum vndique circumfulget, paucas dicimus in comparatione arenæ maris. Fortè stellæ significant spirituales Christianos, maris autem arena carnales, per quos & ex quibus etiam hæreses & schismata sunt: vtroque tamen genere plenus est mundus. Et libro quarto contra eundem. (Cap. 26.) Discamus frumentum esse, nec aream Dominicam propter palearum commixtionem deserere: pisces boni esse, nec propter commixtionem malorum disruptis retibus foras ire: vasa esse misericordiæ in honorem facta, atque mundata, nec propter vasa perditionis & contumeliæ de domo magna fugere. Nulla enim causa in vtrorunque temporali congregatione ac permistione laudabiliter tolerantur mali, nisi ne damnabiliter deserantur boni. Libro tertio contra Epistolam Parmeniani. (Cap. 1. Tom. VII.) Malis malus misceri potest, bonus autem nullo modo: quamuis in vna cum eis congregatione versetur. Quod si congregatione religiosorum, idem est: sed qui boni sunt, habentur optimi, & qui mali, pessimi. in Epistola ad clerum & seniores plebis Ecclesiæ Hipponensis, (Tom. II. Epist. 137.) quamuis aliter allegetur in Decretis, distinctione quadragesima septima. Quantumlibet. Quantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quam arca Noë, vbi tamen inter octo homines reprobus vnus est: Aut melior sit quam domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: Aut melior sit quam domus ipsius Iacob, vbi lectum patris filius incæstauit: aut melior sit quā Domus Dauid, cuius filius cum sorore concubuit: cuius alter filius contra patris tam sanctam mansuetudinem rebellauit: (Vbique locorum boni & mali.) Aut melior sit quam cohabitatio Apostoli Pauli, qui tamen si inter omnes bonos habitaret, non diceret, Foris pugnæ, intus timores: nec diceret, cum de sanctitate & fide Timotheo loqueretur, Neminem habeo qui germane de nobis sollicitus sit, omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi: (Phil. 2.) Aut melior quam cohabitatio

ipsius domini nostri Iesu Christi, in qua vndecim boni perfidum Iudam tolerauerũt: aut melior sit postremo, quam cœlum, vnde Angeli ceciderunt. Simpliciter fateor charitati vestræ coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo seruire Deo cœpi, quomodo difficile expertus sum meliores quam qui in monasterio profecerũt, sic nec deteriores quam qui monasteriis ceciderunt, vnde hinc arbitror
Apoc. 22. in Apoca. scriptum esse. Qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Quapropter & si cõtristamur de aliquibus purgamentis, consolamur tamen de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcã qua oculi vestri offenduntur, torcularia detestari, vnde apothecæ Dominicæ fructu olei luminosioris implentur. Lib. de vera innocentia. Gaudendum est bonis Ecclesiæ filiis, eo quod in discretione illorum non fallitur Diuina iustitia, quia non temere diuidunt congregatos: quia ipsorum est velle colligere, Domini spargere.
Tom. III.

CONIVGIVM. Causa coniugij, Libro sexto confessionum. Coniugale decus, in officio regendi matrimonij, & suscipiendorum liberorum, debet duci. Cap. 12. Tom. I.

Libr. iiij. contra Iulianum. Hæc est & esse debet piorum coniugum intentio, vt regenerationi generatio præparetur. Debet in coniugio esse amor socialis: libro de bono coniugali. Cap. 1. Tom. VII. Cap. 1. Tom. VI. Quoniam vnusquisque homo humani generis, pars est, & sociale quiddã est humana natura, magnúmque habet & naturale bonum, vim quoq; amicitię. Ob hoc ex vno voluit Deus omnes homines condere, vt in sua societate, non sola similitudine generis, sed etiam cognationis vinculo tenerentur. Prima itaque naturalis humanæ societatis copula, vir & vxor est: quos nec ipsos singulos condidit Deus: & tanquã alienigenas coniunxit, sed alteram creauit ex altero: signãs etiã vim coniunctionis in latere, vnde & illa detracta, formata est. Lateribus enim sibi cõiunguntur, qui pariter ambulant, & pariter quò ambulant intuentur. Consequens est connexio societatis in filiis, qui viuis honestus fructus est, non coniunctione maris & fœminæ, sed concubitus.

Cap. 3. In eodem. Bonum est coniugiũ. Quod etiam Dominus in Euãgelio confirmauit, non solum quia prohibuit dimittere vxorem, nisi causa fornicationis: sed etiam quia venit inuitatus ad nuptias. Cur sit bonum meritò quæritur. Quod nõ mihi non solummodo videtur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam naturalem in diuerso sexu societatem: alioquin non iam diceretur cõiugium in senibus, præsertim si vel amisissent filios, vel minimè genuissent: nũc vero in bono licet annoso coniugio, etsi emarcuit ardor ætatis inter masculum & fœminam, viget tamen ordo charitatis inter maritum & vxorem: quia quanto meliores sunt, tanto maturius à commixtione carnis suæ pari consensu se continere cœperunt: non vt necessitatis esset postea non posse quod vellẽt, sed vt laudis prius Bonum coniugium.

esset noluisse quod possent. Vnde & ante peccatum fuit coniugium. Libr. j. de Genes. contra Manichæum. Erat prius ante peccatũ casta coniunctio masculi & fœminæ: huius ad regendum, illius ad obtemperandum accomodata: & spiritualis fœtus intelligibilium & immortaliũ gaudiorum replens terram, id est, viuificans corpus: & dominans eiusdem, id est, ita subiectum habens, vt nullam ex eo aduersitatem, nullam molestiam pateretur. Debent coniuges esse honestiores. Libro de bono coniugali. Nostros qui coniuges habent, quantum possumus admonemus, vt nec libidinis sermonibus, nec carnalibus motibus acquiescant: eósque in concubitu vltra generandi necessitatem prolabi, aut progredi se non sinant: quantum ordo naturæ, & quantum morum consuetudo, & quantũ legum scita præscribunt. Vnde in ser. vj. de natiuitate Domini. Vos qui coniuges habetis moneo, vt castè habeatis. Nam & Helizabeth quæ longęuis temporibus castè cum marito vixerat, & ambo fideles ante Deum fuerant, meruit iam de mortuo semine, habere filium: qui & sanctitate parẽtes ornaret, & prædicatione multos infideles conuerteret. Quia vt dicit lib. vj. confess. Multi magni viri & imitatione dignissimi, sapientiæ studio cum coniugibus dediti fuerunt. Ad honestatem ex coniugio inducũtur. Lib. de bono cõiugali, ca. iij. Habent etiam id bonum coniugia: quod carnalis vel iuuenilis incontinentia, etiam si vitiosa est, ad propagandæ prolis redigitur honestatẽ: vt ex malo libidinis, aliquid boni faciat copulatio coniugalis. Deinde quia reprimitur, & quodammodo verecundius æstuat concupiscentia carnis, quam tẽperat parentalis affectus. Intercedit enim quædam grauitas feruidæ voluptatis, cum in ea quod sibi vir & mulier adhærescunt, pater & mater esse meditantur. Et ideo libro primo de peccatorum meritis & remissione, & baptismo paruulorum. Omnem hominem separari à Deo, nisi qui per mediatorem Christũ reconciliatur Deo, nec separari quenquam nisi peccatis intercludentibus credendum est posse. Non ergo reconciliari nisi peccatorũ remissionem per vnam gratiã misericordissimi saluatoris, per vnam victimã verissimi sacerdotis, ac sic omnes filios mulieris, quæ serpenti credidit, vt libidini corrũperetur, non liberari à corpore huius mortis, nisi per filium virginis, quæ Angelo credidit, vt sine libidine fœtaretur. Bonũ ergo cõiugij nõ est feruor cõcupiscẽtiæ, sed quidã licitus & honestus illo feruore vtẽdi modus, propagandæ proli, nõ explẽdæ libidini accomodatus. Quod igitur ĩ mẽbris corporis mortis huius inobediẽter mouetur, totúmq; animum in se deiectum conatur attrahere, & neq; cũ mens voluerit exurgit, neque cum mens voluerit conquiescit, hoc est malum peccati, in quo nascitur omnis homo. Cũ autẽ ab illicitis corruptionibus refrenatur, & ad solã generis humani sobolẽ ordinatè propagandã permittitur, hoc est bonũ coniugij p qđ ordinata societate nascitur: sed nemo renas

Cap. 19. Tom. I. Cap. 24. Tom. VI. Cap. 11. Tom. I. Tom. VI. Cap. 16. Tom. VI. Cap. 10. Dist. boni & libid.

renaſcitur in Chriſto, niſi prius naſcatur in peccati corpore. Sicut autem malè bono vti malum eſt, ſic benè malo vti bonum eſt. Duo igitur hęc, bonũ & malum, & alia duo, vſus bonus & vſus malus ſibimet adiuncta quatuor differentias faciunt. Bene vtitur bono, continentiam dedicans Deo: malè vtitur bono, continentiam dedicans idolo. Malè vtitur malo, continentiam relaxans adulterio: Bene vtitur malo, cõcupiſcentiam reſtringens connubio. Sicut ergo melius eſt bene vti malo quam bene vti bono, cùm ſit vtrunque bonum: ita qui dat virginem ſuam benefacit, & qui non dat nuptui melius facit. Vnde coniugium minuit excuſátque peccatum. Lib. de bono coniugali, cap. vj. Quicquid inter ſe cõiugati immodeſtum inuerecũdum ſordidúmque gerunt, vitium eſt hominum, non culpa nuptiarũ: nec illud propter nuptias amittitur, ſed propter nuptias ignoſcitur. De ipſo carnali debito. in eodem lib. Debent ſibi coniugati, non ſolum ipſius ſexus ſui commiſcendi fidem, liberorum procreandorum cauſa, quæ prima eſt humani generis in iſta mortalitate ſocietas: verumetiam infirmitatis inuicem excipiendæ, ad illicitos cõcubitus euitandos, mutuam quodam modo ſeruitutem: vt etſi alteri eorum perpetua continentia placeat, niſi ex alterius conſenſu non poſsit. Ad hoc enim vxor non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: ſimiliter & vir non habet ſui corporis poteſtatem, ſed mulier: vt & quod non filiorum procreãdorum, ſed infirmitatis & continentiæ cauſa expetit, vel ille de matrimonio, vel illa de marito, non ſibi alterutrum negent: ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas, tentante Satana, propter incontinentiam vel amborum, vel cuiuſquam eorum. Coniugalis enim concubitus generandi cauſa nõ habet culpam: concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum coniuge, propter thori fidem venialem habet culpam: ac per hoc melior eſt ab omni concubitu continentia, quàm vt ipſe matrimonialis concubitus, qui fit cauſa gignendi. In eodem lib. Quia continentia meriti amplioris eſt, reddere verò debitum coniugale iuris eſt communis, exigere autem vltra generandi neceſsitatem, culpæ eſt venialis, fornicari porrò iure thori eſt puniendi criminis: cauere debet charitas coniugalis, ne dum ſibi quærit vnde amplius oneretur, coniugi faciat vnde iuſtè damnetur. Qui enim dimittit vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari. Lib. primo de adulterinis coniugiis. Vxor non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: ſimiliter & vir non habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed mulier: hoc quomodo verum erit niſi quia nolente coniuge, nõ licet coniugi cõtinere? Lib. ij. eiuſdem. Filiorum propagatione compenſatur, quod incontinentiæ nubendo ceditur. Nam vtiq; incõtinẽtia vitium eſt, coniugium autem non eſt vitium. Et ideo fit per hoc bonum, vt illud veniale ſit malum. Cùm ſint nuptiæ cauſa generandi inſtitutę, ea cauſa fiebant à patribus, qui tantum officio

Cap. 6. Tom. VI. *Cap. eod.* *Cap. 7.* *Cap. 2. Tom. VI.* *Cap. 12. Tom. eod.* *Nuptiarum vſus in Patribus.*

A generandi fœminis, ſed non illicitè miſcebãtur: Erat enim tunc quædam propagandi neceſsitas, quæ nunc non eſt: quoniam tempus amplectendi, ſicut ſcriptum eſt, quod vtique tunc fuit, & tempus continendi ab amplexu, quod nunc eſt. De quo tempore Apoſtolus loquens, ait. De cætero fratres tempus breue eſt, nunc qui habent vxores, ſint tanquam non habentes. In eodẽ. Illicitè nanque & turpiter etiam cum legitima vxore concũbitur vbi prolis conceptio deuitatur. Quod faciebat Onam filiis Iudæ, propterea occidit illum Deus. Propagatio itaque filiorum, ipſa eſt prima, & naturalis, & legitima cauſa nuptiarum. Ac per hoc qui propter incontinentiã coniunguntur, non ſic debent temperare malũ ſuum, vt bonum exterminent nuptiarum, id eſt, B propagationem filiorum. Licitè in coniugio conuenitur à fidelibus. Lib. de fide ad Petrum, parte prima, cap. vlti. Sed in eo quod cõiugia nõ habent, non nuptiarum bonum, crimen eſſe exiſtimant, ſed continentiam iugem bonis nuptiis meliorem eſſe non dubitant. Iſto quam maximè tempore, quando dicitur de cõtinentia, Qui poteſt capere capiat. De nuptiis verò dicitur, Qui ſe non continet, nubat. In vno enim ordine virtus exoritur, in altero infirmitas remedio ſubleuatur. Vnde quia ægritudini ſemper eſt conſulẽdum, propterea ſi cui primo contigerit priuari coniugio, ſi voluerit ſecundas nuptias vel tertias inire, nullum de illis peccatum habebit, ſi eas caſtè ſeruauerit, id eſt, ſi vnus & vna legitimè duntaxat coniuncti, fidem ſeruant: vt nec C ille mulieri præter vxorem, nec illa viro præter maritum vllatenus miſceatur. In talibus & ſi fuerit aliquis coniugalis exceſſus, qui tamen legitimum non violet thorum, habebit nonnullum, ſed tamen veniale peccatum. Sed hoc illorum ſunt, qui nullam vouerunt continentiam Deo. Cæterum, quiſquis ſeipſum caſtrauerit propter regnum cœlorum, & in corde ſuo continentiam Deo vouerit, non ſolum ſi mortifero fornicationis crimine maculetur, verũetiam ſi aut vir vxorem accipere, aut mulier nubere voluerit, ſecundum Apoſtoli ſententiam, damnationem habebit &c. Sicut ergo ſecũdum Apoſtoli ſententiã, dignum eſt vt vir vxori debitum reddat, ſimiliter & vxor viro: quia ſi quis acceperit vxorem, non peccat: & ſi virgo nupſerit, non peccat: ita D ſecundum eiuſdem Apoſtoli dictum, qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſsitatẽ, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & vouerit continentiam Deo, debet etiam vſque in finẽ tota mentis ſollicitudine cuſtodire: ne damnationem habeat ſi primam fidem irritam fecerit. Similiter & coniugati viri vel coniugatæ mulieres, ſi ex conſenſu perennem Deo vouerint continentiam, nouerint ſe voti ipſius obnoxios detineri: nec iam ſibi debere commixtionem carnis, quam licitam primitus habuerunt, ſed Deo ſe debere continentiam quam vouerunt. Tunc enim vnuſquiſque regnum cœlorum, quod ſanctis promittitur, poſsidebit, ſi obliuiſcens quæ

1. Cor. 7. *Cap. eod.* *Gen. 38.* *Cap. 3. infin. Tom. III.* *Vota.*

retro sunt,& in anteriora extendens seipsum,secundum quod in Psalm.dicitur, Vouete & reddite Domino Deo vestro:quod scit esse licitum, & ad profectum melioris vitæ pertinere cognoscit,& libenter voueat,& celeriter reddat, & in hoc quod votum reddit,meliore semper conatu proficiat. Omni enim vouenti Deo & reddenti quod vouit,ipse quoque Deus ei reddet cœlestis regni præmia quæ promisit. Breuius hoc dicit in eodem libro,parte ij. Firmiter tene & nullatenus dubites, nuptias Diuinitus institutas & benedictas:& melius quidem esse,si quisquã sine coniugio sit,vt liberius atq; plenius cogitet quæ sunt Dei,quomodo placeat Deo: tamen qui continere non vouerũt,nullum esse peccatum, si vel mulier nubat,vel vir vxorem ducat. Nec solas primas nuptias à Deo institutas,sed etiam secundas & tertias,pro eorum qui se cõtinere nõ possunt,infirmitate concessas. Eis verò qui siue coniugati,siue à coniugio liberi,continentiam Deo vouerunt,admodum esse damnabile:siue illi cõiugale opus voluerint appetere,quo se nõ accessuros,vel illi repetere,à quo se recessuros,illi libera,isti cõmuni professi sunt volũtate. Vnde in coniugio sanctius viuitur, si continentia à carnali debito obseruetur. Lib.j.de sermone Domini in monte,cap. xiiij. Beatiora coniugia iudicanda sunt,quæ siue filiis procreãdis, siue etiã ista terrena prole contempta, continentiam inter se pari consensu seruare potuerint: quia neque contra illud præceptum fit, quo Dominus dimitti vxorem vetat. Non enim dimittit, qui cum ea non carnaliter,sed spiritualiter viuit: & illud seruatur quod secundum Apostolum dicitur. Reliquum est vt qui habẽt vxores, quasi nõ habentes sint. Vnde inter Ioseph & Mariam verum fuit coniugium absque carnali copula. Lib.ij.de consensu Euangeliorum,cap.j. Ioseph à coniugio Mariæ non est separandus, quamuis non ex eius concubitu,sed virgo peperit Christum. Hoc enim exemplo magnificè insinuatur fidelibus coniugatis,etiam seruata pari consensu continentia,posse permanere,vocarique coniugium,non permixto corporis sexu,sed custodito mentis affectu:præsertim quia nasci eis etiã filius potuit,sine vllo cõplexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est. Neque enim propterea non erat appellãdus Ioseph pater Christi,quia non eum concũbendo genuerat,quandoquidem rectè pater etiam eius esset, quem non ex sua coniuge procreatum aliunde adoptasset. Et qualiter coniugium Deo placeat,Lib.de bono coniugali. Quod ait Apostol. Quę innupta est,cogitat ea quę sunt Domini,vt sit sancta corpore & spiritu. Non sic accipiendũ est, vt putemus non esse sanctam corpore Christianam coniugem castam. Omnibus quippe fidelibus dictum est, Nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti? Sancta ergo sunt corpora coniugatorum, fidem sibi & Domino seruantium. Proinde illud dictum est,secundum ampliorem sanctitatem innuptarum quam nu-

Cap. 42. Tom. IIII. 1. Cor. 7. Tom. IIII. Ioseph pater Christi. Cap. 11. Tom. VI.

A ptarum. Præponitur aliquando coniugata virgini. Ibidem. Sicut nimiũ detestanda est, quæ continens est à nuptiis,id est, à re concessa, non se continet à delictis,vel luxuriæ,vel superbiæ, vel curiositatis:ita laudanda nupta est, quæ in ipso quoque obsequio coniugali,nõ cogitat nisi quomodo placeat Deo,ornando se, non in tortis crinibus,aut auro,& argento,& veste pretiosa,sed quod decet mulieres,promittens pietatem per bonam conuersationem. Idem lib. eodem. Sicut ieiuniis sacrilegorum meliora sunt prandia iustorum, ita nuptiæ iustorum anteponuntur virginitati impiorum: Verumtamen neque ibi prandium ieiunio,sed iustitia sacrilegio:neque hic nuptiæ virginitati, sed fides impietati præfertur. Est ipsum coniugium inseparabi-

B le. Lib. eodem. Tantum valet sociale vinculum coniugum,vt cum causa procreandi colligetur, nec ipsa causa procreandi soluatur:non enim potest dimittere sterilem vxorem. In eodem libro. Semel factum connubium in ciuitate Dei nostri,nisi etiam ex prima duorum hominũ copula, quoddam sacramentum nuptiæ gerunt, nullo modo potest nisi morte alicuius eorũ dissolui. Manet enim vinculum nuptiarum,etiam si proles cuius causa initum est,manifesta sterilitate non subsequatur. Dimissa vxore causa fornicationis,adhuc remanet vinculum coniugij. Lib.ij.de adulterinis coniugiis. Nullius viri posterioris mulier vxor esse incipit,nisi prioris esse desierit. Esse autẽ deficiet vxor prioris, si moriatur vir eius,non si fornicetur. Licitè itaque

C dimittitur coniunx ob causam fornicationis,sed manet vinculum prioris propter quod fit reus adulterij qui dimissam duxerit,etiam ob causam fornicationis. Sicut enim manente in se sacramento regenerationis, excommunicatur cuiusquam reus criminis,nec illo sacramento caret,etiam si nunquam reconcilietur Deo:ita manente in se vinculo fœderis coniugalis,vxor dimittitur ob causam fornicationis, nec carebit illo vinculo,etiam si nunquam reconcilietur viro. Carebit autem si mortuus fuerit vir eius. Reus verò excommunicatus,ideo nunquam carebit regenerationis sacramento,etiam si non reconciliatur,quoniam nunquam moritur Deus. Et ideo ibidem,circa finem. Et si grauius qui præter causam fornicationis,omnis tamen qui dimit-

D tit vxorem suam & aliam duxerit, mœchatur. Non eos terreat sarcina continentiæ:leuis erit,si Christi erit:Christi erit,si fides aderit, quæ impetrat à iubẽte quod iusserit. Non eos frãgat quod videtur eorum continentia necessitatis esse, non voluntatis:quia & illi qui eam voluntate delegerunt,fecerunt causa necessitatis:quoniam iam sine damnatione,ab illa deuiare non possunt: Et qui in eam necessitate contrusi sunt,faciunt eam esse voluntatis,si non de seipsis,sed de illo à quo est omne bonum,confidunt. Illi ad eam conscenderunt causa maioris gloriæ,vt aliquid amplius inuenirent:isti ad eam confugerunt cura salutis nouissimæ, ne perirent: vtrique permaneant, vtrique

Cap. 11. 1. Petr. 3. Cap. 1. Cap. 3. Cap. 13. 32. Quæst. cap. tam. Cap. 4. Tom. VI. Cap. 6. Cap. 19.

vtrique in quod peruenerunt ambulet vsque in finem. Feruedant studiis, supplicent votis: quia & in illis salus cogitanda est, vt ab eo quod voluntas arripuit, cadere timeant: & istis gloria desperanda nō est, si in eo quod necessitas intulit, persistere diligant. Fieri enim potest vt Deo terrente & hortante, conuertente & implente, humanus in melius mutetur affectus: atque ita voueant sine coniugiis, & sine vllo concubitu, atque immunda libidinis attrectatione perseuerātissimè viuere: vt etiam si separata coniugia locum ducendi alias moriendo aperuerint, claudatur ex voto, quod pateret ex licito: & quod erat necessitate cœptum, fiat charitate perfectum. Talibus profecto retribuetur quod illis, qui vel pari consensu cum coniugibus hoc vouerunt, vel nullis coniugiis alligati, propter maius bonum continentiam delegerunt. Si autem ita se continent, vt si moriantur quorum vita coniugari impediuntur, alias ducere cogitent: profecto etiam si prius ipsi in tali continentia de corpore abscedant, non eis imputatur nisi ad pudicitiam coniugalem, propter quam non faciunt quod facerent si liceret. Hac quippe intentione continenter viuere, parum est ad accipienda illius, quæ liberius eligitur, continentiæ præmia, sed sufficit ad cauēda adulteria. Vnde cōtinētiæ causa, lib. j. de adulterinis cōiugiis. Non solū mœchandū non est super vxorē, quod facit qui dimittit eam ducendo aliā, sed omnis qui dimittit vxorem suā, & ducit alterā, etsi proprerea duxerit vt faciat Christianā: Sed etiā quisquis non alligatus vxori continentiam Deo vouerit, nullo modo debet ista cōpēsatione peccare, vt ideo credat sibi vxorē esse ducendam, quia promisit quæ nuptias eius appetit, se futurā esse Christianā. Quod enim cuiq; antequā vouisset licebat, cum id se nunquam facturū vouerit, nō licebit: si tamē id vouerit, quod vouendū fuit: sicuti est perpetua virginitas vel continentia, post experta connubia solutis à vinculo coniugali, vel ex consensu viuentibus, & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus, fidelibus castísq; coniugibus, quod alterū sine altero, vel altera sine altero, vouere fas non est. Hæc ergo, & si qua alia sunt, quę rectissimè vouētur, cùm homines vouerunt, nulla conditione rumpenda sunt, quæ sine vlla conditione vouerunt. Quia & hoc Deum præcepisse intelligendum est, vbi legitur. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Soluitur alia quæstio in Enchiridion. Videmus quædam ab ipsis Apostolis ignoscendo fuisse cōcessa: quale illud est quod venerabilis Paulus coniugibus ait, Nolite fraudare inuicē, nisi ex consensu ad tēpus, vt vacetis orationi: & iterum ad ipsum reuertamini, ne vos tentet Satanas propter incōtinentiā vestram: quod putari posset nō esse peccatū, misceri, scilicet, coniugi, non filiorū procreandorum causa, quod bonum est nuptiale, sed carnalis etiā voluptatis: vt fornicationis, siue adulterij, siue cuiusquam alterius immunditiæ mortiferū malum, quod turpe est etiam dicere, quo potest tentante Satana libido pertrahere, incontinentium deuitet tamē infirmitas. Posset ergo, vt dixi, hoc putari, posset non esse peccatum, nisi addidisset, Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Quis autem iam neget esse peccatum, cùm dari veniam facientibus, Apostolica authoritas fateatur? De coniugio antiquorum patrum. Lib. de bono coniugali. Sanctis patribus veteris testamenti, habuisse plures vxores non erat peccatum, quod neque contra naturam committitur, quia non lasciuiendi, sed gignendi causa, illis fœminis vtebantur: neque contra morem, quia illis temporibus ea factitabantur: neq; contra præceptum, quia nulla lege prohibebantur. Sed aliter dicit ibidem. Primis temporibus generis humani, maximè propter populum Dei propagandū, per quem & Propheta retur, & nasceretur princeps & saluator omniū populorum, vti debuerunt sancti illi, non propter se expetendo, sed propter aliud necessario bono nuptiarum. Nunc verò cum ad ineundam sanctam & synceram societatē, vndique ex omnibus gentibus, copia spiritualis cognationis exuberet, etiam propter solos filios connubia copulare cupientes, vt ampliori continentiæ bono potius vtantur, admonendi sunt. Ideo in eisdem soluit quæstionem, lib. eodem. Planè vxoris voluntate adhibere aliam, vnde communes filij nascantur, vnius commistione ac semine, alterius autem iure ac potestate, apud antiquos patres fas erat: vtrum autem & nunc fas sit, non temerè dixerim. Non est enim nunc illa propagandi necessitas, quæ tunc fuit: quando & parientibus coniugibus, alias propter copiosiorem posteritatem, superducere licebat, quod modo non licet. Et aliter dicit in eodem. Quoniam ex multis animis vna ciuitas est futura, propterea sacramentum nuptiarum temporis nostri sic ad vnū virum & ad vnam vxorem redactum est, vt Ecclesiæ dispensatorem non liceat ordinari, nisi vnius vxoris virum. Ibidem infrà. Sicut plures antiquorum patrum significauerunt ex omnibus gentibus nostras futuras Ecclesias vni viro Christo subditas: ita noster antistes vnius vxoris vir, significat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro subditam Christo. Ideo contra cauillantes & malè intelligentes, libro iij. de doctrina Christiana. Cauendum est, ne fortè quod in scripturis veteribus pro illorum temporum conditione, etiam si non figuratè, sed propriè intelligatur, non est flagitium neque facinus, ad ista etiam tempora quis putet in vsum vitæ posse transferri: quod nisi dominante cupiditate, & ipsarum quoque scripturarum, quibus euertenda est satellitium querente non faciet, nec intelligit miser ad hanc vtilitatem illa sic esse posita, vt spei bonæ homines salubriter videant, & consuetudinem quam aspernantur posse habere in vsum bonum, & eam quam amplexantur esse posse damnabilem: si & ibi charitas vtentium, & hîc cupiditas attendatur. Nam si multis vxoribus castè vti quisquam pro tempore potuit, potest

Marginalia: Cap. 24. — Psal. 75. — Cap. 78. Tom. III. — 1. Cor. 7. — Cap. 25. Tom. VI. — Cap. 9. — Cap. 15. — Cap. 18. — Cap. eod. — Cap. 18. Tom. III.

potest alius vna libidinosè. Magis enim probo multarum fœcunditate vtentem propter aliud, quam vnius carne fruentem propter ipsam. Ibi enim quæritur vtilitas temporum opportunitatibus congrua, hîc satiatur cupiditas temporalibus voluptatibus implicata. Inferiorísque gradus ad Deum sunt, quibus secundum veniam concedit Apostolus carnalem cum singulis con iugibus consuetudinem, propter intemperantiam eorum, quam illi qui plures singuli cùm haberent, sicut sapiens in cibo & potu, non nisi salutem corporis: sic in concubitu, non nisi procreationem filiorum intuebantur: Itaque si eos in hac vita inuenisset Domini aduentus, cùm iam non mittendi, sed colligendi lapides tempus esset, statim seipsos castrarent propter regnum cœlorum. Non enim in carendo est difficultas, nisi cùm est in habēdo cupiditas. Nouerāt quippe illi homines, etiam in ipsis coniugibus luxuriam esse, abutendi intemperantiam. Quod Tobiæ testatur oratio, quando est copulatus vxori. Ait enim, Benedictus es Domine patrū nostrorum, & benedictum nomen tuum in omnia sæcula sæculorum. Benedicant te cœli, & terra, & omnis creatura: tu fecisti Adā, & dedisti illi adiutorium Euam. Et nunc Domine tu scis quoniam non luxuriæ causa accipio sororem meā, sed ipsa veritate vt miserearis nostri Domine. Sed qui effrænata libidine, vel per multa stupra defluentes euagantur, vel in ipsa vna coniuge, non solum excedunt ad liberorum procreationem pertinentem modum, sed etiam inhumanioris intemperantiæ sordes, inuerecūda omnino licentia seruilis cuiusdam libertatis accumulant, non credunt fieri potuisse, vt temperanter multis fœminis antiqui vterentur viri, nihil seruantes in vsu illo, nisi congruum tempori propagandę prolis officium: & quod ipsis laqueis libidinis obstricti, vel in vna nō faciunt, nullo mō do in multis fieri posse arbitrantur. Sed isti possunt dicere, ne honorari quidem atque laudari oportere viros bonos & sanctos, quia ipsi cùm honorantur atque laudantur intumescunt superbia, tanto auidiores inanisimæ gloriæ, quanta eos frequentius atque latius lingua blandior ventilauerit: Qua ita leues fiunt, vt eos rumoris aura, siue quæ prospera, siue quæ aduersa existimatur, in quaslibet inuehat voragines flagitiorum, aut facinorum, etiam saxa collidat. Videāt ergo quam sibi arduum sit atque difficile, nec laudum esca illici nec contumeliarum aculeis penetrari, & non ex se alios mētiantur. Credant potius Apostolos nostros, nec cùm susciperentur ab hominibus inflatos fuisse, nec cùm despicerētur, elisos. Neutra quippe tentatio defuit illis viris. Nam & credentium celebrabātur præconio, & persequentium maledictis infamabantur. Sicut ergo isti pro tempore vtebantur his omnibus, & non corrumpebātur: sic illi veteres vsum fœminarum ad sui temporis conuenientiā referentes, nō patiebantur eam dominationem libidinis, cui seruiunt qui ista nō credunt. De

Castitas coniugalis priscorum patrum — *1.Cor.7.* — *Tob.8.*

A hac materia, Require infra, Matrimoniū. & cap. Nuptiæ. & cap. Vxor. & supra, cap. Abraham.

COMPEDES. Super Psal. lxviij. sermo. ij. Compedes sunt, mortalitas & corruptibilitas carnis, compedes sunt quibus ligati sumus. Et vultis nosse istorum compedum grauitatem: Inde dicitur, corpus quod corrūpitur aggrauat animā. Quando homines in sæculo diuites esse volūt, istis cōpedibus pānos quærūt. Sed sufficiant panni cōpedū: tantū quærere, quātum depellendæ necessitati satis est. Cùm autem superflua queris, cōpedes tuos onerare desideras. In tali ergo custodia, vel solæ cōpedes remaneāt. Sufficiat diei malitia sua. Lib. de vera innocentia. Corpus carnis nostræ, ornamētum nobis fuit: peccauimus: & cōpedes inde accepimus, vt
B vinculis mortalitatis omnis humanarū actionū cursus præpediretur. Sed in bono intelligūtur, super Psal. cj. sermō. ij. Sunt cōpedes disciplinæ Dei & timoris eius non euitandæ, vt appetatur perniciosa libertas, & tēporalis vitæ breuísque dulcedo quā sequatur amaritudo perpetua: proinde scriptura, ne recusemus esse cōpediti, sic nos alloquitur. Audi fili, & excipe sententiā meam, & ne abiicias cōsilium meum, & infer pedē tuum in compedes illius, & in torquē eius collum tuū. Soluentur compedes, & volabunt, & eadem ipsa in ornamentum postea conuertentur.

COMPARATIO. Facere inter sanctos cōparationem, est temerariū. Lib. ij. de baptismo cōtra Donatistas. & habetur ij. q. vij. Puto quod sine vlla sui contumelia Cy-
C prianus Episcopus Petro Apostolo cōparetur, quātū attinet ad martyrij coronā. Cæterū magis vereri debeo, ne in Petrū cōtumeliosus existam. Quis enim nescit Apostolatus principatū, cuilibet Episcopatui præferēdū? Sed & si distat cathedrarū gratia, vna est tamen martyrū gloria. Et si fortè se inuicē in aliquo præcedūt, corda cōfitentiū, ac pro vera fide in vnitate charitatis morientiū, Dominus nouerit cuius occulta & mirabili dispensatione gratiarū, latro in cruce pendēs, semel eū confitetur, & die ipso in Paradisum mittitur. Petrus Dominū sequens, ter eū negat, & corona differtur. Nobis hinc iudicare temerarium est. Lib. ij. de musica. Omnē cōparationē, singularitas fugit. Se cōparare sanctis, est superbia. Lib. de Singularitate clericorū, circa mediū. Re-
D uera maligni homines sunt, q. se cōparāt sanctis, & eximia cōuersatio nostra, quæ Prophetis vel Apostolis videatur æqualis. Et infra subdit. Superbiæ elata est iactantia, etiā minimis Ecclesiæ quēquā cōparabilē velle cōscribi: cū Paulus moneat & dicat, Alter alterū superiorē sibi existimantes. De cōparatiuo, aduerbio, vel nomine, loquitur lib. iiij. cōtra Cresconiū Grāmaticū. Obiecisti mihi, docēs etiā regulā loquutiōis, qua cōparatiuus gradus, quod antè positū est, auget, nō quod antè factū est improbat: & adiungis. Sicut benè & melius, malè & peius. Et subdit. Satis ostēdi ex illis literis, vbi vera didicimus, quomodo comparatiuus gradus non semper augeat quod

Tom.VI. — *Sap.9.* — *Cap.11. Tom.III.* — *Tom.VI.* — *Eccles.6.* — *Cap.2. Tom.VI.* — *2. Quæst. 7. cap.* — *Tom.I.* — *Apud Cyprianum* — *Philip.2.* — *Cap.55. Tom.VII.* — *Comparatiuus non semper auget*

quod comparat, sed aliquando improbat, etiam cui comparatur. Inde est illud,

Vergil. in Geor. *Dij meliora piis errorémque hostibus illum*
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Inde est, melioribus opto auspiciis. lege diligenter, & plura ipse reperies.

CONSCIENTIA. De bona cōsciētia, in tractatu super vltimū Prouer. Bona cōscientia, facit bonū opus amare. Et quid dulcius bona conscientia: quæ si non est, & mala est, pungit, & amara sunt omnia? Tom.IIII. Lib. de catechizandis rudibus. Verius atque iucūdius est, gaudere hominē de bona consciētia inter molestias, quā de mala inter delicias. Tom.II. Epist.137. Et merito, quia vt dicit in Epistola ad plebē Hipponēsem. & ponitur ī Decretis, ij. q. iij. Quid obest. Quid obest homini, quod ex illa tabula vult eū recitari humana ignorātia, si de libro vitæ, vel viuētiū non eū deleat iniqua cōsciētia? Tom.VIII. Et eadē causa & quęstione. & est super Psal. xxxvij. Si perdideris causam tuā, quia nullius habes defensionē, aut testimoniū: custodi intus innocētiā tuā, vbi nemo opprimit causam tuā. Præualuit in te falsum testimoniū, sed apud homines: Nūquid apud Deum præualebit, vbi causa tua dicenda est? Quando Deus erit iudex, alius testis quā cōsciētia tua nō erit. Inter iudicē iustū & cōsciētiā tuā, noli timere nisi causam tuā. Tom.eod. Super Psal. xliiij. Interiora pulchritudinis consciētiæ amat Christus: ibi videt Christus, ibi amat, ibi loquitur, ibi punit, ibi coronat. Tom.IIII. Lib. ij. de serm. Domi. in mōte. cap. ij. Si prēmiū ab eo expectas, qui cōsciētiæ solus inspector est, sufficit tibi ad promerendū præmiū ipsa cōscientia. Serm. in ordine 53. Tom.X. Lib. iij. de verb. Dom. ser. xvj. Vos hortamur, qui in ipso corpore Christi eius munere, nō vestris meritis, excellētiorē locū tenetis, habētes cōsciētiā quę à Deo donata est. Nā & ipsa malis & inuidis vestris in suspicionē venit. Ad hoc tamē mordetur, vt ꝓbetur. Si enim in ipsius cōscientiæ ꝓfessione laudes quærimus hominū, deficimus reprehēsionibus hominū. Cū sis castus seruus Dei, ecce te mundus suspicatur forsitā impudicū, & mordet, & reprehēdit, & libēter ī suis detractionibus immoratur. Maleuolæ quippe animæ quasi dulciter sapit, quod pessime suspicatur. Tu autē si ꝑpter laudes humanas cōtinētiā suscipere voluisti, reprehēsionibus humanis defecisti, & totū qđ tibi proposueras perdidisti. 2.Cor.1. Porrò autē si nosti dicere cū Apostolo, Gloria nostra hæc est testimoniū cōscientiæ nostræ, nō solū tibi reprehensionibus mercedē minuit, sed & facit ampliorē: tu autē ora ꝓ illo, ne tua mercede moriatur. Tom.IIII. Lib. sup Epist. ad Gal. Opus suū probet vnusquisq;, & tūc in semetipso tantū gloriā habebit, & nō in altero, id est, cū eū alter laudat. Vnusquisq;, inquit, ꝓpriū onus portabit. Nō ergo laudatores nostri minuūt onera conscientiæ nostræ, atque vtinā nō etia accumulent, cū plerūque ne illis offensis laus nostra minuatur, aut obiurgatiōe illos curare negligimus, aut iactāter eis aliquid nostrū ostētamus potius, quā cōstāter ostēdimus. Omitto ea quæ fingūt & mentiūtur de se homines ꝓpter hominū laudes. Quid enim ista cæcitate tenebrosius, ad obtinendā inanissimā gloriā errorē hominis aucupari, & Deū testē in corde cōtēnere? Quasi verò vllo modo cōparādus sit illius error, q̄ te bonū putat, errori tuo, q̄ homini de falso bono placere studes, de vero malo displices Deo. Tom.X. Propterea examināda est cōsciētia. lib. 50. Homi. homil. xvj. Vt ad illud ineffabile gaudiū peruenire possimus, quātū possumus bonis operibus studeamus īsistere: & quotidie cōscientias nostras intus aspicientes, si aliquid in stola animæ nostræ, aut per negligētiā dissutū, aut per luxuriā sordidatū, aut per iracūdiā cōbustū, aut per inuidiā cōscisum, aut per auaritiā tenebrosum esse cognoscimus, dū adhuc in nostra potestate est, cū Dei adiutorio, festinemus vulnerata curare, reparare perdita, & ad cādorē iustitiæ ea quæ obscurata fuerāt reuocare. Ne fortè si bonis operibus nudi, & vitiorū pānis sordentibus inuoluti, ante tribunal æterni iudicis venerimus: illa ad nos terribilis sententia dirigatur, Discedite à me maledicti in ignē æternū, q̄ paratus est diabolo & Angelis eius. Mat.25. 2.Cor.1. Tom. VIII. Et ideo de hoc dicit super Psal. cxlix. Quia dicit Apost. gloria nostra hæc est, testimoniū cōsciētiæ nostræ, timendū est ne q̄sq; apud semetipsum fiat sibi placēs, & quasi de cōscientia sua superbus glorieẗ. Debet enim quisq; cū tremore exultare; q̄a donū Dei est, vnde exultat, nō meritū suū. Exultare cū tremore. Etenim sūt multi sibi placētes, & se iustos esse arbitrātes, & ꝓcedit aduersus illos alia pagina dicēs. Prouer.20. Quis gloriabitur castū se habere cor, aut q̄s gloriabitur mūdū se esse à peccato? Est ergo q̄dā modus gloriādi in cōsciētia: vt noueris fidē tuā esse syncerā, spem tuā esse certā, charitatē tuā esse sine simulatione. Sed quoniā multa sunt quæ possunt fortè offendere oculos Domini, lauda eū q̄ tibi ista donauit. Nō sufficit autē cōsciētia sola sine fama. In j. serm. de cōmu. vita cleri. & habetur ij. q. iij. Nō sunt audiēdi, siue viri, siue fœminæ, q̄ quādo reprehēdūtur in aliqua negligentia, per quā fit, vt ī malā veniāt suspicionē, & à suspecto malo suā vitā lōge abesse sciūt, dicāt corā Deo sufficere sibi cōsciētiā, existimationē hoīm nō solū īpudenter, verūetiā crudeliter cōtēnētes, cū occidūt animas aliorū, siue blasphemātiū viā Dei, q̄bus secū dū suā suspicionē quasi turpis, quæ casta est, vel displicet vita sanctorū, siue etiā cū excusatione imitātiū nō qđ vident, sed qđ putāt. Proinde si q̄s à criminibus flagitiorū atq; facinorū vitā suā custodit, sibi benefacit, quisquis autem famā in aliis, est misericors. Nobis enim est necessaria vita nostra, aliis fama nostra. Cap.9. Tom.IX. Lib. siue homil. de ouibus, circa mediū. Sūt homines q̄ putāt sibi in bene viuendo sufficere cōsciētiam, & non valde curant quid de illis alter existimet: ignorantes quia cum homo viderit hominem bonæ conscientiæ negligentius viuentem, passim se cuilibet coniungentem, conscientia illius cū sit infirma ædificatur, nō ad ea quæ perscrutatur, sed ad ea quæ suspicatur. Offensio fratris cauēda. Neque enim homo, etiā pater tuus, etiā frater tuus, intrare potest cōscientiam tuā

tuā quā solus nouit Deus. Cōscientia tua coram Deo, cōuersatio tua corā hominibus. Si de te ille aliquid mali suspicans, perturbatus ædificatur ad aliquid faciendū, quod te putat facere: Quid prodest quia venter cōscientiæ tuæ hausit aquā purā, & de tua negligentia ille conuersationem bibit turbulētam? Ibid. infra. Curemus fratres nō tantum bene viuere, sed etiā coram hominibus bene cōuersari. Nec tantum habere bonam cōsciētiam, sed quantū potest nostra infirmitas, & quantum valet vigilantia fragilitatis humanæ, curemus nihil facere, quod veniat in malam suspicionē infirmo fratri. Et infra subdit. Magna solitudo est: quia non solū nullus hominum transit, sed nec videt. De mala conscientia, lib. de vera innocentia. Nullæ pœnę grauiores sunt, quā malæ conscientiæ. In qua cùm Deum nō habent, cōsolatio nō inuenitur: Ideo inuocādus est liberator, vt quem tribulatio exercuit ad cōfessionem, cōfessio perducat ad veniam. De pœna malæ cōsciētiæ dānatorum. lib. meditationū. Vindicta carnis impij, vermis & ignis. Vterque duplex. Interior, qui rodit & vrit cor: exterior, qui rodit & vrit corpus. Vermis eorū nō morietur, & ignis eorum non extinguetur. Dedit ergo ignem & vermes in carnes eorum, vt vrātur vsque in sempiternū. Vermis conscientiæ tripliciter lacerabit: afficiet memoria, turbabit pœnitētia, torquebit angustia. Venient enim in cogitatione peccatorū suorū timidi, & transcēdent eos ex aduerso iniquitates eorū dicētes. Quid ꝓfuit nobis superbia, & iactantia diuitiarum quid cōtulit nobis? Transierunt illa tanquam vmbra, & sicut nauis pertransiens fluctuantem aquā, cuius cum præterierit nō est reperire vestigium. Sic & nati desinimus esse. Virtutis quidem signū valemus ostendere nullū, sed malignitate nostra cōsumpti sumus. Ingenti enim perturbatione recogitabunt quæcunq; in hoc sæculo delectationem ingesserunt: vt stimulus memoriæ pūgat ad pœnam, quos aculeus nequitiæ stimulauit in culpam. De conscientia etiā malorum hominum viuentium. super Psal. lxxiiij. Quisquis malorū hominū videret truces cōscientias, quisquis eorum animas potest inspicere diuerberari tantis perturbationibus cupiditatum & timorum, videret illos miseros quando fœlices putantur.

Cap. eod. *Cap. 14.* *Cap. 19.* *Tom. III.* *Sap. 5.*

CONSILIVM & concilium. Accipiendum est consilium à quocūque, in prologo de doctrina Christiana. Nonne cū Mose Deus loquebatur, & tamen consilium regendi atque administrandi tam magnum populum, à socero suo alienigena, scilicet, homine, & maximè prouidus & minimè superbus accepit? Nouerat enim ille vir, ex quacūque anima cōsilium processisset, non ei, sed illi qui est veritas, incōmutabili Deo esse tribuēdum. Lib. quæstionum, super Exodū. q. lxviij. Per quēcunque detur consiliū veritatis, nō debet cōtemni. De eligendis cōsiliariis, lib. de salutaribus documentis. Elige tibi consiliarios bonos, Deum timentes, & veritatem amantes. Sæpe enim adulatores, blanda facie decipiunt animas audientium se, &

Tom. III. *Exod. 18.* *Tom. IIII.* *Cap 6.* *Tom IIII.*

perpetuæ mortis laqueis interimunt. De talibus enim dicit Psal. Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent &c. Et Apost. inquit. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Vnusquisq; amicus ad ædificationē, & nō ad destructionem placet proximo suo: quia non omnis amicus consiliarius esse poterit, dicente scriptura. Amici tibi sint multi, consiliarius autem vnus. Et ideo super Psal. cv. Perniciosum est consilium hominis ipsi homini, quo ea quærit quæ sua sunt, non quæ Dei sunt. De humano consilio cōtra sanctos. super Psal. cxviij. sermone ix. Est cōsiliū cōtra cōsiliū. Cōsiliū sedentium principum fuit, inuētos martyres perdere: consilium patientiū martyrū fuit inimicos perditos inuenire. Reddebāt illi mala pro bonis, isti bona pro malis. Quid ergo mirū si illi occidendo defecerūt, isti moriēdo vicerunt? Quid enim quam mirum, si martyres sæuientibus gentibus, temporalem mortem patientissimè pertulerunt, & gentes martyribus orantibus, ad æternam vitam peruenire potuerūt: dum corpus Christi sic exercetur, vt & martyria meditaretur, & malis martyrum persequutoribus, bona precaretur.

Tom. VIII. *Tom. eod.*

Et de consilio dato per hominem Christum. lib. de vera religiōe, cap. iij. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ad hoc percipiendum, diligendū, perfruendum, vt anima sanetur, & tantæ luci hauriendæ mētis acies cōualescat, dicitur auaris, Nolite vobis condere thesauros in terra, vbi ærugo & tinea exterminant, & vbi fures effodiunt & furātur: sed thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi tinea & ærugo non extermināt, neque fures effodiūt & furātur, vbi enim est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Dicitur luxuriosis: Qui seminat in carne, de carne metet corruptionē: qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternā. Dicitur superbis: Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Dicitur iracundis: Accepisti alapam, para alteram maxillam. Dicitur discordiosis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Dicitur superstitiosis. Regnum hoc quod est, intra vos est. Dicitur curiosis: Noli quærere quæ vidētur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. Postremo dicitur omnibus. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi. De hac materia, Require supra, ca. Admonitio. De cōciliis verò, lib. ij. de baptismo cōtra Donatistas, & habetur in Decretis. Di. ix. Quis nesciet sacram scripturā canonicā tam veteris quā noui testamēti, certis suis terminis cōtineri, eámque omnibus posterioribus Episcoporū literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari & disceptari non possit vtrum verum vel certum sit, quicquid in ea conscriptum esse constiterit. Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem, vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem fortè sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris

Tom. I. *Matt.* *Gal.* *Lu.* *Matt.* *Luc.* *2. Cor.* *1. Ioh.* *Cap.* *Tom.* *Episcoporum literæ, conciliorum decreta...*

tioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem authoritatem, doctorúmque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deuiatum est. Et ipsa concilia, quæ per singulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum cõciliorum authoritati, quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, ipsáque plenaria sæpe priora posterioribus emẽdari, cum experimento aliquo verum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine vllo typho sacrilegæ superbiæ, sine vlla inflata ceruice arrogantiæ, sine vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana. In eodem. Concilia posteriora prioribus apud posteros præponuntur, & vniuersum partibus semper optimo iure præponitur.

Cap. 2. Tom. IIII. Psal. 104. CONSENTIRE. Consentire cogitationi vel tentationi, Libro de cõtinentia. Ne declines cor meum in verba malitiæ. Declinatio cordis quid est: nisi consensio? Nondum enim dixit, in corde quisquis occurrentibus suggestionibus quorũcunque visorum nulla cordis declinatione consensit: Si autem consensit, iam corde dixit, etiam si ore non sonuit, etiam si manu, vel qualibet corporis parte non fecit, fecit tamen quod cogitatione faciendum sibi esse iam statuit: diuinis legibus est reus, quãuis humanis sit absconditus sensibus, verbo iam in corde dicto, nullo facto per corpus admisso. Nequaquam verò membrum foris mouisset in facto, cuius facti initium, non intus præcessisset in verbo. Neq; enim mendaciter scriptum est, Initium omnis operis verbum. Multa quippe homines faciunt ore clauso, quieta lingua, voce frænata: Sed tamen nihil agunt corporis opere, quod prius non dixerint in corde. Ac per hoc quoniam multa sunt peccata in interioribus dictis, quæ non sunt in exterioribus factis: & nulla sunt in exterioribus factis, quæ non procedant de interioribus dictis: erit ab vtrisque puritas innocentiæ si circum interiora labia ponatur ostiũ continentiæ, propter quod etiam ore proprio Dominus ait. Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt mũda erũt. Lib. xij. de Trinitate, cap. xij. Cum intentioni mẽtis in rebus tẽporalibus & corporalibus propter actionis officium ratiocinandi viuacitate versatur, carnalis ille sensus vel animalis ingerit quandam illecebram fruendi se, id est, tanquam bono quodã priuato & proprio, non tanquam publico atque cõmuni, quod est incõmutabile bonum, tũc velut serpens alloquitur fœminam: huic; autem illecebræ consentire, de ligno prohibito mãducare est. Sed iste cõsensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superioris verò authoritate cõsilij ita membra retinentur, vt non exhibeantur arma iniquitatis peccato, sic habenda existimo, velut si cibum vetitum mulier sola comederit. Si autem in consensione male vtendi rebus, quæ per sensum corporis sentiuntur, ita decernitur quodcũq; peccatum, vt si potestas sit etiam corpore compleatur, intelligenda est illa mulier dedisse viro

Opus internum.

Tom. III.

A suo secum simul edendum illicitum cibum. Neq; enim potest peccatum non solum cogitandũ suauiter, verum etiam efficaciter perpetrandum mẽte decerni, nisi & illa mentis intentio penes quã summa potestas est membra in opus mouẽdi, vel ab opere cohibendo, malæ actioni cedat & seruiat. Nec sanè cum sola cogitatione mens ablectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen & volens libenter, quæ statim vt attigerint animum respui debuerunt, negãdum non est esse peccatum: sed longè minus, quã si & opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, pectúsque percutiendum, atque dicendum. Dimitte nobis debita nostra: faciendum quoque quod sequitur, atque in oratione iungendum est. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

2. Sentent. distinct. 24. cap. Itaque, circa mediũ.

Mat. 6.

B Lib. de verbis Apostoli, sermone. v. Super illud, Condelector legi Dei &c. Si mens non consentit peccato titillanti, suggerenti, blandienti, quoniam habet alias interius delectationes suas, delectationibus carnis nullo modo conferendas: Si ergo non consentit, est in me quoddam mortuũ, & quoddã viuum. Mors adhuc contendit, sed mens viua nõ cõsentit. De hoc require supra, Cap. cogitatio. Sed de hoc quod est cõsentire malefaciẽtibus, Require supra Cap. communicare. super Psalm. cxx. Vbi consensio, ibi propinquitas. Ligantur duo, latro & innocens vna catena, ligantur, & longe sunt à se: tantum longe, quantum scelus est ab innocentia: longe ergo sunt abinuicem. Sed alius latro qui in Hispania facit scelera, proximus est ei C qui facit in Affrica. Tantum proximus, quantum scelus & scelus, latrocinium & latrocinium. Nemo ergo timeat mixtos sibi corpore malos, lõge ab illis sit corde, & securus portat quod nõ timet.

Tom. X.

Tom. VIII.

Super Psal. cxxix. Quando portas infirmitatẽ fratris tui, non te onerant peccata ipsius. Porrò si consentias, iam tua te premunt, non alterius. Quisquis enim consenserit peccatori: non aliis, sed suis grauatur peccatis. Consensio enim ad peccatum alterius, tuum fit iam peccatum. Pedibus non ambulasti ad furtum, sed mente coniunxisti te furto: quod ipsius furis solius erat, factum est & tuum, quia placuit tibi. Libr. primo contra Epistolã Parmenia. Nihil est aliud consentire malefacientibus nisi malefacta eorũ approbare atq; laudare.

Tom. VII.

Cap. 6. Tom. IX.

D CONSERVATIO. Per Deum omnia conseruantur, Libro soliloquiorum ad Deum. Omnia per verbum facta sunt, sine quo factum est nihil, per quod conseruantur omnia, sine quo adnihilantur omnia. Sicut enim omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, sic per ipsum omnia conseruantur quæcunque sunt, siue in cœlo, siue in terra, siue in mari, & in omnibus abyssis. Nec pars parti in lapide adhæreret, nec in aliquo creatorum, nisi quia in esse cõseruantur per verbum, per quod facta sunt omnia. Adhæreã ergo tibi verbũ vt cõserues me, quia vbi à te recessi, perij ĩ me: nisi tu qui feceras, refecisses me. Ego peccaui, tu me visitasti. Ego cecidi tu me erexisti. Ego ignoraui, tu me docuisti.

Ego non vidi, tu me illuminasti.

Cap. 14 Tom. IX.

CONSIDERATIO. De consideratione Dei. Lib. Soliloquiorum ad Deũ. Oculi tui Domine multo lucidiores sunt sole, circunspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, qui in omni loco contemplantur bonos & malos. Cum enim cunctis sis præsidens, singula implens, qui totus semper vbique es præsens, cunctorũque curam gerẽs quæ creasti, quia nihil odisti eorum quæ fecisti, sic gressus meos semitásque consideras, & die noctúque super custodiam meã vigilas, omnes semitas meas diligenter notans, speculator perpetuus, veluti si totius creaturæ tuæ cœli & terræ oblitus, tantum me solum consideres, & nihil sit tibi curę de aliis. Neque enim tibi crescit lux incommutabilis visionis tuæ si tantum vnum aspicias: neque minuitur si innumera videas & diuersa. Quia sicut vnum totum simul & perfectè consideras, sic singula quælibet, licet diuersa, perfectè simúlq; tota conspicit visus tuus. Sed sicut omnia, sic vnũ, sicut vnum, sic singula, totus simul sine diuisione, vel commutatione, vel diminutione consideras. Itaque totus tu toto tempore sine tempore, totũ me simul sempérque consideras: ac si nihil aliud considerare habeas. Sic igitur super custodiã meã stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis. Semper quippe te præsentem exhibes, semper te paratum offers, si me paratum inueneris. Quocunque iero tu Domine me non deseris, nisi prior ego te deseram. Vbicunque fuero non recedis, quoniam vbique es, & quocũque iero inueniam te, cum sine te esse non possim. Fateor equidem, quia quicquid facio, aut quæcunque facio: & id quicquid est quod facio melius tu vides quam ego. Quicquid enim semper operor, tu pariter semper præsens assistis, vt pote semper perpetuus inspector omniũ cogitationum, intentionum, delectationum, & omnium operationum mearum. Ante te semper est omne desiderium meum, & tota cogitatio mea. Tu vides vnde veniat, vbi sit, & quò vadat: quia tu es omnium spirituum ponderator. Et vtrum radix sit dulcis an amara, de qua foris pulchra folia emittantur: tu iudex internus melius ipse nosti, & medullas etiã radicum melius perscrutaris, & non solum intentionem, sed radicis eius medullam intimam disertissima tuæ lucis veritate colligis, numeras, cõtueris & consignas, vt reddas vnicuique, non solum modo secundum opera vel intentionem, sed etiã secundum interiorem & absconditam medullã radicis, de qua procedit intentio operantis. Ad q d tendo cum operor, quicquid cogito, & quocunq; delector, tu vides, aures tuæ audiunt, oculi tui cõsiderant, signas, attendis, notas, & scribis in libro tuo, siue bonũ fuerit, siue malũ: vt reddas postea pro bono præmia, pro malo supplicia, quoniam aperientur libri, & iudicabuntur, secundum hæc quæ fuerint scripta in eis. Hoc est fortè quod dixisti iam nobis. Considerabo nouissima eorũ: & quod de te dicitur, Vniuersorũ finẽ ipse cõsiderat: quoniã tu quidẽ in omnibus quæ agimus, finẽ intentionis magis, quã actum operationis attendis. Cúmque hoc diligenter cõsidero Domine Deus terribilis & fortis, & timore pariter & ingẽti rubore confundor: Quoniã magna nobis, est indita necessitas rectè viuendi, qui cuncta facimus ante oculos iudicis cũcta cernentis. Oculi ergo tui Domine super omnes vias filiorum Adã à die natiuitatis eorũ, vsq; in diem exitus eorũ, vt reddas vnicuique secundũ opera sua. De consideratione sui: Require supra, cap. Cogitatio. De consideratione mundanorũ. in sermone de timore. Considerate & videte vbi sunt potentes, vbi reges, vel quis est de parentela eorum: & de tanta potentia, tanta miseria: de tanto vestimento, tanta nuditas: de tãta satietate, tanta fames: de tam breui vita, tã longa mors: de tam suaui odore, tam malignus fœtor: de tanta luxuria, tantus pudor & incendium venit. Ibidem. Considerate fratres, quia si nõ donas quod amas, non emis quod desideras: donas res temporales, acquiris æternales.

Omnia mũda & resupinata oculis [illegible] [illegible].

Deut. 32. Iob. 28.

A B

CONSOLATIO. De cõsolatione Dei in hac vita. Libro de cõtẽplatione Christi. Quas laudes, quásve gratiarũ actiones tibi referre valemus Deus noster, qui nos etiã in his tantis mortalitatis nostræ ærumnis, nõ desinis consolari mira visitatione gratiæ tuæ? Ecce me miserũ multis mœroribus plenũ, dũ vitæ meę finẽ timeo, dum peccata mea considero, dum iudicium tuum formido, dum mortis horam cogito; dum supplicia tartari horreo, dum opera mea quã districtè à te pensentur ignoro, dum quo fine illa clausurus sum penitus nescio, dúmq; hæc & alia multa mecum sub corde retracto, consolaturus ades solita pietate, & inter has querelas nimiósque ploratus, ac profũda mœroris suspiria assumis mœstam & anxiam mentem super alta iuga montium vsque ad areolas, vsque aroãtum, & collocas me in loco pascuæ secus riuulos aquarũ dulcium, vbi præparans in conspectu meo mensam multiplicis apparatus, quæ fatigatum spiritũ repauset, & cor triste lætificet, quibus tãdẽ refocillatis deliciis, miseriarũ oblitus mearũ, super altitudinẽ cœli de te ĩ te vera pace qescã. Lib. soliloquior. ad Deũ, cap. xxij. Tu Domine factus es spes desperatorum, & consolatio desolatorũ, tu corona spei, quæ ornata est gloria, præparata vincentibus. Tu satietas famelicorum æterna, dãda esurientibus. Tu consolatio sempiterna, qui solis illis te tribuis, qui consolationẽ huius mundi pro tua consolatione contẽnunt. Nam qui hîc consolantur, indigni tua consolatione habẽtur: sed qui hîc cruciantur, à te consolantur: & qui participãt passionibus, participant & consolationibus. Nemo enim potest in vtroque seculo consolari, nec potest quis hîc & in futuro gaudere: sed vnã necesse est vt perdat, qui alteram voluerit possidere. Hæc vbi cõsidero Domine cõsolator meus, ĩ hac vita renuit consolari anima mea, vt digna habeatur consolationibus tuis æternis, quia iustũ est vt amittat te, quicunque in aliquo alio magis consolari eligit, quam in te. Et ideo obsecro summa veritas te per te, vt non permittas me in aliqua alia consolatione

Lib. quid [illegible] Tom. IX.

Mestam [illegible] solatur.

Tom. IX. Cap. 22.

Consol[illegible] vicissitud[illegible].

C D

A

cõsolatione varia cõsolari,quam in te:sed omnia mihi peto vt amarescant,vt tu solus dulcis appareas animæ meæ,q. es dulcedo inæstimabilis, per quã cũcta amara dulcorãtur. Super Psal.cxliij. Siue aliqua molestia noceat nobis,siue aliqua ꝓsperitate mundus arrideat,totum timendum & gemendum est:quoniã tentatio est vita hominis super terram.Et quicquid nobis nũc exhibet Deus, cum prosperè exhibet:non est gaudium beatorũ, sed consolatio miserorum. Lib.primo de ciuitate Dei,cap.xxviij.Quia quædã veluti põdera malorum cupiditatum,& per occultum præsens Diuinum iudicium relaxantur, & quædã manifesto vltimo reseruãtur. Et infra subdit ibidẽ.Habet itaque omnis familia summi & veri Dei consolationẽ suã,non fallacẽ,nec in spe rerum nutãtium vel labentium constitutam,vitãque etiã ipsam tẽporalem minimè pœnitendã, in qua eruditur ad æternã,bonísque terrenis,tãquã peregrina vtitur, nec capitur,malis autẽ aut probatur,aut emendatur. Illi verò qui probitati eius insultant, eíque dicunt, cum fortè in aliqua tẽporalia mala deuenerit,vbi est Deus tuus?Ipsi dicant, Vbi sunt dij eorum,cum talia patiuntur,pro quibus euitãdis eos vel colunt,vel colẽdos esse cõtendunt? Nam ista respõdet. Deus meus vbique præsens est,vbique totus, nusquã inclusus:qui possit adesse secretus, abesse non motus.Ille cum me aduersis rebus exagitat,aut merita examinat, aut peccata castigat, mercedémque mihi æternã pro toleratis piè malis tẽporalibus,seruat. De cõsolatione infirmorũ,in tractatu de visitationeinfirmi: sermone primo. Visitationis gratia,nepoti meo morienti extremum vale dicturus accessi.Sed tactus dolore cordis intrinsecus,non sine quantulacunque oculorum humectatione,vix in verbum aliquod tandem ora singultuosa resolui,vnde nec digna me, nec digna se proferre satis potui.Si enim, qui est dolore animi nimio affectus, verba attẽperaret: ipsa verborũ attentatio lachrymarũ augmẽtatio esset.Parcebã itaq; verbis, vt parcerẽ lachrymis. Nã cõsolatorias si q.dẽ effundere lachrymas,effœminatorũ est:porro nullas,cũ gaudere cũ gaudentibus,& flere cũ flentibus iubeamur:& inobedentia,& inhumanitas est. Et lachrymatus est Iesus. Plorabo igitur mi nepos dilectissime, ne sim inobediẽs & inhumanus:tẽperabo quoque à lachrymis,ne nimis videar effœminatus.Tu quoque viã vniuersæ carnis ingredi festina nepos amãtissime: quò visurus es, parentes tuos: Patriarchas sanctos,& omnẽ summã beatitudinẽ.Ad tanti igitur itineris ne deficiat in via subsidiũ,grande viaticũ est tibi necessariũ.In muro ciuitatis supernæ opponendus est lapis viuus,in cuius ædificio nõ auditur strepitus aut malleus.Hîc, perferendus est strepitus,hîc,adhibẽdus est lapidi malleus,hîc est cõterendũ totũ lapidis quadrandi superuacaneũ.

Ad cõsolandum de morte charorũ.Lib.de cõsolatione mortuorũ,sermone primo.Si mens dolentis propter nimiã tristitiã oculos clauserit, vt nõ recipiat admonitionem saluberrimã, incipiet plus dolere,& forsitã pati illud quod in scriptura continetur,quia tristitia huius mundi mortẽ operatur.Beatus ille Paulus gentium doctor & medicus salutaris,duas dixit esse tristitias: vnã bonã, & alteram malam:vnam vtilem,alteram inutilẽ: vnã quæ saluat,& alterã quæ perdit.Sed ne dubiũ alicui videatur id quod dicitur,ipsa eius verba recitabo.Ait enim. Quæ secundũ Deũ est tristitia, pœnitẽtiã in salutem stabilẽ operatur.hæc est bona tristitia.Sequitur deinde,Nam mũdi huius tristitia mortem operatur.Hæc est illa non bona.Videamus ergo,ista tristitia quæ nunc agitur in pectore,& auditur in voce,vtilis sit,an inutilis:prodesse videatur,an nocere.Iacet ecce corpus exanime,iacet in tabula homo sine homine,membra vtique sine spiritu.Clamatur, nec respondet,vocatur,& non exaudit.Iacet facies pallida, forma mutata,per quæ mors ipsa cernitur & horretur. Cogitatur præterea eius perpetuum silentiũ.

B

Cogitatur aut delectatio quæ fuit,aut futura quæ erat vtilitas,cogitantur necessitates,veniunt in mẽtem verba dulcissima,lõga cõsuetudo requiritur. Hæc sunt sine dubio quæ mouẽt lachrymas, incitant vlulatum,& totum animũ in profundã tristitiã mergunt.Contra hæc tam valida atque fortia doloris arma,spiritualibus debemus armari ꝑsidiis.Illud ergo primum omniũ opponendũ est, quia omne quod nascitur in hoc mundo, necesse sit mori.Hæc est enim lex Dei,& sententia immutabilis,quã post delictũ princeps generis humani accepit,dicente Deo, Terra es, & in terram ibis. Quid ergo noui contigit si homo ad hoc natus,

C

Diuinę legi ac sententiæ satisfecit?Quid noui accidit si ex mortalibus natus, naturæ propriæ, quia nec poterat excusare, respõdit?Nõ est ergo inusitatũ quod antiquũ est.Nõ est inauditum, quod quotidianũ est.Nõ est propriũ,quod cõmune est. Si auos & proauos nouimus per hanc viã mortis ꝓfectos,si ipsos denique Patriarchas & Prophetas ab Adam protoplasto, nõ sine hoc casu audiuimus migrasse de sęculo:eleuemus animũ de profundo tristitiæ,quia quod debuit hic reddidit. Et vtique debitum cum redditur, quam potest habere tristitiam?Hoc est vere debitum,quod nulla potest pecunia redimi.Hoc est debitum, quod nec virtus excusat,nec sapientia,nec potestas,nec ipsi denique reges potuerũt declinare.Plane hortarer & ego,vt augeres tristitiã, si fuisset talis res,

D

quæ cũ posset tua substãtia redimi,vel differri:aut negligẽtia tua,aut parcitate ꝓuenisset.At cũ Dei decretum firmum sit & immutabile,frustra dolemus,& de nobis quærimus quare sit mortuus, cũ scriptũ sit,Domini Domini exitus mortis.Ista igitur cõmunis vitæ conditio si recipiatur in animo, incipiet oculum cordis grauatũ,quasi prima infusione releuare.Sed dicis,Scio cõmunem hunc casum, Scio quia is qui mortuus est debitum soluit: sed delectationem cogito,necessitates reputo,cõsuetudinẽ require. Si propter hoc tristitia afficeris,errore duceris,non ratione gubernaris. Scire enim debes quia Dominus qui hanc dederat delectationem, dare potest & aliam potiorem: Et qui tibi hanc intulit necessitatem, sufficit aliam

Marginal notes: Tom.VIII. — Tom.V. — Cap.29. — Cap.1. Tom.IX. — Succincta sed erudita adhortatio ad infirmũ. — Lib.1.cap.1. Tom.IX. — Tristitia salubris. Tristitia noxia. — Gen.3. — Psal.67. — Cap.3.

occasionẽ supplere. Vtilitatem autem sicut tuã vides, debes & eius qui defunctus est cogitare: quia sic ei forsitan expediebat, sicut scriptum est, Raptus est ne malitia ĩmutaret eius ĩtellectũ, placita enĩ erat Deo anima eius. Ideóque properauit de medici corruptione educere eũ. De cõsuetudine autem, quid dicam? Quod ergo tempus præstat & dies, multomagis debet ratio, & bona prestare cogitatio. Et illud maximè cogitandum est quod Diuina sententia per Apostolum definit. Quia tristitia mundi huius mortem operatur. Quod si tam oblectatio quam vtilitas præsens, siue consuetudo, res mundi sunt & gaudia sæculi transitoria, propter hoc animum deiicere, & spiritum contristare, vide quam sit, mortifera valetudo. & repetens autem iterum atque iterum dicam, Tristitia mũdi, mortem operatur. Quare autem mortem operatur? Quia solet nimia tristitia, aut ad dubitationem, aut ad periculosam perducere blasphemiam. Ibidem. Respondens ad obiectionem. Sed dicet aliquis. Prohibes lugere mortuos, cum & Patriarchæ plorati sint? Et Moses ille famulus Dei, & multi deinde Prophetæ, præsertim cum Iob quoque iustißimus plagam suam super filiorum consciderit necem. Non ego prohibeo lugere mortuos, sed gentium illuminator Apostolus, qui sic ait. Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non tristes sitis sicut & cæteri qui spem non habent. Non potest Euãgelij claritas obscurari, siue quia ij q ante legẽ, aut sub legis vmbra positi fuerant, suos mortuos flebant, meritò flebant, quia nondum de cœlis venerat Christus, qui fontem illum lachrymarum sua resurrectione siccaret. Meritò flebant, quia adhuc mortis sententia permanebat. Meritò lamentabantur, quia nondum resurrectio prædicabatur. Sperabant sancti quique aduentum Domini, sed mortuos interim flebant, quia nondum viderant quem sperabant. Denique Simeon vnus de veteribus sanctis, qui prius fuerat de sua morte sollicitus, postquam Christum Dominum adhuc puerum secundum carnem, in manibus attrectare promeruit, de suo exitu gratulatur, & dicit. Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. O beatus ille Simeon, qui quod sperauerat, vidit. Iam mortem suam pacem & requiem computabat. Ibidem, respondens ad aliam obiectionem. Sed dicis. Ecce in Euangelio legitur Archisynagogi deploratam filiam, & sorores Lazari Lazarum fleuisse. Sed & illi adhuc secundum veterem consuetudinem sapiebãt, quia necdum à mortuis Christum resurrexisse conspexerant. Fleuit planè & ipse Dominus Lazarum iam sepultum, non vtique vt flendi mortuum formam daret, sed vt se per lachrymas verum corpus assumpsisse monstraret, vel certe fleuit amore humano Iudæos, quia nec tali signo monstrato in eum fuerant credituri. Neque enim mors Lazari causa esse poterat lachrimarum Christi, quem ipse Iesus & dormisse dixerat, & resuscitaturum se promiserat, sicut fecit. Habuerunt ergo vetera suum amorem, suámque fragilitatem, Christi adhuc aduentu pẽdente. Iam verò ex quo verbum caro factum est & habitauit in nobis. Ex quo primo Adæ datam sentẽtiam Adam nouissimus soluit: ex quo nostram mortem sua morte destruxit, & ab inferis die tertia Dominus resurrexit, iam non est mors terribilis fidelibus. Nõ timetur occasus, quia oriens Dominus venit ex alto, clamans ipse q mẽtiri nescit. Ego sũ resurrectio & vita &c. vsq;, nõ morietur in æternum. Ideo subdit de morte ibidem. Iesus nobis & hîc viuentibus salus est, & hinc recedentibus vita est. Mihi, inquit Apostolus, viuere, Christus est, & mori lucrum. Lucrum planè, qa angustias & tribulationes quas habet languor huius vitæ, mors accelerans lucrari facit. Concludit autem sic prædictum sermonem. Quid agimus nos prauæ fidei homines, qui anxiamur & deficimus, si aliquis de charis nostris migraret ad Dominum? Quid agimus quos præsens vita, quæ peregrinatio est à Christi conspectu, separat? Verè verè peregrinatio est, omne quod viuimus. Nam sicut peregrini in sæculo sedes habemus incertas, laboramus, desudamus, vias ambulantes difficiles, & periculis plenas. Vndique insidiæ à spiritalibus & corporalibus inimicis: vbique errorum calliculi sunt præparati. Et cum tantis periculis vrgeamur, non solum ipsi cupimus non liberari, sed etiam liberatos tanquam pereuntes lugemus & plangimus. Quid nobis præstitit Deus per suũ vnigenitum, si adhuc mortis timemus occasum? Quid renatos ex aqua & Spiritu sancto gloriamur, quos profectio de hoc mundo, quæ esse debet optabilis, contristat? Ipse Dominus clamat. Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi ego sum, ibi & minister meus erit. Putas si rex terrestris ad suum palatium vel ad conuiuiũ aliquẽ vocet, nonne libens & congratulans præparabit? Quanto magis ad cœlestem currendum est regẽ, qui quos recepit nõ solum conuiuas, sed etiam cõregnatores efficit, sicut scriptum est. Si cõmortui sumus, & conuiuemus. Si sustinemus, & conregnabimus. Nec dico vt quis sibi manus inferat, aut se interficiat contra voluntatem Dei creatoris: aut animam vi de corporis sui expellat hospitio: sed hoc dico, vt lætus & gaudens sit, cum aut ipse vocatur, aut proximi ipsi vadunt, vt euntibus gratuletur. Hæc est enim Christianæ fidei sententia, vitam veram expectare post mortem: reditum sperare post exitum. Accepta igitur voce Apostoli, cum fiducia iam dicamus, Gratias Deo, qui nobis contra mortem victoriam dedit, per Iesum Christum Dominum nostrum. In sermone quinto eiusdem libri. Quãdo celebramus dies fratrum defunctorum, in mente habere debemus quid sperandum, & quid timendum sit. Sperandum quidem est, quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius: Timendum autem, quia mors peccatorum pessima. Ideo propter spem, in memoria æterna erit iustus: propter timorem, ab auditu malo non timebit. Erit enim auditus quo nullus peior, quando dicetur sinistris, ite in ignem æternum. In hac vita non sunt nec

Marginalia: Sap. 4. — 2. cor. 7. — Periculum immoderatæ tristitiæ. — Cap. 4. — Fletus mortuorum in patribus. — 1. Thes. 4. — Cap. eod. — Quorsum fletus Christi. — Io. 11. — Cap. — Phil. — Cap. — Peregrinatio. — Io. 12. — 2. Tim. 2. — 1. Cor. — Lib. de ... Serm. ... Tom. ...

nec ſumma bona, nec ſumma mala: quia & bona quæcunque fuerint homini, in comparatione bonorum æternorum nulla ſunt: & mala quæ in hac vita experitur homo in comparatione ignis æterni nec comparanda ſunt. Et infra ſubdit.

Serm. eod.

Conſolemur inuicem, in his ſermonibus noſtris. Poteſt non dolere cor humanum defuncto chariſſimo, melius tamen dolet & ſanatur cor humanũ, quam non dolendo fit inhumanum. Maria cum mortuum fratrem dolebat, Domino cohærebat, & tunc Dominus fleuit. Mouere autem quemuis poteſt, quomodo flebat mortuum, ſi continuo iubet victurum? Non mortuum flebat quẽ ipſe ſuſcitauit, ſed mortem quam ſibi homo peccando comparauit. Si enim peccatum non præceſsiſſet, ſine dubio mors ſequuta non fuiſſet. Sequuta ergo mors etiam corporis quam præceſsit mors animæ. Mors animæ præceſsit deſerente Deo, & mors corporis ſequuta eſt deſerente anima. deſeruit volens, coacta eſt deſerere nolens. Tanquam illi diceretur. Receſsiſti ab eo quem diligere debuiſti, recede ab eo quem dilexiſti. Neceſſe eſt ergo vt contriſteris, ſed conſoletur ſpes. Contriſtaris, quia corpus quod viuit ex anima, fit exanime diſcedente anima: qui ambulabat, iacet: qui loquebatur, tacet: clauſi oculi lucem non capiunt, aures nulla voce pateſcunt, omnia membrorum officia quieuerunt, non eſt qui moueat greſſus ad ambulandum, manus ad operandum, ſenſus ad percipiẽdum. Nonne iſta eſt domus quam neſcio quis habitator ornabat? Diſceſsit qui non videtur, remãſit quod cum dolore videatur. Iſta eſt cauſa triſtitiæ. Sed huius triſtitiæ eſt conſolatio. Quia ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, in nouiſsima tuba: decœ. &c. vſque ſemper cũ Domino erimus. Pereat ergo contriſtatio, vbi tãta eſt conſolatio. Detergatur luctus ex animo. Fides expellat dolorem. In tãta ſpe non decet eſſe triſte templum Dei. Ibi habitat bonus conſolator. Ibi qui non fallit promiſſor. Conſoletur nos abundãtius, qui non migrat de corde noſtro: ſed ita dignetur habitare, vt nos dignetur etiam in fine in melius commutare.

Theſ. 4.

Cap. 4. Tom. IX.

Sermone ſecundo, eiuſdem libri. Audite fratres virtutis exemplum. Mater ſeptem filios hortabatur, & non lugebat, ſed potius lætabatur: videbat filios vngulis radi, ferro cõcidi, ſartagine aſſari, & non lachrymas fundebat, nõ vlulatum tollebat, ſed ſollicitè ad tolerantiã hortabatur filios. Nõ erat crudelis illa, ſed fidelis. Amabat filios nõ delicatè, ſed fortiter. Hortabatur filios ad paſsionem, quam gaudens ipſa quoq; ſuſcepit. Erat enim de ſua & de filiorum reſurrectione ſecura. Quid loquar viros, quid fœminas, quid puellas? Quomodo ſe de morte iſta luxerũt, quomodo ſe ſumma celeritate ad cœleſtem vitam tranſtulerunt? poterant vtique ad præſens viuere ſi voluiſſent, quia in eis erat poſitum, an Chriſtum negando viuerent, an confitendo morerentur: ſed magis elegerunt vitam proiicere temporalem, & vitam ſumere ſempiternam: excludi à terra, incolere cœlum. In hoc fratres quis

2. Macha. 7.

Conſtantia virilis in muliere.

A dubitationis eſt locus, vbi poteſt adhuc mortis reſidere formido? Si martyrũ ſumus filij, ſi eorũ ſocij volumus inueniri, nõ cõtriſtemur morte, nõ lugeamus charos noſtros, qui nos præcedunt ad Deũ. Si plangere voluerimus, ipſi nobis inſultant beati martyres & dicunt, ô fideles, ô regnum Dei cupientes, vos qui charos veſtros delicatè moriẽtes in lectulis vtique & in plumis, tanto mœrore plangitis & lugetis: ſi eos à gentibus propter nomen Dei cruciari & interfici videritis, quid facturi eſſetis? Aut non vos præceſsit exemplum? Abraham patriarcha filium vnicum offerens in ſacrificium, gladio penè iugulauit: nec ei quem tanto amore dilexit pepercit, ne Domino inobediens videretur. Quod ſi dicatis illum propter Dei interfeciſſe præceptum: & vos habetis præceptum, vt non triſtes ſitis de dormientibus.

A minori.

B Qui ergo minora non ſeruat, maiora quomodo ſeruabit? An neſcitis quod animus qui in talibus frangitur, ad fortiora reprobus inuenitur? Timens quis riuum mare quando ingreditur? Et qui plangunt impatienter amiſſum, quando poterunt ad martyrij peruenire certamen? nam qui in his conſtans & magnanimus exiſtit, iam ſibi gradum ad potiora ſubſternit. Inducit exemplum de quodam Romano qui fuit Marcus Puluillus, vt dicit.

Lib. 5. de Ciuit. Dei, cap. 18.

Vnum volo proponere exemplum ad corrigendum eos qui plangi mortuos arbitrantur. Exemplum autem de paganorum hiſtoria eſt. Fuit quidam princeps Paganus qui habebat filium vnicum, ſatiſque dilectum: hic cum in capitolio idolis ſuis gentili more ſacrificaret: nũciatur ei quod

Liuius lib. 2. Valer. lib. 5. Plutarch. in Publicola.

C filius ſuus ille vnicus obiiſſet: non reliquit ſacra quæ gerebat in manibus, non lachrymauit, nec omnino ſuſpirauit. Sed quid reſpondit audite. Sepeliatur, inquit, memini enim me filium genuiſſe mortalem. Vide reſponſum. Vide hominis pagani virtutem, vt nec expectari ſe iuſſerit, vt vel ſe præſente ſepulturæ filius traderetur. Quid agimus fratres ſi diabolus hunc in die iudicij coram Chriſto cõtra nos producat & dicat? Ecce hic cultor meus, quem ego præſtigiis decipiebã meis, vt ſeruiret cæcis & ſurdis ſimulachris, cui ego nec reſurrectionem à mortuis, nec Paradiſum, nec regna cœlorum promiſeram. Hic filij nobilis, ſapiẽtis, vnici mortem nec doluit, nec ingemuit, nec pro tali nuntio mea ſacra deſeruit. Tui autem Chriſtiani fideles, pro quibus ideo crucifixus &

Accuſatio diaboli in luctuoſos.

D mortuus es, vt mortem non timerent, vt eſſent de reſurrectione ſecuri, non ſolum lugent mortuos & voce, & habitu, ſed etiam ad Eccleſiam procedere confunduntur: aliquanti ipſi clerici tui, & paſtores tui, miniſterium ſuum intermittunt, vacantes luctui, quaſi exultantes ſuæ voluptati. Quare deflent quos voluiſti de ſæculi caligine ad te vocare? Quid ad hoc reſpondere poterimus fratres? Nonne confuſio nos apprehendet, cum ad hanc partem inferiores gentibus inueniamur? Et vtique lugere debet Paganus, qui neſciẽs Deum mox vt moritur, recto curſu pergit ad pœnas. Plangi debet Iudæus, qui Chriſtum deſe-

rens animam suam perditioni deputauit. Cæterū tu Christiane, qui es sanctificatus gratia, signatus fide, lætari debes in Domino: quia cum gaudio ad vitam æternā resurgis. Dolendū est planè de catechumenis nostris, si negligentia sua sine baptismo salutari recesserunt. Cæterum si sanctificatus gratia, signatus fide, conuersatione probatus, vel innocentia securus, de hoc mundo procedit: beatificandus est, non lugendus: desiderandus est, nō plangēdus: sed desiderandum cum moderatione, cum sciamus nos ipsos accedentibus temporibus sequuturos. Terge igitur lachrymas, ītermitte suspiria, compesce gemitum. Et subdit ibidem. O fidelis, & pro hac tristitia perniciosa, si placet accipere tristitiam salutarem. Illam vtique beatus Apostolus secundum Deum esse commemorauit, quę salutem stabilē solet operari. Vtique pœnitentiam facinorum commissorum. Scrutare pectus tuum, propriam interroga conscientiam, & si inuenis aliquid pœnitēdum, inuenis autē cum sis homo, trahe suspiria in cōfessione: funde lachrymas in oratiōe: & esto sollicitus de morte illa vera, de pœna animæ, de peccato, inquam, sollicitus, sicut Dauid dicit. Quoniam iniquitatē meā pronuntiabo, & sollicitus ero pro peccato meo: & non de corporis huius corporali dissolutione teneberis: quod suo tempore melius iubente Deo reparabitur. Videte queādmodum vtrunque sententia Diuina complexa sit dicens. Veniet hora, cum mortui qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & resurgent. Ecce securitas. Sed q̄d sequitur? Qui bona fecerūt, ibunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala gesserunt, in resur. iudi. Ecce diuersitas resurgentium. Omnem necesse est carnem resurgere, duntaxat humanam. Sed bonus resurget ad vitam, malus resurget ad pœnam. Scriptum est. Ideo non resurgunt impij in iudicio neque peccatores in con. iust. vt ergo nō in iudicium, sed in ęternum gaudium resurgamus, intermissa mortis tristitia, illam pœnitentiæ tristitiam sumamus, & curationem bonorum operum, aut vitæ melioris habeamus. Et ad hoc solum nobis sit cogitatio funeris huius & cadaueris, vt nos mortales esse nouerimus: & per hanc cogitationem salutem nostram dum tempus est, dum licet, minimè negligamus, scilicet, aut fructificantes in melius, aut emendantes, si ignorantes errauimus, ne subito præoccupanti die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, & non inuenire possimus. Quęramus ergo eleemosynas erogare, & satisfacere pro delictis, vt quod volumus concedatur. Et concludit prædictum sermonem. His omnibus ostensis, quid nos facere aliud oportet, quàm gratias agentes in omnibus Deo patri dicere: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra? Tu dedisti vitam, tu propter peccatum cōstituisti mortem, tu inducis in sæculum, tu educis de sæculo. Et cum eduxeris seruas, quia nihil tibi deperit tuorum: qui nec capillum capitis eorum perire dixisti. Auferes enim spiritum illorum & deficient, & ī puluerem suum conuertentur. Sed emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hæc verba fratres digna fidelibus, hæc & medicamina salutaria. hæc spongia consolationis detergat oculos, hoc infusos collyrio rationis. Non modo cæcitatem desperationis sentiat, sed nec lippitudinis aliquas tristitias sustineat: quin potius oculo cordis lucidè cuncta prospiciens prædic. & tu secundum patientissimum illū Iob, Dominus dedit &c. Sed quomodo sit contristandum, Lib. quarto, sermone nono. Admonet nos beatus Apostolus, vt de dormientibus, hoc est de mortuis charissimis nostris, non contristemur sicut & cæteri qui spem non habent: Spē scilicet, resurrectionis & incorruptionis æternæ. Nam ideo dormientes eos appellat scriptura, veracissima consuetudine: vt cum dormientes audimus, euigilaturos minimè desperemus. Vnde etiam cantatur in Psalmis. Nunquid qui dormit non adi. vt resur? Est ergo de mortuis eis qui diliguntur quædam tristitia quodam modo naturalis. Mortem quippe exhorret, non opinio, sed natura. Nec mors homini accideret, nisi ex pœna quam præcesserat culpa. Quapropter si animalia quæ ita creata sunt, vt suo quoque tempore moriantur, mortem fugiunt, diligūt vitam: quantomagis homo, qui sic creatus fuerat, vt si viuere sine peccato voluisset, sine termino viueret? Hinc itaque necesse est, vt tristes simus, quando nos moriendo deserunt quos amamus: quia & si nouimus eos non in æternum relinquere nos mansuros, sed aliquantulum præcedere sequuturos: tamen mors ipsa, quam natura refugit, cum occupat dilectum, contristat in nobis dilectionis affectum. Ideo non admonuit Apostolus, vt non contristemur: sed vt nō sicut cæteri qui spē nō habēt. Contristamur ergo nos, in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur, hîc consolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc sanat Diuina promissio. Et infra subdit in eodem. Permittantur itaque pia corda de charorum suorum mortibus contristari dolore sanabili, & cōsolabiles lachrymas fundant conditione mortali, quas cito reprimat fidei gaudiū qua creduntur fideles quando moriuntur, paululum à nobis abire, & ad meliora transire. Consolentur eos etiam fraterna obsequia, siue quæ funeribus exhibentur, siue quæ dolentibus adhibentur: ne iusta sit querela dicentium. Sustinui qui simul contristaretur & non fuit, & consolantes quæsiui, & non inueni. Sit pro viribus cura sepeliendi, & sepulchra construendi: quia & hæc in scripturis sanctis, inter bona opera deputata sunt. Nec solū in corporibus Patriarcharum aliorúmque sanctorum, & humanis cadaueribus quorūcunque iacētium: verum etiā in ipsius corpore Domini prædicati & laudati sunt qui ista fecerunt. Impleāt ergo hæc homines erga suos humana officia postremi muneris: & sui humani lenimēta mœroris. Verùm illa quæ adiuuant spiritus defunctorum, orationes, oblationes, erogatiōes, multo pro eis obseruantius, instantius, abundantius impendāt, qui suos carne non spiritu mortuos, nō solum carnaliter,

Marginal notes: 2.Cor.7. Tristitia secundū Deū. Io.5. Iob.1. 1.Thes.4. Lib. de ver. bis Apost. serm. 32. Tom.X. Psal.40. Mors ... Quare contristari liceat ...

liter,ſed etiam ſpiritualiter amant. Propterea hæc omnia in Epiſtola ad Italicam. *Epiſt.6.* Non ſic te cō triſtari oportet,quéadmodū gentes quæ ſpē non habent,cum veraciſsima promiſsione ſperemus nos de hac vita, vnde migraturi quoſdam noſtros migrantes non amiſimus,ſed præmiſimus, ad ipſam vitam eſſe venturos, vbi nobis erunt quanto notiores, tanto vtique chariores, & ſine timore illius diſſenſionis amabiles.

Tom.X. CONSTANTIA. De cōſtantia habēda in perſequutiōibus. Lib. primo de verbis Domini, ſermone.vj. Bonus ſi fuerit qui tibi præeſt, nutritor tuus eſt. Malus ſi fuerit, tentator tuus eſt: & nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approbare. Eſto aurum. *Aurum, Argentum, Palea,quid.* Attende mundum iſtum tanquam fornacem aurificis. In vno anguſto loco tria ſunt, aurum, palea, & ignis. Ad illa duo ignis apponitur, palea vritur, aurum purgatur. Ceſsit neſcio quis minis, & adductus eſt ad idolum. Væ mihi, quia paleam plango, cinerē video, non ceſsit minis, non ceſsit terroribus, adductus ad iudicem ſtetit in confeſsione ſua, nō eſt flexus ad idolum. Quid flamma facit? Nonne aurum purgat? State in Domino fratres, potentior eſt qui nos vocauit, minas impiorum ne timueritis. Inimicos patimini, habetis pro quibus oretis. Non vos terreant, conſtanter ſtate in Domino. Argentum eſtis, aurum eritis.

Tom.V. CONSTELLATIO. Contra obſeruātes cōſtellationes. Lib.v. de ciuitate Dei, cap.vij. O ſtultitiam ſingularem, eligitur dies vt ducatur vxor. Credo propterea, quia poteſt in diem non bonum, niſi eligatur incurri, & infœliciter duci. Vbi ergo eſt quod naſcenti iam ſydera decreuerunt? *Vecordia Mathematicorum.* An poteſt homo quod ei iā conſtitutum eſt, diei electione mutare. Et quod ipſe in eligendo die conſtituerit, nō poterit ab illa poteſtate mutari? Deinde ſi ſoli homines, nō autem omnia quæ ſub cœlo ſunt, conſtellationibus ſubiacēt, cur alios eligunt dies accōmodatos ponendis vitibus, vel arboribus, vel ſegetibus: alios dies pecoribus, vel domandis, vel admittēdis maribus, quibus equarū fœtentur armenta, & cætera huiuſmodi? Si autem propterea valent ad has res dies electi, q̃a terrenis omnibus corporibus, ſiue animantibus ſecundum diuerſitates temporaliū momentorum, ſyderum poſitio damnatur, conſiderent quā innumerabilia ſub vno temporis pūcto, vel naſcantur, vel moriantur, vel incohētur: & tam diuerſos exitus habeant, vt iſtas obſeruationes cuiuis puero ridendas perſuadeant? Quis enim eſt tam excors, vt audeat dicere omnes arbores, omnes herbas, omnes beſtias, ſerpentes, aues, piſces, vermiculos, momenta naſcendi ſigillatim habere? Diuerſa de hoc req̃re ſupra, cap. Aſtrologia, & infra, cap. Fatum, & cap. Stella.

Cap.7. Tom.I. CONSVETVDO. Lib.vj. muſicæ. Conſuetudo quaſi ſecūda, & quaſi affabricata natura dicitur. Ideo conſuetudini difficile reſiſtitur. *Cap.7. Tom.VII.* Lib.vj. contra Iulianum. Conſuetudinis malo difficile reſiſtitur. Vnde vehemētius

A vidua quam virgo, & vehementius meretrix quā caſta tentatur. Et tanto amplius in ea ſuperanda voluntas laborat, quanto ei maiores vires conſuetudo dedit. Lib. v. muſicæ. *Tom.I.* Tanta eſt vis conſuetudinis, vt ea inueterata, ſi falſa opinione genita eſt: nihil ſit inimicitius veritati. Ex conſuetudine peccatū non culpatur. Lib. quinto Homil. *Homil.28. Tom. X.* Omne peccatum conſuetudine vileſcit, & fit homini quaſi nullum: obduruit iam, dolorem perdidit. Quod valde putre eſt, nec dolet, non pro ſano habendum, ſed pro mortuo computādum eſt.

In Enchiridiō. *Cap 80. Tom.III.* Peccata quāuis magna & horrēda, cum in conſuetudinem venerint, aut parua, aut nulla eſſe creduntur: vſque adeo, vt non ſolum non occultanda, verum etiam prædicanda ac diffamanda videantur. *Vſu, peccata leuia videntur etiā horrenda.* Quoniam ſcriptum eſt, B Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. *Pſal.9.* Talis in Diuinis libris iniquitas, clamor vocatur. Vnde eſt illud in Gene. Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus eſt coram me. *Gen.18.* Quia non ſolum iam apud eos non puniebantur illa flagitia, verùmetiam publicè vel de lege frequentabantur. Et addit in ſequenti cap. *Cap.eod.* Sic noſtris temporibus, ita multa mala, & ſi non talia, tamen quia in apertam conſuetudinem iam venerunt, vt pro his non ſolum excommunicare aliquem laicum nō audeamus, ſed nec clericum degradare. Vnde cum exponerem ante aliquot annos Epiſtolā ad Galatas, in eo ipſo loco vbi ait Apoſtolus. Timeo ne fortè ſine cauſa laborauerī ī vobis, Exclamare cōpulſus ſū. Iſta prohibemus arridentes, ne iraſcātur: & timentes, C ne quaſi nouū aliquid mirentur. Væ peccatis hominum, cum ſola inuſitata exhorreſcimus, vſitata verò, pro quibus abluendis filij Dei ſanguis effuſus eſt, quāuis tam magna ſint vt omnino claudi contra ſe faciant regnū Dei, ſæpe videndo omnia tolerare, ſæpe tolerādo nōnulla etiam facere cogimur. Atque vtinam ò Domine, non omnia quę non potuerimus prohibere, faciamus. Sed videro vtrum me immoderatus dolor incautè aliquid compulerit dicere. Libro primo contra Epiſtolam Parmeniani. *Cap.7. Tom.VII.* Quia hominum multitudo non in corde cor habet ſed in oculis. Si ſanguis D exit de carne mortali, q̃ſquis aſpicit exhorreſcit. Si pro pace præciſæ animæ atque ſeparatæ in hæreſis vel ſchiſmatis ſacrilegio moriuntur, quia non videtur, nō plangitur, imò verò mors terrior & luctuoſior, &, vt plane dixerim, verior, iure cōſuetudinis irridetur. Ideo conſulit ſuper Pſal. *Super Pſal. 136. Tom.VIII.* Quando naſcitur cupiditas, antequam robur faciat aduerſum te mala conſuetudo, paruula eſt: elide illam. Sed times ne eliſa non moriatur, ad petram elide. Petra autem erat Chriſtus. *1.Cor.10.* Super Ioannem. Vbi eſt homil. de Lazaro. *Tract. 49. Tom IX.* Intueatur quiſque animam ſuā. Si peccat, moritur: peccatū, mors animæ eſt. Sed aliquādo in cogitatione peccatur. Delectauit quod malum eſt, cōſenſiſti, peccaſti: cōſenſio illa occidit te. *Tres mortui ſuſcitati, myſticè.* Sed intus eſt mors, quia cogitatum malum nondum proceſsit in factum. Talem animam reſuſcitare ſe ſignificans Dominus, reſuſcitauit illam puellam,

quæ nondum erat foras elata:sed in domo mortua iacebat. Quasi peccatum latebat. Si autem nō solum malæ delectationi consensisti, sed etiam ipsum malum fecisti:quasi mortuum extra portam extulisti .tamen & ipsum Dominus suscitauit,& reddidit viduæ matri suæ. Si peccasti, pœniteat te:& resuscitat te Dominus,& reddet Ecclesiæ matri tuæ. Tertius mortuus est Lazarus. Est genus mortis immane, mala consuetudo appellatur. Aliud est enim peccare, aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat & continuo corrigitur, cito reuiuiscit:quia nondum est implicatus consuetudine, non est sepultus. Qui autem peccare consueuit, sepultus est: & bene de illo dicitur, fœtet. Incipit enim habere pessimam famam, tanquam odorem deterrimū. Tales sunt omnes assueti sceleribus, perditis moribus. Dicis ei, noli facere. Quando te audit, quem terra sic premit, & tabe corrumpitur,& mole consuetudinis prægrauatur? Nec ad ipsum tamen resuscitandum, minor fuit virtus Christi. Nouimus, videmus quotidie:videmus homines pessima consuetudine permutata, viuere melius quam viuunt qui reprehendebant. Videmus multos, nouimus multos. Nemo desperet, nemo de se præsumat. Et desperare malum est, & de se præsumere. Sic noli desperare, vt eligas de quo debeas præsumere.

Tom. I. Sed contra malam consuetudinem, Libro sexto musicæ. In spiritalia mente nostra suspensa, atque ibi fixa & manente, impetus malæ consuetudinis frangitur,& paulatim repressus extinguitur.

Tom. IIII. Et Libro de salutaribus documentis. Declinemus semper à vitiis & ad virtutes tendamus: nec superflui sermones procedant ex ore nostro, nec ad maledicendum quenquam consuescamus linguam nostram, quæ ad benedicendum & laudandum Deum creata est:nec consuescamus consuetudines pessimas, in omni actu nostro, siue etiam cogitatione:quia consuetudo quæ longius fuerit protracta & confirmata, non paruo labore vitatur vel expellitur.

Tom. II. Epist. 112. Cap. 17. Causam ponit in Libro de videndo Deum ad Paulinam. Facilius quippe inclinamur ad solita,& amicum est infirmitatis humanæ animę corporalē cōuersationē, introrsus vel mittere, vel admittere, nō vbi sana cōsistat, sed vbi lāguida quodā modo aut incumbat aut iaceat.

Tom. II. Epist. 86. Distinct. 11. cap. In his. De consuetudine morum. Libro de ieiunio sabbati ad Casulanum, & habetur ī Decretis distinc. vndecima. Cōsuetudinem laudamus:quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur.

Mos patriæ & instituta maiorum. Vnde in eodem libro & eadem distinctione. In his rebus de q̄bus nihil certi statuit scriptura Diuina, mos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. De quibus si disputare voluerimus,& ex aliorum cōsuetudine alios ī probare, orietur interminata luctatio:quæ labore sermocinationis cum certa documēta nulla veritatis insinuet, vtique cauēdum est, ne tempestate contentionis, serenitas charitatis obnubiletur.

Consuetudinū ecclesiasticarum cōtēptores plectendi. Cap. 4. Tom. VI. In eodem libro. Sicut præuaricatores legum Diuinarum, ita contentores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.

De qua consuetudine, Libro cōtra Epistolam Fundamenti,& ponitur eadem distinctione. Palam est quod ī re dubia, ad fidem valet authoritas Ecclesiæ catholicæ, ab ipsis fundatis Apostolorū sedibus, vsque in hodiernum diem succedentium sibimet Episcoporum serie,& tot populorum cōsensione firmata.

Tom. II. Epist. 118. Cap. 1. Mat. 11. Libro primo de consuetudinibus, ad Ianuariū circa principiū. Primo tenere te volo, quod est huius disputationis caput, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in Euangelio loquitur, Leui iugo suo, nos subdidisse, & sarcinæ leui:vnde sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione pręstantissimis, societatem noui populi colligauit:sicuti est baptismus trinitatis nomine consecratus, communicatio corporis & sanguinis ipsius, & si quid aliud in scripturis canonicis commendatur, exceptis his, quæ seruitutem populi veteris, pro congruentia tēporis, onerabant: quæ in quinque libris Mosi leguntur.

Non omnia scripta. Illa autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarū orbe seruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum in Ecclesia saluberrima authoritas, est commendata atque statuta retineri: sicuti quod Domini passio, & resurrectio,& ascensio in cœlum,& aduentus de cœlo Spiritussancti, anniuersaria solennitate celebrantur:& si quid aliud tale occurrerit, quod seruatur ab vniuersa quocunque se diffundit Ecclesia.

Cap. 2. Alia verò quæ per loca terrarum regionésq; variantur, sicuti est quod alij ieiunant in sabbato, alij non:alij quotidie cōmunicant corpori & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt:alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur, alibi sabbato tantū & Dominico, alibi tantū Dominico:& siq̄d aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes:nec disciplina vlla est in his melior, graui prudentíque Christiano, quā vt eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quācunque forte deuenerit. Quod enim nec contra fidem, nec contra bonos mores iniungitur, indifferenter habēdum:& pro eorum inter quos viuitur societate, seruādū est. Credo te aliquādo audiuisse etiā quod nunc commemoro. Mater mea Mediolanum me sequuta, inuenit Ecclesiam sabbato nō ieiunātem, cœpit perturbari & fluctuare quid ageret:tūc ego talia non curabam, sed propter ipsam consului de hac re beatissimum virum Ambrosium: Respondit mihi se docere me non posse, nisi quod ipse faceret, q̄a si melius nosset id potius obseruaret. Cūque ego putassem, nulla reddita ratione authoritate sua sola nos voluisse admonere ne ī sabbato ieiunaremus, subsequutus est,& ait mihi. Cum Romam venio, ieiuno sabbato: Cum hīc sum, nō ieiuno. Ita etiam & tu, ad quam fortè veniens Ecclesiam, eius morem serua, si cuiquam nō vis esse scandalo, nec quēquam tibi. Hoc cum matri retulissē, libenter amplexa est. Ego verò de hac sententia etiam atque etiam cogitans, ita semper habui, tanquā eam cœlesti oraculo accepērī. Sēsi enī sæpe dolēs & gemēs, infirmorū perturbatiōes fieri

fieri,per quorundam fratrum contentiosam obstinationem,vel superstitiosam timiditatem.Quod in rebus huiusmodi,quas nec sacræ scripturæ authoritate,nec vllius Ecclesiæ traditione,nec vitæ corrigendæ vtilitate,ad certum possunt terminū peruenire,tātum quia subest qualiscunque ratiocinatio cogitantis,aut quia ī patria ipse sic cōsueuit;aut quia ibi vidit peregrinationem suam quo remotior est à suis, eo doctiorem factam putat: tam litigiosas excitāt quæstiones,vt nisi quod ipsi faciunt nihil rectum existiment. Ibidem infra. (Cap.5.) Faciat ergo vnusquisque quod in Ecclesia in qua venit,inuenerit.Non enim quicquam eorum cōtra fidē est,aut cōtra mores hīc vel inde meliores. His enim causis,id est,aut propter fidem,aut propter mores,vel emendari oportet quod perperā fiebat,vel institui quod non fiebat. Consuetudinis quippe ipsa mutatio quæ vtilitate adiuuat, nouitate perturbat. Quapropter quæ vtilis nō est perturbatio infructuosa, consequenter noxia est.

(Tom. VIII.) Tamen consuetudo seruanda debet esse conformis iustitiæ & veritati,super Psal.cv. Fortasse in hoc imperita præualuit consuetudo,& aliquid afferri potest quod adhuc ignoramus : vnde nos magis ducere debeat iudicium veritatis, quā (Cap.54. Tom. VII.) præiudicium consuetudinis. Probat Lib.tertio de baptismo contra Donatistas,& habetur in decretis,distin.viij.Qui contempta veritate, præsumit consuetudinem sequi:aut contra fratres inuidus est & malignus quibus veritas reuelatur, aut contra Deum ingratus est,inspiratione cuius Ecclesia instruitur. (Est sententia casti) Nam Dominus in Euangelio ait:Ego sum, inquit,veritas.Non dixit, Ego sum consuetudo.Itaque veritate manifesta,cedat consuetudo veritati.Reuelatiōe facta veritatis,veritati cedat consuetudo,vel error. (Cap.6 Cap.7.) Quia & Petrus qui prius circuncidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti. Et subdit ibidem.In hæreticis sine Ecclesiæ baptismo admittendis,nemo consuetudinem rationi & veritati præponat:quia consuetudinem ratio,& veritas semper excludit. (Cap.6.) Ibidem.Cum Christus sit veritas,magis veritatem, quàm consuetudinem sequi debemus. Lib.iiij. eiusdem.& habetur dist.eadē.Frustra quidā qui ratione vincūtur,consuetudinē nobis obiiciunt, quasi cōsuetudo maior sit veritate,aut nō sit ī spiritualibus sequendū,quod melius à Spiritu sancto reuelatū est.Hoc plane verū est,Quia & ratio,& veritas,cōsuetudini præponēda est.Sed veritas cū cōsuetudini suffragatur nihil oportet firmius retinere. (Cap.4. Tom eod. Distinct. 8. cap.frustra.) De cōsuetudinibus seruādis & permutandis in vita & moribus suo loco & tēpore,Lib. iij.de doctrina Christiana,& habetur dist.xlj.Decretorū.Quisqs rebus ꝑtereūtibus restrictius vtitur,quā sese habēt mores eorū cū qbus viuit:aut intēperatus,aut superstiosus est:qsqs verò sic eis vtitur,vt metas cōsuetudinis bonorū, inter quos versatur,excedat,aut aliqd signat ,aut flagitiosus est.In omnibus enī talibus nō vsus rerū,sed libido vtētis,ī culpa est. (Cap.12. Tom.III.) Neq; vllo modo qsquā sobrius crediderit, Domini pedes ita vnguento ꝑtioso à muliere perfusos,vt luxuriosorū & nequā hominum solent,quorum talia conuiuia detestamur. Odor enim bonus,fama bona est:quam quis bonæ vitæ operibus habuit, dum vestigia Christi sequitur, quasi pedes eius pretiosissimo odore perfudit. (Discretio rerum, lo... person... temporum.) Ita quod in aliis personis plerunque flagitium est,in Diuina,vel Prophetica persona magnæ cuiusdam rei signum est.Alia est quippe in perditis moribus, alia in Osee Prophetæ vaticinatione coniunctio meretricis. (Osee.1) Nec si flagitiosè in cōuiuiis temulētorū & lasciuorū,nudētur corpora,propterea in balneis nudū esse flagitiosum est. Quid igitur loco,& tēpori, & personis congruat,diligenter attendendum est:ne temerè flagitia reprehendamus. Fieri enim potest vt sine aliquo vitio cupiditatis vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vtatur:insipiens autem fœdissima gulæ flamma,in vilissimū ardescat.Et sanus quisque maluerit more Domini pisce vesci, quam lenticula more Esau nepotis Abraham,aut hordeo,more iumentorum. Non enim propter ea continentiores nobis sunt pleræque bestiæ, quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiuscemodi rebus,non ex earum rerum natura quibus vtimur,sed ex causa vtendi, & modo appetendi,vel probādum est,vel improbandū quod facimus. Regno terreno veteres iusti cœleste regnū imaginabantur, & prænūtiabāt. Sufficiendæ prolis causa erat,vxorū pluriū simul vni viro habendarū inculpabilis cōsuetudo, & ideo vnā fœminā maritos habere plures honestū nō erat:Nō enim mulier eo est fœcundior,sed meretricia potius turpitudo est,vel quæstum,vel liberos vulgo quærere.In huiusmodi moribus,quicquid illorū tēporū sancti nō libidinosè faciebāt,quāuis ea facerent,quæ hoc tēpore nisi per libidinem fieri nō possūnt,nō culpat scriptura. Et quicquid aliud tale narratur,non solum historicè ac propriè, sed etiam figuratè ac propheticè acceptū, interpretandum est vsque in finem illum charitatis, siue Dei,siue proximi,siue vtriusque.Sicut enim talares & manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat,nunc autem honesto loco natis cum tunicati sunt,non eas habere flagitium est:Sic aduertendum est, in cætero quoque vsu rerum abesse oportere libidinem: quæ nō solum ipsa eorum inter quos viuit consuetudine nequiter abutitur: sed etiam sæpe fines eius egressa, fœditatem suam,quæ intra claustra morum suorum solennium latitabat,flagitiosissima eruptione manifestat. (Cap. 13.) Quicquid autem congruit consuetudini eorum, cum quibus vita ista degenda, vel necessitate imponitur,vel officio suscipitur,à bonis & magnis hominibus ad vtilitatem & beneficentiam referendum est:Vel propriè sicut & nos debemus,vel etiam figuratè,sicut & Prophetis licet. (Cap. 14.) In quæ facta legenda cum incurrunt indocti alterius consuetudinis, nisi authoritate reprimantur , flagitia putant,nec possunt animaduertere totā cōuersationē suam,vel incōuiuiis, vel ī vestitu,cæteróque humano victu atq; cultu, aliis gētibus,& aliis tēporibus flagitiosā videri. Qua varietate īnumerabiliū cōsuetudinum commoti quidam

quidam dormitantes, vt ita dicam, qui neq; alto somno stultitiæ sopiebantur, neq; in sapientiæ luce poterant euigilare, putauerunt nullam esse iustitiam per seipsum, sed vnicuique gēti consuetudinem suam iustā videri: quæ cum sit diuersa omnibus gentibus, debeat autem incommutabilis manere iustitia, fieri manifestum est, nullā vsquā esse iustitiā: non intellexerūt, ne multa cōmemorem, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris, nullo modo posse, vlla eorū gentili diuersitate variari. Quæ sententia cum refertur ad dilectionem Dei, omnia flagitia moriūtur: cum ad proximi, omnia facinora. Nemo enim vult corrumpi habitaculū suum: non ergo debet corrumpere habitaculum Dei, seipsum, scilicet. Et nemo vult à quoquā noceri: nec ipse igitur cuiquā nocuerit. Sic euersa tyrannide cupiditatis charitas regnat iustissimis legibus dilectionis Dei propter Deum, & proximi propter Deum.

Cap.8. Tom.IX. CONTEMPLATIO. Qualiter cōtemplatio fiat. Lib. de cognitione veræ vitæ. Cum Deum ratio veraciter esse probauerit, & hunc vitam, sapientiam, veritatem, iustitiam, & æternitatem esse veris assertionibus essentialiter docuerit: restat nunc vt ad hunc quoq; videndum aliquam sibi fenestram aperiat, per quā mens per quosdā gradus scandens prospiciat, quatenus regem gloriæ in decore suo videre præualeat. Pedetentim autē ratio per corporalia gradiatur, ne infirmus intellectus per ardua nitens, difficultate confractus relabatur. Lib. primo de Trinitate. cap. viij. Contemplatio Diuinitatis, est omnium nostrarum actionū finis, atque æterna perfectio gaudiorum. Ibidem. contemplatio merces est fidei. Lib. eodē, cap. x. In contēplatione Dei, est finis omnium bonarum actionum, & requies sempiterna, & gaudium quod nunquam auferetur à nobis. Probat Lib. de q̄titate animæ. Tanta in contēplanda veritate voluptas est, quātacunq; ex parte eam quisquā cōtēplari potest, tāta puritas, tanta synceritas, tā indubitāda rerū fides, vt neque q̄cquā p̄ter eā scisse se aliquādo aliquis putet, cum sibi scire videbatur, & quo minus ĩpediatur anima toti tota inhærere veritati, mors quæ antea metuebatur, id est, ab hoc corpore omnimoda fuga & elapsio pro sūmo munere desideretur. Super Psal. xxxviij. super illud. Vt cōtempler delectationēDomini. Ibi enim gaudebo de socio, nō timebo aduersarium: vbi enim cōtemplabor, ibi mecum erit amicus, non calumniator inimicus. Quomodo fit, & impediatur cōtemplatio. Lib. quæstio. super Exo. quæstione lxviij. Nimis intentus humanis actionibus animus, Deo quodam modo minus potest vacare† quo fit tāto plenior, quanto in superna atque æterna liberius extenditur. Lib. de opere monachorum. Tantò gloriosius mens ad superiora promouetur, quāto diligentius ab inferioribus concupiscentia cohibetur. Vnde Lib. de contemplatione Christi. Tu es vita mea, per quam viuo: spes, cui inhæreo: gloria quam adipisci desidero. Tu mihi cor tene, A mentem rege, intellectum dirige, amorem erige, animum suspende, & in superna fluenta fontis vitæ post te trahe. Taceat quæso tumultus carnis. Conticescant phantasiæ terrarum, & aquarū, & aeris, & poli. Taceant somnia & imaginariȩ reuelationes, omnis lingua, omne signū, & quicquid transeundo fit. Sileat etiam ipsa anima, trāseat se, non cogitando se, sed te Deus meus: quia tu es reuera tota spes & fiducia mea. In eodem Libro. Tibi laus, tibi gloria, tibi honor & gratiarū actio piisime Domine, qui nos sic amasti, & saluasti, & sublimasti. Quā dulcis est memoria tua Domine? Quanto magis in te meditor, tanto es mihi dulcior, & amabilior. Idcirco delectant me valde bona tua puro mentis intuitu, & dulcissimo pij amoris affectu, ĩ loco peregrinationis meæ, iuxta modulum meū. Interim quādiu huius fragilibus subB sisto membris, tuæ charitatis iaculo vulneratus sum, & tuo vehementi desiderio flagro, ad te peruenire cupio, te videre desidero. Idcirco super custodiam meam stabo, & vigilātibus oculis psallam, & totis viribus te factorē meū collaudabo: polum penetrabo mente, desiderio tecum ero: vt in præsenti quidem miseria, vbi solo corpore teneor, tecum tamen cogitatione, & auiditate, & omni desiderio sim semper: quatenus ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis, & incomparabilis, multúmque amabilis. Sed ecce Deus meus misericordissimè, dum tuæ immensæ bonitatis & pietatis gloriam considerare volo, cor meum non sufficit. Excedit enim omnem sensum humanæ mentis tuum decus, tua C pulchritudo, tua virtus, tua gloria, tua magnificentia, tua maiestas, tua charitas sicut inæstimabilis est tuæ gloriæ splendor, ita in effabilis est tuæ æternæ charitatis benignitas: qua illos, quos de nihilo creasti, adoptas in filios, & tibi coniungis. Quæ sit verior contemplatio & magis propria. Libro supputationum, parte quarta, cap. tertio. Pertranseat anima mea omnia quæ creata sunt, trāscendat se & perueniat ad te atq; in te solo creatore omniū oculos fidei figat: tibi inhiet, tibi intendat, te meditetur, te contempletur, te sibi ante oculos ponat, te sub corde reuoluat, summū & verum bonum & gaudium sine fine mansurum. Multæ nanque sunt contemplationes, quibus anima deuota mirabiliter pascitur, sed in nulla earum ita requiescit & delectatur anima D mea, sicut quando te solum cogitat: & contemplatur, quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam mirabiliter inspiras cordibus amatorum tuorum: quam mira suauitas amoris tui, quo perfruuntur ibi, qui nihil præter te diligunt, nihil quærunt, vel etiam cogitare concupiscunt. Fœlices illi, quibus tu solus spes es, & omne opus, & ideo beatus qui sedet solitarius, & tacet, & stat super custodiam suam iugiter, nocte ac die, vt adhuc in hoc fragili corpusculo positus, prælibare valeat aliquatenus dulcedinem tuam. Hæc contemplatio excellit. Lib. vigesimo secūdo cōtra Faustū.

Sicut

Marginalia: Tom.III. (beside "ces est fidei"); Cap.33. Tom.I. (beside "feretur à nobis"); Tom.IIII. (beside "inimicus"); † Aliàs, Deo quodāmodo vacuatur. Tom.III. (beside "platio. Lib. quæstio."); Cap.12. Tom.IX. (beside "hibetur. Vnde Lib."); Cap.14. (beside "Tibi laus").

Cap.27. Tom.VI. Sicut anima corpori, ita ipsius animæ ratio cæteris eius partibus, quas habent & bestiæ lege naturæ, præponitur: in qua ipsa ratione, quæ partim contemplatiua est, partim actiua, proculdubio contemplatio præcellit. In hac enim & imago Dei est, qua per fidem ad speciem reformatur. Actio itaque rationalis contemplationi rationali debet obedire: siue per fidem operãti, sicuti est, quãdiu peregrinamur à Domino: siue per speciẽ, quod erit cum similes ei erimus, quando videbimus eum sicuti est, effecti etiã in spiritali corpore ex gratia eius æquales Angelis eius, recepta stola prima immortalitatis & incorruptionis, qua induetur hoc mortale & corruptibile nostrum, vt absorbeatur mors in victoriam iustitia perfecta per gratiã. Quia & sancti, & sublimes Angeli habent contemplationem & actionẽ suam, id enim sibi agendum imperant, quod ille quẽ contemplantur, iubet: cuius æterno imperio liberaliter, quia suauiter, seruiunt: Nos verò quorum corpus est mortuum propter peccatum, antequam viuificet Deus & mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum eius in nobis, pro modulo infirmitatis nostræ secundum æternam legem, qua naturalis ordo seruatur, iustè viuimus, si viuamus ex fide non ficta, quæ per dilectionem operatur: habentes in conscientia bonam spem repositã in cœlis immortalitatis & incorruptionis, & ipsius perficiendæ iustitiæ, vsque ad quãdam ineffabiliter suauissimam saturitatem: quam in ista peregrinatione oportet esuriri ac sitiri: quãdiu per fidem ambulamus, & non per spem. *TomX.* Lib. de verb. Apost. serm. xv. Super illud, Martha, Martha solicita es &c. Quia tu bonam, sed ista meliorẽ. Tu bonã, (Bonũ est conuersari in obsequiis sanctorum) sed ista meliorem. Denique tu quod elegisti trãsit. Ministras esuriẽtibus & sitientibus, ministras lectos dormituris, præbes domum habitare volẽtibus, omnia ista trãseunt. Erit tẽpus vbi nemo esuriat, nemo sitiat, nemo dormiat. Ergo cura tua auferetur à te. Maria optimam partem elegit, quę nõ auferetur ab ea. Cõtẽplari elegit, verbo viuere elegit. Qualis erit vita de verbo sine verbo? Mõ ista viuebat de verbo, sed sonante verbo. Erit vita de verbo, nullo sonãte verbo. Ipsũ verbũ vita est. Similes ei erimus, quoniã videbimus eũ sicuti est.

Tom IX. CONTENTIO, vel contendere. Contentio est abusio in Christiano. Lib. de duodecim abusionibus, cap. vij. Qui participationem nominis Christi per fidem & baptismum susceperit, cõtra Christi dicta & propositũ mundi caduca delectamenta diligit. Omne enĩ de quo contẽditur, aut propter ꝓpriã eius rei dilectionẽ de qua agitur, aut propter alterius rei amorẽ; quę sub odiosa specie latet, appetitur. Quẽadmodũ verbi gratia, bellũ, aĩoso debellãtiũ cõflictu, cũ odiosa res sit ꝓpter amorẽ victoriæ & libertatis peragitur: & multę aliæ dilectæ species, sub odioso labore vel formidine satis contentiosè expetũtur. vnde patẽter ĩtelligitur, nihil cõtendi posse, nisi ꝓpter dilectionẽ speratã, sed subsequentẽ amabilem remunerationẽ. Qui ergo de mũdo p̃senti ex quacũq; cã cõtẽdit, perspicuè ostẽdit quòd illũ diligit. Nõ ergo per Ioãnẽ Spũs sancti sermones recipiuntur, quibus ait. Nolite diligere mũdũ, neq; ea quæ in mundo sunt. Mundi enim amor & Dei pariter in vno corde habitare non possũt. Quẽadmodũ iidem oculi, cœlũ pariter & terrã nequaquã conspiciunt. Sed requirendum est, si in mũdo aliquid sit quod amari debeat, & quid sit ille mũdus quẽ diligi Diuina eloquia vetant. *Contemnenda quæ in mundo sunt Christũ diligentibus.* Terra autẽ cũ nascentibus ex ea, & metalla, & animantia, & pulchritudo vestium, & oblectatio ciborũ, & ea quæ ad hæc pertinent non diligi præcipiũtur, sed proximus propter quẽ omnia facta sunt, amari iubetur. Hæc enim omnia prædicta, velut non mansura, ad cœlestem patriã pergentes concomitari nequeunt: proximi verò velut mansuri regis cohæredes, semetipsos libenter inuicem diligunt. Quod ergo semper in mundo nõ manet, & cum mundo pariter deficiet, nõ amari pręcipitur: proximus autem, qui est pars regni cœlestis in terra, inter ima elemẽta, interĩ à regni cœlorũ appetitorib. nõ incõgruè amatur, dũ ĩ sũma illa patria ĩ æternũ cohæres habebitur. Propterea verò mũdus p̃sens nõ diligi ĩperatur, ne à dilectione Dei, alienus sæculi dilector q̃sq; efficiatur. Non ergo debet contendi, quod nõ licet amari. Igitur Christianus si nominis Christi similitudinem tenet, morũq; eius similitudinẽ habere debet. Christianus enim nemo rectè dicitur, nisi q̃ Christo moribus coæquatur. De ipso enim per Prophetã sic scribitur. *Esai.42.* Ecce filius meus quẽ elegi, electus meus cõplacuit in illo anima mea. Ponã spiritũ meum super eũ. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocẽ eius. Ecce Christus non cõtendit, neque clamauit: & tu si morũ Christi similitudinẽ habere cupis, ne cõtendas, ne abusiuus in Ecclesia Christianus existas. Suis enĩ sectatoribus Christus præcipit, Nolite vocari rabi: *Mat.23.* vnus est enim magister qui est Christus. Et patrẽ nolite vocare vobis super terrã, vnus enĩ est pater vester q̃ in cœlis est. Omnes enim vos fratres estis. Quibus ad supplicãdũ ĩperauit cũ diceret. Sic *Mat.6.* autẽ orabitis. Pater noster q̃ es ĩ cœlis sanctificetur nomẽ tuũ. Frustra ergo cõtendit patrẽ vocare in terra, & pro terra: qui patrem & patriam profitetur se habere in cœlo cuius patriæ nemo possessor efficitur, nisi qui de patriæ terrenæ contentione securus habetur.

Cap.26. Tom.I. CONTEMNERE. Proximus nõ debet cõtẽni, lib. de morib. Ecclesiæ. Nullus secredat cõtẽpto ꝓximo, ad beatitudinẽ & ad Deũ quẽ diligit esse veturũ. Atq; vtinã vt facile est bene ĩstituto & benigno diligere ꝓximũ, ita facile esset, vel cõsulere, vel nihil nocere. Non enĩ adhuc satis est voluntas bona, sed opus est magna quadã rõne atq; prudẽtia, qua nemo vti põt, nisi Deus ille, scilicet, fõs omniũ bonorũ, id tribuerit.

Tom VIII. Debet pius cõtẽnere se cõtẽni. super Psal. cxxv. vẽit ad nos rex noster cõtẽptus est iter nos, à nob. & postea nobiscũ: & docuit nos cõtẽni q̃ cõtemptus ẽ: docuit tolerare, q̃ tolerauit: docuit pati q̃ passus est: & ꝓmisit resurrecturos, q̃ resurrexit: ĩ seipso

seipso ostendens, quid sperare debeamus. Sed vt dicit super Psal. sermone primo. Iudæi quia viderunt Christum, crucifixerunt: tu quia non vides, verbo ipsius resistis: carnem nonne crucifigeres, si videres? Contempserunt Iudæi in ligno pendentem, contemnis tu in cœlo sedentem.

Tom. eod. Quomodo cōtendendum, super Psal. xxxvj. sermone iij. Contende cum malo, sed de bonitate: ipsa est enim vera contentio, vel potius certamen salubre: vt sit bonus cōtra malum, nō vt sint duo mali. De spirituali contendere, in sermone post Pascha. Cōtentio quæ modo est, facit nos gemere ex defectu, ex mutabilitate rerum, ex fragilitate carnis humanæ. Contendunt nobiscū quotidie tentationes & delectationes: & si non consentimus, tamē molestiam patimur. Contēnimus ergo. Et magnum periculum est, ne qui contēnit vincatur. Si autem non consentiendo vincimus molestiam, tamen patimur resistendo delectationibus corporis: non enim cessat hostis, nisi in morte, & mors in resurrectione, quando nulla erit mortis contentio.

CONTINENTIA. Distinguitur, Lib. lxxxiij. quæstionum, & Libro primo de verbis Domini, sermone xxij. Cōtinētia partim coram hominibus, vt tātū gloria humana capiatur. Aliter distinguitur & diffinitur in Libro de continentia. *Cap. 12.* Sicut non omnis qui aliquid patitur, aut quoslibet dolores tolerātissimè patitur, habet eam virtutē, quæ munus est Dei, & patientia nuncupatur. Multi enim tolerant multa tormenta, ne in suis criminibus prodant, aut malè sibi conscios, aut seipsos. *Peruersæ continentiæ species.* Multi pro explendis ardētissimis libidinibus, & obtinendis, vel nō relinquendis eis rebus, quibus vinculo praui amoris obstricti sunt. Multi pro diuersis & perniciosis, quibus vehementer tenentur erroribus, quos omnes, absit, vt veram dicamus habere patiētiam. Ita non omnis qui aliquid continet, vel ipsas etiā carnis, vel animi libidines mirabiliter continet, continentiam habere dicendus est. Etenim q̄dā, quod mirū dictu videri potest, per incontinentiā se continet: velut si se mulier contineat à marito, quia hoc iurauit adultero. Quidā per iniustitiā, velut si miscendi sexus non reddat coniunx coniugi debitum, quia ipse vel ipsa iam potest vincere talem corporis appetitum. Item quidam continent decepti fide falsa, & vana sperantes, & vana sectātes: in quibus sunt omnes hæretici, & quicunque sub nomine religionis aliquo errore falluntur. Quorum continentia vera esset, si esset etiam fides. Cum verò illa propterea nec fides sit appellanda, quia falsa est, sine dubio & ista continentia, continentiæ nomine indigna est. Nūquid enim cōtinentiam, quā munus Dei esse verissimè dicimus, dicturi sumus esse peccatum? Absit à nostris cordibus, tam detestanda dementia. Beatus autem apostolus ait. *Rom. 15.* Omne quod non est ex fide, peccatum est. Quæ igitur non habet fidem, nec continentia nominanda est. Sunt etiam qui apertè malignis seruiendo dæmonibus, à corporis voluptatibus se contineant, vt per eos expleant

A nefarias cupiditates, quarum impetū, ardorémq; non continent. Quidam etiam non attingūt vxores suas, dum quasi per magicas artes peruenire moliuntur ad vxores alienas. O mirabilem continentiam, imo verius nequitiam, atque immunditiam singularem. Si enim vera esset continentia, magis ab adulterio, quā propter adulterium perpetrandum carnis concupiscentia debuit à coniugio continere. Hanc quippe concupiscentiā carnis, relaxare solet continentia coniugalis, eiúsque frēnis hactenus moderamē imponere, vt nec in ipso coniugio immoderata licentia diffluatur, sed custodiatur modus, aut infirmitati coniugis debitus, cui hoc non secundum imperium præcipit, sed secundum veniam concedit Apostolus: B aut filiis procreandis accomodatus, quę vna fuit causa miscēdæ inuicem carnis, & patribus quondam & matribus sanctis. Id autem faciens continentia, id est, moderans, & quodam modo limitans in coniugibus carnis cōcupiscentiam, & eius inquietum aut inordinatum motum certis quibusdā finibus ordinās, bene vtitur hominis malo: quem facit, & vult perficere bonum: sicut Deus vtitur etiam hominibus malis, propter eos quos perficit bonos. Absit ergo, vt continentiā, de qua scriptura dixit, Et hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum: etiā eos habere dicamus, qui continendo, vel erroribus seruiūt, vel aliquas minores cupiditates ideo vincūt, vt alias expleāt, quarum granditate vincuntur. Ea verò quæ vera est, & desuper veniens cōtinentia, nō aliis malis, C mala præbere alia, sed bonis mala sanare vult omnia. Cuius, vt breuiter complectar actionem, *Contin. vera.* omnibus prorsus delectationibus concupiscētię, quæ aduersantur delectationi sapientiæ, cohercēdis atque sanandis inuigilat officium continētiæ. Vnde angustius eam sine dubitatione metiuntur, qui solas libidines corporis eā cohibere diffiniūt: melius profectò illi qui non addunt corporis, sed generaliter libidinem siue cupiditatem regēdam dicant ad continentiam pertinere. Quæ cupiditas in vitio ponitur, nec tantum est corporis, verum etiam animi. Ad quid cōtinentia valeat, in eodem Lib. versus fin. Dum spiritus concupiscit aduersus carnem, hæc magna cōtentione res agitur: delectationibus prauis, libidinibus immundis, motibus carnalibus atque turpibus, suauitate sancti- D tatis, amore castitatis, spirituali vigore continentiæ resistitur. Est Dei donum, Lib. x. confessio. Imperas nobis Domine continentiam, & cum scirem, ait quidam, quod nemo potest esse cōtinēs, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiētiæ eius, scire cuius donum esset. Per continentiam quippe colligimur & redigimur in vnum à quo in multa defluximus: minus enim te amat, qui tecum aliquid amat. O amor quia semper ardes, & nūquam extingueris, charitas Deus meus accende me. Cōtinentiam iubes. Da quod iubes, & iube quod vis.

Vnde Libro. viij. eiusdem, Aperiebatur ab ea parte qua intenderam faciem, & quò transire trepidabam, casta dignitas continentiæ, serena, & nō dissolutè hilaris, honestè blandiens vt venirem, neque

Neque dubitarem,& extendens ad me suscipiendum & amplectendum pias manus plenas gregibus exemplorum. Ibi tot pueri & puellæ, ibi iuuentus multa,& omnis ætas, & graues viduæ, & virgines,& anus, & in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fœcunda mater filiorum gaudiorum de marito te Domine. Et irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret. Cur non poteris quod isti & istæ? An verò isti & istæ in seipsis possunt, an non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas & non stas? Proiice te in eum, noli metuere, non se subtrahet vt cadas. Proiice te securus, excipiet te & sanabit te. Contra continentiam, soluitur quæstio in libro de sancta viduitate, circa finem. Agite itaq; cursum vestrum & perseueranter currite vt comprehendatis, exẽplo vitæ exhortationísque sermone, rapite in eundem cursum vestrum quascunq; potueritis. Non vos ab hoc studio, quo multas ad imitandũ excitatis, frangat querela vanorum qui dicunt. Quomodo subsistet genus humanũ, si omnes fuerint continentes? Quasi propter aliud retardetur hoc sæculum, nisi vt impleatur numerus ille sanctorum, quo citius impleto, profectò nec terminus sæculi differetur. Nec illud nos retardet à studio persuadendi aliis bonum vestrum, si dicatur vobis, Cum & nuptiæ bonæ sint, quomodo erunt omnia bona in Christi corpore, & maiora scilicet, & minora, si omnes cõtinentię laude atq; amore mutentur? Primo quia conãdo vt omnes sint continentes, tunc erunt vel paucæ, neq; enim omnes capiunt verbum hoc. Sed quoniam scriptum est. Qui potest capere capiat. tunc capiunt qui possunt, si nec illis quæ non capiunt taceatur. Deinde nec timere debemus ne fortè nos omnes capiãt, & aliquid de minoribus bonis, id est, coniugalis vitæ Christi desit in corpore. Si enim omnes audierint, & omnes cœperint, intelligere debemus hoc ipsum fuisse prædestinatum, vt coniugalia bona in illorũ membrorũ numero etiam sufficiant, quæ tam multa ex hac vita transierint. Neq; enim nunc si omnes fuerint continẽtes, honorẽ cõtinẽtiũ daturi sunt eis qui tricenariũ fructũ, qui in cõgiugali bono inesse intelligitur, iam dominicis horreis intulerũt. Habebũt ergo illic omnia ista bona suũ locũ, etiã si deinceps nulla velit nubere, vel nemo ducere vxorem. Securè itaq; instate quibus potestis, vt fiant quod vos estis. Et orate vigilanter atq; feruenter, vt adiutorio dextræ excelsi, & abũdãtia misericordissimę gratiæ Dei, perseueretis in eo quod estis: & proficiatis ad id quod eritis. Deinde obsecro vos, per illum, à quo & hoc donũ accepistis, & eius doni præmia speratis, vt me quoq; orationibus vestris memineritis inserere, cũ tota domestica vestra Ecclesia. Persuadetur continentia, in eodem libro de sancta viduitate circa fin. Placete moribus, instate orationibus, præteritus dies nõ reuertitur in futurũ & post hesternum pergit hodiernus, & post hodiernum perrecturus est crastinus. Et ecce omnia temporalia transeunt, vt veniat mansura promissio: & qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Si mundus iã periit, nupta cui parit? Aut si corde paritura carne non paritura cur nubit? Si autem adhuc duraturus est mundus, cur non magis amatur per quem factus est mundus? Si iam deficiunt illecebræ sæculares, nõ est quod Christianus animus cupiditate conquirat: si autẽ adhuc manebunt, est quod sanctitate contemnat. Horum duorum in altero spes nulla libidinis, in altero maior est gloria charitatis. Quot autem & quanti sunt ipsi anni, quibus videtur vigere flos carnalis ætatis? Nonnullæ fœminæ nuptias cogitantes, & ardenter optantes, dum spernuntur aut differuntur, repente senuerunt, vt eas iam nubere puderet amplius quam liberet. Multæ autem nuptæ recentissima sua coniunctione in longinqua profectis viris suis, reditum eorum expectantibus grandæuæ factæ sunt, & tanquam cito viduatæ. Aliquando nec remeantes, saltem senes suos anus suscipere meruerunt. Si ergo vel spernentibus, vel tardantibus sponsis, vel peregrinantibus maritis carnalis concupiscentia potuit contineri, ne stuprum aut adulterium committeretur, cur contineri non potest ne sacrilegium cõmittatur? Si repressa est, vt ferueret dilatata: cur nõ reprimitur, cũ friguerit amputata? Plus enim ardẽtẽ ferunt libidinẽ, quæ non desperant eiusdẽ libidinis voluptatem. Quæ autẽ innuptarũ castitatem Deo vouẽt, ipsam spẽ subtrahunt, quæ fomes amoris est. Vnde facilius concupiscentia refrænatur, quæ nulla expectatione succenditur: contra quam tamen nisi oretur, vt superetur, ipsa illicita exoptatur ardentius. Deliciæ igitur spirituales, deliciis carnalibus in sancta castitate succedant: lectio, psalmus, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio, spes futuri sæculi, & cor sursum, atque de iis omnibus gratiarum actio patri luminum, à quo sine vlla dubitatione, omne datũ optimum, & omne donum perfectum, scriptura teste, descendit. Nam quando pro deliciis nuptiarum, quas in carne virorum habent, aliarum carnalium deliciarum tanquam in solatio, vsus assumitur, quid dicam quæ sequantur mala, cum breuiter Apostolus dixerit, viuentem mortuam esse, quæ in deliciis viuit? Absit autem à vobis, vt diuitiarum cupiditate capiamini, pro cupiditate nuptiarum: & in cordibus nummus pro viri amore succedat.

Sola continentia non est meritoria, Libro decimosexto, de ciuitate Dei, capite trigesimosexto in fine. Fieri potest vt habeat aliquid in vita & moribus quispiam quo superet alium: ídque sit longè præstabilius, quam est illud, vnde ab alio superatur. Ac per hoc sano veróque iudicio, cum continentia coniugio præferatur, melior est tamen homo fidelis coniugatus, quam continens infidelis. Sed continens infidelis homo, non solum minus laudandus, verum etiam maximè detestandus est. Constituamus autem ambos bonos, etiam sic profectò melior est coniugatus fidelissimus & obedientissimus Deo, quam continens minoris fidei, mino-

Cap. 23. Tom. IIII. — *Occurritur incontinentium querelæ.* — *Cap. 20. Tom. eod.* — *A minori.* — *Iac. 1.* — *Tom. V.* — *Infidelitate dona vilescunt.*

rísque obedientiæ. Si verò paria sunt cætera, continentem coniugato præferre quis ambigat? Quo ad humilitatem, Libro tertio de verbis Domini, sermone decimosexto. Sunt continentes humiles, sunt & superbi. Non sibi promittant regnum Dei superbi. Excellentior est locus, quò ducit continentia. Sed qui se exaltat, humiliabitur. Quid quæris celsiorem locum appetitu celsitudinis, quē potes apprehendere retentione humilitatis? Si extollis te, Deus deiicit te. Si tu deiicis te, Deus eleuat te. Sententia Domini est: nec addi aliquid, nec detrahi potest. Vsqueeo autem continentes homines plerunque superbiunt, vt non solum quibuscunque hominibus, sed etiam parentibus ingrati sint, & aduersus eos extollantur. Quare? Quia illi genuerunt, isti nuptias contempserunt: & ideo meliores sunt. Sed si vis te inuenire meliorem, interroga animam tuam. Si vides ibi inflationem. vbi est inflatio, ibi est inanitas. Diabolus vbi inane inuenit, ibi nidum facere molitur. Denique fratres mei, audeo dicere. Superbis continentibus expedit cadere, vt in eo ipso quo extolluntur, humilientur. Quid enim prodest cui inest continentia, si dominatur superbia? Contempsit vnde natus est homo, & appetit vnde cecidit diabolus. Nuptias contempsisti, benefecisti. Aliquid melius elegisti, sed superbire noli. De nuptiis homo natus est, de superbia Angeli ceciderunt. Si singula bona considerem, melior est virginalis sanctitas, quam pudicitia coniugalis. Sed humilitas melior, quàm superbia est: imo superbia magnum malum, & humilitas magnum bonum. Si ergo horum duorum, vnum est malum, & alterum est bonum. Iungitur malum ad maius bonum, & fit totum malum: iungitur bonum ad minus bonum, & fit magnum bonum. Melior est ergo humilis mulier quam virgo superba. Imo quæ erat melior, fit peior. Maiorem enim locū habebit in regno cœlorum, quæ maritata est & humilis, quam virgo & superba. Ambæ tamen ibi. Sed quomodo fulgida stella, & obscura stella. Imo maritata qualemcunq; locum: virgo verò superba, nullum ibi habebit locum. Et quæ ibi nō habuerit locū, vbi erit, nisi cum illo qui inde cecidit, stantémq; deiecit? Inde cecidit diabolus, stantémq; deiecit hominem. Deiecit stantem, sed Christus descendens erexit iacentem. Vnde te tamen erexit Dominus Deus tuus. Attende. Humilia, te erexit, factus obediēs vsq; ad mortē, humiliauit semetipsum. Princeps tuus humilis, & tu superbus. Caput humile, & membrum superbum. Absit. Imo nō vult esse de corpore capitis humilis, qui amat superbiam. Si autem non fuerit, videat vbi erit. Ratio huius est, quia continentia est virtus animi. Libro de bono coniugali, c.xxxvj. Continentia quippe nō corporis, sed animi est virtus. Virtutes autem animi, aliquando in opere manifestantur, aliquādo in habitu latent. Et ideo solum continens non melior iudicatur, ibid. c.xl. Sicut non est impar meritum patientiæ in Petro qui passus est, & in Ioanne qui passus non est: sic non est impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas nuptias expertus est, & in Abraham, qui filios generauit. Illius enim cœlibatus, & illius cōnubiū, pro temporum distributione Christo militauerunt. Sed continentiam Ioannes in opere, Abraham verò in solo habitu habebat. Et causa obedientiæ dicit ibid. Fieri potest vt animus non habeat aliquid ꝙ alius habet, sed aliud habeat quod pluris æstimandum est. Maius enim est bonum obedientiæ, quam continentiæ. Nam cōnubium, nusquam nostrarum authoritate scripturarum damnatur. Inobedientia verò nusquam absoluitur. Si ergo proponatur virgo permansura, sed tamen inobediens: & maritata quævirgo permanere non potest, sed tamen obediens: quam meliorem dicemus? Minus laudabilem quam si virgo esset, an damnabilem sicut est virgo? Ita si conferas ebriosam virginem sobriæ coniugatæ. Quis dubitat hanc ferre sentētiam? Nuptiæ quippe & virginitas duo bona sunt, quorum alterum maius. Sobrietas autem & ebrietas, sicut obediētia & inobedientia: illa bona sunt, hæc mala. Melius autem est habere omnia bona, vel minora, quam magnum bonum, cum magno malo. Quia & in corporalibus bonis, melius est habere Zachæi staturam cum sanitate, quam Goliæ cum febre. Quapropter non solum obediens inobedienti, sed obedientior coniugata minus obedienti virgini præponenda est. Quia omnium virtutum quodammodo mater est obedientia.

CONTRADICTIO & contrariū. Ex cōtradictione veritatis, ipsa veritas declaratur, super Psal. lxvij. Multi sensus sanctarū scripturarū latēt, & paucis intelligentioribus noti sunt: nec asserūtur cōmodius & acceptabilius, nisi cum respōdendi hæreticis cura cōpellit. Tunc enim etiā qui negligunt studia doctrinę, torpore discusso ad audiēdi excitātur diligētiā, vt aduersarij refellātur. Deniq; quā multi scripturarū sensus de Christo Deo asserti sunt cōtra Photinū, quā multi de hoīe Christo cōtra Manichæū, quā multi de Trinitate cōtra Sabelliū, quā multi de vanitate trinitatis, aduersus Arrianos & Eunomianos Macedonianos? Quam multi de Ecclesia catholica toto orbe diffusa, & de malorum cōmistione vsque in finē sæculi, quod bonis in sacramentorū eius societate non obstat, aduersus Donatistas & Luciferanos aliósq; si qui sunt, qui simili errore dissentiant à veritate? quā multi contra cæteros hereticos, quos enumerare vel cōmemorare nimis lōgū est? Quorū tamē sensuū probati assertores, aut ꝓrsus laterēt, aut nō ita eminerēt, vt eos eminere fecerunt superborū cōtradictiones. Ad hoc enim hæreses sinuntur esse, vt ꝓbati manifesti fiāt. Cognito vno cōtrariorū, cognoscitur aliud. Lib. viij. super Genes. A contrariis notis pleraq; intelligūtur ignota. Nos enim quomodo intelligimus cum dicitur, resurrectio, quam nunquā experti sumus? Nonne quia sentimus quid sit viuere & eius rei priuationem vocamus mortem, vnde reditum ad id quod sentimus resur

Ser. de verb. Domini, ord. 53. Tom. X.

Superba continentia.

Phil. 2.

Cap. 21. Tom. VI.

Cap. eod.

Collatio continentiæ actu, & continentiæ habitu.

Cap. 44.

Obedientia quasi mater virtutum.

Tom. VIII.

Hæreses causa ... tandæ veritatis.

Cap. 16. Tom. III.

resurrectionem appellamus? Quis enim pecora docuit deuitationē mortis, nisi sensus vitæ? Cōtraria aliqua, quodāmodo sunt simul. In Enchiridion: Omnis natura, etiam si vitiosa est, in quātum natura est, bona est: in quātū vitiosa, mala est. Quapropter in iis contrariis, quæ bona & mala vocantur, illa dialecticorum regula deficit, qua dicunt, nulli rei simul duo inesse contraria. Nullus enim aer simul tenebrosus & lucidus est. Nullus potus aut cibus dulcis est & amarus. Nullum corpus, simul vbi est albū, ibi etiā est nigrum. Nullum simul vbi deforme, ibi formosum. Et hoc in multis, & penè in omnibus contrariis reperitur, vt in vna re simul esse nō possint. Cum autē bona & mala nullus ambigat esse contraria, non solū simul esse possunt, sed etiā mala nulla omnino sine bonis, & nisi in bonis esse possunt: quamuis bona sine malis esse possint. Probat ibidem statim. Potest enim homo vel Angelus, non esse iniustus: Iniustus autē nō potest esse, nisi homo vel Angelus. Et bonū, quod homo: bonū, quod Angelus: malū, quod iniustus. Et hæc duo contraria ita simul sunt, vt si bonū nō esset, in quo malū esset, prorsus nec malū esse posset: quia non modo vbi consisteret, sed & vnde oriretur corruptio non haberet, nisi esset quod corrūpetur: quoniā nihil est aliud corruptio, quam boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta sunt, & nisi in aliquibus bonis, non sunt: nec erat vnde oriretur vlla mali natura. Nam si esset, in quātū natura esset, profecto bona esset: & aut incorruptibilis natura magnum esset bonum, aut etiam natura corruptibilis nullomodo esset, nisi aliquod bonū, quod bonū corrūpēdo posset ei nocere corruptio. Sed cū ex bonis mala orta esse dicimus, non putetur hoc Dominicæ refragari sententiæ qua dicit. Nō potest arbor bona fructus malos facere. Nō enim potest, sicut veritas ait, colligi vua de spinis: quia non potest vua nasci de spinis. Sed ex bona terra & vites nasci posse videmus & spinas. Et eodemmodo tanquam arbor mala fructus bonos, id est, bona opera, nō potest facere volūtas mala. Sed ex bona hominis natura, oriri voluntas & bona potest & mala. Nec prorsus fuit vnde primitus oriretur voluntas mala, nisi ex Angeli & hominis natura bona. Quod & ipse Dominus in eodē loco, vbi de arbore & fructibus loquebatur, apertissime ostendit. Ait enim. Aut facite arborē bonam & fructum eius bonū, aut facite arborē malā & fructū eius malū: satis admonēs ex arbore quidē bona malos, aut ex mala bonos nasci fructus nō posse: ex ipsa tamē terra, cui loquebatur, vtranq; arborē oriri posse. Deo nihil est cōtrariū. Lib. de fide & Symbolo quod fecit in Affricano cōcilio Hipponiæ celebrato. Spiritualibus animis patere cōfido, nullā naturā Deo esse posse cōtrariā. Si enim ille est, & de solo Deo propriè dici pōt, hoc verbū, Est: quod enim verè est, incōmutabiliter manet: quoniā quod mutatur, fuit aliquid quod iā nō est, & erit quod nōdū est, & ideo nihil habet Deus cōtrariū. Si enim quæreretur à nobis quid sit albo contrariū, respōderemus

Cap. 1. et 14. Tom. III. — *Cap. 14.* — *Mala ex bonis quomodo.* — *Mat. 7.* — *Cap. 4. Tom. III.*

A nigrū: quid sit calido contrariū, responderemus frigidū. Cum quæritur quid sit cōtrariū ei quod est, rectè respōdetur, quod nō est. Lib. de moribus Ecclesiæ. Omnino esse contrariū non habet nisi nō esse: nulla est igitur Deo natura cōtraria. *Tom. I.*

CONTRITIO. De contritione super Psal. xlvj. Tritura cordis, est pietas & humilitas. Qui se conterit, irascitur sibi. se habeat iratū, vt Deū habeat propitiū. Se habeat iudicē, vt illū habeat defensorē. Qualiter haberi debeat, declarat, Li. j. de pœnitētia. Ascēdat homo aduersus se tribunal mētis suæ, si timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illic recipiat vnusquisq;, quæ per corpus gessit, siue bonū, siue malū: cōstituat se ante faciē suā, atq; ita cōstituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogi- B tatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidē sanguis animæ cōfitētis, per lachrymas profluat. Postremo ab ipsa mēte talis sentētia proferatur, vt se indignū homo iudicet participatione corporis & sanguinis Domini. Vt qui separari à regno cœlorū per vltimā sententiā summi iudicis metuat, per Ecclesiasticā disciplinā à sacramēto cœlestis panis interim separetur. Versetur ante oculos imago futuri iudicij, vt cū alij accedunt ad altare Dei, quo ipse non accedit, cogitet quam sibi contremiscenda sit pœna illa, qua percipientibus aliis vitā æternā, ipse cū aliis in mortē præcipitetur æternā. Lib. de vera & falsa pœnitentia. Dolendū est de peccato continuè, quod declarat ipsa dictionis virtus, id est, pœnitere, quod idē est quod pœnā tenere. Consideret ergo C homo qualitatē criminis, vt cū agnouerit quod multum est peccatum, cito Deum propitium inueniat. Dolendū est etiam, & dolore purgādum, non solum quod peccauit, sed quod se virtute priuauit. Require supra, vbi confessio.

Lib. 50. Hom. Homil. 50. Tom. X. — *Cap. 44. Tom. IIII.*

CONVERSATIO. Conuersandum est cū bonis & nō cū malis, Lib. de salutaribus documētis. Perfectorū virorū cōsortio fruere, & à verbis eorū non auertas aurē tuā, & in eorū consilio delectetur anima tua. Verba enim vitæ, sunt verba timētiū Deū, & incolumitas animæ iis qui ea libenter audiunt & attendūt. Sicut sol oriēs fugat caliginē, ita sanctorū doctrina à sensibus nostris expellit tenebras. Deuita quæso viros superbos, inuidos, detractores, men- D daces, periuros, & salutē suā negligētes, qui mortui sunt virtutibus, & lætātur in ꝓpriis voluptatibus, vt gaudiis careāt Diuinis. Non dico, vt vel vnū talē in domo tua habeas, sed & vbicūq; tales esse audieris, hos deuita. Cū huiusmodi hoībus nulla tibi cōmistio sit vel familiaritas, neq; vel cū eis sermocinari, si nō valeas Domino miserāte, eos ab errore suo reuocare. Nam sæpe per vnā ouē morbidā, polluitur totus grex. Et modica pars fellis, magnū dulcorē vertit in amaritudinē. Nam talis si in habitu videatur clarus ac nobilis, & dulcia verba tibi proferat, operibus tamē si agit tecū cōtrariis, magis nocet illius talis factura, quam placeat ex verbis figura. Non enim ex verbis, sed ex virtutibus homo probatur. Non propter

Cap. 44. Tom. IIII. — *Vitandum malorū consortium.*

Cap. 4. malos, cum quibus necessario cõuersatur debet quis bonitatẽ perdere. Lib. eodẽ circa prin. Tuo capiti adsit gratia spiritualis scientiæ quæ mẽtẽ tuã illuminet, & ad vitã æternã sicut desidero & opto perducat. Toto enim cordis affectu opto, & Deum præcor, vt semper ad anteriora te extendas, donec peruenies ad sublimem perpetuæ beatitudinis coronam: & animi tui nobilitatem quam in te optime scio, nullis amicorũ tuorũ cõsiliis, nulla sæculariorũ ambitione desideriorũ, ab amore Christi immutari permittas. Noli tuã bonitatẽ aliorum malignitate obscurare, sed vbique quãtũ vales amabilis corã Deo & omni populo appareas. Nõ deerit tibi gratia adiuuãtis Dei, si tibi aderit voluntas sanctæ admonitionis, quã sæpe in scripturis Diuinis, mens bonitatis tuę attẽdit. Non maculat conuersatio, nisi cõsentiendo eis. Lib. de vnico baptismo ad Cõstantinũ. Quod boni maculentur tactu malorũ & cõsortio, hæc fiunt cõsensione peccatorũ, qua per fœminã diabolus hominẽ primũ in paridisi fœlicitate decepit nõ cõmunione sacramẽtorũ, in qua cũ discipulos Iudas mũdos, immundus coinquinare nõ potuit. A malis autẽ cũ quibus Dei sacramẽta cõmunicãt, etiã nũc in area nõdũ in horreo, iã tamẽ boni discedunt & separãtur, morũ dissimilitudine nõ corporũ segregatione: aliter viuẽdo nõ ad alia cõuenticula veniendo. Sic nec cũ malis vnum sunt, nec ab Ecclesiæ vnitate discedunt.

Cap. 5. Tom. VII. Communio piorum cum impiis, & separatio ab eis.

B

In serm. de verb. Dom. ord 54. Tom. X.

CONVERSIO. Si ad Deum cõuertimur, ipse ad nos cõuertitur, Li. iij. de verbis Domini, serm. xvij. Cum ea quę facis diligis, teipsum odis. Quæ enim sunt tua, nisi peccata? Quid es tu, nisi ꝙ fecit te Deus ad imaginẽ & similitudinẽ suam? Negligis ergo quod factus es, & diligis quod fecisti. Amas extra te opera tua, negligis in te opus Dei. Meritò is, meritò laberis, meritò & à te ipso pergis, merito audis. Spiritus ambulans, & nõ reuertẽs. Audi ergo potius vocantem & dicentem. Conuertimini ad me, & cõuertar ad vos. Nõ enim Deus auertitur & cõuertitur, sed manens corripit, incõmutabilis corripit. Auersus est, quia tu te auertisti. Tu ab illo fecisti casum, non ipse à te fecit occasum. Ergo audi dicentem tibi. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Hoc est enim quod conuertar ad vos, quia cõuertimini ad me, fugientis dorsa persequitur, qui faciẽ redeũtis illuminat. Quo enim fugis à Deo? Fugieris, quo fugies? Fugies ab illo, qui nullo loco cõtinetur, & nusquam absens est. Qui cõuersum liberat, punit auersum. Quem habes iudicem fugiens, hũc habeto patrẽ rediẽs.

C

Psal. 77. Zach. 1.

Non auertitur Deus, sed nos.

Tom. VIII. Ideo super Psal. vj. Perfecta nostra cõuersio, paratum inuenit Deũ. sicut Propheta dicit. Tanquam diluculũ paratũ inuenimus eum. Quoniã vt eum amitteremus, nõ eius absentia qui vbiq; adest, sed nostra fecit auersio. In hoc mũdo erat, inquit, & mundus per eũ factus est, & mundus eũ nõ cognouit. Nostra immũditia nõ fert eius aspectũ. Dũ enim nos cõuertimur, id est, mutatione veteris vitæ resculpimus, Spiritũ nostrũ durũ sentimus, & laboriosum, ad serenitatẽ & trãquil-

D

A litatem Diuinæ lucis, à terrena cupiditatum caligine retorqueri. Et in tali difficultate dicimus. Conuertere Domine, id est, adiuua nos: vt perficiatur in nobis cõuersio, quæ te paratum inuenit, & præbentem te ad fruendum dilectoribus tuis.

Valet conuersio in hac vita. ibid. Nunc est tempus conuersionis, quia cũ ista vita trãsierit, nõ restat, nisi retributio meritorũ. Ser. xj. de aduẽtu ad iudicium. Fortè quãdo homines ad pœnitẽtiã prouocamus aliquis intra se cogitat dicẽs. Ego iuuenis homo, vxorẽ habẽs, quomodo possum aut capillos tondere, aut religionis habitum assumere? Nec nos hoc dicimus fratres, non hoc prædicamus, vt iuuenes qui coniugia habere vidẽtur, habitum magis quã mores debeant commutare. Quid enim homini habenti vxorem nocet, si mores perditos voluerit ad opera bona vel honesta cõuertere, si peccatorum suorũ vulnera eleemosynis, ieiuniis, & orationibus, ad sanitatẽ pristinã studeat reuocare? vera hæc cõuersio, sine vestimentorum cõmutatione, sufficit sibi. vestimenta enim religiosa sine bonis operibus, nõ solum remediũ habere nõ poterunt, sed etiã iustũ Dei iudicium sustinebunt. Conuertamur ergo ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Hîc extinguamus mortem moriendo peccatis, hîc vitam vitæ meritis acquiramus æternã. Ideo lib. de vera innocentia. Remedia conuersionis ad Deum, nullis sunt cunctationibus differenda, ne tempus correptionis pereat tarditate. Qui enim pœnitenti indulgentiã promisit, dissimulanti diẽ certũ nõ spopondit. Super Psal. cij. Non hæc quæ pateris mala, mala sunt. Si enim iusta sunt, bona sunt. Sed tibi patienti, hæc mala sunt. Non vis vt mala sint tibi quæ iusta sunt Dei, non sit mala in conspectu Dei iniquitas tua. Non enim Deus cessauit vocare, aut vocatum neglexit instruere, aut instructum cessauit perficere, aut perfectum negligit coronare. Quid dicis, quia es peccator? Conuertere, & accipe retributiones istas, propitius fit Deus omnibus iniquitatibus tuis. Non est tardanda, Lib. de salutaribus documentis. Si forsitan, vt solet, humanę fragilitatis conditio, aliquam negligentiæ maculam, malignus spiritus in nobis infigit, citius per confessionem & pœnitentiam fontémque lachrymarum abluere cum omni studio festinemus: ne diu sine amici nostri amplexu maneamus. Quia paratior est nos recipere, quam perdere: tantum si non tardamus de die in diem conuerti ad eum. Hæc enim duo mala, omnipotens Deus odit in omnibus hominibus id est, negligentiam reuertẽdi, & desperationem salutis. Tantum hæc absint procul à cogitationibus nostris, & ille tũc animis prope erit nostris.

Cap. 31. Tom. ...

Tom. VI.

Cap. 8. Tom. III.

In eodem. Nulli laici, nulli clerici, nullæ sacratæ virgines, nullæ viduæ debent negligere salutem animarum suarum, dum tanti pretium sanguinis pro nobis fusum esse manifestum est. Ideo omnes nos qui reliqui vel relicti sumus super terram, peccata nostra agnoscamus, ne cum impiis pereamus, dum citò digna satisfactione non placamus Deum. Quàm velociter placauit iram eius ille

Familiar. missione catin ...

ille, qui dixit, Peccatum meum cognoui, & iniustitias meas non operui? Dixi pronuntiabo aduersum me iniustitiam meã Domino: & quid sequutum est? Tu dimisisti impietatem cordis mei. Paratus est semper Deus peccata nostra indulgere, si nõ tardauerimus ad eũ reuerti. Si autem tardauerimus, timeamus ne inferat nobis iram suã. Quia quosdã quidem prędestinauit ad suppliciũ, quibusdam magnum prętitit beneficium. Nec tamen hoc iniuste, sed in alto iudicio suo. Nã Cain perfecit homicidium, & Iob vulneratus Dei amicus est. Abel innocens à fratre suo occisus: nec tamen Iob diutius passus est cruciatum: nec Ananię locum donauit ad ignoscendum: nec Paulum deseruit colaphizatum, quem sua gratia fecit robustum: nec Iudam suscepit pœnitentẽ: nec Petrum deseruit flentem: & sic pius & misericors alto suo iudicio separat vasa iræ à vasis misericordię. O si attẽdamus miserum Iudam, vas olim perfectum & in perditionẽ deductum, qui mustum Spiritus sancti potare non potuit, sed continuo crepuit: & totum fractum ad nihilum vtile est. Hæc pertimescentes conuertamur, & conuertamur dum tempus est. Ait enim psal. Quærite Dominum dum tempus est, & confirmamini: quærite faciẽ eius semper. Tempus enim est, vt reparemur: & si mali per peccatum facti sumus, vel per aliquod peccatum fracti, omnipotentem Deum figulum & artificem habemus, credamus, quia potens est reparare perdita, qui creauit hæc omnia integra. Ipse enim ait. Sicut lutum in manu figuli, ita in manu mea vos estis. Ideo humiliemus nos sub manu omnipotẽtis Dei, vt nos exaltet in tempore visitationis. Cogitemus nos in conspectu Dei esse, agnoscamus quia & cinis sumus. Quod si nos non agnoscimus, frustra exaltare volumus ceruices nostras: dum Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Causam ponit in sermon. vij. de Epiphania. Quia iudiciũ illud, quo vnusquisque recipiet prout gessit in corpore, siue bonum, siue malũ, Dei iudicaturi patiẽtia & bonitate differtur: impunitatẽ sibi iniquitatis infidelium corda promittunt: & putãt humanorum actuũ qualitates ad Diuinæ prouidẽtiæ non pertinere censuram: quasi non euidentissimis plerunq; suppliciis malè gesta plectantur, aut non sæpe cœlestium comminationũ terror ostendatur, quibus vtiq; & fides monetur, & infidelitas increpatur. Inter hæc autem permanet super omnes bonitas Dei, & nulli misericordiam suam denegat: cum indiscretè vniuersis bona multa largitur, eósque quos merito subderet pœnis, magnis vult inuitare beneficiis. Dilatio enim vindictæ, dat locum pœnitentiæ. Nec dici potest nullam ibi esse vltionem vbi nulla cõuersio est, quia mens dura & ingrata iam sibiipsi supplicium est, & pœnas conscientiæ suæ patitur. Non igitur ita delinquentes peccata delectent, vt illos in suis actibus vitæ huius finis inueniat: quoniam in inferno nulla redẽptio est, nec datur remediũ satisfactionis, vbi iã non superest actio voluntatis, dicente propheta. Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in

In tempore pœnitendũ. Eccl. 33.

Patientia & longanimitas Dei.

A inferno autem quis confitebitur tibi? Fugiantur noxiæ voluntates, inimica gaudia, & desideria iámque præterita. Quis fructus est, quę vtilitas ea indesinenter cupere, quæ etiam si non deserant, deserenda sunt? Amor rerum deficientium, ad incorruptibilia transferatur: & ad sublimilia vocetur animus, & cœlestibus delectetur. Confirmate amicitias cum sanctis Angelis, intrate in ciuitatẽ Dei, cuius nobis spondetur inhabitatio, & Patriarchis, & Prophetis, & Apostolis, & Martyribus sociamini. Vnde illi gaudent, inde gaudete: horum diuitias concupiscite, & per bonam æmulationem ipsorum ambite suffragia. Cum quibus enim vobis erit consortium deuotionis, erit & communio dignitatis. Dum itaque tempus vo-
B bis ad mandata Domini exequenda conceditur, glorificate Deum in cordibus vestris, & lucete sicut luminaria in hoc mundo. Sint lucernę mentium vestrarum semper ardentes, & nihil resideat cordibus vestris tenebricosum. Vnde libro de vera & falsa pœnitentia. Quamuis dicat. Si conuersus fuerit vita viuet. Non tamen promittimus quod euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus est, igne purgatorij, qui in aliud sæculum distulit fructum conuersionis. Hîc tamen ignis, etsi æternus non fuerit, miro modo est grauis: excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Nunquam enim in carne tãta inuẽta est pœna, licet mirabilia sint passi martyres tormenta, & multi nequiter iniqui magna sæpe sustinuerint supplicia.
C Studeat ergo quisquis sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat pœnã tolerare. De nullius est conuersione desperandum. Lib. iiij. de baptismo contra Donatistas. De conuersione autem nullius desperandum est, siue foris, siue intus constituti: quandiu patientia Dei ad pœnitentiã perducit, & visitat in virga facinora eorum, & in flagellis peccata. Hoc enim modo misericordiã suam non dispergit ab eis: si & ipsi aliquando misereantur animæ suæ placentes Deo. Sicut enim bonus qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. sic & malus siue foris, siue intus, qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus nõ erit. Lib. de vita Christiana. Deus non donat peccata, sed differt: nec perseuerantem peccatorem à morte liberat, sed vt vel sero conuertatur, & viuat, pa-
D tienter expectat. Li. ij. confes. Misericordia tua Deus est, quia donas peccata conuersis ad te.

Ideo Lib. v. eiusdẽ. Conuertãtur pecatores & quærant te. Quia non sicut ipsi deseruerunt creatorem suum, ita tu deseruisti creaturam tuã: ipsi conuertuntur, & ecce ibi es in corde eorum, in corde confitentium tibi, & proiiciẽtium se in te, & plorantium in sinu tuo, post vias suas difficiles. Vnde in bono intelligitur. super Psal. 50. Si cõuersus est inimicus (quamuis intellige) si conuersus in fugam, diabolus est: si ad fidẽ, Christianus est. De cõuersione hominũ in alias figuras. Lib. xviij. de ciuitate Dei, à xx. c. vsq; xxv. cuius sententia habetur, Lib. de spiritu & anima, cap. xxij. in hæc verba. Dicit humana opinio, quod

Cap. 13. Tom. IIII.

Ignis purgatorij.

Cap. 14. Tom. VII. Rom. 2. Psal. 88. Eccles. 3. Mat. 16. Flagella misericordiæ Dei indicia.

Cap. 2. Tom. IX.

Tom. I.

Lib. de spiritu & anima, ca. 26.

quadam arte mulierum & potestate dæmonum, homines conuerti possunt in lupos & iumẽta,& quæque necessaria portare, pòstque peracta opera, iterum ad se redire: nec fieri in eis mẽtẽ bestialem, sed rationalẽ humanámq; , seruari. Hoc sic intelligendũ est, quoniam dæmones naturas non creant, sed aliquid tale facere possunt, vt videantur esse quæ non sunt. Nulla enim arte vel potestate animus, sed nec corpus quidem, aliqua ratione in membra & lineamenta bestialia veraciter conuerti potest. Sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando siue somniando, per rerum innumerabilium genera varietur: & cũ corpus non sit, corporũ similes formas mira celeritate capit. Sopitis autem & oppresis corporeis hominũ sensibus, ad alienum sensum figura corporea perduci potest: ita tamẽ quod corpora ipsa hominũ alicubi iaceant, viuẽtia quidem, sed mul to grauius atq; oppresius, quã somno suis sensibus obseratis: Phantasticum autem illud veluti formatũ in alicuius animalis imaginẽ, alienis sen sibus appareat, talísq; sibi homo videatur, qualis sibi videri posset in somniis portare onera. Quæ onera si vera sunt corpora præstãtur à dæmonibus, vt illudatur hominibus: partim vera hominum corpora, partim falsa iumẽtorũ cernẽtibus.

Tom.III. *Spectra.*

Et li. vij. super Genes. Omne corpus, in omne corpus mutari posse, credibile est: quodlibet autem corpus in animam rationalem posse conuerti, credere absurdum est. Quoniam sic est omnipotens Deus, vt nunquam suæ rationis instituta conuellat.

Cap.20. Tom.III.

CONVIVIVM. Libro de correptione Donatistarum ad Bonifa. Conuiuiũ Domini, vnitas est corporis Christi: non solum in sacramẽto altaris, sed etiã in vinculo pacis. Sed de conuiuio sanctorũ & sacramẽti corporis Christi, loquitur sic. in sermone de Magdalena. Christus qui se tibi hîc mãducandũ prorsus dedit, quid suũ tibi denegare in futuro poterit? Et qui tantũ tecũ viaticũ ad victũ parauit, quid in illa tibi mãsione perpetuũ nõ parabit? Manducabitis, inquit discipulis suis, in mensa mea in regno meo. Audisti Dei conuiuium, solicitus non sis de qualitate conuiuij. Qui peruenire ad mensam regis meretur, manducabit quicquid regni dominatio posidet & potestas. Sic qui ad cõuiuiũ venerit creatoris, habebit in deliciis suis quicquid continet creatura. De conuiuio autem malorum, dicit in Homil. de conuiuio pharisęorum. Factum est cum intrasset Iesus in domũ cuiusdã principis pharisæorũ comedere panẽ sabbato, & ipsi obseruabant eũ, spiritu insidiantium, nõ humanitatis affectu. Cũ intrasset, inquit, domũ. Erat in domo fouea, in salutatione tentatio, in accubatione laqueus, in cibo dolus, in pane gladius, in calice venenũ, in cõmunione feretrũ, in confabulatione captura. Et si Pharisæorũ talis est mensa, qualis esse potest schola? Si tamẽ illud dici mensam fas est, quod totum erat caminus sceleris & coquina malitiæ. Illic ardebat liuor, flammabatur inuidia, coquebatur ira, condiebatur simulatio, & criminationum fercula parabãtur: & tamen ille agnus Dei non pascendus, sed occidendus, quasi nescius mãducabat vt cibi sumptione saltem sua, vt contubernio ipso, & ipsa conuiuandi gratia, frangeretur feritas, sedaretur ira, extingueretur inuidia, ex ipsa inhumanitate homines in hominem iam redirent, caperẽt affectum, sentirent gratiam, reciperent parentem, beneficia comprobarent, agnoscerent virtutes, amarent curationes, non reprehenderent sanitates.

Tom.II. Epist.50. *Luc.22.* *Mẽsa Pharisæorum.*

COR. De corde Dei. Lib de essẽntia, & inuisibilitate, & incommutabilitate Dei. Cor patris arcanum sapientiæ eius mysticè intelligitur: ex quo verbum, id est, filium suum impasibiliter sine initio genuit, ipso dicente per Prophetam. Eructauit cor meum verbum bonũ. Cor nostrũ est capax Dei, Li. de symbolo, tractatu. iiij. Ecce Domino, ait Propheta, Cœli cœlorũ te nõ capiunt. Et quẽ nõ capiũt spatia cœlorũ, capiũt angustiæ cordis humani, ipso dicẽte. Inambulabo in illis, & inhabitabo & Dominus Iesus. Qui me diligit, diligitur à patre meo: & ego diligam eũ, & ad eũ veniemus. &c. Ideo super Psal. lxiij. O homo cor tuũ sit potius arca Dei, vbi habitent diuitiæ Dei: vbi sit nũmus Dei mens tua, habẽs imaginẽ imperatoris tui. Quia vt dicit super Psal. xciiij. Fœlix est cui ostẽdit Deus misericordiã suã. Persuadet illi, quia quicquid boni habet, ipse homo nõ habet nisi ab illo, quia omne bonũ nostrũ ipse est. Et cũ hoc viderit homo, videt quia totum quod in illo laudatur, de misericordia Dei, non de meritis ipsius est, & videndo ista, nõ superbit: nõ superbiẽdo, nõ extollitur: nõ extollẽdo, nõ cadit: nõ cadẽdo, stat: stando, inhæret: inhærendo, manet: manẽdo, perfruitur & lætatur in Domino Deo suo. Et erũt illi delicię ipse qui fecit illum: & delicias ipsas nemo aufert, quia inimicus malus, & si potest tollere totũ quod posides corpore, nõ tibi tollit eũ quẽ posides corde. Ipsa est misericordia, quã vtinã Deus ostendat nobis. Vnde Deus solũ cor inspicit. super Psal. cxxiiij. Quia cor quærit Deus, cor inspicit: intus testis est iudex, cõprobator, adiutor, coronator. Sufficit vt offeras voluntatem, & cum potes, ore confitearis ad salutem. Cum autem nõ potes ore, corde credis ad iustitiã, corde laudas, corde benedicis, corde in ara consciẽtiæ victimas sacras imponis: & respõdetur tibi. Pax in terra hominibus bonæ volũtatis. Per cor intelligitur cogitatio, Li. iiij. de origine animę cõtra Vincẽtiũ victorẽ. Non ignoro cũ audimus, vt ex toto corde diligamus Deũ, nõ hoc dici de illa particula carnis nostræ, quæ sub costis latet: sed de illa, in qua cogitationes fiunt. Quæ merito appellatur hoc nomine, quia sicut motus non cessat in corde, vnde se pulsus diffundit vsquequaque venarum, ita non quiescimus aliquid cogitando versare. De eius cogitationibus, Require supra capite, Cogitatio. & quia debet de Deo cogitare, Lib. de spiritu & anima. Ab hoc mũdo ad Deũ reuertẽtes & quasi ab imo sursum ascẽdẽtes, per nosmetipsos transire debemus. Ascendere enim ad Deũ est intrare ad semetipsum: & non solum ad se intrare, sed ineffabili quodammodo in intimis seipsum

Tom.IIII. *Psal.44. Cap.2.* *Tom.IX.* *2.Paral.* *Io.14* *Tom.VIII.* *Cap.6. Tom.VII.* *Cap.14 Tom.III.*

transire. Qui enim interius intrans & intrinsecus penetrans, seipsum transcendit: ille veraciter ad Deum transcẽdit. Ab huius ergo distractionibus cor nostrum colligamus: ad interna gaudia reuocemus: & si cor nostrũ semper retinere nõ possumus: saltẽ ab illicitis & vanis cogitationibus restringamus: vt aliquãdo in Diuinæ cõtẽplationis lumine nos figere valeamus. Hæc enim est requies cordis nostri, cùm in Dei amore per desiderium figitur. Hæc est vita cordis nostri, cũ Deũ suũ contẽplatur, & ipsa sua contemplatione suauiter reficitur. Et dulce est illi semper ad desiderandũ, quod ad amandũ & laudãdum semper est suaue. Nihil enim præstãtius ad beatam vitam videtur, quã velut clausis carnalibus sensibus extra carnẽ mundúmq; effectũ, quempiam intra semetipsum cõuerti, alienúmq; effectũ, à mortaliũ cupiditatibus sibi soli & Deo loqui. Est in corde vis vitalis, eodem Libr. Vis vitalis est in corde, quæ ad contẽperandum feruorẽ cordis, aërem hauriendo atq; reddẽdo, vitam & salutẽ toti corpori tribuit. Aëre nãq; puro, sanguinẽ purificatũ per totum corpus impellit, per venas pulsatiles, quæ arteriæ vocãtur. Ex quarũ motu, temperantiã cordis atque distemperantiam Physici cognoscunt.

Cap. 21.

Iudicia pulsuum.

De eius dilatatione & contristatione. libro loquutionum super Deutero. loquutione xviij. Notandum est, in malo dici posse dilatationẽ cordis. Exultatio quippe in dilatatione intelligitur, cui contrariæ sunt angustiæ, id est, tristitia. vtrunque autem potest accipi, & in bono, & in malo. De cordis exultatione, Lib. v. Homil. Cor meum & caro mea, exultauerũt in Deũ viuũ. Nõ dixit, in Deum tantũ: sed addidit, Viuum: vt ostenderet, quia totum quod non pertinet ad Dei culturam, debemus habere quasi mortuũ. Sed adhuc considerate, quia sibi non satis erat dixisse, Cor meũ. nisi addidisset, Et caro mea: quia cor exultat in Deum, quando honesta & sancta cogitat, quãdo religiosa opera, & Deo placita concupiscit. Caro autem exultat quando pudica est, quando sobria, quãdo nulla impuritate polluitur, quando nullis immundis actibus sordidatur. Ideo ergo Propheta dicebat, Cor meum, & caro mea exultauerũt. Quia & corde retinebat plenã religionis fidem, & carne seruabat deuotam corporis castitatem.

Homil. 5. Tom. X.

Exultatio cordis & carnis in Deum viuum.

De cordis mũditia. Lib. j. de sermone Domini in mõte. cap. ij. Cordis munditia est de bona cõsciẽtia bonorũ operũ, valẽs ad contẽplandũ summum illud bonũ, quod solo puro & sereno intellectu cerni potest. Ideo super psal. xxxiij. Si miseri sunt, qui cũ redeunt ad parietes suos, timẽt ne aliquibus suorũ perturbationibus euertãtur: quantò sunt miseriores qui ad cõscientiã suã redire nolunt, ne ibi litibus peccatorũ euertantur? Ergo vt possis libens redire ad cor tuum, munda illud. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Aufer inde cupiditatũ sordes, labẽ auaritiæ, superstitionẽ, sacrilegia, & malas cogitationes: odia, non dico aduersus amicũ, sed etiã aduersus inimicum. Aufer omnia ista: intra cor tuum, & gaudebis ibi. Et cum ibi cœperis gaudere, ipsa

Tom. IIII.

Conc. 2. Tom. VIII.

Mat. 5.

A munditia cordis tui delectabit te. Alter alterius cor non nouit. super psal. lv. In hac vita, quia carne circũtegimur, per quam carnẽ cor videri nõ potest. ideo Apostolus dicit, Nolite ante tempus iudicare, quousq; veniat Dominus, &c. Quod antequã faciat, in hac peregrinatione carnalis vitæ, q̃sq; cor suũ portat: & omne cor, omni cordi clausum est. Cognoscitur tamen à Deo, super psal. xciij. sermo. j. Quid velit cor, lingua testatur. Quod etiã si lingua obmutesceret timore compressa, Deus videret intus quod cogitaret homo: etiamsi aliũ hominẽ lateret. Dicitur cor profundum maris. super psalm. cvj. Quid profundius cordibus humanis? Inde plerunq; venti erumpũt, & tempestates seditionũ & discessionũ, quæ nauem perturbãt. Quò cor ascẽdere debet, super

Tom. VIII.

1. Cor. 4.

Tom. eod.

Tom. eod.

B psal. cxix. Super illud, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis non ascendit. In cor hominis nõ ascẽdit, cor hominis illuc ascendat. De corde iniquo & superbo. super psal. lj. Væ iniquo cordi, quod auertit se ne videat quod videre potest. Sicut alio loco dictũ est, noluit intelligere vt bene ageret. Lib. xiij. cõtra Faustũ. Fœlix cor acutũ, ad veritatẽ: infœlix, contra veritatẽ. Super psal. xciij. serm. ij. Quantũ superbum est cor hominis, tantũ recedit à Deo: Si recedit à Deo, in profundum it. Cõtra, cor humile de cœlo educit Deũ, vt proximus ei fiat. Certè altus est Deus, super oẽs cœlos Deus est, oẽs Angelos transcendit. Quantum habes erigi, vt attingas ad illum excelsum? Nolo te rumpas extendendo te. Aliud consilium tibi do, ne in ista extensione for

Tom. eod.

In præf. in Psal.

Tom. eod.

Psal. 35.

Tom. VI.

Tom. VIII.

C tè crepes per superbiam. Certè altus est Deus: tu humilia te, & ipse descendet ad te. Lib. de vera innocẽtia. Bonum est sursum habere cor: non tamen ad seipsum, quod est superbiæ: sed ad Deum, quod est obedientiæ. Plus autem appetendo minus fit, qui dum sibi sufficere cõfidit, ab illo qui verè ei sufficit, deficit. De ore cordis, Lib. de cõtinẽtia, circa prin. Parum est à corporis ore cõtinere, ne aliquid inde quod nõ expedit per sonum vocis erumpat. Intus est os cordis, vbi Propheta custodiã & ostiũ cõtinentiæ poni desiderauit. Multa enim nõ corporis ore dicimus, & corde clamamus. Nullum enim procedit rei alicuius ex ore corporis verbũ, cuius est in corde silẽtiũ. Inde igitur quod non emanat, foris non sonat: quod verò emanat inde, si malũ est, & si non mo-

Tom. III.

Cap. 1.

Tom. IIII.

D uerit linguam, inquinat animam. Ibi ergo ponenda est continentia, vbi & tacentium loquitur conscientia. Fit enim per ostium continentiæ vt non inde exeat, quod etiã clausis labiis carnis, vitam polluat cogitantis. Super psal. cxlj. Ostiũ cordis nostri claudere & aperire in potestate nostra est, quod ostium duas habet vuluas, cupiditatis, scilicet & timoris. Aut enim cupis aliquid terrenum, & hàc intrat: aut times aliquid terrenum, & hàc etiam intrat diabolus. Timoris ergo & cupiditatis ianuam claude cõtra diabolum, & aperi ad Christũ. Quomodo ipsas valuas aperis ad Christũ? Cupiẽdo regnũ cœlorũ, & timendo ignẽ gehennæ. Per cupiditatem sæculi diabo-

lus intrat, per desiderium æternæ vitæ Christus intrat. Per timorē pœnarū temporaliū diabolus intrat, per timorem ignis æterni Christus intrat.

Tom. IIII. Lib. de mendacio, cap. xvj. Plerunq; scriptura cum os dicit, cōceptaculum ipsum cordis significat: vbi placet & decernitur quicquid etiā per vocem enūtiatur. Ideo super psal. lxxvij. Ex corde nullo modo fieri potest, quod formidine fit pœnæ, nō ex dilectione iustitiæ. De corde recto, super psal. xxj. (Tom. VIII.) Inter rectū cor & prauum cor hoc interest. Quisq; homo, quicquid patitur prę ter voluntatem, afflictionis, mœroris, laboris, humiliationis, nō tribuit nisi volūtati Dei iustæ, nō illi dans insipientiā quod quasi nesciat quid agat, quia talem flagellat, & talibus parcit: ipse est rectus corde. Peruersi autem corde, sunt & praui, & distorti, qui omnia quæ patiuntur mala, iniquè se pati dicūt, dantes illi iniquitatem per cuius voluntatē patiūtur, aut qui nō audent ei dare iniquitatem, auferunt gubernationē. (Recti corde qui.) Ergo praui & distorti corde, tres habēt sentētias: aut negare Deū, aut eū dicere iniustū, aut auferre illi gubernationem rerū. Ibidem. Recti corde nō solū in gaudiis & lætitiis, sed etiā in tribulationibus gloriantur. Super psal. xxxij. serm. j. (Tom. eod. Enarr. 2) Recti corde sunt, qui dirigūt cor secundū voluntatē Dei. Et si eos perturbat humana fragilitas, Diuina consolatur æquitas. Quamuis autem corde mortali priuatum aliquid velint, quod interim suæ causæ, vel negotio, vel præsenti necessitati cōueniat, vbi intellexerint & cognouerint, aliud Deū velle, præponunt voluntatem melioris, volūtati suæ: & voluntatem omnipotētis, volūtati infirmi: & voluntatem Dei, voluntati hominis: quantū enim Deus distat ab homine, tantū voluntas Dei, à volūtate hominis. Super psal. lxiij. Qui sunt recti corde? (Tom. VIII.) Qui omnia quæcūq; in hac vita patiūtur, non ea tribuūt insipientiæ sed cōsilio Dei, ad medicinam suam. Nec præsumūt de iustitia sua, vt putēt se iniustè pati quæ patiūtur, aut ideo esse Deum iniustū, q̄a nō plura patitur, q̄ plus peccat. Sup psal. lxxvij. Directo corde, recta sunt opera. Cum aūt cor directū non est, opera recta nō sunt, etiā si recta videātur. (Tom. VIII.) Ibidē. Vt cor rectū esse possit, acceditur ad Deum: nō pede, sed fide. Volūtas enim quæ est ex corde recto, paratur à Dn̄o: fide p̄cedēte, qua acceditur ad Deū rectū, vt cor fiat rectū. Quæ fides p̄ueniēte & vocāte misericordia Dei, per obedientiā suscitatur, & applicare incipit cor ad Deū vt dirigatur: vt quātomagis magisq; dirigitur, tanto magis videat quod nō videbat, & valeat quod nō valebat. Ibidē. Rectū cor cū Deo est, quādo p̄pter Deū quærit Deū. Super psal. iij. Rectū cor nō est, resistere patri emendanti & nō credere pollicenti. Super Ioannem. (Tract. 28. Tom. IX.) Rectos corde appellat scriptura, qui cum tolerant sæculi mala, nō accusant Deum. Videte fratres, rara auis est ista, quā loquor. Nescio enim quo modo quādo euenit homini aliquod malū, Deū currit accusare, qui debet se. Quando boni aliquid agis, te laudas: quando aliquid mali pateris, Deum accusas. Hoc est cor tortuosum, non rectum: ab ista

A distortione & prauitate si corrigaris, cōuertetur in contrariū quod faciebas: quia laudabis Deū in bonis, & accusabis te in malis tuis. Lib. de vera innocentia. (Cap. 11. Tom. III.) Recti corde, de præceptis Dei & constitutionibus nō queruntur. quia iustū est omnia æquanimiter accipi, quæ iudicaturus voluit tolerari. Super psal. cxxiiij. (In præfa. Tom. VIII.) Breue præceptū est, vt homo dirigat cor suū. Vis habere rectū cor? Fac quod vult Deus: noli Deū velle facere quod vis tu. Prauicordes ergo sunt, & non rectum cor habent, qui sedent & disputāt quomodo debuit facere Deus: non laudando quod fecit, sed reprehendendo. Corrigere illū volunt. Parū est quia corrigi ab eo nolunt, & dicūt: (Murmur. Deum pessi.) Nō debuit Deus facere pauperes, sed soli diuites esse debuerūt, & ipsi soli viuerent. Vt q̄d factus est pauper? Vt qui viuit?

B Reprehēdit Deū pauperū. Quā melius esset ipse pauper Dei, vt ipse diues esset de Deo, hoc est, sequeretur voluntatē Dei: & videret paupertatem suam temporalē esse, & transitoriā, diuitias autē spiritales ita venturas, vt nullo pacto possent præterire, & haberet in diuitiis cordis fidem, si ei non contigerit habere in arca aurū. Quia si haberet aurū in arca, furem timeret: aurū etiā de arca nolens perderet: fidē autē de corde non perdet, si ipse illā nō inde expulerit. Citò autē responderi potest. Fecit Deus pauperē, vt probet hominē diuitem. Fecit & diuitē, vt probet illū de paupere. Et omnia quæ Deus fecit, rectè fecit: etsi non possumus videre consiliū eius, quare illud sic fecit, & illud sic. Bonū est nobis vt subdamus nos sapientiæ ipsius, & credamus quia bene fecit, etiā si

C nondū nouimus quare fecit. Super psal. cxlvj. (Tom. VIII.) Prauicordius & torticordius, est tortum cor habens. (Prauicordes.) Putat torta esse quæ dicuntur à Deo, putat praua esse omnia quæ fecit Deus, & displicēt illi omnia iudicia Dei, maximéq; in quibus ipse corripitur: & sedet & disputat quā malè faciat Deus, quia non pro eius volūtate facit. distortum cor, prauum est cor: quod nō se corrigit ad Deum, & Deum vult distorquere ad se. Libro de vera innocentia. (Cap. Tom. III.) De beneuolentia est, non de malitia, cum lætatur iustus in impios processisse vindictam: quia non ei peccatoris placet exitium, quē voluit corrigi: sed iustitia Dei, qua scit multos posse conuerti. (Tom. VII.) Vtitur Deus tamen cordibus hominum vt vult. Libro primo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. Deus agit

D quod vult in cordibus hominū: vel adiuuādo, vel iudicando, vel etiam vt per eos impleatur: quod manus eius & consilium prædestinauit fieri. Libro secūdo eiusdem. (Cap. Tom. VII.) Non est in potestate nostra cor nostrum, sed diuino subleuatur auxilio, vt ascendat, & quæ sursum sunt sapiat, vbi Christus est in dextera Dei sedēs, non q̄ super terrā: cui de tanta re, agēdæ sunt gratiæ. Lib. de gratia & libero arbitrio ad Valentinū. (Cap. Tom. VII.) Quis non ista diuina iudicia cōtremiscat, quibus & agit Deus in cordibus etiā malorū hoīm quicquid vult, reddens eis tamē secundū merita eorū? Ibidē agit omnipotens in cordibus hoīm etiā motū volūtatis eorū: (Cap.) vt per eos agat, quod per eos agere voluerit, qui

omnino

Deus quo vult voluntatem hominis mouet. omnino iniustè aliquid velle non nouit. Quid est quod homo Dei dixit ad Amasiam regem. Non veniat tecum exercitus Israël: non est enim Dominus cum Israel, neq; cũ omnibus filiis Ephrẽ: quoniã si putaueris obtinere te in illis, in fugã cõuertet te Deus ante inimicos tuos: quoniã est virtus à Deo, vel adiuuare, vel in fugam cõuertere? Quomodo virtus Dei alios adiuuat in bello, dando eis fiduciam: alios immisso timore, conuertit in fugã: nisi quia ille q in cœlo & in terra omnia quæcunq; voluit fecit, etiam in hominũ cordibus operatur? *Cap.eod.* Ibidem. Operatur Deus in cordibus hominum, ad inclinandas eorũ voluntates quocunque voluerit: siue ad bona, pro sua misericordia: siue ad mala, pro meritis eorum: iudicio vtiq; suo aliquando aperto, aliquando occulto, & semper autem iusto. Fixum enim debet esse, immobiléq; in corde nostro, Quia non est iniquitas apud Deũ. *Tom IIII.* Lib. quæstionũ super Exo. q. xviij. Vtitur Deus bene cordibus malis, ad id quod vult ostendere bonis, vel quod facturus est bonis. Et quãuis vniuscuiusq; cordis in malitia qualitas, id est, quale cor habeat ad malum, suo fiat vitio, quod inolenit ex arbitrio volũtatis: & tamen qualitate mala vt huc vel illuc moueatur, cum siue huc, siue illuc malè moueatur, causis fit quibus animus propellitur: quæ causæ, vt existant vel non existant, non est in hominis potestate, sed veniũt ex occulta prouidentia, iustissima planè & sapientissima, vniuersum quod creauit disponentis & administrantis Dei.

CORREPTIO. Est necessaria. Libr. j. de verbis Domini, sermo. xv. Si seueritas disciplinæ dormiat depressa, sæuit impunita nequitia. Quid ergo faciendũ est? Corripiamus verbis, & si opus est verberibus. Si delictũ dimittamus, & culpã de corde abiiciamus: vt si per charitatẽ imponitur disciplina, de corde lenitas nõ recedat. *Cap.1. Tom.VII.* Lib. ij. cõtra epistolã Parmeniani. Quisquis vel quod potest arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus. Quia vt dicit in epistola ad *Tom.II. Epist.166.* Donatistas. Quid ad nos pertinet de sarcinis alienis, nisi vt quos nos possumus corrigamus, vel correptiõe vel quacũq; disciplina in spiritu mansuetudinis & diligentia charitatis? Quos aũt corrigere nõ valemus, etiã si necessitas cogit pro salute cæterorũ vt Dei sacramẽta nobiscũ communicẽt, peccatis tamẽ eorũ nõ cõmunicemus: quod nõ fit nisi cõsentiendo & fauẽdo. *Cap.16. Tom.VII.* Corrigendũ est tamen, Lib. ij. de origine animæ cõtra Vincentiũ victorẽ. Emendes me in misericordia iustus, & arguas: oleũ aũt pctõris, quo impinguatur caput eius, absit à manibus atq; oculis tuis, id est, vel assentatio indecens adulãtis, & deceptoria lenitudo blãdientis. Quod emendare negligis, cum videas emendandum: aduersus charitatem facis.

Cap.9. Tom.VII. Probat, in Lib. de correptione & gratia. Sicut nõ est ab oratione cessandũ pro eis quos corrigi volumus, etiã si nullo hominũ orãte pro Petro, A Dominus respexit eum, & fecit eum flere suum peccatũ: ita non est negligenda correctio, quãuis Deus etiam non correptos faciat esse correptos. Tũc enim in correptione proficit homo, cũ miseretur atq; adiuuat, qui fecit quos voluerit, etiã sine correptiõe proficere. Et ideo in eodẽ Lib. versus finem. *Cap.16.* Quantũ ad nos pertinet, qui prædestinatos à non prædestinatis discernere non valemus, & ob hoc omnes saluos fieri velle debemus, omnibus ne pereant, vel ne alios perdant, adhibẽda est à nobis medicinaliter seuera correptio: Dei est autem illis eam facere vtilem, quos ipse præsciuit & prædestinauit cõformes fieri imagini filij sui. Si enim aliquando timore non corripimus, ne aliquis inde pereat, cur nõ etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neq; di- B lectionis viscera maiora gestamus, quam beatus Apostolus qui dicit. Corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes: Videte ne quis malum pro malo reddat. Vbi intelligendum est, tunc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripitur, sed praua dissimulatione negligitur. Libro iiij. de baptismo contra Donatistas. *Tom.VII.* Cuiusque hominis prauitas, quãto periculosior est & tortuosior, tanto instantius & operosius corrigenda est.

Tom. II. Epist.50. Lib. de correptiõe Donatistarũ, ad Bonifaciũ. Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. Si enim equus & mulus quibus C non est intellectus, morsibus & calcibus resistunt hominibus, à quibus eorum vulnera curanda contrectantur: & cum inter dentes eorum & vngulas, sæpe homines periclitentur, & aliquando necentur, non eos deserunt tamen, donec per dolores & molestias medicinales reuocent ad salutem: quantomagis homo ab homine, & frater à fratre, ne inæternum pereat, non est deserendus.

Cap.2. Tom.VII. Lib. iij. cõtra epistolã Parmeniani. Misericorditer corripiat homo quod potest: quod autẽ nõ potest, patienter ferat, & cũ dilectione gemat, donec aut Deus desuper emendet & corrigat, aut vsq; ad messem differat eradicare zizaniam, & paleã ventilare, vt tamen securi de salute sua bonæ spei Christiani, inter desperatos quos corripere nõ valent, in vnitate versentur, & auferãt malũ à D seipsis, id est vt in ipsis nõ inueniatur, quod eis in moribus displicet aliorũ. Hoc forte dicit quia vt ait in expositione epistolæ ad Galat. *Tom. IIII.* Facilius est videre quid in alio corrigas, atque vituperando vel obiurgando corrigere: quã videre quid in te corrigendum sit. Et ideo qui corrigit, quid corrigat attendat. vnde in prologo Libri tertij de Trinitate. *Tom.III. Lectori sua scripta (si quid opus est) corrigenda permittit Aug.* Sanè cum in omnibus literis meis, non solum pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desiderem, maximè in iis vbi ipsa magnitudo quæstionis, vtinam tam multos inuentores habere posset, quam multos contradictores habet: verumtamen sicut lectorẽ meum nolo mihi esse deditum, ita correctorem nolo sibi

sibi. Ille lector meus non me amet amplius quam catholicam fidem, ille se nõ amet amplius quam catholicam veritatem. Sicut illi dico. Noli meis literis quasi scripturis canonicis inseruire, sed in illis & quod non credebas cum inueneris, incunctanter crede, in istis autem & quod certum non habebas, nisi certũ intellexeris, noli firmiter retinere: ita illi dico. Noli meas literas ex tua opinione vel contentione, sed ex Diuina electione, vel inconcussa ratione corrigere. Si quid autem in eis veri comprehenderis, existendo non est meum, sed intelligendo & amando tuum sit & meum. Si quid autem falsi conuiceris errando fuerit meum, sed iam cauendo nec tuum sit nec meum. Ideo sola mala corrigenda. Libro de vnico baptismo ad Constantem. Corrigo in te quod tuum est, agnosco quod Christi est. Hoc enim iustum est vt cum mala hominum reprobamus, quæcunque in illis bona Dei reperimus, approbemus. Hoc inquam, iustum est, vt in sacrilego etiam nõ violem quod verum inuenio sacramentum: ne sic emendẽ sacrilegum, vt in eo perpetrem sacrilegium. Et in eodem infra. Hanc itaque & nos, per maiores nostros traditã nobis sequentes Apostolicam regulã, si quid recti etiã in peruersis inuenerimus, eorũ peruersitate correcta, illud quod rectum est minimè violamus: vt in vno homine ex iis quæ vera tenet, etiã falsa emendentur: non ex falsis conuictis, etiã vera destruantur. Non omnium est corrigere, Lib. iij. cõtra Petilianum. Illi porrò iure culpãdi sunt, qui turbidè & inordinatè in eos coërcendos insiliũt, qui sibi nulla lege subditi sunt. De modo corrigẽdi. Libro supradicto de vnico baptismo. Debet palam redargui, quod in occulto nocet: quia & palam defenditur, cum suadetur in occulto: vt noceat cum perficitur. Sed Lib. j. de verbis Domini, sermone xv. Dicit in Euangelio Dominus. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipsum solũ. Sed ait Apostolus. Peccantes coram omnibus corripe, vt cæteri metum habeant. Si quis distinguit tempora, soluit quæstionem. Si peccatum in secreto est, corripe in secreto. Si peccatum est publicum & apertum, publicè corripe, vt ille emẽdetur & cæteri timeant. Libro ad Sixtum presbyterum. Sunt quidam qui iustissimè damnati, impietates adhuc liberius defendendas putant. Et sunt qui iam in aperto clamare metuunt, tamẽ in secreto seminare non quiescũt. Sunt autem qui omnino siluerũt, magno timore compresi: sed adhuc corde retinẽt, quod ore iam proferre nõ audẽt. Proinde alij seuerius sunt corrigendi, alij vigilantius inuestigãdi, alij tractandi quidem lenius, sed non segnius sunt docendi: vt si non timentur ne perdant, non tamẽ negligantur ne pereant. Benigne facienda est correptio. in tractatu de bono disciplinæ, sermo. ij. Solicitius intẽdite, quas sibi potissimum virtutes tribui rex Propheticus deprecatur. Bonitatem, inquit, & disciplinam & scientiã doce me Domine, verè nouit rectè viuere, qui rectè nouit orare. Nõ enim petit mũdanarum diuitiarum thesauros, non regna finitima, non tempora prolixiora viuendi, sed bonitatem se docere simul & disciplinam poscit. Bonitas enim facit amabilem disciplinam, & disciplina efficit inculpabilem bonitatem. Nec quenquam latere puto, quia bonitas sine disciplina delictorum mater est: & disciplina sine bonitate, tristis quædam amaritudo viuendi. Scientiã sibi præstari pariter implorat, vt nouerit scienter sapientérque distinguere, qui sint termini bonitatis, & quam debeat habere disciplina mẽsuram: ne fortè aut nimiæ remissionis vitio, bonitas incõsulta fœdetur: aut disciplina durior, ipsa sui austeritate crudelescat. Vis frater bonus esse peccanti? Benigne quidem fac, & vt verè sis bonus, vigorem ei adhibe disciplinæ, vt tua illi bonitas proficiat in salutem. Quem vtique si nulla coërcentis censuræ increpatione terrueris, perniciosa erit ei hæc bonitas tua: qua permittis perire peccantem, quem poteras saluare correptum. Rursum si nimio disciplinæ rigore, nullã sanctæ bonitatis prætenderis medicinam, dum rigorem tuum refugit peccans, peccati ægritudinem non curabis. Et quæ tandem viuendi ratio erit quæve iustitia erit, vt solutior lenitas cohibentiam præbeat peccatori: aut immoderata seueritas, à lapsu non reuocet delinquentem? Lib. iij. contra epistolam Parmeniani. Si quisquam velit sic intelligere quod dictum est. Auferte malum ex vobisipsis. Vt per correptionem separationis de congregatione fratrum, malus quisq; auferendus sit: studio tamen sanãdi, non odio perimendi esse faciendum nemo dubitauerit. Et quis adhibẽdus sit modus, temporáque seruanda, ne pax Ecclesiæ violetur, in qua maximè tritico parcendũ est: ne cum zizania simul eradicetur, supra disseruimus.

Nõ est tota multitudo simul corrigẽda. in epistola ad Aureliũ Episcopũ. Cõmessatiões & ebrietates ita cõcessæ & licitæ putantur: vt in honorẽ etiã beatissimorũ martyrũ, non solum per dies solennes, quod ipsum quis non lugendũ videat, qui hæc nõ carneis oculis inspicit, sed etiam quotidie celebrentur. Et post pauca. Non ergo asperè, quantũ existimo, nõ duriter, nõ modo imperioso ista tollũtur, sed magis docẽdo quã iubẽdo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine. Seueritas autem exercenda est in peccato paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat. De scripturis comminãdo vindictam futuram: ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Itaque prius mouebũtur spirituales, aut spiritualibus proximi, quorum authoritate & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus, cætera multitudo frangatur. Lib. iij. cõtra epistolã Parmeniani. Turba iniquorũ cum facultas est in populis promendi sermonem generali obiurgatione ferienda est, & maximè si occasionẽ & opportunitatem præbuerint aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare. Tunc enim aures humiles præbet sermoni calamitas auditorum, faciliúsq; in gemitũ cõfitendi, quã in murmur resistendi afflicta corda cõpellit.

Debet autẽ quilibet velle corrigi cum delin-
Cap.109. Tom.III. quit. Lib. de vera innocentia. Bonũ est à veritate
vinci. Ad correptionẽ superet veritas nolentẽ.
Nam etiã inuitum ipsa superabit. Lib.iiij. con-
Tom.VII. tra Cresconium grammaticũ. Homines sumus.
Qua tandem vigilantia efficere possumus, vt vel
disputãdo, vel loquendo, in aliquo non labamur?
Sed cõtra medicinã correptiõis, obsurdescere nõ
debemus. Lib.iij. contra epistolã Parmeniani
Cap.6. Tom.VII. in fine. Si quid pro huiusmodi peruersitatibus &
iniquitatibus patiũtur, si nolunt corrigi, saltẽ non
audeãt gloriari. Non est differenda correptio
Tom.X. ratione spei longioris vitæ. Lib.50. Homil. Ho-
mil.xj. Quisquis non vis corrigi, quid tibi promit
tis? Desperando peris an sperando? Desperando
quisquis peris hoc dicis in anima tua. Iniquitas
mea super me est, in peccatis meis contabesco.
Ezech.33. Quæ mihi spes est viuendi? Audi Prophetã dicen
tem. Nolo mortẽ peccatoris, tantum reuertãtur
impius à via sua pessima, & viuat. Sperãdo peris.
Quid est sperãdo peris? Hoc dicis in animo tuo.
Bonus est Deus & misericors, ignoscit omnia, nõ
Rom.2. reddit mala pro malis. Audi Apostolũ dicẽtem.
Ignoras quod patiẽtia Dei ad pœnitentiã te addu
cit? Sed dicis. Nec despero vt desperãdo peream:
nec spero malè vt sperãdo dispeream. Sed adhuc
modicũ tempus viuã quomodo volo, postea me
correxero. Quãdo cõuersus fuero, delebit Deus
omnia mala mea. Quare non addo aliquid volu-
ptatibus meis, & viuo quã volo, & quomodo vo-
lo, postea conuersurus ad Deũ? Quare hoc dicis?
Quia promisit Deus indulgentiam. Sed quiduis
addere dies malos diebus malis? Sufficiat diei ma
Longa vita securitas nulla. litia sua. Malus dies hesternus, malus hodiernus,
malus crastinus. An putas bonos dies esse quando
satisfacis voluptatibus tuis, quãdo in luxuriis enu
tris cor tuum, quando insidiaris alienę pudicitiæ,
quando fraude contristas proximum tuum, quan
do cõmendata negas, quãdo falsum pro minimo
iuras, quãdo exhibes tibi bonum prandium? Ideo
putas, quia bonũ diem ducis? Vnde fieri potest vt
dies bonus sit, cum malus fuerit homo? Malos
dies vis addere malis diebus, quia promisit tibi
Deus indulgẽtiam. Sed crastino die te victurum,
nemo promisit. Lege vbi promissus sit crastinus
dies, & viue crastino die malè. Quãquam frater
non debui hoc dicere, longa erit fortè vita tua: si
autem longa, bona sit. Quare vis habere vitã lon
gam & malam? Aut longa non erit, & illa longa
te debet delectare quæ non habet finem. Aut lon
ga erit, & quid mali erit quia diu bene vixisti? Tu
malè vis diu viuere, bene non vis: & tamen crasti
num diẽ nemo tibi promisit. Corrige te, audi scri
Eccl.5. pturam. Ne tardes conuerti ad Dominũ, neq; dif-
feras de die in diem, subito enim venit ira eius, &
in tempore vindictæ disperdet te. Nunquid ego
scripsi hoc? Nunquid ego illud delere possum? Si
deleuero, timeo deleri. Illud possum tacere. Sed
timeo tacere. prædicare cogor, territus terreo.
Timete mecum vt gaudeatis mecum. Quia vt
Cap.31. Tom.III. dicit in Lib. de agone Christiano. Nolẽtes si pec
cauerint, corrigi, nihil aliud delegerũt, nisi cum

A hoc mundo damnari. Nam quibus peccatorum
veniam negant: non eos aliqua sanitate custo-
diunt, sed ægris subtrahunt medicinam. Huius
tamen defectus est causa; quam ponit in libro ad Lib. de sobrietate & virginitate, cap.1.
sacras virgines, circa principium. Difficilius nan-
que bonorum appetitores inuenies, quam malo-
rũ desertores: quia quã pluribus & penè cunctis Tom.IX.
mortalibus, dulciora sunt ea quæ carnem fouent,
quam quæ à vitiis frænãt. Libro primo de ver-
bis Domini, sermone xx. quod quisque debet se- Tom.X.
ipsum corrigere. Qui mala sua cognoscit, cito se
corrigat. Non enim nocent mala præterita, si nõ
placent. Adhuc enim est pœnitendi & corrigen-
di locus. Nondum facta est illa disiunctio, alio-
rum ad finistrã, aliorũ ad dexteram. Nondũ apud
inferos sumus: dũ viuimus corrigamur. Lib. de
B verbis Apostoli, sermone xij. Ascẽde mentis tuæ Tom.X.
tribunal: constitue te ante te. Iudica te: & si pra-
uum inueneris te, corrige te. Et ideo debet hîc
velle corrigi. Libro de moribus Ecclesiæ, capit. Tom.I.
xxxiiij. Quicunque bona voluntate, Deíque au-
xilio corriguntur, quod admiserant peccando,
pœnitendo recuperant. Qui autem volũtate ma-
la in pristinis vitiis perseuerant, aut etiam addunt
grauiora prioribus: in agro quidem Domini si-
nuntur esse, & cum bonis seminibus crescere, sed
veniet tempus quo zizania separentur. Aut si iam
propter ipsum Christianum nomen, magis in pa-
lea, quàm in spinis esse arbitrãdi sunt: veniet etiã
qui aream purget, & à frumentis paleam separet,
& singulis partibus, pro suo cuiusq; merito, quod
oportet summa æquitate distribuat. Propterea
C Libro de correptione & gratia. Quicunque Dei Cap.4. Tom.VII.
præcepta iam tibi nota non facis, & corripi non
vis: etiam propterea corripiendus es, quia corri-
pi non vis. Non vis enim tibi tua vitia demon-
strari. Non vis vt feriantur, fiãtque tibi vtilis do-
lor, quo medicum quæras. Non vis tu ipse tibi
ostendi, vt cum deformem te videris, reforma-
torem desideres: eíque supplices, ne in illa rema-
neas fœditate. Tuum quippe vitium est quod ma
lus es, & maius vitium corripi nolle, quasi lau-
danda vel indifferenter habenda sint vitia: vt ne-
que laudentur, neque vituperentur: aut verò ni- Vulnerá attingenda vt sanentur.
hil agat timor correpti hominis, vel pudor, vel
dolor: aut aliud agat cum salubriter stimulat, nisi
vt rogetur bonus, & ex malis qui corripiuntur,
bonos faciat qui laudentur. Quod ergo vult pro
D se fieri qui corripi non vult, & dicit, ora potius
pro me. Ideo corripiendus est, vt faciat etiam
ipse pro se. Dolor quippe ille quo sibi displicet, Cap.5.
quando sentit correptionis aculeum, excitat eum
in maiorem orationis affectũ. vt Deo miserante,
incremento charitatis adiutus, desinat agere
pudenda & dolenda, & agat laudanda atq; gratu-
landa. Hæc est correptionis vtilitas, quæ nunc ma
ior, nũc minor, pro peccatorũ diuersitate salubri
ter adhibetur. Et tũc est salubris quãdo supernus
medicus respicit. Non enim aliquid proficit, ni-
si cum facit vt peccati sui quemque pœniteat. Et
quis hoc dat, nisi qui respexit Apostolũ Petrum
negantẽ, & fecit flentem? Breuius hæc conclu-
sio.

Cap 6. sio. in eodem Lib. infra. Qui correptione cōpunctus salubriter ingemit, & ad similia bona opera vel etiā meliora reuertitur, nempe hinc apertissimè vtilitas correptionis apparet. Sed per hominem facta correptio siue ex charitate sit, siue non sit, tamen vt correptio prosit, non nisi per Deum fit. Et in eodem infra. Ii qui pertinēt ad prædestinatorum numerum, quos Dei gratia, siue nondum habentem nullum suæ voluntatis liberum arbitrium, siue cum arbitrio volūtatis, ideo verè libero, quia per ipsam gratiā liberato perducit ad regnum. Ii verò qui non pertinent ad istum certissimum numerum, pro meritis iustissimè iudicantur. Aut enim iacent sub peccato, quod originaliter de generatione traxerunt, & cum illo hæreditario debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum: aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt. Arbitrium, inquam, liberum, sed non liberatum, liberū iustitiæ, seruum autem peccati, quo voluuntur per diuersas noxias cupiditates, alij magis, alij minus: sed omnes mali, & pro ipsa diuersitate diuersis iudiciis iudicandi: aut gratiam Dei suscipiunt, sed temporales sunt, nec perseuerant, deserunt, & deseruntur: Dimissi enim sunt libero arbitrio, non accepto perseuerantiæ dono, Dei iudicio & occulto. Patiantur ergo se homines corripi quando peccant, nec de ipsa correptione argumententur contra gratiam, nec de gratia contra correptionem: quia & peccatis iusta pœna debetur, & ad ipsam pertinet iusta correptio quæ medicinaliter adhibetur, etiā si salus ægrotantis incerta est. Vt si is qui corripitur ad prædestinatorum numerum pertinet, sit ei correptio salubre medicamentum: si autem non pertinet, sit ei correptio pœnale tormentum. Ideo concludit, Libro quarto de baptismo contra Donatistas. Contra medicinam correptionis, obsurdescere non debemus.

Cap. 13. Soli prædestinati verè corripiūtur.

Tom. VII.

De correptione autem Dei, super psal. xcviij. Quia quod perfectum videtur iam hominibus, Dei perfectioni adhuc imperfectum est. Ideo nouit Deus etiam in sanctis fortè aliquid quod corrigat. Quia aliud iudicat oculus imperitus, aliud artis regula. Libro de continentia. Correptionibus Christus reprimit Ecclesiam istam, ne impunitate inflata dissiliat: & consolationibus erigit, ne grauata infirmitate succūbat. Hinc est illud Apostoli. Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique diiudicaremur, &c. Propterea Libro 50. Homil. Peccatorum nos meritis flagellari frequenter, nemo prudens est qui abnuat: nemo stultus qui non intelligat. Vult enim Deus nos moneri frequenter quos vult esse correptos. Vult tentationum seueritate corrigere, quos sua patientia viderit deprauatos. Vult enim hactenus reformare peccatores, & ad spem recuperandæ salutis, ipsos iam mortuos suscitare. Gaudet enim Deus si correptos viderit, quos emendat. Lætatur cum & iustos mutatos inspexerit, quos flagellat vehementius exultat, & terrorem, & minas, & verbera missa, in peccatores proficere ad prauos corrigendos, quam ad reos punien-

Tom. VIII. *Cap 17.* *Tom. IIII.* *1. Cor. 11.* *Homil. 46. Tom. X* *Lætatur Deus resipiscentia.*

A dos exoptat. Vult ergo misereri cunctorū. Vult ignoscere magis. Vult se exhibere propitium si quem mutatis actibus viderit esse correptum. Si dereliquerint, inquit, filij tui legem meam, &c. vsque misericordiā autem meam non dispergam ab eo. Hæc sunt remedia quibus consulit Deus. Hæc est medicina, qua hominum cūrātur vulnera. His emendantur vtilitatibus, vitia corriguntur, hominum malitia refrænatur. Beneficia hæc sunt diuina non verba, nec vt noceant diuinitus irrogantur, quæ ad hoc veniunt, vt hominibus paterna clementia consulant. Ego, inquit, quos amo arguo & castigo. Et iterum. Fili, non neglexeris disciplinam, &c. vsque flagellationem filiúmque recipit. Igitur si omnem filium ad hoc flagellat, vt corrigat, ad hoc corrigit vt patri, id est, Deo di-
B gnum exhibeat, timeat qui non flagellatur, vt filius esse non possit. Timeat quem corrigere non vult Deus in hoc sæculo, ne eū supplicio destinet post sæculum. Timeat qui adhuc in hoc sæculo gaudet & lætatur, ne in æternum contristetur & ploret. Timeat qui cum iustis in hoc sæculo non dolet, ne cum peccatoribus in supplicio perenni iaceat. Sed si peccatores, inquis, delictorum suorum verbera in isto sæculo patiuntur, cur & sancti viri pariter & æque cū peccatoribus affliguntur: nisi quia ad emēdationem peccatoribus correptiones, iustis ad probationē iustitiæ proficiūt? Vt enim his remediis peccatores corriguntur à malis, ita iusti his augentur in bonis. Illos enim emendat Deus vt corrigat, hos verò probat vt augeat. Illos à culpa reuocat, hos sanctiores sibi re-
C seruat. Illic peccata corriguntur, hîc merita virtutis augentur. Illic ergo recordatio pœnitens, hîc puræ mentis lætitia gaudens. Ille indulgentiā Diuinā exoptat, hic præmia promissa iam cogitat. Ille pium iudicem veniam postulat, hic iustū remuneratorē expectat. Ille sollicitus vt possit impetrare quod postulat, hic securus quia potest quod meretur accipere. Nam peccatores salutis emendatione Deus corrigit, ne inueniat malitia crescente quod iudicet. Odit enim supplicium, qui ante præstitit, ne condemnet.

Apoc. *Prouer.* *Affli... nes a... sunt p... tribu...*

CORNV. Super psal. lxxiiij. Super illud cornua peccatorum cōfringam, & exaltabuntur cornua iusti. Cornua peccatorum, dignitates sunt superborū. Cornua iusti, munera Christi. Per cornua enim sublimitates intel-
D liguntur. Oderis in terra sublimitatē terrenā, vt possis habere cœlestē. Amas terrenā, nō te admittit ad cœlestē: sed ad confusionē pertinebit, quod frāgetur tibi cornu: quomodo ad gloriā pertinebit, si exaltabitur tibi cornu. Modo est tempus eligendi, tunc nō erit. Præoccupa ergo cōfessionē, ne venias ad damnationē. Quia tunc cōfessio sera erit, & defensio nulla erit. Super psal. xcvij. Cornu excedit carnē. Necesse est enim vt carnē superādo, sit firmū ad perdurandū, & capax vocis, & hoc quia carnem superauit. Qui ergo vult esse tuba cornea, superet carnē, transcendat carnales affectus. Audi tubam corneā. Quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram.

Tom. ... *Cornu ... sti ...* *Tom. ... Tuba ...* *Col. 3.*

Corpus

Tom. VII. CORPVS. Corpus q̄d esse dicitur. Lib. iiij. de orig. animæ, ad Vincētiū victorē. Corpora nūcupantur, quæ per distātiā lōgitudinis, latitudinis, & altitudinis locorū occupat spatia: minora, minoribus suis partibus: & maiora, maioribus. Lib. vij. super Gene. Corpus id dicimus, naturā quālibet lōgitudine, altitudine, & latitudine, spatiū loci occupātē. Nō omne corpus dicitur caro, lib. xiiij. de trini. Nō omne corpus est caro. Quia corpus multarū rerū nomē est, quarū nulla caro est. Nā multa sunt excepta carne, corpora cœlestia & corpora terrestria. Sed bene aliquod corpus, caro est. Præter Deū oīa possunt dici corporea, lib. de Ecclesiasticis dogmati. Nihil inuisibile & incorporeū natura credendū est, præter solū Deū, id est, Patrem & Filiū & Spiritū sanctū: q̄ ex eo inuisibilis & incorporeus dicitur, q̄a infinitus & incircunscriptus est simplex, & sibi oībus modis sufficiēs seipso & idipsum. Et eūvbiq; sit, ī seipso īuisibilis & incorporeus esse dignoscitur. Oīs verò rationalis creatura corporea est, & Angeli, & omnes virtutes corporeæ sunt, licet nō carne subsistāt. Ex eo aūt ītellectuales naturas corporeas esse dicimus, q̄a circūscribūtur loco sicut & anima humana quæ carne clauditur, quæ idcirco & esse in loco & localis dici pōt. In loco, q̄a hîc, vel alicubi presens est. Localis, quia quod alicubi presens est, totū alibi nō est. Nō habet tamen corporalem dimensionē, nec corporalē circūscriptionē, quoniā corporalis quātitatis expers est. Sed quia per præsentiā & operationē in loco cōcluditur localis & ipsa dicitur. Verūtamē nō sicut corpus, cui secūdū locū, prīcipiū, mediū, & finis, assignatur. Respectu verò incorporeæ naturæ, quæ summè incōmutabilis vbique est, corporea est anima, quoniā tale aliquid nō est ipsa: nō tamen per loci spatium ita sistitur vel mouetur, vt maiori sui parte, maiorem locū occupet, & breuiori, breuiorem: minórque sit in parte quā in toto. Quod corpus dicatur aīale, vel spirituale. in Epistola ad Cōsentiū, de incarnatione verbi. Intelligitur corpus animale dici, simile cæteris aīalibus: p̄pter mortis dissolutionē & corruptionem, quæ quotidie cibo reficitur, & postea superata, animantis compago dissoluitur. Spirituale autem corpus, quod iam cum spiritu, immortale est.

Cap. 16. Tom. III. — *Lib. de Eccl. Dog. cap. 11. Tom. III.* — *Lib. de spiritu & anima cap. 18.* — *Intellectuales creaturæ quomodo corporeæ.* — *Tom. II. Epist. 146.*

CORPVS humanū. Ex q̄bus & qualiter sit cōpositū. Lib. de spiritu & anima. Humanū corpus ex quatuor elementis cōpositū est. Sed in carne & ossibus maximè terra apparet propter terrenā soliditatē: Aqua ī humoribus. Aër cōtinetur ī pulmone: idcirco semp̄ ī motu est, q̄a vētilabrū est cordis, ne nimio calore cōsumatur & dissoluatur. Sedes ignis est ī corde, & ideo inferius est latū, & superius acutū, q̄a formā ignis retinet. Quædā vis ignea aëre tēperata, à corde ad cerebrū ascēdit, tāquā ī cœlū corporis nostri: Ibiq; purificata & collata, per oculos, aures, nares, cæteráque instrumenta sensuū foras p̄greditur, & cōtactu exterior formata, quinq; sensus corporis facit, visum, scilicet, auditū, odoratū, gustū, & tactū: qui tāgendi sensus, ab anteriori parte cerebri ad posteriorem trāsiens, & inde per ceruicē & medullā spinæ descendens, per totum corpus diffunditur. Porrò ipsa vis ignea, quæ exterius formata, sensus dicitur, eadem forma per ipsa sensuū instrumēta, p̄ quæ egreditur, & in q̄bus formatur, natura operāte ītrorsum ad cellā phantasticā vsque retrahitur & reducitur: atque imaginatio efficitur. Postea eadē imaginatio ab anteriori parte capitis, ad mediā transiens, ipsam animæ rationalis substātiā cōtingit, & excitat discretionem: In tātū iam purificata & subtilis effecta, vt ipsi spiritui immediatè cōiūgatur, veraciter tamen naturā corporis retinēs & proprietatē. Quæ quidē imaginatio, in brutis animalibus phātasticā cellā nō transcendit. In rationalibus autem purior fit, & vsq; ad rationalē & incorporeā animæ substantiā cōtingendam, defertur & progreditur. Quo verò ad membra & membrorū vitā, ibid. Corpus cōstat ex officialibus membris: Officialia, ex cōsimilibus: Cōsimilia ex humoribus: humores, ex cibis: cibi, ex elementis: & nihil horū est anima. Sed in istis tāquā in organis agit, & per hoc corpori cōsulit, & huic vitæ ī qua factus est homo in animā viuētē. Quæ cū temperata & ordinata fuerint, & cōgruūt viuificationi, & nūquā recedit aīa. Si verò distemperata & cōfusa fuerint, inuita recedit anima secum trahens omnia, sensum, imaginationē, rationem, intellectū, intelligentiā, concupiscibilitatē, & irascibilitatem: Et ex his secundū merita afficitur ad delectationem, siue ad dolorem. Corpus aūt quod prius integrū tanquā organū contemperatū & dispositū erat, vt melos musicum in se cōtineret & tactum resonaret, nō cōfractū & inutile è regione iacet. Anima verò recurrentibus ad regiones suas elementorū partibus, non habēs vbi vires suas exerceat, requiescit ab his tantum motibus, quibus corpus per tempus & locum mouebat, ipsa per tempus illocaliter mota. Quoniam & si organum periit, sed non melos, nec quod organum mouebat. De corporis autem vita forma & figura, libro lxxxiij. quæstionum. Corpus hominis, quia solum inter animalium terrenorum corpora non pronum in aluum prostratum est, cùm sit visibile, & ad intuendum cœlum erectum, quod est visibilium principiū: quanquam non sua, sed animæ præsentia viuere cognoscatur, tamen modo quia est, & inquantum est, vtique bonum est: sed etiam vt ad contemplandum cœlum sit aptius, magis in hoc ad imaginem & similitudinem Dei, quam cætera corpora animalium factum iure videri potest.

Cap. 31. Tom. III. — *Corpus ex quo.* — *Element. 4. sedes in corpore.* — *Formatio quinque sensuum.* — *Imaginatio vnde efficiatur.* — *Vis discretiua.* — *Cap. 15.* — *Corporis compositio.* — *Quæst. 51. Tom. IIII.*

Huius nobilitatis ratio magis exprimitur. Libro vigesimo secundo de ciuitate Dei. In ipso corpore nostro, quamuis nobis sit cum beluis mortalitate commune, multísque earum reperiatur infirmius, quanta Dei bonitas, quāta prouidentia creatoris apparet? Nonne ita sunt in eo loca sensuum, & cætera membra disposita, speciésque ipsa ac figura atque statura totius corporis ita modificata, vt ad ministerium

Cap. 24. Tom. V.

animæ rationalis ſe iudicet factam. Non enim vt A
animalia rationis expertia, prona videmus eſſe
ĩ terrã, ita creatus eſt homo, ſed erecta ĩ cœlũ for-
ma corporis admonet eũ, quæ ſurſum ſunt ſape-
re. Porrò mira mobilitas, quę linguę ac manibus
attributa eſt, ad loquendũ & ad ſcribendũ apta
atque conueniens, & ad opera artiũ plurimarũ
officiorũq; cõplẽda, nonne ſatis oſtendit, quali
animæ vt ſeruiret tale ſit corpus adiũctũ? Quan-
quã & detractis neceſsitatibus operandi, ita om-
nium partiũ cõgruẽtia numeroſa ſit, & pulchra
ſibi parilitate reſpõdeat, vt neſcias vtrũ in ea cõ-
denda, maior ſit vtilitatis habita ratio, quã deco-
ris. Certè enim nihil creatũ videmus in corpore
vtilitatis cauſa, qđ nõ habeat etiã decoris locũ.
Plus autẽ id nobis appareret, ſi numeros menſu-
B rarũ q̃bus inter ſe cũcta cõnexa ſunt & coaptata
noſceremus, qđ forſitan data opera in iis quæ
foris eminẽt, humana poſſet inueſtigare ſolertia.
Quæ verò tecta ſunt atque à noſtris remota cõ-
ſpectibus, ſicut eſt tãta perplexitas venarũ atque
neruorũ & viſcerũ, ſecreta vitaliũ, inuenire nul-
lus poteſt. Quia & ſi medicorũ diligẽtia nõnulla
crudelis, quos anatomicos vocãt, laniet corpora
mortuorũ, ſiue etiã inter manus ſecãtis pſcrutã-
tiſq; moriẽtiũ, atq; ĩ carnibus humanis ſatis inhu
manè abdita cuncta rimata eſt, vt q̃d, & quomo-
do, & quibus locis curãdũ eſſet addiſceret, nume
roſ tamẽ de q̃bus loquor q̃bus coaptatio, quę har
monia Græcè dicitur, tãquã cuiuſdã organi ex-
trinſecus atq; intrinſecus totius corporis cõſtat:
q̃d dicã? Nemo valuit inuenire, qđ nemo auſus
C eſt quærere? Qui ſi noti eſſe potuiſſent, in interio
ribus quoq; viſceribus, quæ nullũ oſtẽtãt decus,
ita delectaret pulchritudo rationis, vt omni for
mæ apparẽti quę oculis placet, ipſius meritis quę
oculis vtitur, præferretur arbitrio. Sunt verò
quædã ita poſita ĩ corpore, vt tãtũmodo decorẽ
habeãt, & nõ vſum: ſicut pectus virile habet ma-
millas, ſicut facies barbã: quã nõ eſſe munimẽto,
ſed virili ornamẽto, indicãt puræ facies fœmina-
rũ, quas vtique infirmiores muniri tutius cõue-
niret. Si ergo nullũ mẽbrũ eſt in his quidẽ cõſpi
cuis, vnde ambigit nemo, qđ ita ſit alicui operi
accõmodatũ, vt nõ etiã ſit decorũ: Sũt autẽ non-
nulla, quorũ ſolũ decus, & nullus eſt vſus: puto
facilè intelligi, in cõditione corporis noſtri, di-
gnitatẽ neceſsitati fuiſſe prælatã. Trãſitura quip-
D pe eſt neceſsitas, tẽpúſque venturũ quãdo inuicẽ
ſola pulchritudine ſine vlla libidine pfruamur:
qđ maximè ad laudẽ referendũ eſt creatoris: cui
dicitur in Pſal. Cõfeſsionẽ & decorem induiſti.

ἁρμονία, ſiue concentus corporis humani.

Tom. X.

Nobile eſt corpus, ratiõe corporis Chriſti, lib.
de verbis Apoſt. ſermo. xviij. Super illud, Neſci-
tis quod corpora veſtra mẽbra ſunt Chriſti &c.
Quia Chriſtus caput noſtrũ eſt, eo qđ homo p-
pter nos factus eſt: corpus autẽ eius Eccleſia eſt.
Si ergo Dominus noſter tãtũmodo humanã ani-
mã ſuſciperet, mẽbra eius nõ eſſent niſi animæ
noſtræ: quia verò & corpus ſuſcepit per quod e-
tiã caput eſt nobis, q̃ ex anima & corpore cõſta-
mus, profecto illius membra ſunt & corpora no-

A ſtra. Sic ergo vnuſquiſque cupiẽs fornicari vile-
ſcat ſibi, & ſeipſo, cõtemnat ſeipſum, & nõ ĩ ſe cõ
tẽnat Chriſtũ. Nõ dicat, Faciã, nihil ſum, oĩs ca-
ro fœnũ. Sed corpus tuũ, mẽbrũ eſt Chriſti. Quò
ibas? Redi. Quò te præcipitare cupiebas? Parce in
te Chriſto, cognoſce in te Chriſtũ. Tollens ergo
membra Chriſti faciã mẽbra meretricis? Mere-
trix eſt enim quæ tibi adulteriũ cõſentit: Et for-
tè ipſa Chriſtiana tollit membra Chriſti, & facit
mẽbra adulteri. Inuicem in vobis cõtẽnitis Chri
ſtũ: nec cognoſcitis Deũ veſtrũ, nec cogitatis pre
tium veſtrũ. Qualis autẽ ille Dominus q̃ ſeruos
fecit fratres ſuos? Sed parum erat facere fratres
ſuos, niſi faceret mẽbra ſua. Itáne tanta dignitas
viluit, quia tã benignè præſtita eſt, nõ honor ei
retribuitur? Si nõ præſtaretur, deſideraretur: q̃a
B præſtita eſt, cõtẽnitur. Hæc autẽ corpora noſtra,
quæ ait Apoſt. Mẽbra eſſe Chriſti, ꝓpter corpus
Chriſti, qđ ex genere corporis noſtri ſuſcepit: di
cit idẽ, Hæc ipſa noſtra corpora tẽplũ eſſe Spiri-
tus ſancti, ꝓpter ĩhabitãtẽ Spiritũ Chriſti. Quid
horũ in te cõtemnis? Chriſtũ cuius membrũ es,
aut Spiritũ ſanctũ cuius tẽplũ es? Ipſam meretri
cem, quæ tibi cõſentit in malũ, nõ audes fortaſſe
introducere in cubiculũ tuũ, vbi habes lectũ tuũ
cõiugalem, ſed quæris aliquem abiectũ in domo
tua & turpem locũ, ĩ quo turpiter voluteris. De-
fers ergo honorem cubiculo vxoris tuæ, & non
defers templo Dei tui. Ibid. Vita corporis ani
ma eſt, vita animæ Deus eſt, Spiritus Dei habitat
in anima, & per animã in corpore vt & corpora
tẽplũ ſint Spiritus ſancti. Nobilitatũ eſt inſu-
C per exterioribus bonis. Lib. ſoliloq̃orũ ad Deũ.
Quid mirũ, Domine Deus, ſi amas aĩas? Imagi-
nem quippe tuã honorificas, & ſimilitudinẽ tuã
ad quã creatæ ſunt. Nam & corpori noſtro, licet
adhuc corruptibili & ignobili, dediſti vt videret
cœli claritatem, per manũ miniſtrorũ tuorũ in-
defeſſorũ ſolis & lunæ, qui præcepto tuo iugiter
die & nocte deſeruiũt filiis tuis: vt ſpiraret, largi-
tus es aẽris puritatem: vt audiret, ſonorũ varieta
tes: vt odoraret, odorũ ſuauitates: vt guſtaret, ſa-
porũ qualitates: vt cõtrectaret, dediſti corpulen-
torũ omniũ groſsitates. Adiuuamenta ſuis neceſ
ſitatibus dediſti iumenta: volucres quoque cœli,
& piſces maris, & fructus terræ ad reficiendũ im
pẽdiſti: Medicinas de terra ꝓpter ſingulas quaſ-
que ſuas corruptelas creaſti: Singula ſolatia, ſin-
D gulis malis præparaſti: quoniã es miſericors, & mi
ſerator, & nouiſti figmentũ noſtrũ. Figulus no-
ſter es, & nos omnes quaſi lutum in manu tua.
Mortale factũ eſt ꝓpter peccatũ, lib. vj. ſuper
Gene. Mors corporis de peccato eſt. Si nõ peccaſ
ſet Adã: nec corpore moreretur. Ideóque ĩmor-
tale haberet & corpus. In eod. Corpus primi
hominis, mortale erat & immortale: mortale cõ-
ditione corporis naturalis, immortale aũt benefi
cio creatoris. Sed nũc eſt mortuum, vt dicit in
eodẽ lib. Quomodo corpus noſtrum dicit Apo-
ſtolus, mortuũ, cũ adhuc de viuẽtibus loquere-
tur, niſi quia iã ipſa cõditio moriendi ex peccato
parentũ hæſit in prole? Animale eſt enim & hoc
corpus

Corpus ... bra C...

Cap. 11. Tom. II.

Cap. 24.

Cap. 25.

Cap. 26.

corpus sicut & primi hominis fuit: sed hoc iam ĩ ipso animalis genere multò est deterius. Habet enim necessitatem moriendi, quod illud nõ habuit ante peccatum. Quamuis enim restabat adhuc vt immutaretur, & spirituale factũ plenam immortalitatem perciperet, vbi cibo corruptibili non egeret: tamen si iustè viueret homo, & in spiritualem beatitudinem corpus eius mutaretur, & non iret in mortem. In nobis etiã iustè viuentibus, corpus moriturum est, propter quam necessitatẽ ex illius primi hominis peccato venientem, non mortale, sed mortuum corpus nostrum dicit Apostolus: quia omnes in Adã moriuntur. Aliter dicit lib. lxxxiij. quæst. lxvj. Mortuum corpus est, quãdiu tale est, vt indigentia rerũ temporalium molestet animã, & quibusdam motibus ex ipsa indigentia venientibus, ad petẽda terrena solicitet. Super Ioã. serm. lxiiij. Talis quidem est in corpore corruptibili hominum sors, vt nõ sit in ea facilior vita, quã mors.

1. Cor. 15. — Tom. IIII. — Tom. IX.

De cuius corporis morte, lib. meditationum, cap. xxx. O quot & quanta mortales de mũdanę promissionis incertitudine cogitant: sed sub repentinæ mortis articulo quæ cogitauerunt euanescũt. Sicut vmbra declinãs ablati sunt. Exibit ergo spiritus meus nõ voluntarius, sed inuitus: quia cum dolore dimittet, quæ cũ amore possedit, velit, aut nolit. Cõstitutus enim terminus venit, qui præteriri nõ potest, in quo terra reuertetur in terrã. Scriptum est enim, Terra es, & in terrã reuerteris. Naturale siquidẽ est, quod materiatum in materiã resoluatur. Auferet ergo spiritũ meũ & deficiet, & in puluerẽ suũ reuertetur. Cũ autem morietur homo hæreditabit, bestias serpẽtes, & vermes. Omnes enim in puluerẽ dormiẽt, & vermes operient eos. Sicut vestimẽtum sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic vorabit eos tinea. Quasi putredo cõsumẽdus sum, vt ait Iob, & quasi vestimẽtũ quod comeditur à tinea. Putredini dixi, Pater meus es, & mater mea, & soror mea vermibus. Homo putredo, & filius hominis vermis. Et quam turpis pater, & quã vilis mater, quã abominabilis soror? Cõceptus de fœtore per ardorẽ libidinis, putrefecit citius cadauer, quã funebres vermes assistãt. Viuus ꝑduxit fecem: & iã mortuus producet fœtorẽ & putredinẽ. Viuus amicũ hominẽ ĩpugnauit, mortuus vermes plurimos ĩpinguabit. Quid ergo fœdius humano corpore, quid horribilius homine mortuo? Cuius gratissimus erat amplexus in vita, molestus etiã erit aspectus eius in morte. Quid ergo ꝓsunt diuitiæ, quid epulæ, q̃d deliciæ? Non liberabunt à morte, nõ defendẽt, non eripient à fœtore. Qui quõdã sedebat in throno curiosus, modo latet despectus post mortem in tumulo: qui stabat ornatus in aula, modo sedet immũdus in tumba: qui vescebatur deliciis in cœnaculo, modo consumitur à vermibus in sepulchro. Sed post mortẽ. vt dicit lib. de vera innocentia. Frustra sibi homo post hoc corpus hîc promittit quod in hoc corpore cõparare neglexit. Ante mortem verò est corruptibile, lib. xxij. de ciuita

Cap. 72. — Tom. III. — Cap. 22. — Tom. V.

A te Dei. In ipso corpore humano tot existũt morborum mala, vt nec libris medicorũ cuncta comprehensa sint. In quorum pluribus ac penè omnibus, etiam ipsa adiumenta & medicamenta tormenta sunt, vt homines à pœnarum exitio, pœnali eruãtur auxilio. Tamẽ vt dicit super Psal. xxxviij. Et si exterior, inquit Apost. homo noster corũpitur, interior renouatur de die in diẽ. Ergo ad peccatũ, ad mortalitatẽ, ad præteruolantia tẽpora, ad gemitum, & laborem, & sudorem, ad ætates succedentes, non manentes, ab infantia vsque ad senectutem, sine sensu transeuntes: Ad hoc attendentes, videamus hîc veterem hominẽ, veterem diem: vetus canticum, vetus testamẽtũ. Conuersi autem ad interiorem, ad ea quæ innouanda sunt, pro his quæ immutabuntur: inuenimus hominẽ nouum, diem nouum, canticũ nouum, testamentum nouum: & sic amemus istam nouitatẽ, vt non ibi timeamus vetustatẽ. Debiliora autem fiũt continuè corpora nostra, lib. xv. de ciuitate Dei. cap. ix. In principio vita mortaliũ in longũ protẽdebatur. Ipsæ etiã corporum magnitudines, longè ampliores tũc fuerũt, quam nũc. Vnde & nobilissimus gentiliũ poëta Virgilius, de ingẽti lapide, quẽ in agrorũ limite infixũ, vir fortissimus illorũ tẽporũ pugnans, & rapuit, & cucurrit, & intorsit, & immisit, Ait enim,

Tom. VIII. — Tom. V. — 12. Aeneid.

Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Significãs maiora tũc corpora producere solere tellurẽ. Quantomagis igitur tẽporibus recẽtioribus mundi, ante illud nobile diffamatũmq; diluuium? Sed de corporum magnitudine, plerunque incredulos nudata per vetustatem, siue per vim fluminum, variósque casus sepulchra cõuincunt: vbi apparuerunt, vel vnde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse non solus, sed aliquot mecum, in Vticensi littore molarem hominis dentem, tam ingẽtem, vt si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videatur facere potuisse. Sed illud gigantis alicuius fuisse crediderim. Nam præter quod erant omnium multomaiora quam nunc nostra tunc corpora, gigãtes lõgè cæteris ante ibant, sicut aliis deinde nostrísq; tẽporibus rara quidẽ, sed nunquam fermè defuerunt qui modum aliorum plurimum excederẽt. Plinius secũdus doctissimus homo, quãtomagis magísq; præteriit sęculi excursus, minora corpora naturã ferre testatur. Dicit etiam idem Plin. esse adhuc gẽtẽ, vbi ducẽtos annos viuitur. Si ergo humanarũ vitarũ diuturnitates, quas experti nõ sumus, hodie habere credũtur incognita nobis loca, cur nõ habuisse credãtur & tẽpora? An verò incredibile est alicubi esse, quod hîc nõ est: & incredibile est aliquãdo fuisse, q̃d nũc nõ est?

Ingẽtia corpora. — Lib. 7. nat. hist.

Post resurrectionẽ erũt ĩmortalia & ĩcorruptibilia, lib. xiij. de ciu. Dei. c. xxij. Corpora iustorũ quæ ĩ resurrectiõe futura sunt, nullo ligno ĩdigebũt, quo fiat, vt nullo morbo vel senectute ĩueterata moriantur: neq; vllus aliis corporalibus alimẽtis, q̃bus esuriẽdi ac sitiẽdi qualiscunq; molestia

Tom. V.

deuitetur: quoniã certo & omnimodo & inuiolabili munere immortalitatis induentur, vt non nisi velint possibilitate, non necessitate vescantur. Sicut Christus post resurrectionem, iã quidẽ in spirituali carne, sed tamẽ natura, cibũ ac potũ cũ discipulis sumpsit. Nõ enim potestas, sed egestas edẽdi aut bibẽdi, talibus corporibus auferetur. Vnde & spiritualia erũt: nõ q̃a corpora esse desistẽt, sed q̃a spiritu viuificãte subsistẽt. Propterea lib. de vera innocent. Liberari à corpore mortis huius, sanato lãguore cõcupiscẽtiæ carnis nõ est ad pœnã corpus recipere, sed ad gloriam.

Tom.III.

Tom.II. Epist.146. Probat ĩ Epist. ad Cõsentiũ de incarna. verbi. Quia ea quæ ĩ vsu vitæ huius nostræ corruptibilia nouimus, sine corruptiõe cogitare vix possumus. Cũ diuinorũ miraculorũ quædã documẽta iã data sint, ex quibus liceat cõiecturare maiora. Nã si vestis Israëlitarũ per tot annos in eremo sine tali cura esse potuit, si morticina pellis calciamentorũ tãdiu sine labe durauit, potest vbique Deus quorũlibet corporũ per quãtũ voluerit tẽpus, incorruptã protendere qualitatem. Infra subdit. Ex cõsuetudine rerũ expertarũ, in experta opera Diuina, ĩfirmitas metitur humana, & argutulè se garrire arbitratur, cũ dicit. Si caro est, & sanguis est: si sanguis est, & cæteri humores: ergo & corruptio. Eo modo dico. Si flamma est, & ardet: Si ardet, & vrit: Si vrit, ergo virorũ triũ ĩ fornace ignis ab ĩpio rege missorũ, corpora incẽdit. Si aũt hoc nõ tribus viris miraculũ factũ esse nõ dubitat q̃squis de Diuinis operibus rectè sapit: cur nõ creditur qui fecit illa corpora: non posse igne corrũpi, fecisse illud corpus, vt nec igne, nec fame, nec morbo, nec senio, nec vlla in alia, qua solet humana corpora, labefactare corruptio. Valet igitur Diuina potẽtia, de ista visibili atq; tractabili natura corporũ, q̃busdã manẽtibus auferre quas voluerit qualitates: ac p̃ hoc valet etiã mẽbra corporalia formæ liniamẽtis manẽtibus, corruptiõe verò mortalitatis emortua, stabili vigore firmare: vt absit labes, adsit effigies: adsit motio, absit fatigatio: adsit vescẽdi potestas, absit esuriẽdi necessitas. Probatur resurrectio, lib. de vera ĩnoc. Omnia mẽbra corporis nostri, quę discreta, vel putrefacta, vel cõcremata ĩ quasdã dissoluũtur fauillas, Deo perire nõ possunt. In illa enim elemẽta mũdi eũt, vnde sumpta sunt illa manu, quæ tenet omnia. Nũc corpus debet subiici animæ, lib. eod. Nõ caret regia potestate, q̃ corpori suo nouit rationabiliter imperare: verè enim dominator est terræ, q̃ carnẽ suã regit legibus disciplinæ. Ideo cõsulit super Psal. cxl. Castiga corpus tuũ: modo doma, quod postea recipias: modo sufficiat, vt nõ deficiat. Nã in hac vita reparari nõ potest, quandiu mortale geritur. Non te deponat, non te abrũpat. Porta, erudi, castiga reparabiliter in fine. Probat hoc lib. j. Soli loquiorũ suorũ. Nihil plus noui. Penitus esse, ista sensibilia fugienda, cauẽdúmq; magno opere dum hoc corpus agimus, ne quo eorum visco pennę nostræ impediantur, quibus integris perfectísque opus est, vt ad illã lucẽ ab his tenebris

A simili destruit argutulorum ineptias.

Cap.116. Tom.III.

Cap.14. Tom.I.

A B C D

euolemus: quæ se nec ostendere dignatur in hac cauea inclusis, nisi tales fuerint, vt ista vel effracta, vel dissoluta, possit in auras suas euadere. Itaque si fueris talis vt nihil te prorsus terrenorum delectet, mihi crede, eodem momento, eodẽ puncto temporis, videbis quod cupis. Docet causam & modũ, super Psal. cxlv. Semper corpus, quoniã corpus est, infra animã est: & quæuis anima vilis, excellentissimo corpore excellẽtior inuenitur. Nec vobis hoc quasi mirabile videatur. Nõ enim est melior meritis, sed natura. Est quidem anima peccatrix, est quibuscũque concupiscentiarũ sordibus inquinata: tamẽ melius est, & si sordidũ aurũ quã purgatissimum plumbũ. Itẽ dicis equum optimũ, & hominem pessimũ: tamẽ equo laudato, præponis hominẽ vituperatum. Si enim interrogeris ex his duobus quis sit melior: Responsurus es, Homo. Nõ meritis, sed natura. In artibus dicis optimũ sutorem, & reprehendis aliquem iurisperitũ, eo quod multas leges ignoret. Sed imperitior iurisperitus perfecto sutori præponitur: & ita in multis rebus vituperatis aliisque laudatis, natura animæ præstãtior est natura corporis. Excellit enim multũ. Res spiritualis est, incorporea est, & vicina est substãtiæ Dei. Inuisibile q̃ddã est: regit corpus, mouet mẽbra, dirigit sensus, præparat cogitatiões, exerit actiones, capit rerũ infinitarũ imagines. Et quis tandẽ sufficiat laudibus animæ? Et si in laudibus animæ deficitur, quæ laus est eius qui animã cõdidit? Ibid. infra. Accepit homo corpus tanquã in famulum, Deum autem Dominum habens supra se conditorem, infra se quod sub illo conditũ est, in medio quodam rationalis anima cõstituta legem accepit habere superiori regere inferiorẽ, nisi regatur à meliore, trahitur ab inferiore. Deseruit ergo meliorẽ, nõ potest regere quod regebat, quia regi noluit à quo regebatur. Libro de vera innoc. Rationalis anima est domina corporis sui, quæ inferiori nõ imperabit, nisi superiori se Deo tota charitatis subiectione seruierit. Ideo dicit eod. lib. Anima rationalis superioribus inferiora præponens, nõ potest regere quod regebat: quia noluit regi à quo regebatur.

Separata autẽ anima, etiã ad corpus afficitur quãtũcunq; beata, lib. xiij. de ciuit. Dei. cap. xx. Nũc aũt animę sanctorũ defunctorũ, ideo nõ habẽt graue mortẽ qua separatę sunt à corporibus suis, quia caro earum requiescit in spe quamlibet sine vllo iam sensu contumelias accepisse videatur. Non enim, sicut Platoni visum est, corporũ obliuionem desiderãt, sed potius quia meminerunt quid sibi à Deo sit promissum, qui neminem fallit, qui eis etiam de capillorum suorum integritate securitatem dedit, resurrectionẽ corporum, in quibus multa dura perpessi sunt, nihil in eis tale vlterius sensuri, desiderabiliter & patienter expectant. Si enim carnem suã non oderãt, quãdo eã suæ mẽti infirmitate resistẽtẽ, spirituali iure coërcebãt, quãtomagis eã diligũt etiã ipsam spiritualẽ futurã? Sic eñi spiritus carni seruiẽs nõ ĩcõgruè carnalis, ita caro spiritui seruiẽs rectè

Tom. ...

Anima ... ...

Tom.V.

Spiri... ...

rectè appellatur spiritualis: nō quia in spiritū cō uertetur, sed q̄ spiritui summa & mirabili obtēperādi facilitate subdetur: vsque ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimā voluntatem omni molestiæ sensu, omni corruptibilitate & tarditate detracta. Non solū enim nō erit tale quale nunc est in quauis optima valetudine, sed nec tale quidē fuit in primis hominibus ante peccatū. Qui licet morituri non essent nisi peccassent, alimentis tamen vt homines vtebantur: nondū spiritualia, sed adhuc animalia corpora terrena gestātes. Quæ licet senio nō veterassent, vt necessitate perducerentur ad mortem, qui status eis de ligno vitæ, quod in medio Paradisi cū arbore vetita simul erat, mirabili Dei gratia præstabatur: tamē & alios sumebāt cibos, præter vnā arborē, quæ fuerat iterdicta: nō q̄ ipsa erat malū, sed propter cōmendādū puræ & simplicis obediētiæ bonū: quæ magna virtus est rationalis creaturę sub creatore Domino cōstitutæ. Nā vbi nullū malū tāgebatur, ꝓfecto si ꝓhibitū tangeretur, sola inobediētia peccabatur. Alebātur ergo aliis quæ sumebāt, ne animalia corpora molestię aliquid esuriēdo ac sitiēdo sentirēt. De ligno aūt vitæ ꝓpterea gustabatur, ne mors eis vndecūque subreperet, vel senectute defecti decursis tēporū spatiis interirēt: tāquā cætera essent alimēto, illud sacramēto: vt sic fuisse accipiatur lignū vitæ ī Paradiso corporali, sicut in spirituali, hoc est intelligibili Paradiso sapiētia Dei, de qua scriptū est, Lignū vitæ amplectentibus eā. Corpora sanctorū licet exanimata, sunt tamen honorāda. lib. de Ecclesiasticis dogmatib. Sanctorū corpora, & præcipuè beatorū martyrū reliquias, ac si Christi mēbra syncerissimè honorāda: & basilicas eorū nominibus appellatas velut loca Diuino cultui mācipata, affectu piissimo, & deuotiōe fidelissima adeūdas esse credimus. Ratio habetur, lib. de cura ꝓ mortuis agēda. Nō sunt cōtēnēda seu abiiciēda corpora defunctorū: maximéq; iustorū atq; fideliū: q̄bus tāquā organis & vasis, ad oīa bona opera vsus est Spiritus sanctus. Si em̄ paterna vestis & annulus, ac si q̄d huiusmodi, tāto charius est posteris, quāto erga parentes maior extitit affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multò familiarius atque cōiūctius, quā quælibet indumenta gestamus. Hæc enim nō ad ornamētū, vel adiutoriū, q̄d adhibetur extrīsecus, sed ad ipsam naturā hoīs ꝑtinent. Vnde & antiquorū iustorū funera, officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura ꝓuisa: ipsique cū viuerēt, de sepeliēdis vel etiā trāsferēdis suis corporibus mādauerūt. Et Thobias sepeliendo mortuos, Deū ꝓmeruisse teste Angelo cōmendatur. Ipse quoque Dominus die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonū opus prædicat, prædicādúmque cōmendat: eo q̄d vnguentū pretiosum super membra eius effunderet, atque hoc ad sepeliēdū eū fecerit. De corpore verò Christi, q̄d nō fuerit ī sepulchro corruptū. In Epist. ad Cōsentiū supradi. Nullo modo dubitādū est corpus Christi, q̄d licet corruptionē putredinis in sepulchro nō viderit. Vnde scriptū est. Non dabis sanctū tuū videre corruptionem, clauis tamen & lancea perrūpi potuit, nūc omnino in īcorruptiōe cōsistere: & quod in cōtumelia passionis mortísque seminatū est, nūc est in gloria vitæ æternæ: & quod ex infirmitate crucifigi potuit, nūc in virtute regnare. Quod quale sit in cœlo. in ead. Episto. Domini corpus ita credo esse in cœlo, vt erat in terra quādo ascēdit in cœlū. Dixerat autem discipulis, vt in Euāgelio legimus, de sua resurrectione dubitātibus, & illud quod videbāt, nō corpus, sed spiritu esse putantibus, Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte, q̄ spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere. Sicut eorū, cū esset in terra, cōtractatus est manibus: sic eorū, cū iret in cœlū, est deductus aspectibus. Ibi vox Angelica sonuit. Sic veniet quēadmodū vidistis eū eūtē ī cœlū. Fides adsit, & nulla quęstio remanebit.

Cap.73. Tom.III. Reliquiæ sanctorum. — *Cap.3. Tom.IIII.* — *Tom.II. Epist.146.* — *Psal.15.* — *Luc.24.* — *Act.1.*

CORRVPTIO. Corrūpi dicitur quod est bonū, lib. vij. confess. cap. xij. Manifestū est quod bona sunt, quæ corrūpūtur: quia si bona nō essent, corrumpi nō possent. Si summa bona essent, incorruptibilia essent: Si autē nulla bona essent, q̄d in eis corrūperetur nō esset. Quid sit corruptio. lib. de vera innoc. Cū Deus incommutabiliter bonus, omnes creaturas fecerit bonas, nec vlla omnino nisi ab ipso sit creata natura, nulla substātia est mali: quia quod authorem Deum nō habet, nō est aliud quā desideriū vel actio inordinatæ volūtatis. De corruptione verò morum, super Psalmū lij. Incipit corruptio à mala fide vnde itur ad turpes mores, inde in acerrimas iniquitates.

Tom.I. Omnia bona. Cap.176. Tom.III.

CREATOR & creare. Lib. j. de Trinitate. Omnis substantia quæ Deus nō est, creatura est: & quæ creatura non est, Deus est. Quod solus Deus est creator. lib. xij. de Ciuit. Dei, cap. xxiiij. Nullius quāuis minimæ naturæ nisi Deū creatorē dici aut credi licet. Q̄d si Angeli vel iussi, vel permissi, adhibeāt operationē suā rebus quæ gignūtur ī mūdo, tā nō sunt creatores animaliū, quā nec agricolæ frugū atq; arborū. Super Psal. cxlviij. Nemo vos de fide excutiat, & à sana doctrina. Qui fecit ī cœlo Angelū, ipse fecit in terra vermiculū. Sed Angelum in cœlo ꝓ beatitudine cœlesti: vermiculū in terra pro habitatione terrestri. Creator Deus intelligitur tota trinitas, lib. de vera religione. Cognita trinitate quātum in hac vita datum est, omnis intellectualis, & animalis, & corporalis creatura, ab æternitate creatrice esse, inquantum est, & ordinatissimè administrari sine vlla dubitatione perspicitur. Non vt aliam partem totius creaturæ fecisse intelligatur Pater, & aliam Filius, & aliā Spiritus sanctus: Sed & simul omnia, & vnam quāque naturam Patrē fecisse per Filiū dono Spiritus sancti. Omnis enim res, vel substātialis essentia, vel natura, vel si quo alio verbo melius enūtiatur, simul habet hæc tria, vt & vnū aliquid sit, & specie ꝓpria discernatur à cæteris, & rerū ordinē nō excedat. Lib. de fide ad Pe-

Tom.III. Tom.V. Tom.I. Tria in quācunque creatura.

Cap. 5 Tom. III.

trum, parte prima. Principaliter tene omnem naturã quæ non est trinitas Deus, ab ipsa sancta trinitate, quæ solus verus & æternus est Deus, creatam ex nihilo: ac sic vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue Thronos, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, opus atque creaturam esse sanctæ trinitatis quæ est vnus Deus, rerũ omniũ creator, & Dominus æternus, omnipotẽs & bonus, habens naturaliter vt semp sit, & vt mutari aliquãdo nõ possit. Addit quid creaturis cõtulit. Hic Deus qui sine initio semper est, quia summè est, dedit rebus à se creatis vt sint: non tamen sine initio, quia nulla creatura eiusdẽ naturæ est cuius est trinitas, vnus verus & bonus Deus, à quo creata sunt omnia. Et quia summè bonus est, dedit omnibus naturis quas fecit, vt bonæ sint: non tamen tantũ bonæ, quantũ creator omnium bonorum. Qui non solum summè bonus est, sed etiam summũ atque incommutabile bonum, quia æternum bonum est: nullum habens defectum, quia non est ex nihilo factũ: nullũ habens profectũ, quia non habet initiũ. Ideo quippe naturæ à Deo factæ proficere possunt, quia esse cœperunt: ideo deficere, quia ex nihilo factæ sunt. Ad defectum eas ducit cõditio originis, ad profectũ verò prouehit operatio creatoris. In eo igitur primũ trinitatis, quę Deus verus est, æternitas sine initio naturalis agnoscitur, quia quædã ita fecit, vt cum esse quidem cœperint, tamen non esse aliquando nõ possunt. In eo verò eius omnipotentia intelligitur, quia omnem creaturam visibilem atque inuisibilem id est, corporalẽ atque spiritalẽ de nihilo fecit, in quibus ipsa rerum diuersitas, multo magis commendat bonitatem atque omnipotentiã creatoris. Nisi enim omnipotens esset, non vna eadémque facilitate, summa atque ima fecisset: et nisi summè bonus esset, non se gubernandis rebus quoq; infimis præstitisset. Igitur tam in magnis, quam in paruis quibúsque rebus conditis, magna est bonitas atque omnipotentia conditoris. Omnia enim sapienter fecit summa veráque sapientia: cui naturaliter hoc est esse, quod sapiẽtem esse: hoc facere, quod sapiẽter facere. Subdit probationem vtriusque. Simplicitas itaque multiplicis sapientiæ Dei, magnitudinem celsitudinis suæ, nõ solum magnitudine sublimium creaturarum, verumetiam infimarum paruitate cõmendat: dum bona omnia quæ creauit, non solũ multo inferius dissimiliúsque suo creatore sunt, vtpote non prolata de seipso, sed facta prorsus ex nihilo: verũetiã inter se nõ æqualiter sunt, sed vnaquæque res ita permanet, sicut à Deo vt esset accepit: neq; enim si datum est corporibus vt sint, sicut spiritus acceperũt, cũ ipsa quoq; corpora nõ æqualiter sint, & in ipsis cœlestibus atq; terrestribus inueniatur nonnulla diuersitas: cum tã cœlestia quam terrestria nõ solum impari distẽt quãtitate molis, verũetiã dissimili splendeãt claritate. Alia nãque est, sicut Apost. dicit, claritas cœlestiũ corporũ, alia terrestriũ: in ipsis quoque cœlestibus, alia claritas solis, alia claritas lu-

Cap. eod. — *Summum bonũ Deus.* — *Naturę profectus & defectus.* — *Cap eod.* — *1 Cor. 5.*

A næ &c. Corporaliũ igitur naturarũ diuersitas ostẽdit, vnãquãque earũ nõ hoc esse, qđ ex se semper habere potuerit, sed quod est ex dispositiõe, atque opere omnipotẽtissimi, atque incõmutabilis, & sapiẽtissimi creatoris accepit. Adiũgit & creatoris à creaturis differẽtiã. Qđ si vnius eiusdémq; naturę esset quęlibet creatura corporalis, cuius est sancta trinitas, quæ vnus est Deus, nec localiter in loco esset, nec tẽporis susceptionẽ aliquãdo sentiret, nec de loco trãsiret ad locũ, nec circũscriberent quãtitate molis suę. Quę oĩa ostẽdũt huiuscemodi naturarũ illũ esse opificem, cui nullus latus aut angustatus est locus, quia nec minus ĩ angustis quã in latis totus est. Nec mutatur tẽpore, qui solus potest volumina tẽporum, non

B tẽporali volubilitate, sed æterna stabilitate mirabiliter ordinare: Neque enim in tempore cogitat, quẽadmodũ tẽporũ series rerũ decessione ac successione trãscurrat. Nec aliqua molis quãtitate terminatur, quia nullo fine cõcluditur. Neq; per mũdi partes partibus suis est ipse diffusus, vt maiores mundi partes suis maioribus impleat, & minores minoribus implendo, nusquã tamẽ totus infundat. Ipse est enim Deus qui ait. Cœlũ & terram ego impleo. Omnia ergo quæ fecit, id est, spiritus & corpora, summa & ima, cœlestia atq; terrestria, viuentia & quibus facultatem viuẽdi non dedit, ineffabiliter vbique totus implet & continet Deus. Nec in his quæ diuiduntur ipse diuiditur, nec in his quæ mutantur, vlla variatur mutatione. Nisi enim naturaliter incõmutabilis ipse esset, nũquã in rebus mutabilibus ordo qui-

C dam cõsilij ac dispositionis eius, incõmutabilis permaneret. Addit probãdo quod nõ sit idẽ cũ corporibus. Deus igitur rerũ corporearũ atque incorporearũ creator immẽsus, primũ se nullum esse corpus ostẽdit, eo quod quibusdã corporibus vitam non dedit, cũ corpora omnia ipse creauerit. Ipse autem naturaliter vita est. Quia si ipse vita nõ esset, nõ viuẽtia corpora ipse nõ fecisset. Neque enim facit rẽ nõ viuẽtẽ nisi res viuẽs. Nõ ergo vnius naturæ cũ Deo sunt, quę omnino viuere nõ possunt. Nec illa, quibus singulis singulos brutos atq; irrationabiles spiritus, quibus eadem corpora, vt viuificarentur, ac sensificarẽtur, inseruit. Subdit hoc idẽ de spiritibus. Sed nec ipsi spiritus bruti vnius naturæ cũ Deo sunt, quoslibet viuificãdis sensificãdisq; cognoscatur

D inseruisse corporibus, ipsis tamẽ spiritibus nullũ intelligẽdi largitus est lumẽ, quo suũ aut possent cognoscere, aut diligere creatorẽ. Ipsos quoque spiritus quos rationales atque intellectuales esse nõ dubiũ est, qs audet blasphemo spiritu & cæco corde eiusdẽ naturæ cuius est Deus, vel putare, vel dicere, cũ Deus vtique naturaliter ĩcõmutabilis omnino sit & immensus? Qui cum in se diuersitatem vllã habere nõ possit, in eiusdẽ tamen spiritibus quos rationales & intellectuales fecit, diuersitatem suæ operationis ostendit. In quibusdã enim, id est qui terrenis ac mortalibus sunt inserti corporibus, & si nullus est eis localis motus, quia per locorũ corporaliũ partes, cũ ipsi

Cap. ... Deus ... Cap. eod. Cap. eod. Nam corpor. spiri. infer. vt con.

ipsi in corporibus sint, nō particulatim sint, sed sic vt ī totis corporibus toti, sic in eorū corporū partibus toti sunt: tamē cogitationū varietas, diuersitatē ī eis cuiusdā tēporalis motionis ac mutationis ostēdit: dū modo aliquid nesciūt, modo sciūt: modo volūt, modo nolūt: modo sapiūt, modo non sapiunt: modo iniqui ex iustis, modo iusti ex iniquis: modo pietatis illustrātur lumine: modo deprauantur tenebroso impietatis errore. Illos quoque quos terrenorum corporū grauant nulla lutulenta materies, id est, Angelicos spiritus, quis non videat vnius naturæ non esse cum Deo, sed factos ex nihilo quorū naturalis mutabilitas in eo cognoscitur, quod eiusdē creaturæ pars est in deterius permutata? Concluditur solus Deus creator, lib. xij. de ciuitate Dei. *Tom. V.* Conditorem naturarum nō dicimus nisi Deum, qui neque ex materia fecit aliquid, quā ipse non fecerit. Nec operarios habet, nisi quos ipse creauit. Et si potentiam suam (vt ita dicam) fabricatoriam rebus subtrahat, ita non erunt, sicut ante quam fierent, non fuerunt. Sed ante dico æternitate, non tēpore. Quis enim alius creator est temporum, nisi qui fecit ea quorum motibus currunt tempora? Lib. ix. super Gen. ad literam. *Cap. 15. Tom. III.* Angeli nullam omnino possunt creare naturā. Solus enim vniuscuiuslibet naturæ, seu magnæ, seu minimæ creator est Deus, id est, pater & filius & spiritussanctus. Quare creauit. lib. xj. de ciuitate Dei, cap. xxj. *Tom. V.* Si quærimus, quis fecerit, Deus est. Si per quid fecerit, dixit & facta sunt. Si quare fecerit, quia bona sunt. Nec author est excellentior Deo, nec ars efficacior Dei verbo, nec causa melior, quam vt bonum crearetur à bono. *Plato In Timæ.* Hanc enim Plato, causam condendi mundum iustissimam dicit, vt à bono Deo, bona opera fierēt. Lib. de origine animæ ad Hieronymum. *Tom. II. Epist. 28.* Si causa creandi quæritur, nulla citius & melius respondetur. nisi quia omnis creatura Dei bona est. Et quid dignius, quam vt bona faciat bonus Deus, quæ nemo potest facere, nisi Deus? Credendum est eum bene creasse. *Tom. III.* Lib. de vera innocen. cap. xxxviij. Humana natura naturaliter Diuinis, ex quibus pendet, connexa rationibus, cū dicit melius hoc fieri quam illud, si verum dicit, & videt quod dicit, in illis supernis rationibus videt. Credat ergo Deum fecisse quod recto intellectu ab eo faciendum cognoscit, etiam si hoc in rebus factis nō videt: qui etiam si cœlum oculis videre non posset, & tamen ratione vera tale aliquid faciendum fuisse colligeret, credere debuit factum esse, quamuis id oculis non videret. Non enim cogitatione cerneret factum fuisse, nisi in his rationibus, quibus facta sunt omnia. Quod autem non est ibi, nec potest veraci cogitatione videre quam non est.

Cap. 2. Tom. I. Et ideo lib. xiij. confess. quasi circa princi. Ex plenitudine quippe bonitatis tuæ Domine creatura tua subsistit, vt bonū quod tibi nihil prodesset, nec de te æquale tibi esset: tamen quia ex te fieri potuit, non deesset. Quid enim te promeruit cœlum & terra quæ fecisti in principio. Dicant quid te promeruerunt spirituales corporalésque naturæ quas fecisti in sapientia tua, vt inde penderent & inchoata & informia quęque in genere suo, vel spirituali vel corporali, euntia in immoderationem, & in longinquam dissimilitudinem tuam: spirituale informe præstantius, quàm si formatū corpus esset: corporale autem informe præstātius, quam si omnino nihil esset: atque ita penderent in tuo verbo informia, nisi per idem verbum reuocarentur ad vnitatem tuam, & formarentur, & essent ab vno te summo bono vniuersa bona valdè. Priusquam crearet in eo erant creanda. *Tom. III.* Lib. v. super Genes. cap. xv. Omnia hæc priusquam fierent, erant in notitia facientis. Et vtique ibi meliora, vbi veriora: & ibi veriora, vbi æterna & incommutabilia.

Lib. xv. de Trinitate. Creator omnium Deus *Cap. 13. Tom. III.* sine initio præsciuit omnes creaturas suas & spirituales & corporales. Nō quia sunt, ideo nouit: sed ideo sunt, quia nouit. Nō enim nesciuit quæ fuerat creaturus. Quia ergo sciuit, creauit: non *Præscientia* quia creauit, sciuit. Nec aliter ea sciuit creata, *Dei* quam creanda. Non enim eius sapientiæ aliud accessit ex eis, sed illis non existentibus sicut oportebat, & quando oportebat, illa mansit vt erat. Ita scriptum erat in libro Ecclesiastico, *Eccl. 23.* Antequam crearentur omnia, nota sunt ei: sic & postquā consummata sunt, ei nota sunt. Nouit etiam bonos & malos antequam creet, Libro *Tom. III.* de vera innocentia. Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. Præuidet bonos futuros & creat. Præuidet futuros malos & creat. Seipsum ad fruendum præbens, multa bonorum suorum largiens, etiam malis misericorditer ignoscens, iustè vlciscens. Item misericorditer vlciscens, iustè ignoscēs. Nihil metuens de cuiusquā malitia, nihil sibi consulens etiā de pœnis malorum. Quomodo creauit, libr. iiij. super Genes. *Cap 33. Tom. III.* Non debemus cogitare instituta omnia esse primitus, secundum motus eorum naturales quos nunc experimur, sed secundum mirabilem atque ineffabilem virtutē sapientiæ Dei. quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Neque enim & ipsa gradibus attingit, aut tanquam gressibus peruenit. Quapropter quàm facilis ei efficacissimus motus est, tam facile Deus condidit omnia quæ per illum sunt condita: vt hoc quod nunc videmus temporalibus interuallis ea moueri ad peragenda quæ suo cuique generi competunt, ex illis insitis rationibus veniat, quas tanquam seminaliter sparsit Deus in ictu condendi, cum dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt. Non itaque tardè institutū est, vt essent tarda quę tarda sunt: nec ea mora condita sunt sæcula, qua transcurrunt. Hos enim numeros tempora peragūt, quos cum crearentur non temporaliter acceperunt.

Ibidem. De quo creatore scriptura narrat, *Cap. eod.* quod sex diebus omnia opera sua cōsummauit. *Creatio mūdi momētanea aut successiua quomodo.* De illo alibi, non vtique indissonanter, scriptū est, quod creauit omnia simul. Quid ergo opus erat sex dies tam distinctè dispositéque narrari?

Quia scilicet ij qui non possunt videre quod dictum est, creauit omnia simul: nisi cum eis sermo tardius incedat, ad id quo eos ducit, peruenire non possunt. Libro eodem, capit. xxxv. In his quæ simul facta sunt, nemo videt quid prius posteriúsque fieri debuerit, nisi in ista sapientia, per quam facta sunt omnia simul per ordinem. Dies ergo illi prius & posterius habent in connexione creaturarum: in efficacia verò creatoris, omnia simul. Sic enim fecit quæ futura essent, vt non temporaliter faceret temporalia: sed ab eo facta, currerēt per tempora. Lib. ij. eiusdem. *Cap.6. Tom.3.* In rerum creatione non toties dixit Deus, Fiat illa, vel illa creatura, quoties in Gene. repetitur. Et dixit Deus. Vnū quippe verbū, ille genuit, in quo dixit omnia, priusquā facta sunt singula. Sed eloquium scribentis descendens ad paruulorum capacitatem, dum insinuat sigillatim genera creaturarum: per singula respicit vniuscuiusque generis æternam rationem in verbo Dei. Nec illa repetita, ille tamen repetit, Et dixit Deus. Cum ergo audimus, Et dixit Deus. Fiat &c. intelligimus quod in verbo Dei erat vt fieret. Cum verò audimus. Et sic factum est. Intelligimus factam creaturam, nō excessisse præscriptos in verbo Dei terminos generis sui. Cum ergo audimus. Et vidit Deus quia bonum est: Intelligimus in benignitate spiritus eius, nō quasi cognitum postea quod factum est placuisse, sed potius in ea bonitate placuisse vt maneret factum, vbi placebat vt fieret. *Cap.1.* Libr. primo de mirabilibus sacræ scripturæ. quomodo creauerit. Quamuis per sex dierum alternationem omnis instituta fuisse natura perhibeatur, non tamen hæc dierū alternatio per spatium temporis intelligitur, sed in his operum vicissitudo declaratur. Simul enim cuncta quæ condidit Deus creauit, dum vna voluntate multiplicem omnium specierum varietatem fieri disposuit, in qua voluntate vnà omnia simul sine tempore esse fecit, quæ ab ipso ortu suo per tempus dispensare non desinit. Narrator ergo diuisit in *Cap.eo.sup.* in sermone, quod Deus nō diuisit in operis perfectione. Nihil autem nouum nunc creatur cuius tunc non creauerit causam. Ibidem. In die sexto naturas perfecit, quas nūc gubernare non desinit: & in die septimo requieuit ab opere creationis, qui nunquam cessat à regimine gubernationis. Tunc ergo creator, nunc gubernator Deus intelligendus est. Ac per hoc etiam si noui aliquid in creaturis exoriri videamus, non creare ibi nouam naturam, sed gubernare olim creatam Deus putandus est. Sed ita potens est in gubernatione creaturæ qui condidit, vt vel dū naturam nouā creare videatur, cū ex abditis naturæ finibus quod in illa latebat depromit. *Tom.III.* Libro quinto super Gen. ad literam, cap. xx. Secundū illa genera rerum, quæ primum Deus condidit, noua eum multa facere, quæ tunc non fecit manifestum est. *Omnia gubernari diuina prouidentia.* Nouum autem genus instituere credi rectè non potest, quia tunc omnia consummauit. Mouet itaque occulta potentia vniuer-

A sam creaturā suam, eóque motu illa versata dum Angeli iussa perficiunt, dum circūeunt sydera, dum afflant† venti, dum abyssus aquarum lapsibus & diuersis etiam per aërem conglobationibus agitatur, dum fruteta pullulant suáque semina euoluūt, dum animalia gignuntur, varióque appetitu proprias vitas agunt, dum iniqui iustos exercere permittuntur. explicat sæcula, quæ illi cum primum condita sunt, tanquam implicita indiderat: quę tamen in suos cursus non explicarentur, si ea, ille qui condidit, prouido motu administrare cessaret. *Eo.cap.* Concludit ibidem. Sic ergo credamus, vel si possumus etiā intelligamus, vsque nunc operari Deum vt si conditis ab eo rebus operatio eius subtrahatur, intereāt. Sed planè si aliquam creaturam sic eum nunc instituere B putauerimus, vt genus eius primæ illi suæ conditioni non inseruerit, apertè contradicimus scripturæ dicenti, quod consummauit omnia opera sua die sexto. Libro de vera innocentia. *Cap.14. Tom.III.* Non est fas credere aliter affici Deum cum vacat, aliter cum operatur: quia nec affici dicendus est, tāquā in eius natura fiat aliquid, quod ante nō fuerat. Patitur enim qui afficitur, & mutabile est omne quod patitur. Non ergo in Deo aut pigra vacatio, aut laboriosa cogitetur industria: quia nouit & quiescens agere, & agens quiescere. Et quod in operibus quidem dicitur prius aut posterius: non ad facientē, sed ad facta referendum est. Aeterna enim est & incommutabilis voluntas eius, nec consilio alternante variatur. In qua simul est, quicquid in rebus creādis, vel ordinan C dis, aut præcessit, aut sequitur. Ideo differt creator à creaturis. *Cap.8. Tom.III.* Libr. vj. super Genes. Omnia sæcula ab illo sunt condita, qui est ante sæcula. Creaturæ quippè aliæ, creaturas alias, quædam tempore, quædā causis præcedunt. Ille autē omnia quæ fecit, non solum excellentia, qua etiam causarum effector est, verum etiam æternitate præcedit. Lib. v. de Trinitate. Nūquam creatura æquabitur creatori: nec quando ab omni lāguore sanabitur. Sed hanc non solum corporalem, verùm etiam summè inseparabilem naturæque immutabilem Trinitatem, cum venerit visio, quæ facie ad faciē nobis promittitur, multo clarius, certiúsque videbimus, quam nūc eius imaginem, quod nos sumus. Vtitur autē creator creaturis vt vult. Libro quarto de Trinita-D te. Deus vtitur omnibus creaturis ad incommutabile arbitrium sententiæ suæ, siue incorporeis, siue corporeis: Rebus, siue rationabilibus, siue irrationabilibus: spiritibus, siue bonis per eius gratiam, siue malis per propriam voluntatē. Sed quemadmodum corpora grossiora & inferiora, per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora spiritus vitæ irrationalis, per spiritum vitæ rationalem: & spiritus vitæ rationalis desertor atque peccator, per spiritum vitæ rationalem pium & iustum: & ille, per ipsum Deum: ac sic, vniuersa creatura per creatorem suum, ex quo, & per quem, & à quo condita & instituta est. Super Psal. cv. Valdè occul

† Al. alternant

occulta & obstrusa vis est, qua Deus agit: vt etiã illa quæ sensu carent, confestim eius obtemperẽt voluntati. Et libro de agone Christiano. Omnis creatura, velit nolit, vni Domino suo subiecta est, sed hoc admonemur vt tota volũtate seruiamus Domino Deo nostro: quoniam iustus liberaliter seruit, iniustus autem compeditus seruit. Omnes tamen prouidẽtiæ Diuinæ seruiunt. Sed alij audiunt tanquam filij, & faciunt quod bonum est. Alij ligantur tanquam serui, & fit de illis quod iustum est. Ita Deus est omnipotens, Dominus vniuersæ creaturæ, qui fecit omnia, sicut scriptum est, bona valdè, sic ea ordinauit, vt & de bonis & de malis benefaciat. Quod enim iustè fit, bene fit. Iustè autem sunt beati boni, & iustè mali pœnas patiuntur. Ergo & de bonis & de malis benefacit Deus, quoniam iustè omnia facit. Boni autem fratres tota voluntate Deo seruiunt, mali autem, necessitate seruiunt. Nemo enim leges omnipotẽtis euadit. Sed aliud est facere quod lex iubet, & aliud pati quod lex iubet. Quapropter boni secundum leges faciũt, mali secundum leges patiuntur. Est autẽ creator amandus. Super Psalm. lxxix. Gratis colatur Deus, gratis diligatur. Non quia aliquid dat in terra, ideo diligatur. Quid amas vt Deum ames. dic mihi. Ama si potes aliquid quod ille nõ fecit. Circunspice vniuersam creaturam. Vide vtrum alicubi cupiditatis visco tenearis, & à diligendo creatore impediaris, nisi in ea re, quam creauit ille quem negligis. Quare amas ista, nisi quia pulchra sunt? Possunt esse tam pulchra quam ille à quo facta sunt? Miraris hoc, quia illũ non vides. Sed per ea quæ miraris, ama quem non vides. Interroga creaturam: si à seipsa est, remane in illa: si autem ab illo est, nõ ob aliud perniciosa est amatori, nisi quia præponitur creatori. Super Psalm. ciij. sermone primo. Non cessauit Deus, qui nondum potest nostri cordis puritate conspici, ante oculos nostros ponere opera sua: vt videntes quæ possumus, amemus quẽ videre non possumus: vt ipsius amoris merito, ipsum aliquãdo videre possimus. Lib. de vera innocentia. Mirabilis est mundi fabrica, sed mirabilior fabricator. Et malè occupatur creaturis, qui à creatore discedit. Cui si hæserit, inferiora calcabit: ne quod dilexerit circa creaturam†, conuertatur in pœnam. In eodem lib. Est amor quo amatur quod amandum non est, & istum amorem odit in se qui illum diligit, quo amat quod amãdum est. Possunt enim ambo esse in vno homine: & hoc bonum est homini, vt illo proficiẽte quo beneviuimus, iste deficiat quo malè viuimus, donec ad perfectum sanetur, & in bonum commutetur omne quod viuimus. Propter creaturam laudandus est creator. Libro eodem, capit. ccclxxviij. Quantacunque bona, quamuis magna, quamuis minima, nisi ex Deo, esse non possunt. Quid enim maius est in creaturis quam vita intelligẽs: aut quid minus potest esse quam corpus? Quæ quantumlibet efficiant, & in id tẽdant vt non sint, tamen aliquid formæ eis remanet, vt quolibet modo sint. Quicquid autem formæ cuiuspiam rei deficientis remanet, ex illa forma est, quæ nescit deficere. Motúsque ipsos rerũ deficientium, vel proficientium, excedere leges numerorum suorum non sinit. Quicquid ergo laudabile aduertitur in rerum natura, siue exigua, siue ampla laude dignum iudicetur: ad excellentissimam & ineffabilem laudem, referendum est conditoris. Super Psal. xxvj. Circumi cœlos vsque ad terram, nihil relinquas: vndique omnia tibi resonant conditorem. Ipse enim species, creaturarum voces sunt quædã, creatorem laudantium. Libro tertio de verbis Domini, sermone primo. Quid dementius quam vt aliquo laudem creaturam quod non sit in creatore? Laudo in homine æqualitatem naturæ, & nõ credo in eũ qui fecit hominẽ? Quod de homine natũ est, homo est: & quod de Deo natũ est, non id erit quod ille de quo natũ est? Non versor in operibus quæ Deus nõ fecit. Laudent ergo creatorem omnia opera sua. Inuenio hîc coæuũ vt in igne & ignis splẽdore: cognosco ibi coęternũ, vt in patre & patris filio. Inuenio hîc æqualitatem naturę vt in homine patre & in hominis filio: ibi intelligo æqualitatẽ substãtiæ. Totum ergo ibi, quod hîc ex partibus singulis & rebus singulis inuenitur. Totum ergo ibi simul, & non hoc solum quod in creaturis totum inuenio ibi, sed tãquam in creatore, quanto amplius quod hæc visibilia, illa inuisibilia: hæc temporalia, illa æterna: hæc commutabilia, illa incommutabilia: hæc corruptibilia, illa incorruptibilia. Postremo in ipso homine ea quæ inuenimus, homo & homo duo homines sunt, ibi pater & filius vnus Deus.

Super Ioannem, sermone xcvij. Quicquid de creatura sciri potest, minus est ipso creatore, qui summus, & verus, & incommutabilis Deus est. Et quis eum tacet? Vbi non à legentibus, disputantibus, quærentibus, respondentibus, laudantibus, cantantibus, & sermocinantibus, postremo ab ipsis etiam blasphemantibus nominatur? Et cum eum nemo taceat, quis est qui eum sicut intelligendus est capiat, cum de oribus & auribus hominum non recedat? Propterea, libro xiiij. contra Faustum. Potestates cœlorum, quæ peccato non sunt lapsæ, artificem suum in se laudari volunt: quarum illa vera laus est, qua creatori illarum non fit iniuria. Fit autem cum dicitur, qđ pares ei sunt, aut mẽbra eius, aut aliquid substantiæ eius. Ille enim perfectus & nullius indigens, & nusquam defluens, neque discussus, neque per loca distinctus, apud se totus incommutabilis, sibíque sufficiens, seipso beatus: propter abundantiam bonitatis, per verbum suum dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt.

CREATVRA. Diffinitur, Libro contra Felicianum, capit. vij. Creatura est, ex eo quod adhuc non est, aut aliquando non fuit, rei cuiuslibet corruptibilis, quantũ in se est, per omnipotentis Dei voluntatem facta substantia. Lib. lxxxiij. quæst. Secundum catholicam disciplinam creatura dicitur, quicquid

Margin notes: Cap. 3. Tom. III. — Omnem creaturam seruire Deo. — Deus bonis & malis benefacit. — Tom. VIII. — Tom. VIII. — Cap. 73. Tom. III. — † Aliàs, contra naturam. — Cap. 142. Bonus & malus amor. — Tom. VIII. — Serm. in ordine 38. Tom. X. — Tom. IX. — Cap. 11. Tom. VI. — Tom. VI. — Tom. IIII.

quid fecit & condidit Deus pater per vnigenitum filium suum in vnitate spiritussancti. Ergo non solum corpora, sed etiam animæ nostræ ac spiritus, creaturæ nomine cõtinentur. Quomodo creata, lib. ij. super Gen. Creatura in verbo Dei existens, secundum rationem qua condita est, non est facta sed genita. Prius ergo fuit in verbo Dei secundum genitam sapientiã, deinde facta in creatura spirituali, hoc est in cognitione Angelorum secundum creatam in illis sapientiã, deinde in genere proprio. Bona creata est. lib. de natura boni. c. xxxiiij. Omnis creatura Dei bona est. Vnde nõ malam naturam homo appetiit, cum arborem vetitã tetigit. Sed id quod melius erat deserendo, factum malum ipse commisit. Melior quippe creator, quam omnis creatura quam condidit. cuius imperiũ non erat deserendum, vt tangeretur prohibitum. Ordinate creata. lib. iiij. super Gen. Omnis creata natura, certis suis initiis & finibus cõtinetur. In eod. lib. Fateamur ita dictum esse, Omnia in mẽsura & numero & põdere disposuisti: tanquam ita dictum esset, ita disposita vt haberent proprias mẽsuras, & proprios numeros, & proprium podus, quæ in eis pro sui cuiusque generis mutabilitate mutarẽtur, augmẽtis & diminutionibus, multitudine & paucitate, leuitate & grauitate, secundum dispositionem Dei. Nunquid sicut ista mutantur, ita ipsum Dei consilium, in quo ea disposuit, mutabile dicimus? Auertat ipse à nobis tantam dementiam. Creaturarum diuersitas mysticis intelligitur verbis, lib. ij. de gen. contra Manichæum. Super his paucissimis verbis, vniuersa creatura nobis insinuata est ante peccatũ animæ. Nomine enim cœli & terræ vniuersa visibilis creatura significata est: & nomine diei, vniuersum tempus: & nomine viridium & pabuli agri, creatura inuisibilis: & nomine fontis ascendentis & irrigantis faciem terræ, inundatio veritatis animam satiantis ante peccatum. Omnis creatura est homo. Libr. octogesimotertio. quæst. Omnis creatura partim spiritalis est, partim animalis, partim corporalis. Quod vt ab inferioribus ascendamus, corporalis per loca tenditur, animalis autem, viuificat corporalem, spiritualis, animalem regit: & tunc bene regit, cum se regendam subiicit Deo. Cum autem transgreditur præcepta eius, laboribus & ærũnis per eadem ipsa, quæ regere poterat implicatur. Et infra. Omnis creatura in homine est: quia intelligit anima, sensu sentit, & localiter corpore mouetur. Sed creatura creaturæ præponitur, lib. xj. de ciuitate Dei. c. xvj. In iis quæ à Deo creata sunt, præponuntur viuentia non viuentibus: sicut ea quæ habent vim gignendi vel etiam appetendi iis qui motu carent. Et in iis quæ viuũt, præponuntur sentientia non sentientibus, sicut arboribus animalia. Et in iis quæ sentiunt, præponũtur intelligentia, non intelligentibus: sicut homines pecoribus. Et in iis quæ intelligunt, præponuntur immortalia mortalibus: sicut Angeli hominibus. Sed ista præponũtur naturæ ordine. Est autem alius atque alius pro suo cuiusq; vsu æstimationis modus: quo fit, vt quædam sensu carentia, quibusdam sentientibus præponamus, in tantum, vt si potestas esset, ea prorsus de natura rerum auferre vellemus: siue quem in ea locum habent ignorãtes, siue etiam sciamus, nostris ea commodis postponentes. Quis enim non domi suæ panem habere quam mures, & nũmos quam pulices malit? Sed quid mirum, cum in ipsorum etiã hominũ æstimatione, quorum certe natura tantæ est dignitatis, plerunque carius cõparetur equus, quam seruus, gemma, quã famula? Ita libertate iudicandi plurimum distat ratio considerantis à necessitate indigentis, seu voluptate cupientis, cum ista quid per seipsum in rerum gradibus pẽdat, necessitas autem quid propter quod expetat cogitat; voluptas verò quid iucundum corporis sensibus blandiatur, exquirat. Sed tãtũ valet in naturis rationalibus quoddam veluti pondus voluntatis & amoris, vt cum ordine naturæ Angeli hominibus, tamẽ lege iustitiæ boni homines malis Angelis præferantur.

Cap. 8. Tom. III. — Tom. VI. — Cap. 1. Tom. III. Cap. 5. — Cap. 6. Tom. I. — Tom. V.

Super Psal. cxliiij. Deus ordinauit omnia & fecit omnia. Quibusdam dedit sensum & intellectum cum immortalitate sicut Angelis? quibusdam sensum & intellectum cum mortalitate sicut hominibus: quibusdam dedit sensum corporis & non intellectum nec immortalitatem, sicut pecoribus: quibusdã nec sensum, nec intellectum, nec immortalitatem, sicut herbis, lignis, lapidibus: & tamẽ ipsa in genere suo deesse non possunt. Et gradibus quibusdam ordinauit & ornauit creaturam à terra vsque ad cœlum, à visibilibus ad inuisibilia, à mortalibus ad immortalia. Ista contextio creaturæ, ista ordinatissima pulchritudo ab imis ad summa conscendẽs, à summis ad ima descendens, nusquam interrupta, sed dissimilibus temperata tota laudat Deũ. Cum eam cõsideras & pulchram vides, tu in illa laudas Deum. Vox quædam est mutæ terræ, species terræ. Quia vt dicit lib. vj. de Trinitate. Hæc omnia quæ arte Diuina facta sunt, & vnitatem quandam in se ostendunt, & speciem, & ordinem. Quicquid enim horum est, & vnum aliquid est, sicut sunt naturæ corporum ingeniáq; animarum: & aliqua specie formatur, sicut sunt figuræ & qualitates corporum, ac doctrinæ vel artes animarum: & ordinem aliquem tenet aut petit, sicut sunt pondera vel collationes corporum, atque amores aut delectationes animarum. Oportet igitur vt creatorem per ea quæ facta sunt intellecta conspicientes, trinitatem intelligamus, cuius in creaturis, quomodo dignum est, apparet vestigium. In illa enim trinitate summa origo est rerum omnium, & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. De rationalibus, lib. j. de mirabilibus sacræ scripturæ. cap. j. Duas rationales creaturas Deus condidit. vnam in spirituali, alterã in corporali, Angelorũ. s. & hominum: quibus prout naturarum differentia expetit, etiã habitationũ loca distinxit. Cœlum nanque Angelis, terram hominibus præstitit. Quod

Tom. — Creat. ordo. — Cap. 10. Tom. III. — Tom. I.

Tom.V. Quorum omnia in ordine suo bona sunt. lib. xj. de ciuitate Dei, c. xxij. Omnia in suis locis naturísque vigent, pulchróque ordine disponuntur, & vniuersitati rerum pro suis portionibus multum decoris tanquam in communem rempublicam conferunt: & nobis ipsis, si eis congruenter atque scienter vtamur, commoditatis attribuunt: ita vt venena ipsa, quæ per inconuenientiam perniciosa sunt, conuenienter adhibita in salubria medicamenta vertantur, & à contrario etiam hæc quibus delectantur, sicut cibus & potus & lux immoderato & importuno vsu noxia sentiuntur. Vnde nos admonet Diuina prouidētia, non res insipienter vituperare, sed vtilitatem rerum diligenter inquirere: & vbi nostrum ingenium vel infirmitas deficit, ita credere occultā, sicut erant quædam quæ vix potuimus inuenire: quia & ipsa vtilitatis occultatio, aut humilitatis exercitatio, aut elationis attritio. cum omnino natura nulla sit malum, noménque hoc nō sit nisi priuationis boni. Sed à terrenis vsque ad cœlestia, & à visibilibus vsq; ad inuisibilia, sunt alia aliis bona meliora, ad hoc inæqualia, vt essent omnia. Deus autem ita est artifex magnus in magnis, vt minor non sit in paruis: quæ parua non sua granditate, nā penè nulla sunt, sed artificis sapientia metienda sunt, sicut in specie visibili hominis, si vnum radatur supercilium, quam prope modum nihil corpori, & quam multū detrahitur pulchritudini: quoniam non mole constat, sed parilitate ac dimensione membrorum?

Omnia creata vtilia.

Tom.I. Vnde lib. vij. confess. Non est sanitas eis, quibus displicet aliquid creaturæ tuæ: sicut mihi nō erat, cum displicerent multa quæ fecisti. Nam ipsa creatura inducit ad credendum creatorem. Lib. de symbolo. tract. iij. Eos qui scripturas sanctas legere nolunt, ipsa rerū natura ipseque mundus operibus famulatus sui, incredulos sua quadam voce conuincit & animam increpans dicit. Quid est misera quod erras in me, & degener facta, oblita es à quo quanta creata sis, an cœlū & terra tam pulchra domus nullis meritis præcedentibus constructa est? Respondēt & singula quæque elementa clamantia, & ipsis suis operibus suum demonstrantia artificem. Clamat cœlum, Nō sum Deus. Nā si Deus essem, nulla obnubilatio obumbrare me potuisset, nec tenebræ succederent luci meæ: sed lux integra, incorrupta, inuiolatáque mansisset: sicut manet illa lux vera, quæ istam lucem temporalē creauit in me, propter te. Clamat & Sol. Quid me homo colis vt Deum, quem vides ortu occasúque concludi? Deus nec ortum habet, nec occasum: sed illū deserendo magnum incurristi casum: sed consideras magnū atque mirabilem esse me, ego autem cognosco habere super me, qui & me creauit & te. Cum autem opera & caloris & splēdoris mei deseruiant tibi, quomodo me, pro Deo colendum duc s, nisi quia Deum verum colere nescis? Ita luna & stellæ istam similem proferunt vocem. Non vides, inquiunt, ò homo spatium nos agere nocturnum, excludi luce, nec terminos

Capa. Tom.IX.

Natura & suomodo creaturæ idololatras execrantur

A transgredi constitutos, quos ad solatium quietis tuæ omnipotens artifex terminauit? Non sumus Deus. Conuincimus falsitatem tuam, seruiendo tibi, ad pœnam tuam. Clamat & mare & omnia quæ in eo sunt. Non sum Deus. Præbeo enim, vt mihi iussum est, famulatum, peruium iter carinæ suscipiens, motus congruos, flatus ventorum, dirigens gressus, vt ad portus desideratos, etiam rapiente te auaritia, interposita nulla tarditate perducam. Animalia verò quæ gignuntur ex me, tibi in escam data esse cognoscis. Cum igitur per omnia agnoscam modulum meum, tu quare deseris ordinem tuum, deserendo omnium creatorem Deum? Clamat & terra. Ergo ne homo Deitatis mihi nomen adscribis? Ideo non agnoscis quid sim, quia oblitus

B es quid sis. Non agnoscis materiam tuam? Non agnoscis quia limum meum es, ex me quidē formatum, sed, quod non sum ego, animatum? Non agnoscis quia inter omnia animalia quæ ex me procreata sunt, tu solus sub Deo penè mundi dominus constitutus es? merito non intelligis, quia cum esses in honore non intellexisti: cōparatus es iumētis insipientibus, & similis factus es illis. Nobis autem dilectissimi quibus donatū est credere, nec solem credamus Deū vel regem cœli, nec mare, aut nescio quem regem eius Neptunum, quem finxit vanitas non veritas: nec terram & Plutonē: sed credamus in Deum patrem omnipotentem, vniuersorum creatorē, & regem cœlorum. Probat exemplariter. super Psal. lxxiij. Ex operibus corporis, agnosco viuētem:

Cap. 3.

C ex operibus creaturæ, non potes agnoscere creatorem? Ideo super Psal. cxviij. ser. xxvij. Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Quis enumerat saltem generatim testimonia Dei? cœlum & terra, visibilia & inuisibilia opera eius, dicunt quodammodo testimonium bonitatis & magnitudinis eius: & ipse cursus frequens vsitatúsque naturæ, quo temporum rapacitas voluitur, in rerum quarumcunque generibus quamuis tēporalibus atque mortalibus quæ certè consuetudine viluerunt. Si pius consideratur aduertat, perhibent testimonium creatori. Quid autem horum est quod non sit mirabile, si vnum quodque non vsu, sed ratione metiatur? Si verò tanquam sub vnius contemplationis aspectu velut audeamus cuncta contueri, nonne

Tom. VIII.

Omnes creaturæ gloriam Dei annūciant.

D fit in nobis quod ait Propheta, Considerauiopera tua, & expaui? Sed qualiter sit ipsa creatura amanda. Lib. ix. c. viij. Sic amanda est creatura, vt ad creatorem referatur ille amor: & tunc non cupiditas, sed charitas erit. Tunc enim est cupiditas, cum propter se amatur creatura: tunc non vtentem adiuuat, sed corrumpit fruentem. Cum ergo aut par nobis aut inferior creatura sit, inferiori vtendum est ad Deum, pari autem fruendum, sed in Deo. Sicut enim te ipso non in teipso frui debes, sed in eo qui fecit te: sic etiam illum quem diligis tanquam teipsum. Super primam canonicam Ioannis, Homil. ij. Non prohibet Deus amare creaturam, sed non diligere ad beat

Abac. 3.

Tom. IX.

beatitudinem: sed ad hoc probare & laudare, vt ames creatorem. Quemadmodum si sponsus faceret sponsæ suæ annulum, nō vt amaret aurum pro viro, & annulum pro sponso, & faciem eius nollet videre: sed vt magis amaretur ab ea. Sic Deus dedit omnia ista, vt amares eum: quia plus est quod tibi vult dare, quia scilicet seipsum.

Ibidem infra. Desiderant homines manducare, & bibere, & concūbere, & vti voluptatibus. Nunquid non est in his modus? Aut quando dicitur, Nolite ista diligere: hoc dicitur. Non manducetis aut bibatis aut filios procreetis? Nō hoc dicitur. Sed sit modus propter creatorem, vt nō vos alligent ista dilectione: ne ad fruendum hoc ametis, quod ad vtendū habere debetis. Quia vt dicit, libro de libero arbitrio. De creatura, si quid aliter quàm sese res habet senserimus, dum modo pro cognito præceptóque teneamus, nullum periculum est. Non enim ad creaturam iubemur tēdere vt efficiamur beati, sed ad ipsum creatorem: de quo si aliud quam oportet ac sese res habet nobis persuadetur, perniciosissimo errore decipimur.

Tom. I.

CREDERE. Distinguitur de credibili, libr. lxxxiij. quæstionum. Credibilia tria sunt genera. Alia sunt quæ semper creduntur, & nunquam intelliguntur, sicut est omnis historia, temporalia & humana gesta percurrens. Alia mox vt creduntur intelliguntur, sicut sunt omnes rationes humanæ vel de quibuscūque disciplinis. Tertium genus est eorum quæ primo creduntur, & postea intelliguntur, qualia sunt ea quæ de Diuinis rebus non possunt intelligi, nisi ab his qui mundo sunt corde: quod fit præceptis seruatis, quæ de bene viuendo accipiuntur. Pars vltima. Probatur super Psalm. cxviij. sermone xviij. Quamuis nisi aliquid intelligat, nemo posit credere in Deū, tamen ipsa fide qua credit sanatur, vt intelligat ampliora. Alia sunt enim quæ nisi intelligamus non credimus, & alia sunt quæ nisi credamus, non intelligimus. Nam cum fides sit ex auditu, auditus autem per verbum Christi: quomodo credit prædicanti fidem, qui, vt alia taceam, linguam ipsam quā loquitur, non intelligit? Sed nisi essent rursus alia quæ intelligere non possumus, nisi mente credamus. Propheta non diceret, Nisi credideritis, non intelligetis. Proficit ergo noster intellectus ad intelligēda quæ credat, & fides proficit ad credenda quæ intelligat: & eadem ipsa vt magis magísque intelligantur, in ipso intellectu proficit mens. Sed hoc non fit propriis tanquam naturalibus iuribus, sed Deo adiuuante atque donante. Quid sit credere in Christum vel Deū. super primam canonicam Ioannis, Homi. x. Credere in Christum, est viuere sicut præcipit Christus. Multi dicunt, credo. Sed fides sine operibus nō saluat. Opus enim fidei est dilectio. Super Psal. cxx. Credere in Christum, est diligere Christū. Non quomodo dæmones credebāt, sed non diligebant: & ideo quamuis crederent, dicebāt, Quid nobis & tibi filij Dei? Nos autem sic credamus, vt in ipsum credentes diligamus eum, & nō dicamus quid nobis & tibi est? Sed dicamus potius ad te pertinemus, tu nos redemisti. In epistola ad Bonifacium episcopum. Nihil est aliud credere quam fidem habere. Lib. v. de ciuitate Dei, c. x. Bene credamus, & bene viuamus: malè autem viuitur, si de Deo non bene creditur.

Tom. IIII.

Tom. VIII.

Credere ad intelligendū. Intelligere ad credēdū.

Tom. IX.

A

Tom. II. Epist. Tom.

Super Ioannem. Non omnis qui credit Christo, credit in Christum, nam dæmones credebāt ei, & non credebant in eum: Et de Apostolis possumus dicere. Credimus Paulo, sed nō credimus in Paulum. Quid est credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, eius mēbris incorporari. Ipsa est igitur fides quā de nobis exigit Deus, & nō inuenit quod exigat, nisi donauerit quod inueniat: fides, inquam, quæ per dilectionem operatur. Libr. iij. de verbis Domini, sermone xxiiij. Peccata omnia per infidelitatem detinentur, per fidē dimittuntur. Hoc denique infidelitatis peccatū si nō sit, nulla peccata remanebunt, quia iusto ex fide viuente cuncta soluuntur. Sed multum interest vtrum quisque credat ipsum esse Christum, & vtrum credat in Christum. Nā ipsum esse Christū, & dæmones crediderunt, nec tamen in ipsum crediderūt. Ille enim credit in Christū, qui sperat in Christū, & diligit Christum. Nam si fidem habet sine spe ac sine dilectione Christū esse credit, nō in Christū credit. Qui ergo in Christum credit, credendo in Christū, veniet in eū Christus, & quodāmodo vnitur in eū, & mēbrū in corpore eius efficitur. Quod fieri nō potest, nisi & spes accedat & charitas. Super Psal. lxxvij. Hoc est credere in Deū, credendo adhærere ad bene cooperandum bona operanti Deo, quia sine me, inquit, nihil potestis facere. In tractatu de non cogitando in crastinum. Quid est credere in Deum? Hoc est promissionem dedisti, spem tuam in eo posuisti, vitā tuā Deo commisisti, qui in Deum credidisti. Si Deus de te cogitat, quid te in hoc mundo Christianus solicitat? Cur de anima tua suspectus es, qui de ta li custode securus es? Lædi te quando permittit, qui tibi quærenti se, perpetuitatem vitæ promittit? Quærite, inquit, Dominum, & viuet anima vestra. Vnde est vtile sic credere. Libro iij. de verbis Domini, sermone xxiij. Medicina omniū vulnerum animæ, & vna propitiatio pro delictis hominum, est credere in Christum. Nec omnino quisquā mundari potest, siue ab originali peccato, quod ex Adam traxit, in quo omnes peccauerunt, & filij iræ naturaliter facti sunt, siue à peccatis, quæ ipsi nō resistendo carnali cōcupiscentię, sed eā sequendo, eique seruiendo, in flagitiis & facinoribus addiderunt: nisi per fidē coadunentur & cōpaginentur corpori eius, qui sine vlla illecebra carnali & mortifera delectatione conceptus est, nec eum in delictis mater in vtero abluit, & peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. In eum quippe credentes filij Dei fiunt: quia ex Deo nascuntur, per adoptionis gratiam, quæ est in fide Iesu Christi Domini nostri. Lib. de spiritu & litera ad Marcellinū. Ille reus erit ad damna

B C D

Tract. Tom. II. Credere in Deū. Serm. Tom. X. Tom. Serm. Tom. X.

Cap.33. Tom.III. Fidei præmium. damnationem sub potestate Dei, qui contempserit ad credendam misericordiam eius. Quisquis autē crediderit ei qui se à peccatis omnibus absoluēdum, & ab omnibus vitiis saluādum, & calore ac lumine eius accendendū illuminandûmque non contempserit, habebit eius gratia opera bona, ex quibus etiam secundum corpus à mortis corruptione redimatur, coronetur, bonísque satietur, nō temporalibus sed æternis, supra quam petimus & intelligimus. Videtur quod credere sit necessarium. libr. de vtilitate credendi. Cap.12. Tom.VI. Si quod nescitur credendum non est, quomodo seruient parentibus liberi, eósque mutua pietate diligent, quos parentes suos esse non credant? Non enim ratione vllo pacto sciri potest sed interposita matris authoritate de patre creditur: de ipsa verò matre plerunque nec matri, sed obstetricibus, nutricibus & famulis. Certitudo parentum. Nam cui furari filius potest, aliúsque supponi, nonne potest decepta decipere? Credimus tamen, & sine vlla dubitatione credimus, quod sciri non posse cōfitemur. Quis enim non videat pietatem, nisi ita sit, sanctißimum generis humani vinculum superbißimúmque violari? Nam quis vel insanus eum culpandum putet, qui eis officia debita impenderit, quos parētes esse crediderit, etiam si non essent? Quis contra non exterminādum iudicauerit, qui veros fortasse parentes minimè dilexerit, dū ne falsos diligat, metuit? Multa possunt afferri quibus ostendatur nihil omnino humanæ societatis incolume remanere, si nihil credere statuerimus quod non possumus tenere perceptum.

Cap.1. Tom.IIII. Sed contra illos qui nos reprehendunt credere, quæ non videmus, agit in principio libri de fide rerum inuisibilium. Sunt qui putant Christianam religionem propterea irridendam potius quam tenendam, quia in ea, non res quæ videatur ostenditur, sed fides rerum quæ non videntur, hominibus imperatur. Nos ergo ad hos refellendos, qui prudenter sibi videntur nolle credere, quia videre non possunt, & si non valemus humanis aspectibus monstrare Diuina quæ credimus, Credere quæ non videtur. tamen humanis mentibus & illa, quæ non videntur credenda esse monstramus. Ac primū isti, quos oculis carneis sic stultitia fecit obnoxios, vt quod per eos non cernunt, non existimēt esse credendum, admonendi sunt, quā multa non solum credant, verum etiam sciant, quæ talibus oculis videri nō possunt. Quæ cum sint innumerabilia in ipso animo nostro, cuius inuisibilis est natura, vt alia taceam, fides ipsa qua credimus, siue cognitio qua nos vel credere aliquid, vel non credere nouimus, cum prorsus aliena sit ab istorum conspectibus oculorum, quid tam est nudū, tam clarum, quidve tam certum interioribus visibus animorum? Quomodo ergo credendū non est quod corporeis oculis non videmus, cum vel credere nos, vel non credere vbi corporeos oculos adhibere non possumus, sine vlla dubitatione videamus? Cap.eod. Et quia ista sunt in animo, ideo etiam ea quæ extra nos sunt, dicit esse credenda, ibidem subdens. Ideo vtique debemus credere

A nonnulla etiam temporalia quæ non videmus, vt æterna mereamur videre quæ credimus. Sed quisquis es qui non vis credere nisi quod vides, ecce præsentia corpora corporeis oculis vides, præsentes voluntates & cogitationes tuas, quia in animo tuo sunt, ipso animo vides. Dic mihi obsecro te, amici tui erga te voluntatem quibus oculis vides? Nulla enim volūtas corporeis oculis videri pōt. An verò hoc vides in animo tuo, quod in animo agitur alieno? Quod si non vides, quomodo amicali beneuolentiæ vicem rependis, si quod non potes videre non credis? An verò dicturus es alterius voluntatem per eius opera te videre? Ergo facta visurus, & verba auditurus

B es, de amici autem voluntate, id quod videri & audiri non potest, crediturus. Vnde cōcludit. Cap.eod. Vbi est ergo quod dicebas credere te non debere, nisi quod videres aut extrinsecus corpore, aut intrinsecus corde? Ecce ex corde tuo, credis cordi non tuo: & quo nec carnis nec mentis dirigis aciem, accōmodas fidem: amici faciem cernis corpore tuo, fidem tuam animo tuo. Amici verò non abs te amatur fides, si nō in te mutuo illa sit fides, qua credas quod in illo non vides: quāuis homo poßit, & fallere fingendo beneuolentiam, aut si nocere non cogitat, tamen expectando à te aliquam commoditatem simulat, quam nō habet charitatem. Et addit. Sed dicis ideo Cap.eod. te credere amico, cuius videre cor non potes, quia in tuis tentationibus eum probasti, & cuiusmodi animum erga te haberet in tuis periculis,

C vbi te non deseruerit cognouisti. Nunquid ergo vt amicorū probetur erga nos charitas, videtur tibi nostra optanda calamitas? Nec quisquā erit ex amicis certißimis fœlix, nisi fuerit aduersis rebus infœlix, vt videlicet reprobato alterius amore nō fruatur, nisi suo dolore vel timore crucietur. Et quomodo in habēdis amicis optari nō potuisset, timeri fœlicitas potest, quam probare non nisi infœlicitas potest: & tamen verum est haberi posse amicum etiam in rebus prosperis, probari autem certius in rebus aduersis. Sed vtique vt probes eum periculis tuis, nec te committeres, nisi crederes. Vnde infra subdit. Si aufe- Cap.2. ratur hæc fides de rebus humanis, quis non attendat quanta earum perturbatio, & quam horrēda confusio subsequatur? Quis enim mutua charitate diligetur ab aliquo, cum sit inuisibilis ipsa di-

D lectio, si quod video credere nō debeo? Tota itaque peribit amicitia, quia non nisi mutuo amore constat. Porro amicitia pereunte, neque connubiorum, neque cognationum & affinitatum vincula in animo seruabuntur: quia in his vtique amica consensio est. Non ergo coniugem coniunx vicißim diligere poterit, quando se diligi, quia ipsam dilectionem non potest videre, non credit. Nec filios habere desiderabunt, quos vicißim sibi dilectionem reddituros esse non credunt. Qui si nascantur & crescant, multo minus ipsi parentes suos amabunt, quorum erga se amorem in eorum cordibus, quia est inuisibilis, non videbunt, si ea quæ non videntur non laudabili

X

fide,sed culpabili temeritate creduntur. Quid iã de cæteris necessitatibus dicam, fratrum, sororum,generorum,atque socerorum, & qualibet consanguinitate & affinitate iunctorum, si charitas incerta,voluntásque suspecta est,& filiis parentum,& parentibus filiorum,dum beneuolentia non redditur debita,quia nec deberi putatur, quando in alio quod non videtur esse non creditur. Porrò si non ingeniosa, sed odiosa est ipsa cautela,vbi nos amari non credimus, quia amorem amantium non videmus, vicémque non rependimus,quibus eam nos debere mutuam non putamus, vsqueadeo res humanæ perturbãtur, vt omnia funditus euertantur,si nullas credamus hominum voluntates, quas vtique videre non possumus. Et addit. Sed omitto dicere, quam multa isti qui nos reprehendunt,quia credimus quæ non vidimus:credant famæ & historiæ, vel de personis,quas non viderunt, vel de locis vbi non fuerunt:nec dicant. Non credimus,quia non vidimus:quoniam si hæc dicant,coguntur fateri incertos esse parentes suos,quia & hinc aliis narrantibus,nec tamen quia iam præteritum est, id ostendere valentibus crediderunt, nullum retinentes illius temporis sensum,& tamen aliis inde loquentibus adhibentes sine vlla dubitatione cõsensum: quod nisi fiat,incurratur necesse est aduersus parentes infidelis impietas, dum non creditur quod videre non possumus. Et ipsa humana societas,concordia pereunte non stabit,quanto magis est fides,quanquam non videantur, rebus adhibenda Diuinis? Quæ si non adhibeatur, non amicitia quorumlibet hominum, sed ipsa summa religio violatur, vt summa miseria consequatur. Sed amici hominis, inquies, erga me beneuolentiam, quanquam videre non possim, multis tamen indiciis iudicare possum: vos autem qui vultis vt non visa credamus,nullis indiciis potestis ostendere. Et infra. Multum autem falluntur qui putant nos sine vllis de Christo indiciis credere in Christum. Nam quæ sunt indicia clariora quàm ea quæ nunc videmus prædicta & impleta? Vnde in expositione symboli quam scripsit ad Laurentium episcopum versus primum principium dicit. Primo omnium te credere profiteris, quia nec nauem quis ingreditur, & liquido aut profundo vitam committit elemento,nisi se credat prius posse saluari: Nec agricola sulcis semina obruit, aut fruges spargit in terram, nisi crediderit venturos imbres,affuturámque solis tẽperiẽ,quibus terra cõfota segetẽ multiplicata fruge producat, ac ventis spiratibus nutriat: nihil denique est quod in vita geri possit, nisi credulitas ante præcesserit. Quid ergo mirum si accedentes ad Deum, credere nos primum omnium profitemur, cum sine hoc nec ipsa transigi possit vita communis? hoc autem idcirco præmisimus, quia pagani nobis obiicere solent,quod religio nostra, quia rationibus deficit, in sola credendi ratione persistat:& ideo ostendimus, nec agi, nec stare aliquid posse,nisi præcesserit vis credendi: denique

Cap. eod.

Cap. 5.

Cap. eod.

Credulitas.

A & matrimonia contrahuntur:quia creditur successura posteritas:& pueri discendis artibus traduntur,quia magistrorum in discipulos transfundendi creditur disciplina:& imperij signa miles suscipit,dum credit sibi vrbes & opes, populum armatum & exercitum paritura. Quod si hæc singula nemo crediderit, pugnam nullus aggreditur: multo magis ergo, ad agnitionem Dei ita venitur. Est tamen credere nobis à Dei gratia,libro 50.Homil. homil. xvij. Credidisti, sed non tu tibi fidem dedisti. Vnde autem nisi ex fide credidisti? Fides in te, donum Dei est. Super Psal. lxxxvij. Quia nouit Dominus qui sunt eius. Nec credere potuissem, nisi Dei misericordia præuenisset:& qui suscitat mortuos, & vocat ea quæ non sunt,tanquam ea quæ sunt, me in occultis vocando, & suscitando, & trahendo, me eduxisset à tenebris & ad bonum fidei perduxisset.

B Libro primo de prædestinatione sanctorum. Si non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est: profectò non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobismetipsis, quod sine cogitatione non possumus,sed sufficientia nostra,qua credere incipimus,ex Deo est. Quo circa sicut nemo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcunque opus bonum, ita nemo sibi sufficit ad incipiendam vel perficiendam fidem,sed sufficientia nostra ex Deo est. Vnde libro sex quæstionum ad Deogratias, quæstione ij. & in libro prædicto. Tunc voluit apparere hominibus Christus,& apud eos prædicari doctrinam suam,quando & vbi sciebat esse qui in eum fuerant credituri. His enim temporibus & his in locis quibus Euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse

C præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamẽ multi in eius corporali præsentia fuerũt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt:quales etiam nunc multos videmus,cum tanta manifestatione de illo compleantur præconia prophetarum,nolle adhuc credere,& malle humana astutia resistere,quàm tam claræ atque perspicuæ,támque sublimi & sublimiter diffamatæ Diuinæ credere authoritati. Infra subdit. Salus religionis fidei,per quam solam vera, salus vera veracitérque promittitur, nulli vnquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit dignus non fuit. Et ab exordio propagationis humanæ vsque in finem, quibusdam ad præmium,

D quibusdam ad iudicium prædicatur. Ac per hoc & quibus omnino annuntiata non est, non credituri præsciebantur:& quibus non credituris tamen annuntiata est,in illorum exemplo demonstratur. Quibus autem credituris annuntiatur, hi regno cœlorum, & sanctorum Angelorum societati præparantur. Hoc credere intelligitur de non visis. in sermone iij. de Ascensione. Laudati sumus quia quod non vidimus, credidimus: Nam Christum viderunt Iudæi, sed non crediderunt. Non est ergo magnum videre Christum oculis carnis,sed magnum est tenere Christum oculis

Tom. 10.

Cap. 2. Tom. 7.

Tom. 4. Epist. ad Prosp. Dei.

oculis mentis. Super Ioannem, sermone v. Dicis quomodo creditur si non capitur? Imo ideo bene creditur, quia non citò capitur. Nam si citò caperetur, non opus erat vt crederetur. Sed credendo sis idoneus vt capias. Nam si non credis, nunquam capies, quia minus idoneus remanebis. Fides ergo mundet te, vt intellectus impleat te. Libro iij. de verbis Domini. Non esset meritum grande credētium & beatitudo gloriosa, si semper Dominus in resuscitato corpore humanis oculis appareret. Spiritus ergo sanctus hoc magnum munus attulit creaturis, vt eum quem carnalibus oculis non viderent, à carnalibus cupiditatibus mente sobria, & spiritualibus desideriis ebria suspirarent. Super Psal. xcvij. Credamus in eum quem non videmus, & gaudentes videbimus. Desideremus non visum, & fruemur viso. Super Psal. cix. Quæ esset merces fidei, nisi lateret quod credimus? Merces autem fidei est, videre quod credidimus antequam videremus. Super Psal. cxlvij. Magnum pietatis & sanctitatis indicium est, antequam scias quare quid dictum sit, credere ita dici debuisse, vt dictum est. Hæc enim pietas te capacem facit, vt quæras quod dictum est, & cum quæsieris inuenias, & cum inueneris gaudeas. In communibus sermonibus, sermone primo. Credendo proficiamus, gratias agendo accipiamus, perseuerando perueniamus ad Christum, vt requiescamus. Libro ij. de libero arbitrio. Nisi aliud esset credere, & aliud intelligere: & primo credendum esset quod magnum & Diuinum intelligere cuperemus, frustra propheta dixisset. Nisi credideritis non intelligetis. Ipse quoque Dominus noster & dictis & factis ad credendū primo hortatus est, quos ad salutem vocauit: sed postea cum de ipso dono loqueretur, quod erat daturus credentibus. Non, ait, hæc est autem vita æterna, vt credant, sed hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant &c. Deinde iam credentibus dicit. Quærite & inuenietis. Nam neque inuentum dici potest quod incognitū creditur: neque quisquam in inueniendo Deo fit idoneus, nisi ante crediderit quod est postea agniturus. Quapropter domini præceptis obtemperantes, quæramus instanter. Quod enim hortante ipso quærimus, eo ipso demōstrante inueniemus, quātū hæc in hac vita, & à nobis talibus inueniri queunt.

Ser. ord. 60. Tom. X. *Tom. VIII.* *Tom. VIII.* *Tom. VIII.* *Cap. 2. Tom. I.* *Isa. 7.* *Fides præcedit intelligentiam. Ioh. 17.*

In homil. de Publicano & Pharisæo. Crede quod non vides, vt credendo quod non vides, merearis videre quod credis. Meritum visionis fides, merces fidei, visio est. Quid quæris ante opus mercedem? Crede ergo & ambula in fide, salus tua in spe est. Libro primo soliloquiorū suorum. Omne quod scimus, credimus. Sed non omne quod credimus, scimus. Libro de magistro. Quod intelligo, hoc etiam credo: non autem quod credo, etiam intelligo. Omne autem quod intelligo, scio: non omne quod credo, scio. Libro de symbolo, tractatu iiij. Dicis, Ecce credo, & desidero videre quod credo. Vtinam mihi ostenderetur, vt fides mea ipsa visione læ- A taretur. Sed si nunc videres, non crederes: ideo credis, quia non vides. Sed ita crede vt videas. Fides, opus est: visio, Dei merces est. Præpostere vis accipere mercedem, qui non laborasti in opere. Non omni operanti penes te, rectè à te merces nō datur, nisi opus perficiatur? Quod agis cū seruo tuo, hoc pete à Domino tuo. Tibi confert, quod per fidem te exercet differendo visionem suam, commendat donum suum: non negat, vt amplius desideres dilatum, ne vilescat cito datum. In Enchiridion: Hæc sunt defendēda ratione quæ vel à sensibus corporis inchoata, vel ab intelligentia mentis inuenta. Quæ autem nec corporis sensu experti sumus, nec mente assequi B valuimus nec valemus, eis sine vlla dubitatione credenda sunt testibus, à quibus ea quæ Diuina vocari iam meruit scriptura confecta est, qui ea siue per corpus, siue per animum Diuinitus adiuti, vel videre, vel etiam præuidere potuerunt. Cū autem initio fidei, quæ per dilectionem operatur, imbuta mens fuerit, tendit bene viuendo etiā ad speciem peruenire, vbi est cum sanctis & perfectis cordibus nota & ineffabilis pulchritudo, cuius plena visio est summa fœlicitas. Sic credebant antiqui iusti, libro sex quæstionū ad Deogratias, quæstione ij. Ab exordio generis humani, quicunque in Dei filium crediderunt, eúmque vtcunque intellexerunt, & secundum eius præceptum piè sanctéque vixerunt, quantolibet & vbilibet fuerint, per eum proculdubio salui facti C sunt. Sicut enim nos in eum credimus, & apud patrem manentem, & qui in carne iam venerit. Sic in eum credebant antiqui: & apud patrem manentem & in carnem venturum. Sed vt dicit super Psal. xlix. Plus est quod non videntes Christum credimus Deum, quam quod Iudæi vidētes non nisi hominem putauerunt. Illi denique male putando mortificauerunt, nos bene credendo viuificamur. Sed credere debemus vt amemus, libro. 50. Homil. homil. xvij. Quia enim credimus ipsa est fides, sed fides debet esse Christianorum, non dæmoniorum. Nam dæmones credunt & contremiscunt, & dixerunt. Tu es Christus filius Dei. Cōfitebantur dæmones, quod non credebant homines. Illi tremuerunt, isti occiderūt. Sed nunquid quia crediderūt, ideo cum Christo regnaturi sunt? Absit. Discernenda est ergo fides dæmonum à fide sanctorum. Nam dæmones di- D xerunt, Tu es filius Dei, scimus quis sis, & Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui, & Dominus, Beatus es Simon bar-iona. O domine, hoc dixerunt dæmones, quare ipsi non sunt beati? Quia hæc dixerunt timore, Petrus amore. Hanc fidem quæ per dilectionem operatur, dæmones non habent, sed soli serui Dei. Credere debemus verò vnum, libro de agone Christiano. Absit, vt credamus quod confinxit temeraria cæcitas & superba loquacitas. Sed Christo, libro iij. de verbis Domini, sermone vj. in princi. Cui credendum est, si Christo veritati non est credendum? Profecto non vult credere nisi falsitati, qui non eligit credere veritati. Ideo libro sex

Capi. Tom. IX. *Cap. 4. Tom III. Testes ad fidem.* *Tom. II. Epist. 49.* *Tom. VIII.* *Tom. V.* *Tom. III.* *Ser. ord. 43. Tom. X.* *Tom. II.*

quæstionum ad Deogratias. quæst. vj. In ipsum Christũ, qui die tertia resurrexit nõ crederemus, si fides Christianorũ cachinnos metueret Paganorum. Quia vt dicit libro de agone Christiano. Non possunt discernere, qui nolunt credere.

Epist. 49. *Tom. III.*

Et ideo dicit libro de correptione Donatistarum ad Bonifacium. Facile est homini seu vera, seu falsa, de altero homine credere.

Tom II. *Epist. 50.*

CRIMEN. Super Ioannem, sermone xl. Crimen, est peccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum.

Ideo non leuiter credi debet. libro de vnico baptismo ad Cõstantinum. Si est vlla humanitas in rebus humanis, puto nos iustius posse reprehẽdi, si eos homines quos criminantur inimici, nec eorũ crimẽ vlla testificatione demõstrant, nocẽtes potius quã innocentes crediderimus. Quia si forte aliter seueritas habet, ipsi certè humanitati debitũ redditur, cũ homo de homine nihil mali temere suspicatur: nunc cuiquam criminanti facile credit, quando sine teste ac sine vllo documento crimen obiiciens, maledicus potius conuiciator, quam veridicus accusator extiterit.

Cap. 16. *Tom. VII.*

Et si à malis criminamur non est cõtristandũ. eodem libro. Non sane parua est parúmque gloriosa consolatio cuiuscunque nostrum. si ab inimicis Ecclesiæ cum ipsa Ecclesia criminamur.

CRYSTALLVS. Super titulum Psal. cxlvij. Crystallus est, nix in glaciem durata per multos annos, ita vt sole, vel igne, facile dissolui non possit.

Tom. VIII.

CRVDELITAS. Lib. de ciuitate Dei Inhumanius† homines hominem viuũ, quam bestiæ solent decerpere cadauer abiectũ. Et in pace inter homines regnat crudelitas. ibidem infra. Pax cum bello de crudelitate certauit & vicit. Illud enim prostrauit armatos, ista nudatos. Bellum erat vt qui feriebatur, si posset, feriret: pax autem non vt qui euaserat, viueret, sed vt moriens non repugnaret. Ideo concludit bella ciuilia esse crudeliora hostilibus. ibidem cap. xxx. Crudelia bella ciuilia, omnibus bellis hostilibus, authoribus etiam fatẽtibus eorum, amari ora: quibus illa res publica nec afflicta, sed omnino perdita indicata est. Hoc dicit rationis tempore Syllæ & Marij.

Lib. 3. cap. 28. *† Aliàs, immanius.* *Tom. V.* *Syllana victoria.* *Bellorum ciuilium immanitas extrema.* *Tom. eod.*

CRVX. Commendatur in sermone de laude crucis, in princ. O nomen crucis occultũ mysterium. O gratia ineffabilis. In nomine enim crucis pax. O crux quę Deo hominem coniunxisti, & à dominio diaboli captiuantis magnificè segregasti. O crux quæ humano generi passionem saluatoris mundi, & redemptionem captiuitatis humanæ, vera comitante fide semper repræsentas incolumẽ: O crux quæ quotidie laudes immaculati agni fidelibus diuidis Apostolis, & dira serpentis venena poculo salutari depellis, atque romphæam Paradisi ignitam credentibus sine intermissione restringis. O crux quæ quotidie pacem terrenis cum cœlestibus operaris, & mediatoris mortem qui de mortuis resurrexit & iã nõ moritur, æterno patri

A Ecclesia pro filiis satagente sedulo reparas, & legatione fœlicissima renouas & reformas. Grãde & profundum mysterium crucis, & ineffabile atque inseparabile vinculum charitatis. Per crucem ad se traxit omnia Deus. Hoc est enim lignum vitæ, quo destructũ est mortis imperiũ.

De crucis figura seu forma. super Ioannem, Tract. cxviij. Ipsa crux significari rectè intelligitur, in eo quod ait Apostolus. Quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundũ. Lata est quippe in transuerso ligno, quo extenduntur pendentis manus, vt significet opera bona in latitudine charitatis. Longa est à transuerso ligno vsque ad terram, vbi dorsum pedésque figuntur, & significat perseuerantiã in longitudinem temporis vsque in finem: Alta est cacumine, quo trãsuersum lignum sursum versus extenditur, & significat supernum finem quò cuncta opera referuntur:

B Quoniam cuncta quæ latitudine ac longitudine bene ac perseueranter fiunt, propter altitudinem Diuinorum facienda sunt præmiorum. Profunda est in ea parte qua in terra figitur. Ibi quippe occulta est, nec videri potest, sed cuncta eius apparentia & eminentia inde consurgũt: Sicut bona nostra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi ac diiudicari non potest, vniuersa procedunt. Super Psal. ciij. sermone primo. Vt possitis comprehẽdere, quæ sit latitudo, altitudo, longitudo, & profundũ. Fortassis crucem domini significat. Erat enim latitudo in qua porrectæ sunt manus: longitudo, à terra surgens in qua erat totum corpus infixum: altitudo, ab illo innexo ligno sursum quod eminet: profundũ vbi fixa erat crux, & vbi omnis spes vitæ nostræ. Latitudo est enim in bonis operibus: longitudo in perseuerando vsque in finem: Altitudo propter sursum cor, vt omnia bona nostra in

C quibus perseueramus vsque in finem, habentes latitudinem qua bene operamur, & longitudinem, qua perseueramus: non faciamus aliquid nisi spe cœlestiũ præmiorum, ipsa est enim altitudo, non hîc quærere mercedem, sed sursum: ne dicatur de nobis. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Profundum autem, vbi fixa erat pars crucis & non videbatur, inde resurgebãt quæ non videbãtur, opera nostra bona sunt: quæ vident & Pagani, sacramenta verò occultantur illis sed ab his quæ vident surgunt ad illa quæ nõ vident, sicut à profundo crucis, quod in terra figitur, surgit tota crux quæ appareret & cernitur.

D Scire autem supereminentem scientiam charitatis Christi est scire quantum ille nos amauit. Amatis enim Christum, & ideo in cruce operamini. Sed nunquid amatis quantum ille nos amauit? Est insuper figura omnium virtutum, in sermone de laude crucis. In hac cœlestis figura victoriæ, omnis religio Christiana depingitur. In hoc vitalis signi charactere, tota virtutum spiritualium perfectio designatur. Nam cum in his tribus virtutibus fide videlicet spe, simul & charitate, omnis lex Diuina consistat, atque ex his omniũ virtutũ multitudo procedat, in illa crucis parte

parte quæ terræ figitur, fides quæ religiõis Christianæ fundamentum est figuratur: huic scilicet fundamento tota fabrica bonæ operationis innititur, & vt stare possit omnis virtutum spiritualium machina, sustentatur. Vnde & Apostolus ait discipulis, Nam fide statis. Per supremum verò cornu, quod cæteris eminet, spes intelligitur, qua noster animus ad capessenda cœlestia prouocatur. Illo verò signo, quod in medio positũ binis vtrinque porrigitur brachiis, latitudo designatur geminæ charitatis. Hoc eodẽ viuificæ crucis signo, quatuor principalium virtutum numerus indubitanter exprimitur, è quibus vtique tãquam seminibus, omnium virtutum segetes germinantur. Iustitia, fortitudo, prudentia, atque tẽperantia. Per supremũ nanque cornu, quod cœlum spectat, iustitia figuratur, sicut ex ipsius redemptoris sermone colligitur: qui cum præmisisset, Quia Spiritussanctus arguet mũdum de peccato, de iustitia, & de iudicio: paulo post intulit, de iustitia verò, quia ad patrem vado, & iam nõ videbitis me. Et vir sapiens ait. Iustitia eleuat gẽtem: nec dubium, quin ad cœlum. Inferior autem pars crucis quæ superiorẽ sustinet molẽ, fortitudinẽ significat, quæ videlicet grauia quælibet & aduersa æquanimiter tolerat. Dextrum verò crucis brachium, prudentiam exprimit, quia videlicet iniecta maligni spiritus iacula, tanquam dextræ manus proiectiõe propellimus, eúmque feruidi spiritus telo perfossum, Diuino muniti præsidio fortiter prosternẽtes, victoriæ manubias reportamus. Per sinistrum quoque cornu, temperãtia non immerito designatur, in sinistra enim manu minor virtus est quã in dextra: per temperantiam ergo virtutis nostræ quodammodo robur attingimus, dum temperanter modestéque viuimus, dum sæpe rigorem censurámque iustitiæ, quadam magistræ discretionis manu retinemus. Quid dicam quod lex veteris testamenti in ipso suæ promulgationis initio, mysterium iam redolebat crucis, dum videlicet sicut ista duobus compingitur signis, ita & illa digito Dei geminis exarata nõscitur in tabulis? Crucis signo sacramẽta omnia finxit, super Ioannẽ, Trac. cxviij. Quid est quod omnes nouerũt signũ Christi, nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ qua regenerãtur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo alũtur, nihil eorũ ritè perficitur. Crux est scala. in sermone ij. de catechismo. Crux est scala cœli, per quam Christus hominem lapsum leuauit ad patrem. Non ergo laboriosa debet esse hæc scala, quatuor enim gradus habet, quibus producit ad cœlum. In altitudine crucis, caput positũ est crucifixi. Sursum cor habeat Christianus ad Dominum, quemadmodũ interrogatus quotidie respondet, & ascendit vnum gradũ. In latitudine crucis manus extensæ sunt crucifixi: perseuerẽt manus Christiani in operibus bonis, & secundum gradũ ascendit. In longitudine crucis corpus crucifixi pepẽdit: castiget quisque corpus suum pœnitentia & ieiuniis, vt ipsum sic suspendens seruituti animæ subiiciat, & ascendit tertium gradum. In profundo crucis occultum est quod non vides, sed inde exsurgit totũ hoc quod vides: adsit fides Christiana, & quæ non potest comprehendere, credat corde, & altiora se non quærat, spes eum nutriat, & tunc quartum gradũ ascendit. Omnibus vitã donauit, qui bonos mores sic instituit. Crux vexillum est Christi, in sermone xv. de resurrectione Christi Domini. Crucifixus est Dei filius, non vt crux Christũ fœdaret, sed vt sacramento Christi, crux nostræ fieret insigne victoriæ: denique nos omnes qui in Christi confessione gaudemus, crucis signaculo gloriamur: Neque enim Christiana quis põt militia censeri, nisi fideli manu vexillũ erexerit crucifixi. Ideo super Psal. xliiij. Attende gloriam crucis Christi. iam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimici insultarunt. Effectus probat virtutem, domuit orbem nõ ferro sed ligno. *Tom. VIII.*

Ideo cũ cruce pugnatur super Psal. xcv. Dominus regnauit à ligno. Quia pugnauit cruce sua Christus. Vicit reges, & subiugatis eis ipsam crucẽ in frõte fixit: & gloriãtur de illa, q̃a ibi est laus eorum. Ipsa crux thronus dei fuit. super Ioannem. Ipsa crux, si attẽdis, tribunal fuit: in medio autem iudice cõstituto, vnus latro qui credidit liberatus est, alius qui insultauit, dãnatus est. De quibus latronibus, sermone ij. in parasceuen. In cruce erãt duo latrones, vbi imago ostẽditur Iudæorũ & gentium. Latro qui pœnituit imago est gentium, quæ per vanitatem ambulauerant primum, & post hoc veritatem agnouerũt in ligno. Latro qui neque vsque ad crucem nec in cruce credidit Christo, imago est Iudæorum. Sed sicut virga in rubro mari viam diuidens, Pharaoni impio naufragium fecit, populum autem Dei de captiuitate redemit: sic & nunc crux Christi viam diuisit, Iudæis viam perditionis, quia non crediderunt, gentibus verò & nationibus, viam salutis, quia crediderunt. De crucis virtute in sermone primo eiusdem diei. Ante nomen crucis, nomen erat condemnationis, nunc facta est res honoris: Prius in damnatione maledicti stabat, nunc in occasione salutis erecta est. Hæc enim crux innumerabilium nobis bonorũ extitit causa. Hæc nos de erroribus liberauit, hæc nos sedẽtes in tenebris illuminauit, hæc nos à diabolo expugnatore reconciliauit Deo, & ex alienatis restituit in domesticos, de lõginquis proximos fecit, de peregrinis reddidit ciues. Hæc est inimicitiarum interẽptio, pacis firmamentum, & omnium nobis bonorum thesaurus. Propter hanc iam non erramus in solitudinibus, viam enim veritatis agnouimus, nec iam extra regnum positi sumus, ianuam enim regiam intrauimus. Iam ignitas diaboli sagittas non timemus, fontem enim vitæ quo extinguetur inuenimus. Propter hanc in viduitate non sumus, sponsum enim recepimus. Non iam expauescimus lupum, quia bonum pastorem inuenimus. Propter hanc non formidamus tyrannum, regi enim adhæremus: propter hanc diem festum agimus, crucis memoriã

Serm. de tẽp. ord. 130. Tom. X.

celebrantes. Ita & magister gentium docet propter crucem annua festa constitui. Epulemur inquit &c. (1.Cor.5.) In eodem infra. Vis scire aliud crucis beneficium? Paradisum ante quinque millia vel amplius ferè annos clausum, hodie nobis aperuit. In hac enim die, & in hac hora latronem introducens Christus, duplex officiū operatus est: vnum quidem quia Paradisum aperuit, alterū verò quia latronem introduxit. Hodie reddidit nobis patriam principalem, hodie reduxit nos in ciuitatem paternam, & communi hominum naturæ, domum redonauit æternam. (Tom.IX.) Super Apoc. Homi.xviij. Lignū vitæ iuxta fluuium, crux est: quæ per totum mundum non solū omnibus mensibus, sed etiam omnibus diebus in his qui baptizantur exhibet fructum Deo. Nullum est lignū quod omni tempore fructificet, nisi crux Christi, quam gestant fideles, qui rigantur aqua Ecclesiastici fluminis, & reddunt fructum perpetuum omni tempore. Super Psal. cxviij. sermone xxvj. Intuentes salutiferam crucem Christi omne calumniantium superborum virus expellimus. (Tom.IX.) Libro de quatuor virtutibus charitatis. Relinque mundum: confuge ad crucis lignum: non metuas procellas & turbines huius diluuij: non mergeris, si ligno portaberis. In sermone ij. de parasceue. Quantum valeat lignum crucis, aduertat sanctitas vestra. Primo diluuio aquarū humanum genus arca lignea liberauit: de AEgypto Dei populum credentem Moses eduxit, & mare virga diuisit, Pharaonem prostrauit, & populum Dei triumphali palma redemit: aduersus Pharaonem regem exercitúmque eius & dracones eius, solam virgam leuauit. O potens virga, quæ terram imbribus inundauit, cœlum tenebris obduxit, siccauit & mare fluctibus. Cinxerant Hebræos Aegyptij, Moses tamen orabat, & Dominus respondebat ei. Diuisum est mare & populus intrauit, & sequutus Pharao impius pertinax, & cum curribus & quadrigis in profundo defecit: & Moses virgam tenens, quæ lignum præfigurabat crucis de mediis fluctibus liberatus incolumis cum populo, Domino decantauit. Ergo vt lignum quod figuram ostendebat crucis, laudibus præferamus, ordinem consequamur. Dum venissent in Amareth non poterant bibere aquā: amara enim erat. Idem Moses iussu Dei lignum in aquam misit, & eam amaram in dulcem commutauit: ex lignea virga de tali petra, salutaris vnda profertur. Et vt Amalech gens Barbara vinceretur, circa virgam Moses expansis manibus extenditur. Scalæ ligneæ Patriarcha Iacob incumbentem Angelum somniat, & per eandem alios descendere, alios cernit ascendere. Et lex Dei arcæ testamenti creditur ligneæ, vt his omnibus, quasi per gradus quosdam ad lignum crucis salus hominum perueniret. Quapropter lignum crucis cœli sustinet machinam, terræ fundamenta corroborat, omnes homines saluat, maximè quibus est in fronte fixa, & immortali compage eos sustinet, & ad æternam perducit vitam. (Tom.IX.) Super Ioannem, Tract.ij. Vt ergo esset & qua iremus, venit inde ad quem ire nolebamus. Et quid fecit? Instituit lignum, quo mare transeamus. Nemo enim potest transire mare huius sæculi, nisi cruce Christi portatus. In eodem lib. sermone iij. Crux non ad omnipotentiæ documentum, sed ad patientiæ exemplum suscepta est. Ibi vulnera tua curauit, vbi sua diu pertulit.

Ideo est signum Christiani. ibidem. Si Christiani sumus, ad Christum pertinemus, & signum eius in fronte gestamus. Signum eius est humilitas eius. In stella eum Magi cognouerunt: & erat hoc signum de Domino datum cœleste atque præclarum. Noluit stellam esse in fronte fideliū signum suum, sed crucem suam. Vnde humiliatus, inde glorificatus. Inde humiles erexit, quo humiliatus ipse descendit. Sed vita Christiani debet conformari huic signo & nomini, in sermone primo de vita Christiani. Rogo vos vt attentius cogitemus, quare Christiani sumus & crucem Christi in fronte portamus. Scire enim debemus quia non sufficit nobis, quod nomen Christianum accepimus, si opera Christiana nō fecerimus. Si enim Christianum se dicat, & iugiter se cruce Christi signet, & eleemosynas secundum vires suas non fecerit, charitatem & iustitiam vel castitatem habere noluerit, nihil ei prodest Christianum nomen. Magna res est signum Christi & crux Christi. Et ideo tam pretiosum signaculum, res magnas & pretiosas signare debet. Quid enim prodest si aureum vasculum facias, & putridas paleas intus recludas? Quid prodest si signum Christi in fronte & in ore portamus, & intus inimici crimina & peccata recondimus? Qui enim malè cogitat, malè loquitur, malè operatur, si se emendare noluerit. Quando se signat, peccatum illius non minuitur, sed augetur. Multi enim ad furtum & ad adulterium vadunt, si pedem impegerint signant se, & tamen de malo opere non reuocant se. Et nesciunt quia crimen includit in se magis dæmones, quam excludat. Qui verò à se cum Dei adiutorio vitia peccatáque repellit, & quod bonum est cogitare simul & implere contendit, iustè signum crucis labiis suis apponit. Et alia oportet agere, qui signum crucis merentur accipere, & Christianum nomen non ad iudicium, sed ad remedium habere. (Tom.) Super Psal. lxxiij Iam in frōtibus regum, pretiosius est lignum crucis, quam gemma diadematis. (Tom.) Libro de cognitione veræ vitæ. cap.ij. Fructum ligni vitæ in ramis crucis pendulum mecum alacres adite, fontémque vitæ à vita patriæ quasi de loco voluptatis manantem Paradisum Ecclesiam videlicet, hortū deliciarum irrigantem vnanimes haurite: cuius sapor si palatum cordis nostri indulcorabit testor vobis, quod vos cum eo in æuum permansuros, de torrente voluptatis suæ aliquando satiabit.

CRVCIFIXVS. Hoc fuit necessariū de Cristo, libro de symbolo, tractatu iij. (Cap. Tom.) Nisi Christus crucifigeretur, mundus nō redimeretur: pœna illa, salus est nostra. Quod

Iudæus & gentilis detestatur, Christianus inde saluatur. Et ideo eodem libro, tractatu quarto. Nemo erubescere debet, in crucifixum se credidisse Christum. Crux illa fidelibus non est opprobrium, sed triumphus. Crux illa est vexillum nostrum contra aduersarium nostrum: Pugnauit rex noster pro nobis contra aduersarium nostrum. Aduersarius autem diabolus mortem minando terrebat, sed Christus vitam æternam promittebat. Aduersarius diabolus carnem perempturum se esse dicebat: rex autem noster, vt doceret quomodo suus exercitus vinceret, in se demonstrauit mortem corporis non esse timendam, dum prior ipse pro omnibus dignatus est mori, ne eius exercitus à diabolo in anima posset occidi. Causa huius, eodem libro, tractatu primo. De cruce Christi quid loquar? Quid dicam? Extremum genus elegit mortis, ne aliquod genus mortis eius Martyres formidarent. Doctrinam ostendit in homine, exemplum patientiæ monstrauit in cruce. Ibi opus, quia crucifixus: exemplum operis crux, præmium operis resurrectio. Ostendit nobis in cruce quid tolerare, ostendit in resurrectione quid sperare debeamus. Prorsus tanquam agonotheta summus dixit. Fac & tolle. Fac opus, & accipe præmium. Certa in agone, & coronaberis. Quod est opus? Obediétia. Quod est præmium? Resurrectio sine morte. Quare addidi sine morte? Quia resurrexit Lazarus, & mortuus est: resurrexit Christus, & iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Super Ioannem, sermone secundo. Mare transeundum est, & lignum contemnis? O sapientia superba, irridés crucifixum Christum: Ipse est quem longe vidisti. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Sed quare crucifixus est? quia lignum tibi humilitatis eius necessarium erat. Superbia enim tumueras, & longe ab illa patria proiectus eras, & fluctibus huius sæculi interrupta est via, & quà transeatur ad patriam non est, nisi ligno porteris. Ingrate, irrides eum qui ad te venit vt redeas. Ipse factus est via, & hoc per mare. Inde in mari ambulauit, vt ostenderet esse in mari viam. Sed quoniam tu ipse ambulare in mari non potes, naui portare, ligno portare. Crede in crucifixum, & poteris peruenire: propterea crucifixus est, vt humilitatem doceret. Quare auté sic crucifixus est. in sermone tertio de decollatione Ioannis baptistæ. Exaltatus quippe in cruce Christus, caput erectum ad cœlos tenuit, manus super terram ad aquilonem tetendit & austrum, vt cœli se esse Dominum & vniuersæ terræ, omnésque potestates aereas suæ ditioni subiectas, ipso etiam corporis situ signaret. Infima crucis ipsius terræ abdita penetrabant, vt inferorum regnum, passione illius transfixum ac destructum esse significaretur. Titulum hunc esse regem Christũ scriptum in cruce astantes Hebræi, Græci, & Romani legebant, vt videlicet eius imperium

Cap. 2. Tom. eod. *Cap. 3. Tom. eod.* *Tom. IX.*

A appareret per omnes gentes esse dilatandum. In sermone de laude crucis. Digné tu solus in altum porrecto vertice crucifixus es, qui totum mundum à peccato redemisti. Tu verò ex Deo Deus, & lux vera de lumine vero, ante omnia sæcula, qui in fine sæculorum, pro hominibus sine contagione hominis, fieri dignatus es redemptor hominis, redemptor gloriosus existis. Tu semper rectus, tu semper excelsus, tu semper altus. Nos secundum carnem, primi hominis filij sumus, qui principale suum dimisit in terram, cuius lapsus significatur specie generationis humanæ. Sic enim nascimur, vt proni in terram videamur effundi: & quod ad dexteram est, hoc ad sinistram, & quod ad sinistram, ad dexteram fiat: eo quod in authoribus huius vitæ, conditio est mutata: hoc enim putat mundus iste dextrum, quod est sinistrum. B In quo nos tu Domine sicut Niniuitas inuenisti perituros, sed tua sancta prædicatione liberasti. Primus homo ostendit olim perditam generationẽ. Mortua enim erat generatio eius, nec vitalem habebat motum, sed tractũ misericordia sua principium, venit per corporalem substantiã ad eum, quem iusta sententia in terram proiecerat: & suspensum in cruce, per speciem honorandæ vocationis videlicet crucis, restituit. Aliter dicit libro de expositione symboli ad Laurentium Episcopum. Aduueniens Christus, sicut Apostolus dicit, tria pariter sibi regna subiecit. Hoc enim indicat, vbi ait. Quia in nomine Iesu omne genu flectatur &c. Hæc enim omnia sua morte vincebat; & conuenienti mysterio mors quæsita est, vt C in aere sublimatus, aereas sibi subiugans potestates, victoriam de eis in cœlestibus obtineret. Expansas autem manus quotidie, sicut dicit propheta tendens ad populum, qui erat in terra, quid aliud prætendebat, nisi quod omnes ad misericordiam inuitabat? Ea verò parte crucis quæ sub terra demergitur, inferni sibi regna subiecit. Quare crucifixus non sub tecto. in sermone primo de parasceue. Ideo non in altari, nec tecto superposito, sed sub cœlo crucifixus est, vt aerem mundaret. Aer enim purgabatur, cum in altitudine crucis ouis immolabatur: terra etiã purgabatur, quia stillabat sanguis Domini super eã. Ideo non sub tegmine, neque in tẽplo Iudæorũ, vt subtraherent sacrificiũ salutare Iudæi. Neque D existimes pro illa tantummodo gente hanc hostiã offerri propterea extra ciuitatẽ, & extra muros, vt intelligas quoniã cõis est hostia, pro humano genere oblata. De hora qua crucifixus est. in dialogo ad Orosiũ. Hora tertia clamauerũt Iudæi Pilato, Crucifige, crucifige eũ: milites aũt hora sexta crucifixerunt eum. Igitur quod illi lingua, isti manibus. Lib. iij. de consensu Euangelistarum, cap. xiij. Cum hora tertia crucifixũ Dominum Marcus enuntiat, verissimé indicat, magis fuisse Domini necatricem linguam Iudæorũ, quàm militum manus. Ibidem. Credendũ est

Obscurum. *Hic omissa quedam que & obscuritatẽ inducunt.* *Phil. 2.* *Christus quare passus sub dio & extra ciuitatem.* *Li. 65. quæst. Quæst. 15. Tom. IIII.* *Christus lingua Iudæorũ crucifixus hora sexta.*

Dominum Iesum Christum crucifixum hora tertia lingua Iudæorum, sexta verò manibus militum. Ibidem & super Ioannē, tract.cxvj.& cx. Cū dicitur, Erat hora tertia & crucifixerūt eū: illi eum potius crucifixisse inueniuntur, qui hora tertia clamauerunt, Crucifige eum. Diligens inquisitor inueniet, cum aduerterit hoc quod à militibus factū est hora sexta. Latus crucifixi aperitur, libr.ij. de symbolo, tractatu ij. Iudæi suam implent voluntatem, quando dignatur suā occultare potestatem. Agite Iudæi nesciētes nuptias agni, date præmium pecuniæ nebuloni Iudæ. Agite vt ille qui natus est de virgine, à Pōtio Pilato suspendatur in cruce. Ascendat sponsus noster thalami sui lectum. Dormiat moriendo, aperiatur latus eius vt Ecclesia prodeat virgo. Vt quomodo Eua facta est ex latere Adæ dormientis, ita & Ecclesia formetur ex latere Christi in cruce pendentis. Percussum est eius latus, vt Euangeliū loquitur, & statim manauit sanguis & aqua, quæ sunt Ecclesiæ gemina sacramēta: Aqua, in qua est sponsa purificata: & sanguis, ex quo inuenitur esse dotata. Sed quia crucifixus spinis fuit coronatus, ideo in lib. de. iiij. feria. Si spinas non haberes, capiti creatoris tui coronam spineam non imponeres. Quia ergo & tu talis es, spinarum multitudine, id est, peccatorum prægrauata es. Ideo tibi talis cultura impēditur, propterea crucis ligno exararis, propterea cœlesti pluuiæ præpararis, vt cū fœcunda effecta fueris, non gratuleris de tuis, quæ nulla sunt meritis, sed reddens bonos fructus, Christi prædices gratiam. Vis nosse qualis tibi adhibeatur cultura, qualis te desuper perfūdat gratia? Ecce agnosce, cruce Christi exararis, quando eius signo in frōte signaris: eius sanguine rigaris, quando in eius morte baptizaris. Patientiam ostendit crucifixus, potentiam resurgens. lib. de symbolo, tractatu. iiij. Quam fortiores sibi videbantur ministri diaboli dum fremerēt dentibus, dum irriderent, dum caput agitarent, dum spineam coronā imponerent, dum vestimenta eius conscinderēt, dum viderent illum pendentem quem viderunt miracula facientem, dum fel & acetum darent, dum lancea perfoderent? Qualis vox veluti victoriæ eorum fuit dicentium. Si filius Dei est, descendat de cruce? Sed hoc ille per eos clamabat, qui patientiam auferre Christo cupiebat, vt excitatus insultationibus Iudæorum, demonstraret potentiam, sed perderet patientiam. Ille autem rex fortis, & singulare consilium, vtranque aciem respiciebat, vtranque aciem seruabat, & patientiæ & potentiæ. Et quod seruauit exhibuit. Nā & patientiam seruauit, quia de cruce non descendit: & potentiam demōstrauit, quia de sepulchro resurrexit. Dum in cruce pependit falsa fuit victoria Iudæorum, dum de sepulchro resurrexit vera est confusio Iudæorum, & sempiterna victoria Christianorum. Dum in cruce pependit mœsti, contristati, dispersíque discipuli: dum de sepulchro resurrexit, vna in domo sunt congregati: dum in cruce pependit, diffidentia discipulorum: dum de sepulchro resurrexit, congregatio gentium: Dum in cruce pependit, timore negauit Petrus, dum de sepulchro surrexit, amore totus credidit mundus. De crucifixo huic mundo super epistolā ad Galatas. Super illud, Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Mundus mihi crucifixus est, ait, vt non me teneat: & ego mundo, vt eum non teneā, id est, vt neque mundus mihi nocere possit, neque ego de mundo aliquid cupiam.

Cap. 6. Tom. IX. — Cap. 2. Tom IX. — Cap. 5 Tom. IX. — Passio & resurrectio Christi.

CVBICVLVM. Est cor. super Psal. xxxv. Cubiculum nostrum, est cor nostrum. Ibi tumultum patimur malæ cōscientiæ, & ibi requiescimus quando bona conscientia est. Qui amat cubile cordis sui, aliquid boni agat ibi.

CVLPA. A culpa nullus est immunis. in sermone v. de letaniis. Potest quis culpæ minoris esse, sed inculpabilis nullus. Nemo enim est immunis à reatu. De culpa iudicant homines secundū consuetudinē, lib. iij. de doctrina Christiana, cap. iij. Quoniam procliue est humanum genus, nō ex motu libidinis, sed pótius suæ consuetudinis existimare peccata; fit plerunque vt quisque hominum ea tantum culpanda arbitretur, quæ suæ regionis & temporis homines, vituperare atque damnare consueuerunt: & ea tantum probanda atque laudāda, quæ consuetudo eorum cum quibus viuit, admittit.

Punitur minor culpa propter magnā, libro de mirabilibus sacræ scripturæ. Sæpe euenit vt minores culpæ præcedentium peccatorum vindictam incurrant.

CVLTVS Diuinus. Lib. primo de cōsensu quatuor Euangelistarū. Socratis sententia est, vnumquenque Deum sic coli oportere, quomodo se colendum esse ipse præcepit. Lib. iij. de verbis Domini, sermone xxij. in prin. Colimus Deum, & colit nos Deus. Sed nos sic Deum colimus, vt non eum meliorem faciamus. Colimus enim eum adorando, non arando. Ille autem colit nos tanquam agricola agrum. Quod ergo ille nos colit, meliores nos reddit: quia & agricola agrum colendo, meliorem facit. Et ipsum fructum in nobis quærit vt eum colamus. Cultura ipsius est in nos, quod non cessat verbo suo extirpare mala semina de cordibus nostris: aperire cor nostrum tanquam aratro sermonis, plantare semina præceptorum, expectare fructum pietatis. Cum enim istam culturam sic acceperimus in cor nostrum, vt eum bene colamus, non existimus ingrati agricolæ nostro, sed fructum reddimus quo gaudeat. Et fructus noster nō illum ditiorem facit, sed nos beatiores. Lib. eiusdē. sermo. xij. Magna res fratres charissimi. Hæreditas Dei sumus, & hæreditas nostra ipse est, quia colimus eū, vt oēs agnoscatis, nulla est iniuria: quia colit nos, quasi iniuria est. Colimus eū vt Dominum nostrū, colit nos vt agrū suū. Vt aūt sciatis qa colit nos, audite eū quē misit nobis. Ego sum, inquit, vitis, vos estis sarmenta. Pater meus

meus est agricola. Ergo colit nos. Si fructum damus, parat horreum: Sed si sub tanto cultore steriles esse voluerimus, vt pro frumento spinas proferamus, nolo dicere quod sequitur. Ad gaudiũ finiamus. Libro xij. de trinitate, cap. xiiij. *Tom.III. Secundus.* Nihil est in æternis excellentius quam Deus, cuius solius immutabilis est natura. Et quis est cultus eius, nisi amor eius, quo nunc desideramus eum videre? Credimus & speramus nos eum visuros: & tantum speramus, quantum proficimus: tantũ autem proficimus, quantum videmus: nunc licet per speculum in ænigmate, tunc autem in manifestatione, quod ait Apostolus Paulus, facie ad faciem. Libro de vera innocentia, cap. xx. *Tom.III.* Hoc affectu & desiderio colendus est Deus, vt sui cultus ipse sit merces. *Cultus Dei præmium.* Nam qui Deum ideo colit, vt magis aliud, quam ipsum promereatur, non Deũ colit, sed id quod assequi concupiscit. Super Psal. lxxvij. Quia hoc colitur quod diligitur, & Deus rebus omnibus maior & melior inuenitur: ideo plus omnibus est diligendus, vt colatur.

Super Psal. ciiij. Quæcunque alia bona dat Deus, referenda sunt ad gratuitum eius cultum: *Tom.VIII.* Ipse autem cultus eius, non est referendus ad alia bona quæ Deus dat. Tunc enim erit gratuitus. Ad quod certamen prouocans hostis ausus est dicere Deo. *Iob.1.* Nunquid gratis Iob colit Deum?

Iste cultus est vnius Dei. libr. de vera religione cap. primo. *Tom.I.* Cum omnis vitæ bonæ ac beatæ via, in vera religione sit constituta, in qua vnus Deus colitur, & purgatissima pietate cognoscitur: principiũ naturarũ oĩm à quo vniuersitas & inchoatur & perficitur & continetur: hinc euidẽtius deprehẽditur error eorum populorum, qui multos Deos colere, quam vnum verum Deum & Dominum omnium maluerunt. In eodem. *Cap.25.* Sed nostrum est considerare, quibus vel hominibus, vel libris credendum sit, ad colendum rectè Deum, in quo vera salus est. Prima huius rei disceptatio est, vtrum his potius credamus qui ad multos Deos, an his qui ad vnum Deum colẽdum nos vocant. Quis dubitat eos potissimum sequendos, qui ad vnum nos vocant, præsertim cum illi multorum cultores Deorũ, de vno hoc domino cunctorũ & rectore cõsentiant? Et certè ab vno incipit numerus. Prius ergo isti sequẽdi sunt, qui vnum Deum summũ, solum verum Deum & solum colendum esse dicunt. Si apud hos veritas non eluxerit, tunc demũ migrandum est. Sicut enim in ipsa rerũ natura maior est authoritas vnius ad vnum omnia redigẽtis, nec in genere humano multitudinis vlla potentia est, nisi consentientis. i. vnum sentientis: ita in religione qui ad vnum vocant, eorum maior & fide dignior debet esse authoritas. Lib. de quantitate animæ. *Tom.I.* Vera religio est qua se vni Deo anima, vnde se peccato velut abruperat, reconciliatione religat. Lib. de sex quæstionibus ad Deogratias. q. iij. *Tom.II. Epist.49.* Templũ, sacerdos, & sacrificium, & omnia quæcunque ad hæc pertinentia, nõ nisi vni verò Deo debent exhiberi. Et cum hæc sibi exhibentur secundũ eius inspirationẽ atque doctri-

A nã, vera religio est. Cũ autẽ dæmonibus, secũdũ eorũ impiã superbiã, noxia superstitio est. Quapropter qui Christianas literas vtriusque testamẽti sciunt, non hoc culpant in sacrilegis ritibus Paganorum, quod construãtur templa, & instituãt sacerdotia: sed quod hæc idolis & dæmõibus exhibeant. De eius cultus præmio. super Psal. lxxxv. De cultu Dei mercedem nõ habebimus? Habebimus plane. Sed ipsum Deum quem colimus. *Tom.VIII.* Ipse nobis merces erit, quia videbimus eum sicuti est. Ideo in Enchiridiõ. *Cap.2. Tom.III.* Desideras breuiter aperiri, atque in sermonẽ breuẽ colligi, quonam modo colendus sit Deus. Respondeo, Fide, & spe, & charitate, colendum. Quia vt dicit in supradicto libr. & quæstione, ad Deogratias. Nobis prodest colere Deum, non ipsi Deo. *Tom.II. Epist.49. Quæst.3.* Et cũ inspirat & docet quomodo colendus sit, non solum nulla sua indigentia facit, sed nostra

B maxima vtilitate. In epistola ad Macedoniũ. *Tom.II.* lij. circa finem. Verus veri Dei cultus ad omnia prodest, & quæ molestias huius vitæ auertat aut leniat, & quæ ad illam vitã salutémque perducat: vbi nec aliquid iam mali patiamur, & bono summo sempiternóque perfruamur Lib. xiij. confessionum. *Cap.1. Tom.I.* Tu Domine deleuisti omnia mala merita mea, ne retribueres manibus meis in quibus à te defeci: & præuenisti omnia bona merita mea, vt retribueres manibus tuis, q̃bus me fecisti: quia & priusquã essem tu eras, nec erã cui præstares vt essem: & tamen ecce sum, ex bonitate tua præueniente totum hoc, quod me fecisti. Neque enim eguisti me, aut tale bonũ sum quo tu adiuueris, Domine meus & Deus meus: non vt tibi sic seruiã quasi ne fatigeris in agendo, aut

C ne minor sit potestas tua carens obsequio meo: neque vt sic te colã quasi terrã, vt sis incultus si te nõ colã: sed vt seruiam tibi & colã te, vt de te mihi bene sit, à quo mihi est, vt sim cui bene sit.

CVPIDITAS. Diffinitur libr. lxxxiij. quæstionũ. Cupiditas, est amor concupiscendi aut obtinẽdi tẽporalia. *Quæst.35. Tom.IIII.* Huius minuẽdi initium, est Deũ timere. In eodem. quæstione xxxiiij. Cupiditas est amor rerũ transeũtiũ. Lib. iij. de doctrina Christiana. *Cap.10. Tom.III.* Cupiditatẽ voco, motũ animi ad fruendum se, & proximo, & quolibet corpore, non propter Deum.

Est aũt punienda. super Psal. cx. *Tom.VIII.* Cũ sit radix omniũ malorũ cupiditas perimẽda est, vt hîc cõsumatur, non differẽda vt ibi satietur. Primo pœ

D nas fuge, gehẽnas deuita: antequã desideres promittentẽ Deũ, caue minãtẽ. Quia vt dicit li. ix. de Trinitate. ca. ix. *Tom.III.* Nõ sufficit auaritiæ nosse, & amare aurum, nisi & habeat: neque nosse & amare vesci, aut cõcũbere, nisi etiã id agat: neq; nosse & amare honores & imperia, nisi proueniãt: quæ tamẽ omnia, nec adepta sufficiũt. Qui enim biberit ex hac aqua, sitiet iterũ. *Io.4.* Ideoque in Psal. dicitur. *Psal.17.* Cõcepit dolorẽ & peperit iniquitatẽ. Dolorem vel laborem dicit cõcipi, cũ ea cõcipiuntur quæ nosse ac velle non sufficit: & inardescit atque ægrotat animus indigentia, donec ad ea perueniat, & quasi pariat ea. De cupiditatis

modo

Tom. VIII. modo super Psal. iiij. Cum dedita temporalibus voluptatibus anima, semper exardescit cupiditate, nec satiari potest, & multiplici atque ærumnosa cogitatione distenta, simplex bonum videre non sinitur. Qualis illa est de qua dicitur. *Sap. 9.* Corpus quod corrumpitur &c. *Cap. 11. Tom. I.* Libro primo de libero arbitrio. Cupiditatum regnum tyrannicè sæuit, & variis contrariisque tempestatibus totum hominis animum vitámque perturbat: hinc *Tyrannis cupiditatis.* timore, inde desiderio: hinc anxietate, inde inani falsáque lætitia: hinc cruciatu rei amissæ quæ diligebatur, inde ardore adipiscendæ quæ nõ habetur: hinc acceptæ iniuriæ doloribus, inde facibus vindicãdæ: quaquauersum potest coarctare auaritia, dissipare luxuria, abiicere ambitio, inflare superbia, torquere inuidia, desidia sepelire, peruicacia concitare, afflictare subiectio, & multa alia innumerabilia, regnum illius libidinis frequentat & exercet. Magnam quidem istam pœnam esse iudico, & omnino iustam. *Cap. 156.* Cupiditas est via ad damnationem, libro de vera innocentia. Omnes prauæ cupiditates sunt portæ inferi per quas in mortem itur: cuius dominatum subit, qui adeptum se ad perfruendũ lætatur quod periturum concupiuit. *Cap. 91. Tom. IIII.* Quia vt dicit libro de salutaribus documentis. *Malis fœcunda cupiditas.* Cupiditas quoque facit homines gulosos, intemperatos, ebriosos, inuidos, rapaces, fornicarios, adulteros, stupratores, incæstos, flagitiosos, & alia innumerabilia per quæ diabolus genus humanum præcipitare solet. *Homil. 38. Tom. X.* Et ideo libro 50. Homil. Si fuerit in te charitas, vincis mundum, & pellitur foras princeps mundi. Audistis quod ait Dominus. *Io. 12.* Princeps huius mundi missus est foras. Quia ipse passurus erat, & per passionem suam facturus in hominibus dilectioné. Vt ergo amaretur, prior amauit. Vt in nomine eius nemo mori timeret, prior pro omnibus mortuus est. Ad hoc ergo vt ædificaret in hominibus charitatem, misit diabolum foras de cordibus hominũ. Cupiditas intromittit illum: charitas foras eum mittit. Nos ergo fratres per gratiam Christi euacuati omnibus malis, studeamus repleri abundantibus bonis: & quantum possumus, laboremus in locis vitiorum virtutes inducere: vt possimus ad misericordiam peruenire. *Tom. I.* Oritur cupiditas à voluntate, libro primo de libero arbitrio. Nulla res alia mentem cupiditatis comitem facit, quam propria voluntas & liberum arbitrium.

Tom. VIII. CVRA. Quam curam habet Deus. super Psal. cxlv. Cura est Deo de omnibus nõ ad præceptum, quia præceptũ soli homini dedit. Ergo præter hominẽ animalia ista pertinent ad curam Dei vt pascantur, non vt leges accipiant. Temporalis cura inutilis, in sermone de timore. Qui curis terrenis se implicat, à Deo se separat. *Diuitiæ agglutinatæ peccato.* Nunquam diuitiæ sine peccato acquiruntur. Si alter non perdit, alter non acquirit: gaudet qui acquirit, tristatur qui perdit. Multi de lachrymis alienis sperãt eleemosynas facere, vnũ expoliat, alterum sperat vestire: vnũ facit inanẽ, aliũ reficit. Eleemosyna cũ iniquitate acquisita abominabilis est apud Deum. qui de iniquitate sperat facere misericordiam, nihil boni operatur. Libro de vera innocentia, cap. cxl. Finis curarum, perfectio est desideriorum. Et in id quisque tendit ac nititur, vt ad illud perueniat quo delectatur. Sapientis ergo est appetere quod bonum facit, non id amare quod decipit.

CVRIA. Super Psal. cxxj. Tribus alio nomine dici possunt curiæ, sed nõ propriè. Nam propriè si dixerimus curias, nõ intelligũtur nisi curiæ istæ quæ sunt in ciuitatibus singulis singulæ. Vnde curiales & decuriones, id est quod sint in curia vel de curia: & nostis quod tales curias habent singulas singulæ ciuitates. Sunt autem vel erant aliquando in istis quoque ciuitatibus curiæ etiam populorum; & vna ciuitas multas curias habet, sicut Roma triginta quinque curias habet populi: & dicuntur tribus. Has populus Israel duodecim habebat, secundum filios Iacob. Duodecim tribus erant populi Israel.

CVRIOSITAS. Libro de agone Christiano. Omnis anima curiosa, indocta est. Non est curiosus Studiosus: libro de vtilitate credendi. Curiosus est, qui ea requirit quæ nihil ad se pertinent: Studiosus, qui quæ ad sese attinent requirit: Maximè quæ ad animum nutriendum liberaliter atque ornandum pertinent, impensissimè requirit.

Libro xiij. confessionum. Fastus elationis, delectatio libidinis, & venenum curiositatis motus sunt animæ mortuæ.

CVRSVS. Super Psal. lxxxij. Non pedibus, sed desiderio currimus. Nullus autem in hac vita peruenisse se dicat. quis enim potest esse perfectus tanquam Paulus? Et ait tamẽ. Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Est autem nunc tempus currendi. super Psal. cj. sermone primo. Nunc tempus est cum ædificatur Sion. Nunc intrant lapides in structuram. Perfecto ædificio vt dedicata domo quid curris sero quæsiturus, inaniter petiturus, frustra pulsaturus, foris remansurus cum quinque virginibus fatuis? Nunc ergo curre.

Sed quomodo currẽdum, libro de perfectione iustitiæ hominis, capi. xvij. Præcipitur bonum perfectio dilectionis, quamuis in hac vita nemo eam habeat. Non enim rectè curritur: si quomodo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Sic ergo curramus, vt comprehendamus. Omnes enim qui rectè currunt, comprehendent: non sicut in agone theatrico, in quo omnes quidem currunt, sed vnus accipit palmam. Curramus ergo credendo, sperando, desiderando. Curramus corpus castigando, & eleemosynas in bonis dandis, malisque ignoscendis, hilariter & ex corde faciendo, & currentium vires vt adiuuentur orando, & sic audiamus

diamus præcepta perfectionis, nec currere negligamus ad plenitudinem charitatis. Decursu verò temporalis vitæ, libro de vera innocentia. Cum præsentis vitæ cursus agitur, etiam si valde proficiat cuius exercitio exterior homo corrumpitur, & interior renouatur, necesse est tamen vt dum conditioni subiacet mortis, labores toleret vetustatis.

Cap. 135. Tom. III.

CVSTODIRE. Custodit Deus. lib. de vera innocentia, ca. xxx. Custodit nos Dominus ab omni malo, non vt nihil patiamur aduersi, sed vt ipsis aduersitatibus anima non lædatur. Cum enim tentatio adest, fit quidam in id quod nos impugnat introitus: & si cũ bono fine, id est, sine vulnere animæ tentatio cõsummatur, ad æternam requiẽ de profundo tẽporalis laboris exitur. In eodem li. ca. xxxvj. Omnis sancti ædificij status, sicut Deo operante proficit, ita Deo custodiente consistit: quoniam tũc vtilis præpositorum custodia est, cum spiritus Dei populo suo præsidet, & non solum greges, sed etiam ipsos dignatur custodire pastores.

Tom. III. Tom. eod.

In eodem, cap. ccclxxiij. Custodiam circa nos Dei, nõ tanquã carnaliter debemus accipere, velut vicissim nos seruent pater & filius, amborũ in nobis seruandi alternante custodia, quasi alius illo discedente succedat. Simul enim custodiunt pater & filius & Spiritussanctus, qui est vnus verus beatus Deus. Ideo cõsulit super Psal. cxx. Illum elige tibi custodem, qui nõ dormit neque dormitabit, & non mouebitur pes tuus. Deus nũquam est dormiens. Si vis ergo habere custodem non dormientem, Deum elige custodem, ne des ad mouendum pedem tuum. Libro de verbis Apostoli, sermone xj. Non fecit nos Deus & deserit. Non enim curauit facere, & non curat custodire. Et tota trinitas dicitur custodire, lib. supputationum, parte. iij. ca. ij. Rogo patrem per filium, rogo filium per patrem. Rogo, spiritum sanctum per patrem & filium, vt omnia vitia elongentur à me, & omnes sanctæ virtutes plantentur in me. Deus immense à quo omnia, & per quẽ omnia facta sunt, visibilia & inuisibilia, quæ opera tua extra circundas, & intus reples, & infra fers, custodi me opus manuum tuarum in te sperantem, & solummodo in tua custodia confidentem. Custodi me quæso hic & vbique, nunc & semper, intus & foris, ante & retro, supra & infra, & circũ circa, vt nullus pateat locus insidiis inimicorũ. Tu es Deus omnipotẽs, custos & ꝓtector oĩm sperãtiũ in te, sine quo nemo est tutus, nemo de periculis liberatus. Tu es Deus, & nõ est alius præter te, neq; in cœlo sursum, neq; in terra deorsum, qui facis magna mirabilia quorũ nõ est numerus. Quomodo homo custodire dicatur. lib. viij super Gen. Dictũ est de homine vt custodiret. s. ipsi sibi, ne aliq d amitteret quare inde mereretur expelli. Denique accepit & præceptũ vt sit per quod sibi custodiat paradisum, id est, quo cõseruato non inde proiiciatur. Rectè enim quisque dicitur nõ custodisse rẽ suã, qui sic egit vt amitteret eã, etiã si altera salua sit, qui eã

Tom. VIII. Tom. X. Cap. 10. Tom. III.

A vel inuenit, vel accipere meruit. De præceptorũ custodia, super Psal. cxviij. sermone v. Frustra custodiũtur præcepta Dei memoria, si nõ custodiũtur & vita. Nã quidã verba Dei tenendo, agũt ne obliuiscantur, nec agunt viuendo vt corrigantur. Tom. VIII.

CALENDAE. De calendis Ianuarij, in sermone de ipsa die in principio. Dies calendarum istarum fratres dilectissimi, quas Ianuarias vocant, à quodam Iano nomine homine perdito & sacrilego nomen accepit. Ianus autem iste, dux quidã & princeps Paganorum fuit, quem imperiti homines & rustici dum quasi regem metuunt, velut Deum colere cœperunt. Detulerunt enim ei illicitum honorem, dum in eo regiam expauescunt potestatẽ. Homines quippe stulti & ignorantes Deum, illos tunc maximè deos existimabant, quos inter B homines sublimiores esse cernebant. Ac sic factum est, vt vnius Dei cultus, ad multa Deorum vel potius dæmoniorum nomina transferrẽtur. Diem ergo calendarum hodiernarum, de nomine Iani, sicut iam dictum est, nuncuparunt, vtique dum illi homines Diuinos honores conferre cupiebant, & finem vnius anni & alterius initium deputauerunt. Et quia apud illos Ianuariæ calendæ vnum annum implere, alterum incipere dicebantur, istum Ianum quasi principiũ & terminum posuerunt, & vnum annum implere alterum incipere dixerunt. Et hinc est quod idolorum cultores ipsi Iano duas facies figurarunt, vnam ante ipsum, aliam post ipsum: vnam quæ præteritum annum videretur aspicere, aliã quæ futurum. Ac sic homines insipientes duas ei C facies deputando, dum eum Deum facere cupierunt, monstrum fecerunt. Voluerunt in Deo suo esse præcipuum Pagani homines, quod est etiam in pecudibus peruersum. Omnem rerum ordinẽ obscœnis deformitatibus tegunt, vtique vt tales fiant qui colunt, qualis est iste qui colitur. De his quæ fiunt ea die quo ad ludos, ibidem. In istis diebus miseri homines, & quod peius est, aliqui baptizati, sumunt formas adulterinas & mõstrosas. In quibus quidem quæ primum irridenda aut potius dolenda sunt attendite. Quis enim sapiens inueniri poterit credere aliquos sanæ mẽtis, qui ceruulũ faciẽtes, in ferarũ se volũt habitũ commutare? Alij vestiuntur pellibus pecudum, alij assumunt capita bestiarum gaudentes & exultan D tes, si taliter se in ferinas species esse videantur. Ex quo indicant & probant, non tam se beluinũ habitum habere, quam sensum. Nam quamuis similitudinem diuersorum animaliũ exprimere in se velint, certum est tamen in his magis cor pecudum esse quam formam. Non est ludentibus assistendum. in eodem circa finem. Qui in istis Calendis stultis hominibus luxuriose ludẽtibus, aliquam humanitatem impenderet, peccatis eorũ participẽ se esse non dubitet. Nã qui de salute animæ suæ fœliciter cogitat, magis de illo dolere debet vel flere, quã cũ illis vel de illis infœlicẽ risum suũ animo relaxare. Vos aũt fratres q Deo propitio

Ianus quis. Personati homines.

propitio quotidie clamare consueuistis, Oculi
Spectatores vanitatum. mei semper ad Dominum: Et iterum, Ad te leua
ui oculos meos, qui habitas in cœlis: non oportet
vt oculi qui assidue in Ecclesia vigilãtes ad Deũ
sanctificantur, videndo luxuriam stultorum ho-
minum polluantur. Magis declinare debetis at-
que despicere opera diaboli, vt in vobis integra
permaneat charitas Christi. Clamate ergo cum
propheta dicẽtes, Auerte oculos meos ne videãt
vanitatem: timentes illud, quod ait Apostolus,
Non potestis calicem Domini bibere & calicẽ
dæmoniorũ: non potestis mensæ Domini parti-
cipes esse, & mensæ dæmoniorum. Sed credo de
Dei misericordia, quod ita per vestram castiga-
tionem illorum stultitia corrigenda est, vt nõ so
lum pro vobis, sed etiam pro illis qui vestro exẽ
plo proficient, duplicia vobis à Domino præmia
rependentur. De illis quæ fiunt quo ad super-
stitiones. in eodem circa medium. Etiã illas ob-
seruationes velut venena diaboli respuite: quas
quod peius est, plures in populo Christiano ob-
seruare non erubescunt. Sunt qui calendis Ianua
riis auguria obseruant, vt focum de domo sua,
vel aliud quodcunque beneficium cuicunque pe
Mores sacrilegi. tenti non tribuant. Diabolicas strenas & ab aliis
accipiunt, & ipsi aliis tradunt. Alij quidam etiam
rustici mensulas in ista nocte quæ præteriit, mul
tis rebus quæ ad manducandum sunt necessariæ
componentes, tota nocte sic compositas volunt
esse. Credentes quod illis calendæ Ianuariæ præ-
stare possint, vt per totum annum conuiuia illa
in tali abundantia perseuerent. Et in sermo-
ne ij. eiusdem diei post medium. Nouum annum
Ianuarias appellant calendas cum vetusto sem-
per horrore sordescant. Auspicia etiam vanissi-
mi colligere se dicunt, ac statum vitæ suæ inani-
bus indiciis existimantes, per incerta auium fe-
rarúmque signa, imminentis anni futura riman-
tur. Cum apud Deum solum sit notitia futurorũ,
& legalis authoritas ista prohibeat dicens, Ne
auspicemini, nec auguriis attendatis. Et ideo
monendum ne talia fiant. in prædicto sermone j.
Et quia Deus vobis placatus inspirare dignatus
est, vt pro amore fidei ista miserabilis cõsuetũdo
de hac ciuitate ad integrũ tolleretur, rogo vos,
vt vobis non sufficiat, quod ipsi hoc malum Deo
donante non facitis, sed vbicunque alibi fieri vi-
deritis, arguite, castigate, corripite, & vestro salu
bri consilio ab isto miserabili sacrilegio stultos
homines remouete, vt ad integrum vos Diuinæ
misericordiæ consecretis. Et infra subdit assi-
gnando etiam causam. Quia sicut scriptum est,
Modicum fermenti totam massam corrumpit:
Ista & alia his similia, quæ longum est dicere,
quæ ab imperitis aut parua, aut nulla peccata es-
se creduntur, à vestris ordinate familiis remoue
ri. Et hoc præcipite, vt sic calendas istas colant,
quomodo aliorum mensium colere solent. Qui
enim de Paganorũ aliquid consuetudine in istis
diebus obseruare voluerint, timendum est eis ne
nomen Christianum prodesse non possit. Et
ideo sancti antiqui patres considerantes maximã

A partem diebus istis gulæ vel luxuriæ deseruire,
ebrietatibus, & sacrilegis saltationibus insanire,
statuerunt per vniuersum mundum, vt per om-
nes Ecclesias publicum indiceretur ieiunium:
vt agnoscerent miseri homines, tantum se malũ
facere, vt pro illorum peccatis necesse esset om-
nibus Ecclesiis ieiunare. Ieiunemus ergo fratres
in istis diebus, & cum vera & perfecta charitate
stultitiam miserorum hominum lugeamus: vt
vel sic intelligant malum suum, dum pro se pu-
blicũ viderint obseruare ieiunium. Neque enim
desperandum est quod illos possit Deus nostra
oratione vel castigatiõe corrigere, qui per Apo-
stolum suum ineffabili pietate promisit dicens,
Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ
suæ, saluabit animam suã à morte, & operit mul-
B titudinem peccatorum.

CHRISTVS. De Christi nomine, lib.
bro de ciuitate Dei. xvij. Christus à chri
smate dicitur. Vnxit enim illum Deus,
non visibili, sed spirituali & intelligibili chris-
mate. Libro de vera innocentia. Christi nomẽ *Cap. Tom.*
à chrismate est, id est ab vnctione: quia ideo
omnis Christianus sanctificatur, vt intelligat se
non solum sacerdotalis & regiæ dignitatis esse
consortem, sed etiam contra diabolum fieri lu-
ctatorem. In sermone v. de aduentu in carne.
Ab vnctione quippe, quod Græcè χρῖσμα dicitur,
Christus est appellatus. Ipse est Deus vnctus à
Deo, qui & cum cæteris sacramentis ipsam car-
nem in spiritalem mutauit vnctionem. In
sermone cõtra Arrianos. Dominus noster Iesus
C Christus quantum animaduertere potuimus per
paginas sanctas, tribus modis nominatur: quãdo
prædicatur siue per legem, siue per Prophetas, si-
ue per epistolas Apostolicas, siue per fidem rerũ
gestarum, quas in Euangelio cognoscimus. Pri-
mus modus, est secundum Diuinitatẽ patri coæ-
qualem & coæternum ante assumptionem car-
nis: ad quod pertinet illud quod nobilissimum &
præclarissimum est in Euangelio secundum Ioã *Ioã.*
nem, In principio erat verbum &c. Alter mo-
dus est, cum assumpta carne iam idem Deus qui
homo, & idem homo qui Deus, secundum quã-
dam suæ excellentiæ proprietatem, qua cæteris
coæqualibus hominibus mediator & caput Ec-
clesiæ esse legitur & intelligitur: quomodo eum
prædicat eadem scriptura. verbum, inquit, caro *Ioã.*
D factum est &c. Tertius modus est quodammo-
do totus Christus in plenitudine Ecclesiæ, id est,
caput & corpus secundum plenitudinem perfe-
cti cuiusdam viri, in quo viro singuli membra su
mus: quod credentibus prædicatur, & prudenti-
bus cognoscibile offertur apud Isaiam, vbi ait, ve
lut sponso alligauit mihi mitram, & velut spon-
sam induit me ornamento. Eundem dixit spon-
sum secundum caput, & sponsam secundum cor-
pus: duo videntur, & vnius est alloquium Vn- *Tim.*
de rex & sacerdos fuit. Super Psal. cxlix. Chri-
stus à chrismate dictus est, idest ab vnctione.
Reges autem vngebantur & sacerdotes. Ille ve-
rus vnctus est, & rex, & sacerdos. Rex pugnauit
pro nobis

pro nobis, sacerdos obtulit se pro nobis. Quando pro nobis pugnauit quasi victus est, iure vicit. Crucifixus est enim, & de cruce sua in qua erat fixus, diabolum occidit: & inde rex noster. Sacerdos autem, quia se pro nobis obtulit. Date sacerdoti quod offerat. Quid inueniret homo quod daret? Mundam victimam. Quid mundum potest offerre peccator? O inique, ò impie, quicquid obtuleris immundum est, & aliquid mundũ Deo pro te offerendum est. Quære apud te quid illi offeras, non inuenies. Non delectatur arietibus, nec hircis, nec tauris. Omnia sunt ipsius, & si nõ offeras. Offer ergo illi mundum sacrificium. Sed peccator impius es, inquinatam conscientiam habes. Poteris fortè aliquid mundum offerre purgatus: Sed vt purgeris, aliquid pro te offerendum est. Quid ergo pro te oblaturus es, vt munderis? Si mundatus es, poteris offerre quod mundũ est. Offerat ergo seipsum mundus sacerdos, vt mundet. Hoc est quod fecit Christus. Nihil mundum inuenit in hominibus quod offerret pro hominibus, seipsum obtulit. Munda victima, fœlix victima, vera victima, hostia immaculata. Non ergo hoc obtulit quod nos illi dedimus: imo hoc obtulit, quod à nobis accepit, & mundum obtulit. Carnem enim à nobis accepit, hanc obtulit. Sed vnde illam accepit? De vtero virginis Mariæ, vt munda offerret pro immũdis. Ipse ergo rex, ipse sacerdos, in illo lætemur. Lib. lxxxiij. quæstionum. Dominus noster Iesus Christus rex & sacerdos nobis est, qui pugnando pro nobis, vincendi demonstrauit exemplum, in carne mortali peccata nostra suscipiens, tentationibus inimici, neque illecebrosis, neque terribilibus cedens: Postremo exuens se carne, Principatus & Potestates expolians fiducialiter, & triumphans eos in semetipso. Itaque ipso duce ab oneribus & laboribus huius peregrinationis nostræ, tanquam ab Aegypto liberamur, & persequentia nos peccata sacramento baptismatis nobis euadentibus obruuntur. Quandiu in spe sumus eius promissionis, quam nondum videmus, tanquam per deserta ducimur, consolante nos in sanctis scripturis verbo Dei, sicut illos mãna de cœlo. Et eodem ipso duce in Hierusalem cœlestem, tanquam in terrã promissionis introduci nos posse præsumimus, & in æternum ibi regnante ipso & custodiente seruari. Ita Dominus noster Iesus Christus rex noster ostenditur. Ipse etiam sacerdos noster in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui seipsum obtulit holocaustũ pro peccatis nostris, & eius sacrificiis similitudinem celebrandam in suæ passionis memoriam commendauit; vt illud quod Melchisedech obtulit Deo, iam per orbem terrarum in Christi Ecclesia videamus offerri. Lib. j. de consensu quatuor Euangelistarum. Dominus Iesus Christus vnus verus rex, & vnus verus sacerdos; illud ad regendos nos, istud ad expiandos, has duas personas apud antiquos patres sigillatim commendantes, suam figuram egisse declarauit. Siue titulo illo qui cruci superfixus erat, Rex Iudæorum: vnde arcano instinctu

Nos per Christum mundati. — *Quæst. 61. Tom. IIII.* — *Cap. 3. Tom. IIII.* — *Christus Rex & Sacerdos.*

A Pilatus respondit. Quod scripsi scripsi. Prædictũ quippe erat in Psal. Non corrumpas tituli inscriptionem. Siue quod ad personã sacerdotis attinet in eo quod nos offerre atq; accipere docuit: vnde Prophetiam de se præmisit dicentem. Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech: multisque aliis documentis Diuinarum scripturarum, rex & sacerdos Christus apparet. Ideo super Psal. lxxxv. Dominus noster Iesus Christus filius Dei orat pro nobis, orat in nobis, oratur à nobis. Orat pro nobis, vt sacerdos noster: orat in nobis, vt caput nostrum: oratur à nobis, vt Deus noster. Fuit autem in eo duplex natura siue substantia. super Ioann. Agnoscamus geminam substantiam Christi, Diuinam, scilicet, qua æqualis est patri, & humanã qua maior est patre. Vtrũ-B que autẽ simul, non duo, sed vnus Christus: ne sit quaternitas, nõ trinitas Deus. Sicut enim vnus est homo anima rationalis & caro, sic vnus est Christus Deus & homo: ac per hoc Christus est Deus anima rationalis & caro. Christũ in iis omnibus, Christũ in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mũdus? Christus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui. Idem de singulis quibus homo cõstat. Quis nõ est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola: dicitur ergo & in iis singulis Christus Iesus. Verum hæc omnia, non duo vel tres, sed vnus est Christus. Ideo ergo dixit discipulis. Si diligeretis me gauderetis vtique, C quia vado ad patrem: quoniam naturæ humanæ gratulandum est: eo quod sic assumpta est à verbo vnigenito, vt immortalis constitueretur in cœlo: atq; ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Hoc enim modo se iterum iturum dixit ad patrem: nam profecto ad illum ibat qui cum illo erat. Sed hoc erat ire ad eum, & recedere à nobis, mutare atque immortale facere, quod mortale suscepit ex nobis, & leuare in cœlum per quod fuit in terra pro nobis. Quis nõ hinc gaudeat, qui sic diligit Christũ: vt ad suã naturã iam immortalem gratuletur in Christo, atq; id se speret futurum esse per Christum? Et dixerat hoc breuius, eodem lib. Vna persona est Christus Deus, non duæ, ne fides nostra nõ sit trinitas sed quaternitas. Christus vnus D est: verbum caro anima, vnus Christus filius Dei, filius hominis: filius Dei semper, filius hominis ex tempore. Vnde vnus est secundum vnitatem personæ. Lib. de vera innocentia. Catholica fides, Dominum Iesum Christum & verum Deũ, & verum hominem credit & prædicat. Vtrunq; enim scriptum est, vtrunq; verum est. Qui Deum tantummodo asserit esse Christũ, & medicinam negat qua sanatus est: & potentiam qua creatus est. Qui hominem tantummodo asserit, Christũ Dei potentiã negat qua creatus est. Vtrunq; ergo anima fidelis & recta suscipere debet. Est Deus Christus, & est homo Christus: æqualis Deo Christus, æqualis patri, vnum cum patre: æqualis

Psal. 74. — *Tract. 68. Tom. IX.* — *3. Sent. dist. 22. cap. hic quæritur.* — *Io. 14.* — *Cap. 344. Tom. III.*

homo Christus virginis filius, trahens de homi- A
Cap.347. ne mortalitatem, non iniquitatem. Eodem lib. Vtrunq; oportet vt nouerimus in Christo, & vnum quo æqualis est patri: & vnum quo illo maior est pater. Illud verbum, illud caro: illud Deus, illud homo: sed vnus Christus Deus & homo.

Cap 359. Eodem lib. Qui sic cõfitetur Christum Dominum, vt eundem neget verum hominem, habentem scilicet vnitam sibi nostræ carnis animæque naturam, non est pro illo mortuus Christus, quia secundum hominem mortuus est. Non reconciliatur per mediatorem Deo, vnus est enim Deus, & vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Nec iustificatur per ipsum: quia sicut per inobedientiã vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita per obedientiam vnius hominis iusti constituuntur multi. Non resurget in resurrectione vitę, quia per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Nec vllus se beati Petri defendat exemplo, qui se multis lachrymis & accusauit, & lauit, vt principem suũ in Ecclesia nõ negationis sed pœnitentiæ imitatione sequeretur. In epistola ad Donatum tribunum de fide trinitatis. Sic autem filium patri æqualem veraciter dicimus, vt etiam minorem veraciter non negemus. Scimus enim filium Deum de natura natum patris Dei, natum etiã de natura virginis matris: ac per hoc verum Deum veritate paternæ naturæ, verũ etiam hominem de veritate maternæ substantiæ. Quem Diuinitatis æternitas ostendit sine initio natum, & temporalis susceptio carnis docet sine dubio minoratum. Aequalis igitur filius patri, & minor est filius patre: æqualis vera Diuinitate, minor vera humanitate: æqualis, quia In principio erat verbum, & Deus erat verbum: minor autem quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Aequalis, quia cũ in forma Dei esset nõ rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo: minor autem, quia se exinaniuit vsque ad mortem &c. Ibidem. Dei filius ante susceptionem carnis, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Non rapina illi fuerat, sed natura: quia in forma Dei veri, non nisi verus esse potuit Deus: & Diuinæ formæ vnitas, ipsa Diuinitatis vnius naturalis æqualitas. Vbi ergo formæ vnitas, & in natura erat ęqualitas, rapina non erat: naturalis autem Diuinitatis æqualitas, quæ in forma Dei erat, auferri à Deo vero non poterat: ideo est quod retinẽs veritatẽ Diuinitatis, & veritatẽ accipiẽs carnis, vnus idẽq; Dei atque hominis filius, & patri factus est minor, & patri permansit æqualis. Ideo vtrunq; ipsa veritas veraciter profitetur, sicut verus Deus est, sic verus est homo: in quo sicut est plenitudo Diuinę naturę, ita est & plenitudo humanę substãtię: inest enim illi naturalis veritas Diuinitatis, naturalis veritas animæ rationalis, & naturalis veritas carnis. Ac per hoc naturalis Diuinitas communis est illi cum patre: naturalis verò humanitas, communis est illi cum virgine matre. Sed secundũ Deũ inuisibilis est. Super Psal. cxxxviij. Christus secundum formam Dei, ęqualis est Patri, & humanis oculis inuisibilis est sicut & pater. Si enim sapientia humana videri non potest oculis, virtus & sapientia Dei videri carneis oculis quomodo potest? Venit autem in mundũ, & Cap.370.
mortuus est prędordinato ab eo tẽpore, Li. de vera Tom.III.
innocentia. Omne tempus ab illo est dispositum qui tempori subditus non est. Quoniam quæ futura erant per singula tempora, in Dei conscientia habent sufficientes causas, in qua nulla sunt tempora. Non ergo credatur hora passionis Domini fato vrgente venisse, sed Deo potius ordinante. Non enim syderum necessitas Christo intulit crucem, nec sydera coegerunt mori syde- B rum conditorem, qui intemporalis cum patre: sic tẽpus quo carne moreretur quemadmodum & quo de matre nasceretur elegit. De quo tem Tom.III.
pore dicit, lib. iiij. de tri. c. v. Octauo calẽdas Aprilis conceptus Christus creditur, quo & passus: ita monumento nouo, quo sepultus est, vbi nullus erat positus mortuorũ nec antea, nec postea, cõgruit vterus virginis quo est conceptus, vbi nullus seminatus est mortalium. Natus autẽ traditur octauo calẽdas Ianuarias. Ibi. c. vj. Crucifixus Christus est primũ Iudęorũ vocibus hora tertia, suspensus hora sexta, & spiritum tradit hora nona. Sepultus est autẽ cum iam sero factum esset: ab hora autem mortis vsq; ad diluculum resurrectionis, horæ quadraginta, vt etiam ipsa hora nona connumeretur. Cui numero congruit etiam C vita eius super terrã, post resurrectionẽ in quadraginta diebus. A vespere autem sepulturæ, vsq; ad diluculum resurrectionis, triginta sex horæ sunt. De tempore quo ad ætatem mundi. Lib. Tom.II.
lxxxiij. quæstionum, quæst. xliiij. Quare tãto post venit Dominus noster Iesus Christus, & non in principio peccati hominis? Quia omne pulchrũ à summa pulchritudine est, quod est Deus: tẽporalis autem pulchritudo rebus decedẽtibus succedẽtibúsq; peragitur. Habet autẽ decorẽ suũ in singulis quibusq; hominibus, singula quæq; ætas ab infantia vsque ad senectutem. Sicut ergo absurdus est qui iuuenilem tantum ætatem vellet esse in homine temporibus subdito: inuideret enim cæteris pulchritudinibus, quæ in cæteris ætatibus suas vices atque ordinem gerunt: sic absurdus est D qui in ipso genere humano vniuerso vnam ætatem desiderat: Nam & ipsum tanquam vnus homo ætates suas agit. Nec oportuit ei diuinitus venire magistrum cuius imitatione in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Soluit autem quomodo in iuuentute venit sed in senectute mundus erat, Libro primo retractationum. Hoc quod de iuuentute dictum est, ad vigorem feruorémque fidei refertur, quæ per dilectionẽ operatur: illud autem quod de senectute, ad temporum numerum. Potest enim intelligi vtrunque in vniuersitate hominum, quod non potest in ætatibus singulorum. Sicut in corpore non potest esse simul & iuuentus & senectus, in animo autem potest: illa propter alacritatem,

tatem, iſta propter prauitatem. Totum hominem aſſumpſit, lib.x. de ciuitate Dei. cap. xxvij. Propterea quippe totum hominem ſine peccato ſuſcepit, vt totum, quo conſtat homo, peccatorum peſte ſanaret. In vno ſermone, de reſurrectione Domini. Adã homo erat, filius hominis non erat. Ideo ſe Chriſtus aſsiduè dicit filium hominis: vt faciat nos recordari illum hominem, qui non fuit filius hominis: vt recordemur in illo mortem, in iſto vitam: in illo peccatum, in iſto remiſsionem peccati: in illo vinculum, in iſto liberationem: in illo damnationem, in iſto abſolutionem. Ante Chriſti incarnationem, de ipſius aduentu præceſsit fides & Prophetia. Libro primo quæſt. vet. & no. teſt. Deſcripta mundi fabrica verè primi hominis origine traducem Moſes tenuit generis Seth, qui redditus eſt pro Abel, & per ordinem venit ad Abraham patrem Iudæorum: vt oſtẽderet Abraham huic Deo crediſſe, qui opifex mundi eſt: & ipſum legem dediſſe, in qua futurus Chriſtus promiſſus eſt, qui liberaret genus humanum de dominio diaboli. Ex iis rationabilis probatur fides noſtra. Teſtimonium enim huic dat origo deſcripta, quia ab initio genus eſt chriſtianorum. Ex Seth enim filio Adæ venitur ad Enoch, ab Enoch ad Noe, ex Noe ad Abraham, ex Abraham deſcenditur ad Dauid, à Dauid ad Mariam, ex Maria de Spiritu ſancto naſcitur Chriſtus. Priores ergo omnes quotquot fidem habuerunt vnius Dei, quam ſaluator prædicauit, iure chriſtiani dicendi ſunt. Ab initio enim ſaluator promiſſus eſt venturus. Et ideo omnes per quos primo homine creato in mundo, tradux tenditur ad ſaluatorem, huius Dei fidem habuerũt. De quo Chriſtus loquutus eſt, dicẽs, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Poteſt dici econtra. Si ante chriſtiani fuerunt, quæ notitia per Chriſtum? hunc intelligentiæ profectum aduentus contulit Chriſti, quia prædicatio vnius Dei, oſtendit myſterium, & quid cuiq; perſonæ competat demonſtrauit, & ad explendam legis iuſtitiam, addidit quæ ſeruata erant. Ideo libro vigeſimo ſecundo, de ciuitate Dei. ca. ſexto. Chriſtus quanquam ſit cœleſtis & ſempiternæ conditor ciuitatis, non tamen eum, quoniam ab illo condita eſt, Deum credidit, ſed ideo potius eſt condenda, quia credidit. Roma Romulum conditorem ſuum iam conſtructa & dedicata, tanquam Deum coluit in templo: hæc autem Hieruſalem Chriſtum Deum cõditorem ſuum, vt conſtitui poſſet & dedicari, poſuit in fidei fundamento. Illa illum amando eſſe Deum credidit, iſta iſtum eſſe Deum credendo amauit. Sicut ergo præceſsit vnde amaret illa, & de amato iam libenter etiam falſum bonũ crederet: ita præceſſit vnde iſta crederet, vt recta fide non temerè, quod falſum, ſed quod verum erat amaret. Exceptis enim tot & tantis miraculis, quæ perſuaſerunt Deum eſſe Chriſtum, Prophetiæ quoque Diuinæ fide digniſsimæ præceſſerunt, quæ in illo

Cap. 27. Tom. III.
Tom. IIII. Quæſt 3.
Tom. V.
Io. 17.

ſicut à patribus adhuc credũtur implendæ, ſed iam in toto mundo demonſtrantur impletæ.

Lib. de vera innocentia. Plenitudo Diuinitatis in Chriſto dicta eſt corporaliter habitare, non quia Diuinitas corpus eſt, ſed quia ſacramenta veteris teſtamenti appellantur vmbræ futuri. Propter vmbrarum enim comparationem corporaliter dicta eſt in Chriſto plenitudo Diuinitatis habitare, eo quod in illo impleantur omnia quæ in illis vmbris figurata ſunt, ac ſic quodammodo vmbrarum præcedentium ipſe ſit corpus, hoc eſt figurarum illarum & ſignificationũ ipſe ſit veritas. Habet autem Chriſtus cauſa multiplicis effectus, cognomina plura, Lib. de ſalu. docu. Chriſtus redemptor noſter ideo dicitur, quia nos redemit à captiuitate diaboli: Saluator, nos ſaluando à peccatis noſtris: adiutor, adiuuando nos in opportunitatibus & in tribulatione: ꝓtector, protegendo nos, vt inter inimicos noſtros maneamus illæſi. Suſceptor, ſuſcipiendo nos in æterna tabernacula. Ideo voluntatem tanti amici noſtri totis viribus adimpleamus, & nobilitatem imaginis illius in nobis ſeruemus. Rememoremus ſemper quia inclytus & valde glorioſus imperator & amicus noſter eſt. Ipſe à nobis non aliud quærit munus, niſi ſpirituale. Caueamus in quantum poſſumus, ne aliquid in nobis inueniat, quod oculos eius offendat. Super Ioannem. ſermone xxxij. Chriſtus attulit veritatem vt doctor, manſuetudinem vt liberator, iuſtitiam vt cognitor. Fuit autem Chriſtus mediator. Libr. iiij. de Trinitate. cap. viij. Chriſtus mediator Dei & hominũ, Dei & hominis filius æqualis patri per Diuinitatis vnitatẽ, & particeps noſtri per humanitatis ſuſceptionẽ, patrẽ interpellãs pro nobis, per id quod homo erat. Super Ioannẽ. Chriſtus mediator Dei & hominũ, nõ inquantum Deus, ſed inquantum homo. Et profecto ſecundum id quod homo eſt, de illo legitur, & Ieſus proficiebat ſapiẽtia & ætate apud Deũ & homines. Secundũ hoc igitur rectè poſſumus dicere, quod cũ ad naturã Dei non pertineat humana natura, ad perſonam tamen vnigeniti filij Dei per gratiam pertinet humana natura: & tantam gratiam, vt nulla ſit maior, nulla ſit prorſus æqualis. Neque enim illam ſuſceptionem hominis vlla merita præceſſerũt, ſed ab illa ſuſceptione merita eius cuncta cœperunt. Probat vtilitatem huius & gratiam, libro cur, quando, & quomodo Deus homo. cap. decimo. Denique genus Adæ non mediocriter gaudeat, quando pro illa fœlici culpa priorum parentum talem promeruit habere redemptorem: qui multo maiora & chariora contulit hominibus, quam per Adam ſi non peccaſſet, conſequuturi eſſent. Adam quippe ſolummodo Angelis coæquandus erat, non præferendus: Sed modo gratia mediatoris caro noſtra ſuper Angelos eleuata eſt: iam Diuinitati vnita, ſicut Deus & Dominus Angelis omnibus dominatur. Hinc iam homo ineffabiliter iubilare poteſt, quando tam pium támque potentem habet aduocatum, qui in hoc quod homo eſt, ho-

Cap 29. Tom. III. Plenitudo Diuinitatis corporaliter in Chriſto.
Cap 8. Tom. IIII
Tom. III.
Tract 82. Tom. IX.
Luc. 2.

minibus libenter cōpatitur: & in hoc quod Deus est, potenter subuenire potest. Iam enim quodammodo non timendo optare, sed quadam humili authoritate nobis illam patriam possumus vendicare, quando illum qui se per carnem fecit fratrem nostrum, videmus supra omnia constitutum. Quia verò indubitanter scimus quod à patre suo super omnia potestatem accepit, satis possumus iam præsumere, & quadam congruenti fiducia caput erigere, in illam maximam domū patrisfamiliâs, in qua fratrē nostrum Deum videmus & Dominum. Adhuc aliquid maius per istum speramus quam per Adam primum habuissemus, scilicet familiarius de Diuinitatis dulcedine gustare: quia caro illa facta est vna cum Diuinitate persona, quam sancti æternaliter habebunt præsentem. Quia verò sponsus & caput Ecclesiæ est, ab illis aliquando nullatenus separari potest: quia nec sponsam sine sponso, nec membra esse conuenit sine capite. Per illum itaque & ab illo fideles accipient quicquid de Diuinitate cognoscent: de qua tanto perspicacius ac familiarius reficientur, quanto magis ipsum habebūt semper præsentialiter, in quo Diuinitatis plenitudo habitat corporaliter. Confidenter igitur de Domini misericordia præsumamus, atque cœlorum regno vim faciamus: quia ipsemet vult vt nos importunè ingeramus. Ex ore enim veritatis audiuimus, quia à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: videlicet insinuans, quia regnū quod solis iustis debetur, ex illis qui iniusti fuerant & peccatores impleatur. Iam pariter scelesti, & latrones, & meretrices, & prædones ad gratiam vocantur, quatinus patrisfamiliâs domus impleatur. Gratia quippe saluatoris istud concessum est mundo, vt quicunque illius triumphi signo bene munitus progreditur, licet non mereatur, tamen ob signaculi dignitatem ad regnum honorabiliter introducatur. Hanc quoque talem quasi violentiam pati delectatur ille, qui non iustos, sed peccatores vocare venit: cui quanto quis rectè fuerit importunior, tãto ad illius regnum erit efficacior: quia qui se sponte pro hominū salute vsque ad mortem humiliauit, bona sua à suis hominibus quasi rapi gaudenter aspicit. In sermone decimotertio, de Ascensione Domini. Sicut tunc cum apud nos in corpore esse dignatus est Christus, non defuit patri: ita nunc cum ad patrem reuersus est, non deest nobis. Non ergo abiecit nos tanquam alienos, nec deseruit: sed nobiscum est, & conuersatur nobiscum. Ipse est nunc mœstis consolator, laborātibus adiutor, periclitantibus auxiliator. Adest ipse miseris alleuamē, ipse afflictis opem suggerit. Nobiscum, inquam, est, nec solum laboribus nostris, sed & sermonibus, & cogitationibus interest: atque introspicit cor nostrum. Videt quid manus nostra, quid lingua, quid sensus parturiat. Vnde nobis magis sollicitè, piè, castéque viuendum est, cum agamus vtique cuncta sub oculis eius. Sed qualiter circa nos operatur ipse Christus, dicit libro contra perfidiā Arrianorum, c. xxxv. Quis sic deuiat à via veritatis, vt neget à Christo custodiri stans: lapsos autem in statum pristinum reformari, ignorantes doceri, obliuiscentes admoneri, peccantes argui, pigros hortari, errantes ad viam veritatis adduci, infirmos sanari, & cæcos illuminari? In sermone de dilectione inimicorum. Mundus vt seruiret idolis, inimicitiam indixit authori: & vt non obediret vni & vero Deo, monstris maluit innumeris subiacere: in odio creatoris faciēs deos, non causa iudicij, sed furoris. Non tamen hac impietate victa est inuicti pietas creatoris, sed in opifice amor operis, profanam superauit iniuriam, & facturæ dilectio, facta dissimulauit humana, sciens maioris esse gloriæ ignoscere, quam punire: & reparare perdita, quam sinere perire. Hinc est quod Deus intrat mundum, & terris miscetur & carni. Fit homo, implet hominis seruitutem, vt ipsum mundus Deum virtutibus hominem obsequio & passionibus comprobaret. Fecit ergo virtutes ad iudiciū Diuinitatis suæ, dedit cæco oculos, quos non dedit natura nascenti: inde ei format oculos, vnde initio fecerat hominem. Nam sputo suo baptizat lutum, vt immaculatus limus sicut in principio, Diuinis manibus tractaretur, & ipsum esse authorē hominis, factura luminum perdoceret. Fugauit dæmones imperio cœlesti: & crudeli captiuitate possessos, ad suam reducit liberos seruitutem. Membra Paralitici soluta cōstringit, vt inde corporis eorum decus suæ imagini subiaceret. Vitæ mortuos reddidit, animas in membra iam fœtētia iubet redire, vt geminata virtus & mortem pelleret, & fœtorem. Verùm quia timorem virtus, familiaritas dat amorem: vadit ad conuiuia, nuptias non declinat, & per omnia omnibus toto iungitur blandimento. Ac postremo patitur, moritur, sepelitur, & hominem quem pro amore mundi suscepit, deponit. Nec tamen malitia mundi sic superata est, sed virtutes eius sæua interpretatione memorabat, communicationem pro vilitate contemnebat, mortem dabat carni, non amori: tamen ille bonus inexhaustam pietatis suæ tenuit largitatem, vt faceret gloriosam de pietate victoria, & tristē nō faceret de seueritate vindictam. Ergo diligamus inimicos, & oremus pro persequentibus nos, vt possimus & nos non de inimicitiis, sed de amicitiis gloriam Deo & de persequentibus sanctam reportare victoriam. Super Psal. centesimumvigesimumoctauum. Est Christus exoratio pro peccatis nostris, ipse est vita æterna sine peccato, ipse est vita æterna sine supplicio. Ideo libro primo, de peccatorum meritis & remissione, & baptismo paruulorum. Quemadmodum omnes omnino pertinentes ad generationem voluntatis carnis non moriuntur nisi in Adam, in quo omnes peccauerunt: sic ex iis omnes pertinentes ad generationem voluntatis spiritus, nō viuificabuntur nisi in Christo

Christo, in quo omnes iustificantur: quia sicut per vnum omnes ad condemnationem, sic per vnum omnes ad iustificationem. Nec est vllus vllus locus medius, vt possit esse nisi cum diabolo, qui non est cum Christo. Operatur autem hæc omnia cum patre Christus, Libro de vera innocentia.c.cccxxiij. Quod pater cum Christo facit, Christus facit: quod Christus cum patre facit, pater facit: nec seorsum facit, nec seorsum aliquid agit, inseparabilis est charitas, sicut ipse Dominus dicit, Ego & pater vnum sumus. Et verè dicuntur hæc omnia de Christo. eodem lib.c. cccxxv. Sic est veritas Christus, vt totum verum accipiatur in Christo: verum verbum Dei, Deus æqualis patri: vera anima, vera caro: verus homo, verus Deus: vera natiuitas, vera passio: vera mors, vera resurrectio. Si aliquid horum dixeris falsum, intrat putredo: de veneno serpentis nascuntur vermes mendaciorum, & nihil integrum remanebit: quia vbi fuerit falsi alicuius corruptio, ibi veritatis integritas non erit. Vnde Lib.j.de consensu quatuor Euangelistarum. Ita sentiunt etiam inimici Christi, ad suadendum quod proferunt contra doctrinam Christi, nullum sibi esse pondus authoritatis, si non habeāt nomē Christi. Ideo sequendus est Christus, Lib.de vera innocentia. Sequamur Christum lumen verum, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ autem metuēdæ sunt morum, non oculorum: & si oculorum, nō exteriorum sed interiorum, vnde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum.

Tom.III.

Tom.IIII.

Cap:44. Tom.III.

Vnde lib.iij.contra Cresconiū grammaticum. Dixi plane & dico, Christus det fidem, Christus sit origo christiani, sit caput. Quia vt dicit super Psal.cxxvij. Christus qui absens est præsentia corporis, præsens est vigore maiestatis. Quare de fide Christi. In serm.v.de resurrectione Domini. In fide Christi totus mundus vnus est locus, à Deo hoc nomē per terras volauit, nauigauit per vndas: quia spiritus nō habet iter, nec fides aliquādo certum locum quærit. Cuius fides nō est neganda, super Ioan.serm.xxiij. Timendo carnis tuæ mortē, dabis mortem animæ tuæ: quanta enim vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christū. An Apostolus Petrus, sicut quidam eū fauore peruerso excusare nituntur, Christum nō negauit: quia interrogatus ab ancilla, hominem se nescire respondit? Confitetur autem ipse eum. lib. soliloquiorum ad Deum, ca.xxxij. Cognoui te Deum & Dominum Iesum Christū filium Dei vnigenitum, creatorem, saluatorē & redemptorem nostrū, & totius humani generis, quē confiteor ex patre genitū ante sæcula, Deū de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, nō factū sed genitū, consubstantialē & coęternum patri & Spiritui sancto, per quem omnia facta sunt à principio: firmiter credens, & veraciter confitens te Deū vnigenitū Iesum Christum, propter salutē hominū à tota trinitate cōmuniter incarnatū, ex Maria perpetua virgine Spiritus sancti cooperatione conceptum, verū homi-

Tom.IX.

Meditatio redēptionis per Christū.

A nē factū ex anima rationali, & humana carne subsistentem. Qui cum habes Diuinitatem vnigenite Dei impassibilis, sis pariter & immortalis, ꝓpter nimiam dilectionē tuam qua dilexisti nos, idem ipse Dei filius factus es secundum humanitatem passibilis & mortalis. Qui propter salutē humani generis vnice fili Dei in ligno crucis pati dignatus es passionem & mortē, vt nos à morte perpetua liberares: atq; inferos vbi sedebant in tenebris patres nostri, author luminis descendisti, die tertio gloriosus victor ab inferis ad superos resurrexisti, resumens sacrum corpus, quod ꝓ peccatis nostris mortuū iacuerat in sepulchro, & viuificās secūdū scripturas die tertia, vt ipsum in patris dextera collocares. Assumpta nanque
B tecum ex inferis captiuitate quā captiuauerat antiquus hostis, inimicus humani generis, verus Dei filius cū nostrę carnis substātia, id est, cū anima & carne humana ex virgine assumpta, super omnes cœlos ascendisti, transcendens ordines Angelorum: vbi sedes ad dexteram Dei patris, vbi est finis vitæ, & lumē inaccessibile, & pax dei quæ exuperat omnem sensum. Ibi te Deum verum & hominem Iesum Christum adoramus, & credimus, confitentes te patrem habere Deum, indéq; venturum iudicem in fine sæculi expectamus, vt iudices viuos & mortuos, & reddas hominibus, bonis & malis secundum opera sua, quæ operati sunt in hac vita, vel præmium vel supplicium, prout vnusquisque dignus fuerit requie vel ærūna. Resurgēt enim illa die à voce virtutis tuæ ho
C mines quotquot humanam animam acceperunt in carne sua quam hîc habuerunt, vt totus homo pro meritis gloriam suscipiat vel gehennam. Tu es ipse vita & resurrectio nostra, quem saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Breuius hoc dicit Libro supputationum, parte secunda, *Lib medit. cap.18. Tom.IX.*

Spes mea Christe Deus, hominum tu dulcis amator,
Lux, via, vita, salus, pax atque corona tuorum,
Omnia pro quorum voluisti ferre salute,
Cernito vincla, crucem, vulnus, mortémque, sepulchrum.
Post tres inde dies deuicta morte resurgens.
Discipulis visus, nutantia corda reformans,
Luce quaterdena cœlorum summa petisti:
D *Viuis in æternum nunc & per sæcula regnans.*

Est nobis Christus omnis virtus & omne bonum. eodem libro & parte. Tu es Christus pater meus sanctus, Deus meus pius, rex meus magnus, pastor meus bonus, magister meus vnus, adiutor meus optimus, dilectus meus pulcherrimus, panis meus viuus, sacerdos meus in æternum, dux meus ad patriam, lux mea vera, dulcedo mea sancta, via mea recta, sapientia mea præclara, simplicitas mea pura, concordia mea pacifica, custodia mea tuta, portio mea bona, salus mea sempiterna, misericordia mea magna, patiētia mea robustissima, victima mea immaculata, redemptio mea sancta, spes mea futura, chari- *Cap.eod.*

A tas mea perfecta, resurrectio mea vera, vita mea æterna, exultatio & visio mea beatissima & sine fine mansura. Te deprecor & supplico, vt per te ambulem, ad te perueniam, in te requiescam, qui es via, veritas & vita, sine qua nemo venit ad patrem. Super Ioannem, semone vigesimo. Ego sum via, veritas & vita. Ambulare vis, ego sum via: falli non vis, ego sum veritas: mori non vis, ego sum vita. Hæc tibi dicit saluator tuus. Non est quo eas, nisi ad me: nec quà, nisi per me. Multis assimulatur Christus, quæ non est propriè, super Psal. nonagesimum, sermone primo. Leo, & agnus, lapis, & vitulus, & si quid huiusmodi dicitur Christus: qui nec leo, nec agnus, nec lapis, nec vitulus, sed saluator omnium est Iesus Christus. Istæ enim similitudines sunt, non proprietates. B Dicitur autem lux propriè. Libro quarto, super Genes. Christus dicitur lux. Non quomodo dicitur lapis, sed illud propriè, hoc vtique figuratè. Est autem Christus vnigenitus & primogenitus. Super epistolã ad Romanos. Dicitur Christus vnigenitus & primogenitus: sed aliter, & aliter. Nam vbi vnigenitus dicitur, non habet fratres, & naturaliter est filius Dei, verbum in principio per quod facta sunt omnia: secundum susceptionem autem hominis & incarnationis dispensationem, per quam nos etiam non naturaliter filios in adoptionem filiorum vocare dignatus est, primogenitus dicitur cum adiunctione fratrum. Vbi enim primus dicitur, non vtique solus intelligitur, sed cũ sequuturis fratribus in id quod ipse præcessit.

Proposit. 56. Tom. IIII.

C De Christi humilitate quomodo necessaria & vtilis fuit, dicit in epistola ad Consentium de incarnatione verbi. Dominus Iesus Christus per nos ad nos venit, cum peccatores iustus inuenit, per stratum quodammodo humilitatis nostræ sed non cum morbo iniquitatis nostræ. Nam per animale nobis, hoc est, per mortale corpus apparuit, qui vtique si voluisset, cum corpore immortali primitus aduenisset. Sed quia nos humilitate filij Dei sanare oportebat, vsque ad nostram infirmitatem descendit, & fidei nostræ meritum ad præmium, virtute suæ resurrectionis ostendit. In epistola ad Madaurenses. Quoniam de vanitate superbiæ prius ad humilitatem deponendi sumus, vt inde surgentes solidam D celsitudinem teneamus, non potuit nobis hoc tanto magnificentius, quanto blandius inspirari, vt nostra ferocitas non vi, sed persuasione sedaretur, nisi verbum illud per quod se Angelis indicat Deus pater, quod virtus & sapientia eius est, quod corde humano visibilium rerum amore cæcato, videri non poterat, personam suam in homine agere atque ostendere dignaretur, vt magis homo timeret extolli fastu hominis, quàm humiliari exemplo Dei. Itaque Christus non regno terreno decoratus, nec Christus terrenis opibus diues, nec Christus vlla terrena dignitate præfulgens, sed Christus crucifixus per totum terrarum orbem prædicatur. Quod riserunt prius populi superborum, & adhuc reliquiæ eorum. Crediderunt autem prius pauci, nunc autem plurimi, quia tunc ad fidem paucorum, & contra irrisionem populorum, cum Christus crucifixus prædicaretur, claudi ambulabant, muti loquebantur, surdi audiebant, cæci videbant, & mortui resurgebant. Sic tandem aduertit terrena superbia, nihil in terrenis esse potẽtius humilitate Diuina, vt etiam saluberrima humilitas humana, contra insultantem sibi superbiam, Diuinæ imitationis patrocinio tueretur. Verum, vt dicit super Ioannem. Christum sic imitemur pia obedientia, vt ei nos comparare nulla præsumamus audacia. De cuius humilitate loquitur super Psa. Cũ Christũ nomino, fratres mei, magna nobis humilitas commẽdatur: viam enim nobis fecit per humilitatẽ. Quia per superbiam recesseramus ab eo, redire ad eum nisi per humilitatem non poteramus. Et quem nobis proponeremus ad imitandum, non habebamus. Omnis enim mortalitatis hominum superbia tumuerat, & si existeret aliquis humilis vir in spiritu, sicut erant Prophetæ & patriarchæ, dedignabatur genus humanum imitari humiles homines. Ne ergo dedignaretur homo imitari humilem hominem Deus factus est humilis, vt vel sic superbia generis humani non dedignaretur sequi vestigia Dei. In sermone primo, super illud, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius sit? Exinaniuit se sumendo quod non erat, non perdendo quod erat. Humiliauit se cum esset Deus. Apparuit homo contemptus in terra ambulans, qui cœlum fecit. Contemptus quasi homo nullius virtutis. Non solum contemptus, sed insuper etiam occisus. Sed ideo dignatus est sic fieri homo, ne periret homo. Factus est qui fecit, ne periret quem fecit. Homo verus Deus, verus Deus & homo, totus Christus. Lib. de fide & symbolo quẽ scripsit in Affricano cócilio Hipponiæ celebrato. Eadem sapientia quæ ex Deo genita est, dignata est etiam in hominibus creari. Quo pertinet illud, Dominus creauit me initio viarũ suarũ: viarum enim eius principium & caput Ecclesiæ quod est Christus homine indutus, per quem viuendi exemplum daretur nobis. Hæc via certa qua peruenimus ad Deum. Non enim redire possumus nisi humilitate, qui superbia lapsi sumus, sicut dictum est primis hominibus, Gustate, & eritis sicut dij. Huius igitur humilitatis exemplum, id est, viæ qua redeundum fuit, ipse reparator noster in seipso demonstrare dignatus est, qui nõ rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo &c. Et infra subdit. Parua erat pro nobis Domini nostri humilitas in nascendo, accessit etiam vt mori pro mortalibus dignaretur: humiliauit enim se, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: ne quisquam nostrum etiam si posset, mortem non timere, aliquod tamẽ genus mortis, quod homines ignominiosum arbitrentur, horreret. Lib. de Trinitate. Sicut diabolus superbus homi-

Tom. II. Epist. 146.

Tom. II. Epist. 42.

Humilitas Christi humanæ superbiæ medetur.

Tract. Tom.

Cap. Tom.

Gen. Phil. Cap.

hominē superbientem perduxit ad mortem, sic Christus humilis humilem perduxit ad vitam. Quia sicut ille elatus cecidit & deiecit cōsentientem, sic iste humiliatus surrexit & erexit credentem. Libro viij. eiusdem cap. tertio. Christus factus est nobis via temporalis per humilitatē, qui māsio nobis æterna est per Diuinitatē. Quoniam quippe spiritibus mundis intellectualibus qui superbia non sunt lapsi in forma Dei, & vt idem Deo æqualis & Deus exemplum, redeundi etiam lapso exemplū præberet homini, qui propter immundiciam peccatorū pœnámque mortalitatis Deum videre non poterat, semetipsum exinaniuit, non mutando Diuinitatem suam, sed nostram mutabilitatem assumendo: & formam serui accipiens, venit ad nos in hunc mundum, qui in hoc mundo erat, quia mundus per eum factus est: vt exemplum sursum videntibus Deum, exemplum deorsum mirātibus hominem, exemplum sanis ad permanendum, exemplum infirmis ad conualescendum, exemplum morituris ad non timendum, exemplum mortuis ad resurgendum esset, in omnibus ipse primatum tenens.

Super psalm. lxiij. Parum erat Christo Domino hortari martyres verbo, nisi firmaret exemplo. Causa humilitatis dicit ipse, Libro de vera innocētia. Reliquit Christus patrem, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: hoc est enim reliquit patrem: non quia deseruit & recessit à patre, sed quia non ea forma apparuit hominibus, in qua æqualis est patri. Reliquit autem matrem relinquendo synagogam Iudæorum, de qua secundum carnem natus est, inhærendo Ecclesiæ quam ex gentibus cōgregauit. Vnde vt dicit, eodē Lib. cap. trecentesimo vigesimo nono. Deus factus est homo, quid futurus est homo propter quem Deus factus est homo? Et sicut nasci, ita & mori pro nobis voluntariè elegit. Libro decimo tertio de ciuitate Dei. cap. vigesimo tertio. Christus mori non necessitatem, sed potestatem pro nobis habere dignatus est. Tota Christi vita nostra est doctrina. Libro de catechizandis rudibus. Omnia bona terrena contempsit homo factus Dominus Christus, vt contemnenda monstraret. & omnia mala terrena sustinuit quæ sustinenda præcipiebat: vt neque in illis quæreretur fœlicitas, neque in istis infœlicitas timeretur. Natus enim de matre, quæ quamuis à viro intacta cōceperit, semperque intacta permanserit, virgo concipiens, virgo pariens, virgo moriens, tamen fabro desponsata erat, omnem typhum carnalis nobilitatis extinxit. Natus etiam in ciuitate Bethleem, quæ inter omnes Iudeæ ciuitates ita erat exigua, vt hodiéque villa appelletur, noluit quenquam de terrenæ ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam factus est, cuius sunt omnia, & per quem creata sunt omnia: ne quisquam cum in eum crederet, de terrenis diuitiis auderet extolli. Noluit rex ab hominibus

A fieri, quia humilitatis viam ostendebat miseris. quos ab ea superbia separauerat: quamuis sempiternum eius regnum vniuersa creatura testetur. Esuriuit qui omnes pascit, sitiuit per quem creatur omnis potus, & qui spiritualiter panis est esuriētium, fónsque sitientium. Ab itinere terrestri fatigatus est, qui se nobis viam fecit in cœlum. Velut ouis obmutuit & obsurduit coram conuiciantibus, per quem mutus loquutus est, & surdus audiuit. Vinctus est qui de infirmitatum vinculis soluit, flagellatus est qui omnium dolorum flagella de hominum corporibus expulit. Crucifixus est qui cruciatus nostros finiuit. Mortuus est qui mortuos suscitauit, sed & resurrexit nunquam moriturus, ne ab illo sic quisquā disceret mortem contemnere, quasi nunquam futurus.

B In supradicta epistola ad Consentium. Quid est quod qualis terrenus tales & terreni: nisi mortales ex mortali? Illud per Adā, sed hoc per Christum. Dominus enim ad hoc terrenus factus est cum esset cœlestis, vt eos qui terreni erant faceret cœlestes. In hoc enim ideo ex immortali mortalis factus est, assumendo serui formā, non Dei mutando naturam: vt eos qui mortales erant faceret immortales, impartiendo Dominicam gratiam, non seruilem iniuriam retinendo. In sermone de redditione symboli. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Per hanc formā inuisibilis visus est, quia natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. In hac forma serui omnipotens infirmatus est, quia passus est sub Pontio Pilato. Per hanc formam serui immortalis mortuus est, quia crucifixus est & sepultus. Per hanc formam serui rex sæculorum die tertia resurrexit. Per hanc formam serui visibilium & inuisibilium creator ascendit in cœlum, vnde nunquam recessit. Per hanc formam serui sedens ad dexteram patris qui est brachium patris, de quo dicit Propheta. Et brachium patris cui reuelatum est? in hac forma serui venturus est iudicare viuos & mortuos, in qua particeps esse voluit mortuorum, cum sit vita viuorum. Per ipsum nobis Spiritus sanctus missus est, & ab illo. Spiritus patris & filij, ab vtroque missus, à nullo genitus. Vnitas amborum æqualis ambobus: hæc Trinitas, vnus est Deus. In Enchiridion. Quicquid gestum est in cruce Christi, in sepultura, resurrectione tertia die, ascensione in cœlū, & sessione ad dexteram patris, ita gestum est, vt iis rebus non mysticè tantum dictis, sed etiam gestis configuraretur vita Christiana quæ hîc geritur. Nam propter eandem crucem dictum est. Qui autem sunt Iesu Christi, carnem suam crucifixerūt cum passionibus & concupiscentiis. Propter sepulturam, Cōsepulti enim sumus Christo per Baptismum in mortem. Propter resurrectionē, vt quēadmodū Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, propter ascensionem eius in cœlum & sessionem ad dexteram patris. Si iam resurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est

Marginalia: [Christus hu]milis humi[lem] perduxit. — [Cap.] III. — Trac. Tom. — Cap. 327. Tom. III. — Cap. Tom. III. — Cap. Tom. IIII. — Serm. Phil. Cap. — Tom. II. Epist. 146. — Gesta Christi in forma serui. — Cap. 54. Tom. III. — Gal. 5. — Rom. 6. — Col. 3. — C — D

in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terrã. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Distinguit tamen de operibus eius. Super psal. cix. Aliquid est quod transitorium Dominus fecit: est autem aliud quod stat. Aliud est, inquam, transitorium Domini, aliud stabile Domini. Transitoriũ Domini, fuit virginis partus, verbi incarnatio, ætatũ gradatio, miraculorum exhibitio, paßionũ perpeßio, mors, resurrectio, & ascensio: hoc totum transitorium fuit. Vnde Libro iiij. confeßionum. Non est requies vbi quæritis eam. Quærite quod quæritis, sed ibi non est vbi quæritis. Beatã vitam quæritis in regione mortis: non est illic. Quomodo enim est beata vita, vbi nec vita? Et descendit huc ipsa vita nostra, & tulit mortẽ nostram, & occidit eam de abundantia vitæ suæ, & intonuit clamans, vt redeamus hinc ad eum in illud secretum, vnde proceßit ad nos, in ipsum primum virginalem vterum, vbi ei nupsit humana creatura caro mortalis, ne semper esset mortalis, & inde velut sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam. Non enim tardauit, sed cucurrit clamans dictis, factis, morte, vita, descensu, ascensu, clamans vt redeamus ad eum. Et disceßit ab oculis, vt redeamus ad cor, & inueniamus eum. Absceßit enim, & ecce hîc est. Noluit nobiscum diu esse, & non reliquit nos. Illuc enim absceßit, vnde nunquam receßit, quia mundus per eũ factus est, & in mundo erat, & venit in hunc mundum peccatores saluos facere, cui confitetur anima mea vt sanet eam, quoniam peccauit illi. Filij hominum quousque graui corde? Nunquid & post descensum vitæ nõ vultis ascẽdere & viuere? Sed quò ascenditis quando in alto estis, & posuistis in cœlo os vestrum? descẽdite vt ascendatis, & ad Deũ ascendatis. Cecidistis enim ascendendo contra Deum.

Tom. VIII.

Cap. 12.
Tom. I.

Psal. 18.

Ideo Libro de salutaribus documẽtis. Hæc frater charißime meditemur. Hoc in animo firmiter teneamus, & caueamus ab omni peccato & iniquitate, in verbo, in facto, in cogitatiõe, in manibus & pedibus, in visu & auditu, custodiamus corpus & animam. Christus enim Dominus noster, qui est Deus & Dei filius, descendit de cœlo in terram, vt nos de terra ad cœlum secum portaret. Pro nobis peccatoribus crucem ascendit, vt nos à cruciatu diaboli liberaret. Ab inimicis pœnam suscepit, vt nos de pœna sempiterna eriperet. Mortem suscepit, vt de morte erueret. A mortuis resurrexit, vt nos resurgamus anima & corpore in die magno iudicij. Libro de catechizandis rudibus. Quis non redamare affectet iustißimum & misericordißimum Deum, qui sic amauit iniustißimos & superbißimos homines, vt propter eos mitteret vnicum filium, per quem fecit omnia? Qui non sui mutatione, sed hominis assumptione homo factus, nõ solum eis viuere, sed & vt pro eis & ab eis posset occidi, dedit. Propterea dicit in prologo libri contra epistolas Pellagianorum ad Bonifacium Papam.

Tom. IIII.

Tom. IIII.

Tom. VII.

A Amicitia non aliunde quam ex amore nomẽ accepit: & nusquam nisi in Christo fidelis est, in quo solo esse etiam sempiterna ac fœlix potest. Concludit super Ioannem, sermone decimo tertio. Aliquem hominem amare pro Christo, adulterium est. Ipse in omnibus Deus & homo fuit. Libro contra Felicianum. Absit à fidelibus ista suspicio, vt sic Christus senserit mortem nostram, vt quantum in se est vita, perderet vitam. Nanque si hoc ita esset, quomodo illo triduo potuisse dicimus aliquid viuere, si vitæ fontem credimus aruisse? Sensit igitur mortem Diuinitas Christi participatione humani affectus, quem sponte sua suscepit, non naturæ suæ potentiam perdidit, per quam cuncta viuificat. B Sic in sepulchro carnem suam commoriendo non deseruit, sicut in vtero virginis & nascendo formauit. Et sic in vtroque & nasci & mori non coactus ab altero sed sponte Dominus voluit, vt hoc eum constet pertulisse quod fecit. Nec ideo non patientem, quia ipse faciebat: nec ideo non facientem, quia non alius tolerabat. Nam si Dominicæ incarnationis mysterium, salua indiuiduæ Trinitatis cooperatione consideres: idem sibi in hac humilitate author & opus est: idem author, quia sponte nascitur, sponte patitur: idem opus, quia vtrunque, licet non alio cogente, solus tamen ipse perpetitur. Fecit carnem in vtero matris, habes authorem operis: ipse in hac nasci dignatus est, habes opus authoris. Vna tamen persona est, salua vtriusque proprietate substantiæ & authoris C & operis. Sic ergo mortuus est non discedente vita, sic passus est non pereunte potentia. Nemo aufert animam eius ab eo: quia potestatem habet ponendi, & potestatem assumendi eam, habes etiam hîc authorem operis: ponit animam pro amicis suis, habes opus authoris. Quod vt generali concludam definitione, quoties in carne Christus aliquid patitur, opus authoris est. Sed quia idipsum sua potestate, non alio cogente perpetitur, ipse author est operis. Non ergo ad Mariam locali motu verbi Diuinitas venit, sed ineffabili potentiæ suæ manifestatione, & vterum matris gignendus impleuit, & quod totum est, substantiæ suæ plenitudine non priuauit. Non dimisit patrem cum venit ad virginem, vbique totus, vbique perfectus, D quia nec diuisionem incorporei simplicitas recipit, & patris nomen plenitudo non nouit. Erat ergo vno atque eodem tempore ipse totus etiam in inferno, totus in cœlo: illic patiens iniuriam carnis, hîc non relinquens gloriam Deitatis. Erat apud inferos resurrectio mortuorũ, erat super cœlos vita viuentiũ. Verè mortuus, verè viuus: in quo & mortẽ susceptio mortalitatis excepit, & vitam Diuinitatis seruata non perdidit. Et in sermo. siue Homil. super illud, Exurgens Maria abiit in mõtana. Credimus Dei filiũ, & confitemur eum de virgine natũ. Laudemus miserationes eius, & glorificemus potẽtiam eius,

Cap. ... Tom. ...

Christ... ...

eius, quia ipse est rex gloriæ. Laudent eum cœli quos fecit, terra quam ipse constituit. Fundando maria, quæ ipse dilatauit, fundando ipse & creando vniuersa constituit, & melius restaurando reformauit. Ipse est enim totius potestatis summa, thesaurus virtutum, flos delectationū, amœnitas deliciarū, & veri amoris initium. Ipse conuiuium Angelorum, refectio Apostolorum, epulatio martyrum, flos Paradisi, gaudium beatorum, ipse pulchritudo veritatis, veritas pulchritudinis, dulcis in amplexu, suauis in gustu: ipse est odor vitæ, festiuitas sanctorum, rex regum & Dominus dominantium: ipse est amicus verus, consiliarius salutis, custos pacis, defensor immutabilis: in bello præpotens, in certamine victor, in opere iustus, in iustitia primus: ipse est gemma virtutum, ornamentum morum, pulchritudo animæ, diadema regni, flos gaudij, arbiter sæculi, paterfamiliâs cœli: ipse est vita credentium, salus sperantium, redemptor captiuorum, aduocatus causantium, lux fugans tenebras, reuocator errantium, pastor egentium, refocillatio deficientium, vita morientium, salus languentium, resurrectio mortuorum: hic est agitator Cherubin, pater Angelorum, rex Israël, architectus Hierusalem. Hic est qui extendit cœlum, suspendit terram, cōcludit abyssos, erumpit fontes, scindit flumina, statuit montes, mensus est maria, & omnia quæ vniuersitas continet ipse distinxit. Hic est Angelus pacis, & minister vitæ, visus in Prophetis, prædictus in Sanctis. Ipse lux spirituū, corona vincentium, auxilium pugnantium, adiutorium laborātium, securitas expectātium, vita omnium in se credentium: Qui caro factus in virgine, natus obstretricante pudicitia, & manibus Angelorum de ventre susceptus. Liberator sæculi prænunciatur à stella demonstratus, à Prophetis indicatus, à Magis adoratus, à pastoribus manifestatus, Emanuel vocatus, & Dei filius declaratus. Ipse est sapientia crescens, ætate proficiens, factus sub lege cum ipse sit potestas, factus sub imperio hominum in terris, cum ipse sit imperator in cœlis: qui fœlicitatem quam Adam perdidit, filiis redonauit: paradisum aperuit, libertatis ianuam reserauit, cœlorum regnum credētibus patefecit. Quod in Paradiso patent ianuæ, victoria est Christi, qui non sibi, sed nobis omnibus vicit. Gloriam quam Adam in ligno præuaricationis perdidit, ipse per lignum suæ passionis recuperauit: & quod Adam nō habuit, cœlorum regnum, id est, æternam gloriam dedit: ad quam credentē latronē introduxit. Ipsa Maria credens eum concepit, & nos credentes perueniemus in cœlis eius merito, qui pro nobis natus est in terris: quem solum tam non maculat natiuitas prima, vt nos per eum mundet natiuitas secunda.

Tract. 97. Tom. IX. CHRISTIANVS. De nomine christianorum, super Ioannem. Nomē christianorum quando dici cœpit, scriptum est. in Antiochia enim primum post ascensionē Domini discipuli appellati sunt christiani, sicut legitur in Actibus Apostolorū: & Xenodochia & Monasteria postea sunt appellata nouis nominibus, res tamen ipsæ, & ante nomina sua erant, & religionis veritate firmantur, qua etiam contra improbos defenduntur. In sermone de Ioanne baptista. Præceptum fuit in lege, vt frater defuncti acciperet eius vxorem, & suscitaret semen fratris sui, id est, vt qui inde nasceretur, nomen haberet defuncti. Defunctus est Christus, coniugem eius, id est, Ecclesiam acceperunt Apostoli, quos de ipsa genuerunt, non Paulianos ac Petrianos, sed Christianos. Nomen tamen sine re inutile est. Libro de vita christiana. *Cap. 1. Tom. IX.* Christum vnctum interpretari, sapientium & fidelium nullus ignorat. Vnctos verò non nisi sanctos viros & satis Deo dignos semper fuisse manifestum est, nec alios quam prophetas, aut sacerdotes, aut reges. Et tam magnum fuit ipsius vnctionis mysteriū, vt in Iudaico populo, non omnes illud, sed satis pauci de plurimis mererentur accipere: & hoc vsq; ad aduentū Domini nostri Iesu Christi, quē Deus oleo lætitiæ, id est, Spiritu sancto præ cæteris consortibus suis vnxit. Ex quo tempore credentes illi & baptismatis ipsius sanctificatione purgati, non aliquanti, sicut in lege prius fuerūt, sed omnes in prophetis & sacerdotibus vnguntur & regibus. *Vnde dicti Christiani.* Cuius vnctionis quales esse debeamus admonemur exemplo, vt in quibus tam sancta est vnctio, sit non minus conuersatio. Ex sacramēto enim vnctionis huius & Christi & christianorum omnium, id est in Christo credētium, vocabulum descendit & nomen. Quod nomen ille frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur. Quid enim tibi prodest vocari quod non es, & nomen vsurpare alienum? sed si christianum te esse delectat, quæ Christi sunt gere, & merito tibi christiani nomen assume. *Monimentum nominis Christiani.* Aut forsitan non esse, sed vocari desideras: hoc satis fœdum & miserum est, te velle vocari quod non sis. Nemo enim ita transit ad Christum, vt christianus appelletur & non sit. Qui christianus dicitur, Christum se habere Dominum profitetur. Et verè habet, si ei in omnibus obsequatur & seruiat. Si quo minus: Christi ille non famulus, sed subsannator & irrisor, qui eius se seruum dicit, cui seruire dissimulat. Huic ergo geminum iudicium seruatur: & pro Dei subsannatione, quem sine causa Dominum appellauit, & pro qualitate peccati. Et in eodem infra. *Cap. 6.* Nec in hoc nobis quod nomine tantum christiani dicimur, blandiamur: sed propter hoc etiam iudicandos nos esse credamus, si nomen nobis frustra vendicemus alienum. Libro de blasphemia in Spiritum sanctum. *Lib. 1. de verb. Domini, serm. 11. Tom. X.* Nemo sibi de vocabulo blandiatur. Si vult sibi prodesse nomen Domini, recedat ab iniquitate qui inuocat nomen Domini. Super primam canonicam Ioannis. *Tract. 4. Tom. IX.* Quid prodest nomen, vbi res non est? quam multi vocantur medici, qui curare non norunt? Quam multi vocantur vigiles, qui tota nocte dormiūt? Sic multi vocantur christiani, & in rebus christiani

ſtiani non inueniuntur: quia hoc vocantur quod non ſunt, id eſt, in vita, in moribus, in fide, ſpe & charitate. In ſermone ij. de vita chriſtianorum. Non nobis ſufficit quia chriſtianũ nomen accepimus, ſi opera Chriſti non fecerimus. Illi enim prodeſt quod chriſtianus dicitur, q. caſtitatem diligit, ebrietatẽ fugit, ſuperbiã odit, & inuidiã velut venenũ diaboli reſpuit.

Serm.2.Dominic.1c.poſt Tri.ord.216. Tom.X.

Quia ſolummodo ſtare in Eccleſia non facit hoĩem eſſe chriſtianũ. Ideo narrat Victorinũ irriſoriè reſpõdiſſe ſic Simpliciano. Lib.viij.cõfeſ. cap.ij. Ergo ne parietes Eccleſiæ faciunt chriſtianos?

Tom.I. *Facetum.*

Et ideo antiqui iuſti fuerãt verè chriſtiani re, non nomine. Lib.iij. contra epiſtolas Pellagianorũ. cap.iiij. Omnes antiqui iuſti & ipſe Moſes teſtamenti miniſter veteris, hæres noui: quia ex eadem fide qua nos viuimus vna eadémque vixerunt, incarnationẽ, paſsionẽ, reſurrectionémq; Chriſti credentes futurã, quam nos credimus factã: vſque ad ipſum Ioannẽ baptiſtã, tanquã præteritæ diſpenſationis limitẽ quendã, qui mediatorẽ ipſum non aliqua vmbra futuri, vel allegorica ſignificatiõe, vel vlla prophetica prænunciatione venturũ eſſe ſignificãs, ſed digito demõſtrans ait. Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mũdi: tanquã dicẽs. Quã multi iuſti videre cupierunt, in quẽ venturũ ab ipſius humani generis initio crediderunt, de quo Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones. de quo ſcripſit Moſes, de quo lex & Prophetæ ſunt teſtes. Ecce agnus Dei, Ecce q. tollit peccata mundi. Ab hoc Ioanne & deinceps, cœperũt de Chriſto fieri præterita vel præſentia, quæ ab illis omnibus anterioris tẽporis iuſtis credebãtur, ſperabantur, deſiderabãtur futura. Eadẽ igitur fides & in illis, qui nondũ nomine, ſed re ipſa fuerũt antea chriſtiani, & in iſtis qui nõ ſolum ſunt, verumetiã vocantur chriſtiani, & in vtriſq; eadẽ gratia per Spiritũ ſanctũ. Vnde dicit Apoſtolus. Habẽtes eundem ſpiritũ fidei ſecundũ quod ſcriptũ eſt. Credidi propter quod loquutus ſum: & nos credimus, propter quod & loquimur.

Tom. VII. *Eadem vtriuſque teſtamenti fides.* *Io.1.* *2.Cor.4* *Pſal.115.*

Vnde propter eos qui nomine tantũ dicuntur chriſtiani, dicit in ſermone de lucta Iacob, in prin. Sunt quidã eorum qui chriſtiani vocantur & non ſunt, quos partim diſiecit Eccleſia tanquã ſtercora, vt ſunt omnes hæretici, & omnes ſchiſmatici, qui etiã cõparãtur ſarmentis infructuoſis de vite præciſis: & paleis, quas ante ventilationẽ de area vẽtus carpit. Sunt autẽ alij qui intus mali ſunt, & in ipſa cõmunione catholica cõtinentur: quos neceſſè eſt vt toleret chriſtianus bonus vſq; in finẽ, quia vẽtilatio meſſis huius & areæ non erit, niſi in die iudicij. In ſermo. v. de ſabbato ſancto. Sunt chriſtiani mali qui vocantur fideles & non ſunt, in quibus ſacramenta Chriſti patiuntur iniuriam: qui ſibi viuũt, vt in Chriſto pereant, & alios perdant. Pereunt quippe malè viuendo, perdunt verò alios, malè viuendi exempla præbendo. Vos ergo dilectiſsimi, nolite talibus iungi. Bonos quærite, bonis adhærete, boni eſtote. Vnde nullus propter temporale commodum debet effici chriſtianus. Libro de catechizandis rudibus. Chariſsime accidit nonnunquam vt quiſquã veniat volens fieri chriſtianus, qui non ſit aliquo Dei timore percuſſus. Si enim commodum ſperare, vel incommodum vitare vult, non vult fieri chriſtianus, ſed fingere.

Tom.IIII.

Ideo Libr. de ſalutaribus documentis. A nullo quoque hominũ recedit Deus, niſi prius homo recedat ab eo. Nec iraſcitur nobis, ſed vitiũ quod contraximus odit. Non prodeſt nobis, imò obeſt Chriſti ſanguine eſſe redemptos, & voluntariè diabolo eſſe ſubiectos. Ideo cogitemus & recogitemus quod non propter fœlicitatem terrenã effecti ſumus chriſtiani, non propter diuitias huius ſæculi, vel propter iſtam vitam Chriſtũ colimus, ſicut ait Apoſtolus. Si in hac vita tantum in Chriſto ſperamus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Chriſtus enim ne aurũ diligeremus, oblata munera contemnere docuit: ne famẽ timeremus, quadraginta diebus ieiunauit: ne nuditatem pertimeſceremus, præter vnam tunicam aliam diſcipulis habere vetuit: ne tribulationes expaueſceremus, ipſas ipſe ſuſtinuit: ne mortem formidaremus, hanc ipſe ſuſcepit: & cum omnia iſta docuit, non tantum verbo, verum etiã exemplo ipſe præceſsit.

[Tom.] *[1.Cor.]*

Noſtra eſt vtilitas chriſtianos eſſe bonos. Super Ioannem. Non eſt beatior Chriſtus, ſi tu fueris chriſtianus. Bonum tibi eſt, vt ſis chriſtianus. Nam ſi non fueris, malum non erit Chriſto. Audi vocem pſalmiſtæ. Dixi domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorũ non eges. Si fueris ſine Deo, minor eris: ſi fueris cum Deo, maior Deus non erit. Nõ ex te ille maior, ſed tu ſine illo minor. Creſce ergo minor in illo. Noli te ſubtrahere vt quaſi ille deficiat. Reficieris ſi acceſſeris, deficies ſi receſſeris. Integer manet te accedente, integer manet te recedente vel cadente.

Tract. *Tom.*

Debet chriſtianus cauere à peccato, amore iuſtitiæ. Libro de catechizandis rudibus. Verè chriſtianus eſt cautus in omni tentatione, ne proſperis rebus corrumpatur, & ne frangatur aduerſis, & in abundantia bonorum terrenorum modeſtus eſt, & temperans, & in tribulationibus fortis & patiens: qui etiam proficiendo veniet ad talem animum, vt plus amet Deum quam timeat gehennam: vt etiam ſi dicat illi Deus. Vtere deliciis carnalibus ſempiternis & vt potes: Pecca: non morieris, nec in gehennam mitteris, ſed mecum tantummodo non eris: exhorreſcat, & omnino non peccet. Non iam vt in illud quod timebat, non incidat: ſed ne illũ quem ſic amat, offendat: in quo vno eſt requies, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quam præparauit Deus diligentibus ſe.

Tom.

Ideo debet eſſe iuſtus. Lib. de vita chriſtiana. Chriſtianus ille eſt, qui nõ nomine tantũ, ſed & opere Chriſtũ in omnibus imitatur & ſequitur: qui ſanctus, innocens, incontaminatus, intactus eſt. Cuius in pectore ſola pietas conſiſtit & bonitas, qui nemini nouit nocere, neminem lædere: ſed omnibus opem ferre. chriſtianus ille eſt, q. exẽplo Chriſti nec inimicũ nouit odire, ſed magis aduerſantibus ſibi benefacere, & ꝑ perſequutoribus ſuis & hoſtibus orare. Nam & quiſ-

Cap.6. *Tom.*

quis

quis aliqué lædere, aut alicui nocere paratus eſt, ille Chriſtianum ſe eſſe mētitur. Chriſtianus ille eſt, q̄ poteſt iuſti voce dicere. Nemini nocui hominū, iuſtè vixi cū omnibus. In eodem infra. Sanctū eſſe populū ſuū Deus voluit, & ab omni cōtagione iniuſtitiæ & iniquitatis alienū. Talem eſſe eū voluit, tam iuſtū, tam purū, tam immaculatū, tam ſimplicē, vt nihil quod in eo gētes redarguerēt inuenirēt, ſed quod admirarētur, & dicerent. Beata gens cuius eſt Dominus Deus eius, populus qué elegit in hæreditaté ſibi. Tales eſſe conuenit Dei cultores & ſeruos, manſuetos, graues, prudentes, pios, irreprehenſibiles, immaculatos, intactos, vt quiſquis eos viderit, ſtupeat & admiretur, & dicat, Verè ij homines Dei ſunt, quorū talis eſt conuerſatio. Ita ſe homo Dei exhibere debet & agere, vt nemo ſit qui eum nō videre velit, qui nō audire deſideret: & omnis qui eum viderit, Dei filium eſſe credat: vt verè in eo illud propheticum impleatur. Fauces eius plenæ dulcedinis, & totus deſiderabilis. Nam ſi talē ſe exhibeat Chriſtianus & Dei ſeruus, vt iis qui dæmoniis idoliſq; conuerſando efficiatur æqualis: incipiet per eum Deus blaſphemari, & dici. O Chriſtianū, ò Dei ſeruū cuius tam nequam cōuerſatio eſt: cuius tam mali actus, tam turpia opera, cuius vita tam impia, tam ſceleſta, tam luxurioſa, tam ſuperba, tam ſordida: & erit illius ꝓphetiæ reus. Nomē enim Dei per vos blaſphematur inter gentes. Sed væ illis, per quos fuerit blaſphematum.

Cap. 9. Chriſtianus qualis.

Pſal. 32.

In ſermone ſupradicto de vita Chriſtianorū. Ille verè Chriſtianus, qui furtū non facit, qui falſum teſtimoniū nō dicit, qui nec mētitur: nec periurat, qui adulteriū nō cōmittit, qui ad Eccleſiam frequētius venit, qui de fructibus ſuis non guſtat niſi prius ex ipſis Deo aliq̄d offerat, qui decimas annis ſingulis erogandis pauperibus reddit, qui ſacerdotibus ſuis honorē impendit, qui omnes homines ſicut ſemetipſum diligit, qui nullum hominē odio habet: ille verò non ſolū Chriſtianus eſt, ſed ipſe Chriſtus in eo habitat. Debent Chriſtiani in iis quæ Dei ſunt eſſe cōcordes. in epiſtola ad Proculeianum. Magna & miſerabili fœditate mariti & vxores de ſuo lecto ſibi cōſentiūt, & de Chriſti altari diſſentiūt. Per illū ſibi iurāt vt inter ſe pacē habeāt, & in illo habere non poſſunt. Filij cū parentibus vnā domū habēt ſuam, & domum Dei non habēt vnā. Succedere in eorū hæreditatem cupiūt, cū quibus de Chriſti hæreditate rixantur. Serui & Domini communē Deum diuidunt, qui formā ſerui accepit, vt omnes à ſeruitute liberaret. Debet in eis eſſe affectio ſancta, Super canonicā Ioannis. Tota vita Chriſtiani ſanctū deſideriū eſt. Debet eſſe patiens. ſuper pſal. xxxvj. ſerm. ij. Ipſe eſt Chriſtianus, qui nō aſpernatur viā Chriſti, ſed vult viā Chriſti ſequi per paſsiones eius. Noli per aliam viam velle ire, quam per illam qua ipſe iuit. Dura videtur, ipſa eſt tuta. Alia fortè delicias habet, ſed eſt latronibus plena.

Serm. 1. Dominic. 10. poſt tri. & ord. ſerm. de tēpore 216. Tom. X.

Tom. II. Epiſt. 57.

Tract. 4. Tom. IX.

Vnde ſuper pſal. xxxiij. Propterea Chriſtus factus eſt homo, vt poſſet eſſe Chriſtianus Angelus. Debet eſſe beneuolētia. ſuper canonicā Io-

A annis vt ſupra. Sic debet eſſe Chriſtianus, vt non glorietur ſuper alios homines. Dedit enim tibi Deus poteſtatē ſuꝑ beſtias, id eſt, vt melior eſſes quam beſtia. Hoc naturale habēs, ſemper melior eris quā beſtia. Si vis melior eſſe quam alius homo, inuidebis ei quādo ſibi videbis eum æqualē. Debes autem velle omnes homines æquales tibi. Si viceris aliquem per prudentiā, debes optare vt ſit ipſe prudens. Ideo Apoſtolus inquit. Vellē omnes homines eſſe ſicut meipſum. Pro huiuſmodi debet orare Chriſtianus. Lib. de natura & gratia. Si iam Chriſtiani ſunt, & rectè viuere negligunt, verberētur terroribus, & p̄miorū laudibus erigātur: ita ſanè, vt nō ſolū ad bonas actiones, verūetiā ad pias oratiōes eos exhortari meminerimus, atq; hac inſtituere ſanitate doctrinæ:
B vt & illi gratias agāt cū inſtituerint bene viuere, quod aliquid ſine difficultate fecerint: & vbi difficultatē aliquā ſentiunt, fideliſsimis & perſeuerantiſsimis p̄cibus & miſericordiæ promptis operibus facilitatē à Domino impetrare ꝑſiſtāt. Sed de malis Chriſtianis, dicit in ſermone ſupradicto, de vita Chriſtiani. Nā & ille Chriſtianus, qualis eſt qui vix aliquando ad Eccleſiā venit, & quando ad eccleſiam venerit, non ſtat in Eccleſia vt oret ꝓ peccatis ſuis, ſed aut cauſas dicit, aut lites, aut rixas concitat: & ſi locum inuenerit, vſque ad vomitum bibit, & poſtquā ſe inebriauerit, ſurgit quaſi phreneticus & inſanus, & incipit choreizare, & plenus diabolica conſuetudine ſaltare, verba turpia & amatoria vel luxurioſa cantica cantare. Iſte talis adulteriū non timet committe-
C re, falſum teſtimonium dicere, maledicere. Siue ſint viri, ſiue ſint mulieres, qui talia opera faciūt, & ad pœnitentiæ remedium non veniunt, præcipitātur in mortem, & pereunt in æternū. Nam videntur Deum credere iniuſtum: in cōmunibus ſermonibus, ſermone v. Quando negligentes & tepidos Chriſtianos nec peccata vitare, nec præmia ſibi æterna videbimus bonis operibus prouidere, quid ſupereſt, niſi quod nec bonis præmia, nec malis ſupplicia iuſto Dei iudicio ſint rependenda? Et verè ipſum in veritate intelligimus Dei iudicium timere, quem bonis operibus videmus inſiſtere. Peior eſt quam Paganus Chriſtianus apoſtata. Libro xxj. de ciuitate Dei. Peior eſt deſertor fidei, & ex deſertore oppugnator eius effectus, quā ille q̄ non deſeruit quā nun-
D quam tenuit. Malus Chriſtianus iniuſtus eſt. Libro de vita Chriſtiana. Ille ſe meritò Chriſtianum iudicet, qui Dei præcepta cuſtodit, qui ſanctus, humilis, pudicus, & iuſtus eſt, qui in miſericordiæ & iuſtitiæ operibus conuerſatur. Num tu illum Chriſtianū putas, in quo nullus Chriſtianitatis eſt actus, in quo conuerſatio nulla eſt iuſtitiæ, ſed nequitiæ, impietatis & ſceleris? Illum Chriſtianum putas, qui opprimit miſerum, qui pauperem grauat, qui res concupiſcit alienas, qui vt ſe diuitem faciat plures efficit indigentes, qui lucris gaudet iniuſtis, qui de alienis lachrymis cibum cupit, qui miſerorum ditatur interitu, cuius os aſsiduo mendacio violatur, cuius lingua

Cap. 68. Tom. VII.

Serm. Dominic. 10. poſt trinit. ord ſerm. de temp 216. Tom. X.

Tom. V.

Cap. 11. Tom. IX.

Impiorum cultus & preces.

non

non nisi indigna & obscœna & scelerata loquitur & turpia, cui cum iubeatur distribuere sua inuadit aliena? Et ad Ecclesiam talis audenter accedit, & temerè & importunè expãdit impias manus illicito raptu, & insontiũ cruore violatas: & ore illo sacrilego atq; polluto, quo fuerat paulò antè aut falsa loquutus aut turpia, preces ad Dñm quasi nihil sibi cõscius mali, fundit? Quid agis impudẽs & miser? Quid te maiori peccatorũ onere grauas? Quid Deo ꝑter cõtemptũ etiã iniuriã irrogas? Quid ad prouocãdum eius celerius iram, in testimoniũ pœnæ tuæ sceleratas ad Deũ porrigis manus: ad quas ille nõ respicit, qui non nisi sanctas & immaculatas sibi iussit offerri? Quid ore illo Deũ rogas, quo paulò antè loquutus es malè, cuius quãuis multiplicẽtur preces, abominantur
Isai.1. sicut scriptũ est. Cum extẽderitis manus vestras, auertã faciem meã à vobis: & si multiplicaueritis preces, nõ exaudiã: manus enim vestræ sanguine plenę sunt. Et ideo de malo & bono Christia-
Cap.14. no cõcludit quo ad mores. Eodẽ Lib. versus finẽ.
Mali Christiani mores. Nec quisquã se iudicet Christianũ, nisi qui Christi doctrinã sequitur, & imitatur exemplũ. Sed tu illum Christianũ putas, cuius nunquã pane saturatur esuriẽs, cuius potu nullius sitis extinguitur, cuius mẽsam nemo cognoscit, sub cuius tecto nec aduena nec peregrinus aliquando succedit, cuius nemo nudus tegitur vestimẽtis, cuius pauper nullus fouetur auxilio, cuius bonũ nemo sentit, cuius misericordiam nemo cognoscit, qui in nullo imitatur bonos, sed irridet potius & subsannat. Absit vt huiusmodi Christianus dicatur, absit vt Dei filius possit appellari q talis est. Christianus
Veri Christiani ppria. ille est, qui Christi viam sequitur, qui ipsum in omnibus imitatur: sicut scriptũ est. Qui dicit se in
1.Io.2. Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Christianus ille est, qui omnibus misericordiam facit, qui omniũ mouetur iniuria, qui opprimi pauperẽ se præsente non patitur, qui miseris subuenit, qui indigentibus sæpe succurrit, qui cũ mœrẽtibus mœret, q dolorẽ alterius quasi propriũ sentit, qui ad fletum fletibus prouocatur alienis, cuius domus cõmunis est omnibus, cuius ianua nemini clauditur, cuius mẽsam pauper nullus ignorat, cuius donum cunctis offertur, cuius omnes bonũ norunt, à quo nemo sentit iniuriam, qui Deo die noctúque deseruit, qui indesinenter eius præcepta meditatur & cogitat, qui pauper mundo efficitur, vt Deo locuples fiat, qui inter homines habetur inglorius vt corã Deo & Angelis eius gloriosus appareat, qui in corde suo nihil simulatum videtur habere nec fictum, cuius simplex & immaculata est anima, cuius conscientia fidelis & pura, cuius tota in Deo mens est, cuius omnis spes in Christo est, qui cœlestia potiusquã terrena desiderat, qui humana spernit vt possit habere Diuina. Nam ij qui hoc sæculum diligũt, & qui in præsenti tempore gloriantur, & complacent: audi quid illis dicitur. Nescitis quia amicitia
Iac.4. huius mundi inimica est Deo? Et, Quicunque voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.

A DANIEL. In primo sermone de aduẽtu ad iudiciũ. Daniel quia elegit cœlibem vitam, id est nuptias terrenas cõtempsit; vt, sicut dicit Apostolus, sine sollicitudine viueret, cogitãs quæ sunt Dei. genus eorum significat qui sunt in otio, sed tamen fortissimi in tentationibus.

DAmnati. Quid & quare. Libr. xxj. de ciuitate Dei, capit. vigesimo quinto. De quibus dicitur. Qui talia agũt regnum Dei non possidebunt. Ipsi supplicio æterno tenebuntur: quoniam non est medius locus vbi
B non sit in supplicio, qui illo non fuerit constitutus in regno. Libro de catechizandis rudibus. Iustissimis Dei legibus, omnes damnati sunt Deo gloroso subditi, per æquitatem vindictæ, & ipsi ignominiosi per turpitudinem pœnæ: vt & homo à suo creatore auersus victus diabolo subderetur, & diabolus homini ad creatorẽ suum conuerso vincendus, proponeretur: vt quicunq; diabolo vsque in finem consentirent, cum illo irent in æterna supplicia, quicunque autem humiliarẽt se Deo, & per eius gratiam diabolum vincerent, æterna præmia mererentur. Lib. de vera innocentia. Totum bonum quod habemus, ab artifice nostro habemus. Sed si hoc in nobis est quod ipsi fecimus, inde damnabimur. Si autem hoc quod Deus fecit, inde coronabimur. Simul erunt in
C inferno damnati. Lib. meditationum. Congregabuntur in congregatione vnius fascis, in lacu, & claudentur in carcere & post multos dies visitabuntur. Cõgregabuntur ergo peccatores in lacu, & claudentur in carcere, scilicet inferni, in quo sine corporibus vsque ad diem iudicij torquebuntur: & post dies multos, postquam scilicet resurgent cum corporibus in nouissimo die, visitabuntur non ad salutem, sed ad vindictam, quia post diem iudicij grauius punientur. Cum & alibi dicatur: visitabo in virga, &c. Simul tamen erunt in pœna simili, qui fuerunt in culpa consimili, in sermone ix. de aduentu ad iudicium. Alligate in fasciculos ad comburendum, hoc est, homicidã cum homicida: adulterum cum adultero: rapaces cũ rapacibus: vt ij qui hîc similes fuerunt
D in culpa, ibi in similia alligentur tormẽta: & quanto maiora peccata commiserunt, tanto feruẽtius ibidem eos ignis æternus assumet. Quorũ pœna erit grauissima, Libro de catechizandis rudibus. Sicut nullum gaudium rerum temporalium, ex aliqua parte simile potest inueniri gaudio vitæ æternæ: ita nullus cruciatus pœnarum temporalium potest iniquorũ sempiternis cruciatibus cõparari. Erit pœna sine qualitatis ordine, Libro meditationum. Ordo quidem erit in quantitate pœnarum, quia in qua mẽsura mensi fuerint, remetietur eis: vt q grauius peccauerũt, grauius puniantur: & potentes, potenter tormenta patiantur: sed ordo non erit in qualitate rerum, quia de

aquis nimium frigidis, descéderet ad calorem nimium, vt subita contrariorum mutatio, grauiorem inferat cruciatum. Experimento cognoui quod adustus, si frigidum statim adhibeat, ardentiorem sentiet cruciatum. Propterea libro de salutaribus documentis.

Cap. 49. Tom. IIII.

Si denegamus Christum, ipse denegabit nos. Si non crediderimus, ipse fidelis permanet, quia omnis incredulus infideliter agit, dum & vitiũ est hominis omnia credere, & vitium est nihil credere. Summo studio summáque vigilantia nobis ergo est cauendum, vt nõ audiamus à Christo iudice omnium in die iudicij, quod peccatores increduli audiẽt.

Mat. 25.

Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo, &c. verè enim diabolo præparata est gehenna, & nõ hominibus nisi facientibus opera diaboli. Væ his quibus præparatus est dolor vermiũ, ardor flammarum, sitis inextinguibilis, fletus & stridor dentium, oculorum lachrymæ, tenebræ exteriores, sine luce pœna inestimabilis: vbi nõ est vllus honor siue agnitio proximi, sed continuus dolor & gemitus: vbi mors optatur, & nõ dabitur, vbi nõ est honor regis, & senioris, nec Dominus super seruum, nec diligit mater filium aut filiam, nec filius honorat patrem: vbi omne malum, & omnis indignatio, & fœtor & amaritudo abundat. Hæc timuerunt iusti, & hæc fugerunt. Et nos Deum amemus, & timeamus, & hæc fugiamus, quia mors est perpetua animę nostrę si in iis perseuerauerimus. In sermone de aduentu ad iudicium. Væ illis qui cum diabolo habebunt mansionem, & ascendet fumus tormentorum eorum in sæcula sæculorum, quorum vermes non morientur, & ignis non extinguetur. Et ibi erunt, vbi nulla vox, nisi gemitus: vbi nulla requies, nisi ignis: vbi nullum refrigerium, nisi flamma: vbi nulla lux, nisi tenebræ: & non erunt vnquam in memoria apud Deum, quorum cibus cruciatus, & mansio eorum cum diabolo, vbi nulla est visitatio, sed cõsummatio. O homo qui desideras regnum Dei possidere, quod malè fecisti, dum potes emenda: dum tempus habes, clama ad omnipotentem Deum: dum tibi datur spatium, luge dum potes pœnitere. Festina dum potes, dũ adhuc anima versatur in corpore tuo. Remedium tibi profuturum per pœnitentiam & eleemosynam acquire, priusquam te dies mortis præueniat, priusquam te profundus absorbeat, & laqueus pœnarum, priusquam te infernus rapiat, vbi iam nulla est indulgentia, vbi nullus ad conuersionem locus, nullus ad veniam regressus, sicut ait Propheta. Quis in inferno confitebitur tibi?

Tom. V.

De quorum igne & verme, lib. xx. de ciuitate Dei, cap. xxij. In pœnis malorum, erit inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis: quod ab alijs atque alijs aliter atque aliter est expositum. Alij quippe vtrunque ad corpus, alij vtrunque ad animum retulerunt: alij proprie ad corpus ignem, tropicè ad animum vermẽ: quod esse credibilius videtur. Libro meditationum. Ignis gehennæ nec lignis vritur, nec flatu succenditur, sed à Deo creatus est inextinguibilis, ab origine mundi. Scriptum est enim, Ignis deuorabit eum qui non succenditur. Dicitur autem esse sub terris, secundum illud Propheticum. Infernus autem subter cõturbatus est, in aduentus tui occursum. Sed omnis locus reprobis est pœnalis, quocunque vadunt semper secum deferunt cruciatum, & illum quasi ex se tormentum educunt. Producam, inquit, ignem de medio tui qui comedat te. Ignis autem gehennæ semper ardebit. & nunquam lucebit: semper exuret, & nunquam cõsumetur: semper afficiet, & nũquã deficiet. Est autem apud inferos summa tenebrarum obscuritas, immensa pœnarum acerbitas, infinita miseriarum æternitas. Ligatis, inquit, manibus & pedibus, &c. Singula membra pro suis peccatis sustinebunt tormenta, vt in eo puniãtur, in quo deliquerunt.

Luc. 16.

Scriptum est enim. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Vnde qui in lingua peccauerit, in lingua cruciabitur. Propter hoc clamabat ille diues, Pater Abraham, miserere mei, &c. De eorum tenebris, eodem libr.

Tom. V.

Reprobi non solum exterioribus, sed etiam interioribus tenebris inuoluẽtur: quia spirituali pariter & corporali luce carebunt. Scriptum est enim. Tollatur impius de terra, ne videat gloriam Dei: quæ sanctis tamen erit in lucem sempiternam. Tantam autem reprobi pœnæ sustinebũt angustiam, vt vix aliquid cogitare valeant præter pœnam. Sed illuc dirigent impetum cogitationis, vbi sentient vim doloris. Sanè discipulus quidam fertur apparuisse magistro suo post mortem, quem cum magister intellexisset damnatum esse, quæsiuit ab eo, si aliquæ quæstiones apud inferos verterentur: qui fertur respondisse. Apud inferos quæri solummodo quid non sit pœna. Sed Salomon ait. Neque opus, neque ratio, neque scientia, neque sapientia, apud inferos quo tu properas erunt. Erit autem in tenebris tanta mentis obliuio, tanta cæcitas animi, tanta confusio rationis, vt vix vel nunquam possint assurgere, nedum ad confitendum respirare valeant. Nam à mortuo tanquam ab eo qui non est, perit confessio. Scriptum est enim. Neque mortui, neque infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Sed an videant saluatos, eodem libr. Supplicium erit malorum videre gloriam bonorum. Sed fortè post finem iudicij, beati quidem visuri sunt reprobos in tormentis. Secundum illud, Lætabitur iustus cum viderit vindictam impiorum. Reprobi verò non sunt visuri beatorum gloriam, secũdum illud, Tollatur impius de terra, &c.

Tom. V.

Lib. xx. de ciuitate Dei, cap. xxij. Sed quomodo egredientur boni ad videndas pœnas malorum? Nunquid corporis motu, beatas illas relicturi sunt sedes, & ad loca pœnalia perrecturi sunt, vt malorum tormenta conspiciant præsentia corporali? Absit. Sed egredientur per scientiam. Hoc enim verbo significatum est, eos, qui cruciabuntur extra futuros. Propter quod & Dominus ea loca tenebras exteriores vocat, quibus cõtrarius est ille ingressus, de quo dicitur seruo bono: Intra in gaudium

Domini tui: ne illuc mali putentur ingredi, vt sciantur: sed ad illos potius velut egredi per sciētiam, qua eos cognituri sunt boni: quia id quod extra est, cognituri sunt. Qui autē erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio Domini, nescient: qui verò erunt in illo gaudio, quid agatur

Tom.III. foris in illis tenebris exterioribus scient. Vnde distantia inter eos erit permaxima. in Enchiridion. Post resurrectionem verò, facto vniuerso completóque iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ: vna Christi, altera diaboli: vna bonorum, altera malorum: vtraque tamen & Angelorum & hominum. Illis facultas non poterit esse vlla peccandi, nec istis vlla conditio moriēdi. Illis in ęterna vita verè fœlicitérque viuentibus, istis infœliciter in æterna morte sine moriēdi potestate durantibus. Quoniam vtrique sine fine. Sed in beatitudine illi, alius alio præstabilius. In miseria verò isti, alius alio tolerabilius permanebunt. Diffusius hoc in libro de tri-

Cap.i. Tom.IX. plici habitaculo. Hominum enim huius mundi, alij eleuantur ad cœlum, alij trahuntur ad infernum. Similes quippe similibus iunguntur boni bonis, & mali malis, Iusti homines, iustis Angelis, & transgressores homines, transgressoribus angelis. Serui Dei Deo: serui diaboli, diabolo. Benedicti vocantur ad regnum sibi paratum ab origine mundi: maledicti expelluntur in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Dona autem cœlestis regni, dicere, vel cogitare, vel intelligere, vt sunt, nullus potest carne vestitus: multo enim maiora & meliora sunt, quam cogitantur & intelliguntur, Dum scri-

1.Cor.2. ptum est. Quod oculus non vidit, &c. Regnum nanque Dei omnium fama maius, & omni laude melius, omni scientia inerrabilius, omni gloria quæ putatur excellentius. Mala autem inferni dicere vel cogitare vt sunt, nemo potest: peiora valdè sunt quam cogitantur. Regnum, inquam, Dei plenū est lucis, & pacis, charitatis, & sapientiæ, gloriæ, & honestatis, dulcedinis, & melodię, lætitiæ, & beatitudinis perennis, & omnis boni ineffabilis, quod nec dici, nec cogitari potest: at lacus inferni, plenus est tenebrarum, discordiæ, odij, stultitiæ, miseriæ, turpitudinis, offensionis, doloris, adustionis, sitis, famis, ignis inextinguibilis, tristitiæ, vindictæ perennis, & omnis ineffabilis mali, quod nec dici, nec cogitari potest. Nihil in regno Dei desideratur, quod non inuenitur: at in inferno, nihil inuenitur, quod desideratur: nihil nisi quod sentitur, videtur. In regno Dei, nihil inuenitur, nisi quod placet, & delectat, & satiat. At contra in lacu miseriæ perennis, nihil videtur, nihil auditur, nihil sentitur, nisi quod displicet, nisi quod offendit, nisi quod cruciat. Sunt immortales in morte, libro meditationum, ca. xxxvij. Sicut oues in inferno positi, mors depascet eos. Dictum est hoc ad similitudinem iumentorum, quæ non radicitus herbam euellunt, sed summitates solummodo carpunt, vt iterum herbæ renascantur ad pastum. Sic impij quasi morte depasti, reuiuiscēt ad mor-

A tem, vt æternaliter moriantur: sicut in consumptione titij sempérque renascentis non perit, vt possit semper perire: ita tunc erit mors immortalis, tunc viuēt mortui, qui in ea sunt mortui: quęrent mortem, & non inuenient eam: desiderabūt mori, & mors fugiet ab illis. O mors quam dulcis es, quibus sic amara fuisti: te solam desiderabunt & optabunt qui te solam vehementer oderunt. Lib. xix. de ciuitate Dei. cap. xxviij. Eorum qui non pertinent ad gloriam Dei, erit ecōtrario miseria sempiterna, quæ mors etiam secūda dicitur. Quia nec anima ibi viuere dicēda est, quę à vita Dei alienata erit, nec corpus, quod sempiternis doloribus subiacebit: ac per hoc durior illa mors secunda erit, quia finiri non poterit. Tom.V.

Vnde de corporibus eorum. lib. xx. eiusdem.

B Corpora damnatorum erūt animata, vt possint sentire tormenta. Possunt tamen dici cadauera, quia in secundā mortē cadēt. Et de eis dicit Isaias Propheta. Terra impiorum cadet. Quis autem non videat à cadendo esse appellata cadauera? Cap.ii. Tom.eod.

Eorum est perpetua damnatio. lib. xxj. eiusd. c. xxiiij. Quod ait Psal. Non obliuiscetur miseri Deus, Ad vasa misericordiæ pertinet, & ad filios promissionis. Si quibus tamen placet, istam misericordiam vsque ad impiorum tormenta protendere, saltem sic intelligant, vt manente in eis ira Dei, quæ est in æterno Dei ore prænuntiata supplicio, non contineat Deus in hac ira sua miserationes suas, & faciat eos non tanta, quanta digni sunt, pœnarum atrocitate cruciari, non vt eas pœnas vel nunquam subeant, vel aliquando finiant, Tom.eod.

C sed vt eas mitiores quam merita sunt eorum leuiorésque patiantur. Sic etenim ira Dei manebit, & in ipsa ira sua miserationes suas nō cōtinebit. Quod quidē non ideo cōfirmo, quia nō resisto. Cæterum eos qui putant minaciter potius, quam veraciter dictum, Discedite à me maledicti in ignem æternum: & ibūt isti in supplicium æternum, & cruciabuntur in sæcula sæculorum: & ignem æternum & cætera huiusmodi, nō tam ego, quam ipsa scriptura Diuina, planissimè ac plenissimè redarguit ac refellit. Et infra. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, clamat Psal. Sed hæc dulcedo Dei, proficere sperantibus in eum, non proficere putatur contemnentibus & blasphemantibus eum. Frustra itaq; homo positus in hoc corpore, occultorum iudicio- Mat.

D rum Dei sibi notitiam arrogare præsumit. Illud Apostolicum, Cōclusit Deus omnes sub infidelitate, vt omnibus misereatur: non ideo dictū est, quod sit neminem damnaturus, sed quod omniū miseretur vasorum misericordiæ. Quid est omniū: & eorū .s. quos ex Iudæis, & quos ex gētibus prædestinauit, vocauit, iustificauit, glorificauit, non omniū hominū, sed istorū omniū, neminem damnaturus. Diffusius & clarius hoc idem dicit in Enchirid. Frustra itaq; nōnulli imo quam plurimi, æternam damnatorum pœnā & cruciatus sine intermissione perpetuos, humano miserantur affectu, atque ita futurum esse non credunt: non quidē scripturis aduersando Diuinis, Cap. Tom.

sed pro

ſed pro ſuo motu dura quoque molliendo, & in leniorem flectendo ſententiam, qui putant magis terribilius eſſe dicta, quam verius. *Pœna impiorum an æterna.* Nõ enim, inquiunt, obliuiſcitur miſeri Deus, aut continebit in ira ſua miſerationes ſuas. Hoc quidem in pſalmiſta ſancto legitur. *Pſal. 17* Sed de his ſine vllo ſcrupulo intelligitur, qui vaſa miſericordiæ nuncupantur: quia & ipſi non pro meritis ſuis, ſed Deo miſerante de miſeria liberabuntur. Aut ſi ad omnes hoc pertinere exiſtimant, nõ ideo neceſſe eſt, vt damnationem opinentur poſſe finiri eorum, de quibus dictum eſt, ibunt ij in ſupplicium æternum: ne iſto modo putetur habitura finem quandoque fœlicitas eorum, de quibus econtrario dictum eſt, iuſti autem in vitam æternam. Sed pœnas damnatorum certis temporum interuallis exiſtiment, ſi hoc eis placet aliquatenus mitigari, etiam ſic quippe intelligi poteſt manere in illis ira Dei, hoc eſt ipſa damnatio. Hæc enim vocatur ira Dei, non Diuini animi perturbatio, vt in ira ſua, hoc eſt, manente ira ſua, non tamẽ contineat miſerationes ſuas, non æterno ſupplicio finem dando, ſed leuamen adhibendo vel interponẽdo cruciatibus. Quia nec Pſalmiſta ait. Ad finiendam iram ſuam, ſed in ira ſua. Quæ ſi ſola eſſet quanta ibi minima cogitari poteſt, perire à regno Dei, exulare à ciuitate Dei, alienari à vita Dei, carere tam magna multitndine dulcedinis, quam abſcondit timentibus ſe, perfecit autem ſperantibus in ſe, tam grandis eſt pœna, vt ei nulla poſsint tormenta, quæ nouimus comparari, ſi illa ſit æterna, iſta ſunt autem quamlibet multis ſæculis longa, ſed finienda. Manebit ergo illa mors ſine fine perpetua damnatorum, id eſt, auerſatio à vita Dei, & omnibus erit ipſa communis, quamlibet homines de varietate pœnarum, de dolorum releuatione, vel intermiſsione, pro ſuis humanis motibus ſuſpicentur, ſicut manebit communiter omnium vita ſanctorum, quamlibet bonorum diſtantia concorditer fulgeant. Ideo de prædicta ira Dei iuſta, Libro meditationum. Prædeſtinatis Deus iraſcitur temporaliter, quia flagellat omnẽ filium quem recepit, de quibus illud accipitur. Non in finem iraſcetur, &c. reprobis autem iraſcitur æternaliter, quia iuſtum eſt, vt quod impius in ſuo præuaricatur æterno, Deus vlciſcatur in ſuo. Nam licet peccandi facultatem dimittant, ipſam tamen non dimittunt voluntatem peccandi. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Non inclinabuntur reprobi iam deſperati de venia, ſed malignitas odij tantum in illis excreſcet, vt velint omnino non eſſe Deum per quem ſciunt ſe tam infœliciter eſſe. Maledicent altiſsimo, & blaſphemabunt excelſum, conquerentes eum eſſe malignum, quia creauit eos ad pœnam, & nunquam inclinetur ad veniam.

TomVIII. Mat. 25. Alia cauſa. ſuper Pſalmum cẽteſimum quadrageſimum quartum. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Sed cum dicit, Ite in ignem æternum, qui præparatus eſt Diabolo & Angelis eius. Hoc non miſeratio eius, ſed ſeueritas eius.

A Miſeratio eius reddita eſt operibus eius: Seueritas eius eſt nõ in opera ſua, ſed in opera tua. Denique ſi tollas opera tua mala, & non in te remaneat niſi opus eius, nõ te dimittat miſeratio eius. Si autem non dimittis opera tua, erit ſeueritas eius in opera tua, non in opera ſua. Sed an pœniteant ipſi damnati, Libro meditationum. Pœnitebunt impij, ſed non ad pœnæ conſumptionem. Iuſtum eſt enim vt qui noluerunt cum potuerunt, cum velint non poſsint. dedit enim eis Deus locum pœnitentiæ, & ipſi abuſi ſunt eo.

Et infra ſubdit ibidem. Ideo rogabat diues Abraham vt mitteret Lazarum ad fratres ſuos, *Sera pœnitentia.* vt pœnitentiam agerent. *Luc. 16.* Non quia ipſe nõ agebat in inferno, ſed quia cognoſcebat illam eſſe inutilem. Rogabat ergo vt annunciaretur fratribus ſuis, quatinus agerent pœnitentiam in B hoc ſæculo fructuoſam: quia tunc prodeſt homini pœnitere, cum poteſt peccare. Vnde de dãnatorum voluntate peruerſa, eodem libro, capit. trigeſimo octauo. Voluntas damnati, licet amiſerit poteſtatis effectum, ſemper tamen habebit malignitatis affectum: & ipſa erit in inferno ſupplicium, quæ fuerat in mundo peccatum. Impius ergo quia ſemper habebit reatum ex culpa, ſemper ſentiet contra ſe cruciatum ex pœna. Quia quod ipſe per pœnitẽtiam non deleuit, Deus per indulgentiam non remittet.

Non facilè homo hominem debet damnare. Libro ſexto confeſsionum. Non facilè in cognoſcendis cauſis, homo ab homine damnandus eſt temeraria crudelitate.

C

DAMNVM. Libro de mendacio. capit. decimo octauo. *Cap 18. Tom. IIII.* Damnum dicitur quod aliquis perdit. Ibidem. *Cap. eod.* In rebus vtilibus, velut in pecunia alióve aliquo commodo corporali, non vocatur damnum, quod propter maius lucrum amittitur. Ibidem. Nemo dubitat cauendi maioris damni cauſa, patiendum eſſe quod minus eſt. *In calce cap. Tom VIII.* Temporale damnum patienter eſt ferendum. ſuper Pſalmum quadrageſimum octauum. ſermone ſecundo. Quando pateris damnum, blaſphemas deum. Qualis filius es, qui quando pater te emendat, tibi diſplicet? Non emendaret, niſi diſpliceres. Aut ſi ſic diſpliceres vt odiſſet, non emendaret. Gratias ergo age emendatori, vt accipias hæreditatem. D Erudiris cum emendaris. Sed multum emendat, quia magnum eſt quod habes accipere. Nam ſi appendas quod emendaris, cum eo quod accepturus es, inuenies quia nihil eſt. Apoſtolus hoc dicit. Quod ad præſens eſt temporale & leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, *2. Cor. 5.* non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quid eſt ergo quod pateris? ſed ſemper patereris. Concedo. Tu quod paſſus eſt Iob aliquot diebus, patiaris ab infantia. Quod pateris tranſit, quod accepturus es finem non habebit. Nolo iam æques pœnam cum præmio tem-

porali æqua æternitati si potes. Damnum sequitur malum luctum, in sermone de innocentibus. Si diligenter cōsideramus, inueniemus illos maiora supplicia sustinere qui faciūt, quam qui sustinere videntur. Omnis enim homo qui alium in corpore persequitur, prius ipse in corde persequutionem sustinere cognoscitur. Nam si etiam illi quem persequitur aliquid de substātia sua tulerit, maius sibi ipse dispendium facit: quia nemo habet iniustum lucrū, sine iusto damno. Vbi lucrum, ibi damnum. Lucrum in arca, damnum in conscientia. Tulit vestem, perdidit fidem: acquirit pecuniam, & perdit iustitiam. Sed homines ideo faciunt quia diem nouissimum attendere nolunt. Si enim diem mortis suæ cogitare diligenter vellent, animum suum ab omni cupiditate & malitia cohiberēt. Sed quia modo nolunt salubriter cogitare, necesse habent postea sine vllo remedio pœnam sustinere. Veniet enim illa dies nouissima, veniet dies iudicij, quando eis nec pœnitentiam licebit agere, nec bonis operibus se ab æterna morte poterunt redimere: quia percutitur etiam hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dū viueret oblitus est Dei. Veniet dies iudicij quando mouebuntur fundamenta montium, & ardebit terra vsque ad inferos deorsum, quando cœli ardentes soluentur, quando sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, quando stellæ cadent de cœlo, quando peccatores & impij mittentur in stagnum ignis, & fumus tormentorum illorum ascendet in sæcula sæculorum, vbi erit fletus & stridor dentium. Veniet tempus, quando nulli bono erit malè, & nulli malo erit bene. Veniet nouissima dies, quando discernentur pij ab impiis: iusti ab iniustis: laudatores, à blasphematoribus Dei.

Serm 3 & ord serm de Sanctisio. Tom. X.

Qui persequitur, persequutionem patitur.

DARE. Differt datum à donato. Libro loquutionū, super Nume. loquutione lvj. Omne donum etiam est datum, sed non omne datum est donum. Quia non omne quod datur, cōtinuo etiā donatur. Differt datum à fructu. lib. xiij. cōfess. Quia dicit Apostolus. Nō quæro datum, sed quæro fructum. Didici à te Deus meus, inter datum & fructum discenere. Datum est res ipsa, quam dat qui impertitur hæc necessaria, veluti est nūmus, cibus, potus, vestitus, tectum, adiutorium. Fructus autem bona & recta voluntas datoris est. Quod sit dandum. lib. j. de sermone Domini in monte. c. xvj. Omni petenti te tribue, &c. Id sanè dandū, quod nec sibi nec alteri noceat, quantum ab homine sciri vel credi potest: & cum iustè quod petitur negas, indicanda est ipsa iustitia, vt nō eum inanem dimittas: & sic omni petēti te dabis, quāuis non semper id quod petierit, dederis. Sed melius vtique dederis, cum iniustè petentem, correxeris. Cui dandum, & non dandū. super Psal. cij. Non deest vnde Deus det ista suis. Tu vide quid emas, quando emas, quanti emas. Emis enim regnum cœlorum, & non est emendi tempus, nisi in hac vita. Quam vili emas attende.

Tom. III.

Cap 25. Tom. I.

Tom. VIII.

A Tantum tibi valet, quantum habere poteris. Fac misericordiam iniquo, non tanquam iniquo, id est, non quasi intentione & amore iniquitatis illius suscipias eum. Cum occurrit tibi homo peccator, aliud est quod homo, aliud quod peccator. Quod homo, opus Dei est: quod peccator, opus est hominis. Da ergo operi Dei, nō operi hominis. Operi hominis dare est, peccatori propter peccato, placenti tibi propter peccatū. Sicut qui donat aurigis, qui donat histrionibus, qui donat meretricibus, non vt hominibus donat: & non ibi attendit naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani. Sic ecōtra, si des iusto, si des Prophetæ, si des discipulo Christi aliquid, cuius indiget, & non ibi cogites quia discipulus Dei est: quia minister Dei est; quia dispensator Dei est, sed cogites ibi aliquod commodum temporale, vt fortasse causæ tuæ necessarius quando fuerit, venalis tibi sit, quia ei aliquid porrexisti, tantū non dedisti iusto, si sic dederis, quam ille non dedit homini, quando dedit venatori. Ibidem. Qui dat histrioni vel meretrici, non dat fortitudini, sed turpitudini: sic & qui dat venatori, hoc in illo, in quo nequissimus est, amat, id est, ipsam nequitiam, spectaculum omnium publicum: Nec dat homini, sed nequissimæ arti. Nam si homo & non venator esset, non ei daret. Sicut ergo qui recipit iustum nomine iusti, mercedem iusti accipiet: sic & qui recipit peccatorem in nomine peccatoris, mercedem perdet. Damus Deo non de nostro, sed de suo. Libro quinquagesimo Homil. Homilia decimasexta. Dedisti Deo, hoc dedisti quod tibi dedit Deus. Nunquid inuenisti vnde dares homo mendice? Quid habes quod non accepisti? Ergo Dei dono das Deo. Ex eo quod tibi dedit, à te accipit. Nam mendicitas tua, nisi prior ipse dedisset, inanissima remaneret. Sed quomodo sit dandum, & vnde meritorium. in tractatu de visitatione infirmi, sermone primo. Bona est à malo declinatio, sed necessaria est ad bonum faciendum festina & efficax & cum hilaritate exhibitio. Hilarem enim datorem diligit Deus. Et quid est bonum facere? in publico est boni faciendi regula. Enumerat enim bona sibi impensa doctor doctorum ita dicens. Hospes fui, nudus, in carcere, sitiens, & esuriens, & ministrastis mihi: & hoc mihi fecistis, quādiu vni ex minimis meis fecistis. Grande bonum, quod cum fit in pauperes, redundat in Deum. Sed in pauperes largitio, non est totius boni exhibitio. Dicit enim Apostolus. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest. Ergo totius boni summa est charitas. Distributio facultatum tuarum in pauperes, nisi ex charitatis radice procedat, in Deum non redundat: Deus enim charitas est. Quod ex Deo procedit, in Deū redūdat, quod ergo in Deū nō redundat, ex charitate non procedit. Ex Deo igitur processio, & in Deū redundatio, Dei bona sunt. Distribue igitur sic tua in pauperes, vt in Deum distributio redūdet.

Sed

Tob.4. Sed quid distribuas forsitan deest. Audi Tobiã. Fili, si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem exiguum, etiam exiguum impartire stude. Si dederis alicui calicem saltem aquæ frigidæ, non perdes mercedem tuam. Sed forsitan & aqua deest: sed habes quod distribuas. Habes teipsum, da teipsum Deo, & habebis Deum. Quomodo autem dabis te Deo? Dispone domui tuæ quia morieris & nõ viues. Isai.38. Forsitan domum non habes, dispone tibi, si nõ disponis domui. Qualis erit ista dispositio? Dilige Deum, & diliget te Deus. Assume pennas cum quibus ad Deum euoles. Pennæ sunt dilectio Dei & proximi. Et hæc est apta & optima tui dispositio. Dare Dei, super Psalm. cij. Deus dare vult, sed nõ dat nisi petenti se, tædio tuo vult excitari: non enim cum oras, tanquam dormienti molestus es. In Homil. super illud, Petite & accipietis. Habemus Deum qui paratus est dare, sed inde agenda tria ipsa quæ dicit, petite, quærite. pulsate. Qui petit, afferat humilitatem: qui quærit, diligentiam: qui pulsat, instantiam. Ore enim petitur, oculis quæritur, manibus pulsatur. Quid est petere, nisi quando oramus? Quid est quærere, nisi quando cogitamus? Quid est pulsare, nisi quando manibus bona operamur, vt Deus aperiat quod pulsamus? Cap.21. Tom.III. Lib. de vera innocẽtia. Deus cũ aliquid malè poscitur, dando, irascitur: non dando, miseretur. Tom.VIII. Omnia etiam tẽporalia dat & aufert. super Psal. xxvj. Nihil præstatur homini, etiam secundum mundum istum, nisi à Deo: & nihil aufertur, nisi ille iusserit, aut permiserit, qui donauit. Non dat tamen omnibus omnia. super Psal. lv. Deus ista temporalia aliquando dat bonis, aliquando non dat. Et malis aliquando dat, aliquando non dat: bonis tamen seruat seipsum, malis autem ignem sempiternum. Bona. Mala. Media. Tom. eod. Est ergo malum quod non dat bonis, & est bonum quod nõ dat malis: sunt & quædam media, & bona & mala, quæ dat & bonis & malis. Nihil dat melius quam seipsum, super Psalm. xxvj. Quicquid mihi præter Deum est, dulce non est. Quicquid vult Dominus meus, auferat totum, & se mihi det. Quare non dat, super Psal. cxliiij. Quando non dat Deus, ideo nõ dat, ne obsit quod dat.

In sermone ij. de letan. Cum aliquando Deus tardius dat quod petimus, commendat dona, nõ negat. Diu enim desiderata, dulcius obtinentur: cito data, vilescunt.

DAVID. Signat nomine Christum super Psalm. xcvj. Dauid Christus, quia interpretatio Dauid, manu fortis est. Et quis tam manu fortis, quã qui de cruce mundum vicit? Tom.VIII Et dicitur filius & Dominus Dauid, super Psal. cix. Si contingat filium cuiusquam regem fieri patre priuato, erit Dominus patris. At mirabilius potest contingere, vt nõ solùm rex factus, priuati sit dominus patris sui, sed episcopus factus, laici filius, sit pater patris sui. Ergo eo ipso quod carnem accepit Christus, quod in carne mortuus est: quod in eadem carne resurrexit, quod in eadem ascendit in cœlum, &

A sedet ad dexteram patris, & in eadem ipsa carne sic honorata, sic clarificata, sic in cœlestem habitum commutata, & filius est Dauid, & Dominus est Dauid. De Dauid musica & Psal. lib. xvij. de ciuitate Dei. Cap.14. Tom.V. Dauid Musicus. Erat Dauid vir in canticis eruditus, qui harmoniam musicam nõ vulgari voluptate, sed fideli voluntate dilexerat: eáque Deo suo, qui verus est Deus, mystica rei magnæ figuratione seruiens, & diuersorum nomine sonorũ rationales, moderatósque concentus, concordi varietate cõpactam bene ordinatæ ciuitatis insinuat vnitatem. Denique omnis ferè prophetia eius in Psal. est: quos cl. libris cõtinet, quem psalmorũ vocamus. Omnes ab eo factos credendum est. De moribus virtuosis, libro xxij. contra Faustum. Cap.66. Tom.VI. In Dauid est pœnitentiæ sacrificium,
B ibi est illa incomparabilis mansuetudo vsque ad immanissimum & atrocissimum inimicum: qui quoties illi est in manus fortissimas datus, toties ab illo est de manibus piissimis dimissus illæsus. Ibi memorabilis humilitas sub flagello Dei, & ceruix regia Dominico iugo ita subdita, vt ar- Dauidis patientia. matus & comitatus armatis amara ex inimicio re conuitia patientissimè sustineret: suúmque comitem accensum iracundia, quod talia rex eius audiret, & iam iámque in conuiciatoris caput dextera vltrice pergentem, modestissimè refrenaret, regali suæ iussioni, Diuini timoris pondus adiiciens, & dicens meritis suis hoc redditum superno iudicio, quo ille iniuriosus missus esset, vt in eum talia iacularetur opprobria. Ibi in gregẽ Eiusdem pastoritiũ munus. sibi commissum tanta dilectio pastoralis, vt pro
C eis ipse vellet mori, quando populo numerato, peccatum elationis eius sic punire placuit Deo, vt eundem numerũ minueret morte multorum, cuius multitudine, cor regis superbia fuerat pertentatum: in quo occulto iudicio Deus, apud quem nõ est iniquitas, & quos nouerat indignos hac vita, subtraxit huic vitæ: & in illo, qui de hominũ copia se extulerat, tumorem animi eiusdẽ copiæ diminutione sanauit. Ibi tam religiosus timor Dei, sacramentum Christi in sancta vnctione seruabat, vt & cor eius pia sollicitudine trepidauerit, Timor Dei in eod. quando exiguam particulam de veste ipsius Saulis latenter abscidit, vt haberet vnde illi fidem faceret, quam nollet eum, cum posset occidere. Ibi tam prudens in filios, & tanta clementia, vt cum innocentem puerum, pro quo ægro- Paterna & pia eiusdem condolentia.
D tante multis lachrymis & humilitatis sordibus sese abiiciens, Deum deprecatus fuerat, mortuum non luxerit: idem iuuenem filium parricidali furore præcipitem, qui & paternum cubile stupris nefariis maculauerat, & contra patrem scelestum bellum gerebat, & vellet conseruatum, & fleret occisum: animæ, scilicet tantis criminibus inuolutæ, sempiternas præuidens pœnas, quibus euadendis, eum per pœnitentiam corrigendum, viuere cupiebat humiliatum. Hæc & alia multa laudanda, in illo sancto reperiuntur viro: qui ita placuit Deo, vt etiam filiis suis imitandus ab illo proponeretur. Quid aliud enim, quam cordis eius profun-

Spiritalis peritia eiusdem. da, cernebat spiritus Dei quando correptus per Prophetã dixit, Peccaui: continuóq; ad hoc vnũ verbum audire meruit, quod accepit veniã? Ad quam rem, nisi ad salutem sempiternam? Neque enim prætermissa est in illo, secundum Dei comminationem, flagelli paterni disciplina, vt & cõfessus in æternum liberaretur, & afflictus temporaliter probaretur. Haud verò mediocre fidei robur fuit, aut parum mitis & obediẽtis animi indiciũ, *Eiusdem fidei integritas.* cum audisset à Propheta, quod sibi Deus ignouisset, & tamen quæ fuerat cõminatus consequenter euenissent, nõ se dicere Prophetæ deceptum esse mendacio, nec murmurare aduersus Deum, quasi falsam peccatorum eius indulgentiam pronuntiauerit. Intelligebat enim vir altè sanctus, & non contra Deum, sed ad Deum leuans animam suam, quod nisi Dominus esset confitenti pœnitentíque propitius, quantũ pœnarum æternarum eius essent digna peccata: pro quibus cum temporalibus emendationibus vreretur, videbat erga se, & manere veniam, & non negligi medicinam. *Simili confessionis voce pœnitẽtia dissimilis.* Cur autem Saul per Samuelẽ correptus, cũ diceret etiã ipse, Peccaui, non meruit audire quod Dauid, quod ei Dominus ignouisset? Nunquid personarum acceptio est apud Deum? Absit Sed in simili voce, quam sensus humanus audiebat, dissimile pectus erat, quod Diuinus oculus discernebat. Quid talibus docemur exemplis, nisi regnum cœlorum intra nos esse, & de intimis nostris Deum colere nos debere?

Tom. IIII. Libr. de viij. quæstionibus ad Dulcitium. q. viij. Inueni Dauid secundum cor meum. Quod licet secundum cor Dei non esset, quod ille peccauit: tamen secundum cor Dei fuit, quod pro peccatis suis congrua pœnitẽtia satisfecit. De eius virtute circa filios & humilitate pœnitẽtiæ.

Cap. 21. Tom. III. Lib. iij. de doctrina Christiana. Rex Dauid cum ab impio & immani filio passus esset, non solum *Planctus Dauidis pro morte Absalonis spiritali.* ferocientem tolerauit, sed etiam planxit extinctum. Non enim carnali zelo irretitus tenebatur, quem nullo modo iniuriæ suæ, sed peccata filij commouebant. Nam ideo si vinceretur eum occidi prohibuerat, vt edomito seruaretur pœnitenti locus. Et quia non potuit, nõ orbitatem doluit in eius interitu, sed quia nouerat in quas pœnas tam impia & adultera & parricidalis anima raperetur. Nanque alio prius filio, qui innocens erat, pro quo ægrotãte affligebatur, moriente lætatus est. Ex hoc maximè apparet, qua moderatione ac tẽperãtia ille viri fœminis vtebãtur, quod cum in vna illicitè irruisset rex idem, æstu quodam ætatis, & temporaliũ prosperitatis abreptus, eius etiam maritum occidendum præceperat, accusatus est per Prophetam: Qui cũ ad eum venisset conuincendum de peccato, proposuit ei similitudinem de paupere, qui habebat vnã ouẽ, cuius vicinus multas cum haberet, ad aduentum hospitis sui, vnicam potius vicini sui pauperis ouiculam exhibuit epulandam. In quem commotus Dauid, occidi eum iussit, & quadruplicationem pauperi, vt se nesciens cõdemnaret, qui peccauerat sciens. Quod cum ei manifestum esset, & Diuinitus denunciata vindicta, diluit pœnitendo peccatum. Sed tamen in hac similitudine, stuprum tãtummodo designatum est de oue vicini pauperis: de marito autem mulieris interempto, hoc est de ipso paupere, qui vnam ouem habebat, occiso, non est per similitudinẽ interrogatus Dauid, vt in solo adulterio disceret sententiam damnationis suæ. Ex quo intelligitur quãta tẽperantia multas mulieres habuerit, quando de vna in qua excessit modum, à seipso puniri coactus est. Sed in isto viro immoderatæ huius libidinis, non permansio, sed transitus fuit. Propterea etiam ab arguente Propheta, ille illicitus appetitus, hospes vocatus est. Non enim dixit eũ regi suo, sed hospiti suo, vicini pauperis ouem ad epulandum exhibuisse. At verò in eius filio Salomone, non quasi hospes transitum habuit, sed regnum ista libido possedit. De quo scriptura non tacuit, culpans eum fuisse amatorem mulierum. Cuius tamen initia, desiderio sapientiæ flagarauerunt: quam cum amore spirituali adeptus esset, amisit amore carnali. De Dauid peccato qđ vtiliter recitatur. super Psal. 50. in princ. *Tom. VIII.* & libr. 50. Homil. Homil. xxj. Peccatum Dauid cum dolore dicimus & tremore: sed tamẽ Deus noluit tacere, qui voluit scribi. Dicam ergo, non quod volo, sed quod cogor. Dicam nõ exhortãs ad imitationem, sed instruens ad timorem. Quod caueant homines dicimus, & quid imitentur si lapsi fuerint audiamus. Multi enim cadere volũt cum Dauid, & nolunt surgere cum Dauid. Non ergo cadendi exemplum proponitur, sed si cecideris, resurgendi. Attende ne cadas. Non sit delectatio minorum, lapsus maiorũ: sed sit casus maiorum, tremor minorum. Ad hoc propositũ est, ad hoc scriptum est. Audiant qui non ceciderũt, ne cadant: qui ceciderunt vt surgant. Tanti viri peccatum non tacetur, in Ecclesia prædicatur. Audiunt me malè audientes, & quærunt patrocinia peccandi. Attendunt vnde defendant quod committere parauerunt, non vnde caueãt quod cõmiserunt: & dicunt sibi. Si autem Dauid adulterium commisit, cur non ego? Inde anima iniquior, quæ cum propterea fecerit, quia Dauid fecit, ideo peius quã Dauid fecit. Dauid enim nullum sibi ita ad exemplum proposuerat vt tu, ceciderat lapsu cupiditatis, non patrocinio sanctitatis. Tu tibi tanquam sanctum proponis vt pecces, non imitaris eius sanctitatem, sed ruinã. Hoc amas in Dauid, quod in se odit Dauid. Præparas te ad peccandum, disponis peccare. Librum Dei vt pecces inspicis: scripturas Dei ad hoc audis, vt facias quod displicet Deo. Hoc non fecit Dauid, correptus est per Prophetam, non lapsus est in Propheta. Sed boni viri Ecclesiæ filij, in Christi amore perfecti, audientes tam sancti viri ruinam, metuunt infirmitatem suam: & quæ condemnat Deus deuitare cupientes, abstinent oculos, non eos defigunt in pulchritudine carnis alienæ, nec seipsos faciunt de peruersa simplicitate securos. Non dicunt bono animo attendi, benignè attendi, de charitate Deum aspexi.

aspexi. Proponunt enim sibi casum Dauid, & ad hoc illum magnum vident cecidisse, vt parui nō cadant, imo timeant videre vnde possint cadere. Reprimunt ergo oculos à petulantia, non se facilè adiungunt, nō se miscēt mulieribus alienis, nō leuāt oculos facilè ad aliena domicilia, ad aliena solaria. De longe enim vidit Dauid illā, in qua captus est. Mulier longe, libido prope: alibi erat quod videret, in illo vnde caderet. Attendenda ergo hæc infirmitas carnis, recordanda sunt verba Apostoli, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Non dixit, Non sit, sed non regnet. Inest peccatum, cum delectaris: regnat si consenseris. Carnalis delectatio, præsertim vsque ad illicita & aliena progrediens, frænanda est, non relaxanda, imperio domanda, non imperio collocāda. Attende securus, si nō habes vnde mouearis. Sed respondes, fortiter teneo. Nunquid tu fortior Dauid? Admonet etiam tale exemplum, non se quenquam debere extollere in prosperis rebus. Multi enim res aduersas timent, res prosperas non timent. Periculosior est res prospera animę, quam aduersa corpori. Prius corrumpunt prospera, vt inueniant quod frangant aduersa. Fratres mei aduersus fœlicitates acrius vigilandum est. Adulterium simul & homicidium non fecit Dauid, cùm persequutorem Saul pateretur. At vbi factus est securus, deuictis hostibus, pressuris caruit, tumorē exercuit †. Valeat ergo hoc exemplum ad id, vt timeamus fœlicitatem. Audiant ergo qui hoc malū non com miserunt, vt vigilent custodire integritatem suā. Et cùm attendunt magnum cecidisse, parui timeant. Si verò aliquis iam lapsus hoc audiuit, & nimio sceleris pondere oppressus desperare iam cœpit: attendat vulneris magnitudinem, sed nō desperet medici potestatem. Audi Dauid pœnitentiam agentem. Ad te Nathan Propheta non est missus: ipse Dauid ad te missus est. Audi eum clamantem, & simul clama. Audi gementem, & congemisce: audi flentem, & collachrymare: audi correptum, & collætare. Si tibi non potuit intercludi peccatum; spes veniæ non intercludatur. Missus est enim ad Dauid regē Nathan Propheta. Ille autem nō considerauit regni sui sublimitatem, sed humilis, & mitis, non respuit verba præcipientis. Non dixit ad Prophetam, Tu cùm sis pauper & humilis, quomodo ausus es mihi loqui regi? Rex sublimis Prophetam audiuit: plebeius humilis Christum audiat. Audi hoc, quicunque crimen capitale aliquod fecisti: Dic cum illo. Miserere mei Deus secundum magnā misericordiam tuam. Qui magnam misericordiā deprecatur, magnam miseriam confitetur. Quærant paruam misericordiam, qui nesciendo peccauerunt. Miserere, inquit, mihi secūdum magnā misericordiam. Subueni graui vulneri, secundū magnam misericordiam tuam. Graue est quod habeo, sed ad omnipotentem confugio. De meo letali vulnere desperarem, nisi tantum medicum reperirem. Dic ergo miserere &c. Sed vide quem inuoces. Iustum inuocas, odit peccata: Si iustus

† Aliàs, Tumorē excreuit.

Rex clarissimus audiuit Prophetam, homūcio fœdissimus audiat Christum.

A est, vindicat peccata. Non poteris auferre à Domino Deo iustitiam eius. Implora misericordiā, sed adde iustitiam. Misericordia est, vt ignoscat peccanti: iustitia est, vt puniat peccatum. Quid ergo quæris misericordiam? Peccatum impunitum remanebit? Responde cum Dauid, vt misericordiam consequaris sicut Dauid, & dic, Noui Domine iustitiam, cuius quæro misericordiam. Non erit impunitum peccatum meum, sed ideo nolo, vt tu me punias, quia ego peccatum meum punio. Ideo peto vt tu ignoscas, quia ego agnosco, & delictum meum contra me est semper. Nō posui post dorsum quod feci: non intueor alios, oblitus mei: nō affecto stipulam eiicere de oculo fratris mei, cùm sit trabs in oculo meo. Sed peccatum meum ante me est semper. Peccatum cum

Misericordia & iustitia in vera pœnitentia.

B desperatione, certa mors. Nemo ergo dicat, Si iam aliquid mali feci, iam damnandus sum. Deus malis talibus non ignoscit. Cur non addo peccata peccatis, fruar sæculo in voluptate lasciua, in cupiditate nefaria, iam perdita spe reparationis, vt vel hoc habeam quod video, si non possum quod credo? Iste ergo Psal. sicut cautos facit eos, qui non ceciderunt: sic desperatos non vult, qui ceciderunt. Quisquis peccasti, cur dubitas agere pœnitentiam pro peccato tuo, desperando salutem tuam? Concluditur de Dauid, lib. xvij. de ciuitate Dei. Regnauit Dauid in terrena Hierusalem, filius cœlestis Hierusalem, Diuino multū testimonio prædicatus, quia & delicta eius tanta pietate superata sunt, per saluberrimam pœnitendi humilitatē, vt prorsus inter eos sit, de qui-

Cap. 20. Tom. V.

C bus ipse ait. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

DEBITVM. Debitores sumus charitatis, super Psalm. xxxiij. Semper existamus debitores charitatis. Ipsa est enim quæ semper redditur, & semper debetur, sicut dicit Apost. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Nostra debita sunt peccata, lib. ij. de verbis Domini, sermone v. Dimitte nobis debita nostra &c. Debitum quid est, nisi peccatum? Ergo si non accepisses alieni fœnoris pecuniam, non egeres, & ideo peccatum tibi imputatur. Habuisti pecuniam cum qua diues nascereris. Diues eras, ad imaginem Dei & similitudinem factus, perdidisti quod habebas, hoc est, humilitatem. Dum arrogantiam desideras ven-

Rom. 13. Tom. X.

Mat. 6.

D dicare, perdidisti pecuniam. Sicut Adam nudus es factus, accepisti à diabolo debitum, quod non erat necessarium. Et ideo quia eras liber in Christo, debitor factus es diaboli. Cautionem tuam tenebat inimicus, sed eam Dominus crucifixit, & suo cruore deleuit. Abstulit debitum tuum, reddidit libertatem. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vide quid dicas. Quomodo ego dimitto, sic & tu dimitte mihi. Si dimiseris, bene cōuenis, vt dimittatur tibi. Si non dimittis, quomodo eum conuenis? Et propter hoc, lib. de oratione Dominica. Sic nobis debita dimitti postulamus, secundum quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus: scientes impetrari non posse,

Dimittendū vt dimittatur.

quod pro peccatis nostris petimus, nisi & ipsi circa peccatores nostros, pia fecerimus. Ideo alio loco dicit. In qua mensura mensi fueritis &c.

DECEPTIO. Lib. lxxxiij. quæstionũ. Sicut summa virtus est, & propriè Diuina virtus est, neminem decipere: sic vltimum vitium est, quẽlibet decipere. Ab hoc vltimo vitio, ad illam summam virtutem tendẽtibus gradus est, neminem quidem amicum, vel ignotũ, sed tamen inimicum aliquãdo decipere. Vnde illud etiã à Poëta dictum, prope iam prouerbij consuetudinem obtinuit.

Aeneid. 2.

Dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Sed quoniam & ipse hostis, potest plurimum iniustè decipi, veluti, cùm pactũ aliquod fit de temporali pace, quas inducias vocant, & non seruatur fides, & cætera talia: multo purgatior, summæque illi virtuti propinquior, qui quanquam velit hostem decipere, non eum tamen decipit nisi authoritate Diuina. Deus enim nouit, vel solus, vel certe longè quam homines excellentius atque syncerius, qua quisque pœna præmioue sit dignus. Quapropter Deus quidẽ per seipsum neminem decipit. Est enim pater veritatis. Vtitur tamen pro meritis & dignitatibus, quæ sunt in gradibus iustitiæ & veritatis, vt si quisquam dignus est decipi, non solum per seipsum non eũ decipiat, sed neque per talem hominem, qui iam congruenter diligit, & custodire persistit. Sit in ore nostro est, est: non, non: neque per Angelum, cui non conuenit persona fallaciæ: Sed aut per talem hominem, qui nondum se talibus cupiditatibus exuit: aut per talem Angelum, qui pro suę voluntatis peruersitate, vel ad vindictam peccatorum, vel ad exercitationem purgationémque eorum, qui secundum Deum renascuntur, in infimis naturæ gradibus ordinatus est. Legimus enim deceptum regẽ falso vaticinio pseudoprophetarum. Et ita legimus, vt in fine Diuino iudicio factum inueniamus. Quoniam ille dignus erat sic decipi: non per eum Angelum, quem deceptionis officium suscipere non decet: sed per Angelum erroris, qui sibi vltro tales partes imponi cum lætitia postulauit. Et infra subdit. Homines talium distributionum imagines seruient. Hinc est, quod iudex damnatum percutere, indignum sua persona & nefarium iudicat: eius tamen iussu hoc facit carnifex qui pro sua cupiditate sic ordinatus est in officio, vt percutiat legum moderatione damnatum, qui possit etiam innocentẽ sua crudelitate percutere. Nã neque per seipsum hoc iudex facit, neque principem vel aduocatum, aut aliquem in officio suo, cui tale ministerium non cõuenienter imponitur. Hinc est etiam, quod irrationalibus animantibus vtimur ad eas res, quas per homines agi nefarium est. Nam vtique dignus est fur morsu lacerari: Id tamen homo agit non per seipsum, aut per filium, aut domesticum, aut etiã per famulũ suũ, sed per canem: Quoniam bestiam talia facere, pro naturæ gradibus decet. Cùm igitur quosdam pati aliquid deceat, quod alios facere nõ deceat, ministeria quædam sunt media, quibus digna iniunguntur officia: vt eos ipsa iustitia, non solum talia pati quemque imperet, qualia pati eum decet, sed etiam his facientibus, quos talia facere non minus decet. Vnde decipiens, in eo quod decipit, melior non est, lib. j. contra aduersarium legis & prophetarum. Non inuenitur sicut dicit iste blasphemus, serpens loco meliore, quam Deus, quia præualuit decipere hominem, quẽ fecerat Deus. Nullo enim modo deciperetur homo, si non in se exaltato corde recessisset à Deo. Vera quippe, quoniam Diuina, est illa sententia. Ante ruinam exaltatur cor. Et vbi contra Deum exaltatur, ibi ab illo deseritur, & in se tenebratur. Quid autem mirum si dum tenebratur, nescit quid sequatur? quoniam non à seipso lumen est, sed ab illo illuminatur. Quod ergo Deus semper inuictus sit, etiã homo victus ostendit: quia victus non fuisset, si ab inuicto non recessisset. Quomodo autem victor deceptor est, cùm à seipso sit etiam ipse deceptus? Vnde & ille qui decepit, & ille quem decepit, ambo decepti sunt, recedendo ab eo qui non potest decipi: & victi sunt, recedendo ab eo qui non potest vinci. A quo vtiq; qui plus recedit, plus vincitur: quia tanto est inferior, quanto deterior. Et ideo necesse est, vt qui malum alteri prius inferendo vincere videtur, amplius ipse bonum admittendo vincatur. Nec fieri potest, vt ei sit locus melior, cùm causa sit peior. Et quod ad tempus præualuisse visus est diabolus homine superato, etiam sic in æternum victus est homine reparato.

DECIMA. In sermo. xv. de xl. Fideliter decimas dare, est nec peius, nec minus, aliquando Deo decimam partem reddere, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de venatione, aut negotio. Quia de omni substantia sua quam Deus homini donat, decimam partem sibi reseruauit & nouem dedit. Vnde si decimam partem non reddet, nouem partes sibi tollet. Lib. Homi. in medio. Maiores nostri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabãt, & Cæsari censum reddebant: modo autem quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Noluimus cum Deo partiri decimas, modo autem tollitur totũ. Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus. Hoc magis datur, quod pauperibus non erogatur. Ibidem circa finem. Decimæ tributa sunt egentium animarum. Quod si dederis decimas, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam salutem corporis & animæ cõsequeris. Nõ igitur Dominus Deus præmium postulat, sed honorem. Deus enim noster qui dignatus est totum dare, decimas à nobis dignatus est accipere: non sibi, sed nobis, sine dubio profuturas. Sed si tardius dare peccatum est, quanto magis peius peccatũ est non dedisse? De militia, de negotio, de artificio, redde decimas. Cùm enim decimas dando & terrena & cœlestia poscis pręmia promereri: pro auaritia, duplicem benedictionem fraudas. Hæc est enim Domini iustissima consuetudo, vt si tu illi de

illi decimam nō dederis, tu ad decimā reuoceris. Dabis impio militi, quod nō vis dare sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est, sed hominū malitia ꝓhibetur. Decimæ etenim ex debito exquirūtur. Et q̄ eas dare noluerint, res alienas īuadūt. Et quāti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat, illo decimas nō dāte, fame mortui fuerūt: tantorū homicidiorū reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, q̄a rē à Domino pauperibus erogatā vel delegatā, suis vsibus reseruauit. Qui ergo sibi, aut præmiū cōparare, aut peccatorū desiderat veniā promereri, reddat decimā: & de nouem partibus studeat eleemosynā facere pauperibus.

Tom. VI.

DECVS. Decus ordinis vniuersi turbāt imprudētes, lib. xij. de ciuit. Dei. ca. iiij. Vniuersitatis ordinis decus, nos ꝓpterea nō delectat, quoniā parti eius ꝑ cōditione nostræ mortalitatis intexti, vniuersum: cuius particulæ quæ nos offendūt, satis aptè decentérque cōueniunt, sentire nō possumus. Vnde nobis in q̄bus eā cōtēplari minus idonei sumus, rectissimè credēda præcipitur prouidētia cōditoris, ne tāti artificis opus, in aliquo reprehēdere, vanitatę humanę temeritatis audeamus. De ipso decore, require infra cap. Pulchritudo.

Tom. VIII.

DEFECTVS. Causa defectus & distinctio, super Psal. cxviij. serm. xx. Nō oīs defectus, vel culpæ est putādus esse vel pœnæ, est etiā defectus laudabilis vel optabilis. Nā cū sint inter se duo ista cōtraria, proficere & deficere, vsitatius ꝑfectus in bono accipitur, defectus in malo, quādo nō additur vel subintelligitur in q̄d ꝓficiatur vel deficiatur: cū verò additur, potest & malū esse proficere, bonūq; deficere. Apertè q̄ppe dixit Apost. (*1. Tim. 6.*) Prophanas autē verborū nouitates deuita, multū enim proficiūt ad īpietatē. Ait & de q̄busdā, (*2. Timo. 3.*) Proficiēt in peius. Ita & defectus à bono ī malū malus est, à malo in bonū bonus est. Bonus q̄ppe defectus dictus est. Desiderat, & defecit aīa mea, ī atria Domini. De bono defectu, in serm. ix. de nati. Do. Debet vita humana in se deficere, & in Christo ꝓficere, vt q̄ viuūt, iā nō sibi viuāt, sed ei q̄ pro oībus mortuus est & resurrexit, vt dicat vnusquisq; nostrū q̄d dicit Apost. Viuo ego, iā nō ego, viuit aūt in me Christus. De malo defectu lib. de moribus Manichęorū. ca. iij. Bonū creatura vocatur cui noceri per defectū pōt, cuius defectus Deus author nō est, q̄a existēdi, vt ita dicā, & essendi author est & malum nō secūdū essentiā, sed secundū priuationē dicitur, & natura cui noceri pōt creatura est.

DEFENSIO. Defensor differt ab intercessore, in Epist. ij. ad Macedoniū, & est in numero Epistol. xlviij. Defensor ab intercessore plurimū distat. Nā ille diluēdis vel obtegēdis criminibus operā maximè īpēdit. Intercessor aūt cū de culpa cōstat ꝑ pœna remouēda vel tēperāda curā gerit. Nō sunt defendēda peccata, sup Psal. 50. (*Tom. VIII.*) Peccasti, q̄d defendis te loquēdo? Loq vis. Audi, patere: Cede diuinis vocibus, ne perturberis, & amplius vulnereris. Cōmissum est, nō defendatur: in cōfessionē veniat, non in defensionē. Adhibes te defensorē peccati tui, vinceris. Nō vincētē patronū adhibuisti, nō tibi est vtilis defensio tua. Quis es q̄ te defendas? Idoneus es tu ad accusandū te. Noli dicere, aut nihil feci, aut q̄d magnū feci, aut fecerūt & alij. Si enim faciendo peccatum nihil te dicis fecisse †, nihil eris, nihil accipies. Paratus est Deus dare indulgētiā, claudis cōtra te ostiū munimine. Ille paratus est dare, tu noli opponere obicē defensionis, sed aperi ostiū cōfessionis. Quia vt dicit super Psalm. cxlv. Sicut odit Deus peccatū defendētē, sic subleuat cōfidentē. Peccati defensio, Dei est incusatio, super Psal. lviij. serm. j. (*Tom. VIII.*) Est quædā iniquitas, quā q̄ operatur nō pōt fieri vt misereatur ei Deus. Ipsa est defensio peccatorū. Quādo quisque defendit peccata sua magnā iniquitatē operatur. Hoc defendit, q̄d Deus odit. Et vide quā peruersè, quā iniquè. Si q̄d boni fecerit, sibi vult īputari: si q̄d mali, Deo. Nā hoc modo defendūt hoīes peccata ex Dei ꝑsona, q̄d peius est, dicētes. Si Deus voluisset, nō id fecissem. Quid vis faciā, fato meo? Iā quæris q̄d sit fatū. Curris ad stellas. Quæris q̄s fecerit & ordinauerit stellas. Deus est. Ergo ad hoc peccatū tuū defendis, vt Deū accuses. Ideo excusatur reus, vt culpetur iudex. Defensio duplicat culpā, super Psal. cxxxix. (*Tom. VIII.*) Dicit apertè Isaias, (*Isai. 5.*) Vę iis q̄ trahūt peccata sua, velut restē lōgā. Quare aūt dicitur restis? Quia oīs peccator ꝑseuerās ī peccatis suis, addit peccata peccatis: & cum debeat accusatiōe peccati sui corrigi, defensiōe duplicat q̄d cōfessione pōt auferri: & plerūq; aliis peccatis vult munitus esse, ꝓpter illa quæ commisit. Fecit adulteriū, & ne occidatur parat homicidiū: addit peccatū peccato. (*Restis peccatorum.*) Rursus si ei contigerit facere homicidiū, iā qui vnū crimē timebat, duo timet: & vtiq; cū videat se plura timere quā antea timebat, non cogitat minuere q̄d fecit, sed addere quod nōdū fecit: quærit fortè & maleficū. Tria ecce habet. Inde iā quis cogitat? quis finiat restē peccatorū? Et optimè dicit restis. Vt eñ torqueatur restis additur, & nō adduntur recta fila, sed torta. Prauitas sibi connexa ducitur in lōgū: & nō cogitat præcidere q̄d malè texuit, sed addere, producere, in lōgū protēdere, vt habeat ī fine, vnde illi ligētur manus & pedes, & mittatur in tenebras exteriores. Lib. de vera innoc. Tūc hoīem cōclusit ꝓfunditas iniquitatis, quādo nō solū inuisus peccatis iacet, sed etiā volens ea defendere, perdit aditum confessionis.

† Aliàs, deliquisse.

Tom. X.

DELECTATIO. Delectatio distīguitur. Lib. de verb. Apost. serm. xvij. Delectāt quædā naturaliter īfirmitatē nostrā, vt cibi & potus delectāt esuriētes & sitiētes: & nos delectat hæc lux, quæ diffunditur sole exorto, vel quæ de syderibus & luna fulget, vel quę infra accēditur luminibus cōsolātibus tenebras oculorū: delectat canora vox, & suauissima cātilena: delectat odor bonus: delectāt etiā sensum nostrū, quæcūq; pertinēt ad carnis aliquā voluptatē: (*Licitæ & illicitæ delectationes.*) nec tamē omnia quæ nos delectāt in sensibus corporis, licita sunt. Delectant enim oculos spectacula ista magna naturæ, sed delectāt etiam oculos

oculos spectacula theatrorū: hæc illicita, illa licita. Psalmus suauiter cātatus delectat auditum, sed delectāt auditū etiā cātica histrionū, hoc illicitè, illud licitè. Delectāt olfactū flores, & aromata, & hæc Dei creatura, delectāt olfactū etiā thura in aris dæmoniorum: hæc illicitè, illa licitè. Delectat gustum cibus non prohibitus, delectant gustū etiā epulæ sacrificiorū: hoc illicitè, illud licitè. Delectat cōiugalis amplexus, delectat etiā meretricū: hoc illicitè, illud licitè. Videtis ergo esse in istis sensibus corporis licitas & illicitas delectatiōes. Iustitia sic delectet, vt vincat etiā licitas delectatiōes: & ei delectationi qua licitè delectaris, præpone iustitiā. Subdit. Præponite delectationē mētis, delectatiōi carnis. Carnē quippe nostrā delectāt delectationes illicitæ, mentē nostrā delectet inuisibilis, pulchra, casta, sancta, canora, dulcis iustitia: vt non ad eam timore cogamini. Si enim ad eam timore cogimini, nōdum delectat. Peccare nō debes timore pœnæ, sed amore iustitię. Quid sit delectatio, & quòd in Deo est habēda. lib. vj. Musicæ. Nosipsos inter illa quæ infra nos sunt, & illa quæ supra nos sunt, ita Deo & Domino nostro opitulāte ordinemus, vt inferioribus nō offendamus, solis autē superioribus delectemur. Delectatio quippe quasi pōdus est animæ. Delectatio ergo ordinat animam. Vbi enim erit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuū: Et vbi delectatio, ibi thesaurus. Vbi autē cor, ibi beatitudo & miseria. Quæ verò superiora sunt, nisi illa, in quibus summa, incōcussa, & incommutabilis ęterna manet ęqualitas? Vbi nullū tēpus est, quia mutabilitas nulla est: & vnde tēpora fabricātur, & ordinātur, & modificātur. Lib. de vera innocentia. cap. cv. Nō potest vnquā fraudari delectationibus suis cui Christus est gaudiū. Aeterna enim exultatio est quæ bono lætatur æterno.

Cap. 11. Tom I.

Numerorū æqualitas.

Tom. III.

Lib. vj. de trinit. cap. x. In trinitate, summa origo est omniū rerū, perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. Super Psal. lvij. Oportet quod obliuiscamur præterita, vt ad ea quæ nobis promittūtur intēdamus: nec ex præterita nostra vita, nec ex præsenti delectari debemus.

Tom IIII.

Est talis delectatio necessaria. lib. de patiēt. Vis desideriorū, facit tolerātiā laborū & dolorū. Et nemo, nisi pro eo quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat. Lib. ij. de merit. & baptismo paruulorum. Nolunt homines facere quod iustū est, siue quia latet an iustū sit, siue quia non delectat. Et ideo super Psal. cxviij. serm. xvij. Quando delectat bonū, magnum est Dei donum quando autē bonum opus, quod lex imperat, fit timore pœnæ, non delectatione iustitiæ, cū Deus metuitur, nō amatur: seruiliter fit, nō liberaliter. Seruus autem non manet in domo in æternum.

Tom. VII.

Tom. VIII.

Cap. 28. Tom. VI.

Vnde omnis alia delectatio refręnanda, libro xxij. contra Faustum. Omnis actio seruiens fidei seruienti Deo, refręnat omnes mortales delectationes, & eas coërcet ad naturalem modum, meliora inferioribus ordinata dilectione præponenș. Si enim nihil delectaret illicitum, nemo peccaret. Peccat ergo qui delectationem illiciti relaxat potiùs, quam refrænat. Est autem illicitum, quod lex illa prohibet, qua naturalis ordo seruatur. Vtrum autem sit aliqua rationalis creatura, quam nihil possit illicitum delectare, magna quęstio est. Quod si est, non eo genere factus est homo, nec illa Angelica, quæ in veritate non stetit: sed in eo genere ista rationalia facta sunt, vt inesset eis possibilitas refręnandi delectationē ab illicito, quam non refrēnando peccauerunt. Magna est itaque & humana creatura, quandoquidem per eam possibilitatem instauratur, per quam si voluisset non cecidisset. Magnus est Dominus & laudabilis valdè, qui condidit eam. Cōdidit enim & inferiores, quæ non possunt peccare: condidit & meliores, quæ non possunt peccare. Bestialis enim natura non peccat, quia nihil facit contra æternam legem, cui subdita est, vt eius particeps esse non possit. Rursus Angelica sublimis natura non peccat, quia ita est particeps legis æternæ, vt solus eam delectet Deus, cuius voluntati, sine vllo experimento tentationis obtemperat. homo autem cuius propter peccatum tentatio est vita super terram, subdat sibi quod habet commune cum bestiis: subdat Deo quod habet commune cum Angelis: donet iustitia & immortalitate perfecta, atque percepta, ab istis exaltetur, illis æquetur. Mortales autem delectationes vsque ad reparandam seu custodiendam istam mortalem salutem, siue vniuscuiusque hominis, siue ipsius humani generis, vel excitandæ, vel relaxandæ sunt: vltra si prolapsæ fuerint, & contra temperantiæ rationem hominem non se regentem, abripuerint, libidines erunt profectò illicitæ, ac turpes, & dignæ doloribus emendari. Quod si etiam perturbatū rectorem in tantam voraginem perditæ consuetudinis mergant, velut inultas fore credens, confessionis & pœnitentiæ negligat medicinam, qua correctus emergat, vel peiore morte cordis contra illam æternam prouidentiæ legem blasphemum eis patrocinium defensionis adhibeat, atque ita die fungatur extrema, non iam emēdatione, sed dānatione dignū lex illa irreprehēsibilis censet. Mala delectatio est damnationis causa, lib. de fide ad Petrum, parte prima. cap. xiiij. Omnis homo qui in hoc sæculo vsque ad finem iniquitatum, delectatione & cordis obduratione permanserit, sicut hîc eum noxia criminum delectatio tenuit, sic eū sine fine pœna sempiterna retinebit. In sermone vj. de natiuitate Domini. Aperiat Dominus vobis oculos cordis, vt videatis illud quod putatur dulce modo, satis esse in breuitate temporis, quàm amarum erit, in igne æterno: quàm graui & perpetua pœna punienda erit breuitas delectatioonis. Delectatio occidit animam, & præteriit: vulnerauit, & transiit: miseram fecit, & abiit: infœlicē reddidit, & reliquit. Quam speciosus est animę nitor, quam fœlix cōsciētia bonis operibus plena. Si beatum se credit, qui hoc possidet, quod dimissurus est post mortem: quàm securus est, qui illud præmiū spectat, quod nunquam amissurus est per æternitatem? Si potens dicitur

dicitur qui mundo imperat, quã beatus est qui Deum in conscientia portat? De mala delectatione, lib. meditationum. Sæpe etiã sine causa alicuius vtilitatis cum aliquo loqui incipio, in detractionem incurro, vel pro aliqua re imprudenter iuro, vel vitio curiositatis ineptæ succumbo, vel malarum cogitationum turpitudinis motus illicitos & impudicos, in ipsis interioribus meis sustineo. Væ tantæ infœlicitati, tantæ perditioni. Dum enim quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ ante sunt me extendere volo, subita, nescio qua, miseria, relabi ad inania & noxia me conspicio: & tanquã mors subita interueniens, vel quẽadmodum canis rabidus, qui nec percussus à laceratione hominis se non tẽperat, ita delectatio perforat mentem meam, & pro suaui odore virtutum, sentio intolerabilem ac tetrum fœtorẽ. B Sed de delectatione peccãdi, lib. de vera innoc. Cap. 92. Tom. III. Humanæ ægritudinis est, in carne mortali, delectationẽ habere peccãdi: sed discipulus Christi, amatórque virtutum, non pacẽ habet concupiscentiæ tribuere, sed bellũ debet indicere. Sed Cap. 108. de delectatiõe præteriti, eod. lib. Reuocãdus est animus ad recordandum cum quadam delectatione de præteritis, ne surrepente concupiscẽtia, redeamus corde in Aegyptum. Super Psalm. cij. Non sit ante oculos tuos delectatio præteriti peccati: sed sit ante oculos tuos dãnatio peccati. Dãnatio peccati à te, remissio à Deo. Ideo libro meditationũ, cap. xvj. Anima mea, inter omnia opera virtutum moneo, caueas ne in recordationibus malorum tuorũ, aliquos diaboli laqueos incurras, quos multi incauti incurrerunt: C qui dum mala sua, quasi pro eis plorantes, ante mentis oculos reducũt, per easdẽ recordationes, in ipsas malorũ delectationes insipienter cadũt.

Tom. I. Recordãtur sancti, sed virtuose, lib. x. confess. Delectat bonos audire præterita mala eorum, quia iam carent eis: non ideo delectat, quia mala sunt: sed quia fuerunt, & non sunt. Quia vt dicit lib. de vera innocentia. Sicut vera ratio docet meliorem esse creaturam, quã prorsus nihil delectat illicitum: ita eadem ratio docet & illã bonam esse, quæ in potestate habet illicitã delectationem ita cohibere, vt non solum de cæteris licitis rectéque factis, verumetiam de ipsius prauę delectationis cohibitione lætetur.

DELICTVM. Differẽtia inter peccatum, & delictum, & quid sit vtrunque. lib. quæstionum, super Leui. quæ- D Tom. IIII. stione xx. Inter peccatum & delictum, fortasse hæc differentia est, quod peccatum est perpetratio mali, delictũ desertio boni. Vt queẽadmodum in laudabili vita, aliud est declinare à malo, & aliud facere bonũ, sicut admonemur, dicente scri- Psal. 36. ptura, Declina à malo & fac bonum: ita in damnabili, aliud sit declinare à bono, & aliud facere malum, & illud delictum, hoc peccatũ sit. Nam & ipsum vocabulum, si discutiatur, quid aliud sonat delictum, nisi derelictum: & quid derelinquitur, nisi bonum? Ibid. infra. Potest etiã videri illud esse delictum, quod imprudenter, id A est, ignoranter agitur: illud peccatum, quod à sciente committitur. Huic differentiæ videntur ista testimonia consonare Diuina. Delicta quis intelligit? & illud, Quoniam tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Psal. 18. Psal. 68. Peccatum verò ad scientem pertinere, Apostolus Iacobus tanquam diffiniens ait. Scienti bonum facere & non facienti peccatum est illi. Iac. 4. Indifferenter autem plerunque dicuntur: vt & peccatum nomine delicti. & delictum, nomine peccati appelletur. Pro peccatum & delictum. Neque enim cùm dicitur in baptismo fieri remissio peccatorum; non fit etiam delictorum. Et quod Dominus dicit, pro multis effundendum suum sanguinem in remissionem peccatorum: Nunquid, quoniam non ait, & delictorum: ideo quisquam dicere audebit, in sanguine ipsius delictorum non fieri remissionem? Sunt delicta tenebræ super Psalm. xviij. Sicut tenebræ oculos ita delicta mentem nec lucem veritatis sinunt videre, nec se. Quod sit maius delictum, ibidem. Nõ est maius delictum quam apostatare à Deo, quod est initium superbię hominis, & verè ille immaculatus qui etiam hoc delicto caret, quia hoc vltimum redeuntibus ad Deum, quod recedentibus primum fuit. Per scripturam delictorum grauitas intelligitur. lib. Cap. 6. ij. de baptismo contra Donatistas. Non afferamus stateras dolosas vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro, dicentes, Hoc graue scelus est, hoc leue: Sed afferamus Diuinam stateram de scripturis sanctis, tanquam de thesauris Dominicis, & in illa quid sit grauius appendamus. imo non appendamus, sed à Domino appẽsa recognoscamus. Tempore enim illo, quo Dominus priora delicta, recentibus pœnarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum atque adoratum est, & Propheticus liber ira regis contemptoris incensus, & schisma tẽtatum idololatria gladio punita est, exustio libri, bellica cæde & peregrina captiuitate, schisma hiatu terræ, sepultis authoribus viuis, & cæteris cœlesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum? Non conuicti, sed confícti traditores. Qui si non libros incendendos tradidissent, sed eos ipsi suis manibus incendissent, minoris fuissent vtique sceleris, quã si schisma committerent, quia illud mitius, istud grauius vindicatum est, non humano arbitrio, sed Diuino iudicio. Quid sit delinquere, super Psal. lxxiiij. Delinquere, est tanquam de liquido quodam defluere à stabilitate firmamenti virtutis atque iustitiæ. Cupiditate enim inferiorum quisque peccat. Sicut autem quisque roboratur charitate superiorum sic deficit & quasi liquescit cupiditate inferiorum.

24. quæst. 1. ca. non afferamus. Tom. VII.

DELICIAE. Lib. de vera innoc In pręsenti vita, & deliciæ temporales dulces sunt, & tribulationes tẽporales amaræ sunt. Cap. 226. Tom. III. Sed quis nõ bibat tribulationis poculũ, metuens ignem gehennarum? Et quis non contẽnat dulcedinem sæculi, inhians bonis vitæ æternæ?

Pro

Capi.xi. Tom.IIII. Pro æternis sunt contemnendæ, lib. de sancta viduitate. In nobis amor diuitiarum simul frigescat cum amore nuptiarum. Et pius vsus rerum quas possidetis, ad spirituales delicias cõferatur, vt liberalitas vestra magis ferueat adiuuandis egenis, quam ditandis auaris. In thesaurum quippe cœlestem non mittuntur dona cupidorũ, sed eleemosynæ pauperum: quæ in immẽsum modũ orationes adiuuant viduarum. Ieiunia quoque ac vigiliæ inquantum valetudinem non perturbãt. Sed orãdo, psallendo, legendo, & in lege Dei meditando sumantur, in delicias spirituales etiã ipsa quæ videntur laboriosa vertuntur. Nullo enim modo sunt onerosi labores amantium, sed etiam ipsi delectant, sicut venantiũ, aucupantiũ, piscantium, vindemiantiũ, negotiantium, ludo aliquo sese oblectantiũ. Interest ergo quid ametur. Nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur. Et inde quã pudendũ sit, si delectat labor vt fera capiatur, vt cuppa aut sacculus impleatur, vt pila iaciatur, & non delectat vt Deus acquiratur. In omnibus sanè spiritualibus deliciis, quibus fruuntur innuptæ, sancta earum conuersatio cauta etiam debet esse: ne fortè cum mala vita nõ sit per lasciuiam, mala sit fama per negligentiam. Deliciarum temporalium finis & pœna. In sermone de defunctis. Ite ad sepulchra mortuorum, & videte exempla viuentium. Iacet ossa, & perit homo: tamen reseruatur causa eius in die iudicij. Fuit & ipse similis nobis, aliquãdo in vanitate viuens, in sęculo studens diuitias multiplicauit & agros, & plantauit vineas, implens horrea sua in apothecis multis: & lætatus est in abundantia sua, & ecce subducta sunt omnia ab oculis eius. *Trãsit umbra temporaliũ.* Plaudebat sibi per schemata multa, sericis vestibus indutus, pompam sibi & luxurias adhibens epularum, delicias excolens, saltationes & iocos in ebrietatibus exhibebat, cœnas suas miscebat cum prandiis, & lætitiæ suæ vix dabat finem. Ecce ablata sunt omnia ab oculis eius. Vbi ergo abierunt omnia? Vbi schema? Vbi exquisita conuiuia? Vbi modo sunt illi, qui eum in furibũdis agminibus constipabant, qui domi forisque laudabant? Vbi ornatus domorum & vestiũ pretiosarum luxuria? Vbi gemmarum ambitio, & argenti pondus immẽsum? Vbi postremo ipsa cupiditas qua quotidie humanus animus angitur, dum nescit quando totum possit amittere? Vbi sapientia illa, & funesta cogitatio deseruit? Vbi applausus laudum, & adulatio amicorũ assidua? Vbi seruorum subditi greges, & lampadarum radiantia lumina, & antecedentium turba clientũ? Transierunt ista omnia ab oculis eius. Iacet in sepulchro redactus in puluerem: defluxerunt carnes eius, quas deliciæ nutriebant: abscesserunt nerui à compagibus suis: sola sunt ossa, quæ remanserunt in exemplum viuentium, vt cognoscantur reliquiæ mortuorum. Putatur enim requiescere sic corpus, sed habitat in inferno anima eius, & non videbit vlterius lumen. Circundant enim eum tenebræ multæ: tremor & afflictio apprehendunt eum, & fletus non desinit ab

A oculis eius, & vermes & ignis consumunt eum, stridor dentium frequentat eum: quia dolor, qui vrget eum, non desinit in anima eius. Pœnitet se modo malè vixisse in sæculo, & negligentem fuisse, & misericordiam non amasse: & modo quærit eam, & non inuenit: diuitias reposuisse multas, & non erogasse pauperibus: perdidisse tempus pœnitentiæ, & non correxisse dies suos, vt non incideret in talibus pœnis. Expectat ergo eum resurrectio magna, vt tradat eum peiori iudicio. Ibi enim conturbabunt eum Angeli, improperantes quod eleemosynam non amasset, & ideo ei misericordia denegatur, gehenna ignis ardentis eum expectat, quem in pauperibus cum viueret non extinxit. Ventrem eius perpetui vermes consument, qui esurientem

B pauperem non refecit. O quantum valet apud Deum misericordia, quæ in vita huius sæculi exhibetur. Dum enim hîc exhibendo impenditur, ad retribuendum in iudicio inuenitur. Sicut in Euangelio dicitur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. *Mat.5.* De æternis deliciis. super Psalmum xxxvj. sermone primo. *Tom.VI.* Hæc erunt deliciæ in illa vita, quia delectabuntur in multitudine pacis. Aurum tuum pax est, prædia tua pax, vita tua pax, Deus tuus pax. Quicquid hîc desideras, pax tibi erit. Quia hîc aurum quod tibi est, non tibi potest esse argentum: quod vinum est, non potest esse tibi panis: quod tibi lux est, non tibi potest esse potus: Deus tuus totum erit tibi. Manducabis eum, ne esurias: bibes eũ, ne sitias: illuminaberis ab eo, ne

C sis cæcus: fulcieris ab eo, ne deficias: possidebit te totum integrum, totus integer. Angustias ibi non patieris cum eo, cum quo totum possides. Totum habebis, totum habebit, quia tu & ille vnum eritis.

DAEMONES. Eorum nomen sonat in malum. Libro nono de ciuitate Dei, capite decimo nono. *Tom.I.* Nos dicimus, sicut scriptura loquitur, secundum quam Christiani sumus, Angelos quidem, partim bonos, partim malos: nunquam verò bonos dæmones legimus. Sed vbicunque illarum literarum hoc nomen positum reperitur, siue dæmones, siue dæmonia dicantur, non nisi mali significantur spiritus. Et hanc loquendi consuetudinem in tantum populi vsquequaque sequuti sunt, vt

D eorũ etiã qui Pagani appellãtur, & Deos multos ac dęmones colẽdos esse cõtẽdunt, nullus ferè sit tam literatus, tam doctus, qui audeat in laudẽ, vel seruo suo dicere, Dæmonem habes, Sed cuilibet hoc dicere voluerit, non se aliter accipi, quam malè dicere voluisse, dubitare non possit.

Huius nominis origo habetur ibidem, capite vigesimo. Origo huius nominis, si Diuinos intueamur libros, affert aliquid cognitione dignissimum. Dæmones autem dicuntur δαίμονες, vocabulũ Græcũ est, à scientia nominati. Apost. autem Spiritu sancto loquutus, ait. Sciẽtia inflat, charitas verò ędificat. Quod rectè, aliter nõ intelligitur, nisi scientiam tũc prodesse, cùm charitas inest.

inest. Sine hac autem, inflare, id est, superbiam inanissimæ quasi ventositatis extollere. Est ergo in dæmonibus scientia sine charitate. Quandam eorum ponit diffinitionem. *Tom.eod.* Lib. viij. eiusdē, capi. xvj. Apuleius Platonicus diffiniens dæmones ait. Dæmones esse genere animalia, animo passiua, mente rationalia, corpore aerea, tēpore æterna. horum verò quinque, tria priora illis nobiscum communia: quartum proprium, quintum eos cū diis habere commune. Sed video trium superiorum, quæ nobiscum habent, duo etiam cum diis habere. Animalia quippe esse dicit, & deos, q̃ sua cuique elementa distribuens, in terrestribus animalibus homines posuit cum cæteris, quæ in terra viuunt, & sentiunt: in aquatilibus pisces, & alia natatilia: in aereis dæmones: in æthereis deos. *Apulei definitio destruitur.* Ac per hoc quod Dæmones genere sunt animalia, non solum cum hominibus, verum cum diis pecoribúsque cōmune est: quod mente rationalia, cum diis & cum hominibus: quod tempore æterna, cum diis solum: quod animo passiua, cum hominibus solum: quod corpore aerea, ipsi sunt soli. Proīde quod genere sunt animalia, nō est magnū, quia hæc sunt & pecora. Quod mente rationalia, non est supra nos, quod nos sumus. Quod tempore æterna, quid boni est, si non beata? Melior est enim temporalis fœlicitas, quam misera æternitas. Quod animo passiua, quomodo supra nos est? quando & hoc nos sumus, nec ita esset, nisi miseri essemus? Quod corpore aerea, quanti existimandum est, cum omni corpori præferatur animæ qualiscunque natura? Et ideo religionis cultus, qui debetur ex animo, nequaquam debetur ei rei, quæ inferior est animo. Porrò si īter illa quæ dæmonum esse dicit, annumeraret virtutē, sapientiam, fœlicitatē: & hæc eos diceret habere cū diis æterna atque cōmunia, profectò aliquid diceret exoptandum, magníque pendendum: nec tamen propter hoc eos colere debemus, sed potius ipsū, à quo hęc eos habere, & accepisse noscemus. Quāto minus nūc honore Diuino aerea digna sunt animalia: ad hoc rationalia, vt & misera esse possint: ad hoc passiua, vt misera sint: ad hoc æterna, vt miseriam finire nō possint. Sed per alium modum contra istū Philosophū notificat eos. eodem lib. cap. xxij. Non est credendum quod Apuleius persuadere nititur, dæmones esse medios inter deos & homines, tāquā nuntios & interpretes, qui hinc ferant petitiones nostras, & inde referant deorum suppetias. Sed esse spiritus nocēdi cupidissimos, à iustitia penitus alienos, superbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia callidos, q̃ in hoc quidem aere habitant, quia de cœli superioris sublimitate deiecti, meritò irregressibilis trāsgressionis in hoc sibi congruo velut carcere prædānati sunt. Nec tamen quia supra terras & aquas aereus locus est, ideo & ipsi sunt meritis superiores hominibus, q̃ eos nō terreno corpore, sed electo in auxilium Deo vero, pia mente facillimè superant. *Cap.3. Tom.III. Corpora dæmonibus tribuit.* Differt autem per humanū eorū & nostra natura. Lib. de diuinatione dæmonum. Dæmonum natura est, vt aerei corporis sensu, ter-

A ram corporis sensum facilè præcedant. Celeritatem etiam propter eundem aerei caloris superiorem mobilitatem, non solùm cursus quorumlibet hominum vel ferarum, sed etiam volatus auium incorporabiliter vincant. Quibus duabus rebus, quantum ad aereū corpus attinet, præditi, hoc est, acrimonia sensus & celeritate motus, multo ante cognita p̄nuntiāt vel nūtiāt, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirētur. Accessit etiā dæmonibus per tam longum tempus, quo eorū vita protenditur, rerum longè maior experientia, quā potest hominibus propter breuitatē vitę prouenire. Per has efficacias, quas aerei corporis natura sortita est, non solùm multa futura prædicūt dæmones, verum etiam multa mira faciunt. Quæ quoniam homines dicere ac facere non possunt, eos dignos quidem quibus seruiāt, & quibus diuinos honores deferant, arbitrantur, instigāte maximo B vitio curiositatis, propter amorē fœlicitatis falsæ ac terrenæ excellētiæ temporalis. *Cap.eod.* Addit ibidem quod propter sensum non sunt hominibus meliores. Qui autem se ab istis cupiditatibus mūdant, nec eis se fallendos capiendósque permittunt, sed inquirunt & amant aliquid, quod in eodē modo semper est, cuius participatione beati sunt: *Rursus corpora.* primùm considerant non ideo sibi præponendos esse dæmones, quod acriore sensu corporis præualeant, aerei scilicet, hoc est, subtilioris elemēti: quia nihil in ipsis terrenis corporibus bestias sibi præponendas putāt, quæ acrius multa præsentiūt, velut sagacem canem, quia latentem feram olfa- C ctu acerrimo sic inuenit, vt ad eam capiendam, ducatum quendam homini præbeat: non vtique prudentiore intellectu animi, sed acutiore corporis sensu: vel vulturem, quia proiecto cadauere, ex improuisa longinquitate aduolat: nec aquilā, quia sublimiter volans, de tāto interuallo, sub fluctibus natantem piscem dicitur præuidere, & grauiter aquis illisa, exertis pedibus atque vnguibus rapere: nec alia multa animātium genera, quæ inter herbas saluti suæ noxias, pascendo circumerrant, nec aliquid eorum quo lædantur attingunt, cum eas homo experiendo vix cauere didicerit & multa innoxia eo quod sint inexperta formidet. Vnde cōiicere facilè est quanto possit aereis corporibus sensus acrior esse, nec ideo tamen dæmones, quia eo præditi sunt, bonis hominibus D præponendos prudens quisque censuerit. *Cap 4.* Addit ibidem, quod nec præferendi propter rerum experientiam. Quamuis dæmones propter diuturnam rerum experientiam, multa prænoscant atque pronuntient, præferendi tamē hominibus non sunt: sicut nec malos senes plura expertos, & ob hoc quasi doctiores ideo probi adolescētes sibi antecedere existimēt: nec medicos, nec nautas, nec agricolas, qui prauæ voluntatis & iniquorū morū sunt, p̄ferendi sunt, eo quod illi de valetudinibus, illi de tēpestatibus, illi de arbustorum frugúmque germinibus, ita multa proferāt, vt harū rerū experimēto, diuinare videātur. Adiungit ibidē quod nec propter opera mira. Quod verò nō solū quædā dæmones futura p̄dicāt, verū etiā *Cap.eod.*

quędam mira faciunt,pro ipſa vtique ſui corporis excellentia,cur non contemnetur à prudentibus, cũ plerunque iniqui ac perditi homines, ita exerceant corpora ſua,tantáque diuerſis artibus poſſint,vt q̃ hoc neſciũt,nec aliquãdo viderunt,etiã narrata vix credant?Quàm multa funãbuli cæteríque theatrici artifices,quam multa opifices,maximéque mechanici,miranda fecerunt,num ipſi ideo meliores ſunt bonis, & ſancta pietate præditis hominibus? Dæmonum eſt mala voluntas, ſuper Pſal.xxvj.Dæmones ſemper habent voluntatem nocendi:nec ſi placentur , nec ſi rogentur, deſinunt nocere velle:hoc enim maleuolentię illorum proprium eſt. Super Pſal.xcvj.Inſita eſt

Tom. VIII. maleuolentia quædam & pernicies nocendi malis ſpiritibus: vt gaudeant de malo hominum & de fallacia noſtra.Si nos fefellerint,paſcuntur. & q̃d quærunt?Nõ quærũt q̃bus in æternũ dominẽtur, ſed cũ q̃bus in æternũ dãnentur: Quomodo ſolet

Paſtus Maleuolentiæ. maleuolus latro nominare innocentem.Nũquid ſi fuerit viuus inceſus,ſi duo ardeãt,minus ardet? Minus moritur,ſi duo moriantur?Pœna illi non minuitur,ſed maleuolẽtia paſcitur.Mecum,inq̃t, moriatur.Non ſe minus moriturum dicẽs,ſed ſolatium habet malum alterius.Talis eſt diabolus. Seducere vult homines illos,cũ quibus puniatur. Et quia non poteſt fallere iudicem Deũ,non enĩ nominat apud eum innocentem:vera crimina volẽs habere quæ obiiciat,peccata perſuadet. Lib.

Tom. VI. ix.de ciuitate Dei.cap.vj.Mens dæmonũ,paſsionum vitiis cum ſubiugata ſit & oppreſſa , quicq̃d rationis naturaliter habet ad fallendum & decipiendum,tanto acrius intendit, quanto eam magis poſsidet nocẽdi cupiditas. Quid principaliter intendant.Lib.ij.eiuſdem,capit.xxiiij.Ipſi noſcũtur dæmones,ſicut notũ nobis eſt in literis ſacris, ipſæq; res ſatis indicant,negotium ſuum agere,vt pro diis habeãtur,vt colantur, vt illis ea exhibeãtur,quibus ij qui exhibent ſociati, vnam peſsimã cauſam habeãt in iudicio Dei. Et vt dicit Libr.

Homines legulatores. iiij.eiuſdem,cap.xxxij.Hominum velut prudentium & ſapientium negotium fuit populum in religionibus fallere,& in eo ipſo non ſolum colere,ſed mutari etiam dæmones, quibus maxima eſt fallendi cupiditas.Sicut enĩ dæmones,niſi eos, quos fallendo deceperint,poſsidere non poſſunt: ſic & homines principes,nõ ſanè iuſti,ſed dæmonum ſimiles,ea quæ vana eſſe nouerant, religionis nomine ſua debent populis tanquã vera,hoc modo eos ciuili ſocietati arctius alligantes, quo ſimiliter ſubditos poſsiderent. Quis autem infirmus & indoctus euaderet ſimul fallaces,& principes ciuitatis,& dæmones? De eorum cogni-

Præſcientia dæmonum. tione.Lib.xij.ſuper Gene.cap.xxx.Quẽadmodũ ſpirituales corporũ ſimilitudines,quæ in animo noſtro ſunt,innoteſcãt ſpiritibus, etiã immundis, vel quid obſtaculi patiatur anima noſtra ex iſto terreno corpore,vt eos inuicem in noſtro ſpiritu videre nequeamus,inuenire & explicare difficile eſt.Certiſsimis tamẽ indiciis apud nos cõſtitit enuntiatas à dæmonibus cogitationes hominũ,q̃ tamẽ ſi virtutũ in ternã ſpeciẽ poſſent in hominibus cernere,non tentarent.Sicut illam in Iob,nobilem ac mirabilem patientiam, proculdubio ſi poſſet diabolus cernere,nollet vtiq; à tentato ſuperari.Cæterùm alicubi longè iam facta quæ nũtiant,quæ poſt aliquos dies vera eſſe firmentur, non eſt mirandum.Poſſunt enim hoc efficere,nõ ſolum acrimonia cernendi etiam corporali incõparabiliter præſtantiore quã noſtra eſt,ſed etiam ipſorum corporum longè vtique ſubtiliorũ mira velocitate. Lib.de diuinatione dæmonũ. Accipiunt dæmones ſæpe poteſtatẽ morbos mittere, & ipſum aerem vitiando morbidum reddere,& peruerſis atque amatoribus cõmodorum terrenorum malefica ſuadere:de quorũ moribus certi ſunt,quod ſunt eis,talia ſuadentibus,conſenſuri. Suadent autem miris & inuiſibilibus modis,per illam ſubtilitatem corporum ſuorum,corpora hominũ non ſentiendo penetrando, ſeſe cogitationibus eorum,per quædam imaginaria viſa miſcẽdo,ſiue vigilantium,ſiue dormientium. Aliquãdo autem non quæ ipſi faciunt,ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcunt,quæ ſigna in hominum ſenſus venire non poſſunt, ante prædicũt. Neq; enim quia præuidet medicus,quod nõ præuidet eius artis ignarus,ideo iam diuinus eſt habẽdus.Quid autem mirum,ſi quẽadmodũ ille in corpus humanum,vel perturbata,vel modificata tẽperantia,ſeu bonas, ſeu malas præuidet futuras valetudines? Sic dæmon in aeris affectione atque ordinatione ſibi nota , nobis ignota,futuras præuidet tempeſtates. Aliquãdo & hominũ diſpoſitiones,non ſolum voce prolatas, verumetiam in cogitatione conceptas,cũ ſigna quædã ex animo exprimũtur in corpore,tota facilitate perdiſcũt: atque hinc etiam multa futura prænuntiant, aliis videlicet mira,qui iſta diſpoſiita non nouerunt. Sicut enim apparet concitatior animæ motus in vultu,vt ab hominibus quoque aliquid forinſecus agnoſcatur,quod intrinſecus agitur:ita nõ debet eſſe incredibile,ſi etiam leniores cogitatiões, dãt aliqua ſigna per corpus,quæ obtuſo ſenſu hominum cognoſci non poſſunt,acuto autẽ dæmonũ poſſunt. Hac atque huiuſmodi facultate, multa dæmones prænuntiant,cum tamen lõge ab eis ſit altitudo illius prophetiæ, qua Deus per ſanctos Angelos & Prophetas operatur. Nam ſi q̃d de illa Dei diſpoſitiõe prænũtiant,audiũt vt prænuntient,& cum ea prædicunt quæ inde audiunt, non fallunt neque falluntur. Veriſsima enim ſunt Angelica & Prophetica oracula. Quia ipſi decipiũtur,& decipiũt in eodẽ lib.In ſuis p̃dictionibus dæmones plerunq; & fallũtur & fallũt. Fallũtur quidẽ,quia cum ſuas diſpoſitiones p̃nuntiant, ex improuiſo de ſuper aliquid iubetur, quod eorum conſilia cuncta perturbet:vel dum ſi aliquid diſponant aliqui homines aliquibus poteſtatibus ſubditi, quod nõ præpoſitos ſuos prohibituros arbitrentur,idque facturos ſeſe promittant. At illi penes quos maior poteſtas eſt,ex aliquo ſuperiore conſilio,hoc totum diſpoſitum præſens atque præparatum repente prohibeant. Falluntur etiã cũ cauſis naturalibus,ſicut medici,aut nautæ, aut agricolæ,

agricolæ, sed longè acutius, longéque præstãtius, pro aerei corporis sensu & solertiore, & exercitatiore prænoscuntur: q̃a & hæc ab Angelis Deo summo piè seruiẽtibus, ex alia dispositione ignota dæmonibus, ex improuiso ac repente mutãtur. Tanquam si aliquid ægro extrĩsecus accidat, quo moriatur, quẽ medicus veris sanitatis præcedentibus signis, victurum esse promiserat. Aut si aeris qualitate præuisa, diu flaturum illum ventum nautarũ aliqui prædixissent, cui Dominus Christus cum dispulis nauigans, vt quiesceret, imperauit, & facta est tranquillitas magna. Vel si agricola illo anno fructificaturam vitem aliquam pollicea tur, naturam vtique terræ, & numeros seminum callens, quo tamen anno eum, vel improuisa cœli intemperies, vel aliqua iussio potentioris eradicet. Ita multa etiam ad præscientiam prædictionémque dæmonum pertinentia, quæ in moribus & vsitatioribus causis futura præuidentur, eadẽ maioribus & occultioribus causis impedita mutãtur. Fallunt autem etiam studio fallẽdi, & inuida voluntate, qua hominum errore lætantur. Sed ne apud cultores suos põdus authoritatis amittãt, id agunt, vt interpretibus suis signorúmque suorũ coniectoribus, culpa tribuatur, quando vel decepti fuerint, vel mentiti. Lib. secundo super Genesi. cap. penult. Spiritibus seductoribus quædam vera de temporalibus nosse rebus permittitur, partim quia subtilioris sensus acumine, partim quia corporibus subtilioribus vigent, partim experientia calidiore, propter magnam longitudinem vitæ, partim à sanctis Angelis quod ipsi ab omnipotente Deo discũt, etiam iussu eius sibi reuelantibus, qui merita humana occultisſmæ iustitiæ synceritate distribuit. Aliquãdo autẽ iidẽ nephandi spiritus, etiam quæ ipsi facturi sunt, velut diuinãdo prædicunt. Qua propter bono Christiano, siue Mathematici, siue quilibet impiè diuinãtium, maximè dicentes vera, cauendi sunt: ne cõsortio dæmoniorum animam deceptam, pacto quodam societatis irretiant. Lib. quarto de ciuitate Dei, cap. xxxij. Dæmones nisi eos quos fallendo deceperint, posſidere non posſunt. De dæmonum operatione, Lib. quarto de trinitate, cap. xj. Facile est spiritibus nequisſimis, per aerea corpora facere multa, quæ mirentur animæ terrenis corporibus aggrauatæ, etiam melioris affectus. Si enim corpora ipsa terrena nonnullis artibus & exercitationibus modificata, in spectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent, vt ij qui nunquam talia viderunt, narrata vix credant: quid magnum est diabolo & Angelis eius, de corporeis elementis per aerea corpora facere, quæ caro miretur: aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus phantasmata imaginũ machinari, q̃bus vigilantes dormiẽtésve decipiant, vel furentes exagitet. Sed sicut fieri potest, vt homo vita ac moribus melior, spectet nequisſimos homines, vel multimodis motibus corporum, multa incredibilia facientes, nec vllo modo propterea sibi præponẽdos existimet: sic anima fidelis & pia, non solum si videat, verum etiam si propter fragilitatem carnis exhorreat miracula dæmonum, non ideo tamen, aut non se posse talia dolebit, aut ob hoc illos esse meliores iudicabit: Cum præsertim in societate sanctorum, qui per virtutem Dei cui cuncta subiecta sunt, & minimè fallacia, & multo maiora fecerunt, siue homines, siue Angeli boni. Libro sex quæstionum ad Deogratias, quæstione sexta. Dæmones nonnulla faciunt Angelis sanctis similia, non veritate, sed specie: non sapientia, sed plena fallacia. Tamen vt dicit Libro tertio de trinitate. Non est putandum istis trãsgressoribus Angelis, ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam, sed Deo potius, à quo hæc potestas datur, quantum in sublimi & spirituali sede incõmutabilis iudicat. Nam & damnatis & iniquis etiã in metallo seruiunt, aqua, & ignis, & terra, vt faciant inde, non quantum volunt, sed quantum sinitur. Nec creatores mali angeli dicẽdi sunt, q̃a per illos magi resistentes Mosi, ranas & serpentes fecerunt. Non enim eas creauerunt ipsi. Ibidem infra probat hoc. Sicut enim nec parẽtes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quamuis eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creanda Dei virtus interius operetur: Ita non solum malos, sed nec bonos Angelos fas est putari creatores: Si pro subtilitate sui sensus & corporis, semina rerum istarum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt, atque ita & gignendarum rerum & accellerandorum incremẽtorum præbent occasiones. Sed nec boni hæc, nisi quantũ Deus iubet: nec mali hæc iniustè faciunt, nisi quantũ iustè ipse permittit. Nã & iniqui malitia, voluntatem habẽt iniustam, potestatem non nisi iustè accipiunt, siue ad suam pœnam, siue ad aliorum, vel pœnam malorum, vel laudem bonorum. In eodem libro. Sicut nouimus hominẽ posse ambulare, & neque hoc posse si nõ permittatur: volare autem non posse, etiam si permittatur: Sic & illi angeli quædam posſunt facere, si permittantur ab Angelis potentioribus ex imperio Dei: quædam verò non posſunt, etiam si ab eis permittantur. Quia ille non permittit, à quo est illis talis naturæ modus. Qui etiam per Angelos suos, & illa plerunque non permittit, quæ cõcesſit vt posſint. Ideo concludit quod dixerat ibidem. Mihi vtile est, vt meminerim viriũ mearum, fratrésque meos admoneam, vt & ipsi meminerint suarum, ne vltra quàm tutum est, progrediatur humana infirmitas. Quemadmodũ enim hæc faciãt Angeli, vel potius Deus, quemadmodum hoc faciat per Angelos suos, & quantum fieri velit etiam per angelos malos, siue sinẽdo, siue iubendo, siue cogendo, ex occulta sede altisſimi imperij sui, nec oculorum acie penetrare, nec fiducia rationis enucleare, nec prouectu mentis comprehendere valeo. vt tam certus hîc loquar ad omnia, quæ requiri de ijs rebus posſunt, quam si essem Angelus, aut Propheta, aut Apostolus.

Eorum posse est ad voluntatem Dei, Libro secundo de ciuitate Dei, capite vigesimo tertio.

Cap. 17. Tom. III.

Sensum dæmonibus tribuit.

Tom. III.

Tom. II. Epist. 49.

Cap. 8. Tom. III.

Cap. 8. Rursus sensum.

Cap. 9. Limitata à Deo spirituũ potentia.

Cap. 10.

Tom. V.

Immundissimos spiritus, propter hæc bona maláque fræna propitiandos, aut timendos non existimemus. Quia sicut ipsi mali homines in terra, sic etiam illi, non omnia quæ volunt facere, possunt: nisi quantum illius ordinatione sinuntur, cuius iudicia plenè nemo comprehendit, iustè
Tom. VIII. nemo reprehẽdit. Vnde super Psalmũ septua-
3. Reg. 22. gesimum septimũ. Vtitur Deus Angelis malis, nõ
Iob. 1. solum ad puniendos malos, sicut in rege Achab quem fallaciæ spiritus ex Dei voluntate seduxit, vt caderet in bello: verum etiam ad probandos & manifestandos bonos. Sicut fecit in Iob. Claret tamen ista hominibus fieri, per bonos, & per malos Angelos posse. Quod quando fieri oporteat, me latet: illum verò qui fecit non latet, & cui voluerit reuelare. Verùtamen quantum nostræ intentioni scriptura Diuina moderatur, malis pœnas irrogari & per bonos, sicut Sodomitis: & per malos, sicut AEgyptiis, legimus: iustos verò corporalibus pœnis per bonos Angelos probari & tẽ-
Cap. 18. tari, non modo occurrit. De dæmonum ludifi-
Tom. V. cationibus. Libr. decimo octauo de ciuitate Dei. De ludificatione dæmonum quid dicamus, nisi quod quanto in hæc ima potestatem maiorem eis videmus, tanto tenacius mediatori est inhærendum, per quem de imis ad summa conscendimus? Si enim dixerimus ea non esse credenda, non desunt etiam nunc, qui huiusmodi quædam vel certissima audiuisse, vel etiam expertos se esse asseuerent. Nam & nos cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium: vbi stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebant, quibus vellent seu possent viatoribus, vnde in iumenta ilico
Præstigiæ dæmonum. verterentur, & necessaria quæque portarent, post quæ perfecta opera iterum ad se redirent: nec tamen in eis fieri mentem bestialem, sed rationalem humanáque seruari. Sicut Apuleius in libris, quos asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, vt accepto veneno, humano animo permanente, asinus fieret, aut iudicauit, aut finxit. Hæc autem falsa, aut tam inusitata, vt merito non credantur. Firmissimè tamen tenendum est, omnipotentem Deum posse facere omnia quæcunque voluerit, siue vindicando, siue præstando, nec dæmones aliquid operari secundum naturæ suæ potentiam, quia & ipsa angelica creatura est, licet proprio vitio sit maligna, nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sane dæmones naturas creant, sed aliquid tale faciunt, de qualibus factis, ista vertitur quæstio. Sed specie tenus quæ à vero Deo sunt creata commutat, vt videantur esse quod non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem nulla ratione crediderim dæmonum arte vel potestate, in membra & lineamenta bestialia posse conuerti. Sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando, siue somniando, per rerum innumerabilium genera variatur, & cum corpus non sit, corporum tamen similitudines mira celeritate formásque capit, sopitis aut oppressis hominis sensibus corporeis, ad aliorum

A sensuũ nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci: ita vt corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viuentia quidem, sed multo grauius atque vehementius quam somno, suis sensibus obseratis. Phantasticum autem illud veluti corporatum in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis, talísque etiam sibi esse homo videatur, sicut talis sibi videri posset in sõnis, & portare onera. Quæ onera, si vera sunt corpora, portãtur à dæmonibus, vt illudatur hominibus, partĩ vera onerũ corpora, partĩ iumentorum falsa, cernentibus. Lib. de spiritu & anima. Dæmones acrimonia sensus, & celeritate motus aerei corpo- Cap. 21.
ris, terrenorum corporum sensum facilè præcedunt, & quædam cogitata prænuntiant quæ homines mirantur, propter tarditatem terreni corporis.
B Accessit autem dæmonibus, per tam longũ tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, quam hominibus potest euenire propter breuitatem vitæ. Idcirco quædã futura prædicunt, & quædam mira faciunt, quibus homines alliciunt & seducunt. Vnde quædã Sagæ.
mulierculæ post Satan conuersæ dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ credunt se & profitentur, nocturnis horis cum Diana Paganorum dea, vel cum herodiade Minerua & innumera mulierum multitudine equitare, earúmque iussionibus obtemperare. Ipse nanque Satanas, cum transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiusque mulierculę cœperit, & hãc sibi per infidelitatem subiugauerit, ilico transformat se in diuersarum personarum species ac similitudi-
C nes: & mentem quam captiuam tenet in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæque deducit. Et cum solus spiritus hoc patitur infidelis, non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Idcirco minus stultus & hebes est, qui hæc omnia quæ in spiritu fiunt, etiam accidere in corpore arbitratur. Cum Ezechiel, & alij prophetæ, Ioannes Euangelista, & Apostoli in spiritu, non in corpore visiones viderint. Non Cap. 8.
tamẽ substãtialiter illabũtur in animã. Lib. de Ec- Tom. III.
clesiasticis dogmatibus. Dæmones per energicã
D operationem non credimus substantialiter illabi animæ, sed applicatiõe & oppressiõe vniri. Illabi autẽ menti illi soli possibile est qui creauit, quia natura subsistens incorporeus, capabilis est suæ facturæ. Sunt malignissimi. Libro soliloquio- Cap. 6.
rũ ad Deũ. Ipsi inimici Domine considerauerunt Tom. IX.
me, & videntes me sine te, despexerunt me. Diuiserunt vestimenta mea virtutum, quibus ornaueras me, fecerunt sibi viam per me, sub pedibus suis conculcauerunt me, fecibus peccatorum polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt me desolatum & mœrore confectum. Ibam post eos cæcus & nudus & illaqueatus funibus peccatorum, trahebant me post se in circuitu de vitio in vitium, & de delicto in delictum, & ibam absq; formidine ante faciem subsequentis. Seruus eram, seruitutem amabam: cæcus eram, cæcitatem desiderabam: vinctus eram, vincula non horrebam.

rebam. Amarum dulce, & dulce amarum credebam. Miser eram, & non cognoscebam: & hoc ideo quia sine verbo eram, sine quo factum est nihil, per quod omnia conseruantur, quæcunque sunt, siue in cœlo, siue ī terra, in mari, & in omnibus abyssis: Nec pars parti ī lapide adhæreret, nec in aliquo creatorū, nisi q̄a in esse cōseruantur per verbum, per quod facta sunt omnia. Adhæream igitur tibi verbum, vt conserues me, quia vbi à te recessi, perij in me: nisi quia tu qui me feceras, refecisses me. Ego peccaui, tu me visitasti: Ego cecidi, tu me erexisti: ego ignoraui, tu me docuisti: ego non videbam, tu me illuminasti. Quomodo eiiciuntur à Christo. Lib. sexto contra Iulianum. Dominus in Euangelio dicit. Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio. Expulsio quippe dæmoniorum, remissio est peccatorum: perfectio sanitatum, quæ fit proficiendo post baptismum.

Cap. 8. Tom. VII. Luc. 13.

Super primā canonicā Ioannis, Homil. vj. Petierunt dæmones à Deo, vt si eos excluderet ab homine, permitteret ire in porcos: quod mysterij gratia, & certa dispensatione dimisit: vt ostenderet eos in iis dominari, qui vitam porcorū gerūt. Quomodo tūc dæmones cognouerīt & timuerint Christū, Lib. xviij. de ciuitate Dei. Cōtra superbiam dæmonum, qua pro meritis possidebatur genus humanum, Dei humilitas, quæ in forma serui apparuit, quantam virtutem habeat animę hominum nesciunt immunditia elationis inflatę, dæmonibus similes superbia, non sciētia. Ipsi autem dæmones etiam hoc ita sciunt, vt eidem Domino infirmitate carnis induto dixerint. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti perdere nos? Clarum est in his verbis, quod ī eis & tāta sciētia erat, & charitas non erat: pœnam suā quippe formidabant ab illo: non in illo iustitiam diligebant. Tantum verò eis innotuit, quantum voluit: tantum autem voluit, quantum oportuit. Sed innotuit non sicut Angelis suis, qui eius, secundum id quod verbum est, participata æternitate perfruūtur: Sed sicut eis terrendis innotescendum fuit, ex quorum tyrannica quodammodo potestate fuerat liberaturus prædestinatos in suum regnum & gloriam semper veracem, & veraciter sempiternam. Subdit ibidem, cap. vigesimo primo. Innotuit ergo dæmonibus, non per id quod est vita æterna, & lumen incommutabile, quod illuminat pios: cui inhærēdo, & videndo per fidem, quæ ab illo est, corda mundantur: sed per quędam sua temporalia, suæ virtutis effecta, & occultissimæ signa præsentiæ, quæ angelicis sensibus, etiam malignorum spirituum, potius, quam infirmitati hominum, possentesse conspicua. Denique quando ea paululum supprimenda iudicauit, & aliquando altius latuit, dubitauit de illo dæmonum princeps, eúmque tentauit, an Christus esset explorans, quantum se tentari ipse permisit: vt hominem, quem gerebat, ad nostræ imitationis temperaret exemplum: Post illa verò cum Angeli, sicut scriptum est, ministrarēt ei, boni vtique & sancti, ac per hoc spiritibus immundis metuēdi & tremendi: magis magísque innotescebat dæmonibus quantus esset, vt ei iubenti quamuis in illo contemptibilis carnis infirmitas videretur, resistere nullus auderet. Timent autem homines propter Christum: plus tamen, & minus. Libro octogesimo tertio quæstionum. Maligni spiritus, nullo modo audent signa nominis Christi cōtemnere: contremiscunt enim hæc, vbicunq; illa conspexerint. Non autem semper cedunt: quia fortè nescientibus hominibus, aliud iubetur Diuinitus, vel ad confundendos malos, cum eos oportet confundi: sicut de Sceuæ filiis, in actibus Apostolorum legimus, quibus ait immundus spiritus, Iesum scio, & Paulum noui, vos autem qui estis? vel ad commonendos bonos, vt proficiāt in fide, atque ista non iactanter, sed vtiliter possint: vel ad discernenda dona membrorum Ecclesiæ, sicut Apostolus dicit, Nunquid omnes virtutes, nunquid omnes dona habent curationum? Libro annotationum in Iob, cap. xl. Si pauidi non essent dęmones, quis sustineret? Pauent autem illius imperium, sub quo clamauerūt, Quid venisti ante tempus perdere nos? Et quemadmodum de porcis manifestum est, quod in eos nō issent nisi permissi, sic intelligendum est, nihil eos in quemquā posse, nisi permissos. permittit autē iustitia, qua reguntur omnia, siue probationis causa, siue vindictæ, vel ad dānationem, vel ad correptionem irrogatæ. De dæmonū pœna, & quod patiantur ab igne. Libro. xj. de ciuitate Dei, capite decimo. Occurrit quærere de corporali igne gehennæ, quomodo erit pœna spirituum malignorum. Idē quippe ignis, erit supplicio, scilicet & hominum attributus & dæmonum, dicente Domino. Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius: nisi quia sunt quædam sua etiā dæmonibus corpora, sicut doctis hominibus visum est, ex isto aere crasso atq; humido, cuius īpulsus vēto flante sentitur. Quod genus elementi, si nihil igne perpeti posset, non vreret feruefactus in balneis. Vt enim vrat, prior vritur, facitque cum patitur. Si autem quisquam nulla habere dæmones corpora asseuerat, non est de hac re, aut laborandum perniciosa inquisitione, aut contentiosa disputatione certandum. Cur enim non dicamus, quamuis miris, tamē veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi, si spiritus hominū etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? Adhærebunt ergo si eis nulla sunt corpora spiritus dæmonū, imo spiritus dæmones, licet incorporei corporeis ignibus cruciādi: non vt ignes ipsi quibus adhærebunt, eorum iunctura inspirentur, & animalia fiant quæ cōstent spiritu & corpore: Sed vt dixi miris & ineffabilibus modis adhærendo accipientes ex ignibus pœnam, non dātes ignibus vitam: Quia iste alius modus, quo corporibus adhærēt spiritus, & animalia fiūt, omnino mirus est, nec comprehendi ab homine potest, & hoc ipse

Tom. IX.

Quæst. 79. Tom. 4. Dæmones non omnes equaliter metuunt.

Act. 19.

1. Cor. 12. Tom. IIII.

Tom. V.

Ignis inferni corporeus.

homo eſt.Illa ergo gehenna quod etiam ſtagnũ ignis & ſulphuris dictum eſt,corporeus igniserit, & cruciabit corpora damnatorum ,aut & hominum,& dæmonum:Solida hominum, aerea dæmonum:Aut tantum hominum corpora cum ſpiritibus,dæmones autem ſpiritus ſine corporibus hærentes pœnam,non impertiendo vitam corporalibus ignibus. vnus quippe vtriſque ignis erit.

Cap 3. Tom.III. Eorum tamen culpa eſt irreparabilis non hominum.Lib. de fide ad Petrum,parte prima.Malorum angelorum princeps diabolus,primos homines quos ad peccata præcipitium duxit,non eis tãtum,ſed etiam vniuerſæ propagini eorum cum vitio peccati meritum mortis inſeruit. Deus autẽ miſericors & iuſtus ſicut diabolo & Angelis eius propria cadentibus voluntate, cæteros angelos in ſuæ dilectionis æternitate firmauit:Sic etiam humani generis maſſam, non totam in ſempiternum ſupplicium ire permiſit:Sed ſi quos voluit eius gratuita bonitas repulſis tenebris, in quibus omnis humana natiuitas peccati originalis condemnatione verſatur,reducendos,prædeſtinauit ad lucem:in eo demõſtrans præcipuè, quod iſtos originalis peccati vinculis indebita gratia liberatori abſolueret:cum alios & quam maximè paruulos,quibus nulla poſſunt vel bona vel mala ineſſe propriæ merita voluntatis, inſolubili nexu æterna damnatio retinet. Bonæ quoque voluntatis & cognitionis initium,nõ homini ex ſeipſo naſci,ſed Diuinitus & præparari,& tribui,in eodem Deus euidenter oſtendit:quod neque diabolus,neque aliquis angelorum eius,ex quo ruinæ illius merito in hanc ſunt inferiorem detruſi caliginem, bonam potuit aut poterit reſumere voluntatem.Quod ſi poſsibile eſſet vt humana natura,poſtquã à Deo auerſa voluntatẽ perdidit bonitatis, ex ſeipſa rurſus eã habere potuiſſet, multo poſsibilius hoc natura haberet angelica, quæ quanto minus grauatur terreni pondere corporis,tanto magis hac eſſet prædita facultate.Sed oſtendit Deus vnde bona voluntas hominibus detur,quam ſic amiſerunt Angeli cum haberent,vt amiſſam deinceps habere non poſsint.Quoniam igitur digna eſt eadem volũtas bona per Dei gratiã,æternę beatitudinis præmio,& iniquitas Angelica atque humana eſſe non debet impunita: propterea ſecundum catholicæ fidei regulam vẽturum eſſe Dei filium ad puniendos omnes peccatores angelos, ad iudicandos omnes viuos ac mortuos fideliter expectamus.

Tom.VIII. DENARIVS. Denarius eſt anima noſtra,ſuper Pſal. iiij. Homo factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei quam peccando corrupit.Bonum ergo eius eſt verum atque æternum,ſi renaſcendo ſignetur, tanquam denarius ſignatur regis imagine. Nam quemadmodum Cæſar à nobis exigit impreſsionem imaginis ſuæ,ſic & Deus:vt quemadmodum redditur nummus,ſic & Deo anima lumine vultus eius illuſtrata atq; ſignata. Dicitur denarius præmiũ vitæ.Libro iij.de verbis Domini, ſermone xxij.

Ser.ord.69. Tom.X.

A Erimus in illa mercede omnes æquales, tanquam primi nouiſsimi,& nouiſsimi primi:quia denarius ille vita æterna eſt,& in vita æterna omnes ęquales erunt.Quamuis enim meritorum diuerſitate fulgebunt,alius magis,alius minus:quod tamẽ ad vitam æternã pertinet,æquale erit omnibus.Non enim alteri erit lõgius,& alteri breuius,quod pariter ſempiternum eſt:quod non habet finem,nec mihi,nec tibi habebit.Alio modo ibi erit caſtitas coniugalis,& alio modo integritas virginibus virginalis:alio modo erit fructus boni operis,& alio modo corona paſsionis:hoc alio modo,illud alio modo:tamẽ quantum pertinet ad viuere in æternum,nec iſte plus viuet,nec ille:pariter enim ſine fine viuunt, cum in ſuis claritatibus viuant,& ille denarius vita eſt æterna. Lib.ij.quæſtionũ Tom.III.

B Euangeliorũ.quæſt.vj.In denario perfectio beatitudinis figuratur.vnde eſt illud quod omnes cõducti ad vineam,denario remunerantur. Cap.6.

DENS. Per dentes intelliguntur ſancti. Tom.III. Lib.ij.de doctrina Chriſtiana. Quid eſt quæſo quod quiſquam dicat,ſanctos eſſe homines atque perfectos,quorum vita & moribus Chriſti Eccleſia præcidit eos de quibuslibet ſuperſtitionibus qui ad ſe veniunt, & imitatione bonorum ſibimet quodam modo incorporat: qui boni fideles & boni Dei ſerui deponentes onera ſæculi ad ſanctum baptiſmi lauacrum venerunt,atque inde aſcendentes conceptione ſancti ſpiritus fructũ dant geminæ charitatis,id eſt, Dei & proximi:Quid eſt ergo quod ſi hoc quiſquam dicat,minus delectat audientem,quàm ſi ad eundẽ Cant.4.
C ſenſum locum illum exponat,de Canticis Canticorum vbi dictum eſt Eccleſiæ, cũ tanquam pulchra quædam fœmina laudaretur.Dẽtes tui ſicut grex detonſarum aſcendentes de lauacro,quæ omnes geminos creant,& ſterilis nõ eſt in illis?Nũ aliud homo diſcit,quoniam cum illud planiſsimis verbis,ſine ſimilitudinis huiuſmodi adminiculo audiret?Et tamẽ neſcio quomodo ſuauius intueor ſanctos,cum eos quaſi dẽtes Eccleſiæ video præcidere ad erroribus homines,atque in eius corpus emollita duritia quaſi demorſos manſóſque trãſferre.Oues & animas iucundiſsime agnoſco den
D toſas,oneribus ſæcularibus tanquã velleribus poſitis,& aſcẽdentes de lauacro,id eſt,de baptiſmo, creare omnes geminos,id eſt,duo præcepta dilectionis,& nullam eſſe ab iſto ſancto fructu ſterilem video. Tom.III. Dentes poſſunt dici omnes peccatores,ſicut iuſti.ſuper Pſal.iij.Dentes peccatorũ, ſunt verba maledica peccatorum ,de quibus dentibus dicit Apoſtolus.Si autem mordetis inuicẽ, Gal.5. videte ne conſumamini ab inuicem. Poſſunt & dẽtes peccatorum accipi principes peccatorum: quorum authoritate,quiſquis de ſocietate rectè viuentium præciditur, quaſi incorporatur malè viuentibus.His dentibus contrarij ſunt dentes Eccleſiæ,quorum authoritate ab errorũ gentiliũ variorúmque dogmatum opinione præcidũtur credẽtes,& ĩ eã Eccleſiã,quæ Chriſti corpus eſt trãſferuntur.His dentibus dictum eſt Petro, vt manduca

ducaret & mactata animalia, id est, occidendo in gentibus quod erant, & trāsmutādo id quod ipse esset. Et de his dentibus Ecclesiæ dicitur. Dentes tui sicut grex tonsarum &c. ij sunt qui rectè præcipiunt: & quemadmodū præcipiūt, ita viuunt: q. faciunt quod dictū est, Luceāt opera vestra bona coram hominibus, vt videant opera vestra &c. Horum enim authoritate cōmoti, Deo per illos loquenti & operanti, homines credunt: & separati à sæculo, cui conformati erant, in Ecclesiæ mēbra transeunt. Et ideo rectè isti per quos hæc fiūt, dentes dicuntur, detonsis ouibus similes: quia curarum terrenarum onera deposuerunt: & ascendentes de lauachro, id est, de sordium sæculi ablutione, per sacramentum baptismatis omnes gemi nos pariunt. Operantur enim duo præcepta charitatis de quibus dictum est, In his duobus præceptis, tota lex pendet & Prophetæ: Diligētes Deū ex toto corde, & ex tota anima, & tota mente, & proximos sicut seipsos. In quibus sterilis non est, quoniam bonos fructus reddunt Deo.

Cant. 4.

DERELINQVERE. Nō delinqt Deus sanctos æternaliter, q̄uis videatur derelinquere tēporaliter, super Psal. xxxvj. sermone tertio. Non tibi dicat anima, vel mala, vel infirma, vel paruula: Quomodo verum est, Dominus amat iudicium, & non derelinquit sanctos suos? Reuera non dereliquit pueros tres in camino laudantes, non eos tetigit ignis. Nūquid sancti eius Machabæi non erant, qui ignibus defecerunt carne non fide? Visibiliter non dereliquit tres pueros, occultè non dereliquit Machabæos. Illis etiam dedit vitam temporalem, ad confundendos infideles: istos autem occultè coronauit ad vindicādam impietatem persequutoris. Nec illos tamē, nec istos reliquit: quoniā iusti in æternū cōseruabuntur. Causam ponit super Psal. xliij. Cum non exaudiuit Deus ad temporalia: nō dereliquit: etsi relinquere videtur. Tollit enī quod malè desiderasti, & docet quod bene deberes desiderare. Si enim Deus ita in istis prosperitatibus faueret nobis, vt omnia nobis abundarent, nullámque in tempore isto mortalitatis nostræ tribulationem, nullas pressuras, angustiásque pateremur: non diceremus nisi ista esse summa bona, quæ præstat Deus seruis suis: & maiora ab illo nō desideraremus. Ideo autem huic vitæ malè dulci miscet amaritudines tribulationum, vt alia, quæ salubriter dulcis est, requiratur. Ideo super Psal. vij. Qui deserit eum à quo factus est, & inclinatur in id vnde factus est, id est, in nihilum, & hic peccato obtenebratur, & tamen non penitus perit, sed in infimis ordinatur.

Tom. VIII.

Tom. eod.

DERISIO. Contra deridentes bonos. In sermone de timore. Multi homines sunt, qui bona non faciunt, sed facientes spernunt, derident, & detrahunt. Sed veniet tempus, hoc est, dies iudicij, vt erubescant, qui hoc faciunt: dicēte scriptura, Hi sunt quos aliquādo ha-

A buimus ī derisum. Sed boni hoc necessario patiū tur. Lib. de vera innocentia, cap. xxxij. Omnes qui inChristo volunt piè viuere, necesse est vt ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria: Et despiciantur quasi stulti & insani, qui præsentia bona perdunt, & inuisibilia sibi ac futura promittunt. Sed hæc despectio & irrisio, retorquebitur ī eos, cum & abundantia eorum in egestatem: & superbia transierit in confusionem.

Tom. III.

DESCENSVS Christi. Descēdere Dei q.d sit. Lib. de essentia diuinitatis Dei, & de īuisibilitate & incōmutabilitate Dei. Descendere dicitur Deus, quando aliquid nouū, quod à natura non fuerat, in natura humana operatur. Sicut filius descendisse narratur, quando veram carnem ex virgine Maria sumpsit. Super

Tom. IIII.

B titulum Psal. cxlv. Ideo Deus nobiscum, vt nos cū illo. Qui enim vt nobiscum esset descēdit ad nos, facit vt cum illo possimus ascendere ad se. In sermone secundo, de Ascēsione Domini. Ille per quem factum est cœlum & terra, propter eum quem fecit de terra, descendit in terrā, & in cœlum hīc leuauit terram. Require de hoc descēsu supra capi. Cadere. Sed de descensu eius ad inferos: in sermone secūdo de sancto sabbato. Infernus obit hodie quod resolutus est, gaudet quia visitatus est. Exultat quia iam ignotam lucem post sæcula longa vidit, & post profundæ noctis caliginem respirauit. O quā pulchra lux, quæ de candido cœli fastigio micasti, & post noctem perpetuam sedentes in tenebris & vmbra mortis subita claritate vestisti. In sermone decimo septi-

Tom. VIII.

C mo de resurrectione Domini. Descendisti in tenebrosam infernorum caliginem. Domino etiā illuc tunc absque dubio dies splendidissimus fuit, vbi saluator illuxit. Vnde pulchrè Euangelista, Lux, inquit, in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Quia cum in tenebris Dominus descenderet, tenebrarum tamen obscura non sensit. Tenuit in illo noctis horrore inuiolabilē maiestatis suæ splendorem, lux sempiternæ naturæ: Ac sic nō lux à noctè, sed nox à luce superata est. In sermone tertio eiusdem temporis. Super illud. Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit. Vultis scire quid egerit? Audite quid fecerit. Nulla necessitate, sed propria voluntate, in ligno se suspendi permisit, clauis corpus suum perforari non renuit, animam ponendo mortem

Serm. de tem. ord. 13. Tom. X.

D sustinuit, carnem in sepulchro reposuit, & comitante secum anima ad inferna descendit, tenebrarum & mortis principem ligauit, legiones illius perturbauit, portas inferni & vectes æreos confregit. Omnes iustos qui originali peccato astricti tenebantur, absoluit. Captiuos in libertatem pristinam reuocauit, peccatorum tenebris excæcatos splendida luce perfudit. Ideo in sermone prædicto de sabbato sancto. Mox Dominus in ipsos crudeles pœnarum ministros aciem dirigit, atque implacabiles turmas flamma diuina concidit. Tremunt diri sub tortore carnifices, & rabiosis redacti stridoribus con-

tabeſcunt. Ipſa quoque antra ferrea penetrantur, & æternis nexibus colligantur fortes à fortiore.

Serm. de tem. ord. 13. Tom. 10.

Quid tunc dixerint ipſi dæmones, ponit ibidē. Confeſtim æterna nox infernorum Chriſto deſcendente reſplenduit, & dirupta ceciderunt vincula damnatorum: & omnis ſimul officina impia contremuit, cum Chriſtum repentem in ſuis ſedibus vidit. Quiſnam, inquiunt, iſte eſt terribilis & niueo ſplēdore coruſcans? Nunquam talem noſter excepit tartarus, nunquam in noſtram cauernam talem euomit mundus. Inuaſor eſt iſte, non debitor: exactor, nō peccator. Iudicem videmus, non ſupplicem: pugnare venit, non ſuccumbere: eripere, non manere. Iſte ſi reus eſſet, audax non eſſet. Si eum aliqua delicta fuſcarent, nūquam noſtras tenebras ſuo diſsiparet fulgore. Si Deus eſt, quid in ſepulchro mortuorum facit: ſi homo eſt, quid præſumit? Si Deus eſt, vt quid huc venit: ſi homo eſt, quare captiuos ſoluit? Illuſus eſt princeps noſter pugnās ī mūdo, & neſciuit quātā ſtragem crux illa procurauerit in inferno. O crux illa fallens gaudia noſtra, & parturiens damna noſtra. Per lignum ditati ſumus, & per lignum euertimur. Perit poteſtas illa noſtra cunctis ſemper populis formidata: hîc viuus intrauit, nemo carnifices terruit. Nunquam in hac habitatione nigra & ſemper fuligine cæca, iucundum lumē apparuit. An fortè ſol de mundo migrauit? Sed nec cœlum, nubes, nec aſtra apparent, & tamen infernus lucet. Quid agimus? Quo vertimur? Nos tantam lucem obtenebrare nequimus, obtinere tanta virtute præditū non valemus.

Serm. eod.

Quid dixerint ſuo principi. In ſermone tertio eiuſdem temporis ſuperius allegato. Cúmque tenebrarū terminum, quaſi quidam deprædator ſplendidus attigiſſet, aſpicientes eum impiæ ac tartareæ legiones, territæ ac trementes inquirere potuerunt dicentes. Vnde eſt iſte tam fortis, tam ſplendidus, tam præclarus atque terribilis? Mundus ille qui nobis ſubditus fuit, ſempérque noſtris vſibus mortis tributa perſoluit, nunquam nobis talem mortuum miſit, nunquam talia inferis munera deſtinauit. Quis ergo iſte eſt, qui ſic intrepidus noſtros fines ingreditur: & non ſolum noſtra ſupplicia non veretur, ſed inſuper alios de vinculis noſtris abſoluit? An forte iſte eſt ille de quo princeps noſter paulo ante dicebat, quod per eius mortem totius mundi acciperet poteſtatem? Sed ſi iſte eſt, in contrarium eſt noſtri præliatoris verſa ſententia, & dum ſibi vincere viſus eſt, ipſe potius victus atque proſtratus eſt. O prīceps noſter: Hícne, eſt ille, de cuius tibi ſemper futura morte plaudebas? Ipſéne eſt in cuius cruce omnem mundum tibi ſubiugandum eſſe credebas? Ipſéne eſt in cuius exitu nobis tanta ſpolia promittebas? Quid eſt quod egiſti, quid eſt quod facere voluiſti? Ecce iam totas tibi tenebras ſuo ſplendore fugauit, & omnes carceres fregit, captiuos eiecit, ligatos ſoluit, luctus eorum in gaudium commutauit. Ecce ipſi qui ſub noſtris ſolebant ſpirare tormentis,

A inſultant nobis de perceptione ſalutis: & non ſolum iam nihil verentur, ſed inſuper minantur. Nunquam ita hîc ſuperbi erant mortui, nec aliquando ſic potuerunt læti eſſe captiui. Vt quid huc iſtum adducere voluiſti, quo veniente omnes ſunt lætitiæ reſtituti, qui ante fuerant deſperati? Nullus hîc iam ſonitus eorum aut mugitus auditur, nullus reſonat gemitus. O princeps noſter, illas tuas diuitias, quas primo acquiſieras per Paradiſi amiſsionem, nunc perdidiſti per crucem: perit omnis lætitia tua, in luctum conuerſa ſunt gaudia tua. Dum tu Chriſtum ſuſpendis in ligno, ignoras quanta damna ſuſtineas in inferno. Præuidere non poteras, quia euerſorem regni tui in mortem ſine reatu aliquo perducebas? Attenderes cauſam, requireres culpam. In quo nihil mali cognoueras, quare eum ad noſtram patriam perducebas? Iſtum liberum adduxiſti, & tot obnoxios perdidiſti.

B Addit ibidem quid tunc ſancti patres dixerint Chriſto. Poſt iſtas crudelium miniſtrorum infernalium voces, ſine aliqua mora ad imperium Domini ac ſaluatoris, omnes ferrei cōfracti ſunt vectes: & ecce ſubito īnumerabiles ſanctorum populi qui tenebantur in morte captiui, ſaluatoris ſui pedibus obuoluti, lachrimabili eum obſecratione depoſcunt dicentes. Aduenisti redemptor noſter. Aduenisti redemptor mundi, quem quotidie deſiderantes expectabamus. Aduenisti, quem nobis venturum lex nuntiauerat, & Prophetæ. Aduenisti donans in carne viuis peccatoribus mundi indulgentiam, hîc ſolue defunctos captiuos inferni.

C Deſcendiſti pro nobis ad inferos, nobis noli deeſſe cum fueris reuerſus ad ſuperos. Poſuiſti titulum gloriæ tuæ in ſæculo, pone ſignum victoriæ tuæ in inferno. Nec mora poſtquam audita eſt poſtulatio atque allegatio innumerabilium captiuorum, ſtatim Domini iuſſu omnes antiqui iuſti, iura poteſtatis acceperunt, atque in ſuos tortores protinus tormenta conuertunt, humili ſupplicatione, cum ineffabili gaudio, clamantes Domino atque dicentes. Aſcende Domine Ieſu expoliato inferno, & authore mortis ſuis vinculis irretito, redde iam lætitiam mundo. Iucundentur in aſcenſu tuo fideles tui, aſpicientes cicatrices corporis tui. Et in ſermone ſupradicto de ſabbato ſancto. Triſtes igitur mox, lugentéſque diuturno ſqualore turbæ

D populíque vexati, concurrunt, & ad ſaluatoris ſui veſtigia volutantur. Succurre, inquiunt, iam ſæuas extingue pœnas, & miſerando ſolue captiuos. Redemiſti viuos cruce tua, eripe nos mortuos morte tua. Quid Chriſtus dixerit eis. In ſermone primo de reſurrectione Domini. Ecce ſurrexit hodie Chriſtus, poſt ſupplicia multa illæſo corpore coruſcauit. Non enim vmbroſa vorago, non ærea clauſtra, non ipſa indomabilis mors ipſum morte oppreſsit: diri ceſſere fortes, imperiúmque rerum omne ſuccumbit. Nō ibi præſente Chriſto vltrices flāmæ, non ſæua ſupplicia reſonabant. Gemitus ille triſtis,

stis, omnísque luctuosus lãguor obstupuit. Captiuorum disrupta sunt vincula, nox ipsa infernúsq; resplenduit. Vomuerunt anfracta & cauernæ captiuos, & animas labe dolorum iam tenues, antra cæca de suis custodibus laxauerunt. Ceciderũt ferales illæ cruentæ manus, atque rubiginosi torto res viso Domino tremuerunt. Cœperunt sentire quod fecerant, & suis se pœnis carnifices excruciant. Mox resolutos populos reducit Christus in lucem, alloquitur saucios, reficit fatigatos. O mea, inquit, creatura, opificium meum, nõ te ea sorte condideram, vt in has plagas & in hæc exitia peruenires. Paradisum tibi paraueram, nõ infernum: delicias præparaueram vitámque beatã, non mortem cõstitui. Ecce quo te perduxisti, vt & huc me descendere compulisti, vt paululũ de maiestate humilis ad hunc carcerem huc vsque venirem, dum in me te de his tormentis & tenebris liberarem. Iudicem me esse culpa tua fecit: vt te ita derelinquerem, necessitas delicti tui cõpulit. Quid agerem iustus? Si te per potentiam eripe rem, iustitiam vtique amisissem. Coactus sum amore tuo, pugnare cum aduersario tuo. Sustinui globos vteri virginalis, accepi sortem tuam, auspi catus sum infantiam. Iacui in præsepio, fleui, dormiui, creui, esuriẽ sitimque sustinui. Quæ fuit rogo tanta cupiditas pomi, vt meorum præceptorũ obliti, inter ipsa primordia periretis? Debui quidẽ ingratos æternis damnare suppliciis: Sed fateor vicit me pietas. Nõ Angelũ misi, sed ego ipse propter te descendi, permisi me occidi, & sic ad istos inferos veni. Exite nũc victi, exite miseri, respira te captiui. Ecce vobis ignota lux fulgeo, ecce rores ĩ fundo, ecce nodos omnes, catenásq; disrũpo. Ecce tartari sedes noctémque profundũ fœtidũq; chaos extermino. Sufficiant exactæ pœnæ fouebit vos semper maiestas mea, cum in cœlo fuerit caro mea. Non tamen pro omnibus descendit. *Tom. II. Epist. 99.* in epistola ad Euodium. Descendit Christus ad inferos, non pro omnibus, sed pro quibusdã, quos dignos sua liberatione iudicabat: vt nõ frustra illuc descendisse existimetur, nulli eorum profuturus qui ibi tenebantur inclusi: nec tamen sit consequẽs, vt quod Diuina misericordia iustitiáq; q̃busdã cõcesit, omnibus cõcessũ putandũ sit. Sed ipse qui descendit, triumphans rediit, & ascendit. in sermone secundo eiusdem diei. Ecce quantum pro salute omnium prædictorum benigna pij pastoris sollicitudo discurrit, sub vno eodémque tẽ pore & hominem vsque ad Paradisum reuocare dignatur, & mortem vsque ad inferna persequitur, gloriosius captiuandam in regno suo, & magnificentius in suis sedibus triumphandam. Ad descensum itaque domini cœlestis, profundum inferni panditur: peregrinum sibi lumen inferni nox æterna miratur. Expauit ergo vox subito non suum mortuum, imo suam mortem. Aderat enim ille qui dudum per prophetam dixerat suum. O mors ero mors tua, ero morsus tuus inferne. Et ideo non solum in eo inuenire non potuit quod teneret, sed etiam quos ante ea retine-

A bat reuocari ad superos se nolente conspexit: & quem debitorem suum putabat, exactorem potius experta est. Et quem quasi captiuum inferni vinculis constringendum esse credebat, eum liberatorẽ cũ erepta vel recepta captiuitate redire mirata est. Ac sic quẽ discessione hominem iudicauerat, Deũ esse regressione cognouit. Quia vt dicit in sermone sexto, de ascensione Domini. Agnoscamus, quia non ideo Christus factus est homo, vt mancipium esset pœnalis inferni, vel pabulum concremantis incendij. Sed potius colonus interminabilis regni, & ciuis cœlestis imperij. Et ideo Libro de vera innocentia. Sublatũ est à diabolo iniquitate sua victo, non quod habebat proprium, sed quod rapuerat alienum. Auferendo enim Christus, quæ de magna eius *Cap. 229. Tom. III.*
B domo perierant, non furtum fecit: sed furtum recepit.

DESCENDERE nostrum. Super Psal. quadragesimum primum, Descende, vt eleueris: noli extolli, ne elidaris. Super Psalmum quinquagesimum quartum. Super illud, descendãt in infernum viuentes. Si mortuus descenderes, quid ageres ignorares. Cum verò scis malum esse quod facis, & tamen facis: nonne viuus descendis ad inferos? *Tom. VIII.*

DESERTVM. Ante Christi aduentũ homines dicebantur desertum, in sermone octauo de natiuitate Ioannis Baptistæ. Vacua Dei timore pectora, & Spiritu sancto arentia, deserto squalentis eremi comparantur.
C Desertus enim erat hic mundus ante Christi aduentum, & ab omni cultura Dei, fidei, & timoris alienus, peccatorum spinis obsitus squallebat tãquam ager incultus, & nullum pœnitus fructum, nullam bonorum operum fœcunditatem obtulerat. Vita nostra est via per desertum. ĩ Homil. de transignatione Domini. Per eremum, nimirũ huius vitę peregrinatio designatur. Inde est quod in eremo aquæ amaræ, & igniti serpentes. Inde quod filiis Israel post tempus quadraginta annorum, tanquam quadraginta dierum, in solitudine peracto ieiunio, ad terram lacte & melle manantem peruenitur. Inde quod nos quoque quadraginta diebus ante resurrectionem in abstinentia custoditis, ad iubileum, qui est remissionis plenúsque iucunditate pertingimus. In hoc deser
D to Christus factus est nobis via. Super Psalmum sexagesimum secundum. Super illud. In terra deserta & in via inaquosa. Sæculum istud est hoc desertum. Parum est terra deserta, vbi nullus hominum habitat: insuper & sine via & sine aqua. Vtinam vel viam haberet istud desertum: Vtinã illuc homo incurrens, vel nosset quà exiret. Non videt hominem ad solatium, non videt viam qua careat desertam. Ergo ibi diuertit. Sed vtinam esset vel aqua vnde reficeretur, qui inde non potest exire. Malum desertum horribile & timendum: & tamen Deus misertus est nobis, & fecit nobis viam in deserto, ipsum Dominum nostrum

strum Iesum Christum,& fecit nobis consolationem mittendo ad nos prędicatores verbi sui, & dedit nobis aquã ĩ deserto, implẽs Spiritu sancto pdicatores suos,vt fieret in eis fons aquæ salientis in vitam æternam. Quomodo ambulandum per desertum.in Libro quinquagesimo Homiliarum,homilia vigesima.Sufficit tempus præteritum luteis operibus peccatorum AEgyptiorum dominationi seruisse. In mare rubrum, baptisma, scilicet Christi sanguine consecratũ vos traiecit,AEgyptios interemit,nihil de peccatis pteritis,tanquam de insequẽtibus à tergo hostibus,formidetis:de cætero cogitate viæ huius eremum permeare,& ad terrã promissionis supernæ Hierusalem peruenire.Si vobis fidem gentilium sitientibus,amaritudo aliqua,resistentium velut aquarum illarum,quas Israel non potuit bibere,occurrerit, imitata Domini patientia, velut iniecto crucis ligno dulcescant.Si tentatio serpentina momorderit,conspecta illius exaltatione serpẽtis,tanquam mortis in carne Domini victæ, atq; triũphatæ, eodem crucis medicamento sanetur. Si aduersarius Amalechita iter intercludere atq; impedire voluerit,pro reuerendissima extensione brachiorum eiusdem crucis indicio superetur. Veri & germani estote Christiani:nolite imitari nomine christianos,opere vanos.

Io.4I.

DESIDERIVM. In sermone primo de ieiunio quadrasimæ.Desiderio leuamur ad Deum,& desiderio malo ad ima præcipitamur. Sunt autem in nobis desideria mala.super Psalmum cxviij.sermone tertio.Quoniam tentatio est vita humana super terram, & si à criminibus longè simus, non tamen deest vbi desideriis peccati, vel facto, vel dicto, vel cogitatu obediamus:quando aduersus maiora vigilãtibus, quasi incautis minuta surrepunt. Quæ si aduersus nos colligãtur:& si nõ singula suis motibus conterunt,omnia tamen suo aceruo nos obruunt. De malis desideriis. Libro de symbolo tractatu tertio,circa principium.Pompę diaboli, sunt quæque illicita desideria, quæ turpant, non quæ exornant animam: vt sunt desideria carnis, desideria oculorum,& ambitiones sæculi.Ad desideria carnis pertinent illecebrę voluptatum.Ad concupiscentiam oculorum,nugacitas spectaculorum. Ad ambitionem sæculi,insana superbia vbi est fumus inflatus, vt homo positus in aliqua potestate, hominem se esse non agnoscat, cum de homine iudicat.Qui vult ergo mundum vincere, tria ista vincat quæ sunt in mundo, & per hoc illum vincit: etiam qui suadendo per superbiam decipit mundum. Postquam autem homo renuntiando diabolo exclusit pessimum inuasorem:introducat optimum possessorem,credat in deum patrem omnipotentem. Ideo malis desideriis non est obediendum.Libro de verbis Apostoli, sermone duodecimo.Super illud, Non regnet peccatum &c.non dixit,Noli habere mala desideria,quomodo enim ĩ hac carne mortali, vbi caro concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnem,non habes desideria mala? Illud

Tom.VIII.

Cap.I.
Tom.IX.

Tom.X.
Rom.6.

A ergo fac vt non regnet peccatum in mortali corpore,ad obediendum desideriis eius:& si sunt desideria non eis obediatur,ne iniquitas dominetur.

Quæ sint perfecta desideria. super Psalmũ.cij. Quando satiabitur in bonis desiderium meũ? Modo enim non satior,quia ad quodcunque me conuertero vilescit mihi adeptum,quãuis accenderit desideratum:cum omnia quæ nondum habeo amo,cum habuero contẽno.Quod bonum me satiabit? Laus Dei,& ipsa quãdiu corpus quod corrumpitur aggrauat animam,non impletur anima mea, non perficitur, sed satiabitur in bonis desiderium meum,quando renouata erit iuuentus mea. Quia vt dicit,super Psal.cxxvij. Talia sũt bona desideria, per quæ videas omnes dies vitæ, id est,vt cũ ipsis bonis viuas in æternũ. Et ideo

B super Ioannẽ,sermone xviij.Ideo homines nõ cessant sperare in isto sæculo,q̃a sẽper in eo manere desiderãt. Et quis peruenit ad omnia quę sperat? Sed ad quæcunque peruenerit, continuò hoc vilescit ei qui peruenit.Incipiũt talia desideria:chara sperantur,quæ dũ venerint,quicquid tibi venerit vilescit.Tene ergo Deum quinunquã vilescit, quo nihil pulchrius est.Propterea enim vilescũt ista,quia non possunt stare, quia non sunt quod ipse.Tibi enĩ omnia nõ sufficiunt,nisi qui te creauit.Quicquid aliud apprehendis,miserum est:q̃a solus tibi potest sufficere,qui ad similitudinẽ suã te fecit,in quo est satietas insatiabilis. Nã neq; satiaberis, vt velis discedere:neq; aliq̃d deerit vt quasi inopiam patiaris. Libro soliloquiorum ad Deum. Anima quã creasti Domine Deus, nõ

C de te,sed per verbum tuum:non ex qualibet elementorum materia,sed ex nihilo:quæ quidem est rationalis,intellectualis,spiritualis,semper viuẽs, semper in motu:quam signasti lumine vultus tui, & consecrasti virtute lauachri tui:capax ita facta est maiestatis tuæ,quod à te solo, & à nullo alio possit impleri.Cum autem te habet, plenum est desiderium eius:& iam nihil aliud quod desideretur,exterius restat: Dum autem aliquid exterius desiderat,manifestum est quod te non habet interius:quo habito, nihil est quod vltra desideret. Cum enim sis summum & omne bonum,non habet quid desideret amplius,sed possidet te omne bonum.Quod si non desiderat omne bonum,restat vt desideret aliquid quod nõ est omne bonũ: Ergo non summũ bonũ:nec ergo Deum: sed po-

D tius creaturã.Si autem creaturam desiderat,continuã famẽ habet q̃a licet quod desiderat de creaturis adipiscatur,vacua tamẽ remanet,q̃a nihil est quod eã ĩpleat nisi tu,ad cuius imaginẽ est creata. Imples autẽ eos q̃ nihil aliud desiderãt pter te,& facies eos dignos te,sanctos,beatos ĩmaculatos,& amicos Dei:q̃ oĩa reputãt vt stercora,vt lucrifaciãt solũ te.Hæc est beatitudo, q̃ bonis cõtulisti. Hic honor,quo eos inter omnes creaturas,sed & super omnes honorificasti:vt sit admirabile lumẽ tuũ in vniuersa terra. Nã vt dicit Lib.de moribus Ecclesiæ.Summa sunt nota sequentium,vt id quod q̃sq; seq̃tur,assequatur. Et ideo solus Deus est desiderandus,super Psal.lxxxv.Inuoca Deum tanquam

Tom. [illegible] Cap. [illegible] Tom. [illegible] Re[illegible] Cap. [illegible] Tom. [illegible] Tom. [illegible]

tanquam Deum, ama Deum tanquam Deum: illo melius nihil est. Ipsum desidera, ipsum cōcupisce. Si amator es, si syncerissimus medullis castísque suspiriis, ipsum dilige, ipsum ama, illi flagra, illi in hia, quo iucundius nihil inuenis, & quo melius, quo lætius, quo diuturnius. Quid enī tā diuturnū, quā id quod sempiternum est? Non times ne aliquādo à te pereat, q facit ne tu pereas? Redi ergo ad cōscientiam tuam: libra, interroga, parcere illi noli. Si vere Deum inuocasti, certus esto exaudieris.

Cap. 3. Lib. manual. Tom. IX. Lib. de contemplatione Christi. Te clementissime inuoco in animam meam, quam præparas ad capiēdum te ex desiderio quod inspiras ei. Intra rogo in eam, & coapta eam tibi, vt possideas illam quam fecisti & refecisti: vt habeam te velut signaculum super cor meum. Quæso piissime inuocantem te ne deseras, quia priusquam inuocarem te, me vocasti, & quęsisti: vt ego seruus tuus quærerem te, quærendo inuenirem, & inuētum amarem. Quæsiui & inueni te Domine, & amare desidero. Auge desiderium, & da quod peto: quoniam si cuncta quæ fecisti dederis mihi, nō sufficit seruo tuo, nisi teipsum dederis. Da ergo te mihi Deus meus. En amo te: & si parum est, amem validius. Tuo igitur amore teneor, tuo desiderio flagro: tua dulci memoria delector. Ecce dum tibi mens mea suspirat, & tuam ineffabilem pietatem meditatur, ipsa carnis sarcina minus grauat, cogitationum tumultus cessat, pondus mortalitatis & miseriarum more solito non hebetat, silent cuncta contraria, trāquilla sunt omnia, cor ardet, animus gaudet, memoria viget, intellectus lucet, & totus spiritus ex desiderio visionis tuæ accensus, inuisibiliū amore rapi se videt. Assumat spiritus meus pennas vt aquila, volet & nō deficiat, volet & perueniat vsque ad decorem domus tuæ, & thronum gloriæ tuæ: & ibi super mensam refectionis ciuium supernorum pascatur de occultis tuis, in loco pascuæ tuæ iuxta fluenta plenissima. Tu esto nostra exultatio, qui es nostra spes, salus & redemptio. Tu esto nostrū gaudium, qui es futurus præmium. Te semper quærat anima mea, & tu præsta, vt quærendo non deficiat.

Cap. 4. Miseria animæ Deum non amātis. Væ miseræ animæ, quæ Christum non quærit nec amat: arida manet, & misera. Perdit quod viuit, qui Deū non diligit. Qui curat viuere non propter te Domine, nihil est, & pro nihilo est. Qui tibi viuere recusat, mortuus est: qui tibi non sapit, desipit. Misericordissime tibi me committo, reddo, & concedo: per quem sum, viuo, & sapio: Diues omniū bonarum dapum supernæ satietatis, opulētissime largitor Deus, da lasso cibum, collige dispersum, libera captiuū, redītegra scissum. En stat ad ostiū & pulsat. Obsecro per viscera misericordiæ tuę, quibus visitasti nos oriens ex alto, iube pulsanti misero aperiri: vt liberis gressibus ingrediatur ad te, & requiescat in te, & reficiatur de te cœlesti pane.

Tom. VIII. Vnde est desiderandum illuc peruenire: super Psalmū octogesimū sextū. Desideremus peruenire ad fraternam ciuitatem: & ambulantes cantemus, vt desideremus. Nam & qui desiderat, etiam si lingua taceat, cantat corde: qui autem non desiderat, quolibet clamore aures hominū feriat, mutus est Deo. Desiderantis proprium. super Psalmum centesimum decimum octaum. Iste sensus est desiderantium, cum in spatio temporis, etiam quod subuenienti breue est, longum est amanti. Sed vt dicit in sermone tertio, de accedentibus ad gratiam. Quid expectare & desiderare debent homines, nisi à Deo pacem hominibus dari, vt domus eius frequentetur, vt peccata quæ commissa sunt pœnitendo diluantur, vt vitia finiantur, grauitásque bonorum morum augeatur? Qui omnia præscit, cum talia esse vota prospicit, nō solum non pendentibus negaret munera sua, sed, sicut sēper fecit, pueniret nos ī omnibus misericordia sua. Sed quomodo credā posse melius viuere homines finito bello, cū mala gerantur in bello? Credam à luxuria posse homines abstinere, cum videam in morte quotidiana positos, luxuriæ deseruire? Credam vos, ò mali, benefacere, cum proximis vestris conuiuentibus vobiscum benefacere non curetis? Credam quod cogitetis pauperibus dare bucellam, qui vestram contemnitis animam? Misericordiam aliis exhibebis, cum tibi misericors ipse non fueris? miserere, inquit Propheta, animæ tuæ placens Deo. Quomodo places Deo, qui in ipso sumendo, saltem desiderio, non curris ad Deum: & cum cogitas nummum, panem, & tunicam, contemnis animam? Placebis autem Deo, si tibi placuerint iudicia Dei, quæ comprehendis, & quæ non comprehendis.

DESPERATIO. De nemine desperandum. Libro de vera innocentia. Cap. 184. Tom. III. Non est desperandum de malis, sed pro ipsis vt boni fiant, studiosius supplicandum: quia numerus sanctorū, semper de numero auctus est impiorū. Lib. quinquagesimo Homil. homil. ij. Tom. X. De illis non est desperandum. qui adhuc mala sua, non solum corrigere volunt, sed etiam defendere non erubescunt. Sic nec illa ciuitas desperata fuit, de qua dictū est. Adhuc triduo, & Niniue subuertetur. In ipso tamē triduo idonea fuit cōuerti, orare, plangere, & de pœna imminenti misericordiam promereri. Sed nec est desperandum aliter de peccatis. Libro de vera innocentia. Cap. 200. Tom. III. Prima salus, est declinare peccatum: secunda, non desperare de venia. Nam ipse se in æternum punit, qui apud misericordem iudicem, ad pœnitentiæ remedia non recurrit. Super Ioannē tractatu. iij. Tom. IX. Nemo de sui peccati dimissione desperet, quando & veniam meruerunt, qui Christum occiderunt. Ibidem, sermone trigesimo septimo. Quid autem conuersio non ignoscitur, si fusus Christi sanguis ignoscitur? Quis homicida desperet, si in spem redditus est à quo etiam Christus occisus est? Quis desperet, si in cruce latro saluatus est: ante paululum homicida, post paululum accusatus, conuictus, damnatus, suspensus, & liberatus? Noli mirari vbi damnatus, sed vbi liberatus, vbi mutatus

tus. Lib.50.Homil.homil.xxj.Si quis iã lapsus, & nimio sceleris pondere oppressus desperare iã cœpit,attendat vulneris magnitudinem, sed non desperet medici potestatem:peccatũ enim cũ desperatione,certa mors est.Nemo dicat,ego si iã aliquid mali feci,iam damnatus sum:Deus malis talibus non ignoscit.Cur non addo peccata peccatis,fruar sæculo in voluptate lasciua,in cupiditate nepharia?Iã perdita spe reparationis, vel hoc habeam quod video,si nõ possum habere quod credo.Deus enim noster,sic cautos fecit quando ceciderunt:sic desperatos esse non vult,qui ceciderunt. Lib.de vera & falsa pœnitentia, capi.v. Nullus tantũ vnquam posset peccare,quod pœnitens velit desperare. Quid enim aliud est desperare,quã Deum sibi comparare?Nam qui de Deo nõ præsumit veniã, non animaduertit plus peccato suo, Dei misericordiã posse. Si enim sentiret Deum magis bonum,quã se malum: quantum in se iustitiæ non inueniret,à Deo magis bono expectaret:& quidem Deo diffidit, quia summi boni bonitatem maiorem sua nequitia non sentit.Ille solus diffidat,qui tantũ peccare potest,quãtum Deus bonus est.Cum autẽ sit nullus qui hoc possit, qui timet de se malo: præsumat de meliore, diabolus enim & omnis nequitia minor est quam Dei misericordia.Ipse enim si posset sperare, & culpam in se sentire,quod non inuenit in se, præsumeret in Dei pietate.Adhuc cum diffidit,& suã nequitiam comparat Dei benignitati, finem imponit dei virtuti,dans finẽ infinito, & perfectionem diuinitatis auferẽs Deo:cui nihil deest,quod etiam cogitari non potest.Non itaque si peccauerit etiam sacerdos desperare debet,licet scriptum sit.Quis orabit pro eo?Tota nãque Ecclesia, atq; alius sacerdos, & omnis sanctorum ordo pro eo orabit,& ipse Christus q pro nobis offert se Deo. Sed hoc considerandum est sacerdoti,ne facile cadat,cui in hoc grauior notatur pœna.Dicat apud se,si plebs Dei peccauerit,oportebit me ferre partẽ ponderis:nõ audebo ĩportabilia illi imponere, & non digito ea mouere. Sed ego si peccauero, quid faciam?Non sic facilè euadam,me meam oportebit flere miseriam.Non enim sic est statutũ de me,sicut de subiecta plebe.Sic sacerdos timeat peccare, sed magis timeat desperare. Libro de contẽplatione Iesu Christi,cap.xxx. Quãto potentior est Deus ad saluandum,tãto securior ego sum.Peccaui grãde peccatum, & multorum sum mihi conscius delictorum:nec sic tantũ despero: quoniam vbi abundauerunt delicta, superabundauit & gratia.Qui desperat de venia peccatorũ, negat Deum esse misericordem. Magnam iniuriam Deo facit,qui de eius misericordia diffidit. Quantum in se est negat Deum habere charitatem,& potestatem,& veritatem,in quibus consistit tota spes mea,scilicet,ĩ charitate adoptionis, in veritate promissionis, & in potestate redemptionis.Murmuret iam quãtum voluerit insipiẽs cogitatio mea,dicens.Quis enim es tu, & quanta est gloria illa,quibúsve meritis illã obtinere speras?Et ego fiducialiter respondebo.Scio cui credidi,quia ĩ charitate nimia adoptauit mein filiũ: quia verax est in promissione,& potens in exhibitione,& licet ei facere quod vult. Nec possum terreri multitudine peccatorum,si mors Domini in mentem venerit,quoniam peccata mea illum vincere non possunt.Claui & lancea clamant mihi,quoniam verè reconciliatus sum Christo si ei credidero,si eum amauero.Longinus aperuit mihi latus eius lãcea: & ego intraui & ibi requiesco securus.Qui timet,amet:quoniam charitas foras mittit timorem.Nullum tam potens,tam efficax medicamentum,contra impetum desperationis, quã mors mei redemptoris.Extendit manus suas in cruce, paratus est in amplexus omnium peccatorum.Inter brachia saluatoris mei, & mori volo,& viuere cupio.Ibi securus decãtabo, Exaltabo te Domine,quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Saluator noster, caput declinauit in morte,vt oscula daret dilectis suis. Toties Deum osculamur,quoties ĩ eius amore compungimur. Desperationis persuasio cõuincitur.Lib.de conflictu vitiorum. Desperatio dicit.Quæ & quanta commisisti,quam grauia crimina,quam iniuriosa delicta, & tamen in melius necdum vitam mutasti, necdum conuersationẽ vtiliter correxisti?Ecce enim,vt cernis mala semper consuetudine obligatus teneris. Exsurgere conaris, sed peccatorum oneribus prægrauatus relaberis.Quid tibi ergo agendũ est quãdo de prę teritis certa dãnatio imminet,de pręsentibus emẽdatio nulla succurrit, nisi vt amittantur rerum temporalium voluptates, dum consequi nequeunt futuri sæculi oblectationes? Spei fiducia respondet. Si de criminibus & delictis agitur, ecce Dauid adulterio simul & homicidio reus,de inferni faucibus,misericordia Domini describitur liberatus.Ecce Manasses omnium peccatorũ nephãdissimus,& impurissimus,ac sordidissimus, illecebrosissimus,atq; sceleratissimus,per pœnitẽtiam de morte rediit ad vitã.Ecce Maria magdalena in miris fornicationum sordibus inquinata, ad fontem pietatis anxia currens,Dominíq; vestigia lachrymis rigans,capillis tergens, deosculans quoque & lambens,vnguentóque perungens,ablui meruit.Ecce Petrus negationis suæ vinculis astrictus,amarissimis lachrymis infidelitatis nodos resoluit.Ecce seditione simul & effusione fratrum sanguinis latro obnoxius, vnius horæ momento,vnáque confessionis voce ad Paradisum de cruce transiit.Ecce Saulus Ecclesiam Dei persequẽs,multos pro Christi nomine perimens,& vt ita dixerim,martyrum cruore totum in se inficiens,Apostolus factus,in vas electionis est commutatus.Vbi ergo tot tantáque præcedunt exempla,dent locum desperationis mala colloquia:cũ etiam scriptum sit,In quacunque hora peccator conuersus fuerit, & ingemuerit, saluus erit. Et rursum, Nolo mortem peccatoris & impij,dicit Dominus. De conuersatione verò mala,ĩ melius nequaquam mutata,quid aliud respondeam, nisi vt quod

Tom X.

Tom. IIII.

Desperare quid & quãtum malum.

1. Reg. 2.

Lib. Manu. cap 23. Tom. IX.

Grauitas desperatiõis.

vt quod heri quisque non egit,agat vel hodie, dum adhuc viuere licet?Nec differat de die in diẽ dum nescit si vel vnam habet diem. Sépérq; de viribus desuper acceptis prauæ cõsuetudini resistens,dicat mane & vespere.Nunc cœpi,hæc mutatio dexteræ excelsi. Est tamẽ æque mala spes *Tom.IX.* peruersa.super Ioannem,Tract.xxxiij. & lib. iij. de verbis Domini,sermone x. Ex vtroque homines periclitantur,& sperando & desperando: cõtrariis rebus,cõtrariis affectionibus.Sperãdo decipitur qui dicit,Bonus est Dominus, misericors Dominus,faciã quod mihi placet, quod libet,laxem habenas cupiditatibus meis, impleam desideria mea.Quare hoc?Quia misericors est Deus, bonus Deus,mansuetus Deus.Spe isti periclitantur.Desperatione autem,qui cum grauia peccata putantes, sibi iam non posse ignosci pœnitentibus, & statuentes ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud seipsos, Iam damnati sumus.Quare quod volumus non facimus, animo gladiorũ ferro destinatorum?Ideo molesti sunt desperati: iam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi sunt.Istos desperatio ne- *Presumptiõi & desperationi cõsulit.* cat,spes illos. Inter spem & desperationem fluctuat animus.Metuendum est ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium.Metuendum rursus ne te occidat desperatio,& cum putas iam tibi non ignosci, quia grauia commisisti,non agas pœnitentiam, & in- *Prouerb.1.* curras iudicis sententiam. Quid ergo agit Deus *Eccl.5.* periclitantibus vtroq; morbo? Illis qui spe periclitantur dicit.Ne tardes conuerti ad Dominũ, neque differas de die in diem,subito enim veniet ira eius,& in tempore vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur,dicit.In quacunque die iniquus conuersus fuerit, omnes iniqui- *Ezech.18.* tates eius obliuiscar.Propter illos ergo qui desperatione periclitantur,proposuit indulgentiæ portum.Propter eos verò qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur,fecit diem mortis incertũ.

Ser.in ord. 49. Tom.X. Lib.eodem de verbis Domini,sermone xxij. Ista duo mala occidunt animas,aut desperatio, aut peruersa spes.Nam sicut liberat bona spes & recta,ita decipit peruersa.In sermone primo de pœnitentia.Iniquitatem tuã si tu agnoscis, Deus ignoscit. Nemo ergo desperet. Malè desperat, qui credidit, quod etiamsi pœnitentiam agat pro peccatis suis,Diuina misericordia non indulgeat:malè autem sperat, qui se post multa tempora ad pœnitentiæ medicamẽta reseruat.Quomodo ergo malè desperantibus dicitur. Peccator in quacunque hora conuersus fuerit, iniquitates eius obliuioni tradentur: sic malè sperantibus dicitur.Noli tardare conuerti ad Dominũ.

In serm. de tẽp.serm.58. Tom.X. In ser.ij.eiusdẽ.in prin.Rogo vos fratres charissimi,vt si fortè sit sermo aliquis ex vobis, vt se habet humana fragilitas calliditate diaboli superatus,& capitalibus criminibus inuolutus,de Dei misericordia non desperet:sed cito de malo iniquitatis suæ consurgat:ne consuetudine peccandi, in ipsis se ruinis suis sepeliat. Non enim qui peccauerit, sed qui in peccatis perseuerauerit, odibilis & abominabilis Deo erit. Nam vt de indulgentia Diuina nemo cõfidat, Dominus nos per Prophetam, velut piissimus pater consolatur dicens.Nolo mortem peccatoris, &c. Et illud.Impietas impij non nocebit ei,in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Sed ista tam magna misericordia nobis tũc prodest, si nõ tardamus conuerti ad Dominũ, nec crimina criminibus super addamus.Nã si quis peccata peccatis cœperit addere,& animæ vulnera magis tegẽdo vel defendẽdo putrescere,quàm cõfitendo, & pœnitentiã agẽdo curari voluerit:timendũ est, ne de illo impleatur quod Apostolus dicit. An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœniten- *Rom.2.* tiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iusti iudicij Dei. Sed fortè cogitat aliquis tam grauia se commisisse peccata, vt Dei misericordiam promereri non possit. Absit hoc à sensibus omnium peccatorum.O homo quicunque illam peccatorum tuorum multitudinem attendis, cur & omnipotentiam medici cœlestis non attendis?Cum enim dicitur quod vult misereri,quia bonus est: & potest,quia omnipotens est: ipse contra se Diuinæ misericordiæ ianuam claudit, qui Deum sibi misereri aut nolle,aut non posse credit:& eum aut bonum, aut omnipotentem esse diffidit. Nemo ergo nec post centum peccata,nec post mille crimina,de Diuina misericordia desperet. Sic tamen non desperet,vt sine vlla mora, Deum sibi repropitiari festinet, ne fortè, si consuetudinem peccandi fecerit, etiam si vellet se à diaboli *Cap.3. Tom.III.* laqueis liberare,non possit. Libro de fide ad *Simile.* Petrum, parte prima. Nullus hominum debet spe misericordiæ Dei in suis diutius remanere peccatis,cum etiam in ipso corpore, nemo velit sub spe futuræ salutis diutius ægrotare. Tales enim qui ab iniquitatibus suis recedere negligũt, & sibi de Deo indulgentiam repromittunt,nonnunquam ita præueniuntur repentino furore, vt *Eccles.5.* nec conuersionis tempus,nec beneficium remissionis inueniant. Ideo vnumquenque nostrum sacra scriptura benignè præmonet, dicens. Ne tardaueris conuerti ad Deum, & ne differas de die in diem,subito enim veniet ira eius,& in tempore vindictæ disperdet te. Dicit etiam beatus *Psal.94.* Dauid, Hodie si vocem eius audieritis, &c.Cui *Heb.3.* beatus Paulus concordat his verbis. Videte fratres,ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo vestro, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.Obduratus igitur viuit siue qui non conuertitur, desperans de indulgentia peccatorum:siue qui sic misericordiam Dei sperat,vt vsque in finem vitæ præsentis, in suorum criminum peruersitate remaneat: proinde diligentes misericordiam Dei, metuentésque iustitiam, nec de remissione peccatorum desperemus,nec remaneamus in peccatis: scientes quod *In tempore resipiscendũ.* illa omnium hominum debita,sit exactura æqui-

tas iustissimi iudicis, quem non dimiserit misericordia clementissimi redemptoris. Sicut enim misericordia suscipit absoluítque conuersos, ita iustitia repellet & puniet obduratos. Ij sunt qui peccantes in Spitumsanctum, neque in hoc sæculo, neque in futuro remissionem accipient peccatorum. Ideo autem hominis anima intellectualis, spiritus est: vt quærat, agnoscat, atque discernat, & tempus operũ suorũ, pro quibus receptura est in iudicio quod ordinauit Diuina iustitia: & eiusdem retributionis tempus quo nunquam licebit, aut opera mutare, aut remissionem peccatorum suorum de Diuina misericordia vtiliter postulare.

Tom. X. DETRACTIO. Libro 50. Homil. homil. xx. Detractio est mordacior, quam veracior reprehẽsio. Ideo infra subdit. Detractio vulnerat famam. Lib. de salutaribus documentis. Detractio, fornicatio est animæ. Vnde Psal. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Lib. de mendacio. Fit detractio per maleuolentiam, cum quisque non solum ore ac voce corporis profert quod confingit in aliquẽ, sed etiam tacitus talem vult credi. Ideo ser. j. de quadrages. Omnino abscinde à lingua vitium detractionis, alienã vitam ne laceres. Detractio enim graue peccatum est, & grauis damnatio est. Detractionis tentatio repellitur. Lib. de conflictu vitiorum. Detractio dicit. Quis potest sustinere, quis silentio tegere quanta ille praua committit, nisi fortè qui consentit? Libertas iustæ correptionis respõdet. Nec tacenda sunt mala proximi, nec consentienda: sed charitate fraterna in faciem redarguendus, non autem occultè detrahendus. Quod si obiicitur, idcirco fratrem coram oculis increpare nollem, ne exasperatus non correptione proficiat, sed magis ex correptione scãdalum sumat: occurrit scriptura Diuina, & versa vice hoc magis scãdalum denuntiat esse, dicens. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Magis enim scandalum sumit qui detrahentem intelligit, quam qui corripientem sustinet. Et quia nonnunquam errata delinquentium ad tempus silentio tegenda sunt, vt aptiore tempore corrigantur, propterea subiungitur. Hæc fecisti & tacui. Ne autem ex hoc discreto silentio, detractores sibi applauderent, qui dum semper occulte derogare malunt, quam in increpationem prosilire, aptè adhuc subinfertur. Existimasti inique quod ero tui similis, ac si diceret, Iniquum est cogitare vt inde detractori similis appareum, vnde ad tempus reticens nec derogans, locum aptæ correptionis expecto. Vnde & protinus subditur. Arguam te & statuam contra faciem tuam. Ac si diceret. Non in occulto, vt est tua cõsuetudo, sed in aperto, vt est mea sollicitudo, aptum corrigendi tempus expectans, peccatorem arguam, & eius delicta contra faciem eius statuam. At in quis. Non odi, sed amo quem ita in absconditis diiudicans reprehendo. Imo magis hinc odis & non diligis, vnde

(Margin: Cap. 31. Tom. IIII. — Cap. 16. Tom. IIII. — Cap. 8. Tom. IX. — Psal. 49.)

A detrahis & corripis. Quàm sit autem detestanda proximi detractio, plerisque in locis eloquia Diuina testantur. Vnde est illud. Qui detrahit fratri, detrahit legi. Illúdque. Qui detrahit fratribus, era dicabitur. Necnon & illud Apostoli. Væ qui detrahit proximo. Istud Væ, positum est pro anathemate. Detractio plus nocet detrahenti. In sermone ij. de communi vita clericorum, in fine. Nemo laceret seruos Dei, quia non expedit lacerantibus. Seruis Dei quidem merces falsis detractionibus crescit: sed crescit etiam pœna detrahentibus. Nam non sine causa dictum est. Gaudete & exultate, quando detrahunt de vobis, dicentes falsa, quia merces vestra magna est in cœlis. Nolumus cum detrimento vestro magnam B habere mercedem. Minus ibi habeamus & tamen nobiscum ibi regnetis.

DEVOTIO. Lib. de orando Deũ. Deuotio est pius & humilis in Deum affectus. Deuotio est mentis conuersio in Deum, pio & humili affectu: humili quantum ad cõsiderationem propriæ infirmitatis, pio quãtum ad dulcedinem Diuinæ clementiæ. Ideo est in oratione necessaria. ibid. infra. Hoc interest quando rogamus Deum & quando rogamus hominem, quod homo necessitatem nostram scire non potest, nisi edoctus fuerit, Deus verò scit antequam rogetur. Quod rogare necesse sit, non opus est apud Deum nostra narratio, quia non habet necesse doceri: sed supplicatiõe pulsandus est, vt annuat. Sane autem nunquam Deus citius ad C annuendum flectitur, quam dum orantis animus ad Deum tota intentione per deuotionem conuertitur. Sola ergo, quantum ad Deum, sufficere potest supplicationis deuotio: nisi ad hoc formaretur oratio, vt orantis affectus, ad maiorem accendatur deuotionẽ. Quæcunq; ergo verba sunt orantis, a nimũ ad Dei amorẽ excitent, vel excitatum demonstrent Deum: non vt eum quasi nescienté doceant, sed vt in orãte deuotè deuotionem augeãt. Nam per narrationem seipsum melius intelligit, & admonitus quid petat considerat, & per considerationem petitionis excitatus, deuotius orat. Quantum verò ad Deũ cui omne cor patet, & omnis volũtas loquitur, sola supplicatio cordis sufficiat. Huius deuotionis diuersus affectus, propter effectum orationis, infra D subdit ibidem. Quia ex affectu dilectionis, omnis dependet effectus orationis: quamuis non possimus omnes scire, quia infiniti sunt huiusmodi affectus, aliquos tamen enumeremus, & numeratos exemplis demonstremus: ex quibus possumus conuincere, quid in orationibus coram Deo gratum sit, atq; laudabile. Affectus dilectionis est, quãdo in eius misericordia mens aliquid sibi gratum videns vel reminiscens, subito amoris igne corripitur. Affectus admirationis est, quando mens nostra aliquid nouum vel mirabile contemplans, quodam scripturæ stupore perfunditur. Affectus congratulationis est, quãdo mens nostra ad quod sibi placet intuẽs, quadã iucunditate exhilaratur. Affectus humilitatis est, quando

(Margin: Iac. 4. — j. dilectio. — ij. admiratio. — iij. congratulatio. — iiij. humilitatis.)

quando mens nostra ex consideratione propriæ infirmitatis, sponte sua ab elatione comprimitur. *v. doloris.* Affectus doloris est, quando mens nostra ex præsentium malorũ intuitu cõteritur. *vj. timoris.* Affectus timoris est, quando mens nostra ex præuisione imminentium malorum cõtabescit. *vij. indignationis.* Affectus indignationis, quando mens nostra in aduersariorum odium, ob magnitudinem iniquitatis eorum, inflãmatur. *viij zeli.* Affectus zeli est, quando mens nostra ex amore iustitiæ adulterio nõ intendit. *ix præsumptionis.* Affectus bonæ præsumptionis est, quando mens nostra ad indicandum quippiam plus solito maiori fiducia armatur. *Vnde oriantur.* Ex istis affectionibus, illi tres precantes, vel præcedentes præcipuè pertinent ad illud genus scripturarum, in quo fit laudatio: quia ex cõmemoratione bonitatis consurgit affectus dilectionis: ex commemoratione potentiæ & probitatis, consurgit affectus admirationis: ex commemoratione facti fidelis & prosperi euentus, consurgit effectus congratulationis. Alij tres affectus, conueniunt illi modo scribendi, in quo fit miseriç recordatio & calamitatis. Affectus enim humilitatis, consurgit ex recordatione propriæ infirmitatis. Affectus doloris, præsentiũ malorũ ex intuitu. Affectus timoris, ex imminentium pœnarum præuisione. Tres vltimi affectus afficiunt & accusant, quibus inuehitur in aduersarios contra iniquitatem eorum, scilicet indignatio cõtra iram: zelus, cõtra malitiam: fiducia vel bona prçsumptio, contra perfidiam.

Tom.III. DEVS. Deũ esse probat natura & scriptura. Lib. xv. de trinitate, cap. iiij. Neque Diuinorum librorum authoritas tãtummodo Deum esse prædicat, sed omnis quæ nos circunstat, ad quam nos etiam pertinemus, vniuersa ipsa rerum natura proclamat, habere se præstantissimum conditorem, qui nobis mẽtem rationémque dedit naturalem, qua viuentia, non viuentibus: sensu prædita, non sentientibus, intelligentia non intelligentibus, immortalia mortalibus, impotentibus potentia, iniustis iusta, speciosa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, immutabilia mutabilibus, inuisibilia visibilibus, incorporalia corporalibus, beata miseris præferenda videamus. Ac per hoc, quoniam rebus creatis creatorem sine dubitatione præponimus, oportet, vt est, & summè viuere, & cuncta sentire, atque intelligere: & mori, corrumpi mutaríque non posse: neque corpus esse, sed spiritum omnipotentissimum, iustissimum speciosissimum, optimũ, beatissimúmq; fateamur. Ideo libro primo de doctrina Christiana, c. vij. *Tom.eod.* Illi qui per intelligentiam pergunt videre quod Deus est, omnibus eum naturis visibilibus & corporalibus, intelligibilibus & spiritualibus omnibúsq; mutabilibus præferunt. Omnes tamẽ certatim ꝓ excellẽtia Dei dimicãt. Nec quisquã inueniri potest, qui hoc Deum esse credat, quo aliquid melius est. Itaq; hoc omnes Deum cõsentiunt, quod cæteris rebus omnibus anteponunt. *Cap. 10. Tom.IX.* De nomine verò Dei, Lib. de speculo Ecclesiæ. Quanquã magnitudinem Diuinitatis tuæ infinitam & incom-

A prehensibilem, nullus possit sensus attingere: neque enim illorum quoque supernorum ciuium, miro tamen modo tua essentia scitur, dum esse creditur. Itaque quotiescunque recolo vel audio duas breues syllabas, & quatuor literas, quibus scribitur Deus: hoc enim nomen tibi soli omnipotens iure debetur: atque cum intueor tuæ virtutis magnalia & mirabilem mundi creationem, id est cosmopœiæ considero decorem, simúlq; mecum tacitus repeto miserationes tuas, quæ à sæculo sunt. Mirentur enim qui volunt potentiam tuam, sed ego plus stupeo animaduertens misericordias tuas: profecto in his quatuor literis, & duabus breuibus syllabis cum infinitum quid & incomprehensibile, immensum & inenarrabile mentis intuitu, & synceris fidei B oculis præscire & posse, quod mihi tantillo homini dignaris largiri, contemplor. Libro primo de doctrina Christiana. *Cap 6. Tom.III.* Deus, cum de illo nihil digne dici possit, admisit tamen humanæ vocis obsequium, & verbis numerus in laude sua gaudere nos voluit. Nam inde est quod dicitur Deus. Nõ enim reuera strepitu istarum duarum syllabarum ipse cognoscitur, sed tamen omnes latinæ linguæ socios, cum aures eorum sonus iste tetigerit, mouet ad cogitandam excellẽtissimam quandam immortalémque naturam. Nam cum ille vnus cogitatur Deus Deorum, ab iis etiam qui alios suspicantur, & vocant, & colunt deos, siue in cœlo, siue in terra, ita cogitatur, vt aliquid quo nihil sit melius atq; sublimius, illa cogitatio conetur attingere. In lib. expositionis symboli C ad Laurentium Episcopũ. Deum cum audis, substantiam intellige sine initio, sine fine, simplicem sine vlla admixtione, inuisibilem, incorpoream, ineffabilem, inæstimabilem, in qua nihil auctum est, nihil creatum, sine authore existente, quia ipse author est omnium. *Tom. VIII.* De nomine verò Dei super Psal. ix. Nomen ipsum Dei nunc vsq; quaq; vulgatum est. Sed cognitio nominis est, cum ille cognoscitur cuius est nomen. Non enim nomen propter se nomen est, sed propter id quod significat. Dictum est autem. Dominus nomen illi. *Psal.67.* Quapropter qui se libẽter Deo famulum subdit, cognouit hoc nomen. Item Dominus dicit ad Mosen. Ego sum. Sperent ergo in te Domine qui cognoscunt nomen tuum. Ne sperent in iis reD bus, quæ temporis volubilitate præterfluunt, nihil habentes, nec erit, & fuit. Quoniam quod in illis futurum est, cum venerit, fit statim præteritum. Expectatur cum cupiditate, amittitur cum dolore. In Dei natura non erit aliquid, quasi nondum sit: aut fuit, quasi non sit: sed est tantum id quod est: & ipsa est æternitas. Desinant ergo sperare & diligere temporalia, & se ad æternam spem cõferant, qui cognoscunt nomen eius qui dixit. Ego sum, Et qui est, misit me. *Exod.3.* Super primã canonicã Ioannis, Tract. iiij. Quicquid volumus dicere, Deus vocatur. Et quod diximus, quid diximus? Duæ istæ syllabæ sunt totũ quod expectamus? Super Ioã. Tract. cvj. Hoc nomen quod dicitur Deus, vniuersæ creaturæ,

etiam omnibus gentibus antequã & in Christum crederent, non omnino esse potuit incognitum. Hęc est enim vis naturę † Diuinitatis, vt creaturę rationali iam ratione vtenti, non omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis, in quibus natura nimium deprauata est, vniuersum genus humanum Deum, mundi huius fatetur authorem. In hoc ergo quod fecit hunc mundum cœlo terráq; conspicuum, & antequã imbuerentur in fide Christi, notus omnibus gẽtibus Deus. In hoc autem quod non est iniuriis suis cum diis falsis colendus, notus in Iudæa Deus. In hoc verò quod pater est huius Christi, per quem tollit peccatum mundi, hoc nomen eius prius occultum omnibus, nunc manifestum est omnibus.

† Aliàs, veræ.

Omnibus ratione vtẽtibus Deus non omnino ignotus.

A

Quid sit Deus secundum Platonem. Lib. ix. de ciuitate Dei, c. xvj. Deum omniũ summum creatorẽ, quẽ nos Deum verũ dicimus, sic à Platone prædicari asseuerant, quod ipse sit solus qui non possit penuria sermonis humani quauis oratione vel modice comprehendi: vix autem sapientibus viris, cum se vigore animi quantum licuit à corpore remouerunt, intellectum huius Dei id quoq; interdum velut in altissimis tenebris rapidissimo corruscamine lumen candidum intermicare.

Tom. V. Platonis de Deo sentẽtia in Timeo & in Parmenide.

B

Quid sit Deus, Lib. j. de cõsensu quatuor Euãgelistarum. Secundum platonicos, non corpus, sed spiritus: secundum Stoicos, corpus est Deus.

Cap. 23. Tom. IIII. Tom. V. Platonici & Stoici de Deo.

Dictum Porphirij, Li. xix. de ciuit. Dei, c. xxiij. Porphirius Philosophus Appollinis verba recitans ait. Deus omnium pater, nullius indiget: sed nobis est bene, cum eum per iustitiam, & castitatem, aliásque virtutes adoramus, ipsam vitã precem ad ipsum facientes, per imitationem & inquisitionem de ipso. Inquisitio enim purgat, inquit, imitatio deificat affectionem ad ipsum operando.

Apollo. Porphirius.

C

Dictum Tullij, Lib. xxij. eiusdẽ. Deum sicut potuit diffinire Cicero, mens quædam est, inquit, soluta & libera, secreta ab omni concertione mortali, omnia sentiens & mouens, ipsáq; prædita motu sempiterno.

Cap. 20. Ciceroni, quid Deus. 1. Tusc. quęst.

Commune dictum omnium, Lib. viij. eiusdem. c. ix. Quicunq; igitur Philosophi de Deo summo & vero senserunt, quod rerum creaturarum sit effector, & lumen cognoscendarum, & bonum agẽdarum: quod ab illo nobis sit & principium naturæ, & veritas doctrinæ, & fœlicitas vitæ: siue Platonici accõmodatius nũcupãtur qui ista senserũt, siue Ionici generis, siue Italici, siue Pythagorici, siue Athlantici, Lybici, Aegyptij, Indi, Persę, Chaldęi, Scythæ, Galli, Hispani, aliíq; qui reperiuntur qui, hoc viderunt, & docuerunt, cæteris eos omnes anteponimus, eósque nobis propinquiores fatemur.

D

Tamen sua propria descriptio, Lib. eodẽ, c. v. Verus Deus, est rerum author, veritatis illustrator, & beatitudinis largitor. Ideo li. eod. c. iiij. Homo ita creatus est vt per id quod in eo præcellit, attingat ad illud quod cuncta præcellit, id est, vnũ Deũ optimũ, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus vsus expedit: ipse quæratur, vbi nobis secura sunt omnia: ipse cernatur, vbi nobis certa sunt omnia: ipse diligatur, vbi nobis recta sunt omnia.

Platonici de Deo. Rursus Platonici.

Sed vt dicit Lib. de vera innocẽtia. Excedit supereminẽtia Deitatis, nõ solum vsitati eloquij nostri, sed etiam intelligentiæ facultatem. Verius enim cogitatur Deus, quã dicitur: & verius est, quam cogitetur. Non parua autem notitiæ pars est, si antequã scire possimus quid sit Deus, possimus scire quid non sit.

Cap. ... Tom. III.

Deus in tabul.

Dicit tamẽ quid sit Deus. Lib. j. quæstionum veteris & noui testam. quęst. j. Quid est Deus? Deus hoc est, quod nulla attingit opinio. Plus enim est, quàm quicquid dici potest, aut cogitari. Sed dicamus aliquid quod quamuis impar sit, tamẽ ex aliqua cõueniat ratione iis quæ Deo digna videntur. Nam vnaquæq; natura pro capacitate sui suspicatur de Deo, vt quantum natura distat à natura, tantum distet sententia à sententia quid Deus sit. Quia enim super omnia est, necesse est, vt hominũ mentes excedat. Homines enim quantũ possunt aciẽ mentis extẽdere, aspiciunt quid Deus sit, opinione, non diffinitione. Angeli autẽ qui superiores sunt hominibus, quia plus aliquid de Deo sentiunt non est dubium. Archangeli verò eo ipso amplius. Cherubin autẽ & Seraphin, quæ potentiæ iuxta Deũ esse dicuntur, maiora de Deo sentiũt, non tamẽ cõprehendunt penitus quid Deus sit: quia nemo nouit patrẽ nisi filius, nec filiũ quis nouit, nisi pater. Igitur Deus est, sicut hominibus videtur spiritus, natura simplex, lux inaccessibilis, inuisibilis, inæstimabilis, infinitus, perfectus, nullius egẽs, æternus, immortalis omnimodo, à quo omnia initiũ cõsequuta sunt: venerandus, diligẽdus, metuendus, extra quẽ nihil est, imò in quo sunt omnia quæcunq; sunt, sursum & deorsum, summa & ima: omnipotens, omnitenens, verè in omnibus diues, quia nihil est quod non eius sit: Bonus, iustus, misericors. Bonus, quia fecit existere quæ non erant. Iustus, quia quæ fecit vt proficerẽt, proprio libertatis arbitrio dimissa sunt: quia tamen non tam perfecta sunt vt labi nõ possint, seminaria his legis inesse decreuit, naturaliter addẽs auxilium manifestatæ legis, vt authoritas eius perfecta esset hominibus. Misericors verò, quia peccantibus non facilè reddit, sed sustinet vt cõuersis ignoscat. Est etiam seuerus, vt terrore, quæ ab eo bene condita sunt, conseruentur, ne negligentia pareret vitæ pręcipitium. Et ne, quod mirabilius est, prætermittatur: tanta est eius clemẽtia, vt cõtumelias passus ab iis quos fecit, sufferat, & prior vocet eos ad pacẽ. Nunquid nõ maioris virtutis hoc est, quã cõdidisse creaturã, in quo si permaneret nimia bonitas eius, obesset creaturæ? Vnde aliquando diligi, aliquando timeri se vult, ne oberrantes ab eo depereant. Hinc est vnde ne patientia eius non vtique ad damnum ipsius, sed ad nostrum omnino cõtẽnẽda, putaretur, ait. Tacui, Nunquid semper tacebo? Itaq; Deus bonus, & omnia quę fecit bona sunt.

Tom. II.

Ar... Deus ... prelat...

Quid...

Tom. IX.

Lib. meditationũ. Deus est, cuius potẽtia nõ exhauritur, cuius misericordia non exinanitur, cuius scientia nõ deficit, cuius potestas quod vult efficit.

Cap. 6. Tom. I.

Libr. ij. de libero arbitrio. Non mihi Deum placet appellare quo mea ratio est inferior, sed quo nullus est superior

Cap. 16. Tom. I.

perior. Lib. de moribus Ecclesiæ. Solus Deus est altissimus, quo altius nihil est. Ibidem Deus est (vt breui explicé) vita beata. Ibi enim est sedes veritatis, cuius contẽplatione perfruẽtes, eiq; pœnitus adhærentes, proculdubio beati sumus: inde autẽ decidẽtes, magnis erroribus doloribúsq; implicamur. Li. de speculo c. ij. Spiritus est Deus, sed spiritus incõprehensibilis, incorporeus, incõmutabilis, incircunscriptus, vbique totus, nusquã diuisus. Quia vt dicit Lib. xv. de Trinitate. ca. v. Incorporalis vel incorporeus ideo dicitur, vt spiritus credatur, vel intelligatur esse, non corpus. Proinde si dicamus, æternus, immortalis, incorruptilis, immutabilis, viuus, sapiẽs, potens speciosus, iustus, bonus, beatus, spiritus, horum omnium nouissimum quod posui, quasi tantũmodo videtur significare substantiã. Cætera verò huius substantiæ qualitates, sed non ita est in illa ineffabili simpliciq; natura: Quicquid enim secundum qualitates illic dici videtur, secundũ substãtiã vel essentiã esse est intelligẽdũ. Absit autẽ vt spiritus secundũ substãtiã dicatur Deus, & bonus secũdũ qualitatem, sed vtrunq; secundũ substantiam. Sic cætera omnia quæ cõmemorauimus. Aliter dicit Libro soliloq. ad Deũ. Quid tu es? Tu Deus verus & solus omnipotens, æternus, incõprehẽsibilis, immensus, qui semper viuis, & nihil moritur in te, immortalis enim es, habitans æternitatem, mirabilis oculis Angelorum, inenarrabilis, imperscrutabilis, innominabilis, Deus viuus, & verus, terribilis & fortis, nesciẽs principiũ neq; finẽ, principiũ omniũ atq; finis. Qui es ante primordia sæculorũ, & ante omnes sæculorũ origines. Tu es Deus & Dominus omniũ quę creasti. Apud te omniũ stabiliũ stãt causæ, & omniũ mutabiliũ apud te incõmutabiles manẽt origines, & omniũ rationaliũ atq; tẽporaliũ sempiternæ viuunt rationes. An aliunde q̃ à te Domine, trahitur esse & viuere? Nõne tu es summũ ens, à quo est omne esse? Quicquid enim est, à te est, quia sine te nihil est. Nõne tu es fons vitæ à quo fluit omnis vita? Quicquid enim viuit, per te viuit, quia sine te nihil viuit. Tu Domine fecisti me, sine quo factũ est nihil. Tu factor meus, ego opus tuũ. Aliter lib. de speculo. Deus supra quẽ nihil, extra quem nihil, sine quo nihil, infra quẽ nihil. Deus sub quo totũ, cũ quo totũ, in quo totũ. Deus à quo omnia, per quẽ omnia, in quẽ omnia. Deus, in quo, cuius nos fides excitat, spes erigit, charitas iũgit. Deus qui petere iubes, & inuenire facis, & pulsantibus aperis. Deus à quo auerti est cadere, in quẽ cõuerti, est resurgere: in quo manere, est cõsistere. Deus quẽ nemo amittit, nisi deceptus: nemo quęrit, nisi admonitus: nemo inueniet, nisi purus & purgatus. Deus quẽ nescire, mori est. Quẽ nosse, viuere est: quẽ spernere, perire est: cui seruire, regnare est. Deus quẽ relinquere, hoc est idẽ quod perire, quẽ attẽdere, hoc est quod amare: quẽ videre, hoc est quod habere. Deus cuius pietatis opere, & bene seruit subiectus, & bene dominatur prælatus: & ideo sine te, nemo eorum recto incedit tramite, vel ordine. Deus inuisibilis, & immense: ineffabilis, & æterne: incõprehensibilis, & incorporee: immortalis, & perpetue: incõmutabilis & incircunscripte: mirabilis, & benedicte: indicibilis: cui esse est viuere, sapere & intelligere, scire posse, pulchrescere & clarescere vnum & idem: quia simplex es, & diuidi non potes. Tu es Deus meus viuus & verus, Deus pius, & rex nimis magnus: vnum naturarũ principium, à quo vniuersitas inchoatur, perficitur, & cõtinetur. Sed aliter ibidem, infra. Sicut corde credo ad iustitiam, sic ore confiteor ad salutem, te Deum patrem ingenitũ, te filium vnigenitũ, te Spiritum sanctum paracletum, sanctam & indiuiduam trinitatem, vnũ Deũ, in magnitudine infinitum, in virtute omnipotẽtem, in bonitate summũ, in sapientia inæstimabilem, in consiliis terribilem, in iudiciis iustũ, in cogitationibus secretissimũ, in verbis veracẽ, in misericordiis copiosum: Erga delinquẽtes patiẽtissimũ, erga pœnitentes piissimũ. Sẽper idẽ ipsum, æternum ac sempiternũ, immortalem atq; incõmutabilẽ: quem nec spatia dilatãt, nec breuitas locorum angustat, nec receptacula vlla coarctãt, nec voluntas variat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta perturbant, nec læta demulcent: Cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita transeunt, nec futura succedũt. Cui nõ origo initiũ, nec tẽpora incremẽtum, nec cursus finẽ dabit: sed ante sæcula, & in sæculis, & post sæcula in æternum viuis. & est tibi laus perennis, & æterna gloria, summa potestas, & singularis honor, perpetuum regnum, & sine fine imperium.

Lib. viij. super Genes. Dicimus ipsum summũ, verum viuũ, ac solũ Deum, patrem & filium & Spiritum sanctum, id est, Deum verbúmq; eius, & vtriusq; spiritum, trinitatem ipsam, neq; confusam, neq; separatã. Deum qui solus habet immortalitatem, & lucẽ inhabitat inaccessibilem, quem nemo hominũ vidit, nec videre potest, nec locorũ, vel finito, vel infinito volumine variari. Neq; enim est in substantia eius, qua Deus est, quo breuius sit in parte quam in toto, sicut necesse est de iis quæ in locis sunt, aut fuit in eius substãtia quod iam non est, vel erit quod nõdum est, sicut in naturis quæ possunt temporis mutabilitatẽ pati. Hic ergo incõmutabili æternitate viuens, creauit omnia simul, ex quibus currerent tempora, & implerentur loca, temporalibúsque & localibus rerum motibus, sæcula voluerentur. Aliter lib. ix. confessionũ inducens versus Ambrosij. Cum erã in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosij tui. Tu es enim

Deus creator omnium, Polique rector: vestiens
Diem decore lumine, Noctem soporis gratia,
Artus solutos vt quies Reddat laboris vsui,
Mentésque fessas alleuet, Luctúsque soluat anxios.

Ideo lib. iij. contra Faustum. Ipsum quippe habemus Deum, Dominũ, & patrẽ. Deum, quia ab ipso etiam ex hominibus parentibus conditi sumus. Patrem, quia eius adoptione renati sumus.

Lib. xix. de ciuitate Dei, cap. xxiij. Apollo dicit Deum Hebræorum generatorem, & regem ante omnia: quem tremunt cœlum, & terra, at-

Marginalia: Tom. IX. — Tom. III. 1. Sente. Distinct. 2. cap. 1. — Cap. 31. Tom. IX. Origo verũ. — Cap. 13. Tom. IX. De infinitate Dei. — Cap. 2. Tom. I. — Tom. V. Apollo de Deo.

que mare,& infernorum abdita, & ipsa numina perhorrescunt. *Tom.eod.* Aliter in eodē li.c.xxij. Magnæ cæcitatis est adhuc quærere quis sit iste Deus. Iste est Deus à quo respōsum accepit Abraham: in semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod in Christo fieri, qui secundū carnem de illo semine exortus est secundum prophetarum oracula, quorum prædicta atq; cōpleta per Ecclesiam videmus toto orbe diffusam. Ipse est Deus quē Varro doctissimus Romanorum Iouem putat, *Varo.* quāuis nesciens quid loquatur. Quod tamen ideo cōmemorandū putaui, quoniam vir tantæ scientiæ nec nullum istum Deum potuit existimare, nec vilem. Hunc enim eum esse credidit, quem summum putauit Deū. Postremo ipse est Deus, quē doctissimus Philosophorū, quamuis Christianorum acerrimus inimicus, & per eorum oracula, quos deos putat, Deū magnū Porphyrius cōfitetur. *Porphyrius. Cap.25.* Diffusius loquitur, Lib.vij.eiusdē. Illum Deum colimus, qui naturis à se creatis & subsistendi, & mouendi initia finésq; cōstituit, qui rerum causas habet, nouit atq; disponit: qui vim seminum condidit: qui rationalem animam, quæ dicitur animus, quibus voluit viuentibus indidit: qui sermonis facultatem vsúmque donauit: qui munus futura dicendi quibus placuit spiritibus impertiuit: & per quos placet futura prædicit: & per quos placet malas valetudines pellit: qui bellorum quoque ipsorum cum sit emendandum castigandúmque genus humanum, exordiis, progressibus, finibúsque moderatur. *Diis attributa per Varonem ostendit soli Deo conuenire.* Qui mundi huius ignē vehementissimū & violētissimum, pro immensæ naturæ temperamento & creauit, & regit: qui vniuersarum aquarum creator & gubernator est: qui solem fecit corporalium clarissimum luminum, eíque vim congruam motúmque dedit. Qui ipsis etiam inferis dominationem suam, potestatémque non subtrahit: qui semina & alimenta mortalium, siue arida, siue liquida, naturis competentibus attributa substituit: qui terram fundauit atque fœcundat: qui fructus eius animalibus, hominibúsque largitur. Qui causas non solum principales, sed etiam sequentes nouit atque ordinat: qui lunæ modum statuit suum: qui vias cœlestes atque terrestres, locorum mutationibus præbet. Qui humanis ingeniis, quæ creauit, etiam scientias artium variarum ad adiuuandam vitam naturámq; concessit. Qui coniunctionem maris & fœminæ ad adiutorium propagandæ prolis instituit: qui hominum cœtibus, quem focis & luminibus adhiberent, ad facillimos vsus munus terreni ignis indulsit. *Cap.30.* Hæc autem facit atque agit vnus verus Deus. Sed sicut Deus idem vbique totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes sectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cœlum & terram præsente potentia, non indigente natura. Sic itaque administrat omnia quæ creauit, vt etiam ipsa proprios exercere & agere motus sinat. Quamuis enim nihil esse possit sine ipso, non tamen sunt vlla, quod ipse. Tamen de Deo melius scitur quid non sit, quàm quid sit, *Tom.X.* super Psalmum lxxxv. Deus ineffabilis est. Et ideo facilius dicimus quid non sit, quam quid sit. Terram cogitas, non est hoc Deus: mare cogitas, non est hoc Deus. *Dicit quid non sit, quid sit.* Omnia quæ sunt in terra, homines & animalia, non est hoc Deus: omnia quę sunt in mari, & quæ volāt in aere, nō est hoc Deus. Quicquid lucet in cœlo, stellæ, sol, & luna, non est hoc Deus. Ipsum cœlum non est Deus. Angelos cogita, Virtutes, Potestates, Archangelos, Thronos, Sedes, Dominationes, non est hoc Deus. Et quid est? Hoc solum potui dicere, quid non sit. Quæris quid sit? Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quæris vt ascendat in linguam quod in cor non ascendit? Probat quodammodo, libro de vera innocentia, cap. quinquagesimoquinto. *Tom.III.* Omnis substantia quæ Deus non est, creatura est, & quæ creatura non est, Deus est. Nulla igitur differentia est, in Deitate Trinitatis: quoniam quod Deo minus est, Deus non est. Super Ioannem. Si non potestis comprehendere quid sit Deus, in hoc comprehendite quid non sit. Multum profeceris, si non aliud quam est, de Deo senseris. Nondum potes peruenire ad quid sit Deus, perueni ad quid non sit. Libro octauo, de Trinitate, capi. secundo. *Tract. Tom.III.* Non paruæ notitiæ pars est, cum de profundo isto in illam summitatem respiramus, si antequam scire possimus quid sit Deus, possūmus iam scire quid non sit. In eodem super Ioannem, sermone trigesimo tertio. *Tom.III.* Extendat se anima cupiditate, & sinu capaciore quærat comprehendere, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Desiderari potest, concupisci potest, suspirari in illud potest, dignè cogitari & verbo explicari non potest. Libro septimo, de Trinitate, capi. quarto. *Tom.III.* Excedit supereminentia Diuinitatis vsitati eloquij facultatē. Verius enim cogitatur Deus, quam dicitur: & verius est, quā cogitatur. Vnde de sciendo & cognoscendo Deum, Lib.j. de ordine rerum. *Cap. Tom.I.* Quis neget, Deus magne, te cuncta ordine administrare? Quā se omnia tenēt, quā ratis successionibus in nodos suos vrgentur, quāta & quam multa facta sunt & quanta fiunt, vt te inueniamus? Libro octauo de Trinitate, capi. primo. *Tom.III.* Deo supplicandum est deuotissima pietate, vt intellectum aperiat, & studium contentionis absumat, quo possit mente cerni essentia veritatis, sine vlla mole, sine vlla mutabilitate. Vt enim dicit, Libro primo soliloquiorum suorum, capite secundo. *Tom.I.* Nescio quomodo mihi monstrari debeat vt dicam satis est: non enim credo me scire aliquid sic quomodo scire Deum desidero? *Tom.I.* Sed dicit libro j. confessionum. Quid ad me Deus, si quis non intelligat te, gaudeat & ipse dicens. Quid est hoc? Gaudeat, & sic amet non inueniendo inuenire potius, quam inueniendo, non inuenire te. Causa huius, *Tom.IX.* Libro de speculo, capite sexto. Qui tenes

tenes omnia, imples omnia, circumplecteris omnia, superexcedis omnia, sustines omnia, nec ex alia parte imples, & ex alia circumplecteris, sed circumplectendo imples, & implendo circumplecteris: sustinendo superexcedis, & superexcedendo sustines. Qui corda fidelium doces sine strepitu verborum, qui attingis à fine vsque ad finem fortiter, & disponis omnia suauiter. Qui locis non distenderis, nec temporibus variaris, nec habes accessus vel recessus. Qui habitas lucem inaccessibilem, quam nullus hominum videt, sed nec videre potest: in te manens quietus, vbique circumis totum. Non enim scindi vel diuidi poteris, quia verè vnus es: nec in partes efficeris, sed totus totum tenes, totum imples, totum illustras, totum possides: hoc mysterium mens humana capere non potest, nec concipere, nec oratoria lingua narrare, neque diffusi sermonis bibliothecarum volumina queunt explicare. Sed totum mundum libri repleant, tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Quoniam verè † indicibilis es, nullo modo scribi poteris, neq; cōcludi, quia es fons lucis, & sol claritatis æternæ. Sed de cogitādo Deū. in sermon. j. de Ascēsiōe Domini. Familiaritas carnis omnino discedat, quando de Deo cogitamus, id est, de ineffabili Trinitate cogitamus. Nulla oculis nostris species carnis occurrat. Causam ponit ibidē. Deus nec mole distēditur, nec lineamentis corporis distinguitur, nec locis concluditur, nec coarctatur angustiis, nec vllis limitibus terminatur. Et vt dicit Lib. quæstionū super Iosue. Si quis talē cogitat Deum, qualis nō est: alienū Deū vtique & falsum in cogitatione portat. Quod quam sit mirabilis ipse Deus, ponit Lib. j. confessionū. Deus summe, optime, potētissime, misericordissime & iustissime, secretissime & præsentissime, pulcherrime & formosissime. Stabilis, & incomprehensibilis, immutabilis mutans omnia, nunquā nouus, nunquā vetus, innouans omnia & in vetustatē perducēs superbos & nesciūt: semper agens, semper quietus, colligēs & non egens, portans & implens & protegens, creans & nutriens & perficiēs, quæris cum nihil tibi desit. Amas nec æstuas, zelas & securus es, pœnitet te, & non doles, irasceris & trāquillus es, opera mutas, nec mutas consilium, recipis quod non inuenis & nunquam amisisti, nunquam inops & gaudes lucris, nunquā auarus & vsuras exigis. Supererogatur tibi vt debeas, & quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. Et quid dicimus Deus meus, vita mea, dulcedo mea sancta? Aut quid dicit aliquis, cum de te dicit? Et væ tacentibus de te, quoniam loquaces muti sunt. Libro de patientia. Sicut Deus zelat sine liuore, irascitur sine vlla perturbatione, miseretur sine aliquo dolore, pœnitet eum sine alicuius prauitatis suæ correptione: ita est patiens, sine vlla passione. Libro meditationum. Circūspicit anima mea misera, & non videt pulchritudinem tuam, auscultat & non audit harmoniā tuam. Olfacit, & nō percipit odorem tuum: gustat, & non agnoscit saporē tuum: palpat, & non sentit lenitatem tuam, habes enim hæc Domine Deus meus, tuo ineffabili modo, qui ea dedisti rebus à te creatis suo sensibili modo. Libro quæstionum ad Simplicianum, quæstione secunda. Si de ira hominis detraho turbulentum motum, vt remaneat vindictæ vigor, vtcunque assurgo in notitiam illius, quæ appellatur ira Dei. Item de misericordia si auferas compassionem, cum eius quem induas participatus es miseriæ vt remaneat tranquilla bonitas subueniendi, & à miseria liberandi, insinuatur misericordiæ Diuinæ qualiscunque cognitio. Zelum quoque Dei nō repudiemus & aspernemur, cum scriptum inuenimus: sed auferamus de humano zelo, pallidam tabem doloris, & morbidam perturbationem animi: remaneátque illud solum iudicium, quo corruptio castitatis impunita esse nō sinitur, & assurgimus vt incipiamus aliquo modo capere zelum Dei. Quapropter cum legimus etiam Deum dicentem. Pœnitet me: consideremus quid id soleat esse. In hominibus opus pœnitendi, cum proculdubio reperitur voluntas mutandi: sed in homine cum dolore animi est, reprehendit enim in se quod temere fecit. Auferamus ergo ista, quæ de humana infirmitate atq; ignorantia veniunt, & remaneat solum velle, vt non ita sit aliquid quemadmodū erat. Sic potest aliquantulum intimari menti nostræ, qua regula intelligatur, quòd pœnitet Deum. Cum enim pœnitere dicitur, vult non esse aliquid sicut fecerat vt esset: sed tamē & cum ita esset, ita esse debeat: & cum ita esse iam non sinitur, iam non debet esse ita, perpetuo quodam & tranquillo æquitatis iudicio, quo Deus cūcta mutabilia, incommutabili volūtate disponit. Et infra. Sunt quædam in homine laudabilia, quæ in Deo esse non possunt: sicut pudor & timor. Sicut ergo quædam laudabilia hominum, non rectè dicuntur in Deo: sic quædam culpabilia hominum, rectè intelliguntur in Deo: non ita vt in hominibus sed vocabulis tantummodo communibus, longè alia ratione & modo. Libro primo contra aduersarium legis & Prophetarum. Non sicut hominem pœnitet Deum, sed sicut Deum. Quemadmodum non sicut homo irascitur, nec sicut homo miseretur, nec sicut homo zelat, sed hæc omnia sicut Deus. Pœnitentia Dei non est post errorem. Ira Dei, non habet perturbati animi ardorem. Misericordia Dei, non habet compatientis miserum cor. Vnde in Latina lingua nomen accepit. Zelus Dei, non habet mentis liuorem. Sed pœnitentia Dei dicitur, rerum in eius potestate constitutarum, hominibus inopinata mutatio. Ira Dei, est vindicta peccati. Misericordia Dei, est bonitas opitulādi. Zelus Dei, est prouidentia, qua non sinit eos, quos nos subditos habet, impunè amare quod prohibet. Ibidem. Quando pœnitet Deum, non mutatur & mutat: sicut quādo irascitur, non mouetur & vindicat, & quando miseretur, non volet & liberat: & quādo zelat nō cruciatur & cruciat. In eodē.

Marginalia: 1. Tim. 6. — † Aliàs, natura. — Quæst. 29. Tom. IIII. — Cap. 4. Tom. I. — Tom. IIII. — Lib. 3. Tom. IIII. — Simili conatur exprimere quę in Deo sunt. — Quæst. ead. — Cap. 20. Tom. VI. — Quid pœnitentia Dei. Quid Ira. Quid misericordia. Quid zelus. — Cap. eod.

Cap.eod. Nihil obliuiſcitur Deus: niſi quia nō inſipienter,
Pſal.43. ſed intelligēter ei dicitur. Obliuiſceris inopiā no
Ineffabilis Deus. ſtrā,& tribulationē noſtrā. Ergo & ſcienter neſcit,& quod ſemper ſciuit,aliquādo cognoſcit,& cum extinguitur à negātibus inextinguibilis permanet. Et tranquille iraſcitur, & cōfundi non poteſt, etiā quando confunditur:& nomē eius pollui nō poteſt,etiā quādo polluit, & obliuiſci non poteſt,etiā quādo obliuiſcitur,& meminit,etiam quando admonetur. Sic eſt ineffabilis. Hæc enim de illo dicuntur,de quo nihil ab homine,nec hominibus dici ſatis dignè,& ſatis cōpetēter poteſt.

Cap.eod. 1.Reg.15. Ibidē. Super illud primo Reg. quod dixit Samuel ad Saul. Non pœnitebit eū, quoniā non eſt ſicut homo vt pœniteat eum. Ecce qui nouerat intelligere Deum,ſine miſeria miſerantē,ſine ira iraſcentē,ſine zelo zelantē, ſine obliuione obliuiſcentē, ſine ignorātia ignorantē,ſine pœnitētia pœnitentē. Cap.23. Iſai.45. Rom.11. In eodē infra. Super illud. Ego ſum Deus faciens bona,& creans mala. Ita planè: Ipſe eſt enim Deus,de quo dicit Apoſtolus. Vides ergo bonitatē & ſeueritatē Dei. Hæc autē ſeueritas eius dānabilibus mala eſt, quia malū illis damnationis importat. Nam quia iuſta eſt, alio modo reperitur bona. Omne enim iuſtū bonum. Tom.II. Epiſt.111. In cōmunitorio de vidēdo Deum, ad Fortunatianū Siccēſem Epiſcopū. Ergo dico quod Deus totus oculus eſt, totus manus eſt, totus pes eſt. Totus oculus eſt, quia omnia videt: totus manus eſt, quia omnia operatur:totus pes eſt,quia vbiq; eſt. (Deus totus oculus eſt, totus manus, totus pes.)

Tom.II. Epiſt.57. Lib.de prꝫſentia Dei ad Dardaniū. Sic eſt Deus per cuncta diffuſus, vt non ſit qualitas mundi,ſed ſubſtātia creatrix mūdi,ſine labore regēs, & ſine onere cōtinens mundū:non tamen per ſpatia locorum quaſi mole diffuſa, ita vt in dimidio mūdi corpore ſit dimidius:& in alio dimidio dimidius, atque ita per totū totus:ſed in ſolo cœlo totus,& in ſola terra totus, & nullo cōtentus loco, ſed in ſeipſo vtiq; totus. Ita Pater,ita Filius,ita Spiritus ſanctus,ita Trinitas vnus Deus. (Deus quomodo in cœlo vel terra.) Tom.V. Lib.j. de ciuitate Dei,cap.xxviij. Reſpondens Paganis dicētibus, vbi eſt Deus tuus. Deus meus vbiq; præſens eſt,vbiq; totus,nuſquā incluſus: qui poſsit adeſſe ſecretus,abeſſe non motus. Ille cum me aduerſis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata caſtigat, mercedémq; mihi æternā pro toleratis piè malis tēporalibus, ſeruat. Lib. de contēplatione Chriſti,cap.j. Vbique Deus es,& vbique totus:qui ſentiri potes,& videri non potes, qui nuſquam dees, & tamē ab iniquorū cogitatione longe es:quia vbi nō es per gratiā,ades per vindictā. (Tom.IX.) Qui vbiq; præſens es, & inueniri vix potes. Quē ſtantem ſequimur,& apprehendere nō valemus. Qui in omnibus locis ſine loco habitas,& omnia cōtines ſine ambitu,& vbique præſens es ſine ſitu & motu. In te manens quietus, vbique circumis totum. Magnus enim es ſine quantitate, & ideo immenſus. Bonus ſine qualitate, & ideo verè & ſumme bonus, & nemo bonus, niſi tu ſolus. Cuius velle poſſe eſt, qui omnia ex nihilo & ſola volūtate creaſti. Qui omnē creaturā abſq; indigentia poſsides, ſine labore gubernas, & abſque tædio regis. Et nihil eſt quod cōturbet ordinationē imperij tui, nec in ſummis, nec in imis. Qui in omnibus locis ſine loco haberis. Qui nec mali author es,quod facere non potes:quia nihil non potes,nec vnquā te quicquā feciſſe pœnituit. Cuius bonitate facti ſumus,& iuſtitia pœnas luimus: & miſericordia liberamur. Cuius omnipotentia omnia gubernat,& regit,& implet oīa quę creauit. Nec ideo omnino omnia te implere dicimus, vt te cōtineant:ſed ipſa potius à te continentur: nec particulatim imples omnia. Nec vllatenus ita putandū eſt, vt vnaquæq; res pro magnitudine portionis ſuæ capiat te,id eſt,maxima maius, & minima minus, dum ſis potius ipſe in oībus & oīa in te. Cuius omnipotentia omnia cōcludit, nec euadendi potentiā tuam quis aditū inuenire poterit. Qui enim te non habet placatū,nequaquā euadet iratū. Lib.de ſpeculo,cap.iij. Tu es verè Deus ſolus, Deus inuiſibilis, inæſtimabilis,incircunſcriptus,illocalis,immēſus,& incōprehenſibilis:vbique totus,vbiq; præſens, ineffabiliter omnia continens,omnia penetrās,omnia ſciens,omnia proſpiciens,omnia potens, vniuerſa gubernās, & nō eſt alius Deus præter te Deum noſtrū, in quē credit, & quem adorat, mater Eccleſia Apoſtolica & vniuerſalis. Tu es verè colendus & venerādus, timēdus & amādus, cum omni ſemper deuotione Domine Deus noſter. Qui cum non eſſemus, potenter feciſti nos:& cum perditi fuiſſemus culpa noſtra, pietate & bonitate tua mirabiliter recuperaſti nos. Ibidem cap. iiij. Immutabilis es Domine mutās omnia, inuiſibilis, videns omnia: immortalis, illocalis, terminis nunquam finitus, metuendus atque terribilis, venerandus atque verendus, honorandus atque horrendus. In eodem. Decuit te ſolum viuum & verum Deum non eſſe corporeum vel paſsibilem vel palpabilem, & nullam tui partem corporeis oculis poſſe ſentiri,de ſubſtantia tua atque natura vllo modo eſſe violabile, aut compoſitum, aut fictum, aut maius, aut inferius, ſed per omnem modum ex omni parte ſine deformitate perfectum, ſine quantitate magnum, ſine qualitate bonum, ſine tempore ſempiternum,ſine morte vitam,ſine infirmitate fortem, ſine mendacio veritatem, ſine loco vbique totum, ſine ſitu vbique præſentem,ſine extenſione omnia implentem, ſine contractione vbique occurrentem,ſine motu omnia tranſcendentem, ſine ſtatu omnia intra manentem,ſine indigentia omnia creantem,ſine labore omnia regentem,ſine tui initio omnibus initium dantem, ſine tui mutatione omnia mutabilia facientem, atque ſemper & vbique regnantem, ſine fine manentem. Domine Deus vne, Trinitas Deus, quæ rebus omnibus antecellis, adeo es ineffabilis, infinitus, & incomprehenſibilis, vt paruum ſit valde quod de te dici poteſt. Multa enim dicimus, ſed plenè id quod es dicere non poſſumus. De eius natura, ſuper Ioannē, ſerm.nonageſimo ſexto. Natura Dei eſt incorporea,nec loco aliquo incluſa, nec per infinita ſpatia locorū quaſi mole diſtenta,ſed vbique tota & perſe

cta & infinita, sine nitoribus colorū, sine figuris lineamētorū, sine notis literarū, sine serie syllabarū. Vnde est inuisibilis. In supradicto cōmunitorio. *Tom.II. Epist.111. ad Fortunatianum.* Videre Deū sicut est in natura sua, oculus hominis non potest. Nō solū homo sed nec Angeli, nec Throni, nec Potestates, nec Dominationes, nec omne nomē quod nominatur, neq; enim creatura aliqua potest aspicere creatorem suum. Subdit tamē infra quomodo videri posit. Quia Deus inuisibilis est per propriā Diuinitatis naturam, cum vult videri potest, per assumptam sicut placuerit creaturā. Porrò si verè eius est inuisibilitas sicut incorruptibilitas, nō immutabitur vtique in futuro sæculo illa natura, vt de inuisibili visibilis fiat: quia nec poterit de incorruptibili corruptibilis fieri, simul enim & incōmutabilis est. Lib.ij. de Trinitate, cap.xviij. *Tom.III.* Ipsa naturalis substātia, vel essentia, vel quolibet alio nomine appellandū est id ipsum quod Deus est, quicq̄d illud est, corporaliter videri nō potest. Per subiectā verò creaturā, nō solū Filium vel Spiritū sanctū, sed etiā Patrē corporali specie siue similitudine, mortalibus sensibus significationē sui dare potuisse credendū est. Videtur autē ad gaudium, *Tom.III.* Lib.j. eiusdē, cap.xiij. Deū nemo videt ad luctū & ad planctū, sed ad salutē & lætitiā verā. Quomodo aūt videtur, *Tom.IX.* super primā canonicā Ioānis, Tract.vij. Deus res est inuisibilis. & ideo nō oculo, sed corde quærēdus. Sed queēadmodū si solem videre vellemus, oculū corporis purgaremus: sic si Deū videre cupimus, cordis oculū purgemus. *Mat.5.* Beati enim mūdo corde, &c. *Tom.IIII.* Lib.j. de sermone Domini in mōte, cap.ij. Queēadmodū lumen hoc sensibile videri non potest, nisi oculis mundis, ita nec Deus videtur, nisi illud mundū sit, quo videri posit. Diffusius ista in epistola ad Italicam. *Tom.II. Epist.112. cap.11. Estque ad Paulinā. Mat.5.* Si quæris vtrum posit Deus videri? Respōdeo, Potest. Si quæris vnde sciam? Respōdeo, Quia in veracissima scriptura legitur, Beati mundo corde, quoniā ipsi Deū videbūt. Si quæris, quomodo dictus sit inuisibilis, si videri potest? *Quomodo Deus inuisibilis aut visibilis. Ibi.1.* Respōdeo, Inuisibilē esse natura, videri autē cū vult, sicuti vult: plurimis enim est visus: nō sicut est, sed quali specie illi placuit apparere. Si quæris quomodo eum vidit vel Cain sceleratus, vel etiam ipse diabolus, quādo venit cū Angelis vt corā illo asisteret, si Beati mundo corde, quia ipsi Deū videbunt? Respōdeo, nō q̄dē esse cōsequēs, vt etiā videat Deū, qui voces ab eo factas aliquādo audiūt. Neq; eīm *Io.17.* viderūt eum, qui audierūt, quādo dixit ad filium, clarificaui, & iterū clarificabo. Verūtamē nō esse mirandū, si & aliqui etiā non mūdo corde vident Deū in specie, quā volūtas eius fecerit, latēte inuisibili, & apud se incōmutabili manente natura. Si q̄ris vtrū etiā sicuti est, aliquādo posit videri? Respōdeo, filiis esse hoc ꝓmissum, de q̄bus dictū est. Scimus quia cū apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eū sicuti est. Si quæris vnde eum videbimus? Respōdeo, vnde Angeli vident, q̄bus tunc erimus æquales. Nec enim in loco Deus videtur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis quæritur, nec circūscribitur visū, nec tactu tene-

A tur, nec auditur affatu, nec sentitꝛ incessu. Vnde de Dei apparitione & ostēsione, Lib. de speculo. *Cap.11. Tom.IX.* Quia caro nescit spiritū, & inuisibilia à visibilibus nō vidētur, per fidē enim ambulamus nō per spem, tu Deus noster nimis bonus, & pius humanæ cōsulens infirmitati, dignaris te nobis insinuare, nō tua proprietate, sed aliqua quadā similitudine. Vnde & nostrorū qualitatē membrorū habere describeris, volēs pasionum indigna de teipso ad hoc perferre: vt q̄a sicut es, te nequimus scire in præsenti miseria, per nostra ad tua nos trahas, & nos dum cōdescendis nobis, facilius cōsurgamus tibi. Multis si quidē modis, ad significandū te hominibus, de rebus inferioribus ad te species ducis, quem reuera iuxta propriā naturam te inuisibilem constat esse totum, & incircunscriptum,
B ac per hoc nunquam alicui apparuisse secundum essentiā, sed modo quo voluisti ꝑ assūmptā creaturā credimus. Falluntur qui dum legūt hominē ad imaginē & similitudinē tuā factū, asserunt stulta temeritate speciē humanā te habere, cū illo in loco vel dicaris mentē, non carnē ad imaginem tuam creasse. Etenim nihil dignū de te humanus sermo loquitur, quia nec secundum qualitatē aut quantitatē, situm vel habitū seu motū aliquid habes. Et tamē latitudo, lōgitudo, altitudo, & ꝓfunditas tibi quodāmodo inesse legūtur: sed latitudo charitatis, qua nos ab errore colligis & contines in veritate. Lōgitudo verò, qua nos lōganimiter *Quę Dei dimēsiones.* malos portas, donec emēdatos futuræ patriæ restituas. Altitudo autē qua omnē sensum & hominum & Angelorū, immēsitate scientiæ superex-
C cellis. Profunditas quoq; qua damnatos inferius, iusta æquitate disponis, atque recto iudicio iudex iustus præordinas. Omnē igitur supergrediatur creaturā, & mētis intuitum vltra omnia dirigat, qui aliquid voluerit de tua prælibare libertate. Tunc enim homo procul positus est à vanitate, & plenius in veritate tenetur: quādo in corde eius quicquid est, Deus, reliquis cūctis ab intuitu dimotis, pacificus piè credit & sanctè cogitat: sed licet nemo sit, qui te in hac valle lachrymarū valeat efficaciter cōprehēdere vel definire, magnū tamē & mirū valde nostræ ætati datū est, scire de te summo bono, tua nimirum gratia reuelante.

Aliquo modo melius scimus Deū, quā creaturam, Lib.v. super Gen. capit.xvj. *Tom.III.* Propinquior est nobis Deus qui fecit, quā multa quæ facta sunt. In
D illo enim viuimus, mouemur, & sumus. Istorū autem plura quæ remota sunt à mēte nostra, ꝓpter dissimilitudinē sui generis, quoniam corporalia sunt: nec idonea est ipsa mens nostra, in ipsis rationibus quibus facta sunt ea, videre apud Deū, vt per hoc sciamus quot, quāta, & qualia etiā si non ea videamus per corporis sensus. Remota q̄ppe sunt à sensibus corporis nostri, q̄m longe sunt, vel interpositis vel oppositis aliis, à nostro contuitu actūque separantur. Ex quo fit vt maior ad illa inuenienda sit labor, quam ad illum à quo facta sunt, cum sit incomparabili fœlicitate præstātius illum ex quantulacunque pericula pia mēte sentire, quam illa vniuersa comprehēdere. Vnde re-

ctè

ctè culpantur in Libro ſapiētiæ inquiſitores huius ſæculi. Si enim tantum, inquit, potuerūt valere, vt poſſent æſtimare ſæculum, quomodo eius Dominum non facilius inuenerunt? Ignota enim ſunt fundamenta terræ oculis noſtris, & qui fundauit terram propinquat mentibus noſtris. Tamen dicit, Lib. v. de ciuitate Dei. Dei prouidētia non ſingula cogitando aſpicit, ſed vna æterna & immutabili atq; ineffabili viſione complectitur cuncta quæ nouit. Et ſi noſtra mentis infirmitate hoc non poſſumus comprehendere, libet exclamare ad Deum. Mirificata eſt ſcientia tua ex me, inualuit & non potero ad eam. Ex me quippe intelligo quam ſit mirabilis & incōparabilis ſcientia tua qua me feciſti, quoniam nec meipſum valeo comprehendere quem feciſti: & tamē in meditatione mea exardeſcet ignis, vt quærā faciem tuam ſemper. Eſt Deus æternus, Lib. j. confeſſionū. Tu autem Domine qui ſemper viuis & nihil moritur in te, quoniam ante primordia ſæculorum & ante omne quod vel ante dici poteſt tu es, & Deus es, & Dominus omniū quæ creaſti. Et apud te rerū omnium ſtabiliū ſtant cauſæ, & rerum omnium mutabilium immutabiles manent origines, & omnium irrationabiliū & temporalium ſempiternæ viuunt rationes. Lib. viij. ſuper Gen. Ipſe nullo locorū ſpacio vel interuallo incōmutabili excellentiq; potētia, & interior eſt omni re quia in ipſo ſunt omnia. Item nullo tēporum vel interuallo vel ſpacio incōmutabili æternitate antiquior eſt omnibus, quia idem ipſe poſt omnia. Libro de vera innocentia. Quāuis natura incōmutabilis non accipiat Fuit & Erit, ſed tantū Eſt: ipſe enim veraciter eſt, quia aliter quā eſt, eſſe nō poteſt: tamē ꝓpter mutabilitatē tēporū in quibus verſatur noſtra mortalitas, non mendaciter dicimus. Et fuit, & eſt, & erit. Fuit in præteritis ſæculis, eſt in p̄ſentibus, erit in futuris. Fuit quippe, quia nunquam defuit. Erit, quia nūquam deerit. Eſt, quia ſemper eſt. Neq; enim velut qui iam non ſit, cum præteritis occidit, aut cum præſentibus, tanquā non maneat labitur, aut cum futuris tanquā non fuerit, orietur. Proinde cum ſecundum volumina temporum loquutio humana variatur, qui per nulla deeſſe potuit, aut poteſt, aut poterit tempora, verè dicuntur de illo cuiuſlibet temporis verba. Eſt vnus Deus, Libro ſoliloquiorum ad Deum, capit. xxxiij. Cōfiteor te vnum Deum viuum & verū, Patrem & Filiū, & Spiritum ſanctū, trinum quidem in perſonis, ſed vnum in eſſentia, quem cōfiteor, quem adoro & glorifico toto corde meo, verum Deum, ſolum ſanctum, immortalem, inuiſibilem, incommunicabilem, inacceſsibilē, inperſcrutabilem, vnum lumen, vnum ſolem, vnum panem, vnam vitam, vnum bonum, vnum principiū, vnum finē, vnum creatorē cœli & terræ, per quem omnia viuunt, omnia ſubſiſtūt, per quē omnia gubernātur, & coguntur, & viuificātur, quæ in cœlis ſunt, & in terris, & quæ ſub terra, præterquā vnum Deū, nō eſt Deus in cœlo & in terra. Lib. de ſpeculo. Quia vniuerſorum conſummatio & bonum tu ipſe es,

Idem lib. ſoliloqui. ad Deū. cap. 31.

Cap. 26. Tom. III.

Cap. 367. Tom. III.

Tom. IX.

A cum venerimus ad te vnū, ceſſabūt proculdubio multa iſta, quæ bona dicimus, & manebis vnus omnia in omnibus ſine fine, & nos vnū te laudātes, & in te facti etiā vnum vidētes te iugiter ſine fine incorporalē verēque immutabilem, in te vno omnia ſciētes, & in te gaudiū perpetualiter ſummum habētes, ab omni ſaluati languore, & in illā immortalitatis gloriā transformati. Licet ſit vnus Deus, tamē eſt nobis omnia bona, Lib. contra perfidiā Arrianorū, cap. xxxix. In oībus ad habendā vitam, & ſatiandū in bonis deſiderium noſtrū, natura Diuina ſufficiet. Tunc enim Deus omnia erit in omnibus, cū p̄ter ipſum nihil omnino habere velle cœperimus. Omnia quippe ipſe nobis erit, quādo ipſo ſufficiēte nihil deerit. Super Ioannē, Tract. xiij. Deus omnia tibi eſt. Si eſuris, panis eſt, ſi ſitis aqua eſt, ſi in tenebris es, lumē eſt, ſi nudus es, immortalis veſtis eſt. Omnia poſſunt dici de Deo, & nihil digne dicitur de eo. Sed nihil latius hac inopia, quæ congruū nomen non inuenit. Declarat Lib. de vera innocentia. cap. cccxxxj. Si viſibilia attendas, nec panis eſt Deus, nec aqua, nec lux iſta, nec veſtis, nec domus eſt Deus. Omnia enim hæc viſibilia ſunt & ſingula ſunt. Quod enim eſt panis, non eſt aqua: & quod eſt domus, non eſt hoc quod veſtis: & quod eſt iſtud, non eſt illud: & quod ſunt iſta, non eſt hoc Deus: viſibilia enim ſunt. Deus autē totū tibi eſt, quod rectè deſideras, & omniū bonorū varietas vno fonte perfunditur. Quoniā cū ſua tribuit, ſeipſum ſub diuerſis munerū ſuorū nominibus impartitur. Et vt dicit ſuper pſalm. xxvj. Deus pater: quia cōdidit: quia vocat, quia iubet, quia regit. Eſt mater, quia fouet, quia nutrit, quia lactat, quia cōtinet. Et omnia creata poteſt dici, cum nihil creatū ſit ipſe. Lib. x. cōfeſ. Quid amo cū te amo? Nō ſpeciē corporis, neq; decus tēporis, non candorē lucis iſtius cū animi oculis, nō dulces melodias cantilenarū omnimodarū, non florū & vnguentorū & aromatū ſuaueolentiā, non manna, aut mella, non mēbra acceptabilia carnis amplexibus. Non hęc amo cum amo Deū meū, & tamē amo quandā lucem, & quandā vocē, & quendam odorē, & quendā cibū, & quendā amplexū, cum amo Deū meū, lucē, vocem, odorē, cibū, amplexum interioris hominis mei: vbi fulget animæ meæ quod nō capit locus, vbi ſonat quod non rapit tēpus, vbi olet quod nō ſpargit flatus, & vbi ſapit quod non minuit edacitas, & vbi hæret quod nō diuellit ſatietas. Hoc eſt quod amo, cum Deū meū amo. Et quid eſt hoc? Interrogaui terram, & dixit non ſum: & quæcūq; in ea ſunt, idē confeſſa ſunt. Interrogaui mare, & abyſſos, & reptilia animarū viuarū, & reſponderunt. Non ſumus Deus tuus, quære ſuper nos. Interrogaui auras flabiles, & inquit vniuerſus aër cum incolis ſuis. Fallitur Anaximenes, nō ſum Deus tuus. Interrogaui cœlum, ſolem, & lunam, & ſtellas. Neq; nos ſumus Deus quem quæris, inquiūt. Et dixi omnibus iis quæ circunſtant fores carnis meæ, dicite mihi de Deo meo, quod vos nō eſtis, dicite mihi de eo aliquid. Et exclamauerunt voce magna. Ipſe fecit nos.

Tom. Tom. Cap. Tom.

nos. Interrogatio mea, intentio mea, & responsio eorum, spes eorum. Vnde Libro quinto de Trinitate, capit. j. circa finē. (Tom. III.) Intelligamus Deū si possumus quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ præsentē, sine habitu omnia continentem. Sine loco vbique totum, sine tempore sempiternum. Sine vlla sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Quisquis Deum ita cogitat, & si nondum potest omnino inuenire quid sit, piè tamen cauet aliquid de illo sentire, quod non sit. Est Deus bonus. Libro septimo confessionum. (Tom. I.) Vlla anima nunquam potuit nec poterit cogitare aliquid quod sit te melius Deus meus, qui summum & optimum bonū es. Libro de natura boni, capit. septimo. (Tom. VI.) Tale quippe bonum est Deus, vt nemini eum deserenti bene sit, & in rebus à Deo factis tam magnum bonum est natura rationalis, vt nullum sit bonū, quo beata sit, nisi Deus. Libro primo de verbis Domini, sermone sexto. (Tom. X.) Sicut vita corporis anima est, sic vita animæ Deus. Sicut expirat corpus cum animam emittit, ita expirat anima cum Deum amittit. Deus amissus, mors animæ voluntaria. Libro de oratione dominica. Super illud verbū, Primū quærite regnū Dei, &c. Quærentibus regnum Dei & iustitiā eius, omnia promittit apponi, cum enim sint Dei omnia, habenti Deū, & nihil deerit, si Deus ipse non desit.

Libr. de spiritu & litera ad Marcellinū. (Tom. III.) Quid hoc bono melius? Quid hac fœlicitate fœlicius? Viuere Deo apud quē est fons vitæ, & in cuius lumine videbimus lumen. Ibidem infra. In Deo merces, in eo finis, in eo perfectio fœlicitatis, in eo æternę, beatæque vitæ summa consistit. Libro de moribus Ecclesiæ. (Cap. 11. Tom. I.) Nihil vobis optimum, ad quod adipiscendum postpositis cæteris oporteat magis festinare, quam Deum. Ibidem infra. Quicquid boni futurum est, certius promittit Deus, & nihil est ipso Deo melius, qui iam profecto sibi inhærentibus præsens est. Libro supputationum, parte secunda, capit. secundo. Deus vera & summa vita, à quo & in quo viuunt quæcunq; verè & beatè viuunt. Deus bonum & pulchrum, à quo, per quem, & in quo bona & pulchra sunt omnia. Quod probat, Libro tertio de verbis Domini, qui est vltimus, in principio. (Tom. X.) Sancta & Diuina eloquia fratres iugiter, imo quotidie nobis salubriter recitantur, vt animæ nostræ pascantur: in futuro autem sæculo, æternis epulis saginentur, dicente Propheta. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Qualis autem sit hæc gloria futura, & quibus diuitiis floreat, quantóque splendore præfulgeat laudare possumus, explicare non possumus. Quare? Quia legimus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Si igitur talia & tanta sunt bona cœlestia & æterna, quæ Dominus omnipotens præparauit sanctis suis catholicis & fidelibus populis, quid est ipse Deus qui tanta & talia præparauit? Quid est, inquam, omnipotens Deus, nisi inæstimabilis, ineffabilis, incomprehēsibilis, vltra omnia, extra omnia, præter omnia? Omnem enim creaturam suam excedit, omnem facturam præterit, vniuersa præcellit. Si enim quæras magnitudinem, maior est: si pulchritudinem, pulchrior: si dulcedinem, dulcior: si splendorem, fulgidior: si iustitiā, iustior: si fortitudinem, fortior: si pietatem, clementior. Nulla enim ratio patitur, vt vel factura factori suo æquetur, vel opus artifici comparetur. Sic legitur in Propheta. Qui fecit fortia, fortior est, & qui fecit pulchra, pulchrior est.

Vnde causa perfectæ bonitatis sic eum alloquitur. Libro primo soliloquiorum suorum, in oratione quam fecit ad Deum. (Cap. 1. Tom. I.) Deus qui es vna & vera & æterna substātia, vbi nulla discrepantia, nulla confusio, nulla indigentia, nulla mors: vbi summa concordia, summa euidentia, summa constantia, summa plenitudo, summa vita: vbi nihil deest, nihil redundat: vbi qui gignit, & quem gignit vnum est. (Moderatur omnia Deus.) Cui seruiunt, quæ seruiunt omnia. Cui obtemperatur omnis bona anima. Cuius legibus rotantur poli. Cursus suos sydera peragunt, sol exercet diem, luna temperat noctem, omnísque mundus per dies, vicissitudine lucis & noctis: per menses, crementis decremētisque lunaribus: per annos, veris, æstatis, autumni, hyemísq; successionibus: per lustra, perfectione cursus solaris, per magnos orbes recursu in ortus suos syderum, magnam rerum constantiam quantum sensibilis materia patitur, temporum ordinibus replicationibúsque custodit. Deus cuius legibus in æuo stantibus, motus instabilis rerum mutabilium perturbatus esse nō sinitur, frænísq; circumeuntium sæculorum semper ad similitudinem stabilitatis reuocatur. Cuius etiam legibus arbitrium animæ liberum est, bonísque præmia, & malis pœnę fixis per omnia necessitatibus distributæ sunt. Deus à quo manant vsque ad nos bona omnia, & à quo coërcentur à nobis omnia mala. Et ideo esse cum Deo, est esse beatum. Libro sexto confessionum, circa finem. (Cap. 16. Tom. I.) Væ animæ audaci, quæ sperauit si à te recessisset, se aliquid melius habituram. Versa & reuersa in tergum & in latera, & in ventrem, & dura sunt omnia: & tu Deus solus requies. Super Ioannē, sermone 50. Gratis ametur Deus, & operis quo ministratur illi pretiū sit esse cum illo, vbi enim bene erit sine illo? Aut quando esse malè poterit cum illo? Libro de præsentia Dei ad Dardanum. (Tom. II. Epist. 52.) Vbicunque sit paradisus beatorum, ibi est esse cum illo, qui vbique est. Vnde Libro primo de baptismo paruulorum. Non est vllus vlli medius locus, vt possit esse nisi cum diabolo, qui non est cum Christo. Et vt dicit super Ioannem, Tract. xj. (Tom. IX.) Si fueris sine Deo, minor eris: si fueris cum Deo, maior Deus non erit. Non ex te ille maior, sed tu sine illo minor. Cresce ergo minor illo. Noli ab illo te subtrahere, vt quasi ille deficiat. Reficeris si accesseris, deficies si recesseris. Integer manet te accedente, & integer te recedente. Sed impedit esse cū Deo à sensibus, Libr. ij. de ordine rerum. (Tom. I.) Quisquis ea sola nouit, quæ corporis sensus attingit, non solū cum Deo, sed

ſed ſecum quidem vt mihi videtur eſſe non poteſt. Item cauſa effectus. Lib. iij. cōfeſsionum. Violatur quippe iam ſocietas quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadē natura, cuius author ipſe eſt, libidinis peruerſitate polluitur. Sed emendatur conuerſione mentis. Lib. v. eiuſdē. Conuertantur peccatores, & ecce ibi es in corde eorum, in corde confitentium tibi, & perhibentium ſe in te, & plorantium in ſinu tuo, poſt vias ſuas difficiles. Probat Libro primo eiuſdem. Non pedibus aut ſpaciis locorum iter abs te, aut reditus ad te. Aut verò filius tuus ille minor, equos, aut curſus, vel naues, quæſiuit aut auolauit penna viſibili, aut moto poplite iter egit, vt in longinqua regione viuens, prodigè diſsiparet quod dederas proficiſcenti, dulcis pater quia dederas, & egeno redeunti dulcior. Libro de vera innocētia. Non aſcēditur ad altitudinem Dei, niſi per humilitatem. Et cui propinquat ſubditus, longe ab eo recedit elatus. Ibidē. Deo qui vbiq; eſt, non locis ſed actionibus, aut longinqui, aut proximi ſumus: quia ſicut ſeparat diſsimilitudo, ita nos illi coniungit imitatio. Libro nono de ciuitate Dei, cap. xvj. Deo quanto quis ſimilior, tanto propinquior. Nulla eſt ab illo alia longinquitas, quam eius diſsimilitudo. Incorporali verò illi æterno & incommutabili, tanto eſt anima hominis diſsimilior, quanto rerum temporaliū mutabiliúmque cupidior. Eſt Deus creator, Libro de Speculo. Tu es Deus inæſtimabilis & potens, qui totam iſtius mūdi molem, cum omni inſtrumento elementorū, corporum, ſpirituúmq;, verbo quo iuſsiſti quæ fieri diſpoſuiſti, virtute qua potuiſti ex nihilo, expreſsiſti ornamentum maieſtatis gloriæ tuæ, qui tempore ab ipſo tunc æuo ire iubens, ſtabiliſque manens das cuncta moueri. Qui terram multiplici germine fructuum, & cœlum pulchro decoraſti lumine ſiderum, quorum tu ſolus nomina, ſigna, poteſtates, curſus, & tempora noſti. Et ſi omnia opera tua ita ſunt magna & inſcrutabilia, pulchra atque ſtupenda, dicant qui volunt quomodo capi poteris, tu pulcherrimus creator eorum. Conſtat enim opificem omnium lōgè aliter ſe habere quam ea quæ à ſe fieri voluit. Et pulchritudine tamen circunſcriptæ naturæ, & mundi alium rerum mirabili ſpecie pulchritudo tua quæ tu ipſe es, & excellentia gloriæ tuæ quæ circunſcribi non poteſt, intelligi aliquatenus valet. Libro eodem. Ideo Domine interior es, vt omnia contineas: ideo exterior es, vt circunſcriptæ magnitudinis tuæ immenſitate, omnia circūdando, omnia regas. Per id ergo quod exterior es, omnium oſtenderis creator: per id verò quod interior es, omnia gubernare & regere demonſtraris. Ac ne ea quæ creata ſunt, ſine te eſſent, tu intra omnia es: verùm ne extra te eſſent, tu exterior es, vt concludantur à te: non locali magnitudine, ſed potentiali præſentia, quia vbique es præſens, & omnia tibi ſunt præſentia: quamuis quidam hoc intelligant, quidam verò non intelligant. In eodem. Deus lux vera, quæ ſine acceſſu ea quæ eligis il-

Tom. I. *Tom. eod.* *Cap 18. Tom. eod.* *Acceſſus ad Deum.* *Cap. 88. Tom. III.* *Cap 91. Tom. cod.* *Tom. V.* *Cap. 10. Tom. IX.* *Omnia à Deo facta p verbum.* *Cap. 23.* *Cap. 31.*

A luſtras, & ſine receſſu ea quæ reſpuis deſeris: & ideo in te nullus defectus, nulla mutabilitas venit. Deus qui in te ipſo manendo immutabilis es, ſic in ſe tranſitoria condidiſti, vt apud te tranſire nequaquam poſsint, & ideo in cōſpectu tuo tempus nō defluit, quod apud nos ſine decurrit. Deus in cuius æternitate omnia fixa manent, ea quæ non fixa exterius ſæculorum volumina emanāt: & ideo æternitas tua, dies eſt vna, quæ nec fine clauditur, nec initio aperitur. Deus qui ſine mutabilitate tui, ſimul cuncta reſpicis, ſine diſtēſione comprehēdis, & bona quæ iuuas, & mala quæ iudicas, & quæ iuuans remuneras, & quæ iudicas damnas. In iis quæ diuerſo diſponis ordine, diuerſus non es. Deus qui opera tua extra circundas, & intra reples, ſupra regis, & infra fers. Et licet ſis

B ſuperior per potentiam, inferior per ſubſtentationem, exterior per magnitudinem, interior per ſubtilitatem, cauſa ſuperior & inferior es, ſine loco, amplus ſine latitudine, ſubtilis ſine extenuatione: & ideo per molem corporis nuſquam es, ſed per incircunſcriptam ſubſtantiā, & immenſibilitatē incommutabilis naturæ, nuſquam dees. Sed quia longe diſtas creator à creatura, quis valet capere qualiter ſis in loco, qui non caperis loco? Vnde difficile inuenitur vbi ſis, ſed multo difficilius vbi non ſis. Quis enim ſine te ſubſiſtere vel eſſe poteſt? Omnia enim à te ſunt, & per te ſubſiſtunt. Quomodo creauit. Libro primo de libero arbitrio. Optimum nanque de Deo exiſtimare, veriſsimum eſt pietatis exordiū. Nec quiſquā de illo optimè exiſtimat, qui non eum omni-

C potentem, atque ex nulla particula commutabilem credit, bonorum etiam omnium creatorem, quibus eſt ipſe præſtantior. Rectorémque eſſe iuſtiſsimum eorum omnium quæ creauit, nec vlla adiutum eſſe natura in creando, quaſi qui non ſibi ſufficeret. Ex quo fit, vt de nihilo creauit omnia, de ſe autem non creauit, ſed genuit quod ſibi par eſſet, quod filium Dei vnicum eſſe dicimus, quem cum planius enuntiare conamur, Dei virtutem & Dei ſapientiam nominamus, per quā fecit omnia, quæ de nihilo facta ſunt. Qualia creauerit. Libro quarto ſuper Gen. Omnia Deus diſpoſuit in menſura, numero, & pondere. Menſuram nouimus in eis eſſe quæ metimur, numerum in eis quæ numeramus: pondus in eis quæ appendimus: non eſt Deus iſta. Sed ſecundum vero

D id quod menſura omni rei modum præfigit, & numerus in omni rei ſpecie præbet, & pondus, omnem rem ad quietem ac ſtabilitatem trahit, ille primitus & veraciter & ſingulariter, iſta eſt quæ terminat omnia, & format omnia, & ordinat omnia, nihilque aliud dictum intelligitur, quomodo per cor & linguam humanam dici potuit, omnia in menſura numero & pondere diſpoſuiſti, niſi omnia in te diſpoſuiſti. Magnum eſt paucíſque conceſſum, excedere omnia quæ metiri poſſunt, vt videatur menſura ſine menſura: excedere omnia quæ numerari poſſunt, vt videatur numerus ſine numero: excedere omnia quæ appendi poſſunt, vt videatur pondus ſine pondere.

pondere. Neq; enim mẽsura, & numerus, & pondus, lapidibus tantummodo, & lignis, atque huiusmodi mobilibus † & quantiscunque corporalibus, vel terrestribus, vel cœlestibus animaduerti & cogitari potest. Est etiam mensura aliquid agendi, ne sit irreuocabilis & immoderata progressio. Et est numerus etiam affectionum animi & virtutum, quo à stultitiæ deformitate ad sapientiæ formam decúsque colligitur. Et est pondus voluntatis & amoris, vbi apparet quanto quídque in appetendo, fugiendo, præponendo, postponendóque pendatur. Sed hæc animorum atque mentium mensura, alia mensura cohibetur: & numerus, alio numero formatur: & pondus alio pondere rapitur. Mensura autem sine mensura est, cui æquatur quod de illa est, nec aliunde ipsa est. Numerus sine numero est, quo formantur omnia, nec formatur ipse. Pondus sine pondere est, quo referuntur omnia rationalia vt quiescãt, quorum quies purum gaudium est, nec illud iam refertur ad aliud. Quomodo autem creando operatur. lib. xiij. de ciuitate Dei. Non est fas credere aliter affici Deum cùm vacat, aliter cùm operatur: quia nec affici dicendus est, tanquam in eius natura fiat aliquid, quod à natura non fuerit: patitur quippe quod afficitur, & mutabile est omne, quod aliquid patitur. Non itaque in eius vacatione cogitetur ignauia, desidia, inertia, sicut etiam in eius opere labor, conatus, industria. Nouit quiescens agere, & agens quiescere. Potest ad opus nouum, non nouum, sed sempiternum, adhibere consilium, nec pœnitendo quia prius cessauerat, cœpit facere quod non fecerat. Sed & si prius cessauit & posterius operatus est, quod nescio, vel quemadmodũ vel quomodo ab homine possit intelligi. Hoc proculdubio quod dicitur prius & posterius, in rebus prius non existentibus fuit: in illo autẽ non alteram præcedentem altera subsequens mutauit aliquando, abstulítque voluntatem. Sed vna eadémque sempiterna & incommutabili voluntate, res quas condidit, & vt prius non essent egit, quandiu non fuerunt: & vt posterius essent, quãdo esse cœperunt. Creanda præscit. Libro de prædestinatione & gratia, qui intitulatur de voluntate Dei. Ipse Deus dedit vt simus, ipse vt boni esse possimus. Præsciuit nos eius Diuinitas, sapientia condidit, iustitia damnauit, gratia liberauit. Mundus enim quamuis pro tempore ex quo factus est esse cœperit, in illa Diuinæ præscientiæ luce faciendus, nullum potuit habere principium. Et quanticunque vel ex Adam vsque in hodiernum homines nati sunt, vel post ætatem nostram generationis sunt progenie nascituri, apud Deum vel iam etiam nati, & decurso totius vitæ tempore transierunt: in illo nihilominus Diuini obtuitus lumine permanentes. Deus enim qui nec loco clauditur, nec tempore præuenitur, omnium rerum tam præteritarum memoria, quam viuentium scientia plenus est: nec reminiscens voluitur in præteritum, nec sperans procedit in futurum. Et quęcunque

† Aliàs, mobilibus.

Operari Dei & quiescere.

A omnino sunt, quæ temporum motibus agitantur, ab eo principio sunt, in quo erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, vsque in finem omnium sæculorum. Propterea homo plus ei tenetur, libro primo de verbis Domini, sermone vj. Hæc tibi regula proponitur, Eum minimè offendendum qui maior est cæteris. Discute nunc maiores tuos. Primi tibi sunt pater & mater: si recte educantes, si in Christum nutrientes, audiendi in omnibus: obtemperandum eis in omni iussione, contra maiorem si nihil iubeant, & seruiatur eis. Maior est Deus qui te & ipsos creauit. Generat enim homo, creat Deus. Vnde generat homo nescit, quid generaturus sit nescit. Ille qui te vidit, vt faceret, ante-
B quam esset quem fecit, certè maior est patre tuo. Maior sit patria, & ipsis parentibus tuis: vt quicquid iusserint parentes contra patriam non audiantur: & quicquid iusserit patria contra Deũ, non audiatur. Totus homo eius debet seruitio mancipari, libro primo confessionum. Ecce tu Domine rex meus & Deus meus: tibi seruiat quicquid vtile puer didici. Et tibi seruiat quod loquor, quod scribo, & lego, & numero. Vnde ita consulit libro primo soliloquiorum suorum, circa finem. Constanter Deo crede, eíque totum te committe quantum potes, & noli velle esse quasi proprius in tua potestate, sed eius clementissimi & vtilissimi Dei te seruũ esse profitere. Ita enim te ad se subleuare non desinet, nihílque euenire permittet, nisi quod tibi prosit, etiam si nescias. Vnde sic orat libro supputa-
C tionum, parte quarta, capite primo. Mundissimo nanque Domino munda debetur habitatio. Sanctifica ergo vas tuum quod fecisti, de malitia euacua, imple de gratia, & plenum conserua: vt dignissimum tuę habitationis efficiar templum, hîc & in æternum. Tu enim melle dulcior, lacte & niue candidior. Nectare suauior, gemmis & auro pretiosior, cunctis terrarum diuitiis & honoribus mihi charior. Quid dico Deus meus, vna spes mea, dulcedo fœlix & secura? Dum talia dico, dico quod valeo: sed non dico quod debeo. Vtinam possem talia dicere, qualia illi hymnidici Angelorum chori. O quam libenter in tuis laudibus me totum effunderem, & deuotissimè illa cœlestis melodiæ cantica, ad laudem & gloriam nominis tuis in medio Ecclesiæ infatigabi-
D lis perorarem? Sed qualia possum, nunquid tacebo? Væ tacentibus de te, qui ora mutorum resoluis, & linguas infantium facis disertas. Dicitur autem Deus misericors & iustus, libro de decem chordis. Deus noster misericors & miserator, & multum misericors, & verax. Si enim nihil aliud diceret, nisi misericors & miserator Dominus & multum misericors, quasi iam conuerteris te ad impunitatem, & ad securitatem, & ad licentiam, faceres quod velles: vtereris sæculo, vel quantum tibi permitteretur, vel quantum tibi libido iussisset: & si quis te bene admonendo obiurgaret, atque traheret, vt cohiberes te ab immoderato fluxu, eundo post concupiscentias

Tom. X.

Tom. I.

Cap. 15. Tom. I.

Cap. 1. Tom. IX.

Vana securitas.

tuas,& deserendo Deum tuum:inter medias voces obiurgantis obsisteres, impudenti quadam fronte,veluti audita Diuina authoritate, & legeres de lib. Dominico. Quid me terres de Deo nostro? Ipse est misericors,& miserator, & multum misericors. Ne talia homines dicerent, vnum verbum addidit in fine,quod ait. Et verax: & excussit lætitiam malè præsumentium, & induxit timorem dolentium. Gaudeamus ad misericordiam Dei,& timeamus iudicium Domini. Libro tertio super Genesim. cap. vltimo. Deus est naturarum optimus conditor, peccantium verò iustissimus ordinator:vt,sigillatim si qua fiunt delinquendo deformia,semper tamen cum eis vniuersitas pulchra sit. Lib.j. de consensu quatuor Euangelistarum. Deus res humanas iustè & misericorditer curat, ita vt nec præcludat misericordia iustitiam,nec impediat misericordiam iustitia. Probat per exemplum libro de moribus Ecclesiæ,capite septimo.Quid potuit pro salute nostra fieri amplius? Quid beneficentius, quid liberalius Diuina prouidentia dici potest,quæ à legibus suis lapsum,& propter cupiditatem rerum mortalium iure ac merito mortalem sobolem propagantem, non omnino deseruit? Habet enim potestas illa iustissima, miris & incomprehensibilibus modis, per quasdam secretissimas successiones rerum sibi seruientium quas creauit,& seueritatem iudicandi,& clementiam liberandi. Et ideo si iustus non iniquus,libro de natura boni, capi. ix. Magna est bonitas apud Deum, & cum conuersis debita remittuntur: & nulla est iniquitas apud Deum,& cum debita redduntur:quia melius ordinatur natura,vt iustè doleat supplicio, quam vt impunè gaudeat in peccato. Lib. primo,de diuersis quæstionibus, ad Simplicianum. quæstione ij. Illud inconcussa fide teneatur, quod non sit iniquitas apud Deum. Qui siue donet,siue exigat debitum: nec ille à quo exigit rectè potest de iniquitate eius conqueri, nec ille cui donat debet de suis meritis gloriari.Et ille enim, nisi quod debetur,non reddit: & iste non habet, nisi quod accepit. In eo.lib.circa finem.Nunquid iniquitas apud Deum est,exigentem à quo placet,donantem cui placet, qui nequaquam indebitum exigit, & nequaquam donat alienum? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Quare tamen & huic ita, & huic nō ita?O homo qui es? debitum si non reddis,habes quod gratuleris: si verò reddis,non habes quod conqueraris. Credamus tamen & si capere non valemus: quoniā qui vniuersam creaturam & spiritualem & corporalem fecit & condidit,omnia in numero,pondere,& mensura disposuit:sed inscrutabilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius. Dicit in eodem tamen,& quæstione superius allegata. Deus non odit in homine, nisi peccatum. Et vt dicit lib. secūdo quæstionū noui & veteris testamenti, quæstione xcvij. Omnia quidem potest Deus:sed non facit nisi quod conueniat veritati eius,atque iustitiæ. Libro de speculo, capite septimo. Deus qui nullius commotionis animi tempestate turbaris. Nulla flagitia, nulla scelera probas,aut imperas.Nunquam mentiris, quia æterna veritas es. Vnde arguit eum esse colendum,libro xxij.contra Faustum.Nos non colimus versatum ex æterno in tenebris Deum, sed Deum qui lux est,& tenebræ in illo non sunt vllæ,atque in seipso habitat lucem inaccessibilem,cuius lucis æternæ candor est coęterna sapientia.Nec lucis ęternę inopinatæ admiratorē, sed lucis factæ creatorem,vt subsisteret:approbatorem,vt maneret.Nec ignarum futuri,sed mandatorem præcepti,& damnatorem delicti:vt aduersus inobedētiam iuste prolata vindicta præsentes coërceret,futurósq; terreret. Nec improuidum nesciendo quærentem, sed interrogando iudicantem. Nec inuidum ac timentem, sed ab æterna vita quæ iustè obedienti datur, præuaricatorem iustè prohibentem. Nec sanguinis & adipis appetentem, sed carnali populo congruis sacrificiis impositis, per quasdam figuras verum sacrificium promittentem. Nec liuida perturbatione,sed trāquilla bonitate zelantem, ne vni Deo debens anima castitatem, per multos falsos corrupta & prostituta turpetur. Nec ira velut humana turbidè sæuientem, sed alia diuina,seuera, iusta retribuentem, quæ non propter vlciscendi libidinem,sed propter iudicandi vigorem certo vsu loquutionis ira nominatur. Nec ob leuia vel nulla commissa hominum millia perimentem,sed æquissimo examine per temporales mortalium mortes vtilitatem timoris sui populis imponentem. Nec sine vllo delectu cæca confusione iustos peccatorésque punientem, sed iustis salubrem correptionem propter perfectionem,peccantibus autem debitam seueritatem propter æquitatem distribuentē. Libro de quantit.animæ,quod solus sit colendus. Dico Deum omnium rerum quæ sunt, creatorē, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, id est,incommutabilem veritatem,vnum verum Deum atque perfectum,qui nunquam non fuerit,nunquam non erit,nunquā aliter fuerit, nunquam aliter erit,quo nihil sit secretius,nihil præsentius, qui difficile inuenitur vbi sit, difficilius vbi non sit.Cum quo omnes esse non possunt,sine quo esse nemo potest.Et si quid de illo incredibilius,conuenientius tamen atque aptius homines dicere valemus.Hoc ergo solus Deus animæ colendus est,neque discretè, neque confusè.

Libro de speculo.Cùm nihil terrenum, nihil cœleste,nihil igneum, nihílque quod corporis sensus attingit,pro te adorandum vel colendum, qui verè es quod es & non mutaris: cui maximè conuenit illud quod Græci dicunt,τὸ ὄν, Latinè est,quod semper idem ipse es,& anni tui non deficient.Hinc patenter datur intelligi, quia tu es Deus noster quem colimus. Quid sibi offertur,& offerendo quid petitur,libro eodem. capite tertio. Confiteor tibi rex cœli & terræ,& honorifico te sacrificio laudis. Et quia exteriora munera desunt,totis medullis cordis quæ in me sunt

ſunt vota laudationis reddo tibi. Sed quia nihil nisi de tuo acceptabile tibi offerri poteſt, tu Deus in cuius lumine lumen noſtrum eſt, da quæſo lucem in corde, da verbum in ore,

Da menti cœleſtem conſcendere ſedem.
Da fontem luſtrare boni, da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere viſus.

Et quoniam altera pars ſumus cœli, altera terræ: vnde corpus quod corrumpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Diſcinde quæſo terrenas nebulas & pondera molis, atque tuo ſplendore illumina obſcuram interioris hominis faciem.

Siſte vagas mentes per deuia multa ruentes.

Subde carnem ſpiritui, appetitum rationi, vitia virtutibus, corpus animo, atque tuæ me intus, exteriúſque ſubde per omnia voluntati: vt vniuerſis ſuo bene compoſitis ordine, per gratiã tuam te perfectè diligere & dignè laudare merear corde, ore, omni qua valeo virtute. Cuius autem ſit ipſe Deus. ſuper Pſal. lv. Omnium quidem Deus eſt, ſed eorum propriè Deus eſt, qui eũ diligunt, qui eum tenent, qui eum poſsident, qui illum colunt. Tanquam de domo ipſius magna, ſunt familiæ eius redemptæ magno ſanguine vnici filij. Quantum dedit nobis Deus, vt ipſius eſſemus, & ipſe ſit noſter? Super Pſalm. cxxxix. Cuius non eſt Deus qui eſt verus Deus, ſed tamẽ propriè eorum eſt qui eo fruũtur, qui ei ſeruiũt, qui libenter ſub eo ſunt: Nã & mali ſub eo, quãuis inuiti ſunt. Illi appellant Deum à quo coronentur, iſti fugiunt à quo damnentur. Et inimicus, quia non vult habere Dominum Deum ſuũ, quo fugiet Deum omnium? Bonum eſt ergo illi vt conuertatur ad Deum omnium, faciátque illum conuerſione ſuum. Super Pſal. cxlij. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es. O confeſsio, ô præſcriptio, quoniam tu es, inquit, Deus meus. Ad alium curram refici, ſi ab alio factus ſum. Tu es totũ meum, quia tu es Deus meus. Non ſolum dator hæreditatis, ſed ipſa hæreditas. Dominus pars hæreditatis meæ. Dominum quæram propter redemptionẽ? Tu es Deus meus. Poſtremò creatus recreari cupio. Tu es Deus meus qui & creator meus, qui creaſti me per verbum Deum, manentem apud te: recreaſti per verbum carnem factum propter nos. Doce ergo me vt faciam voluntatem tuam, quoniam tu es Deus meus. Si non me docueris, faciam voluntatem meam, & deſeret me Deus meus. Doce ergo me. Non enim tu eris Deus meus, & ego ero magiſter meus. Sed tu Deus meus doce me, vt faciam voluntatem tuam, quoniam Deus meus es. Super Pſal. cxlij. Tu es ſuſceptor meus, & liberator meus, & protector meus. ſuſceptor ne cadam, liberator ne peream, protector ne feriar.

Sed vt dicit lib. de beata vita, diſputatione prima recitat dictum Licentij ſocij ſui. Deum habet qui bene viuit. Ibidem ponit dictum Trigetij ſocij, & Deodati filij ſui ſub nomine pueri. Trigetius dixit. Deum habet qui facit quę Deus vult fieri. In cuius ſententiam Larcidiamus conceſsit.

Tom. VIII.

Tom. VIII.

Tom. VIII.

Tom. I.

A Puer autem ille minimus omnium. Is habet Deũ, ait, qui ſpiritum immundũ non habet. Quæ ſententia melior eſt. Duo prima conueniunt. Nam omnis qui bene viuit, ea facit quæ Deus vult: & omnis q ea facit quæ Deus vult, bene viuit. In eo. lib. diſputa. iij. Aliud eſt habere Deum, aliud eſt non eſſe ſine Deo. Qui bene viuit, habet Deũ, ſed propitium. Qui malè viuit habet Deum, ſed aduerſum. Qui autem adhuc quærit nondúmq; inuenit, neque propitium habet, neque aduerſarium, ſed non eſt ſine Deo. Vnde quod vbiq; ſit Deus. in Epiſtola ad Voluſianum ij. Non ſic implere Deus dicitur mundum, velut aqua, velut aër, velut ipſa lux, vt minore ſui parte minorem mundi partem impleat, & maiore maiorem: nouit vbique totus eſſe, & nullo continetur loco. Nouit venire non recedendo, vbi erat: nouit abire non deſerendo, quò venerat. Vnde ſic eum alloquitur lib. ſoliloquiorum ad Deum. Ecce Domine Deus meus ſumme, omnipotentiſsime, inueni locum vbi habitas: quia in animam quam creaſti ad imaginem & ſimilitudinem tuã, quæ te ſolum quærit & deſiderat: quia non in illa quæ te non quęrit, nec deſiderat. Et ego circuiui ſicut ouis quæ periit, quærens exterius te, qui es interius: & laboraui multũ quærens te extra me, & tu habitabas in me, & nõ inueni: q a malè quærebã foris, quod erat intus. Circuiui vicos & plateas ciuitatis huius mundi, & miſi nuntios meos omnes ſenſus exteriores vt quærerem te, & non inueni, quia malè quærebam: quia tu es intus, & tamen ipſi vnde intraueris neſcierunt. Nam oculi dicunt, Si non fuit coloratus, non intrauit per nos. Aures dicunt, Si ſonitum non fecit, per nos non tranſiuit. Naſus dicit, Si non redoluit, per me non venit. Dicit guſtus, Si non ſapuit, per me non introiuit. Tactus etiam addit, Si corpulẽtus non eſt, nihil de hac re me interroges. Nõ igitur iſta ſunt Deus meus. Non enim ſpeciem corporis, nec decus temporis, nec candorem lucis, nec colorem, non dulcium melodiarũ cãtus, & quæcunq; dulcè ſonãtia, non florũ vel vnguentorum & aromatum odores, non mella, vel mãna guſtui delectabilia. Non cætera quæ ad tangendum, vel amplexandum ſunt amabilia, nõ omnia alia ſenſibus his ſubiecta quæro, cùm Deum quęro. Abſit vt iſta credam Deum meum, quæ etiam à brutorum ſenſibus comprehenduntur. Et tamen dũ Deum quæro, quæro nihilominus quandam lucem ſuper omnem lucem, quam nõ capit oculus: quandam vocẽ ſuper omnem vocem, quam non capit auris: quendam odorem ſuper omnẽ odorem, quem non capit naris: quendam dulcorem ſuper omnem dulcorem, quem nõ capit guſtus: quendam amplexũ ſuper omnẽ amplexũ, quem tactus non tangit. Iſta lux fulget, vbi locus nõ capit: Iſta vox ſonat, vbi ſpiritus nõ rapit: odor iſte redolet vbi flatus non ſpargit: ſapor iſte ſapit, vbi non eſt edacitas: amplexus iſte tangitur, vbi non diuellitur. Hic eſt Deus meus, & non ęſtimabitur alius ad illum. Hoc quæro. Cùm Deũ meũ quæro. Illud amo, cùm Deũ meũ amo. Sero te amaui

Tom. II. Epiſt. 3.

Cap. 30. Tom. IX.

Cap. 31.

Senſibus Deus nõ capitur

pulchritudo tam antiqua & tam noua, sero te amaui. Et tu intus eras & ego foris, & ibi te quęrebam, & in ista formosa quæ fecisti, deformis irruebam. Mecum eras, & tecũ non erã. Ea me tenebant longè à te, quæ esse non poterant sine te. Circuibam omnia quærens te. Quomodo homines dicuntur dij, super Psal. cxviij. serm. xvj. *Tom. VIII.* Non existendo sunt homines dij, sed fiunt participando illius vnius qui verus est Deus. Nã Deus & tota trinitas hominibus se cõmunicat, lib. de spiri. & ani. *Cap. 6. Tom. III.* Captibilis & participabilis omnibus est Deus, q̃a naturali suo munere & vsu, ex munere ab omnibus participatur per essentiã qua sunt, & secundũ illã ad idoneã speciẽ qua ab aliis differunt, & secũdũ vtrũq; ad cõgruũ vsum quo proficiũt. Tria hæc omni homini existenti insunt, quasi quædam vestigia supremæ essentiæ imaginis, & muneris, id est, Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *Vestigia trinitatis in homine.* Entitas quippe est in Patre, Species in imagine, vsus ĩ munere. Nobis autẽ oĩs vsus Diuinitatis est ex munere. Quodam modo nãq; quasi propinquior nobis esse videtur Spiritus sanctus, vtpote Patris & Filij munus. Ex ipso nimirũ est oĩs vsus gratiæ cũ Patre & Filio: Ipse regit, & erudit, & consolatur, & producit Ecclesiã ad Christũ, quã ipse simul sine macula & ruga iudicaturus tradet regnũ Deo & Patri. Sic à Patre & Filio p̃ Spiritũ sanctũ, vel potius in Spiritu Diuina ad nos descendũt. Pater siquidẽ tradidit Filiũ suũ quo redimeret seruos, misit Spiritum sanctũ quo seruos adoptaret in filios: dedit Filiũ pretiũ redẽptionis, Spiritũ sanctũ in priuilegiũ adoptionis, se deniq; totũ seruat in hæreditatẽ adoptatis. Ideo Deũ trinũ debemus diligere, lib. de morib. Eccl. cap. xiiij. *Tom. I.* Deum diligere debemus, trinã quãdam vnitatem, Patrẽ, & Filiũ, & Spiritum sanctũ, quod nihil aliud dicã esse nisi idipsum esse. Est ẽm verè summéq; Deus, ex quo omnia, per quẽ omnia, & in quo omnia. Vnde sic ipse cõfitetur Deũ & credit, lib. soliloquiorũ ad Deũ. *Cap. 3. Tom. IX.* Cognoui te solũ Deũ viuum & verũ, & creatorẽ cœli & terræ, visibiliũ omniũ & inuisibiliũ, Deũ omnipotentem, immortalem, inuisibilem, immẽsum, & infinitũ, principiũ omniũ creaturarũ, per quẽ omnia facta sunt, per quẽ cuncta subsistunt elementa. Cuius maiestas sicut principium nũquã habuit, sic nec desinit inæternũ. Cognoui te vnũ Deũ verũ, æternũ, Patrem & Filiũ & Spiritũ sanctũ, tres quidẽ personas, sed vnam essentiam omnino simplicẽ indiuisámque naturã. Patrẽ à nullo, Filiũ à Patre solo, Spiritũ sanctũ pariter ab vtroq;: absq; initio, semp̃ & sine fine, Deũ trinũ & vnũ solũ verũ, vnũ solũ vniuersorũ principiũ, creatorẽ spiritualiũ & tẽporaliũ, q̃ tua oĩpotẽti virtute simul ab initio tẽporis vtrãq; de nihilo condidisti creaturã, spiritualem & corporalem, Angelicã & mũdanam quasi cõmunẽ ex corpore & spiritu cõstitutã. Cognoui te, & confiteor te Deum Patrẽ ingenitũ, te Filiũ à Patre genitũ, te Spiritũ sanctũ paracletũ, neq; genitũ, neque ingenitũ, sanctã & indiuiduã trinitatẽ, in tribus coæqualibus personis consubstantialibus &

A coæternis, trinitatem in vnitate, & vnitatem in trinitate, corde credens ad iustitiam, & ore confitens ad salutem.

DExtera. Diuersa habẽt significata, lib. de essentia Diuinitatis Dei, & de inuisibilitate & incommutabilitate Dei. Dextera Dei, Filius Dei. Psal. Dextera Domini exaltauit me. Vel est gloria, vt sede à dextris meis. Vel est creatura electa in cœlo & in terra, sicut p̃ sinistrã reproba, dæmones & omnes impij, q̃ ad leuã positi, æterna supplicia sustinebũt. Aliter dicit lib. loquutionũ, super Gen. loquut. lxxxvj. Per dexterã prosperitas, per sinistrã aduersitas significatur: q̃a dextera in scriptura nominatur in omnibus bonis, sinistra in malis. Siue fœlicitas & infœlicitas, siue iustitia & iniustitia. B Et aliquãdo dextera in æternis, sinistra in tẽporalibus ponitur. Quod significat beatitudinẽ, lib. de symbolo, tract. j. Sedet ad dexterã Patris, id est, beatitudinem. Ipsius enim beatitudinis nomẽ est dextera Patris. Lib. de fide & symbolo quẽ scripsit in Africano concilio Hipponiæ celebrato. Ad dexterã Patris Christũ sedere, intelligẽdũ est dictũ esse, in summa beatitudine, vbi iustitia, pax, & gaudiũ est. Sicut ad sinistrã hœdi cõstituẽtur, id est, in miseria propter iniquitates, labores, atq; cruciatus. Sedere ergo qđ dicitur Deus, nõ membrorũ positionẽ, sed iudiciariã significat potestatem, qua illa maiestas nunquã caret, semper dignis digna tribuẽdo: quamuis extremo iudicio, multo manifestius inter homines vnigeniti Filij Dei iudicis viuorũ atq; mortuorũ claritas indubitata fulsura sit. C Quod p̃bat, ser. vij. de ascẽsione Domini. Licet dignitatis gradus nõ sit, vbi plenitudo est Diuinitatis, tamen ideo ad dexterã sedit Filius, nõ quod præferatur Patri, sed ne inferior esse credaẽ. Et ideo ad dexterã sedit Filius, quia secundũ Euangeliũ ad dexterã oues, ad sinistrã verò cõstituẽtur hœdi. Necesse est enim partẽ ouiũ prius agnus obtineat, & subsecuturo immaculato gregi locũ dux immaculatus accipiat.

Ideo lib. expositiõis symboli & Dominicæ orationis, ser. ij. Patris dexterã, regnũ, gloriã, beatitudinẽ fœlicitatẽq; ęternæ vitę accipite. Ad quã dexterã si agni esse meruerimus, & nos in vltima resurrectione astabimus. Respõdet ad oppositũ, lib. de agone Christiano. Nec eos audiã, q̃ negãt ad dexterã Patris sedere filiũ. Dicũt ẽm, Nũ- D quid Deus Pater habet latus dextrũ aut sinistrũ sicut corpora? Nec hoc nos de Deo Patre sentimus. Nulla enim forma corporis Deus diffinitur aut concluditur. Sed dextera Patris, est beatitudo p̃petua quę sanctis datur, sicut sinistra eius, rectè dicitur miseria perpetua quæ impiis datur: vt nõ in ipso Deo, sed ĩ creaturis hoc modo, quo diximus, intelligatur dextera & sinistra. Quia & corpus Christi, quod est Ecclesia, in ipsa dextera, hoc est, in ipsa beatitudine futura est, sicut Apo. ait. Quia & simul nos suscitauit, & simul nos sedere fecit in cœlestibus. Quãuis enim corpus nostrũ nõdũ ibi sit, tamẽ spes nostra iã ibi est. Propterea & ipse Dominus post resurrectionẽ iussit discipu

discipulis,quos piscātes inuenit, vt in dexteram partē remitterēt retia. Quod cū fecissent, ceperūt pisces,q omnes magni erant: & omnes iustos significabāt,quibus ꝓmittitur dextera. Hoc significat qđ etiā in iudicio dixit,se agnos statuere ad dexterā,hœdos autē ad sinistrā esse positurū.

Ideo lib. cōtra perfidiā Arrianorū. Quid est Patris dextera,nisi æterna illa ĩeffabilisq; fœlicitas, quo peruenit Filius hominis etiā carnis immortalitate percepta? Nā si velut manū Dei,nō secūdū lineamēta corporis,quæ in Deo nō sunt, sed secundū effectiuā virtutē sapiēter & fideliter cogitemus,quid intelligemus nisi illū vnigenitū ꝑ quē facta sunt omnia, de quo Propheta dicit. Et brachiū Domini cui reuelatū est? Super Psal. cxxxvij. Ideo iam in ipsa immortalitate positus Christus,dicitur sedere ad dexterā Dei. Nō enim Deus habet in seipso dexterā & sinistrā, sed dextera Dei dicitur fœlicitas illa,quæ quoniā oculis ostēdi nō potest,tale nomē accepit. Super Psal. cxx. Longitudo dierū in dextera eius. Hoc enim proprio modo dicit scriptura, Longū, quod est æternū. Nā quicquid finē habet,breue est. Sed quia nō sufficit vocari ad dexterā nisi per gratiā permaneat. Ideo subdit ibid. Esse inter filios Dei, est ad dexterā pertinere. Sed quid valet ipsa potestas quæ data est,vt sis inter filios Dei,nisi Dominus ꝓtegat? Ecce iā credit quis, ambulat in fide, infirmus est,inter tētationes agitatur, inter molestias,inter carnales corruptiones, inter suggestiones cupiditatis,inter versutias & laqueos inimici. Quid valet ergo q̃ habet potestatē,& credit in Christū vt sit inter filios Dei? Væ homini, nisi & ipsius fidē Christus ꝓtegat,id est,vt non te permittat tētari supra quā potes ferre. Quomodo dextera Dei,est virtuosa,sup Psal.cxvij. Dextera Domini fecit virtutē. Quā virtutē? Dextera Domini,inquit,exaltauit me. Magna virtus exaltare humilē,deificare mortalē, præbere de infirmitate perfectionē,de subiectione gloriā,de passione victoriā, dare auxiliū de tribulatione,vt afflictis vera salus patesceret: affligētibus autē vana salus hominis remaneret. In Epist.ij.ad Valentinū. Ideo dixi,nō declinetis in dexterā,neque in sinistrā,id est,ne sic defendatis liberū arbitriū, vt ei bona opera sine gratia Dei tribuatis: nec sic defendatis gratiā,vt quasi de illa securi, mala opera diligatis. Quomodo ĩtelligitur, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Super j.cano. Io.tract.vj. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Dextera pura consciētia est,sinistra mūdi cupiditas. Cum propter cupiditatem mundi,aliqui misericordiā faciunt,sinistra operantur,non dextera. Dextera debet operari, vt nesciat sinistra: vt nec misceat se cupiditatibus sæculi,quando aliquid boni de dilectiōe operamur. Aliter dicit,lib.ij.de serm.Dom.in mōte,cap.ij. Nesciat sinistra tua &c. Nihil aliud sinistra videtur significare,quā ipsam dilectionē laudis: Dextera autē significat intētionē iplēdi præcepta Diuina. Nesciat ergo sinistra tua,quid faciat dextera tua, id est,nō se misceat cōsciētię tuę laudis humanę appetitio,cū in eleemosyna faciēda Diuinū præce-

Margin notes (left column): Tom. Psal. … Cap.v. Tom.VI. — Isai.53. — Tom.VIII. — Tom.VIII. — Tom.eod. — Tom.VIII. — Tom.II. Epist.47. — Tom.IX. Mat.6. — Tom.IIII.

A ptū cōtēdis implere. Diffusius pertractat ista, super Psal.cxx. Intelligatis vtrāque partē Deū fecisse,& dexterā & sinistrā: & tamē nō debet scire sinistra q̃d faciat dextera. Sinistra nostra dicitur quicquid tēporaliter habemus: dextera q̃cquid nobis æternū & incōmutabile Dominus pollicetur. Si enim ille q̃ dabit vitā æternā,ipse & de istis tēporalibus cōsolatur præsentem vitā, ipse fecit dexterā & sinistrā. Sed omnis homo q̃ fœlicitatē nō putat esse hominis,nisi in istis tēporalibus facultatibus,& deliciis,& affluētia, & copia mūdi huius,iste est stultus atque peruersus: q̃a sinistrā facit dexterā. Posset tamē & istā fœlicitatē aliq̃s iustus habere,sicut habuit Iob. Sed Iob ꝑ sinistra illā habebat,nō ꝑ dextera. Nā pro dextera nō habebat nisi apud Deū perpetuā & sempiternā fœ-

B licitatē. Ideo cōcessa est sinistra percutiēti,& sufficit ei dextera. In cāticis cāticorū spōsa dicit spōso,Ecclesia Christo,in amplexu pietatis & castitatis. Sinistra eius sub capite meo,& dextera eius amplectetur me. Sinistra,inquit,eius, q̃a oīa ista tēporalia dat Deus. Ergo si est sinistra,sit sub capite: supra illā sit caput,id est,fides tua, vbi habitat Christus. Noli tēporalia præponere fidei tuę, & nō erit sinistra sup caput tuū: Sed oīa tēporalia subde fidei tuæ,& fidē tuā prępone oībus tēporalibus,& erit sinistra sub capite tuo, & recte dextera eius amplexabitur te. Audi hoc ipsum exponi in prouerbiis,cū de sapiētia diceret. Longitudo dierū in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. lōgęuū ꝑ æternitate positū est. Aut diuitię & gloria,id est,sufficiētia vitę huius,

C quæ ea quæ bona existimātur ab hominibus sinistra est. Si q̃s tibi vult ꝑcutere dexterā,id est,tollere fidē,tu præbe ei sinistrā: id est, vt illud tollat quod tēporale est,nō quę æterna habes. Quid est ergo,nesciat sinistra tua q̃d faciat dextera tua? id est,quādo facis opus bonū,ꝓpter vitā ęternā fac. Nā si opus bonū in terra ꝓpterea feceris,vt terrena tibi abundēt,scit sinistra q̃d facit dextera: miscuisti dexterā sinistræ. Noli ergo facere nisi ꝓpter vitā æternā. Si ꝓpter res humanas,& solā vitā istā facis qđ facis: sinistra sola operatur. Si aūt ꝓpter vitā æternā operaris, dextera sola operatur. Si aūt habes ĩtētionē ad vitā ęternā,sed surrepit tibi cupiditas vitæ tēporalis, vt attēdas etiā ista quādo facis opus bonū vt hîc tibi aliq̃d tribuatur,misces sinistrā operibus dexteræ. Hoc vetat

D Deus,q̃ dicit,Nesciat sinistra tua,q̃d faciat dextera tua. Super Psal.cxxvj. Dextera nostra est vita æterna, sinistra nostra est vita temporalis. Quicquid facis ꝓpter vitā æternā, dextera operatur: Si charitati vitæ æternæ in operibus tuis miscueris cōcupiscētiā vitæ tēporalis, aut laudis humanæ,aut alicuius cōmoditatis sæcularis, cognouit sinistra tua quid faciat dextera tua.

DIABOLVS. Quod diabolus est,lib.de incarna.verbi,ad Ianuariū. De diabolo quoque & angelis eius cōtrariisque virtutibus Ecclesiastica prædicatio docuit,quoniā sunt q̃dem hæc. Quæ autē sint,vel quomodo sint,nō satis clarè disposuit apud plurimos: tamē ista habetur opinio. Quod angelus fuerit iste

Margin notes (right column): Tom.VIII. — Cant.2. — Sinistra sub capite. — Prouerb.3 — Tom.VIII. — Cap.3. Tom.IIII. — Videtur de diaboli statu ambigere.

diabolus,& apostata effectus,quã plurimos Angelorũ secũ declinare suaserit, q. & nũc etiã Angeli eius nũcupãtur. Sed de eius nomine,lib.ij. Tom.IIII. διάβολος. quęst. Veter.& Noui test.quęst.xc.Diabolus nõ speciale nomẽ est,sed cõmune cũ cęteris.In quocũq; enim opera diaboli fuerint inuẽta,sine dubio diabolus appellãdus est. Operis enim nomẽ est,nõ naturæ. Quæst.47. Tom.IIII. Lib.quæst.super lib.Num. Latinè diabolus creditur appellatus, tãquã accusator.Nõ quia nemo possit etiã bene rectéq; accusare.Sed quoniã diabolus amat accusare, vtique stimulis inuidẽtiæ agitatus,quale illi in Apocalypsi testimoniũ perhibetur. Fuit creatus à Deo bonus sed à seipso est malus, Tom.VII. lib.cõtra Iulia. cap. xx.Diabolus Angelus q̃dẽ ex opere Dei bonus, sed ex opere suo malus effectus,se primũ vulnerãdo ꝓstrauit:vt elisus elideret,& per malã suasionẽ præuaricationis vulnus infligeret, vnde genus humanũ,etiã in his q. viã Dei ambulãt,claudicaret. Lib.vj.eiusdẽ.Diabolus spiritus ĩmundus est.Erit vtiq; bonũ,quod spiritus:malũ, qđ ĩmũdus.Quoniã spiritus natura,immũdus vitio. Quorum duorum illud à Deo est, hoc ab ipso.

Tom.V. Lib.xix.de ciuit. Dei, cap.xiij.Diaboli natura inquãtũ natura est,mala nõ est:sed peruersitas malã eã fecit.Itaque in veritate nõ stetit,sed veritatis iudiciũ nõ euasit.In ordinis trãquillitate nõ mãsit,nec ideo tamẽ potestatẽ ordinatoris effugit.Bonũ Dei, quod illi est in natura, nõ eũ subtrahit iustitiæ Dei,qua ordinatur in pœna. Nec ibi Deus bonũ insequitur quod creauit,sed malũ quod ille cõmisit.Neque enim totũ aufert quod naturę dedit:sed aliq̃d adimit,aliq̃d relinquit,vt sit q doleat quod ademit. Et ipse dolor est testimoniũ boni adepti & boni relicti: nisi enim bonũ relictũ esset,bonũ amissum dolere nõ posset.

Tom.IIII. Sed quare creauit eũ Deus ex quo erat futurus malus,in dialogo ad Orosiũ. Diabolus seipsum fecit:nõ enim natura, sed peccando diabolus factus est.Facere aũt eũ debuit Deus,cũ per suã iustitiã& ꝓuidẽtiã de malitia diaboli multos corrigat.Vnde Apost.inquit, Quos tradidi satanæ, vt discãt nõ blasphemare.Et de seipso,Ne magnitudo reuelationũ &c.Nõ tamẽ est bonus,q̃a vtilis,imo malus est,ĩquãtũ diabolus est. Sed bonus & oĩpotẽs Deus est,q. etiã de malitia eius multa iusta & bona operat.Nõ eĩm diabolo põt ĩputari, nisi volũtas sua,qua conatur facere malũ,nõ Dei prouidẽtia,qua de ipso benefacit. Cap.22. Tom.III. Lib.xj.super Gen.Creauit eũ Deus,vt de illo bonis ipse prodesset: Prosunt enim sanctis tẽtatiões eius, q̃bus eosdẽ deprauare conatur:vt malitia ĩ qua ipse esse voluit,eo nolẽte sit vtilis seruis Dei,q̃a hęc prę uidẽs eũ finxit.Ideo initiũ ad illudẽdũ,q̃a & mali hoĩes vasa eiusdẽ diaboli,& tãquã capitis corpus, quos nihilominus malos futuros præuidẽs,creauit tamẽ ad vtilitatẽ sanctorũ,similiter illudũtur, cũ & ipsis nocere volẽtibus,præstatur sanctis ex eorũ cõparatiõe cautela,& pia sub Deo humilitatis & intelligẽtiæ gratia,& exercitatio ad tolerãdos malos,& probatio ad diligẽdos inimicos.

Cap.23. De eius casu quomodo statim creatus cecidit, subdit,ibidẽ.Cũ putatur diabolus nũquã in veritate stetisse,nũquã cũ Angelis beatã vitã duxisse,sed ab initio suæ cõditiõis cecidisse,nõ sic accipiẽdũ est, vt nõ ꝓpria voluntate deprauatus,sed malus à bono Deo creatus putetur,alioquin non ab initio cecidisse diceretur.Neq; enim cecidit si talis est factus,sed factus cõtinuo se à luce veritatis auertit superbia tumidus,& ꝓpriæ potestatis delectatiõe corruptus:Vnde beatæ atque Angelicę vitę dulcedinẽ nõ gustauit,quã nõ vtique acceptã fastidiuit, sed nolẽdo accipere deseruit,& amisit.Proinde nec sui casus pręscius esse potuit, quoniã sapiẽtia,pietatis est fructus.Ille autẽ cõtinuò ĩpius,cõsequẽter mẽte cęcus nõ ex eo quod acceperat cecidit,sed ex eo quod acciperet si subdi Deo voluisset:Quod profecto q̃a noluit,& ab eo qđ accepturus erat cecidit, & potestatẽ illius, sub quo esse noluit,non euasit: Factúmque nullo põdere meritorum,vt nec iustitiæ posit lumine delectari,nec ab eius sentẽtia liberari. Pręcessit eius casus mũdi creationẽ,lib.j.de mirabil.sacræ scrip.cap.ij.Nõ solũ peccatũ hominis pręcessisse diabolica ruina credẽda est, sed etiã perfectionẽ illarũ creaturarum,quæ in die septimo facta est.

Causa sui casus habetur lib.ij.quæst.Veteris& Noui test.Nemo fideliũ dubitet diabolũ apostasiæ suę authorẽ nõ habere.Ipse enim totius erroris est princeps,q. vidẽs se à Deo factũ nõ mediocris potentię,ausus est præsumere Diuinitatẽ:vt q̃a cæteros vidit inferiores,seipsum præferret vt Deũ.Denique noĩa q̃bus appellatur diabolus & Satanas,ab actu eius cõposita sunt,nõ ex natura. Omne enim malũ opere probatur:vt nõ substãtia in crimine sit,sed voluntas cõcepta ex causis. Dũ enim se vidit potiorem,ĩflatus est ad exercẽdã dominationẽ. Et hoc fuit sibi ab initio sui, lib.xj.super Gen.Nõ frustra putari põt ab initio tẽporis diabolũ superbia cecidisse,nec fuisse vllum antea tẽpus, quo cũ Angelis sanctis pacatus vixerit & beatus,sed ab ipso primordio creaturæ à suo creatore apostatasse.Vnde & illud qđ Dominus ait.Ille homicida erat ab initio,& in veritate nõ stetit.Vtrũque ab initio intelligamus:nõ solũ quod homicida fuit,sed etiã quod in veritate nõ stetit.Et homicida q̃dẽ ab ĩitio illo,ex quo homo potuit occidi:nõ autẽ potuit occidere antequã esset q. occideretur.Ab initio ergo homicida diabolus,q̃a ipse occidit hominẽ primũ,antequã nullus hominũ fuit.In veritate autẽ nõ stetit,& hoc ab initio ex quo ipse creatus est,q̃ staret si stare voluisset. Cecidit superbia, & contabuit inuidia,Lib.eodem.Factum est vt rationalis creaturæ spiritus,sua potestate propter excellentiam delectatus,tumesceret superbia, propter quam caderet ab altitudine spiritualis paradisi,& inuidentia contabesceret. Sicut cecidit ita hominem cadere fecit.in sermone x.de resurrectione Domini.Angeli ceciderunt,homines illuc venturi sunt,& implebunt locum eorum qui ceciderunt. Quia ergo diabolus vidit hominem ascensurum vnde ipse ceciderat,vidit,& inuidit: cecidit & eiecit. Libro decimoquarto de ciuitate Dei, capite vndecimo. Superbus ille Angelus,ac per hoc inuidus, per eandem superbiã à Deo

Deo ad semetipsum cõuersus, & quodã quasi tyrannico fastu gaudere subditis, quam esse subditus eligẽs, de spirituali Paradiso cecidit. Qui malè sua versutia in hominis sensu serpere affectãs, cui vtique statim, quoniã ipse ceciderat, inuidebat, colubrum in Paradiso corporali, vbi cũ duobus hominibus illis masculo & fœmina, animalia etiã terrestria subdita & innoxia cõuersabantur, animal. s. lubricum & tortuosis anfractibus mobile, operi suo cõgruum per quẽ loqueretur elegit: eóque per angelicã præsentiã præstantiorémque naturã, spirituali nequitia sibi subiecto, & tanquã instrumento abutens fallaciã sermocinatus est fœminæ: à parte. s. inferiore illius humanæ copulæ incipiens, vt gradatim perueniret ad totum: non existimans virum facile credulũ, nec errando posse decipi, sed dũ alieno cedit errori.

Adoritur mulierem satan.

Hoc diffusius ponit libr. de salutaribus documentis, & libr. de symbolo & aduentu Domini. Discutiamus & inuestigemus quis sit diabolus vel quid sit. Diabolus enim est Angelus per superbiam separatus à Deo; qui in veritate non stetit, & doctor mendacij & pater mẽdacij, quia ab ipso primum inuentum est mẽdacium, sicut veracissima veritas Dominus noster Iesus Christus in Euangelio Ioãnis loquitur: quia ipse est caput & finis mẽdacij, & à semetipso deceptus, nos decipere festinat. Iste est aduersarius effectus generis humani. Inuẽtor mortis, superbię institutor. Radix malitiæ, scelerum caput, princeps omniũ vitiorum, persuasor etiam turpium voluntatum. Hic cum illum primum hominẽ factum à Deo, s. patrem omnium nostrum, intueretur, vidérétque eum hominem ex limo terræ ad imaginẽ Dei factum, pudicitia ornatũ, temperantia cõpositum, charitate circundatum, immortalitate vestitum: æmulus atque inuidus tãtã beatitudinem hominem terrenum accepisse, quam ipse, dum esset Angelus, per superbiã cognoscitur amisisse, inuidit statim insatiabilis homicida, & primum parentẽ nostrum, nos nostrósque parẽtes tantis ac talibus bonis expoliauit, insuper & peremit. Nam & multis bonis in prima fronte diabolus nos expoliauit, id est, pudicitia, continentia, patientia, mansuetudine, charitate, immortalitate. Sic nos nudos ac miseros reddidit, suísque pãnis inuolutos esse derisit, & suo dominio esse astrictos, atque ex ipso vinculo omnẽ prolẽ nostram sibi obligauit. Expoliauit nos pudicitia, & accinxit impudicitia. Expoliauit nos temperantia, & fecit intẽperatos. Expoliauit nos charitate, & vestiuit malitia. Expoliauit immortalitate, & propinauit mortẽ. His etiã turpissimis & fœtidissimis pannis, nos posterósque nostros inuoluit, & semiuiuos reliquit. Et quia sic atrocissimus hostis circa nos miserabiliter egit, eia frater, renuntiemus huic damnosæ hæreditati: antequam exactor eius veniat tam pessimæ hæreditatis, omnibus quę eius sunt renũtiemus: si quis itaque huic hæreditati in qua sunt panni diaboli, põpę. s. huius sæculi, & angelis eius renuntiare neglexerit, cũ iudex venerit, sicut Euãgeliũ loquitur, tradetur debitor exactori, exactor autẽ debitorẽ tradet in carcerẽ. Amẽ, dico vobis, dicit Dominus, non exiet inde donec reddat nouissimũ quadrãtem. Vnde omne genus humanũ tanquã pauperem & pupillum Diuina scriptura commendat Deo dicens, Tibi derelictus est pauper, & pupillo tu eris adiutor. Eiúsque aduersariũ diabolum demonstrãs, adiungit, Cõtere brachiũ peccatoris & maligni. Adsit Dominus noster Iesus Christus pius & misericors, qui aliquã misericordiã huic pupillo & pauperi exhibeat, quia callidum & ferocissimum aduersarium patitur: etiam pupillus in causa sua deficit: quapropter suus aduersarius prauis actibus eum decipere festinat. Adsis domine Iesu Christe huic pupillo idoneus defensor, sta in causa illius, qui iussisti, Rectè iudicate filij hominum. Eleua brachium tuum, & cõtere brachium peccatoris & maligni. Optimè nosti huius pauperis & pupilli generis. s. humani causam, quæ ex paterno chirographo debetur. Non est aliũde quẽadmodũ nobis subueniatur, nisi ex tuo cõsilio. Per necessarium adiutorium, Iudica causam nostrã & defende eã, quia potẽs es domine.

Cap. 60. de sd. Doc. Tom. IIII.

Causa suæ malitiæ sic orat ad Deum, lib. soliloquiorum ad Deum, cap. xvj. Pretende Domine super nos alas tuas, vt fugiamus sub eis à facie serpentis huius, qui nos persequitur, & scuto tuo libera nos à cornibus eius: hoc enim est cõtinuũ studium eius, hoc vnicum desiderium eius vt deuoret animas quas creasti. Ideo ad te clamamus. Libera nos ab aduersario nostro quotidiano, qui siue dormiamus, siue vigilemus, siue comedamus, siue bibamus, siue quodcunque opus operemur, instat modis omnibus, die & nocte, fraudibus & artibus, nunc palam, nunc occultè, sagittas venenatas contra nos dirigens, vt interficiat animas nostras. Et tãta est Domine pessima insania nostra: quia cum continuè videamus contra nos draconem ore aperto ad deuorandũ, nihilominus dormimus & lasciuimus in pigritiis nostris, tanquam securi ante eum, qui nihil aliud desiderat, quam vt nos perdat.

Super Ioannem. Diabolus dictus est draco & leo. Leo propter apertam iram: draco propter occultas insidias. Draco eiecit Adam de Paradiso. Idem leo persequutus est Ecclesiam, dicente Petro, tanquam leo rugiens, &c.

Tract. 10. Tom. IX.

1. Pet. 5.

De Diaboli nequitia in cõmunibus sermonibus. ser. iiij. Quid prauius, quid malignius, quid nostro aduersario nequius? Qui posuit in cœlo bellum, in Paradiso fraudem, odium inter primos fratres, & in omni nostro opere zizaniam seminauit. Nam in comestione posuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignauiam, in conuersatione inuidiam, in gubernatione auaritiam, in correctione iram, in præsulatu seu dominatione superbiam. In corde ponit cogitationes malas, in ore loquutiones falsas, in membris operationes iniquas. In vigilando mouet ad praua opera, in dormiendo ad somnia turpia. Lætos mouet ad dissolutionem, tristes autem ad desperationem: & vt bre-

Suggestiones satanæ.

uius loquar, omnia mala mundi sua sunt prauitate commissa. In sermone primo de decollatione Ioannis Baptistæ. Nunquid quia persequutio à terrenis regibus conquieuit, ideo diabolus non oppugnat? Ille hostis antiquus semper contra nos vigilat, non dormiamus. Illecebras suggerit, insidias parat, cogitationes malas immittit, & vt ad deteriorem lapsum prouocet, lucra proponit, damna minatur. Et vt dicit, libr. de ciuitate Dei, cap. iij. Ipsa desideria vitiosa: non tamen omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus purgemus diabolum, qui non habet carnem. Etenim si diabolus fornicator vel ebriosus, vel si quid huiusmodi mali est, quod ad carnis pertinet voluptates, non potest dici, cum etiam talium peccatorum suasor & instigator sit occultus: est tamē maximè superbus ac inuidus. Quæ illum vitiositas sic obtinuit, vt propterea esset in carceribus caliginosi huius aëris æterno supplicio destinatus. Hæc autem vitia, quę tenēt in diabolo principatum, carni tribuit Apostolus, quam certum est diabolum non habere. Dicit enim. Inimicitias, contentiones, æmulationes, animositates, inuidias esse opera carnis: quorum malorum caput atque origo superbia est, quę sine carne regnat in diabolo. Quis autem illo est inimicior sanctis? Quis aduersus eos cōtentiosior, animosior, & magis æmulus atque inuidus inuenitur? Et hæc omnia cū habeat sine carne, quomodo sunt ista opera carnis, nisi quia opera sunt hominis, quem nomine carnis appellat? Non enim habendo carnem, quā non habet diabolus, sed viuēdo secundū seipsum, hoc est secūdū hominē: factus est homo similis diabolo: quia & ille secundū seipsum voluit viuere, quando in veritate non stetit: vt nō de Deo: sed de suo, mendacium loqueretur, qui nō solum mēdax, verum etiā mēdacij pater est. Primus enim quippe mētitus est, & à quo peccatū, ab illo cœpit esse & mēdacium. Cum ergo viuit homo secūdū hominē, nō secūdum Deum, similis est diabolo: quia nec Angelo secūdum Angelum, sed secundū Deum viuēdum fuit. Est tamen cōtra seruos Dei maximè intentus. lib. primo quæstionum veteris & noui testamenti. q. ij. Diabolus volūtatem suam facientibus parcit, à quibusdam neotericis dissimulat, ad Dei auxilium confugere volētibus offendicula & impedimēta opponit, seruis Dei insidias tendit, & promptioribus circa eius obsequia magis infestus est. Vnde gentiles non quærit, Iudæos non quærit, malæ vitæ conuersationis homines non quærit, sed quærit Dei seruos, & Christi famulos quos sibi scit inimicos, quia factū & præsumptionē eius cōdemnāt. Lib. ij. eiusdē, q. lxx. Nulli dubium est diabolum esse hominis inimicum, maximè fidelis. Vehementiora enim tela sua cōtra Dei seruos exacuit. Sicut ergo iste bonorum inimicus est, ita & lex malis aduersa.

Super Apoc. Homil. x. Quanto magis diabolus de sanctis eiicitur, tantomagis eos persequitur. Et quos non potest peruertere, conatur per alios infamare. in Epistola ad clerum & seniores vniuersæ plebis Ecclesiæ Hipponensis. Aduersarius noster diabolus, vt ait Apostolus Petrus, tanquā leo rugiens circuit quærēs quem deuoret. Quem nō potest deuorare seductum ad nequitiā, famā ipsius inquinare conatur, vt si fieri potest, opprobriis hominum & malarum linguarum detractione deficiat, & sic in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocētis maculare potuerit, hoc ei persuadere tentat, vt per maleuolas suspiciones de fratre suo iudicet, & sic ab illo implicatus absorbeatur. Et quis omnes eius captiones & circunuentiones, vel comprehendere, vel enumerare sufficiat? Et vt dicit super Ioannē, sermo. x. Non tibi sæuitiā suam perdidisse videatur diabolus, quādo blanditur, tunc magis cauēdus est. Et quam sit molestus, ostendit, lib. de conflictu vitiorum, c. xxv. Piè viuentes in Christo Iesu non desinit inimicus diabolus impugnare, dum quibusdam in somnis sæpius vera pronuntiat, vt eos quādoque ad falsitatē pertrahat, cum dormientes ante horā vel tēpus exsuscitat, vt eos in vigiliarum tempore somno grauissimo deprimat, cum psallentes atque orantes sibi stridoribus, latratibus diuersis & incognitis vocibus iactatis etiam lapidibus, vel stercoribus, & terroribus perturbat, vt eos quoquo pacto à spirituali opere retrahens, inanes efficiat. Tu autem homo Dei vigilanti studio attēde quæ dico. Apostolus enim dicit. Non est nobis cōflictus aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus spirituales nequitias, vt ergo superare in cōflictu possis, carnis desideria calcato, & propitio Christo victor diaboli existes. Et si nō decipitur anima rationalis, non obest si fallitur sensus corporis. libr. xij. super Gene. Cum visis corporalibus diabolus fallit, nihil obest quod ludificātur oculi, si nō erratur in veritate fidei & intelligētiæ sanitate, quam docet Deus subditos sibi. Aut si ludificet diabolus animā spirituali visione, imaginibus corporū vt putet corpus esse quod non est, non aliquid obest animæ si perniciosæ suasioni non consentiat. Nihil autē potest diabolus nisi permissus à Deo. super Psal. xxvj. Diabolus qui videtur ad tēpus maximā habere potestatem, nō potest aliquid nisi permissus. Accepit potestatē in infima, & amisit maxima & summa. Et nō est ipsa potestas irati, sed pœna dānati. Permittitur autē aut ad pœnam nostram, aut ad probationē. Super Psal. lxiij. Alligatus est diabolus ne faciat quantum potest, ne faciat quantū vult: tamen tantum tentare sinitur, quantum expedit proficiētibus. Nec enim nobis expedit sine tentationibus esse, nec rogamus Deum vt nō tentemur, sed vt non inducamur in tentationem. Super Psalmum xcvj. Si diabolus princeps dæmoniorum posset aliquid, nullus nostrum remaneret. Nam quando irasceris nequissimo seruo, & immoderata ira raperis, Satanas: Diabole: nomē imponis. Et hoc ad conuitium imaginis Dei. Si posset ille, nonne se vindicaret? Sed non permittitur: & tantum facit, quātum permittitur. Nam & Iob tentare voluit, & non nisi potestatem quæsiuit.

Super Pſal.ciij.ſer.iiij. Nihil ſibi diabolus tribuat: voluntatem habet nocẽdi, poteſtatem autẽ niſi acciperet, non haberet. (Tom.X.) Et non vincit, niſi conſentientem. lib.50. Homil. Homil.xij. Rogo vos fratres quare ſatanas ſeducit ad peccandum, cum Deus poſuerit homini in poteſtate non conſentire ſatanæ? Eſt enim à dextris quodammodo præcipiens Deus: à ſiniſtris ſeducens ſatanas, homo in medio conſtitutus. Cor quod inclinatur ad diabolum, quare non potius erigitur ad Deũ? Non enim diabolus cogendo, ſed ſuadendo nocet: nec extorquet à nobis conſenſum, ſed petit. Si nos diabolum nõ adiuuemus, vincimus. Dat quidem ille conſilium, ſed Deo auxiliante, noſtrum eſt eligere vel repudiare quod ſuggerit.

(Tom.VIII.) Super Pſalm.cxxxvj. Quomodo diabolus in corde Iudę vt dominum traderet, intrauit? Non autem intraret, niſi ille locũ daret. Sic multi mali de media Babylonia per deſideria carnalia & illicita locũ dant diabolo & angelis eius in cordibus ſuis, vt in illis & de illis operetur. (Tom.V.) Libr. x. de ciuitate Dei, ca. xxij. Vera pietate homines Dei aëream poteſtatem inimicam contrariámq; pietati exorcizando eiiciunt, non placando. Omnes enim tentationes aduerſitatéſque eius vincunt orando, non ipſam, ſed Deum ſuũ aduerſus eam. Non enim aliquem vincit, aut ſubiugat, niſi ſocietate peccati. In eius autem nomine vincitur qui hominem aſſumpſit. (Tom.IX.) Vnde vincitur diabolus cum adiutorio Chriſti. ſuper primã canonicam Ioannis, Homil.iiij. Si cum Deo ſimus, diabolum vincimus. Nam ſi tu ſolus cũ diabolo pugnaueris, vinceris. Exercitatus hoſtis eſt. Conſiderate quò deiecerit. Vt enim mortales naſceremur, primo ipſam originẽ noſtrã de Paradiſo eiecit. Quid ergo faciendum eſt quia ille exercitatus eſt? Inuocetur omnipotens aduerſus eum. Habitet in te qui nõ poteſt vinci, & ſecurus eſto: quia vincet eum, qui vincere ſolet. (Cap.22. Tom.III. Iob.40.) Lib. xj. ſuper Gen. Super illud Iob. ſecundum aliã literam initium figmẽti Domini, quod fecit vt illudatur ei ab Angelis eius. Fecit eũ vtilẽ bonis: & preſciẽs eum propria voluntate malũ futurum, fecit eum non abſtinens bonitatẽ ſuam in præbendo vitam atque ſubſtantiam futuræ etiã noxiæ voluntati ſimul præuidens quanta de illo bona eſſet ſua mirabili voluntate ac poteſtate facturus. (Electis aſſultus ſatanæ cedunt in bonum.) Initiũ autem figmenti Domini dictus eſt, quod fecit vt illudatur ei ab angelis eius, nõ quia ipſum primitus condidit, vel initio malum cõdidit, ſed quia cum ſciret eum adhuc propria voluntate futurũ malum vt bonis noceret, creauit eum ad hoc vt de illo bonis ipſe prodeſſet: hoc eſt enim vt illudatur ei ab angelis eius, quoniã ſic illuditur cum ſanctis proſunt tẽtationes eius, quibus eos deprauare conatur, vt malitia in qua ipſe eſſe voluit, eo nolente ſit vtilis ſeruis Dei, qui hoc præuidẽs eum finxit. Ideo initium ad illudendum, quia & mali homines vaſa eiuſdem diaboli, & tanquam capitis corpus, quos nihilominus Deus malos præuidens, creauit tamen ad vtilitatem ſanctorum, ſimiliter illuduntur, cum & ipſis nocere vo-

A lentibus, præſtatur ſanctis ex eorum comparatione cautela, & pia ſub Deo humilitatis & intelligentiæ gratia, & exercitatio ad tolerandos malos, & probatio ad diligendos inimicos. Sed ille eſt initium figmẽti quod ſic illuditur, quia præcedit iſtos & temporis antiquitate, & principatu malitiæ. Hoc autem Deus per ſanctos Angelos facit, illo opere prouidentiæ quo creatas naturas adminiſtrat, ſubdẽs videlicet angelos malos Angelis bonis, vt malorum improbitas, non quantum nititur, ſed quantum ſinitur poſsit: nec tantum angelorum malorum, verum etiã & hominum donec iſta iuſtitia qua viuitur ex fide, quæ nunc patienter in hominibus exercetur, conuertatur in iudicium, vt poſsint & ipſi nõ ſolũ duodecim tribus Iſraël, ſed etiam Angelos iudicare.

B Probat lib.xviij. de ciui. Dei. cap.lj. (Tom.V.) Diabolus Princeps impiæ ciuitatis, aduerſus peregrinãtem in hoc mundo ciuitatem Dei vaſa propria commouendo, nihil ei nocere permittitur. Cui proculdubio & rebus proſperis conſolatio, vt non frangatur aduerſis: & rebus aduerſis exercitatio, vt non corrumpatur proſperis, per Diuinã prouidentiam procuratur: atque ita temperatur vtrunque ab alterutro, vt in Pſal. Illam vocẽ non aliunde agnoſcamus exortam, ſecundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, cõſolationes tuæ lætificauerunt animam meã. Vnde eius potentia contra electos eſt religata, vſq; (Lib.20. Cap.7.) ad iudicij tempus. Lib. eiuſd. Quod Ioannes dicit in Apoc. quod clauſit & ſignauit ſuper eũ, vt iam non ſeduceret gentes donec finiantur mille an-

C ni. Clauſit ſuper eum, dictum eſt, pro, interdixit ei ne poſsit exire. i. vetitum tranſgredi. Signauit autem quod addidit: ſignificaſſe mihi videtur, quia occultum eſſe voluit, qui pertineant ad partem diaboli, & qui non pertineant. Hoc quippe in ſæculo iſto prorſus latet, quod & qui videtur iacere, vtrum ſit reſurrecturus incertum eſt. Ab eis gentibus ſeducendis, huius interdicti vinculo & clauſtro diabolus prohibetur atque cohibetur, quas pertinentes ad Chriſtũ ſeducebat antea vel tenebat. Has enim Deus ante mundi conſtitutionem, eruere de poteſtate tenebrarum, & transferre in regnum claritatis ſuæ diſpoſuit, ſicut ait Apoſtolus. Nam ſeducere eum gẽtes etiã nunc, & ſecum trahere in æternam pœnam, ſed non prędeſtinatas in æternam vitam, quis fi-

D delis ignorat? Nec moueat quod ſæpe diabolus ſeducit etiam illos qui regenerati iã in Chriſto, vias ingrediũtur Dei. Nouit enim Dominus qui ſunt eius: ex his in æternã dãnationẽ neminẽ ille ſeducit. Sic enim eos nouit Dominus, quẽ nihil latet etiã futurorũ, non vt homo, qui hominem ad præſens videt, ſed tamen cor eius non videt, qualis aũt poſtea futurus, nec ſeipſum videt. Ad hoc ergo ligatus eſt diabolus & incluſus in abyſſo, vt iam non ſeducat gentes ex quibus conſtat Eccleſia, donec finiantur mille anni, id eſt, omnes anni, quibus deinceps hoc ſęculũ peragendũ eſt. Et poſt hoc, oportet eum ſolui breui tempore. (Cap.8.) Profecto ſi hoc eſt diabolo ligari & includi,

Eccl

Ecclesiam non posse seducere: hæc ergo erit solutio eius, vt possit? Absit vt fiat. Sed alligatio diaboli est non permitti exercere omnem tentationem quam potest, vel vi, vel dolo, ad seducendos homines in partem suam, cogendo violenter, fraudulentérque fallendo. Quod si permitteretur in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, & fideles deiiceret, & ne crederent, impediret. Quod ne faceret, alligatus est. Tunc autem soluetur, quando & breue tempus erit. Nam tribus annis & sex mensibus legitur suis totis suorúmque viribus sæuiturus: & tales erunt, cum quibus ei belligerandum est, vt vinci tanto eius impetu insidiísque non possint. Si autẽ nunquam solueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus sanctæ ciuitatis fidelissima patiẽtia probaretur: minus denique prospiceretur, quam maligno eius malo tam bene fuerit vsus omnipotens, qui eum nec omnino abstulit à tentatione sanctorum, quamuis ab eorum interioribus hominibus vbi creditur in Deũ, foras missum: vt forinsecus eius impugnatione proficerent, & in eis qui sunt ex parte ipsius, alligauit: ne quantam posset exercendo & effundẽdo malitiam in innumerabiles infirmos, ex quibus Ecclesiam multiplicari & impleri oportebat: alios credituros, alios iam credentes, à fide pietatis hos deterreret, hos frangeret. Et soluetur in fine, vt quam fortem aduersarium Dei ciuitas superauerit, cum ingenti gloria sui redemptoris, adiutoris, liberatoris, aspiciat. In eorum sanè, qui tũc futuri sunt, sanctorum atque fidelium comparatione quid sumus? Quandoquidem ad illos probandos tantus soluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus. Quamuis & hoc temporis interuallo, quosdã milites Christi tam prudentes & fortes fuisse atque esse non dubium est, vt etiam si tunc in ista mortalitate viueret, quando ille soluetur, omnes insidias eius atque impetus, & cauerent prudentissimè, & patientissimè sustinerent.

Alligatio satanæ per annos mille.

Tomo VII.

Non autem nunc vincit vt consueuit. lib. ij. contra Iulianum, allegans Hilarium in quadam Homil. supra Iob. Tanta & tam admirabilis in nos misericordiæ Dei bonitas est, vt per quam in Adæ offensa generositatem primæ & beatæ illius creationis amisimus, obtinere mereamur. Tunc enim diabolus inuidens nocuit, nunc autem cum nocere nititur, vincitur. Mouet enim per infirmitatem carnis nostræ omnia potestatis suæ tela, cum ad lasciuiam accẽdit, cum ad ebrietatem illicit, cum ad odia stimulat, cum ad auaritiam prouocat, cũ ad cędes instruit, cum ad malædicta exacerbat. Sed cum per firmitatem animi, horum omnium surrepentia incentiua reprimũtur, emundantur à peccato per huius victoriæ gloriam.

Tom. VII.

Ideo dicit libr. de natura & gratia. c. lix. Resistite, inquit beatus Apostolus, diabolo, & fugiet à vobis. Vnde animaduertẽdum est, quid possit his nocere quos fugit, vel quam virtutem habere intelligendus sit, qui solis præualere non resistẽtibus potest. Et infra. Vt diabolo resistatur, poscẽdum est Dei adiutorium.

Non est tamen mirandum si plures consentiunt ei. Lib. de catechizãdis rudibus. Nos mouere non debet quia multi cõsentiunt diabolo, & pauci Deum sequuntur: quia & frumẽtum in comparatione palearum valde pauciorem habet numerũ. Sed sicut nouit agricola quid faciat de ingenti aceruo paleæ, sic nihil est Deo multitudo peccatorum, qui nouit quid de illis agat, vt administratio regni eius ex nulla parte turbetur, neque turpetur. Nec ideo putandus est vicisse diabolus, quia secum plures, cum quibus à paucis vinceretur attraxit. Duę itaque ciuitates, vna iniquorum, altera sanctorũ, ab initio generis humani, vsque in finem sæculi perducuntur, nunc permixtæ corporibus, sed voluntatibus separatæ, in die verò iudicij etiam corpore separandæ.

Dicitur autem princeps mundi, id est, peccatorum, super Ioannem. Cum Dominus dicit, Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: nullum, scilicet omnino peccatum. Quia neque cum peccato Deus venerat, nec eius carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et sic ostendit nõ creaturarum, sed peccatorum principem diabolum, quos nunc nomine mundi huius appellat. Et quotiescunque mundi nomen in mali significatione ponitur, nõ ostẽdũtur nisi mundi huius amatores, de quibus alibi scriptum est. Quicunque voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei cõstituetur. Absit ergo vt sic intelligatur princeps mundi, tanquã gerat vniuersi mundi, id est, cœli & terræ atque omnium quæ in eis sunt principatum: de quali mundo dictum est, cum de Christo verbo sermo esset, Et mũdus per ipsum factus est. Vniuersus itaque mundus à summis cœlis vsque ad infima terrarum, creatori est subditus, non desertori, redemptori, nõ interemptori: liberatori, nõ captiuatori: doctori, non deceptori.

Quomodo possumus vincere, libr. de agone Christiano, in principio. Corona victoriæ non promittitur, nisi certantibus. In Diuinis autem paginis assiduè inuenimus promitti nobis coronam si vicerimus. Debemus ergo cognoscere quis sit ille aduersarius, quem si vicerimus coronabimur. Ipse enim est quem Dominus noster prior vicit, vt etiam nos in illo permanentes vincamus per ipsum. Et Dei quidem virtus & sapiẽtia, & verbum per quod facta sunt omnia, qui filius Dei vnicus est, super omnẽ carnẽ vel creaturã semper incõmutabilis manet. Et quoniam sub illo est etiã creatura quæ nõ peccauit, quãto magis sub illo est omnis creatura peccatrix: Ergo quoniam sub illo sunt omnes Angeli, multo magis sub illo sunt omnes præuaricatores angeli, quorum diabolus princeps est. Sed quoniã naturam nostram deceperat, vnigenitus Dei filius dignatus est ipsam naturã nostrã suscipere, vt de ipsa diabolus vinceretur, & quem ipse sub se habet, etiã sub nobis omnibus esse faceret: ipsum significat dicens, Princeps huius mundi missus est foras. Non quia extra mundum missus est, quomodo quidã hæretici putant, sed foras ab animis eorum

eorum qui cohærent verbo Dei,& non diligunt mundum,cuius ille princeps dicitur,quia dominatur eis qui diligunt temporalia bona quæ hoc mundo visibili cōtinentur:non quia ipse est dominus huius mūdi,sed princeps est cupiditatum earum, quibus concupiscitur omne quod trāsit, vt ei subiaceant qui negligūt æternum Deum, sed diligunt instabilia & mutabilia. Per hanc cupiditatem regnat in homine diabolus & cor eius tenet. Tales sunt omnes qui diligunt mundum istum.Mittitur autem diabolus foras,quando ex toto corde renuntiatur huic mundo. Renuntiatur diabolo, qui princeps est huius mundi, cum renuntiatur corruptelis,pompis,& angelis eius. Ideóque ipse Dominus iam triumphantem naturam hominis portās,ait. Scitote,inquit,quia ego vici mundum. Multi autem dicunt, Quomodo possumus vincere diabolum quem nō videmus? Sed habemus magistrum qui nobis demonstrare dignatus est,quomodo à nobis inuisibiles hostes vincantur. De illo enim dicit Apostolus. Exuens se carne principatus & potestates expoliauit fiducialiter triumphans eos in semetipso. Ibi ergo vincuntur inimici inuisibiles, vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Quando enim dictum est diabolo, Terram manducabis: dictum est peccatori, Terra es, & in terrā ibis. Datus est ergo in cibum diaboli peccator, Non simus terra,si nolumus manducari à serpente. Sicut enim quod manducamus,in nostrum corpus conuertimus, vt ipse cibus corpus hoc efficitur quod nos sumus: sic malis moribus per nequitiam, & superbiam,& impietatem, hoc quisque efficitur quod diabolus est, hoc est,similis eius:& subiicitur ei, sicut nobis subiectū est corpus nostrum. Et hoc est quod dicitur manducari à serpente. Quisquis itaque timet illum ignem qui paratus est diabolo & angelis eius, det operam triumphare de illo in semetipso. Eos enim qui foris nos oppugnant, intus vincimus, vincendo concupiscentias per quas nobis dominantur. Et in eodem lib. infra. Oportet aduersus diabolum & angelos eius nos dimicare,qui gaudēt perturbationibus nostris. Nam Apostolus diabolum principem potestatis huius aëris appellat,quamuis ille locus vbi ait, Spiritalia nequitiæ in cœlestibus,possit & aliter intelligi, vt non ipsos præuaricatores angelos in cœlestibus esse dixerit, sed nos potius,de quibus alio loco dicit, Conuersatio nostra in cœlis est: vt & nos in cœlestibus constituti,id est,Diuinis præceptis Dei ambulantes, dimicemus aduersus spiritualia nequitiæ, quæ nos inde conantur abstrahere. Magis ergo quærendum est,quomodo aduersus eos,quos nō videmus,pugnare possumus,& vincere,ne putēt stulti aduersus aërem nos debere certare. Docet itaque ipse Apostolus dicēs. Nō sic pugno quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, &c. Idē dicit. Imitatores mei estote,sicut & ego Christi. Quare intelligendum est, & ipsum Apostolum in semetipso triumphasse de potestatibus huius mundi, sicut de Domino dixerat, cuius se

Ioh.16. *Manducari à serpente, quid.* *Cap.5.* *Ephe.6.* *Spiritualia nequitiæ quid.* *Phil.3.* *1.Cor.4.*

A imitatorē esse profitetur. Imitemur ergo & nos illum, sicut hortatur, & castigemus corpus nostrum & in seruitutem redigamus, si mundū vincere volumus: quia per illicitas delectationes & pompas, & perniciosam curiositatem dominari nobis potest hic mūdus,id est,ea quę in hoc mundo perniciosa delectatione colligant amatores rerum temporalium, & diabolo & angelis eius seruire cogunt. Quibus omnibus si renunciabimus, redigemus in seruitutem corpus nostrum. Sed ne quis fortè hoc ipsum quærat quomodo fiat vt corpus nostrum seruituti subiiciamus: facilè intelligi & fieri potest, si prius nosipsos subiiciamus Deo bona voluntate & fide syncera.

Imitandus Paulus.

Habemus cum diabolo inimicitiam perpetuam. super Psal. lxxvj. Contra diabolum habe-
B mus inimicitias perpetuas. Deniq; quaslibet habeas inimicitias aduersus hominem,cogitas finire, siue illius satisfactione si ipse te læsit, siue tua si tu læsisti, siue vtriusque si vos inuicem læsistis: laboras satisfacere & concordare. Cum diabolo autem & angelis eius,nulla cōcordia est. Ipsi nobis inuident regnum cœlorum. Mitescere omnino erga nos non possunt. Plus illi vigilant ad decipiendum,quam nos ad custodiendum. Ideo sibi in omnibus renuntiandum est. Lib. de symbolo, tractatu. x. Renuntiate diabolo nō solum vocibus, sed etiam moribus: non tantum sono linguæ,sed etiam actu vitæ:non tantum labiis sonātibus,sed operibus pronūtiātibus. Scitote vos cum callido,& antiquo,& veternoso inimico sū scepisse certamen:nō in vobis post renuntiatio-
C nem suam inueniat opera sua, ne iure nos attrahat in seruitutem suam. Deprehenderis & detegeris Christiane,quando aliud agis & aliud profiteris. Fidelis in nomine,& aliud demonstras in opere: non tenes professionis tuæ fidem: modo ingrediens Ecclesiā orationes fundere,post modicum in spectaculis cum histrionibus impudice clamare. Vnde nō est sequēdus, super Psal. ix. Malle debemus diabolū persequētem fugere, quā ducentē sequi: habemus enim quò fugiamus & abscondamur. Cuius imitator eius filius dicitur, super primam canonicam Ioan. Homil. x. Quicunque fuerit imitatus diabolum, quasi de illo natus sit, filius diaboli dicitur: imitando, non nascendo. Dicitur non solum filius, sed & diabolus, lib. xj. super Gen. ca. xxxij. Sicut qui erat
D diabolus homo dictus est, vt in Euangelio, inimicus homo hoc fecit: ita qui homo erat, diabolus dictus est, rursus in Euangelio, Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est: ei per superbiam cohærendo, & à Dei mādatis apostatando. Dictus est ab initio homicida. super Ioannem. Homicida dicitur diabolus. Non gladio armatus, non ferro accinctus, ad hominē venit, verbum malum seminauit, & occidit. Noli ergo putare te non esse homicidam, quādo fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala persuades, occidis. Audi Psalm. Filij hominum dentes eorum, &c. Erat homicida ab initio: vtique in primo homine. Ex illo enim ille homicida, ex quo

Tom.VIII. *Cap.1.* *Tom.IX.* *Tom.VIII.* *Tom.IX.* *Tom.III.* *Mat.13.* *Io.6.* *Tract.42.* *Tom.IX.*

quo potuit fieri homicidium: ex illo potuit fieri homicidium, ex quo factus est homo. Et ideo vbique cauendus. super Psalm.lxxx. Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si non times mitti quò, vide cum quo.

Tom. VIII.

DIALECTICA. Libro primo contra Cresconium grammaticum. Quid est aliud dialectica, quam peritia disputandi? Et infra. Nomen quippe Græcum est dialectica, quæ si vsus admitteret, fortasse Latinè disputatoria vocaretur, sicut grammaticam Græcè, literaturam linguæ vtriusque doctissimi appellauerunt. Sicut enim à literis denominatur grammatica, quoniam Græcè grammata, literæ dicuntur: sic à disputatione dialectica nomē accepit, quoniā disputatio Græcè dialoge vel dialexis appellatur. Sicut autem grammaticus, à veteribus Latinè dictus est literator: ita Græcè dialecticus multò vsitatius & tolerabilius, Latinè dicitur disputator. Veruntamen dicit circa principium secundi libri contra eundem. Quoniam de re constat, non est de nomine laborandum. Non curo vtrum disciplina disputādi dialectica vocetur, curo tamē quantum valeo, nosse ac posse disputare: hoc est veritatem à falsitate loquēdo discernere: quia hoc nisi curauero, perniciosissimè errabo. Libro secundo de ordine rerum. Dialectica est disciplina disciplinarum. Hæc docet docere hęc docet discere: in hac seipsum ratio demonstrat atque aperit quæ sit, quid velit, quid valeat. Scit scire, sola scientes facere, non solum vult, sed etiam potest. Libro tertio de Academicis. Formatrix & iudex scientiarum est dialectica, sine qua omnino sapientia esse non potest perfecta. Libr. eodem de eius regulis. Ego plura de dialectica scio, quam de quauis parte philosophię. Nā primo omnes illas propositiones de quibus supra vsus sum, veras esse ista me docuit. Deinde per istā noui alia multa vera: ea numerate si potestis. Si quatuor in mūdo sunt elementa, non sunt quinque. Si sol vnus est, non sunt duo. Non potest vna anima & mori & esse immortalis. Non potest homo simul & beatus esse & miser. Non hic & sol lucet, & nox est. Aut vigilamus nunc, aut dormimus: aut corpus est, quod mihi videre videor, aut non corpus. Hæc & alia multa, quæ connumerare longissimum est, per istam didici vera esse, quoquo modo se habeant sensus nostri in se. Ipsa verò docuit me, si cuius eorum, quæ per connexionē modo proposui, pars antecedēs assumpta fuerit, trahere necessario id quod annexū est. Ea verò quę per repugnantiam vel disiunctionem à me sunt enunciata hanc habere naturam, vt cum auferūtur cætera, siue vnum, siue plura sint, restet aliquid quod eorum ablatione firmetur. Docuit etiam me, cum de re constat propter quam verba dicuntur, de verbis non debere contendi. Et quisquis id faciat, si imperitia faciat, docēdū esse, si malitia deserendum. Si doceri non potest, monendum vt aliud aliquid agat potius, quam tempus in superfluis operámque consumat: si non obtemperat, negligēdum. De captiosis autē atque fallacibus ratiunculis breue in ea est præceptū: si male concedendo inferuntur, ad ea quæ cōcessa sunt est redeundum. Si verū falsúmque in vna conclusione confligunt, accipiēdum inde quod intelligitur, quod explicari nō potest relinquendum. Si autē modus in aliquibus rebus latet penitus hominem, scientiam eius non esse quærendam. Hęc quidem habeo à dialectica, & alia multa quæ commemorare non est necesse. Libro primo contra Cresconium grammaticum. Hāc artem, quam dialecticam vocāt, quæ nihil aliud docet, quam consequentia demonstrare, seu vera veris, seu falsa falsis, nunquam doctrina Christiana formidat, sicut eam in Stoicis non formidauit Apostolus, quos secum volentes conferre non respuit. Et ipsa enim fatetur, & verum est, neminem disputando, conclusionem falsam consequenter impelli, nisi prius consenserit falsis, quibus eadem conclusio velit nolit efficitur: ac per hoc qui cauet ne se loquente consequantur falsa quæ non vult, volens falsa caueat quæ præcedunt. Si autem præcedentibus veris inhæserit, quæcunque consequentia perspexerit, quæ falsa existimabat, vel de quibus dubitabat, admonitus amplectatur, si veritati est pacatissimæ amicior, quam contentiosissimæ vanitati. Vnde promittit se respondendo docere. Libro de cognitione veræ vitæ. Conabor pro viribus vobis orantibus, ac logica præeunte, comitantibus argumentis, sequar veritatem vsque in ipsius inaccessibilis lucit latibulum fugientem, ipsáque concedente producam eam vobis indagantibus se ostendentem. Propterea libro tertio contra Petilianum, ante medium, loquēs de ipso hęretico. Eat nunc, & anhelis pulmonibus ac turgidis faucibus me tanquam dialecticum criminetur, imo non me, sed ipsam dialecticā velut mentiendi artificem in populare iudicium ream deuocet, & in eam quamlibet fragosissimo strepitu aduocati forensis ora distendat. Dicat quicquid vult, & apud imperitos, vt stomachentur docti, illudantur indocti.

Cap. 13. Tom. VII. Cap. 14.
Quid, & vnde dicta Dialectica.
Cap. 2. Tom. eod.
Cap. 13. Tom. I. Quid potest Dialectica.
Cap. 13 Tom. I.
Cap eod. Aug. Dialect. peritus.
Argutiæ dialecticæ.

DICERE. Antequam dicatur quod est dicendum, ad Deum est orandum. Libro quarto de doctrina Christiana, cap. xv. Eloquēs cum iusta & bona & sancta dicit: neque enim alia debet dicere: agat quantum potest cum ista dicit, vt intelligenter, & libēter, vt obedienter audiatur. Et hoc se posse si potuerit, pietate magis orationum, quam oratorum facultate, non dubitet: vt orando pro se, ac pro illis quos est alloquuturus, sit orator antequam dictor. Ipsa hora iam vt dicat accedens, priusquam exerat proferentem linguam, ad Deū leuet animam sitiētem, vt eructet quod biberit, vel quod impleuerit fundat. Cum enim de vnaquaque re quæ secundum delectionem fidémque tradenda sunt, multa sint quæ dicantur, & multi modi quibus dicantur ab eis qui hoc sciunt, quis nouit quid ad præsens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium vi-

det

det? Et quis facit vt quod oportet dicatur à nobis, nisi in cuius manu sunt, & nos, & sermones nostri? Ac per hoc discat quidem omnia quæ docenda sunt, qui & nosse vult & docere, facultatémque dicendi vt decet virum Ecclesiasticum comparet. Ad horam verò ipsius dictionis illud potius bonæ menti cogitet conuenire, quod Dominus ait. Nolite cogitare quomodo & quid loquimini &c. vsque qui loquitur in vobis. Si ergo loquitur in eis spiritussanctus qui persequentibus traduntur pro Christo, cur non & in eis qui tradunt Christum discentibus. Quisquis autem dicit non esse hominibus præcipiendum quid vel quemadmodum doceant, si doctores sanctus efficit spiritus, potest dicere, nec orandum nobis esse quia Dominus ait, Scit pater vester quid vobis necessariũ sit priusquam petatis ab eo. Aut Apostolum Paulum Timotheo & Tito non debuisse præcipere, quid vel quemadmodum præciperẽt aliis. Probat ibidem. An intelligẽdum est, & officia hominum in ipso sancto spiritu largiẽte in docendis etiam ipsis doctoribus non debere cessare: & tamen neque qui plantat esse aliquid, neque qui rigat, sed Deus qui incrementũ dat? Vnde ab ipsis quoque ministris sanctis hominibus, vel etiam sanctis Angelis cooperantibus nemo rectè discit, quæ pertinent ad viuendum cum Deo, nisi fiat à Deo docilis cui dicitur in Psalm. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es. Sicut enim corporis medicamenta quæ hominibus ab hominibus adhibentur, nõ nisi eis prosunt, quibus Dominus operatur salutem, qui & sine illis mederi potest, cum sine ipso illa non prosint, & tamen adhibentur, & si hoc officiosè fiat, inter opera misericordiæ vel beneficentiæ deputatur: ita & adiumenta doctrinæ tunc prosunt animæ adhibita per hominem, cum Deus operatur vt prosint, qui potuit Euangelium dare homini, & non ab hominibus, neque per hominem. Qui ergo dicendo persuadere nititur quod bonum est, nihil horum trium spernens, vt scilicet doceat, vt delectet, & vt flectat, oret atque agat: vt intelligenter, libenter, obedienterque audiatur. Quod cum aptè & conuenienter facit, non immeritò eloquens dici potest, etsi eum non sequatur auditoris assensus.

Docenti non tantum precet, sed & studium necessarium. Mat.10. *Cap.16.* *Psal.142.* *Triplex dicendi genus.*

Concludit hoc circa finem dicti libri. Siue autem apud populum, siue apud quoslibet iam iámque dicturus aliquis, siue quod apud populum dicendum, vel ab eis qui voluerint aut potuerint legendum est dicturus, oret vt sermonẽ bonum Deus det in os eius. Si enim regina orauit Hester, pro suæ gentis temporali salute loquutura apud regem, vt in os eius Deus congruum sermonem daret: quantomagis orare debet, vt tale munus accipiat, qui pro sua omniúmq; æterna salute in verbo & doctrina laborat? Illi verò qui ea dicturi sunt quæ ab aliis acceperunt, & antequam accipiant orent pro eis à quibus accipiunt, vt eis detur quod per eos accipere volunt. Et cum acceperint, orent vt bene & ipsi proferant, & illi ad quos proferunt sumant: & de prospero exitu dictionis eidem gratias agant, à quo id se accepisse non dubitãt, vt qui gloriatur in illo glorietur, in cuius manu sunt, & nos, & sermones nostri.

Cap.30. Necessaria oratio & docenti & discenti.

Antequam dicatur, est præmeditandum. super Psal. xviij. Perpende quod dicturus es, examina, consule interiorem veritatem, & sic profer ad exteriorem auditorem. Sed quis ista plerunque in perturbatione rerum, in occupatione animorum, dum ipsa infirmitas animæ quam aggrauat corpus quod corrumpitur, & audire vult, & dicere: audire intus, dicere foris aliquãdo perturbata studio dicendi, deficit indigentia cognoscendi: & in his dicit aliquid fortè quod dicendum non esset, contra hoc, remedium melius est silẽtium. Stat enim peccator superbus quisquã & inuidus, audit loquentem, captat verba, supponit laqueos, difficile est vt non inueniat aliquid non ita dictũ vt dici debuisset, nec audiendo ignoscit, sed calũniatur inuidendo. Contra hos tales silere oportet. Quid sit dicendum. super Psal. cxiij. Salubria sunt sæpius dicẽda. Dicendũ quod in corde. super Psal. cxxv. Non potest fieri ab homine foris, nisi quod dictum fuerit intus. Custodi os cordis à malo, & innocens eris. Bonum quod scitur, vt sciatur. super Psal. xxxviij. Quid oblitus es seruũ te esse, quem constituit Dominus super familiã suam, dare conseruis cibaria? Quid ergo quæris accipere, quod piger es erogare? Merito quoniã quod acceperas dicere noluisti, impedieris ne accipias quod accipere cupiebas. Aliquid volebas, aliquid habebas: da quod habes, vt merearis accipere quod non habes. Dicẽdũ est quod sit satis. super Psal. cxviij. sermone iiij. Nimis dicitur, quicquid plus fuerit quam oportet. Nã parum & nimium duo sunt cõtraria. parũ est quod minus est quam oportet, & nimiũ est quod plus est q̃ oportet: horũ in medio modus est, quod dicitur, sat est. Vnde non minus est dicendũ. lib. iiij. de doctrina Christiana, cap. ix. Cõmotio animi, quanto magis excitanda est vt nobis assentiat auditor, tantominus in ea diu teneri potest cum fuerit quantum satis est excitata, & ideo cauendum est ne dum volumus altius erigere quod erectum est, etiam inde decidat quò fuerit excitatione perductum. Sed quare in scriptura dicuntur aliqua multipliciter. super Psal. cxl. Ideo multipliciter dicta sunt, vt varietas loquutionis, fastidiũ tolleret veritatis. Subdit tamen ibidẽ. Nõ vbiq; omnia dici, aut possunt, aut debẽt. Quomodo aũt sit dicẽdũ. lib. iiij. de doctrina Christiana. Quoniã inter se habent nonnullam similitudinẽ vescentes atque discentes, propter fastidia plurimorum etiam ipse sine quibus viui non potest alimenta condienda sunt. Dixit ergo quidã eloquẽs, & verũ dixit, ita dicere debere eloquentẽ, vt doceat, vt delectet, & vt flectat. Deinde addit. Dicere necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victoriæ. Horũ triũ quod primo loco positũ est, hoc est docendi necessitas, in rebus est cõstituta quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus. Qui ergo dicit cũ docere vult, quandiu nõ intelligitur, nondũ se existimet dixisse quod

Tom. VIII. *Tom. VIII.* *Cap.11. Tom.III.* *Cap.12.* *Dicentis partes tres.*

vult ei quem vult docere. Quia etsi dixit quod
ipse intelligit,nondum illi dixisse putandus est à
quo intellectus non est. Si verò intellectus est,
quocũque modo dixerit. Quòd si etiã delectare
vult eũ cui dicit,aut flectere:non quocũque mo-
do dixerit faciet,sed interest quomodo dicat vt
faciat.Sicut est aũt vt teneatur ad audiendũ dele
ctãdus auditor:ita flectẽdus vt moueatur ad agẽ
dũ.Et sicut delectatur si suauiter loqueris,ita fle-
ctitur si amet quod polliceris, timeat quod mi-
naris,oderit quod arguis, quod cõmẽdas ample-
ctatur,quod dolendũ exaggeras doleat, cũ quid
lætandũ prædicas gaudeat,misereatur eorũ quos
miserãdos ante oculos dicẽdo constituis, fugiat
eos quos cauẽdo proponis,& quicquid aliud grã
di eloquẽtia fieri potest ad cõmouendos animos
auditorũ,nõ quid agendũ sit vt sciant,sed vt agãt
quod agendũ esse iam sciũt.Si aũt adhuc nesciũt,
prius vtique docendi sunt quã mouẽdi.Et fortas-
se rebus ipsis cognitis ita mouebũtur vt eos nõ o-
pus sit maioribus eloquẽtiæ viribus iam moneri.
Quod tamẽ cũ opus est,faciendũ est. Tunc autẽ
opus est,quando cũ scierint quid agendũ sit, non
agunt,ac per hoc dicere necessitatis est.Possunt
enim homines & agere,& nõ agere quod sciunt.
Flectendi animi dicendo. Quis autẽ dixerit eos non agere debere quod ne
sciunt?Et ideo flectere necessitatis non est, quia
nõ semper opus est,si tantum docenti vel delectã
ti etiã cõsentit auditor.Ideo aũt victoriæ est fle-
ctere,quia fieri potest vt doceatur & delectetur,
& nõ assentiatur.Quid autẽ illa duo proderunt,si
desit hoc tertiũ?Sed neque delectare necessita-
tis est: quandoquidẽ cũ dicendo vera monstrãtur
quod ad officiũ docẽdi pertinet, nõ eloquio agi-
tur,neq; hoc attenditur,vt vel ipsa,vel ipsum de-
lectet eloquiũ,sed per seipsa,quoniã vera sunt,ma
nifesta delectant. Vnde plerunque delectãt etiã
falsa, patefacta, atque cõuicta.Neque enim dele
ctãt,q̃a falsa sunt,sed quia falsa esse verũ est:delẽ
Cap.13. ctat & dictio qua hoc verũ esse demonstratũ est.
Propter autẽ eos quibus fastidientibus nõ placet
veritas,si alio quocũque modo,nisi eo modo di-
catur vt placeat & sermo dicẽtis,datus est in elo
quentia etiã nisi paruus delectationi locus. Quæ
tamẽ adita non sufficit duris,quos nec intellexis-
se,nec docentis eloquutione delectatos esse pro-
fuerit.Quid enim hæc duo cõferunt homini,qui
& confitetur verũ,& collaudat eloquiũ, nec in-
clinat assensum,propter quẽ solũ cũ aliquid sua-
detur rebus quæ dicũtur inuigilat dicentis inten-
tio?Si enim talia docẽtur quæ credere vel nosse
sufficiat,nihil est aliud cõsentire eis, nisi cõfiteri
Genus dicendi graue. vera esse.Cũ verò id docetur quod agẽdũ est, &
ideo docetur vt agatur,frustra persuadetur verũ
esse quod dicitur,si nõ ita dicitur vt agatur.Opor
tet ergo eloquẽtẽ Ecclesiasticũ quãdo suadet a-
liq̃d quod agẽdũ est,nõ solũ docere vt instruat,
& delectare vt teneat,verũ etiã delectare vt vin-
cat.Ille quippe iã remanet ad cõsensionẽ flecten
dus eloquẽtiæ grãditate,in quo nõ egit vsque ad
eius cõsensionẽ demõstrata veritas, adiũcta etiã
Cap.14. suauitate dictionis. Cui suauitati tãtũ operæ im-

A pẽsũ est ab hominibus,vt nõ solũ nõ faciẽda, ve
rũ etiã fugiẽda ac detestãda tot & tãta mala atq;
turpia,quæ malis & turpibus disertissimè per-
suasa sunt,nõ vt eis cõsentiatur, sed sola delecta-
tionis gratia lectitentur. Eodẽ lib.cap.ij. Cum
doctor rerũ debet esse magnarũ,non semper eas
debet granditer dicere,sed summissè cũ aliquid
docetur,tẽperatè cum aliquid vituperatur siue
laudatur.Cum verò aliquid agendũ est,& ad eos
quibus loquimur, qui hoc agere debẽt, nec ta-
mẽ volũt, tũc ea quæ magna sunt, dicenda sunt
granditer, & ad flectendos animos congruẽter.
Et aliquãdo de vna eadémque re magna, & sum
missè dicitur si docetur,& temperate si prædica
tur,& grãditer si auersus inde animus vt cõuerta
tur impellitur. Quæ dicũtur probãda sunt per
scripturas,& pulchre dicẽda.lib.eo.c. ij.Huic q̃
sapiẽter debet dicere, etiã quod nõ põt eloquẽ-
B ter,verba scripturarũ tenere maxime necessariũ
est.Quãto enim se pauperiorẽ cernit in suis,tan-
to eũ oportet in istis esse ditiorẽ:vt quod dixerit
suis verbis,probet ex illis.Et qui propriis verbis
minor erãt,magnorũ testimonio quodammodo
crescat.Probando etenim delectat,qui minus po-
test delectare dicẽdo.Porro qui nõ solũ sapien-
ter,verũ etiã eloquẽter vult dicere,quoniã pro-
fecto plus proderit,si vtrũque potuerit ad legen
dos vel audiẽdos seu exercitatione imitãdos elo
quentes eũ multo libentius,quàm magistris artis
rhetoricæ vacare præcipio: si tamẽ ij qui legun-
tur & audiuntur,nõ solũ eloquenter, sed etiã sa-
piẽter dixisse vel dicere,veraci prædicatiõe lau-
dantur:Qui eloquẽter dicũt,suauiter: qui sapien-
ter, salubriter audiuntur.Propter quod ait scri-
ptura,Multitudo eloquẽtiũ,sed multitudo sapiẽ-
tiũ sanitas est orbis terrarũ.Sicut aũt sæpe sumẽ-
C da sunt & amara salubria, ita semper vitanda est
perniciosa dulcedo.Sed salubri suauitate, vel sua
ui salubritate,quid melius?Quãto enim magis il
lic appetitur suauitas,tanto facilius salubritas p̃-
dest. Sũt ergo Ecclesiastici viri qui Diuina elo-
quẽtia nõ solũ sapiẽter,sed etiã eloquẽter tracta-
uerũt.Quibus legẽdis magis nõ sufficit tempus,
quam prodesse ipsi studẽtibus & vacãtibus pos-
sunt. Tamẽ nõ quod pulchrius,sed q̃d verius est
dicẽdũ.lib.v.cõfessionũ.Nõ debet aliquid verũ
dici,q̃a eloquẽter dicitur:nec eo falsum,q̃a incõ-
posite sonãt signa labiorũ.Rursus nec ideo verũ,
quia incõpositè enũciãtur: nec ideo falsum, quia
splẽdidior sermo est: & proinde esse sapientiam
D & stultitiã,sicut sunt cibi vtiles & inutiles:verbis
aũt ornatis & inornatis,sicut vasis vrbanis & ru-
sticanis vtrosque cibos posse ministrari. Vnde
lib.iiij.de doctrina Christiana.ca.xx.Grãde dicẽ
di genus maximè distat ab isto genere tẽperato,
quod nõ tã verborũ ornatibus acceptũ est,quã vio
lẽtis animi affectibus.Nã capit etia illa ornamẽ-
ta penè oĩa,sed ea si nõ habuit,nõ requirit.Fertur
quippe impetu suo,& eloquutionis pulchritudi-
nem si occurrerit,vi rerũ rapit,nõ cura decore as
sumit.Satis enim est ei propter quod agitur, vt
verba cõgruẽtia nõ oris eligãtur industria,sed pe
ctoris

ctoris sequantur ardorē. Nam si aurato gemmatóque ferro vir fortis armetur, infestissimus pugnæ, agit quidem illis armis quod agit, non quia speciosa, sed quia arma sunt: idem ipse est tamen, & valet plurimū, etiā cum rimanti telum ira facit. A Deo est tamen omne verum quod dicitur. lib. de origine animæ ad Hieronymū. A quocunque verum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa veritas. Sed ipse Deus dici non potest. super Psal. xcix. Cætera dici possunt vtcunque, ille solus est ineffabilis, qui dixit & facta sunt.

Tom.II. Epist.28.

Tom.VIII.

Ideo lib. supputationum, parte iiij. cap. j. Quis digne te laudare potest, ineffabilis virtus & sapientia patris? Et quomodo illa inueniam verba quibus sufficienter te valeam explanare cuncti potens & omniscium verbum? Dicam interim quod valeo, donec iubeas me venire ad te, vt possim dicere quod te decet, & me oportet. Et ideo suppliciter rogo ne tam respicias ad id quod modo dico, quam ad id quod dicere opto. Cupio enim desiderio magno de te loqui, quia oportet & decet: quia te decet laus, te decet hymnus, tibi debetur honor omnis. scis enim occultorū cognitor Deus, quoniā nō solum terra, sed & omnibus quæ in ea sunt, tu mihi es acceptior, tu mihi amabilior. Bonū quod dicitur est faciendum. super Psal. xlviij. Qui nō faciūt quod dicūt, loquuntur quod nō audiūt: qui verò faciūt & sic dicūt, audiūt quod dicunt, & ideo fructuosè dicūt quia audiūt. Qui ergo dictor & nō auditor est, alteri prodest, sibi nō prodest.

Tom.VIII.

DIES. De die naturali quid sit. lib. xj. cōfessionum, circa mediū. Dies totus nocturnis & diurnis horis omnibus xxiiij. expletur. In epistola ad Hesychium Episcopū. Totus dies, totus circuitus solis verius nuncupatur, non ab oriente vsque in occidentem, sed ab oriente, vsque in orientem, vnde toto die peracto. i. xxiiij. horis rursus exoritur. Libr. ij. super Gene. Dies est totus ab oriēte vsque in oriētē solis circumitus: annus verò istius vsitati solis anfractus, nō cū ad orientē, quod quotidie facit, sed cū ad eadē loca syderū redit, quod nō facit nisi peractis trecētis sexaginta quinq; diebus & sex horis, id est, quadrāte totius diei, quæ pars quater ducta, cogit interponi vnum diem, quem Romani bissextū vocāt, vt ad eundē circuitū redeatur. Quādo factus fuit dies. li. iiij. eiusdē. Tūc itaque Deus diem fecit, cū luce, de qua scriptum est. Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: & discernit à tenebris eámque vocauit diem, & tenebras noctē. Aliter dicit ibidem, infra. Tunc Deus diē cōdidit, cū cōdidit solē, cuius præsentia eūdē exhibet diē. Olim dies incipiebat à luce, nūc à tenebris. Nā nox præcedit. lib. j. quæstionū Euāgeliorū. q. vij. In Genesi à lumine incipit dies & finit ad tenebras, ad significandum lapsum hominis. Nunc autem à tenebris ad lucem, sicut dictum est, lumen de tenebris clarescere: quia à peccatis homo liberatus, peruenit ad lumen iustitię.

Tom.I.

Tom.II. Epist.80.

Cap.14. Tom.III.

Tom.IIII.

Libro de quantitate temporis, ante medium. Dies noctibus dignitate, non nouitatis ordine præferuntur. Per diem intelligitur totum tempus naturaliter & moraliter. super Psal. lxx. sermone primo. Tota die salutare tuum, id est, toto tempore. Tota enim dies cum sua nocte est. Nūquid quando dicimus triginta dies, verbi causa, transierunt, dicimus & noctes? Nonne ipso nomine dierum, includimus noctes? In Genesi quid dicebatur? Factum est vespere & mane dies vnus. Ergo dies totus cū sua nocte est. Nox enim diei seruit, non dies nocti. Quicquid facis in carne mortali, iustitiæ debet seruire. Quicquid facis ex præcepto Dei, non propter emolumenta carnis fiat, ne dies seruiat nocti. Ergo tota die laudem dixit, & in prosperis, tanquam tempore diurno: & in aduersis tanquam tempore nocturno: tota tamē die laudē Dei. Sex dies primi creationis rerum, exponūtur de ætatibus hominis & mundi. Lib. primo de Gene. cōtra Manichæum. Primordia generis humani, in quibus ista luce frui cœpit, bene cōparātur primo diei quo Deus lucem fecit. Hæc ætas tanquam infantia deputāda est ipsius vniuersi sæculi, quod tanquam vnum hominē proportione magnitudinis suæ cogitare debemus: quia vnusquisque homo cū primum nascitur, primam ætatem agit in infantia. Hæc protenditur ab Adā vsque ad Noe generationibus decē. Quasi vespera huius diei fit in diluuium: quia & infantia nostra tanquam obliuionis diluuio deletur. Incipit mane secūdi diei à tēporibus Noe secunda ætas tanquam pueritia, & tenditur hæc ætas vsque ad Abraham aliis generationibus decē. Et bene cōparatur secūdo diei quo factum est firmamentum inter aquam & aquam, quia & arca in qua erat Noe cū filiis suis, firmamentum erat inter aquas inferiores in quibus natabat, & superiores quibus compluebātur. Hæc ætas in diluuio non deletur, quia & pueritia nostra non obliuione tergitur de memoria. Meminimus enim nos pueros fuisse, infantes non meminimus. Huius vespera est confusio linguarū, in eis qui turrim ædificabāt, & fit mane ab Abrahā. Sed nec ista ætas secūda generauit populum Dei. quia nec pueritia aptà ad est generādū. Incipit ergo mane tertij diei ab Abraham, & succedit tertia ætas similis adolescentiæ. Et bene cōparatur diei tertio, quo ab aquis terra separata est. Ab omnibus enim generibus quorū error instabilis, & vanis† simulachrorū doctrinis tanquā ventis omnibus mobilis, bene significatur maris nomine. Ab hac ergo gentium vanitate, & huius sæculi fluctibus separatus est populus Dei per Abraham, tanquam terra cum apparuerit arida, id est, populus sitiens imbrem cœlestem Diuinorū mandatorum: qui populus vnum Deum colēdo, tanquam irrigata terra, vt fructus vtiles posset afferre, sanctas scripturas & prophetias accepit. Hæc enim ætas iā potuit generare populū Deo, quia etiam tertia ætas, id est, adolescentia iam filios habere potest, & ideo ad Abraham dictum est, Patrem multarum gentium posui te, & ponā te in gentes, & reges ex te erunt, & ponam testamentum meum inter me & semen tuum post te,

Tom. VIII.

Cap.23. Tom.I.

Prima ætas & primus dies.

ij. ætas.

iij. ætas.

† Aliàs, variis

in generationes eorum in testamentum æternũ: vt sim tibi Deus & semini tuo post te:& dabo tibi & semini tuo post te terram in qua habitas, omnem terram Chanaan in possessionem æternã,& ero illis Deus. Hæc ætas porrigitur ab Abraham vsque ad Dauid quatuordecim generationibus. Huius vespera est in peccatis populi, quibus Diuina mandata præteribant, vsque ad malitiã regis pessimi Saulis. Deinde fit mane regnũ

iiij Dauid. Hæc ætas similis est iuuentuti. Et reuera inter omnes ætates regnat iuuentus, & ipsa est firmamentum & ornamentum omnium ætatũ: vnde comparatur quarto diei, quo facta sunt sydera in firmamento cœli. Splendor siquidem solis, regis significat excellentiam. Plebem obtemperantem regi lunæ splendor ostendit, tanquam synagogam ipsam, & stellæ principes eius, & omnia fundata in regni stabilitate tanquam in firmamento. Huius quasi vespera est in peccatis regum, quibus illa gens meruit captiuari atque ser-

v. uire. Fit mane transmigratio in Babylone, cum in ea captiuitate populus leniter, & in peregrino otio collocatus est. Et porrigitur hæc ætas vsque ad aduentum Domini nostri Iesu Christi, id est, quinta ætas, secundum quam est declinatio à iuuentute in senectutem. Nondum quidem senectus, sed iam non iuuentus: quæ senioris ætas est, quam Græci πρεσβύτης vocant. Nam senex apud eos, non πρεσβύτης sed γέρων dicitur. Et reuera sic ista ætas à regni robore inclinata & fracta est in populo Iudæorum, quemadmodum homo à iuuentute fit senior. Et bene comparatur illa ætas diei quinto, quo facta sunt animalia in aquis, & volatilia cœli, postquam illi homines inter gentes tanquam in mari esse cœperunt, & habere incertam sedem & instabilem sicut aues volantes. Sed planè ibi erant etiam ceti magni, id est, illi homines qui magis dominari fluctibus sæculi, quam seruire in illa captiuitate voluerunt. Non

† Aliàs, terrore. enim ad cultum idolorum aliquo errore† deprauati sunt. Vbi sane animaduertendum est, quod benedixit Deus, illa animalia dicens. Crescite & multiplicamini &c. Quia reuera gens Iudæorũ, ex quo dispersa est per gentes, valde multiplicata est. Huius diei, hoc est huius ætatis quasi vespera, est multiplicatio peccatorum in populo Iudæorum, quia sic excæcati sunt, vt etiã Dominũ nostrum Iesum Christum non possent cognosce-

vj. re. Mane sexti diei prædicatio Euãgelij per Christum finitur dies quintus: incipit sextus, in quo senectus veteris hominis apparet. Hac enim ætate vehementer attritum est illud regnum, quando templum deiectum & sacrificia cessauerunt: & tunc gens illa quantum ad vires regni, quasi extremã vitã trahit. In hac tamen ætate, tanquam in veteris hominis senectute, nascitur homo nouus, qui spiritualiter viuit. Sexto enim die dictũ est, producat terra animam viuam. Nam quinto die dictũ erat: producant aquæ nõ animã viuẽtẽ, sed animarum viuarum reptilia, quoniã corpora sunt reptilia & adhuc corporali circũcisione & sacrificiis tanquã in mari gentiũ populus ille legi

A seruiebat. Istã verò animã viuã dicit, qua vita iã incipit æterna desiderari. Serpẽtes verò & pecora quæ terra producit, gẽtes significãt Euãgelio stabiliter credituras: de quibus Petro dicitur. Macta & manduca: Et cum illa immunda diceret, audiuit. Quæ, Deus mundauit, tu immũda ne dixeris. Tunc fit homo ad imaginẽ & similitudinem Dei. sicut in sexta ętate nascitur in carne Christus de quo dicitur. Et homo est, & quis cognoscit eũ? Et sicut in illa die masculus & fœmina, sic in ista ætate Christus & Ecclesia. In illa die pręponitur homo pecoribus, serpẽtibus, & volatilibus cœli: Et in hac ætate Christus regit animas obtemperantes sibi. Quæ partim de Iudæis, partim de gentibus venerunt vt ab eo domarentur atque mãsuescerẽt homines, qui vel carnali cõcupiscẽtiæ sunt dediti, sicut pecora, vel tenebrosa curiositate obtenebrati, quasi serpẽtes, vel quasi aues super-

B bia elati. Et sicut in illa die pascitur homo & animalia quæ cũ ipso sunt herbis seminalibus, & lignis fructiferis, & viridibus herbis: in ista quoq; ætate spiritualis homo quicũque bonus est minister Christi, & eũ quantũ imitatur, cũ ipso populo spiritualiter pascitur scripturæ alimẽtis, & Diuina lege: partim ad cõcipiendã fœcunditatẽ rationũ atque sermonũ, tanquam herbis seminalibus: partim ad vtilitatem morum humanæ cõuersationis, tanquã lignis fructiferis: partim ad vigorem† fidei, spei, & charitatis in vitã æternã: tãquã herbis viridibus. i. vigẽtibus, quæ nullo æstu tribulationis arescãt. Sed spiritualis homo sic istis alimẽtis pascitur, vt multa intelligat: carnalis autẽ, i. paruulus in Christo tanquã pecus Dei, vt multa credat, & si modo nõ intelligat, eosdẽ tamẽ cibos oẽs habent. Huius ætatis vespera est, de qua Dominus dicit. Putas veniẽs filius hominis, inueniet

C fidẽ super terrã? post illã vesperã fiet mane, cum Christus veniet in claritate, tũc requiescẽt cum Luca Christo ab omnibus operibus suis ij, quibus dicitur. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Hi enim faciunt opera bona valde, post quæ requiescent in die septimo qui non ha- Matth. bet vesperam. Si autẽ aliquẽ mouet quod in istis ætatibus sęculi, duas ætates primas denis generationibus aduertimus explicari, tres autẽ sequẽtes, singulæ quatuordecim generationibus cõtexuntur. Sexta verò ista in illo generationũ numero definita est. Facile est videre etiã in vnoquoque homine duas primas ætates, infantiã & pueritiã, corporeis sensibus inhærere. Qui sensus quinque

D sunt, visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus. Quinarius aũt numerus duplicatus, quoniã duplex est sexus humanus, vnde generationes tales existũt. Masculinus & fœmininus, quinarius ergo (vt dixi) duplicatus, denariũ numerũ facit. Ia verò ab adolescẽtia, & deinceps vbi iã ratio incipit in homine præualere, accidit quibus sensibus cognitio & actio, quibus vita regitur & administratur, vt iã septenarius numerus esse incipiat: qui similiter duplicatus propter duplicẽ sexũ, in quatuordecim generationibus eminet & apparet, quas habẽt tres ætates cõsequẽtes, tãquã adolescẽtis,

& iuu'

& iuuenis,& senioris. Senectutis verò ætas, sicut in nobis nullo statuto annorũ tẽpore definitur, sed post quinque illas ætates quantũ quisque vixerit, senectuti deputatur, sic & in ista ætate sæculi nõ apparẽt generationes, vt etiã occultus sit vltimus dies, quem vtiliter Dominus latere oportere mõstrauit. Exponũtur etiã moraliter de virtutibus. ibidẽ. Habet vnusquisque nostrũ in bonis operibus & recta vita tanquã distinctos istos sex dies, post quos debeat quietẽ sperare. Primo die lucẽ fidei, quando prius inuisibilibus credit, propter quam fidẽ Dominus visibiliter apparere dignatus est. Secũdo die tanquã firmamentũ disciplinæ, quo discernit inter carnalia & spiritualia, sicut inter aquas inferiores & superiores. Tertio die quo mentẽ suam ad ferendos bonorũ operũ fructus, separata à labe & fluctibus tẽtationum carnaliũ, tanquam aridã terrã à perturbationibus maris secernit vt iam possit dicere, Mente seruio legi Dei, carne autẽ legi peccati. Quarto die quo iam in illo firmamẽto disciplinæ spirituales intelligẽtias operatur atque distinguit, videt q̃d sit incõmutabilis veritas, quæ tanquã sol fulget in anima: & quemadmodũ anima ipsius veritatis particeps fiat, & corpori ordinẽ & pulchritudinẽ præstet, tãquam luna illuminãs noctẽ: & quẽadmodum stellæ omnes scilicet intelligẽtiæ spũales in huius vitæ obscuritate tanquam in nocte micent & fulgeãt. Quarũ rerũ notitia fortior effectus incipiat, quinto die in actionibus turbulẽtissimi sæculi, tanquã in aquis maris operari, ꝓpter vtilitatẽ fraternę societatis: & de corporalibus actionibus quæ ad ipsum mare pertinẽt. i. ad hanc vitã producere animarũ viuarũ reptilia. i. opera quę prosint animis viuis: & cetos magnos. i. fortissimas actiones, quibus fluctus sæculi dirũpuntur & cõterũtur, & volatilia cœli. i. voces cœlestia prædicantes. Sexto die producat de terra animam viuã. i. de ipsa stabilitate mentis suæ vbi spirituales habet fructus. i. bonas cogitationes, motus omnes sui animi regat: vt sit in illo anima viua. i. rationi & iustitiæ seruiens, non temeritati atque peccato. Ita fiet homo ad imaginẽ & similitudinem Dei, masculus & fœmina. i. intellectus & actio, quorũ copulatione spiritualis fœtus terrã impleat. i. carnẽ subiiciat. In istis autem tanquã diebus vespera est, in ipsa perfectione singulorũ operũ, & mane inchoatione sequentiũ. Post istorũ quasi sex dierũ opera bona valde, speret etiã homo quietẽ perpetuã, & intelligat quid sit, Requieuit Deus septima die ab omnibus operibus suis: quia & ipse in nobis hæc bona operatur, qui vt operemur iubet. Et rectè ipse quiescere dicitur, quia post hæc omnia requiem nobis ipse præstabit. Inter hos dies septimus est sanctior. super Ioannem, Tract. cxxij. In die septimo primùm in lege sonuit sanctificatio. Non enim sanctificauit Deus diẽ primum in quo fecit lucẽ, aut secundũ in quo firmamentũ, aut tertium in quo discreuit mare à terra, & terra herbam lignúmque produxit, aut quartũ in quo sydera sunt creata, aut quintum in quo animalia quæ in aquis

[Margin notes, left column: Cap.15. Tom. eod. Altior septẽ dierum allegoria. — i. — ij. — iij. — iiij. — v. — vj. — Tom.IX.]

A viuunt, & in aere volitant: aut sextũ in quo terrestris anima viua & ipse homo, sed sanctificauit diem septimũ, in quo requieuit ab omnibus operibus: quia septenario numero significatur Spiritus sanctus, ad quem sanctitas vel sanctificatio proprie pertinet. Lib. iiij. super Gene. Ipse Deus nec cũ creauit defessus, nec cũ cessauit refectus est: sed nos voluit per scripturã suã ad quietis exhortari desiderium, intimando nobis eum diẽ se sanctificasse, in quo quieuit ab omnibus operibus suis. Nã nusquam omniũ sex dierum quibus creata sunt omnia, legitur aliquid sanctificasse, nec ante ipsos sex dies vbi scriptum est, In principio creauit Deus cœlum & terram, additum est: & B sanctificauit: sed diẽ istum in quo requieuit, sanctificare voluit, tanquam & apud ipsum qui nihil in opere suo laborat, plus quies quã operatio valeat. Hoc quidem in hominibus Euangelium nobis intimat, vbi saluator noster meliorẽ partem dicit Mariæ, quod sedens ad pedes eius requiescebat in verbo eius, quam Marthæ, quãuis propter obsequiũ, quo ei ministrabat, circa multa occupatæ, & licet bonum opus operantis. Et infra subdit. Quia vitiũ est & infirmitas animæ, ita suis operibus delectari, vt potius in ipsis quam in se, requiescat ab eis: Cum proculdubio melius aliquid in ea sit quo ea facta sunt, quam ea quæ facta sunt: insinuantur nobis per hãc scripturã qua dicitur requieuisse ab omnibus operibus suis quę fecit, nullo opere suo sic delectatus, quasi faciẽdi C eius eguerit, vel minor futurus nisi fecisset, vel beatior cũ fecisset. Quia enim ex illo ita est quicquid ex illo est, vt ei debeat quod est, ipse autem nulli quod ex ipso est debeat quod beatus est, se rebus quas fecit diligendo præposuit: non sanctificauit diẽ quo ea facienda inchoauit, nec eũ quo illa perfecit, ne illis vel faciendis vel factis auctũ eius gaudium videretur: sed eum quo ab ipsis in seipso requieuit. Et ipse quidẽ nunquã caruit ista requie, sed nobis eã per diẽ septimum ostendit: hinc etiã significãs, non percipi requiem istam, nisi à perfectis, cum ad eam intimandã nõ deputauit diẽ, nisi qui perfectionẽ rerum omnium sequebatur. Nã qui semper est quietus, tunc nobis requieuit, cum se requieuisse mõstrauit. Et infra. Requiescere in nobis nõ dicitur, nisi cũ in se requiem præstat & nobis. Requies igitur Dei, rectè intelligẽtibus ea est, qua nullius indiget bo- D no: & ideo certa & nobis in illo est, quia & nos beatificauit bono quod ipse est, non ipso bono quod nos sumus. Nã & nos aliquod bonũ ab illo sumus, qui fecit omnia bona valde, in quibus fecit & nos. Porro alia res bona præter ipsum nulla est quam ipse non fecit, ac per hoc nullo alio pręter se bono eget, qui bono quod fecit nõ eget: hæc est requies eius ab omnibus operibus eius quæ fecit. Quibus autem bonis laudabiliter non egeret, si nulla fecisset? Nam etiã sic dici posset, nullis egens bonis, non à factis in seipso requiescendo, verum omnino nulla faciendo. Sed bona facere si non posset, nulla esset potentia. Si autem posset nec faceret, magna esset inuidentia.

[Margin notes, right column: Cap.14. Tom.III. — Cap.15. — Cap.16.]

Quia ergo est omnipotens & bonus, omnia valde bona fecit: quia verò seipso bono perfectus beatus est, à bonis quæ fecit in seipso requieuit, ea.s. requie à qua nunquam recessit. Sed si diceretur requieuisse à faciendis, nihil aliud quam non fecisse intelligeretur: vbi autẽ diceretur requieuisse à factis, non eis egere quæ fecit, minus cõmendaretur. Quo itaque die hoc commendari oportuisse, nisi septimo, intelligit quisquis senarij numerum perfectionem colligit. Si enim senario numero perficienda fuerat creatura, sicuti perfecta est, requies Dei erat nobis in hoc die cõmendanda quæ sequitur sextum: quo alliceremur ad hanc requiem concupiscẽdam, vt & nos in illo requiescamus. Neq; enim similitudo pia est, si velimus ita similes Deo esse, vt per nos ab operibus nostris requiescamus in nobis, sicut ipse requieuit in se ab operibus suis: in quodam quippe incõmutabili bono quiescere debemus, quod ille nobis est, qui nos fecit: Hæc erit igitur summa, minimúmque superba, & verè pia requies nostra: vt sicutipse reqeuit ab operibus suis, quia nõ ei opera sua, sed ipse sibi bonum est quo beatus est: ita & nos ab omnibus operibus, non tantum nostris, verumetiam ipsius, non nisi in illo reqeturos nos esse speremus, ídque desideremus post bona opera nostra, quæ in nobis agnoscimus illius potius esse, quam nostra: vt etiam sic post bona opera sua requiescat in nobis, cum post bona opera quæ ab illo iustificati fecerimus, in se nobis requiem præstat. Magnum enim est nobis ab illo extitisse, sed maius erit in illo requieuisse. Sicut ipse non ideo beatus est quia hæc fecit, sed quia etiam factis non egens, in se potius quam in ipsis requieuit: vnde non operis, sed quietis diẽ sanctificauit, quia non hæc faciendo, sed eis quæ fecit non egendo, se beatum intimauit.

Hominum quies in Deo.

De fatali die propter Christi natiuitatem. in sermone ij. de purificatione virginis. Audistis fratres charissimi, quod Dominus noster Iesus Christus qui erat apud patrem antequam natus esset ex matre, non solum virginẽ de qua nasceretur, sed diẽ in quo nasceretur elegit. Errantes homines plerunque eligunt dies: Alius nouellandi, alius ædificandi, alius proficiscendi, & aliquando etiam alius vxorem ducendi, quod cum facit, ideo facit, vt aliqd natum fœliciter nutriatur. Nemo tamen potest eligere diem quo ipse nascatur: Sed ille potuit vtrunque eligere, qui vtrunque potuit & creare. Nec ita elegit diem sicut eligunt, qui fata hominum inaniter in syderum dispositione suspẽdũt: non enim per diem fœlix factus est, quo est natus, sed fœlicem fecit diem quo nasci est ipse dignatus. Nam & dies natiuitatis eius habet mysterium lucis eius, sicut dicit Apostolus. Nox præcessit &c. Agnoscamus ergo diem, & simus dies. Nox enim eramus cum in infidelitate viueremus. Et quoniam ipsa infidelitas, qua totum vice noctis obtexerat, minuenda erat fide crescente, ideo die natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & nox incipit perpeti detrimentum, dies sumere augmentum. De festo ad quem Christus ascendit. Libro secundo quæstionum veteris & noui testamenti. q. lxxiiij. Nõ ascendit Christus ad diem festũ. Saluatoris enim ille fuit dies festus, quo passione sua redemit mundũ: hic dies festus eius est, quo vicit mortem. De die verò vltimo iudicij, super Psalm. xxxix. sermone primo. Nouissimus dies terribiliter venturus auditur eis, qui securi esse bene viuendo nolũt, & male viuere diu volunt. Vtiliter autem Deus latere voluit illum diem, vt semper sit paratum cor ad expectandum quod esse venturum scit, & quando venturum sit, nescit. Super Psal. cxlvij. Territi sumus de die nouissimo. Terror ille securitatem parturit. Territi enim præcauemus, præcauentes securi erimus. Quomodo præpostera securitas in terrores impellit, ita ordinata sollicitudo securitatem parit. Simile est de die mortis. super Psal. cxliiij. Non modo sic est longanimis Deus in sustinendo, vt nunquam sit iustus in iudicando. Distribuit enim tempora. Vocat te nunc & exhortatur, te expectat donec facias, & tu tardas. Magna est eius misericordia in hoc quod diem vitæ tibi incertũ fecit, vt nescias quando hinc emigrabis: & cum quotidie speras, te aliquando conuertas. Et in hoc magna eius misericordia. Cæterùm si statuisset diem, omnibus faceret abundare peccata de securitate. Dedit ergo spem veniæ, ne desperando amplius pecces, & spes & desperatio timenda est in peccatis.

Dies vitæ nostræ sunt instabiles. super Psalm. xxxviij. Isti dies tardi non sunt. Ante abeunt penè quam veniant, & cum venerint stare non possunt, vrgent se, sequuntur se, & non se tenent. Nihil de præterito reuocatur, quod futurum est transiturum expectatur. Non habetur dum non venit, non tenebitur dum venerit. Sunt etiam dies mali. lib. 50. Homil. Dies isti quantum pertinet ad spatia horarum, ordinati dicuntur: vices suas agunt. Oritur sol & occidit: veniunt tempora, transeunt tempora. Cui molesta sunt tempora, si homines sibi molesti non essent? Dies malos duæ res faciunt, miseria & malitia hominũ. Sed miseria omnium communis est, non debet malitia esse communis. Ibidem. Dies malos dicimus, quousque finiatur pœna mortalitatis, & succedat grata summæ fœlicitatis. Dies boni non sunt hic, sed in gloria. eodem libro, homi. prima. Dies præsentis seculi boni dicuntur, & nõ sunt. In sepultura cordis per epularum aggeres, in luxu ac vinolentiæ gurgitibus, in turpissimis ingluuium voluptatibus. Si ergo propter istos dies, quasi propter bonos dies, suscepimus præceptum, vt labia nostra non loquantur dolum, plerunque dies tales negantur eis qui non loquuntur dolum. Et ideo adulatores vt eis exhibeantur, loquuntur dolum: & eis negantur si non loquuntur dolum. Alij ergo sunt dies boni quibus admonemur, vt si eos videre diligimus, cohibeamus à malo linguam nostram, nec dolum loquamur. Non sunt de isto sæculo, non eos habet cœlum quod transiet, sed quod permanebit, non eos nouit terra morientium, sed terra viuentiũ. Hos

quisquis

quisquis intellexerit & dilexerit, linguā à malo cohibet: & si iam terror mortis cogat ad malū, labia eius non loquuntur dolum: & si diebus fallaciter bonis inuitetur ad dolum, declinat à malo: etiam inter bona facit bonum, etiam inter mala quærit pacem quæ non est super terram, & sequitur eam in illo qui fecit cœlum & terram. Proinde fratres concupiscite vitam, & diligite: videte dies bonos vbi nulla nox erit, vitam in qua dies malus non timeatur, dies bonos in quibus nunquam finiatur. Sed si hanc mercedem diligitis, cauete ne opus, cuius ea merces est, recusetis. Illam enim pacem quærendo sequimini, quæretis autem manibus vestris nocte coram Deo & non decipiemini. Quid hoc autem, nisi etiam in tribulatione quod est coram Deo, nisi in conscientiæ puritate? Sic viuendo, & hoc amando habetis Deum in contemplatione, & in illo vitam sine defectione, dies bonos sine contenebratione, pacem sine dissentione. Libro de verbis Apostoli, sermone xxiiij. Ex quo lapsus est Adam, & de Paradiso expulsus, nunquam fuerunt nisi dies mali. Istos pueros qui nascuntur interrogemus, quare à ploratu incipiunt, qui & ridere possunt. Nascitur, & statim plorat: post nescio quot dies ridet. Quando plorabat nascens, Propheta suæ calamitatis erat: lachrymæ enim testes sunt miseriæ. Nondum loquitur & iam prophetat, in labore se futurum, vel in timore, & si bene vixerit, & si iustus fuerit, in mediis positus tentationibus semper timebit. Quid ait Apostolus? Omnes qui piè volunt viuere in Christo, persequutiones patiuntur. Ecce quia dies mali sunt, sine persequutione boni hîc viuere non possunt. Qui inter malos viuunt, persequutionem patiuntur. Omnes mali persequuntur bonos, non ferro & lapidibus, sed vita & moribus. Nunquid aliquis sanctū Loth persequebatur in Sodomis? Nemo illi molestus erat, & tamen inter impios viuebat, & inter immundos, superbos, blasphemos persequutionem patiebatur: non vapulando, sed malos videndo. Quisquis me audis, & nondum piè viuis in Christo, incipe piè viuere in Christo: & probabis quod dico. Denique cum commemoraret Apostolus pericula sua, periculum, inquit, in mari, periculū in fluminibus, periculū in deserto, periculum, in latro. periculum in falsis fratribus. Cætera pericula quiescere possunt: pericula à falsis fratribus quiescere vsque ad consummationem sæculi non nouerunt. Ergo redimamus tempus quoniam dies mali sunt. Diffusius mala dierum huius vitæ ponit, libro primo de verbis Domini, sermone xvij. Videndum & cōsiderandum est, quemadmodum amanda sit æterna vita: quoniam sic amatur misera ista, & quandoque finienda vita. Considerate fratres quantum amanda sit vita, vbi nunquam finias vitam. Amas ergo istam vitam, vbi tantum laboras, curris, satagis, anhelas, & vix enumerantur quæ necessaria sunt terrenæ vitæ. Seminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & post hæc omnia finire habes vitam. Ecce quæ pateris in misera ista quam diligis vita, & putas te semper victurum & nunquam moriturum. Templa, saxa, marmora, ferro plumbóque consolidata, & tamen cadunt: & homo nunquam putat se moriturum. Discite ergo fratres quærere æternam vitam, vbi ista non tolerabitis, sed inæternum cum Deo regnabitis. Qui enim vult vitam, sicut dicit Propheta, diligit dies videre bonos. Nam in diebus malis mors potius optatur quam vita. Nonne audiuimus & vidimus homines in aliquibus tribulatiōibus & angustiis, afflictionibus & ægritudinibus dū sunt cōstituti, & viderīt se laborare, nihil aliud dicere Deo nisi, Mitte mihi mortē: accelera dies meos. Et aliquando venit ægritudo, curritur, adducūtur medici, solidi & munera promittuntur. Dicit tibi ipsa mors. Ecce adsum, quam paulo ante à Domino petebas, quid me modo fugere vis? Inueni te falsatorem, & miseræ vitæ amatorem. De his autem diebus quos agimus, Apostolus ait. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Non sunt ergo mali dies quos agimus in corruptela huius carnis, in tanta vel sub tanta sarcina corruptibilis corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, vbi falsa voluptas, nulla securitas gaudij, timor torquens, cupiditas auida, tristitia arida. Ecce quam malos dies. Et nemo vult finire eos, multúmque hîc rogant homines Deum, vt diu viuant. Quid est autem diu viuere, nisi diu torqueri? Quid est aliud diu viuere, quam malos dies malis diebus addere? Et cum crescunt pueri, quasi accedunt illis dies, & nesciunt quia minuuntur, & ipsa falsa est computatio. Crescentibus enim, decedunt dies potius, quam accedant. Constitue alicui homini nato, verbi gratia, octoginta annos: quicquid viuit, de summa minuit: & inepti homines gratulantur plurimis natalitiis, tam suis, quam filiorum suorum. O virum prudentem. Si tibi vinum minuatur in vtre, tristaris: dies perdis & gaudes. Mali sunt dies, & eo peiores, quia diliguntur. Sic blanditur hîc mundus, vt nemo velit finire ærumnosam vitam. Vera enim vita beata est. Hæc est cum resurgemus, & cum Christo conregnabimus. Nam & impij resurrecturi sunt, sed in ignem ituri. Vita itaque non est nisi beata. Et beata vita esse nō potest, nisi æterna: vbi sunt dies boni, nec multi, sed vnus. Ex consuetudine huius vitæ appellantur dies. Dies ille nescit ortum, nescit occasum. Illi diei non succedit crastinus, quia non eum præcedit hesternus. Hūc diem vel hos dies & hanc vitam & veram vitam in promissis habemus. Alicuius ergo operis merces est. Si enim mercedem amamus, in opere non deficiamus, & inæternum cum Christo regnabimus.

Lib. iij. eiusdem, sermone ij. Nolite quærere in hoc sæculo vitā & dies bonos, vbi esse nō possunt. Nonne vita ipsa morti similis est? Dies autem

Marginalia: Tom. eod. — 2. Tim. 3. — Falsi fratres molestiā perpetuo in hac vita. — 2. Cor. 11. — Tom. eod. Molestiæ præsentis vitæ. — Psal. 33. — Eph. 5. — Tom. eod.

ipsi properantes transeunt: quia hodiernus dies A hesternũ exclusit:crastinus ideo nascitur, vt excludat hodiernum:ipsi dies non stant,tu quare cũ illis vis stare? Quærite ergo vitam, quærite dies bonos,sed vbi possunt inueniri,ibi quærantur.

Tom.IX. Super Ioannem,sermone xliiij. Dies iste, qui circuitu solis impletur,paucas habet horas: dies præsentiæ Christi,vsque in cõsummationem sæculi extenditur. Ideo super Psal. lxxxiij. Melior est dies vna in atriis tuis super millia. Millia dierum desiderant homines,& multum hîc volũt viuere. Contemnant millia dierũ,desiderent vnum diem qui non habet ortũ & occasum: Vnũ diem sempiternum, cui non cedit hesternus, quem non vrget crastinus. Ipse vnus dies desideretur à nobis,& à millibus dierũ ad vnum diẽ eamus. Lib. iij. de libero arbitrio circa finem. Tãta est pulchritudo iustitiæ,tanta est iucunditas lu*Cap.25. Tom.I.* cis æternæ,hoc est, incommutabilis veritatis atque sapientiæ,vt etiam si non liceret amplius in ea manere quam vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni deliciis & circunfluentia temporalium bonorum,rectè meritòque contemnerentur. Non enim falso paruo affectum dictum est,Melior est dies vna *Psal.83.* in atriis tuis super millia. Quanquam & in alio sensu posit intelligi,vt millia dierum in temporis mutabilitate intelligantur: vnius autem diei nomine, æternitas vocetur. Vnde de diebus, *Tom.I.* siue de die gloriæ. libro cõtra quinque genera hęresum. Apud Deum nunquam crastinus dies est, nunquam hesternus:non succedentibus ac decedentibus diebus transigitur mensis: horæ non mutantur,non variantur momenta, vbi dies nec termino concluditur, nec fine coarctatur. In tractatu de auaritia & luxuria. Dies illi sine fine, dicti sunt dies,& dictus est dies. Ait enim quidã, Vt habitem in domo Domini in longitudinem dierum,cũ de illis diebus diceret. Et dies dictus est,vt,Ego hodie genui te. Et illi dies,vnus dies: quia iam nec tempus dies ille, nec ab hesterno præciditur,nec crastino excluditur. Super Psal. *In Psal.87. Tom.VIII.* sermone primo circa fi. Dies terræ succedentibus vrgentur, præcedentibus excluduntur: nec qui succedunt manent,veniunt vt eant, & penè antequam veniant,eunt. Ita sunt dies terræ. Dies autem illi & illi anni non deficientes, nec initiũ habent,nec terminum: nec vllus ibi dies angustatur hesterno & crastino. Nemo ibi expectat futurum,nemo perdit præteritum. Sed dies cœli semper præsentes sunt,vbi est thronus Dei in æ*Tom.VIII.* ternum. Super Psal. octogesimum nonum. Dies ille, dies sine fine. Simul sunt omnes illi dies,ideo faciant. Non enim succedentibus cedunt,vbi non est aliquid quod non veniendo nõdum fit,& veniendo iam non fit. Omnes simul sunt,quia vnus est qui stat & non transit:ipsa est æternitas. Hi sunt dies de quibus dicitur. Quis *Psal.33. Cap.25. Tom.IX.* est homo qui vult vitam,diligit dies videre bonos? Vnde libro soliloquiorum ad Deum. O quando veniam & apparebo Domine ante faciẽ tuam. Putásne videbo diem illum,diem iucunditatis & lætitiæ,diem quam fecit Dominus vt exultemus & lætemur in ea? O dies præclara nesciens vesperum,non habens occasum, in qua audiam vocem laudis,vocem exultationis & confessionis, cum dicetur. Intra in gaudium Domini tui. In gaudium sempiternum,in domum Domini Dei tui, vbi sunt magna & inscrutabilia quorum non est numerus. Intra in gaudium sine tristitia,quod continet æternam lætitiam, vbi erit omne bonum,& nõ erit aliquod malũ:vbi erit quicquid voles,vbi erit vita vitalis, dulcis & amabilis,sempérque memorialis.

DIFFERENTIA. Libro xx. contra Faustum. Per multas differẽtias,aliter atque aliter res quoque diuidi solent: B vt quod in hac erat parte,per alias differentias in alia parte inueniatur,vbi ante non erat:velut verbi gratia. Si quis omnem carnem diuidat in volatilia,& ea quæ volare non possunt:per hanc differentiam quadrupedia hominibus sunt similiora quam auibus,pariter enim volare non possunt. Rursus si quis per aliam differentiam diuidat, vt dicat alia esse rationalia, alia irrationalia: iam quadrupedes auibus sunt similiores quam hominibus,pariter enim sunt rationis expertes. In cœlo est differentia sine discordia. Libro de sancta virginitate. Cum erit Dominus omnia in omnibus,qui minus habebunt non abhorrebunt: vbi enim nulla est inuidẽtia,cõcors est differẽtia.

DIFFICVLTAS. Operandi difficultas inest nobis naturaliter propter culpam. C Libro de vera innocentia,capit. ccclxxxiij. Omni peccanti animæ duo sunt pœnalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia deprauat error,ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris vt erret inuitus,& resistendo repugnationi carnalis vinculi non posse ab illicitis operibus temperare, non est natura instituti hominis sed pœna damnati.

Est tamen nobis difficultas vtilis. super Psal. sextum. Significatur anima luctans cum morbis suis: diu autem dilata à medico, vt ei persuadeatur in quæ mala se peccando præcipitauerit. Quod enim facilè sanatur, non multum cauetur. Ex difficultate autem sanationis, erit diligentior custodia receptæ sanitatis. Non ergo tanquam crudelis existimandus est Deus, D sed tanquam persuasor animæ, vt videat quid mali sibi ipsa pepererit:simul etiã vt illud agnoscat,quanta pœna impiis præparetur qui se nolunt conuertere ad Deum, si tantam difficultatem conuertẽtes patiuntur. Agitur attentius quod est difficilius. Libro sexto musicæ,capitulo quarto. In omnibus operibus nostris tanto attentius, quanto difficilius operamur.

Difficultatem amor non patitur. super Psalmum. Quicquid difficile est in præcepto, leue est amanti: nec ob aliud rectè intelligitur, Onus meum leue:nisi quia dat Spiritũ sanctum, per quẽ diffunditur charitas in cordibus nostris,

vt amando

vt amãdo liberaliter faciamus, quod timẽdo qui facit, seruiliter facit. Nec est amicus recti quãdo mallet, si fieri posset, id quod rectũ est nõ iuberi.

Tom. IIII. DIGITVS. Est Spiritus sanctus. lib. de essẽtia Diuinitatis Dei. Digitus dei, est Spiritus sanctus, à quo lex in duabus tabulis lapideis in monte Sina scripta est. Ipse enim scripsit, qui scribenda dictauit: de quo in Euangelio Christus ait. Si ego in digito Dei eiicio dæmonia &c. Sicut enim digitus cũ manu & brachio, manus verò & brachium vnum sunt cum corpore in natura: ita Pater & Filius & Spiritus sanctus tres quidem personæ sunt, vna tantum Diuinitatis substantia. Sunt sancti, Dei digiti. ibidẽ. Digiti Dei Prophetæ sunt, per quos libros legis & Prophetarum Spiritus sanctus sua inspiratione descripsit. Vnde Psal. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum.

Luc. 11. Mat. 11.

Cap. 17. Tom. IIII. DIGNITAS. Quis dignior sit dicendus. Libr. de fide & operibus. Vnde est etiam illud quod Dominus monet discipulos quos ad Euangelium prædicandum primitus mittit, vt in quãcunque venerint ciuitatẽ, quærant quis illic dignus sit, vt apud eum habitẽt donec inde proficiscantur. Profecto ille dignus quis erit, nisi qui existimatione suorum ciuium bonus habebitur? Et quis indignus, nisi qui eis malus innotuerit. Vnde homini iussit dignitas. Lib. de salutaribus documẽtis, circa prin. Ex conditionis honore intellige quantum debeas conditori tuo, dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præstitit tibi conditor tuus æternus, vt tanto eum ardentius amares, quãto mirabiliorem te ab eo esse conditum intelligeres. Nec hoc solum est, quod consilio sanctæ trinitatis sic excellenter à conditore conditus es, sed etiã quod ad imaginem & similitudinem suã ipse creator omniũ te creauit, quod nulli alij ex creaturis, nisi soli homini concessit. Et hæc est imago vnitatis & trinitatis omnipotentis Dei, quam anima tua habet in se. Primum, quia secundum donum Dei viuit & sapit. Secundũ, quia ad imaginem tui conditoris conditus es. Tertium, quia licet appellaris homo vnus, tamen tres habes à Patre & Filio & Spiritusancto cõcessas dignitates, id est, intellectum, voluntatem, & memoriã. Quod idem, licet aliis verbis, in Euangelio designatur cum dicitur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. In his enim tribus imaginem conditoris nostri mirabiliter gerit in sua natura noster interior homo, ex quibus quasi excellentioribus animæ dignitatibus, iubemur diligere conditorem, vt quantum à nobis intelligitur, diligatur, & semper in memoria qua recipitur, habeatur. Nec solum sufficit nobis Deum diligere, nisi fiat in amore eius voluntas nostra: imo nec hoc sufficit, nisi cum memoria & voluntate opus addatur. Libro soliloquiorum ad Deum aliter dicit. Dilexisti me vnice amator meus, antequam diligerem te: & ad imaginẽ tuã

Cap. 1. Tom. IIII. Imago Dei in homine. Tom. IX. Cap. 29.

A creasti me, & omnibus creaturis tuis præposuisti me. Quam dignitatem tunc conseruabo cum nouerim te, propter quem fecisti me.

DILECTIO. Quid sit dilectio. lib. viij. de trinitate. Quid est autẽ dilectio vel charitas quam tantopere scriptura Diuina laudat & prædicat, nisi amor boni? Super Psal. iiij. Ante oculos habere, est diligere. Non diligere, est non ibi corde habitare. Super primã canonicam Ioannis, homil. viij. Omnis dilectio carnalis, magis amor dici solet. Dilectionis enim nomẽ, magis solet in melioribus rebus dici, & in melioribus accipi: tamẽ omnis dilectio beneuolentiã quandam habet erga eos qui diliguntur. Commendatur. Lib. viij. de trinitate. Amplectere dilectionem Deum. Quia Deus dilectio est, & dilectione amplectere Deum. Ipsa est dilectio quæ omnes bonos Angelos & omnes Dei B seruos consociat vinculo sanctitatis: nósque & illos coniungit inuicem nobis, & subiungit sibi. Quãto igitur saniores sumus à timore superbiæ, tãto sumus dilectiõe pleniores. Et quo, nisi Deo plenus est, qui plenus est dilectione? De dilectione distinguitur. libro de substantia dilectionis, in prin. Quotidianum de dilectione sermonẽ serimus, si forte scintillet in cordibus vestris, & exardescat ignis flammam faciens, aut totum cõsumens aut purgans totum. Ex eo nanque est totum, quod bonum est: & totum, quod malum est, ex eo est. Vnus fons dilectionis intus saliẽs, duos riuos infundit. Alter est amor mundi cupiditas. Alter est amor Dei charitas: medium quippe est cor hominis, vnde fons amoris erũpit: & cũ per C appetitum ad exteriora decurrit, cupiditas dicitur: cum verò desiderium suum ad interiora dirigit, charitas nominatur. Ergo duo sunt riui, qui de fonte amoris emanãt cupiditas & charitas, & omniũ malorũ radix est cupiditas, & omniũ bonorũ radix est charitas. Ex eo igitur totũ est, qđ bonum est: & totum quod malum est, ex eo est. Quicquid ergo illud est, magnum est: ex quo totum est, quod ex nobis est: hoc autem amor est.

Tom. IX. Cap. 8. Tom. III. Cap. 1. Tom. IIII. Charitas, cupiditas vnde.

Quod sit vera dilectio. Lib. viij. de Trinitate. Ea quippe dilectio dicenda est, quæ vera est, alioquin cupiditas est: atque ita cupidi abusiuè dicuntur diligere, quemadmodum cupere abusiuè dicuntur qui diligunt. Hæc est vera dilectio, vt inhærentes veritati iustè viuamus. Et ideo contemnamus omnia mortalia præ amore homi- D num, quo eos volumus iustè viuere: ita enim & mori pro fratribus vtiliter parati esse poterimus, quod dominus Iesus Christus suo exemplo docuit. Fortis dicitur dilectio. super Ioannem Tracta. sexagesimoquinto. Fortis vt mors dicitur dilectio: quia est mors nostra sæculo, & vita cum Deo. Si enim mors est quando de corpore anima exit, quomodo non est mors quoniam de mundo amor exit? Valida ergo vt mors dilectio dicitur: quia nihil validius ea qua mundus vincitur. Super Psal. cxxj. Magnum verbũ fratres. Valida est sicut mors dilectio. Magnificentius non

Tom. IX. Cant. 8. Tom. VIII.

non potuit exprimi fortitudo charitatis. Quis enim reſiſtit morti? Reſiſtitur ignibus, vndis, ferro, poteſtatibus & regibus: venit vna mors, quis ei reſiſtit? nihil eſt illa fortius, propterea viribus eius charitas cõparata eſt: quæ occidit quod fuimus, vt ſimus quod non eramus, mortui enim eſtis, ait Apoſtolus, & vita veſtra &c. *Col. 3. Suprà.* Aliter dicit ibidem. Dilectio fortis res eſt. Vultis videre quam ſit fortis? Quiſquis propter aliquam neceſsitatẽ non potuerit implere quod iubet Deus, amet illum qui implet, & in illo implet. Ibidem. Fortis res eſt dilectio, ipſa eſt virtus noſtra, quia ſi in illa non fuerimus, nihil prodeſt quicquid aliud habuerimus. *Tom. VIII.* Ideo eſt ipſa diligenda dilectio. ſuper Pſal. cxviij. ſermone viij. Diligenda eſt ipſa dilectio qua diligitur, quod diligi oportet: ſicut odio habenda eſt dilectio, qua diligitur quod diligi non oportet. Odio quippe habemus concupiſcentiam noſtram, qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & iſta concupiſcentia non niſi mala dilectio eſt: & diligimus cõcupiſcentiam noſtram, qua ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem, quæ concupiſcentia, non niſi bona dilectio eſt. Cùm enim dicitur diligẽda, quid aliud dicitur, quam concupiſcenda? Sed de dilectione Dei qua diligit nos Deus. ſuper Ioannẽ. tract. cx. *Tom. IX.* Incomprehenſibilis eſt dilectio qua diligit Deus, neque mutabilis. Nõ enim ex quo ei reconciliati ſumus per ſanguinem filij eius, nos cœpit diligere, ſed ante mundi conſtitutionem dilexit nos, vt cum eius vnigenito etiam nos filij eius eſſemus, priuſquam omnino aliquid eſſemus. Lib. iiij. de trini. ca. j. Videndum eſt quãtum dilexit nos Deus, Quia proprio ſuo non pepercit &c. *Rom. 5.* & quales nos dilexerit, quia iniuſtos & peccatores. Quantũ ergo, ne deſperemus: quales, ne ſuperbiamus. Super Pſal. lxij. Quanta maieſtas, & quanta æqualitas patris, deſcẽdit ad carnem, propter infirmitatem noſtrã. Ecce quantum dilecti ſumus, antequam diligeremus: & ſi antequam diligeremus tantum ab illo dilecti ſumus: vt æqualem ſibi filium ſuum traderet propter nos, Quid nobis ſeruat iam diligentibus ſe?

Cap. 3. Tom. IIII. Ideo in libro de ſubſtantia dilectionis. Omnipotens Deus qui nullo indiget, quia ipſe ſummũ bonum eſt, & vnum, qui nec de alieno accipere põt quo creſcat, quia erãt eius omnia: nec de ſuo amittere quo decidat, quoniam in ipſo immutabiliter conſiſtunt vniuerſa: ipſe rationalem ſpiritũ creauit ſola charitate, nulla neceſsitate, vt eũ ſummæ beatitudinis participem faceret. Porrò vt idem aptus eſſet tanta beatitudine perfrui, fecit in eo dilectionem ſpecialem palatum cordis quodammodo per hanc ſanctificans ad guſtum dulcedinis internæ: quatinus per ipſam videlicet dilectionem ſuæ fœlicitatis iucunditatem ſaperet, eique infatigabili deſiderio inhæreret. Per dilectionem ergo copulauit ſibi Deus creaturã rationalem, vt ei ſemper inhærendo, ipſum quo beatificanda erat bonum, ex ipſo quodammodo per affectum ſugeret, & de ipſo per deſiderium biberet, & in ipſo per gaudium poſsideret. Suge ergo ò apicula, ſuge ſuge, & bibe dulcoris tui inenarrabilem ſuauitatem. Immergere & replere, quia ille deficere neſcit, ſi tu nõ incipias faſtidire. Adhære ergo, & inhære, ſume, & fruere. Si ſempiternus guſtus fuerit, ſempiterna quoq; beatitudo erit. Nõ iã pœniteat nos de amore feciſſe verbũ, vbi tãta eſt vtilitas. Nec pudeat, vbi tãta eſt honeſtas. Igitur per amorẽ ſociata eſt creatori ſuo creatura rationalis. Solũ eſt dilectiõis vinculum quod ligat vtroſque in id ipſum, & tanto fœlicius, quanto fortius. Propter quod vt indiuiſa ſocietas & concordia perfecta vtrobique haberetur, geminatus eſt nexus, in charitate Dei & proximi: vt per charitatem Dei omnes vni adhęreãt, & per charitatem proximi, omnes vnum fierent, vt quod de illo vno, cui omnes inhærebant, quiſque in ſemetipſo non caperet, plenius atque perfectius per charitatem proximi in altero poſſideret, & bonum omnium, fieret totum ſingulorum. Ordinate ergo charitatem. Si deſiderium eſt amor, bene currat, ſi gaudium, bene reqeſcat. Eſt enim amor delectatio cordis alicuius ad aliquid, propter aliquod deſideriũ in appetendo, & in perfruendo gaudiũ, per deſideriũ currẽs, & reqeſcẽs per gaudiũ: currens ad illud, & requieſcẽs in illo. Oſtẽditur Dei dilectio. lib. de vita Chriſtiana. ſuper illud. Conuertimini filij conuertentes, & ego ſanabo cõtritionẽ veſtrã. Quã leniter, quã clementer Deus inuitat, vt etiã peccatoribus patris nõ neget pietatẽ, & adhuc filios appellat, q̃ patrẽ Deũ peccãdo perdiderũt: ſicut & ipſe ſe perdidiſſe peccatores, alio loco cum voce flebili & miſerabili quadã lamẽtatione teſtatur dicẽs, Sine filiis factus ſum, perdidi populum meũ propter peccata eorũ. Ex hoc ergo cognoſce qualiter te Deus diligat, quẽ magis vult viuere quam perire. Et tu eũ cõtẽnis & deſpicis, qui amplius quã tu ipſe te diligit, qui te mori cupientẽ vult viuere? Nolo, inquit Dominus, mortẽ peccatoris &c. Tu igitur mori voluiſti peccãdo, ille te vult viuere conuertendo. O ſtulte irreuerens & ingrate, qui nec in hoc Deo, qui tibi vult miſereri conſentis: qui te magis vult ſua pietate ſaluare, quam tuo perire peccato. Infra ſubdit tamen, in eodem contra duros. Nemo ſe, inquam, fallat, nemo decipiat, malos Deus non amat. Sed amat iuſtos, pios, humiles, innocentes & mites, ſicut ſcriptum eſt. Quoniam Deus non volens iniquitatem tu es: non habitabit iuxta te malignus &c.

De dilectione autem hominis quæ diligere debeat. libro. xix. de ciuitate Dei, capit. xiiij. In præcepto charitatis tria inuenit homo quæ diligat: Deum, ſeipſum, & proximum: atque ille in ſui dilectione non errat qui Deum diligit: conſequens eſt vt etiam proximo ad diligendum Deum conſulat, quem iubetur diligere ſicut ſeipſum. Sic vxori, ſic filiis, ſic domeſticis, ſic cæteris quibus poterit hominibus: ac per hoc erit pacatus, omni homini, quantum in ipſo eſt, pace hominũ. i. ordinata cõcordia. Cuius hic ordo eſt: primùm vt nulli noceat, deinde vt etiã proſit, cui poterit. Sed de diligendo Deum. libr. de fide & ope-

operibus. Vtraque connexa sunt mutuo, dilectio Dei & proximi: quia neque dilectio Dei potest esse in homine qui non diligit proximum, nec dilectio proximi in eo qui non diligit Deum. Et ideo aliquando alterum sine altero, siue illud, siue illud, pro plena doctrina inuenitur scriptura commemorare: vt etiam hoc modo intelligatur alterum sine altero esse non posse: quia & qui credit Deo debet facere quæ præcepit Deus: & qui propterea facit quod præcipit Deus, necesse est vt credat Deo. De qua dilectione ad Deum in epistola ad Probam. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Omnia, inquam, quia non solum illa que appetuntur vt suauia, verum etiam illa quæ vt molesta vitantur, quoniã & illa sic sumimus ne capiamur: & secundum præcepta Diuina in omnibus gratias agimus ei, de quo dicimus, Benedicam Dominum in omni tempore &c. Super Ioannem, tract. iij. Quia gratis dedit, gratis ama. Noli ad præmium diligere Deum, ipse sit præmium tuum. In eodem, tract. lxv. In præcepto proximi, non excluditur illud vt diligamus Deum. Vtrunque enim bene intelligentibus inuenitur in singulis. Nam qui diligit Deum, non eum potest contemnere præcipientem vt diligamus proximum: & qui sancte ac spiritualiter diligit proximum, in eo non diligit nisi Deum. Et ista est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguendo addidit Christus, sicut dilexi vos. Quid enim nisi Deum dilexerat in nobis? Non quod habebamus, sed vt haberemus vt nos perduceret ad Deum, vt sit ipse Deus omnia in omnibus. Libro de vera innocentia, cap. vij. Dilectio Dei & proximi, propria & specialis est virtus piorum atque sanctorum: cum cæteræ virtutes, & bonis & malis possint esse cõmunes. Eodem libro. Charitatem habẽs, quæ est de corde puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta, diligit Deum, & proximum sicut seipsum. Amator enim Dei, amator est sui: & qui non diligit Deum, non diligit proximum, quia non diligit seipsum. pro hac autem dilectione patienter etiã mundi odia toleranda sunt: necesse est enim vt nos oderit, quos videt odisse quod diligit.

Super Ioannem, sermone lxxvj. Dilectio Dei sanctos discernit à mundo, quæ facit vnanimes habitare in domo. In qua domo facit pater & filius mansionem: qui donant & ipsam dilectionẽ, quibus donent in fine etiam suam manifestationem. In eodem, sermone cij. Donum Dei est, diligere Deum. Ipse enim, vt diligeretur, dedit, qui non dilectus dilexit. Displicentes amati sumus, vt esset in nobis vnde placeremus. Libro soliloquiorum ad Deum. cap. xviij. Idcirco Domine Deus iussisti mihi lege tua, vt diligã te omnibus horis & momentis quibus fruor bonis misericordiæ tuæ: quoniã semper perirem, nisi quia semper me regis: & semper morerer, nisi q̃ a semper me viuificas: & omni momẽto mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla hora est vel punctus in omni vita mea, quo tuo beneficio nõ vtar, sic nullũ debet esse momentum, quo te non habeã ante oculos in memoria mea, & te nõ diligam ex omni fortitudine mea. Sed nec hoc valeo nisi dederis mihi, cuius est omne bonũ. Nõ enim volentis neque currentis, sed tui miserãtis vt diligã te. Tuum est Domine hoc donũ, cuius est omne bonũ. Iubes te diligi, da quod iubes, & iube quod vis. O ignis qui semper ardes, & nunquam extingueris. O amator qui semper seruis, & nunquam tepescis, accende me. Accendar, inquam, totus à te, vt totus diligam solũ te. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat. Diligã te, quoniam tu prior dilexisti me. Lib. de salutaribus documentis. Non nos vllo modo ab amore Christi separet huius sæculi miserabilis dulcedo, neque excusatio vxoris, aut filiorũ gratia, sed nec multa auri argentíque, & possessionum dilectio, dum terribiliter cõtestatur nos sanctus Ioãnes, dicens. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt &c. Hæc sunt quæ à Paradiso deliciarum in hoc miserabile exilium Adam & Eua proiecerunt. Quia nisi dilectio Dei ab eis defecisset, nunquã diligere cœpissent malè suadentis serpẽtis consiliũ, imo nec credidissent. Et concupiscẽtia carnis ab eis impleta est, quia de ligno vetito gustauerunt. Et concupiscẽtia oculorum, quia sibi aperiri oculos cupierunt. Et ambitio sæculi, quia se fieri quod Deus est crediderũt. Et ideo Apostolus, volens nos omnes ab his generibus mortis cauere, dixit. Omne quod in mundo est &c. In eodem infra. Omi frater ex totá mente dilige Deum, vt in omnibus actibus tuis placeas illi. Qui enim coniugio copulatur, festinat placere vxori suæ: multo magis anima Christi sanguine redẽpta, debet placere Christo spõso suo. Deus enim non se vult verbis tantũ diligi, sed corde puro & operibus iustis: quia non verborum, sed cordis auditor & inspector est. In eodem infra. O mi frater si Dominus & saluator noster, qui nullũ peccatũ habuit, tãto affectu & tãta dilectione nos dignatur amare, vt quod nos patimur, seipsum pati testetur: quare nos q̃ sine peccato nõ sumus, & propter peccata nostra per charitatẽ redimere possimus, non tam perfecto amore eum diligimus, dũ tantũ nos dilexit, vt etiã propriũ suũ pro nobis peccatoribus morti traderet? Et ideo dũ tantã benignitatẽ & misericordiã erga nos exhibuit, vigilemus ne perdamus bonũ quod nobis dedit. Lib. disputationũ, parte iiij. cap. j. Immensus es Domine & sine mẽsura debes amari & laudari ab iis, quos pretioso sanguine redemisti. Amabo te benignissime & clemẽtissime Domine, æquissime iudex, cui omne iudiciũ dedit pater. Sapientissimo tuæ æquitatis iudicio decernis hoc rectũ & iustũ esse, vt filij huius sæculi & tenebrarũ, præstãtiori desiderio virtute atque studio diligãt & quærant perituras diuitias, & fugitiuos honores, quã nos serui diligamus te Deus, per quẽ facti & redẽpti sumus? Si enim homo hominẽ tãta dilectiõe cõplectitur, vt alter alterum vix patiatur abesse: Si sponsa sponso tanto conglutinatur mentis ardore, vt præ

magni

magnitudine amoris nulla perfrui valeat requie, viri sui absentiam, non sine magno mœrore ferens: qua ergo dilectione, quo studio, quo feruore, anima quam desponsasti tibi fide & miserationibus, debet diligere te Deum verum & pulcherrimum sponsum: qui nos sic amasti & saluasti, qui nobis tanta & talia fecisti? Quanquam autem hæc infirma habeāt suas delectationes suósque amores, non tamen tali modo delectant sicut tu Deus noster. In te enim delectatur iustus, quia amor tuus suauis est & quietus: Nā pectora quæ possides, dulcedine, suauitate, & tranquillitate reples. Econtra amor sæculi anxius & perturbatus, animas quas ingreditur quietas esse non patitur: semper enim suspicionibus variísque timoribus solicitat eas. Tu itaque es delectatio rectorum quies valida est apud te, & imperturbabilis vita. Qui intrat in te Domine, intrat in gaudium domini sui, & non timebit amplius: sed inhærebit dicens, Hæc est requies mea in sæculum sæculi &c. Et illud Dominus regit me, & nihil mihi deerit &c. Libro de Christiana vita. Verè ille legis consummator & factor est, qui nec

Cap.9. Tom.IX. in Deum nec in proximū scit nisi diligere: quod

Quomodo diligatur Deus. præterire minimè ac dissimulare debemus. Deū diligit, qui suis in omnibus mandatis obtemperat. Deum diligit, qui leges eius & præcepta custodit. Deum diligit qui se, vt ille sanctus est, &

Leui.19 ipse sanctificat, sicut scriptum est. Sancti estote quia & ego sanctus sum dominus Deus vester. Deum diligit, qui & illud Prophetæ dicentis impletet eloquium. Qui diligitis Deum odite malū.

Hemil.96. Deum diligit, qui nihil aliud quam cœlestia cogitat & Diuina. Deus enim non nisi sanctitatis, & iustitiæ, & pietatis amator est. Et ille Deum diligit, qui non aliud, quam quod Deus amare videtur, operatur. Quid sit enim Deum diligere Domini & saluatoris doctrina declarat dicens.

Io.14. Qui audit verba mea & facit ea, hic est qui diligit me. Si igitur ille Deū diligit, qui quod Deus præcipit facit: qui non diligit, non facit. Omnis enim qui non diligit, odit. Vnde clarū & manifestum est ab eis Deum odiri, qui sua mandata non

Psal.138. seruant: de quibus Prophetam dixisse puto. Nōne qui oderunt te Domine oderam &c. Libr.

Cap.154. de vera innocentia. Beata vita si non amatur, nō habetur. Porrò amatur & non habetur. Necesse est vt cæteris rebus excellentius diligatur: quoniam propter hanc amandum est quicquid aliud est amandum. Quia verò beatus esse non potest, nisi qui eam, vt dignum est amat: consequens est vt eam æternam velit, quæ tunc verè beata erit,

Cap.363. quando terminum non habebit. Libro eodē.

Tom.eod. Qui diligit me, inquit Dominus, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo illi meipsum. Quid est tunc diligam: quasi tunc dilecturus sit, & non nūc diligat? Absit. Quomodo enim nos pater sine filio, aut filius sine patre diliget? Quomodo cum inseparabiliter operentur, separabiliter diliguntur? Sed ad hoc diligam eū, ad hoc quod sequitur. Et manifestabo ei meipsum diligam & manifestabo, id est, ad hoc dili-

A gam, vt manifestem. Nunc enim ad hoc dilexit vt credamus, & mandatum fidei teneamus: tunc ad hoc diliget, vt videamus, & ipsam visionem mercedem fidei capiamus. Quia & nos nunc diligimus credendo quem videbimus, tunc autem diligemus videndo, quem credimus. Lib. de moribus Ecclesiæ. Idipsum, quod diligimus Deum, mori non potest, nisi dum non diligimus Deum: Cū mors ipsa sit nō diligere, quod nihil est aliud quam ei quicquam in diligendo atque sequendo præponere. In eodem lib. cap. xiiij. Cum Deus diligitur & amatur ardentius, nihil aliud ab humano genere, quam certo & constanti gradu in optimam vitam & beatissimam pergitur. Lib. eodem. Diligamus Deum ex toto corde & ex tota anima & ex tota mente, quicunque ad æternā

B vitam peruenire proposuimus. Vita enim æterna est totum præmium, cuius promissione gaudemus. Nec præmium potest præcedere merita: prius homini dari quam dignum est, quid iniustius, & quid iustius Deo? Non ergo debemus poscere præmium, antequam mereamur accipere.

Ideo infra subdit. Quid agendum est. Quid quæso, nisi vt Dominum ipsum quem cognoscere nolumus, prius plena charitate diligamus?

Item de prædicta dilectione. eodem lib. Non potest fieri vt seipsum nō diligat qui diligit Deū: imo ille solus se nouit diligere, qui Deum diligit. Siquidem ille satis se diligit, qui sedulo agit, vt summo & vero perfruatur bono: quod si nihil est aliud, quam Deus, quis cunctari potest quin sese amet, qui amator est Dei? Et infra. Tei-

C psum salubriter diligis, si plus te diligis Deum. Quod igitur agis tecū id agendū cū proximo est: hoc est, vt etiā ipse diligat perfecto amore Deū. Non enim eum diligis tanquam teipsum, si non eum ad id bonum, ad quod ipse attendis, adducis. Illud est enim vnum bonum, quod omnibus tecum tendentibus non fit angustum. Ex hoc præcepto noscūtur officia societatis humanę, in quibus non errare difficile est. Agendum est autem in primis vt beneuoli simus, id est, vt nulla malitia, nullo dolo malo aduersus hominē vtamur. Quid est homini homine propinquius? Vnde ibidem. Diliges dominum Deum tuū &c. vsque, proximum tuum sicut teipsum. His duobus, humana vita saluberrimè ac optimè disponitur.

Et cap. xxxij. eiusdem. Christianis hæc data

D est forma viuendi, vt diligamus Dominum Deū nostrum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mēte, deinde proximum nostrum sicut nosmetipsos. Libro de spiritu & litera, ad Marcellinum, quod plus diligemus in patria. Quis existimare audeat, cum eo ventum fuerit, quo ait Apostolus, Vt cognoscam sicut & cognitus sum: tantam dilectionem fore contemplatoribus eius, quanta nunc est fidelibus: aut illo modo hāc illi tanquam de proximo comparandam? Porrò si quanto maior notitia, tāto maior erit dilectio, profecto nunc quantum deest dilectioni, tantum tunc perficiendæ iustitiæ te esse credendum est. Sciri enim aliquid vel credi, & tamen non diligi

potest

potest:diligi autem, quod neque scitur, neq; creditur, non potest. *Cap. 35.* Licet non possit tantum in vita diligi, debet tamen peccatum vitari, Lib. eodem, & ibidem infra. *Charitatis præceptum in patria cõplendum.* Hoc primum præceptum iustitiæ, quo iubemur diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, cui est de proximo diligendo alterũ cõsequens, in illa vita implebimus, cum videbimus facie ad faciem. Sed ideo nobis etiam nunc hoc præceptum est, vt admoneremur quid fide exposcere, quò spem præmittere, & obliuiscendo quæ retro sunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus. Ac per hoc quantum mihi videtur in ea quæ perficienda est iustitia, multum in hac vita ille proficit, qui quam longe sit à perfectione iustitiæ, perficiẽdo cognouit. Sed dici potest quædam iustitia minor huic vitæ competẽs, qua iustus ex fide viuit, quãuis peregrinus à Domino: & ideo per fidẽ ambulans nondum per speciem, nõ absurdè dicitur ad istam etiam pertinere ne peccet: neque enim si esse nondum potest tanta dilectio Dei quanta illi cognitioni plenè perfectéq; debetur, iam culpæ deputandum est. Aliud est enim nondum exequi totam charitatem, aliud nullam sequi cupiditatem. Quamobrem debet homo, quamuis longe minus amet Deum, quam eum potest amare conspectum, tamen nihil appetere illicitũ: Sicut etiã in iis quæ adiacent sensibus corporis, potest oculus nullis tenebris delectari, quamuis nõ possit in fulgentissima luce defigi. Verum ecce iam talem constituamus animam humanam in hoc corruptibili corpore, quæ etsi nondũ illa eminẽtissima perfectione charitatis Dei, omnes motus terrenæ libidinis absorbuerit atque consumpserit, attamen in ista minore iustitia, ad illicitum aliquid operandum, eidem libidini nulla inclinatione consentiat, vt ad illam vitam iam immortalem pertineat: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua. *Deut. 6. Rom. 6. Exod. 20. Eccl. 18.* Ad hanc autem, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desiriis eius. Ad illam, Non concupisces. Ad istam, Post concupiscentias tuas non eas: Ad illam, nihil amplius quærere quam in ea perfectione persistere: ad istam, Hoc quod agit in opere habere, & illius perfectionem pro mercede sperare: vt per illam iustus sine fine viuat in spem, quam in ista desiderauit: per hanc autẽ iustus viuat ex fide, in qua illã certo fine desiderat. *Tom. IX.* Signum dilectionis ad Deum, super Ioann. Tract. lxxxiij. Si præcepta mea, inquit, seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Ostendit non vnde dilectio generetur, sed vnde monstretur tanquam diceret. Nolite putare vos manere in dilectione mea, si non seruatis præcepta mea. Si enim seruaueritis, manebitis: hoc est, hinc apparebit quod in dilectione mea manebitis, si præcepta mea seruaueritis. Nemo se fallat dicendo quod eum diligat, si eius præcepta non seruat. Nam in tantum eum diligimus, in quantum eius præcepta seruamus. In quãtũ minus seruamus, minus diligimus. *Cap. 4. Tom. IX.* Vnde cõcludit, Libro de visitatione infirmorum, sermone primo. De dilectione Dei quid dicam? Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Diligat Deum os tuum, oculus tuus, manus tua, pes tuus, & omnis sensus tuus, vt tu totus diligas Deum. Hæ sunt duæ alæ, scilicet amor Dei & proximi, quibus euoles ad cœlos, transeas ad sanctos, inseraris inter Angelos. Si otiosa sit manus ab opere, pes à deambulatione, nunquam tamen sancta anima vel mens vacare poterit à dilectione. Sed dicis, Diligo Deum. Vtinam sit in re, quod dixisti sermone. Dilectionis probatio, mandatorum ipsius est completio. Operum suorum voluntaria completio, amare quod amat Deus, & ardenti desiderio amplecti quod facit Deus. Libro de vera innocentia cap. xxxviij. *Tom. III.* Lex perfectæ charitatis est, qua Deus & proximus diligitur, & per quam dicitur conditori legis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Bene enim expectat promissionem Dei, qui mandata eius exequitur, nec frustra sperat parcendũ peccatis suis, qui ignoscit alienis. *Cap. 24.* Sunt etiam alia diligenda, Libro primo de doctrina Christiana. Non omnia quibus vtendum est, diligenda sunt: sed ea sola quæ aut nobiscum societate quadam referuntur in Deum, sicut & homo vel Angelus: aut ad nos relata, beneficio Dei per nos indigent, sicut est corpus. Nam vtique Martyres non dilexerunt scelus persequentium se, quo tamen vsi sunt ad promerendum Deum. Cum ergo quatuor sint diligenda, vnum quod supra nos est, alterum quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est: de secundo & quarto nulla præcepta danda erant. Declarat *Cap. 26.* ibidem. Quoniam præcepto non opus est, vt se quisq; & corpus suum diligat, id est, quoniam id quod sumus, & id quod infra nos est, ad nos tamen pertinet, inconcussã tamen naturæ lege diligimus, quę in bestiis etiam promulgata est: nam & bestiæ se & corpora sua diligũt: restabat vt & de illo quod supra nos est, & de illo quod iuxta est pręcepta sumeremus. Diliges, inquit, Dominũ Deum tuum, &c. vsq; pendet & Prophetæ. Finis itaque præcepti est dilectio, & ea gemina, id est, Dei & proximi. Quod si te totũ intelligas, id est, animũ & corpus, & proximũ totũ, idest, animũ & corpus eius: homo enim ex anima constat & corpore, nullũ rerũ diligendarũ genus in his duobus præceptis prætermissum est. Cũ enim præcurrat dilectio Dei, eiúsq; dilectionis modus pręscriptus appareat, ita vt cætera in illum cõfluant, de dilectione tua nihil dictũ videtur. Sed cũ dictum est, Diliges proximum tuũ tanquã teipsum: simul & tui dilectio non prætermissa est. *Cap. 32.* Diligit ergo homo naturaliter se, Lib. eodem. Quantumlibet enim homo excidat à veritate, remanet illi dilectio sui, & dilectio corporis sui. Fugax enim animus ab incõmutabili lumine omniũ regnatore id agit, vt ipse sibi regnet & corpori suo. Et ideo non potest nisi se & corpus suũ diligere. Magnũ autem aliquid adeptũ se putat, si etiã sociis, idest, aliis hominibus dominari potuerit. Inest enim vi

E

tioso animo id magis appetere, & sibi tanquam debitũ vẽdicare, quod vni propriè debetur Deo. Talis autẽ sui dilectio, melius odiũ vocatur. Iniquum est enim quia vult sibi seruire quod infra se est, cum ipse superiori seruire nolit. Rectissimè dictũ est, Qui diligit iniquitatẽ, odit animã suã: & ideo fit infirmus animus, & de mortali corpore cruciatur. Necesse est eñ vt illud diligat, & eius corruptione prægrauetur. Immortalitas enim & incorruptio corporis, de sanitate animi existit: sanitas autẽ animi, est firmissimè inhærere potiori, hoc est, incommutabili Deo. Cum verò etiã eis qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est, hominibus dominari affectat, intolerabilis oĩno superbia est. Nemo ergo se odit. Et hinc quidẽ cũ aliqua quęstio fuit. Sed neq; corpus suũ quisquã odit. Verũ est enim quod ait Apostolus, Nemo vnquã carnem suã odio habuit. Et quod nõnulli dicũt, malle se esse sine corpore, omnino falluntur. Non enim corpus suũ, sed corruptiones eius & põdus oderunt. Non itaq; nullum corpus, sed incorruptum & integerrimum corpus volunt habere: sed putant nullum corpus esse si tale fuerit, quia tale aliquid esse animam putant. Quod autẽ continentia quadam, & laboribus quasi persequi videntur corpora sua, qui hoc rectè faciunt, non id agunt vt non habeant corpus, sed vt habeãt subiugatum & paratum ad opera necessaria. Libidines enim malè vtentes corpore, id est, consuetudines & inclinationes animæ ad fruẽdũ inferioribus, per ipsius corporis laboriosam quandã militiam extinguere affectant. Nam non se interimunt, sed curam suę valetudinis gerunt. Qui autẽ peruersè id agunt, quasi naturaliter inimico corpori bellum ingerunt. In quo fallit eos quod legũt. Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Dictũ est enim hoc propter indomitã carnalẽ cõsuetudinẽ, aduersus quam spiritus cõcupiscit. nõ vt interimat corpus, sed vt cõcupiscentiã eius, id est, cõsuetudinẽ malè domitã faciat spiritui subiugatã, quod naturalis ordo desiderat. Quia enim hoc erit post resurrectionẽ, vt corpus oĩmodo cũ quiete summa spiritui subditũ immortaliter vigeat, hoc etiã in hac vita meditãdũ est, vt cõsuetudo carnalis mutetur in melius, nec inordinatis motibus resistat spiritui. Quod donec fiat, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ: nõ per odiũ resistẽte spiritu, sed per principatum, quia magis quod diligit vult subditũ esse meliori: nec per odiũ resistente carne, sed per consuetudinis vinculũ, quod à parẽtũ etiã propagine inueteratũ naturali lege inoleuit. Id ergo agit spiritus in domanda carne, vt soluat malę cõsuetudinis quasi pacta peruersa, & fiat pax consuetudinis bonæ: tamẽ nec isti qui falsa opinione deprauati corpora sua detestantur, parati essent vnũ oculũ vel sine sensu doloris amittere, etiam si in altero tantum cernẽdi sensus remaneret, quãtus erat in duobus: nisi aliqua res quæ proponẽda esset, vrgeret. Isto atq; huiusmodi documẽtis, satis ostenditur eis, qui sine pertinacia verũ requirũt, quã certa sentẽtia sit Apostoli vbi ait. Nemo enim vnquã carnem suam odio habuit: sed addidit etiã, sed nutrit & fouet eã, sicut Christus Ecclesiã. Subdit ad doctrinã ibidem. Modus diligendi præcipiendus est homini, id est, quomodo se diligat, vt prosit sibi. Cum autẽ se diligat, & prodesse sibi velit, dubitare dementis est, præcipiẽdũ etiã quomodo corpus suũ diligat, vt ei ordinatè prudẽtérq; consulat. Nã quod diligat etiã corpus suũ, ídq; saluũ habere atq; integrũ velit, ęque manifestũ est. Aliquid itaq; amplius diligere aliquis potest, quã salutẽ atq; integritatem corporis sui. Nã multi & dolores, & amissiones nonnullorũ mẽbrorũ volũtarias suscepisse inueniũtur: sed vt alia quæ amplius diligebant consequerentur. Non ergo propterea quisquam dicẽdus est non diligere salutẽ atq; incolumitatẽ corporis sui, quia plus aliquid diligit. Nam & auarus quamuis pecuniam diligat, tamen emit sibi panẽ: quod cum facit, dat pecuniam quam multũ diligit, & augere desiderat. Sed quia pluris æstimat salutem corporis sui quæ illo pane fulcitur, superuacaneũ est de re manifestissima disputare, quod tamẽ plerũq; facere nos cogit error impiorum.

Quomodo autẽ se diligere debet, docet in epistola ad Macedon. Tunc quisque seipsum diligit, cũ Deũ diligit. Qui enim aliter se diligit, potius se odisse dicendus est. Fit quippe iniquus priuatúrq; luce iustitiæ, qui à potiore ac præstantiore bono auersus, atq; inde vel ad seipsum conuersus, ad inferiora & egena vtique conuertitur, fitq; in ipso, quod veracissimè scriptum est, Qui amat iniquitatem, odit animã suã. Libro xiiij. de Trinitate Scriptũ est qui diligit iniquitatẽ, odit animã suam. Qui ergo se diligere nouit, Deum diligit. Qui verò nõ diligit eũ, etiã si se diligit, quod ei naturaliter inditum est, tamen non incõuenienter odisse se dicitur, cum id agit, quod sibi aduersatur, & seipsum tãquã suus inimicus insequitur. Qui profecto est error horrendus, vt cum sibi omnes prodesse velint, multi non faciant, nisi quod eis perniciosissimum sit. Similem mutorum animalium morbum, cum poeta describeret,

Dij, inquit, *meliora piis, errorémque hostibus illum:*
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Cum morbus ille corporis fuerit, cur dixit errorem, nisi quia esse animal cum sibi natura conciliatum sit, vt se custodiat quantum potest, talis ille era morbus, vt ea, quorum salutẽ appetebant, sua membra laniarent. Lib. de vera innocentia, cap. ccclxxv. Quisquis seipsum, nõ Deũ amat, nec se amat: Et quisquis Deum, nõ seipsum amat, ipse se amat. Qui enim nõ potest viuere de se, moritur vtiq; amando se. Cum non ille diligitur, de quo viuitur. Non se diligendo magis diligit, qui propterea se non diligit, vt eum diligat de quo viuit. Super Psal. cxlvij, Qui diligit iniquitatem, odit animã suam. Sed prius anima diligẽda est, Lib. iij. de verbis Domini, serm. vj. Prius anima diligenda est: quæ Deo subdenda est, vt ordinẽ suũ seruitus ista custodiat, vt anima Deo, animæ caro seruiat. Caro tua animæ tuæ, Deo seruiat anima tua. Debes regi, vt possis regere. Nã luctatio ista

tam

Psal. 10.

Carnẽ odisse quomodo cõueniat.

tam periculosa est, vt si dimiserit rector, ruina sequatur. Quæ luctatio? Caro cõcupiscit aduersus spiritũ &c. *Gal.5.* Vnde de dilectionis ordine, Lib. primo de doctrina Christiana. *Cap.7. Tom.III.* Ille iustè & sanctè viuit, qui rerum integer æstimator est. Ipse est autem qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod diligendum est, aut amplius diligat quod minus diligendũ est, aut minus vel amplius quod æque diligendum est. Omnis peccator inquantum peccator est, non diligendus est: & omnis homo inquantum homo est, diligendus est propter Deum: Deus verò propter seipsum. Et si Deus omni homine amplius diligendus est, amplius quisque Deum debet diligere quã seipsum. Item amplius alius homo diligendus est, quã corpus nostrum: quia propter Deum omnia ista diligenda sunt, & potest nobiscũ alius homo perfrui Deo, quod non potest corpus, quia corpus per animã viuit, qua fruimur Deo. Omnes autem homines æque diligendi sunt. *Quibus potissimũ succurrendum.* Sed cũ omnibus prodesse nõ posis, iis potisimũ cõsulendũ est, qui pro locorũ & tẽporũ, vel quarũlibet rerũ opportunitatibus cõstrictius tibi quasi quadã sorte iungũtur. Sicut enim tibi si abundaret aliquid quod dari oporteret ei qui non haberet, nec duobus dari posset, tibi cõcurrerent duo, quorum neuter alium vel indigentia, vel erga te aliqua necessitudine superaret, nihil iustius faceres, quàm vt sorte eligeres, cui dandũ esset quod dari vtriq; nõ posset. Sic de hominibus quibus omnibus consulere nequeas, pro sorte habendum est, prout quisq; tibi temporaliter colligatius adhærere potuerit. Omnium autẽ qui nobiscum frui possunt Deo, partim eos diligamus quos ipsi adiuuamus, partim eos à quibus adiuuamur, partim eos quorũ & indigemus adiutorio, & nostræ indigentiæ subuenimur, partim quibus nec ipsi cõferimus aliquid commodi, nec ab eis vt nobis conferatur attendimus. Velle tamen debemus, vt omnes nobiscũ diligant Deũ, & totũ quod eos vel adiuuamus vel adiuuamur ab eis, ad illum vnum finem referendum est. Si enim in theatris nequitiæ quis aliquẽ diligit histrionem, & tanquam magno vel etiam summo bono eius arte perfruitur, omnes diligit qui eum secum diligunt, non propter illos, sed propter eũ quem pariter diligunt: & quanto est eius in amore feruentior, tanto agit quibus modis potest, vt à pluribus diligatur, & tanto pluribus eum cupit ostendere, & quem frigidiorem videt, excitat eum quantum potest laudibus illius: Si autem contra venientem inuenerit, odit in illo vehementer odium dilecti sui, & quibus modis valet instat vt auferat: quid nos in societate dilectionis Dei agere conuenit, quo perfrui beatè viuere est, & à quo habent omnes qui eum diligunt: de quo nihil metuimus, ne cuiquam posit cognitus displicere, & qui se vult diligi, non vt sibi aliquid, sed vt eis qui diligunt æternum præmium conferatur, hoc est ipse quem diligunt? Hinc efficitur vt inimicos etiam nostros diligamus. Non enim eos timemus, qui à nobis quod diligimus auferre

A non possunt, sed miseramur potius, quia tanto magis nos oderunt, quanto ab illo, quẽ diligimus, separati sunt. Ad quem si conuersi fuerint, & illum tanquam beatificum bonum, & nos tanquam socios tanti boni, necesse est vt diligant. Vnde propter Deum diligendus est proximus. eod. lib. *Cap.22.* In omnibus rebus illæ tantum sunt, quibus fruendum est, quas æternas & incommutabiles dicimus. Cæteris autem vtendum est, vt ad illarum perfruitionem peruenire posimus. *Solo Deo fruendum.* Nos itaque qui perfruimur & vtimur aliis rebus, aliquæ res sumus. Magna enim quidem res est homo factus ad imaginem & similitudinem Dei, non inquantum mortali corpore includitur, sed inquantum bestias rationalis animę honore præcedit. Itaque magna quęstio est, vtrum frui se homines debeãt,
B an vti, an vtrunq;, præceptum est enim nobis, vt diligamus inuicẽ. Sed quæritur vtrũ propter se homo ab homine diligẽdus sit, an propter aliud. Si enim propter se, fruimur eo: si propter aliud, vtimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita. Cuius etiam si nondũ res, tamẽ spes eius nos hoc tẽpore consolatur. Maledictus autem qui spem suam ponit in homine. *Hier.17.* Sed nec seipso quisquam frui debet, si liquido aduertas, quia nec seipsum debet propter seipsum diligere, sed propter illũ quo fruẽdũ est. Tũc est quippe optimus homo cũ vita sua pergit in incommutabilẽ vitam, & toto affectu inhæret illi. Si autem se propter se diligit, non se refert ad Deum, sed ad seipsum conuersus, non ad incom-
C mutabile aliquid conuertitur. Et propterea iam cum defectu aliquo se fruitur, quia melior est cum totus hæret atque constringitur incommutabili bono, quam cum inde vel ad seipsum relaxatur. Si ergo teipsum non propter te debes diligere, sed propter illum vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est: non succenseat alius homo, si etiam ipsum propter Deum diligis. Hæc enim regula dilectionis Diuinitus constituta est, Diliges inquit, proximum tuum tãquam teipsum: Deum verò ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua: vt omnes cogitationes tuas, omnẽ vitam tuam, & omnem intellectum in illum cõferas, à quo habes ipsa quæ confers. Cum ait, toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ no
D stræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re velit frui, sed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illud rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit. Quisquis ergo rectè diligit proximum, hoc cum eo debet agere, vt etiã ipse toto corde, tota anima, tota mente diligat Deum. Sic enim eum diligens tãquam seipsum, totam dilectionem sui & illius, refert in illam dilectionem Dei, quæ nullum à se riuulum duci extra patitur. Ideo in epistola ad Martianum. *Tom.II. Epist.155.* Hominem non potest diligere quisquis eum non diligit qui hominem fecit. De dilectione inimici loquitur sic, in sermone de eadem re. Compello cœlum & voco terram, vt pietatis Dominicæ nouitatem, & terra stupeat,

miretur & cœlum. Quæ sentit mens, quis capit auditus, quæ doctrina tradit, ad quod Euangelista attrahit Christianos auditores dicendo, Diligite inimicos vestros? Nec recipit hoc mortalis sensus, & viscera hæc humana non capiunt: recusat hoc conditio carnalis, hoc sæculi non admittit auditus. Imbecillis animus amantes amare non sufficit, & diligentes diligere vix valet inconstans hominis natura. Nonne filij parentes, vxorem vir, virum vxor, frater fratrem, ciuem ciuis, parens parentem, sæpe feralibus odiis persequuntur, & de charitatis vinculo, nodos alligant odiorum? Sumentes de pace bellum, de cõiunctione dissidium, & ipsa fit causa odij quę fuerat res amoris? Et si istam quæ præter naturam est, inserit quis naturæ ira mali causam, amor perit qui est res naturæ. Amor ergo & ira coniungi nequeunt, sic diuisa sunt. Et quomodo dicitur. Diligite inimicos vestros? Nam odio habentes non odire, persequentes non persequi, & pro persequentibus orare, non valet animus carnis onere prægrauatus. Hæc tamen loquentes desperationem non facimus, sed cœlestis præcepti magnitudinem, de terrena impossibilitate monstramus: vt implere illud non sit humani operis, sed diuini muneris: ipso Christo authore, qui dicit. Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Iubendo, Deus velle tuũ quærit, posse dat ipse qui præcipit. Si enim lapis lapidi illisus, cum sit vterque frigidus, emittit ignem, inimicitiarum ignes iuncti quam possunt conflare concordiam? Nonne regna, gens, populi, dum inimicis inimicitias reddunt, mundum vniuersum consciderunt, belli sanguine perfuderunt? Sæuiente discordia, ardet mundus: & ea sola pereunte sæculo, non manet incendium. Sicut aqua extinguit ignem, ita dilectio inimicitiarum restingit incendia. Dilectio enim est pacis vnda, ros gratiæ, charitatis imber, semen concordiæ, affectus germen, amoris fructus vberrimus, & ad summam, dilectio Deus est. Qui seruos suos inimicitiis subiacere noluit talia iubendo, sed inimicitias imperauit auferri, easque voluit dilectione placari: furorem charitate cõpesci: in amorem ipsas inimicitias commutari. Sic enim imitatur quisquis Deum, qui interficit dilectione iram, facit amicum de inimico, de hoste fratrem, de prophano sanctum, de sacrilego religiosum, de gentili efficit Christianum. Vnde postquam de ipsa dilectione loquutus est, adiunxit, Vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est.

Odium proximi contra naturam.

Vnde de dilectione proximi. Lib. de vera religione, cap. lxxxv. Ea est regula dilectionis, vt quæcunque sibi vult bona prouenire, & proximo velit: & quæ accidere sibi mala non vult, & proximo nolit, hanc voluntatem erga homines seruet. Nam erga neminem est operandum malum: & dilectio proximi, malum non operatur.

Tom. X.

Libro 50. homil. homil. v. Regulam dilectionis in proximum ex te accepisti. Si teipsum non diligis, proximum quomodo diligis? Libro de vita Christiana. Quid sit proximum tanquam seipsum diligere, vt quantum possumus explicemus, quanquam ipsius causæ expositio, alio loco breuiter differatur, cum dicitur. Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris: Dominus quoque & saluator noster dicit. Omnia quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Nemo enim est, qui malum sibi optet ab aliquo fieri. Ille igitur proximum suum tanquam seipsum diligit, qui ei nõ mali aliquid facit, quod nec sibi vult fieri, sed si quid boni, prout ipse ab omnibus percipere optat & consequi, libenter impertitur. Diffuse tamen declarat. Lib. de disciplina Christiana. Ecce quid discitur in domo disciplinæ. Dilige Deum, dilige proximũ. Deum, tãquã Deũ: proximũ, tanquã te. Non enim inuenis parem Deo, vt possit tibi dici, Dilige Deum, sicut diligis illum. De proximo inuẽta est tibi regula: quia inuentus es proximo tuo par. Tu ipse quæris quomodo diligas proximum, attende teipsum: quomodo te diligis, dilige proximum tuum. Non est vbi erres. Volo ergo iam & tibi committere proximum tuum vt diligas eum tãquam teipsum. Volo, sed adhuc timeo. Adhuc enim discutere volo, quomodo diligas teipsum. Noli ergo ægrè ferre. Non es tuipse facile dimittendus, cui est proximus committendus. Non transitoriè tecum agendum est. Tu vnus homo: & proximi tui multi sunt. Non enim primo sic debes intelligere proximum vt fratrem, vel cognatum, vel affinem: proximus est enim omni homini omnis homo: proximi sibi di cuntur pater & filius, socer & gener. Nihil tam proximũ, quam homo & homo. Sed si putas non esse proximos nisi qui de eisdem parentibus nascuntur: Adam & Euam attendamus, & omnes fratres sumus. Et quidem fratres, secũdum quod homines sumus, quanto magis secundum quod Christiani sumus? Ad id quod homo es, vnus pater fuit Adã, vna mater Eua: Ad id quod Christianus es, vnus pater est Deus, vna mater est Ecclesia. Videte ergo quãtos proximos habeat vnus homo. Omnes homines, in quos incurrerit, quibus iungi potuerit, proximi eius sunt. Quomodo ergo discutiendus vtrũ diligat, cui cõmittendi sunt tot proximi vt sic eos diligat tanquam se? Non ergo irascatur vnusquisque, si discutio quomodo se diligat. Certè ego discutio, quia ego inuenturus sum. Ideo discutio, vt ipse se interroget, ipse sibi appareat, nõ ipse se lateat: ipse sibi nõ se abscondat, ipse sibi se ante oculos suos non post dorsum ponat. Me loquente faciat hoc, me nesciente faciat hoc. Quomodo te diligis? Quisquis me audis imo quisquis Deum per me audis, in hac domo disciplinæ attẽde te, quomodo te diligis. Profecto enim si te interrogem vtrum diligas te, respondes, quia diligis. Quis enim se odit? Hoc dicturus es. Ergo non diligis iniquitatem, si te diligis. Nam si diligis iniquitatem, non ego dico, Psal. audi. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Ergo si diligis iniquitatem, audi veritatem: veritatem non te palpantem, sed apertè tibi dicentem. Odis te. Quanto magis dicis, quod amas te: odis te. Qui

Cap. 10.
Tom. IX.
Tom. ... Cap. ...

Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Quid dicam de carne, quæ pars vilior est hominis? Si animam odit, carnē quomodo diligit? Denique qui amant iniquitatem, & oderunt animā suam: iam turpitudinē exercēt de carne sua. Iam ergo qui diligis iniquitatem, quomodo volebas tibi committi proximum, vt diligeres eum tanquā te? Homo quid perdis te? Si enim tu ipse sic diligis te, vt perdas te, sic profecto perditurus es & eum quē diligis sicut te. Nolo ergo quēquam diligas: vel solus peri: aut corrige dilectionem: aut respue societatem. Dicturus es mihi, Diligo proximum meum tanquam meipsum. Planè audio. Inebriari vis cum illo, quem diligis tanquam teipsum. Faciamus bene, inquis, hodie nobis, quātumcunque possumus bibamus. Vide quia sic te diligis, & illum ad te trahis, & ad quod amas voces. Necesse est vt quem diligis tanquam teipsum illuc trahas eum ad quod & tu te amas. Humanus homo imo beluinus, amando talia, qualia beluæ. Infra subdit in eodem. Dilige proximū tuum quomodo teipsum diligis: non quomodo teipsum odisti. Dilige eum tanquam teipsum, sed prius est vt diligas teipsum, quærere habes quo diligas teipsum, audire habes; Dilige Dominum Deum tuum: &c. Lib. de salutaribus documentis. Non postulat à nobis Deus aurum, non argentum, neque pallia, neque vestes pretiosas, neq; armilla, neq; agros, &c. huiusmodi, sed nosmetipsos quærit, & in nobis quiescere cupit. Accedamus ergo ad eum, vt vitam æternam habeamus. Habeamus in nobis dilectionē Dei & proximi, quia qui diligit proximum, legē impleuit: qui autem econtrario odit, homicida est. Qui diligit fratrem suum, in tranquillitate est corpus eius: fratrem verò odiens, tempestate circundatus est. Vir mitis & benignus si patiatur malum, pro nihilo ducit. Iniquus autē etiam paruum malum audiens à proximo suo, contumeliam arbitratur. Qui charitate plenus est tranquillo animo, & serenissimo vultu procedit: vir odio plenus, ambulat iracundus. Super primā canonicā Ioannis. hom. x. Non opus est fratres vt per nos distendatur nostrū. Impetrate à Deo vt diligatis inuicē. Omnes homines, etiam inimicos vestros diligatis: non quia fratres non sunt, sed vt fratres sint. Vt semper superno amore flagretis, siue in fratrem factum, siue in inimicum vt frater fiat diligendo: vbicunque fratrem diligis amicum diligis: iam tecum est, iam in vnitate catholica tibi coniunctus est. Erga omnia membra Christi, disciplina charitatis fratres mei, robur, flores, fructus, pulchritudo, amœnitas, pastus, potus, amplexus, sine satietate est. Si sic nos delectat peregrinos, quomodo gaudebimus in patria? Curramus ergo fratres mei, curramus & diligamus Christum. Corpus ipsius vbi iacet, membra ipsius vbi laborant, ibi esse debes, vt sub capite sis. Audi spiritum Dei per Prophetam. Latum mandatum tuum nimis. Extende charitatem per totum orbem si vis Christū amare, quia membra Christi per totum orbem iacent. Si amas partem, diuisus es: si diuisus es, in corpore non es: si in corpore non es, sub capite non es. Quid prodest quia credis & blasphemas, adoras illum in capite, blasphemas in corpore? Amat ille corpus suum. Si tu te præcidisti à corpore ipsius, caput nō se præcidet à corpore suo. Sine causa me honoras, clamat tibi caput de super: tanquā si velit tibi aliquis osculari caput, & calcaret pedes. Nonne inter verba honorantis clamares & diceres. Quid facis homo, calcas me? Non diceres, Calcas caput meum. Debet plus clamare caput pro membris calcatis, quam pro se onerato. Nonne clamat ipsum caput: Nolo honorem tuum, calcare me noli? Iam tu dic si potes, Quare te calcaui? Osculari te volui, amplecti te volui. Sed non vides ò stulte, quia quod vis amplecti, per quādam compaginem vnitatis peruenit ad id quod calcas? Sursum me honoras, deorsum me calcas: plus dolet quod calcas, quam gaudet quod honoras. Quomodo clamat lingua cum calcatur, Pes dolet, inquit, mihi: non dicit, dolet pedi meo. O lingua quis te percussit? Quis te tetigit? Quis te stimulauit? Nemo, inquit, sed coniuncta sum iis quæ calcantur: quomodo non vis vt doleam, quando non sum separata? Dominus noster Iesus Christus ascensurus in cœlum dixit discipulis suis nouissima verba post quæ non loquutus in terris, Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalē, & Iudæa, & Samaria & vsque ad vltimum terræ. Vide quam distendat corpus suum: vide vbi calcari nō vult. Ascendo, inquit, quia caput sum. Iaceo, quia iacet adhuc corpus meum per totam terram. Caue ergo ne percutias: caue ne violes, ne calces. Ascensurus caput in cœlum commendat membra sua in terra, & discessit. Iā nō inuenis ipsum loqui in terra, sed de cœlo. Et de ipso cœlo? Quia membra sua calcantur in terra. Persequutori enim Saulo dixit de super, Saule Saule quid me persequeris? Ascendi in cœlum, & adhuc in terra iaceo: hîc ad dexteram patris sedeo, ibi adhuc esurio, sitio, & peregrinus sum. Qualis debeat esse dilectio proximi, Li. de vera religione. c. xlvj. Debet homo diligere hominem sicut seipsum. Non tanquam iumentum, aut balænas, aut auiculam pictam vel garrulam, id est, vt ex eo aliquid temporalis voluptatis aut commodi capiat, seruiat necesse est non homini, sed quod est turpius, tam fœdo & detestabili vitio, quo non amat hominem sicut homo amandus est: Quo vitio dominante, vsque ad extremam vitam, vel potius mortem perducitur. Sed nec sic quidem ab homine homo diligendus est, vt diliguntur fratres carnales, vel filij, vel coniuges, vel quique cognati, aut affines, aut ciues. Nam & ista dilectio temporalis est. Non enim vllas tales necessitudines haberemus, quæ nascendo & moriendo contingunt, si natura nostra in præceptis & imagine Dei manens, in istam corruptionem non relegaretur. Nec hoc cuiquam inhumanum videri debet. Magis est enim inhumanum non amare in homine quod homo est, sed amare quod

Cap. 21. Tom. IIII.

Tom. IX.

Nexus capitis & membrorum.

vilius, hoc est, non in eo amare illud quod ad Deum pertinet, sed amare illud quod ad se pertinet. Quid ergo mirum si ad regnum non peruenit, qui non communem sed priuatam rem diligit? Ibidem subdit. Nemo potest perfecte diligere quo vocamur, nisi oderit vnde reuocamur. Vocamur autem ad perfectam naturam humanam, qualem ante peccatum nostrum Deus fecit. Reuocamur autem ab eius dilectione, quã peccando meruimus. Quare oderimus oportet, vnde vt liberemur optamus. Oderimus ergo temporales necessitudines, si æternitatis charitate flagramus. Diligat ergo homo proximum suum tanquã seipsum. Certè enim sibi ipsi nemo est pater, aut filius, aut affinis, aut aliquid huiusmodi, sed tantum homo. Qui ergo diligit aliquem tanquam seipsum, hoc in eo debet diligere quod sibi ipse est. Corpora verò non sunt quod nos sumus. Non ergo in homine corpus est expetendum aut desiderandum. Quapropter quisquis in proximo aliud diligit quam sibi ipse est, non eum diligit tanquam seipsum. Ipsa igitur natura humana sine carnali conditione diligenda est, siue sit perficienda, siue perfecta. Omnes enim sub vno Deo patre cognati sunt, qui eum diligunt, & faciunt voluntatem ipsius. Et inuicem sibi sunt & patres, cum sibi consulunt: & filij, cum sibi obtemperãt: & fratres, maximè quia eos vnus pater testamento suo ad vnam hæreditatem vocat. Declarat super Ioannem, sermone lxv. Dicit Christus. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis &c. quia exuto vetere, induit nos nouum hominem. Mandatum nouum nobis dedit, vt diligamus inuicem. Dilectio ista nos innouat, vt simus homines noui, hæredes testamenti noui. Hæc dilectio antiquos etiam iustos tunc, Patriarchas & Prophetas, sicut postea beatos Apostolos innouauit. Mandatum ergo nouum dedit nobis, vt diligamus nos inuicem. Non sicut se diligunt qui corrũpunt, vt adulteri & adulteræ, scortatores & meretrices. Nec sicut se diligunt homines quoniam homines sunt, vt mariti & vxores, parentes & filij, & quæcunque alia homines inter se necessitudo humana coniunxerit. Sed diligamus nos inuicem sicut se diligunt qui dij sunt, & filij altissimi omnes, vt simus filio eius vnico fratres, ea dilectione inuicem diligentes, qua ipse Christus dilexit nos perducturus ad illum finem, qui sufficiat nobis, vbi satiabitur in bonis desiderium nostrum. Et vt ait libro. de vera innocentia, cap. ij. Sic diligendi sunt homines, ne eorum diligantur errores: quia aliud est amare quod facti sunt, aliud odisse quod faciunt. Vnde libro de moribus ecclesiæ. Qui diligit proximum, agit quantum potest, vt saluus corpore, saluúsque animo sit. Sed cura corporis, ad salutem animi referenda est. Agit ergo his gradibus quantum ad animum pertinet, vt primo timeat, deinde Deum diligat. Hi mo-

Cap eod.

Quid, tanquã seipsum.

Tom. IX.

Mandatum nouum.

Tom. III.

Cap. 28.
Tom. I.

A res sunt optimi, per quos nobis etiam ipsa prouenit, ad quam omni studio rapimur, agnitio veritatis. Et super epistolã ad Galatas. Omnibus pari dilectione vita æterna optanda est, si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia. Ideo super primã canonicã Ioannis, Tract. x. Tenete dilectionem, & securi estote. Quid times ne malefacias alicui? Quis malefacit ei quẽ diligit? Dilige, non potest fieri nisi benefacias. Sed fortè corripis. Amor hoc facit, non sæuitia. Sed fortè cædis. Ad disciplinam facis: quia amor ipsius dilectionis, non te permittit negligere indisciplinatum. Et fit quodammodo quasi diuersus fructus & contrarius: vt aliquando odium blandiatur, & charitas sæuiat. Nescio quis odit inimicum suum, & fingit illi amicitiam.

B videt illum facere aliquid mali, laudat. Vult eum esse præcipitem, vult cæcum ire per abrupta cupiditatum suarum, vnde fortè non rediet. Laudat: quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: adhibet illi vnctionem adulationis suæ. Ecce odit & laudat. Alter videt amicum suum aliquid tale facere, reuocat. Si illum non audiat, proferet verba castigationis: obiurgat & litigat. Aliquando venitur ad hanc necessitatem vt litiget. Ecce odium blanditur, & charitas litigat. Noli attendere verba blandientis, & quasi sæuitiam obiurgantis: venam inspice, radicem vnde procedat, quære. Ille blanditur, vt decipiat: iste litigat, vt corrigat. Quare diligitur etiam in absentia. Libro de præsentia Dei ad Dardanum. Mutuæ charitatis flamma fit, vt eos quos

C nunquam vidimus, diligamus: dum eos habere quod diligimus credimus. Vnde quod nescitur non diligitur, Lib. octauo, de Trinitate. Nullus diligit quod ignorat. Sciri enim aliquid & non diligi potest, diligi autem quod nescitur, non potest. Efficitur autem id, quod diligit. super primã cano. Ioann. Tract. secundo. Talis est quisque, qualis est dilectio eius. Terram diligis, terra eris. Deum diligis, quid dicam, Deus eris? Non audeo dicere ex me, scripturam audiamus. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Si ergo vultis esse Dij & filij altissimi, nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt, sed solum Deũ. Vnde libro de spiritu & anima. Præceptũ est vt in dilectione maneamus. Vnde manete in dilectione mea. Per dilectionẽ nanq; rationalem

D creaturã sibi copulauit, vt eum semper haberet, & in eo maneret de eo in eo delectans, gaudens, & exultans. Per dilectionem rationalis creatura creatori suo, & sibi inuicem, copulata est. Solum est dilectionis vinculum quod ligat vtrosque in idipsum per amorẽ Dei: omnes enim adhæremus per amorẽ Christi, omnes ad inuicem vnũ sumus, vt bonũ omniũ fiat singulorũ: & quod quisq; in se non habet in altero possideat. Merito, q̃a in ea continetur omnis spiritualis fructus. super Ioã. serm. lxxxvij Apostolus cũ cõmẽdare fructus spiritus vellet, à capite charitatẽ posuit. Fructus, inquit, spiritus charitas. Ac deinde cętera tanquã ex isto capite exorta & religata cõtexuit: quæ

Tom. ...

Ad Gal.

Tom. ...

quæ sunt gaudiũ, pax, lõganimitas, benignitas, bonitas, fides, spes, mãsuetudo, cõtinentia. Quis autẽ bene gaudet, nisi qui bonũ diligit? Quis pacẽ veram nisi cum illo habere potest, quẽ veraciter diligit? Quis longanimis in bono opere perseueranter manẽdo, nisi ferueat diligẽdo? Quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligẽdo efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionẽ operatur? Quis mãsuetus vtiliter, nisi cui dilectio moderatur? Quis ab eo cõtinet vnde turpatur, nisi diligat vnde honestatur. Meritò itaq; magister bonus dilectionẽ sic sæpe commendat, tanquã sola præcipiẽda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona. & quę nõ potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Propter hanc dilectionẽ patienter debemus etiam mundi odia sustinere: necesse est enim vt nos oderit, quos cernit nolle quod diligit. Vnde de ea cõcluditur. eodem Lib. sermo. lxv. Super illud. In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis si dilectionẽ habueritis ad inuicem: tanquã diceret. Alia munera habẽt vobiscũ etiam non mei, non solum naturã, vitam, sensum, rationem, & eam salutem quæ hominibus pecoribúsque cõmunis est, verum etiã linguas, sacramenta, prophetiam, scientiã, fidem, distributionẽ rerum suarũ pauperibus, & traditionẽ corporis sui, vt ardeant: sed quoniã charitatẽ non habent, vt cymbala concrepant, nihil sunt, nihil illis prodest. Non ergo in illis quamuis bonis muneribus meis, quæ habere possunt etiã non discipuli mei. Sed in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis inuicem. O sponsa Christi pulchra inter mulieres, ò dealbata ascendẽs & incũbens super fratruelẽ tuum, quoniã cuius lumine illustraris vt candeas, eius adiutorio fulciris, ne cadas. O quam bene tibi cantatur in illo canticorum cantico velut epithalamio tuo, quia charitas in deliciis tuis. Ipsa non comperdit cum impiis animam tuam: ipsa discernit causam tuã, & sicut mors valida est, & in deliciis tuis est. Quam mirãdi generis mors est, cui parũ fuit non esse in pœnis, nisi esset insuper & in deliciis?

(Tom. IX. Ibid.)

DILVVIVM. Diluuio nullus mortuus est de genere Seth. Libr. xv. de ciuitate Dei, capit. xxiiij. Sexcentesimo quippe anno vitæ Noe, secundo mense, factum est diluuium, ac sic centum viginti anni prædicti sunt futuri vitæ hominum periturorum, quibus transactis diluuio delerentur. Nec frustra creditur sic factum esse diluuium, iam non inuentis in terra qui non erãt digni tali morte defungi, qua in impios vindicatum est: non quod hîc quicquam bonis quandoque morituris tale genus mortis faciat aliquid quod eis possit obesse post mortem. Verumtamen nullus eorum diluuio mortuus est, quos de semine Seth propagatos, sancta scriptura commemorat. Diluuium superauit olympum. ibidem, capit. xxvij. Qui opinantur tam magnum fieri non potuisse diluuium, vt altissimos montes quindecim cubitis aqua crescendo transcenderet, propter olympi verticem montis, supra quẽ perhibentur nubes non posse conscẽdere, quod tam sublimis quam cœlum sit, vt non ibi sit aër iste crassior, vbi venti, nubes, imbrésque gignuntur, non attendunt omnium elementorũ crassissimã terram ibi esse potuisse. An forte negãt esse terrã verticem montis? Cur igitur vsque ad illa cœli spatia terris exaltari licuisse, & aquis exaltari nõ licuisse contendunt, cum isti mensores & pensores elementorum, aquas terris perhibeant superiores atque leuiores? Quid itaque rationis afferunt, quare terra grauior & inferior locum cœli tranquillioris inuaserit per volumina tot annorum, & aqua leuior atque superior permissa non sit hoc facere, saltem ad tempus exiguũ? Fuerunt autem plura diluuia. Libro xviij. eiusdem, capit. viij. Ogygij temporibus diluuium magnum factum est: non illud maximum, in quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt: quod gentium nec Græca, nec Latina nouit historia: sed tamen maius, quam postea tempore Deucalionis fuit. Et infra. Iam secundo Argiuorum Phoronæo rege regnante, Ogygij diluuium fuisse commemorant. Et ibidem, capit. decimo. Vt Varro scribit regnante Atheniensibus Cranao successore Cecropis, vt autem nostri Eusebius & Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, diluuium fuit, quod appellatũ est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus, vbi maximè factum est: hoc autem diluuium, nequaquam ad Aegyptum, atque eius vicinia, peruenit. Innuit duplex diluuium, scilicet aquæ & malitiæ. Libro decimo sexto eiusdem, capit. duodecimo. Sicut per aquarum diluuium vna domus Noe remansit ad reparandum genus humanum: sic in diluuio multarum superstitionum per vniuersum mundum, vna remansit domus Thare, in qua custodita est plantatio ciuitatis Dei.

(Tom. V. — Tom. eod. — Tom. eod.)

DIMITTERE. Dimittenda est offensa. tractatu de concordia fratrum, circa principium. Vita ista mortalis & fragilis, quæ inter tot terrenas tentationes periclitatur, & orat ne submergatur, non potest esse in quouis iusto sine qualibuscũque peccatis. Vnum est remedium per quod viuere possumus, quia nos docuit magister Deus dicere in oratione. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. pactum & placitum cum Deo facimus, & conditionem soluendi debiti in cautione conscripsimus. Dimitti nobis plena fiducia petamus, si & nos dimittimus. Si autem non dimittimus, dimitti nobis peccata nõ putemus, ne nos ipsos fallamus. Homo se non fallat, Deus neminem fallit. De dimissione temporalium. super psalm. centesimum tertium, sermone tertio. Non superbiat qui multa dimittit. Petrus vt sequeretur Dominũ, nouimus quod piscator erat, quid potuit dimittere, vel frater eius Andreas, vel filij Zebedæi, Ioannes & Iacobus etiam ipsi piscatores? Et tamen dixerunt. Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te. Non eis dixit Dominus. Oblitus es pauperta-

(Tom. VIII.)

tem tuam. Quid dimisisti vt totum mundum acciperes? Multũ dimisit qui nõ solùm dimisit quicquid habebat, sed etiam quicquid habere cupiebat. Quis enim pauper non turgescit, in spem sæculi huius? Quis non quotidie cupit augere quod habet? Ista cupiditas præcisa est. Ibat in immensum, accepit modum, & nihil dimissum est? Prorsus totum mundum dimisit Petrus, & totũ mundum Petrus accepit: quasi nihil habẽtes, & omnia posidẽtes. Similiter in epistola prima ad Hilarium. Diuites qui in suis diuitiis sic statuerant permanere, vt ex earum bonis operibus promererentur Dominũ, hoc dimittant potius propter Christum, quam propter hæc Christum, vt accipiant etiam in hoc sæculo centuplũ, cuius numeri perfectione significantur omnia: fideli quippe homini, totus mundus diuitiarum est: fiántq; hoc modo, quasi nihil habentes, & omnia posidẽtes, & in futuro sæculo posideant vitam æternã, ne ꝓpter ista dimisso Christo in mortẽ ꝑcipitentur æternam. Et ibidem infra, adducẽs illud. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, &c. Vehemẽter adamaui, & nõ meis viribus, sed gratia ipsius adiuuãte sic feci. Neq; enim quia diues nõ fui, ideo minus mihi imputabitur. Nã neque Apostoli ipsi qui priores hoc fecerũt, diuites fuerũt. Sed totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere dimittit. Quantum autẽ in hac perfectionis via profecerim, magis quidẽ noui ego, quam alius homo. Sed magis Deus, quam ego. Et ad hoc propositũ quãtis possum viribus alios exhortor, & in nomine Domini cõsortes habeo, quibus hoc per meum ministeriũ persuasum est: sic tamẽ vt præcipuè sana doctrina teneatur, nec eos q̃ ista nõ faciũt, vana contumacia iudicemus, dicẽtes eis nihil ꝓdesse quod pudicè, quãuis & cõiugaliter viuãt, quod domos suas & familiam Christianè regunt, quod operibus misericordiæ sibi thesaurizent in posterũ, ne ista disputando non scripturarum sanctarum tractatores, sed earum accusator es inueniamur.

Tom. II. Epist. 89. Mat. 19. Omnia dimisit Augusti.

DISCIPLINA. Vnde disciplina, & quid sit, Lib. xiiij. de Trinitate, capit. j. Disciplina à discendo nomen accepit. Vnde & sciẽtia dici potest. Ad hoc enim res discitur, vt sciatur. Quãuis & alia notione, in iis quæ, ꝓ peccatis suis mala quisq; patitur vt corrigatur, dici soleat disciplina. Vnde est illud in epistola ad Hebræos. Quis enim est filius, cui non det disciplinã pater eius? Lib. j. de libero arbitrio. Disciplina bona est, & à discendo dicta est disciplina: mala, disci omnino nõ possunt. Si autem discũtur mala, disciplina cõtinentur, atque ita disciplina non erit bonũ. Nõ igitur discũtur mala, aut mala vitanda, non faciẽda discuntur: quia malefacere nihil est, nisi à disciplina deuiare. Vbi discitur, & à quo docetur, in principio libelli de disciplina Christiana. Disciplina à discendo dicta est. Disciplinæ domus, est Ecclesia Dei. Quid ergo hîc discitur? Qui discũt, vel à quo discũt? Discitur bene viuere: vt perueniatur ad semper viuere. Discũt Christiani, docet Christus. Vnde debet disci à quolibet. ibidẽ. Omnes in domo disciplinæ sumus, sed multi nolũt habere disciplinã: & quod est peruersius nec in domo disciplinæ volũt habere disciplinam. Cũ ꝓpterea in domo disciplinæ debeãt accipere disciplinã, vt seruent illã in domibus suis: ipsi cõtra indisciplinationẽ, non solũ in domibus suis habere nolunt, sed ferre illã secũ & ad domũ disciplinæ volũt. Ideo apud quos nõ vacat verbũ Dei, qui cor auri cõiungunt, qui non sunt via vbi semen quod cecidit ab auibus colligitur, qui non sunt petrosa loca, vbi semẽ altam radicẽ habere nõ posit, & ad horã exit, & in æstu arescit: qui nõ sunt ager spinosus, vbi cũ semen germinauerit & in auras surgere cœperit, spinarũ densitate suffocatur. Sed sunt terra bona parata semen accipere, & fructũ reddere vel centenũ, vel sexagenũ, vel tricenum. Qui ergo tales sunt, accipiãt quod per me Dominus dicere dignatur. Ego enim quoniã ille seminat, quid sum? Vix cophinus seminantis. Ipse in me ponere dignetur quod vobis spargat. Nolite ergo attendere ad vtilitatem cophini, sed ad qualitatẽ seminis, & ad potestatẽ seminatoris.

Tom. III. ἐπιστήμη.

Cap. 1. Tom. I.

Cap. 1.

Probat causa disciplinæ, immortalẽ animam esse. Lib. de immortalitate animæ, cap. j. Si alicubi est disciplina, nec esse nisi in eo quod viuit potest, & semper est: nec quicquã in quo q̃d semper est, potest esse nõ semper. Semper viuit. Nihil enim quod nõ viuit aliquid discit. Nec esse in eo quod nihil discit disciplina potest. Lib. j. retractationum, cap. v. Quod dixi. Nec esse in eo quod nihil discit, disciplina potest. Item quod alio loco dixi. Nec vllã rem sciẽtia cõplectitur, nisi quæ ad aliã pertinet disciplinã: nec venit in mẽtem Deũ non discere disciplinas, & habere omniũ rerũ sciẽtiã, in qua etiã præsciẽtia est futurorũ. Dirigit in discursu rationẽ, ibidem. Nemo sine disciplina rectè ratiocinatur. Est recta ratiocinatio, à certis ad incertorũ indagationẽ nitẽs cognitio vel cogitatio. Nihílque est certũ in animo, quod ignorat, nec vllã rem cõplectitur scientia, nisi quæ ad aliquã pertineat disciplinã. Iuuat ad totius cõpositi cõseruationẽ. Lib de moribus Ecclesiæ. Disciplina per quã salus animo instauratur, quæ si absit, nihil ad depellẽdas miserias salus corporis valet, difficillima omnino res est. Nõ est culpãda quanquam videatur dura, nam ea seruat naturalia: in primo Tractatu de bono disciplinæ. Multi sunt qui sanæ doctrinæ aduersantur, iustitiam culpant, disciplinã imperiũ esse iudicant, ac rationalẽ castigationẽ superbiæ asignãt: cũ nõ sit imperiũ, nisi vbi aliquid iubetur iniustum: nec sit superbia, nisi vbi negligitur disciplina. Disciplina est igitur magistra veræ pietatis, quę nec ideo ĩperat, vt lædat: nec omnino castigat, vt noceat. Deniq; mores hoĩm irata corrigit, inflãmata custodit, ita Salomone dicẽte. Fili ne deficias ad disciplinã Domini, neque fatigeris cum ab eo argueris: quem enim diligit Deus increpat, & flagellat omnem filium quem recipit. Nihil profecto est quod non disciplina, aut emendet, aut saluum faciat. Quam si quis sapienter apprehẽderit, nec gratiam amicitiarum perdit, nec periculum damnat

Cap.2. damnationis incurrit. Nemo disciplinã irrationabilẽ putet, sub qua videt vniuersis quæ in cœlo, & sub cœlo sunt, verbo operante compositis omnipotentis Dei stare consilium. In principio enim operis sui Dominus, nihil prius quã disciplinam fecit. Nam cum assistente sapientia cœlum suspenderet, terrã pararet, maria concluderet, & suis locis, suísque tẽporibus cursum solis, lunæq; globum disponeret, omnia sub disciplina constituit. Quid autẽ non esset tenebrosum, quid nõ incompositũ, quid non haberetur absurdũ, nisi constitutis legibus cuncta starent elementa? Nũquid sine disciplina agitur solis cursus? Qui quãuis diurni itineris necessitatem infatigatus impleuerit, ad officiũ suum matutinus occurrit, & se in parte cœli quotidie terrarum spatia lustraturus ostendit. Tanta est disciplinæ ratio, vt inter temporum metas lege cõscriptas ita indefessi itineris alternis vicibus syderum cursus agitetur, vt nec luna defectionis suæ damnandi effugiat, nec solẽ diurni luminis flamma destituat. Nunquid sine disciplina est quod tanti maris fluctus humili terrarũ littore continetur, & in signo suo frequẽter incitata vẽtis altior aggere vnda cõcluditur? Omnia profecto insipiẽs natura cõfunderet, nisi mundũ disciplinæ ratio gubernaret. Hęc ideo proposuimus dicere, vt disceretis Euangelicis obedire præceptis, & cœlestibus obtemperare mandatis.

Cap.3. Quid autẽ rationabilẽ animã, & ad Dei imaginẽ factam expediat, facilè potest homo intelligere: cũ videt sacratis per voluntatẽ Dei cõstitutionibus disciplinæ etiã elemẽta seruire. Vnde contineturr disciplina, & qualiter seruetur. Lib. de moribus Ecclesiæ. *Cap.28. Tom.1.* Disciplina, quæ animi medicina est, quantũ in scripturis ipsis Diuinis colligi licet, in duo distribuitur, coercionẽ & instructionem. Coërcio timore, instructio verò amore perficitur, eius dico, cui per disciplinã subuenitur. Nam qui subuenit, nihil illorũ duorũ habet, nisi amare.

Cap.5. Tom.V. Seruantur autẽ disciplinæ timore, hominum mores, & vita. Tractatu de bono disciplinæ, sermone primo. Bene in omnibus causis timor obtemperat disciplinæ: qui pro hoc ipso quod imminentes periculorum casus, aut iras iudicum cauere nouit, potestatem conseruandæ salutis obtinuit. Quid igitur adultero castum? quid furi esset tutum? quid latroni non peruium? quis non expauesceret concaua littorum, secreta syluarum? quid non præsumptio possideret, nisi furorem animorum sub metu pœnæ disciplina compesceret? Ac nisi constitutus esset ordo viuendi, nunquam profecto finem poneret natura peccandi. Nihil est quod non gula suadeat, si gulæ disciplina consentiat. Nihil est quod non perdat luxuria, si amore vitior um à te disciplina discedat. Nihil est quod non habendi cupiditate animus occupet, nisi auaritiæ vitium disciplina condemnet. Omnia sub metu disciplinæ vitia latent. Iam non est in quo fides nunquam erubescat, si homo futurum Dei iudicium respiciat, & causam reddendæ rationis intendat. Nec est in quo vindex scelerum flamma desæuiat, si intuitu disciplinæ, aut

A res quæ sunt honestæ cogites, aut quæ sunt pudendæ castiges. Multi ibi nomen crudelitatis imponunt, vbi pro amore disciplinæ crimen admissi sceleris supplicio vindicatur latronis: cum sententia vindicãtis iustis legibus seruiat, & non solum præsentibus, sed etiam futuris manum porrigit. Quis igitur non licitè crederet se debere peccare, si impudicis & impiis actibus iudex non præscriberet disciplinã? Videamus q̃d lex loquatur. Nõ occides, nõ falsum testimoniũ dices. Hæ sunt disciplinæ leges, quibus etiam districtio sæcularis sententiæ obsequitur, impugnando turpia, & resecando criminosa. Nam addit scriptura. Iudex non est vindex positus boni operis, sed mali: ita vt etiam vicarium pœnæ genus exigat, cum dicit. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ca-

B uetur per eam futurum supplicium. ibidem. Si vis non timere potestatẽ, quod bonum est fac. Hoc est dicere. Si vis futurum non timere iudiciũ, declina à malo & fac bonum. Ergo hanc primã constitutionis formam, quæ sæculi legibus caret, cauere debemus & vincere: vt possimus à nobis illud præiudicium perpetuæ mortis excludere. Quia quos ista temporalis non affligit pœna, hos illa in æternum insatiabili tormentorum dolore prosequitur. Nemo autem illud homicidij crimen euasisse se existimet, quem excusatum sæcularis iudicij corrupti sententia absoluerit. Nec ille adulterij facinus prætermissum putet, qui indulgentiæ lege deprehensus euasit. Nemo cum sanam dexteram videt, falsitatis reo debita iure supplicia iudicet esse concessa. Defunctis corpo- *Cap.4.*

C ribus salua sunt crimina, nisi fuerint apud Deum prius lachrymarum intercessione purgata. Expectat enim reum suum gehẽna, debitis armata suppliciis. Ad cõfusionem magis præsentis vitæ, non ad absolutionẽ criminis pertinet authoritas sententiæ sæcularis. Illa ergo sunt ante omnia cogitanda supplicia, vbi homo viuet pœna durante: vbi nec tormenta corpori, nec desunt membra tortori. Quæ tamen facilè vitare possumus, si habenas disciplinæ teneamus. Apostolo dicẽte. Vis non timere potestatẽ, bene fac, & habebis laudẽ ex illa. Quis sapiens non ad hoc disciplinæ animũ lætus apponat, vbi potest homo nõ solũ pœnã criminis vitare, sed etiã gratiã laudationis acquirere? Homines maximè debẽt disciplinã seruare. ibidẽ. Dicit Propheta. Qui spernit disciplinã, *Rom.13.* *Cap.5.*

D odit animã suã. Et verè ita est. Nam hostis & inimicus est animæ suæ, qui spretis disciplinæ monitis, diabolicis occupatur officiis. Dicũt aliquãti disciplinã satis duris legibus constitutã. Loquantur ista satis miseri, quos ad omne facinus diabolus author mortis inuitat, quorum mẽtes insatiabilis gula possidet, sup quos regnat ebrietas, quos turpis luxuria captiuos tenet, & à quibus nunquã superna ingrata discessit. Illis autẽ quibus studiũ est honestæ famæ seruare, cõtinẽtiæ, humilitati, pietatúque seruire, dulce disciplinæ onus est, & leue iugum Domini, quod non grauat, nisi aut perditos, aut perituros. Erubesco dicere in confusione humanæ negligentiæ, quare apud aliquãtos parum *Et strata disciplinæ subduntur.*

parum proficiat diſciplina, cum videamus paſtorali magiſterio, & apud muta animalia nõ perire ordinẽ diſciplinæ, tam dociles equorũ animi, cũ in girum ducti, flexuoſis greſsibus mẽbra cõponunt, & ſub vnius habenæ retinaculo, ita laxari ſe conſentiunt, vt & currendi & ſtandi modus ſub quadã legũ diſpoſitione ſeruet. Itaq; quos natura numero diuidit, ſtudio diſciplinæ cõiungit. Videte quã fortiora boũ corpora, plauſtro ſubiaceãt: quæ in tantũ imperio animũ parant, vt tumentia naturaliter leui iugo colla ſupponant. Ita diſciplinæ cõſtitutionibus ſeruiunt etiam quæ in feritate naſcũtur. Vnde miror aliquoties hominẽ, cui ineſt ſapientia & intellectus prudẽtiæ, paſsim diſciplinæ præcepta negligere, cum videamus mutum animal vitia cauere, iuſsis obtemperare, imperio deſeruire, atq; ita ad omnẽ obedientiã animum aptare, vt cum opus fuerit armatis legionibus occurrãt, & hoſtilibus ſe telis iuſſa obiiciant. Audite in hoc loco Prophetã dicentem. *Iſai.1.* Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſraël autẽ non cognouit me. Vereor dicere, ne noſtrã negligentiã pulſet iſta ſentẽtia. Non autẽ cognouit Dominũ, qui cõditionis ſuæ nõ cognouit officium.

Cap.7. Valet diſciplina ad cõſeruandam famã. eodem Libr. Intelligat vnuſquiſq; parũ ſibi prodeſſe conuerſationis famã, niſi in contemptu mundi amauerit diſciplinã. Ergo cui ſtudium eſt Chriſtũ colere, prius cordis & corporis ſuſcipiat indumẽta. Omnis enim vita religionis profeſſæ, integritatis debet famã ſentire: ne quem expectat corona virtutis, pudoris damno feriat. Corporis integritas fidem muniat, integritatẽ fides incõtaminata cuſtodiat, vt manẽte vtriuſq; partis beneficio, immaculatum hominẽ faciat regnare cum Chriſto. Sed in hoc ſolũ conſtat conuerſationis noſtræ ratio, vt boni ſimus. Laborandũ igitur illi ante omnia eſt, vt qui bonitatem ſequitur, bonus eſſe iudicetur. Nã quãuis homo corpus purũ immaculatúmq; cuſtodiat, laceratã vitam ad Deum portat, cuius actus vultum infamat, licet ſciamus conſcientiã ſolam bonis actibus poſſe ſufficere. *Etiam à ſpecie mali cauendum.* Sed quanto melius eſt vt ſemper de te bene ſentiat, qui circa ianuam tuam vanis ſuſpicionibus frequenter ægrotat? Inſitum eſt naturaliter vulgo, vt de bonis ſemper malè iudicet. Sed tu qui curam bonæ famæ colis, ſtudio tuo gratiam integræ opinionis acquire. Vita ergo noſtra ita ſit lucida, vt ſit omnibus nota: integritas religioni, pudor ſeruiat humilitati. Quem amor tenet ſeruandæ integritatis, ante omnia falſi ad ſe famam non admittat erroris. Magnum eſt quidem & glorioſum, & vſq; ad cœlum omnium ore proferendum, nunquam malis actibus locum dediſſe: ſed multo fortius eſt, nunquam ſuſpicionibus falſis laboraſſe. Quid enim tibi prodeſt ſobrietas, ſi vitia ebrietatis exerceas? Quis non te ebriũ iudicet, ſi inter effluentes vino calices, ſaltãtium giros imiteris? Quis te caſtum putabit, ſi te videat meretricum miſtum fabulis, ſcenico ſermone compoſitis: aut loquentem turpia, aut inhoneſta reſonantem? Laudo quidem conſcientiã caſtitatis, ſed odio colloquiũ meretricis. In quo loco fortaſſe dicat tibi aliquis. Sufficit mihi pura conſcientia. Quantum ad innocentiam pertinet, tibi ſoli ſufficit, ſed prouidendum eſt, ne facilitate tua alter peccet, & alienum peccatum in te redundet: iuxta illud quod dicit ſcriptura. Væ illi per quem ſcandalum venit. Quamuis autem pretioſo ſerico corpus veſtias, & niueo vellere membra componas, non ſine macula diem tranſigis, ſi camini ardentis ora contigeris. In omni ergo actu tuo vitam tuam diſciplina comitetur. Si vis placere Chriſto, elabora vt profeſsionem tuam fides adiuuet, fama commendet. Præcedat vos patientia humilitatis ſocia, aſsiſtat pudicitia integritatis magiſtra, fugiat cupiditas, erubeſcat ebrietas, luxuria actus ſuos lugeat, ſuperbia confuſa diſcedat. Quicunque enim feſtinat Deum cognoſcere, ſub diſciplinæ ordine Chriſtum poterit inuenire.

Diſciplina cõmendat bonitatẽ, & ecõtrario. Lib. eodẽ. Quia bonitas temperamentum eſt diſciplinæ, & diſciplina cõdimentum eſt bonitatis, caue ergo ne ita vel bonus velis videri, vt abiicias diſciplinã. aut ita arduam ſecteris diſciplinam, vt remoueas bonitatẽ: quibus beatus Dauid idcirco ſcientiam precatur adiũgi, vt directo mentis noſtræ iudicio, ſcire poſsimus qualiter in nobis eſſe poſsit, & diſtrictior bonitas, & blandior diſciplina.

Propterea ibidem, infra. Si ille Prophetarũ præcipuus, doceri ſe à Deo has ſanctiores vias tantopere precabatur, quid facere nos oportet, qui & tardi ſenſus infirmitate torpemus, & noxia remiſsioris vitæ conſuetudine deprauamur? Nos, inquam, magis orare debemus dicentes, Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quatinus in nobis bonitas malitiam vincat, & vitia ac voluptates diſciplina caſtiget, & ignorantiæ cæcitatem ſcientia veritatis illuminet.

Vnde eſſe ſine diſciplina videtur abuſus. Libro de xij. abuſionibus, capit. vndecimo. Vndecimus gradus abuſionis, eſt plebs ſine diſciplina, quæ dum diſciplinæ exercitationibus non ſeruit, communi ſe perditionis laqueo conſtringit. Ira enim Domini, abſque diſciplinæ rigore non euaditur: atque idcirco pſalmiſtæ vocibus indiſciplinatæ plebi prædicatur. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus. Diſciplina verò, eſt morum ordinata correptio, & maiorũ præcedentium regularum obſeruatio. De qua diſciplina Paulus Apoſtolus ita loquitur, dicens. In diſciplina perſeuerate. Tanquam filiis vobis ſeſe offert Deus: quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius particeps facti ſunt omnes, ergo adulteri & nõ filij eſtis. Qui ergo adulteri ſine diſciplina ſunt, cœleſtis regni hæreditatem non capiunt: filij autem paternæ diſciplinæ correctiones ferunt, & hæreditatem quandoque recipere poſſe non deſperent. De qua etiam diſciplina Iſaias indiſciplinatæ plebi prædicat dicens. Quieſcite peruersè agere, diſcite benefacere. Et eadem pſalmiſta conſona voce pſallit dicens. Declina à malo & fac bonum. Infœlix ergo eſt, qui abiicit diſciplinam: audet enim extra milites aliquid

qui

qui Dominum crucifigentes, non eius sciderunt tunicam, qui Ecclesiæ Christi scindunt disciplinam. *Tunica Christi mysticè.* Sicut enim tunica totum corpus præter caput tegitur, ita disciplina omnes Ecclesiæ partes præter Christũ, qui caput est Ecclesiæ & sub disciplina non est, protegũtur & ornãtur. Ipsa verò tunica desuper fuerat cõtexta per totũ, quia eadẽ disciplina Ecclesiæ à Domino de cœlo tribuitur & integratur. De qua Dominus, cũ ad patrẽ ascẽderet, postquã à mortuis resurrexit, ad Apostolos suos loquebatur. Vos autẽ sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. Tunica ergo corporis Christi, disciplina Ecclesiæ est. Qui autem extra disciplinam est, alienus est à corpore Christi. Non scindamus ergo illam, sed sortiamur de illa, id est, non soluamus quicquã de mandatis Domini, sed vnusquisq; in quo vocatus est, in eo permaneat apud Deum.

DISSENSIO & discordia. Discordia à diabolo seminatur. In communibus sermonibus, sermo. x. Discordiã in corde tuo diabolus seminat, ipse plantauit, ipse inhabitauit. Nõne ille est semper discordiarũ seminator, dissensionis author & origo rixarũ? Dissentire intellectu scripturę potest esse dupliciter. *Cap.23. Tom.I.* Lib. xij. cõfess. Duo video dissensionũ genera oboriri posse, cum aliquid à nũtiis veracibus per signa enuntiatur: vnũ, si de veritate rerum: alterũ, si de ipsius qui enuntiat voluntate dissensio est. Aliter enim quęrimus de creaturæ cõditione quid verũ sit. Aliter autẽ quid Moses intellexit, cum dixit. In principio creauit Deus cœlum & terram.

DISPVTATIO. Inducit veritatis cognitionẽ. *Cap.7. Tom.I.* Lib. ij. soliloquiorũ suorum. Melius veritas quæri nõ potest, quã interrogãdo & respõdendo, & vix quisquã inuenitur, quẽ non pudeat conuinci disputantẽ, eóque penè semper euenit, vt rem bene inductã ad discutiendum incõditus peruicaciæ clamor explodat, etiã cum laceratione animorum plerunque dissimulata interdum & aperta. *Cap.3. Tom.eod.* Lib. j. de academicis, disputatione prima. Veritatis sola inquisitio, perfectũ sapiẽtiæ munus est. Vnde ibidẽ. Non parũ in Philosophia profectũ puto, cũ in cõparatione veri rectiq; inueniendi, contẽnitur à disputante victoria. *Cap.eod. Sunt verba Licentij. Tom.V.* Lib. vj. de ciuitate Dei. Ea putatur gloria vanitatis, nullis cedere viribus veritatis: pertinacia vtiq; eius, cui vitiũ tam inane dominatur. Nam & cõtra omnẽ curãtis industriã, non malo medici, sed ægroti insanabilis morbus inuictus est. Non debet esse cõtentiosa. *Tom.II. Epist.174. Laudicupidi disputatores.* In epistola ad Pascẽtium comitem Arrianũ. Hi solent latebras malæ defensionis inquirere, qui cõtentionis sunt cupidiores, quã veritatis. In eadẽ. Homines minus intelligẽtes, potentes volũt habere sententias: & scripturis non diligenter scrutatis, cum arripiunt defensionẽ cuiuscunq; opinionis, ab ea nunquã vel difficile flectũtur, cũ docti atq; sapientes magis putari, quàm esse concupiscunt. In eadem. Non est bonũ hominis, hominẽ vincere: sed bonũ est homini, vt eum veritas vincat volentem: quia malũ est homini, vt eum veritas vincat

A inuitũ. Nam vt ipsa vincat necesse est, siue negantem, siue confitentẽ. In eadẽ. Quid est contentiosius, q̃ vbi de re constat, certare de nomine?

Lib. ij. de Academicis, disputatione secunda. Turpe est disputãtibus, in verbi quæstiõe immorari, cũ certamẽ nullũ de rebus remãserit. *Tom.I.* Lib. ij. de libero arbitrio. Cum dolo & peruicacia, de nulla re est disserendũ. Debet carere cõuitiis. In secũda epistola ad dictũ Pascentiũ. Caueamus nos à conuitiis, ne tẽpus inaniter impendamus, & ad id, quod agitur inter, nos potius aduertamus. *Tom.II. Epist.177. Tom.II. Epist.144.*

Quia vt in epistola ad Proculianũ. In ipsa disputatione nonnulli auditores mallent, quasi nostrũ expectare certamẽ, quàm salutarẽ colloqutionẽ. Vnde alter alterũ supportare debet, ibidem. *Supra.* B Si frater noster aliquid in disputãdo pro fide sua, & pro Ecclesiæ charitate dixit fortasse feruẽtius, quã tua grauitas vellet audire, non illa cõtumacia, sed fiducia nominãda est, collatorem enim & disputatorẽ, nõ assertorẽ & adulatorem se esse cupiebat. Libr. iiij. contra Cresconium grammaticũ. In collatione disputationis hoc cauendũ est, ne prorũpatur in litem, & caueri à modestis & mitibus, & potest, & solet. *Tom.VII.* In disputando nõ culpatur mutare propositum. Libr. j. de Academicis, distinct. j. *Cap.3. Tom.I.* Ad ea quæ temere concessa sunt, rursum redire hoc non solẽt cõcedere illi, quos ad disputandũ nõ inueniendi veri cupiditas, sed ingenij puerilis iactantia impellit. Itaq; apud me, præsertim cum adhuc nutriendi educandíq; sitis, non solũ cõceditur, sed etiã in præceptis habeatis volo, ad ea vos discutienda redire oporC tere, quæ cõcesseritis incautius. Verũ cautè de re obscura est dicendũ, Lib. ij. de peccatorũ meritis, &c. *Cap.36. Tom.VII.* Vbi de re obscurissima disputatur, nõ adiuuantibus Diuinarum scripturarum certis clarísque documentis, cohibere se debet humana præsumptio, nihil faciens in partem alteram declinando. Etsi enim quodlibet horum quemadmodum demonstrari & explicari possit, ignorem: illud tamẽ credo, quod etiam hinc Diuinorum eloquiorum authoritatis esset, si homo id sine dispendio promissæ salutis ignorare non posset. Sed vt dicit in fine libri de hæresibus. *In peroratione. Tom.VI.* Multum adiuuat cor fidele nosse quid credendum non sit, etiam si disputandi facultate, id refutare non possit. Ita est vtile nosse quid quærendum. in prologo libri quæstionum super D Genes. *Tom.IIII.* Si quis hoc legere, propter incultũ in nostra festinatione sermonem, non fastidierit, si quas quæstiones propositas inuenerit nec solutas, non ideo sibi nihil collatum putet. Nonnulla enim pars inuentionis est, nosse quid quæris. Quarum autem solutio placuerit, non ibi vile contemnat eloquium, sed de aliqua participatione doctrinæ potius gratuletur. Non enim disputatio veritate, sed veritas disputatione requiritur. Dat disputandi formã. Lib. de vtilitate credendi. *Tom.VI.* Separatis nugis locorum communiũ, res cum re, causa cũ causa, ratio cũ ratione confligat.

In Enchiridion. *Tom.I.* Cum ista quæruntur: & ea sicut potest quisq; coniectat, non vtiliter exercentur

tur ingenia, ſi adhıbeatur dıſceptatio moderata, & abſit error opinantiũ ſcire quod neſciunt. *Cap.15. Tom.VII.* Libro primo contra prædictũ Creſco. Qui diſputat verũ diſputando diſcernit à falſo. Quod qui non poſſunt, & tantũ dialectici videri volunt, per inſidioſas interrogationes captãt incautorũ aſſenſiones, vt ex eorũ reſpõſionibus cõcludant vnde illos vel in aperta falſitate deceptos irrideant, vel occultã falſitatẽ deceptis perſuadeãt. *Verus diſputator.* Qui aũt verus diſputator eſt, id eſt, veritatis à falſitate diſcretor, primo id apud ſemetipſum agit, vt non rectè diſcernens ipſe fallatur, quod niſi Diuinitus adiutus peragere nõ poteſt: deinde cũ id quod apud ſe egit ad alios docẽdos ꝓfert, intuetur primitus q͂d iam certi nouerint, vt ex his eos adducat ad ea q͂ non nouerãt, oſtendẽs ea cõſequentia iis quæ iam ſciẽtia vel fide retinebãt: vt per ea vera de quibus ſe perſpiciũt cõſentire, cogãtur alia vera quæ negauerãt approbare, & ſic verũ quod falſum ante putabatur, diſcernetur à falſo, cum inuenitur conſentaneũ illi vero quod iã antea tenebatur. Hoc ille verus dıſputator ſi late diffuſéque faciat, eloquẽter facit, alióq; cenſetur augetúrq; vocabulo, vt dictor potius, quã diſputator vocetur. Sed vt *Cap.13. Tom.III.* Lib.ij. de doctrina Chriſtiana. Quid eſt integritas loquutionis, niſi alienæ cõſuetudinis cõſeruatio, loquentiũ veterũ authoritate firmata? Sed tamẽ eo magis inde offendũtur hoĩes quo infirmiores ſunt, & eo ſunt infirmiores, quo doctiores videri volũt: nõ rerũ ſciẽtia qua ædificamur, ſed ſignorũ, qua nõ inflari omnino difficile eſt: cum & ipſa rerum ſciẽtia ſæpe ceruicẽ erigat, niſi Dominico *Tom.VIII.* reprimatur iugo. Vnde cauſa ſui dicebat. ſuper *Veritas doctrinæ.* pſal.cvj. Non arbitror deſerturũ Deũ conatũ noſtrũ, vt ad omnes pertineat quod loquimur, ſiue expertos, ſiue inexpertos: vt experti approbent, inexperti deſiderẽt: & omnibus ſuauis ſit diſputatio mea, quæ primũ Domino ſuauis erit, ſi veridica erit. Veridica autẽ erit, ſi non mihi à me, ſed ab *Tom.X.* alio erit. In diſputãdo fides eſt tenenda. Lib. de verbis Apoſtoli, ſerm.xiiij. Reſiſtamus, & aduerſus inſidioſiſſima iacula ſcutũ fidei proferamus. Cedant pauliſper cõiecturæ rationis humanæ, & aſſumãtur arma Diuina. Et infra ſubdit rationem. Quid acutũ non obtunditur ſcuto veritatis?

Ideo cõtra fidẽ diſputãs, non debet ſupportari. Ibidẽ. Ferẽdus eſt diſputator errans in aliis quæſtionıbus nõ diligẽter digeſtis, nõ plena Eccleſiæ authoritate firmatis. Sed ın aliis, frænãdus eſt error: nõ tantũ ꝓgredi debet, vt ipſum fundamẽtũ Eccleſiæ quatere moliatur. Non expedit, adhuc fortè nõ eſt reprehendenda noſtra patientia, ſed debemus timere ne culpetur etiam negligentia.

Tom.II. Epiſt.178. Notandũ valde eſt quod ſcribit in altercatione cum Paſcentio comite, quæ inter eius epiſtolas ponitur. De Domino diſputans animus, debet ſerenior inueniri: quia repulſis animoſitatis caliginibus, menti ſe puræ, ad intelligendã naturæ ſuæ magnitudinem facilius offert.

Tom.V. DIVISIO. Rerũ diuiſio qualiter facienda. Lib.xvj. de ciuitate Dei, capit.xx. Inter homines hinc forte pacifica eſt conA ſuetudo effecta, vt quãdo terrenorũ aliquid partiendũ eſt, maior diuidat, minor eligat. De diuiſione bonorũ & malorũ inter ſe, & ad ſe. Lib.j. de verbis Domini, ſermo.xj. Omnia vitia erroréſq; mortaliũ inter ſe cõtrarij, diuiſi ſunt aduerſum ſe, & omnes ad regnũ pertinẽt diaboli, ideo non ſtabit regnum eius. Iuſtus autem & impius, fidelis & incredulus, catholicus & hæreticus, diuiſi ſunt aduerſum ſe: ſed nõ ambo ad regnum pertinent Chriſti. Nouit Dominus qui ſunt eius. Nemo ſibi de vocabulo blãdiatur. Si vult ſibi ꝓdeſſe nomẽ Domini, recedat ab iniquitate qui inuocat nomẽ Domini. Solus diuidit bonos à malis, & non nos. ſuper pſal.cxxxix. Dei eſt ſeparare, qui nõ nouit errare: vt nec malum traiiciat ad dexteram, nec bonũ ad ſiniſtrã. Nos autem in hac vita B difficile eſt, vt nos ipſos nouerimus, quãtominus debemus de quoquam præproperè ferre ſententiam? Qui ſi hodie malum nouimus, cras qualis futurus ſit ignoramus. Et fortè quem vehementer odimus, frater noſter eſt, & neſcimus. Securi ergo odimus in malis malitiã, & diligimus creaturã: vt quod ibi fecit Deus amemus, quod ibi fecit ipſe homo, oderimus. Fecit enim Deus hominem: fecit autem ipſe homo peccatum. Dilige quod fecit Deus, oderis quod fecit homo, vt liberetur quod fecit Deus.

DIVINATIO. Diuinant mali Angeli permittẽte Deo. Lib.ij. de diuerſis quęſtionibus ad Simplicianũ, quæſt. iij. Cũ vult Deus per infimos infernóſque ſpiritus aliqua vera cognoſcere, temporalia duntaxat atq; C ad iſtam mortalitatẽ pertinẽtia, facile eſt & non incongruũ: vt omnipotens & iuſtus ad eorũ pœnam quibus iſta prædicuntur, vt malum quod eis impendet antequã veniat p̃noſcẽdo patiãtur, occulto apparatu myſteriorũ ſuorũ etiã ſpiritibus talibus aliquid diuinationis impartiat, vt quod audiunt ab Angelis, prænũtient hominibus. Tantũ autẽ audiunt, quantum omnium Deus atq; moderator, vel iubet, vel ſinit. De diuinationum artibus & modis. Libro ij. de doctrina Chriſtiana. Duo ſunt genera doctrinarum, quæ in gentilibus etiam moribus exercentur. Vnum earum rerum quas inſtituerunt homines: alterum earum quas animaduerterunt iam peractas aut diuinitus inſtitutas. Illud quod eſt ſecundum inſtitutiones hominũ, partim ſuperſtitioſum eſt, partim nõ eſt. Su D perſtitioſum eſt, quicquıd inſtitutũ eſt ab hominibus ad facienda & colenda idola pertinens, vel ad colendam ſicut Deum creaturam partémve vllam creaturæ, vel ad conſultationes & pacta quædam ſignificationum cum dæmonibus placita atque fœderata, qualia ſunt molimina magicarum artium, quæ quidem commemorare potius quam docere, aſſolẽt poëtæ. Ex quo genere ſunt, ſed quaſi licentiore vanitate, haruſpicum & augurum libri. Ad hoc etiam pertinent omnes ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplına condemnat, ſiue in precantationibus, ſiue in quibuſdam notis, quas characteres vocãt, ſiue in quibuſdam rebus ſuſpendendis atque illigandis

gádis, vel etiá saltandis quodámodo, non ad tēpe-
rationem corporum, sed ad quasdá significatio-
nes, aut occultas, aut etiam manifestas: quæ mi-
tiore nomine physicam vocant, vt quasi non su
perstitiosè implicare, sed natura prodesse videá-
tur: sicut sunt inaures in summo aurium singu-
larum, aut de struthionũ ossibus ansulæ in digi-
tis, aut cum tibi dicitur singultienti, vt dextera
manu sinistrum pollicē teneas. His adiungũtur
millia inanissimarum obseruationũ, si mēbrum
aliquod salierit, si iunctim ambulantibus ami-
cis, lapis, aut canis, aut puer medius interuene-
rit: atque illud quod lapidem calcant, tanquam
diremptorem amicitiæ minus molestum est, quã
cum innocentem puerum colapho percutiunt,
si pariter ambulãtibus intercurrerit. Sed bellum
est quod aliquando pueri vindicãtur à canibus:
nam plerunque tam superstitiosi sunt quidam,
vt etiam canē eo quod medius interuenerit feri-
re audeant: nõ impunè: nanque à vano remedio
cito interdum percussorem suum ad verum me-
dicum mittit. Hinc sunt etiam illa: limen calcare
cum ante domum transit suam: redire ad lectũ,
si quis dũ se calciat sternutauerit: redire domũ,
si procedens offenderit. Cum vestis à soricibus
Catonis lepidũ dictũ. roditur, plus timere suspicionē futuri mali, quã
præsens damnum dolere. Vnde illud elegãter di-
ctum est Catonis, qui cum esset consultus à quo-
dam, qui sibi à soricibus erosas caligas diceret:
respondit. Non esse illud monstrum, sed verum
monstrum habendum fuisse, si sorices à caligis
roderētur. Et subdit de Astrologis. Neque il-
Cap. 21. li ab hoc genere perniciosæ superstitionis segre-
gandi sunt, qui genethliaci propter nataliũ die-
Superstitio Mathematica. rum considerationem, nũc autem vulgo Mathe
matici vocantur. Nam & ipsi quamuis verã stel-
larum positionem, cum quisque nascitur conse-
ctentur, & aliquando etiam prçuestigent, tamen
quod inde conantur, vel actiones nostras, vel a-
ctionum prædicere euenta, nimis errant, & ven-
dunt imperitis hominibus miserabilem seruitu-
tem. Nam quisque liber, cum ad huius mathema
ticum ingressus fuerit, dat pecuniam, vt seruus
inde exeat, aut Martis, aut Veneris, aut potius o-
mnium syderũ. Quibus illi qui primi errauerunt
errorémque posteris propinauerunt, vel bestia-
rum propter similitudinē, vel hominũ ad ipsos
homines honorandos imposuere vocabula. Non
enim mirandum est, cum etiam propioribus re-
centioribúsque temporibus, sydus, quod appella
mus Luciferum, honori & nomini Cæsaris Ro-
Vergil. Ecce Dionæi processit Cæsaris astr. mani dicare conati sunt. Et fortasse factũ esset at
que isset in vetustatem, nisi auia eius Venus, prę-
occupasset hoc nominis prædium, neque iure vl
lo ad hæredes traiiceret, quod nunquã viua pos-
sederat, aut possidēdum petiuerat. Nam vbi va-
cabat locus, neque alicuius priorum mortuorũ
honore tenebatur, factum est quod in rebus ta-
libus fieri solet. Pro quintili enim, & sextili mē-
sibus, Iulium atque Augustum vocamus, de no-
minibus hominum Iulij Cæsaris & Augusti Cæ-
saris nũcupatos, vt facilè qui voluerit intelligat,

A etiam illa sydera prius sine his nominibus cœlo
locata esse. Mortuis autem illis quorũ honorare
memoriam, vel coacti sunt homines regia pote-
state, vel placuit humana vanitate, nomina eorũ
imponentes syderibus, eos ipsos sibi mortuos in
cœlum leuare videbantur. Sed quodlibet vocen-
tur ab hominibus, sunt tamen sydera, quæ Deus
instituit & ordinauit, vt voluit, & est certus mo- *Obseruatio syderum.*
dus illorum, quo tempora distinguuntur atque
variantur. Quē motum notare cum quisque na-
scitur, quomodo se habeat facilè est, per eorũ in-
uentas conscriptas regulas, quod sacra scriptura
condemnat dicens. Si enim tantum potuerunt
scire vt possent æstimare sæculũ, quomodo eius
Dominum nõ facilius inuenerunt? Sed ex ea no-
tatione vel nascentium mores, actus, vel euenta
B prædicere, magnus error, & magna demētia est.
Et apud eos quidem, qui talia dediscenda didi-
scerunt: sine vlla dubitatione refellitur hæc su-
perstitio. Constellationes enim quas vocant no
tationes syderum, quomodo se habebant cum il
le nasceretur, de quo isti miseri à miserioribus cõ
suluntur? Fieri autē potest, vt aliqui gemini tam
sequaciter fundantur ex vtero, vt interuallum
temporis inter eos nullum possit apprehendi, &
constellationum numeris annotari. Vnde neces-
se est nonnullos geminos easdem habere constel
lationes, cum paria rerum, vel quas agunt, vel
quas patiuntur euenta non habeant: sed plerun-
que ita disparia, vt alius fœlicissimus, alius infœ-
licissimus viuat. Sicut Esau & Iacob geminos ac
cepimus natos, ita vt Iacob qui posterior nasce-
C batur, manu plantam præcedentis fratris tenens
inueniretur. Horũ certe dies atque hora nascen-
tium notari aliter non posset, nisi vt amborũ cõ-
stellatio esset vna. Quantum autem intersit inter
amborum mores, facta, atque successus, scriptu-
ra testis est etiam omnium gentium ore peruul-
gata. Neque enim ad rem pertinet, quod dicunt
ipsum momentum minimum atque angustissi-
mum tēporis, quod geminorum partum discri-
minat, multũ valere in rerum natura, atque cœ-
lestium corporum rapidicissima velocitate. Et si
enim concedã vt plurimũ valeat, tamen in con-
stellationibus à Mathematico inueniri non po-
test, quibus inspectis se fata dicere profitetur.
Quod ergo in constellationibus nõ inuenit, quas
necesse est vnas inspiciat, siue de Iacob, siue de
D eius fratre consulatur, quid ei prodest si distat in
cœlo, quod temerè securus infamat, & nõ distat
in tabula, quam frustra solicitus intuetur? Qua-
re istæ quoque opiniones, quibusdam rerũ signis
humana præsumptione institutis, ad eadem il-
la quasi quædam cum dæmonibus pacta & con-
uenta referendæ sunt. Hinc enim fit vt occulto
quodam iudicio diuino, cupidi malarum rerum
homines tradantur illudendi & decipiendi pro
meritis voluntatum suarum, illudentibus eos at-
que decipientibus præuaricatoribus Angelis,
quibus ista mundi pars infima secundũ pulcher
rimum ordinem rerum Diuinæ prouidentiæ
lege subiecta est. Quibus illusionibus & dece-

ptionibus euenit, vt istis superstitiosis diuinationum generibus, multa præterita & futura dicantur, nec aliter accidant quam dicantur: multáque obseruatoribus secundū obseruationes suas eueniant, quibus implicati curiosiores fiant, & sese magis magísque inserant multiplicibus laqueis perniciosi erroris. Hoc genus fornicationis animæ salubriter Diuina scriptura nō tacuit, neque ab ea sic deterruit animā, vt propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur à professoribus eorū, sed etiam si dixerint nobis, inquit, & ita euenerit ne credatis eis. *Deut. 18.* Nō enim quia imago Samuel mortui Sauli regi vera prænuntiauit, propterea talia sacrilegia, quibus imago illa pręsentata est minus execranda sunt, aut quia in actibus Apostolorum ventriloqua fœmina verum testimonium perhibuit Apostolis Domini, ideo Paulus Apostolus pepercit illi spiritui, ac non potius fœminam illius dæmonis correptione atque exclusione mundauit. Concludit nihil talium obseruandum, quia in quolibet includitur cū dęmonibus pactum. ibidē, c. xxiiij.

Societas inter dæmones & Mathematicos. Omnes igitur artifices huius vel nugatorię vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudianda & fugienda Christiano: nō quod idolum sit aliquid, ait Apostolus, sed quia quæ immolāt, dęmoniis immolant & nō Deo: Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Quod autem de idolis & de immolationibus quæ honori eorū exhibentur, dixit Apost. hoc de omnibus imaginariis signis sentiēdum est, quæ vel ad cultū idolorum, vel ad creaturam eiúsque partes tanquam Deum colendas trahunt, vel ad remediorum aliarúmque obseruationum curam pertinent: quæ non sunt diuinitus ad dilectionem Dei & proximi tanquam publicè constituta, sed per priuatas appetitiones rerum temporalium, corda dissipāt miserorum. In omnibus igitur istis doctrinis, societas dæmonum formidanda atque vitāda est qui nihil cum principe suo diabolo, nisi reditum nostrum claudere atque obserare conantur. Sicut autem de stellis quas condidit & ordinauit Deus, humanæ & deceptoriæ coniecturæ ab hominibus institutæ sunt: sicut etiā de quibuscunque nascentibus vel quomodo Diuinæ prouidentiæ administratione existentibus rebus, multi multa humanis suspicionibus, quasi regulariter coniecta literis mandauerunt, si insolitæ fortè acciderint, velut si mula pariat, aut fulmine aliquid percutiatur. Quæ omnia tantum valent, quantum præsumptione animorum, quasi cōmuni lingua quadam cum dæmonibus fœderata sunt. Quæ tamen plena sunt omnia pestiferæ curiositatis, cruciantis sollicitudinis, & mortiferæ seruitutis. Non enim quia valebant, animaduersa sunt, sed animaduertendo atque signando factum est vt valerent. Et ideo diuersa diuersis proueniunt, secundum cogitationes & præsumptiones suas. Illi autem spiritus qui decipere volunt, talia procurant cuiq;, qualibet eum irretitum per suspiciones & cōsen-
A siones eius vident. Diuinatoribus non est credendum, quia decipiunt & dona recipiunt libro de catechismo, ser. j. Ad sortilegum veniunt duo consulere illum. fur, & qui passus est furtum. Dicit ille, Putas inuenio quod perdidi? Dat nūmos, & audit, Inuenies. Venit & qui abstulit, Putas nō inuenior? Dat & ipse nummos, & audit, Non inuenieris. Quicquid horum euenerit, datur palma diuinio. Perdenti dicit, Inuenies: furanti dicit, Non inuenieris. Si inuētum fuerit, laudat ille qui perdidit: si non inuentum fuerit, laudat ille qui tulit. Ab vno diuinus accipit laudem, & ab ambobus nummos. Iam ergo fratres mei nolite illis credere. Nolite cor vestrum illis dare. Nolite saculos vestros talibus inanire, & animas vestras dæmonibus subiugare. Quorum vincula soluit
B Christus, non eos alliget denuò diabolus. Magis autem operam date, vt eleemosynis peccata redimatis, quam talia committendo, graues vobis sarcinas, quæ vos deprimāt, comparetis.

DIVITIAE & diues. Distinguitur de diuitiis, super Psalm. cxxij. Si quis diuitias habet, scire debet quia non sunt illæ veræ diuitię, vt alias desideret. Qui enim diuitias falsas desiderat, veras non quęrit. Qui autem veras quęrit, adhuc pauper est, & rectè dicit, Pauper & dolens ego sum. Diffusius hoc ponit ibidem. Non sunt veræ diuitiæ sæculi, quia plus augent cupiditatem ei qui eas posside. Non est vera sanitas corporis, quia portatur infirmitas vbique defectiua. Quocunque se verterit, deficit. In ipso adiutorio nō inuenies firmamentum.
C Lassatur stando, sedere vult, nunquid vel sedendo durabit? Quod sibi elegit vt non fatigaretur, ibi habet deficere. Lassatus est vigilando, dormiturus est. Nunquid dum dormiuit non defecit? Lassatus est ieiunando, refecturus est. Si plus refecerit, inde deficit. In nulla re potest perseuerare ista infirmitas. Sed iustitia quid? Quanta iustitia est, inter tantas tentationes? possumus continere ab homicidio, adulterio, furtis, periuriis & fraudibus. Nūquid ab iniquis cogitationibus & suggestionibus malarum cupiditatum? Quæ est ergo iustitia nostra? Esuriamus ergo & sitiamus veras diuitias, & veram sanitatem, & veram iustitiam. Veræ diuitiæ sunt cœlestis illa mansio in Hierusalem. Cū laudatur diues hîc in terra, laus est incerta laudantis. Nam cum dicitur nihil illi
D deest. Attende: si nihil cupit, nihil deest illi: si autem adhuc cupit maiora quam quæ habet, ad hoc ergo accesserunt diuitiæ, vt egestas cresceret. In vera ciuitate, veræ erūt diuitiæ: quia nihil ibi nobis deerit, nec indigebimus aliqua re. Tunc erit vera sanitas, quia absorpta mors in victoriā: corruptibile hoc induet incorruptionem, & mort. hoc. in. in. Tunc erit vera & perfecta iustitia, vt nihil mali non solum facere, sed & cogitare possimus. Alia distinctio. lib. 5c. Homi. Cum hoc rerum genus, Dominus in Euangelio mámona iniquitatis appellat, significat alterū esse mammona. i. alias diuitias, quas nisi boni & iusti possidere nō possunt: & ideo mammona iniquitatis vocatur,

catur, quia iniquitas est eius, qui has putat diuitias. Iustitia verò nouit esse alias diuitias quibus homo adornatur interior. Sic beatus Petrus dicit, Qui est ante Deum diues. Illæ iustę dicuntur diuitiæ, quia bonis meritis iustísque tribuuntur. Illę verò dicuntur diuitiæ, quia quisquis eas habuerit, non egebit. Istę verò iniustæ dicuntur diuitiæ, non quia iniustum est aurum & argētum, sed quia iniustum est eas putare diuitias, quæ nō auferunt egestatem. Tanto ergo magis ardebit quisque egestate auaritiæ, quanto magis eas diligēs, maiores habuerit. Quomodo ergo sunt diuitiæ, quibus crescentibus, crescit inopia? Quæ amatoribus suis, quanto fuerint ampliores, non afferunt satietatem, sed inflammant cupiditatem. Diuitem tu putas qui minus egeret si minus haberet. Nam videmus quosdam cum haberent pecuniam paruā, paruis lucris fuisse lætatos: sed postea cū cœperint abundare veris quidem copiis auri & argenti, sed tamē falsis diuitiis, cum parua obtuleris, iam recusant. Ne credas eos esse iam satiatos, quia falsum est. Nam maior pecunia fauces auaritiæ non claudit, sed extendit: non irrigat, sed accēdit. Poculum respuunt, quia fluuium sitiunt. Vtrum ergo ditior aut egentior dicendus est, qui cum ideo voluit habere aliquid ne indigeret, ideo plus habet, ne minus indigeat? Sed nō est hæc culpa auri vel argenti. Fac enim misericordem aliquem iuenisse thesaurum. Nonne operante misericordia, præbetur hospitalitas peregrinis, alūtur famelici, nudiuestiuntur, inopes adiuuantur, captiui redimuntur, construuntur Ecclesiæ, reficiuntur lapsi, pacantur litigiosi, reparantur naufragi, curantur ægroti, corporales opes dispertiuntur in terra, spirituales reconduntur in cœlo? Quis hoc facit? Misericors & bonus. Vnde facit? De auro & argento. cui seruiens hoc facit? Ei qui dixit, Meum est aurum & argētum.

Iniustæ & iustæ diuitiæ quæ.

Vnde.

Tom.VIII.

Alia distinctio super Psal.xxxvj. sermone ij. Diuitias magnas attulit Christus, quibus faceret diuites eos quos inuenit pauperes. Ipse est enim qui Spiritu sancto ditauit corda pauperum, & exinanitas animas, confitendo peccata, impleuit opulentiis iustitiæ: qui diuitem potuit facere piscatorem, dimittēdo retia sua: quod habebat cōtemnentem, quod non habebat haurientem. Infirma enim mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. Et non de oratore piscatorē, sed de piscatore lucratus est oratorem, de piscatore lucratus est senatorem, de piscatore lucratus est imperatorem.

Tom.VIII.

Alia distinctio super Psal.cj. sermon.j. Vnde diuites sunt homines puto auro, argento, familia, terra: sed omnia per Christū facta sunt. Quid ergo illo ditius per quem factæ sunt diuitiæ etiam illæ, quæ non veræ diuitiæ? Per ipsum enim & illæ aliæ diuitiæ, vt ingeniū, memoria, vita ipsius corporis, sanitas sensus, cōfirmatióque membrorum. Etenim cū hæc salua sunt, & pauperes diuites sunt. Per illum & illæ maiores diuitiæ, fides, spes, pietas, iustitia, charitas, castitas, mores boni. Nemo enim & has habet, nisi per eū qui iustificat impium. Ecce quam diues. Quis enim

Triplices diuitiæ.

A magis diues, qui habet quod vult alio faciēte, an qui facit quod vult & alio habēte? Puto quod ditior sit ille qui fecit quod habes. Quia quod ille habet, tu non habes. Ecce quam diues. De quo tamen dicit Apost. Qui propter nos pauper factus est cum diues esset, vt illius paupertate nos ditaremur. *2.Cor.8.* Ideo omnes diuitiæ sunt Dei. libro 50. Homil. Homi.xiij. Ad mundum venisti, plenam mēsam inuenisti, sed Domini est terra & plenitudo eius. Vnde lib. eod. Homil.xxx. In scripturis Diuinis, fratres charissimi, legimus Dominū dicentem. Meum est aurum, & meum est argentum. *Tom.X.* Hoc ideo dictum est, vt ille qui non vult cū indigentibus communicare quod habet, cum audit præcepta faciendæ misericordiæ, intelligat Deum nō de re illius, aut cuiuslibet, sed de re sua

B iubere donare: & ille qui aliquid porrigit pauperi, nō se arbitretur de suo facere: ne fortè non tā confirmetur misericordiæ nomine, quam infletur superbiæ vanitate. Meum est, inquit, aurū, & meum est argentum. Non est vestrum ò diuites terræ. Quid ergo dubitatis pauperi dare de meo? Aut quid extollimini cum datis de meo? Et vis videre quam iusti iudicis res est aurum & argentū? Auarus inde torquetur, vnde misericors adiuuatur: rem suam Diuina distribuente iustitia, & rectè facta inde manifestantur, & peccata inde puniuntur. Nunquid non aurum & argentū atque omnis terrena possessio, & exercitatio humanitatis est, & supplicium cupiditatis? Cū talia Deus nobis hominibus tribuit, ostēdit in eis quāta contēnat animus, cuius diuitiæ sunt ipse Deus

Argentum & aurum, Dei est, non hominum.

C qui tribuit. Non enim potest quisque apparere contemptor, nisi eius rei, cuius possessor effectus est. Nam & qui non habent, possunt ista contemnere: sed vtrū fingant, an verè cōtemnant, Deus videt, qui cordis inspector est. Ab hominibus autem vt imitari possint cogitationem contemnentis, non nisi in manibus erogantis inspicitur: Cū autem malis hominibus Deus ista concedit, ostendit in eis quomodo & in ipsis bonis, quæ Deus largitur, cruciatur animus cui voluit qui tanta largitur. Bonis autem subministrat occcasiones beneficiorum, malos autem torquet timore damnorum. Et ideo si amittāt vtrique aurum & argentum, isti cœlestes diuitias læto corde retinebunt, illis autem & bonis temporalibus inanis est domus, & bonis æternis inanior conscientia remanebit.

D Illius est ergo aurum & argentū, qui nouit vti auro & argento. Nā etiā inter ipsos homines tūc quisque habere aliquid dicēdus est, qui bene vtitur. Nam quod iustè non tractat, iurè non tenet. Et si suum esse dixerit, non erit vox iusti possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas. Quapropter si homo nō importunè dicit aliquid suū, quod nō iniqua & stulta cupiditate occupauerit, sed prudentissima potestate & iustissima moderatione tractauerit, quāto magis Deus verè ac propriè suum esse dicit aurū & argentū, quod & largissima bonitate tradidit, & iustissimo administrat imperio: vt sine ipsius nutu ac dominatu, nec mali nisi ad auaritiæ suppli-

ciũ, nec boni nisi ad vsum misericordiæ possunt habere aurum & argentum. Quod tamen & instituere vt sit, & vt alteri adsit, alteri desit, distribuere atque ordinare non possunt. Sunt autẽ temporales diuitiæ communes bonis & malis, & causa quare. ibidem. Si solis bonis daretur in potestate aurum & argentum, rectè putaretur magnum aliquid bonũ. Rursus si solis malis deesset, videretur magna pœna paupertas. Si autẽ solis bonis deesset, videretur summa beatitudo paupertas. Nunc verò si scire vis aurum posse bene haberi, habent & boni: si scire vis non eos per aurum bonos esse, habent & mali. Item si scire vis quod non sit miseria paupertas, sunt quidã pauperes beati: si scire vis quod nõ sit beatitudo paupertas, sunt quidam pauperes miseri. Ita ergo aurũ & argentũ distribuit hominibus conditor rerum & administrator Deus, vt ipsum per se natura & genere suo bonũ sit, quamuis nõ summum & magnum bonum, & per gradũ sui ordinis laudabilem conditorem vniuersitatis ostendat: copia verò eius non extollit bonos, nec lædit inopia: malos autem & cũ offertur excæcet, & cùm aufertur excruciet. Res ergo condita, & ad conditoris laudem, & ad bonorũ probationem, malorúmque supplicium rectè vituperari nullo modo potest, & eam verisimè dicit Deus suam, quã non solum condidit affluentissima bonitate, sed etiam prouidentissima moderatione dispensat.

Tom.VIII. De diuitibus bonis. super Psal. lxxxv. Diuites, qui norunt spem suam non esse in auro & in argento, neque in illis rebus quibus ad tẽpus circunfluere videntur. Sufficit vt diuitiæ non illos perdant, vt non obsint, satis est, nam prodesse nihil possunt. Planè prodest opus misericordiæ & in diuite & in paupere. In diuite ex voluntate & opere, in paupere ex sola voluntate. Subdit ibidem. Habentibus illam substantiã huius sæculi, & nõ habentibus, interior inspector Deus est. (Tom.IIII.) Ibi appendit, ibi examinat, stateram Dei non vides? Cogitatio tua in illa leuatur. Vnde lib. de octo quæstionibus ad Dulcitiũ. q. iiij. Gloria & diuitiæ in domo eius. Domus eius, est cor eius: vbi Deo habitante opulentius habitat: cum spe vitæ æternæ, quã hominibus habitãtibus in marmoratis laqueatísque tectis cum timore mortis æternæ. Huius enim iustitia manet in sæculũ sæculi. Ipsa eius gloria, ipsæ diuitię. Illius autẽ purpura, & byssus, & epulæ splẽdidæ, & cum pręsto sunt, transeunt: & cum ad finem venerunt, aquæ guttam ex digito stillantem desiderãs, ardens lingua clamabit. (Tom.I.) Ideo lib. de beata vita, disput. ij. Vt ait Tullius, Multorum in terris prædiorum dominos diuites appellamus: omnium virtutum possessores pauperes nominamus. Tamẽ libr. de vera innocen. Diuites Christiani, si veri Christiani sunt, prorsus pauperes sunt: & in comparatione cœlestiũ bonorum quæ sperãt, omne aurũ suum arenã deputant. (Cap.232. Tom.III.) Ibi quisque habet diuitias suas, vbi dilectionẽ. In eod. Diues qui talis est, qui contẽnat in se, quicquid est illud vnde inflãmari sup̃bia solet, pauper est Dei. Super Psal. xciij. serm. ij. Sunt autẽ & alij, qui opulẽti sunt, & honoribus secundũ tẽpus fulciuntur humanis: & tamẽ nec in pecunia sua, nec in fundis suis, nec in familia sua, nec in claritate trãsitoriæ dignitatis spem ponunt, sed totã spẽ in illo ponunt, cui nõ succeditur, qui mori non potest, qui falli & fallere non potest. Tales & si multa videantur habere secundũ sæculũ, ea tamen bene gubernant ad refectionẽ indigentiũ: inter pauperes Domini numerantur. Vident enim periculosè se viuere in hac vita, sentiunt se esse peregrinos: sic diuersantur in opulẽtia diuitiarũ suarũ, quomodo viator in stabulo: transiturus, non possessurus. Super Psal. cxxj. Bonum est diuiti vt agnoscat se pauperem. Si enim plenũ se putat, tumor est ille, nõ plenitudo. Agnoscat se inanẽ, vt posit impleri. Habet aurũ, nondũ habet vitã æternam. Attendat quod habet, videat quod non habet. Emat ex eo quod habet, illud quod nõ habet. In Epist. ad Bonifaciũ. Diuitię seculares, si desunt, nõ per mala opera quęrantur in mundo: si autẽ adsunt, per bona opera seruentur in cœlo. Animũ virilẽ & Christianũ non debent, si accedũt, extollere, nec debent frangere si recedũt. Et in epist. ad Armentariũ & Paulinã. Diuitiæ si diligũtur, ibi seruentur, vbi perire non possunt. Honor si diligitur, illic habeatur, vbi nemo indignus honoratur. Salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur, vbi adeptæ nihil timetur. Vita si diligitur, ibi acquiratur, vbi nulla morte finitur. Lib. j. quæstionum veteris & noui testamenti. q. xxxij. Ij diuites apud Deũ habentur, qui bonæ cõuersationis sunt: & quãto in mundo contẽptibiliores, tãto magis honorificentiores in cœlo. Nam qui beneficiũ tẽporis habent in ampliãdis facultatibus, si se recognoscant, & Dei intelligãt voluntatem, qui terrã omnibus dedit, & solẽ suũ cunctis oriri iubet, & pluuias indiscretas effundit. Iniquitas autem tẽporis, aut fortuitæ occasionis, aut indiligẽtia, quibusdã abnegat quæ Deus omnibus dedit: ipsi ministrãt eis, vt perficiẽtes Dei volũtatẽ, nõ solũ in mũdo, sed in cœlo diuites sint, ne pauci temporis diuitiæ, excludant æternas. Illi verò quos paupertatis causa despiciẽdos putãt, si futurũ iudiciũ Dei contẽplãtur, illic semper diuites erũt, vbi diuites sæculi egebũt, pœnitẽtes se pauperes non fuisse. Lib. ij. de verb. Dom. ser. xij. Si hæreditas tibi venit, pater tuus decedẽs tibi dimisit, honestè acquisisti, de iustis laboribus plenã domũ habes, non reprehẽdo. Tamẽ & sic noli illas dicere diuitias. Nã si dixeris illas diuitias, amabis illas, & peribis cum illis. Perde, ne pereas: dona, vt acquiras: semina, vt metas. Has diuitias noli appellare, quia veræ nõ sunt. Paupertate plenæ sunt, obnoxiæ casibus sunt. Quales diuitiæ sunt, propter quas latronẽ times, p̃pter quas seruum tuũ times, ne te occiso auferat & fugiat? Si veræ diuitiæ essent, securitatẽ tibi darent. Ergo illæ sunt veræ diuitiæ, quas cũ habuerimus, p̃dere non possumus: nec propter illas furẽ timebimus. Ibi enim erũt, vbi nullus auferat, in cœlo. Et tũc erũt veræ diuitię, quãdo eas migraueris. Probat

Tom.V. bat hoc exẽplo.lib.j.de ciui.Dei, c.x.Si multi ga uisi sunt ibi se habuisse diuitias, quò contigit vt hostis non accederet: quanto certius & securius gaudere potuerunt, qui illuc migrauerunt, quò accedi omnino non posset? Vnde Paulinus noster, Nolensis Episcopus ex opulentissimo diuite voluntate pauperrimus, & copiosissimè sanctus, quando & ipsam Nolam Barbari vastauerunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo, vt ab eo postea cognouimus, precabatur. Domine nõ excrucier propter aurum & argentũ, vbi enim sunt omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, vbi eũ cõdere & thesaurizare ipse Dominus monuerat: ac per hoc qui Domino suo monenti obedierant, vbi & quomodo thesaurizare deberent, nec ipsas terrenas diuitias Barbaris incursantibus amiserunt. Quos autẽ nõ obedisse pœnituit, quid de talibus rebus faciendum esset, si non præcedente sapientia, certè cõsequẽte experientia didicerũt. At enim quod boni etiã Christiani tormentis excruciati sunt, vt bona sua hostibus proderent. Illi verò nec prodere, nec perdere potuerunt bonũ, quo ipsi boni erant. Si autem torqueri, quam mãmona iniquitatis prodere maluerunt, boni non erant. Admonendi autẽ fuerant, qui tanta patiebantur pro auro, quanta erant sustinẽda pro Christo: vt eum potius diligere discerent, qui pro se passos æterna fœlicitate ditaret, non aurum & argentum: pro quo pati miserrimum fuit, seu mentiendo occultaretur, seu verũ dicẽdo proderetur. Nãque inter tormẽta nemo Christũ cõfitendo amisit: nemo aurum nisi negãdo seruauit. Quocirca vtiliora fortasse erãt tormenta, quæ bonum incorruptibile amãdum docebãt, quam illa bona quæ sine vllo vtili fructu, dominos sui amore torquebant. Sed quidam etiã nõ habẽtes, dũ nõ creduntur, torti sunt: & hi fortè habere cupiebãt, nec sancta volũtate pauperes erant: quibus demonstrandũ fuit, nõ facultates, sed ipsas cupiditates, talibus dignas esse cruciatibus. Si verò vitæ melioris ꝓposito, recõditũ aurũ argentũmq; nõ habebant, nescio quidẽ vtrũ cuidã taliũ aliquid acciderit, vt dum habere creditur, torqueretur. Verũ etiãsi accidit, profectò qui inter illa tormenta paupertatẽ sanctã cõfitebãtur, Christũ cõfitebãtur. Quapropter & si nõ meruit ab hostibus credi, nõ potuit tamẽ sanctę paupertatis cõfessor sine cœlesti mercede torqueri. Tamẽ quia boni diuites meliores sunt pauperibus, super Psal.lj. Vt noueritis nõ pecuniam in diuite, sed auaritiã cõdemnari, aduertite. *Saluat pietas, non diuitiæ.* Quia pauper ille Lazarus vlcerosus, ærũnosus, linctus à canibus, nõ habens opẽ, nõ habens escã, nõ habẽs fortè ipsam vestẽ, ablatus est ab Angelis in sinũ Abrahæ: nõ propter meritũ paupertatis, sed pietatis. Nã scripturas lege, & inuenies diuitẽ Abrahã, vt noueris quia nõ diuitiæ puniuntur. Habebat Abrahã multũ auri, argenti, pecorum, & familiæ. Diues erat, & in eius sinũ Lazarus pauper sublatus est. In sinum diuitis pauper. An potius ambo Deo diuites, ambo cupiditate pauperes? In Epi.j.ad Hilariũ. Quãuis superbus diues, qui induebatur purpura & bysso, &

A epulabatur quotidie splẽdidè, mortuus apud inferos torqueretur, tamẽ si pauperis vlcerosi, qui ante ianua eius cõtemptus iacebat, misertus fuisset, mereretur & ipse misericordiã: & si pauperi illi meritũ esset inopia, nõ iustitia: nõ vtiq; ab Angelis in Abrahæ gremiũ, qui diues hîc fuerat, tolleretur. Sed vt nobis ostẽderetur, nec in isto paupertatẽ per seipsam Diuinitus honoratã, nec in illo diuitias fuisse dãnatas, sed in isto pietatẽ, in illo impietatẽ suos exitus habuisse: sic suscipit impiũ diuitẽ cruciatus ignis, vt tamen pium pauperem sinus susciperet diuitis. Qui sanè cum hic diues viueret diuitias sibi habebat, & eas pro Dei præceptis tã paruipendebat, vt cum ipsius etiam filij immolatione nollet offendere Deum iubentem: quẽ suarũ diuitiarum & sperabat, & optabat, hæredem. *Tom.II. Epist.89.*

B Et ibidem infra. Pertractãs illud prioris ad Timotheũ vj. Diuitibus huius sæculi præcipe nõ sublimè sapere, &c. Ista superbia, diuitẽ illum qui iacentẽ ante ianuã contemnebat pauperem iustũ, & ista spes, in incerto diuitiarũ, qua se propter purpurã & byssum & epulas splẽdidas beatum putabat, non ipsæ diuitiæ, perduxerunt ad inferni tormẽta. An forte propter illud quod Dominus adiunxit & dixit, Amẽ dico vobis, difficile diues intrabit in regnũ cœlorum, &c. ideo putant isti diuitẽ, etiã si faciat ista quæ diuitibus præcipienda scripsit Apost. in regnũ cœlorũ nõ posse intrare? Sed quod hominibus impossibile est, Deo facile est. Quia fit nõ hominis potentia, sed Dei gratia. *Non diuitiæ sed vitia damnant.*

C Docuit nos hîc Christus exemplo suo. lib.ij.quæst.veter.& noui testamen. Nec saluator aliquid possidebat in mundo, cum esset Dominus mundi: mortuus enim, alienis impendiis sepelitur. Et nos à quibus mũdus extraneus est, facultates augere cupimus: vt morientes, mũdum à nobis inuasum, nõ tantũ voce, sed & literis cõtestemur: vt professione nostra, ab eo, cuius est mundus, condẽnemur. Hinc Dominus. Qui nõ, inquit, reliquerit omnia & sequutus me fuerit, nõ potest discipulus meus esse. Quicunque ergo sic habet facultates suas, vt spẽ in illis nõ habeat, paratus autẽ sit pro fide illius abiicere, viam ambulat ad Christũ Dominum nostrum. Nam vt dicit vbi supra de ciui. Dei, & lib.50. Hom. Hom. xiij. Cũ dicit Aposto. Qui volunt, inquit, diuites fieri, &c. profectò in diuitiis cupiditatẽ reprehendit, nõ facultatẽ. *Quæst.75. Tom.IIII.* *Luc.14.* *Lib.1.ca.10. Tom.V.*

D In Epist. supra dicta ad Hilarium. Diuites Christiani, licet ista teneant, nõ tamen ab eis ita tenentur, vt hoc Christo antepoñant: quia veraci corde sæculo renuntiauerũt, vt nullam spem in talibus ponant. Hi vxores & filios familiásque vniuersas, ad Christianam religionem tenendam sana erudiunt disciplina. Horum domus hospitalitate feruentes, recipiunt iustum in nomine iusti, vt mercedẽ iusti accipiant. Frangunt esurienti panem suum, nudum vestiũt, captiuum redimunt, thesaurizant sibi fundamẽtum bonum in futurum, vt apprehendãt veram vitam. Et si fortè pro fide Christi pecuniaria dãna perpetiẽda sunt, oderunt diuitias suas. Si suorum orbitates, vel separationes pro Christo minatur hîc mundus, oderunt parẽtes filios & vxo- *Tom.II. Epist.89.*

res. Postremo si de ipsa huius corporis vita, cum aduersario paciscendum est, ne desertus deserat Christus, oderunt insuper animã suã, de his quippe omnibus mandatũ acceperunt, quod aliter discipuli Christi esse non possint. Nec tamen quia præceptum est eis, vt oderent pro Christo & animas suas, vẽdendas eas habent, aut illatis sibi manibus effundẽdas: sed vt parati sint eas pro Christi nomine amittere moriendo, ne mortui viuãt Christum negando. Sic & diuitias, ad quas vẽdendas parati non fuerunt monẽte Christo, ad perdendas eas debẽt esse parati pro Christo: ne cum eis pereant, perdito Christo. Et infra subdit. Quibus autem nõ prouenit corona martyrij, neque illius perfectionis de vendendis rebus suis, consilium tã grande, támque pręclarum receperunt, & tamen à damnabilibus immunes criminibus esurientẽ Christum pauerunt, sitienti potum dederunt, nudum vestierunt, peregrinãtem susceperunt, nõ sedebunt quidem cum Christo sublimiter iudicaturi, sed ad ipsius dexterã stabũt iudicãdi.

Mat.5. Beati enim misericordes, quoniam ipsorũ miserebitur Deus.

Tom.X. Vnde admonẽdi & reprehẽdẽdi diuites, lib.j. de verb. Domini. ser.v. Aliud est esse diuitẽ, aliud velle fieri diuitem. Diues est, qui de diuitibus natus est: nõ quia voluit. Diues est, quia multi hæreditatem dimiserũt. Video facultates, nõ interrogo voluptates. Hîc cupiditas accusatur, non aurum, nõ argẽtum, non diuitiæ, sed cupiditas. Nam qui nolũt diuites fieri, vel qui nõ curant, vel qui nõ ardent cupiditatibus, non auaritiæ facibus accendũtur, sed diuites sunt. Audiant Apost. Præcipe, inquit, diuitibus huius sęculi, nõ superbè sapere. Nihil enim est quod sic generẽt diuitiæ quomodo superbiã. Omne pomũ, omne granum, omne frumentum, omne lignum, habet vermẽ suum: Et alius est vermis mali, & alius piri, alius fabæ, alius tritici. Vermis diuitiarũ, superbia est. Ergo præcipe nõ superbè sapere. Exclusit vitium, nõ superbè sapere. Doceat vsum de eo quod sequitur, Neq; sperare in incerto diuitiarum. Qui nõ sperant in incerto diuitiarum, superbè nõ sapiũt. Qui altum sapiunt, timeant. Si timent, non altum sapiunt. O quàm multi heri diuites, hodie pauperes: quàm multi dormiunt diuites, & venientibus latronibus & cuncta auferentibus, euigilant pauperes. Non sperẽt ergo in incerto diuitiarũ, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter tẽporalia & ęterna: ad vtẽdum, tẽporalia: tanquã viatoribus: ęterna, ad fruẽdũ tanquã habitatoribus: temporalia vnde bona faciamus, ęterna vnde boni efficiamur. Hoc ergo faciãt, & ex eo quod habent facilè tribuant, communicent. i. pares suos mortales agnoscant. Non, quia hoc dico, expoliare illos volo, nudare illos volo, inanes relinquere volo. Doceo lucrũ, cũ ostẽdo vbi thesaurizandum. Nõ enim volo vt pauperes remaneant, sed quò migrent ostendo. Thesaurizent sibi fundamentũ bonũ in futurũ, vt apprehendant vitam æternã. Falsa ergo est hæc vita, apprehẽdant verã vitã. Migrãdæ sunt facultates nostræ ad locũ veræ vitæ, vt hoc ibi inueniamus, quod hic damus.

A Mutat illa, qui mutat & nos. Date ergo pauperibus. Quid habes amplius de diuitiis, nisi victũ & tegumẽtum? Quæ sint tibi superflua, sint pauperibus necessaria. Sed inquis, Ego pretiosas epulas accipio, pretiosis cibis vescor. Pauper quid? vilibus. Interrogo quando fueritis ambo satiati, pretiosus cibus ad te intrat: quid fit, cum intrauerit? Nonne si specularia in ventre haberemus, de omnibus pretiosis cibis erubesceremus q̃bus saturatus es? Esurit pauper, esurit diues. Saturari quęrit pauper, saturari quærit diues. vterque saturatur, pauper de vilibus cibis, diues de pretiosis: saturitas ęqualis est, possessio vna est, quò ambo volunt peruenire. Sed ille per cõpẽdiũ, iste circuit. Sed melius, inquis, mihi sapiũt apparata pretiosa. Vix fastidiosus satiaris. Nescis quomodo sapit,

B quod fames accendit. Neque hoc ita dixi, vt diuites cogã escis & cibis pauperũ vesci. Vtãtur diuites cõsuetudine infirmitatis suæ, sed doleãt aliter se nõ posse. Melius enim possint si aliter possint. Si ergo nõ extollitur pauper de mẽdicitate, tu quare extolleris de infirmitate. Vtere cibis electis & pretiosis, quia sic cõsueuisti, quia aliter non potes: quia si consuetudines mutes, ægrotas. Conceditur tibi, vtere superfluis, da pauperibus necessària: vtere pretiosis, da vilia. Expectat à te: expectas à Deo. Expectat ille manũ quę facta est secũ, expectas & tu manum quæ fecit te: & nõ solum te, sed pauperẽ tecum. Dedit vobis Deus vnã viam istã vitã: inuenistis vos comites, vnã viam ambulatis, ille nihil portat, tu nimium oneraris. Ille nihil secum portat, tu iterũ plus portas quã

C opus est. Da ergo illi de eo quod habes, & illũ pascis: & põdus minuis. Date ergo pauperibus, rogo, moneo, pręcipio, iubeo. Quicquid vultis, date pauperibus: interpellant nos vt dicamus vobis. Noscant nõ inaniter nos laborare in vobis. Damus enim nos quantum habemus & possumus: sed quia ad eorum necessitatẽ implendam idonei non sumus, vel ad vos eorũ legati sumus. Audistis hoc, & laudastis. Deo gratias. Semẽ accepistis, verba reddidistis. Laudes istę vestræ grauant nos potius, & in periculum mittunt. Toleramus illas, & tremimus inter illas. Et tamen fratres istæ laudes nostræ folia sunt, arborũ fructus quæritur. In sermone de innocentibus. Esto bonus qui habes bona. Bonæ sunt diuitiæ, bonũ est aurum, bonum argẽtum, bonæ familiæ, bonæ

D possessiones. Omnia ista bona sunt, sed vnde facias bonum, nõ quæ te faciant bonum habes. Tu bona quæ facias fac. Fac iudicium & iustitiã, & esto bonus inter bona tua. Noli malus esse in eis, ne pereas cum eis. Ista ergo aurum & argentum distribuit hominibus cõditor rerum, & administrator Deus, vt ipsum per se natura & genere suo bonum sit, copia verò nõ extollat bonos, nec cruciet inopia. Malus autem, & cum offertur excæcat, & cum aufertur excruciat: quia & cũ acquiruntur diuitiæ, falsam lætitiam tribuunt, & cum perduntur verã tristitiam. Studeamus ergo amare veras diuitias. i. castitatẽ, iustitiam, pacem, & misericordiã. Istæ enim iustè dicũtur diuitiæ, quia bonis meritis iustísq; tribuuntur. Illæ verò dicuntur

dicūtur diuitię, quisquis eas habuerit nō egebit: dum, iuxta Apostolum, habētes victū & vestitū, his contenti simus. Istas verò diuitias, iniustū est putare diuitias: quæ nō auferunt egestatē. Tanto enim magis vnusquisque ardebit egestate auaritiæ, quanto magis eas diligens maiores habuerit. Quomodo ergo sunt diuitiæ, quibus crescētibus crescit inopia, quæ amatoribus suis, quātum fuerint ampliores, nō auferūt satietatē, sed inflāmāt cupiditate diuitem? Tu puta quia minus indigeres, si minus haberes. Vnde bene quidam sapiens dixit,

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Cum pecunię enim incremento, & rabies cupiditatis augetur. Et quia nō hîc, sed in cœlo sunt veræ diuitiæ, ideo in tract. super vlt. Prouer. Modo in paupertate viuimus, in paupertate vigilamus, & cū moriemur, in paupertate dormiemus, sed cū resurgemur, ditabimur. Cōparas nūc diuitias quaslibet terræ huius, obnoxias furibus & tinæis. Quid te iactas: quia infirmus es, ideo tibi sunt multa necessaria? Opus est multū vestiaris, quia frigus pati non potes: iumētis vtaris, q̄a pedibus ambulare nō potes. Ista fulcimēta sunt infirmitatis, non ornamēta potestatis. Quæ illæ diuitiæ sunt Angelorū? Vnā vestē habēt lucis, nunquā teritur, nūquā sordidatur. Illæ sunt veræ diuitiæ, vbi nulla erit indigētia. Diuitiæ tēporales causant superbiā. super Psal. cxxxvj. Malum quod importāt maximè diuitiæ incautis hominibus, est superbia. Non enim aurum malum est, quod condidit Deus: sed homo malus est relinquens creatorem, & cōuersus ad creaturā. Lib. 50. Homil. homi. xiij. Vermis diuitiarū superbia est. Difficile est vt non sit superbus qui diues est. Tolle superbiā, diuitiæ non nocebūt. Sed attēde quid inde facere debeas, ne vacet apud te, quod largitus est Deus. Diuites, inquit Apostolus, in operibus bonis: non sperent in incerto diuitiarū, sed in Deum viuum qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Mundū præstat Deus. Pauperi præstat, & diuiti. Nunquid quia diues est, duos vētres impleturus est? Attēdite & videte, quoniam de datis Dei pauperes saturati dormiūt. Qui pascit vos, pascit illos per vos. Ergo nō ametur pecunia: sed si iam habetur, hoc modo fiat. Diuites qui illā habetis estote. Sed vbi diuites? in operibus bonis. Facile, inquit, tribuāt, communicēt veluti aqua frigida perfundit, rigescit, stringit sinū, & dicit. Nō perdo labores meos. Infœlix, nō vis perdere labores tuos? Ecce morieris: & q̄a nihil huc attulisti, nihil hinc poteris auferre, & cū nihil abstuleris, nōne perdidisti labores tuos? Ideo super Psal. xlviij. sermo. j. Diuites intellige superbos: pauperes humiles. Habeat quis multas facultates pecuniarum, si in eis non extollitur, pauper est. Non habeat aliquid: & cupiat, & infletur, inter diuites improbos eum deputat Deus. Et diuites & pauperes interrogat Deus in corde: non in arca & domo. Probat libro de vera innocentia. In magna egestate sunt, qui de iniquitate sunt diuites, & iustitiæ opes, & sapientiæ thesauros non habentes. Qui autem Domino seruiunt: ea ab eo acquirunt, quæ perire nō possunt. Sunt autem diuitiæ naturaliter non malæ, nisi propter vsum. Lib. 50. Homil. homil. xxxj. in fine. Iam videtis quā magno errore, magnáque dementia, in res ipsas, quibus malè homines vtuntur, crimen malè vtentium transferatur. Nam si propterea vituperatur aurum & argentum, quia homines auaritia deprauati, neglectis præceptis omnipotentissimi creatoris, in ea quæ condidit detestabili cupiditate rapiūtur, vituperētur etiam omnes qui, sicut Apostol. dixit, peruersi quidem homines, coluerūt & seruierūt creaturæ potius quam creatori. Vituperetur etiā iste sol, quem certè Manichæi, qui non intelligūt esse creaturam, tanquam ipsum creatorem, vel tanquam eius aliquam partem, colere atque adorare non desinunt. Cur ergo ipsum non vituperant, cum plerunque homines de cursu solis & luminis, in ædificiis suis lites iniustissimas concitāt, & vt fenestris suis radij vberiores aliquanto largius infundantur, domos alienas deiicere sæpe moliuntur, & eos qui contradixerunt, etiamsi iure certissimo contradicant, inimicitiis acerbissimis insectantur. Si quem igitur infimorum potētior aliquis iniustè ac nefariè propter vsum solis oppresserit, dirupuerit, in exiliū etiā, in mortémve cōpulerit, solis est crimen, quo ille abundantius vti desiderat, an potius malè vtentis iniquitas? Qui dum cœpit corporeis oculis temporale lumen largius acquirere, cubiculum cordis luci nō aperit ęquitatis. Ex quo ipsi si possint intelligant, aut aurum & argentum accusare non debere, quamuis de auro & argento sæpe homines cupidissimi dimicent: aut accusationes suas de terra in cœlum, & de metallis fulgentibus in sydera, atque ipsum solem se debere transferre, quando iniqui homines inexpiabili sæpe discordia, de possidenda solis luce confligunt. Simul etiam discant quid intersit inter hanc lucem visibilem, lucémque iustitiæ, si quidem fieri potest, vt quanto maiori auiditate frui quisque hac luce voluerit, tanto maiori cæcitate à iustitiæ luce deficiat.

Consequuntur ex diuitiis homines instabilitatem mentis. super Psalmum octogesimum tertium. Videant diuites ex ipsis diuitiis, vel habere se pressuras cogitationum quomodo gubernentur, quomodo custodiantur: vel si paululum inclinauerint cupiditatem vt eas diligant, plus eos impleri timoribus, quam fructibus. Quid enim tam incertum quam res volubilis? Nec immerito ipsa pecunia rotunda signatur, quia non stat. Tales ergo & si habeant aliquid, pauperes sunt. Qui verò nihil horum habent, & habere desiderant: inter reprobandos diuites computantur. Non enim attendit Deus facultatem, sed voluntatem. Timorem & mortem per eas acquirunt. Lib. de catechi. rudib. In hac vita homines magnis laboribus requiem quærunt & securitatem, sed prauis cupiditatibus non inueniunt: volunt enim requiescere in rebus inquietis, & non permanentibus. Et quia illæ tempore sub-

Marginal notes: Tom. VIII. — Tom. X. — Tom. VIII. — *Contra diuitiarum superbia.* — Ca. 35. Tom. III. — Tom. X. — *Culpandi homines non creaturę quibus abutuntur.* — Tom VIII. — *Metitur Deus nō facultates, sed voluntates.* — Cap 16. Tom. IIII.

trahuntur & transeunt, timoribus & doloribus eos agitãt, nec quietos esse permittunt. Siue enim in diuitiis velit homo requiescere, magis superbus efficitur quam securus. An nõ videmus quã multi eas subito perdiderũt, multi etiam propter illas perierunt, aut cum eas habere cupiunt, aut cũ eis oppressis à cupidioribus auferuntur? Quæ & si per totam vitam cum homine remanerent, & non desererẽt dilectorẽ suũ, ipse illas sua morte desereret. Ideo qui veram requiem & veram fœlicitatem desiderat, debet tollere spem suam de rebus mortalibus & prætereuntibus, & eam collocare in verbo Domini: vt hęrens ei qui manet in æternum, & ipse cum illo maneat in æternum. Ad æternas pœnas ducunt. Lib. de contemptu mundi. Si mundi gloria vana non esset, si diuitiæ terrenæ vera bona essent, nõ earum possessoribus imperaret Dominus dicens, Væ vobis diuites &c. & alibi. Facilius est ca. per fo. a. tran. quam di. intra. re. cœ. Audiamus & quid suis dicat imitatoribus. Si vis perfectus esse. va. & ven. o. quæ habes, & da pauperibus. Vidit peritus magister suos discipulos luctaturos cũ mundo, qui si haberent vnde tenerentur, leuius deiicerẽtur. Tulit ergo arma suis & nostris hostibus, dũ nos priuauit terrenis possessionibus. Nudus nãque latrones non solet timere: qui verò mũdanis se implicat, tela parat quibus confodiatur. Qui ergo non vult confodi, nudus procedat per viam huius exilij. Et infra. Cum Christus factus sit pro nobis pauper & egenus, nos pro ipso cur pauperes esse erubescimus? Nunquid non eius pauperies nos facit diuites, veritate attestante, regnum cœlorum non diuitum, sed pauperum esse? Dicit nãque pauperibus. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Sicut est regnum cœlorũ pauperũ, restat vt infernus sit diuitũ. Hoc quoque nobis declarat Euangeliũ dicens, Homo quidã erat diues &c. Et post pauca subiungit. Erat autẽ & quidam mendicus nomine Lazarus &c. Factũ est autem vt moreretur mendicus, & por. ab An. in si. Abrahæ. Mortuus est & diues, & sepul. est in infer. Nõ reputet quisquam hęc verba esse Aug. Non sunt hominis, sed veritatis, quæ nec fallere potest, nec falli. Quisquis ergo vis regnare cum Christo, elige pauperem esse cum Christo: vt requiescas cum Lazaro mendico. Nemo enim potest gaudere in hoc sæculo, & regnare cũ Christo. Qui autẽ vult epulari cum diuite, præparat epulas vermibus gehẽnę: in qua pro gaudio momentaneo, ardebit perpetuo cũ capite suo diabolo. Infœlix cõmerciũ, pro tam breui gaudio, cœlesti priuari regno. Fœlix paupertas, per quam cœlestis acquiritur hæreditas. Fœlix cõmerciũ, ꝑ paruis æterna & magna recipere: & quod ineffabile bonum est, cum Christo sine fine regnare. Lib. ij. de verb. Do. serm. ij. & est sermo de diuite & Lazaro. Compensantur pro diuitiis, pœnæ: refrigeriũ, pro paupertate: pro purpura, flamma: refectio, pro nuditate: vt salua sit æquitas staterę, & non mentiatur modus ille mensuræ. In qua mensura mensi fue-

Cap. 5. Tom IX. Luc. 6. Mat. 19. Luc. 14. Cap. 67. Luc. 16. Cap. eod. Ser. ord. 25. Tom. X.

A ritis &c. Culpa est ergo non dare. vnde lib. de vera innocen. Multa nos in facultatibus nostris superflua habere cõprobabimus, si necessaria sola retineamus. Nã vana quærentibus nihil sufficit: & alienorũ quodã modo retẽtor est, qui profutura pauperibus inutiliter habet. Et aliqui inutiliter pro se habẽt. lib. de singularit. cler. Habẽt multi diuitias, quas suis vsibus negãt, sed pro cupiditate conseruant: quibus si nulla cupiditas inhæsisset, nec cupiditatis insignia possiderẽt: At verò quia cupiditate possessi sunt, perfruũtur animo, quod vsu nõ tangũt. Vnde inter abusus, ponit diuitias habere, & pauperibus non cõmunicare, lib. de xij. abusionibus. capi. iiij. Quartus gradus abusionis, est diues sine eleemosyna, qui superflua vsus sui, quæ custodiẽda in posterũ re-

B condit, indigentibus & nihil habẽtibus nõ distribuit: per quod efficitur, vt dũ in terra quęsita diligenti cura custodit, cœlestis patriæ perennem thesaurũ amittat. Ad quem thesaurũ Dominus Iesus adolescentẽ diuitẽ, qui eũ de perfectiõe interrogauit, ita respõdẽs inuitauit. Si vis perfectus esse, va. & ven. o. quæ habes, & da pau. & veni sequere me, & habebis thesaurũ in cœlo: quẽ thesaurum, inquã, nullus habere potest, nisi qui pauperibus solatia præstat, aut per semetipsum pauper est. Nõ ergo dormias in thesauris tuis, quod pauperi prodesse potest. Diues nãque & si multa congregauerit, his frui solus nequaquã poterit, quia vnius hominis natura, multis rebus non succurrit. Quid ergo stultius est, quã propter hominis victũ & vestitũ, totã cœlestis regni perde-

C re iucunditatẽ, & æternos cruciatus inferni, absq; consolationis præstolatiõe subire? Quod igitur aliquãdo propter necessitatẽ admittẽdũ est, pro æterna remuneratione distribuendũ est. Omnia enim quæ videntur, tẽporalia sunt: quæ verò nõ videntur, æterna sunt. Quandiu nãq; tẽporales sumus, tẽporalia tẽporalibus deseruiunt: & cũ hinc transierimus, æternis æterna solatia præstabunt. Idcirco nõ semper debemus diligere ea, quæ semper non habebimus, præsertim cũ expertẽ rationis auarũ diuitem thesauri & agri sui, & omnia quæ habet, ostendũt: quia toto cordis intuitu illas res amat, quæ nunquã se diligunt. Si enim argentũ, & agros, & vestimenta, & cibos, & metalla, & bruta animalia quis dilexerit, hęc omnia vicem sibi amoris rependere non posse, ipsa rerum

D natura ostẽdit. Quid à ratione lõgius est, quã id diligere quod te amare nõ valet: & negligere illũ qui tuæ ditioni cũ dilectione omnia prębet? Propter hoc igitur non diligi mũdus, sed diligi ꝓximus à Deo præcipitur: quia proximus vicẽ sui amoris potest rependere, quod mundus minimè posse non dubitatur. Sic enim Dominus inimicum diligere præcepit, vt illa dilectio amicũ ex inimico efficiat. Quisquis ergo diues est cupidus qui vult æternas habere diuitias, distribuẽdo egenis perdat interim non mansuras. Si enim quod diligit non vendit, nemo emere potest quod cupit. Auari nanque in iudicio à rectissimo iudice ideo nuncupãtur maledicti: quia qui præteribant

bant eorum habitacula non dicebāt, benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine Domini. Infoelices ergo sunt auari diuites: qui propter res transitorias, in æternam damnationē dilabuntur. Econtrario beati sunt misericordes, dum in hac virtute, non substantiam, sed affectum Dominus requirit.

DOCTRINA. De doctrina fidei & scripturarum. Lib. de mendacio. Doctrina salutaris, partim credendis, partim intelligendis rebus constat: nec ad ea quę intelligēda sunt perueniri potest, nisi prius credenda credantur. *Cap. 8. Tom. IIII* Libro, de vera religione. Hæc est disciplina naturalis Christianis minus intelligentibus plena fide digna, intelligentibus autem omni errore purgata. *Cap. 17. Tom. I.* Iam verò ipse totus doctrinæ modus, partim apertissimis rationibus, partim similitudinibus, in dictis, in factis, in sacramentis, ad omnem animæ instructionem exercitationémque accōmodatus, quid aliud quā rationalis regulæ disciplinam impleuit? Nā & mysteriorum expositio ad ea dirigitur, quę apertissimè dicta sunt. Et si ea tantū essent quæ facillimè intelliguntur, nec studiosè quæreretur, nec suauiter inueniretur veritas. Neq; si essent in scripturis tantum sacramēta, & in sacramētis non essent signacula veritatis, satis cum cognitione actio non veniret. Hæc doctrina mores componit. *Tom. IIII.* Lib. de sancta viduitate. Præcipuè doctrina sana bonitatē præpositi, & ornet, & muniat. Nulla alia ad regulā ducit. *Cap. 8. Tom. I.* Lib. viij. confessionū. Quādo Poticianus de Antonio narrabat miracula. Quid patimur? Quid est hoc quod audiuisti? Surgunt indocti, & cœlū rapiunt: & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce vbi volutamur in carne & sanguine? An quia præcesserunt pudet sequi, & non pudet nec saltem sequi? Aliquibus datur intelligere eam, & aliquibus non. Lib. iij. contra Faustū. Docti viri Diuinarum scripturarum pertractatores diligentissimi, piè cogitātes tantæ authoritatis eminentiam, latere ibi aliquid crediderunt, quod petentibus daretur, obluctantibus negaretur: à quærētibus inueniretur, reprehendētibus subtraheretur: pulsantibus aperiretur, oppugnantibus clauderetur: petierunt, quęsierunt, pulsauerūt: acceperunt, inuenerūt, intrauerunt. Quomodo inducūtur homines vt velint doctrinas addiscere, lib. x. de trinit. *Cap. 1. Tom. III.* Ad doctrinas cognoscendas, plerunque nos laudantiū atque prædicantiū accendit authoritas: & tamen nisi breuiter impressam cuiusque doctrinę haberemus in animo notionem, nullo ad eam discendam studio flagraremus. Quis enim sciendę, verbi gratia, rhectoricę, & in illam curā & operā impenderet, nisi ante sciret eam discēdi esse sciētiā? *Quomodo inflammetur animus.* Aliquādo etiā ipsarū doctrinarum fines auditos expertósve miramur, & ex hoc inardescimus facultatē cōparare discendo, qua ad eos peruenire possimus. Tāquā si literas nesciēti dicatur, quādā esse doctrinā, qua quisque valeat, quāuis lōgè absenti verba mittere manu facta in silētio, quā rursus ille cui mittūtur, nō auribus, sed oculis colligat, idque fieri videat, nōne dū cōcupiscit nosse quo id possit omni studio circa illū finem mouetur, quem iam notū tenet? Sic accenduntur studia discentium. Nam quod quisque prorsus ignorat, amare nullo pacto potest. Subdit ibid. Eis quippe doctrinis studetur vehementius, quæ capi posse non desperātur. Nā cuius rei adipiscēdæ spem quisque nō gerit, aut tepidè amat, aut omnino nō amat, quamuis quam pulchra sit videat.

DOCTOR & docere. Deus est qui docet verum. Lib. v. cōfess. *Cap. 6. Tom. I.* Non est quisquam præter te Domine alius doctor veri, vbicunque & vndecunque claruerit. Lib. de sancta viduit. *Cap. 18. Tom. IIII.* Quātalibet homo sermonis facultate præpolleat, vt solertia disputandi & suauitate docendi in hominis voluntate inserat veritatem, nutriat charitatem, docendo tollat errorem, exhortando torporē. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementū dat Deus. Frustra quippe operarius omnia molire tur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latenter operaretur. Vnde in eo. lib. reprehēdēs cōtrariū opinantes. *Supra eod. cap.* Nec attēdunt idipsum etiā seipsos dono Dei habere, quod ea facultate exhortātur, vt ad capessendā vitam bonam hominū voluntates pigras excitent, accēdant frigidas, corrigāt prauas, auersas conuertāt, repugnantes pacificēt. Sic enim possunt persuadere qđ suadēt. Quia vt dicit super Psal. xcvj. Non dedignatur docere per hominē, qui dignatus est esse homo. Quid docet & quomodo, sup Psal. cxviij. ser. xvij. *Tom. VIII.* Docet Deus suauitatem, inspirando delectationem: docet disciplinā, tēperando tribulationē. Sup Ioā. *Tract. 52. Tom. IX.* Docuit te Christus quid cogites, quid dicas, quē inuoces, in quo speres, cuius voluntatē certā atque Diuinā, tuæ voluntati humanæ infirmęq; præponas. Non ideo tibi videatur ex alto deficere, quia te voluit ab imo proficere. Nam & tentari à diabolo dignatus est: à quo vtique si nollet, non tentaretur, quemadmodum si nollet non pateretur: Et ea respondit diabolo, quæ tu in tentationibus debeas respondere. Et ille quidem tentatus est, sed non periclitatus: vt doceret te in tētatione periclitantem, tentatori respondere, & post tentatorem non ire, sed de periculo tentationis exire. Et ideo in fine libelli, de disciplina Christiana. *Cap. 3. Tom. IX.* Qui discunt, Christiani sunt: qui audiunt & non discunt, quid ad seminantem? Seminantis manum non terret via, non terrent lapides, non terrent spinæ: iactat ille quod suum est. Qui timuerit ne cadat in terram malam, non perueniet in terram bonam. Et nos dicimus, iactamus semina, spargimus semina: sunt qui contemnunt, sunt qui reprehendunt, sunt qui irrident. Istos si timuerimus, nihil habemus seminare, & in messe habemus esurire. Ergo venit semē ad terram bonam. Scio quia qui audit, & vnde audit, deficit & proficit: deficit iniquitati, proficit veritati: deficit sæculo, proficit Deo. Quis est enim magister qui docet? *Cap. 4.* Non qualiscūq; homo, sed Apostolus. planè Apostolus & tamē Apostolus. *2 Cor. 13.* An vultis, inquit, experimētū eius q in me loqui

loquitur Christus? Christus Iesus est qui docet. Cathedram in cælo habet, schola ipsius in terra est. Et schola ipsius, corpus ipsius est: caput docet membra sua, lingua loquitur pedibus suis. Christus est qui docet audiamus, timeamus, faciamus. Ne contẽnamus Iesum Christum: qui propter te in carne natus est, pannis mortalitatis circũdatus est: propter te esuriuit, & sitiuit: propter te lassus ad puteum sedit: propter te fatigatus in naui dormiuit: propter te contumelias indignas audiuit: propter te à facie sua sputa hominũ non abiecit: propter te in faciem alapas accepit: propter te in ligno pepẽdit: propter te animã effudit: propter te in sepulchro positus est. Hæc omnia fortè contemnis in Christo. Vis nosse quis sit? Recole Euãgelium quod audisti. Ego & Pater vnum sumus.

Quæ pro hominibus passus est Christus.

Non debent doceri mala. Libro, de opere monachorum. Qui recta facere nolunt, desinant saltem docere peruersa. Vnde doctor debet esse bonus, lib. j. de libe. arbi. Nescio aliquem malũ doctorem. Si enim malus est, doctor nõ est: si doctor est, malus nõ est. Debet esse beneuolus, super primã canoni. Ioã. Tract. viij. Cum indoctus est, indiget te, & tamen videris doctor, ille autem discens: illum debes optare tibi æqualem, quia si semper vis esse superior & videri doctor, & illũ semper habere discentẽ, inuidus doctor eris. Rogo te, noli docere ipsam inuidentiam tuã. Magis audi Apost. dicẽtẽ de visceribus charitatis, Vellẽ omnes homines esse sicut meipsum. In Epistola ad Florentinam. Non, vt quod scimus doceamus, aliorũ ignorantiã optare debemus. Multo quippe melius omnes sumus dociles Deo, quod vtique in illa superna patria, cũ in nobis completũ fuerit quod promissum est, perficietur, vt nõ dicat homo proximo suo, Cognosce Dominum. Omnis enim cognoscẽt eũ, sicut scriptũ est, à minore vsq; ad maiorẽ eorũ. Et sollicitissimè cauendũ est in docendo, superbiæ vitiũ, quod in discẽdo non ita est. Vnde sancta scriptura nos admonet dicẽs. Sit omnis homo velox ad audiendũ, tardus autẽ ad loquẽdũ. Et ille in Psal. ait. Auditui meo dabis gaudiũ & lętitiam: continuóq; subiecit, Exultabũt ossa humiliata. Vidit enim in audiendo facillimè seruari humilitatẽ, quæ difficilis est in docendo: quoniam necesse est vt doctor habeat superiorem locũ, vbi laboriosum est obtinere ne subrepat elatio. Super Psal. cxxix. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et si potest fieri hoc, cupiat nõ habere necessitatem loquendi & docendi. Ecce enim fratres mei dico charitati vestræ. Loquimur nos modo ad vos, vt aliquid doceamus vos. Quanto melius si omnes sciremus, & nemo doceret alterũ, vt nõ esset alius loquẽs, alius audiẽs: sed omnes audientes vnũ illum, cui dicitur. Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiam. Vnde & ille Ioannes, non tam gaudebat quia prædicabat & quia loquebatur, sed gaudebat quia audiebat. Ait enim. Amicus autẽ sponsi stat & audit eũ, & gaudio gaudet propter vocẽ sponsi. Itaq; fratres cito dixerim charitati vestræ: ibi vnusquisq; pro-

Tom. III. — Cap. 1. — Tom I. — Tom. IX. — 1. Cor. 7. — Tom. II. — Epist. 132. — Iac. 1. — Psal. 50. — Tom. VIII. — Io. 3.

bet se, nõ vt loquatur, sed vt de alio loquutionis officium exigat. Gaudium autẽ taciturnitatis intus in voluntate habeat, vocẽ doctrinæ in necessitate. Quãdo enim opus est voce doctrinę? Quãdo pateris imperitũ, quando pateris indoctum. Si semper delectet te docere, semper vis habere imperitum, quẽ doceas. Si autẽ beneuolus es, & vis omnes doctos esse, non vis semper habere quos doceas, & non erit in voluntate exercitatio vel probatio doctrinæ tuæ, sed in necessitate. Gaudium tibi sit in auditione Dei, necessitas tibi in loquutione tua: & non eris vir linguosus, ne non dirigaris. Quare loqui vis, audire non vis? Semper foras exis, intrò redire detrectas? Qui enim te docet, intus est. Quando doces, tanquam exis ad eos qui foris sunt. Ab interiore enim audiuimus veritatem, & ad eos qui foris à nostro corde sunt, loquimur. Quod enim dicimus eos in corde habere de quibus cogitamus, secundum quandam imaginem dicimus, quam de illis habemus impressam. Nam si omnino intus ipsi essent, scirent vtique quid in corde nostro esset, atq; ita, vt eis loqueremur, non opus esset. Si autẽ hoc te delectat quod foris agis, inde ne tumescas foris, & nõ possis redire per angustũ, & non possit tibi dicere Deus tuus. Intra in gaudiũ Domini tui: Sed dicat tibi, quia forinsecus erat quod amasti, Ligate illi manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Vbi enim ostendit malum esse mitti exterius, ibi ostẽdit bonum esse intrare interius. Nam bono seruo quid dixit? Intra in gaudium Domini tui. De malo autem seruo. Proiicite, inquit, eum in tenebras exteriores. Non ergo amemus magis exteriora, sed interiora. De interioribus gaudeamus. In exterioribus autem necessitatem habeamus, non voluntatem. Debet carere omni cupiditate mala. Lib. j. de serm. Domini in monte. cap. v. Sub modio lucernã ponit, quisquis lucem doctrinæ bonæ, commodis temporalibus obscurat & tegit. Super candelabrũ autem ponit, qui corpus suum ministerio Dei subiicit: vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis. Per ipsam corporis seruitutem luceat doctrina: quę per officia corporalia, id est, per vocem, & linguã, & cæteros corporis motus, in bonis operibus insinuatur discentibus. Et quia primi scripturarũ doctores fuerũt perfecti, ideo lib. de vtilitate credendi. Quantum vtile est vt beneuolẽtiã prębeamus eis authoribus, per quos loquutũ esse Spiritũ sanctũ, tã diuturna vetustate firmatũ est? Fuerũt à mundanis Philosophis singulari bonitate diuisi, lib. xviij. de ciuit. Dei. Doctores omniũ Philosophi inter se dissenserũt, & à magistris discipuli, & inter se discipuli: quia vt homines, humanis sensibus & humanis ratiocinationibus ista quæsierunt. Deniq; doctores nostri, in quibus nõ frustra sacrarũ literarũ figitur & terminatur canõ, absit vt inter se aliqua ratióe dissentiãt. Vnde nõ immerito cum illa scriberẽt, eis Deũ vel per eos loquutũ, nõ pauci in scholis atq; gymnasiis litigiosis disputationibus garruli. Sed in omnibus agris, atque vrbibus cũ doctis atque indoctis

indoctis,tot tantíque populi crediderűt. Ipsi sanè pauci esse debuerunt,ne multitudine vilescere, quod religione charum esse oporteret, nec tamen ita pauci,vt eorum non sit miranda consensio.Neque in multitudine Philosophorũ, qui labore etiã literario suorũ monumenta dogmatum reliquerũt, facilè quis inuenerit,inter quos cuncta quæ sensere coueniant. Fuerunt in docẽdo discreti, lib. de vera religione. A magnis & spiritualibus viris Ecclesiæ catholicæ alũnis,video cautisimè prouideri:ne quid populariter agãt quod nondum esse temporis vt cum populo agatur intelligunt:alimenta lactea largè auidis populis atque instanter infundunt, validioribus autẽ cibis cum sapientibus paucis vescuntur.Sapientiam enim loquuntur inter perfectos:carnalibus verò & animalibus, & quamuis nouis hominibus,adhuc tamen paruulis, nonnulla obtegunt, sed nulla mentiuntur.Non enim honoribus suis vanis consulunt & inanibus laudibus, sed vtilitati eorum cum quibus societatẽ vitæ huius inire meruerunt.Hæc est enim lex Diuinæ prouidentiæ,vt nemo à superioribus adiuuetur ad cognoscendam & percipiendam gratiam Dei, qui non ad eandem puro affectu inferiores adiuuerit.

[Cap.28. Tom.I.] [1.Cor.2.]

Debent doctores in vita esse cõpositi, lib. iiij. de doctrina Christiana.Habet autem,vt obedienter audiatur,quantacũque granditate dictionis, maius pondus vita dicentis. Nam qui sapienter & eloquenter dicit,viuit autem nequiter, erudit quidem multos discendi studiosos,quamuis animæ suæ sit inutilis. Sicut scriptum est, Super cathedram Mosi &c.vnde ait Apostolus. Siue occasione,siue veritate Christus annuntietur. Christus autem veritas est:& tamen & à non veritate annuntiari veritas potest, id est,vt prauo & fallaci corde, quæ recta & vera sunt prædicentur. Sic quippe annũtiatur Iesus Christus ab eis,qui sua quærunt,non quæ Iesu Christi. Sed quoniã boni fideles,non quẽlibet hominum,sed Christũ Dominum obedienter audiunt,qui ait.Quæ dicunt facite,quæ autem faciunt facere nolite, dicunt enim & non faciunt: Ideo audiuntur vtiliter,& vtiliter non agunt.Sua enim quærere student,sed sua dicere non audent:De loco,scilicet superioris sedis Ecclesiasticæ,quam sana doctrina cõstituit.Propter quod ipse Dominus, priusquam de talibus,quos cõmemoraui,diceret præmisit, In cathedra Mosi sedent. Illa ergo cathedra,non eorum,sed Mosi,cogebat eos bona dicere,etiã non bona facientes. Agebant ergo sua in vita sua:docere autẽ sua,cathedra illos non permittebat aliena. Multis itaque prosunt dicendo quæ non faciunt,sed longè pluribus prodessent, faciendo quæ dicũt. Abundãt enim,qui malæ vitæ suæ defensionẽ ex ipsis suis præpositis & doctoribus quærũt.Respõdẽtes corde suo, aut etiã si adhuc erũpũt ore suo,atq; dicentes. Quod mihi præcipis,cur ipse nõ facis?Ita fit vt eũ nõ obedienter audiãt,qui seipse non audit:& Dei verbũ quod aliis prædicatur,simul cum ipso prædicatore contẽnant.Denique Apost.scribens ad Timotheum,cùm dixisset.Nemo adolescẽtiam tuã cõtemnat:subiecit vnde non contẽneretur, atq; ait. Sed forma esto fidelium,in sermone, conuersatione,in dilectione,in fide,in castitate. Talis doctor vt obedienter audiatur,nõ impudenter, nõ solũ summisè ac temperatè, verum etiã granditer dicit,quia nõ contemptibiliter viuit.Sic nãq; eligat bonam vitam,vt etiam bonã non negligat famam.Sed prouideat bona coram Deo & hominibus quantum potest:illum timendo,his consulendo.

[Cap.27. Tom.III.] [Mat.23.] [Phil.1.] [Cathedra Doctrinæ.] [Grandi le... bona ...] [1.Tim.4.]

Quomodo circa verba se habere debet. addit ibid.In ipso etiã sermone malit rebus placere,quã verbis.Nec existimet dici melius, nisi quod dicitur verius. Nec doctor verbis seruiat, sed verba doctori.Hoc est enim quod ait Apost. Nõ in sapiẽtia verbi,ne euacuetur crux Christi. Ad hoc etiam valet quod ait ad Timo.Noli verbis cõtendere:Ad nihil enim vtile est,nisi ad subuersionem audientium.Neque enim hoc ideo dictum est,vt aduersariis oppugnantibus veritatẽ, nihil nos pro veritate dicamus.Et vbi erit quod cũ ostẽderet qualis esse Episcopus debeat, ait inter cætera,Vt potens sit in doctrina sana,& contradicentes redarguere. Verbis enim cõtẽdere, est nõ curare quomodo error veritate vincatur, sed quomodo,dictio tua,dictiõi præferatur alterius.Porrò qui non verbis contendit, siue summisè,siue temperatè,siue granditer dicat,id agit verbis vt veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat.Quoniam nec ipsa,quæ præcepti finis & plenitudo legis est,charitas, nullo modo esse recta potest,si ea,quæ diliguntur,non vera sed falsa sunt.Sicut autem cuius pulchrũ corpus & deformis animus est,magis dolẽdus est,quam si deforme haberet corpus:ita qui eloquenter quæ falsa sunt dicunt,magis miserandi sunt,quam si talia deformiter dicerent. Quid est ergo non solũ eloquenter,verum etiam sapiẽter dicere: nisi verba in summisso genere sufficientia,in temperato splendentia,in grandi vehementia,verbis tamen rebus,quas audiri oporteat,adhibere? Sed qui vtrunque non potest,dicat sapienter, quod non dicit eloquenter potius:quam dicat eloquenter, quod dicit insipienter.Si autem nec hoc quidem potest,ita cõuersetur,vt nõ solũ sibi præmiũ cõparet,sed & præbeat aliis exẽplũ:& sit eius quasi copia dicendi,forma viuẽdi.

[Cap.28.] [1.Cor.1.] [2.Tim.2.] [Tit.1.]

Doctores qui nõ sunt inuentiui,bene faciunt aliena docere, dummodo viuant bene.ibid.Sunt sanè quidã qui bene pronuntiare possunt,quid autem pronuntiẽt excogitare non possunt.Quod si ab aliis sumant eloquenter sapientérque conscriptũ,memorięq; commẽdent,atque ad populũ proferãt:si eã personam gerũt,nõ improbè faciunt.Sic enim,quod profecto vtile est, multi prædicatores veritatis fiunt.Nec multi magistri, sed vnius veri magistri idipsum dicant omnes,& non sint in eis schismata. Nec deterrendi sunt isti voce Hieremiæ Prophetæ,per quem Deus arguit eos,qui furantur verba eius, vnusquisque à proximo suo. Qui enim furantur, alienũ auferunt: verbũ autem Dei nõ est ab eis alienum, qui obtemperant ei po

[Cap.29.] [Furari Dei verbũ quid.] [Hier.23.]

ei: potiúsque ille dicit aliena, qui cùm dicit bene, viuit malè. Quæcunq; enim bona dicit, eius excogitari videntur ingenio, sed ab eius moribus aliena sunt. Eos itaq; dixit Deus furari verba sua, qui boni volunt videri loquendo quæ Dei sunt, cum mali sint faciẽdo quę sua sunt. Nec sanè ipsi dicunt bona quæ dicũt, si diligẽter attẽdas. Quomodo enim dicũt verbis, quod negant factis? Nõ enim frustra de talibus ait Apost. Confitentur se nosse Deum, factis autẽ negant. Modo ergo quodam ipsi dicunt, & rursus alio modo ipsi non dicunt, quoniam vtrunque verum est, quod ait veritas. De talibus enim loquens. Quæ dicunt, inquit, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Hoc est, quod ex ore illorum auditis, facite: quod in opere videtis facere nolite: Dicũt enim, inquit, & non faciunt. Ergo quamuis non faciunt, dicũt tamen. Sed alio loco tales arguẽs, Hypocritę, inquit, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis

Mat. 12.

mali? Ac per hoc, & ea quæ dicunt, quando bona dicunt, non ipsi dicunt: voluntate, scilicet, atque opere negando quod dicunt. Vnde contingit, vt homo disertus & malus sermonem quo veritas prædicetur, dicendum ab alio, nõ diserto, sed bono ipse componat. Quod cùm fit, ipse à seipso tradit alienum, ille ab alieno accipit suum. Cùm verò boni fideles, bonis fidelibus hanc operã commodant, vtrique sua dicunt: quia & Deus ipsorũ est, cuius sunt illa quæ dicũt. Et ea sua faciũt, quæ non ipsi cõponere potuerũt, qui secundum illa cõposite viuũt. Nõ expedit modernos doctores veterũ eloquẽtiã imitari, lib. eo. cap. vij. Neque verba scripturæ humana industria sunt composita, sed Diuina mente infusa & sapienter & eloquenter: non intenta in eloquentiam sapientia, sed à sapientia non recedente eloquentia. Si enim, sicut quidam disertissimi atque acutissimi viri videre ac dicere potuerũt, ea quæ oratoria velut arte dicuntur, non obseruarentur & notarentur, & in hãc doctrinã redigerẽtur, nisi prius

Sermo doctoris Euangelici, qualis.

in oratorum inuenirentur ingeniis: quid mirum si & in istis inueniuntur, quos ille misit qui fecit ingenia? Quapropter & eloquentes quidam non solum sapientes canonicos nostros authores doctorésque fateamur tali eloquentia vsos, qualis personis eiusmodi congruebat. Sed nos etsi de li-

Cap. 8.

teris eorum, quæ sine difficultate intelliguntur, nonnulla sumimus eloquutionis exẽpla, nequaquam tamen putare debemus imitandos nobis eos in iis esse, quæ ad exercẽdas & elimãdas quodam modo mentes legentium, ad rumpenda fastidia & ad acuenda studia discere volẽtium, zelandos quoque siue ad pietatem conuertantur, siue vt à mysteriis secludantur, animos impiorũ vtili ac salubri obscuritate dixerunt. Sic quippe illi loquuti sunt, vt posteriores qui eos rectè intelligerent & exponerent, alteram gratiam, disparem quidem, verũtamen subsequentem in Dei Ecclesia reperirent. Non ergo expositores eorum ita loqui debent, tanquam seipsi exponendos simili authoritate proponãt: sed in omnibus sermonibus suis, primitus ac maximè vt intelli-

A gantur elaborent ea, quãtum possunt perspicuitate dicendi, vt aut multum tardus sit qui nõ intelligat: aut in rerum quas explicare atque ostendere volumus difficultate ac subtilitate, non in nostra loquutione sit causa, qua minus tardiúsue quod dicimus, possit intelligi. Quomodo doctores in docendo se habere debent circa obscura & clara, ibid. Sunt quędam quę sua vi non intelliguntur, aut vix intelliguntur, quantolibet & quantũlibet, quamuis planissimè dicentis versentur eloquio, quæ in populi audientiam, vel raro si aliquid vrget, vel nunquam omnino mittenda sunt. In libris autem qui ita scribuntur, vt ipsi sibi quodãmodo lectorem teneant, cùm intelliguntur, molesti nõ sint volentibus legere: cũ au-

B tem non intelliguntur, molesti non sint nolentibus legere. Et in aliquorum colloquutionibus non est hoc officium deserendum, vt vera, quãuis ad intelligendum difficillima, quæ ipsi iam perceperimus, cum quantocũq; labore disputationis, ad aliorum intelligentiam perducamus: si tenet auditorem vel colloquutorem discendi cupiditas, nec mentis capacitas desit, quæ quoquo modo intimata possit accipere, non curante illo qui docet quanta eloquentia doceat, sed quanta euidentia. Cuius euidentiæ diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora, nec curat quid bene sonet, sed quid bene indicet atque intimet, quod ostendere intendit. Vnde ait quidam, cum de genere tali loquutiõis ageret, esse in ea quãdã diligẽtẽ negligentiã. Hæc tamen sic detrahit ornatũ, vt sordes non contrahat. Debent docere

C vt intelligantur, nec curare de verbis seu vocabulis pulchris, ibidem subdit. Quamuis in bonis doctoribus tãta docendi cura sit, vel esse debeat, vt verbum nisi obscurum sit, vel ambiguum, Latinum esse non potest, vulgi autẽ more sic dicitur vt ambiguitas obscuritásque vitetur, non sic dicatur vt à doctis, sed potius vt ab indoctis dici solet. Si enim nõ piguit dicere interpretes nostros. Non congrebabo conuenticula eorũ de sanguinibus: quoniam senserunt ad rem pertinere, vt eo loco pluraliter nuntiaretur hoc nomen, quod in Latina lingua singulariter tantummodo dicitur, cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquẽtem, ossum potius, quam os, dicere: Ne ista syllaba non ab eo quod sunt ossa, sed ab eo quod sunt ora intelligatur, vbi Aphræ aures de correptio-

D ne vocaliũ vel productione, non iudicant? Quid enim prodest loquutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis, cum loquẽdi omnino nulla sit causa, si quę loquimur non intelligunt propter quos vt intelligãt, loquimur? Qui ergo docet, vitabit omnia verba quæ non docent. Et si pro eis alia integra quæ intelligantur potest dicere, id magis eliget. Si autem non potest, siue quia non sunt, siue quia in præsentia non occurrunt, vtetur etiam verbis minus integris, dum tamen res ipsa doceatur atque discatur integrè. Et hoc quidem non solum in colloquutionibus, siue fiant cum aliquo vno, siue cum pluribus, verum etiam multo magis in populis, quando

sermo

sermo promitur, vt intelligatur instandum est: quia in colloquutionibus est cui interrogandi potestas. Vbi autem omnes tacent vt audiatur vnus, & in eum intenta ora conuertunt, ibi vt requirat quisque quod non intellexerit, nec moris est, nec decoris. Ac per hoc debet maximè taceti subuenire cura dicentis. Solet autem motu suo significare, vtrum intellexerit cognoscendi auida multitudo. Quod donec significet, versandū est quod agitur multimoda varietate dicendi, quod in potestate non habet qui præparata, & ad verbū memoriter retenta pronuntiant. Doctor ea quæ clara sunt & vsitata dicere non debet, postquam ea docuit, sed alia: sic tamen omnia ne sit onerosus, ibidem. Mox vt intellectum esse constiterit, aut sermo finiendus, aut in alia transeundum est. Sicut enim gratus est qui cognoscenda enubilat, sic onerosus est qui cognita inculcat, eis dūtaxat, quorum tanta expectatio in dissoluenda eorum quę panduntur difficultate pendebat. Nam delectandi gratia etiam nota dicuntur, vbi nō ipsa, sed modus quo dicuntur attenditur. Quod si & ipse iam notus est atq; auditoribus placet, penè nihil interest, vtrum is qui dicit dictor an lector sit. Solent enim & ea quæ cōmodè scripta sunt, non solum ab iis quibus primitus innotescunt iucundè legi, verū ab iis etiam quibus iam nota sunt, neque adhuc illa de memoria deleuit obliuio, non sine iucunditate relegi, vel ab vtrisque libenter audiri. Quæ autem quisque iam oblitus est, cum commonetur, docetur. Sed de modo delectandi nunc nō ago: de modo autē quo docendi sunt qui dicere desiderāt, loquor. Is autem optimus, quo fit vt qui audit verum audiat, & quod audit, intelligat. Ad quem finem cum ventum fuerit, nihil tūc amplius de ipsa re, tanquam diutius docenda laborādum est. Sed fortè de commendanda, vt in corde figatur. Quod si faciēdum videbitur, ita modestè faciendum est, ne perueniatur ad tædium. Prorsus hæc est in docendo eloquentia, qua fit dicēdo, nō vt libeat quod horrebat, aut vt fiat quod pigebat, sed vt appareat quod latebat. Quod tamen si fiat insuauiter, ad paucos quidē studiosissimos suus perueniet fructus, qui ea quæ discenda sunt, quāuis abiectè incultéque dicantur, scire desiderant. Quod cum adepti fuerint, ipsa delectabiliter veritate pascuntur. Bonorúmque ingeniorū insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clauis aurea, si aperire quod volumus nō potest? Aut quid obest lignea, si hoc potest: quando nihil quærimus, nisi patere quod clausum est? Et si non potest doceri delectabiliter, debet tamen veraciter. Lib. eodem. Et si minus intelligantur, minus placeant, minus moueant quæ dicuntur, vera tamen dicātur & iusta, non iniqua libenter audiantur. Quod vtique non fieret, nisi suauiter dicerentur. In populo autem graui de quo dictum est Deo, In populo graui laudabo te, nec illa suauitas delectabilitas est qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua & fragilia bona spumeo verborum ambitu ornantur, quali nec magna atque stabilia decenter &

Cap. eod. — *Tædium docēti vitādū.* — *Cap. 14.* — *Psal. 34.*

A grauiter ornarentur. In docendo doctor occurrens dubium debet soluere, ne quæstio aliqua remaneat doctæ rei, ibidem capite viij. *Cap. 10.* Pertinet ad docendum, nō solum aperire clausa, & nodos soluere quęstionum, sed etiam dum hoc agitur, aliis quæstionibus quæ fortasse inciderint, ne id quod dicimus improbetur per illas aut refellatur, occurrere: si tamen & ipsa earum solutio pariter occurrerit, ne moueamus quod auferre non possumus. Fit autē cum incidentes quæstioni aliæ quæstiones & aliæ rursus incidētibus incidētes pertractātur atq; soluūtur, in eā longitudinē ratiocinationis extēdatur intentio, vt nisi memoria plurimū valeat atq; vigeat, ad caput vnde agebatur disputator redire non possit. Valde autem bonum est, vt quicquid contradici potest, si occurrerit, refutetur, ne ibi occurrat, vbi non erit qui respōdeat: aut præsenti quidem, sed tacenti occurrat, & minus † sanatus abscedat. *† Aliàs, satiatus.*

B Doctor docēs omnimode est supportandus. Libro quarto de origine animæ cōtra Vincentium Victorem. *Tom. VII.* Si posses me docere quod nescio: non solum te verbis, sed & pugnis cędentem, deberem patientissimè sustinere. Quia vt dicit Libro de quæstionibus ad Dulcitiū, quæstione tertia. *Tom. IIII.* Vt discamus, inuitare nos debet suauitas veritatis: vt autem doceamus, cogere necessitas charitatis. In Epistola prima ad Hilarium. *Tom. II. Epist. 89.* Ego paratior sum discere, quam docere.

DOLOR. Quid sit dolor. Libro tertio de libero arbitrio. *Tom. I.* Dolor non est aliud, nisi quidā sensus diuisionis, vel corruptionis impatiens.

C Quid sit dolor corporis & animi, & vnde causatur. Lib. de vera religione. *Cap. 11. & 12. Tom. I.* Vita quę fructu corporis delectata, negligit Deū, inclinatur ad nihilum: & ista est neq̄tia. Hoc autem pacto vita carnalis & terrena efficitur, & ob hoc etiam caro & terra nominatur, & quādiu ita est regnū Dei nō possidebit, & eripietur ei quod amat. *Lapsus & reparatio totius hominis.* Id enim amat quod & minus est quam vita, quia corpus est: & propter ipsum peccatū quod amatur fit corruptibile, vt fluendo deserat amatorem suum, quia & ille amando hic deseruit Deum. Præcepta enim eius neglexit dicētis. Hoc manduca, & hoc noli. Trahitur ergo ad pœnas, quia diligendo inferiora, in egestate voluptatum suarum, & in doloribus apud inferos ordinatur.

D Quid est enim dolor qui dicitur corporis, nisi corruptio repentina salutis eius rei, quam malè vtēdo animam, corruptioni fecit obnoxiā? Quid est autem dolor qui dicitur animi, nisi carere mutabilibus rebus, quibus fruebatur, aut frui se posse sperauerat? Et hoc est totum quod dicitur malū, id est, peccatum, & pœna peccati. Differentia inter dolorem animæ & corporis. super Psalmū quadragesimum secundum. *Tom. VIII.* Dolor animæ, tristitia dicitur: molestia verò quæ fit in corpore, dolor dici potest: tristitia non potest. Sed ex dolore corporis, plerunque anima contristatur. Interest tamen quid doleat, & quid contristetur.

Ideo Libro de gratia noui testamenti. quæstione sęcunda. Cum caro in doloribus est & in

G

pœnis,profecto anima tunc habet magnum agonem patientiæ: in quo, ne deficiat, laborandum & orandum est. Nihil est autem animæ sua carne propinquius. Ideo mundi huius quilibet magnus perfectúsque contemptor, cum alibi patitur, nihil patitur. Potest enim adhibere vigilem rationem, cum amittit bona, quæ extrinsecus sunt, & ab animo sapientis, quia eis ex cupiditate non hæret, sine dubio longe sunt, etiam nõ curare quod patitur. Cum verò amittit præcipua corporis bona, id est, corporis vitam ac salutem, iam tribulatio proxima est animi bonis, quibus ipse intus, tãquam corporis dominus est. Quid faciet qualibet ratione, vt non doleat cum corpus vulneratur, aut vritur, cui tanto implicatur consortio, vt pati posit, non dolere non posit? Est dolor

Tom.V. in corpore propter animam. Libro.xiiij. de ciuitate Dei, capite.xv. Dolores qui dicuntur carnis, animæ sunt in carne, & ex carne. Quid enim caro per seipsam sine anima, vel dolet, vel concupiscit? Sed cum concupiscere caro dicitur vel dolere, aut ipse homo est, aut aliquid animæ quod carnis afficit pasio vel aspera, vt faciat dolorem: vel lenis, vt voluptatem. Sed dolor carnis tantummodo offensio est animæ, dolor ex carne, est quædã ab eius pasione dissensio: sicut animæ dolor, qui tristitia nuncupatur, dissensio est ab iis rebus, quæ nobis nolentibus accidunt. Sed tristitiam plerunque præcedit metus, qui & ipse in anima est, non in carne. Dolorem autem carnis, non præcedit vllus quasi metus carnis, qui ante dolorem in carne sentiatur. Voluptatem verò præcedit appetitus quidam qui sentitur in carne quasi cupiditas eius, sicut fames & sitis. A diabolo, permittẽte Deo, dolor creatur in corpore. super Psalm.cxx. Ne extolleretur Paulus tanquam iuuenis, colaphizatus est tanquam puer, & hoc ab angelis satanæ. Quid est hoc? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer. Dolores enim corporum plurimum immittuntur ab angelis sa-

Cap.7. tanæ, sed hoc non possunt nisi permisi. Vtilis

Tom III. est dolor bonis, non malis. Libro de agone Christiano. Cruciatus corporis malas animas miserabiliter affligit: bonas autem fortiter purgat. Sic fit vt malus homo, & malus angelus Diuinæ prouidentiæ militent, sed nesciunt quid boni de illis operetur Deus. Non itaque pro meritis officij, sed pro meritis malitiæ stipendiantur. Sed animę hæ quæ habent voluntatem nocendi, & rationẽ cogitandi, ita sub Diuinis legibus ordinatæ sunt,

Tom.V. ne aliquod iniustum quisquam patiatur. Iustè pro peccato Deus infert dolorem. Libro decimo nono de ciuitate Dei, cap.xiij. Cum Deus infert peccatoribus pœnam, relinquit aliquid, & adimit naturæ, vt sit qui doleat quod adimit. Ipse enim dolor est testimonium boni adempti, & boni relicti. Nisi enim bonum relictum esset, bonum amissum dolere non posset. Nam qui peccat, pe-

Dolor vnde. ior est si lætatur ĩ damno æquitatis. Qui verò cruciatur, si nihil inde acquirat boni, dolet damnum salutis. Et quoniam æquitas & salus vtraque bonum est: boníque amisione dolendum est potius,

A quàm lætandum, si tamen non sit compensatio melioris: melior est autem animi æquitas, quã corporis sanitas, profecto conuenientius iniustus dolet in supplicio, quàm lætatus est in delicto. Sicut ergo lætitia deserti boni in peccato testis est voluntatis malæ, ita dolor amisi boni in supplicio testis est naturæ bonæ. Qui enim dolet amissam naturæ suæ pacem, ex aliquibus reliquiis pacis id dolet, quibus fit vt sibi amica natura sit. Hoc autẽ in extremo supplicio rectè fit, vt iniqui & impij naturalium bonorum damna in cruciatibus defleant, sentientes eorum ablatorem iustissimum Deum, quem contempserunt benignisimum largitorem. Huius causa iustitiæ damnati in doloribus viuunt. Lib. vigesimo primo eiusdem, cap. tertio. Necesse est vt viuat dolens, non Tom.V

B est necesse vt occidat dolor: q̃a nec corpora ista mortalia, & vtique moritura omnis dolor occidit. Et vt dolor aliquis posit occidere, illa causa est, quoniam sic est anima connexa huic corpori vt summis doloribus cedat atq; discedat: quoniam & ipsa compago membrorum atque vitalium sic infirma est, vt eam vim, quę magnum vel summum dolorem facit, non valeat sustinere. Tunc autem tali corpori anima & eo connectetur modo, vt illud vinculum, sicut nulla temporis longitudine soluitur, ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiam si caro nec talis nulla est, quæ sensum doloris perpeti posit, mortémque non posit: erit tamen tunc talis caro, qualis nunc non est, sicut talis erit mors, qualis nunc est. Nõ enim nulla, sed sempiterna mors erit, quando nec viuere

C anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Prima mors animam nolentem pellit de corpore, secunda mors animam volentem tenet in corpore. Ab vtraque morte communiter id habetur, vt quod non vult anima, de suo corpore patiatur. Quid autem dicunt, nullam esse carnem quæ dolorem pati pos- Dolor [illegible]

sit, mortémque non posit, & non attendunt esse ad [illegible]

tamen aliquid tale quod corpore maius sit? Ipse pertinet.

quippe animus, cuius præsentia corpus viuit, & regitur, & dolorem pati potest, & mori non potest. Ecce inuenta est res, quæ sensum doloris ha-

D bens, immortalis manet. Hoc igitur erit tunc etiã in corporibus damnatorum, quod nunc esse scimus in animis omnium. Si autem consideremus diligentius, dolor qui dicitur corporis, magis ad animam pertinet. Animæ est enim dolor, nõ corporis, etiam quando ei dolenti causa existit à corpore, cum eo loco dolet vbi læditur corpus. Sic ergo dicimus corpora sentiẽtia, & corpora viuẽtia: cum ab anima sit corporis sensus & vita: ita dicimus corpora dolentia, cum dolor corporis nisi ab anima esse non posit. Dolet itaque anima cum corpore, in eo loco, vbi aliquid contingit vt doleat. Dolet & sola quãuis sit in corpore, cum aliqua causa etiam inuisibiliter tristis est, etiã ipso corpore incolumi. Dolet etiam non in corpore constituta. Nam vtique dolebat diues apud inferos, quando dicebat, Crucior in hac flamma. Corpus autem, nec exanime dolet, nec animatum sine

anima

anima dolet. Si ergo à dolore argumentum rectè assumeretur ad mortem, vt Ideo mors possit accidere, quia potuit accidere & dolor, magis ad animã pertineret mori, ad quã magis pertinet & dolere. Cũ verò illa q̃ magis dolere potest, nõ possit mori, quid momenti affert, cur illa corpora, quoniã futura sunt in doloribus, ideo etiã moritura esse credamus? Sed in gloria nullus erit
Tom.VIII. dolor: super Psalmum.lv. Cum venerimus ad eũ locum, ad eam sedem, ad eam beatitudinem, ad cœlestem patriam vbi anima nostra impleatur securitate, impleatur quiete, & sempiterna fœlicitate: nullus ibi dolor erit, quia vnde doleatur nõ erit. Dolor de alienis malis, est bonus. In Epi-
Tom.II. Epist.145. stola ad Sebastianum, Epistola.cxlv. Bonum est dolere de malis operibus aliorum, & pia est ista tristitia, & si dici potest beata miseria, intus alienis malis tribulari non implicari, mœrere nõ hærere, dolore contrahi, nõ amore attrahi. Hæc est persequutio quam patiuntur omnes, qui volunt in Christo piè viuere, secundum Apostolicã mordacem veracémque sententiam. Quid enim sic persequitur vitam bonorũ, quam vita iniquorum? Non cum cogit imitari quod displicet, sed cum cogit dolere quod videt. Quoniam coram pio viuens impiè, & si non obligat consentientem, cruciat sentientem. Nam sæpe & diu impiorũ corporibus, à sæcularibus potestatibus, & quorumlibet vexationibus parcitur: piorum autem cordibus à malis hominum moribus, nunquam vsque ad huius sæculi finem. De dolore peccati, require supra vbi Cõfessio & vbi Cõtritio.

Tom.VIII. DOLVS. Super Psalm.v. Dolus est cũ
Tom.X. aliud agitur, aliud simulatur: Simile Libro.50. Homilia. homilia vigesima. Dolus est aliud agere, aliud simulare. In sermone de Iacob & Esau. Quando aliud est in intẽtione, aliud in factis, dolus dicitur. Super Ioannem, sermone vij. Dolus, est fraus & simulatio. Quando aliquis aliquid in corde gerit, & aliud loquitur, tanquam duo corda habet: vnum vbi videt veritatem, alterum, vbi concipit mendaciũ. Et vt noueritis hunc esse dolum, dictũ est in psal. muta labia dolosa. Sequitur, in corde & corde locuti sunt. Quid est in corde, & corde, nisi dupli-
Tom.X. cia corda? Libr.50. Homilia. homilia prima. Loqui dolum, est aliud labiis promere, cum aliud claudatur in pectore. Libro eodem, Homilia xx. Dolus duplicat cor, adulatio duplicat linguam, & detractio vulnerat famam.

DOMARE. Homo domat animalia, &
Tom.IIII. non domatur ab eis. Libro lxxxiij. quæstionum. q. xiij. Inter multa quibus ostẽdi potest hominem ratione bestiis antecellere: omnibus hoc manifestum est: quòd beluæ ab hominibus domari & mansuefieri possunt, homi-
Quæst.36. nes autẽ à beluis nullo modo. Eodem lib. Nemo quippe est qui non magis dolorem fugiat, quam appetat voluptatẽ. Quandoquidẽ videmus etiã imanissimas bestias absterreri dolorũ metu à maximis voluptatibus, quòd cũ in earũ cõsuetudinẽ vertitur, domitæ & mãsuetæ vocãtur. Qua

A ꝓpter quãdo inest homini rõ, quæ cũ seruit cupiditati peruersione miserabili, vt hoĩes non timeãtur, suggerit latere posse cõmissa, & ad tegenda occulta pctã, astutissimas fallacias cõparat: eo fit, homines, quos nondũ delectat pulchritudo virtutis, nisi pœnis à peccãdo deterreantur quæ verissime perfectos & diuinos viros prædicãtur, & quod celant hominibus, Deo celari non posse cõstituãt, difficilius domantur quam feræ. De hoc require infra, cap. Lingua.

DOMINVS. Quod Dominus propriè Tom.II. Epist.5.
est Deus. In Epistola ad Marcellinum, Nihil Deus iubet, quod sibi ꝓsit: sed illi, cui iubet. Ideo verus est Dominus, qui seruo non Tom.IX.
indiget: sed quo indiget seruus. Super primã canonicam Ioannis, tract. viij. Eget seruus tuus bono tuo, vtp ascas illũ. Sed eges & tu bono serui tui, vt adiuuet te. Non tibi potes aquam hauri-
B re, non potes tibi coquere, non potes ante equũ currere, nõ potes iumentũ curare, indiges ergo bono serui tui & obseꝗo eius. Ideo nõ es verus dominus quãdo indiges inferiore. Ille est verus Dominus qui bono nostro nõ ĩdiget, & nihil à nobis quærit. Et væ nobis si eũ nõ quæramus. Ipse nihil nobis quærit, & quæsiuit nos ad bonũ nostrũ cũ nõ quæreremus eũ. Lib. viij. super Gen. Dominatio Dei, nõ sibi, sed nobis est vtilis. Ille quippe nostra seruitute nõ indiget, nos verò indigemus dominatione illius: vt operetur & custodiat, Cap.11.
nos. Et ideo verus solus dominus est, q̃a nõ illi ad Tom.III.
suam, sed ad nostrã vtilitatẽ salutémq; seruimus.
C Nã si nobis indigeret, eo ipso non verè Dominus esset: cum per nos eius adiuuaretur necessitas, sub qua & ipse seruiret. Neque sentiendũ est nos illi ad vtilitatẽ salutémq; nostrã seruire, tanquã aliud aliquid ab illo expectemus. Nisi eũ ipsum, q̃ sum-
ma vtilitas est, & salus nostra. Ideo ante cõdi- Cap.eod.
tum hominẽ, non est dictus dominus. lib. eodem. Deus cur ante conditũ
Ideo ab illo loco scripturæ, In prĩcipio fecit Deus hominẽ, Do-
cœlũ & terrã: vsque, Assumpsit Dominus Deus minus non
hoĩem: nõ est positus Do. Deus: sed tantũmodo dicetur in-
Deus. Nõ q̃d supradictarũ creaturarũ Do. non script.
esset Deus, sed q̃a hoc nomẽ nõ ꝓpter Angelos, nec ꝓpter alia quæ creata sunt, sed ꝓpter hoĩẽ scribebatur: ad eũ admonẽdũ, quantũ ei expediat habere dominũ Deũ. Hoc est sub eius dominatione obedienter viuere, quã licẽtiosè abuti ꝓpria po-
D testate: nusquã hoc nomẽ prius ponere voluit,
nisi vbi ad eũ peruentũ est in Paradiso locandũ. Cap.37.
Tom.VI.
Quorũ fecit hominẽ dominũ. lib. contra epistolã Fundamẽti. Ex hoc maximè apparet, quãtã tibi Deus tribuerit dignitatẽ, quod solus ipse tibi naturaliter dominatur, & fecit alia bona quibus tu quoq; dominareris. Nec mireris, quia nũc tibi non oĩ mõ seruiũt, & te etiã aliquãdo cruciãt: q̃a Deus tuus maiorẽ habet potestatẽ ĩ ea quę tibi seruiunt, quã tu in ipsa, tanquã in seruos seruorũ suorũ. Quid ergo mirũ si tibi peccãti .i. nõ obtẽperãti domino tuo, pœnalia quibus dominabaris effecta sunt? Quid enim tã iustũ, & quid iustius Deo? hæc nãq; humana natura in Adã meruit. Sed tamẽ dominator iustus, & iustis præmiis, & iustis sup-

pliciis cõprobatur, beatitudine recte viuentium, pœnáque peccantiũ. Poteſt prædictũ dominiũ ſpũaliter ĩtelligi. Li. j. de Gen. cõtra Manichæũ.

Cap. 20. Tom. I.
Dominari piſcibus &c. per allegoriã.

Quod dicitur, Dominamini piſcibus maris &c. rectè intelligitur & ſpũaliter. Vt oĩm affectiones & motus animi, quos habemus iſtis animalibus ſimiles, ſubditos haberet, vt eorũ dominaretur per tẽperantiã & modeſtiam. Cũ enim nõ reguntur iſti motus, erũpunt & pergunt in fœdiſſimas cõſuetudines, & in diuerſas pernicioſasque delectationes nos rapiunt, & faciũt ſimiles omni generi beſtiarum. Cũ aũt regũtur & ſubiiciũtur, omnino mãſueſcunt & nobiſcũ concorditer viuunt.

Cap. 14. Tomo V.

Vbi dominari decet iuſtos tantũ, & propter peccatũ inductum eſt dominiũ nõ à natura. Lib. xix. de ciuitate Dei. Iuſti quibus imperãt, ſeruiunt. Neque enim dominandi cupiditate imperãt, ſed officio cõſulẽdi: nec principãdi ſuperbia, ſed prouidẽdi miſericordia.

Cap. 15. Dominatus pius.

Hoc naturalis ordo pręſcribit. Ita Deus hoĩem cõdidit vt dominetur, inquit, piſcium maris, & volatiliũ cœli, & oĩm repẽtium, quæ repunt ſuper terrã. Rationalẽ factũ ad imaginẽ ſuam noluit, niſi irrationalibus dominari: non hominẽ homini, ſed hominẽ pecori. Inde primi iuſti paſtores pecorũ magis, quam reges hoĩm cõſtituti ſunt: vt etiã ſic ĩſinuaret Deus, q̃d poſtularet ordo creaturarũ, & quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe ſeruitutis, iure intelligitur impoſita pecori. Nomẽ iſtud culpa meruit, nõ natura.

Tom. IX.

Ideo dominus debet eſſe virtuoſus. Libro de xij. abuſionibus. cap. vj. Sextus gradus abuſionis, eſt dominus ſine virtute. Quia nihil proficit dominandi habere poteſtatẽ, ſi dominus ipſe non habeat virtutis rigorẽ. Sed hic virtutis rigor, nõ tam exteriori fortitudine, quæ & ipſis ſæcularibus dominis neceſſaria eſt, indiget, quã animi interiori fortitudine bonis operibus exercere debet: Sæpe etenim dominãdi virtus, per animi negligentiã perditur, ſicut de Heli ſacerdote factũ fuiſſe cõprobatur. Qui dum per ſeueritatẽ iudicij peccantes filios non coercuit, in eorum vindictã Dominus velut conſentienti non pepercit. Tria ergo neceſſaria hos qui dominantur habere oportet, terrorẽ. ſ. & ordinationẽ & amorẽ. Niſi enim ametur dominus pariter & metuatur, ordinatio eius cõſtare minimè poteſt. Per beneficia ergo & affabilitatẽ procuret vt diligatur: & per iuſtas vindictas non propriæ iniuriæ, ſed legis Dei, ſtudeat vt metuatur. Propterea quoque dum multi pendent in eo, ipſe Deo adhærere debet: qui illũ in ducatũ conſtituit, qui ad portandum multorũ onera ipſum veluti fortiorẽ ſolidauit. Paxillus enim niſi bene fixus firmiter alicui fortiori adhæreat, omne quod in eo pendet cito dilabitur, & ipſe ſolutus à rigore firmitatis ſuæ cũ oneribus ad terrã delabitur: ſic & princeps niſi ſuo creatori adhæſerit pertinaciter, & ipſe & omne quod cõtinet citò deperit. Quidã nãque per dominandi officiũ plus Deo appropinquant, quidã interpoſito ſibi dignitatis honore deteriores fiunt. Moſes nãque accepto populi ducatu, familiarius Dei loquutionibus vtebatur, Saul verò filius Cis, poſtquam regni ſceptra ſuſcepit, per inobedientiæ ſuperbiã Deũ offendit. Rex Salomon poſtq̃ Dauid patris ſui ſedẽ obtinuit, Deus illũ vltra oẽs mortales, velut ad innumeri populi gubernationẽ ſapiẽtiæ munere donauit: ecõtrario verò filius Salomonis Hieroboam, poſtq̃ regni domus Dauid occupauit partẽ, ad idolorum cultũ, decẽ tribus Iſrael quæ erãt in parte Samariæ diuertit.

Principes virũ...

Per quæ exẽpla euidenter oſtẽditur, quoſdam in ſublimiori ſtatu ad perfectionẽ maiorẽ creſcere: quoſdã verò per ſuperciliũ dominationis, ad deteriora defluere. Per quod vtrũq;, intelligitur eos q̃ ad meliora cõſcẽdũt, per virtutẽ animi, & Domini auxiliũ poſſe id facere: & eos q̃ ad deteriora diuertũtur, per mẽtis imbecillitatẽ pariter & negligentiã errare. Vnde & abſque virtute dominũ fieri non decet: quam virtutẽ ſine Dei auxilio nullatenus habet. Qui enim multa tuetur, ſi nõ habeat fortitudinem, nõ valet id agere: quoniã magna magnis infeſtationibus vel aduerſitatibus, ſolent laborare. Omnis igitur qui præeſt, hoc primitus tota intentione procuret, vt per oĩa de Dei adiutorio oĩno nõ dubitet. Si nãq; cœpit in actibus ſuis auxiliatorẽ habere Dominũ dominorũ, nullus hoĩm eius contemptũ habere poterit dominatũ. Nõ eſt oĩs poteſtas niſi à Deo. Ipſe enim eleuat de ſtercore egenũ, & ſedere facit cũ principibus populi ſui, & potẽtes deponit de ſede, & exaltat humiles: vt ſubditus fiat oĩs mũdus Deo, & erigatur gloria Dei.

Cõſulit & admonet quales ſint. In ſermonibus, ſermone iij. de dedicatione Eccleſiæ. Facilius ſolet diuites facultas inflare, & ſublimitas vẽtilare, & dominos potẽtes extollere. Proinde ipſi ſunt ſolicitius ĩſtruẽdi, vt ſtudiũ habeãt in cõſtruendis Eccleſiis, adhibeãt ſemper curã operibus bonis, domúmq; veram in ſemetipſis ædificent, cuius ſancta ædificatio nulla vetuſtate cõcidat, nulla reprehenſione ſuccumbat.

Domini... quomodo...

Vos ergo nunc alloquimur, vos in charitate ipſius ædificatoris noſtri hortamur, qui diuitiis abundatis, qui honoribus excellitis, qui dominatione poteſtatis gaudetis, curã gerite, vt domũ Dei ædificetis in vobis, nõ lapidibus & lignis, ſed moribus ſanctis. Talis aũt erit ędificatio veſtra, qualis fuerit operatio veſtra. Principaliter itaque eſtote ſtabiles in fundamẽto, & permanete in Chriſto. Deinde cõtra ipſam copiam & abundãtiã veſtrã cuſtodite in corde cõgruã cautelã: tũc enim ædificatis Deo verã domũ: ſi nullũ patiamini in veſtro aĩo detrimẽtũ. Fugite ſuperbiam, ſi nõ vultis pati ruinã. Nolite ſperare in incerto diuitiarũ, & ſtabile ſemper habetis ædificij firmamẽtũ. Diuites eſtote ſemper in operibus bonis, vt nõ deſtructioni ſed ædificationi dominatio veſtra proficiat. Eſtote proni ad miſericordiã & nolite eſſe faciles ad rapinã. Facultas veſtra nõ ſit violẽta, dignitas veſtra nõ ſit ſuperba, ptãs veſtra nõ ſit iniuſta.

Tom. V.

Quãuis boni tãtũ debeãt dominari, mali tamẽ domini nõ nocent bonis apud Deũ, niſi ipſi ſint domini. Lib. iiij. de ciui. Dei. c. iij. In populo, ciuitate vel regno, & prouincia, cõſtituamus duos hoĩes. Nam ſingulus quiſque

homo,

homo, vt in sermone vna litera, ita quasi elementum est ciuitatis & regni, quantalibet terrarum occupatione latissimi. Quorum duorũ hominũ, vnum pauperem vel potius mediocrem, alterum prædiuité cogitamus: Sed diuitem timoribus anxium, rumoribus tabescentem, cupiditate flagrãtem, nunquam securum, semper inquietũ, inimicitiarum perpetuis contentionibus anhelantem, augentem sané his miseriis patrimonium suum ĩ immensum modũ, atque illis augmentis curas quoq; amarissimas aggregãtem: Mediocrem verò illũ, re familiari parua atque succincta sibi sufficienté, charissimum suis cognatis, vicinis, amicis, dulcissima pace gaudenté, pietate religiosum, benignũ mente, sanum corpore, vita parcum, moribus castum, consciẽtia securum. Nescio vtrum quisquã ita desipiat, vt audeat dubitare quem præferat. Vt ergo in duobus hominibus, ita in duabus familiis, ita in duobus populis, ita in duobus regnis sequitur regula æqtatis. Quapropter si Deus verus colatur, eique sacris, veracibus, & bonis honoribus seruiatur, vtile est, vt boni longè latéque domini regnẽt. Neq; hoc tam ipsis, quã illis vtile est, quibus regnant. Nam quantum ad ipsos pertinet, pietas & probitas eorum, quę magna Dei dona sunt, sufficit eis ad verã fœlicitatem, qua & ista vita bene agatur, & postea percipiatur æterna. In hac ergo terra regnum bonorum, non tam illis præstatur, quam rebus humanis. Malorum autem regnũ magis regnantibus nocet, qui suos animos vastãt scelerum maiore licentia: Iis auté qui eis seruiẽdo subduntur nõ nocet nisi iniquitas propria. Nã iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examé. Proinde bonus etiam si seruiat, liber est: malus etiam si regnet, seruus est: nec vnius hominis, sed quod grauius est, tot dominorũ, quot vitiorum. De vitiis cum ageret scriptura Dei, A quo, inquit, quis deuictus est, eius seruus effectus est. Dominantur autem mali voluntate Dei. Lib. v. eiusdem, cap. xix. Malis dominãdi potestas datur sum mi Dei ꝓuidẽtia: quãdo res humanas iudicat talibus dominis dignas. Aperta de hac re vox diuina est: loquẽte Dei sapiẽtia. Per me reges regnant & tyranni per me tenent terram. Sed ne tyranni nõ pessimi atque improbi reges, sed veteri nomine fortes dicti existimentur: vnde ait Virgilius.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Apertissime alio loco de Deo dictũ est. Quoniã regnare facit hominẽ Hypocritã ꝓpter peccata populi. Quorum dominium ferre debent boni. Lib. de vera innocẽtia, cap. xxxiiij. Ita & à plebibus principes, & à seruis domini sunt ferẽdi, vt sub exercitatione tolerantiæ sustineantur tẽporalia, & sperentur æterna. Auget enim meritũ virtutis q̃ propositũ nõ violat religionis. Quod boni malos dominos debeant reuereri. super Psal. cxxiiij. Modo aliquãdo iniusti dominantur iustis, cum perueniunt ad honorem sæculi: & cum peruenerint, & facti fuerint, vel iudices, vel reges, q̃a hoc facit Deus propter disciplinam plebis suæ & populi sui, non potest fieri nisi vt exhibeatur il-

Collatio pij pauperis & iniqui diuitis.

Tom. V.

Virgil.

Tom. III.

Tom. VIII.

A lis honor debitus potestati. Ordinauit enim sic Deus Ecclesiam suam, vt omnis potestas ordinata in sæculo habeat honorem, & aliquando à melioribus, vt non ideo Christianus factus dedigneris. Cũ enim Christo iubente seruis homini, non illi seruis, sed illi qui iussit. Lib. de vera innocentia. Dominus est rerum quas habet, q̃ nulla cupiditate irretitur. Nam qui terrenorũ amore astringitur, non possidet sed possidetur. Cap. 197. Tom. III.

DOMINICA dies. In homil. de circũcisione Domini. Octauus dies, ipse Dominicus, & dies resurrectionis Domini ex mortuis, postquam inferna penetrauit, & captiuam duxit captiuitatem. In sermone de resurrectione Domini. Quomodo Maria virgo mater Domini, inter omnes mulieres principatũ tenet, ita inter cæteros dies hæc omniũ dierũ mater est: rem nouã dico, sed quæ scripturarũ vocibus com- Serm. 1. de resurrect. in ord. serm. de temp. 136. Tom. X.

B probatur. Hæc dies & vna de septem, & extra septẽ est. Hæc est dies quæ appellatur octaua. Hæc est in qua synagoga finitur, & Ecclesia nascitur. Hæc in cuius numero octo animæ saluæ factæ sũt in arca Noe. Vniuersa enĩ sabbati gratia, & antiqua illa festiuitas populi Iudæorum, in diei istius solẽnitate mutata est. Illi in sabbato non faciebãt opus seruile, & nos in die Dominica opus seruile non faciamus. Qui enim facit peccatũ, seruus est peccati. Illi de domibus suis non egrediebãtur, & nos de domo Christi non egredimur. Sumus enĩ in Ecclesia. Illi non accendebant ignẽ die sabbati, & nos ecõtra accẽdimus ĩ nobis ignẽ Spiritus san-

C cti, & omne vitiũ excoquimus peccatorũ. Illi per diẽ sabbati nõ ambulabãt ĩ itinere: perdiderãt enĩ eũ, qui dixit, Ego sum via: nos autẽ dicimus, Beati immaculati in via. Lib. ij. q̃stionũ veteris & noui testamẽti. q. xcv. Nũquã alio die quã Dominico, Pentecostes est: vt totũ quod ad salutẽ humanã pertinet, Dominico die & inchoatũ, & adimpletũ noscatur. Dominico enim die factus est mũdus & post lapsum rursus Dominico die reformatus. Cuius reformationis figura, data est primũ in circũcisione: in qua futuræ fidei signum fuit. Post hebdomadã enim q̃ octauus dictus est, primus est in mysterio. Hæc est enim dies quam fecit Dominus. Vnum enim diem fecit, ex quo cæteri curricula sortirentur. Ac per hoc, ipsa die resurrexit quam fecit. Tom. IIII.

D DOMVS. Per Dei domũ ĩtelligitur gloria beatorũ. vnde Libr. xij. cõfes. O domus luminosa & speciosa. Dilexi decorem tuũ, & locũ habitationis gloriæ Domini mei fabricatoris & possessoris tui. Tibi suspiret peregrinatio mea. Et dico ei qui fecit te, vt possideat & me ĩ te: q̃a fecit & me. Erraui sicut ouis perdita, sed ĩ humeris pastoris mei structoris tui spero me reportari tibi. Super Psal. lxxxiij, Beati qui habitãt ĩ domo tua Domine. In domo tua timebis latrones, Domini Dei murus, ipse Deus est. Beati ergo q̃ habitãt ĩ domo tua. Possidẽt enĩ Hierusalẽ cœlestẽ sine angustia, sine p̃ssura, sine aduersitate & diuisione limitũ omnes habẽt eã, & singuli habẽt totã: magnæ illæ diuitiæ, & nõ angustat Tom. I. Tom. VIII.

frater fratrem, nulla ibi indigentia est. Quid ergo ibi acturi sumus? In sæcula sæculorum laudabunt te. Hoc erit totum negotium nostrum, sine defectu, alleluia. Et non vobis videatur quasi fastidium ibi futurum, non vos satiabit nisi laus Dei. Si deficies ab amore, deficies à laude. Si autem amor sempiternus erit, q̃a illa insatiabilis pulchritudo erit, noli timere ne non possis semper laudare, quē semper poteris amare. Ergo beati qui habitāt &c. Lib. de verbis Apostoli, sermone primo. Domus erit, vnde nunquā migrabimus, cū ad regnum cœlorū sani peruenerimus. Interim in stabulo libēter curemur, non adhuc languidi de sanitate gloriemur: ne nihil aliud superbiēdo faciamus, nisi vt nunquam curando sanemur. Et q̃a est domus proprie, ideo super Psal. xxvj. Domus ea propriè dicitur, vbi sēper manebimus. In ista autem peregrinatione, non domus propriè, sed tabernaculum appellatur. Tabernaculum enim est peregrinantium, & quodammodo militantiū, & aduersus hostes pugnantium. Tabernaculum est ergo in hac vita: vbi est hostis. Nā simul habere tabernacula, hoc est esse contubernales, quod est nomen militantium. Ergo hîc tabernaculum, ibi domus. Sed hoc tabernaculum interdum propter abusionem vicinitatis, dicitur domus, aliquando secundum eundem modum, dicitur Domus tabernaculum: proprie tamen illa domus, hoc tabernaculum. Par hanc domum, intelligitur populus beatorum. Lib. xiij. confes. Est ista domus Dei, nō quidem Deo coæterna, sed tamen secundū modū suum æterna in cœlis: vbi vices temporum frustra quæritis, quia nō iuuenietis. Supergreditur enim omnem distensionem, & omne spatium ætatis volubile, cui semper inhærere Deo bonū est. Lib. supputationū, parte secūda, cap. primo.

Tom. VIII. *Tom. I.* *Li. Manual. cap. 18.* *Tom. IX.*

Spes mea Christe Deus hominum tu dulcis amator,
Lux, via, vita, salus, pax, & decus omne tuorum,
Omnia pro quorum voluisti ferre salute,
Cernito vincla, crucem, vulnus, mortémque sepulchrū:
Post tres inde dies deuicta morte resurgens,
Discipulis visus nutantia corda reformans,
Luce quaterdena cœlorum summa petisti:
Viuis in æternum nunc & per sæcula regnas.

Tu es Deus meus vnus & verus. Beata creatura quæ tecum manet, te indesinenter videndo, te indesinenter amando, verum lumen & castū amorem. O beata ista, & sublimis creatura creaturarū, maximè beata ī hęrendo semper beatitudini tuæ. Fœlix & nimium fœlix, te sempiterno inhabitatore atque illustratore suo. Nec inuenio quid licentius appellandum existimē, cœlum cœli Domino, quā domum tuam contemplantem delectationem tuam, sine defectu & absque affectu egrediendi in aliud, mentem puram concordissimè vnam, stabilimentúmque pacis bonorum spirituū, sunt ista cœlestia in cœlestibus. Vnde ītelligat anima cuius peregrinatio longinqua facta est, si iā ibi sit, si iā sint ei factæ lachrymæ suæ panes sui, si iā petat vnā, & hanc requirat, vt inhabitet ī domo tua, per omnes dies vitæ suæ. Et quæ est vita eius,

Cap. 19.

A nisi tu? & qui dies sui, nisi æternitas tua? qui sicut anni tui, non deficient. Ibidem, infra. O domus Dei, tuū dilexi decorē: ad societate beatitudinis tuæ peruenire desiderat anima mea: dicoei, qui fecit te vt possideat me in te, q̃a ipse fecit & me & te: imò tu dic, tu roga vt dignum me faciat participationis gloriæ tuæ. Sanctam enim societatē tuā, & mirabilem pulchritudinem tuam, non per meritum meum requiro, sed per sanguinē eius, quo redemptus sum adipisci nō despero: tantū adiuuēt me merita tua, subueniant prauitati meæ, sanctæ & purissimæ orationes tuæ, quia inefficaces apud Deū esse nullatenus possunt. Super Psal. cxxj. Deliciæ omniū ī domo Domini habitantiū sunt, quia laudatur in illa domo, qui condidit domum: ipse est sola spes hîc, & res ibi. Magnum est ibi stare
B inter Angelos & non deficere. Qui enim inde lapsus est, in veritate non stetit. Quicunque non sunt lapsi, in veritate stāt: & ille stat qui Deo fruitur. Qui autem se frui voluerit, cadit: ille autē frui se vult, qui superbus est. Dicitur domus Dei, præsens Ecclesia. Lib. 50. homil. Domus Christi est Ecclesia Dei, & Ecclesia Dei conuentus Christiani. Hanc domum saluator cum ingenti pietate quæsiuit, & inuenit. Hanc peculiariter diligit, quam peculiariter suo sanguine comparauit. In hac domo congregat populos suos, id est, populos Christianos. Nos ergo saluator in hac domo cōgregat pullos suos & reponit. Cōgregat enim nos, vt doctrinam illius audiamus: reponit autē, vt ab insidiis diaboli tuti esse possimus. Libro xvij. de ciuitate Dei. Domus Dei dicitur, propter
C templum Dei de hominibus factum, non de lapidibus, vbi habitat inæternum populus cum Deo, & in Deo suo, & Deus cum populo atque in populo suo: ita vt Deus sit implens populum suum, & populus plenus Deo suo, cum Deus erit omnia in omnibus: ipse erit in pace præmium, qui fuit in bello virtus. Hanc domum, & nos ædificamus bene viuendo, & Deus vt bene viuamus, opitulādo. Quia nisi Dominus. æ. do. in va. la. q. æd. eā. Cuius domus cū erit vltima dedicatio fiet quod per Nathan loquutus est Deus dicens. Ponam testamentum cum populo meo Israel, & plantabo illū, & inhabitabit seorsum, & nō solicitus erit vltra, & nō apponet filius iniquitatis humiliare eū. Lib. de verbis Apostoli, sermōe. ij. Modo domus Dei ædificatur: credendo fundatur, sperando erigitur,
D diligendo perficitur. Modo ergo ædificatur, quia in fine dedicatur. In hac domo viget ordo regiminis per bonos. Libr. xix. de ciuitate Dei, cap. xiiij. Pax domestica, est ordinata imperandi obediendíque concordia cohabitantium. Imperāt enim qui consulunt: sicut vir vxori, parentes filiis, domini seruis: obediunt autem quibus cōsulitur: sicut mulieres maritis: filij parentibus, serui dominis. Sed in domo iusti viuentis ex fide, & adhuc à ciuitate cœlesti peregrinātis, etiam qui imperāt, seruiunt eis quibus videntur imperare: nec enī dominandi cupiditate imperant, sed officio cōsulēdi: non principandi superbia, sed prouidendi misericordia. Sed domus nostra dicitur cor nostrum

Cap. 20. *Tom. V.* *Homil. 30. Tom. X.* *Cap. 4. Tom. V.* *Tom. V.*

ſtrum.ſuper Pſalm. lxxiij.Domus noſtræ, corda noſtra:ibi libenter habitant beati mundo corde.

Ibidem.Domus noſtræ,corda noſtra ſunt: ibi libẽter habitamus,ſed ea ab iniquitate mũdamus: ibi eſt mala conſcientia,quæ inde repellit hominem quo iubetur ire,portans grabatum ſuum,cui peccata dimiſſa ſunt,dicente Domino.Tolle grabatum tuum & am.va.in do.tuam. (Io.5.) Porta carnem tuam intra,ad ſanandam conſcientiam tuã. (Tom.VIII.) Fidelis totum mundum habet ĩ domum.ſuper Pſal. cxliij.Si quis forte infidelis eſt,vnam domũ, aut paucas habet. Fidelis autẽ hominis, totus mũdus plenus diuitiarum eſt.Vides ſiniſtram plenam ſub capite:accipiet in hoc ſæculo ſepties tantum.Vide dexteram complectentem:& in futuro vitam æternam. (Tom.IX.) Sed de domo quæ eſt materialis Eccleſia.ſuper Ioannem ſermone x. Vnumquemque Chriſtianum zelus domus Dei comedat:ĩ qua domo Dei membrum eſt.Non enim magis eſt Domus tua,quam ea,vbi habes ſalutem ſempiternã. Domum autem tuam intras propter requiem temporalem,domum Dei propter requiem ſempiternam.Si ergo in domo tua ne quid peruerſum fiat ſatagis:in domo Dei vbi ſalus propoſita eſt, & requies ſine fine,debes pati quantum in te eſt, ſi q̃d ibi forte peruerſum videris? (Tom.I.) In regula.In oratorio nemo aliquid agat,niſi ad quod inſtitutum eſt,vnde & nomẽ accepit:vt ſi forte aliqui præter horas conſtitutas, etiamſi eis vacat orare noluerint:non eis ſine impedimẽto,qui ibi aliq̃d agẽdũ putauerint. (Serm.5.& vid.ſerm. de temp.256.) Quod in hac domo fit temporaliter,in nobis debet intelligi fieri ſpiritualiter. in ſermone de dedicatione Eccleſiæ.Dedicatio Eccleſiæ eſt domus orationis. Domus ergo noſtrarum orationum iſta,domus autem Dei noſipſi.Si domus Dei noſipſi:& nos in hoc ſæculo ædificamur,vt in fine ſæculi dedicemur.Aedificium imo ædificatio,habet laborẽ: Dedicatio exaltationẽ. Quod hîc fiebat quando iſta ſurgebãt,hoc fit modo cũ congregãtur credentes in Chriſtũ.Credẽdo enim quaſi de ſyluis & montibus,ligna & lapides præciduntur:cum verò catechizantur formãtur,tanquam inter manus fabrorum & opificum dolantur,colliniantur,complanãtur. Verũtamẽ domum dei non faciunt niſi quando charitate cõpaginantur. Ibidem, infra. Dum domum nouam conſtructionem ſanctæ huius Eccleſiæ libenter attendimus,quã Diuino nomini ſimul hodie dedicamus,inuenimus à nobis deberi & Deo noſtro maximam laudem,& ſanctitati veſtræ cõgruum de Diuinæ domus ædificatione ſermonẽ. Tunc autem ſermo noſter congruus erit, ſi in ſe aliq̃d ædificatiõis habeat,quod vtique ad animarum veſtrarum prouentum Deo vos interius ædificante proficiat.Quod hîc factum temporaliter videmus in parietibus,ſpiritualiter fiat ĩ mẽtibus: & quod hîc perfectum videmus in lapidibus & lignis, hoc ædificante gratia Dei, perficiatur in cordibus noſtris. (Iac.1.) Principaliter ergo gratias agamus Domino Deo noſtro,à quo eſt omne datum optimum,& omne donum perfectum:& eius bo-

A nitatem tota cordis alacritate laudemus.Quoniã ad conſtruendam iſtam domum orationis fideliũ ſuorum,viſitauit animum,excitauit affectum, ſurrogauit auxiliũ,inſpirauit necdũ volẽtibus,vt vellent,adiuuit conatus bonę voluntatis vt facerent, ac per hoc Deus qui operatur in ſuis & velle & perficere pro bona volũtate,hæc omnia ipſe cœpit,ipſe perfecit.Et quia opera bona in cõſpectu ſuo nunquam eſſe permittit inania,fidelibus ſuis. quibus operantibus,præbuit virtutis ſuæ fauorẽ, tribuet condignam pro tanta operatione mercedem.Adhuc amplius agendæ ſunt gratiæ Deo noſtro.Hanc enim Eccleſiam,quã fecit nomini ſuo conſtrui, fecit etiam ſanctorum Martyrum reliquiis amplius honorari. In ſermone iij.de dedicatione Eccleſiæ eiuſdem feſti.Ecce fratres ĩ iſta

B Eccleſia quam cernimus quomodo nobis placet, lux,nouitas, & firmitas.Proinde nos qui domus Dei ſumus, bonis operibus luceamus, veterem hominem deponamus,& nouum laudabiliter induamus,firmitatem quoque ſanctæ charitatis indefeſſam iugiter habeamus. Ecce videmus colũnas quibus ſuppoſiti ſunt parietes,videmus etiã lapides in ædificio ſibi inuicem cohærentes. Qui ſunt in domo Dei colũnæ niſi à quibus lapidum multitudo fidelium gubernatur? Qui ſunt lapides mutua ſibi connexione coniuncti, niſi omnes fideles q̃ ſunt vnitatis vinculo colligati, qui habẽtes animam vnam & cor vnum in Deum, ædificant in ſemetipſis Deo habitaculum ſempiternum?Coniungantur ergo lapides viui lapidibus viuis, in ædificio domus Dei. Adhæreant ſibi

C inuicem ſancti lapides,vt inſolubiliter ſocientur: non admixtione calcis, ſed dulcedine charitatis. Quiſquis ergo intras in domum Dei, eſto domus Dei: cuſtodi fidem, tene vnitatis Eccleſiæ charitatem. Declina à malo & fac bonum. Fuge auaritiam: dilige miſericordiam: fuge fornicationem: dilige caſtitatem. Et ſi nondum potes eſſe in domo columna, vt onus multorum lapidum portes, eſto lapis adhærens lapidibus, vt in ædificio perſeueres. Bonum eſt quidem vt ædifices Deo inuiſibilem domum in iure tuo,in ſolo tuo, in prædio tuo, ſed multo melius eſt vt ædifices

D Deo inuiſibiliter in animo tuo. Extra te eſt domus orationis humanæ, intra te ſit domus orationis tuæ. Hîc frequenter habeto illam, & in te iugiter porta: ibi te Deus tanto exaudit libentius, quanto in ea dignatur licentius habitare. In corde ergo tuo domum Deo ſemper ædifica, ipſam munda. Illam Deo præpara vbi & tu Deũ ſemper poſſis habere præſentẽ, & ille te ſalubriter audiat orantem.

DONVM. De donis Dei, quilibet habet ad menſuram præter Chriſtum. (Tom.IX.) ſuper Ioannem,ſermone decimo quarto. Omnibus hominibus datur ſpiritus ad menſuram: ſed Chriſtus habet, non ad menſuram. Concordia ibi facit vnum corpus. Sicut aliud accipit manus vt operetur, aliud oculus vt videat,aliud auris vt audiat, aliud pes,

vt ambulet,anima tamen vna est,quæ agit omnia in manu vt operetur,in pede vt ambulet,ĩ aure vt audiat,in oculo vt videat:sic sunt etiã diuersa dona fideliũ,tanquã mẽbris ad mensuram propriam cuique distributa.Sed Christus qui dat,non ad mẽ suram accipit. Habẽt electi dona,& reprobi,sed differẽter.Lib.de patiẽtia.Alia sũt Dei dona filiorum illius Hierusalẽ,quæ sursum libera est mater nostra. & hæc sunt quodam modo hęreditaria,in quibus sumus hæredes Dei,cohæredes autẽ Christi:alia sunt,quæ possunt accipere filij concubinarum:sicut Iudæi carnales, schismatici,& hæretici. Nam quãuis scriptũ sit.Eiice ancillã,& fil.eius,nõ enim.e.hæ.fi.an.cũ fil.li.vt intelligamus semẽ Abrahæ,& semẽ Isaac ꝓpter Christũ, ad filios Dei pertinere,q̃ sunt corpus Christi & mẽbra , id est, Ecclesia Dei vna,vera,germana,catholica, tenẽs piam fidẽ:non eam quæ per elatiõnẽ vel timorẽ, sed eam quæ per dilectiõnẽ operatur.Tamẽ etiã & filiis cõcubinarũ suarũ dedit Abrahã munera, quãdo diuisit eos ab Isaac filio suo. A Deo sunt dona minima. Lib.quæstionũ super Genes. quæstione lxxvj.Intelligamus etiã ista tẽporalia dona nec dari posse, nec sperari debere,etiam cũ ab infirmioribus appetũtur,nisi ab vno Deo:vt q. in minimis fidelis est,etiam in magnis fidelis sit:& q. in mãmona iniqua fidelis inuentus, etiam verum accipere mereatur,sicut Dominus in Euãgelio loquitur. A Deo donũ recipit, & qui nõ peccat, & cui peccatum dimittitur.Lib de sancta virginitate.Si nihil habes quod non accepisti,noli alta sapere,sed time:& noli modicum diligere , quasi à quo tibi modicũ dimissum est:sed potius multum dilige,à quo multũ tibi tributũ est.Si enim diligis cui donatum est ne redderet:quantomagis debet diligere,cui donatum est vt haberet?Nã quisquis ab initio pudicus permanet,ab illo regitur:& q̃squis vsque ĩ finẽ impudicus est, ab illo deseritur. Hoc autẽ ille occulto iudicio facere potest , iniquo nõ potest.Et fortasse ideo latet,vt plus timeatur,& minus superbiatur. Et donũ habet etiã qui habere non creditur,nec videtur.Libro eod. Multa sũt dona,& alia aliis clariora ac superiora, singulis singula.Et aliquando alter fructuosus est donis paucioribus,sed potioribus:alter inferioribus,sed pluribus.Et queãdmodũ inter se vel disiũguntur vel coæquantur,in accipiendis æternis honoribus,quis audeat hominum iudicare:dũ tamẽ constet & multa esse ista diuersa , & non ad præsens tẽpus,sed in æternũ prodesse meliora? Hoc iudicare non est nostrũ.Lib.eodẽ.Dona ista quis distribuit propria vnicuiq; sicut vult?Nẽpe Deus est,apud quẽ non est iniquitas.Ac per hoc,qua æquitate ille faciat alios sic, alios autẽ sic : homini nosse aut ĩposibile,aut omnino difficile est.Quin tamen æquitate faciat,dubitare fas non est. Nihil valet ingrato donum.Lib.de sancta viduitate. Multi quippe habẽt multa dona Dei,& nesciẽdo à quo habeant,impia vanitate iactãtur. Nemo autẽ donis Dei beatus est,qui donanti existit ingratus:quia & illud quod inter sacra ministeria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuante id vale-

Cap.28. Tom.IIII.

Gal.4.

Cap.42. Tom.VI.

Cap.46.

Cap.40.

Cap.16. Tom.IIII.

A mus,quo iubente admonemur. Et ideo sequitur vt de hoc tanto bono sursum leuati cordis,nõ nobis gloriam,quasi nostrarum virium tribuamus, sed Domino Deo nostro gratias agamus.Hoc enĩ continuo commonemur,quia hoc dignũ est, hoc iustum est. Vnde non de nobis gloriandum super Psal.cxviij.sermone vij . Nusquã se extollat humana superbia . Donis suis Deus tribuit bona præmia. Super Psal.cxxviij.Timeamus ne donis Dei nos extollentes,superbia mereamur amittere,quod humilitate percepimus.

DORMITIO. Quid sit dormitio Dei. Lib.de essẽtia Diuinitatis Dei.Dormire Dei est, cũ filius in assumpta carne ꝓ nobis mortuus est.Cuius mors rectè quidã dulcis est somnus.Vel dormire eius est,cũ electis suis ĩ tribu-B lationibus huius mundi positis, tardius subuenit. Propter quod illud . Quare obdormis Domine &c. Lib.diuersarum quæstionũ ad Orosium. Dormiuit Christus ĩ cruce,& ex latere eius fons nostræ manauit salutis. Dormit autem in nobis propter nostrum peccatũ,in sermone viij.de sancto Petro.Qui peccatum admittit,statim sibi Dominum obdormire facit,& procellam spirituum suscitat immundorum.Necesse est enim vt diabolica insurgat tempestas , cum Dominica serenitas conquiescit. Ibidem,infra. Vbi fides integra est, ibi saluator docet,vigilat,& exultat: ibi requies, ibi tranquillitas,ibi cunctorum est medicina.Vbi autem fidei est ammixta perfidia,ibi Christus torpet,dormit,& piger est:ibi metus,ibi tempestas, ibi omnium est discrimen. Pro actibus enim no-C stris Dominus,aut dormit,aut vigilat. Ideo dormitio significat peccatum.super Psal.lxij.Cauere debemus ne anima nostra dormiat. Malus est enĩ somnus animæ.Bonus est somnus corporis, quia reparatur valetudo corporis.Somnus autem animæ,est obliuisci Deum suum.Quæcunque anima fuerit oblita Deum suum,dormit. Dormitio significat mortuos. Lib. primo de verbis Domini sermone xxiij.Dormiũt omnes somno mortis. Putas quia prudens est,ideo non moritur?Fatuus, vel prudens, somnum mortis omnes patiuntur.

Super Ioannem ,sermone. xliij. Dormit omnis mortuus,bonus,& malus: Sed quomodo ĩterest in ipsis qui quotidie dormiunt & exurgunt,q̃d quisque videat ĩ somnis,alij sentiunt læta somnia, alij torquentia,ita vt euigilans dormire timeat: D sic vnusquisque hominum cum sua causa dormit, & cum sua causa resurget. De visis à dormientibus,& maximè de pollutione.Libro de spiritu & anima.A dormientibus autem multa videntur, vel nihil,vel aliqua significãtia. Vnde se imagines rerum corporalium,tanta expresione illis repræsentantur in somnis, quanta ipsa corpora præsentãtur vigilãtibus,vt iter visionẽ dormiẽtiũ,& verã cõmixtionẽ vigilãtiũ,nõ discernãtur, sed cõtinuo eis caro moueatur, & cõtra ꝓpositũ suũ, vel cõtra licitos mores cõcũbere videãtur, & q̃d naturaliter collectũ est,per genitales vias emittatur. Hũc motum casti vigilantes cohibẽt & refrænãt. Dormientes autem,ideo nõ possunt, quia in potestate

testate non habēt imaginis corporalis expreßionem: quia caro naturaliter mouetur, & sequitur quod coitum se qui solet, & quod sine peccato à vigilantibus fieri non potest. Sic in spiritu & corporalium rerum imagines apparēt, & multa pro arbitrio finguntur, vel præter arbitrium demonstrantur. Ipsa nanq; anima, quæ motu ꝓprio semper in motu est, q̄a per corpus nō finitur, vel non plenè finitur corporalia sentire, vel ad corporalia vim suæ intentionis dirigere, corpore sopito, spū corporalium similitudines aut ipsa agit, sicut & imagines corporum cogitando ex seipsa versare assolet, aut obiecta intuetur, cum in eas videndas aliquo spiritu assumitur. Dormientis pollutionem præsupponit absq; culpa. Libro primo. de Ciuitate Dei, capite. xxv. Si illa concupiscibilis inobedientia, quæ adhuc in mēbris moribūdis habitat, præter nostræ voluntatis legē, quasi lege sua mouetur: quanto magis absq; culpa est in corpore nō cōsentiētis, si absq; culpa est in corpore dormientis? Sed de dormientium visis. Libro de spiritu & anima. Omnium quæ sibi videre videntur dormientes, quinque sunt genera, videlicet oraculū, visio, somniū insomniū, phantasma. Oraculum, est cum in somnis parens, vel aliqua sancta, grauisq; persona seu sacerdos, vel etiam Deus euenturum aliquid apertè vel non euenturum, faciendum vel euitandū denuntiat. Visio est cū id, quod quis videt, eodem modo quo apparuerat eueniet. Somnium, figuris est textum, & sine interpretatione intelligi nō potest. In somnium est, quando id quod vigilantem fatigauerat, ingerit se dormienti: sicut est cibi cura, vel potus, vel aliqua studia, vel artes, vel infirmitates. Secundū nāq; studia quæ q̄sq; exercuit somniat: & solitarum artium simulachra in præsentia mentis impressa apparent in somnis. Iuxta etiā infirmitatū diuersitates, diuersa accidunt somnia: & secundū morum & infirmitatum varietates, variantur & somnia. Alia nanque vident sanguinei, alia cholerici, alia phlegmatici, alia melancholici. Illi vident rubea & varia: isti nigra & alba. Phantasma est, quando qui vix dormire incœpit, & adhuc vigilare se existimat, aspicere videtur irruentes in se, vel paßim vagantes formas varias, & discrepantes lætas vel turbulentas. In hoc genere est ephialtes quem publica persuasio quiescētes opinatur inuadere, & pondere suo pressos ac sentiētes grauare. Quod non est aliud, nisi quædam fumositas à stomacho, vel à corde, ad cerebrū ascēdens, & ibi vim animalem comprimens. Require infra cap. Somnus.

Tom.V. — Caut. Tom.III. Quinque visionum genera. — Ephialtes quem vulgus incubum dicunt. — Tom.VIII.

DORSVM. Super Psal. lxviij. Sermone. ij. Super illud, Obscurētur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper in curua. Nam quorum fuerint oculi obscurati ne videant, sequitur vt dorsum eorum incuruetur. Vnde hoc? Quia cum cessauerint superna cognoscere, necesse est vt de inferioribus cogitent. Qui bene audit, sursum cor: curuū dorsum non habet. Erecta quippe statera est. Expectat sibi spem repositam in cœlo: maximè si præmittat thesaurum suum, quò sequatur cor illius. At verò qui futuræ vitæ spem non intelligunt, iam excæcati de inferioribus cogitant: & hoc est dicere, Dorsum curuum. A quo morbo Dominus illam mulierem liberauit, quam ligauerat satanas annis decem & octo, & ea curatam erexit.

DRACO. Super Psalm. ciij. sermone. iiij. Draco antiquus hostis noster, ira feruidus, insidiis astutus, in mari magno est. Iam tu illude draconi. Ad hoc enim hic factus est draco. Ipse cadens peccato suo, de sublimi habitatione cœlorū, & ex Angelo factus diabolus, accepit quendam locum suum in hoc mari magno & spatioso. Regnum eius, quod putas, carcer eius est. Potestatem accepit: dominatur in isto sæculo: sed nisi permissus nihil potest. Sic age ne permittatur in te, aut si permissus fuerit ad tētandum, victus abscedat. Ibidem. Draco iste quem finxisti ad illudēdum. Sed si ad illudendū, quomodo illudit illi Deus? An tradidit eum ad illudēdum, hoc est, vt illudatur? Soluit scriptura Iob quæstionem. Ibi enim dictū est ad illudendū ei ab Angelis meis. Vis illudere draconi? Esto Angelus Dei. Sed nondum es Angelus Dei. Donec sis, si eū cursum tenes vt sis, sunt Angeli qui illudant draconi, ne tibi noceat. Præpositi enim sunt Angeli cœlorum, super potestates æreas, & inde procedit verbū quod fit hîc. Intuētur enim legem fixam, legem æternam, iubentem sine scriptura, sine syllabis, sine strepitu, fixam semper & stantem, intuentur Angeli corde mundo, & ex illa faciunt quicquid hîc fit. Potestates ex illa ordinantur à summis vsque ad ima. Et si potestates summorum cœlorum reguntur verbo Dei, quāto magis inferiores atq; terrenæ? Remanet ergo in malis sola nocendi cupiditas. Hāc habet homo in potestate cupiditatem nocendi, voluntatem ad perniciem. Si autem cuiquam nocere potuerit, non glorietur, nō ipse nocuit, data est ei potestas. Sententia firma est. Non enim est potestas nisi à Deo. Quid times ergo? In aquis sit draco, in mari sit draco, illac transiturus es. Sic est fictus vt illudatur ei, hic ad hunc locū ordinatus est, in his sedibus deputatus est. Magnum si aliquid illi putas has sedes: quia non nosti sedes Angelorum vnde lapsus est, miraris sedes mortuorum vbi deiectus est. Quæ tibi videtur eius gloriatio, dānatio eius est: hîc habet potestatem in isto mari, quo naues cōmeant: sed nō tantam, vt faciat aliquid nesciēte aut nolente Domino. Quid ergo times? Tentaturus est fortè carnem tuam. Flagelum est Domini tui, non potestas tentatoris tui. Vult nocere saluti, quæ promittitur, sed nō permittitur: vt autem non permittatur, habe caput Christū: repelle caput draconis. Suggestioni eius noli cōsentire, à tua via quæ est Christus, noli labi.

Tom.VIII. — Infra.

DVBITARE. Quis modus in rebus dubiis, quo ad fidem sit tenendus. Libro de vera religione. Ego itaque diu multúmque considerans quales oblatrantes, & quales

Cap.10.

quales quærentes expertus sum, vel qualis ipse A siue cum latrarem, siue cum quærerem fuerim, hoc modo mihi vtendum putaui. Quæ vera esse prospexeris, tene, & Ecclesiæ catholicæ tribue: quæ falsa, respue: & mihi qui homo sum, ignosce: quæ dubia crede, donec aut respuenda esse, aut semper credenda esse, vel ratio doceat, vel aut vera esse præcipiat authoritas. Lib. ix. super Ge. ca. viij. Melius est dubitare de occultis, quā litigare de incertis. De Dei subuentione & adiutorio. in tractatu de nō cogitādo in crasti. Ne dubites Christiane, eo te vindicari defensore, quo te seruatum cognoscis authore. Quis te, Christiane, terreat, quem tanti nominis cura defendit? Audi eius Apostolum, Scito nihil esse metuendum. Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Cessa hominē timere, quia vna tecum est conditione: illi te non B desinas humiliare, qui potēs est exaltare: vnus est qui hunc humiliat, & hunc exaltat: nō paueas nisi vnum, de quo clames. Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Si ergo Deus est vitæ protector, ipse est proculdubio sustentator. Christiane, si igitur est tibi ad quem clames, quare anxiaris quid edas? Quando de victu inueniendo cogitas, de Deo dubitas: terreris fame, sed quia minor es fide. Nam confide, & viue. Tu tibi denegas alimoniam, qui non habes petendi fiduciam. Christiane, inquam, si esuris, & hoc Dei putas esse voluntatis, fallens inopiam, fatigánsque sic apud te cogita. Non occidet Dominus fame animam iusti. Dum conscientiæ tuæ interna consideras, nec sine peccatis te esse probas, spem tibi refectionis denegas. Diffidas ergo. Nō de Deo, qui largus est, C sed de animo tuo qui paruus est. Negas aliquid te habiturū, nisi quæsieris, & quotidiani victus cura torqueris. Quis sperauit in Domino & confusus est: permansit in mandatis eius, & derelictus est? Christiane, liber alterius es, emptus es magno pretio. Sine causa cogitas quid edas, aut quid bibas, diues est qui te emit. Qui potuit lapsum reparare, potest vtiq; reparatum minaci prudentia saluare. Præsumendū est igitur, tenendúmque Christianis, quia nunquam circa nos abundantia Domini cessat. Dominicæ profluunt quotidie largitates, sed nostræ parum firmę sunt mentes. Cessent desidēria, & non deerit abundantia. Discedat de corde petito petitoris dubitatio, & veniet ei largitoris inundatio. Non trepidet qui rogat, & non se subtrahet qui erogat. Scimus quia diligen- D tibus Deum, omnia procedunt in bono.

Tom. VIII. DVCERE. Super Psal. cxlij. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: quia spiritus meus malus, deduxit me in terram peruersam.

DVLCEDO. Dulcedo mundi amarescit. super Psalm. lj. Si dulcia quædam sunt in hoc sæculo, cum amaritudine tamē digerūtur. De hac require supra vbi de Tom. VIII. Amaritudine. De Dulcedine autē Dei, quæ est in emendādo. super Psal. xxx. in prima expositione. Quā multis modis copiosa est dulcedo tua Domine quam abscōdisti timentibus te. Nam etiam eos quos emendas, multum amas: sed ne dissoluta securitate negligentius agant, abscondis ab his dulcedinē amoris tui, quibus vtile est timere te.

Est dulcedo in parcendo. super Psal. lxxix. Viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus, id est, te diligemus: tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum, tu eris totum præmium iustificatorum. Ideo est dulcedo in consolando. Libro, soliloquiorum ad Deum, capit. xxij. Omnia mihi peto vt amarescant, vt tu solus Domine dulcis appareas animæ meæ, qui es dulcedo inæstimabilis, per quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides dulcorauit. Tua dulcedo craticulam Laurentio dulcem fecit. Pro tua dulcedine ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni erant habiti pro nomine Iesu cōtumeliam pati. Ibat Andreas securus & gaudens ad crucem: quoniam ad tuam dulcedinem properabat. Hæc tua dulcedo ipsos Apostolorum principes sic repleuit, vt pro ipsa crucis patibulum vnus eligeret, alter quoque caput ferientis gladio supponere non timeret. Pro hac emēda, pellem propriam Bartholomęus dedit. Pro hac gustāda, veneni poculum intrepidus Ioannes potauit. Hanc vt gustauit Petrus, omniū inferiorum oblitus clamauit, quasi ebrius, dicens. Domine bonum est nos hîc esse &c. Hîc moremur, te contemplemur: quia nullo alio indigemus. Sufficit nobis Domine videre te. Sufficit, inquit, tanta dulcedine saturari. Vnam stillam dulcedinis iste gustauit, & omnem aliam dulcedinem fastidiuit. Quid putas dixisset, si magnam illam & multiplicem Diuinitatis tuæ multitudinē gustasset, quam abscondisti timentibus te? hanc dulcedinem tuam ineffabilem, & illa gustauerat virgo, de qua legimus, quòd lætissima, & glorianter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata, agonem suum Domino precibus commēdabat. Hanc, vt reor, & ipse gustauerat, qui dicebat. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quā abscondisti timētibus te. Quíque mouebat. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Hęc est illa beatitudo Domine Deus noster, quā expectamus daturum nobis te. Propter quam tibi Domine continuè militamus, pro qua mortificamur tota die, vt in tua vita viuamus. Vnde orat ad Deum. Libro supputationum parte quarta. Dulcis Christe Iesu bone, reple cor meū semper inextinguibili dilectione tua, cōtinua recordatione tua, adeò vt sicut flamma vrens, totus ardeam in tui nominis dulcedine, quam etiā aquæ multæ in me nūquam possint extinguere. Fac me dulcissime Domine amare te, & desiderio tuo deponere pondus omnium carnalium desideriorum, & terrenarum concupiscentiarum grauissimam sarcinā, quę impugnant & aggrauāt miseram animam, vt post te expeditus in odorem vnguentorum tuorum currens, vsque ad tuæ pulchritudinis visionem efficaciter satiatus, quantocius ad te merear peruenire. Duo enim amores,

amores, alter bonus, alter malus, alter dulcis, alter amarus, non se simul in vno capiunt pectore. Et ideo si quis præter te diligit aliud, non est charitas tua, Deus, in eo. Amor dulcedinis, & dulcedo amoris. Amor non crucians, sed desiderãs: syncerè & castè permanens in sæculum sæculi. Dulcis Christe bone Iesu, accende me totum amore tuo, igne tuo, suauitate tua, dulcedine tua, iucunditate & exultatione tua, voluptate & cõcupiscẽtia tua, quæ sancta est, & bona, & casta, & munda, tranquilla & secura, vt totus dulcedine tui amoris plenus, totus flamma charitatis tuæ succensus, diligã te, ex toto corde, totísque medullis præcordiorum meorum, habens te in corde & ore præ oculis meis semper & vbique, ita vt nullus pateat in me locus adulterinis amoribus. Et ĩ eodem libro, cap. secundo eiusdem partis. Si dignaris in agro tuo, Domine, serere bonum semen, necesse est vt manu pietatis tuæ spinas prius euellas vitiorũ meorũ, dulcissime, amãtissime, benignissime, pulcherrime. Infunde obsecro multitudinẽ dulcedinis tuę & charitatis pectori meo, vt nihil carnale desiderẽ vel cogitem, sed te solũ amem, te solum habeam in corde & ore. Scribe digito tuo in pectore meo, dulcem memoriã tui melliflui nominis, nulla vnquam obliuione delendam. Scribe in tabulis cordis mei voluntatem tuam, & iustificationes tuas, vt te, immensæ dulcedinis Dominum, & præcepta tua semper præ occulis habeam. Succende mẽtem meam igne tuo illo, quẽ misisti in terram, & voluisti vehementer accẽdi, vt sacrificium spiritus contribulati, & cordis cõtriti, obortis lachrimis quotidie offeram tibi dulcis Christe, Iesu bone. Et sicut hæc desidero, sic toto mente peto.

Tom.VIII. DVo. Super Ioannem, sermone decimo septimo. Duo sunt præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet & Prophetæ. Merito & illa mulier omnes facultates suas, duo minuta, misit in dona Dei. Meritò & pro illo lãguido à latronibus sauciato, stabularius duos nummos accepit, vnde sanaretur. Meritò & apud Samaritanos biduum fecit Iesus, vt eos gemina charitate firmaret.

Quæst.44. Tom.IIII. Ebrietas pro satietate. EBRIETAS. Aliquãdo intelligitur ĩ bonã partem. Libro quæstionum super Gene. Vbi loquitur de fratribus Ioseph, super illud, Biberũt & inebriati sunt cum eo. Solent hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium, non propter illos filios Israel, sed propter Ioseph qui valde sapiens commendatur. Sed hoc verbum, & pro satieta te solet poni in scripturis, qui diligenter aduerterit, multis in locis inueniet. Vnde est illud. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti ditari eam: Psal.64 eo quod in laude benedictionis hoc positum est, & donum Dei cum memoratur, apparet hãc

A ebrietatem saturitatem significare. Non ita inebriari vt inebriantur ebriosi, nec ipsi terræ vtile est: quoniam maiore, quam satietati sufficit, humore corrumpitur, sicut vita ebriosorum, qui nõ satietate se replent, sed mergunt diluuio. De ebrietate bona. super Psalmum trigesimum quintum. Tom.VIII. Quemadmodum accipere vinum immoderatè & ingurgitare se in ebrietate, est mentem perdere: ita erit cum accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, peribit quodam modo humana mens, & fiet Diuina. Ideo dixit Propheta, inebriabuntur ab vbertate domus Dei: cui dixerat, Calix tuus inebriãs quã præclarus est. Hoc iã calice inebriati erant martyres, quãdo ad passionem euntes suos non agnoscebant. Quid tam ebrium, quam non agnoscere vxorem flentem, non filios, non parẽtes? B Non eos agnoscebant, & non eos ante oculos esse arbitrabantur. Nolite mirari, quia erant ebrij. Acceperant enim calicem, vnde inebriarentur. Vnde & de cœlo gratias Deo agens dicit. Psal.22. Quid retribuam Domino &c. Super Psalmum septuagesimum quartum. Calix Dominiinebriãs. Tom.VIII. Omnes enim qui confitendo Christum mori voluerunt, sobrij sunt: sed vsque adeò ebrij erant, vt suos non agnoscerent. Omnes propinqui sui, qui eos à spe cœlestium præmiorum terrenis blandimentis auertere moliti sunt, non sunt agniti, non sunt auditi ab ebriis. Non erant tamen ebrij, sed mutatum erat eis cor, & alienata mens ab hoc sæculo. Libro de agone Christiano. Quia Cap.9. quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à Tom.III. Domino, gustemus saltem quàm suauis est Domi C nus. Quia dedit nobis pignus Spiritum sanctum. Sentiamus eius dulcedinem, & desideremus ipsius vitæ fontem, vbi sobria ebrietate mundemur Psal.1. & irrigemur, sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Dicit enim Spiritus sanctus. Filij hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluntatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ. Talis e- Psal.35. brietas non euertit mentem, sed tamen rapit sursum, obliuionem præstat omnium terrenorum. Sed si possumus toto affectu dicere iam, Quemad Psal.41. modum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quod fortè adhuc propter ægritudines animæ, quas de sæcu D li amore concepit, nec gustare sumus idonei, quã dulcis est Dominus: vel credamus Diuinæ authoritati, quam voluit esse in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, sicut Apostolus loquitur. Omnia enim per Christum facta sunt. & sine ipso factum Rom.1. est nihil. Qui nostræ imbecillitati misertus est, Io.1. quam imbecillitatem, non eius opere, sed nostra voluntate meruimus. De mala verò ebrietate. Libro 50. Homili. Abundat peccatum ebrietatis, & contemnitur. Iam cor ebriosorum perdidit sensum, non habet dolorem, quia nec salutem. Quando aliquid pungitur & dolet: aut sanum est, aut est in eo spes aliqua sanitatis. Quando autem

autem tangitur, pungitur, vellicatur, nec dolet: pro mortuo habendum est, aut de corpore præcidendum. Sed aliquando nos parcimus, & non nouimus nisi loqui. Deberemus excōmunicare, de Ecclesia proijcere, pigri sumus. Aliquando aut timemus ne ipso flagello peior fiat, qui cæditur: quamuis qui tales sunt, iam in animo mortui sunt. Tamen quia medicus noster omnipotēs est, de his non est desperandum, sed totis viribus supplicandum, vt aures carnis quas clausas habere probantur, Dominus aperire dignetur. Libro de salutaribus documentis. Fugiamus ebrietatē, ne in crimen luxuriæ incurramus. Quia Apostolus præcipit dicens. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Vinum enim Deus nobis ad lætitiam cordis, non ad ebrietatem donauit. Bibamus ergo non quantum gula exigit, sed quātum naturæ imbecillitas postulat, ne id quod ad medelam corporis nostri tributum est, ad perniciē deputemus quæso tuis in domo tua subiectis, quod plerique per vinū homicidia & fornicationes perpetrauerunt, nec ipsam mortem recusauerunt: alij per vinū à dæmonibus capti sunt. Nec est aliud ebrietas, quàm manifestus dæmon. Ebriosus putat se aliquod optimum gerere, cum fuerit ad præcipitia deuolutus. Per vinolētiam armatur ad maledicta & cōuitia proximorum, & immutatur mēs eius & lingua balbutit. Huiusmodi enim vir, cum se putat bibere vinum, bibitur à vino. Plurimi nāque homines per vinum maximam debilitatem contraxerunt, nec potuerunt consequi pristinam sanitatem, quia non temperauerunt gulæ ardorē. Sicut enim piscis cū auidas fauces profert vt gluttiat escam, repente hamum intra fauces reperit: ita & ebriosus intra se vinum suscipit inimicum, qui eum, vt introierit, mox impellit ad omne opus nefandissimum: & sic homo rationalis capitur vt irrationale animal. Tu autē frater mi, omnibus domesticis tuis, & tibi subiectis præcipe, vt se sobrios exhibeant, & iterum propter abstinentiam in superbiam se non erigant: sed omnia temperatè, iustè, religiosè, & piè secundum Deum faciant. Ebrietas alia vitia secum trahit. Lib. iiij. de baptismo contra Donatistas. Ebriositas, quam non solum sine horrore nominare, sed etiam cum hilaritate prædicare iam populi consueuerunt, in quo fuerit, sola esse nō poterit. Quis enim ebriosus, non & contentiosus, & animosus, & inuidus & à præceptorum sanitate dissentiens, & arguentibus se grauiter inimicus? Iam verò vt & fornicator & adulter nō sit, difficile est. De ebrietatis malo, in libro ad sacras virgines. Ebrietas ab animæ iniuria incipit, & flagitiorū omniū mater est, culparum materia, radix criminum, origo omnium vitiorū, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium sanctitatis. Ebrietas temporis amissio est, insania voluntaria, ignominiosus languor mentis sanæ debilitatio, turpitudo morū, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela. Ebrietas vt quotidie cernimus, amplarum familiarum quam plurimos labefacit, & cura gubernationis

Cap.37. Tom.IIII.

Cap.20. Tom VII.

Li. de sobrietate & virginitate, cap.1. Tom.IX.

A destitutos, parentum auorúmque suorum, bene, diúque congregata, atque ingenti pretio præparata, mille modis distrahere fecit. Ebrietas in vtroque sexu, cuncta mala semper appetit, & nephanda committit. Ebrietas timorem Dei aufert, futurum Dei iudicium de corde se habentiū tollit. Ebrietas, vt ait Apostolus, regna cœlestia appetentibus denegat. Ebrietas temulētis tempora furatur, dies surripit, depositi sui non reminiscitur, & ante illū posita, nec mente, nec oculis cōtuetur. Famulo verò non solū fidē aufert, sed etiā fraudum & seruitutis officio inutilem facit, & alia mala multa quæ comprehendi non possunt.

Et quam sit ignominosa, in eodem infra subditur. Ebrietatis crimina, totis viribus declinate. Rusticanum quiddā, sed sanum dictum aduertite. B Vinum est medicamentum, plus iusto sumptum venenum esse cognoscitur. Tantam ergo turpitudinē à vobis abiicite. Iucūditati enim, nō ebrietati, vini materia creata est: per cuius moderationem sitis extinguatur. Non tamen vt vsque ad ebrietatem bibatur. Fugite crapulam, ea loquētes aut facientes, quibus sobrij nō erubescant. Fugite crapulas, quæ solis lugentibus & consolantibus amicis vel proximis, in exequiis ingerūtur. Dolor enim admissi funeris, sine vini quauis nimietate temperari non potest. Tu verò ò homo incolumis quotidie vino cogente, desideras vomere & tanto repleris, quanto possent plurimi cum iucūditate lætari, & sobriè satiari. Non consideras turpe esse plus sibi velle inferre hominē, quā capit, nec stomachi sui nosse mēsuram? Non consi- C deras ebrietati deuictum, suæ potestatis esse non posse? Vt quid potando facis excessus, nisi vt per prouocationem vini insolescas in peius? Nascitur ex hac potandi infœlicitate, inter prouocatos & prouocantes ignominosa certatio, & vincenti est turpitudo deterior. Ex hoc enim multorū membra cibos recusant, & vino dedita præcoqua debilitate, & cruda senectute marcescunt, & adhuc ætate virides, tremula vibratione quassantnr. Inde pulmones vstione vini quotidiana putrescunt, & per ora veluti mortuorum spiritus tetros emittunt. In his ergo talibus non ratio vlla, non vllū gerendæ vitæ consilium, non gestorū aut lectionum memoria, nec vlla artiū aut industriæ prouidentia: vt pote quem prandio accumbentem solis occidētis videt occasus, & cœna pernoctantē D insperatus occupat dies, & dum iugi amentia diénoctúque discumbendo aut dormitat aut bibit, in hac vita adhuc positus quotidie sepelitur. In eodem infra quam sit periculosa, maxime in re bellica. Vt summatim cuncta perstringam, per vinū castitati subreptum est, & plurimæ à corruptoribus turpe deceptæ sunt. Multæ virginum etiā pellente vino, thori genitalis oblitæ, pudicitiam suā adulteris tradiderunt: & cum mœchis de morte pactæ sunt maritorum. Quam multæ impellente vino præcipites indecentibus se conuentibus polluerunt: & de genitoribus aut genitricibus, de filiis aut filiabus, de fratribus aut sororibus, de generis aut nuribus, per nephandos concubitus sibi filios

Cap.

Cap.

filios genuerunt. Per vinolentiam enim plurimi plurimæque, à sancto pióque proposito exciderũt: & sui obliti, amissis honoribus, ignobiles remanserunt:: & sedibus patriis profugi, vitam nõ vbi sumpserant finierunt. Per vinũ fortes ab infirmis elisi sunt, & in mortem quam plures ictu muliebri prostrati: & inuicti exercitus vino dominante extincti sunt: & seruitutis iugo subacti: innumerabiles iugum alterius dominationis diu recusantes, vinolentia in alienum redegit arbitrium. Assuetudine vini quã plures in insaniam conuersi sunt, & mentis durante amentia, ab humana sunt conuersatione seiuncti, & ferino dente consumpti. Quam plures vini immoderatus excessus, ex diuitibus pauperes reddidit & egenos? Infiniti numero vino impellẽte, iniusta impiáque homicidia commiserunt. Quam plurimę vrbes diu obsessæ nec captæ, custodibus somno vinóque sepultis, hostibus patefactæ sunt, & incendiis concrematæ? Et alia multa nephanda & innumera sunt, quibus per ebrietatis vitia, mundus iste frequẽter vexatus sit, & nunc vsque vexetur.

Cap. eo. sup. Deturpat mulierum omnium honestatem. libro eodem. Ebrietas cuncta vitia superat. In ipsis primo virginibus, ebrietas castitatis promissa complere non permittit: quia sanctę pollicitationi in vtroq; sexu inimica semper existit. Et ideo ebrietas pudoris comes esse non potest, quia nec castitas fuit aliquãdo socia temulentiæ. Sobrietas in fœminis ad terram deponit aspectum: ebrietas autẽ amisso pudore inuerecundos erigit vultus. Sobrietas cum summa trepidatione irreprehensibile, & cum silentio propinquũ emittit verbum: ebrietas verò impudoratũ facit fœminæ & sermonẽ, & vultũ. Eligit nãque atq; extorquet ebrietas, nefandam atque inuerecundam de omnibus se habentibus vocẽ, & cui surrepserit per auiditatem nimietas vini, nullũ potest habere tacendi pudorem: ex qua temulẽtia, membrorum consequitur infirmitas. Et ita fit, vt sicuti nauis quæ validissimi maris fluctibus scopulo illisa comminuitur: ita fœminæ corpus ac mens grandi vini procella illisa, membris omnibus dissoluatur. Nam quæ naturaliter firma figere non potest gradiẽdo vestigia, quomodo incedere valebit, cum vini fuerit ingenti procella percussa, lapsabunda, gressu imminẽs, semper cõtortis oculis resupina, aut inclinata ceruice famula regente pedissequa de temulentiæ suæ culpa? Ibi sanitas & cura domus nulla, vel familiæ gubernatio, lingua balbutiens sermonis officio priuatur, aut in vocem prorumpere volens, non tantum non intelligitur, sed etiã ab auditoribus deridetur. Est enim mente aliena, & sui omnino nescia, cui cultus capitis vergit in partem, & seminudam monstrat videntibus ceruicem & ex omni parte demissa à conspicientibus erubescitur, & quid domi geratur ignorat. Periclitatur in tali sine dubio pudor, & omne secretũ, quod sobrietas in fœminis custodit, temulẽtia publicat. Quæ cum humi fuerit vertigine rapta lectóque prostrata, circuncursare sibi cunctos conspicit

A parietes: culmináque in imo, & ima in altum putat esse porrecta, & velut sepulta somno recipitur. Lectisternia verò quę ab infantibus cõtumeliis deformantur, à cunctis fœminis vel ancillis, non iam occultis, sed videntibus, cachinnis talis dominæ temulentia deridetur. Sic itaque transeunte tempore, & ebrietatis vitio permanente, de eius corde omnis euolat timor: nec correptionẽ, nec terrorem, sæpe obiurgantis viri cogitat, aut vigorẽ: ideo quotidie neglecta domus illapsum tempus ornatu quotidiano in tãtum destituitur, vt semper sibi maritus eius mortem exoptet: cuius labor gubernatióque sub tali domina quotidie minuitur, & in lapsum venit. Non est cũ qua quippiam de cura domus conferatur, vt in melius aliquid disponatur: quia scilicet, vxoris nomen tantum, non mores ostendit. Nihil ea disponente, maritalis quotidiana cura non sine tristitia fatigatur: quia velut iunctim vehiculo boues, si vnus conari sub onere cesset, alterũ conatus disrumpet. Vinolentia igitur dominæ subtractis locorum clauibus, omnia tentãtur: cellariorũ plenitudo furtis quotidie seruilibus inanitur, indisciplinatæq; familiæ clamoribus omnis domus perstrepit. Lanificij verò aut negligens, aut nulla, aut abominabilis efficitur cura. Tali enim dominæ ancilla charior atq; amabilior erit, quæ capacius poculum porrexerit, non quæ pensum integrum ante vesperũ assignauerit. Coccinos enim aut varios plurimósque colores in vino, non in tunicis amat: & non vestium faciendarũ, sed vini quærit allatam mensuram: & non tuendæ castitatis telas texendo erigit, quæ vsum telæ olim de domo per ebrietatem amisit: quas telas ancillis otiantibus subtraxit, & texendas araneis dedit. Hæc cum cibos capit, vix comedendo semiunciam panis attingit, & pocula deinceps absorbet, & propterea pulmentorum sibi cataplasmata quærit. Hæc quandiu vigilauerit, bibet: aut si obdormierit: sitis ei somnum obrumpit.

Dehonestat hoc vitium clericorum statum. lib. eodem. Cap. 1. Quicunque erit honore sacerdotali præditus, & proximus fuerit ebrietati, vicinus est vltioni. Et in eos qui Deo proximant, si fuerint temulenti, procul non sunt vindictæ sæuienti. Ergo quisque Diuino munere sacerdos constitutus, vinolentus accesserit ad sacramenti celebrationem, mortis consequendæ non habet dilationem. Contrarius est nanque vnicuique rei semper excessus: & in quocunque sexu nimietas adhibita fuerit, vitium facit. Quare quicquid immoderatum indisciplinatúmque est, proximum ruinæ consequitur casum: quia vbi modus non est, periculum totum est: & quodcunque non habet temperamentum, præcipitat in exitium. Sic itaq; dum quisq; immoderatus conuiuióq; medius amissis modestiæ frænis, insana fuerit ebrietate ꝓstratus, auersos respicit nutãtes, quos integros videre nequiuit, aut sermõe lõgo superflua verba emittit, & vana dicta componit, malè clamans, & bene sibi sonans, vultu deiecto supinus accumbit vomens & sui omnino nescius, spe-

ctaculum conuiuio præbet: & dum nihil consequetur sanum, nullo alio cogente præter vinum, cordis sui arcana patefacit, & amicorum sibi commissa secreta in medium prodit. Ad vniuersa autem crudelitatis vel turpitudinis facinora perpetranda facilis inuenitur, cui nulla sobriæ mentis ratio, sed ebrietas dominatur. Assumit inter pocula iniusta certamina, & nullis stantibus causis asperam excitat rixam: quia interponēdo verba vana, aliorum sana dicta non patitur, & in contumeliam erigitur conuiuarum, & crimina proximorum. De his verò qui inebriantur in exequiis defunctorum. super Psal. xlviij. sermone primo. Quando inebriāt se homines ad sepulchra & in memoria mortuorum, ventri suo seruiunt, non spiritibus suorum. Ad spiritum mortuorum non peruenit, nisi quod viui fecerunt. Si autem viui non secum fecerunt, ad mortuos nihil peruenit.

Tom. VIII.

ECCLESIA. De materiali Ecclesia, quod honorata est à Barbaris, lib. primo. de ciuitate Dei, cap. j. Romanis Barbari propter Christum pepercerunt. Testantur hoc loca martyrum, & basilicæ Apostolorum, quæ nulla vastatione vrbis, ad se confugientes suos alienósque receperunt. Hucusque cruentus sæuiebat inimicus, ibi accipiebat limitē trucidatoris furor: Illò ducebātur à miserantibus hostibus, quibus etiam extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerēt, qui similem misericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipsi alibi truces atque hostili more sæuientes, postquam ad loca illa veniebant, vbi fuerat interdictum quod alibi iure belli licuisset: tota feriendi refrenabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur.

Tom. V.

Vnde esse debet pro confugientibus immunis à violentia. sermone v. de dedicatione Ecclesiæ. Si reuerentiam matris Ecclesiæ agnoscimus, sciendum est cuiuslibet criminis reum, à sacris liminibus non abstrahendum. Grandis enim iniuria religionis, ac diuinitatis offensa est, qualemcunque confugientem ad domum Dei, id est, de sinu matris euellere, & arcem communis expugnare profugij: ac sacra humano generi reuerenda, absque vlla sui consideratione calcari. Qui enim homini Ecclesiæ ianuam claudit, crudelem in seipsum sententiam dedit. Quis in huius mundi & huius vitæ fluctibus constitutus, portu misericordiæ non indigeat? Quis dum remedium alienis necessitatibus negat, præiudicium suum non facit? Inter gentes sæpissimè contigit, ad prophanam arborem, vel etiā ad delubrum abominabile confugientem, quemlibet reum tutè saluari. Si igitur in delubro est salus: in loco perditionis, locus impunitatis: arx quę generat mortem, dat salutem: quantomagis ad Christi Ecclesiam confugiens debet reus defendi? Sed fortè aliquis dicit. Locus sanctus criminoso patere non debet. Non ita est. Hæc enim intractabilis animi argumenta non recipit Christus, qui pro impiis mortuus confugientibus ad se, claudi aditum misericordiæ non permittit. Qui latroni fidem

A confitenti, Paradisi claustra patefecit, reum à sacramenti aditis, non vult excludi. Et ideo in Epistola ad Cresconium Tribunum scribit sic, propter quendam de Ecclesia raptum. Si ab ista causa dissimulauero, de qua tuæ religioni ecce iterum scribo, non solum eximietas tua, sed etiam ipse quisquis ille est, in cuius causa Fauentius sic raptus est, merito me culpabit, & rectè reprehendet: iudicans vtique, si etiam ipse ad auxilium Ecclesiæ confugisset, si ei simile aliquid accidisset, ita me fuisse ab eius necessitate & tribulatione dissimulaturum. Deinde, si hominū existimatio contemnenda est, ipsi Domino Deo nostro quid dicam, & quam rationē reddam: si quātum possum non egero, pro eius salute qui se Ecclesiæ, cui seruio, tuendum adiuuādúmque commisit? Tom. Epist.

B In hac Ecclesia est standum cum silentio. In sermone de oratione. Qui in ecclesia ineptis & incongruis fabulis occupatur, quasi venenum & gladium reliquis hominibus ingerere vel præbere cognoscitur: dum verbum Dei nec ipse audit, nec alios permittit. Qui enim talis est, & pro sua, & pro aliorum destructione, in die iudicij redditurus est rationem. Sicut enim fideliter psallentes & humiliter supplicantes, & pro se, & pro aliis, quibus exemplum vitæ præbuerūt accepturi sunt gloriam: ita illi qui econtrario, non ædificationis, sed destructionis exempla præbuerunt: & pro se & pro aliis passuri sunt pœnam. Qui psallere dissimulat, vel taceat, & silentium præbeat: & si se non ædificat, vel alios malo exemplo non destruat. In eodem infra.

C Si extra Ecclesiam occupari otiosis sermonibus malum est: puta in Ecclesia verbocinari quale peccatum est? Diabolus enim tunc maximè nos impugnare consueuit, quando nos contra se spiritualibus armis præparatos esse cognouerit. Et quia nos non potest corporaliter de Ecclesiæ conuentu repellere, in ipsa Ecclesia infructuosis nos cogitationibus inuoluere, & otiosis studet sermonibus occupare: vt nobis per inanes, & vacuas, fortè etiam mēdaces colloquutiones, ac sordidas, Diuinæ lectionis fructum, vel orationis remedium possit auferre: vt corpore tantum videamur in Ecclesia stare, & corde vel cogitatione longe à conspectu Diuinę maiestatis abscedere. Quapropter rogo vos, vt contra istas durissimas captiuitates animæ, auxiliante Deo quantū

D possumus repugnemus: & otiosas fabulas, quas etiam extra Ecclesiam esse nouimus vitādas, præcipuè intra Ecclesiā quasi venena diaboli fugiamus. Et quotiescunque diaconus clamauerit, aut in oratione genua flectere, aut benedictioni capita inclinare: debeatis humiliter, obedienter, cū vera humilitate facere: vt orando peccata dimitti, & à malis omnibus liberari, & benedictionem accipiendo, bonis spiritualibus mereamur impleri. Standum est cū attentionis animo. lib. j. de verbis Domini, ser. vj. Mouet me dolor magnus aduersus fratres nostros Christianos, qui sic volūt intrare in Ecclesiā, vt hic corpus habeāt, & alibi cor. Totus intus esse debet. Si intus est, quod vide Tom. X.

videt homo, quare foris est quod videt Deus? De Ecclesia verò militanti, quod ipsa est mater nostra. In epistola ad Lætum. Ecclesia mater est, quæ nos de Christo concepit, hęc Martyrum sanguinem parturiuit, hæc in sempiternam vitam peperit, & fidei lacte nutriuit & nutrit. Lib. j. quæst. Euang. Simul omnes quibus constat Ecclesia mater dicitur: singuli autem, ipsi filij appellantur. Lib. de symb. tracta. ij. Sancta Ecclesia in qua omnis sacramēti terminatur authoritas mater & virgo, corpore casta, prole fœcunda, sponsa Christi, piè nutrit filios, quos Deo Patri dignos assignare cōtendit. Filij boni amate tātam matrem, filij boni nolite deserere quotidie vos requirentem: rependite vicem, amate amantem. Tanta est, talis est, regia prole fœcunda est, non eā patiamini aut filiorū malorū, aut pessimorū seruorum iniuriis atque insidiis macerari. Agite causas matris vestræ, exercete eius amplissimā dignitatē. Seruus malus nō insultet dominæ, hæreticus Arrianus non insultet Ecclesiæ. Lupus est, agnoscite: serpens est, eius capita conquassate. Ideo ibid. in fi. Vos autem dilectissimi, qui ab initio lacte sanctæ matris Ecclesię nutriti, vsq; ad solidū cibū estis ab ea perducti, manete in ea. Si quis eius vel disciplinā, vel quālibet admonitionē asper tulit, & iratus abscessit, agnoscat matrē, & redeat ad eam libēter. Hæc suscipit quos requirit: gaudebit filiū perditum fuisse conuersum, stabilitatis tamen dignitatē non quiescit prædicare secū permanētiū filiorū. Lib. eo. tract. iij. in fi. Nec amare Deū, nec diligere quis potest, qui in Ecclesia eius non est. Quoniam omnis qui pręter illā est, nec cū Deo est, qui vita æterna est. Ideo sacramēti huius cōclusio p Ecclesiā terminat, q ipsa mater fœcūda, integra, & casta, vbiq; diffusa, quæ filios Deo specialiter parit, quę paruulos lacte verborum eius specialiter nutrit, quę pueros sapiētiā docet, quæ adolescētes à luxuria atque impudicitia sua sancta castitate custodit, quæ iuuenes robore virtutis contra diabolum armat, quæ senes prudentiā docet, quæ seniores ætate prouectos venerabiles facit. Per hanc iuuenes & virgines, seniores cū iunioribus, ætas omnis & vterque sexus, laudant nomē Domini. Hęc errātes filios reuocat, mortuos grauiter dolet, secum perseuerātes indeficienter pascit. Hāc dilectissimi amemus omnes: tali matri sic amanti, sic proficienti, sic consulenti, inseparabiliter inhæreamus: vt simul cū illa, & per illā, Deo Patri perpetuo iūgi mereamur. Lib. eo. trac. iiij. circa prin. Congruis alimentis Ecclesia pascit quos portat in vtero, vt ad diē partus sui lætos læta perducat: quoniā non tenetur hæc sentētia Euæ, quæ in tristitia & gemitu parit filios, nec habet ipsos gaudentes, sed potius flentes. Hęc etiā soluit quod illa ligauerat, vt prolem quam per inobediētiā suā morti donauit hęc per obedientiam restituat vitæ. In eod. infra. Si quis absque Ecclesia inuentus fuerit, alienus erit à numero filiorū Dei: nec habebit Deū Patrē, qui Ecclesiam noluit habere matrem: nihilque ei valebit quod credidit, vel fecit tanta bona, sine sponsa summi boni. Ecclesia mater est spiritualis, ecclesia sponsa Christi est, gratia eius dealbata, pretioso sanguine dotata. Totū possidet, quod à viro suo accepit in dotem. Vnde Christi est spōsa. ibid. in fi. Cognoscatur vna vera & sancta regina catholica, cui regnū Christus tale dedit: quod eā per totū mundū diffundēs, ab omni macula & ruga mūdana, totā pulchrā suo aduētui præparauit. Super j. Ioā. Canon. homi. ij. Omnis ecclesia est sponsa Christi: cuius principium & primitiæ est caro Christi cui vnica est spōsa spōso in carne. Et quia spōsa Christi, ideo, vt dicit lib. de vera innoc. Reliquit Christus Patrē: q cū in forma Dei esset, non ra. ar. est esse se. æqua Deo, sed semet. exi. for. ser. ac. hoc enim est reliquit patrē: nō q deseruit & recessit à Patre: sed quia nō in ea forma hominibus apparuit, qua æqualis est Patri: Reliquit autē & matrē, relinquēdo synagogā Iudæorū, de qua secūdū carnē natus est, inhærendo Ecclesiæ quā ex omnibus gentibus congregauit. Vnde hîc & ibi quodāmodo simile fuit Ecclesię principiū. lib. eod. Dormit Adā, vt fiat Eua: moritur Christus, vt fiat Ecclesia. Dormiēti, Adā fit Eua, de latere: mortuo Christo, lācea percutitur latus Christi vt profluant sacramēta, quibus formetur Ecclesia. Vnde meritò Apostolus ipsum Adā dicit formā futuri: quia sicut in Adā omnes moriūtur, ita in Christo oēs viuificabuntur. Super Ioā. serm. cxx. Vnus militū lancea latus eius aperuit. Vt illic quodāmodo vitæ ostiū panderetur, vnde sacramenta ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitā, quæ vera vita est, nō intratur. Ille sanguis in remissionē peccatorū fusus est: aqua illa salutare temperat poculū. Hæc lauachrū præstat & potū. Hoc prænuntiabat quod Noë in latere arcæ ostiū facere iussus est, quā intrarent animalia, quæ nō erāt diluuio peritura, quibus præfigurabatur ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de viri latere dormiētis, & appellata est vita materque viuorū. Magnū quippe significauit bonum, ante magnū præuaricatiōis malū. Et hic secūdus Adā inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei cōiunx, quæ de latere dormientis effluxit. O mors vnde mortui reuiuiscunt. Quid isto sanguine mundius, quid vulnere isto salubrius? In sermone de lucta Iacob. Quid pfluxit de latere Christi, nisi sacramētū quod accipiunt fideles, spiritus, sanguis, & aqua? Spiritus, quē emisit: sanguis & aqua, quæ de latere profluxerūt: de quo sanguine & aqua, significatur nata ecclesia. Et hoc quādo exiuit sanguis & aqua de latere, cū iā dormiret Christus in cruce: q Adam in Paradiso somnū accepit, & sic illi de latere Eua producta est. Ecce pretium tuū. Imitare humilitatē & vestigia Domini tui. Huius spōsæ spectaculū describitur. lib. de symb. tract. ij. Si oblectandus est animus, & spectare delectat: exhibet nobis sancta mater ecclesia venerāda ac salubria spectacula: quæ & mentes nostras oblectent sua delectatione, & in nobis non corrumpant, sed custodiant, fidē. Et infra subdit. Admirabile spe-

Tom. II. Epist. 8. Tom. IIII. Cap. 3. Tom. IX. Cap. eod. Cap. 11. Cap. 13. Cap. 10. Cap. eod. Tom. III. Cap. 327. Phil. 2. Cap. 118. Ad æduo. Tom. IX. Io. 20. Gen. 6. Cap. 2. Cap. eod.

ctaculum nostrum, planè mirabile, in quo Deus adiuuat, fides vires impetrat, innocentia pugnat, sanctitas vincit: præmiũ consequitur tale, quod & ille qui vicerit accipiat, & qui donauerit nihil amittat. Ista specialia munera concupiscite, & ad hæc intuenda, & cum omni securitate expectanda, alacriter ad ecclesiam conuenite, ab omni cupiditate carnali propositum cordis reuocate, omnẽ solicitudinem vestram Deo gubernandam cõmittite, vt aduersarius reuereatur, nihil in vobis inueniens suum. Huius dominæ doctrinã & mores describit. Lib. de morib. eccl. Meritò tu catholica ecclesia mater Christianorũ verissima, non solum ipsum, cuius adoptio vita beatissima est, purissimè atque castissimè colendum prædicas, nullam nobis adorandam creaturam inducens, cui seruire iubeamur: & ab illa incorrupta & inuiolabili æternitate, cui soli homo subiiciendus est, cui soli rationalis anima cohærendo non misera est, excludens omne quod factũ est, quod obnoxium commutationi, quod subditũ tempori, neque confundens quod æternitas, quod veritas, quod denique pax ipsa distinguit, nec rursum separans quod maiestas vna cõiungit: sed etiam proximi dilectionem atque charitatem ita complecteris, vt variorum morborũ, quibus pro peccatis suis animæ ægrotant, omnis apud te medicina præpolleat. Tu pueriliter pueros, fortiter iuuenes, quietè senes, prout cuiusque, nõ corporis tantũ, sed animi ætas est, exerces & doces. Tu fœminas viris suis, nõ ad complendã libidinem, sed ad propagandam prolem, & ad rei familiaris societatem casta & fideli obediẽtia subiicis. Tu viros coniugibus, nõ ad illudendũ fragiliorem sexũ, sed synceri amoris legibus præficis. Tu parẽtibus filios libera quadã seruitute coniũgis, & parentes filiis pia dilectione prępõnis. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiori atque arctiori quã sanguinis nectis. Tu omnem generis propinquitatem, & affinitatis necessitudinẽ, seruatis naturæ voluntatísque nexibus, mutua charitate cõstringis. Tu dominis seruos, non tam cõditionis necessitate, quã officij delectatione doces adhærere. Tu dominos seruis, summi Dei communis Domini consideratione, placabiles, & ad consulendũ quã ad coërcendũ, propẽsiores facis. Tu ciues ciuibus, gentes gentibus, & prorsus hominibus homines, primorum parentũ recordatione, non societate tantũ, sed quadam etiam firmitate coniungis. Doces reges proficere populis, moues populos se subdere regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reuerentia, q̃bus timor, quibus cõsolatio, quibus admonitio, quibus coërcio, quibus disciplina, q̃bus obiurgatio, & quibus supplicium, sedulo doces: ostẽdens quẽadmodum & non omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debeatur iniuria. Ibid. infra. Meritò apud te visum est, quã sit sub lege operatio vana, cum libido animũ vastat, & cohibetur pœnæ metu, non amore virtutis obruitur. Meritò tibi tam multi sunt hospitales, multi misericordes, multi officiosi, multi docti, multi casti, ulti vsque adeo Dei amore flagrantes, vt eos in summa continentia, atque mundi huius incredibili contẽptu, etiam solitudo delectet. De eius obseruantiis siue ritu. Lib. ij. de bapt. contra Dona. Illa quæ per vniuersam custodiuntur ecclesiam, ab ipsis Apostolis tradita & commemorata creduntur; quamuis in eorum dictis vel cõciliis non reperiuntur. Lib. v. eiusdẽ. Sunt multa quæ vniuersa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quãuis scripta non reperiantur. Est autẽ ecclesia authoritate munita. In epistola ad Dioscorum. Ille fidei clementissimus imperator, & per cõuẽtus celeberrimos populorũ atq; gentiũ, sedẽsque ipsas Apostolorũ arce authoritatis muniuit ecclesiã, & per pauciores piè doctos & verè spiritales viros, copiosissimis apparatibus etiã inui ctissimæ rationis armauit. Vnde lib. cõtra epistolã Fundamẽti, & lib. xj. contra Faustũ. In catholica ecclesia, vt omittã syncerissimã sapientiã, ad eius cognitionẽ pauci spirituales in hac vita perueniũt, vt eam ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant: cæterã quippe turbam nõ intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit. Vt ergo hanc omittam sapientiã, quã in ecclesia catholica vos hæretici non creditis, multa sunt alia quæ in eius gremio me iustissimè teneant. Tenet n ãque cõsensio populorum atque gentium, tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionẽ Dominus commendauit, vsque ad præsentem episcopatũ successio sacerdotum. Tenet postremo ipsum catholicæ nomẽ, quod nõ sine causa inter tam multas hæreses, sic ista ecclesia sola obtinuit, vt cũ omnes hæretici se catholicos dici velint: quęrenti tamen peregrino alicui, vbi ad catholicam perueniatur, nullus hæreticorũ, vel basilicã suam, vel domũ valeat ostẽdere. Ista ergo tot & tanta nominis Christiani clarissima vincula, ratione hominẽ tenet credẽtẽ in catholica ecclesia, etiã si propter nostræ intelligentiæ tarditatẽ vel vitæ meritũ, veritas nondũ apertissimè se ostendat. Causa huius, dicit in eod. lib. Ego Euangelio non crederẽ nisi me catholicæ ecclesiæ commoneret authoritas. Quia vt dicit super primã canonicã Io. homil. x. Super illud. Tu es Petrus &c. Quid est super hanc petrã ædificabo ecclesiã meam? Super hãc fidẽ. Super id quod dictũ est, Tu es Christus Filius Dei viui. Super hãc petrã ædificabo vel fundabo ecclesiã meã. Ideo super Ioan. tract. xxxj. Quantũ quis amat ecclesiam, tantum habet Spiritũ sanctum. Habet ecclesia vnitatem. Vnde super Ioan. tract. cxviij. Quadripertita vestis Domini nostri Iesu Christi, quadripertitã figurauit eius ecclesiam: toto, scilicet, qui quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam: & omnibus eisdẽ partibus æqualiter, id est, concorditer distributã. Propter quod alibi dicit, missurum se Angelos suos, vt colligãt electos eius à quatuor ventis. Quod quid est, nisi à qua

à quatuor partibus mundi, oriente, occidente, aquilone, & meridie? Tunica ergo illa sortita, omnium partium significat vnitatem: quæ charitatis vinculo cõtinetur. Lib. de fide & symb. in Africano concilio Hipponiæ celebrato. Credimus in sanctam Ecclesiam, vtique catholicam. Nam hæretici & schismatici cõgregationes suas ecclesias vocant, sed hæretici falsa de Deo sentiendo, ipsam fidem violant, schismatici autem discissionibus iniquis à fraterna charitate dissiliũt, quãuis ea credãt, quæ credimus. Quapropter nec hæretici pertinent ad ecclesiam catholicã, nec schismatici. Lib. contra quinque genera hæresum. Erubescite Arriani. Tunicam hominis iam iudicati in cruce pendentis, Pilati non sunt ausi milites conscindere, & vos charitatem Dei in cœlo sedentis, imo charitatem ipsum Deum diuidere conamini: vos in infernum ruitis, & illã tunicam nunquã rumpitis. Lib. de vera relig. Repudiatis omnibus iis, qui neq; in sacris Philosophãtur, nec in Philosophia consecrãtur: & iis qui vel praua opinione, vel aliqua simultate superbientes, à regula & communione ecclesiæ catholicæ deuiarunt: & iis qui sanctarũ scripturarũ lumen, & specialis populi gratiã, quæ nouum testamentũ vocatur, habere noluerunt: quos quãta potui breuitate perstrinxi: tenenda est nobis Christiana religio, & eius ecclesiæ cõmunicatio, quæ catholica est, & catholica nominatur: non solũ à suis, verũ etiã ab omnibus inimicis, velint nolint enim ipsi quoque hęretici & schismatũ alũni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, ecclesiã nihil aliud, quã catholicã vocãt. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eã nomine discernant, quo ab vniuerso orbe nũcupatur. Et ideo in epist. ad catholicos, de testimo. contra Donat. In scripturis sanctis canonicis ecclesiã requiramus. Totus Christus caput, cuius ecclesia corpus est. Caput vnigenitus Dei Filius, & corpus eius ecclesia: sponsus & sponsa, duo in carne vna. Quicunque de Christo & scripturis sanctis dissẽtiũt, etiã si in omnibus locis inueniantur, in quibus ecclesia designata est, nõ sunt ĩ ecclesia. Et rursus quicunque de ipso capite, & scripturis sanctis cõsentiunt, & vnitati ecclesię non cõmunicãt: non sunt in ecclesia. Quia de corpore eius, quod est ecclesia, ab ipsius Christi testificatione dissentiũt. Verbi gratia. Qui non credunt Christũ in carne venisse, de virgine Maria, de semine Dauid: quod apertissimè scriptura loquitur: aut nõ in corpore ipso resurrexisse, in quo crucifixus & sepultus est: etiã si per omnes terras inueniantur, per quas est ecclesia, non vtiq; sunt in ecclesia: quia ipsum caput ecclesiæ non tenent, quod est Christus Iesus: nec in aliqua Diuinarũ scripturarum obscuritate falluntur, sed notissimis & apertissimis earum testimoniis contradicunt. Item quicunque credunt quidem, quod Iesus Christus, ita vt dictum est, in carne venerit, & in eadẽ carne in qua natus & passus est, resurrexit: & ipse sit filius Dei apud Deum, & cum Patre vnum & incõmutabile: viuũ Patris verbũ, per quod facta sunt omnia:

A Sed tamen ab eius corpore, quod est ecclesia, ita dissentiunt vt eorum cõmunio non sit cum toto corpore, quacunq; diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniatur: manifestũ est eos nõ esse in catholica ecclesia. Est autẽ hæc ecclesia vniuersalis. super Psal. xix. Vbicunq; timetur Deus, & laudatur, ibi est ecclesia Christi. Super j. canon. Io. tract. ij. Ab Hierusalẽ cœpit ecclesia, & peruenit ad omnes gẽtes. In serm. de Iacob & Esau. Ecclesiã accipite fratres, nõ in iis solum, qui post Domini aduẽtũ & natiuitatẽ esse cœperunt sancti: Sed omnes quotquot fuerunt sancti ad ipsam ecclesiã pertinẽt. Et quia ex hoc est in manifesto. Ideo ibid. In sole posuit tabernaculum suũ, id est, in manifesto. Tabernaculũ eius, caro eius: tabernaculũ eius, ecclesia eius In sole posita
B est, quia nõ in nocte, sed in die. Et qa ex hoc dicitur sol. Ideo super Apoc. Vidit Angelũ stãtem in sole, id est, Christũ in ecclesia. Ideo enim ecclesia soli cõparatur, qa de ea scriptum est, Tũc fulgebunt iusti sicut sol. Et in eo. lib. hom. vij. De fumo putei abyssi obscuratum dixit solẽ, nõ occidisse. Peccata enim malorũ vel superborum, quæ passim cõmittuntur per orbem, obscurãt solẽ, id est, ecclesiã, & sanctis ac iustis interdum faciunt obscuritatẽ: qa tãtus est malorum numerus, vt aliquoties vix inter eos appareãt boni. Vel obscurãt solẽ, dum sanctis interdum, per multas tribulatiões faciunt obscuritatẽ: sed lumen eorum extinguere nõ possunt, qa illis ad malum cõsentire nõ acqescunt. Dicitur ex hoc tabernaculũ Dei in eo. lib. In ecclesia tẽplum nõ est, sed Dominus
C oĩpotẽs tẽplũ eius est. Hoc ideo, qa Deus in ecclesia, & ecclesia in Deo. Lib. de symb. tract. j. Tẽplũ Dei sanctũ, ipsa est ecclesia sancta, ecclesia vna, ecclesia vera, ecclesia catholica, cõtra oẽs hæreses pugnãs: pugnare põt, expugnari nõ põt. Hęreses oẽs de illa exierũt, tãquã sarmẽta inutilia de vite præcisa: ipsa autẽ manet in radice sua, in vite sua, in charitate sua: portę inferorum nõ vincunt eã. Dicitur etiã Paradisus. lib. xj. super Gen. ca. xxxij. Paradisus dicta est ecclesia sicut in cantico canticorũ legitur. Hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuę, Paradisus cum fructu pomorum: inde ceciderunt vel aperta & corporali separatiõe hæretici, vel occulta & spirituali, quãuis in ea corporaliter esse videantur oẽs peruersi.
Et qa virtutibus ornatur, ideo in figura descri
D bitur, super Apoc. homi. iij. Per quatuor animalia intelligitur ecclesia, quæ est plena oculis, id est, Diuinis præceptis ante & retro, id est, in præterita & futura cõspiciẽtia. In animali primo simili leoni, fortitudo ecclesię ostẽditur. In vitulo, passio Christi. In tertio animali, qđ est velut homo, humilitas ecclesiæ significat: qa nihil ibi blãdit vt superbũ sapiat, quãuis adoptionẽ filiorũ teneat. Quartũ ecclesiã dixit, similem aquilę, id est, volãtẽ & liberã, atq; à terra suspẽsam: duabus alis, quasi duorum testamẽtorum, siue duorũ præceptorum gubernaculis eleuatã. Nã & Ioannes Euangelista cum de istis animalibus intrò aspexisset, in Christo esse impletũ quadriforme my-

Margin notes: Hæretici. Schismatici. Cap. 6. Tom. VI. Tom. I. Tom. IX. Super Epist. Io. Tract. 2. Tom. IX. Tom. IX. Cap. 5. Tom. IX. Tom. IX.

ſterium intellexit: cum vidiſſet hominē naſcentē, vitulum patiētem, & leonem regnantē, tunc vidit & aquilā ad cœleſtia remeātē. Vnde habet pacē. lib. eo. homil. v. Eccleſia æternā habet pacē, quā ſibi Chriſtus reliquit. Patitur tamē perſequutionē, ibid. homil. ix. Sēper in cruciatibus parit eccleſia Chriſtum per mēbra: & ſemper draco

Tract. 14. quærit deuorare naſcētē. Sed vt dicit ſuper Io.
Tom. IX. Huius eccleſiæ Petrus Apoſtolus, ꝓpter Apoſtolatus ſui primatū gerebat figurata generalitate perſonā. Quod enim ad ipſum propriè pertinet, natura vnus homo erat: gratia vnus Chriſtianus:
Petra Chriſtus: Eccleſia Petrus. abundantiori gratia, vnus idémq; primus Apoſtolus. Sed quādo ei dictū eſt. Et tibi dabo cla. re.
Mat. 16. coe. & quodcunque li. ſu. ter. &c. vniuerſam ſignificat eccleſiā: quæ in hoc ſæculo diuerſis tētationibus, velut imbribus, fluminibus, & tēpeſtatibus quatitur, & nō cadit: quoniā fundata eſt ſuper petram, vnde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petro petra, ſed Petrus à petra: ſicut non Chriſtus à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto nominatur. Sic quippe ait Dominus, Super hanc petrām, ædificabo eccleſiam meā. Quia dixerat Petrus, Tu es Chriſtus filius Dei viui: ſuper hāc petram, inquit Chriſtus, quā cōfeſſus es, ædificabo eccleſiā meā. Petra enim erat Chriſtus, ſuper qđ fundamentum etiā ipſe ædificatus eſt Petrus. Fūdamentū quippe nemo aliud poteſt ponere, præter id quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Eccleſia ergo quæ fundatur in Chriſto, claues ab eo regni cœlorum accepit in Petro, id eſt, poteſtatē ſoluendi ligādíque peccata. Quod enim eſt per proprietatē in Chriſto eccleſia, hoc eſt per ſignificationē Petrus in petra: qua ſignificatione intelligitur Chriſtus petra, Petrus eccleſia. Sed de
Tom. V. illatis perſequutionibus, lib. xviij. de ciuita. Dei, cap. lj. Non ſolum à tempore corporalis præſentiæ Chriſti & Apoſtolorū eius, ſed ab ipſo Abel, quē primum iuſtū impius frater occidit, & deinceps vſq; in huius ſæculi finē, inter perſequutiones mundi, & conſolationes Dei, peregrinando
Cap. 51. procurrit eccleſia. Et ibid. Mihi non videtur
Tom. eod. eſſe definiendus numerus perſequutionum, quo exerceri oportet eccleſiā. Declarat ſuper Pſal.
Tom. VIII. cxxviij. Sæpe expugnauerūt me à iuuētute mea. Eccleſia loquitur de iis quos tolerat, & tanquā diceretur, Nunquid modo, & nō olim eſt eccleſia? Ex quo vocantur ſancti, eſt eccleſia in terra. Aliquādo in ſolo Abel eccleſia erat: & expugnatus eſt à fratre malo & perdito Cain. Aliquādo in ſolo Enoch eccleſia erat, & trāſlatus eſt ab iniquis.
Semper & vbiq; locorū oppreſſa Eccleſia. Aliquādo in ſola domo Noē eccleſia erat, & pertulit omnes qui diluuio perierunt, & ſola arca natauit in fluctibus, & euaſit ad ſiccum. Aliquando in ſolo Abraham eccleſia erat, & quanta pertulerit ab iniquis nouimus. In ſolo filio fratris ſui Loth, & in domo eius in Sodomis eccleſia erat, & pertulit Sodomorum iniquitates & peruerſitates, quouſque eum Deus de medio eorum liberauit. Et cœpit eſſe in populo Iſraël eccleſia, & pertulit Pharaonē & Aegyptios. Cœpit eſſe in ipſa eccleſia. i. in populo Iſraël numerus ſancto-

A rum, Moſes & cæteri ſancti pertulerunt iniquos Iudæos populū Iſraël. Ventū eſt & ad Dominum Ieſum Chriſtū, prædicatum eſt Euangeliū, nō ſolum illi crediderūt qui pertinent ad numerū ſanctorū, ſed & ſuper numerū intrauerunt multi iuſti, ſed plures iniqui, & pertulerunt iuſti iniquos in eccleſia. Nūquid modo ſolū, ex quo cōmemorat? Ideo ne miraretur modo eccleſia, vel ne quiſquā miraretur in eccleſia, Audi. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Iam modo ſenectus eccleſiæ expugnatur, ſed nō timeat. Nā nō ceſſauerunt illi expugnando, ſed delere nō potuerūt. Cōſoletur ergo ſe Iſraël: conſoletur ſeipſam eccleſia de præteritis exēplis, & dicat. Sæpe ex. me à iu. mea ſed nō po. m. Quia expugnauerūt me, exercuerunt me, nō oppreſſerūt. Valuerūt mihi ſi-
B cut ignis ad aurū, nō ſicut ignis ad fœnū: q̃a ſordē tollit, nō ī cinerē vertit. Ergo nō potuerūt mihi: q̃a nō conſenſi, q̃a nō me fecerūt quales erant ipſi. Supra dorſum meū fa. pec. Fecerūt quod tolerē, nō fecerunt cui cōſentirē. Prolongauerunt iniquitatē: longe fecerunt iniuſtitiā ſuā. Florēt illi q̃ regnāt iniquè: &, vt ſermonē loquamur vulgi, tonāt iniqui, extollūtur in typhos, in calūnias: ſed nō ſemper. ideo ſequitur, Dominus iuſtus cōcidet ceruices peccatorum, ideo confundātur & reuereantur qui oderūt Sion, id eſt, eccleſiā. Qui oderunt eam, nolūt obſeruare verbum Dei: ideo fient ſicut fœnum tectorum &c. Tres tamen perſequutiones diſtinguit, ſuper Pſal. ix. Prima perſequutio eccleſiæ violenta fuit: cum proſcriptionibus, tormentis, cędibus, Chriſtiani ad ſacrifi-
C candum cogerentur. Altera perſequutio fraudulenta eſt, quæ nunc per hæreticos & falſos fratres agitur. Tertia ſupereſt per Antichriſtum ventura, qua nihil eſt periculoſius: quoniā & violenta, & frauduleta erit. Vim habebit ex imperio: dolū ex miraculis. Vnde ſuper Apoc. homil. ix. Mulier fugit in eremū. Mundum iſtū nō incōgruè eremum accipimus, vbi vſq; in finē Chriſtus eccleſiā gubernat & paſcit: in quo ipſa eccleſia ſuperbos & impios homines, tāquā ſcorpiones & viperas, & omnē virtutē ſatanæ per Chriſti adiutoriū calcat & cōterit. Exponit ſe. lib. de ago. Chriſt. Alij adhuc murmurant, & inani liuore torquentur: aut quia ſua quærūt in eccleſia, quāuis videatur catholici: aut ex ipſa Chriſti nomine gloriam quærentes, hæretici: aut peccatum impietatis ſuæ
D defendere cupiētes, Iudæi: aut curioſitatē humanæ lætitiæ perdere timentes: Pagani. Sed eccleſia catholica per totum orbem longè latéque diffuſa, impetus eorum prioribus temporibus frangens, magis magíſque roborata eſt: non reſiſtendo, ſed perferendo. Nunc inſidioſas eorum quæſtiones fide irridet, diligentia diſcutit, intelligentia diſſoluit: criminatores palearum ſuarum non curat, quia tempus meſſis, & tempus arearum, & tempus horreorum, cautè diligentérque diſtinguitur. Criminatores autem frumenti ſui, aut errantes corrigit, aut inuidētes inter ſpinas, & zizania computat. Vnde monet ſuper primā canonicam Ioannis, tractatu ix.

Tolere

Toleremus mundũ, toleremus tribulationes ipsius, toleremus scãdala tẽtationũ, nõ recedamus à via, teneamus vnitatẽ Ecclesiæ, teneamus Christum, teneamus charitatẽ, nõ diuellamur à membris spõsę ipsius, nõ diuellamur à fide eius, vt gloriemur in præsentia ipsius, & securi manebimus in eo: modo per fidẽ, tunc per speciẽ, cuius tantas arras habemus donum Spiritus sancti. Et causam ponit, in ser. iiij. de sancto Petro. Nauis Petri in altũ huius sæculi ita natat, vt prætereunte mũdo, omnes quos suscipit seruat illæsos: cuius figuram iã in veteri videamus testamẽto. Sicut enim Noë in arca, naufragante mũdo, quos susceperat cunctos incolumes seruauit: ita & ecclesia Petri cõflagrante sæculo, omnes quos amplectitur reseruabit illæsos. Et sicut adhuc in trãsacto diluuio, ad arcã Noẽ colũba signum pacis detulit: ita in trãsacto iudicio Christus ad ecclesiã Petri gaudiũ pacis defert: quia ipse colũba & pax est: quia ipse promisit, Iterũ, inquit, videbo vos, & gaudebit cor vestrũ. Extra Ecclesiã non est veritas.

Tom. VIII. super Psal. lvij. Quisquis à ventre Ecclesiæ separatus fuerit, necesse est vt falsa loquatur. Ibid. Potest fieri vt homo mentiatur: nõ potest fieri vt veritas mẽtiatur. Ex veritatis ore cognosco Christum, ipsam veritatẽ: ex veritatis ore cognosco ecclesiã participẽ veritatis. Nemo mihi falsa loquatur, qui errauit ab vtero in visceribus ecclesiæ.

Cap. 33. Tom. VII. Lib. ij. cõtra Cresco. grãma. verba sunt Cypr. vt ipse dicit. Auelle radiũ solis à corpore, diuisionem lucis vnitas nõ capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare nõ poterit. A fonte pręcide riuũ, præcisus arescit. Sic & ecclesia Domini luce perfusa, per orbẽ totũ radios suos porrigit: vnum tantũ lumen est: quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis separatur. Ramos suos per vniuersam terrã copia vbertatis extẽdit: profluentes largiter riuos, latius expandit: vnũ tamen caput est, & origo vna, & vna mater fœcunditatis successibus copiosa. Vnde extra ecclesiam nõ est salus.

Tom. II. Epist. 152. in prima epist. ad Donatistas. Quisquis à catholica ecclesia fuerit separatus, quantũlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quod à Christi vnitate disiunctus est, nõ habebit vitã: sed ira Dei manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicãt aliena peccata. Quia vnusquisque in ea proprium onus portabit.

Tom. II. Epist. 50. Lib. de corrept. Donatistarum ad Bonifa. comitem. Ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est & saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminẽ viuificat Spiritus sanctus. Quia sicut dicit Aposto. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Nõ autẽ particeps est Diuinæ charitatis, qui hostis est vnitatis. Non habent itaque Spiritum sanctum qui sunt extra ecclesiã. De illis quippe scriptum est, Qui seipsos segregant, animales sunt, spiritum nõ habentes. Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesia, quoniã & inde scriptũ est. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum. Qui ergo vult habere Spiritum sanctum, caueat foris ab ecclesia remanere, caueat in eam simulatè intrare: aut si iam talis intrauit, caueat in eadem simulatione persistere: vt veraciter coalescat arbori vitæ.

Lib. iiij. contra Donatistas de bapt. Neque baptisma hæreticorum prodest, si quãuis Christum confessus extra ecclesiam fuerit occisus, charitatem non habuisse cõuincitur. De qua Aposto. dicit, Si tradidero corpus meum ita vt ardeã, charitatem autẽ non habeã, nihil mihi prodest. Quod si propter hoc, quia charitas deest, passio nihil prodest: nec illis prodest quos intus inuidia & maleuolentia sine charitate viuere Paulus dicit. Cap. 17. 1. Cor. 13.

Et in eodem respõdendo tacitę quæstioni. Di cet aliquis. Nihílne interest, si duo in errore pari atque malitia cõstituti sunt, nec vita & corde mutato, alius eorum foris, alius intus baptizetur? Fateor interesse. Ille enim peior est qui etiã foris baptizatur, non eo quod baptizatur, sed eo quod foris est. Est enim etiam ipsius diuisionis nonnullum nec paruum malum: si tamen ille qui intus baptizatur, nõ propter aliquod terrenum aut temporale lucrũ intus esse voluit, sed quod vnitatẽ ecclesiæ toto orbe diffusæ schismatum cõcisionibus prætulit. Alioquin etiam ipse inter eos qui foris sunt deputandus est. Cõstituamus ergo duos aliquos isto modo, vnum eorum, verbi gratia, id sentire de Christo, quod Photinus opinatus est, & in eius hęresi baptizari extra ecclesiæ catholicæ cõmunionẽ: alterã verò hoc idẽ sentire, sed ĩ ecclesia catholica baptizari, existimarẽ ipsam esse catholicã fidẽ. Istũ nõdũ hæreticũ dico, nisi manifestata sibi doctrina catholicę fidei, resistere maluerit, quod antequã fiat, manifestũ est illũ qui foris est, esse peiorẽ. Itaque in hoc sola falsa opinio, in illo autẽ etiã ipsa diuisio corrigenda est, sed in neutro ipsorũ sacramẽti veritas repetẽda. Quod si quisquã idẽ sentiat quod illi, & esse hæresim nouerit ab vnitate catholica separatã, vbi hoc docetur & discitur, sed alicuius sæcularis emolumenti causa in catholica vnitate baptizari voluerit, vel in ea baptizatus propter hoc exire inde noluerit: nõ solũ separatus habendus est, verũ etiã tanto sceleratior, quantomagis errori hæresis & diuisioni vnitatis, fallaciã simulationis adiungit. Quamobrẽ cuiusque hominis prauitas, quanto periculosior est & tortuosior, tanto instantius & operosius corrigenda est. Cap. 16.

Cap. 16. Lib. iij. eiusd. Hoc intelligi maiores nostri noluerunt, quod Apost. ait. Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Ipsa est enim charitas quã nõ habẽt qui ab ecclesiæ catholicę cõmunione pręcisi sunt, ac per hoc etiam si linguis hominum & Angelorũ loquãtur, si sciãt omnia sacramẽta, & omnẽ sciẽtiã, & omnẽ prophetiã, & omnẽ fidẽ, ita vt mõtes trãsferãt, & distribuãt oĩa sua pauperibus, & tradãt corpus suum ita vt ardeãt, nihil eis prodest. Non autem habent Dei charitatem, qui Ecclesiæ non diligunt vnitatẽ. Ac per hoc rectè intelligitur, non accipi nisi in Ecclesia catholica Spiritũ sanctum. Neq; enim tẽporalibus & sensibilibus miraculis attestãtibus, per manus imposi

In sola Ecclesia catholica datur Spiritus sanctus.

tionẽ modo datur Spiritus ſanctus, ſicut antea
dabatur, ad cõmẽdationẽ rudis fidei, & Eccleſię
primordia dilatãda. Quis enim nunc hoc expe-
ctat, vt ijquibus manus ad accipi ẽdũ Spiritũ ſan
ctũ imponitur, repẽte incipiãt linguis loqui? Sed
inuiſibiliter & latẽter intelligitur Diuina chari
tas ĩſpirari, vt poſsit dicere, Quoniã charitas Dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris. Multæ autẽ ſunt
operationes Spiritus ſancti, quas idẽ Apoſt. cum
quodã loco, quantũ ſufficere arbitratus eſt, com
memoraſſet: ita concluſit. Omnia hæc operatur
vnus atque idẽ ſpiritus, diuidens ſingulis prout
vult. Cũ ergo aliud ſit ſacramentũ quod habere
1. Cor. 12. etiã Simõ Magus potuit, aliud operatio ſpiritus,
quæ ĩ malis etiã hominibus ſolet fieri: ſicut Saul
habuit Prophetiã, aliud operatio eiuſdẽ ſpiritus,
quam niſi boni habere nõ poſſunt, ſicut eſt finis
præcepti charitas de corde puro, & conſcientia
bona, & fide nõ ficta. Quodlibet hæretici & ſchiſ
matici accipiant, charitas quæ operit multitudi-
nem peccatorũ, proprium donum eſt catholicę
vnitatis & pacis: nec eſt in omnibus, quia nec om
nes ſunt eius. Vnde ſacramẽta extra Eccleſiã
dari poſſunt, ſed nõ proſunt. require ſupr. Baptiſ
mus. Poſſunt ipſa haberi extra. vt dicit libro iiij.
eiuſdẽ. Sicut intra Eccleſiã poteſt aliquis habere
quod eſt diaboli, ita extra poteſt aliquis habere
quod eſt Chriſti. Si enim hortus ille clauſus po-
tuit habere ſpinas diaboli, cur nõ extra hortũ po
tuit manare fons Chriſti? Datur in ea remiſsio
peccatorũ. lib. de blaſphemia in ſpiritum ſanctũ.
Quorũcunque criminũ, locus pœnitẽtiæ nõ ne-
gatur in Eccleſia. Super Io. ſerm. cxxiiij. Pro-
pter huius vitæ procelloſiſsimæ tẽpeſtates, ad alli
ganda & ſoluẽda peccata, claues regni cœlorum
primus Apoſto. Petrus accepit: nec iſte ſolus, ſed
vniuerſa Eccleſia ligat ſoluítque peccata. Et
Tom. VII. vt dicit lib. de perfect. iuſt. homi. c. xxv. Mundat
Deus Eccleſiã nunc lauachro aquæ in verbo ab-
luens peccata præterita, & pellẽs ab ea domina-
tionẽ malorũ Angelorũ, deinde perficiẽs eius ſa-
nitates facit eã occurrere in illã gloriã ſine macu
la & ruga. Quos enim prædeſtinauit, illos & vo-
cauit: & quos vocauit, ipſos & iuſtificauit: quos
autẽ iuſtificauit, illos & glorificauit. In hoc enim
myſterio arbitror dictũ, Ecce eiicio dæmonia, &
ſanitates p̃ficio hodie & cras, & tertia cõſumor,
i. perficior. Dixit enim hoc ex perſona corporis
ſui, quod eſt eccleſia Dei: ponẽs pro diſtinctis or-
dinatíſque tẽporibus, quod & in ſua reſurrectio-
ne ſignificauit in triduo. Et ad dimittendũ ec-
Cap. 30. Tom. III. cleſia debet eſſe parata. ideo lib. de Agone Chri.
Nuſquam tã vigere debẽt viſcera miſericordiæ,
quã in catholica eccleſia, vt tanquã vera mater,
nec peccantibus filiis ſuperbè inſultet, nec corre
Cur claues Eccleſiæ Petro. ptis difficile ignoſcat. Nõ enim ſine cauſa inter o-
mnes Apoſt. huius eccleſiæ catholicæ perſonam
ſuſtinet Petrus, huic enim eccleſiæ claues regni
cœlorũ datæ ſunt. Et cũ ei dicitur, ad omnes di-
citur. Amas me. Paſce oues meas. Debet eccleſia
catholica correctis & pietate firmatis filiis, liben
ter ignoſcere: cũ ipſi Petro perſonã eius geſtãti,

A & cum in mari titubaſſet, & cũ Deũ carnaliter à
paſsione reuocaſſet, & cũ aurẽ ſerui præcidiſſet,
& cũ ipſum Dominũ ter negaſſet, & cum ſimula
tione poſtea ſuperſtitioſa lapſus eſſet, videamus
veniã eſſe cõceſſam, eúmque correptũ atque fir-
matũ, vſque ad Dominicæ paſsionis gloriã per-
ueniſſe. Propterea filios reuocat, etiam coactè.
in epiſt. ad Donatum presbyterum Donatiſta- *Tom. II. Epiſt.*
rũ. Eccleſia maiore ſemper vtitur poteſtate, vt
non ſolum inuitet, ſed etiam cogat ad bonum.
Tamen bonũ eſt vt mali recedant. ſuper j. ca- *Tom. IX.*
no. Io. Hom. iij. Sicut alleuiatur corpus cum euo
muntur humores mali, ſic alleuiatur eccleſia cũ
exeũt hæretici & homines mali. Sũt autẽ in ea
boni & mali ſimul, lib. de fide ad Petrũ parte ij. c.
vlt. require ſupr. ca. cõgregatio. In paruo libello
B de ſymbolo. Sanctã quoque eccleſiã matrem no
ſtram, tãquã ſupernã Hieruſalẽ ſanctã ciuitatem
Dei honorate, diligite, prædicate. Ipſa in hac fide
quã audiſtis fructificat, & creſcit in vniuerſo mũ
do eccleſia Dei viui, columna & firmamẽtũ ve-
ritatis, quæ malos in fine ſeparãdos, à quibus inte
rim diſcedit diſparilitate morum, tolerat in cõio
ne ſacramẽtorum. Hoc propter ſua frumẽta in-
ter paleam modo gemẽtia, quorum in nouiſsima
ventilatione, maſſa horreis debita declarabitur.
Claues accipit regni cœlorũ, vt in illa p̃ ſanguinẽ
Chriſti operãte Spiritu ſancto fiat remiſsio pec-
catorũ. In hac eccleſia reuiuiſcet anima, quę mor
tua fuerat peccatis, vt viuificetur Chriſto: cuius
gratia ſalui facti ſumus. Sed de malis qui ſunt
intus. lib. vj. de baptiſ. cõtra Donatiſt. Sunt intra *Cap.*
C eccleſiã qui cõfitentur ſe noſſe Deum, factis autẽ *Tom.*
negãt: quales ſunt auari & inuidi, & qui propter
fraternũ odium, nõ meo, ſed ſancti Ioãnis Apoſt. *Plures filium Eccleſia*
teſtimonio, dicuntur homicidæ: & ſpem non ha-
bent, quia malam conſciẽtiam gerunt, & perfidi
ſunt, quia non id agunt quod Deo vouerunt, &
mendaces, quia falſa confitentur: & dæmoniaci,
quia diabolo & angelis eius in ſuo corde præbẽt
locum, & verba eorum putredinẽ operãtur, cum
corrumpunt mores bonos per colloquia mala:
& infideles ſunt, quoniam quod talibus Deus mi
natur irridẽt: & ſcelerati, quia nefariè viuunt, &
antichriſti, quia mores eorum Chriſto aduerſan-
tur: & à Deo maledicti, quoniã vbique tales ſan-
cta ſcriptura execratur: & mortui, quia carẽt vi-
ta iuſtitiæ: & impacati, quia cõtrariis factis cum
D Dei ſermone confligunt: & blaſphemi, quia per
eorum perditos actus, nomini Chriſtiano dero-
gatur: & profani, quia ab illo Dei ſanctuario ſpi-
ritualiter interiore ſecluſi ſunt: & ſacrilegi, quia
in ſeipſis tẽplum Dei malè viuẽdo corrumpunt:
& antiſtites diaboli, quia fraudi & auaritiæ, quæ
eſt idololatria ſeruiunt. Eorum mala non no-
cent bonis. Libro de vnico baptiſmo ad Cõſtan- *Cap. 15 Tom. VII.*
tinum. Nullo modo bonorum innocẽtia coro-
namur, nullo modo malorum iniquitate dam-
namur. Si boni fuerunt in areæ catholicæ tri-
tura, tanquam grana mundati ſunt: ſi mali fue-
rint in areæ catholicæ tritura, tanquam ſtipulæ
comminuti ſunt. Intra iſtam aream boni & ma-
li eſſe

li esse possunt. Quisquis ab hac vnitate vento superbiæ, tanquã sola palea separatur, areæ Dominicæ propter cõmixtam paleã quid calũniatur?

Propter malos boni nõ deserẽdi, quia in quolibet malo, inuenitur aliquid boni. libro eod. in fin. In ipsa vnitate areæ Dominicæ nec propter bonos laudandi sunt mali, nec propter malos deserendi sunt boni: vt in vno homine, nec propter illud quod in eo integrum est, eius accipienda est peruersitas: nec propter illud quod in eo peruersum est, negari debet eius integritas: quia & in Iudæorum iniquitate, detinetur veritas resurrectionis mortuorum: & in gentilium iniquitate, detinetur veritas vnius Dei qui condidit mundũ: & in eorum iniquitate qui cum Christo quia nõ colligunt spargũt, detinetur veritas, quia in eius nomine pellunt spiritũ immundum, & in templorũ sacrilegorũ iniquitate inuẽta est veritas, qua colebãt ignotũ Deum: & in dæmonum iniquitate inuẽta est veritas, qua cõfessi sunt Christũ: & in hæreticorum iniquitate inuẽta veritas nõ negãda, qua detinetur baptismi sacramẽtum. Et si in nullo horum est Ecclesia, omnibus tamen ad sui vtilitatẽ ipsa Ecclesia vtitur. lib. de vera relig. c. vj. Iudæi quãuis omnipotenti vni Deo supplicent, sola tamẽ tẽporalia & visibilia bona de illo expectãtes, rudimẽta noui populi ab humilitate surgentia, in ipsis suis scriptis nimia securitate noluerunt aduertere, atque ita in vetere homine remãserũt. Quæ cũ ita sint, neque in cõfusione Paganorũ, neq; in purgamentis hæreticorũ, neque in lãguore schismaticorũ, neque in cæcitate Iudæorũ quærenda est religio: sed apud eos solos, qui Christiani catholici vel orthodoxi nominãtur. i. integritatis custodes, & recta sectantes. Hæc enim Ecclesia catholica per totũ orbẽ validè, latéque diffusa omnibus errantibus vtitur ad profectus suos, & ad eorum correctionem cum euigilare voluerint. Vtitur enim gẽtibus ad materiã operationis suæ, hæreticis ad probationẽ doctrinæ suæ, schismaticis ad documentũ stabilitatis suæ, Iudæis ad cõparationẽ pulchritudinis suæ. Alios ergo inuitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit, omnibus autẽ gratiæ Dei participãdæ dat potestatẽ: siue illi informandi sint adhuc, siue illi reformandi, siue recolligendi, siue admittendi. Carnales autẽ suos i. viuentes aut sentiẽtes carnaliter, tanquã paleas tolerat, quibus in area frumenta tutiora sunt, donec talibus tegminibus exuãtur. Sed quia in hac area pro voluntate quisque vel palea, vel frumẽtum est, tandiu sustinetur peccatum aut error cuiuslibet, donec aut accusatorem inueniat, aut prauam opinionem pertinaci animositate defendat. Exclusi autem aut pœnitẽdo redeunt, aut in nequitiã malè liberi defluunt ad admonitionem nostræ diligentiæ: aut schisma faciunt, ad exercitationẽ nostræ patiẽtiæ: aut hæresim aliquã gignũt, ad examen siue occasionẽ nostræ intelligẽtiæ. Hi sunt exitus Christianorũ carnaliũ, qui nõ potuerunt corrigi aut sustineri. Sæpe etiã sinit Diuina prouidẽtia, per nõnullas nimiũ turbulentas carnalium hominũ seditiones expelli de congregatione Christiana, etiã bonos viros. Quã cõtumeliam & iniuriã suã, cum patientissimè pro Ecclesiæ pace tulerint, neque vllas nouitates vel schismatis, vel hæresis moliti fuerint, docebunt homines quam vero affectu, & quãta synceritate charitatis Deo seruiendũ sit. Taliũ igitur virorum propositũ sic est, aut sedatis remeare turbinibus: aut si id nõ sinatur, vel eadẽ tẽpestate perseuerante, vel ne suo reditu aliquid seuius oriatur, tenẽt voluntatẽ consulendi, etiã ipsis quorũ motibus perturbationibúsque cesserunt, sine vlla conuenticulorũ segregatione vsque ad mortẽ defendentes, & testimonio iuuantes eandẽ fidẽ, quã in Ecclesia catholica prædicari sciunt. Hos coronat in occulto pater, in occulto videns. Rarũ hoc videtur genus, sed tamẽ exẽpla nõ desunt: imo plura sunt quã credi potest. Ita omnibus generibus hominum & exemplorũ ad animarum curationẽ, & administrationẽ spiritualis populi, vtitur Diuina prouidẽtia. Et ideo sola Ecclesia triũphãs est sine macula. lib. de perfect. iusti. homi. c. xxv. Tunc Ecclesia erit sine macula & ruga, aut aliquo eiusmodi, quando erit gloriosa. Non enim modo in tantis malis, in tantis scandalis, in tanta permixtione hominũ pessimorum, & in tãtis opprobriis impiorũ, dicẽdum est eã esse gloriosam.

Lib. iij. de doctr. Christ. Quod ait, Et inducã vos in terrã vestram. Et paulo post tanquam idipsum repetens. Et habitabitis, inquit, in terra quã dedi patribus vestris: nõ carnaliter, sicut carnalis Israël: sed spiritualiter, sicut spiritalis Israël debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula & ruga ex omnibus gẽtibus cõgregata, atque in æternum regnatura cũ Christo, ipsa est terra beatorum, terra viuentiũ. Ipsa intelligẽda est patribus data, quando certa & immutabili Dei voluntate promissa est: quoniã ipsa promissionis & prædestinationis firmitate iam data est, quę dãda suo tẽpore à patribus credita est: sicut de ipsa gratia, quæ sanctis datur, scribẽs ad Timotheũ Aposto. ait, Nõ secũdũ opera, sed secũdũ suũ propositum & gratiã, quæ data est nobis in Christo Iesu ante sæcula æterna, manifestata autẽ nũc per aduentũ saluatoris. Datã dixit gratiã, quãdo nec erãt adhuc q̃bus daretur: quãdo in dispositione ac prędestinatione Dei iã factũ erat, quod suo tẽpore futurũ erat, quo esse debet manifestata: quamuis hęc possint itelligi, & de terra futuri sæculi, quãdo erit cœlũ nouum & terra noua, in qua iniusti habitare nõ poterunt. Et ideo rectè dicitur piorum, eo quod ipsa sit terra eorũ, quæ vlla ex parte nõ erit impiorum. De eius Ecclesiæ trium. glor. in ser. vj. de Martyr. O verè beata mater Ecclesia, quam honor Diuinæ dignitatis illuminat, quã vincẽtium gloriosus Martyrũ sanguis exornat, quam inuiolatæ confessionis candida induit virginitas. Floribus eius nec rosæ, nec lilia desunt. Certent nunc charissimi ad vtrosque honores: vt amplissimas accipiãt dignitatum coronas, vel de virginitate candidas, vel de passione purpureas. In cœlestibus castris pax & acies habent flores

Margin notes: Cap. 33. Tom. ... Cap. 6. Tom. I. Fidelis & infideles vtitur Ecclesia. Tom. VII. Cap. 34. Tom. III. Ezech. 36. Terra viuẽtium.

flores suos, quibus milites Christi coronantur. Sed de dignitate huius Ecclesiæ, in serm. ij. de dedicatione Ecclesiæ. in princ. Rectè Ecclesiæ festa colunt, qui se Ecclesiæ filios esse cognoscũt. Hæc enim omniũ credentiũ mater est, quæ natos ad mortẽ, regenerat ad salutẽ. Hęc est quę post synagogã quidẽ vocata, sed ante ꝓmissa. Hæc enim iam in primo homine præfigurata est. Nam sicut ex latere Adæ fabricata est Eua: ita ex Christi corpore & vulnere redẽpta creuit Ecclesia. Hæc intra arcã diluuio exundante seruata, crucis beneficium & baptismatis mysterium præsignauit. Hanc Sarra sterilis & desperata, in senectute vnico pignore fœcundata prædocuit. Ecclesia enim vnicum. i. dilectissimũ Deo populũ, sæculo iam senescente progenuit. Hæc est regina illa, de qua ad Dominũ dicitur. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate, id est, diuersarũ circundata prętioso decore virtutum. Hæc est illa regina, quæ venit à partibus Aethiopiæ audire sapiẽtiã Salomonis. Sed hæc non tam ex vna regione, quã ex vniuersis mũdi partibus reges paritura cõuenit, sicut etiã Euangelista cõmemorat, Regina austri venit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis. Venit Ecclesia ad redemptorẽ & eruditorem suum, vt de stultitia sui erroris, doctrinam perciperet veritatis. Vnde lib. de sancta virginit. Seruatur & in fide inuiolata quędã castitas virginalis, qua Ecclesia vni viro virgo casta coaptatur: sed ille vnus vir, non tantum fideles mẽte & corpore virgines, sed omnes omnino Christianos à spiritalibus vsque ad carnales, ab Apostol. vsque ad vltimos pœnitentes, à summis cœlorũ vsq; ad terminos eorũ, docuit orare: & in ipsa oratione dicere admonuit. Dimitte nobis debita nostra, &c. vbi per hoc quod petimus, quid etiam nos esse meminerimus ostẽdit.

Serm. de temp 255. Tom. X.

Cap. 48. Tom. VI.

Tom. V.

EFFECTVS. Effectus omniũ aliarũ causarum sunt Dei, lib. xij. de ciui. Dei. cap. xxv. Quælibet corporales vel seminales causæ gignendis rebus adhibeantur, siue operationibus Angelorũ, aut hominum, aut quorũque animaliũ, siue mariũ fœminarũmq; mixtionibus: quęlibet etiã desideria, motúsve animę matris valeãt aliquid lineamẽtorũ aut colorũ aspergere, teneris mollibúsque conceptibus, ipsas omnino naturas, quę sic vel sic in suo genere efficiãtur, non facit nisi summus Deus. Cuius occulta potentia cuncta penetrans incõtaminabili præsentia facit esse quicquid aliquo modo est, inquantumcunque est: quia nisi faciente illo, vt tale vel tale esset, prorsus esse nõ posset. De hoc require sup. c. Causa. & infr. c. Fatũ. Vnde de efficaci potentia Dei, dicit lib. xxij. eiusd. c. xxiiij. Efficacem potentiã suã si rebus subtrahat, nec progredi poterunt, & suis dimensis motibus peragere tempora, nec prorsus in eo quod creatæ sunt, aliquatenus permanebunt.

Tom. eod.

Tom. I.

EGESTAS. Quid sit egestas, lib. de beata vita, disp. iij. Egestas verbũ est nõ habẽdi. Quamobrẽ vt quod volo, explicem sicut possum, ita dicitur, habet egestatẽ, quasi dicatur, habet nõ habere. Quilibet est egẽs pręter Deum, super Psal. lxix. Deus nõ eget nostri, nos egemus ipsius. Ideo verus Dominus. Nam tu non valde verus es Dominus serui tui: ambo homines, ambo egentes Deo. Si autem putas egere tui seruum tuũ, vt des panẽ: eges & tu serui tui, vt adiuuet labores tuos. Vterque vestrũ, altero vestrũ indiget. Itaq; nullus vestrũ verè dominus, & nullus vestrũ verè seruus. Audi verũ Dominũ cuius verus es seruus. Dixi Domino, Deus meus es tu. Quare? Quoniã bonorũ meorũ non eges. Quid autẽ tu? Ego verò egenus & pauper sum. Pascat ergo Deus: subleuet Deus: adiuuet Deus.

Egestas intelligitur, pro carẽtia sapiẽtiæ. ideo lib. de beata vita. vt supra. Maior & miserabilior egestas nulla est, quã egere sapiẽtia: & qui sapientia nõ eget, nulla re omnino egere potest. Est ergo animi egestas, nihil aliud quam stultitia. Est enim hæc cõtraria sapientiæ: & ita contraria, vt mors vitæ: vt beata vita, miseriæ: hoc est, sine aliquo medio. Nã vt omnis nõ beatus, homo miser est: omnísque omnino nõ mortuus homo, viuit: sic omnẽ nõ stultũ, manifestum est esse sapiẽtem.

ELECTIO & electi. Electorũ nomẽ sumitur in bonũ. lib. quæst. super q. cxvij. Non facile inuenitur electorũ nomẽ in malo, nisi quando mali eligãtur à malis. Non tamẽ semper electi intelligũtur esse mali. lib. vij. de ciui. Dei. c. j. Cũ ex electis aliqui eliguntur, cęteri nõ reprobantur. Video enim ex electis seligi aliquos ad aliquid maius atque præstãtius, sicut in militia, cũ tyrones electi fuerint, ex his quoq; eliguntur ad opus aliquod armorũ. Et cũ eligun tur in Ecclesia qui fiant præpositi, nõ vtique cæteri reprobãtur, cũ omnes fideles boni electi merito nuncupentur. Eliguntur in ædificio lapides angulares non reprobatis cæteris, qui structuræ partibus aliis deputãtur. Eligũtur vuæ ad vescendum, nec reprobantur alię quas relinquimus ad bibendum. Non opus est multa percurrere, cum res in aperto sit. Vnde contingit quod ait, lib. quæstionum. super libr. iudicum. quæst. xxxj. Plerunque fastidio fit vt eligenda reiiciantur & aspernãda delectent. Ideo eligere pertinet ad intellectum. libr. de moribus Ecclesiæ. Non est hoc eligere opera, quod operari. Hoc ad disciplinam pertinet: opus verò virtuti debetur. Eligendi tempus acceptandum & cognoscendum, quia vt dicit super Psalmum liij. Quid tibi prodest nosse, si eligere piger es? & quidem nunc eligendi potestas adiacet, veniet tempus quando tibi potestas deerit eligendi, cum iam Deus non differat sententiam iudicãdi. Sed eligit Deus homines per gratiam suam, non secundum merita. Libro de gratia & libero arbitrio ad Valentinum. Ego elegi vos, inquit Christus, Quia electi sunt, elegerunt: non quia elegerũt, electi sunt. Eligentium hominum meritum nullum esset, nisi eos eligentis Dei gratia præueniret. De quibus electis nullus perit. Libro de correptione & gratia. Quicunque electi sunt, sine dubio etiam vocati sunt: non autem quicunque vocati,

vocati,consequẽter electi. Illi ergo electi, qui secundum propositum vocati,qui etiam prædestinati atque præsciti. *Electi, per misericordiã & per iudicium.* Horum si quisquam perit, fallitur Deus. Sed nemo eorum perit,quia nõ fallitur Deus. Horum si quisquam perit, vitio humano vincitur Deus. Sed nemo eorũ perit, quia nulla re vincitur Deus. Electi enim sunt ad regnandũ cũ Christo. Nõ quomodo electus est Iudas ad opus cui congruebat(Ab illo quippe electus est, qui nouit bene vti etiã malis)vt per eius opus damnabile, illud propter quod ipse venerat opus venerabile compleretur. Cum ergo itaque audiuimus, Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Illos debemus intelligere electos per misericordiam, illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinẽdum regnum suum,illum ad fundendum sanguinem suũ. Et *Cap. eod.* declarat hoc eod. lib. & super Ioã. sermone xliiij. Sciuit Deus qui sunt eius. Horum fides quæ per dilectionem operatur, profectò aut omnino nõ deficit,aut si qui sunt quorum fides deficit,reparatur antequam vita ista finiatur, & deleta, quæ intercurrerat iniquitate, vsque in finem perseuerantia deputatur. Qui verò perseueraturi non sunt,ac sic à fide Christiana & conuersatione lapsuri sunt, vt tales vitæ huius finis inueniat, proculdubio nec illo tempore, quo bene piéque viuunt,in istorum numero computandi sunt. Non enim sunt à massa illa perditionis præsciẽtia Dei & prædestinatione discreti, & ideo nec secũdum propositum vocati, ac per hoc nec electi: sed in eis vocati quibus dictum est, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et tamen quis eos neget electos, cum credunt & baptizantur, & secundum Deum viuunt? Planè dicuntur electi à nescientibus qui futuri sunt, non ab eo qui eos nouit nõ habere perseuerantiam, quæ ad beatam vitã perducit electos, scítque illos ita stare, vt præsciat esse casuros. *Cap. 8.* Hîc si à me quæratur, cur eis Deus perseuerantiam nõ dedit, qui eam qua Christianè viuerent dilectionem dedit: me ignorare respondeo. Non enim arroganter, sed agnoscẽs modulum meum, audio Apostolum. *Rom. 9. Roman. 11.* O homo tu qui es, vt respondeas Deo? Et, ò altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Quantum itaque nobis iudicia sua manifestare dignatur, gratias agamus: quantum verò abscondere, non aduersum consiliũ eius murmuremus, sed hoc quoque nobis saluberrimum esse credamus. D Et infra, in *Cap. 9.* eodem. Quicunque in Dei prouidentissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, iustificati, glorificati sunt, non dico nondum renati, sed etiam nondum nati, iam filij Dei sunt: & omnino perire non possunt. *Fructus prædestinationis.* Hi verè veniunt ad Christum, quia ita veniũt quomodo ipse dicit, Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & eum qui venit ad me non eiiciã foras. Et paulo post. Hæc, inquit, est voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi non perdã ex eo. Ab illo datur etiam perseuerantia in bono, vsque in finem: neque datur, nisi eis qui non peribunt: quoniam qui non perseuerant, peribunt. Talibus Deus di-

A ligẽtibus eum omnia cooperatur in bonũ: vsque adeò prorsus omnia, vt etiam si qui eorũ deuiant & exorbitant, etiã hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeũt atque doctiores. Discunt enim in ipsa via iusta, cum tremore se exultare debere: non sibi arrogando tanquam de sua virtute habeant fiduciam permanendi.

Est autẽ electorũ numerus determinatus. In Enchiridion. *Cap. 29. Tom. III.* Illa superna Hierusalem mater nostra, ciuitas Dei, nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, sed vberiore copia fortasse regnabit. Neque enim numerũ aut sanctorũ hominũ, aut immundorũ dęmonũ nouimus, in quorũ locum succedentes filij sanctæ matris Ecclesię, quæ sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine vllo tẽporis termino permanebunt. B Sed illorũ ciuium numerus, siue qui est, siue qui futurus est, in contẽplatione eius est artificis, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: atque in mensura & numero & pondere cũcta disposuit. Verũ hæc pars generis humani, cui liberationem Deus regnúmque promittit æternum, nunquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operari potest perditus, nisi quãdo fuerit à pditione reparatus? Nunquid libero volũtatis arbitrio? Et hoc absit.

ELEMENTVM. Quæ sint, & qualia elemẽta ipsa. Lib. iij. super Gen. *Cap. 10. Tom. III.* Distribuũtur elementa, ad patiendũ duo, humor & humus: ad agẽdũ alia duo, aër & ignis. Post iudicium remanebit eorum substantia, lib. de Ecclesiasticis documentis. *Cap. 70. Tom. III.* Elementa, id est, cœlum C & terram non credamus abolenda per ignem: sed in melius commutanda, figuram quoque mundi, id est, imaginẽ, non substantiã transiturã.

ELEEMOSYNA. Distinguitur de eleemosyna. lib. 50. Hom. Hom. vj. in fin. & ponitur in Decretis. dist. xlv. *Tom. X.* Duæ sunt eleemosynæ, vna cordis, alia pecuniæ. Eleemosyna cordis, est dimittere quod læsus est. Nam dare aliquid indigenti, aliquãdo quæris & non habes. Indulge peccanti quãtum volueris, redundat tibi. Aurũ, argentũ, vestẽ, frumentũ, vinũ & oleũ, *Eleemosynã spiritualis & corporalis.* potest fieri vt aliquoties nõ habeas vnde pauperibus tribuas: vt autẽ omnes homines diligas, & hoc aliis quod tibi ipsi velis, & inimicis tuis indulgeas, nũquã te poteris excusare. Quia si in cellario vel in horreo nõ habes quod dare possis, de thesauro cordis tui potes proferre quod tribuas. Et quod omnibus hominibus, etiã si sola sit bona volũtas, sufficiat, & eleemosyna cordis maior sit quã eleemosyna corporis, quis est qui vel vmbrã excusationis possit prætẽdere? Et illud attendite, quia charitatis eleemosyna, sine terrena substantia sufficit sibi: illa verò quæ corporaliter datur, si nõ benigno corde tribuitur, omnino non sufficit. Et quia, sicut ipsi videtis, ad remissionem omniũ peccatorum, si substantia terræ nõ fuerit, charitas & dilectio inimicorum satis abũdéque sufficiunt: nulla nobis excusatio de hac re in die iudicii remanebit. Nec dicere aliquis poterit, non se habuisse vnde sua peccata redimeret. Et ideo

omnes

omnes homines ſtudeamus toto corde diligere orantes, vt qui boni ſunt meliores fiant, & in opere bono permaneant: qui mali ſunt, citò ſe corrigant, timẽtes quod Dominus cõminatur, ſi non dimiſeritis hominibus peccata eorum, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Sed magis cum ipſius adiutorio laboremus, vt in nobis poſſit impleri quod ait, Date & dabitur vobis, cum in noſtra poteſtate poſitum ſit, qualiter in die iudicij iudicemur. Dimittamus omnibus inimicis noſtris, vt libera cõſcientia poſsimus in oratione Dominica dicere. Dimitte nobis debita noſtra, &c. Lib. eod. Homil. xxix. in princ. Deus nos quærit, non noſtra: ſed ſacrificium Chriſtiani, eſt eleemoſyna in pauperem. Hinc enim fit Deus peccatis propitius. Niſi autẽ peccatis propitius fiat Deus, quis remanebit niſi reus? Ab eis debitis & peccatis, ſine quibus vita iſta non ducitur, mundantur homines per eleemoſynas. Quæ ſunt duorum generum, erogando, & dimittẽdo. Erogando quod habes bonum, dimittẽdo quod pateris malum. Hæc duo genera eleemoſynarum, Dominus magiſter bonus, qui verbum breuiauit ſuper terram, vt eſſet fructuoſum & non oneroſum, quam breuiter fuerit complexus, audite. Remittite, inquit, & remittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Remittite & remittetur vobis: pertinet ad ignoſcendum. Date & dabitur vobis: pertinet ad erogandum. Ex illa eleemoſyna, qua ignoſcis homini, nihil perdis. Ecce ſtatim veniam petit, ignouiſti. nihil admiſiſti. Charitate amplior domum rediiſti. Illud aliud genus eſt eleemoſynarũ, vbi iubemur erogare indigentibus, graue videtur: quia quod quiſque dederit, hoc ipſum quod dederit non habebit. Equidem & hîc ſecuros nos facit Apoſtolus, qui dixit, Prout quiſque habet, non vt aliis ſit cõſolatio, & nobis anguſtia. Metiatur ergo quiſque vires ſuas, non theſaurizare attẽdat in terra. Det: non perit quod dat. Non dico hoc non perit, ſed dico hoc ſolum non perit. Alia verò quæ nõ dederis & abundant tibi: aut cum viuis amittis, aut cum morieris dimittis. Dimittite ergo & dimittetur vobis, date & dabitur vobis. Attendite cui dicat. Homini dicit Deus: mortali immortalis: mendico tantus paterfamiliâs. Neque enim hoc reuocaturus eſt quod dedimus: inuenimus quem fœneremur. Demus in vſuram Deo, non homini. Ei demus, qui dedit quod demus: & pro modicis rebus, profert nobis magna: pro temporalibus, æterna: pro putribilibus, incorruptibilia: & pro terrenis, ſine fine manentia. Quid multa dicturus ſum? Se promittit, qui promittit. Si amas illum, eme illum ab illo Et vt noueris te illi dare, audi dicentem illum. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Dat de cœlo, accipit in terra. Ipſe dat, ipſe accipit, quaſi fœnus traiectitium facis. Hîc das, ibi recipis. Hîc das res perituras, ibi recipis res ſine fine manſuras. Breuius hoc dicit, lib. eod. Homi. Fac quantum potes, fac vnde potes, fac hilariter, & ſecurus mitte orationẽ. Habebit alas duas, geminas eleemoſynas.

Mat.6. *Tom.eod.* *Luc.6.* *2.Cor.8.*

A Dimittite & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Vna eſt eleemoſyna quæ fit de corde, quãdo fratri tuo dimittis peccatum. Altera eleemoſyna quæ fit de ſubſtantia, quando panem pauperi porrigis. Ambas fac, ne ſine vna ala remaneat oratio tua. In communibus ſermonibus, ſermone vij. Fortè aliquis dicit. Ego terrenam ſubſtantiam non habeo, quam poſsim pauperibus erogare: nec ab aliquo iniuriam patior, cui indulgẽdo, poſsim mea peccata redimere: quid igitur facturus ſum, qui nec iſta habeo, nec ieiunare, nec à carnibus vel vino abſtinere valeo? Accipe ergo præclarum & præcipuum tertium eleemoſynarum genus. Sit in te bona voluntas: omnes homines ſicut teipſum diligas: pro omnibus ora: hoc illis deſidera, quod tibi velis: & clamatur ab
B Angelis, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Et quia bona voluntas eſt ipſa charitas: eſto ergo ſecurus: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Sic tollitur omnis excuſatio & contradictio tua. Quia potes dicere, quod bonam voluntatem habere nolis: ſed non potes probare, quod eam habere nõ poſsis. Sed melius declarat iſta in Enchiridion. De quotidianis autẽ breuibus leuibúſque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. Horum enim eſt dicere. Pater noſter, &c. qui iã tali patri regenerati ſunt ex aqua & Spiritu ſancto. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa, à quibus vita fideliũ etiam ſceleratè geſta, ſed pœnitendo in melius mutata diſcedit: ſi quemadmodum veraciter di-
C citur. Dimitte nobis debita noſ. ſic. & nos dimit. debi. noſtr. id eſt, ſi fiat quod dicitur: quia & hoc ipſum eleemoſyna eſt, veniam petentibus hominibus ignoſcere. Ac per hoc ad omnia quæ vtili miſericordia fiunt, valet quod Dominus ait. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Non ſolum ergo qui dat eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo veſtitum, peregrinãti hoſpitium, fugienti latibulum, ægro vel incluſo viſitationem, captiuo redemptionem, debili ſubuentionem, cæco ducatum, triſti conſolationem, nõ ſano medelam, erranti viam, deliberanti conſilium, & quod cuique neceſſarium eſt indigenti: verum etiam qui dat veniam peccanti, eleemoſynam dat: & qui emendat verbere in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina, & tamen
D peccatum eius quo ab eo læſus eſt aut offenſus, dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur: non ſolum in eo quod dimittit atque orat, vel etiam in eo quod corripit, vel aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynã dat, quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis, quando non eorum cõſulitur voluntati ſed vtilitati: quia ipſi ſibi inueniuntur inimici eſſe, amici verò eorum potius illi quos inimicos putant, & reddunt errando mala pro bonis, cum reddere mala Chriſtianus non debeat pro malis. Et ſubdit. Multa ſunt itaque genera eleemoſynarũ, quæ cum facimus, adiuuamur vt dimittantur nobis noſtra peccata. Sed ea nihil eſt maius, quã ex corde

corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Minus ergo bonnm est erga eum esse beneuolum, siue etiam beneficum, qui nihil tibi mali fecerit. Sed illud multò grandius, & magnificentissimæ bonitatis est, vt tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest facit, tu bonum semper velis, faciásq; si possis, illius memor exempli, qui in cruce pendens pro suis exorauit persequutoribus, suósque admonuit dicens. Diligite inimicos vestros &c. Vnde admonet in eodem libro. Qui vult ordinatè dare eleemosynam, à seipso debet incipere, & eam sibi prius dare. Est autem eleemosyna opus misericordiæ verissimè, de qua dictum est. Miserere animæ tuę places Deo. Propter hoc renascimur, vt ei placeamus, cui merito displicet, quod nascendo contraximus. Hæc est prima eleemosyna, quam nobis dedimus. Quoniam nosipsos merito miseros, per miserantis Dei misericordiam requisiuimus, iustum eius iudicium confitentes, quo miseri effecti sumus, de quo dicit Apostolus. Iudicium quidē ex vno in condemnationē. Et magnæ charitati eius gratias agētes. De qua q.dē dixit gratiæ prædicator, Commendat autem suam charitatē Deus in nobis, quoniā adhuc cū peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: vt & nos veraciter de nostra miseria iudicātes, & Dei charitate quam ipse donauit diligentes, piè rectéq; viuamus. Quod iudicium & charitatē Dei cū Pharisæi præterirent, decimabant etiā propter eleemosynas quas faciebant, etiā quæque minutissima fructuū suorum: & ideo non dabant eleemosynas à seipsis incipientes, secúmq; misericordiā prius faciētes, sicut quidā eas dandas putāt. Propter quē dilectionis ordinē dictum est, Diliges proximū tuū sicut teipsum. Cū ergo increpasset eos quod forinsecus se lauabant, cū intus rapina & iniquitate pleni essent, admonens quandam eleemosynam quam sibi homo debet primitus dare, interiora mundare. Verūtamē, inquit, quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Deinde vt ostenderet quid admonuisset, & quid ipsi facere non curarent, ne illum putarent eleemosynas eorum ignorare, sed, Væ vobis, inquit, Pharisæis: tanquam diceret. Ego commonui vos eleemosynam dare, per quā vobis munda essent omnia: sed væ vobis qui decimatis mētam, & rutā, & omne olus: has enim noui eleemosynas vestras, ne de illis me admonuisse vos arbitremini: & præteritis iudiciū & charitatem Dei, qua eleemosyna possetis ab oī inquinamēto interiore mundari, vt vobis mūda essent, & corpora quæ lauatis: hoc est em̄ omnia, & interiora, scilicet, & exteriora. Sicut alibi legitur. Mundate quæ sunt intus, & quæ foris sunt mūda erunt. Sed ne istas eleemosynas, quæ fiunt de fructibus terræ respuisse videretur, Hæc, inq̄t, oportuit facere, id est, iudicium & charitatē Dei: & illa non omittere, id est, eleemosynas fructuū terrenorū. Sed de facientibus eleemosynā distinguere videtur. Lib. ij. de serm. Domini in mōte, c. ij. Sit eleemosyna tua in ipsa conscientia: vbi multi eleemosynā faciūt bona voluntate, etiamsi pecuniā vel quicquid aliud, quod inopi largiēdū est, nō habēt. Multi autem foris faciunt, & intus non faciunt: qui vel ambitione, vel alicuius rei temporalis gratia volunt misericordes videri: in quibus sola sinistra intentio, & conscientia laudis humanæ operari existimanda est: Aliqui quasi medium inter vtrosq; locum tenent vt in intentione quæ in Deo est, eleemosynam faciant, & tamē inserat se huic optimæ volūtati, nōnulla etiā laudis, vel cuiusque rei fragilis & temporalis cupiditas. Sed Dominus noster non solum prohibet eleemosynam facere, sola tēporalium rerum cupiditate, sed etiam vt nec ita in ea operatione attendamus Deum vt se immisceat vel adiungat exteriorum appetitio commodorum. Eleemosynam faciens à se debet incipere, & quomodo, Lib. ij. de verbis Domini, serm. vij. Facere eleemosynam, est facere misericordiam. Si intelligis à te incipe. Quomodo enim es misericors alteri, si crudelis es tibi? Fac veram eleemosynā. Audi scripturā. Miserere animæ tuæ placens Deo. Mendicat ante te anima tua. Redi ad conscientiā tuam quicunque malè viuis, quicunque infideliter viuis, redi ad conscientiam tuā: & ibi inuenis mendicantem animam tuam, egentē, pauperē, & ærumnosam, inuenis fortè nec egentem, sed egestate obmutescentem. Et quando inueneris talē animam tuam, fac illi eleemosynam, iudicium & charitatē. Quid est iudiciū? Respice te, & inueni te, displice tibi, pronuntia in te. Et quid est charitas? Dilige Deum & proximū, & fecisti misericordiā prius cū anima tua in cōscientia tua. Hanc autē eleemosynā si prætermittis, da quantū vis, dona quātū vis, retrahe de fructibus tuis nō decimas: sed dimidias nouē partes da, & vnā tibi dimitte: nihil facis, quādo tecū nō facis & tecū pauper es. Anima tua vescatur, ne famē pereat. Da illi panem. Quē panē? Qui tecum loquitur. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Istū panē prius da animæ tuæ: prius pascas eam: crede in Christū & mūdabūtur quæ intus sunt, & quæ foris sunt munda erunt. Et ideo in mortali viuentibus nō prosunt, Lib. xxj. de ciuitate Dei, c. xxvij. Qui dicunt qualescunq; eleemosynas pro peccatis quotidianis & magnis, & quantacūq; scelerum consuetudine misericordiā posse impetrare Diuinā, vt ea quotidiana remissio sequeretur, videant se rem dicere absurdā atq; ridiculā. Sic enim cogerentur fateri fieri posse, vt opulentissimus homo decem nummulis diurnis in eleemosynas impensis homicidia, & adulteria, & nepharia quæq; facta redimeret. Quod si absurdissimū & insanissimum est dicere, profecto si quæratur, quæ dignæ sunt eleemosynæ pro peccatis, de quibus etiam Christi præcursor ille dicebat, Facite fructus dignos pœnitentiæ: proculdubio nō inuenietur eas dignas facere, qui vitam suā vsq; ad mortē quotidianorum criminū perpetratione confodiunt. Primum, quia in auferendis rebus alienis, longè plura diripiunt, ex quibus perexigua pauperibus largiendo, Christum se ad hoc pascere exi-

Margin notes: Dilectio inimicorum. — Cap. 26. — Ordo misericordiæ & dilectionis. — Tom. IIII. — Syncera eleemosyna. — Ser in or. 30. Tom. X. — Eccl. 30. — Tom. V.

A stimant, vt licentiam malefactorum se ab illo emisse, vel quotidie potius emere credentes, securi damnabilia tanta cōmittant. Qui si pro vno scelere omnia sua distribuerent indigentibus mēbris Christi nisi desisterent à talibus factis, habēdo charitatem, quæ non agit perperā, aliquid ei prodesse nō posset. Qui ergo dignas pro suis peccatis eleemosynas facit, prius eas incipiat facere à seipso. Indignum est enim vt in se non faciat, qui facit in proximum: cum audiat dicentem Deū. Diliges proximum tuum tanquā teipsum. Itémque audiat: Miserere animæ tuæ placens Deo. Hanc eleemosynam, id est, vt Deo placeat, non faciens animæ suæ, quomodo dignas pro peccatis suis eleemosynas facere dicendus est? Ad hoc enim & illud scriptū est. Qui sibi malignus est, cui bonus

B erit? Orationes quippe adiuuant eleemosynæ. Et vtique intuendum est quod legimus. Fili peccasti, nō adiicias iterū, & de præteritis tuis deprecare, vt dimittantur tibi. Propter hoc ergo eleemosynæ faciendæ sunt, vt cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, nō vt in eis perseuerantes, licentiam malefaciendi nos per eleemosynas cōparare credamus. Ideo autē Dominus, & dextris eleemosynas ab eis factas, & sinistris nō factas se imputaturum esse prædixit: vt hinc ostēderet quantum valent eleemosynæ ad priora delenda, non ad perpetua impunè cōmittenda peccata. Tales autem eleemosynas non dicēdi sunt facere qui vitā nolunt à cōsuetudine scelerum in melius cōmutare. Quia & in hoc quod ait. Quādo vni ex minimis meis non fecistis, mihi non fe-

C cistis: ostendit eos non facere, quando etiam se facere existimant. Si enim Christiano esurienti panem tanquam Christo darent: profectò sibi panē iustitiæ, quod ipse Christus est, nō negarent: quoniam Deus nō cui detur, sed quo animo detur, attendit. Qui ergo Christum diligit in Christiano, hoc animo ei porrigit eleemosynam quo accedit ad Christum, non quo vult recedere impunitus à Christo. Tanto enim magis quisque deserit Christū, quāto magis diligit quod improbat Christus. In serm. xij. quadrages. Eleemosynæ illis ꝓsunt, qui vitā mutauerūt. Das enim Christo in egeno, vt peccata redimere possis per Christū. Nam si ideo das, vt tibi liceat impunè peccare, nō proximum pascis, sed iudicem corrumpere conaris.

D Vos ergo ad hoc facite eleemosynas, vt orationes vestræ exaudiantur: & vt Christus vos adiuuet ad vitā in melius cōmutandā: deleantúrque peccata præterita, caueātur mala futura, & bona

Homil. 2. Tom.X. proueniant sempiterna. Lib. 50. homil. Deum quia nō statim pateris vltorem, vis tenere participem, & tanquam corruptum iudicē prædæ socium vis habere. De multis quæ rapuisti paruas eleemosynas faciens, & adhuc peccata non deserens, quasi corruptum iudicem putas te posse redimere: cum si etiam totum dares, & peccata nō desereres, teipsum deciperes pecuniam perdēdo,

Tom.X. & peccata non redimendo. Eodē lib. hom. xix. Eleemosynæ possunt tibi prodesse ad delēda peccata præterita, si mores mutaueris. Si autē in eis-

A dem malis perseueraueris, eleemosynis tuis non corrūpes iudiciū Dei. Ego dico propter illa scelera & crimina quæ omnes modo vitare debēt, qui accipiunt corpus Christi & sanguinē. Cæterū nō me latet vitā istā mortalē & in carne corruptibili constitutā, sine peccatis esse non posse. Sed illa quotidiana & leuia habēt etiā sua lauachra quotidiana, hoc est, quod pectus tūdimus, & dicimus in oratione. Dimitte nobis debita nostra, &c. Nō enim sine causa dicimus hoc. Haud verò ipse cœlestis magister doceret istam orationem, nisi nos peccatores esse præuideret. Vidit enim quæ cauere debeamus, & vidit quæ cauere difficile sit. Omnia autē cauere difficile iudicauit esse, qui istā orationē quotidianā, nō quoslibet Christianos, sed ipsos arietes Apostolos docuit. Vbi autē Apo-

B stoli pectus tundūt, & dicūt, Di. no. de. n. hoc est, peccata nostra: quomodo audet aliqua ouicula superbire de iustitia? Vnde in Enchiridion. Non ergo se fallant, qui per eleemosynas quaslibet largissimas fructuum suorum, vel cuiuscunq; pecuniæ, impunitatē se emere existimant in facinorū suorū immanitate ac flagitiorū nequitia permanēdo: nō solū enim hæc faciunt, sed permanere ita diligūt, vt in eis semper optēt tantū vt possint impunè versari. Qui autē diligit iniquitatē, o. a. suā: & qui odit animam suam, nō est in ea misericors, sed crudelis. Diligendo quippe eam secūdum sæculum, odit eam secūdum Deū. Si ergo vellet dare ei eleemosynā, per quā munda ei essent omnia odisset eā secūdū sęculū: & diligeret secūdū Deū. Nemo autē dat eleemosynā quālibet, nisi vnde

C det, ab illo accipiat qui nō eget: & ideo dictū est, Misericordia eius præueniet me. De iustis autē laboribus est eleemosyna facienda. Lib. ij. de verbis Domini. serm. xij. & lib. 50. hom. hom. ij. De iustis laboribus facite eleemosynas: ex eo ꝙ rectè habetis date. Non enim corrupturi estis iudicē Deū Christū, vt in die iudicij non audiat pauperes ꝗbus modo aliquid tollitis. Si enim deprædareris aliquē inualidū, tu validior & potentior, & veniret tecū ad iudicē hominē proconsulē, vicariū, quēlibet in hac terra habentem iudicandi aliquā potestatē, & vellet tecū causam dicere, si tu de præda illa & spoliatione inopis, dares aliquid iudici, vt pro te iudicaret: & tamen tanta vis est iustitiæ, vt & iudex tibi displiceat. Noli tibi

D pingere talē Deū: noli collocare in templo cordis tui tale idolum. Non est talis Deus tuus, qualis non debes esse nec tu. Nolite ergo eleemosynas facere de fœnore & vsuris. Eodē lib. hom. vij. Si seruaueris tua, non erunt: si errogaueris tua erunt. Quid reponis? Quod relicturus es? Præcedant ergo magis quò sequuturus es. Sic increpatur stultus malè recondēs. Stulte, hac nocte rapietur anima tua à te, & ea quę parasti cuius erūt? Si stultus est qui recondit sua, vos inuenite ei nomen qui rapit aliena. Si sordidus est reconditor rerum suarū, vlcerosus est raptor alienarū. Et in eodē infra. Ait raptor rerū alienarū. Ego agapem facio, inclusis in carcere victum mitto, nudos vestio, peregrinos suscipio. Dare te putas, tollere

lere noli,& dedisti.Cui dederis, gaudet: cui abstuleris,plorat.Quē istorū exauditurus est Deus? Dicis ei cui dederis,Gratias ago, quia accepisti: sed alius tibi ex alia parte dicit. Ego gemo cui abstulisti.Et penè totum tulisti,& exiguū illi dedisti.Si totū quod alteri abstulisses, egentibus dedisses:nec talia opera diligit Deus. Dicit enim tibi.Stulte,iussi vt dares,sed non de alieno. Si habes,da de tuo:si non habes quod des de tuo, melius nulli dabis quā alterū spoliabis. Eodē lib. homil.Remedia peccatorū fratres & medicina, est eleemosyna.Eleemosyna em̄ à morte liberat, & non patitur hominē ire in tenebras.Patrocinatur in die iudicij homini,vt flammas æternas non metuat.Sicut Iacobus in epistola sua dicit. Superexaltat misericordia iudicium: & iudicium sine misericordia fiet illi,qui non fecit misericordiā. Sed talis esse debet ipsa misericordia fratres, quæ suscipiatur,nō quę repellatur. Quæ peccata purget,non quæ animam grauet. De bono, de iusto labore,de propria facultate, & non de pauperis egestate fratres non vult Deus hominem à misericordia cessare:nec libenter aspicit Deus quēquam de fraudibus dantem,sicut Salomon dicit, Honora Dominum Deum tuum de iustis laboribus tuis.De iustis laboribus iussit dari: de iniustis rapinis prohibuit dari.Sed cum iudicare cœpit Deus, dicturi sunt ij qui de fraudibus viuunt, & de spoliis miserorum eleemosynā faciunt,Domine præcepta tua seruauimus, pauperes pauimus,nudos cooperuimus,& peregrinos hospitio recepimus.Quibus dicturus est Deus.Quod dedistis,dicitis:quod rapuistis,non dicitis. Quod pauistis,recordamini:nō autem recordamini, quos necastis.Quos operuistis gaudent,quos verò expoliastis plangunt. Quos hospitio recepistis retinetis, & obliti estis quantos de suis habitaculis exclusistis.Ego misericordiam fieri iussi, fraudes & rapinas exerceri non mandaui. Vnus repletur panibus quem de rapinis satiasti,& benedicet Dominus non te, sed eum quem necasti. Ille miser necatus ingemuit, & exaudiuit gemitum eius qui vidit quid feceris ei.De malo acquiris & gaudes, rapis & lætaris,pauper rogat & contristaris. Libro de vita Christiana. Aliqui per hoc se iustificari existimant,eo quod de substantia pauperum exiguam eleemosynā faciant:& de eo quod plurimis abstulerunt,vni quiddam minimum largiūtur. Cibatur vnus vnde plures esuriūt:& de multorum spoliis,vix pauci teguntur.Non talē eleemosynam Deus quærit,nec vult pietatem vni de alterius crudelitate præstari. Melius est enim te non facere eleemosynam,quam vnde paucos tegis,inde plurimos denudare:& vt vnū vestias,plures spoliare vestitos.Illam eleemosynā Deus approbat,quæ de iustis laboribus ministratur, sicut scriptum est.Honora Dominum de tuis iustis laboribus, & deliba ei, de tuæ iustitiæ fructibus. Nam illam abominatur eleemosynam & reprobat, quæ de lachrymis præstatur alienis. Quid enim prodest si te benedicat vnus vnde plurimi maledicunt? Vel quid confert tibi illa

Homil.47. Tom.X.

Erogandū de propriis.

Cap.13. Tom.IX.

Eleemosyna impia quæ.

A eleemosyna,quæ de substātia præstatur alterius? Reuera timendū est quod Deus non habeat vnde suos pauperes pascat, nisi tu aliena diripias.

In communibus sermonibus,serm.xxiij.Rogo vos,vt diligentius considerātes attendatis,ne vos crudelis ille humani generis inimicus ita decipiat, sicut solet incautos iniqua caliditate decipere. Qui homicidis,raptoribus,ac adulteris, vanā securitatē ingerit,vt talia crimina quotidianis eleemosynis redimere credant,putantes quod Deus corruptor more iudicū pecuniā accipiat, & peccata dimittat.Accipit planè pecuniā, & eleemosynis delectatur:ea tamen ratione,vt offerens simul offerat animā suā.Nam quæ est hęc iustitia, vt criminosus pecuniam Deo offerat, & animā suā diabolo tradat?Imaginem imperatoris offert B Deo,& inseipso imaginē Dei tradit diabolo. Nō ita præcepit in Euangelio Christus cum ait.Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.Quod non fuit aliud dicere,nisi vt quomodo in solido imaginē Cæsaris Cæsari,sic in vobis reddite imaginē Dei Deo.Nam quātumlibet largas eleemosynas quis tribuat,si capitalia crimina non declinat, pecuniam perdit, & peccata non redimit.Nemo putet quod eleemosynæ ea consumant. Aliud est enim mutare vitam, aliud colorare vitam.Mutare vitā,est à talibus criminibus abstinere:colorare verò,eleemosynis credendo redimere.Eleemosyna enim tūc animā liberat,si criminosus mortifera peccata iā deserat: ne substātiā suā offerat Deo,& animā tribuat inimico: impleatúrq; in eo quod scriptum est. Qui bapti- C zatur à mortuo,& iterum contingit, quid proficit lauatio eius? Sed rogo diligenter attendite, ne forte aliquis malè intelligens,me dicere credat, quod eleemosyna non possit prodesse peccatis. Absit hoc à nobis. Prodesse eā quidem dicimus, sed ea conditione,vt qui eam erogat,capitalia crimina exercere iam desinat: & sic eleemosynam faciat,vt dedignetur seruire peccato. Et in ser. xxiiij. de cōmunibus. Caueat & obseruet vnusquisq; peccator, vt sic pro suis criminibus eleemosynam faciat,ne ipsa vltra cōmittat:timens illud quod Apostolus ait. Si distribuero in cibos pau.omnes fa.m.cha.autē nō habu.nihil mihi ꝓdest.Quomodo charitatē nō habere dicitur, qui omnia sua pauperibus elargitur, nisi quia in aliis charitatem ostendit, & sibi ipsi crudelis existit, D qui animā suā mortali crimine interficit?Et quid prodest si in aliis benigni, cū nobis sumus impij? Dando eleemosynā,alienā carnē pascimus:crimina cōmittēdo,nostrā iugulamus. Lib.de salutaribus documentis.Melius est vt ex paupertate sua pusillum tribuat indigentibus,quā multū ex iniusta acquisitione.Vnusquisque iuxta id quod habet,porrigat.Tātū enim expetitur ab vno quoq; eorū,quātū ei Deus dedit. Nec enim ab eo plus exigit,quā ipse dedit. Eleemosyna cū iniquitate acquisita, abominabilis est corā Deo:& acceptū est ei,quod fuerit fideliter acquisitū. Sunt enim nonnulli qui diripiētes aliena facere se simulant eleemosynam:& cū alios perimant,aliis misereri

Dolus satanæ.

Eleemosyna cum innouatione vitæ.

1.Cor.13.

Cap.31. Tom.IIII.

se fingūt. Si ex proprio labore dederit, gratum &
Cap.53. acceptum erit corā Deo. In eodem, infra. Ipsa
quam putamus pro nobis facere eleemosynā, de
præsidiis mortuorum, siue de rapinis pauperum,
non videtur esse eleemosyna. Qualis enim est e-
leemosyna, vt vnus iniustè vestiatur, & alius iniu
stè spolietur: & vnus iniustè pascatur, & alius in-
iustè fame torqueatur? Non quærit Deus ista à
nobis: audeo dicere, odit ista omnipotens Deus.
Eccl 43. Isai.1. Ipsum audi per Prophetam qui sic dicit. Qui of-
fert sacrificium ex rapina, ex substantia pauperū,
quasi qui vi victimat filiū in conspectu patris sui:
non accipiam, inquit, ista de manibus vestris, ma-
Eccl.34. nus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et alius
Propheta. Panis egentium, vita pauperum est:
qui defraudat illum, vir sanguinū est. Contemna-
mus facere iniustas eleemosynas, qui volumus fa
cere iustas. Studeamus facere spirituales eleemo-
synas, vt de iustis laboribus faciamus, non de rapi
nis, siue de frugū multiplicatione, aut de ineptis
negotiis: ne fortè in hoc multa sacrilegia incurrā
tur, vel etiā, quod peius est, cupiditate vel ebrie-
tate sanguis fundatur. Vnde Psal. Qui pecuniā suā
nō dedit ad vsurā &c. Et quia talia & his similia,
creator omnium creaturæ suæ rationali annun-
tiando insinuat, credamus quia qui diligit quod
creauit creator neminē persequitur, nisi ipse ho-
Cap.54. mo se persequatur. Propterea in hom. super il-
lud, Cū venerit filius hominis. In ista sententia
Domini qua dixit, quod illi qui esurientem non
pauerunt mittuntur in ignem æternum, possū-
mus euidēter agnoscere, quali tormēto, vel qua-
li pœna damnandi sunt, qui mala faciunt: quando
in ignem mittuntur, qui bona nō faciunt. Si enim
cum diabolo condemnatur qui pauperibus non
dedit panē suū, putas vbi mittendus est ille qui ra
puit alienū? Si in ignē æternū damnatur qui pe-
regrinū nō recipit in domū suā, putas vbi dānan-
dus est qui abstulit domū alienam? Hæc ergo fi-
deliter cogitantes, quantū possumus bona opera
facere studeamus: & secundū vires nostras de re
paupercula nostra peregrinis & pauperib. eroge-
mus, vt & peccata q̄ fecimus redimamus, & de ipsis
bonis operibus æterna nobis præmia p̄paremus.
Eleemosyna consulitur. ibidē. Tenete vos ad e-
leemosynā, q̄a eleemosyna à morte liberat: & o-
perariū suū non permittit ire in tenebras. Ibidē
infra. Faciat vnusquisq; quod p̄ualet: & excepto
victu rationabili, & vestitu simplici, q̄cquid aliud
superfuerit, lætus & hilaris tribuat: quia qui dat
parum, accipit multū: porrigit minimū, cōparat
regnum: tribuit paruā pecuniam, & accipit vitam
æternā: dat tēporalia, mercatur æterna: porrigit
Homil.39. Tom.X. caduca, recipit sine fine mansura. Lib.50. hom. in
principio. Fœlix operarius cultor eleemosynarū
eo quod ex ære suo cōparauerit cœlū, & dās panē
esurientibus, delictorū suorū pressit incendiū. In
tali causa operarius iam fœlix viuit, & securus iā
moritur, cū quo ambulat patrimoniū immortale
horreū: in quo debitorē fecit Deū, dum pascit al-
terum dando. Si accepit in se modicum panis in
pera, cōparauit in se vitā cœlestem, se faciens hæ-

A redem in die iudicij. Nullam poterit incurrere
perniciem, quia cōparauit eleemosynis pietatē.
Eodem lib. Prandium paras, & tales ad tuum *Homil.*
prandium vocas, qui tibi vicem rependāt. Ornas
cōuiuium, ne quid desit: & cū amicis tuis epula-
ris, & ante ianuā pauperem rogantē contemnis.
Oblitus es dictum prophetæ dicētis. Qui, inquit, *Prouerb.*
auerterit aurem suam ab egeno, & ipse inuocabit
Dominum, & nō exaudiet eū. Inclina aurē tuā,
audi egentis vocē, & fame pereuntis, vt & tuam
Deus exaudiat tribulantis. Da de quo tibi dederit
Deus. Ipse te diuitem fecit. Ideo redde illi quod
suum est. Ipe se dicit accipere, quod pauperibus
datur: sibi collatū cōclamat, quod in corde paupe *Luc.*
ris fuerit seminatum. Sicut in Euangelio dicit. Fa
cite vobis amicos de ma. ini. vt cū defeceritis, re.
B vos in ęt. tab. Ecce habes Christiane ęternū taber
naculū, si dederis pauperibus victū. Si quid das,
illuc transmittis, & tibi reponis in futuro: nō vn-
de carnaliter satureris, sed vnde spiritualiter glo-
rieris: nō vnde ventrē repleas, sed vnde flāmā ex-
tinguas. Quia, sicut scriptū est, Eleemosyna à mor
te liberat, & non patitur hominē ire in tenebras.
Lib. de eleemosyna. Qui studet eleemosynæ,
cōsulit vitæ. Eleemosyna enim à morte liberat,
& nō pa. ho. ir. in te. Munus enim bonū est omni-
bus qui faciūt eā corā summo Deo. In eodē, in-
fra. Præclara & Diuina est, fratres charissimi, sa-
lutaris eleemosynæ operatio. Solatium grande
credentium, securitatis nostræ saluberrimæ præ-
sidium, munimētū spei, tutela fidei, medela pec-
cati, res posita in potestate facientis, res & gran-
C dis & facilis, sine periculo persequutionis, coro-
na pacis, verum Dei munus, & maximè infirmis
necessariū, fortibúsq; gloriosum, quo Christia-
nus & iustus præfert gratiā specialē, promeretur
Christū iudicē, Deū computat debitorē. Quia
vt dicit in eodē lib. versus princi. Qui secundum
præceptū Dei eleemosynas facit, Deo credit. Et
qui habet Dei veritatē, seruat Dei timorē. Qui au
tē Dei timorē seruat, in miserationibus pauperū
Deū cogitat. Operatur enim quia credit: quia scit
vera esse quæ prædicta sunt verbo Dei: nec scri-
pturā sanctā mētiri posse. Arbores infructuosas,
id est, steriles homines excidi, & in ignem mitti:
misericordes autē ad regnū vocari. Valet autē
cōtra pœnas animę, Li. eodē. Sicut lauachro aquę
salutaris gehenne ignis extinguitur, ita eleemo-
D synis atq; operibus iustis delictorū flāma sopitur.
Et quæ semel in baptismo remissio peccatorum
datur: assidua & iugis operatio eleemosynarū in-
star baptismi, Dei rursus indulgentiam largitur.
Vnde per cōtrariū est de nō faciēte. Li. j. cōtra *Tom.*
aduersariū legis & Prophetarū. Ite in ignē æter-
nū. Esuriui enim &c. Ecce pro esca temporali, nō
ablata, sed non data horrendū suppliciū cōmina-
tur. Et rectè, si cōsulas veritatē. Paruum est, hoc
quod in eleemosynis datur, sed cū piè datur, æter
num inde meretur & comparatur. Et ideo potius
quia paruū est quod datur, magna impietate nō da
tur. Vnde nō mirū est, quod tātæ sterilitati, velut
infructuosarū arborū, ignis æterni supplicij præ-
para

paratur. Dicit tamē aliter in tractatu de misericordia. Non dicet Dominus iustis. Percipite regnū, quia caste vixistis, nulli fraudem fecistis, neminē pauperē oppressistis, limitē nullius inuasistis, neminē iurando fefellistis. Sed dicet, Percipite regnū, quia esuriui & dedistis mihi manducare. Quantum hoc cæteris excellit, tacuit. Rursus ad impios. Ite in ignem æternum. Si quærerent quare, quam multa posset dicere? Cur quæris adulter, homicida, fraudator, sacrilege, blasphemator, infidelis? Sed nihil horū solū, quia esuriui, & nō dedistis mihi mãducare. Huius admirabilis rei rationē colligo vt possum, quam vobis non cælabo. Scriptū est. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatū. Et iterum. Peccata tua eleemosynis redime. Proinde solas eleemosynas imputabit illis, quos coronaturus est, tanquã diceret. Difficile est vt examinē vos, & appendã vos, & scruter diligentissime facta vestra, & nō inueniam vnde vos damnem. Sed ite in regnum æternū. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Non itis in regnū, quia non peccastis, sed quia peccata vestra eleemosynis redemistis. Rursus & illis. Ite in ignem æternum. Non quia peccastis, sed quia peccata vestra eleemosynis nō redemistis. Ipse enim eleemosynæ modo liberarēt vos à reatu tantorum criminum. Fratres mei date terrenum, percipite cœleste. Scriptum est enim. Ego enim, inquit, sum panis vitæ. Quomodo dabit tibi, qui non das egenti? Eget ad te alter, eges tu ad alterū. Et cū eges ad alterum, & eget ad te alter, ad egentem eget ad quem & tu eges, qui nullius eget. Fac quod circa te fiat. Dominus nullius indiget cum sit verus Dominus. Tamē vt aliquid erga illum faceremus, esurire dignatus est in suis pauperibus. Quod ergo datur pauperi, datur Christo. Lib. de decem chordis, circa finem. Egere vult in paupere Christus, vt haberes vbi seminares, qui dedit vt meteres vitam æternam. Nolite pigri esse & male securi. Mores emendate, peccata redimite. Et cū hæc feceritis, Deo gratias agite, sic vt non insultetis iis qui nondum bene viuunt. Et hoc faciendo, habebitis perfectã, quantū potest in hac vita, iustitiã. Lib. iij. de verbis Domini, serm. iiij. in fine. Dicit tibi Deus. Quid attulisti quando in hunc mundum venisti? Da mihi ex eo quod dedi tibi. Omnia quæ creaui, creatus hic inuenisti: nihil attulisti, nihil hinc tolles. De meo mihi quare non donas? Quia tu plenus es, & pauper inanis est. Primordia vestra attendite. Ambo estis nudi nati: & tu ergo nudus natus es. Multa hîc inuenisti. Nunquid aliquid tecum attulisti? De meo quæro, da, & reddo. Habuisti me largitorem, fac me debitorem. imo habeam te fœneratorem. Pauca mihi das, plura reddam. Terrena mihi das, cœlestia reddam. Temporalia mihi das, æterna restituam. Teipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero. Lib. 50. hom. hom. xij. in fine. Mitte sursum quod habes, & non perdis. Christus hîc voluit accipere, Da Christo & non perdis. Si commendas seruo tuo quod acquisiuisti non perdis: perdes autem si commen-

Cap. 12. Tom. IX.

Ser. ord. 41. Tom. X.

A des Deo tuo, quod accepisti ab ipso Domino tuo? Egere hîc voluit Christus, sed propter nos. Omnes pauperes quos hîc videris, potuit illos pascere Christus, quomodo per coruum pauit Heliam: & tamen ipsi Heliæ subtraxit coruum, vt à vidua pasceretur. Non Heliæ præstitit, sed viduæ. Non vult Deus vt pauperes habeāt, propter diuites. Quãdo em̄ facit pauperes, probat diuites sicut scriptū est. Diues & paup occurrerunt sibi. Vbi sibi occurrerunt? In hac vita. Fecit ambos Dominus, diuitē vnde adiuuaret pauperē: paupē vnde diuitē probaret. Lucrū est ergo eleemosynam facere. Lib. j. de verbis Domini, sermon. v. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Vide quid minuatur, & quid augeatur. Minuitur pecunia, augetur iustitia. Illud B diminuitur quod eras dimissurus, illud minuitur quod eras relicturus: Illud augetur, quod in æternum es possessurus. Consilium do lucrorū, disce mercari. Laudas enim mercatorem qui vendit plumbū & acquirit aurū: & nō laudas mercatorē qui erogat pecuniã & acquirit iustitiam? Super Psal. xlix. Quid tã vile, tam terrenū, quã frangere esurienti panem? Tanti valet regnum cœlorum. Frange esurienti panē tuū, & egenū sine tecto induc in domū tuã. Si videris nudum, vesti. Si non habes facultatem frangendi panē, non habes domū quo inducas, nō habes vestem qua cooperias: da calicem aquæ frigidæ: mitte duo minuta in gazophylacium. Tantū emit vidua duobus minutis, quantum emit Petrus relinquendo retia, quãtum emit Zacheus dando dimidium patrimoniū. C Tanti enim valet qnantum habueris. In tractatu supradicto de misericordia. Eroga terram, vt emas cœlum. Age illi gratias, qui re tam pretiosam tam vili pretio te fecit emere. Das quod in tempore perit, accipis quod manet in æternum. Das quod si non dares, post paululum proiiceres, accipis quo in æternum perfruaris. Das vnde sustentetur fames hominum, accipis vnde sis socius Angelorum. Das vnde non esuriat homo, post paululum famem iterum passurus, accipis vnde nūquam famem, nunquam esuriē sitimque patiaris. Ergo vides quid des, vide quid accipias. Noli dare si audes, & videamus quis maiori damno feriatur, ille cui non das terram, an tu qui non peruenies ad eum qui fecit cœlum & terram. D Tibi ergo plus præstas quam pauperi. Vtilis videtur eleemosyna in hac via. Lib. ij. de verbis Domini, sermone ij. Diues & pauper sunt duo contraria, sed iterum duo sunt sibi necessaria. Nullus indigeret, si homines inuicem se iuuarent. Diues propter pauperem est factus, & pauper propter diuitem. Pauperis est orare, diuitis est erogare, Dei verò pro paruis magna pensare. Via cœli pauper est. Incipe erogare, si non vis errare. Patrimonij tui quo es ligatus cōpedem in hac vita resolue: vt libere ad cœlum possis ascendere. Abiice à te diuitiarum onera. Abiice vincula voluntaria. Abiice anxietates & tædia, quæ in annis pluribus inquietant. Da petenti, vt possis ipse accipere. Tribue pau-

3. Reg. 17.

Tom. X.

Tom. VIII.

Regnum cœlorum quãti emitur.

Ser. ord. 25. Tom. X.

peri, si non vis flammis exuri. Da in terra Christo, quod tibi reddat in cœlo. Obliuiscere quod es, & attende quod futurus es. Præsens vita fragilis est, & in mortem procliuis. Nemo potest stare, sed omnes cogimur transire. Nolentes imus, inuiti eximus, quia mali sumus. Si autẽ ante nos aliquid mitteremus, non ad inane hospitiũ veniremus. Quod enim pauperi damus, ante nos præmittimus: quod autem rapimus, hîc totum dimittimus. *Tom. eod.* Lib. de verbis Apost. serm. xxij. Ecce frater tuus habet onus, paupertatẽ: tu habes onus, superfluitatẽ. Onus paupertatis, est non habere: onus diuitiarũ est, plusquã oportet habere. Tu ergo diues oneratus es, & ille pauper oneratus est: porta cũ illo nõ habere, portet tecũ plus habere: vt fiãt æquales sarcinæ vestræ. Si eñ dederis indigẽti, minuis illi nõ habenti onus ipsius quod erat non habere. Quia si ei dederis, incipit habere, & minutum est ei onus quod vocatur non habere, sed minuit & ipse onus tuum quod vocatur plus habere. Duo ambulatis viam Dei in peregrinatione huius sæculi. Tu portas sumptus magnos superfluos, ille autem sumptus non habebat. Adhæsit tibi comes tuus esse desiderans: noli negligere, noli spernere, noli relinquere, non vides quantum portas? Nihil portanti & nihil habenti da inde aliquid, & comitem adiuuabis, & te releuabis. *Tom. V.* Vtilis est eleemosyna de furtis, vt patet infra, capi. mortuus, & capite suffragium. Sed libro xxj. de ciuitate Dei, capi. xxvij. Est quidam modus vitæ: nec tam malæ, vt eis qui ea viuunt nihil prosit ad capessendum regnum cœlorum largitas eleemosynarum, quibus etiam iustorum sustentatur inopia, & fiunt amici qui in æterna tabernacula suscipiant: nec tam bonæ, vt tantam beatitudinem adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis quos amicos fecerint misericordiam consequentur. Mirari autem soleo, etiam apud Virgilium reperiri istam Domini sententiam vbi ait. Facite vobis amicos de mammona, &c. cui est illa simillima. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, &c. Nam cum Elysios campos Poeta ille describeret, vbi putant habitare animas beatorum: non solum ibi posuit eos, qui propriis meritis ad illas sedes potuerunt peruenire, sed adiecit atque ait. Quíque sui memores alios fecere merendo, id est, qui promeruerunt alios, eósque sui memores promerendo fecerunt. Prorsus tanquam eis diceret, quod frequentatur ore Christiano, cum se cuique sanctorum humilis quisque commendat & dicit: Memor esto mei: atque vt id esse possit, promerendo efficit. *Videntes meritis aliorũ hominũ.* Sed quis iste sit modus, & quæ sint illa peccata, quæ ita impediunt peruentionẽ ad regnũ Dei, vt tamẽ sanctorũ amicorum meritis impetrent indulgentiã: difficillimum est inuenire, periculosissimũ est definire. Ego certe vsque ad hoc tempus cum inde satagerem, ad eorum indaginem peruenire non potui. Et fortassis propterea latent, ne studiũ proficiendi ad omnia cauẽda peccata pigrescat. Quoniã si scirentur, quæ vel qualia sint delicta, ꝑ quibus etiã per-

A manentibus, nec profectu vitæ melioris assumpto, intercessio sit inquirenda, & speranda sanctorum, eis secura se obuolueret humana segnities nec euolui talibus implicamentis vllius virtutis expeditione curaret, sed tantummodo quæreret aliorum meritis liberari, quos amicos sibi de mammona iniquitatis eleemosynarum largitione fecisset. Nunc verò dum venialis iniquitatis etiã si perseueret, ignoratur modus, profecto & studiũ in meliora proficiẽdi orationi instando vigilantius adhibetur, & faciendi de mãmona iniquitatis sanctos amicos cura non spernitur. Verùm ista liberatio quæ fit, siue suis quibúsque orationibus, siue intercedentibus sanctis id agit, vt in ignem quisq; nõ mittatur æternum: nõ vt cũ fuerit missus post quãtũcũq; tempus inde
B eruatur. Nã & illi qui putãt sic intelligẽdũ esse, quod scriptũ est: afferre terrã bonã, vberẽ fructũ: aliã tricenũ, aliã sexagenũ, aliã centenũ: vt sancti pro suorũ diuersitate meritorũ, alij tricenos homines liberẽt, alij sexagenos, alij centenos: hoc in die iudicij futurũ suspicari solẽt, nõ post iudiciũ. Qua opinione quidã cũ videret homines impunitatẽ sibi peruersissimè pollicẽtes, eo quod omnes isto modo ad liberationẽ pertinere posse videãtur, elegantissimè respõdisse perhibetur. Bene potius esse viuẽdũ: vt inter eos quisq; reperiatur, qui pro aliis intercessuri sunt liberandis: ne tã pauci sint, vt cito numerũ suũ vel tricenũ, vel sexagenũ vel cẽtenũ vnoquoque corporũ ꝑueniẽte, multi remaneãt, q̃ erui iã de pœnis eorũ illorũ intercessiõe nõ possit, & in eis inueniatur q̃sq̃ sibi spẽ fru-
C ctus alieni temeritate vanissima polliceretur. Faciẽdæ sunt eleemosynę, & considerãda necessitas proximi. Li. 50. hom. Tribuẽdæ sunt eleemosynæ pro modo & quãtitate, sicut scriptũ est. Prout habueris fili, fac eleemosynã. Sed dicis, habeo quibus dimittã. Pone quia habebũt filij quibus dimittis. Tu nihil habebis, quia nihil ante te misisti. De filiis curã gessisti, tibi autem non profuisti. Ecce post te transierunt & isti filij, tu sine causa cucurristi, cum Apostolus dicat. Nihil intulimus in hunc mundũ, verum nec auferre quid possumus, quia Dñi est terra & plenitudo eius. Audis. Sursũ corda, & curas dicere, habemus ad Dominũ. Si aliquid illuc misisti, habes q̃ ibi quæras. In terra vbi posuisti, ibi quære, q̃a scriptũ est. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Et Deũ audi
D qui tibi dicit. Vis fœnerari, minus dare & plus accipere? Ecce mihi da, dicit Dominus. Ego accipio minus, & dabo plus. Quẽ quæris vnde crescat pecunia? Hominẽ quæris, qui quãdo accipit gaudet, quãdo reddit plãgit. vt accipiat precatur, vt reddat calũniatur. Da quidẽ homini, & noli auertere faciẽ tuã ab eo qui mutuo petit, sed accipe quãtũ dedisti, nã & beneficium perdidisti. Et si hoc ipsum quod daturus es exigatur, fortè ad manũ non habet vnde reddere possit. Pertulisti petẽtẽ, expecta non habentem. Noli clamare & dicere, Nunquid fœnus quæro? Tantum peto quantum dedi, hoc recipiam. Non es mentitus. Verum dicis, non es fœnerator, & vis cui dedisti quærat fœneratorem vt tibi reddat. Sed si propterea

fœnus non exigis, ne te fœneratorem iudicet Deus, premis, suffocas, exigis, si tantum exigis quantum dedisti, suffocando tamen & in angustiis retinendo, beneficium non præstitisti. Sed maiores angustias intulisti. Sed forte dicis. Habet vnde reddere possit. Habet possessionem, vendat. Habet familiam, vendat. Frater tuus quando à te petiit, ideo petiit ne venderet, propterea non faciat, quia subuenisti ne fieret. Hoc vult Deus, hoc iubet Deus. Sed si auarus es, modo audi quod ipse Dominus in Euangelio dicat. Stulte, hac nocte exposcitur anima tua à te, & ea quæ præparasti, cuius erunt? Sic est omnis qui sibi thesaurizat, & non est in Domino diues.

Excusanti respondetur per Dei gratiam. Libro eodem. Misericordia est fratres, quæ iram Dei auertit & peccata dimittit, ignes futuros extinguit. Sicut Salomon dicit. Sicut aqua extinguit ignem, &c. Da ergo egenti, confer non habenti, succurre fame pereunti. Crudele est vt de quo habes, non des ei quem scis non habere. Graue est, vt de tua abundantia non sustentes egentis inopiam. Vnde semper flagellamur in fructibus, quia egentibus bene non facimus. Reuera si consideres homo, vnde dãna, vnde calũniæ, nisi de sterilitate nostra? Tu non das egenti quod potes, quod te non grauat, venit vna calumnia, & perdes quod non habes. Ventre pleno ambulas, & vacuum pauperis ventrem non consideras. Bene est tibi de bonis Dei, nihil indiges, honestis vestibus vteris, & nudum & trementem frigore non vestis. Si tibi dicat Deus. Teipsum ego feci, quod viuis meum est, quod habes ego dedi, & ingratus es. Aufero quod dedi, nego quod donaui: dimitto te quem feci, sine me viuere si potes. Plus tibi dedi, vt haberes vnde pauperi dares. Pauperi non dedi ad hoc, vt te probaré, non quia ambobus nõ habui vnde darem, sed per pauperẽ volui te probare. Ego sum qui diuitem & pauperem feci, & prærogatorem te constitui in bonis meis. Fac misericordiam, quia nihil perdes, & me, qui dedi, non offendes. Da, quid dubitas? Quia si dederis, ego plura dabo: quid tibi soli vendicas, quod ambobus dedi? Quare tu solus comedis, quod ambobus creaui? quasi tuo labori hoc assignas, aut tuum esse putas? Aufero auxilium meum, habe laborem tuum: aufero misericordiam meam, & tunc apparebit miseria tua. Ad hoc quid dicturus es miser? Verè miser es, quia miseros non vides, & eris solus. Bestiis, & pecoribus, animalibus, auibus, & serpentibus, communis est cibus: & tu homini denegas victum? Sed credo te id facere, ne dando finias, ne prærogando deficias. Qui hæc consideras, & finem vitæ tuæ non consideras? Et si pecunia non finitur, vita tamen finitur, & quando non speras ad te venitur. Sic non considerabat ille diues, qui in abundantia torquebatur, & de inopia querebatur. Quid faciam, inquit, quia non habeo vbi fructus meos congregem? Et audiuit vocem Domini dicentis. Stulte, hac nocte anima tua aufe-

Homil. 47.

Eccles.

A retur à te, & quæ præparasti cuius erunt? Quanta huius diuitis amicitia. Nescit si viuat, & de fructibus cogitat. Nocte moriturus, fabricare disponit. Ecce audisti & tu Christiane quid timeas. Fac misericordiam, quid dubitas? Non te deserit, qui te prærogatorẽ constituit. Ipsius est enim vox in Euangelio arguentis incredulos & dicentis. Considerate volatilia cœli, quoniam non seminant, neque metunt, quibus non sunt cellaria, & pater vester cœlestis pascit illa. Si quæcunque habes tua esse dicis, si potes constitue propter fures in domo tua vigiles, fode foueas, absconde diuitias, fac tibi loculos & arcas, vbi reponas: contra Dei voluntatem tenere non potes. Ergo fratres faciamus misericordiam, pascamus esurientes, nudos operiamus, peregrinos hospitio

B recipiamus. Bene ergo facientes non deficiamus, vt tempore suo metamus vitam æternã. Propterea in supra allegato tractatu de misericordia: Quod habemus pauperibus demus. Si non dederimus, hîc dimittemus, aut forté cum viuimus, hîc dimittimus. Quam multi subito bona omnia perdiderũt, quæ studiosissimè recõdebant? Vno impetu hostili vniuersi thesauri tui perierunt.

Sed contra se excusantes causa filiorum. Libr. de decem chordis. Eleemosynam faciendo noli parcere thesauris tuis vanis. Noli sub imagine pietatis augere pecuniam, dicens. Filiis meis seruo. Magna excusatio, filiis meis seruo. Videamus, seruauit tibi pater tuus, seruas tu filiis tuis, & filij tui filiis suis, & sic per omnes: & nullus facit præcepta Dei. Quare non illi potius impen-

Cap. 12.

Tom. IX.

C dis omnia, qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit, ipse te pascit ex iis quæ fecit, ipse te pascit & filios tuos. Neque enim tu melius committis patrimonium tuum quam creatori tuo. Sed mentiuntur homines. mala est, inquiunt, auaritia. Palliare se volunt nomine pietatis, & dealbare, vt quasi propter filios filios videantur seruare homines quod propter auaritiam seruant. Nam vt noueritis, quia sic plerunque contingit, dicitur de quodam. Quare non facit eleemosynam? quia seruat filiis suis. Cõtingit vt amittat vnum. Si propter filios seruabat, mittat post illum partem suam. Quare illam tenet in sæculo, & illum reliquit ab animo? Redde illi quod suum est. Redde quod illi seruabas. Iam mortuus est, inquit. Sed præcessit ad Deum, debetur pars il-

D lius pauperibus. Christo debetur ad quem perrexit. Et ipse dixit. Quod vni ex minimis meis non fec. nec mihi fec. Sed quid dicit. Seruo fratribus ipsius. Si ille viueret, nunquid erat cum illis diuisurus. O fides mortua, mortuus est filius tuus. Quicquid dicas, mortuo debes quod viuo seruabas. Christus pro illo mortuus est. Si credis hoc, viuit filius tuus: non discessit, sed præcessit. Cur præcedenti non mittis partem suam in cœlis? An verò potest mitti in cœlum? Audi Dominũ dicẽtem. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Nũquid verò à te mittendũ est filio, quãdo si missum fuerit nõ peribit? Tenebitur hîc vbi perire potest, & non mittetur vbi perire, Christo

Mat. 25.

Mat. 6.

custodiente,non potest? Certè ea quæ hîc tenes,
quibus commendas? Actoribus tuis commendas
illius partem qui præcessit, & Christo nõ cõmen
das ad quẽ ꝑcessit? An idoneus est tibi procurator
tuus, & minus idoneus est tibi Christus tuus? Vi-
detis quia mendaciũ est,quod dicũt homines:scili
cet, filiis meis seruo. Mendaciũ est, auari sunt o-
mnes homines. Vel sic certè cogantur confiteri
quod nolũt,cũ omnes non erubescãt tacere quod
sunt,euomant in cõfusione quod portant. Pectus
premitur crapula iniquitatis,euomãt ea in cõfes-
sione, sed non canino more reuertantur ad vo-
mitũ. Estote Christiani. Valde parũ vocari Chri
stianus. Quanta donatis eis qui vos occidunt? Per
istas enim exhibitiones voluptatũ interficiũt ani
mas vestras,& insanitis quis plus donet? Si insani-
retis,quis plus seruet,nõ essetis ferẽdi. Quis plus
seruat insanire,auaritiæ est: quis plus donet insa-
nire,profusionis est. Nec auarũ te vult esse Deus,
nec profusum. Collocare te vult quæ habes, non
proiicere. Certatis quis vincat in peius,non datis
operam quis sit melior: atq; vtinã nõ daretis quis
sit peior. Et dicitis Christiani sumus. Ad fauorẽ
populi proiicitis res vestras. Hoc non iubet Chri
stus,rogat Christus,eget Christus. Cõtra aliter
Eod.cap.sup. se excusantes.in eodẽ. Cum Dominus dicat. Nisi
abũdauerit iustitia vestra plusquam scribarũ,&c.
Pharisæi decimas dabãt, tu si centesimã dederis,
magnũ aliquid te fecisse gloriaris. Attendis enim
quid alius nõ faciat, nõ quod Dominus te facere
iubeat. Metiris te cõparatione peioris,nõ de ius-
sione melioris. Non quia nihil ille facit, ideo tu
magnũ aliquid facis, sed quia gaudetis ad quædã
minima opera vestra: quia tanta est sterilitas ve-
stra, vt ad minima gaudeat. Quasi securi vobis
blandimini de minimis granis eleemosynarũ, &
obliuiscimini aceruos peccatorũ. Quomodo
sit eleemosyna danda. super psal. cxxj. Cũ damus
eleemosynã pauperi,non damus quasi de nostro,
sed tanquam de dono Christi: nec debemus dare
quasi mẽdico,sed tanquã fratri. In cõmunibus
sermonibus,serm.xxvij. Iste est eleemosynarum
ordo iustus atq; legitimus,vt prius tibi & tuis vi-
ctum & vestitũ sufficientẽ & mediocrẽ ꝓuideas,
nõ pompo sum,nõ deliciosum: deinde tuis paren-
tibus,si pauperes sunt, quantum præuales largia-
ris: postea seruos & ancillas tuas nec esurire,nec
algere permittas. Post hoc quicq̃d excepto me-
diocri & rationali victu & vestitu, siue de mili-
tia,siue de agricultura tibi prouenerit,Deus pau-
peribus erogãda parte illa transmisit. Quod si no
lueris dare,noueris te res alienas auferre,& iniu-
stè retinere. Dãda est antequã rogetur, & quã
sit ipsa eleemosyna meritoria. Libr. 50. Homil.
Homil.39. Tom.X. Perfecta misericordia est, vt ante occurrat esu-
riẽti cibus,quã roget mẽdicus. Nõ enim perfecta
est misericordia, si precibus extorquetur. Sed si
taceat mẽdicus,loquitur pallor in facie,pœnę las-
sus fessus est cœlisque suspectus. Festina pietati
succurrere, ne audias rogãtem, ne quod debetur
Domino vendices tibi. Imitare Deum tuum, qui
solem suum oriri facit super bonos & malos &

A pluit super iustos & iniustos. Ecce venit tibi plu-
uia antequã roges, descendit vbertas nocte dum
stertis,dum adhuc in lecto es ex præcepto vigilat
dies,excubãt elementa,fructus te nesciente effun
duntur, iactat cœlũ,& parturit terra, tot cellaria
messium dum nescimus sic accipimus, & tantas
opes comedimus antequam rogemus. Et tu ho-
mo,modicus est ipse panis,& precibus vẽdis? Nõ
rogauerũt quatuor millia Iesum in deserto, cum
septẽ panes & paucos pisces infinita agmina pran
derent,quo prandio vicisset saltem vsura mensu-
ram. Qui cũ erogasset. Colligite,inquit,fragmen
ta,ne pereant. Quia sanctũ fuerat totũ quod ipse
confecerat. Rediguntur septem sportæ buccel-
larũ,saturata sunt tot millia, & nihil minoratum
est. Et creuit eis cibus,dum impenditur victus: sic
B & eleemosyna si indigẽtibus erogetur. Magnum
opus est eleemosyna, vt faciat homo quod fecit
Deus: qui hos paucos in terra esurientes dimisit,
qui vno vasculo orbem cœli pascit,per quem no
bis liceat erogare. Sed si vbique fuisset abun-
dans, perierat misericordia. Dedit autem nobis
secundum baptismum. Quis sine peccato? Nam Eccl.3.
sicut aqua extinguit ignem,ita eleemosyna extin
guit peccatũ. In horreis nostris habeamus abun-
dantiam, quæ flammas nostras oblatione vnius
panis extinguat. Ante fores gehennæ stat miseri-
cordia, & neminem permittit in carcerem mit-
ti. Qui misertus fuerit, miserebitur ei: & si quis
misertus non fuerit, non miserebitur ei. Da pa-
nem cum poteris, quia nemo esuriet in infer-
no: nec habebis post mortem frumentum, nec
C inuenies illic aliquando mendicum: quia non erit
tempus miserendi. Bonorum enim & malorum
discretio, & in suis actibus permanebunt, ipso
Christo Domino nostro, rege ac iudice secer-
nente agnos ab hœdis, dexteram à sinistra seque-
strans, qui esurisse & sitisse se dicit, & cætera in
suis minimis perpessum fuisse se asserit. Date er-
go omnibus dilectissimi fratres, præcipuè dome
sticis fidei. Date omnibus, ne cui non dederitis,
ipse sit Christus: cuíve dederitis, ipse est Chri-
stus. In sermone secundo de quadragesima &
ieiunio. Ieiunia nostra eleemosynarum pingue-
do commendet: quia tale est ieiunium sine elee-
mosyna, qualis sine oleo est lucerna. Nam sicut
lucerna quæ sine oleo accenditur, fumigare po-
test, lumen autem habere non potest: ita ieiu-
D nium sine eleemosyna, carnem quidem cruciat,
sed charitatis lumine animam non illustrat. Fa
cienda est eleemosyna cum hilaritate, præcipuè Tom.V.
tempore ieiunij. super psalm. quadragesimum se- Isaia.58.
cundum. Frange esurienti panem tuum: audisti
ab Isaia. Noli ieiunium putare sufficere. Ieiu-
nium te castigat, non alterum reficit. Fructuosæ
erunt angustiæ tuæ, si alteri præstiterint latitu-
dinem. Ecce fraudasti animam tuam. Cui da-
bis quod tibi abstulisti? Vbi ponis quod tibi
denegasti. Quam multos pauperes saginare po-
test intermissum hodie prandium nostrum. Ita
ieiunia, vt in alio manducante prandisse te gau-
deas, propter orationes vt exaudiaris. Ibi enim
ait

ait. Adhuc enim loquente te dicam. Ecce adſum. Sed ſi fregeris ex animo eſurienti panem: quia plurimum fit à triſtibus, & à murmurantibus, vt careant tædio interpellantis, non vt viſcera reficiant indigentis. Hilarem autem datorem diligit Deus. Si panem dederis triſtis,& panẽ & meritum perdidiſti. Ergo ex animo fac: vt ille, qui intus videt, adhuc loquente te dicat. Ecce ad ſum. Quam celeriter accipiuntur orationes bene operantiũ. Et hæc iuſtitia hominis in hac vita, ieiuniũ, eleemoſyna, & oratio. Vis orationẽ tuam volare ad Deum? Fac illi duas alas, ieiunium, & eleemoſynam. In vtraq; eleemoſyna, quod dictum eſt, obſeruandũ eſt. Lib.50.Homil.Homil. xxvij. Det ſi poteſt eleemoſynas ſuas omnis cum charitate & cum hilaritate, ſiue cum carnalibus neceſsitatibus pauperum aliquid erogatur, ſiue cum panis cœleſtis diſpenſatur, & inuicta aduerſus diabolum caſtra, in credentium cordibus con ſtruuntur. Hilarẽ enim datorẽ diligit Deus. Non itaq; tædio frangatur in difficultatibus rerũ, quæ neceſſe eſt exiſtant, vt oſtendatur homini quod homo eſt: non ita ſurrepat in eum, qui aut odioſè irruit, aut importunè inopia coactus petit, aut in negotio ſuo, cum tu in maiori ſumptu occupatus fueris, indifferenter flagitat ſubueniri, aut in verbo manifeſtæ iuſtitiæ reſiſtit, aut cæca cupiditate, aut miſerabili tarditate: quando non debet quicquam amplius aut minus, quam oportet, id eſt, vt nõ loquatur amplius quã opus eſt, aut cum etiam non opus eſt. In epiſtola ad ſuam plebẽ, verſus finẽ, adducens illud. Operemur bonũ ad omnes, maximè ad domeſticos fidei. Quoniã domeſticus fidei eſt Chriſtianus, fidelis, catholicus, frater noſter, pro cuius ſupplenda neceſsitate, vos peto vt faciatis quod Dominus imperat, ſine triſtitia, ſine murmuratione, & cum lætitia & hilaritate. Deo enim creditis, nõ homini: quia ille promittit vos nihil eorũ, quę miſericorditer facitis, perdituros: ſed in illa die cum vſuris recepturos. Et quoniam ipſe Apoſtolus dicit. Hoc autẽ dico, qui parcè ſeminat, parce & metet: intelligere debetis tempus eſſe, vt domum vitæ æternæ, cum adhuc in iſta vita ſumus, feſtinãter & alacriter cõparemus. Quia cum finis ſæculi venerit, non dabitur niſi eis, qui fide ſibi hoc emerunt, antequam videre potuiſſent. Quia vt dicit Lib.ij.de verbis Domini, ſermone iiij. Profectò maior eſt refectio mẽtis, quã ventris. In dando eleemoſynã, præualet bona volũtas muneri. Lib.50.Homil.Homil. viij. Videte quantũ laboret qui expoliare vult veſtitũ, & quomodo ſine labore ſit ille qui veſtire vult nudũ. Si enim habeat, profert & dat. Si nõ habeat, ſufficit ei corã Deo bona volũtas. Ecce non laborat, ſi habet: ſi verò non habeat, quia quod valde neceſſariũ eſt habet, pauper eſt in arca, ſed diues in cõſcientia. Pauper eſt in domo, ſed diues in animo. An fortè nihil habes, qui bonã voluntatẽ habes? Audi Domino nato clamãtes Angelos. Gloria in excelſis Deo, &c. Eodẽ Lib.Homil.xiij. in fine. Pro viribus ſuis vnuſquiſq; faciat. Nõ dicimus quod ſic faciat, vt ipſe patiatur anguſtias.

Tom.X.

Tom.eod.

A Non hoc dicimus. Superflua tua neceſſaria ſunt aliis. Regnũ cœlorum venale propoſuit, & pretium illius calicem aquæ frigidæ eſſe voluit. Sed quando pauper eſt qui facit eleemoſynã, tunc debent eſſe eleemoſynæ eius calix aquæ frigidæ. Qui plus habet, plus faciat. Vidua illa de duobus minutis fecit. Zachæus dimidiũ rerũ ſuarum dedit, & ad redimendas fraudes ſuas aliud dimidiũ reſeruauit. Eleemoſynæ illis proſunt, qui vitam mutauerũt. Das enim Chriſto egenti, vt peccata præterita redimas. Nam ſi ideo illi das, vt liceat tibi ſemper impunè peccare: nõ Chriſtũ paſcis, ſed iudicem corrumpere conaris. Ergo ad hoc facite eleemoſynas veſtras, vt veſtræ orationes exaudiantur, & adiuuet vos Deus, ad vitam in melius commutandã. Et qui cõmutatis eandẽ vitam, in B melius cõmutate, vt per eleemoſynas & orationes deleantur mala præterita, & futura bona veniant ſempiterna. Et vt dicit ſuper pſalm.xxv. De corde procedit eleemoſyna. Si enim manum porrigas, nec in corde miſerearis, nihil feciſti. Si autẽ in corde miſerearis, etiã ſi non habeas quod porrigas manu: acceptat Deus eleemoſynã tuã.

Vnde ſermone ij. de quadrageſ.& ieiunio. Cũ de eleemoſynis loquimur, non turbetur anguſta paupertas. Omnia enim cõpleuit, qui quod potuit fecit: quia volũtas perfectè faciendi, reputabitur pro opere facti. Sed hoc ille implere poterit, qui omnem pauperem quaſi ſeipſum conſiderare voluerit. Lib.de vera innocentia. Creſcit ſemper charitatis facultas, dum vſu maior, & largitate fit ditior. Diſcretè facienda eſt eleemoſyna. Lib. C de ſalutaribus documẽtis. Eſto quæſo quãuis laicus, ad omne opus Dei promptus, pius ad pauperes, ad Dei infirmos miſericors, cõſolator mœrentium, compatiẽs miſeriis omnium, largus in eleemoſynis, memorans Euangelicæ viduæ offerẽtis duo minuta, & audi Prophetam dicentem. Frãge eſuriẽti panẽ tuum. Et cautè præuidẽs diſcretionem eleemoſynæ ita vt vtriſq;, dãti ſcilicet & accipiẽti ſit ſolatiũ. Itaq; non ſolũ de ſalute tua, verùm etiã de multorũ profectu & ꝓſperitate meditare. In cõmunibus ſermonibus, ſermon. vij. Cõſiliũ meũ eſt, vt quoties meſſes aut vindemias colligitis, veſtras & omnium qui apud vos ſunt cõputate expẽſas: ſimúlq; quod fiſco daturi eſtis, quod vobis ſupereſſe cognoſcitis, ſequeſtrate: quia nõ vobis propriè eſt datũ, ſed per vos ad diſ- D penſandũ pauperibus eſt trãſmiſſum. Et dum pauperibus occurritis, non triſti animo, ſed cum gaudio expendere feſtinetis. Quia quicquid amplius quã nobis opus eſt, à Deo accepimus, pauperibus erogare debemus, cum de eo rationem in die iudicii nos reddituros eſſe nouerimus.

Cap.95. Tom.III. Cap.5. Tom.IIII.

ELOQVENTIA & eloquens. Quid ſit eloquẽs. Libro quarto de doctrina Chriſtiana, capit. decimo ſept. Vt ait Romani author eloquij. Is erit eloquens, q. poterit parua ſummiſsè, modica temperatè, magna granditer dicere. Et infra. Is erit eloquens, qui vt doceat, poterit parua ſummiſsè: vt delectet, modica temperatè: vt flectat, magna granditer dicere. Hæc

Tom.III. Cicero in oratore.

Hæc eloquentia debet esse cum sapiẽtia. eodẽ Lib.cap.v. Illum hominẽ ad hoc opus vnde agimus iam oportet accedere, qui potest disputare vel dicere sapienter, etiã si non potest eloquẽter, vt prosit audiẽtibus, etiã si minus prodesset, quàm si & eloquẽter posset dicere. Qui verò affluit insipiẽti eloquẽtia, tanto magis cauendus est, quãto magis ab eo in iis quæ audire inutile est, delectatur auditor, & eum quoniã disertè dicere audit, etiã verè dicere existimat. Hæc autẽ sentẽtia nec *Ciceronis verba, lib. de inuentione.* illos fugit, qui artẽ rhetoricã docendã putauerũt: falsi enim sunt sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuibus, eloquentiã verò sine sapiẽtia nimium obesse plerunque, prodesse nunquã. Si hæc ergo illi qui præcepta eloquentiæ tradiderunt, in eisdẽ libris in quibus id egerũt veritate instigante coacti sunt confiteri, verã, hoc est supernã quæ à patre luminũ descẽndit, sapientiam nescientes: quanto magis nos non aliud sentire debemus, qui huius sapiẽtiæ filij & ministri sumus? Vnde de *Cap. 7.* Apostolo Paulo eodem loco inquit. Apostolus Paulus ait. Et si imperitus sum sermone, sed non scientia. Scientiã planè non cunctatus est profiteri, sine qua esse doctor gentiũ nõ valeret. Ideo *Cap. eod.* ibidẽ. Quam sapiẽter dicit Apostolus, quam eloquenter? Sed est comes sapiẽtiæ, dux eloquentiæ, illã sequẽs, istã præcedẽs & sequentẽ nõ respuẽs.

Vnde mala sunt falsa eloquenter dicta. Lib. ij. *Cap. 1. Tom. V.* de origine animæ contra Vincentiũ victorẽ. Valde quippe sunt noxia, praua diserta: quia hominibus minus eruditis, eo quod diserta sunt, videntur vera. Quapropter conari debet iuuenis eloquẽs, vt sit sapiẽs. *Tom. eod.* Lib. iiij. eiusdẽ. Plerũq; prædicatur & amatur eloquiũ in specie iuuenis, & si nondum habeat maturitatẽ fidẽmq; doctoris. Quapropter vt & tu rectè sapias, & alios nõ tantummodo delectare possis, verumetiã ędificare quod loqueris: curã te oportet gerere de sermonibus tuis, remotis plausibus alienis. Vnde de seipso *Tom. II. Epist. 226.* dicit in epistola ad Cristinum. Quãtum ad me legendũ attinet: magis vereor in manibus vestris loquacitatẽ meam reprehendi, quam eloquiũ requiri. Illud breuiter dixerim quod diuturna cogitatione si ruminaueris, senties quid sapiat. Cum in itinere Dei faciliora & fructuosa ignaua formidine fugiuntur, & in itinere sæculari duriora & sterilia ærumnoso labore tolerãtur. Lib. j. con *Cap. 2. Tom. VII.* tra Cresconiũ grammaticũ, versus principiũ. Nõ est eloquentia, sed quædam sophistica & maligna professio, quæ sibi proponit nõ ex animo charitatis, sed ex contentione vel cõmodo, pro omnibus & contra omnia, dicere. Ait sancta scriptura. *Eccl. 37.* Qui sophisticè loquitur, odibilis est. Ab hac mihi *2. Tim. 2.* videtur Paulus Apostolus iuuentutẽ Timothei remouere, vbi ait. Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionẽ audiẽtium.

Lib. 1. ca. 1. Lib. contra eundẽ. Multiloquiũ est superflua loquutio, vitiũ, scilicet loquendi amore cõtractũ. Pleriq; autẽ loqui amant, etiã qui nesciũt quid loquãtur, siue ad sanitatẽ sententiarũ, siue ad ipsum qui arte grammatica discitur, integrũ sonũ ordi- *Eloquentia.* nemq; verborũ. Eloquentia verò est facultas di- A cendi, congruenter explicans quæ sentimus: qua tunc vtendũ est, cum recta sentimus. Hoc modo non ea vsi sunt hæretici. Nam vtique si recta sensissent, non solũ nihil mali, verũ & boni aliquid esset quod eloquẽter explicassent. Neq; propterea pro patria non est armãdus miles, quia contra patriã nonnulli arma sumpserũt. Aut ideo vti nõ debent boni & docti medici ferramentis medicinalibus ad salutẽ, quia his ad perniciẽ indocti & pessimi abutũtur. Quis enim nescit sicut vtilia aut inutilia fuerint ea quæ quærũtur, ita eloquentiã, id est, peritiam facultatẽmq; dicendi, sic esse vtilem vel inutilẽ, vt fuerint inutilia vel vtilia quæ dicuntur? Ideo Lib. de gestis cũ Emerito Donatista, qui contra quendã publicè reum dixerat, Augustinus disputans cum eo multis audientibus *Tom.* B dixit. Audistis quantus ignis exarsit eloquentiæ, quando inuenit fœnum quod posset incendere.

De Diuinis autẽ eloquiis. super psal. xlviij. sermone primo. Omnia Diuina eloquia saluberrima sunt bene intelligentibus: periculosa verò iis *Tom. VI.* qui ea volunt ad sui cordis peruersitatem detorquere potius, quàm suum cor ad eorum rectitudinem corrigere. Hæc enim est in hominibus magna & vsitata peruersitas, qui cum debeãt viuere ipsi secundũ voluntatẽ Dei, Deum volũt viuere secundũ voluntatẽ suã. Et cũ ipsi nolũt corrigi, illũ volunt deprauari: rectum non arbitrantes quod ille vult, sed quod ipsi volunt.

EMERE. Super Ioannẽ, Tract. x. Quæ honestè emuntur, non illicitè venduntur. *Tom. IX.* Lib. 50. Homil. Homil. viij. Si vis adhuc *Tom.* C diues fieri, vt non solum ea quæ superflua tibi iacent non vis erogare indigentibus, sed etiã vis augere patrimoniũ tuum. Vnde vis augere? Emendo. Innocens tibi videris, quia emendò vis augere. Fortè & de rapina aliquã spem habes? Nisi fortè hoc dicas. Scit Deus quia non de rapinis volo augere patrimoniũ meum. Et de rapinis non es malus, sed voto es malus. Si quis dicat, Vende res tuas. Exhorrescis, expauescis, maledictum putas. Cum ergo emere cupis, nonnè hoc optas vt alij rès suas vendant? Nam quomodo poteris emere, si alius non compulsus fuerit vendere?

EMENDATIO. Emendare bonũ. Libro de verbis Apostoli, sermone xxij. Humanum fuit errare, diabolicum est per animositatem in errore manere. Melius quidem D erat si nũquam errauissemus. Sed quod secũdum est faciamus, vt errorem aliquando emendemus.

Emendatio de nemine desperãda. super psal. trigesimum sextum, sermone secundo. De nul- *Tom. VIII. Homil.* lo viuente desperandum est, & de nullo pronunciandum est, in alteram partem, siue in bonã, siue in malam. Quandiu enim hîc viuimus, crastinus dies semper ignoratur.

ETHNICVS. Libr. quinquagesimo Ho- *Tom.* mil. Ethnicus Gentilis est. Gentilis ille est, qui in Christum non credit.

ENOCH. Lib. xij. cõtra Faustum. Enoch *Cap. 14. Tom. VI.* septimus ab Adam, Deo placuit, & trãslatus est, & septima requies prædicatur,

ad quam

ad quam trāsfertur omnis qui tanquam sexto die sexta ætate sæculi Christi aduētu formatur. Libro xv. de ciuitate Dei. Septimus natus est ab Adam Enoch, qui interpretatur dedicatio, sed ipse est ille trāslatus qui placuit Deo. Cuius trāslatio, nostræ dedicationis est præfigurata dilatio. Quæ quidem iam facta est in Christo capite nostro, qui sic resurrexit, vt iam non moriatur amplius, sed etiam ipse translatus est. Restat alia dedicatio vniuersæ domus, cuius ipse Christus est fundamentum, quæ differtur in finem, quādo erit omnium resurrectio nō moriturorum amplius.

EPIPHANIA. In sermone de Epiphania. Epiphaniæ dies Latine manifestatio dici potest. De stella quæ tunc apparuit, in sermone primo eiusdem diei. Christus natus ex matre, de cœlo terræ nouum sydus ostendit, qui natus ex patre cœlum terrámque fundauit. Eo nascente lux noua est in stella reuelata: eo nascente superna honore claruerūt, quo moriente planxerunt, quo descendente inferna tremore timuerunt, quo resurgente discipuli nouo amore exarserunt, quo ascendente cœli nouo obsequio patuerunt. In sermone eiusdē diei. Christus nouam stellā declarauit natus, qui antiquum solē obscurauit occisus. Illa luce inchoata est fides gentium, illis tenebris accusata est perfidia Iudæorum. Quid erat stella quæ nunquam inter sydera apparuit? Quid erat nisi mirifica lingua cœli enarrans gloriam Dei: quæ inusitatum virginis partum, inusitato fulgore clamaret: cui postea non apparenti Euangelium toto orbe succederet? Quod illa stella non fuit fatum Christi. Libro secūdo contra Faustum. Nos quidem sub fato stellarum nullius hominis genesim ponimus, vt liberum arbitrium voluntatis, quo vel bene vel malè viuitur, propter iustum iudicium Dei, ab omni necessitatis vinculo vindicemus: quantominus illius temporalem generationem sub astrorum conditione credimus factam, qui est æternus vniuersorum creator, & Dominus? Itaque illa stella quam viderunt Magi, Christo secundum carnem nato non ad decretum dominabatur, sed ad testimoniū famulabatur: nec eum subiiciebat imperio, sed indicabat obsequio. Proinde nō ex illis erat hæc stella, quę ab initio creatæ itinerū suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed virginis partu, nouum sydus apparuit, quod ministeriū officij sui etiā Magis quærentibus Christum cum ante faciem præiret exhibuit, donec eos vsque ad ipsum locum, vbi Dei verbum infans erat, præeundo perduceret. Qui tandem astrologi ita constituerunt hominum nascentium fata sub stellis, vt aliquam stellarum homine aliquo nato circuitus sui ordinem reliquisse, & ad eum qui natus est perrexisse asseuerent? Sortem quippe nascentis astrorum ordini colligari arbitrantur, non astrorum ordinem ad hominis nati diem posse mutari. Quapropter si stella illa ex his erat quæ in cœlo peragunt ordines suos, quomodo poterat decernere quid natus Christus acturus erat,

A quæ nato Christo iussa est relinquere quod agebat? Si autem, vt probabilius creditur, ad demonstrandum Christum, quæ non erat exorta est, non ideo Christus natus est, quia illa extitit: sed ideo illa extitit, quia natus est Christus. Vnde si dici oporteret non stellam Christo, sed Christum stellæ fatum fuisse diceremus. Ipse quippe illi, non illa huic, nascendi attulit causam. Si ergo sunt fata quæ à fando, id est, à dicēdo appellata sunt, quoniam Christus Dei verbum est, in quo antequam essent, dicta sunt omnia, non consortium syderum fatum Christi est, sed fatum etiam syderum Christus est, qui & ipsam carnem sub cœlo creatam ea voluntate assumpsit, qua etiam cœlum creauit: ea B potestate deposuit & recepit, qua etiam syderibus imperauit. De ipso verò Christo à Magis tunc adorato, dicit in sermone eiusdem diei. Talem natum esse didicerant Magi, in quo adorando se salutem, quæ secundum Deum est, consequuturos minimè dubitarent. Neque enim ætas erat saltem cui adulatio humana seruiret, non sibi poplite stella regalis, non in membris purpura, non in capite diadema fulgebat: non pompa famulantium, non terror exercitus, non gloriosorum fama præliorum, hos ad eum viros ex remotis terris cum tanto voto supplicationis attraxerunt. Iacebat in præsepio puer ortu recens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate: sed magnum aliquid latebat in paruo, quod illi homines primitiæ gentium non terra portante, sed cœlo narrante didicerant.

C Sed quia & rex & iudex erat, Ideo dicit in sermone secundo supradicto. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges curia terrebat infantis? Quanto consultius reges non sicut Herodes interficere quærant, sed sicut Magi potius adorare delectentur, iam præsertim eum, qui ipsam mortē quam cupiebat inimicus inferre, etiam pro ipsis inimicis ab inimicis substituit, eámque in suo corpore occisus occidit. Piè timeant reges ad patris dexteram iam sedentem, quem rex impius timuit adhuc matris vbera lambentem. Audiant quod scriptum est. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore & exultate ei cum tremore. Ille enim rex vltor impiorum regum, & rector piorum, non ita natus est vt D reges nascuntur in sæculo, quia & ille natus est, cuius regnum non est de hoc sæculo. Nobilitas fuit nascentis in virginitate parientis, & nobilitas parientis in Diuinitate nascentis. De ipso Herode. Require infra, capit. Herodes. diffusius hæc omnia prosequitur in xj. sermone eiusdem diei, in hæc verba. Post miraculū virginei partus quo se vterus Diuino numine plenus saluo pudore exinaniens, Deum hominémq; profudit: Deū quidē quē susceperat, hominē quē ex se Deo authore formauerat. Deū sine initio, hominem cum principio: ne aut Trinitas excederet numerum, aut Diuina substantia incurreret detrimentum. Post exhaustam sacræ religionis

Marginal notes: Cap. 15. Tom. 5. — Ser. 2. et ord. de tēp. 31. Tom. X. — Cap. 3. Tom. VI. — Fatum. — Ser. 7. et ord. ser. de tēp. 35. Tom. X. — Serm. de tēp. ordine 30. Tom. eod. — Psal. 2.

gionis aulam, inter oppreſsi latebras cubilis & duriſsimi præſepis anguſtias, in quibus infinita maieſtas ſtabulabatur inter crepitantes neſcios querelæ ploratus, ac pios infantis teneróſque vagitus, dum pendet ad vbera, & vilia patitur Deus inuolucra pannorum, repente hodie de cœlo terræ ſydus illuxit, & totius mundi diſsipata caligine noctē vertit in diem, ne dies cælaretur in nocte. Credat iam Deo omnis terra, quia de cœlo loquitur Chriſtus. Natus enim in angulo, hodie declaratur in cœlo. Non enim poteſt tantum nomen abſcondi, quod vides ſyderis indicio publicari. Paſtoribus Angeli, Magis ſtella demōſtrat: vtraq; loquitur lingua cœlorū, quia iam ceſſauerat lingua Prophetarū. Paſtores Angelis credūt, & annuntiāt: Magi in cœlo aſpiciunt, & adorant. Sydus nanque igneum arſit, & frigidos gentiles accendit. Inuenit Magus in nocte, quem Iudæus erat perditurus in die. Fulgebant tunc per totum ætheris orbem aſtra micantia, & pabulo nigræ noctis ſtellarum ignes accenſi, claris ſplendoribus radiabant. Lucebat picta nox floribus alienis, atque inter alta ſilentia cœleſtis flamma choris geminatis rutilabat, tunc aurora oculus oceani per obſcuram plagam orbita ſecretiora inquietabat: tunc inter vapores igniferos continuis ſe aquis vaſto gurgite tēperabat: tunc luna recedentibus aſtris, per mediam cœli ſemitam pulchris aurea motibus ibat, & iter ſuum radiis aperiens, lucentes campos placidis acceſsibus honeſtabat. Dum ergo roſeæ polum faces, & noctem fulgentia aſtra decernunt, tunc inſolitum repente natura lumen extimuit. Pauit ſubito ſtelliger axis, & aſtra tremula famulantur ad cunas: quia ne Deus in carne poſitus eſſet obſcurus, ſeruit cœlum, reddunt & ipſa ſydera teſtimonium. Surgebat igitur ab ima crepidine poli, ingens fomite vaſto globus, vt vibrantes ſpargens radios per inanes auras anhelis pulſibus coruſcabat. Texerant vndique cœlū flammiflui apices per diuerſa porrecti, & rutilum iubar micātes flammas habenis largioribus diffundebat. Per totum cœlum ſydus noua face ſinus ſuos longo micans vmbone trahebat, dant æthera locum, aſtráque minora recedunt, rareſcunt fulgore alieno ſtellarum ignes obruſi, illa vadit per ardua per quæ ſuperna fundit grato ſtridore cœlum, & vt Chriſto plenum reddat obſequium temperat gradum, donec Magos perducat ad puerum, & monſtret tectum, ingrediatur paruum ſupplex gentilis hoſpitium, confiteatur muneribus Deum hominémque, & ita adoret regem noſtrum pannis, non purpura, inuolutum. Aſpexit tunc Magus, & obſtupuit Aſtrologus. Putauere fatum, ſed ſignū fuit. Nam vis certius id noſſe? Obſequium præbuit, non imperium. Adduxit ſupplices, oſtēdit hoſpitium. Radiabat ampliſsimo lumine, & tecta perfudit nati atque diſceſsit. Hoccine eſt fatum dare, an ſeruitium exhibere? O infantia cui aſtra famulantur ad cunas. Cuius eſt iſta magnitudo ſupernæ gloriæ, ad cuius pannos Angeli excubant, & ſydera obſecundant, & reges trepidant, ſecta-

A tores ſapientiæ ingeniculantur? O beatum tugurium: ò ſedes Dei, ſecunda poſt cœlum: vbi non lucerna, ſed ſtella lucebat. O cœleſte palatium, in quo habitat rex non gemmatus, ſed incorruptus: cui erant pro mollibus thoris, dura præſepia: pro laquearibus aureis, fumida culminum tecta, ſed ſyderis obſequio decorata. Quid homo circunſcriptus corpore, ampla prætoria, & diuerſicolorum marmorum cruſtis, atque fulgentibus bracteis ædes pretioſas atque decoras exornet? Delectatur Deus in lapide duro, dum vult ſuccurrere mundo. O mundi natura confer mecum. Quis eſt iſte cui exhibes obſequium, & non habet tectum? Quis eſt iſte qui vagitibus præſepe replet? Reſponde mihi. Oro te dic mihi cui exhibes laudem, ne diu inquirat animus rationem. Stupeo

B ego, cū video pannos, & intueor cœlū. Aeſtuo cū inſpicio in præſepe médicū, & ſuper aſtra præclarum. Sed ſubueniat nobis fides, quia ratio naturæ deficit. Quæ igitur fides verba reſpondeat audiamus. Pāni iſti, vagitus & infantia, humani generis eſt natiuitas noua: quia interierat hominis peccato natura. Stella verò fulgens, & Magus occurrens, regis eſt natiuitas patens. Meritò expaueſcit Herodes & formidat ſucceſſorem, quia nō intelligit rerum omnium ſaluatorem. Simulat vt adoret, & quærit vt cruciet. Noli terreri ò ſæue hoſtis atque ſubtilis. Quē times, non eſt de hoc mundo regnum eius. Cur adorare te fingis inuentum, quem vis necare repertum? Fidelis quære, deuotus interroga & non fraudulenter: & ſub eo regnabis perenni imperio ſublimatus. Tunc iſtum

C Herodem, ſicut narrat Euāgeliſta, matre geſtante Ieſus fugit in Aegyptum: putas ne timore? Abſit. Audi magni myſterij ſacramentum. Moſes aliquādo in Aegypto perfidis clauſerat diem. illuc Chriſtus adueniens ſedentibus in tenebris reddidit clariſsimam lucem. Fugit vt illuminaret, non fugit vt lateret. Fugit non formidine, ſed pietate. Nam occultatur infans in Aegypto, & regnat maieſtas in mundo. Exurgat tandem aliquando de latibulis cruenta ferocitas. Iubet Herodes infantes occidi. Fatigatur impij Herodis imperiū, & dum inſequitur Chriſtū, regi noſtro coæuum præparauit exercitum ſtolis victricibus cādidū. Infantes igitur elidūtur ad ſaxa, & lacteos artus crudelis officina conſumit. Secabat recentes ab vbere partus trāſiens gladius: nec inuenie-

D bat vbi ſæuiret, quia nō habebat in infantili corpore quod feriret. O crudelis gladiator. O conſcientia: O dira manus. Lactantes paruulos carnifex necas. Quid faceres ſi tales forſitā nō haberes? Ecce fratres occiduntur pro Chriſto, qui loqui non poſſunt. Ecce accepit ætas coronam, quæ nec dum ipſam geſtauerat vitā. Formare non poterant linguis palpitantibus verbum, & iam Martyres proficiſcebantur ad cœlum. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hoc Angeli cum paſtoribus. Hoc nos hodie cū ſyderibus concinamus. Propter hoc enim deſcendit ad terras filius Dei, vt nos ſecum ſuper aſtra leuaret poſt ſepulchra victores.

EPISCOPVS. A Christo facti sunt Episcopi. Libr. quæstionum veteris & noui testamenti. q. xcvij. Nemo ignorat Episcopos saluatorē Ecclesiis instituisse. Ipse enim priusquam cœlos ascenderet, imponens manum Apostolis, ordinauit eos Episcopos. Hoc Apostolus Spiritui sancto deputat, cum dicit. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Domini nostri Iesu Christi. Est autem hoc nomē operis, & non otij. lib. xix. de ciuitate Dei, c. xix. & habetur in decretis. viij. q. j. Nomen Episcopatus est operis, non honoris. Græcum est enim atque inde deductum vocabulum, quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur superintendit, curam, scilicet eorum gerens. ἐπὶ, quippe, super, σκοπὸς verò, intētio est. Ergo ἐπισκοπεῖν, si velimus Latinè superintendere possumus dicere: vt intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit non prodesse. Itaque à studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otiū. Locus verò superior, sine quo regi populus non potest, & si ita teneatur atque admi nistretur vt decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quęrit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Sed nec sic omnino veritatis delectatio fugiēda est, ne subtrahatur illi sua uitas, & opprimat ista necessitas. Qui bene eligitur, nō se eligit. In dialogo ad Orosium. Illum cognoscimus missum à Deo, quem non paucorum hominum laudatio vel potius adulatio eligit: sed illum quem & vita optima, & catholicorum examen commendat sacerdotum: vel etiam qui vniuersorum populorum iudicio comprobatur, qui nō appetit præesse, qui nec pecuniam dat vt Episcopatus honorem acquirat. Nam qui præesse festinat, quidā patrum eleganter express it, dicēs, sciat se non esse Episcopum, qui præesse desiderat, non prodesse. Est autem ordo ipsorum maximus, libro iij. quæstionum veteris & noui testamenti. Maior ordo intra se & apud se habet & minorē, presbyter enim & diaconi agit officium, & exorcistæ & lectoris. Presbyterum autem intelligi Episcopum, probat Paulus Apostolus, quando Timotheum quē ordinauit presbyterum, instituit qualem debeat creare Episcopum. Quid est enim Episcopus, nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos? Fiebant autē episcopi, in epist. ad Donatū presbyterum, partis Donati. Cogendi sunt multi, vt Episcopatum suscipiant. Tenentur inuiti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quæ nolunt, donec eis adsit voluntas suscipiēdi onus operis boni. Perfectissimus gradus est. Ideo de seipso dicit: in epist. ad Valeriū. & habetur in decr. distin. iiij. Ante omnia peto vt cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctoriè atque adulatoriè res agatur: sed nihil apud Deum miserabilius & tristius & damnabilius. Ita nihil est in hac vita, & maximè in hoc tēpore difficilius, laboriosius, & periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, sed apud Deū nihil beatius: si eo modo militetur, quo modo noster imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici: & eo tēpore quo discere cœperam, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum (nam quid aliud existimen nescio) vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere nō noueram. Vnde cedere aliquando expedit. lib. ij. cōtra Cresconiū grāmaticum. Neque Episcopi propter nos sumus, sed propter eos quibus verbū & sacramentū Dominicum ministramus. Ac per hoc, vt eorū sine scādalo sese necessitas habet, ita & nō esse debemus, qui propter nos, sed propter alios sumus. Denique nōnulli sancta humilitate præditi viri, propter quædā in se offendicula, quibus piè, religioséque mouebantur, Episcopatus officium, nō solum sine culpa, verum etiā cū laude deposuerūt. Vnde ipse Episcopatū deposuit, sed propter studiū, vt patet in gestis, quādo sibi successorem eligit, per hęc verba. Non permittor ad quod volo vacare. Ante meridiē & post meridiē occupatione hominū implicor. Obsecro vos & cōstringo per Christū, vt huic iuueni, hoc est, Heraclio presbytero, quem ego hodie in nomine Christi designo episcopū successorē mihi, patiamini refundere onera occupationum mearū. A populo acclamatū est. Iudicio tuo gratias agimus. Cum quæreretur Augustin. episcopus dixit. Ego charitati & beneuolentiæ vestræ apud Dominum Deum nostrū gratias ago. Ergo fratres quicquid est quod à me feratur, ad illum perferatur. Vbi necessariū fuerit consiliū meū, non negabo auxilium. Absit vt me abstrahā. Tamen quicquid illud est quod à me feratur, ad illū perferatur. Ipse me aut cōsulat, si fortè nō inuenerit quid facere debeat, vt poscat adiutorē, quē nouit patrem: vt & nobis nihil desit, & ego tandē aliquantulū spatium quod mihi donauerit Deus, ipsámque meā quantulācūque vitam, non dem segnitiei neque inertiæ, sed in sanctis scripturis quantū ipse permittit & largitur exerceā. Hoc & ipsi proderit, & per illum etiam vobis. Nemo ergo inuideat otio meo, quia meū otiū, magnū habet negotiū. Video me de hac re propter quā vos inuitaui, omnia vobiscū egisse quę debui. Hoc ad vltimum rogo, vt gestis istis dignemini subscribere qui potestis. Dicit etiā lib. gestorū cum Emerito. Pro pace Christi episcopi debent esse, aut debent non esse. Et subdit. Quid dubitamus redēptori nostro sacrificiū istud humilitatis offerre? An verò ille de cœlis in membra humana descendit, vt mēbra eius essemus: & nos ne mēbra eius crudeli diuisione lanientur, de cathedris descēdere formidamus? Propter nos sufficit quod Christiani fideles & obedientes sumus. Hoc ergo semper si-

Lib. 2. quæst. q. 97. Tom. IIII. Act. 20. Tom. V. Lib. quæst. 65. quæst. vl. Tom. III. I. Quæst. 101. Tom. IIII. Tom. II. Epist. 204. Tom. II. Epist. 148. Tom. VII. Tom. VII. Lib. eod.

mus. Epiſcopi autem propter Chriſtianos populos ordinamur. Quod ergo Chriſtianus populis ad Chriſtianã pacem prodeſt, hoc de noſtro Epiſcopatu faciamus. Et inf.c.xj. *Eod.* Propter vos hoc debemus eſſe quod nos. Quid debes eſſe tu cuicunque loquor veſtrũ? Chriſtianus, fidelis, obediens: hoc tu propter te, hoc & ego propter me. Ergo quod tu propter te, & ego propter me, ſemper eſſe debemus. Quod autem ſum propter te, ſim, ſi tibi prodeſt: & non ſim, ſi tibi obeſt. Et infra ſubdit. *Eod.* Si ſerui vtiles ſumus, cur Domini ęternis lucris pro meritis temporalibus ſublimitatibus inuidemus? Epiſcopalis dignitas fructuoſior nobis erit, ſi gregem Chriſti depoſita magis collegerit, quã retenta diſperſerit. Et infr. *Eod.* Fratres mei, ſi Dominũ cogitamus, locus iſte altior, ſpecula vinitoris eſt, nõ faſtigium ſuperbiẽtis. Si cum volo retinere epiſcopatũ meũ, diſpergo gregem Chriſti, quomodo eſt dãnum gregis, honor paſtoris? Et infra. *Eod.* Nam qua fronte in futuro ſæculo promiſſum à Chriſto ſperabimus honorem, ſi Chriſtianam in hoc ſæculo, noſter honor impedit veritatẽ? *Tom. II. Epiſt. 216.* In epiſt. ad Paulum. Epiſcopatus, nõ eſt artificium tranſigendæ vitę fallacis.

Tom eod. Epiſt. 168. In aliena diœc. epiſcopus nihil poteſt, ſine licẽtia proprij epiſcopi. in epiſt. ad Euſebium. In aliis ciuitatibus tantũ agimus quod ad eccleſiã pertinet, quantũ vel nos permittunt, vel nobis imponunt earũdem ciuitatũ epiſcopi fratres & conſacerdotes noſtri. Debet epiſcopus eſſe non curioſus in cõſcientia vana. *Tom. eod. Epiſt. 56.* In epiſtol. ad Dioſcor. Indecens eſt epiſcopũ eccleſiaſticis curis occupatum, ſe dare ad diſſoluendas litigioſas quęſtiones & curioſas. In diſcendo verò vtilia, debet eſſe ſtudioſus. *Cap 26. Tom. VII.* lib. v. de baptiſ. cõtra Donatiſt. allegãs taliter Cyprianũ. *Ciprianus ad Pompeiũ.* Cyprianus dicit epiſcopũ docibilẽ eſſe debere. Et adiungit. Docibilis autem ille eſt, qui eſt ad diſcendi patientiã lenis & mitis: oportet enim epiſcopũ non tantũ docere, ſed & diſcere, quia ille melius docet, qui quotidie creſcit & proficit, diſcendo meliora. Non debet eſſe ſanguinis vir. *Tom. II. Epiſt. 184.* in epiſt. ad Bonifac. comitẽ. Fas enim nõ eſt vt reus epiſcopi ſuggeſtionibus occidatur, qui veniæ, ſi pœnituerit reſeruatur. Nam ſi in Barbarorũ erroribus velimus cũ decet exercere vindictam, paucos reperiemus, nec ipſos animoſos ad pugnã fore. Sunt autẽ epiſcopi procuratores pauperũ. *Tom. II. Epiſt. 59.* Lib. de correpț. Donatiſt. ad eundẽ Bonifac. & habetur in dec. xij. q. j. Si pauperũ cõpauperes ſumus, quæ ſunt noſtra, ſunt & illorũ: ſi autẽ priuatim quæ nobis ſufficiant, poſſidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperũ: quorũ procurationẽ quodãmodo gerimus, ne proprietatem nobis vſurpatione damnabili vẽdicemus.

Tom. II. Epiſt. 225. In epiſt. j. ad Albinã. Hiponẽſes in me dilexerunt, quod audierãt paucis agellulis paternis cõtemptis, ad Dei liberã ſeruitutẽ me fuiſſe conuerſum, neque in hoc inuiderunt eccleſię Tagaſtẽſi, quæ carnalis patria mea eſt. Ego autẽ ſecundum multorũ ſenſuũ cõparantiũ ſemetipſos ſibimetipſis, non diuitias dimiſiſſe, ſed ad diuitias video veniſſe. Vix enim viceſima particula res mea pa-

A terna exiſtimari poteſt, in cõparatione prædiorũ eccleſiæ, quæ nunc vt dominus exiſtimor poſſidere. Sed epiſcopus ſi animo dominãdi id egerit, pauperrimus erit. Multo ergo liquidius & ſecurius in hoc amatur Chriſtiana paupertas, in quo nulla rerum amplarum poteſt putari cupiditas.

Quanto altior epiſcopi laus eſt, tãto humilior eſſe debet. ſuper Pſal. cxxvj. Ideo altior locus poſitus eſt epiſcopis, vt ipſi ſuperintendãt, & tãquã cuſtodiant populũ. Nam & Græcè quod dicitur epiſcopus, hoc Latinè ſuperintẽtor ĩterpretatur: quia ſuperintendit, quia deſuper videt. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad cuſtodiendã vineã, ſic & epiſcopis altior locus factus eſt. Et de iſto alto loco periculoſa ratio redditur, niſi eo corde ſtemus hîc, vt humilitate ſub pedibus no-

B ſtris ſimus, & pro vobis oremus. Ideo epiſcopi ſunt Angeli, & egent pœnitẽtia. ſuper Apoc. Hom. ij. Per angelos intelligũtur epiſcopi & prępoſiti eccleſiarũ. In tantũ per Angelorũ nomina eccleſias catholicas voluit intelligi, vt iubeat Angelos in Apoc. pœnitentiã agere. Nõ enim Angeli qui in cœlis ſunt, egent pœnitẽtia, ſed homines qui ſine peccato viuere nõ poſſunt. Nam & quia Angelus nuntius interpretatur, quicũq; aut epiſcopus, aut presbyter, aut etiã laicus frequẽter de Deo loquitur, & quomodo ad vitã perueniatur æternã annuntiat, merito Angelus dicitur: Et tamen quia ſine peccato nemo eſſe poteſt, dicitur ei. i. homini, vt pœnitentiã agat: quia re vera qui bene cõſiderat, agnoſcit quod nõ tantũ laici, ſed etiã ſacerdos vna die nõ debẽt eſſe ſine pœniten-

C tia. Quia quomodo nullus dies eſt, in quo homo eſſe poſsit ſine peccato, ſic nullo die eſſe debet ſine pœnitẽtia & ſatisfactionis remedio. Vnde debet eſſe ſollicitus & nõ negligẽs vel defectuoſus. lib. de xij. abuſionibus. c. x. Decimus gradus abuſionis eſt, epiſcopus negligẽs, qui gradus ſui honorẽ inter homines requirit, ſed miniſterij ſui dignitatẽ corã Deo, pro quo legatione fungitur, nõ cuſtodit. Primo nãq; ab epiſcopo, quid ſui nominis dignitas tenet, inquiratur: quoniam epiſcopus, cũ nomẽ Gręcum ſit, ſpeculator interpretatur. Quare verò ſpeculator ponitur, & quid à ſpeculatore requiritur, Dominus ipſe denudat: cum ſub Ezechielis Prophetæ perſona, epiſcopo officij ſui rationem denuntiat, ita inquiens, Speculatorẽ dedi te domui Iſraël. Audiẽs ergo ſermo-

D nẽ ex ore meo, nũtiabis eis ex me. Si autẽ videris gladiũ venientẽ, & tu nõ annũtiaueris vt reuertatur impius à via ſua: ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, ſanguinem verò eius de manibus tuis requirã. Si autẽ annũtiaueris & ille nõ fuerit reuerſus, ipſe quidẽ in iniq̃tate ſua morietur, ſed tu animã tuã liberaſti. Decet ergo epm ꝙ omniũ ſpeculator poſitus ẽ, peccata diligẽter attẽdere, & poſtquã attẽderit, ſermone ſi potuerit & actu corrigere: ſi nõ potuerit, iuxta euãgelij regulam ſcelerum operarios declinare. Si autem, inquit in Euãg. Dominus, peccauerit in te frater tuus &c. & vſque tanquã ethnicus & publicanus. Tali ordine de eccleſia expellẽdus eſt, quicunq; doctori vel

vel episcopo nō adhęret, & q̄ tali ordine expulsus fuerit, ab aliquo doctore vel episcopo recipi nō debet. De sacerdote nāque scriptum est in lege. Viduā & repudiatā non accipiet vxorē. Qui ergo excōmunicatum à catholico, illo non permittente sibi iungit: iura sancti sacerdotij, quod Christianorum genus electū est, excedit. Hac ratione episcopū ad eos quibus in speculatione positus est, esse oportet. Cæterū qualis in semetipso debet esse, Paulus Apost. exponit: vt ad gradum episcopi veniens sit sobrius, prudens, sapiens, castus, modestus, hospitalis, filios habens subditos cū omni castitate, testimoniū habēs bonū ab iis qui foris sunt, proferēs doctrinæ fidelē sermonē, ante episcopatū non plures habens vxores quā vnā. Non percussor, nō bilinguis, nō ebriosus, nō neophytus, vt per hoc ipse ostēdat ī opere, quod alios docet in sermone doctrinæ. Caueant ergo negligētes episcopi, quia in tēpore vindictæ Dominus per Prophetam queritur, Pastores multi demoliti sunt populum meū, & nō pascebāt gregem meū, sed pascebāt semetipsos: sed procurent potius hi quos constituit Dominus super familiā suā, dare illis cibū tritici mensurā, purā. s. & ꝓbatam doctrinā, quatinus veniēte Domino mereatur quilibet audire. Euge serue bone, &c. vsq; ī gaudiū Domini tui. Quod ad quēlibet patrēfamiliâs pertinet, hoc ad episcopatus officiū quo ad doctrinam quodāmodo pertinet. In cōmunibus sermonibus, ser. viij. Episcopus inde appellatus est, quia superintendit, quia intendēdo curat. Vnusquisque ergo in domo sua si caput est domus, velut episcopus est. Debet enim ad eum pertinere episcopi officium, quomodo sui credāt, ne aliqui ipsorum in hęresim incurrant: ne vxor, ne filius, ne filia, ne seruus qui veraciter est emptus. Nummos nostros nolite contemnere. Domesticorum vestrorum salutem vigilantia procurate.

EQVVS. Per equum intelligitur Ecclesia, & per equitē Christus. require supra, c. arcus. Sed per equum intelligitur superbia. super. Psal. lxxv. Super illud, Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerūt omnes qui ascenderunt equos. Nō in equis sedere peccatū: sed ceruicē potestatis contra Deū dirigere, & putare se in aliquo honore esse. Qui se iactāt & extollunt de honoribus & potestatibus suis, equos ascendunt. Per equū intelligitur sanctus vel Martyr. libr. annotationū in Iob. Circundedisti equo ī fortitudine Martyrē. Videtur describere intrepidū & alacrē testē fidei salutaris: nō tamen virtute ꝓpria, sed quia eū circūdedit Dominus.

ERROR. A diabolo error exoritur. sup Psal. xxx. expo. ij. sermo. j. Inimicus posuit in muscipula errorem & terrorem. Errorem quo illiciat, terrorē quo frangat & rapiat. Tu claude ianuā cupiditatis cōtra errorem, & claude ianuam timoris cōtra terrorē: & educeris de muscipula huiusmodi pugnæ. Quid sit error, libr. j. de Academicis, dispu. j. Errare vtique est, semper quærere & nunquam inuenire. Ibidem. Error est, falsi pro vero approbatio: in quem nullo pacto incidit, qui veritatē quęrēdam semper existimat. Et vt dicit ibid. Errorem facilius est definire, quam finire. Lib. iij. eiusd. Is errat, qui quod sibi videtur temerè probat. Non solū puto eum errare qui falsam vitam sequitur, sed etiā eum, qui veram non sequitur.

Ex ignorantia causatur. in epist. ad Hesyciū. Non mihi quisquā videtur errare, cum aliquid nescire se scit: sed cum putat scire, quod nescit.

In enchirid. & habetur dist. xxxviij. c. quamuis. Quāuis errare quanta possumus cura cauendum sit, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerū ignorantia possit errari: nō est tamen consequens, vt cōtinuò erret quisquis aliquid nescit, sed q̄squis existimat se scire quod nescit: pro vero quippe approbat falsum, quod erroris est proprium. Veruntamen in qua re quisque erret, interest plurimum: nam vna eadēque re & nescienti sciens, & erranti non errans, recta ratione præponitur. In diuersis autē rebus. i. cum iste scit alia, ille alia: & iste vtilia, ille minus vtilia, vel etiam noxia: quis non in eis quæ ille scit, ei præferat nesciētē? Sunt enim quædam quæ nescire melius est, quam scire. Vnde vtile est aliquando errare. ibidē. Nonnullis profuit aliquando errare, sed in via pedum, non in via morum. Nam nobis ipsis accidit, vt in quodā biuio falleremur, & nō iremus per eum locū vbi transitum nostrum Donatistarū manus armata obsederat: atque ita factū est, vt eo quo tendebamus, per deuium circuitum perueniremus: cognitísque insidiis eorū, nos gratularemur errasse, atque inde gratias ageremus Deo. Quis ergo viatorē sic errantē, sic nō erranti latroni pręponere dubitauerit? Et fortasse ideo apud illum summū Poëtam, loquens quidam miser amator,

Vt vidi, inquit, vt perij, vt me malus abstulit error.

Quoniā est & error bonus, q̄ nō solū nihil obsit, verūetiā aliq̄d prosit. Vnde errare solū cōtingit in hac vita. ibidem. Diligentius considerata veritate, cum nō aliud nō sit errare, quam verum putare quod falsum est, falsúmque quod verum est: vel certū habere ꝓ incerto, incertúmve pro certo: siue falsum sit, siue sit verū: idque tam sit in animo deforme atque indecens, quā pulchrū atque decorū esse sentimus, vel in loquēdo, vel in assentiendo, est est, nō non: profecto & ob hoc ipsum est ista misera vita qua viuimus, quod enim nonnunquā vt non amittitur, est error necessarius. Absit vt talis sit illa vita, vbi est animæ nostræ ipsa veritas vita, vbi nemo fallit, fallitur nemo. Distinguitur de errore, causa rerū in quibus erratur. Ibid. In quibusdam rebus magno, in quibusdā paruo, in quibusdā nullo malo, in quibusdā etiā nonnullo bono fallimur. Nā magno malo fallitur homo, cum hoc nō credit quod ad vitam æternā, vel hoc credit, quod ad mortē ducit æternā. Paruo autē malo fallitur, qui falsum pro vero approbando, incidit in aliquas molestias tēporales, quibus tamen adhibita fideli patientia, cōuertit eas in vsum bonū. Veluti si quisquam bonum hominē putauerit qui malus est,

aliquid ab eo patiatur mali. Qui verò malum hominē ita bonū credit, vt nihil ab eo patiatur mali, nullo modo fallitur: nec in eum cadit illa prophetica detestatio. *Isai 5.* Væ iis qui dicunt quod malū est bonū, & quod bonum est malū. De ipsis enim rebus quibus homines mali sunt, non de hominibus dictū intelligendū est. Vnde qui adulteriū dicit bonū, rectè arguitur illa voce prophetica. Qui verò ipsum hominē dicit bonum, quē putat castum, nesciens adulterū, non in doctrina rerū bonarum & malarum, sed in occultis humanorū fallitur morū: vocans hominē bonū, in quo putat esse, quod esse non dubitat bonū: & dicēs malum adulterum, & bonū castum: sed hūc bonum dicens, nesciendo adulterū esse: illū malū, nesciēdo castū. Porrò si per errorē euadit quisque perniciem, sicut diximus nobis in itinere contigisse, etiā boni aliquid homini errore cōfertur. Sed cū dico in quibusdam rebus nullo malo aliquē, vel nonnullo etiā bono falli, nō ipsum errorem dico nullum malū vel nullū bonū: sed malū quo non venitur, vel bonū quò venitur errando. i. ex ipso errore quid non eueniat, vel quid proueniat: Nā ipse per semetipsum error, aut magnum in re magna, aut paruū in re parua, tamen semper malum est. Quis enim nisi errās neget malū esse approbare falsa pro veris, aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis, vel certa pro incertis? Sed aliud est bonū hominem putare qui malus est, quod est erroris, & aliud est ex hoc malo aliud mali non pati, si nihil noceat homo malus qui putatus est bonus. Itémq; aliud est ipsam viā putare quę nō est ipsa, & aliud est ex hoc erroris malo aliquid boni cōsequi, velut est ab insidiis malorū hominū liberari. Non omnis error est peccatū. *Cap.20.* Ibid. Nescio sanè vtrū etiā eiusmodi error sit, cum homo de malo homine bene sentit, qualis sit nesciēs: aut pro eis quæ per sensus corporis capimus, occurrūt nobis similia, quę spiritu tanquā corpore, aut corpore tanquā spiritu sentiūtur. Quales esse putabat Apost. Petrus, quando se existimabat visum videre, repente de claustris & vinculis per Angelū liberatus. Aut in ipsis rebus corporeis leue putatur esse quod asperum est, aut dulce quod amarū, aut bene olere quod putridū, aut tonare cū rheda trāsit, aut illū hominē esse cū alius sit, quādo duo sibi simillimi sunt, quod in geminis sæpe cōtingit: vnde ait ille, *Aeneid.10.* Gratúsque parentibus error: & cętera talia etiam peccata dicenda sint. *Error apud Academicos.* Apud Academic. omnis error putatur esse peccatū, quod vitari nō posse cōtendunt, nisi hominis suspēdatur assensio. Errare quippe dicunt cū quisque assentitur incertis: nihilque certū esse in hominū visu, propter indiscretā similitudinē falsi, etiā si quod videtur, fortè sit verū, acutissimis quidē, sed impudētissimis cōflictationibus disputāt. *Abac.2.* Apud nos autē, iustus ex fide viuit. Ac si tollatur assensio, & fides tollitur: quia sine assensione nihil creditur. Et sunt vera quāuis nō videātur, quę nō credātur, ad vitam beatā, quæ nō nisi ęterna est, nō potest perueniri. Cū istis verò vtrū loqui debeamus ignoro, q. solum victuros in æternū, sed in præsenti se viuere nesciunt: imo nescire se dicūt, quod nescire non possunt. Neq; enim quisquā sinitur nescire se viuere, quādoquidē si non viuit, nō potest aliquid nescire: quoniam non solum scire vel etiam nescire viuentis est. Sed videlicet non assentiendo quod viuāt, cauere sibi videntur errorē, cū etiam errādo cōuincātur viuere: quoniā nō potest qui nō viuit errare. Sicut ergo nos viuere nō solū verū, sed etiā certū est: ita etiā vera & certa sunt multa, quibus nō assētiri, absit vt sapiētia potius quā demētia nomināda sit. In quibus autē rebus nihil interest ad capessendū regnū Dei, vtrū credātur an non, vel vtrum vera siue sint, siue putētur, an falsa: in his errare. i. aliud ꝑ alio putare, non arbitrādū est esse peccatū: aut si est, minimū esse atq; leuissimū. B Postremo qualecūque illud & quātūcunque sit, ad illā viam nō pertinet, qua imus ad Deū: quæ via fides est quæ per dilectionē operatur: quā perfectā, foras expellere timorem dicimus. Probat hoc ibidē. Neque enim ab hac via deuiabat, gratus ille parētibus error in geminis filiis: aut ab hac via deuiabat Apost. Petr. quādo se existimās visum videre, aliud pro alio sic putabat, vt à corporū imaginibus, in q̃bus se esse arbitrabatur, vera in quibus erat corpora non discerneret, nisi cū ab illo Angelus, per quē fuerat liberatus, abscessit: aut ab hac via deuiabat Iacob Patriarcha, quādo viuētę filiū à bestia credebat occisum. In his atque huius falsitatibus salua fide quæ nobis in Deū est, fallimur: & via nō relicta, quæ ad illū nos ducit, erramus. Qui errores etiā C si peccata nō sunt, tamē in malis huius vitæ deputandi sunt: quæ ita subiecta est vanitati, vt approbētur hîc falsa pro veris, reputentur vera pro falsis, teneātur incerta pro certis. Quāuis enim hæc ab ea fide absint, per quā verā certámque ad beatitudinē tēdimus, ab ea tamē miseria nō absunt, in qua adhuc sumus. Nullo modo quippe fallemur in aliquo vel animi, vel corporis sensu, si iā vera illa atque perfecta fœlicitate frueremur.

Propterea in epist. ad Seuerum episc. Qui sic credit vt loquitur, etsi non vera loquitur, fideliter loquitur: qui autē nō credit quæ loquitur, etsi vera loquetur, infideliter loquetur. De errātiū verò defectu. in prologo secundi lib. de trini. Duo sunt quæ in errore hominū difficillime tolerantur: præsumptio priusquā veritas pateat, & cum iam patuerit præsumptę falsitatis defensio.

D Ideo lib. ij. de ciui. Dei. c. j. Si rationi perspicuę veritatis infirmus humanæ cōsuetudinis sensus nō auderet obsistere, sed doctrinæ salubri lāguorē suū tanquā medicinæ subderet, donec Diuino adiutorio, fide pietatis impetrāte, sanaretur, non multo sermone opus esset ad cōuincēdum quēlibet vanæ opinionis errorē, iis qui rectè sentiunt, & sensa verbis sufficiētibus explicāt. Nunc verò quoniā ille est maior & tetrior insipiētium morbus animorū, quo irrationabiles motus suos etiā post rationē plenè redditā, quāta homini ab homine debetur, siue nimia cæcitate, qua nec aperta cernuntur, siue obstinatissima peruicacia, qua

& ea

& ea quæ cernũtur, nõ ferũtur, tanquã ipsam rationẽ veritatémque defendunt, fit necessitas copiosius dicendi plerũque res claras, velut eas nõ spectãtibus intuẽdas, sed quodãmodo tangẽdas, palpãtibus & cõniuẽtibus offeramus. Et tamen quis disceptãdi finis erit, & loquẽdi modus, si respõdẽdũ esse respõdẽtibus semper existimemus? Nã qui vel nõ possunt intelligere quod dicitur, vel tã duri sunt aduersitate mentis, vt etiã si intellexerint nõ obediãt, respõdẽt vt scriptũ est, & loquũtur iniquitatẽ, atq; infatigabiliter vani sunt. Quorũ dicta cõtraria si toties velimus refellere, quoties obnixa frõte statuerunt nõ curare quid dicãt, dũ quocũq; modo nostris disputationibus cõtradicãt, quã sit infinitum, & ærũnosum, & infructuosum, vides. Lib. de Ago. Christ. Errat quisquis putat se veritatẽ posse cognoscere, cum adhuc nequiter viuat. Consulit, lib. j. de orig. animæ. Sapiens eris, si malueris errore non decipi, quam errantium laudibus honorari.

ERVBESCERE. Post peccatum fuit. in dialog. ad Orosiũ. Ideo nõ erubescebãt nisi post peccatum, quia nullã legẽ sensferant in mẽbris suis repugnãtem legi mẽtis suę, nihilque in eis putabãt velandũ, quia nihil in se sentiebãt refrẽnãdũ. Nõ semp tamẽ est peccatũ. super Psal. lxviij. ser. ij. Opprobriũ est, quod obiicit inimicus. Confusio est, quæ mordet cõsciẽtiã. Verecũdia, quæ facit ingenuã frõtẽ, etiã de falsi criminis obiectione erubescere. Nõ est crimen. Aut si est crimen, nõ est illius cui obiicitur sed illius q obiicit. Sed tamẽ infirmitas humani animi plerũque verecũdatur, etiã cũ falsum obiicitur: nõ quia obiectũ est, sed quia creditum. Erubescere debet peccator. lib. j. de pœni. Per vos erubescite, qui per vos peccastis. Erubescẽtia nãque partẽ habet remissionis. Verecũdia enim magna est pœna. Ideo qui erubescit pro Christo, magna fit dignus misericordia. Quisquis peccatorum memoria cõpũgitur, tunc se iustificari sciat, dum id qđ amisisse se recolit, interius erubescit: suoq; iudicio pœnitẽdo iã punit. Tẽpore iudicij erubescẽt mali. super Psal. vj. Nõ erubescent impij, nisi illa die cũ manifesta fuerit iustorũ prẽmia, & supplicia peccatorũ. Nã nũc vsque adeo nõ erubescũt, vt nobis insultare nõ desinãt, & plerũque tantũ valeãt irrisionibus suis, vt infirmos homines de Christi nomine erubescere faciant. Iam verò quisquis sublimia illa præcepta implere voluerit, vt dispergat & det pauperibus, quo iustitia eius maneat in æternum, omnibúsque suis rebus terrenis vẽditis, & indigẽtibus erogatis Christũ sequi voluerit, dicẽs. Nihil intulimus in hũc mũdũ, sed nec auferre quid possumus: habẽtes victũ & vestitũ, his cõtẽti simus: incidet in istorũ sacrilegã dicacitatẽ, & ab eis qui sanari nolunt, vocatur insanus, Et sæpe ne hoc vocetur à desperatis hominibus, trepidat facere & differt, quod omniũ fidelissimus & potẽtissimus medicus imperauit. Nõ ergo nunc isti possunt erubescere, quibus ne nos erubescamus optãdũ est, & à proposito itinere vel reuocemur, vel impediamur, vel retardemur. Sed veniet tẽpus vt illi erubescãt dicẽtes, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, &c.

Super Psal. xc. ser. j. Quomodo ad caput sepis plerũque retia auibus tẽdũtur, & lapides in sepẽ mittũtur, vt ob inanẽ sonũ auis cadat in retia: sic homines timẽtes insultatorũ verba vana & inania, & erubescentes cõuitiis superfluis, cadunt in laqueos venãtiũ, & captiuãtur à diabolo. Nõ est erubescenda doctrina. super Psal. lxxx. Non erubescas prędicare quod nosti, defendere etiam inter blasphemos quod credidisti.

ESSE, ens, & essentia. Quid sit propriè esse. lib. de morib. Eccl. Hoc maximè esse dicendum est, quod semper eodẽ modo se habet, quod nulla ex parte corrũpi ac mutari potest, quod nõ subiacet tẽpori, quod aliter nũc se habere quã habebat antea non potest. Id enim est, quod verissimè esse dicitur. Esse propriè dicitur de Deo. libr. j. cõfess. Tu Domine cui esse & viuere nõ aliud est, quã summè esse, & summè viuere idipsum es. Summus enim es & nõ mutaris, neque peragitur in te hodiernus dies, & tamẽ in te peragitur: q a in te sunt & ista omnia. Nõ enim haberẽt vias trãseundi, nisi cõtineres ea. Et quoniã anni tui nõ deficiunt, anni tui hodiernus dies.

Lib. j. de Trini. Sicut ab eo quod est sapere dicta est sapientia, & ab eo quod scire, dicta est sciẽtia, ita ab eo quod est esse, dicta est essentia: & qs magis est, quã ille qui dixit famulo suo. Ego sum qui sum: & dices filiis Israël, Qui est misit me ad vos. Sed aliæ quæ dicuntur essentię siue substantiæ, capiunt accidentia quibus in eis fiat vel magna, vel quãta cõmutatio: Deo autẽ aliquid huiusmodi accidere nõ potest, & ideo sola est incõmutabilis substãtia vel essentia quæ Deus est: cui ꝑfecto ipsum esse vera essentia nominata est, & maximè, & verissimè cõpetit. Quod enim mutatur nõ seruat ipsum esse, & quod mutari potest, etiã si nõ mutetur, potest quod fuerat nõ esse, ac per hoc illud solũ, qđ nõ tãtũ nõ mutatur, verũ etiã mutari omnino nõ potest, sine scrupulo occurrit quod verissimè dicatur esse. In Epist. ad Euodium. Nũquã tibi videretur ratione cogi Deum esse, vel ratiocinãdo effici Deũ esse debere. Quãdoquidẽ in ratione numerorũ, quã certè in vsu quotidiano habemus, si dicimus septẽ & tria decẽ esse debẽt, minus cõsideratè loquimur. Nõ enim decẽ esse debẽt, sed decẽ sunt. De quibus itaque rebus rectè dicatur, quod esse debeat, siue iã sint, siue vt sint, satis disseruimus. Homo enim sapiens esse debet, si est vt maneat, si nondum est, vt fiat. Deus autẽ sapiẽs non esse debet, sed est. In ser. de rubo. pertractãs illud. Ego sum qui sum. Hoc dices filiis Israël. Qui est misit me ad vos. Quid est hoc ò Deus, ò Domine. Nunquid vocaris, est? Vocor, dixit. Quid est vocor? Quia maneo in æternũ, quia mutari nõ possum. Res enim quæ mutãtur nõ sunt: quia nõ permanẽt. Quod autẽ est, manet. Quod enim mutatur, fuit aliquid, vel aliquid erit: nõ tamẽ est, quia mutabile est. Ergo incõmutabilitas Dei, isto vocabulo, est. se dignata est intimare. Potest tamẽ de Deo dici, Fuit

& erit. Super Ioã. In eo quod sempiternũ est, sine initio & sine fine cuiuslibet tẽporis verbũ ponatur: siue præteriti, siue præsentis, siue futuri: non mẽdaciter ponitur. Lib. de vera inno. Quãuis enĩ natura incõmutabilis nõ accipiat fuit & erit, sed tãtũ est. Ipsa enim veraciter est, quia aliter quã est esse nõ potest: tamẽ propter mutabilitatẽ temporũ, in quibus versatur nostra mortalitas, non mẽdaciter dicimus: & fuit, & est, & erit: fuit ĩ præteritis sæculis, est in præsentibus, erit in futuris. Fuit quippe, quia nunquã defuit: erit, q̃a nunquã deerit: Et est, quia semp̃ est. Neque enim velut q̃ iã nõ sit cũ præteritis occidit, aut cũ præsentibus tãquã nõ maneat labitur, aut cũ futuris tãquã nõ fuerit oritur. Proinde cũ secũdũ volumina tẽporũ loquutio humana varietur, q̃ per nulla deesse potuit, aut potest, aut poterit tp̃a: verè de illo dicuntur, cuiuslibet tẽporis verba. Ideo summè est, q̃a nõ variatur vt nos. lib. j. de doct. Chri. Nos res quibus vtimur ad id referimus, vt Dei bonitate perfruamur, Deus verò ad suã bonitatẽ vsum nostrũ refert. Quia enim bonus est, sumus: & inquãtum sumus, boni sumus. Porrò quia & iustus est, nõ impunè mali sumus: in tãtũ etiã minus sumus. Ille em̃ summè ac primitus est, q̃ omnino ĩcõmutabilis est, & qui plenißimè dicere potuit. Ego sum qui sum: vt cætera quæ sunt, nisi ab illo esse nõ poßint: & intãtũ bona sunt, inquãtũ acceperũt vt sint. Et est ipse in oĩbus. lib. suppu. parte iij. Immensitas Diuinæ maiestatis tuæ ista est. Intelligimus enim te ĩtra oĩa, nõ inclusum: & extra oĩa, sed nõ exclusum. Et ideo interior es, vt oĩa cõtineas: exterior es, vt incircũscriptę magnitudinis tuę immensitate, oĩa cõcludas. Per id ergo q̃d exterior es, ostẽderis esse creator: per id verò quod interior es, gubernator. Ac ne omnia quæ circa te sunt, sine te essent, exterior es, vt oĩa includãtur à te, nõ locali magnitudine, sed potẽtiali præsentia, quãuis quidã intelligãt, quidã nõ intelligant. Vnde probat eũ esse p̃ seipsum, & alia per ipsum. li. de cogni. veræ vitæ. Sicut summus spiritus à nullo intellectu valet p̃priè cogitari, ita nulla definitione p̃priè poterit determinari. Sed q̃a intellectualis mẽs eũ vtcũque cognoscere anhelat, hæc ænigmatica ei definitio ĩterim sufficiat. Deus spiritus est, essentia inuisibilis omni creaturæ incõprehẽsibilis, totã vitã, totã sapiẽtiam, totã æternitatẽ simul essentialiter poßidẽs: idẽ ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa iustitia, ipsa æternitas existẽs, omnẽ creaturam instar pũcti in se continens. Si autẽ insipiẽs aliquis tantum desipiat, vt Deum esse diffidat: hunc solũ verè esse, & omnia ab eo habere esse hac ratione colligat. Omnis substãtia aut per se subsistit, aut per aliud: sed hunc mundum nõ subsistere qui contẽdit, hic fatuus in nihilũ tendit. Mundum nõ per se subsistere constat, dum eum ratio incœpisse doceat, partibus enim constat. Omne autẽ quod partibus coniungitur vel in partes resoluitur, ab aliquo vtique cõiũctionem vel resolutionẽ patitur. Mundus ergo non per se subsistit, & ideo sequitur quod creatura sit. Creatura autem ad ali-

Cap 377. Tom. III. — *Tom. eod.* — *Cap. 7.* — *Quid sit Deus.* — *Mundus nõ ab æterno.*

A quid. s. ad creatorẽ refertur. Solus igitur creator per seipsum & in seipso existit, omnis autẽ creatura p̃ ipsum subsistit. Si enim ab alio esse habet, tunc Deo maius est à quo hoc esse habet: quod Deo incõueniens est. Et cum nihil præter creatorem & creaturã existat si Deus per seipsum non habet esse, de neceßitate cõsequitur vt per creaturã existat: quod incõueniẽtißimũ est. Quomodo autẽ omnia sint in Deo, ostẽdit eodẽ. lib. c. xxxvj. In Deo creatura, est vita immutabilis, in seipsa substãtia cõmutabilis, in nobis similitudo rerum imaginabilis. Verbi gratia. Lapis in seipso, est substãtia mutabilis: quia in calcẽ commutabilis, in nostra verò cognitione est similitudo lapidis, in arte Dei essentia interminabilis, vitę durabilis. Cum enim artifex domũ facere cogitat,
B iam domus in ipsa arte viuit & permanet, quam post modum manus ędificat. Sed illa quã manus erigit corruet, illa verò quæ est in arte, viuit & permanet. Nihil quippe aliud est ars quã anima, & anima nihil aliud est quã ars eius, & ars eius nihil aliud est quàm ipsa vita: & ĩ hac cũcta immutabiliter p̃manebũt, quæ ĩ substãtia sui mutabilia deficiunt. In tãtum habẽt esse, inquãtũ sunt à Deo. lib. vij. cõfess. Inspexi cætera quæ infra te sunt, & vidi nec omnino esse, nec omninò nõ esse. Esse quidẽ, quoniã abs te sunt: nõ esse autem, quoniã id quod es, nõ sunt. Id enim verè est, q̃d incõmutabiliter manet. Lib. xj. eiusd. Oĩa quę fecisti Domine, quia pulcher es, pulchra sunt: q̃a bonus es, bona sunt: quia es, sunt: nec ita pulchra sunt, nec ita bona sunt, sicut tu cõditor eorũ: cui
C comparata, nec pulchra sunt, nec bona sunt, nec sũt. Scimus hoc, gratias tibi: & sciẽtia nostra sciẽtiæ tuę cõparata, ignorãtia est. Lib. xij. de ciui. Dei. c. ij. Cũ Deus summa essentia sit, hoc est summè sit & ideo immutabilis: rebus quas ex nihilo creauit, esse dedit, sed nõ summè esse sicut est ipse: & aliis dedit esse amplius, aliis minus: atque ita naturas essẽtiarũ gradibus ordinauit. Sicut enim ab eo quod est sapere vocatur sapientia, sic ab eo quod est esse, vocatur essentia: nouo quidẽ nomine, quo vsi veteres non sunt Latini sermonis authores: sed iã nostris tẽporibus vsitato, nec deesset etiã linguę nostrę quod Gręci appellãt οὐσία: hoc enim verbum è verbo expressum est, vt diceretur essentia. Ac p̃ hoc enim naturæ quæ summè est, qua faciẽte oĩa sunt quæcũq; sunt, cõtra-
D ria natura nõ est, nisi quæ nõ est. Ei quippe quod est, nõ esse cõtrariũ est. Propterea Deo. i. summæ essentiæ & authori oĩm qualiũcũq; essentiarũ essentia nulla cõtraria est. Sup̃ Io. Res quęlibet p̃rsus qualicũq; excellẽtia si mutabilis est, nõ verè est. Nõ enim est ibi verũ esse, vbi est & nõ esse.

Nos nõ sumus sine Deo. super Psal. lxx. ser. j. Hęc est tota sciẽtia magna hominis, scire q̃a ipse p̃ se nihil est &: quoniã q̃dẽ ex Deo est, & p̃pter Deũ est. Ibid. inf. Nos q̃ p̃ nosmetipsos nihil sumus, & Dei misericordia sumus q̃cq̃d sumus: q̃cq̃d autẽ ex nobis sumus, mali sumus. Li. de ve. innoc. A quo homo habet vt sit: apud illũ habet, vt ei bene sit. Lib. iiij. sup̃ Gen. In Deo sumus.

non tanquam substantia eius quemadmodum dictum est quod habet vitam in semetipso, sed vtique cū aliquid sumus, nō ob aliud in illo sumus, nisi q̄a id operatur, & hoc est opus quo continet omnia, & quo eius sapiētia prætēdit à fine vsque in finē fortiter, & disponit oīa suauiter: per quam dispositionē, in illo viuimus, mouemur, & sumus. Vnde colligitur, quod si opus suū rebus subtraxerit, nec viueremus, nec moueremur, nec essemus. Lib. soliloq. ad Deum. cap. vj. quā sit malū esse sine Deo. Cum fui sine te, non fui, quia nihil fui. Cæcus erā, surdus & mutus & insensibilis, q̄a nec bona discernebam, nec malum fugiebā, nec dolorē vulnerum sentiebam, nec tenebras meas videbā: quia erā sine te vera luce, quæ illuminas omnem hominem veniētem in hunc mundū. Væ mihi, vulnerauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & non sensi: q̄a nihil eram, quia sine vita erā, quæ est verbum per quod facta sunt omnia. Ideo Domine lux mea, inimici mei fecerunt de me, quęcunque voluerunt, & percusserunt, nudauerunt, polluerunt, corruperunt, vulnerauerunt, occiderunt me: quia recessi à te, & factus sum nihil sine te. Respice ô Domine inimicos meos, & eripe me: fugiāt à facie mea qui oderūt me, & ego viuā in te per te. Ipsi enim cōsiderauerunt me, & videntes me sine te, despexerunt me. Diuiserunt sibi vestimēta mea, vestimēta virtutū q̄bus ornaueras me. Fecerunt sibi viam per me, sub pedibus suis conculcauerunt me: fecibus peccatorum polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt me desolatum & mœrore cōfectum. Ibam post eos cæcus & nudus & illaqueatus funibus peccatorum: tradebant me post se in circuitu de vitio in vitium, & de delicto in delictū †: & ibam absque fortitudine ante faciē subsequētis. Seruus erā, seruitutē amabā. Cæcus eram, cæcitatē desiderabā. Vinctus erā, vincula nō horrebā. Amarū dulce, & dulce amarum credebā. Miser erā nec cognoscebā: & hoc q̄a sine verbo erā, sine quo factū est nihil, per quod cōseruantur omnia, sine quo adnihilantur omnia: sicut per ipsum facta sunt oīa, & sine ipso factū est nihil. Lib. de vera innoc. Magna miseria hominis est, cum illo nō esse sine quo nō potest esse. In quo enim est, sine dubio sine illo nō est. Et tamen si eius nō meminerit, eūq; nō intelligit, neque diligit, cū illo nō est. Lib. supputationū, parte ij. cap. ij. Scio q̄a malè est mihi præter te: non solum extra me, sed in meipso. Omnis copia quæ Deus meus nō est, egestas mihi est. Bonum nāque quod neque in melius, neque in deterius cōmutari potest, tu solus es, & simpliciter solus: cui nō est aliud viuere, aliud beatè viuere: quia tua beatitudo tu es. Creatura verò tua nō simpliciter est: cui aliud est viuere, aliud beatè viuere: & qui beatè viuit non debet nisi gratiæ tuæ attribuere: & ideo nos egemus tui, nō tamē nostri: q̄a si omnino nō essemus, nihil tibi deesset ad bonum quod tu es. Tibi itaque Deo nostro semper adhærere necesse habemus, vt per continuum auxiliū tuū, sanctè & piè, & rectè viuere valeamus. Pondere siquidem fragilitatis nostræ deorsum trahimur, dono autē tuo ascendimus, & sursum ferimur, & inardescimus, & imus, ascendimus, & ascēsiones in corde facimus, & cātamus canticū graduum. Igne tuo bono inardescimus, & imus sursum ad pacē Hierusalē. Naturaliter ab omnibus ipsum esse diligitur. lib. xj. de ciui. Dei. Tam nemo est qui esse se nolit, quam nemo est q̄ nō esse beatus velit. Quomodo enim potest beatus esse si nihil sit? Ita verò vi quadam naturali ipsum esse iucundū est, vt nō ob aliud & ij qui miseri sunt nolint interire, & cū se miseros esse sentiant, nō seipsos de rebus, sed miseriā suā potius auferri velint. Illis etiā q̄ & sibi miserrimi apparēt, & planè sunt, & nō solū à sapiētibus, quoniā stulti, verūetiā ab iis qui se bonos putāt miseri iudicātur, q̄a pauperes atque mēdici sunt, si q̄s immortalitatē daret, qua nec ipsa miseria moreretur, ꝓposito sibi q̄d si in eadē miseria semper esse nollēt, nulli & nusquā essent futuri, sed omnimodo perituri, profecto exultarent lætitia, & sic semper eligerent esse quam omnino nō esse. Huius rei testis est notissimus sensus illorum. Vnde enim mori metuunt, & malunt in illa ærumna viuere, quam eam morte finire, nisi quia satis apparet quam refugiat natura non esse? Atque ideo cum se nouerint esse morituros, pro magno beneficio sibi hanc impendi misericordiam desiderant, vt aliquanto productius in eadem miseria viuant, tardiúsque moriantur. Proculdubio ergo indicant immortalitatem, saltē talem, quæ non habeat finem mendicitatis, quanta gratulatione susciperent. Quid animalia omnia etiam irrationalia, quibus datum non est ista cogitare, ab immensis draconibus vsque ad exiguos vermiculos? Nonne se esse velle, atque ob hoc interitum fugere omnibus quibus possunt motibus indicant? Quid arbusta, omnésque frutices, quibus nullus est sensus ad vitandam manifesta motione perniciem? Nonne vt in auras tutum culminis germen emittant, altius terræ radices affigunt, quo alimentum trahant, atque ita suum quodammodo esse conseruent? Ipsa postremo corpora, quibus non solum sensus, sed nec vlla saltem seminalis est vita, ita tamen vel exiliunt in superna, vel in ima descendunt, vel librantur in mediis, vt essentiam suam vbi secundum naturam possint esse, custodiant. Vnde ita concludit arguendo. Lib. iij. de libe. arbitrio. Mauis esse vel miserum, quam omnino non esse cū esse nolis miser. Considera igitur quantum potes quam magnum bonum sit ipsum esse, quod & beati & miseri volunt. Nam si hoc bene consideraueris, videbis te intantum esse miserum, inquantum nō propinquas ei quod summè est, intantum autem putas melius esse, vt quisque non sit, quam vt miser sit, inquantum non vides quod summè est: & ideo tamen te esse velle, quoniam ab illo es qui summè est. Si vis itaque miseriā fugeres, ama in te hoc ipsum, quod esse vis. Si enim magis magísque esse volueris, ei quod summè est, propinquabis. Et gratias age, quia nunc es. Quamuis enim sis beatis inferior, superior tamē

Marginalia: Act. 17. — Cap. 6. — † Aliâs, delicto in delictum. — Ibid. — Tom. III. — Cap. 26. Tom. V. — Cap. 26. — Non esse natura omnis refugit. — Cap. 7. Tom. I. — Subiectā in præst. nu. 14.

es,quã ea quæ non habẽt vel beatitudinis voluntatẽ,quorũ tamẽ multa etiã à miseris laudantur. Omnia tamẽ eo ipso quo sunt,iure laudãda sunt: q̃a eo ipso quo sunt,bona sunt. Quanto enim amplius eris amarius,tanto amplius vitã ęternã desiderabis,téque ita formari exoptabis,vt affectiones tuæ nõ sint tẽporales,de tẽporaliũ rerũ amoribus inustæ & impressæ:quę temporalia & antequam sint nõ sunt,& cũ sunt fugiunt, & cum fugiunt nõ erunt. Itaque cum futura sunt,nondum sunt,cum autẽ præterita sunt,iã nõ sunt. Quomodo igitur tenebuntur vt maneant,quibus hoc est incipere vt sint,quod est pergere vt nõ sint? Qui autẽ amat esse,probat ista inquantum sunt, & amat qđ semper est. Et si variabitur amore istorum,munietur in amore illius. Et si diffluebat in amore transeuntium,in permanẽtis amore solidabitur & stabit, & obtinebit ipsum esse qđ volebat,cum timebat nõ esse,& stare nõ poterat irretitus amore fugientiũ. Nõ ergo tibi displiceat, imo maximè placeat,quod mauis esse vel miser, quã propterea miser nõ esse,q̃a nihil eris. Huic enim exordio quo esse vis, si adiicias magis magísq; esse,cõsurges atq; extrueris in id qđ summè est:atq; ita te ab omni labe cohibebis, qua trãsit vt nõ sit,quod infimè est,& secum amantes vires subruit. Hinc fiet vt qui mauult non esse ne miser sit q̃a nõ esse nõ potest,restet vt miser sit. Qui autẽ plus amat esse quã odit miser esse,& adiiciendo ad id quod amat,quod odit excludat. Cũ eñ in suo genere perfectè esse cœperit,miser nõ erit.

Esse miserũ optabilius quã non esse.

Nam illud vide quam absurdè atq; incõuenienter dicatur. Mallem non esse quã miser esse. Qui enim dicit, Mallem hoc quam illud: eligit aliquid. Non esse autem non est aliquid,sed nihil: & ideo nullo pacto potes rectè eligere, quando quod eligas non est. Dicis velle te quidem esse cum sis miser,sed nõ hoc velle debuisse. Quid igitur velle debuisti? Non esse, inquis,potius. Si hoc velle debuisti,hoc est melius. Quod autẽ nõ est,melius esse nõ potest. Nõ ergo id velle debuisti:veraciórque sensus est,quo id non vis, quã opinatio per quam id te velle debuisse arbitraris. Deinde quod quisque rectè eligit appetendũ, cũ ad id puenerit,necesse est melior fiat. Melior autem esse non poterit qui nõ erit. Nemo igitur rectè potest eligere, vt non sit.

Cap.8.

Et respondet ad obiectionẽ in contrarium. ibidẽ. Neque moueri nos oportet eorum iudicio, qui vrgente miseria sese interemerunt. Aut enim eo cõfugerunt, vbi melius sibi fore putarunt,& non est contrarium rationi nostræ, quoquomodo putauerint. Aut si nullos se esse futuros omnino crediderũt,multominus falsa electio nihil eligentium commouebit. Quomodo enim sequatur eligentem, à quo si quæram quid eligat,respondebit. Nihil? Nam qui eligit nõ esse,profecto se nihil eligere, etiam si hoc nolit,respondere conuincitur. Verũtamen vt de hac re tota si potero dicam quod sentio, Nemo videtur mihi cum seipsum necat,aut quolibet modo emori cupit, habere in sensu, quod post mortem nõ sit futurus, tametsi aliquantum

Cap.3. De iis qui sibi necem consciscunt.

Non esse si possit eligi.

A hoc in opinione habeat. Et cum quisque credens quod post mortem non erit, intolerabilibus molestiis ad totam cupiditatem mortis impellitur, & decernit atque arripit mortem,in opinione habet errorem omnimodæ defectionis, in sensu autem naturale desideriũ quietis. Quod autẽ quietum est,non est nihil,imo etiam magis est quam id quod inquietum est. Inquietudo enim variat affectiones,vt altera alteram perimat: quies autẽ habet constantiam, in qua maximè intelligitur quod dictum est. Omnis itaque ille appetitus in voluntate mortis,non vt qui moritur non sit,sed vt requiescat intenditur. Ita cũ errore credat nõ se futurum,natura tamẽ quietus esse,hoc est magis esse desiderat. Quapropter sicut nullo pacto fieri potest, vt non esse aliquem libeat: ita nullo B pacto fieri potest vt ex eo quod est quisque, bonitati creatoris ingratus sit.

ESDRAS. Lib.xx.de ciuitate Dei. Propheta Malachias,siue Malachi q̃ & Angelus dictus est,qui etiam Esdras sacerdos,cuius alia in canonẽ scripta recepta sunt, ab aliquibus creditur. nã de illo hãc esse Hebræorũ opinionem dicit Hierony. Magis fuit historicus quam Propheta. lib.xviij.eiusdem.c.xxxvj. Esdras magis rerum gestarum scriptor est habitus,quam Propheta. Et infra. Nisi fortè Esdras in eo Christũ Prophetasse intelligẽdus est, quod inter quosdam iuuenes orta quæstione: quid amplius valeret in rebus: cum regem vnus dixisset: alter vinum: tertius mulieres,quæ plerunque regibus imperarent: idem tamen tertius veritatem C super omnia demonstrauit esse victricem,consulto autem Euangelio, Christum cognoscimus esse veritatem.

Capit. Tom.V.

ÆTAS. Aetates hominibus moraliter intelliguntur, siue spiritualiter. Lib.de vera relig. Dispensatio tẽporalis,& medicina Diuinæ prouidentiæ,erga eos qui peccato mortalitatem meruerunt, sic traditur: primo vniuscuiuslibet hominis nascentis natura & eruditio cogitatur. Prima huius ætas infantia in nutrimentis corporalibus agitur, penitus obliuiscenda crescenti. Eam pueritia sequitur, vnde incipimus aliquid meminisse. Huic succedit adolescentia cui iam propagationem prolis natura permittit, & patrẽ facit. Porro adolescentiam iuuentus excipit,iam exercenda muneribus publicis,& domanda sub D legibus: in qua vehementior prohibitio peccatorum,& pœna peccantium seruiliter coërcens, carnalibus animis atrociores impetus libidinis gignit,& omnia commissa congeminat: non enim simplex peccatum est, non solum malum, sed etiam vetitum admittere. Post labores autem iuuentutis seniori pax nonnulla conceditur. Inde vsque ad mortem deterior ætas ac decolor,& morbis subiectior debilísque perducit. Hæc est vita hominis viuentis ex corpore, & cupiditatibus rerum temporaliũ colligati. Hic dicitur vetus homo & exterior & terrenus, etiamsi obtineat eam quam vulgus vocat fœlicitatem, in bene constituta terrena ciuitate, siue sub regibus,

gibus, siue sub principibus, siue legibus, siue sub his oibus. Aliter enim bene cōstitui populus non potest, etiam qui terrena sectatur. Habet quippe & ipse modū quēdam pulchritudinis suæ. Hunc autem hominem quem veterē & exteriorē & terrenum describimus, siue in suo genere moderatum, siue etiam seruilis iustitiæ modū excedentē, nōnulli totum agunt ab istius vitę ortu vsque ad occasum. Nonnulli autem vitā istam necessario ab illo incipiunt, sed renascuntur interius, & cæteras eius partes suo robore speciali, & incrementis sapientiæ corrumpunt & necāt, & in cœlestes leges donec post visibilē mortem totum instauretur astringūt. Iste dicitur nouus homo & interior & cœlestis, habens & ipse proportione non annis, sed prouectibus distinctas quasdā speciales ætates suas. Primā in vberibus vtilis historiæ, quæ nutrit exēplis. Secundam iam obliuiscētem humana, & ad Diuina tendentem, in qua non authoritatis humanæ continetur sinu, sed ad summam & immutabilē legem passibus rationis innititur. Tertiam iam fidentiorem & carnalem appetitum rationis robore mactantē †, gaudētémq; intrinsecus in quadam dulcedine coniugali: cum anima menti copulatur, & velamēto pudoris obnubitur, vt iam rectè viuere non cogatur, sed etiā si omnes concedant, peccare nō libeat. Quartam iam idipsum multo firmius ordinatiúsque facientem & emicantem in virum perfectum, atque aptam & idoneā omnibus etiā persequutionibus, & mundi huius tēpestatibus ac fluctibus sustinēdis atque frangendis. Quintam pacatā atque ex omni parte tranquillam, viuentē in opibus & abundantia incommutabilis regni, summæ atque ineffabilis sapientiæ. Sextam omnimodæ mutationis in æternā vitā, & vsque ad totā obliuionē vitæ temporalis trāseuntem in perfectā formā, quæ est facta ad imaginē & similitudinē Dei. Septima enim iā quies ęterna est, & nullis ætatibus distinguenda beatitudo perpetua. Vt enim finis veteris hominis mors est, sic finis noui hominis vita æterna. Ille nāq; homo peccati est, iste iustitię. Sicut autē isti ambo nullo dubitāte ita sunt, vt vnū eorū .i. veterē atque terrenū possit in hac tota vita vnus homo agere, nouū verò & cœlestem nemo in hac vita possit nisi cū vetere: nam & ab ipso incipiat necesse est, & vsq; ad visibilē mortem cum illo, quamuis eo deficiente, se proficiente perduret. Sic proportiōe vniuersum genus humanum, cuius tanquā vnius hominis vita est ab Adam vsque ad finē huius sæculi, ita sub Diuinę prouidentiæ legibus administratur, vt in duo genera distributū appareat. Quorū in vno est turba impiorum terreni hominis imaginē ab initio sæculi vsque ad finem gerentium. In altero series populi vni Deo dediti, sed ab Adā vsque ad Ioānē Baptistam terreni hominis vitam gerentis seruili quadam iustitia: cuius historia vetus testamētum vocatur, quasi terrenum pollicens regnum, quæ tota nihil est aliud, quā imago noui populi, & noui testamēti pollicētis regnū cœlorū. Cuius populi vita interim tēporalis incipit à Domini aduentu in humilitate, vsque in diem iudicij quā do in claritate venturus est. Post quod iudicium vetere homine extincto, erit illa mutatio quæ Angelicam vitam pollicetur. Omnes enim resurgemus, sed non omnes immutabimur. Resurget pius populus vt veteris hominis sui reliquias transformet in nouū. Resurget autem impius populus qui ab initio vsque in finē veterem hominem gessit, vt in secundam mortē præcipitetur.

Quod Christus etiā in eo quod homo, per ætates mutatus est. lib. ij. de peccatorum meritis &c. *Cap. 29. Tom. VII.* Quia erat in eo similitudo carnis peccati, mutationes ætatū perpeti voluit ab ista exorsus infantia: vt ad mortem videatur etiam senescendo illa caro peruenire potuisse, nisi iuuenis fuisset occisus. Quæ tamen mors in carne peccati inobedientiæ debita redditur, in similitudine autem carnis peccati obediētiæ volūtate suscepta est. Aetates autem mundi assignat. Lib. iiij. de trinitate. c. iiij. & lib. lxxxiij. quęstionū, quęstione lix. & lib. de catechizandis rudibus. *Tom. III. & Tom. IIII. & lib. de Gen. contra Manicheū, cap. 23. Tom. I.* Sex sunt ætates sæculi, quarum prima est ab initio generis humani, id est, ab Adam, qui primus homo factus est, vsque ad Noë qui fecit arcam in diluuio. Secunda inde, vsque Abraham, qui pater est dictus omnium gentium, qui fidem ipsius imitarentur. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid regem. Quarta à Dauid vsque ad captiuitatē, qua populus Dei in Babyloniam transmigrauit. Quinta ab illa transmigratione, vsque ad aduentū Domini nostri Iesu Christi. Sexta ætas agitur. Cuius ætatis terminus ignoratur. lib. lxxxiij. quæstionū. quæst. lix. *Tom. IIII.* Cum à sexagesimo anno senectus dicatur incipere & possit humana vita vsque ad centū viginti annos peruenire, manifestū est solā senectutem posse tam longam esse, quam omnes ætates cæterę priores. Aetas igitur vltima generis humani, quæ incipit à Domini aduentu vsque in finem sæculi, quibus generationibus computetur, incertum est: hoc tamen Deus vtiliter voluit latere.

Omnia tamen prædicta concludit. Libro vigesimo secundo de ciuitate Dei. in fine. *Cap. 30. Tom. V.* Ipse numerus ætatum veluti dierum computatur, vt prima ætas tāquam primus dies sit ab Adam vsque ad diluuium. Secunda inde vsque ad Abraham, non æqualitate temporum, sed numero generationum. Denas quippe reperiuntur habere. Aliæ tres vsque ad Christi aduentum, singulæ denis & quaternis generationibus explicantur. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid. Quarta inde vsq; ad transmigrationem in Babyloniam. Quinta inde vsque ad Christi carnalem natiuitatē. Sexta nūc agitur, nullo generationū metiēda numero, propter id quod dictū est. Non est vestrum nosse tēpora vel momēta. *Act. 1.* Post hanc tanquā die septimo requiescet Deus, cū eundē diē septimū, quod nos erimus, in seipso Deus faciet requiescere. Et huius septimi, tāquā sabbati, finis non erit vespera, sed Dominicus dies velut octauus, æternus: qui Christi resurrectione sacratus est, æternam non solū spiritus, verū etiā corporis requiē præfigurans. Ibi vacabimus & videbimus. videbimus, &

ama

amabimus: amabimus & laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine. Nam quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum cuius nullus est finis? Require de hoc supra vbi Dies.

EVA. De Euę creatione & peccati perpetratione, ac deceptione diffusè dicit. lib. cur, quando, & quomodo Deus homo ad Deodatum cap. iij. Facto homine quia solus quasi nihil erat, de latere eius dum dormiret extracta est mulier: & Deo mirabiliter ordinãte, talis de eodem homine altera formata est, quę esset solatium ei, & ad procreandum sobolem habile satis ac necessarium adiutorium. Expergefactus autem Adam iuxta se reperit Euam: quam quia de se factam nouit, viraginem eam vocauit, qui tã perfectæ scientiæ fuit, quod omnibus creaturis secundum propriam naturam vniuscuiusq; nomina imposuit. Quapropter licet proferre veraciter, quod in illo homine ad purum fuit omnis scientia, quę transeuntibus ex transitoriis rebus aliquãdo erat attribuenda: nec illum latuit, quicquid necessario scire debuit. Eua quoq; & si nõ à Deo fuit astuta, ad modum tamẽ fuit & ipsa edocta: iisque duobus ac posteris eorum, vniuersa quæ sub sole erant à Domino sunt ad seruiendũm tradita: vtpote qui pro eis hæc ipsa creauerat. Arboris vnius fructum tantummodo eis interdixit, docens eos, vt si ei obedirent, sine omni corruptione & molestia in terra viuerent: in qua si quando eos esse tæderet, dũ eis tamen rectè liberet, Angelorũ consortium corporaliter ascenderent. Cũque sic stabilitati essent in agro Paradisi, ille de cœlo deiectus, & de Angelo diabolus effectus cominus vt eos vidit, eis statim inuidit: & valde doluit, quia illuc vnde ipse ceciderat, eos ascensuros nouit. Cœpit igitur meditari & inuestigare qualiter eos occidere, & à Dei mandato posset auertere. Et sicut ipse gratiam perdiderat, ita & illi per inobedientiam perderent. Sciens tamen virum abundanti scientia præditum, noluit eum primitus aggredi: ne si homo astutię suę insidias in priori conflictu deprehenderet, mulier ei resisteret, & sic iam in conflictu secũdo vir esset cautior, & hostis debilior. Quanquam enim diabolus pristinam dignitatem perdiderit, ingenium tamen & naturæ subtilitatem non amisit. Et ideo bene cognouit, quod si primo congressu hominem non vinceret, iam in secundo nullatenus liceret, quod etiam vsque hodie sibi sæpe contingere scimus. Quia dum eius primæ suggestioni quidam vigilanter resistũt, iam postmodum in secunda & tertia pro nihilo ducunt, quia debiliorem reperiunt. Timens itaque hominem, ad mulierem quasi teneriorem accedere voluit: vt quæ erat viro debilior, eóque ad ruinam procliuior, tanto facilius seduceretur, quanto viro indoctior inueniretur. Itaq; iterum sagaciter inuestigare curauit, quomodo mulieri persuadere posset pomum vetitum attingere: ne si & ipsa dolos eius perciperet, ad virum suum cominus accederet, & sic à viro edocta postmodum praua suadentem penitus respueret. Ideo non in homi-

A nis effigie mulieri apparere curauit sibi dæmon vtile, quia ipsa nullam aliam creaturam sibi similem, nisi solum Adam nouerat: & ideo cito forsitan posset pauere, si alium præter virũ suum sibi cõtingeret videre. Serpentem autem cunctis animalibus callidiorem elegit, cum quo aduersus mulierem pugnare decreuit, qui sine tædio alicuius suspicionis cum illa progrederetur, & quasi nõ ad eam intendens, sed ex aduerso se statuens pomi vetiti laudes exagitãdo sonaret, & sine causa eis vetitum insinuaret. Dum enim quasi consuleret, cur Deus pomũ illud hominibus vetuerit, quibus alia omnia concesserat: mẽtiendo subiunxit. Quod si de pomo illo ederent homines, Deo statim essent consimiles: innuẽs quod idcirco eis interdictum fuerit, quasi pomi talẽ esse naturam

B præsciuerit. Aliud quoque intuendum est, quam cautè callidus hostis circũspiciebat, ne fraudes eius aliquo modo deprehendi valerent. Vnde nõ bouem qui mugit, vel leonẽ qui rugit, aut aliud quodlibet animal assumere voluit, de quorum vocibus mulier stupefacta potius miraretur, quã delectaretur. Sed serpentem dulciter sibilantem ingressus, quicquid doli mente conceperat, venenato sibilo, ad aures mulieris susurrat. Non enim erat tam idiota mulier, vt bene voces & sibilos quorũlibet animalium non intelligeret. Vnde non incongruè possumus coniicere quod dæmõ per serpentem sibilando euomuit, *quicquid* illi dicere voluit. Quia si hominum *more loquutus* fuisset, mulieris animo statim occurrisset, non esse datum alteri animali, nisi hominibus ratiocinari.

C Serpens igitur dũ sibilat, & laudes pomi vetiti reiterat, mulier quæ de pomo necdum illicitè cogitauerat, aures apponit, & libenter intelligit egregiæ naturam arboris: auditáque eius laude, & seducta mendacio antiqui hostis, quo commestione posset ad æqualitatem Dei venire intimauerat, leuauit oculos: viditque pomum quod esset pulchrum visu, atque accipiens, ex eo gustauit, & ad vescendum suaue cognouit. Tulit deinde ex pomo Eua & obtulit viro suo. Qui nequaquam seductus, sed amore mulieris est à Dei mandato eductus, plus obediuit voci vxoris, quã iussui creatoris. O quam lugubris & miseranda comestio, pro qua Dei gratia perditur, à patria pellitur, atque in exilium mittitur: & quæ non tantum illis, sed etiam nocuit omnibus posteris.

D Expulsi itaque extra Paradisi mœnia, qui prius absque vlla confusione nobili nuditate gaudebant, postmodum vilibus induuntur pelliciis: quia pro gula iam vitiis & corruptioni facti erant obnoxij. Et licet Diuina scientia pro culpa eos morituros, omnésque miserias passuras iustè decerneret, tamẽ misericordiæ aditũ, quẽ delinquentibus Angelis iustè negauerat, istis misericorditer concedere disposuit: qui non adeò malitiosè, sed quadam ignorantia atque fragilitate deliquerant. De costa autem vnde facta fuit Eua. Libro ix. super Genesim. Certissimè dixerim, supplemẽtũ illud carnis in costæ locũ, ipsius quoq; fœminæ corpus & animam confortatio-

Cap. 15. Tom.

némq;

némq; membrorum, omnia viſcera, ſenſus omnes, & q̧cquid erat quo illa & creatura & homo & fœmina erat, non niſi in opere illo Dei factū, qđ Deus nó per Angelos, ſed p̧ ſemetipſum operatur. Fuit enim hęc formatio Chriſti & eccleſiæ præfiguratio. in dialogo ad Oroſium. Sicut dormienti Adæ coſta detrahitur, vt coniunx efficiatur: ita & Chriſto morienti de latere ſanguis effunditur, vt eccleſia conſtruatur. Cómunicantes nempe corpori & ſanguini Chriſti, efficimur eccleſia Chriſti coniunx. Lib. de vera innoc. cap. cccxxviij. Dormit Adam vt fiat Eua, moritur Chriſtus vt fiat eccleſia. Dormienti Adæ fit Eua de latere: mortuo Chriſto lācea perforatur latus, vt ſupereffluant ſacramēta quibus formaretur eccleſia. Vnde merito Apoſt. ipſum Adam formam dicit fuiſſe futuri. Quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Super Io. tract. xv. Potuit Deus carnem detrahere homini vnde faceret fœminā, & magis videtur congruere potuiſſe. Fiebat enim ſexus infirmior: & magis de carne infirmitas fieri debuit, quam de oſſe. Oſſa enim carne firmiora ſunt. Non detraxit carnem vnde faceret mulierem, ſed detraxit os: & detracto oſſe formata eſt mulier, & in locum oſsis caro adimpleta eſt. Poterat pro oſſe os reddere, poterat ad faciendam mulierem non coſtam, ſed carnē detrahere. Quid ergo ſignificabat? Facta eſt mulier in coſta tanquam fortis: factus eſt Adam in carne tanquam infirmus. Chriſtus eſt & eccleſia. Illius infirmitas, noſtra eſt fortitudo. Super Pſal. xl. Adam dormiuit, quādo de latere eius Eua facta eſt. Adā in figura Chriſti: Eua in figura eccleſiæ. Vnde appellata eſt mater viuorum. Fabricata eſt Eua dū dormiſſet Adam, ſic de latere Chriſti ſacramēta eccleſiæ profluxerūt, cū dormiſſet in cruce. De eius peccato, lib. xj. ſuper Gen. Cum ſerpēs dixit. Aperientur vobis oculi: credidit mulier à bona vtilique re Diuinitus ſe fuiſſe prohibitos. Inerat enim menti amor propriæ poteſtatis, & quædā de ſe ſuperba præſumptio, quæ per illam fuerat tentationem conuincenda & humilianda. Denique verbis non contenta ſerpentis, conſiderauit lignum, viditque bonum ad eſcam, & decorū ad aſpectū, nō credens poſſe inde ſe mori. Arbitror quod putauerat Deū alicuius ſignificationis cauſa dixiſſe. Si mādueaueritis morte moriemini, atque ideo ſumpſit de fructu eius & mādueauit, & dedit etiam viro ſuo, fortaſsis cū verbo ſuaſorio, quod ſcriptura tacens intelligendum reliquit. Aut fortè nec ſuaderi iam opus erat, quando illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat. De ea & capite ſerpētis. ſuper Pſal. lxxiij. Vt ſanè Eua obſeruet caput ſerpentis. Admonita eſt eccleſia nuntium peccati deuitare, quod eſt ſuperbia.

Lib. q. q. ſ. 65. q. 45. Tom. IIII. Adæ duo & varia collatio. Tom. III. Tom. IX. Tom. III. Tom. VIII.

EVADERE. Euadimus mundi mala, quia Deus eſt nobiſcum. ſuper Pſalm. cxxiij. Iam coniuncti Angelis, & exultantes cum rege noſtro, qui primus reſurgere voluit, quamuis prior noluerit mori. Multi enim ante illum mortui ſunt, ſed nemo ante illum reſurrexit in æternum. Exultantes autem cum illo etiam ibi ſpe & corde conſtituti, quia euaſimus, quæ ſcandala, quas tribulationes mundi, quas perſequutiones hominum Paganorum, quos dolos hæreticorū, quas ſuggeſtiones diaboli, quas cupiditatum conflictationes, Diuina iſta quis euaderet, niſi quia Dominus erat in nobis?

Tom. VIII.

EVANGELIVM. Lib. ij. contra Fauſtum. Euangelij nomen, Latinè interpretatur, bonum nuntium, vel bona annuntiatio. Quod quidem cum bonum annuntiatur, ſemper dici poteſt: Propriè tamen hoc vocabulum obtinuit illa annuntiatio ſaluatoris. Narratores quippe originis, factorum, dictorum, paſſionum Domini noſtri Ieſu Chriſti, propriè dicti ſunt euangeliſtæ. Cauſa ponitur ibid. Cur ergo non ſit euangelium, quod de Chriſti generatione narratur, cum tam bona annuntientur, vt per ipſa noſtra ſanetur infirmitas? De cuius excellentia dicit, in princ. lib. de conſ. quatuor euangeliorum. Inter omnes Diuinas authoritates quæ ſanctis literis continentur, euangelium merito excellit. Quod enim lex & Prophetæ futurum prænuntiauerunt, hoc redditum atque completum in euangelio demonſtratur. Cuius primi prędicatores Apoſtoli fuerunt, qui Dominum ipſum & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum etiam præſentem in carne viderunt. Cuius non ſolum quæ ex ore eius audita, vel ab illo ſub oculis ſuis operata, dicta, & facta meminerant: verum etiam quæ priuſquam illi per diſcipulatum adhæſerant, in eius natiuitate, vel infantia, vel pueritia, Diuinitus geſta & digna memoria, ſiue ab ipſo, ſiue à parentibus eius, ſiue à quibuſlibet aliis certiſsimis indiciis & fideliſsimis teſtimoniis requirere & cognoſcere potuerūt: impoſito ſibi euangelizandi munere, generi humano annuntiare curarunt. De eius authoritate ſuper Ioannem. Nos ſic audiamus euangelium, quaſi præſentem Dominum. Nec dicamus, O illi fœlices qui eum videre potuerunt: quia multi in eis qui viderunt occiderūt, & multi in nobis qui non viderunt crediderūt. Quod enim pretioſum ſonabat de ore Domini, & propter nos ſcriptum eſt, & nobis ſeruatum, & propter nos recitatum. Recitabitur etiam poſteris noſtris, & donec ſæculum finiatur ſurſum eſt Dominus: Sed hîc etiam veritas Domini. Corpus enim Domini in quo reſurrexit, in vno loco eſſe poteſt: veritas eius vbique diffuſa eſt. De cuius vtilitate in prologo libri de oratione Dominica. Euangelica præcepta, fratres dilectiſsimi, nihil ſunt aliud, quam magiſteria Diuina, fundamenta ædificandæ ſpei, firmamenta comprobandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præſidia obtinendæ ſalutis: quæ dum dociles credentium mentes in terris inſtruunt, ad cœleſtia regna perducunt. In ſermone de bapt. Chriſti quod ſit potus. Fons euangelicarum doctrinarum apertos habet riuulos, & ſi q̧s ſitiens biberit ex eo, viuificať. Viuificatur autē ſecūdū ſpiritū: & legē mādatorū ſuper lętitiam vini

Cap. 2. Tom. VI. Cap. 5. Cap. 1. Lib. 1. Tom. IIII. Tract. 30. Tom. IX.

vini ſuſcipiens.Inſatiabilis enim eſt dulcedo ſpiritualium eloquiorum.Non enim lætificat ventrem,ſed cor. Eſt etiam cibus.ſuper Ioannem, *Tom.IX.* tractatu vij.Paſcamur epulis Dei: ſit gaudium noſtrum ſermo ipſius:inuitat enim ad Euangelium ſuũ:& ipſe cibus noſter. quo nihil dulcius, ſed ſi quis habeat palatum ſanum in corde. Eſt *Eod.infra.* medicina.ibidem. Poſuit Deus remedium contra ægritudinem animæ.Nam cùm caput tibi dolet,laudamus ſi Euangelium tibi ad caput poſueris,& non ad ligaturam cucurreris. Ad hoc eſt perducta infirmitas hominum, & ita plangendi ſunt homines qui currũt ad ligaturas:vt gaudeamus quando videmus hominem in lecto ſuo conſtitutum,iactari febribus & doloribus,nec alicubi ſpem poſuiſſe,niſi vt ſibi Euangelium ad caput poneret,nõ quia ad hoc factum eſt, ſed quia prælatum eſt Euangelium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur vt quieſcat dolor capitis, ad cor non ponitur vt ſanetur à peccatis? Fiat ergo.Ponatur ad cor,vt ſanetur cor. Eſt etiam lumen ducens.in ſermone tertio de Epiphania Domini. Nos ad Chriſtum adorandum fulgens Euangelium veritatis tanquam de cœlo ſtella perduxit.

Cap 27. *Tom.III.* Eſt charitatem continens.libro de vera innocentia.Cum in duobus præceptis charitatis tota lex pendeat & Prophetæ, quantomaius Euangelium,quo lex non ſoluitur,ſed impletur, de quo Dominus dicit.Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis? Charitas enim innouat hominem:quia ſicut malignitas veteres,ita dilectio nouos facit. Vnde de eius cauſa efficiente.lib. *Cap.25.* *Tom.V.* xviij.de ciuitate Dei.Sicut Chriſtus dicitur ſeruus,propter formam ſerui in qua venit ad homines:ſic Angelus propter Euangelium quod nuntiauit hominibus.Nam ſi Græca iſta interpretemur,& Euangelium bonum nuntium eſt,& Angelus nuntius eſt:& de ipſo dicitur.Ecce ego mitto Angelum meum. Vnde ſortitur culmen dignitatis.libro ij.de conſenſu euang.Veritas euangelij verbo Dei, quod ſupra omnem creaturam æternum & incommutabile permanet,per creaturam temporalibus ſignis & linguis hominum diſpenſata,ſummum culmen authoritatis obtinet. *Tom.VI.* Ideo libro xxxiij contra Fauſtum. Quæ vnquam literæ vllum habebunt pondus authoritatis,ſi euangelicæ literę nõ habebunt? *Reſpon 87.* *Tom.VII.* Vnde contra contemptores hæreticos.libro ij. contra Petilianum.Hanc verò formam nec ab ipſis Iudæis perſequutoribus accepiſtis. Illi enim perſequuti ſunt carnẽ ambulantis in terra,vos euangelium ſedentis in cœlo. Quod euangelium mitius pertulit ſæuientium regum flammas, quam veſtras patitur linguas: nam illis incendentibus vnitas manſit:vobis loquentibus, manere non potuit. Vnde audiendum eſt cum attentione. *Tom.IX.* ſuper Ioannem, tract. xij. Tota intentio cordis noſtri ad euangelium feratur,nemo aliunde cogitet. Si enim qui totus adeſt, vix capit: qui ſe per cogitationes diuerſas diuidit, nonne quod ceperat fundit? Eſt prædicandum cum humilitate, in ſermone ij. de ieiunio quadrageſimæ.

A Nos miniſtri ſumus verbi Dei & ſcientiæ euangelij:cui nemo ſine gloria ſeruit, & quam nemo ſine pœna contemnit. Eſt prædicandum cum tota animi intentione.Lib.primo,de verbis Domini,ſermone vij.Vbi loquitur de eo quem permiſit Chriſtus redire ad ſepeliendum patrem. Dominus Chriſtus quando parat homines euangelio,nullam excuſationem vult interponi carnalis temporaliſq; pietatis. Eſt exponendum cum omni ſubtilitate.ſuper Ioannem. Quod in ſancto euangelio breuiter dicitur, non breuiter oportet exponi: vt quod auditur intelligatur. Verba enim Domini pauca,ſed magna ſunt:non numero extimanda,ſed pondere. Nec ideo contemnenda,quia pauca: ſed ideo quærenda, quia magna. B Eſt enim euangelium magnum in ſanctitate,vnde libro iij.contra Fauſtum. Niſi aliquid euangeliis magnum lateret, difficile fieri potuiſſet,vt tanta eis authoritas in terrarum orbe præberetur,qua ſibi tot hominum doctiſsimorum ingenia ſubiugarent.

EVANGELISTA. De euangeliſtarum numero.lib. primo de cõſenſu euangeliſtarum. Quatuor ſunt euangeliſtæ in toto terrarum orbe notiſsimi.Et ob hoc fortaſſe quatuor,quoniam quatuor ſunt partes orbis terræ:per cuius vniuerſitatem Chriſti eccleſiam dilatari, ipſo ſui numeri ſacramento, quodammodo declararent. Eorum ſcriptura eſt ſcriptura Chriſti.in eodem libro. Omnibus diſcipulis ſuis Chriſtus per hominem quem aſſumpſit, tanquam membris ſui corporis caput eſt.Itaque C cum illi ſcripſerunt quæ ille oſtendit & dixit, nequaquam eſt dicendum quod ille non ſcripſerit: quoniam quidem membra eius id operata ſunt, quod dictante capite cognouerunt Quicquid enim ille de ſuis factis & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis tanquam ſuis manibus imperauit.Hoc vnitatis conſortium, & in diuerſis officiis concordium membrorum ſub vno capite miniſterium,quiſquis intellexerit, non aliter accipiet quod narrantibus diſcipulis Chriſti in euangelio legerit,quam ſi ipſam manum Domini,quam in corpore proprio geſtabat, ſcribentem conſpexerit. Eorum ſcriptura eſt veriſsima.libro ij.eiuſdem.cap.xij. Omnem falſitatem abeſſe ab euangeliſtis decet:non ſolum eam quæ mentiendo promitur,ſed etiam quæ obliuiſcendo. D Scripſit vnuſquiſque vt voluit Deus.eodem libro,capi. xxj. Satis probabile eſt quod vnuſquiſque euangeliſtarum eo ſe ordine credidit narrare debuiſſe, quo voluiſſet Deus ea ipſa quæ narrabat eius recordationi ſuggerere,in eis duntaxat rebus quarum ordo ſiue ille, ſiue ille ſit,nihil minuat authoritati veritatíque euangelicæ. Et ideo libro iij. eiuſdem,cap. xiij. Non poteſt conſequens eſſe,vt quilibet quatuor euangeliſtarum mentitus ſit,aut in tanto & tam ſancto culmine authoritatis errauerit. Vnus non contrariatur alteri,ſuper Ioan.tract.cxij.Credat quicunq;,ſiue id ſcire in hac vita poſſit, ſiue per aliqua impedimenta non poſſit.nihil ab aliquo

Euangelista esse conscriptum, quantum ad hos attinet quos in authoritatem canonicā recepit Ecclesia, quod vel ipsius vel alterius non minus veraci narrationi poßit esse contrarium. Vnde Libro secundo de cōsensu Euangelistarum, cap. xij. Quod alius Euāgelista alium verborum ordinem tenet, non est vtique alteri contrarium. Neque illud est contrarium, si alius dicit quod alius prætermittit. Vt enim quisq; meminerat, & cuiq; cordi erat vel breuius vel prolixius, eandem tamen explicare sententiam, ita eos explicasse manifestum est. Ideo ibidem infra. Vtilis modus & memoriæ commendandus, cum de conuenientia dicimus Euangelistarum, non esse mendacium, cū quisque etiam dicens aliquid aliud, quod etiam ille non dixit de quo aliquid narrat, voluntatem tamen eius hanc explicat, quam etiam ille qui eius verba cōmemorat. Et Lib. primo eiusdem. Quāuis singuli suum quēdam ordinem tenuisse videantur, non tamen vnusquisque eorum, velut alterius præcedentis ignarus voluisse scribere reperitur, vel ignorata ꝓtermisisse, quæ scripsisse alius reperitur. Sed sicut vnicuique inspiratum est, non superfluam cooperationem sui laboris adiunxit. Libro secundo de quæstionibus Euangeliorum. Nos non debet mouere, quod alius Euangelista dicit, si quid alius prætermittit: & quod alius dicit aliquid quod ille prætermiserat. Aliqua verò singuli dicunt, & aliqua non dicunt. Aliqua duo dicunt, & alij duo non dicunt. Aliqua tres dicunt, & vnus non dicit. Authoritas tamen tanta est sancti Euangelij, vt quia in eis loquebatur vnus spiritus, verum sit & quod dixerit vnus. Simile est de modo dicendi. Lib. de blasphemia in Spiritum sanctum. Nulla alia causa est, qđ Euāgelistæ eadē nō eodem modo dicunt, nisi vt ide discamus res verbis, nō rebus verba præponere: nihílque aliud in loquente quærere, nisi voluntatem propter quam insinuanda verba, promuntur. Differens est autē Ioānes ab omnibus singulariter. Libro primo de consensu iiij. euangelistarum. Tres euangelistæ in his maximè occupati sunt, quæ Christus in carne operatus est, & quæ præcepta mortalis vitæ exercendæ carnem portantibus tradidit. At verò Ioannes super nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat, & lucem incōmutabilis veritatis, acutißimis atq; firmißimis oculis cordis intuetur. Et Libro quarto eiusdem. Tres euāgelistæ, Mathæus Marcus & Lucas, maximè circa humanitatem Domini nostri Iesu Christi sunt versati, secundum quod rex & sacerdos est. Subdit ibidem. Diuinitas Christi qua æqualis est patri secundum quod ipse & pater vnum sunt à Ioāne maxime cōmendanda suscepta est. Qui sicut aq̄la ī his quæ Christus sublimius loquutus est moratur, nec in terrā quodam modo nisi raro descendit. Vnde exponit figuram Ezechielis, super Ioannē. Apud Ezechielē Prophetam, & in Apocalypsi Ioannis commemoratur animal quadruplex, habens quatuor personas: hominis, vituli, leonis, aquilæ. Qui ante nos scripturarum mysteria tractauerunt, plerique in hoc animali, vel potius ī his animalibus quatuor euangelistas intellexerunt. Leonem pro rege posuerunt, quoniam leo videtur rex esse quodā modo bestiarum, propter potentiam & terribilē fortitudinē. Hæc persona tributa est Mathæo, quia in generationibus Domini regiam seriem prosequutus est, ostendens quēadmodum esset Dominus per stirpem regiam de semine Dauid regis. Lucas autem quia cœpit à sacerdotio Zachariæ sacerdotis, faciens mentionem patris Ioannis baptistæ, vitulo deputatus est: quia magna victima de vitulis erat in sacrificiis sacerdotū. Marco homo Christus merito aßignatus est: quia neque de regia potestate aliquid dixit, neque à sacerdotali cœpit, sed tātum ab homine Christo exorsus est. Hi omnes prope de terrenis, id est, de iis quæ in terra gessit Dominus Iesus Christus nō recesserūt: de Diuinitate eius perpauca loquuti sunt, tāquā ī terra cū illo ambulātes. Restat aq̄la: ipse est Ioannes, sublimium prædicator, & lucis internæ atque æternæ versis oculis contemplator. Dicūtur enim pulli aquilarum à parētibus sic probari, patris scilicet vngue suspendi, & radiis solis opponi. Qui firmè contemplatus fuerit, filius agnoscitur. si acie palpitauerit tanquam adulterinus ab vngue dimittitur: Iam ergo vide quam sublimia loqui debuit, qui est aquilæ comparatus.

Mirum de aquila.

De eorum statu, dignitate, & ordine scripturæ atque lingua, seu litera. Libro primo de consensu euangelistarum. Euāgelistarum quidā hoc est Mathæus & Ioannes etiam scripta de illo quæ scribenda visa sunt, libris singulis ædiderunt. At ne putaretur, quod attinet ad percipiēdum & prædicandum euangelium, interesse aliquid vtrū illi annuntient, qui eundem Dominum hîc in carne apparentem discipulatu famulāte sequuti sunt, an ij qui ex illis fideliter comperta crediderunt, Diuina prouidentia procuratum est per Spiritū sanctum, vt quibusdam etiam ex illis qui primos Apostolos sequebantur, non solum annuntiandi, verum etiam scribendi euangelium tribueretur authoritas. Hi sunt Lucas & Marcus. Cæteri autē homines qui de Domini vel de Apostolorum actibus aliqua scribere conati vel ausi sunt, non tales vel suis temporibus extiterunt, vt eis fidē haberet ecclesia, atque authoritatem canonicā sanctorum librorum, eorum scripta reciperet. Nec solum quia illi non tales erant, quibus narrātibus credi oporteret, sed etiā quia scriptis suis quædā fallaciter indiderunt, quæ catholica atque Apostolica regula fidei & sana doctrina condemnat. Hi ergo euāgelistæ hoc ordine scripsisse perhibētur. Primū Mathæus, deinde Marcus, tertius Lucas, vltimus Ioānes. Vnde alius fuit eis ordo cognoscēdi atq; ꝑdicādi, alius autē scribēdi. Ad cognoscendū quippe atq; ꝑdicandū, primi vtiq; fuerunt qui sequuti Dominum in carne, præsentem dicentem audierunt, facientémque viderunt, atq; ex eius ore ad euangelizandum missi sunt. Sed in conscribendo euangelio, quod diuinitus ordinatū esse credendum est, ex numero eorum quos ante passionem Dominus elegit, præmium atque vlti-

Cap. i. Tom. IIII.

Ordo Euangelistarum.

mum locum duo tenuerunt: primum Mathæus, vltimum Ioannes, vt reliqui duo qui ex illo numero non erant, ſed tamen Chriſtum in illis loquentem ſequuti erant, tanquam filij amplectendi, ac per hoc in loco medio conſtituti, vtroque ab eis latere munirentur. Horum ſanè quatuor, ſolus Mathæus Hæbreo ſcripſiſſe perhibetur eloquio, cæteri Græco.

Tom.III. De conſec. diſtinct.2.c. corpus & ſanguis 4. ſent. diſt.11.ca. ſi vero quæris.

EVCHARISTIA. Quid ſit. Libro tertio de trinitate cap.iiij. Nõ linguam eius, non membranas nec atramẽtum, nec ſignificantes ſonos lingua æditos, nec ſigna literarum conſcripta pelliculis, corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, ſed illud tantum quod ex fructibus terrę acceptum, & prece myſtica conſecratũ rite ſumimus ad ſalutem ſpiritualem, in memoriam pro nobis Dominicæ paſsionis. Quod cum per manus hominum ad illam viſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur vt ſit tam magnum ſacramentum, niſi operante inuiſibiliter ſpiritu Dei: cum hæc omnia quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur. Libr. de oratione Dominica. Panis vitæ Chriſtus eſt: & panis hîc non omnium eſt, ſed noſter eſt. Et quomodo dicimus, Pater noſter: quia intelligentium & credentium pater eſt: ſic & Panem noſtrum vocamus, quia Chriſtus noſter, qui corpus eius attingimus, panis eſt. Hũc autem panẽ dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & eucharistiam quotidie in cibum ſalutis accipimus, intercidente aliquo grauiori delicto, dum abſciſi & non cõmunicãtes à cœleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante & monẽte. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcẽdi. ſi quis mãd. ex hoc pa. vi. in æter. & pa. quẽ ego dedero, car. mea eſt pro mundi vita. Quando ergo dicit in æternum viuere, ſi quis ederit de eius pane, vtique manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & eucharistiam iure cõmunicationis accipiunt. Itaque contra timendum eſt, ne dum abſciſus ſeparetur à Chriſti corpore, abſciſus remaneat à ſalute, cõminante ipſo & dicẽte. Niſi ederitis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Et ideo panem noſtrum, id eſt, Chriſtum dari nobis quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione & corpore eius non recedamus. Lib. de verbis Apoſtoli. Manducent qui manducant, & bibant qui bibunt, eſuriant & ſitiant, vitam manducẽt, vitam bibant. Illud manducare eſt refici, ſed ſic reficeris, vt tamen non deficiat vnde reficeris. Illud bibere quid eſt niſi viuere? Manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam, & integra eſt vita. Tũc autem hoc erit, id eſt, vita vnicuique erit corpus & ſanguis Chriſti: ſi quod in ſacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritualiter mãducetur, & ſpiritualiter bibatur. De quo pane qualis ſit. Lib.ij. de verbis Domini, ſermone v. Ante verba Chriſti quod offertur panis dicitur: ſed vbi Chriſti verba deprompta fuerunt, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Ideo cũ dicimus in oratione Dominica. Panem noſtrum quotidianũ da

Eucharistiæ vtilitas & neceſsitas. Io.6.

Io.6.

Serm.2. Tom.X.

Ser.ord.28. Tom.X.

A nobis hodie, Nõ iſte eſt panis qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Quotidianus eſt iſte panis. Accipe ergo quotidie, quod quotidie tibi proſit. Sic viue vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere. Quomodo Iob ſanctus pro filiis offerebat quotidie ſacrificium, ne fortè aliquid vel in corde vel in ſermone peccaſſent. Ergo cũ audis quod quotieſcũque offertur ſacrificiũ, mors Domini, reſurrectio Domini ſignificetur, & remiſsio peccatorũ, & panẽ iſtũ vitæ noſtræ quotidianũ nõ aſſumis? Qui vulnus habet, medicinã reqrit. Vulnus eſt: qa ſub peccato ſumus, medicina eſt cœleſte & venerabile ſacramẽtũ. Quotidie ſi accipis, quotidie eſt tibi hodie. Tibi hodie Chriſtus paſſus eſt,

B tibi quotidie reſurgit. Lib.iij. eiuſdẽ, ſermone xvij. Cibus eſt reficiẽs, & integer & permanens.

Super Ioannẽ. Domine da nobis panẽ hũc: qui nos reficiat, non deficiat. In eodem. Vocatur caro, quod non capit caro: & ideo magis non capit caro, quia vocatur caro. In quo ſacramento non apponitur aqua ſine vino. Lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus. In euchariſtia aqua pura non debet offerri, vt quidã ſobrietatis imaginatione falluntur, ſed vinum cum aqua mixtũ: quia & vinum fuit in redemptionis noſtræ myſterio, cũ dixit nõ bibam amodo ex hoc genimine vitis: & aqua mixtum, non quod poſt cœnam dabatur, ſed quod de latere eius, quod lancea transfoſſum eſt, aqua cum ſanguine egreſſa, vinum de vera carnis eius vite cum aqua expreſſum oſtenditur. Eſt ſacra-

C mentum ſignificatiuum vnitatis fidelium. ſuper Ioannem, ſermone xxvj. Non eſt ita in hac eſca, quã ſuſtentandæ huius tẽporalis vitæ cauſa ſumimus. Nam qui eã nõ ſumpſerit, nõ viuet: nec tamẽ qui eam ſumpſerit, viuet. Fieri enim poteſt, vt ſenio, vel morbo, vel aliquo caſu, plurimi & qui eã ſumpſerint moriantur. In hoc ergo cibo & potu, id eſt, corpore & ſanguine Domini, nõ ita eſt. Nã qui eam non ſumit, non habet vitam: & qui eam ſumit, habet vitam: & hanc vtique æternam. Hũc itaque cibum & potum, ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum: quod eſt ſancta Eccleſia in prædeſtinatis, & vocatis, & iuſtificatis, & glorificatis ſanctis & fidelibus eius. Quorũ primum iam factum eſt, id eſt, prædeſtinatio. Secundum, & tertium factum eſt, & fit, & fiet, id eſt, vo-

D catio & iuſtificatio. Quartũ verò nũc eſt in ſpe, in re autem futurum eſt, id eſt, glorificatio. Huius rei ſacramentum, id eſt, vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in Dominica menſa præparatur, & de menſa Dominica ſumitur: quibuſdam ad vitam, quibuſdam ad exitium. Res verò ipſa cuius ſacramẽtum eſt: homini ad vitam, nulli ad exitium, quicunque eius particeps fuerit. De eius ſumptione frequentãda. Libro de Eccleſiaſticis dogmatibus. Quotidie euchariſtiæ communionem percipere nec laudo nec vitupero. Omnibus tamen Dominicis diebus communicãdum ſuadeo & hortor, ſi tamen mens in affectu peccãdi non ſit.

A fit. Nā habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico eucharistiæ perceptione, quā purificari. Et ideo quamuis quis peccato mordeatur, peccandi decætero non habeat voluntatem, & cōmunicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus, & confidens de Domini misericordia, qui peccata piæ confessioni donare consueuit, accedit ad eucharistiā intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia & mortalia peccata non grauant. Nam qnum mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum cōmunioni sociari, si vult non ad iudicium & condemnationem sui eucharistiā percipere. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina nō negamus, sed mutato prius sæculari habitu, & confesso religionis studio per vitæ correctionem, & iugi imo perpetuo luctu miserante Deo, ita duntaxat, vt contraria pro iis quæ

B pœnitet agat, & eucharistiam omnibus diebus Dominicis supplex & submissus vsque ad mortē suscipiat. Libro primo de consuetudinibus Ecclesiæ ad Ianuariū. Dixerit aliquis, non quotidie esse accipiendam eucharistiam. Quæris quare? Quoniam inquit, eligendi sunt dies quibus purius homo, continentiúsque viuat, quo ad tantum sacramentum dignius accedat. Qui enim manducauerit indignè, iudiciū sibi mādūcat & bibit. Alius contra. imo, inquit, si tanta est plaga peccati atq; impetus morbi vt medicamenta talia differenda sint, authoritate antistitis debet quisque ab altario

C remoueri ad agendam pœnitentiam, & eadem authoritate reconciliari. Hoc est enim indignè accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non vt arbitrio suo cum libet, vel auferat se communioni, vel reddat. Cæterum si peccata tanta non sunt, vt excōmunicandus quisquam homo iudicetur, non se debere à quotidiana medicina Dominici corporis separare: rectius inter eos quisque fortasse dirimit litem, qui monet vt in Christi pace permaneant: faciat autē vnusquisque quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem Domini: si saluberrimū sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum alteri se præposuit Zacheus & ille Cen-

D turio, cum alter eorum gaudens in domum suam susceperit Dominum, alter dixerit, Nō sum dignus vt sub tectum meum intres: Ambo saluatorem honorificantes, diuerso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiā cōsequuti. Valet etiam ad hanc similitudinē, quod in primo populo vnicuique manna secundum ptopriam voluntatem in ore sapiebat, sic in ore vniuscuiusque Christiani, sacramentū illud quo liberatus est mundus, ille honorando non audet quotidie sumere, & ille honorando non audet vllo die prætermittere. Cōtēptum solum nō vult iste cibus, sicut neque manna fastidium. Et ideo de suæ mentis innocentia, super Ioannem, tractat. xxvj. Aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Quam multi de altari accipiūt, & accipiendo moriuntur. Vnde dicit Apostolus, quod qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Non enim bucella Dominica venenum infudit Iudæ, & tamen accepit, & cum accepit, in eum inimicus intrauit: non q̄a malum accepit, sed quia bonum malè malus accepit. videte ergo fratres, panem cœlestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate. Peccata & si sunt quotidiana, vel non sunt mortifera, antequam ad altare accedatis, attendite quid dicatis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis vt dimittatur tibi, securus accede: panis est, non venenum. Sed vide si dimittis. Nam si nō dimittis, mentiris: & ei mentiris, quem nō fallis. Mentiri Deo potes, Deum fallere non potes. Nouit ille quid agas. Intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, aut damnat, aut coronat. Ibidem infra. Qui corpus Christi sumere volunt, fiāt corpus Christi, si volunt viuere de spiritu Christi. Vnus, inquit Apostolus, panis & vnū corpus multi sumus. ò sacramentum pietatis, ò signum vnitatis, ò vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vnde viuat: accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. Nō abhorreat à compage membrorum, non sit putre membrum quod resecari mereatur, non sit distortum de quo erubescatur, sit pulchrum, sit sanum, sit aptum, hæreat corpori, viuat Deo de Deo. Libro de vera innocentia. capit. sexagesimo octauo. Sacramentum pietatis in iudicium sibi sumit indignus. Bene enim esse non potest malè accipienti quod bonum est.

In eodem libro, cap. cccxxxix. Caro Christi fidelium vita est, si corpus ipsius esse non negligant. Fiant ergo corpus Christi, si volunt viuere de spiritu Christi: de quo non viuit, nisi corpus Christi. Escam vitæ accipit, & æternitatis poculum bibit, qui in Christo manet, & eius habitator Christus est. Nam qui discordat à Christo, nec carnem eius manducat, nec sanguinem bibit, etiā si tantæ rei sacramentum ad iudicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat. Probat hoc super Ioannem, tract. lxij. Multum interest, non quid accipiat, sed quis accipiat: non quale sit quod datur, sed qualis sit cui datur. Nam & bona obsunt, & mala prosunt, sicut fuerint quibus dātur. Peccatum inquit Apostolus, vt appareat peccatum, mihi per bonum operatum est mortem. Ecce per bonum factum malum, dum male accipitur bonum. Itémque ipse ait. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus satanæ &c. vsque virtus in infirmitate perficitur. Ecce per malum bonū est factum, dum bene accipitur malum. Quid ergo mirum si datus panis Iudæ per quod mancipetur diabolo, cum econtrario datus sit Paulo Angelus satanæ, per quē perficeretur in Christo? Ita & malo bonum obfuit, & bono malum profuit. scriptum est enim. Quicunque manducauerit &c. Libro vigesimo primo de ciuitate Dei, cap. xxij. Qui ī Christo corporis vnitate est, id est,

Marginal notes: Tom.II. Epist.118. — Frequens communio si laudanda aut vituperanda. — Tom.IX. — De cōsec. dist.2.ca. & sancta & ca. sicut Iudas. — Tom.IX. — Rom.7. — 2.Cor.12. — 1.Cor.11. Tom.V.

in Christianorum compage,cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerunt,ipse verè dicendus est manducare corpus Christi & bibere sanguinem Christi. Ac per hoc hæretici & schismatici ab vnitate huius corporis separati,possunt idem percipere sacramentum,sed nõ sibi vtile,imo verò etiam noxiũ, quo iudicentur grauius vel quo tardius liberẽtur. Nõ sunt quippe in eo vinculo pacis,quod in illo exprimitur sacramẽto. Ibidem.Qui malè agũt, non sunt dicendi manducare corpus Christi,quoniam nec in mẽbris sunt Christi.Vt enim alia taceam,non possunt simul esse membra Christi,& membra meretricis.Deniq; ipse dicens, Qui mãducat carnem meam,& bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo:ostẽdit quid sit corpus Christi manducare,& eius sanguinẽ bibere. Hoc est enim in Christo manere,vt in illo maneat, & Chistus.'Sic enim hoc dixit,tãquã diceret. Qui non in me manet,& in quo ego non maneo, non se dicat aut se existimet manducare corpus meũ, & bibere sanguinem meum. Nõ inquit manẽt in Christo,qui non sunt membra Christi. Non sunt autem membra Christi,qui se faciunt mẽbra meretricis: nisi malum illud pœnitendo esse destiterint, & ad hoc bonũ reconciliatione redierint.

Cap.eod.inf.

In sermone primo de aduentu,qui incipit,propitia deitate. Mutet vitam,qui vult accipere vitã. Nam si non mutat vitam,ad iudicium accipit vitam. Et magis ex ipsa corrũpitur, quam sanetur: magis occiditur,quàm viuificetur. Super Psal. cxlij. Quam multos Iudas implet satanas,indignè accipientes bucellam ad iudicium suũ? Qui enim manducat & bibit indignè,iudicium sibi manducat & bibit. Non malum est quod datur,sed bonũ malo in iudiciũ datur. Bene enim esse non potest malè accipienti quod bonum est. Vnde cõsulit super Ioãnẽ. tract.lxxxiiij. In prouerbiis Salomonis legitur. Si sederis cœnare ad mensam potentis,considera & intellige quæ apponuntur tibi:& sic mitte manum tuã,sciens quod talia oportet præparare. Quæ est mensa potentis, nisi vnde sumitur corpus & sanguis eius,qui pro nobis posuit animam suam? Et quid est ad eam sedere,nisi humiliter accedere? Et quid est cõsiderare & intelligere quæ apponuntur tibi,nisi dignè tantam gratiam cogitare? Et quid est sic mittere manum tuam,vt scias quia talia oportet te præparare,nisi quia sicut pro nobis Christus animam suam posuit,ita nos debemus animas nostras ꝑ fratribus ponere? Sic enim ait Apostolus Petrus. Christus pro nobis passus est &c. Vnde sic orando dicit. libro contemplationis Iesu Christi. Rogo te Domine per illam sacratissimam effusionem pretiosissimi sanguinis tui, quo sumus redempti, da mihi cordis contritionem,& lachrymarum fontem,præcipuè dum preces & orationes meas tibi offero,dum tuæ laudis psalmodiam decanto, dũ mysterium nostræ redemptiõis manifestum misericordiæ tuæ indicium recolo, dum sacris altaribus,licet indignus, assisto, cupiens tibi offerre illud mirabile & cœleste sacrificium,omni reue-

Tom.IX.

1.Pet.5.

Cap.12.
Tom.IX.

A rentia & deuotione dignum: quod tu Domine Deus sacerdos immaculate instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tuæ charitatis, mortis scilicet,& passionis pro salute nostra,pro quotidiana reparatiõe fragilitatis nostræ. O charitas Deus meus mel dulce, & lac niueum: cibus es grandiũ,fac me crescere in te. O dulcedo amoris,& amor dulcedinis,comedat te venter meus, & nectare tui amoris repleãtur viscera mea, vt eructet mens mea verbũ bonum. Ideo monet Libro de salutaribus documentis. Seipsum nobis edendum tribuit,qui dixit. Ego sum panis viuus q. de cælo descendi &c. Sed vnusquisque antequam corpus & sanguinem eius accipiat, seipsum probet,secundum Apostoli præceptum,& sic de pane illo edat &c. Quando enim eum accipere volu-

Cap.
Tom.
Io.6.

B mus,ante ad confessionem & pœnitentiam recurrere debemus,& omnes actus nostros curiosius discutere,& peccata obnoxia,si in nobis senserimus,citò festinemus per confessionem & veram pœnitentiam abluere,ne cum Iuda proditore diabolũ intra nos cęlantes pereamus. Quod solus Christus potuerit instituere & facere. Libro. iiij. de trinitate,cap. xiiij. Id nõ põt ritè offerri,nisi per sacerdotẽ iustũ & sanctũ,nec nisi ab eis accipiatur quod offertur, ꝑ q̃bus offertur,atq; id sine vitio sit,vt ꝑ vitiosis mũdãdis possit offerri. Hoc certe oẽs cupiũt,qui pro se offerri sacrificiũ Deo volunt. Quis ergo tam iustus & sanctus sacerdos, quam vnicus Dei filius,qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec ex humana vita quæ adduntur. Et quid tam

Tom.IX.

C congruenter ab hominibus sumeretur quod pro eis offerretur,quã humana caro? Et quid tã aptũ huic immolationi,quam caro mortalis? Et quid tam mundũ pro mũdandis vitiis mortaliũ,quam sine vlla contagione carnalis cõcupiscẽtiæ caro nata in vtero, & ex vtero virginali? Et quid tam gratè offerri & suscipi posset, quam caro sacrificij nostri corpus effectũ sacerdotis nostri? Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur,quid offeratur,à quo offeratur,& ꝑ quibus offeratur,idem ipse vnus verúsque mediator,per sacrificium pacis reconcilians nos Deo,

D vnum cum illo maneret cui offerebat,vnum in se faceret pro quibus offerebat,vnus ipse esset qui offerebat,& quod offerebat. Et ideo ad intelligendum est difficile. Libro de Speculo,capite, xj. Da mihi Domine in via hac,qua te duce gradior, intellectum,atque inspira mihi & semper doce gratiam tuam qua irreprehensibiliter sit credendũ illud mysterium quod est ineffabile & præ cæteris intellectu difficile. Reliqua verò sacramenta quæ tenentur in Ecclesia tua Domine stupenda sunt & venerãda,sed istud tuũ sacramentũ præcellit vniuersa. Hoc nempe cœlestis tuæ mensæ sacramentum,quod fideles & pias animas pascit carne,& potat sanguine,ne esuriant neq; sitiant, in æternum: fac me Deus meus simplici cõsciẽtia,& præcipuè inter cætera sentire & credere, sumere & retinere,& ne sinas Domine quæso fidem in eo meam vacillare. Causa eius est fortè,

quia

quia vt dicit. Libro. vij. confesſio. Inueni me longè eſſe à te in regione diſsimilitudinis, tanquam audirem vocem tuam de excelſo. Cibus ſum grãdium, creſce & manducabis me. Nec tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. In quo ſacramento humilitas docetur, ſuper titulum Pſalm. xxxiij. Chriſtus in corpore & ſanguine ſuo voluit eſſe ſalutem noſtrã. Vnde autem commendauit corpus & ſanguinem ſuum? De humilitate ſua. Niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur nec biberetur. Reſpice altitudinem ipſius. In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Ecce cibus ſempiternus: ſed manducant Angeli, manducant ſupernæ virtutes & cœleſtes ſpiritus, & mãducãt & ſaginantur, & integrum manet quod eos ſatiat & lætificat. Quis autem homo poſſet ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibo? Oportebat ergo vt menſa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret: Et ideo verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Vide ergo humilitatem: quia panem Angelorum mãducauit homo, id eſt, verbum illud à quo paſcuntur Angeli ſempiternum, quod eſt æquale patri, manducat homo, quia cũ in forma Dei eſſet, non rapinam &c. Vſque mortem autem crucis: vt iam de cruce commendaretur nobis caro & ſanguis Domini. Et ibidem ſuper Pſalm. Docet Chriſtus humilitatem, cũ cõmendat corpus & ſanguinem ſuum. Vbi enim commendatur corpus & ſanguis Domini, ibi cõmendatur humilitas Chriſti, quam pro nobis ſuſcipere dignatus eſt. Vnde iſtud ſacramentum eſt in memoriam paſsionis eius. Libro. iij. de doctrina Chriſtiana. Niſi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: Facinus flagitiúmque videtur iubere. Figurata eſt ergo locutio, præcipiens paſsioni Domini cõmunicandum, & ſuauiter ac vtiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata ſit. Super Pſalm. lxxv. Semel pro nobis Chriſtus immolatus eſt. Cum credidimus, id ſanctè cogitauimus: modo autem reliquiæ cogitationis ſunt, qua meminimus quis aduenerit, & q̃d nobis donauerit. Ex reliquiis cogitationis quotidie nobis immolatur, quia de memoria noſtra nõ debet recedere, quid nobis ſit præſtitum. In ſermone ij. de catechiſmo. Pertractans illud non relinquetis quicquam ex eo vſque mane. Hoc nunc agitur. Comeditur enim agnus per noctem huius ſæculi, vt cum mane illud venerit quod veſperũ non habebit, non iam offeratur imago agni, ſed ipſe agnus quem quotidie comedimus & cuius ſanguinem bibimus. Inueniamus illic eum ſacerdotem perfectum quem hîc pro noſtra ſalute cõſtat occiſum. Eſt autem deuotione frequentãdum. In tractatu de iiij. feria. Tu anima Chriſtiana quæ aſcéſura es ex ſacratiſsimo fonte, rubore atque decore perfuſa nimis ſpecioſa & nimis candida, ſerua decorem tuum. Agnoſce quid fueris, & quid eris, vide ne deſeras menſam ſponſi tui. Vt pulchra permaneas, carnem eius quotidie mãducabis: vt vitam æternam habeas, ſanguinẽ eius potabis. Vide ne deſeras hanc menſam. Docet modum. Libro primo de conſuetudinibus Eccleſiæ ad Ianuarium. Liquido patet quando primo acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quod à ieiunis ſemper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt ĩ honorem tanti ſacramẽti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intret quam cæteri cibi. Nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neque enim, quia poſt cibos dedit Dominus propterea pranſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum conuenire deberẽt, aut ſicut faciebãt quos Apoſtolus arguit & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Nanque ſaluator quo vehemẽtius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorũ, à quibus per paſsionẽ digreſſurus erat. Et ideo nõ præcepit quo deinceps ordine ſumeretur, vt Apoſtolis per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, reſeruaret hũc locum. Nam ſi ille hoc monuiſſet vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quod eum morẽ nullus variaſſet. Cũ verò ait Apoſtolus de hoc ſacramento loquens. Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis eſurit, domi manducet, vt non ad iudiciũ cõueniatis. Subtexuit ſtatim, Cætera autem cum venero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, vt in epiſtola totum illum agẽdi ordinem inſinuaret quem vniuerſa per orbem ſeruat Eccleſia, ab ipſo ordinatũ eſſe quod nulla morũ diuerſitate variatur. Fide ſumitur. Super Ioannem. Credere in Chriſtum, eſt manducare cibũ qui non perit, ſed qui permanet in vitã æternam. Vt quid paras dentes & ventrem? Crede & mãducaſti. Ibidem. Credere in eũ, hoc eſt mãducare panem viuum. Qui credit manducat. viſibiliter ſaginatur, quia inuiſibiliter renaſcitur.

Libro de verbis Apoſtoli. ſermo. ij. Niſi manducaueritis carnem &c. Et hoc diceret de vita, quis alius quam ipſa vita? Erit autem illi homini mors non vita, qui mendacem putauerit vitam.

Libro. ij. de verbis Domini. ſermone x. Noli parare fauces, ſed cor. Vnde fides facit participẽ huius ſacramenti, abſq; corporali ſumptione. In epiſtola ad Bonifaciũ Epiſcopũ. Nulli aliquatenus debet eſſe ambiguum, vnumquenque fidelium corporis & ſanguinis Domini tunc eſſe participem, quando in baptiſmate membrum efficitur Chriſti: nec alienum ab illius panis calicíſq; cõſolatione, etiã ſi antequam panem illum comedat, calicémque bibat, de hoc ſæculo migrauerit in vnitate corporis conſtitutus. Sacramenti quippe illius participatione & beneficio non priuatur, quoniam in ſe habere quod illud ſacramentum ſignificabat, inuenitur. Succeſsit omnibus ſacramentis veteris teſtamenti. Libro decimo octauo de ciuitate Dei. Sacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, ſucceſsit omnibus ſacrificiis veteris teſtamenti, quæ immolabantur in vmbra

Tom. II. Epiſt. 118. cap. 6. De conſec. diſt. 2. ca. liquido. — 4. ſentẽ. diſt. 8. ca. hic autem. Ieiuni communicent. — 1. Cor. 11. — Tract. 25. Tom. IX. De cõſ. diſt. 2. ca. vt quid. — Tom. X. Ser. ord. 33. — Tom. X. Tom. II. Epiſt. 23.

huius futuri. Libro decimo eiusdem,cap.secũdo. *Tom.V.* Mediator effectus Dei & hominum homo Christus Iesus,cum in forma Dei sacrificiũ cum patre sumat,cum quo & vnus Deus est, tamen in forma serui sacrificium maluit esse quàm sumere ne vel hac occasione quisquam existimaret, cuilibet sacrificandũ esse creaturæ. Per hoc & sacerdos est,ipse offerens, & oblatio. Cuius rei sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificium:quæ cum ipsius capitis corpus sit, seipsam per ipsum discit offerre. Huius veri sacrificij multiplicia variáque signa erant sacrificia prisca sanctorum,cum hoc vnũ per multa figuraretur,tanquam verbis multis res vna diceretur,vt sine fastidio multum commendaretur. Huic summo veróque sacrificio,cuncta falsa sacrificia cesserunt.

A

Vnde libro ij.contra Faustum. *Cap.21 Tom.VI.* Huius sacrificij caro & sanguis ante aduentum Christi per victimas similitudinum promittebatur: in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur: post ascensum Christi per sacramentum memoriæ celebratur. De hac materia require supra capite Altare.& cap.agnus.& cap.Baptismus.& infra capit.sacerdos.& cap.sacrificium.& cap.panis.

Cap.13. Tom.I.

EXAVDITIO. Exaudimur per Christũ. Libro ix.confessio. Exaudi me Domine per medicinã vulnerum eius, qui pependit in ligno pro nobis & sedens ad dexteram tuam,te interpellat pro nobis. *Tom. VII.* Exaudit Deus peccatores. Libro ij.contra epistolã Parmeniani. Non quidem omnem peccatorem exaudiri: sed tamen non omnem peccatorem nõ exaudiri, veritas cœlestis est. *Tom.I.* Vnde libro primo retractationum,capite iij. vbi retractat de Libro,de ordine rerum. *Li.2.de ord. rerum,c.20.* Nec illud mihi placet,quod cum dixissem.Summa opera danda est optimis moribus: mox addidi: Deus enim noster aliter nos exaudire non poterit. Bene autem viuẽtes facillimè exaudiet. Sic enim dictum est,tanquam Deus nõ exaudiat peccatores,quod quidem dixit in Euangelio. Sed ille qui nondum cognouerat Christum, à quo iam fuerat illuminatus in corpore. *Tom.II. Epist.121. Cap.14.* Simpliciter exaudiri non denotat sanctitatem. In epistola ad Probam. Nemo se magis pendat si fuerit exauditus,cum aliquid impatienter petit, quod non impetrare plus sit. Exaudiuit enim Christus rogantes immundos spiritus,vt in multos sues legio dæmonum mitteretur. Dedit etiam quod diabolus postulauit,vt probandus eius famulus Iob tentaretur. Nemo etiã de Diuina erga se miseratione desperet,si non exaudiatur,quia fortè aliquid petit,quo accipiendo,affligatur atrocius: vel ea prosperitate corruptus,penitus euertatur. In talibus ergo q̃d oremus & sicut oportet nescimus. Vnde si aliquid contra quod oramus accidit, patienter ferendo, & in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuisse quod Dei, non quod nostra voluntas habuit, minimè dubitare debemus. Nam & huius exemplum nobis præbuit ille mediator,qui cum dixisset,Pater si fieri potest transeat à me calix iste:humanam in se voluntatem ex hominis susceptione transformans, cõtinuo subiecit, Verùm non quod ego volo,sed quod tu vis pater. Vnde meritò per vnius obedientiam, iusti constituuntur multi. Vnde non exaudiri non arguit imperfectionem,super j.canonicam Ioannis,tract.vj. *Tom.I. 2.Cor.* Inuenimus quosdam exauditos, non ad voluntatẽ, sed ad salutem. Non est exauditus Paulus cum ter orasset vt discederet ab eo Angelus satanæ,sed est exauditus ad salutem, quia virtus in infirmitate perficitur. Inuenimus exauditos aliquos ad voluntatem,& non ad salutem. Vt diabolus petiit Iob ad tentandũ, & accepit. Ecce diabolus petiit Sanctum virum, & accepit. Apostolus petiit vt auferretur ab eo stimulus carnis, & nõ accepit. Sed magis Apostolus exauditus est quã diabolus. Exauditus est enim ad salutẽ,sed nõ ad voluntatem. Diabolus exauditus est non ad salutem,sed ad damnationem. Quia Iob est probatus,& ille cruciatus. Secundũ hoc intelligere debemus,quia Deus & si voluntati nostræ non dat quod petimus,saluti tamẽ dat. Non enim exaudit te medicus,quando fortè frigidam aquam petis, quia si non prodest,nõ dat. Libro.iij.de verbis Domini,sermone xvj. Non exaudiuit Deus Paulum ad voluntatem,quia exaudiuit eum ad sanitatem. Nã non est magnũ exaudiri à Deo ad voluntatem. Nec putetis magnum esse hoc,quando quis orat pro magno,& exauditur. Quære quid orat,quære in quo exaudiatur. Nam non habeatis pro magno exaudiri ad voluntatẽ,habete pro magno exaudiri ad vtilitatem. Ad voluntatem etiam dæmones exauditi sunt,& ad porcos quos petierant ire permissi sunt: Ad voluntatẽ etiã princeps eorum diabolus exauditus est,à quo petitus Iob tentandus, non est enim negatus: vt esset ille probatus,ille confusus. Ad voluntatem etiam Israelitæ exauditi sunt, & cum adhuc cibus esset in ore eorum,nostis quæ consequuta sunt. Nolite ergo pro magno habere ad voluntatem exaudiri. Aliquando Deus iratus dat quod petis, & Deus propitius negat quod petis. Cũ verò ea quæ Deus laudat,quæ Deus præcipit,quæ Deus in futuro sæculo promittit,ab illo petitis,securi petite, & incumbite quantum potestis orationibus, vt sumatis. Illa enim propitio Deo conceduntur,illa eius non ira,sed misericordia largiuntur. Quando autem petitis temporalia,cũ modo petite,cũ timore petite,illi cõmittite,vt si prosint, det: & si scit obesse,non det. Quid autem obsit & quid prosit, medicus nouit,nõ ægrotus. Et ideo super Psal. xxxiij. Dicit aliq̃s. Ecce vere iusti q̃ exauditi sunt, sicut scriptum est. Clamauerũt iusti &c. *Tom.I.* Ego aũt clamaui,& exaudiri non merui. Aut ego nõ sum iustus & non facio quæ mihi Deus iubet,aut fortè ille me non videt. Noli timere, tantum fac quod iubet, & si te non eruet corporaliter,eruet te spiritualiter. Ille enim qui tulit de flamma tres pueros,nunquid tulit de flamma Machabæos? Nonne illi in ignibus hymnizabant, & isti in ignibus expirabant? Deus trium puerorum, nõne ipse est & Machabæorum? Illos eruit:imo vtrosq; eruit. Sed tres pueros sic eruit,vt carnales confunderentur. Machabęos ideo nõ sic eruit, vt illi qui persequeb

sequebantur, in pœnas maiores irent, cum putabant se oppressisse martyres Dei. Et vt dicit super Psalm. lxxxvij. Auertit Deus ab orantibus faciem, non exaudiendo ad id quod volunt: quãdo nesciũt sibi nõ expedire quod petunt. Quia vt dicit super Psalm. cxliiij. Non te exaudit Deus ad voluntatem, exaudiendo ad futuram sanitatẽ.

Sed qui exaudiuntur. super Psalm. cxxx. Exaudiri ad vitam æternam non conceditur nisi ei, qui in templo Dei orat, qui orat in pace Ecclesiæ, in vnitate corporis Christi: quod corpus Christi constat ex multis credentibus in toto orbe terrarum. Et ideo exauditur, quia orat in tẽplo sancto. Templum Dei sanctum est, quod estis vos, inquit Apostolus. Ipse enim in spiritu & veritate orat, qui orat in pace Ecclesiæ.

Tom. IIII. EXCOMMVNICATIO. Nunc temporis excommunicatio, est loco interfectionis in veteri testamento. Libro quæstionum super Deutero. quæstio. xxxix. Hoc nũc agit in Ecclesia excommunicatio, quod agebat tunc interfectio. Probãdo quasi. Libro de fide & operibus. Neque enim quia illã primi populi cõmistionẽ Moses Dei famulus patiẽtissimè perferebat, ideo nõ multos etiã gladio vindicauit. Et Phinees sacerdos adulteros simul inuentos ferro vltore confixit. Quod vtique degradationibus & excommunicationibus significatum est esse faciendum hoc tempore, cum in Ecclesiæ disciplina visibilis fuerat gladius cessaturus. Vnde est maximè timenda. super Ioannem, sermo. xxxiij. & habetur in decret. xj. quæst. ij. Nihil sic debet formidare Christianus, quam separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius. Si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Quisquis autẽ, inquit Apostolus, spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Quia vt dicit. super Ioannem sermo. xlix. Cum excõmunicat Ecclesia, in cœlo ligatur excõmunicatus, cũ recõciliat Ecclesia, in cœlo soluitur excõmunicatus. Quo ordine debeat fieri. Lib. iij. cõtra Epist. Parmeniani. Nõ aliquid nouũ aut insolitum dicam, sed quod sanctitas obseruat Ecclesiæ. Cum quisque Christianorum intus in Ecclesiæ societate cõstitutorũ, in aliquo tali peccato fuerit deprehẽsus, vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc vbi nullum schismatis periculum est, atque id cum ea dilectione, de qua alibi Apostolus præcipit, vt inimicũ non eum existimetis, sed corripite vt fratrem. Non enim ad eradicandum fit, sed ad corrigendum. Quod si se non agnouerit, nec pœnitendo correxerit, ipse foras exiet, & propria voluntate ab Ecclesiæ cõmunione dirimetur. Nam & ipse Dominus cũ seruis volentibus Zizaniã colligere, ait. Sinite vtranq; crescere vsque ad messem: sed præmisit causam dicens. Ne forte cum vultis colligere. ziza. era. si. & tri. Vbi satis ostendit, cum metus iste non subest, sed omnino de frumẽtorũ stabilitate certa securitas manet, id est, quando ita cuiusquam crimen notũ est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere: nõ dormiat seueritas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior conseruatio † charitatis. Tunc autem hoc fine labe pacis & vnitatis, & fine læsione frumentorum fieri potest, cũ congregationis Ecclesiæ multitudo, ab eo crimine quod anathematizatur, aliena est. Tunc enim adiuuat præpositum potius corripientem, quam criminosum resistentem. Tunc se ab eius coniunctione salubriter continet, vt nec cibum cum eo quisquam sumat, non rabie inimica, sed coertione fraterna. Tunc etiã ille & timore percutitur, & pudore sanatur, cum ab vniuersa Ecclesia se anathematizatum videns, sociam turbam cum qua in delicto suo gaudeat, & bonis insultet, non potest inuenire. Ad hoc enim ipse Apostolus ait, Si quis frater nominatur. In eo q̃ppe quod ait, si quis: nihil aliud videtur significare voluisse, nisi eũ posse tali modo salubriter corrigi, q̃ inter dissimiles peccat, id est, inter eos quos peccatorum similiũ pestilentia non corrumpit. In eo verò quod ait. Nominatur: hoc nimirũ intelligi voluit, parum esse, vt sit quisque talis, nisi etiã nominetur, id est, famosus appareat, vt possit omnibus dignissima videri, quæ in eũ fuerit anathematis prolata sẽtẽtia. Ita enim & salua pace corrigitur, & nõ interfectoriè percutitur, sed medicinaliter vritur. Propterea & de illo dixit quẽ tali medicina sanari voluerat. Satis huic est correptio quæ fit à multis. Nec enim potest esse salubris correptio, nisi cum ille corripitur, qui nõ habet sociã multitudinẽ. Cum verò idẽ morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, quam dolor & gemitus. Et sola Ecclesia catholica excõmunicat: Lib. iij. de baptismo cõtra Donatistas, & allegatur vbi supra, in decre. Illud planè non dixerim temerè, quod si quisquam fidelium fuerit anathematizatus iniustè, ei potius oberit qui fecit, quam ei qui hanc patitur iniuriam. Spiritus enim sanctus habitans in sanctis, per quẽ q̃sque ligatur aut soluitur, immeritam nulli ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ non agit perperam. Pax Ecclesiæ dimittit peccata: ab eius pace alienis tenet peccata: nõ secũdũ arbitriũ hominũ, sed secundũ voluntatẽ Dei. Petra tenet, petra dimittit. colũba tenet, columba dimittit. De excommunicatis tamen non est desperandum. Libr. de correptione & gratia. Corripiantur à præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate veniẽtibus, pro culparũ diuersitate diuersis, vel in minoribus vel in amplioribus: quia & ipsa quę dãnatio nominatur, quam fecit episcopale iudicium, qua pœna in ecclesia nulla maior est, potest si Deus voluerit, in correpionem saluberrimam cedere atque proficere. Nec enim scimus quid contingat sequenti die: an ante finem vitæ huius de aliquo desperandum est, aut contradici Deo potest ne recipiat & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati cordisque contriti, à reatu quamuis iustæ damnationis absoluat, damnatúmque ipse non damnet. Pa-

Marginalia: Cap. 2. Tom. eod. — Numer. 25. — Cap. 2. Tom. VII. — 11. q. 4. ca. cum quisq. — Mat. 13. — † Aliàs, confirmatio. — 1. Cor. 5. Locus Pauli excutitur. — 23. q. 4. ca. non potest. — Tom. eod. — Cap. 17. — Cap. 15. Tom. eod.

storalis autem necessitas habet ne perplures serpant dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandã. Nescientes enim q̃s pertineat ad prædestinatorum numerũ, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. Hoc q̃ppe fit, cum singulos quosq; vt occurrerint, cũ quibus id agere valeamus, ad hoc conamur adducere, vt iustificati ex fide, pacem habeant ad Deum. Est tamen periculosa. Lib. de verbis Apostoli, sermone xiiij. & habetur in decretis, vt supra. Omnis qui excõmunicatur satanæ traditur: quomodo, scilicet q̃a extra Ecclesiam est diabolus, sicut in Ecclesia Christus. Ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab Ecclesię cõmunione remouetur. Vnde illos quos Apostolus satanæ esse traditos prædicat, esse excommunicatos demonstrat.

Tom. X. EXCVSATIO. Excusari peccata non debent. Libr. de verbis Apostoli. sermo. x. Cõfitere à Deo te habere quicquid boni habes, à te quicquid mali: ne in bonis tuis illum contemnas, te laudes, & ne in malis tuis illum accuses, te excuses. Ipsa est vera confessio. Ille qui in tantis bonis præuenit te, venturus est ad te, & inspecturus dona sua, & mala tua. Quomodo eius bono vsus fueris inspicit in te: ergo quia in omnibus bonis præuenit te, vide in quo tu præuenias faciem venturi. Audi Psal. Præueniamus faciẽ eius in confessione. Antequã veniat propitietur, antequam adsit placetur. Habes enim sacerdotẽ per quem placare possis Deum tuum, & ipse cum patre Deus est ad te, q̃ est homo propter te. Ita iubi labis psalmis, præueniens faciem eius in confessione. *Tom. eod.* Lib. 50. Homil. homil. xij. Cõfiteamur peccata nostra, non excusemus. Tu fecisti, tu reus es, tu confitere, tibi ignoscitur. Si autem dicas, Nõ ego feci. Vbicunque verba excusare volueris, peccatum tuum manet in te, peccati reus es. Non illius peccati tãtum quod fecisti, sed huius etiam superbiæ quod confiteri noluisti, rape tu quisquis es peccator remedia, qui peccando Diuina contẽpsisti præcepta. Confessio afferat salutem, cui cõtentio attulerat mortem. Viue remediis, qui aliquando moriturus fueras peccatis. Consilia ad salutem data amplectere, hortamenta Diuina præuide, ac libenter admitte: peccatorum indulgẽtiã confessione instanti mercare. Quid horres fateri qđ libẽter ac ꝓpere cõmisisti? Cõfitere ergo, vt det tibi indulgentiã pius & misericors Dominus.

Hom. ea. sup. Sed excusatio quam sit mala, habetur ibidem. Serpens vult suadere excusationes peccatorũ, vt non accuses, sed excuses. Deus confitenti tãquam in apertum sinum indulgentiam paratus erat dare, excusas: claudis sinum, includis peccatum, excludis indulgentiã peccati. Ecce, quid fecisti? Nõ vt tolleretur peccatum, sed intercluderetur medicina peccati. Sanare te habebat Deus per indulgẽtiam si fatereris, quæris per quem excuses, sed nõ quærit ille quem pro te puniat. Dic ergo deuoto corde. *Psal. 40.* Ego dixi Domine miserere mei. sa. animã meã quia pec. tibi. Sanat te Deus, confitere tãtum vulnus tuum. In sermone tertio de confes. Sicut quotidianis & frequentibus peccatis iugiter vulneramur, sic confessionis & compunctionis remedia incessanter adhibere debemus: vt ipsorũ vulnerũ tabẽ expellere & abstergere valeamus. Nec propterea iubet Deus confiteri, tanquã eum lateat cuius oculis omnia patent: Sed quia diabolus sollicitus exquirit, vt inueniat quid in iudicio ad nostram perditionem accusans opponat. Ideo persuadet vt potius excusemus peccata & defendamus, quam accusemus & confiteamur. Dominus autem noster cuius est immensa pietas, cũ velit neminem perire, vt non præualeat insidiator, admonet vt confiteamur & testificemur in præsenti sæculo, ne damnemur in futuro. Si enim peccatorũ nostrorũ miserias confessi fuerimus, & ad eas vlterius nõ redierimus, proculdubio ipse miserãs indulgebit. Et ideo nunquã facilius nos diabolus deiicit, quam cum eũ imitãdo, per superbiã nostram peccata excusando defendimus. Et nunquam nos eum fortius & melius repellimus, quã cum Christum per humilitatem sequimur. Nec acriores dolores illi ingerimus, quam cum vulnera peccatorum nostrorum confitendo & pœnitendo delemus. Lib. super Genes. Nunquid dixit Adã, Peccaui? Superbia habet deformitatẽ cõfusionis, nõ habet humilitatem confessionis. Hoc morbo superbiæ laborant homines hodie, nõ nisi in creatorem conantes referre si quid egerint mali: tamẽ sibi velint tribui, si quid egerint boni. Mulier, inquit, quam dedisti mihi &c. quasi ad hoc data sit vt non ipsa potius obediret viro, & ambo Deo. Et de Eua subiungit. Serpens, inquit, seduxit me, Nec iste confitetur peccatũ, sed in alterũ refert, impari sexu, sed pari fastu. Non valet excusatio ignorantiæ. Lib. ad Sixtum p̃sbyterũ. Humana superbia tanquã præsumẽs de viribus liberi arbitrij, excusatã se putat, quãdo ignorantiæ, nõ voluntatis, videtur esse quod peccat. Secũdũ hãc excusationem, inexcusabiles dicit Diuina scriptura quoscũq; scientes peccare cõuincit, Dei tamẽ iustum iudiciũ nec eis parcit q̃ nõ audierunt. Quicũque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quãuis seipsis videantur excusare, nõ admittit hanc excusationem qui scit se hominem fecisse rectum, eique obedientiæ dedisse præceptũ, nec nisi eius quo malè vsus est libero volũtatis arbitrio, etiã quod transiret ĩ posteros manaret peccatum. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento propriæ volũtatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat: Quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerũt, sine dubitatione peccatũ est, in eis autem qui nõ potuerunt, pœna peccati est. Ergo in vtrisq; nõ est iusta excusatio, sed iusta dãnatio. Sicut autem voluntati Dei tribuitur humana natura nullo dubitante laudanda, sic hominis volũtati tribuitur culpa nullo recusante damnanda. Quæ volũtas hominis, aut hæreditariũ vitiũ trãsmisit ĩ posteros, qđ ĩ se habuit cũ peccaret: aut acquisiuit & cætera, cum ĩ seipso q̃sq; perditẽ viueret. In cõmunibus sermonibus, sermo. xlv. Ante omnia

omnia danda est opera ne peccemus ne quãdo familiaritatem & amicitiam cum peccato, tanquam cum serpente, faciamus: morsu quippe venenato perimit: nec tale aliquid est cum quo facienda est amicitia. Sed si fortè aut infirmũ oppresserit, aut errãtem cœperit, aut mercatione eum deceperit, non pigeat animam confiteri: nec quærat excusationé, sed sui incusationẽ. Nã & inde orauit quidam in psalmo. & ait. Pone Domine custodiã ori meo &c. vsque excusationes in peccatis. Peccatũ ergo cũ suadetur tibi, ante omnia recusetur: sed si persuasum est, nõ excusetur, sed potius accusetur.

Et infra, Si vis vt Deus ignoscat, tu agnosce. Impunitum nõ potest esse peccatum. Non decet, non oportet, non est iustum. Et quia non potest esse impunitum, puniatur à te, ne puniatur ab illo. Iudicem relaxat, non patronum. In tribunal mentis tuæ ascende contra te, & reum te cõstitue ante te. Noli te ponere post te, ne Deus te ponat ante te. Habeat te ergo accusatorem, vt Deum habeas excusatorem. Habeat te punitorem, vt Deum inuenias defensorem. Excusationes peccatorũ, quæ multæ sunt & variæ. Require Lib. de continentia. Contra vitia & contra diabolum principẽ regémque vitiorum, multo vigilantius & acrius ipsa oratione certantes simus: ne valeant aliquid mortiferæ suggestiones eius, quibus instigat insuper peccatorem ad sua excusanda potius quã accusanda peccata: ac si vulnera illa non modo non sanentur, verum etiam & si mortifera non erant, grauiter & letaliter infligantur. Et hîc ergo cautiore opus est continentia, qua cohibeatur superbus hominis appetitus, quo placet sibi & nõ vult culpabilis inueniri, dedignatúrq; cum peccat cõuinci, quod ipse peccauerit, non salubri humilitate suscipiens accusationem sui, sed excusationem potius ruinosa elatione conquirens. Ad hanc superbiam coercendam, continentiam petiuit à Domino Propheta cum dixit. Nõ declines cor meũ in verba malitiæ, ad ex. excu. in pec. Quid enĩ malignius his verbis, quibus malus malũ negat, etiã de opere malo conuictus, quod negare nõ valeat? Et quoniã factũ negare non potest, nec beneficiũ potest dicere, & à se fratrẽ videt patere, quærit in alios referre quod fecit, tanquã inde posit auferre quod metuit: Nolẽs esse se reũ, addit potius ad reatum, & sua excusando nõ accusando peccata, ignorat non se pœnã remouere, sed veniã. Apud homines enim iudices, quoniã falli possunt, quacunq; velut purgare fallacia quod perperã factũ est, prodesse aliqd videtur ad tempus: apud Deũ aut qui falli nõ potest, nõ est adhibẽda fallax defensio, sed verax cõfessio peccatorũ. Et alij qdã qui sua consueuerunt excusare peccata, fato se ad peccandum queruntur impelli: tanquã hoc decreuerint sydera, & cœlum prius talia decernendo peccare, & homo postea talia committendo peccare. Alij fortunæ malunt imputare quod peccãt, qui omnia fortuitis casibus agitari putant: nec tamẽ hoc se fortuita temeritate, sed perfecta ratione sapere asseuerare contendunt. Qualis ergo demẽtia est, disputationes suas rationi tribuere, & actiões suas casibus subiugare? Alij totũ quod malefaciunt in diabolũ referũt: nec volũt cũ illo habere vel partẽ, cũ illũ sibi occultis suggestionibus mala suasisse suspicari possint, se autem illis suggestiõibus vndecũq; fuerint, cõsensisse dubitare nõ possunt. Sunt etiã qui excusationẽ suã extendũt in accusationẽ Dei, Diuino iudicio miseri, suo aũt furore blasphemi. Etenim aduersus eũ ex cõtrario principio inducunt mali substãtiã rebellãtẽ, cui nõ potuerit resistere, nisi substãtiæ naturęque suæ partẽ eidẽ rebellanti cõtaminandã corrũpendãque miscuisset: & tũc se peccare dicũt, quãdo natura mali præualet naturæ Dei. Hæc Manichæorum est immũdissima insania, quorũ machinamenta diabolica, facillime veritas indubitata subuertit, quæ Dei naturã incõtaminabilẽ atq; incorruptibilẽ confitetur. Quid autẽ flagitiosæ cõtaminationis & corruptionis de istis meritò nõ creditur, à quibus Deus, qui summè atq; incorporabiliter bonus est, cõtaminabilis & corruptibilis creditur? Sunt & alij qui eo modo in excusatione peccatorum suorũ accusant Deũ, vt dicant ei placere peccata. Nam si displiceret, inquiunt, nullo modo illa fieri omnipotentissima potestas permitteret: quasi verò Deus peccata impunita esse permiserit, etiã in eis quos à supplicio sempiterno remissione liberat peccatorũ. Nullus quippe debitæ grauioris pœnæ accipit veniã, nisi qualẽcunque, etsi longè minorẽ quã debebat, soluerit pœnam. Atque ita impartitur largitas misericordiæ, vt non relinquatur etiam iustitia disciplinæ. Nam & peccatũ quod multũ videtur, habet pedissequã pœnam suam, vt nemo de cõmisso peccato nisi aut amaritudine doleat, aut cæcitate non doleat. Sic ergo tu dicis, cur permittit ista si displicent: ita ego dico, cur punit ista si placent? Ac per hoc sicut ego cõfiteor, quod omnino non fierent nisi ab omnipotẽte permitterẽtur, ita tu cõfitere faciẽda non esse quæ à iusto puniuntur: vt non faciẽdo quę punit, mereamur ab eo discere, cur permittit esse quæ puniat. Perfectorũ est enim solidus cibus, sicut scriptũ est: in quo ij qui bene pfecerunt, iam intelligunt ad omnipotentiã Dei potius id pertinuisse, vt ex libero arbitrio volũtatis venientia mala esse permitteret. Tãta quippe est omnipotẽs bonitas eius, vt etiam de malis facere posit bona, siue ignoscẽdo, siue sanãdo, siue advtilitates piorũ coaptãdo atque vertẽdo, siue etiã iustissimè vindicãdo. Omnia nãq; ista bona sunt, ex Deo bono atq; omnipotẽte dignissima, nec fiunt tamen nisi de malis. Quid igitur melius, quid omnipotentius eo, qui cum mali nihil faciat, bonũ etiã de malis facit? Clamãt ad eũ q male fecerũt, Dimitte nobis debita nostra: exaudit, ignoscit. Nocuerunt sua mala peccantibus, subuenit: eorúmque medetur languoribus. Sæuiunt suorum hostes, de illorum sæuitia facit Martyres. Postremo etiam cum damnat eos quos damnatione iudicat dignos, sua licet illi mala patiantur, facit tamen ille quod bonũ est. Non potest enim non bonum esse quod iustum est. Et vtique sicut iniustum est peccatum, ita iustum est peccati supplicium

plicium. Non autem potestas Deo defuit talem facere hominem qui peccare non posset: sed maluit eũ talem facere cui adiaceret peccare, si vellet: non peccare, si nollet. Hoc prohibens, illud præcipiens: vt prius illi esset bonum meritum, nõ peccare: postea iustum præmium, non posse peccare. Nam etiam tales sanctos suos in fine facturus est, qui omnino peccare non possunt. Tales habet quippe etiam nunc Angelos suos, quos in illo sic amamus, vt de nullo eorum ne peccãdo fiat diabolus, formidemus. Quod de nemine homine iusto, in huius vitæ mortalitate præsumimus. Tales autem omnes nos futuros in illius vitæ immortalitate confidimus. Omnipotens enim Deus qui operatur bona etiã de nostris malis, qualia dabit bona, cum liberauerit ab omnibus malis?

EXEMPLVM. Malum exemplum, sapienti fit bonum. super Psalmum octogesimum tertium. Exemplum alicuius malum, tibi fit bonum, si caues. Maiorum exẽpla mala non sumenda, sed sanctorum. in homil. de pœnitentia. Attendunt aliqui multos in ipsis honoribus Ecclesiasticis præpositorum & ministrorum non congruenter viuere sermonibus & sacramentis, quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuẽdo Christum obliuiscuntur, qui tanto ante prædixit, vt legi Dei potius obtẽperaretur, quàm imitandi videantur illi, qui ea quæ dicunt non faciunt: & traditorem suum tolerans vsque in finem, etiã ad Euangelizandum cum cæteris misit. Tam sunt autem isti absurdi & præposteri & miseri, qui præpositorũ suorum malos mores imitari eligunt, quam per eos prædicta Dei præcepta seruare, quam si quisquam viator remeandum sibi existimet in itinere, cum viderit milliaria lapidea literis plena, viã docere & non ambulare. Cur enim non potius si peruenire desiderat, tales comites intuetur & sequitur, qui & viam bene demonstrant, & in ea perseuerant atque alacriter ambulant? Attende animo tot milliaria Martyrum. Cur enim te natalitia eorum conuiuiis turpibus celebrare delectat, & eorum vitam sequi honestis moribus non delectat? Ibi videbis non solum viros, sed etiã fœminas, postremo pueros & puellas, nec impudentia decipi, nec iniquitate peruerti, nec periculi timore frangi, nec sæculi amore corrumpi. Ita te non inuenientem quid excuses, non solum præceptorum ineuitabilis rectitudo, sed etiam exemplorum innumerabilis multitudo circundabit.

Lib.50.Hom. Homil.50. Tom.X.

Comites viæ præsentis.

In sermone secundo de catechismo, in fine. Vterque sexus & ætas habet sanctorum hominũ imitationis exemplum. Imitentur senes mores Thobiæ, qui cum cæcus esset in corpore, viam vitæ filio demonstrabat in corde. Ille enim manu ducebat in terram, & pater manendo perducebat ad cœlum. Imitentur adolescentes Ioseph pulchrum corpore, pulchriorem mente: quem castitas sic possederat, vt irruentes mulieres impudicæ non possent eum violare: nec corpus detinere, cuius iam Deus possederat mentem. Imitẽtur virgines sanctæ sanctam Domini sui matrem

A Mariam. Imitentur viduæ Deo deditam Annã. Imitentur & coniugatæ castam Susannam. Virgo mater quod vouit, impleuit: Anna vidua, in orationibus & ieiuniis vsque in finem perseuerantiã tenuit: Susanna casta pro pudicitia coniugali, vsque ad periculum mortis accesit. Intendite cõiugatæ, qualis huius nobis à scriptura sancta imitatio proponatur. Non enim eam prædicat, quod fuerit auro, monilibus aut veste ꝑtiosa forinsecus cooperta, sed quod fuerit intus pudore castitatis ornata. Talem his omnibus vitam donauit, qui bonos mores instituit. propterea ipse vir de fœmina nasci est dignatus & ab ipso vterque sexus est liberatus. Ideo scripta sunt. Libro vigesimo secundo contra Faustum. Porro quæcunque in factis sanctorum elucent documenta iustitiæ, nul-

B lus imperitorũ dubitat debuisse conscribi. Nõ tamen omnia quæ scripta sunt sanctorum opera sunt imitanda. Libro contra mendacium. Non omnia quæ à sanctis vel viris iustis legimus facta, transferre debemus in mores: ne violemus præcepta, dum passim sectamur exẽpla. Vnde sunt imitanda exempla cum ratione. Libro primo de ciuitate Dei, cap.xxij. & Lib. ad consulariũ. Sana quippe ratio exemplis anteponenda est: cui quidem nec omnia exempla concordãt: sed illa quæ tantum digniora sunt imitatione, quãtum excellentiora pietate. Vnde vita bonorũ debet esse exemplaris. in sermone vij. de Epiphania. Vitam piorum non solum sibi, sed etiam aliis esse vtilem decet: vt quod apud eos agi nõ potest verbis, obtineatur exemplis. Et vt dicit, super Psal. cxix.

C Parum est verbis agere, sed exemplis agendũ est. Malũ exemplũ est pessimum. Libr. ij. quæstionũ veteris & noui testamenti, q. lxxxv. Peius à perditione generis exẽplũ est, quando se iugiter malignitas pãdit. In communibus sermonibus, sermone xxxiij. Nemo sibi soli viuit, & nemo sibi soli moritur, & ideo omnis homo quãtiscunque exemplũ sanctæ cõuersationis ꝓbuerit, cũ tãtis & pro tantis ad præmia æterna perueniet. Et econtrario ꝙ exẽplũ malæ vitæ & peruersæ actionis ostenderit, quãtoscunq; suis malis moribus ad iniqua opera prouocauerit, cũ tãtis & pro tãtis perpetua supplicia sustinebit. De diuinis non possunt exempla adhiberi. Lib contra Felicianũ, cap. viij. In rebus incomprehensibilibus, exempla non suppetunt disputãti. Libro secundo de libero

D arbitrio, capite sexto. Nulla visibilis similitudo, ĩuisibilis rei potest ad omnẽ cõueniẽtiã coaptari.

EXERCITIVM. Valet exercitiũ ad corporis robur. Lib. de quãtitate animæ. Ego vires non magis in amplitudine corporis ætatisq; incremẽtis, quam in exercitatione quadã & cõformatiõe mẽbrorũ esse soleo putare.

Et subdit ꝓbationẽ. Puer ego amplius itineris cõficiebã sine defectu, cũ aucupãdi studio ĩambulãdo exercerer, ꝙ̃ adolescẽs cũ me ad alia studia, quibus sedere magis cogebar, cõtulissem, si accedẽti ætati, & per hãc homini crescẽti vires ampliores tribuendæ sunt: Deinde in ipsis luctatorũ corporibus palæstritæ non molem ac magnitudinem, sed nodos

nodos quosdam lacertorum, & destrictos torosfigurámque omnem corporis sibi congruentem peritissimè inspiciunt, & hinc potius argumenta virium colligunt. Quæ tamen omnia parum valēt nisi vis artis & exercitationis accedat. Sæpe etiam visum est ingentis corporis viros, ab exiguis breuibúsq; superari, vel in mouendis, vel in ferendis ponderibus, vel in ipso etiam luctamine. Nam Olympionicam quemlibet lassari citius in itinere, quàm circunforaneum aliquem mercatorem, qui vno illius digito collidi posit, cui est incognitum? Quare si & ipsas vires non peræquè omnes, sed alias ad aliud aptiores magnas vocamus, & corporum lineamenta magis & figuræ, quam magnitudines valent plurimum, & si exercitationes tantum afferunt, vt celeberrimè creditum sit, hominem tollēdo quotidie vitulum paruum, egisse vt etiam taurum sine sensu maioris oneris, quod paulatim addebatur, tollere ac sustinere posset, nequaquam ampliores ętatis vires cū corpore animam creuisse significant.

EXHORTATIO. Libro de sancta viduitate, circa principium. In omni quæstione quæ ad vitam moresque pertinet, non sola doctrina, verum etiam exhortatio est necessaria: vt doctrina quod agendum sit nouerimus, exhortatione autem excitemur: ne pigeat agere, quod agendum iam nouimus.

EXPERIENTIA. Differt à scientia. Libro primo de libero arbitrio. Nullo arbitror, nisi cum translato verbo scientiam pro experientia dicimus: Experiri enim non semper bonum est: sicut experiri supplicia. Illa verò quæ propriè ac purè scientia nominatur, quia ratione & intelligentia paratur, mala esse non potest.

EXPECTATIO. Libro de immortalitate animæ. Expectatio est futurarum rerum, præteritarum verò memoria. Intentio ad agendum præsentis est temporis, per quod futurum in præteritum transit. A Deo est expectandum omne bonum. super Psalm. xlvj. Debet homo de Deo præsumere, & inde sperare auxilium, nō de se. Non enim terra pluit sibi, aut lucet sibi. Quomodo autē terra de cœlo expectat pluuiā aut lucē, sic homo de Deo debet expectare misericordiā & veritatē. Ideo dicebat. super Psal. trigesimū octauū. Quæ est expectatio mea, nonne Dominus? Ipse est expectatio mea, qui dedit ista omnia quæ contemnam: ipse mihi dabit & se, qui est super omnia, & à quo factus sum inter omnia: ipse est expectatio mea Dominus.

EXPIRATIO. Super Ioannem, sermone quadragesimo sexto. Expirare dicitur, extra spiritū fieri. Quomodo exulare, extra traduntur solum fieri, & exorbitare, extra orbitam fieri: sic expirare, extra spiritum fieri.

EXPONERE. Require de hac materia supra, cap. Doctor & Docere. & cap. dicere. & īfra, cap. Scriptura sacra. Lib.

A de Genesi quem dimisit imperfectum. Quatuor modi à quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ, secūdum historiam, secundū allegoriā, secundū analogiā & secundū ætiologiā. Historia est, cū siue Diuinitus, siue humanitus res gesta cōmemoratur. Allegoria, cum figuratè dicta intelligitur. Analogia, cū veteris & noui testamēti congruentia demōstratur. AEtiologia, cum rationes dictorum factorúmque reddūtur. Sed expositio debet esse clara. vnde Libro de operibus Monachorum. Vereor ne forte cum dixero, volēs id exponere, obscurum fiat, quod per se lucet & clamat. Antiquorum expositio retinenda. Libro Hipognosticon, respōsione iiij. Ista interim iam à maioribus Ecclesiæ catholicæ tractatoribus dicta vel exposita sunt.

Cap.2. Tom.III.

Tom.III.

Tom.VII.

B Sed tunc à nobis limes fidei sanè defenditur, quādo termini quos posuerunt patres nostri nō trāsferuntur, imo obseruantur & defenduntur à nobis.

ECSTASIS. Libro quæstionum super Genes. Ecstasis est alienatio mentis, quæ solet in magnarum rerum reuelationibus fieri. Lib. duodecimo, super Genes. Quādo penitus auertitur atq; arripitur animi intētio à sensibus corporis, tunc magis ecstasis dici solet.

Tom.IIII.

Tom.III.

Tom.VIII.

Ecstasis. super Psalm. trigesimū, sermone primo. Ecstasis verbum Græcum est, Latinè quantū datur intelligi, verbo vno exponi potest si dicatur excessus. Excessus autem mentis propriè solet ecstasis dici. In excessu verò mentis duo intelliguntur, aut pauor, aut intentio ad superna. Super

C Psal. lxvij. Ecstasis est mentis excessus, qui aliquando pauore contingit: nonnunquam verò per aliquam reuelationem alienatio est mentis à sensibus corporis, vt spiritui, quod demonstrandum est demonstretur. Super Psalm. ciij. sermone tertio. Ecstasis est alienatio mentis, id est, auersa mens à consuetudine corporali ad visum quendam contemplandum alienum à præsentibus. Vnde de obdormitione Adæ. Libro ix. super Genes. Illa ecstasis quam Deus immisit in Adam vt soporatus obdormiret, rectè intelligitur ad hoc īmissa, vt & ipsius mēs per ecstasim

Tom.VIII.

Cap 19. Tom.III.

D particeps fieret Angelicæ curiæ, & intrans in sanctuarium Dei, intelligeret nouissima.

EXPVLSIO. De expulsione peccatorū à gratia & gloria. super Psal. v. Expellētur impij ab illa hæreditate, quæ intelligēdo & videndo Deū possidetur: sicut expelluntur morbidi oculi fulgore lucis, cum illis ea pœna est, quæ aliis est lætitia: & tam magna est ista expulsio, quam magnum præmium illud est de quo dicitur. Mihi adhærere Deo bonum est. Huic pœnæ contrarium est. Intra in gaudium domini tui. Quia huic expulsioni simile est. Proijcite illum in tenebras exteriores.

Tom.VIII.

EXVLTATIO. Super Psalm. xxxij. sermone primo. Exultate iusti in Domino, iniusti exultent in sæculo. Finito isto sæculo, finitur exultatio iniustorum. Exultent

tent autem iusti in Domino quia permanēte Domino, permanebit iustorum exultatio. Super Psalmum.xciiij. Exultatio mala est, exultare in seculo: exultatio bona, exultare Deo. Piè debes Domino exultare, si vis securus mundo insultare.

Tom.I. FABVLA. Quid sit fabula. Libro secūdo soliloquiorum suorū. Fabula est, compositum ad vtilitatem ad delectationémve mēdacium. Cap.13. Tom.V. De fabularum tempore quo incœperunt, etiam quæ vel quales fuerunt. Lib.xviij. de ciuitate Dei. Iudicum temporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo: Triptolemus. quod iubente Cerere, anguibus portatus alitibus, ingentibus terris frumenta volando cōtulerit. De Minotauro, quod bestia fuerit inclusa in labyrintho: quò cum intrassent homines, inextricabili errore, inde exire non poterant. Minotaurus De Centauris, quod equorum hominúmque fuerit natura coniuncta. Centauri. De Cerbero, quod sit triceps inferorum canis. Cerberus. De Phrixo & Helle eius sorore, quod vecti ariete volauerint. Phryxus. Helle. De Gorgone, quod fuerit circuita serpentibus, & aspicientes conuertebat in lapides. Gorgon. De Bellero phonte, quod equo pennis volante sit vectus, qui equus Pegasus dictus est. Bellerophon. Pegasus. De Amphione, quod citharæ suauitate lapides mulserit & attraxerit. Amphion. De fabro Dędalo & eius filio Icaro, quod sibi coaptatis pennis volauerint. Dædalus. Icarus. De Oedipo qui monstrum quoddam, quod sphinga dicebatur, humana facie quadrupes soluta quæ ab illo proponi solebat velut insolubili quæstione suo præcipitio perire compulerit. Oedipus. De Antæo quem necauit Hercules, quod filius terræ fuerit, propter quod cadens in terram fortior soleret assurgere. Antæus. Et si qua fortè alia prætermisi. Hæ fabulę vsque ad bellum Troianum, vbi secundum librum Marcus varro de populi Romani gente finiuit, & occasione historiarum, quę res veraciter gestas continent, ita sunt ingeniis hominum fictæ, vt nō sint opprobriis numinum affixæ. Porro autem quicunque finxerunt à Ioue ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganymedem, Raptus Ganymedes. quod nefas rex Tantalus fecit, & Ioui fabula tribuit, vel Danaes per imbrem aureum appetisse concubitum, In pluuium aureum in Danaem. vbi intelligitur pudicitia mulieris auro fuisse corrupta. quæ illis temporibus vel facta, vel ficta sūt, aut facta ab aliis, & ficta de Ioue, dici non potest quantum mali de hominum præsumpserint cordibus, quod possent ita patienter ferre mendacia, quæ tamen etiam libenter amplexati sunt, qui vtique quanto deuotius Iouem colunt, tanto eos, qui hæc de illo dicere ausi sunt, seuerius punire debuerunt. Nunc ergo non solum eis qui ista finxerunt irati non sunt, sed nisi talia figmēta etiam in theatris agerent, ipsos deos potius iratos habere timuerunt. Apollo. His temporibus Latona Appollinem peperit, nō

A illum cuius oracula solere consuli superius loquebamur, sed illum qui cum Hercule ferunt Admeti regis armenta pauisse: qui tamen sic est Deus creditus, vt plurimi ac penè omnes, vnum eundémque Appollinem fuisse opinentur. Tunc & Liber pater bellauit in India, qui multas habuit in exercitu fœminas, quæ Bacchæ appellatæ sunt, non virtute nobiles, quam furore. Aliqui sanè & victum scribunt istum liberum & victum: nonnulli & occisum in pugna à Perseo, nec vbi fuerit sepultus tacent, & tamen eius velut Dei nomine, per immundos dæmones Bacchanalia sacra, vel potius sacrilegia, sunt instituta. De quorum rabiosa turpitudine, post tam multos annos sic senatus erubuit, vt in vrbe Roma esse prohiberet. Per ea tempora Perseus & vxor eius Andromeda posteaquam sunt mortui, sic eos in cœlum receptos esse crediderunt, vt imagines B eorum stellis designare, eorúmque appellare nominibus non erubescerent nec timent. Fabulas Aesopi Socrates composuit. Libro primo de consensu Euangelistarum. Aesopi fabulas pauculis versibus Socrates prosequutus est: verba & numeros suos adhibens rebus alterius, vsque adeo nihil scribere voluit, vt hoc se coactum imperio sui dæmones fecisse dixerit. Quare ipsæ fabulæ adinuentæ fuerunt. Libro vicesimo contra Faustum. Habent quidem & Pagani quædam fabulosa figmenta, sed esse illas fabulas norunt, vel à poetis delectandi causa fictas esse asserunt, vel eas ad naturam rerum vel mores hominum C interpretari conantur. Sicut Vulcanum claudum, quia ignis terreni motus eiusmodi est: Fortunam cæcā, quod ex incerto accidant quæ fortuita dicuntur. Et tria fata in colo & fuso digitísque filum ex lana torquentibus, propter tria tempora: præteritum, scilicet, quod in fuso iam netum atque inuolutum est: præsens, quod inter digitos nentis traiicitur: futurum in lana, quæ colo implicata est, quod adhuc per digitos nentis ad fusum, tanquam per præsens ad præteritum traiiciendum est. Et Venerem Vulcani vxorem, quia ex calore voluptas naturaliter nascitur: & Martis adulteram, quia belligerantibus incongrua est: & cupidinem puerum volitantem ac sagittantem, quod irrationabilis & instabilis amor corda vulneret miserorum: & D alia permulta in hunc modum. Quo circa in eis irridemus, quod interpretata sic adorant, quæ non intellecta, quamuis damnabiliter, tamen excusabiliter adorarent. Require infra, vbi poeta.

FACERE. Solus Deus facere nouit. Libro vigesimo secundo contra Faustum. Solus Deus verus & bonus, nouit quid, quando, quibus, per quos, qualiter fieri aliquid, vel iubeat, vel permittat. Quia potest, ideo dicit Libr. de agone Christiano. Stulti homines & miseri, qđ ipsi facere non possunt, aut in vita sua nunquam viderūt, ab omnipotēti Deo fieri posse nō credūt. Et nos sine Deo boni facere

facere non possumus. super Ioan.serm.lxxxj. Sine me,inquit,nihil potestis facere, quia siue parū,siue multū,sine illo fieri non potest, sine quo fieri nihil potest. Lib.de vera innocētia,c.xxij. Diuini est muneris & cū rectè cogitamus,& pedes nostros à falsitate & iniustitia continemus. Quoties enim bona agimus,Deus in nobis atque nobiscū vt operemur operatur. Super Psalm. cxviij.serm.xxv.Intelligamus etiā id quod rectè facimus gratiæ Dei esse tribuendum,qui in nobis operatur & velle & operari pro bona volūtate. Vnde lib.ij.cōtra epistolas Pellagianorū.c.vlt. Quando timore pœnæ nō amore iustitiæ fit bonū,nondū bene fit bonum:nec fit in corde, quod fieri videtur in opere,quando mallet homo non facere si posset impunè.Ergo benedictio dulcedinis est gratia Dei,quæ fit in nobis, vt nos delectet & cupiamus.Sed si non præuenit Deus, non solum non perficitur,sed nec inchoatur ex nobis. Si enim sine illo nihil possumus facere, profecto nec incipere,nec perficere, quia vt cupiamus & incipiamus dictum est.Misericordia eius præueniet me:vt autē perficiamus dictum est,& misericordia eius subsequetur me. Facere debemus bonū.Lib.50.homil.hom.xvj.Quantum possumus fructus iustitiæ studeamus afferre, timentes illud quod Dominus dixit.Omnis arbor quæ nō facit fructū bonū excidetur & in ignē mittetur. Hæc sententia euidenter ostendit, quia non solū malum fecisse,sed etiam bonum non egisse damnabile erit. Lib.de vita Christiana. Non hoc solū à Christiano quæritur,vt malo careat,sed vt exerceat bonum:qui etiā si nihil mali fecerit nec boni aliquid,tamē ad æternæ vitæ præmiū non admittitur, sed gehennæ ignibus mancipatur: sicut in Euangelio Dominū dixisse legimus, de iis qui nihil mali faciūt nec boni,Discedite à me maledicti in ignē æternū,qui paratus est diabolo & Angelis eius.Esuriui enim &c.Ecce nō quia malū gesserūt,sed quia bonū nō fecerūt cōdēnātur. Ex hoc enim quisq; prudens & sapiēs recognoscat,quā spem illi habere possunt qui versantur in malis,quando etiam illis vita negatur,qui mali nihil fecerūt,tamē nihil gesserūt boni.Nō enim Deus hoc tantū quærit à nobis,vt mali nō simus, sed vt efficiamur boni. Ex malis enim operibus vocātur mali,ita ecōtrario ex bonis vocātur boni.Et duo sunt quibus boni seruire videntur & mali:bonus Deus,cui omnes bene conuersantes deseruiunt:diabolus autē malus, cuius quisq; qui malè operatur est famulus. Nō enim à nobis hoc solum poscitur,vt nō viuēdo malè serui esse diaboli desinamus, sed viuendo bene, Deo seruire videamur.Nam quisque nec malum videtur operari nec bonū,cuius seruus videatur esse ignoro. Et quomodo à Deo vitam poterit sperare perpetuā,quam benefaciendo non meruit? Libr.de vera innocētia. Tota iustitiæ ratio est, vt declinentur mala & fiant bona:cuius obseruantiæ inter quaslibet aduersitates forma seruāda est: quia hoc solum nūquā amittitur, quod operi pietatis impenditur. Super Psal.xxxiij.Parū est declinare à malo,nisi facias bonum:Parū est vt nō expolies,nisi vestias nudū. Faciēdū est quod fieri potest.Li.de origine animę ad Hieronymū.Nec omnino non debui facere quod potui,si non potui totū quod volui. Nullus potest facere quod vult.super Psal.cxxxiiij.Non potes facere omnia quæ vis.Putas in teipso facis quod vis?Frænas omnes cupiditates tuas?Forsitan frænas.Nunquid efficis vt ipse cupiditates non surgāt quas frænas? Certè enim hoc vis, non titillari molestia cupiditatum tuarum: & tamen caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis. Tu in teipso non facis quod vis,Deus autem in cœlo & in terra, omnia quæcūq; voluit fecit.Ipse tibi dat gratiā vt in teipso facias quod vis:nisi enim ipso adiuuante, nec in te facis quod vis. Faciendum est bonū ex bono corde.Libro ij. de sermone Domini in monte.Non quid quisque faciat,sed quo animo faciat considerandum est. Faciendum est alacriter, super Psal.xcj.Quicquid facis, cum hilaritate fac bonum,& tunc bene facis. Si autem cum tristitia facis,fit de te bonum,non tu facis. Vnde libro vij.musicæ.Si aliquid es,age bene:malè qui agit, nihil agit, & ideo miser erit. Et infra. Si aliquid bene vis,bene dic,bene fac:si aliquid malè vis,male dic,male fac. Quid fit quod non est peccatum.Libro de mendacio. Quicquid fit vt nisi fieret iustè reprehenderetur, non est peccatum.

Melius est pati mortem quam facere malum. ibidem. Quamuis grauius sit homicidium quam furtum,peius tamen est facere furtum, quam pati homicidium.Itaq; si cuiquā proponeretur, vt si furtum facere nollet interficeretur, hoc est, committeretur in eum homicidiū:quia vtrunque vitare non posset,id vitare potius debet,quod suū peccatum esset,quam quod alienum. Pœna est facultas peccatum faciendi. Lib.lxxxiij.quæstionum.Quorundam peccatorum perpetrandorum facultas,pœna est aliorum præcedentium. Facile est bonū facere à bonis,in serm.vij.de epiphania.Nihil arduum est humilibus, nihil asperum amantibus:& facile omnia præcepta veniunt in effectum,quando & gratia præcedit auditum, & obediēia mollit imperium. Lib.ij. musicæ.Sumas optima,facias honesta.

FACIES. De facie Dei,lib.lxxxiij.quæstionum. Facies Dei dicitur, vis qua se manifestat atque dignoscitur. Libro xxij.de ciuitate Dei.Facies Dei manifestatio eius intelligenda est,nō aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore, atque ita nuncupamus. Lib. de essentia Diuinitatis Dei. Facies Dei, est cognitio Diuinitatis eius ad homines. Vnde ostende nobis faciem tuam dicimus,id est, dona nobis cognitionem tuam. Vel facies Dei, est inuisibilis essentia diuinitatis filij Dei: de qua Mosi dicitur, Posteriora mea videbis, faciem autem meā nō videbis.Hoc est,incarnationem meā videbis nouissimis diebus,diuinitatē autem meā videre non poteris.Et aliter super Psal.ciiij. Super illud,Quærite faciem eius semper.Quæ est fa

cies Domini, nisi præsentia Dei, sicut facies venti, & facies ignis? Et aliter super Psal. x. Facies Dei est, potentia qua dignis innotescit. Super Psal. xliij. exponit quod nunc dictum est. Quãdo nobis aliquo miraculo Deus adest, faciem ipsius oculis nostris non videmus., sed effectu mirabili suam præsentiam insinuat hominibus. Denique omnes qui mirantur ad huiusmodi acta dicunt, Vidi Dominũ præsentem. Sed de faciali visione in gloria. libro soliloquiorum ad Deum. Cum peruenerimus ad te sapientiæ fontem, ad te lumẽ indeficiens, ad te lucem inextinguibilem, vt iam non te per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem videamus, tunc satiabitur in bonis desideriũ nostrum, quia nihil erit exterius quod desideretur nisi tu Domine summũ bonũ, qui eris præmiũ beatorum, & diadema decoris ipsorũ, & lætitia sempiterna super capita eorũ, pacificãs eos intus & extra in pace tua, quæ exuperat omnẽ sensum. Ibi videbimus, amabimus, & laudabimus. Videbimus in lumine tuo lumen. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Quale autem lumen? Lumen immensum, lumẽ incorporeũ, incõprehensibile, indeficiens, inextinguibile, inaccessabile: lumen increatum, lumen inclitum, quod illuminat oculos Angelorũ, quod lætificat iuuentutẽ sanctorum, quod est lumen luminũ, fons vitæ, quod tu es, Domine Deus meus. Tu es quippe lumen in cuius lumine videbimus lumen: te scilicet, in te, in splendore vultus tui, quando videbimus te facie ad faciem. Ibidem infra. Cum videbimus te verum Deum, viuum Deum, omnipotentem, inuisibilem, incircunscriptibilem, incomprehensibilem, & filium tuum cõsubstantialem, & coęternum tibi, Dominum Iesum Christum, quẽ pro nostra salute misisti in mundum in vnitate Spiritus sancti, trinũ in personis, vnum in essentia, Deum sanctum solum, extra quem non est Deus, tunc habebimus quod quærimus, vitam æternam, gloriam sempiternam, quam præparasti diligentibus te, quam daturus es videntibus faciem tuam semper. Exponit ibidem quid sit eius videre faciem. Quid est eius videre faciẽ ad faciẽ, nisi quod ait Apostolus, cognoscere sicut & cognitus sum, cognoscere veritatẽ tuã, hoc est, cognoscere faciem tuam? Cognoscere patris potentiam, filij sapiẽtiam, Spiritus sancti clementiam, ipsius summæ trinitatis vnam & indiuiduam essentiam? Videre enim faciem Dei viui, hoc est summũ bonũ, gaudiũ Angelorum, atq; omniũ sanctorũ, præmium vitæ æternæ, gloria spirituũ, lætitia sempiterna, corona decoris, brauium fœlicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimum & æternum gaudium, Paradisus Dei, Hierusalem cœlestis, vita beata, plenitudo beatitudinis, gaudium æternitatis, pax Dei quæ exuperat omnem sensum. Hæc est plena beatitudo, & tota glorificatio hominis, videre faciem Dei sui, videre eum qui fecit eum, qui saluauit eum, qui glorificauit eum. Videbis enim cognoscendo, amabis eum diligendo, laudabis eum possidẽdo. Ipse enim erit hæreditas populi sui, populi sanctorum quem redemit. Ipse possessio fœlicitatis eorum, ipse præmium & merces expectationis ipsorum. De hominis autem facie quo ad dignitatem. Lib. vij. super Genes. Ideo scriptum arbitror, quod in faciem eius Deus sufflauit flatum vitæ quando factus est homo in animam viuam, quia ipsa facies omni sensu corporis viget: & tangendi, sicut & totum corpus, & videndi, audiendi, olfaciendi, & gustandi, qui in sola facie prælocati sunt. De qua facie quo ad nouitatem & varietatem. Lib. xxj. de ciuitate Dei, cap. viij. Ea quæ in rerum natura omnibus nota sunt, non minus mira sunt, essẽntque stupenda considerantibus cunctis, si solerent homines mirari nisi rara. Quis enim consulta ratione non videat in hominum innumerabili numerositate, & tanta naturæ similitudine, valdè mirabiliter sic habere singulos singulas facies, vt nisi inter se similes essent, non discerneretur species eorum ab animalibus cæteris? Quos ergo similes confitemur, eosdem dissimiles inuenimus. Sed mirabilior est consideratio dissimilitudinis, quoniam similitudinem iustius videtur exposcere natura cõmunis. Et tamen quoniam quæ sunt rara, ipsa sunt mira, multo amplius admiramur quando duos ita similes reperimus, vt in eis discernendis aut semper, aut frequentius erremus.

FACINVS. Quid sit, & à flagitio quomodo differat. Lib. iiij. confessionũ. Facinora sunt, si vitiosus est ille animi motus, in quo est impetus: & se iactat insolenter ac turbidè. Et flagitia, si est immoderata illa animi affectio, qua carnales hauriuntur voluptates.

Lib. iij. de doctrina Christiana. Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum, flagitium vocatur. Quod autẽ agit vt alteri noceat, facinus dicitur. Et hæc sunt duo genera omniũ peccatorũ, sed flagitia priora sunt. Quæ cum exinaniuerint animum, & ad quandã egestatem perduxerint, in facinora prosilitur quibus remoueantur impedimẽta flagitiorũ, aut adiuuamenta quærantur. De clarat hoc super epistolã ad Roma. propositione vj. Flagitiis ad facinora peruenitur, quoniam quisq; perniciosam dulcedinem flagitiorum sequens, dum impedientes personas remouere conatur, pergit in facinus. Sic distinctus est etiam ille locus in sapientia Salomonis, vbi cum enumerasset superiora flagitia, ait. Circunueniamus pauperem iustum, quoniam inutilis est nobis.

FALLACIA, fallere & falli. Differt fallacia à mendacio. Libro de conflictu vitiorum. Fallacia & mẽdacium, & ipsa vnum dicunt: Fallacia autem fit ingenio, mendacium verò simplici verbo. Et vt ex multis vnum proferamus, fallacia est, cum in non dando quisque aliquem quærit illudere: sic per ingeniũ fallaciter dicit. Quid in petendo moras innectis? Non habeo quid tibi tribuere possim. Cælas vique in corde quod habet, vel quod sibi conseruat, vel quod aliis, si voluntas est, tribuat. Mendacium

cium verò dicit, Omnino quod postulas non habeo: non artificio scilicet ingenio sicut fallacia, sed simplici negationis verbo frustrans nescientem. Alia differentia est, quia mẽtiri quis vult, nemo autem falli. in Enchiridion. Profectò ex hoc est misera vita qua viuimus, quod eñ nonnunquam vt non admittatur, est error necessarius. Absit vt talis illa vita sit, vbi est animæ nostræ ipsa veritas vita, vbi nemo fallit, & fallitur nemo. Hîc autẽ homines fallunt atque falluntur, miserioresq; sunt, cum mentiendo fallunt, quam cũ mentiẽtibus credendò falluntur. Vsq; adeo tamen rationalis natura refugit falsitatem, & quãtum potest deuitat errorem, vt falli nolint etiam quicunque amant fallere. Non enim sibi qui mẽtitur videtur errare, sed alium in errorem mittere credentẽ sibi: & in ea quidem re nõ errat quam mendacio contegit, sed nouit ipse quid verum sit: sed in hoc fallitur, quia putat sibi suũ non obesse mendacium, cum facienti magis quam patienti, obsit omne peccatũ. Et differt falli, secũdũ res in quibus fallitur. eodem lib. & habetur in dec. xxij. q. ij. ca. in ipsorum. In ipsarum rerum consideratione quæ dicuntur, tantum interest qua in re quisque fallatur siue mentiatur, vt cum falli quam mentiri minus sit malum, quantũ pertinet ad hominis voluntatem, tamen longè sit tolerabilius in iis quæ à religione sunt seiuncta, mẽtiri, quam in iis sine quorũ fide vel notitia Deus coli non potest, falli: vt in pluribus à perquirente lucidius inuestigabitur. Quod si illustretur exemplis, intueamur quale sit, si quispiam dum mentitur nuntiet viuere aliquem mortuum: & alius dum fallitur, credat iterum Christum post quantalibet tempora moriturum: nõne illo modo mentiri, quam isto modo falli incomparabiliter præstat: multóq; minoris mali est in illum errorem aliquem inducere, quam in isto ab aliquo induci? Non debẽt fideles aliquomodo vti fallacia. super Psal. iiij. Filij hominũ vsquequo graui corde &c. saltem vsq; in aduentum, inquit, filij Dei vester error durauerit. Quid ergo vltra graues corde estis? Quando habituri finem fallaciarum, si ad veritatis præsentiã nõ habetis? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium: Vt quid vultis beati esse de infimis? Sola veritas facit beatos, ex qua vera sunt omnia. Nam vanitas est vanitatum, & omnia vanitas. Vt quid ergo temporalium rerum amore detinemini? vt quid tanquam prima, extrema sectamini, quod est vanitas & mẽdacium? Cupitis enim permanere vobiscum, quæ omnia trãseunt velut vmbra. Vnde in epistola ad Vitalem Pellagianũ. Non fallamus homines, nam Deum fallere non valemus.

Lib. iiij. musicæ. Fallacem caue, male castum caue, multi loquum caue, fallaciam caue, & inuidum caue. Et ideo Deus neminem permittit decipi per bonum aliquem, si etiam dignus sit decipi, quia perfectio est neminẽ fallere. li. lxxxiij. quæstionũ. Summa & propriè Diuina virtus est, neminem decipere: sicut vltimum vitium est, quemlibet decipere. Vnde illud etiam à poeta dictũ prope iam prouerbij cõsuetudinẽ obtinuit. *Aeneid. 2.*
Dolus an virtus quis in hoste requirat?

Sed quoniã & ipse hostis potest plerũque iniustè decipi, veluti cum pactum aliquod fit de temporali pace (quas inducias vocant,) & non seruatur fides, & cętera talia: multo est purgatior summæque illi virtuti propinquior, qui quanquam velit hostem decipere, non eum tamen decipit, nisi authoritate Diuina. Deus enim nouit qua quisq; pœna vel præmio sit dignus. Quapropter Deus quidem per seipsum neminem decipit. Est enim pater veritatis, & veritas & spiritus veritatis. Neq; per iustũ hominẽ, neq; per Angelũ, cui nõ conuenit persona fallaciæ, sed aut per talẽ hominẽ, qui nõdũ cupiditatibus se exuit, aut per talẽ Angelũ, qui pro suæ volũtatis peruersitate, vel ad vindictã peccatorum, vel ad exercitationẽ purgationémq; eorum, qui secundum Deum renascuntur, in infimis naturæ gradibus ordinatus est. Sed vt dicit. Lib. xvj. contra Faustum. Falli nemo est qui velit, fallere autem multi volunt. Lib. de vera innocentia. Multos inuenimus qui fallere velint, qui autẽ falli neminem. Cum verò hoc sciens faciat alius, alius nesciens patiatur, satis apparet in in vna eadémque re, illum qui fallitur eo qui mẽtitur esse meliorem, quando quidem pati melius est iniquitatem, quam facere. Falli in Diuina scriptura quando sit periculosum, vel non. Lib. j. de doctrina Christiana. Quisquis scripturas Diuinas, vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita vt eo intellectu non ædificet geminam charitatem Dei & proximi, nondum intellexit. Quisquis verò talem inde sententiam dixerit, vt huic ædificandæ charitati sit vtilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille quem legit eo loco sensisse probatur, non perniciose fallitur, nec omnino mentitur. Inest quippe in mentiente voluntas falsa dicendi, & ideo multos inuenimus qui mentiri velint, qui autem falli neminem. Cũ igitur hoc sciẽs homo faciat, nesciẽs patiatur istud, satis apparet in vna eadẽmque re, illum qui fallitur, eo qui mentitur esse meliorẽ: quandoquidẽ melius est pati iniquitatem, quam facere. Omnis enim qui mentitur, inique facit: & si cuiquam videtur vtile aliquando esse mendacium, potest videri aliquando esse vtilem iniquitatem. Nemo enim mentiens, in eo quod mentitur seruat fidẽ. Nam hoc vtique vult, vt cui mentitur fidẽ sibi habeat, quã tamen mentiendo non seruat. Omnis autem fidei violator iniquus est. Sed si quis in scripturis aliud sentit quam ille qui scripsit illis non mentientibus fallitur. Sed tamen vt dicere cœperam, si ea sententia fallitur qua ædificat charitatem, quæ finis est præcepti, ita fallitur, ac si quisquam errore deserens viam, eo tamen per agrum pergat, quo etiam via illa perducit. Corrigendus est tamen, & quam sit vtilius viam non deserere, demonstrandum est, ne consuetudine deuiandi, etiam in transuersum aut peruersum ire cogatur. Asserendo enim temere quod ille non sensit quem legit, plerunque incurrit in alia quæ illi sententiæ & contexere nequeat. Quæ si vera

Per quos deceptio.
Tom. VII.
Cap. 269. Tom. III.
Cap. 36. Tom. III.
Cap. 37.

Scriptura qualem lectorē postulat. & certa esse consentit, illud non possit verū esse quod senserat: fitque in eo nescio quomodo amādo sententiam suam, scripturæ incipiat offensior esse quam sibi. Quod malum si serpere siuerit euertetur ex eo. Per fidem enim ambulamus, nō per spem. Titubat autem fides, si Diuinarum scripturarum vacillat authoritas. Porro fide titubāte, charitas ipsa languescit. Nam & si à fide quisque ceciderit, a charitate necesse est cadat. Non enim potest diligere, quod esse non credit. Porrò si & crediderit & diligit, bene agendo, & præceptis morum bonorum obtemperando efficit, vt etiam speret se ad id quod diligit esse venturū. Itaque tria hæc sunt, quibus & scientia omnis & prophetia militat, fides, spes, charitas. Sed fidei succedit spes quam videbimus: & spei succedit beatitudo ipsa ad quam peruenturi sumus: charitas autem istis decedentibus augebitur potius. Si enim credendo diligimus, quod nondum videmus, quanto magis cùm videre cœperimus? Et si sperando diligimus quo nondum peruenimus, quanto magis cum peruenerimus? *Cap.33. Tom I.* Fallimur in sensibilibus ex nostro defectu ideo circa Deū attendendum in quo non fallimur. Libr. de vera religione. Non mentiuntur corpora, diligentius considerantibus. Quia ille mentitur, qui vult videri quod non est: qui autem non volens, aliud putat quam est, non mentitur, sed fallit tantum. Nam ita discernitur mentiens à fallente, quod inest omni mentienti voluntas fallendi, etiam si non ei credatur: fallens autem esse non potest qui non fallit. Ergo corporea species, quia nullam voluntatem habet, non mentitur: si verò etiam non putetur esse quod non est, nec fallit. Sed nec ipsi quidem oculi fallunt, nō enim renūtiare possunt animo nisi affensionem suam. *Conficta phantasmata quomodo iudicentur.* Quod si non solum ipsi, sed omnes etiam corporis sensus ita renuntiant vt afficiuntur, quid ab eis amplius exigere debemus ignoro. Tolle itaque vanitates, & nulla erit vanitas. Si quis remum frangi in aqua opinatur, & cum inde aufertur integrari, non malum habet internuntium, sed malus est iudex. Nam ille pro sua natura non potuit in aqua aliter sentire, nec aliter debuit: Si enim aliud est aer, aliud aqua, iustū est, vt aliter in aere, aliter in aqua sentiatur. Quare oculus rectè videt: ad hoc enim factus est vt tantum videat: sed animus peruersè iudicat, cui ad contemplandam summam pulchritudinem, mens non oculus factus est. Ille autem vult mentem conuertere ad corpora, oculos ad Deum. Quærit enim intelligere carnalia, & videre spiritualia, quod fieri nō potest. Quare ista peruersitas corrigenda est, quia nisi quod sursum est fecerit deorsum, & quod deorsum est sursum, regno cœlorum aptus non erit. Non ergo summa quæramus in infimis, neque in ipsis infimis inhæreamus. Iudicemus ea, ne cum ipsis iudicemur, id est, tantum eis tribuamus, quantum species meretur extrema: ne cum in nouissimis prima quærimus, inter nouissima numeremur. Quod nihil ipsis nouissimis obest, sed nobis plurimum. Nec ideo Diuinæ prouidentiæ administratio minus decora fit, quia & iniusti iustè, & fœdi pulchrè ordinantur. Et si propterea nos fallit rerum visibilium pulchritudo, quia vnitate continetur, & non implet vnitatem, intelligamus si possumus non ex eo quod est nos falli, sed ex eo quod non est. Omne quippe corpus, verum corpus est, sed falsa vnitas. Nō enim summè vnum est, aut intantum id imitatur vt impleat: & tamen nec corpus ipsum esset nisi vtcunque vnum esset. Porro vtcunque vnum esse non posset, nisi ab eo quod summè vnum est, id haberet. *Cap.34.* Sic fallimur in imaginationibus & phantasmatibus. ibidem. O animæ peruicaces, date mihi qui videat sine vlla imaginatione visorum carnalium. Date mihi quid videat omnis vnius principium non esse, nisi vnum solum à quo sit omne vnum siue id impleat, siue nō impleat. Qui videat date, non qui litiget, nō qui videri velit se videre quod nō videt. Date qui resistat sensibus carnis, & plagis quibus per illos in anima vapulauit: date qui resistat consuetudini hominum, resistat laudibus hominum, qui compungatur in cubili suo, qui resculpat spiritum suum, qui non foris diligat vanitates, nec quęrat mendaciū, qui iam sibi nouerit dicere. Si vna Roma est, quā circa Tyberim nescio quis Romulus dicitur cōdidisse, falsa est, istam quam cogitans fingo: non enim ipsa est, nec ibi sum modo: & quid ibi agatur vtique nescio. Si vnus est sol, falsus est iste quem cogitans fingo. Nam ille curricula sua certis locis & temporibus peragit, istum ego vbi volo & quando volo constituo. Summus est ille amicus, falsus est quem cogitans fingo. Nam ille vbi sit nesciō, iste ibi fingitur vbi volo. Ipse certè vnus sum, & hoc loco esse sentio corpus meū, & tamen figmento cogitationis pergo quò libet, & loquor cū quo libet. Falsa sunt hęc, nec quisquā intelligit falsa. Nunquid fortè ista sunt quæ phātasmata dici solent? Vnde ergo impleta est anima mea illusionibus? vbi est verum quod mente cōspicitur? Ita cogitanti iam dici potest. Illa lux vera est, qua hæc non esse vera cognoscis. *Cap.36.* Vnde concludit ibidem. Falsitas oritur, non rebus ipsis fallentibus, quæ nihil aliud ostendunt sentienti quam speciem suam, quam pro suæ pulchritudinis gradu acceperunt: neque in ipsis sensibus fallentibus, qui pro natura sui corporis affecti, non aliud quam suas affectiones præsidenti animo nuntiant: sed peccata animas fallunt cum verum quærunt, relicta & neglecta veritate. *Impietas... idolatrarum.* Nam quoniam opera magis quam artificem atque ipsam artem dilexerunt, hoc errore puniuntur, & in operibus artificem artémque conquirant: & cum inuenire nequiuerint, Deus enim non corporalibus sensibus subiacet, sed ipsi mēti superemi- *Cap.37.* net ipsa opera existiment esse, & artem, & artificem. Hinc oritur omnis impietas, non modo peccantium, sed etiam damnatorum pro peccatis suis. Non enim tantum scrutari creaturam cōtra præceptum Dei, sed ea frui potius quā illius lege & veritate volunt. *Cap.37. Tom.III.* De scientia autem qua fallaciæ docentur. dicit lib. ij. de doctrina Christiana

ſtiana. Diſputationis diſciplina ad omnia genera quæſtionũ, quæ in literis ſanctis ſunt penetrãda & diſſoluenda, plurimũ valẽt: tãtũ ibi cauenda eſt libido rixãdi, & puerilis quędã oſtẽtatio decipiẽdi aduerſariũ. *Fallacia sophistica.* Sunt enim multa quæ appellantur ſophiſmata, falſæ cõcluſiones rationũ, & plerunq; ita veras imitantes, vt non ſolum tardos, ſed ingenioſos etiam minus diligenter attentos decipiant. Propoſuit enim quidã, dicens ei cũ quo loquebatur. Quod ego ſum, tu non es. At ille conſenſit. *Hoc syllogiſmo quidam adortus Diogenem, ipſe facta à Diogene conuerſione captus deridebatur.* Verum enim erat ex parte, vel eo ipſo quod iſte inſidioſus, ille ſimplex erat. Tunc iſte addidit, Ego autem homo ſum. Hoc quoque cum ab illo accepiſſet, concluſit dicens. Tu igitur non es homo. Quod genus captioſarum concluſionum ſcriptura quantum exiſtimo deteſtatur illo loco, vbi dictum eſt. Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt. *Eccl. 37.* Quanquam etiã ſermo nõ captioſus, ſed tamen abundantius quam grauitatem decet, verborum ornamenta conſectans, ſophiſticus dicitur. Sunt etiam veræ connexiones ratiocinationis falſas habẽtes ſententias, quæ cõſequuntur errorem illius cum quo agitur. Quæ tamen ob hoc inferuntur à bono & docto homine, vt in iis erubeſcens ille cuius errorẽ conſequitur, eundem relinquat errorem: quia ſi in eodem manere voluerit, neceſſe eſt vt illa quæ damnat, tenere cogatur. Non enim vera inferebat Apoſtolus cum diceret. Neq; Chriſtus reſurrexit. Et illa alia. Inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra: *1.Cor.15.* Ergo q. dormierũt in Chriſto perierunt: & illa quæ omnino falſa ſunt. Quia & Chriſtus reſurrexit, & non erat inanis prædicatio eorum qui hoc annuntiabãt, nec fides eorũ qui hoc crediderãt. Sed iſta falſa veriſsimè cõnectebãtur illi ſententiæ, qua dicebatur, nõ eſſe reſurrectionem mortuorum. Iſtis autem falſis repudiatis, quoniam vera erant ſi mortui non reſurgũt, cõſequens erit reſurrectio mortuorũ. Cũ ergo vere ſint connexiones, non ſolum verarũ, ſed etiã falſarũ ſententiarũ, facile eſt veritatẽ connexionũ etiã in ſcholis illis diſcere, quæ præter Eccleſiã ſunt. *Homines ordinẽ rerũ nõ instituerũt, ſed animaduerterunt.* Sentẽtiarum autẽ veritas in ſanctis libris Eccleſiaſticis inueſtiganda eſt. Ipſa tamen veritas connexionum non inſtituta, ſed animaduerſa eſt ab hominibus & notata, vt eam poſſent vel diſcere, vel docere. Nã eſt in rerũ ratione perpetua & diuinitus inſtituta. *Cap. 32.* Sicut enim qui narrat ordinẽ temporũ, non ea ipſa cõponit: & locorũ ſitus, aut naturas aïaliũ, vel ſtirpiũ, vel lapidũ q. oſtẽdit, nõ res oſtẽdit ab hoïbus inſtitutas: & ille q. demõſtrat ſydera, eorũmq; motus, nõ à ſe vel ab homine aliquo rẽ inſtitutam demõſtrat: ſic etiã qui dicit, cũ falſum eſt quod ſequitur, neceſſe eſt vt falſum ſit quod præcedit, veriſsimè dicit, neq; ipſe facit vt ita ſit, ſed tantũ ita eſſe demõſtrat. Ex hac regula illud eſt quod de Apoſtolo cõmemorauimus, p̃cedit enim nõ eſſe reſurrectionẽ mortuorũ, quod dicebãt illi, quorũ errorẽ deſtruere volebat Apoſtolus. Porrò illam ſententiã præcedẽtẽ, quà dicebãt nõ eſſe reſurrectionẽ mortuorũ neceſſario ſequitur. Neq; Chriſtus reſurrexit. Hoc autẽ quod

A ſequitur, falſum eſt. Chriſtus enim reſurrexit. ergo & quod p̃cedit. Præcedit autẽ, nõ eſſe reſurrectionẽ mortuorũ. Eſt igitur reſurrectio mortuorũ. *Conclusio syllogiſmi falſa.* Quod totũ breuiter ita dicitur, ſi nõ eſt reſurrectio mortuorum, neq; Chriſtus reſurrexit: Chriſtus autem reſurrexit, eſt igitur reſurrectio mortuorũ. Hoc ergo vt cõſequenti ablato, auferri etiã neceſſario quod pręcedit, nõ inſtituerũt homines, ſed oſtẽderũt. Et hęc regula pertinet ad veritatẽ cõnexionũ, nõ ad veritatẽ ſententiarũ. Sed in hoc loco de reſurrectione cũ ageretur, & regula cõnexionis vera eſt, & ipſa in cõcluſione ſententia. In falſis autẽ ſentẽtiis cõnexionis veritas eſt iſto modo. Faciamus aliquẽ cõceſsiſſe, Si animal eſt cochlea, vocẽ habet. Hoc cõceſſo, cũ probatũ fuerit vocem cochleã nõ habere, quoniã B cõſequẽti ablato, illud quod præcedit aufertur, cõcluditur nõ eſſe animal cochleã. Quæ ſentẽtia falſa eſt, ſed ex cõceſſo falſo, vera cõnexio cõcluſionis eſt. Veritas itaq; ſententiæ per ſeipſam valet; veritas autẽ cõnexionis, ex eius cũ quo agitur opinione vel cõceſsione cõſiſtit. Ideo autẽ, vt ſupra diximus, infertur vera connexione quod falſum eſt, vt eũ, cuius errorẽ corrigere volumus, pœniteat cõceſsiſſe pręcedẽtia, quorũ ſequẽtia videt eſſe reſpuẽda. Iam hinc intelligere facilè eſt, ſicut in falſis ſentẽtiis veras, ſic in veris ſententiis falſas concluſiones eſſe poſſe. Fac enim aliquẽ p̃poſuiſſe, Si iuſtus eſt ille, bonus eſt, & eſſe cõceſſum. Deinde aſſumpſiſſe, Nõ eſt iuſtus. Quo item cõceſſo, intuliſſe cõcluſionẽ, Nõ eſt igitur bonus. Quæ tãetſi vera ſunt omnia, nõ eſt tamẽ vera C regula cõcluſionis. Nõ enim ſic ablato cõſequẽti aufertur neceſſario quod præcedit, ita etiã ablato præcedẽti, aufertur neceſſario quod ſequitur: q̃a verũ eſſe cũ dicimus, Si orator eſt, homo eſt. Ex qua p̃poſitiõe ſi aſſumatur, Nõ eſt orator: cõſeq̃ns nõ erit cũ intulerimus, Nõ eſt igitur homo. Quapropter aliud eſt noſſe regulas cõnexionũ, aliud ſentẽtiarũ veritatẽ. In illis diſcitur quid ſit cõſequẽs, quid non cõſequẽs, quid repugnãs. Conſequẽs eſt, ſi orator eſt, homo eſt. Incõſequẽs eſt, Si homo eſt, orator eſt. Repugnãs eſt. Si homo eſt, quadrupes eſt. Hîc ergo de ipſa cõnexione iudicatur. In veritate autẽ ſentẽtiarũ ipſa per ſe veritas ſentẽtiæ, nõ earũ cõnexio cõſiderãda eſt: Sed veris certiſq; ſentẽtiis, cũ incertæ vera connexione D iunguntur etiã ipſæ certæ fiãt neceſſe eſt. *Cap. 35.* Reliqua etiã parte Logicæ, ſi ad fallacias quis vtatur ipſa tamẽ ſciẽtia vera eſt. i bidẽ. Sciẽtia definiẽdi, diuidẽdi, atq; partiẽdi, quãquã etiã rebus falſis plerũq; adhibeat, ipſa tamẽ falſa nõ eſt, neq; ab hoïbus inſtituta, ſed in rerũ ratione cõperta. Nõ em̃ quia & fabulis ſuis eã Poetæ, & opinionibus erroris ſui, vel falſi philoſophi, vel etiã hæretici, hoc eſt falſi Chriſtiani, adhibere cõſueuerũt, p̃pterea falſum eſt, neq; in definiẽdo, neq; diuidẽdo aut partiendo aliquid cõplectẽdũ eſſe quod ad rem ipſam non pertinet, aut aliquid quod pertinet prætereundũ. Hoc verũ eſt, etiã ſi ea quę definiũtur aut diſtribuũtur, vera nõ ſint: Nã & ipſum falſum definitur, cũ dicimus, falſum eſſe ſignificatio-

A né rei nō ita se habentis, vt significatur, siue alio aliquo modo. Quæ definitio vera est, quamuis falsum verū esse nō possit. Possumus etiā diuidere dicentes. Duo esse genera falsi, vnū eorum quæ omnino esse non possunt, alterū eorum quæ nō sunt, quamuis esse possint. Nam qui dicit septem & tria vndecim esse, id dicit quod esse omnino nō potest: qui autē dicit calendis, verbi gratia, Ianuarijs pluisse, tametsi factum nō sit, id tamē dicit quod fieri potuerit. Definitio ergo & diuisio falsorum potest esse verissima, quamuis falsa ipsa vtique vera non sint.

Cap.5. Tom.I.

FALSVM. Diffinitur falsum. Lib ij. soliloquiorū suorū. Falsum est quod aliter se habet, quā videtur. Et vbi sit: infra subdit ibidē. Non est in in rebus falsitas, sed in sensu.

Cap. eod.

B Cap.6. Probat ibidem. Quod falsum sit, quod nō est ita vt videtur, attende eos ipsos sensus. Nam certe quod oculi vident nō dicitur falsum, nisi habeat aliquā similitudinē veri. Vt verbi gratia, homo quē videmus in somnis, nō est vtiq; verus homo, sed falsus: eo ipso, quod habet veri similitudinē.

Cap.6. Ibidē infra. Apparet nos in omnibus sensibus siue in equalibus, siue in deterioribus rebus aut similitudine lenocināte falli, aut etiā si nō fallimur suspēdētes cōsensionē, seu differētiā dignoscētes, tamē eas res falsas nominare quas verisimiles deprehēdimus. Scitur falsum sciēdo verū. Lib.xv. de trinitate, c.x. Tom.III. Quæcūq; nota sunt, vera sunt: alioquin nota nō essent. Nemo enim falsa nouit, nisi cū falsa esse nouit. Quod si nouit, verū nouit: verū est enim quod illa falsa sunt. In qualibet falsa doctrina miscetur verū. Lib.ij. quæstionū Euāgeliorū, quæst.xl. Tom.IIII. C Nulla porrò falsa doctrina est, quæ nō aliqua vera intermisceat. Nunquā falsum est dicendū. super epistolā ad Gal. Tom.IIII. Falsum dicere nunquā licet, aliquādo autē aliquid veri tacere vtile est. De hoīe autē falso & fallēte. Li.ij. de Academicis, disputatiōe prima. Tom.I. Homo falsus docēdus est, fallax cauēdus: quorū primus magistrū bonū, postremus discipulū cautū desiderat.

Cap.22. Tom.IIII.

FAMA. Quod curādū est de bona fama. Lib. de sancta viduitate. Nō audiēdi sunt, siue viri, siue fœminæ, quādo reprehensa in aliquo negligentia sua, per quā fit vt in malam veniāt suspicionē, vnde suā vitā lōge abesse sciūt, dicūt sibi corā Deo sufficere cōsciētiā: existimationē hominū nō imprudēter solū, verū etiā crudeliter contemnētes: cū occidūt animas aliorū, D siue blasphemātiū viam Dei, quibus secundū suā suspicionē, quasi turpis quæ casta est displicet vita sanctorū: siue etiā cū excusatione imitātiū, non quod vidēt, sed quod putāt. Proinde quisquis à criminibus flagitiorū atq; facinorū vitā suā custodit, sibi tantū benefacit: quisquis autē etiā famā, & in alios misericors est. Nobis eīn necessaria est vita nostra, alijs fama nostra: & vtiq; etiā quod aliis ministramus misericorditer ad salutē, ad nostrā quoque redūdat vtilitatē. Vnde nō frustra Apostolus, 2.Cor.8. Prouidemus, inquit, bona nō solū corā Deo, verū etiā corā hominibus. Itē dicit. Placete omnibus 1.Cor.10. per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo: nō quærēs quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiāt. In qua etiā exhortatione dicit. De cætero fratres, quæcūq; sunt vera quæcūq; iusta, quæcūq; casta, quæcūq; charissima, quęcūq; bonę famæ, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate quæ & didicistis, & accepistis, & vidistis, & audistis in me. Phil.4. Cernis quemadmodū inter multa, quę exhortando cōmonuit, non neglexerit ponere. Quęcūque bonæ famæ, duobúsque cuncta verbis conclu serit vbi ait, Si qua virtus, si qua laus. Ad virtutem nanque pertinēt, quæ antea conmemorauit, bona fama vero ad laudē. Puto quod non laudē hominū pro magno sumebat Apostolus alio locò dicens. Mihi autē pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. 1.Cor.4. Et alibi. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Gal.1. Et iterū, Nā gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. 2.Cor.1. Sed illorum duorū, id est, bonæ vitæ & bonæ famæ, vel quod breuius dicitur, virtutis & laudis, vnū propter seipsum sapientissimè retinebat, alterū propter alios misericordissimè prouidebat. Sed quoniā quantalibet humana cautela suspiciones maleuolentissimas non potest omni ex parte vitare, vbi pro existimatione nostra quicquid rectè possumus fecerimus, si aliqui de nobis vel malè fingendo, vel malè credendo, famam nostram decolorare conantur, adsit conscientiæ solatium, planéque etiā gaudium, quod merces nostra magna est in cœlis, etiam cum dicunt homines mala multa de nobis, piè tamen iustéque viuentibus. Illa etiam merces tanquam stipendium est militantium, per arma iustitiæ, nō solum dextera, verumetiam sinistra, per gloriam, scilicet, & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam. Vnde in sermone primo de communi vita clericorum, de seipso dicit. Intentio votúmq; nostrum est, vt apud Christū vobiscum sine fine viuamus. Credo autem ante oculos vestros esse conuersationem nostram, vt & nos dicere fortassis audeamus, quamuis multum simus illi impares, quod dixit Apostolus. Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Et ideo nolo vt aliquis de nobis inueniat malè viuēdi occasionem. Prouidemus enim bona, ait idem Apostolus, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos cōsciētia nostra sufficit nobis: propter vos fama nostra nō pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atq; distinguite, duæ res sunt, cōsciētia & fama. Cōsciētia tibi, fama ꝓximo tuo. Qui fidēs cōsciētiæ suæ negligit famā, crudelis est. Huius rei causa de seipso narrat, in sermo. sermone eiusdē rei, circa medium. Diaconus Eraclius suam pecuniam volebat per manus meas erogari, sicut mihi placeret. Sed emit possessionem, ex consilio meo. Ego si pecuniæ auidus essem, aut necessitates ipsas meas, quas pro pauperibus habeo, in hac causa plus curarem: pecuniam acciperem. Sed dicit aliquis, Possessio illa ab illo empta & Ecclesiæ donata est, adhuc nihil præstat Ecclesiæ? Minus habebat ad pretium, etiam quia mutuatus fuerat, hoc de eius adhuc fructibus redditur

ditur. Homo sum senex, quãtum mihi de illa possessione potest fructus accedere? Nunquid promitto mihi tot annos esse victurum, donec suum pretium illa persoluat? Quod ergo vix diu partibus eius reddet, de proximo haberẽ totũ, si accipere voluissem. Nõ feci, aliud attẽdi. Fateor enim vobis & ipsi, ipsius ætas adhuc inde suspecta fuit, & verebar ne fortè, vt sunt homines, matri eius hoc displiceret & diceret, inductum à me fuisse adolescentem, vt bona eius paterna consumerẽ, & eum egentẽ relinquerẽ. Ideo volui eius pecuniã in possessione seruari, vt si aliquid, quod Deus auertat, aliter quã volumus euenisset, redderetur villa, ne culparetur Episcopi fama. Scio enim quãtũ vobis sit necessaria fama mea. Propterea Lib. de opere monachorũ. Multo misericordius operãtur erga animas infirmorum, qui famæ bonæ seruorũ Dei cõsulunt: quã erga corpora egentiũ, qui panẽ esuriẽtibus frangũt. Vnde cõtra negligẽtes famã, Lib. de singularitate clericorũ. Pudicitiæ bonũ frustra intrinsecus laborioso agone custodit, qui forinsecus efficit infamari. Peius est quam mœchari continentiã ducere criminosam, & infamẽ ferre sanctimoniã. blasphemiã ingerit religioni, quã prætulit, qui quod cõfitetur, nõ ante omnes impleuerit, ne Christianitas credatur esse fallacia, & mœchatio videatur sanctitatis velamento vestita. Propter quod Dominus. Sic luceat lumen vestrũ coram hominibus, &c. & Paulus. Estote sine scãdalo Iudæis & Græcis & Ecclesiæ Dei. Et opponitur forsitã quid est quod ipse iterũ dixit. Si hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem. Nunquã se quæcũq; dicta legis excludunt, sed certis locis respõsa defixa sunt vniuersa. Illic placere hominibus non licet, vbi volũtas hominũ nõ capit volũtatẽ Domini. Vbi nõ acceptãt homines, quod ad gloriã ꝓficit Dei, innotescere omnibus ipse Paulus p̃cepit. Vnusquisque proximo suo placeat ad bonã ædificationem. Sed quia de cõscientia est magis curandũ, quã de fama, ideo ipse de seipso, in epistola ad Pascentium comitẽ Arrianum, Epistola cliiij. Duo tibi de me diuersa loquuta sunt, aliud fama mea, aliud ego magis vtiq; gaudere debeo, me potius quã illam, repertũ esse veracẽ. Sed quia scriptum est, Solus Deus verax, omnis autẽ homo mẽdax. Vereor ne hoc quoque de me dixerim temerè. Neq; enim in nobisipsis, vel per nosipsos veraces sumus cũ sumus: sed cũ ille in seruis suis loq̃tur, q̃ solus est verax. Libr. cõtra Petilianũ, ante mediũ. Nos quidẽ charissimi, cũ falsa crimina audimus, ab eis quos offẽdimus, p̃dicãdo eloquia veritatis, & erroris vaniloquia cõuincẽdo, habemus sicut nostis abũdantissimã cõsolationẽ. Nam si in eis q̃bus me criminãtur, testimoniũ cõsciẽtię meę non stat cõtra me, in quo nullus oculus mortalis intẽditur, nõ solũ cõtristari nõ debeo, verũetiam debeo gaudere & exultare, quia merces mea multa est in cœlis. Neq; enim intuendum est quam sit amarũ, sed quã sit falsum quod audio, & quã verax pro cuius nomine hoc audio. Et infra. Qui cum dicat, Gaudete & exultate, merces enim ve-

Tom.III. (left margin)
Apud Cyprianum. (left margin)
Tom.VII. / Lib.3.cap.6. (left margin)
Cap.7. (left margin)

A stra multa est in cœlis: si quod dictũ est, Propter iustitiã, & propter me: in bona cõscientia teneo, quisquis volens detrahit famæ meæ, nolens addit mercedi meæ. Et infra. Si autẽ nõ aurẽ solam percutit iracũdia criminãtis, verũ etiã cõscientiã mordet veritas criminis, q̃d mihi ꝓdest si me cõtinuis laudibus totus mundus attollat? Ita nec malã cõsciẽtiã sanat laudãtis p̃coniũ, nec bonã vulnerat cõuitiãtis opprobriũ. Et infra post multa. Hanc militiã militãtibus seruis Dei, quæcunq; ab inimicis cõuitia criminosa dicũtur, quæ apud maleuolos & temerè credulos, malã famã faciant, arma sinistra sunt. Etiã his diabolus expugnatur. Cũ enim per bonã famã ꝓbamur, vtrũ nos in superbiã nõ extollamus, & per malã famã ꝓbamur, vtrũ inimicos eosipsos à q̃bus nobis cõfingitur, B diligamus. Per arma iustitiæ à dextra, & sinistra diabolũ vincimus. Et post pauca. Si ergo ego sum Dei seruus & miles nõ reprobus quãlibet disertus conuitiator in me Petilianus existat, nunquid molestè ferre debeo quod mihi armorũ sinistrorũ faber solertissimus procurauit? Opus est vt his adiutorio Domini mei peritissimè dimicẽ, & eis illũ feriã cõtra quẽ inuisibiliter pugno. Cap.eod.inf. Cap.13. Cap.eod.

Vnde nõ est curandũ de fama populari contra veritatẽ. in epist. ad Donatũ. Non nunc docendus es, sed fortasse admonẽdus, omnẽ istam gloriam famámq; popularẽ, non in ore vulgi esse lætabilem, sed in rebus ipsis: quę etiãsi vulgo displiceãt, proprio tamẽ fulgore ac põdere, nõ imperitorũ cõmendatione pretiosæ sunt: magísq; miserãdus est, qui talia improbat, quã ille qui de talibus im- C probatur, iudicãdus est miser. Cũ verò placent & sibi debita laude populariter quoq; prædicantur, nec sic quidẽ ipsi maiores melioresq; fiũt alieno iudicio, quoniã integrãtur intima veritate, & solius cõscientiæ robore solidãtur. Vnde magis hominibus rectè existimantibus, quã ei de quo vulgus bene existimat, aliquid ex eo fœlicitatis accidit. Quæ cum optimè noueris, vir bone, intuere vt cœpisti, fortissima cordis acie Dominum nostrum Iesum Christum, & ab omni humano † fastu omnino detumescens, adsurge in illum, qui non ventosè alleuat conuersos ad se, sed certis fidei passibus innitentes atque ascendentes collocat in sempiterno fastigio cœlestis atque angelicæ dignitatis. Sed aliquis quærit famari per mala opera. super psalm. ix. Animus perditus & ex- D pers bonarum artium, atq; à iustitiæ lumine alienus, malis artibus sibi aditum molitur ad famãm tam diuturnam, vt apud posteros etiam celebretur. Et qui non possũnt bene innotescere, cupiũt vel malè de se homines loqui, dummodo nomen eorum latissimè peruagetur. Ex hoc ideo quia citius diffamatur malum. Libro secundo de ciuitate Dei, capit. vigesimo sexto. Decus latet, dedecus patet. Quod malum geritur, omnes conuocat spectatores: quod bonum dicitur, vix inuenit auditores: tanquam honesta erubescenda sit, & inhonesta glorianda. In epistola quarta ad Paulinũ cõtra Pellagianos, & Lib. iij. contra Cresconiũ grammaticũ. Dolet etiã de bonis ma-

Tom.II. Epist.1.8.
† Aliàs, inani.
Tom.VIII.
Tom.V.
Tom.II. Epist.106.

la fama mentiri. Sed in ea non est confidendũ. Cap.9. Tom.VII. eodem Libro. Mallem in homine confidere, quam in famæ ipsius falsitaté? Homo enim qualiscunque sit, quantum ad id quod homo est, Dei creatura est: nulla falsitas verò Dei creatura est. Porrò si maledictus est qui spem suam ponit in homine: quantomagis qui spem suam ponit in falsitate opinionis humanæ? Vt in illud aliud inci- Prouerb.x. dat quod scriptum est. Qui confidit in falsis, ipse pascit ventos, id est, fit esca spiritibus malis.

FAMES. De fame corporalis cibi, Libro primo de ciuitate Dei, capit. vndecimo. Tom.V. Famẽ diuturnam in vsus suos boni fideles pie tolerando verterũt. Quos enim fames necauit, malis vitæ huius sicut corporis morbus eripuit. Quos autem non necauit, docuit parcius viuere, docuit productius ieiunare. Super psal. Tom.VIII. centesimum quartum. Cum sit fames ex inedia contracta pernicies, atque ita sit in eis qui eam patiuntur, vt aliquis morbus. Sicut morbus vt esse desinat, fit plerunque per medicamentum: sic & fames sanatur quodammodo per alimentum.

Intelligitur fames labor in vanum. in sermone tertio de Apostolis Petro & Paulo. Famẽ quodammodo patitur, qui minimè fructum sui laboris assequitur. Intelligitur pro desiderio gloriæ. super psal. centesimum trigesimum nonum. Tom.VIII. Est panis viuus qui de cœlo descendit, & qui in via reficit nos, & qui in patria saturabit nos. Modo duremus, postea reficiemur. Nam necesse est esuriamus, quousque satiemur. Sed de fame Christi. super psal. trigesimum quartum, sermone secundo. Quid esuriuit Christus, quid sitiuit, nisi bona opera nostra? Ideo super psal. cxxvij. Fidem nostram & facta bona esurit Christus. Pascamus illum bene viuendo, vt & ipse pascat inæternum nobis viuere donando.

FAMILIA. Familiam suam tenetur dominus docere virtutes. Libro de salutaribus Cap.29. Tom.IIII. documẽtis. Quæso mi frater, vt omnibus tibi subditis in domo tua à maiore vsq; ad minorem, amorẽ & dulcedinẽ regni cœlestis, amaritudinẽ & timorem gehennæ annunties, & de eorũ salute sollicitus ac vigil existas: quia ꝓ omnibus tibi subditis in domo tua rationem Domino reddes. Annũtia, præcipe, impera, suade eis: vt caueãt sibi à superbia, à detractione, ab ebrietatè, à fornicatione, à luxuria, ab ira, à cupiditate, quæ est radix omnium malorum.

FASTIDIVM. Libr. de vera innocentia, Tom.III. cap.x. Sicut corpori noxiũ est corpoream escam non posse percipere, ita animæ periculosum est spirituales delicias fastidire. In eodem Libro, capit. cclxxj. Qui in scripturis sanctis non inueniunt veritatem † quam quærunt, fame laborant: qui autẽ non quærũt quod in promptu non habent, fastidij languore marcescunt: & par vtrorumque periculum est, dum sapientiæ cibum, & illis abiectio † & his inedia subtrahit.

† Aliàs, charitatem.
† Aliàs, obcæcatio.

FATVVS. Non punitur si male agit. Libro primo quæstionum veteris & noui Tom.IIII. testamenti, quæstione secunda. Cõdem- A nandus non est, qui non voluntate, sed impulsu naturæ malum fecit. Nam aliquos scimus subito dementes factos, ferro, fuste, lapidibus, morsibúsque multis nocuisse, quosdã etiam occidisse. Captos autem industria & iudicibus oblatos, minimè reos factos, eo quod non voluntate, sed impellente vi nescio qua, hoc gesserint nescientes. Quomodo enim reus cõstituitur, qui nescit quid fecerit? Fatuũ instruere est difficile. eodẽ Lib. quæst. xlvij. Stulto suadere quod bonum est, laboris est maximi. Denotat hoc nomẽ dãnationẽ. Lib.50. Homil. Homil. septima. Magna pœna est illi homini cui dicit Deus, Stulte. Nõ sic dicit stulte, quomodo dicit homo. Tale in quenquam Dei verbum, iudicium est. Nunquid enim Deus B stultis daturus est regnum cœlorum? Probant hoc illæ quinq; virgines stultæ, quæ extra ianuã leguntur exclusæ. Quibus autem non est daturus regnũ cœlorũ, quid eis restat nisi pœna gehennæ?

FATVM. Libro quinto de ciuitate Dei, capit. primo. Homines quando fatum audiunt, non intelligunt vsitata loquendi consuetudine, nisi vim positionis syderum, qualis est quando quis nascitur vel concipitur.

Declarat quid sit fatum secundum veritatem & sapientum antiquorum opinionem. eodẽ Libro, cap. viij. Qui verò astrorũ constitutionẽ, sicuti est cum quidã concipitur, vel nascitur, vel inchoatur, sed omniũ connexionẽ seriémq; causarum, qua fit omne quod fit, fati nomine appellabãt: non multum cum eis de verbi cõtrouersia laborandũ atq; certandũ est: quandoquidẽ ipsarũ C causarũ ordinẽ & quandam cõnexionẽ Dei summi tribuũt volũtati & potestati, qui optimè & veracissimè creditur & cũcta scire antequam fiant, & nihil inordinatũ relinquere: à quo sunt omnes potestates, quãuis ab illo non sint omniũ volũtates. Ipsam itaq; præcipuè Dei summi volũtatem, cuius potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur, eos appellare fatũ sic probatur. Annæi Senecæ sunt, nisi fallor, isti versus.

Duc me summe pater, alti dominator olympi
Quocunque placuerit, nulla parendi mora est.
Assum impiger, fac nolle, comitabor gemens:
Malúsque patiar facere quod licuit bono.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Nempe euidentissimè hoc vltimo versu, ea fata appellauit, quã supra dixerat summi patris vo- D luntatem. Cui se paratum obedire dicit, vt volẽs ducatur ne nolens trahatur: quoniam scilicet ducunt volentẽ fata, nolentem trahunt. Illi quoq; versus Homerici huic sentẽtiæ suffragãtur, quos Cicero in Latinum vertit.

Tales sunt hominum mentes, qualis pater ipse
Iuppiter auctiferas lustrauit lumine terras.

Per quos versus quid sentiat esse fatum, apertissimè declaratur, quoniam Iouem appellãt, quẽ summum Deum putant, à quo connexionẽ dicunt pendere fatorum. Quod nõ sunt credenda. super Ioannem, sermone trigesimo. Quæ ædificantur ad credenda fata, fiunt corda eorum fatua. Exponit tamen in quo valeat. Libr. quinto de

Tom.V. to de ciuitate Dei, capit. ix. Omnia fato fieri non dicimus, imo nulla fieri fato dicimus: quoniã fati nomen vbi solet à loquentibus poni, id est, in constitutione syderum, qua quisq; conceptus aut natus est, quoniam res ipsa inaniter asseritur, nihil valere monstramus. Ordinem autem causarum vbi voluntas Dei plurimum potest, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupamus, nisi fortè vt fatum à fando dictum intelligamus, id est, à loquendo. Non enim abnuere possumus esse scriptum in literis sanctis. Semel loquutus est Deus, duo hæc audiri: quoniam potestas Dei est: & tibi Domine misericordia, qui reddis vnicuiq; secundum opera eius. Quod enim dictum est, semel loquutus est Deus: intelligitur immobiliter, hoc est incommutabiliter, sicut nouit incommutabiliter omnia quæ futura sunt, & quæ ipse facturus est. Hac itaq; ratione possemus à fando fatum appellare, nisi hoc nomen iam in alia re soleret intelligi, quò corda hominũ nolumus inclinari. Ibidem. Voluntates nostræ aliquid per se valẽt, quia valituras atque facturas ille præsciuit, cuius præscientia falli non potest. Quapropter si mihi fati nomen alicui rei adhibendum placeret, magis dicerem fatum esse infirmioris, potentioris voluntatem qui eum habet in potestate, quam illo causarum ordine, quem non vsitato, sed suo more Stoici fatum appellant, arbitrium nostræ voluntatis auferri. Probat quod volũtas nostra non subiicitur fato. eodem Libro, cap. vij. Fatum ponentes volũt aduertere, quod electo ad seminandum agrum die, tam multa grana in terram simul veniunt, simul germinant, & exorta segete simul herbescunt, pubescunt, flauescunt, & tamen inde spicas cæteris coæuas, atque (vt ita dixerim) congerminales, alias rubigo interimit, alias aues depopulantur, alias homines auellunt. Quomodo istis alias constellationes fuisse dicturi sunt, quas tam diuersos exitus habere conspiciunt? An eos pœnitebit his rebus dies eligere, eásque ad cœleste negabunt pertinere decretum, & solos syderibus subdent homines, quibus solis in terra Deus dedit liberas voluntates? His omnibus consideratis, non immerito creditur, cum Astrologi mirabiliter multa vera respondent, occulto instinctu fieri non bonorum spirituum, quorum cura est has falsas & noxias opiniones de astralibus fatis inferere humanis mentibus, atque firmare, non horoscopi notati & inspecti aliqua arte, quæ nulla est. Et probat hoc per exemplum, eodem Libro, capit. tertio. Sed de geminis hominibus plurima, plurimúmque diuersa monstremus. Nati enim sunt duo gemini veterum patrum memoria, vt de insignibus loquar, sic alter post alterum, vt posterior plantam prioris teneret. Et tanta in eorum vita fuerunt moribúsque diuersa, tanta in actibus disparilitas, tanta in parentum amore dissimilitudo, vt etiam inimicos eos faceret inter se ipsa distantia. Vnus à matre diligebatur, alius non diligebatur: vnus honorem, qui magnus apud eos habebatur, amisit, alter adeptus est. Quid de vxoribus? Quid de filiis? Quid

A de rebus? Quanta demensitas? Quid est hoc quod vno tempore, momento vno, sub vna eadémque cœli positione, de duabus matribus pariter nati, diuersa fata habent? In ipsis geminorum conceptibus, vbi certè amborum eadem momẽta sunt temporum, sæpe fit, vt sub eadem constellatione fatali, alter comparatur masculus, altera fœmina. Nouimus geminos diuersi sexus: ambo adhuc viuunt, ambo ætate adhuc vigent. Quorum cum sint inter se similes corporum species, quantum in diuerso sexu potest: instituto tamen & proposito vitæ ita sunt dispares, vt præter actus quos necesse est à virilibus distare fœmineos, ille in officio comitis militat, & à sua domo penè semper peregrinatur. Illa de solo patrio, & de iure proprio non recedit. Insuper B quod est incredibilius, si astralia fata credantur: non autem mirum si voluntates hominum & Dei munera cogitentur: Ille coniugatus, illa virgo sacra est: ille numerosam prolem genuit, illa nec nupsit. At enim plurimum horoscopi vis valet. Hoc quam nihil sit, iam satis disserui. Cap.5. Cap.6.

Libro secundo contra epistolas Pellagianorum. Ponens exempli gratia duos infantes gemincs à meretrice æditos, quorum fine baptismo expirauit vnus, alius baptizatus sit, dicit sic. Hîc non est fatum, quia nec stellæ vllæ ista decernunt, nec fortuna, quia non fortuiti casus hæc agunt, nec personarum, nec meritorum diuersitas hoc fecerunt: quid restat quantum ad baptizatum attinet, nisi gratia Dei quæ vasis factis in honorẽ gratis datur: quantum autem ad non C baptizatum ira Dei, quæ vasis factis in contumeliam pro ipsius massæ meritis redditur: sed in illo qui baptizatus est non solum ostenditur adiutorium gratiæ Dei, verumetiam in non baptizato documentum? Adiutorium, scilicet in vasis misericordiæ, in vasis autem iræ documentum. In eis enim ostendit iram & demonstrat potentiam suam, quia tam potens est bonitas eius, vt bene vtatur etiam malis, & in eis notas facit diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quoniam quod ab iræ vasis exigit iustitia punientis, hoc misericordiæ vasis dimittit gratia liberantis. Cap.7. Tom.VII.

Eodem Libro. Nec sub nomine gratiæ fatum asserimus, quia nullis hominum meritis Dei gratiam dicimus antecedi. Si autem quibusdam omnipotentis Dei voluntatem placet fati nomine nuncupare, prophanas quidem verborum no D uitates deuitamus, sed & de verbis contendere non amamus. Et ideo de Christo. super Ioannem, sermone octauo. Non sub fato est conditor syderum: quia etsi erat fatum de syderibus, non poterat esse sub necessitate syderum conditor syderum. Sed non solum Christus non habuit quod appellant fatum, sed nec tu, aut ille, aut ego, aut quisquam hominum. Verumtamẽ seducti, seducunt & proponunt fallacias hominum. Tendunt ad capiendos homines, & hoc in plateis. Nam cum tendunt ad capiendas feras, vel in syluis, vel in solitudine id agunt. Quam infœliciter vani sunt homines quibus, capiendis in foro Cap.5. Tom.IX.

in foro tenditur. Nummos accipiunt, cum se homines hominibus vendunt: dant isti nummos, vt se vanitatibus vendant. Intrant enim ad Mathematicos, vt emant sibi dominos quales Mathematicis dare placuerit: vel Saturnũ, vel Iouẽ, vel Mercurium, vel si quid aliud sacrilegi nominis. Intrauit liber, vt nummis datis seruus exiret. Imo verò, non intraret si liber esset, sed intrauit quò eum dominus error, & domina cupiditas traxit.

Tom. VIII. FEL. Qui dant fel super psalm. lxviij. sermone ij. Dederunt in escam meã fel. Fel sunt contradictores Euangelij, tanquam Iudæi persequutores Christi. Minus enim peccauerunt Iudæi crucifigentes in terra ambulantem, quam qui contemnunt in cœlo sedentem. Quod ergo fecerunt Iudæi vt in escam quam iam acceperat darent bibendũ amarũ illum potum, hoc faciunt qui malè viuẽdo scandalũ inferũt Ecclesiæ. hoc faciũt hæretici amaricãtes, sed non exaltãtur in semetipsis. Dant fel super tam iucundũ cibum, sed Dominus non admittit ad corpus suum.

FOELICITAS. Quid sit fœlicitas. Libr. iiij. de ciuitate Dei, capit. xxj. Omnia quæ agenda sunt, complectitur virtus: omnia optanda, fœlicitas. Et ibidem infra. Fœlicitas, virtutis est præmiũ. Declarat quis sit fœlix. super psal. xxvj. *Tom. VIII.* Fœlix vocatur quisq;, quãdo quod amat habere videtur. Verè autem fœlix est, non si habeat quod amat, sed si id amet quod amandũ est. Multi enim miseri sunt magis habendo quod amant, quam carendo. Amando enim res noxias, miseri sumus, habendo miseriores. Et propitius Deus cum malè amamus, negat quod amamus: iratus autem dat amanti, quod malè amat. Cum autem id amamus quod vult Deus vt amemus, proculdubio daturus est nobis. Differt fœlicitas à fortuna. Libro iiij. de ciuitate Dei, cap. xviij. *Tom. V.* Aliud est fœlicitas, aliud fortuna. Quia fortuna potest esse mala. Fœlicitas autem si mala fuerit, fœlicitas non erit. Et ibidem infra. *Infrà.* Dicũt Philosophi quod fœlicitas est quam boni habẽt præcedentibus meritis. Fortuna verò est quæ dicitur bona, sine vllo examine meritorum, fortuito accidit hominibus & bonis & malis, vnde etiã fortuna nominatur. Quomodo ergo bona est, quę sine vllo iudicio venit & ad bonos & ad malos, velut cæca, & in quoslibet irruens? Sed de terrena fœlicitate. Libro tertio de ciuitate Dei, capit. vigesimo tertio. Non magnipendamus terrenam fœlicitatem, quæ plerunque malis conceditur: nec eam rursus quasi malam arbitremur, cum eam multos pios ac bonos habere videamus.

De qua super psalm. sexagesimum octauum, *Tom. VIII.* sermone primo. Ipsa quæ in rebus humanis vocatur fœlicitas, plus est timenda quam miseria. Quandoquidem miseria plerunque affert ex tribulatione fructum bonum: fœlicitas autem corrumpit animum peruersa securitate, & dat locum diabolo tentatori. Super psalm. octogesimum primum. Terrenæ fœlicitatis regnum supra est contra quam est humilitas Christi exprobrans. Super psalm. octogesimum tertiũ. Nul-

A la infœlicitas frangit, quem nulla fœlicitas corrumpit. Super psalm. centesimum nonagesimum primum. Christiani non simus nisi propter futurum sæculum. Nemo præsentia bona speret. Nemo sibi promittat fœlicitatem mundi, quia Christianus est: sed vtatur fœlicitate præsenti vt potest. Quomodo potest? Quando potest? Cum adest, consolationi Dei gratias agat, vbiq; sit gratus, nusquã sit ingratus: & patri cõsolanti & blandienti, & patri emendanti, & flagellãti & disciplinam danti, gratus sit. Amat enim ille semper, siue blandiatur, siue minetur. Super psal. cix. Temporales res nemini conferunt veram fœlicitaté, quia non eximunt insatiabilem cupiditatem. Qui enim biberit ex hac aqua sitiet iterum. Libro de vera innocentia. Nunquam debet secura esse *Cap. 199. Tom. III.* B fœlicitas: quia periculosiora sunt animo secura, quam corpori aduersa. Prius enim corrumpunt prospera, vt inueniant aduersa quem frangant.

Super Ioannem, sermone xxvj. Non permittit Deus malos esse fœlices, sed ideo malus fœlix putatur: quia quid sit fœlicitas ignoratur. De qua terrena fœlicitate, in epistola ad Marcellinũ. Si terrena ista res publica præcepta Christiana *Tom. II. Epist. 5.* custodiat, & ipsa bella sine beneuolentia non gerentur, vt ad pietatis iustitiæque pacatam societatem victis facilius consulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter inuenitur. Quoniam nihil est infœlicius fœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur. Sed peruersa & aduersa corda mortalium, fœlices res humanas putant, C cum tectorum splendor attenditur, & labes non attenditur animorum: cum theatrorum moles extruuntur, & effodiuntur fundamẽta virtutum: cum gloriosa est effusionis insania, & opera misericordiæ deridentur: cum ex iis quæ diuitibus habundant luxuriãtur histriones, & necessaria vix habent pauperes: cum Deus qui doctrinæ suæ publicis vocibus contra hoc malum publicum clamat, ab impiis blasphematur, & dij tales requiruntur, in quorum honore illa theatrica corporum & animorum dedecora celebrentur. Tamen vt dicit, Libro octauo de ciuitate Dei, capit. decimo sexto. *Tom. V.* Melior est temporalis fœlicitas, quam misera æternitas. Sed ait, Libro secundo de verbis Domini, sermone sexto. *Serm. 6. Tom. X.* Ideo Deus fœlicitatibus terrenis amaritudines miscet, vt alia quæratur fœlicitas, cuius dulcedo D non fallat. Vnde quomodo ea sit vtendum, in epistola ad Olimpium. Temporali fœlicitate ad æterna lucra prudenter debes vti: *Tom. II. Epist.* & quanto plus potes in hac terrena republica, tanto plus impendas cœlesti illi quæ te in Christo peperit ciuitati, quod tibi vberius rependatur in regione viuentium, & in vera pace securorum ac sine fine gaudiorum. Et ideo in epistola ad Dioscorum. *Tom. II. Epist.* Fœlicitas hominis pendere non debet ex hominum linguis. Nullus enim sapientum Philosophorum finem suarum actionum constituit in fama vulgi, aut in lingua hominum.

Quod Deus dat eam, Libr. iiij. de ciuitate Dei, *Tom.* cap.

cap. trigesimo tertio. Deus æternæ fœlicitatis au thor & dator, quia solus est verus Deus, ipse dat terrena & bonis & malis. Neq; hoc temere & quasi fortuitu, quia Deus est, non fortuna: Sed pro rerũ ordine ac tempore occulto nobis, notissimo sibi: cui tamẽ ordini temporũ non subditus seruit: sed eum ipse tanquã Dominus regit, moderatórque disponit: fœlicitatẽ verò non dat nisi bonis. Hanc enim possunt & habere & non habere seruientes, possunt & nõ habere & habere regnãtes. Quæ tamen plena in ea vita erit, vbi nemo iam seruiet vlli. Et ideo regna terrena & bonis ab illo dãtur & malis ne eius cultores adhuc in prouectu animi paruuli, hæc ab eo munera quasi magnum aliquid cõcupiscant. Et hoc est sacramentũ veteris testamẽti, vbi occultũ erat nouũ: quod illic promissa & dona terrena sunt intelligẽtibus & tunc spiritualibus, quãuis nondum in manifestatione prædicãtibus, & quæ illis tẽporalis rebus significaretur æternitas, & in quibus Dei donis esset vera fœlicitas. Vnde eodẽ Lib. v. Non nos vel filios nostros fœlices diuitiæ terrenæ faciunt: quæ nobis viuẽtibus amittẽdæ sunt, vel à quibus nesci mus, vel fortè à quibus nolumus possidẽdæ. Sed Deus fœlices facit, qui est vera opulẽtia mentiũ.

Sed de æterna fœlicitate, Lib. xxij. Quãta erit fœlicitas vbi nullũ erit malũ, nullũ latebit bonũ, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Nam quid agetur, vbi, neq; vlla desidia cessabitur, neq; vlla indigẽtia laborabitur, nescio. Admoneor etiã sancto cantico, vbi lego, vel audio. Beati q. habitãt in domo tua Dñe, in sæcula sæculorũ laudabũt te. Omnia mẽbra & viscera incorruptibilis corporis, quæ nunc videmus per vsus necessitatis varios distributa, quoniã tunc nõ erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secura, sempiterna fœlicitas, proficiẽt in Dei laudibus. Omnes quippe illi, de quibus loquutus sum, qui nunc latẽt harmoniæ corporalis numeri, non latebũt intrinsecus, & extrinsecus per corporis cuncta dispositi, & cum cæteris rebus, quæ ibi magis mirabiles videbũtur, rationales mentes in tanti artificis laudẽ rationabilis pulchritudinis delectatione succendent. Qui motus illic talium corporũ sint futuri, temere definire nõ audeo, quod excogitare non valeo. Tamẽ & motus & status sicut ipsa species decens erit, quicũq; erit, vbi nihil quod non decebit, erit. Certè vbi volet spiritus, ibi erit protinus corpus: nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritum possit decere nec corpus. Vera ibi gloria erit, vbi laudantis, nec errore quisquã, nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno, sed nec ad eũ ambiet vllus indignus, vbi nullus permittetur esse nisi dignus. Vera pax ibi est, vbi nihil aduersi, nec à seipso, nec ab alio quisq; patietur. Præmiũ virtutis erit ipse qui virtutẽ dedit, & qui seipsum, quo melius & maius nihil possit esse promisit. Quid est enim aliud quod per Prophetam dixit. Ero illorũ Deus, & ipse erit mihi plebs: nisi, Ego ero vnde satientur: ego ero quicquid ab omnibus honestè desideratur, & vita, & salus, & victus, & copia, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait Apostolus. Vt sit Deus omnia in omnibus. Ipse finis erit desideriorũ nostrorũ, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profectò erit omnibus, sicut ipsa vita æterna cõmunis. Cæterum qui futuri sint pro meritis præmiorũ etiã gradus honorũ atque gloriarũ, quis est idoneus cogitare, quantomagis dicere? Quod tamen futuri sint, non est ambigendũ. At quid etiam illa beata ciuitas magnũ in se bonũ videbis, quod nulli superiori vllus inferior inuidebit, sicut nunc nõ inuident Archangelis Angeli cæteri: tanquã nolit esse vnusquisq; quod non accepit, quãuis sit pacatissimo concordiæ vinculo ei qui accepit obstrictus, quam nec in corpore vult oculus esse qui est digitus, cum membrum vtrunque contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus, vt hoc quoque donũ habeat, ne velit amplius. Vnde Libr. 50. Homil. Homil. x. Non colimus Deum, vt hîc fœlicitatẽ habeamus. Quanti illam habent qui non colunt Deũ? Vt hîc senescamus, & decrepiti efficiamur. Quanti senescũt blasphematores Dei? Nec ideo colendus est Deus, vt cultores illius habeant filios, & non sint steriles. Filios enim Deus & onagris & serpentibus dat. Non ergo pro magno & vero bono petendũ est, quod & Iudæis, & Paganis, & hæreticis, etiam & ipsis bestiis datur. Aurũ enim & argentum, honores & filios & patrimonia, multi habent etiã mali. Qui enim verè Christianus est, non ista omnia transitoria debet petere, sed totũ põdus intẽtionis vel orationis suæ, ad expetendã æternã beatitudinẽ debet impendere. Ista enim tẽporalia bona, & quãdo Deus dat, gratiæ agantur, & quando tollit, gratiæ agantur. Ista quando voluerit tribuet, quando voluerit tollet: tantum est, vt seipsum nobis non auferat. Et ideo Libro de salutaribus documentis. Nihil nos terreat mundi infœlicitas. Quia si istam infœlicitatem mundanam sancti Dei omnes timuissent, perpetuam fœlicitatem non haberent. Si fœlicitas huius mundi transitoria diligitur hîc, perpetua non inuenitur. Ad perpetuam fœlicitatẽ tendamus, vbi patriam & parentes habemus, patientissimè omnia huius mundi mala pro Christi nomine toleremus. Quid est quod toleretur, contra illud quod nobis promittitur? Apostolus inquit. Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nulla ergo nos terreat pressura, nulla calamitas frangat. Quia dicit, Libro decimo quinto. de Trinitate. Hoc enim placuit optimo & sapientissimo creatori, vt spiritus hominis Deo piè subditus, habeat fœliciter subditum corpus, & sine fine permaneat ista fœlicitas. Ibi veritatẽ sine vlla difficultate videbimus, eáque clarissima & certissima perfruemur. Nec aliquid quęremus mente ratiocinante, sed contẽplante cernemus.

Vnde consulit super psal. cxxiiij. Simus ascendẽtes, & leuãtes animas nostras ad Dominũ Deũ nostrũ

nostrum affectu charitatis atque pietatis, non intendere in homines qui prosperãtur in hoc sæculo fœlicitate falsa atque ventosa, & prorsus seductoria: vbi nihil aliud nutriunt quam superbiam, & cor eorum congelascit aduersus Deum & fit durum aduersus imbrem gratiæ ipsius, ne fructũ ferat. Præsumentes enim omnia sibi abũdare quę videntur huic vitæ necessaria, & vltra quam necessaria, extollũtur. Et cum sint homines per iniquitatem inferiores omnibus hominibus, per superbiã superiores se putant omnibus hominibus. Atq; vtinã vel sicut alios hoĩes se esse deputarẽt.

Tom.IIII.

FOemina. De fœminæ cõditione. Libr. j. quæstionum veteris & noui testamenti, quæst. xxiiij. Vnius substãtiæ sunt vir & mulier, & in anima, & in carne. Sed gradu maior est vir, quia ex eo est fœmina. Corpore enim maiorẽ fecit virũ, non substãtia. Nã & in vno corpore maiora membra sunt & minora: non natura, sed ordinatione. Fuit etiam ante peccatum minor viro, & serua.

Cap.37. Tom.IIII.

Lib. xj. super Gen. Ante peccatum non aliter factam fuisse mulierem decet credere, nisi vt vir ei dominaretur, & ad eum ipsa seruiendo conuerteretur. Sed rectè accipi potest hanc seruitutem significatam, quæ cuiusdam conditionis est potius quam dilectionis: vt etiam ipsa talis seruitus qua postea homines hominibus serui esse cœperunt, de pœna peccati reperiatur exorta.

Subiectio mulieris. Imperium mariti.

Gal.6.

Dixit Apostolus, per charitatẽ seruite inuicem: sed nequaquã diceret. Dominamini inuicẽ. Possunt itaque coniuges per charitatem seruire inuicem, sed mulierem non permittit Apostolus dominari in virũ. Hoc enim viro potius Dei sententia detulit, & maritum habere dominum meruit mulieris non natura, sed culpa. Quod tamen nisi seruetur, deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa. Ideo in eodem Libr. viij. Præceptũ dedit Deus viro ordinatissimè, vt per eum ad fœminam perueniret. Quam disciplinã in Ecclesia seruat Apostolus, dicens. Si quid autem discere volunt, domi viros suos interrogent.

Cap.17. Tom.eod.

De cuius restauratione atq; significatione. Lib. xxij. de ciuitate Dei. Vtrunque sexum resurrecturum esse dubitandũ non est. Non enim libido ibi erit, quæ confusionis causa est. Nam priusquam peccassent nudi erant, & non confundebantur vir & fœmina. Corporibus ergo illis vitia detrahẽtur, natura seruabitur. Non est autem vitiũ sexus fœmineus, sed natura: quæ tunc quidem, & à concubitu, & à partu immunis erit. Erunt tamen membra fœminea non accommodata vsui veteri, sed decori nouo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed Dei laudetur sapientia atque clementia: qui, & quod non erat, fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Vt enim in exordio generis humani, de latere viri dormientis costa detracta, fœmina fieret, cum Christum & Ecclesiam tali facto iam tunc Prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri, mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est, atq; inde sanguis & aqua profluunt, quæ sacramenta esse nouimus, quibus

Cap.17. Tom.V.

A ædificatur Ecclesia. Nam hoc etiam verbo scriptura vsa est, vbi non legitur, formauit, aut finxit, sed ædificauit eam in mulierẽ. Vnde & Apostolus ædificationẽ dicit corporis Christi quod est Ecclesia. Creatura est ergo Dei fœmina, sicut vir. Sed vt de viro fieret, vnitas commendata est. Vt autem illo modo fieret, Christus vt dictũ est, & Ecclesia figurata est. Qui ergo vtrũque sexum instituit, vtrunq; restituet. Est & fœmina cupiditatis significantia. Lib. de vera religione. Quicquid rectè vituperatur, in melioris cõparatione respuitur. Omnis enim natura quamuis extrema, quãuis infima, in comparatione nihil iure laudatur. Et tunc cuique non est bene, si esse melius potest. Quare si nobis bene esse potest cum ipsa veritate, male sumus cum quolibet vestigio veritatis: B & multo deterius cum extremitate vestigij, quando carnis voluptatibus adhæremus. Vincamus ergo huius cupiditatis vel blanditias vel molestias, subiugemus nobis hanc fœminam si viri sumus. Nobis ducibus etiam ipsa erit melior, nec iam cupiditas, sed temperantia vocabitur. Nam cum ipsa ducit, nos autem sequimur, cupiditas illa & libido, nos verò temeritas aut stultitia nominamur. Sequamur Christum caput nostrum, vt & nos sequatur cui caput sumus. Hoc & fœminis præcipi potest, nõ maritali, sed superno iure, quo iure in Christo nec masculus nec fœmina sumus. Habent enim & illæ virile quiddam, vnde fœmineas subiugent voluptates, vnde Christo seruiãt & imperent cupiditati. Quod in multis viduis & virginibus Dei, in multis etiam maritatis, sed iam C fraternè coniugalia iura seruantibus, Christiani populi dispensatione manifestum est. Quod si ab ea parte cui dominari nos Deus iubet, atque vt in nostram possessionem restituamur hortatur, & opitulatur. Si ergo ab hac parte per negligẽtiam, & impietatem vir subditus fuerit, id est, mens & ratio, erit quidem homo turpis & miser: sed destinatur in hac vita, & post hanc vitam ordinatur, quo eum destinari, & vbi ordinari summus ille rector & Dominus iudicat. Nulla itaque fœditate vniuersa creatura maculari permittitur. Ambulemus ergo dum lumen habemus, id est, dum ratione vti possumus, vt ad Deum conuersi à verbo eius, quod est verum lumen, illuminari mereamur. Vnde Libro de vera innocentia. Anima carnalia appetens, fœminæ comparatur D non habenti rectorem virum, qui est intellectus, cuius eam oportet sapientia gubernari: non quasi aliud sit quam anima, sed quia obtuitus quidã sit animæ. Sicut enim exteriores oculi quiddã sunt carnis, ita mens quiddam est animi, quod in eo secundum participationem Diuinæ participationis excellit. Et tunc omnibus motibus eius bene pręsidet, cum superna luce radiatur, vt sit in ea lumẽ verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed fœminis necessaria est pudicitia. Libr. de xij. abusionibus. cap. v. Quintus gradus abusionis, est fœmina sine pudicitia. Sicut enim omnes bonos mores procurat & custodit in viris prudentia, sic & in fœmina

cunct

Cap.41. Tom.I.

Cap.15. Tom.II. Intellect.

Ioa.1.

Tom.II.

cunctos honestos actus fouet, & nutrit, & custodit pudicitia. Pudicitia nanque castitatem custodit, auaritiam refrænat, lites deuitat, iram mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciuiam castigat, ebrietatē cauet, verba nō multiplicat, gulæ concupiscentias purgat, furtum omnino damnat. Quid plura? Omnia vitia restringit, & omnes virtutes, & quicquid coram Deo & bonis hominibus laudabile est, nutrit. Impudica nanque vita nec laudē ab hominibus in præsenti sæculo, nec remunerationem à Deo expectat in futuro. Pudica verò vita famam bonam inter homines possidet, & de spe futuræ beatitudinis gaudet. Præsentibus semetipsam mirabilem facit, posteris memoriam amabilē relinquit. Bonis semper moribus delectatur & consentit, & assiduis scripturarum meditationibus & eloquiis animum vegetat. Bonorum præcedentium exēpla custodit, & inseparabilia perfectis contubernia nectit. Duobus ergo modis constat veræ pudicitiæ exercitatio, id est, corporis habitu & superficie, & animi effectu interno. Per exteriorem modum, iuxta Apostolum, coram hominibus exempla, per interiorem modum corā Deo prouidemus bona opera. Pudicitia nanque corporis, est alienas res non appetere, & omnem immunditiam deuitare: ante horam congruam nō gustare velle, risum non excitare, verba vana & falsa non loqui: habitum per omnia ordinatum, compositionémque conuenientem tam capillorum quam vestium sicut decet habere, cum indignis contubernia non inire, superciliosо intuitu neminem inspicere, vagari oculos non permittere, pompatico & illecebroso gressu non incedere, nulli inferior incœpto bono apparere, nulli contumeliam aut ruborem incutere, neminem blasphemare, senes non irridere, minori non cōtrouersari, de his quæ ignoras non tractare, etiā ea quæ scis non omnia proferre: hæc enim proximis amabilem hominem reddunt & Deo acceptabilem faciunt. Pudicitia verò animæ, est plus propter Dei oculos quam hominum bona opera facere, appetitionem turpium cogitationum compescere, omnes meliores se esse existimare, nemini inuidere, de semetipso nihil confidere, Dei semper auxilio res omnes committere, ante Dei oculos semetipsum constituere, hæretica prauitate sensum non maculare, catholicis per omnia consentire, Deo soli adhærere, castitatē internæ mentis Deo Christo offerre, omnia cœpta bona opera mortis tantum termino finire, præsentes tribulationes cū fortitudine negligere & paruipendere, in terra præter proximos nihil amare, cuncti amoris sui in cœlo thesaurum constituere, & pro omni bono actu mercedē à Deo in cœlestibus sperare. Pudicitia ornamentū nobilium est, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debilium, prosperitas laborantium, solamen iustorum, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, defensio criminū, multiplicatio meritorum, creatoris Dei omniū amica. Non est cum fœminis conuersandum.

Pudicitia duplex.

A Lib. de singularitatē clericorum. Separamini deprecor, separamini à contagione pestifera. Quantumcunque fuerit vnusquisque longius ab aduersis, tantum non sentit aduersa. Et minus voluptatibus stimulatur, vbi non est frequentia voluptatum. Et minus auaritiæ molestias patitur, q̄ diuitias non videt. Et infra subdit ibidē. Aculeus peccati substantia est forma fœminea: & mortis conditio non aliunde surrexit, quam de muliebri substantia. Quia Salomon ad nostrā sollicitudinem rememorat dicens, A muliere factū est initium peccati, & propter hanc omnes morimur. Inde mortales tenemur, nec teneri timemus. Quid si iam immortales essemus? Tempus

Apud D. Cyprianum.

Aculeus peccati forma mulieris.

B verò luctaminis adhuc geritur, & mors per fœminam adhuc vsque grassatur. Per mulierem liberauit nos qui dicitur Christus, sed inde adhuc morimur, & ideo formidare debemus. Tunc enim liberatio ipsa constabit in fœmina, si à nobis reuincatur culpa quæ per fœminam venerat. Cæterum si adhuc per mulieres circa nos scādala dominantur, liberationis Christi fecimus pro certo dispendium. Siquidem in futurum nobis spes ista libertatis manet fidei nostræ Christum credimus contulisse: vt tunc nobis mulier omnino non noceat, cum & ipsa mors fuerit euacuata. Nam si modo putamus non intentabiles esse mulierum iaculis, nihil ergo restat cœlestibus regnis. Non immeritò tales Apostolus increpat dicens, Iam satiati estis, iam diuites facti estis: sine

Transposita paucula.

C nobis regnatis, & vtinam regnetis. Mentior si nō videmus exinde interitus plurimorum. Quanti & quales Episcopi & clerici simul & laici post confessionem victoriarúmque calcata certamina, post magnalia & signa & mirabilia vsquequaque monstrata, noscuntur cum his omnibus naufragasse, cum volūt in naui fragili nauigare? Quantos leones domuit vna infirmitas delicata, quæ cum sit vilis & misera, de magnis efficit prędam? Et ideo infra. Miramur si Adam per Euā seductus est, quem nulla morientium exempla præcesserant, nisi vna tantum iussio constrinxerat, cum modo nos nec innumerabiles mortes, nec infinita iussa compescant? Quibus dicitur cōuenienter secundum increpationem Domini. Si Sodoma† vidisset mortes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiā egisset. Longe sit pestis ista, & lues & clandestina pernicies.

Adam seductus ab Eua.

† Alij legūt, si Adam.

D O quam inordinabilis fœminæ propinquitas iaculatur, cuius vicinitas est delictorū latrociniū. Non est in hac societate synceritas approbabilis, quæ collisiones habet velut quibusdam fluctibus turbulentas. In hac familiaritate non habitat amica concordia: quoniam non nisi discordantes inimicitias creat. Fecit equidem Dominus viro mulierem adiutricem, sed serpentis inuidia personā sumpsit hostilem. Quod si illa de viro suo nata vsque hodie ipsum cui coniungitur tentat: quanto magis illa quæ copulatur nulla lege coniūcta? Et si illi qui duo sunt, in carne vna cōiuncti, † tentationibus mutuis inuicē punguntur, quid faciēt ij qui in vna carne nec nati nec iuncti sunt? Præ-

† Aliàs, concreti.

fertim quia nec Deum iam inuocare permittitur, qui charitate alterius auocatur: nec finitur cogitare Diuina, qui sibi quæsiuit cui exhiberet domesticam curã. Propter quod sic Apostolus cõsulit, Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quomodo placeat Domino. Quid est nũc quod in hac cõiunctione delectet, in qua solæ sunt pugnæ? Aut quæ vtilitas fauet, vbi non sunt officia coniugalia: quando nec ipsa possunt esse secura? Casuale est omne quod fœminæ est, & eius copulatio semper infesta est. Fœdere suo magnas molestias præstat, & cui adhæserit contra fas, insanabilem ingerit plagam. De carbonibus scintillæ dissiliunt, de ferro rubigo nutritur: morbos aspides sibilant, & mulier fundit concupiscentiæ pestilentiam. De fœminæ malitia, dicit in eodem libro. Si singulares pene vix durant carnales insidias sustinere, quid faciunt illi qui ex vtroque latere gladiis impẽdentibus nõ cunctantur incũbere. Plus dico, Si mariti & vxores desideria coniugalia quotidie gerentes sibi non sufficiunt, quid agunt illi qui ad augendas impugnationes fœminis sociantur? Ex improuiso enim vel transeunter ad horã fœmineus aspectus occurrens, velut sagittas alienis oculis iactat. Quando libera adhuc non est simplex reuerentia, quid illic geritur, vbi libertatis sumit mulier in contubernalitate constantiam? quando in domesticis negotiis nunc lacertos ac femora lanificis operibus nudat, nunc æstuãs detegit membra, nunc fatigata iactatur, aut in risum aliquando dissoluitur: nunc blãditias exhibet, & quod est venenosius super cuncta, psallere delectatur, aut canere? Cuius cantum tolerabilius est audire basiliscum sibilantem. Contra quam Salomon. Cum saltatrice noli assiduus esse, nec audias illam, ne forte dispereas in efficacia eius. Taceo reliqua, quæ magis sunt pudenda, quam dicenda: solum hoc dico, in dolore vel in ira mulierem etiam iratam† conspicere, iam non est sine mulcedine. Quid dulcius† si videas iocantem, aut quod est deterius blandientẽ? Semel dixerim. Omnis inconueniens sodalitas mulierum gluten est delictorũ, & viscus toxicatũ quo diabolo aucupatur. Et probat quodãmodo, in sermone de nuptiis. Quod dico in memoria figite. De salute cogitantes non decet dormitare. Vigilet cor vestrum ad ista quæ audistis, & nolite contemnere. Nam si quis contempserit non hominem, sed Deum contempsit: habiturus in die iudicij æternum supplicium. Attendere decet ad decẽ præcepta legis, in quibus in nouissimo inuenitur concupiscentia prohibita. Inquit, Non concupisces. Ex concupiscentia enim tanquam ex matre, cœperunt multa incommoda. Duæ nanque res insanabiles exinde nascuntur, videlicet libido & auaritia. Quibus duæ virtutes contrariæ sunt oppositæ. s. pudicitia & continentia. Hæc inter se quotidie præliantur. Ecce enim in Ioseph pudicitia bellum gerit cum muliere impudica, & vincit. Appetitur nanque puer Hebræus, odiens semper impudicum fœmineum genus: preces fundit impudens fœmina, sed firma est pueri pudicitia. Apprehensus relictis indumentis liberatur fuga: incredibile dictu. Dat terga, & vincit spoliatus. Ecce victa est concupiscentia mulieris & insana malitia, gloriosa vnius pueri continentia. Reuera iter mali ad hominem mulier ab initio fuit. Mortis porta, discipula serpentis, diaboli cõsiliaria, fur arboris, fons deceptionis, canicula operum Diuinorum, rubigo sanctorum: vultu sanctissimos elisit, & homines iam pene Angelos factos, facie periculosa deiecit, cuius latrocinia peruenerunt ad sydera, facies in terris posita, in alto emisit scandala, inurendo multitudinem virorum: quæ tanta calamitas rerum Paradisum cõpilauit & cœlum. Quid aliud mulier quam fornicũ decipulæ, quam insidiosa deceptrix, quàm peruersa & amarissima pestis: quæ laqueo blãdo incautos semper elisit, & toxico aut veneno innumerabiles lethaliter cruciauit? Quid aliud mulier quam laqueus diaboli aucupantis, quæ vermiculo libidinum ex alto sæpe deiecit imprudentes? Sed quid tantum cum muliere litigamus, cum Deus qui mortem resurrectione mutauit, etiam fœminæ mores in virgine Maria renouauerit? Effecit enim vt quantũ per diabolũ nocuerat luxuria, multo magis per Christũ triũphans ꝓdesset laudabilis cõtinentia. Nos igitur à saltationibus & immũdis verbis abstineamus, vt possimus impetrare in necessitatibus quodcunque à Domino postulamus. Quælibet fœmina habet in scriptura bene viuendi quod imitetur exẽplum. in communibus sermonibus, sermone xxvj. Tres gradus professionũ sunt in Ecclesia sancta catholica: sunt virgines, sunt viduatæ, sunt cõiugatæ. Virgines exhibent fructum centesimum, viduæ sexagesimum, coniugatæ verò trigesimũ. Alius quidem exhibet amplius, alius minus, omnes tamen in cœlesti horreo recondũtur. Virgines ergo cogitent Mariam, viduæ Annam, cõiugatę Susannam. Imitentur illarum castitatem in hoc sæculo, vt cœlesti sponso iungãtur in cœlo. Bonæ enim virgines quæ non solum corpore, sed etiam corde & lingua virgines esse voluerũt, sanctæ Mariæ cum reliquo exercitu virginũ sociantur. Bonæ viduæ non deliciosæ, non linguosæ, non curiosæ, non inuidæ, non superbæ, quæ ieiuniis, eleemosynis & orationibus, exemplo beatæ Annæ seruiunt Deo, cum ipsa sociãtur, & multis millibus viduarum. Cõiugatæ verò & quæ sibi inuicem seruauerunt fidem, & extra se nihil cognouerunt, seipsasque tamen non nisi pro desiderio filiorum agnouerunt, & assiduè eleemosynas secundum earum facultates fecerunt, & inquantum potuerunt Dei præcepta seruauerunt, sancto Iob, & Sarræ, & Susannę, cum Patriarchis & Prophetis merebuntur fœliciter sociari.

FOENVM. Significat fœnũ gloriã tẽporalem. super Psal. lxxj. Omnis claritas hominis secundum temporalem sæculi celsitudinem fœno comparatur: quoniam à credentibus & vitam æternam iam sperantibus, spernitur fœlicitas tẽporalis, vt impleatur quod scriptum est,

1. Cor. 7.

Periculum à mulieribus.

Eccl. 5.

† Aliàs, angi, aliàs, frangi.

† Aliàs, dicimus.

Tom. 8.

Isa.

ptum est, Omnis caro fœnum. Homo fœno assimulatur ꝓpter peccatũ, super Psal. cj. Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meũ. Meritò, quia omnis caro fœnum. Sed tamen vnde hoc cõtingit? Quia oblitus sum comedere panem meum. Dederat enim Deus panẽ præcepti. Nam panis animæ quid est, nisi verbum Dei? Suggerente serpẽte, præuaricata muliere tetigit vetitum, oblitus est pręceptum. Meritò percussum est sicut fœnũ, & aruit cor eius, quoniam oblitus est manducare panem suum. Oblitus manducare panem bibit venenum. Ipse est ille percussus in Isai. de quo dicitur, & cui dicitur. Propter peccatum modicũ quid contristaui illũ, & aduerti faciẽ meã ab illo.

FERRVM. In tractatu de arbore interdicta, sermone primo. Ferrũ non est malũ, sed qui ad facinus vtitur ferro, ipse malus est. Nam vis nosse quia bonum est ferrũ? Vnus eo vtitur ad putandum vineã, alius ad perpetrandũ homicidium: alius se pascit ferro, alius innocentem perimit ferro: vnus ferro agrum colit, alius ferro insontem sanguinem fundit. Vnus operatur ferro vt vitam sustentet suam, alius autem ferro vitã eripit alienam. Nã & iudex gladiũ portat, vt reũ puniat, & innocẽtẽ absoluat.

FESTIVITAS. Piè festa sunt instituta, in sermone viij. de resurrectione Domini. Christus non solum nostræ redemptiõis causa diuersarum infirmitatum genera subiit, verum etiam sacri cultus ritum, per diuersas festiuitatum gratias æternæ beatitudinis causa nobis efficit vt multum inertiæ somnum, non tam inuiti quã voluntarij, sanctæ religionis dulcedine prouocante, magnarum solennitatum aduentu fugere compellamur. In sermone xxiij. eiusdem temporis. Quod semel factum est, tamen solennitas tanquam sæpius fiat, reuolutis temporibus iterat. Nec tamen contraria sunt veritas & solennitas: quia quod semel est factũ in rebus, veritas indicat: hoc sæpius celebrandum impiis cordibus solennitas renouat: Veritas quæ facta sunt, sicut facta sunt aperit: solennitas autem non ea faciendo, sed celebrando, nec præterita præterire permittit. Sic intelligi arbitror, quod in psalmis scriptum est. Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem solennem celebrabũt tibi: vt quod debemus temporaliter gestis hominis, cogitatio memoriæ commendaret: ideo cogitatio hominis intuens veritatem Domino confitetur, reliquiæ verò cogitatiõis, quæ sunt in memoria notis temporibus non cessant celebrare solennia, ne cogitatio cognoscatur ingrata. Sẽper habemus festũ, in sermone primo de Rebecca. Dicite mihi vos, qui tantummodo festis diebus ad Ecclesiam conuenitis, cæteri dies nõ sunt festi, aut non sunt dies Dominici? Iudæorum est, certos & tantos dies obseruare solennes. Ad eos Dominus dicit sic, Solennitates vestras & sabbata vestra odiuit anima mea. Odit enim Deus eos qui vna die putant festum esse Domini, & non alia. Christiani autẽ omni die carnes agni cõmedũt .i. carnes verbi quotidie sumũt: ideo omni die festum colunt. Pascha enim nostrum immolatus est Christus. Qualiter festa sunt celebrãda. In sermone primo de aduentu Domini in carne. *Tom. X.* Quotiescũq; aut natalẽ Domini, aut reliquas solenitates celebrare disponitis, ebrietatẽ ante omnia fugite, iracundiæ quasi bestiæ crudelissimæ repugnate, odiũ velut venenum mortiferum de corde vestro repellite, & tanta in vobis sit charitas, quæ non solum vsque ad amicos, sed etiã vsq; ad ipsos perueniat inimicos, vt securi possimus dicere in oratione Dominica. Et dimitte nobis debita nostra, &c. Nobis prodest colere festa. in sermone ix. de natiuitate sancti Ioannis baptistæ. Cum sanctorum glorias colimus, nõ eis aliquid beneficij præstamus, sed nobis maximũ lucrum cõnquirimus. Vnde super Psal. lxxxviij. *Tom. VIII.* sermone ij. Tenete omnes vnanimiter Deũ patrem & matrem Ecclesiam. Natalitia sanctorũ cum sobrietate celebrate, vt imitemini eos qui præcesserunt, & gaudeant de vobis qui orant pro vobis: vt benedictio Domini in æternũ maneat super vos. Sed de festo gloriæ. super Psal. xlj. *Tom. eod.* In domo Dei festiuitas sempiterna est. Nõ enim aliquid ibi celebratur & transit. Festum sempiternum, chorus Angelorum: vultus præsens Dei, lætitia sine defectu. Dies festus ita est, vt nec aperiatur initio, nec fine claudatur.

FICTIO & fictus. Li. xiij. de ciuitate Dei, *Tom. V.* cap. vlt. In Latina lingua obtinuit cõsuetudo, vt ij dicantur fingere, qui aliq̃d mẽdacio simulante componunt. Omnis fictus est *Tom. VIII.* superbus. super Psal. cxxj. Omnis superbus necesse est vt fictus sit. Necesse est vt velit videri quod non est. Et vtinam sic vellet videri, vt inueniretur falsò se videri quod non erat. Sed superbus quod peius est, iustum se vult videri cum nõ sit: & quia iustitiã intelligere difficile est, difficile est superbos agnoscere. Vnde lib. de salutaribus documentis. Ait enim Apostolus, Nemo se *Cap. 63.* circumueniat. Nemo seducat inanibus verbis: q̃a *Tom. IIII.* quæcunque seminauerit homo, hęc & metet. Nõ aliud loquamur ore, & aliud corde: ne simus Iudas & Herodiani. Alij in perditionẽ, alij in cõfusionẽ, alij in dissimulationẽ. Sed alij in veritate humilitatis. Ideo ad eum vero corde in plenitudinem fidei properemus, aspersi corda à consciẽtia mala. Teneamus fidei nostræ confessionẽ indeclinabilem, & bonorũ operũ inchoationẽ non deseramus, sicut est consuetudinis quibusdam: sed consolantes tantomagis, quanto viderimus appropinquare diem iudicij. Vnde lib. de vera inno *Cap. 66.* cẽtia. Difficillima ac laboriosa sunt figmẽta mẽ *Tom. III.* dacij. Qui autem verum dicit non laborat: quietiores enim sunt boni quam mali, & absolutiora sunt verba veracium, quam commenta fallaciũ. *Lib. 2. de verbis Dom. ser. 9. ordine 31.*

FICVS. Arbor ficulnea genus humanũ est. Triẽnium autem, tria tempora sunt, vnum ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia. *Tom. X.* Non est autem importunum vt arbore ficulnea intelligatur genus humanum. Primus enim homo quando peccauit foliis ficulneis pudenda velauit. Hæc velauit, vnde nati

ſumus membra. Quæ enim ante peccatum fuerāt glorianda, poſt peccatum pudēda facta ſunt. Deniq; nudi erant, & nō cōfundebātur. Quia nō erat vnde erubeſcerēt, quādo peccatū nōdū præceſſerat, nec poterāt de ſui creatoris operibus erubeſcere, quia eis nullum opus ſuū miſcuerant. Natum eſt de illis poſt peccatum genus humanū, id eſt, homo de homine, obnoxius de debitore, mortalis de mortali, peccator de peccatore. Hos ergo appellat in hac arbore, qui per omne tempus fructum dare noluerunt, & imminebat ſecuris radicibus arboris infructuoſæ. Intercedit colonus, differtur ſupplicium, vt adhibeatur auxiliū. Qui aūt intercedit colonus, eſt omnis ſanctus, qui intra Eccleſiā orat pro eis qui ſunt extra Eccleſiā infideles dicens. Dimitte illam & hoc anno, id eſt, tēpore iſto ſub gratia, parce peccatoribus, parce infidelibus, parce ſterilibus, parce infructuoſis. Circunfodio eam, & adhibeo cophinum ſtercoris. Si fecerit fructum, bene, ſin autem minus, amputabis eam, quando ſcilicet venies in iudiciū, iudicare viuos & mortuos, interim modo parcitur. Quid autē foſſa? Quid eſt circunfodere, niſi humilitatē pœnitentiā, & patientiā docere? Foſſa enim humilis terra eſt. Cophinū ſtercoris, in bono intellige. Sordes ſunt, ſed fructum dant. Sordes cultoris, dolor eſt peccatoris. Qui agunt pœnitentiā, in ſordibus agunt, ſi tamen intelligant, & veraciter agunt. Huic ergo arbori dicitur. Agite pœnitentiā, appropinquabit enim regnū cœlorū. Super Pſal. xxxj. Arborē fici quando vidit Chriſtus ſola folia habentem, maledixit & aruit: quia quando videt ſola verba abſque facto, Areſcat, inquit, nec folia poſsit habere.

Cap.20.
Tom.IIII.

FIDES. Definitur fides lib. de mēdacio. Fides appellata eſt in Latina lingua ex eo quia fit quod dicitur. Quam manifeſtum eſt non exhibere mētientem. In epiſtola xviij. ad Hierony. Fides in Latino ſermone ideo appellata eſt, quia fit quod dicitur.

Tom.II.
Epiſt.19.

In ſermone primo ſuper illud Micheæ. Indicabo tibi homo quod ſit bonū, & quid Deus requirat à te. Credere in Chriſtum, fides vocatur. Et ſcriptum eſt. Iuſtus ex fide viuit. Sic credite. Difficile eſt enim vt male viuat, qui bene credit. Credite ex toto corde. Credite nō claudicātes, nō hæſitātes, non contra ipſam fidē humanis ſuſpicionibus argumentātes. Fides appellata eſt ab eo, quod fit quod dicitur. Duæ ſyllabæ ſonantur, cum dicitur, fides. Prima ſyllaba eſt à facto, ſecunda à dicto. Interrogo ergo te vtrum credas, dicis, Credo. Fac quod dicis, & fides eſt.

Tract.40.
Tom.IX.
Tom.X.
Tom.V.

Super Ioannem. Quid eſt fides, niſi credere quod non vides? Lib. de verbis Apoſtoli, ſermone xiiij. Fidelis dicitur à fide: fides, à credendo. Lib. iiij. de ciuitate Dei, cap. xx. Fides eſt cui primum & maximum officium eſt, vt in verum Deum credatur.

Cap.13.
Tom.III.

Vnde lib. de agone Chriſtiano. Fides in Eccleſia breuiſsimè traditur, in qua commendantur æterna, quæ à carnalibus nondum intelligi poſſunt: & temporalia præterita & futura, quæ pro ſalute hominū geſſit, & geſtura eſt æternitas Diuinæ prouidentiæ.

A Credamus ergo in patrem & filium & ſpiritum ſanctū: hæc æterna ſunt & incōmutabilia. i. vnus Deus vnius ſubſtantiæ trinitas æterna: Deus ex quo omnia. Ideo lib. iij. de verbis Domini, ſermone xxvj. Fides noſtra, id eſt, fides vera, fides recta, fides catholica, non opinione præſumptiōis, ſed teſtimonio lectionis collecta, nec hæretica temeritate inſerta, ſed Apoſtolica veritate fundata. Vnde ſuper Ioannē, tract. lxviij. Super illud. Vado vobis parare locum. Fides eſt qua eorum, qui Deum viſuri ſunt, quandiu peregrinantur, corda mundantur: quod non videt credit. Nā ſi vides, non eſt fides. Credenti colligitur meritum, videnti redditur præmium. Eat ergo Dominus parare locum. Eat ne videatur, lateat vt credatur. Tūc enim locus paratur, ſi ex fide viuatur. Creditus deſideretur, vt deſideratus habeatur. Deſiderium viſionis præparatio eſt manſionis.
B Ita Domine para quod paras, nos enim tibi paras, & te nobis paras: quoniā locum paras, & tibi in nobis, & in te nobis. Tu enim dixiſti. Manete in me & ego in vobis. Quātum quiſque fuerit particeps tui, alius minus, alius amplius, hæc erit diuerſitas præmiorum pro diuerſitate meritorum: hæc erit multitudo manſionum, pro diſparilitate manſorum: ſed tamen omnium in æternitate viuorum & ſine fine beatorum. Quid eſt quod vadis? Quid eſt quod venis? Si bene te intelligo, nec vnde vadis, nec vnde venis, recedis. Vadis latendo, venis apparendo, ſed niſi maneas regēdo, vt proficiamus bene viuendo: quomodo parabitur locus, vbi poſsimus manere perfruendo?

Eſt autem ipſa fides per gratiam. lib. de patiētia. Gratia dat merita, non meritis datur. Præuenit fidem, ex qua omnia bona opera incipiunt.
C Porrò ipſa gratia non ſolum adiuuat iuſtum, verum iuſtificat impium. Et ideo etiam cum adiuuat iuſtum, & videtur eius meritis reddi, nec ſic definit eſſe gratia: quoniam id adiuuat quod ipſa largita eſt. Propter hanc itaque gratiam, quæ cūcta bona merita præcedit humana, non ſolū Chriſtus occiſus eſt ab impiis, verū etiā & pro impiis mortuus. Lib. primo de prædeſtinatione ſanctorum. Initium fidei noſtræ ex quo eſt, niſi ex Chriſto: ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia? Ibidem. Fides & inchoata & perfecta, donum Dei eſt: & hoc donum quibuſdam dari, & quibuſdam non dari omnino non dubitet qui non vult manifeſtiſsimis ſacris literis repugnare.
D Cur autem non detur omnibus, fidelē monere non debet, qui credit ex vno omnes iſſe in condemnationem, ſine dubitatione iuſtiſsimam: ita & nulla eſſet Dei iuſta reprehenſio, etiam ſi nullus inde liberaretur. Vnde cōſtat magnā eſſe gratiā, quod plurimi liberātur: & quid ſibi deberetur, in eis qui nō liberātur agnoſcūt: vt qui gloriatur, non in ſuis meritis quæ paria videt eſſe damnatis, ſed in Domino glorietur. Cur autē potius iſtū quam illū liberet, inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. In libro ad Sixtum circa mediū. Cur ille credat, ille non credat, cū ambo idē audiunt: & ſi miraculum in eorum

rum conspectu fiat, ambo idem videant: Altitudo est diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Eius inscrutabilia sunt iudicia: nec propterea iniusta, quia occulta. In libro de vera innocentia. Habere fidem, sicut habere charitatem, gratiæ est fidelium. Sed cum voluntas credendi aliis præparetur, aliis non præparetur à Domino, discernendum est quid veniat de misericordia eius, quid de eius iudicio. Vniuersæ enim viæ Domini misericordia & veritas. Inuestigabiles enim sunt viæ eius. Inuestigabilis igitur & misericordia quæ gratis liberat, & veritas quæ iustè iudicat. Nemo exigit quicquam ad id in quo ipse est, nisi in aliquantulum ad id in quo est ille descendat. Super Psal. xxxj. Prima intelligentia est, vt te noueris peccatorem: consequens intelligentia est, vt cum ex fide per dilectionem bene cœperis operari, non hoc viribus tuis, sed gratiæ Dei deputaueris. Ibidem. Nemo cõputet bona opera sua ante fidem, vbi fides non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides erigit. Nõ valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit aspiciat: quomodo lacertos optimę gubernationis dirigat. Quid valet si q̃s naué optime gubernet, & nõ in portũ sed in saxa festinet? Vnde quã sit necessaria, probat Lib. iij. contra epistolas Pelagianorum. cap. v. Nostra fides, hoc est, catholica fides, iustos ab iniustis non operum, sed ipsius fidei lege discernit. Quia iustus ex fide viuit. Per quam discretionem fit, vt homo ducens vitã sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei vllius alienæ, parentibus honorẽ debitum reddens, castus vsque ad continentiam ab omni omnino concubitu etiam coniugali, largissimus eleemosynarũ, iniuriarũ etiam patiẽtissimus, qui non solum non auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata, vel etiam venditis omnibus suis erogatisque in pauperes, nihil in suũ propriũ possideat, cum suis tamen istis velut laudabilibus moribus, si non in Deum fidem rectam & catholicã teneat, de hac vita damnandus abscedat. Alius autem habens quidem opera bona ex fide recta, quæ per dilectionem operatur: non tamẽ ita vt ille bene moratus incontinentiam suam sustẽtet honestate nuptiarum, coniugij carnalis debitum & reddit & repetit, nec propagationis causa, verum etiam voluptatis, quamuis cũ sola vxore concũbit, quod coniugatis secundũ veniã concedit Apostolus, iniurias tamẽ nõ patiẽter accipit, sed vlciscẽdi cupiditate fertur iratus, quamuis vt possit dicere, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, rogatus ignoscat: possidet rem familiarem, faciens inde quidem eleemosynas, non tam largas, quam ille: non aufert aliena, sed quamuis Ecclesiastico iudicio, non forensi, tamen repetit sua. Nẽpe iste qui moribus illo videtur inferior propter rectam fidem, quæ illi est in Deum ex qua viuit, & secundum quam in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus operibus bonis Deum laudat, sibi tribuens ignominiam, illi gloriam, atque ab ipso sumens & indulgentiã peccatorum & dilectionem rectè factorum, de hac vita liberandus, & in consortium cum Christo regnaturorum recipiendus emigrat. Quare hoc, nisi propter fidem? Quæ licet sine operibus neminem saluat, ipsa tamen est non reproba fides, quæ per dilectionem operatur, tamen per ipsam etiam peccata soluuntur, quia iustus ex fide viuit. Sine ipsa verò etiam quæ videntur bona opera, in peccata vertuntur: Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Vnde sic orat in libro de speculo. cap. j. Inuocat te trinitas beata, vox clara & syncerus clamor fidei meæ, quã ab ipsis mihi enutriẽs cunabulis illuminasti per inspirationem gratiæ tuæ: quam adaugens confortasti me per ministeriũ prædicationis Ecclesiæ matris. Quam dulcis facta est in ore cordis mei, quam suauiter sapit in palato gaudiorum animæ meæ, quã fortiter, quã crebro pulsat mentẽ meã, & mouet omnes sensus meos, & interiora mei spiritus, vt te laudare delectet, quia fecisti nos ad laudandum te? Sed inquieta est mens mea donec requiescat in te, & increpitans meæ desidiæ, ac colligens à dispersione qua frustatim distendor, dum ab vno te auersus in multa euanesco: vt reuersus in me & surgens supra me, atque cunctis transcensis perueniẽs ad te, exultem tibi cordis iubilo, & laudes promam oris officio, quatinus in meditatione confessionis gloriæ tuæ incalescat cor meum, & inhiet tibi spiritus meus, atque ardeat mens mea in amore tuo oblita vanitatis & miseriæ, dum tibi soli intendit, dúmque attonita & stupẽs adhæreret incommutabilitati gloriæ tuæ, oculísque fidei intuetur te solem iustitiæ, sicut scriptum est. Qui adhæret Deo vnus spiritus est &c. Ibidem infra. Obsecro, & misericordiam tuam supplex imploro, cunctorum fons & origo bonorum, largitor & conseruator virtutum Deus, adauge mihi fidem sanctam, rectam, immaculatam, fidem eruditam, catholicã, & prudentissimam, fidem feruentem, insuperabilem & orthodoxam: quæ in me omne quod tibi placet per dilectionem & humilitatem operetur, quæ vinci nequeat inter verba & verba altercationis in tempore persequutionis, vel in die necessitatis. Scrutãs corda & renes Deus, corã te est sanitas & infirmitas mea. Illã precor serua, istã sana. Coram te est scientia & ignorantia mea. Vbi mihi aperuisti, suscipe intrantem: vbi clausisti, aperi pulsanti: vt audiens intelligam te, & intelligens diligam te, & diligens laudem te, atque in toto corde meo desiderem pulchritudinẽ visionis tuæ semper inspicere. Audio quid vobis intimare vult scriptura tua sancta, quam sanctificasti & misisti in mundum. Audio & credo, sed adiuua credulitatem meam. Et quia fides est à Deo. ideo in libro ad Sixtũ, circa medium. Fides quæ per dilectionem operatur, est Christianorũ, non dæmoniorum. Nam dæmones credunt & contremiscunt, sed nunquid & diligunt? Nam si non crederent, non dicerent. Tu es filius Dei. Si autem diligerent, non dicerent, Quid nobis & tibi? Fides igitur ad Christum nos trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse

Tom. VIII. Tom. VII. Tom. IX. 1. Cor. 6. Cap. eod. Tom. II. Epist. 105.

diceret:Nemo potest venire ad me, nisi cui da- Io.6. est à pa.meo.Ac per hoc,& ab ipso Filio & à Spiritusancto.Neque enim separata sunt dona vel opera inseparabilis Trinitatis, sed filius sic honorans patrem,non affert vllius distantiæ documētum,sed magnum præbet humilitatis exemplū.

Propterea dicit lib.50.homil.homil.xvij.Vt Tom.X. noueritis etiam fidem à Domino Deo esse in nobis,orate pro iis qui nondum crediderunt.Si qs habet amicum vnicum infidelem,moneo illum vt oret pro illo.Verè opus est vt ego illum moneam.Maritus Christianus est,vxor infidelis est, oret pro vxore sua,vt credat.Vxor est Christiana,maritus infidelis,oret mulier religiosa ꝑ marito suo,vt credat.Quando hoc orat qui orat,q̄d orat,nisi vt det illi Deus fidem?Ergo donū Dei est fides.Nemo se extollat, nemo sibi arroget, quasi sibi dederit.Sed qui gloriatur, in Domino glorietur. Cap.2. Tom.VII. Libr.primo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum,circa principiū. Ipsum credere nihil aliud est,quam cum assensione cogitare.Non enim omnis qui cogitat credit, cum ideo cogitent plerique,ne credant:sed cogitat omnis qui credit. Quod ergo pertinet ad religionem atque pietatem,de qua loquitur Apostolus: si non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis ipsis,sed sufficiētia nostra ex Deo est: profecto non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobisipsis,quod sine cogitatione nō possumus,sed sufficientia nostra qua credere incipimus,ex Deo est.Quocirca sicut nemo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcunque opus bonum,sed in opere bono & in incipiēdo,& perficiendo,sufficiētia nostra ex Deo est: ita nemo sibi sufficit vel ad incipiēdam, vel perficiendam fidem,sed sufficientia nostra ex Deo est:quoniam fides si non cogitetur, nulla est: & nos non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis &c. Cap.5. Ibidem, infra. Sit gratia naturæ attributa, qua sumus animalia rationalia, discernimúrque à pecoribus:sit etiā gratia naturæ attributa, qua in ipsis hominibus,à deformibus pulchri, vel ingeniosi discernuntur à tardis. Et subdit infra. Vt enim sit naturæ fidem posse habere, nunquid Cap.eod.inf. & habere?Non enim omnium est fides,cum fidē posse habere sit omniū.Nunc autem ait Apostolus.Quid enim habes quod non accepisti?Proinde posse habere fidem,sicut posse habere charitatem,naturæ est hominum : habere autem fidem quemadmodum & charitatē, gratiæ est fideliū.

Cap.21. Tom.IIII. Eadē fides est nostra quæ & antiquorū. Libr. de patiētia.Antiqui iusti ante incarnationē verbi in hac fide Christi,in hac vera iustitia,quod est nobis Christus,iustificati sunt:hoc credentes futurū,quod nos credimus factū.Et ipsi gratia salui facti sunt per fidē,& non ex seipsis,sed Dei dono:nō ex operibus,ne forte extollerentur.Bona quippe opera eorū non præuenerunt Dei misericordiā,sequuta sunt.Ipsi quippe audierūt,ipsi scripserūt longe antequā Christus veniret in carne.

Tract.45. Tom.IX. Super Ioannē.Tēpora variata sunt, non fides: quia eadē fides vtrosq; cōiungit,& eos qui crediderūt venturū,& eos q̄ venisse iā crediderūt. Diuersis quidem tēporibus,sed vtrosque per vnū fidei ostiū.i.Christū videmus ingressos. In epistola ad Optatū Episcopū. Eadē fides est nostra & antiquorū,quoniā illi crediderūt futurū,quod nos credimus factū. Eundem spiritum fidei illi habuerunt,qui venturum in carnē Christū prænuntiauerunt,quem etiam illi qui eū venisse nuntiauerunt. In lib.ad Sixtum,circa principium. Tempora mutata sunt,non fides.Iustificatio per fidem Iesu Christi data est, datur & dabitur credentibus:quia fides Dei donum est sicut & gratia,non merces.Nemo penitus glorietur fidē se ex proprio sensu genuisse in se,per quē Deo credere possit. Sed agnoscat tā ante legē,quā sub lege & post legem,per illuminationē quæ à Deo patre est,vnicuique reuelatā ad salutem. Vnde dicit Petro.Beatus es Simon &c. Vnde est vna fides.lib.ij. de peccatorum meritis & remissione & baptismo paruulorum.Vna fides est quę omnes saluos facit, qui ex carnali generatione spiritualiter renascuntur terminata in eo,qui venit pro nobis iudicari & mori, iudex viuorū & mortuorū. Vnde est nobis necessaria fides.li. xiij.de Trinitate,ca.vij.In ista mortali vita erroribus ærumnísque plenissima,præcipuè fides est necessaria,qua in Deum creditur.Nō enim quæcunque bona,maximéque illa quibus quisque fit bonus,& illa quibus fiet beatus,vnde nisi à Deo in hominem veniant,& homini accidāt inueniri potest.Cum autē ex hac vita ab eo qui in his miseriis fidelis & bonus est,vētum fuerit ad beatā, tunc erit naturæ,quod nunc esse nullo modo potest,vt sic homo viuat,quomodo vult. Nō enim volet malè viuere in illa fœlicitate,aut volet aliquid quod deerit,aut deerit quod voluerit. Quicquid amabitur, aderit:nec desiderabitur q̄d non aderit.Omne quod ibi erit,& summus Deus & summum bonum erit:atque ad fruendum amātibus præsto erit,& quod est omnino beatissimū, ita semper fore certum erit. Ideo post hanc vitā non erit necessaria.Lib.xiiij.eiusdē,cap.iiij.Fides hoc non erit,quando ista peregrinatio finietur,qua peregrinamur à Domino,vt per fidē ambulare necesse sit,species illa succedet, per quā videbimus facie ad faciem:sicut modo non videntes,támen quia credimus videre merebimur, atque ad speciem nos per fidem perductos esse gaudebimus.Neque enim iam fides erit qua credantur quæ non videntur, sed species qua videantur quæ credebantur. Lib. confessionū. Non iam opus habet baptismo,quo opus est gentibus:sicut opus habebat cum aquis tegeretur.Nō enim intratur aliter in regnum cœlorum ex illo quo instituisti, vt sic intretur : nec magnalia mirabiliū quærit quibus fiat fides.Neque enim nisi signa & prodigia viderit,nō credit,cū iā distincta sit terra fidelis,ab aquis maris infidelitate amaris, & linguæ in signo sunt nō fidelibus, sed infidelibus.

Differt aūt fides à spe.in Enchiri.cap.v.Quid sperari pōt quod nō creditur?Porrò aliq̄d quod nō speratur,credi potest.Quis nāque fideliū pœ-

nas non

rius non credit impiorum, nec ſperat tamen? Et quiſquis eas ſibi credit imminere, ac ſagaci motu animi exhorret, rectius dicitur timere quam ſperare. Quæ duo quidem diſtinguens ait Lucanus, Liceat ſperare timenti. Non autem ab alio Poëta, quamuis meliore, propriè dictum eſt,

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

Denique nonnulli in arte grammatica, verbi huius vtuntur exemplo, ad oſtendendam impropriã dictionem, & aiunt, ſperare dixit, pro timere. Eſt itaque fides bonarum & malarum rerum: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona nõ mala. Eſt etiam fides præteritarum rerum, & præſentium & futurarũ. Credimus enim mortuũ Chriſtum, quod iam præteriit: credimus ſedere ad dexteram patris, quod nunc eſt: credimus venturum ad iudicandum, quod futurum eſt. Item fides & ſuarum rerum eſt, & alienarum. Nam & ſe quiſque credit aliquando eſſe cœpiſſe, nec fuiſſe vtique ſempiternum, & alia atque alia. Nec ſolum de aliis hominibus multa quæ ad religionẽ pertinent, verum & de Angelis credimus. Spes autem non niſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarum, atque ad eum pertinentium qui earum ſpem gerere perhibetur. Quæ cum ita ſint, propter has cauſas diſtinguenda erit fides à ſpe: ſicut vocabulo ita & ratiõabili differẽtia. Nã quod attinet ad nõ videre, ſiue quæ credũtur ſiue quæ ſperantur fidei ſpeíque cõmune eſt. In epi. quippe ad Heb. qua teſte vſi ſunt illuſtres catholicæ fidei ac regulæ defenſores: Fides eſt dicta cognitio rerũ quæ non videntur. Quãuis quiſque quando ſe non verbis, non teſtibus, nõ denique vllis argumentis, ſed præſentiũ rerũ euidẽtiæ dicit credidiſſe, hoc eſt, fidẽ accõmodaſſe, non ita videtur abſurdũ, vt rectè reprehẽdatur in verbo, eíque dicatur. Vidiſti, ergo nõ credidiſti. Vnde putari poteſt nõ eſſe cõſequẽs vt nõ videatur res quæcũque creditur: ſed melius hãc appellamus fidẽ, quoniã Diuina eloquia docuerunt, earũ. ſ. rerũ quæ nõ videntur. De ſpe quoq; Apoſtolus ait. Spes quæ videtur nõ eſt ſpes. Quod quis videt, quid ſperat? Si aũt qđ nõ videmus ſperamus, per patiẽtiã expectamus. Cũ enim Dei bona nobis futura eſſe credũtur, nihil aliud quã ſperãtur. Iã de amore quid dicã, ſine quo fides nihil prodeſt? Spes verò ſine amore eſſe nõ põt. Denique vt ait Apoſtolus Iacobus, Et dæmones credũt, & cõtremiſcũt: nec tamẽ ſperãt vel amãt, ſed potius quod ſperamus & amamus credẽdo vẽturũ eſſe formidãt. Propter quod & Apoſtolus Paulus fidẽ quæ per dilectionẽ operatur, approbat atque cõmẽdat, quæ vtique ſine ſpe eſſe nõ poteſt. Proinde nec amor ſine ſpe, nec vtrũque ſine fide. Differt fides à credere. Li. xiij. de Trinitate. ca. ij. Ex vna doctrina impreſſam fidem credentiũ cordibus ſingulorũ qui hoc idem credũt veriſsimè dicimus. Sed alia ſunt quæ credũtur, aliud fides qua credũtur. Illa quippe in rebus ſunt, quæ vel eſſe vel fuiſſe vel futura eſſe credũtur: hoc aũt in animo credẽtis eſt. Lib. xiiij. eiuſdẽ. Fides nõ eſt quod creditur, ſed qua creditur. Et tamẽ credẽtiũ fides vna. Li. xiij. eiuſdẽ,

A cap. ij. Ita dicitur eadẽ credẽtiũ fides vna, quemadmodũ volẽtiũ volũtas vna: cũ & in ipſis q̃ hoc idẽ volũt ſua voluntas ſit cuique cõſpicua, alterius autem lateat, quãuis idẽ velit. Etſi aliquibus ſignis ſeſe indicet, potius quam videatur. Fides eſt virtus animæ. Lib. de catechizãdis rudibus. Fides nõ eſt res ſaltãtis corporis, ſed credẽtis animi. *Tom.IIII.*

Vnde lib. ij. de Trinitate, ca. ij. Quãuis ex auditu in nobis facta ſit, nõ tamẽ ad eũ ſenſum corporis pertinet qua appellatur auditus: quoniã nõ eſt ſonus: nec ad oculos huius carnis, quia nõ eſt color, aut corporis forma: nec ad eũ qui dicitur tactus, quoniã corpulẽtiæ nihil habet: nec ad vllũ omnino corporis ſenſũ quoniã cordis eſt res iſta, non corporis: nec foris eſt à nobis, ſed in intimis noſtris: nec eã quiſque hominũ videt in alio, ſed vnuſquiſque in ſemetipſo. Denique põt & ſimulatione cõfingi, & putari eſſe in quo non eſt. Suã *Tom.III.*
B igitur quiſq; fidẽ apud ſemetipſum videt: in altero aũt credit eã eſſe, ſed non videt: Et tanto firmius credit, quãtũ fructus eius magis nouit, quo operari ſolet fides per dilectionẽ. Nã faciliter capitur ipſa fides. ſuper Ioannẽ, tract. xcviij. Omnis ſermo quo agitur vt nõ ſolũ credatur, verum etiã intelligatur, ſciatúrq; quod dicitur: percipere talia non valentibus, oneroſus eſt, faciliúſque illos premit quam paſcit. Ex quo fit vt ſpirituales iſta carnalibus non omnino taceant, propter catholicam fidem quæ omnibus prædicanda eſt: nec tamen ſic diſſerant, vt volentes eam perducere ad intelligentiam non capacem facilius faſtidiri faciant in veritate ſermonẽ, quam in ſermone *Tom.IX.*
C percipi veritatem. In quo ſit laus fidei, in eodẽ, tract. lxxix. Hæc eſt laus fidei, ſi quod creditur non videtur. Nam quid magnum eſt ſi id creditur, quod videtur: ſecundum illam Domini ſententiam, quando diſcipulo dicit. Quia vidiſti me, credidiſti: beati qui non viderunt & crediderunt? Et neſcio vtrũ credere dicendus ſit, q̃ſquis credit quod videt. Nã ipſa fides etiã in epiſtola quæ dicitur ad Hebræos, ſic diffinita eſt. Eſt autẽ fides ſperãtiũ ſubſtãtia, conuictio rerum quæ non videntur. Quapropter ſi fides eſt rerum quæ creduntur, eadémque fides rerum eſt earum quæ non videntur. Lib. ij. de peccatorũ meritis, vt ſupra. Laus fidei nõ eſſet, nec omnino fides eſſet, ſi homines in credẽdo prœmia viſibilia ſequerẽtur: hoc eſt, ſi fidelibus merces immortalitatis in hoc ſęculo redderetur. Super epiſt. ad Gal. Nõ viuit *Tom. eod.* *Tom.VII.* *Tom.IIII.*
D ex fide, q̃ſq̃s præſentia quæ vidẽtur nobis, cupit vel timet: q̃a fides Dei ad inuiſibilia pertinet, quę poſtea dabũtur. Li. de vera inno. ca. cclxij. Laus fidei nõ eſt viſa credere: præmiũ erit, creditorũ adeptiõe gaudere. Et ideo lib. iij. de verbis Domini, ſerm. xxvij. Exigitur in nobis fides qua credimus quod nõ videmus, vt mereamur videre qđ credimus. Quicũq; irridet hãc fidẽ, vt ideo putet nõ ſibi eſſe credendũ q̃a nõ videt, quãdo venerit qđ nõ credebat erubeſcit, & cõfuſus ſeparatur, ſeparatus dãnatur. Qui aũt crediderit, ſegregatur ad dexterã, & ſtabit cũ magna fiducia & lætitia, inter illos q̃bus dicetur. Venite benedict. pa. &c. *Ser. ord. 64.* *Tom.X.* *Mat. 25.*

Lib.de vera innocentia.Fides semper præue-
Cap.350. Tom.III. nit visionem.Credimus enim vt cognoscamus,
non cognoscimus vt credamus. Fides ergo est
quod non vides credere, veritas quod credidisti
videre. Eodem lib.Fides illorum qui Deum
Cap.351. visuri sunt, quod nõ videt credit:nam si videt,nõ
est fides:credenti colligitur meritum,vidẽti red
Cap.352. ditur præmium. Et quia fides est credere. in
eodem lib.Fides Christi, est credere in eum qui
iustificat impium:credere in mediatorẽ,sine quo
nullus reconciliatur Deo:Credere in saluatorem
qui venit quærere & saluare quod perierat: Cre
dere in eum qui dixit,Sine me nihil potestis face
re.Sed hanc fidem non apprehendit, qui ignorãs
Dei iustitiam,qua iustificatur impius, suam vult
constituere, qua conuincatur superbus. In ser
mone de Iacob & Esau.Antequam videas quod
videre nondum potes,crede.Ambula per fidem,
vt peruenias ad speciem.Species non lætificat in
patria,quem fides non consolatur in via. Et q̃a
laudanda ipsa fides,ideo lib.iij.de verbis Domi-
ni,sermone xxviij. Iam fideles nostros populos
de ipsa fide catholica confirmemus. Nullæ sunt
quippe maiores diuitiæ,nulli thesauri, nulli ho-
nores,nulla huius mundi maior substantia,quam
est fides catholica:quæ peccatores homines sal-
uat cæcos illuminat,infirmos curat,catechume-
nos baptizat,fideles iustificat,pœnitẽtes reparat,
iustos augmentat, Martyres coronat,virgines,
viduas,coniugatas casto pudore conseruat, cleri
cos ordinat,sacerdotes consecrat,regnis cœlesti-
bus præparat, in æterna hæreditate cum sanctis
Angelis communicat, sicut ipse Dominus pro-
mittendo confirmat.In resurrectione neque nu-
bent,neque.n.sed.e.equa.au.Dei. Qualiter sit
tenenda ipsa fides veraciter,super Psal.vij.Tenea
tur syncera fides, & ab omnium prauarum opi-
nionum labe purgata. Libro primo de trinita
Tom.III. te,cap.ij.Si quid aliquibus erga Deum vel amo-
ris est vel timoris,ad initium fidei & ordinẽ re-
deant,iam sentientes quam salubriter in sancta
Ecclesia medicina fidelium constituta sit: vt ad
perceptionem incommutabilis veritatis, imbe-
cillam mentem obseruata pietas sanet,ne in opi-
nionem noxiæ falsitatis temeritas inordinata
præcipitet. Quia,lib.50.homil.Fides plena &
perfecta est,quæ credit ex Deo esse omnia no-
Eph.3. stra bona & ipsam fidem. Tenenda est cordia-
liter.super Psal.xij.Christus in corde,fides Chri-
sti est.Ait enim Apostolus habitare Christũ per
fidem in cordibus nostris.In quo dormit fides,nõ
vigilat Christus:& si forte dormiebat fides tua,
& ideo fluctuabas,quasi nauis illa quæ tempesta
tem patiebatur,vbi Christus dormiebat: Excita
Tom.X. Christum,& sedabuntur tempestates. Ideo te-
nenda amabiliter & concorditer.Lib.50.homil.
homil.xvij.Apostolus dicit,pax fratribus,& cha
ritas cum fide.Incœpit à fine veniens ad initium.
Initium est enim in fide,finis in pace. Nos dica-
mus,Fides,charitas,pax.Crede,ama,regna. Si e-
nim credis & non amas,adhuc non discreuisti fi-
dem tuam ab eis qui tremebant & dicebant, Sci-

A mus quia sis filius Dei viui.Ergo tu ama:q̃a cha-
ritas cum fide ipsa te perducit ad pacem,verã,so-
lidam,& securam:vbi nulla pestis, nullus hostis.
Ipsa est finis omnium desideriorum bonorum.
Super Psal.xxxj.Opus fidei est dilectio, quia
dilectio vacare non potest,nisi vt mali nihil ope
retur:Quid enim facit dilectio?Declina à malo
& fac bonum. Lib.de agone Christiano, ver-
sus finem.Istius fidei simplicitate & syncerítate
lactati nutriamur in Christo,& cum paruuli su-
mus,maiorum cibos non appetamus, Sed nutri-
mentis saluberrimis crescamus in Christo,acce-
dentibus moribus bonis & Christiana iustitia,in
qua est charitas Dei & proximi perfecta & fir-
ma. Est tenenda vocaliter.lib.de fide & sym-
bolo quem scripsit in Affricano concilio Hippo
B niæ celebrato.Quoniam scriptum est,& Aposto
licæ disciplinæ robustissima authoritate firma-
tum,Iustus ex fide viuit,eáque fides à nobis offi-
cium exigit cordis & linguæ: ait enim Aposto-
lus,Corde creditur ad iustitiam,oris cõfessio fit
ad salutem:oportet nos esse,& iustitiæ memores
& salutis:quam quidem in sempiterna iustitia re
gnaturi,à præsenti sæculo maligno salui fieri nõ
possumus,nisi & nos ad salutem proximorum ni
tentes, etiam ore profiteamur fidem quam cor-
de gestamus. Tenenda est effectualiter. Libr.
de vita Christiana. Alios noui quos ita insipien-
tiæ & imprudentiæ tenebrosa ignorantia fallit
ac decipit,vt fidem quam habere se simulant si-
ne iustitiæ operibus, apud Deum sibi censeant
C profuturam:Et hoc erroris genere decepti, sine
metu crimina nefanda committunt, dum credũt
Deum non criminum,sed perfidiæ tantum vlto
rem.Et huiusmodi non solũ seipsos perisse cõtẽ-
ti sunt,sed & alios,in quibus nullum Diuinæ sciẽ
tiæ lumen est,suis nituntur laqueis implicare, &
impletur illa saluatoris nostri dicentis sententia.
Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueã
cadunt.Nam si nullum crimen, sed sola perfidia
condemnatur,ergo securi peccauimus & liberi,
& sine causa Deus dedit mandata iustitiæ, si sola
sine iustitiæ operibus fides prodest.Vnde hic tã
impius,tam scelestus,tam perfidus ignorãtiæ er-
ror obrepserit,scire non possumus: nisi fortè ex
illis qui hoc exemplo in lege veteri populũ sedu
cebant,& secum simul æternæ morti & perpe-
tuo tradebant interitu.De quibus scriptũ est. No
D lite audire sermones prophetarum qui prophe-
tant vobis,quoniá vani sunt ipsi,& visiones à cor
de suo loquũtur,& nõ ab ore Domini.Dicunt iis
qui repulerũt verbũ Domini,Pax erit vobis, &
omnibus qui vadunt volũtatibus suis. Omni qui
vadit in errore cordis sui,dicunt.Non veniẽt su-
per te mala.Multa quidem vobis, imo totius le-
gis testimonia aderant,quibus tam perniciosum
errorem destruere ac sepelire poteramus. Sed
ne legentem diutius fatigemus, sufficiant pau-
ca de plurimis. Respondeat ille mihi cuius
talis est sensus, Adam à Deo factus est homo
primus statim in principio mundi, perfidiæ,
an peccati causa damnatus est? In quo ni-
hil

hil fuisse incredulitatis inuenio, præter solã inobedientiã, cuius causa ille damnatus est, & omnes suo damnantur exemplo. Cain quoque nõ perfidiæ causa, sed quia fratrem interemerat cõdénatur. Quid plura? Vniuersus hic mundus vt diluuio interiret, nõ perfidię causa, sed criminũ lego fuisse. Sodoma & Gomorra, vt repentino cremarẽtur incendio, nullam causam incredulitatis inuenio, nisi peccatorũ & scelerũ: quod scriptura euidentissimè demõstrat & dicit, Homines Sodomitæ mali & peccatores erant in cõspectu Dei valdè. Populus ipse Iudaicus, vt tam frequenter interire videretur & corripi, nonne peccatorum causa præstabat? Sed dicit aliquis, Veteris legis tãtũ testimonium non accipio, nisi mihi & noui testamenti exempla protuleris. Accipe Ananiam & Saphiram, quos Apostolica sententia, non perfidiæ crimine, sed furti & mẽdacij causa damnauit. Forsitã dices, Vt quid ergo Apostolus dicit. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis? Ipsum qui hoc dicit lego hominẽ absentem etiã condẽnasse, quia vxorẽ patris acceperat. Intelligenda est ergo scriptura quæ sciẽtibus cõuenire videtur in omnibus. & non nisi solis, à quibus minimè intelligitur, discrepare. Iustificari enim Apostolus hominem per fidem sine legis operibus dicit, sed non sine illis operibus de quibus alterum Apostolum audio dicentẽ. Fides sine operibus mortua est. Paulus enim Apostolus de operibus legis loquutus est, hoc est, de circuncisione carnali, & neomenia, & sabbato, & huiusmodi cæteris, quæ lex fieri ante pręceperat, & iam Christi tempore non erant necessaria. Iste verò Iacobus de operibus iustitiæ loquitur, quæ qui non fecerit, verè mortuus est, quamuis se simulet esse fidelem. Sed dicit quis illud Apostoli dicentis, Corde enim creditur ad iustitiam, oris autem confessio fit ad salutem. Stulte, hoc baptismi impletur in tẽpore, quo vt baptizetur quis, sola confessio desideratur & fides. Nã quid tibi ipsius baptismi lauacrũ prodest, si sola sine iustitia fides quæritur? Baptismo enim peccata ablui, fides omniũ tenet. Si deinceps peccandũ est, abluisse quid prodest? Audi quid dicat Dominus homini semel sanato, Ecce sanus factus es, iã noli peccare, ne quid tibi deterius eueniat. Hoc & beatus Petrus Apostolus manifestissimè docet, ei qui deterius aliquid post agnitã iustitiæ viã peccauerit euenire, cum dicit. Si enim fugientes coinquinationes mundi, in cognitionem Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursum implici superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis nõ cognoscere viã iustitiæ, quam post cognitã retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mãdato. Contingit enim illis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Hoc & beatus Apostolus Paulus testatur & loquitur, Hominẽ post baptismi sanctificationẽ pristino errore peccantem, nõ sine ingenti pœnitentia cõseruari dicens. Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gusta-

A uerunt etiã donũ cœleste, & participes sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutésque sæculi venturi, & prolapsi sunt renouari rursus ad pœnitentiã, rursus crucifigentes sibimetipsis filiũ Dei, & ostentui habentes. Quendam ad saluatorẽ accessisse, & quid faciendo vt vitã æternam perciperet interrogasse Euãgelista testatur: cui ita à Domino responsum est. Si vis vitam habere, serua mandata. Non dixit serua tantũ fidẽ. Nã si sola fides quæritur, superfluè iubentur mandata seruari. Sed absit, vt ego dominũ meũ aliquid dicã præcepisse superfluum. Sed dicant hoc illi qui peccando iam filij perditionis effecti sunt, & in hoc tantũ solatiũ se habere credũt, si alios secũ potuerint morti perpetuæ mancipare. Nã si Deus peccatorẽ non perimit, vbi est illud propheticũ, Si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebunt? Et alibi. Quia peccatores peribunt. Et iterum, Deficiãt peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint. Et iterum, Sicut deficit fumus deficiant, & sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie Dei. Nullũ hîc tantũ incredulũ nec infidelẽ, sed peccatores audio condẽnari. Et saluatorẽ nostrũ quodã loco dixisse lego. Non omnes qui dicũt mihi Domine Domine intrabũt in regnũ cœlorũ, sed q. faciũt volũtatẽ patris mei qui in cœlis est. Vtique isti Christũ credebãt, qui eũ etiã Dominũ nũcupabant. Nec idcirco illis cœlestis regni ianua panditur, quia illũ ore, quẽ factis abnegat cõfitẽtur. Negari aũt Deũ actis, non minus quã verbis, & Apostolus dixit, Deũ cõfitẽtur se nosse, factis aũt negant. Et Dominus in Euãgelio. Multi mihi dicẽt in illa die, Nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et dicã illis, Nũ quam vos cognoui. Discedite à me oẽs qui operamini iniquitatẽ. Vsque adeò isti credidisse dicũtur, vt in nomine Domini virtutes etiã operẽtur. Nec tamẽ eis fides ꝓderit, q̃a iustitiæ opera nõ fecerũt. Itaq; si sola fides ꝓdest, cur illi cũ satanæ Angelis in perpetuæ gehẽnæ ignibus mãcipãtur, q. nõ perfidiæ causa, sed q̃a boni nihil fecerãt, iudicãtur? Sicut scriptũ est, Et dicit eis rex qui ad sinistram sunt, Discedite à me maledicti in gehẽnã æternã, quam parauit pater meus diabolo & Angelis eius. Esuriui enim, & nõ dedistis mihi mãducare: sitiui, & non potastis me &c. Nõ dixit vtique, q̃a nõ credidistis mihi. Vnde intelligi datur, eos nõ incredulitatis causa, sed propter bonorũ operũ sterilitatẽ esse dãnandos. Nemo ergo alterũ decipiat, nemo seducat, nisi quis iustus fuerit, vitã nõ habet: nisi q̃s in omnibus Christi mãdata seruauerit, partẽ nõ põt habere cũ illo: nisi q̃s terrena despexerit, Diuina nõ accipiet: nisi humana cõtẽpserit, nõ põt possidere cœlestia. Nec q̃squã Christianũ se iudicet, nisi q. Christi doctrinã sequitur, & imitatur exemplũ.

Libro de gratia & libero arbitrio. Fides quæ per dilectionem operatur, ipsa est fides Dei quæ separat ab immundis dæmonibus. Nam & ipsi, sicut dicit Apostolus Iacobus, credunt & cõtremiscunt, sed non bene operantur, vt reddat eis

Deus

Deus per fidē,ex qua iuſtus viuit, id eſt, quæ per dilectionem operatur, vt reddat ei Deus æternam vitam ſecundum opera eius. Vnde orabat in libro de ſalutaribus documentis,verſus finem.Da Domine ſine aliquo errore immaculatam tibi ſeruare fidem,& iuxta fidem digna eſſe opera mea,vt fidem rectam opere prauo nō polluam:& te,quem bene credendo confiteor,malè viuendo non denegem : & te , quem ſtrenua fide ſequor,actu & negligentiæ operibus non offendam. Libro de vera innocentia.Non ſunt bona opera,quæ per fidem & dilectionem nō fiūt, quia alterum ſine altero nullius virtutis fructum parit. Eſt autem fides vtilis,quia peccata purgat.in ſermone ij.de paraſceue.Fides eſt quæ peccata cooperit,quæ vincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes.Quamuis enim delinquentium grandis ſit culpa,fidei tamen maior eſt gloria.Plus eſt enim credidiſſe in Chriſtum , quam ſæculum reliquiſſe:& plenioris eſt meriti veniā ſperare in Domino,quam culpam contraxiſſe de mundo. Sicut enim perfidia criminoſum facit, ita fides perficit innocentē.Denique Iudas poſtquam fidem perdidit,innocentiam Apoſtolatus amiſit:omnium enim criminum reus factus eſt, poſtquam virtutum omnium Dominum denegauit.Sicut ergo ſufficit illi ad ſcelera deſeruiſſe Chriſtum,ita latroni ſufficit ad innocentiā credidiſſe in Chriſtum.Facit igitur fides,etiā latrones innocentes,& perfidia,Apoſtolos criminoſos. In ſermone v.de ſancto Laurentio. Fidei vigor cordium peccata comburit, delictorum diabolicū frigus expellit,fluenta libidinum con ſumit.* Fides vitam præſtat. Libro de fide & operibus. Inſeparabilis quippe eſt à bona vita, fides quæ per dilectionem operatur. Imo verò ipſa eſt bona vita. Libro de ſermone Domini in monte,cap.ij.Vbi ſana fides non eſt , nō poteſt eſſe iuſtitia : quia iuſtus ex fide viuit. Libro iij. contra epiſtolas Pellagianorum. Quamuis diabolus author ſit & princeps omniumpeccatorū, non tamen filios diaboli faciunt quæcunque peccata.Peccant enim & filij Dei.Quoniam ſi dixerint ſe non habere peccatum,ſeipſos ſeducunt & veritas in eis non eſt:ſed ea conditione peccant, quia ſunt adhuc filij huius ſeculi:quia verò gratia ſunt filij Dei,non vtique peccant.Quia omnis q natus eſt ex Deo,non peccat.Filios autem diaboli infidelitas facit.Quod peccatum propriè vocatur,quaſi ſolum ſit,ſi nō exprimatur quale ſit. Sicut cum dicitur Apoſtolus ſine nomine, nō intelligitur niſi Paulus,qui pluribus eſt epiſtolis notior:& plus omnibus laborauit. Vnde quod ait Dominus de ſpirituſancto,Ipſe arguet mundum de peccato,infidelitatē intelligi voluit . Hoc enim cum exponeret dicit,De peccato quidē , qa nō crediderūt in me. Et vbi ait,Si nō veniſſem & loquutus nō fuiſſem eis,peccatū nō haberēt.Nō enim peccatū anima nō habebat:ſed ipſam intelligi voluit diffidentiā,qua nec præſenti & loquēti crediderunt:pertinentes ad eū,quē dicit Apoſtolus,Principem poteſtatis aeris,qui nunc operatur in filiis diffidentiæ.Ergo in quibus non eſt fides,filij ſunt diaboli:qa nō habēt in interiore homine cur eis dimittatur quicquid hominis infirmitate vel ignorantia , vel omnino aliqua mala voluntate committitur.Illi autem filij Dei , qui vtique ſi dixerint ſe nō habere peccatum,ſeipſos decipiunt,& veritas in eis nō eſt:profecto quod ſequitur:Cum confitentur peccata ſua,quod filij diaboli non faciunt,ſecundū fidem quæ filiorū Dei propria eſt,faciunt,fidelis eſt & iuſtus , qui dimittat eis omnia peccata,& mūdet eos ab omni iniquitate. Et eodem libro. Cum iuſti omnes,& antiquiores,& Apoſtoli, ex fide vixerint recta, quæ eſt in Domino noſtro Ieſu Chriſto, moréſque tam ſanctos cū fide habuerint,vt licet nō tā perfectæ virtutis in hac vita eſſe potuerūt, quam poſt hāc vitā quæ futura eſt,tamen quicqd peccati ex humana infirmitate ſurrepſerit pietate ipſa fidei continuò deleretur. Vnde præſtat vitā virtuoſam.lib.xiij.de trinitate.Iuſtus ex fide viuit,quæ per dilectionem operatur, ita virtutes quoque ipſæ quibus prudenter,fortiter,tēperanter,iuſtéque viuitur,omnes ad eandē referantur fidem.Nec enim aliter verè poterunt eſſe virtutes,quæ nemini in hac vita valēt tantū, vt aliquādo nō ſit hæc neceſſaria,qualiūcunque ſit remiſſio peccatorū:quæ non fit niſi per eū,qui ſanguine ſuo vicit principem peccatorū. Lib. xix. de ciuitate Dei,cap.iiij.Quoniā bonū noſtrum non videmus,oportet vt credendo quæramus: neque enim rectè viuere nobis ex nobis eſt, niſi credentes adiuuet & orantes qui & ipſam fidem dedit, qua nos ab illo eſſe adiuuandos credamus. Fides in pugna triumphat.Lib.ij. de verbis Domini,ſermone vj.Pia fides viuit inter fluctus nec frāgitur,aut ſoluitur fluctibus. Viuit inter tētatiōes tempeſtatéſque huius ſæculi. Sæuit mundus , & integra eſt. Lib.cōtra quinque genera hæreſum. Quomodo pax illibata eſſe poteſt,apud quē fides integra nō eſt? In lib.de expoſitiōe Dominicæ orationis & ſymboli,ad catechumenos. ſerm.ij. Fides ianua eſt per quam introitur ad intelligendū & amandū Deū, & ſignū eſt,per quod idem agnoſcitur Deus.Niſi enim credideritis,ait ſancta ſcriptura,non intelligetis. Ecce enim quomodo nō poteſt Deus agnoſci,antequā credatur in eū, inde dicit Apoſtolus.Quomodo inuocabunt in quem non crediderūt? Aut ante fidem nec placere Deo poteris,nec eum diligere.Per quod enim placetis Chriſto , per id poteſtis agnoſcere Chriſtū:& nō niſi per fidē placetis Chriſto dicēte Apoſtolo , Sine fide impoſsibile eſt placere Deo:igitur nec niſi per fidem cognoſcere. Vna quidē res eſt fides Chriſti,ſed multis vſibus accōmoda.Ipſam in hac hoſtili vita tanquā in caſtris bellicis cōtēplantes,nequaquā ab exercitu regis veſtri,hoc eſt,ab Eccleſia catholica, per hæreſes oberrabitis.Ipſam pro galea capiti imponentes, mens veſtra non quatietur ictu aduerſarij verberata.Ipſa pro lorica totū corpus induite,vt ne vnū quidem membrum corporis veſtri reperiat diabolus deſtitutum,per quod repere poſsit ad totū corpus.

Marginal notes: Cap.65. Tom.IIII — Cap.224. Tom.III. — Tom.IIII. — Tom.eod. — Cap.3. Tom.VII. — ἀντονομασία — 1.Cor.15. — Io.16. — Io.15. — Eph.2. — Ca[...] — Tom.V. — Ser.[...] Tom.[...] — Tom.[...]

corpus. Ipsam tanquam scutum assumite, per quã ignita veteris inimici iacula, possitis extinguere. Super Psal. xxxij. sermone primo. Quia iustus ex fide viuit, ergo fides tua, iustitia tua: quia vtique si credis, caues, si caues cônaris: & conatum tuum nouit Deus, & voluntatem tuam inspicit, & luctam cum carne considerat: & hortatur vt pugnes, & adiuuat vt vincas, & certantem expectat, & deficientem subleuat, & vincentem coronat. Lib. de vtilitate credendi. Afferẽs Christus medicinã quę corruptos mores sanatura esset, miraculis conciliauit, authoritate meruit fidẽ, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetustatem, vetustate roborauit religionẽ: quam non solum hæreticorũ ineptissima nouitas fraudibus agens, sed nec gentium quidem veternosus error violenter aduersans, aliqua ex parte côuelleret. Lib. viij. de ciuitate Dei, cap. xxiiij. Veritas enim det errorem, fides redarguat incredulitatem, conuersio corrigat auersionem. Ibidẽ. Quod instituit multitudo erroris, abstulit via veritatis: & quod instituit à cultu religionis Diuinę auersio, abstulit ad verum vnũ Deum sanctúmque conuersio. Ideo libro primo quæstionum veteris & noui testamenti, quæstione xij. Pro fide aliquid ad tempus amittere, lucrum est facere. Fides orationes impetrat. Libro 50. homil. homil. xvij. Habete fidem. Sed vt habeatis fidem, orate fidem. Sed orare fidem non potestis, nisi fidem habeatis: non enim orat nisi fides. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei quam non audierunt?

Libro iij. de verbis Domini. Fundit orationẽ. Quis enim orat & non credit? Sed oratio fidei impetrat firmitatem. Etenim ne in tentationibus nobis deficeret fides propria Dominus ait, vigilate & orate, ne intretis in tentationem. In tentationem intrare, est à fide exire: in tantum enim tentatio proficit, inquantum fides deficit: & tentatio in tantum deficit, inquantum fides proficit. Vt hic probaret Dominus ait, quod satanas petierat Apostolos vexandos illa nocte sicut triticum: Sed ego, inquit, pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Rogat qui tuetur, & non rogat qui periclitatur. Super Psal. cxviij. sermone xvj. A Deo fides impetrat, quod lex imperat. Libro de gratia & libero arbitrio. Spiritus gratiæ facit vt habeamus fidem, & per fidem impetremus orando, vt possimus facere quæ iubemur. Fides mentem illuminat. Libro de moribus Ecclesiæ. capit. xviij. Christiana fides est, quæ ad summum apicem sapientiæ veritatísque perducit, qua perfrui, nihil aliud est, quam beatè viuere: neque esse vspiam, nisi in catholica disciplina. In sermone de catechismo. Fides est oculus cordis: videt qui credit, & credẽdo intelligit. Libro primo de trinitate, capite secundo. Mentis humanæ acies inualida, in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei nutrita vegetetur. Libro octauo eiusdem. Valet fides ad cognitionem & dilectionẽ Dei, non tanquam omnino incogniti, aut omnino nõ dilecti, sed quo cognoscatur manifestius, & quo firmius diligatur. Libro nono eiusdem, capite primo. Certa fides vtcunque inchoat cognitionem: cognitio verò certa non perficietur, nisi post hanc vitam, cum videbimus facie ad faciem. Ideo libro vigesimo de ciuitate Dei, capite primo. Nullum existimo esse mortalium, qui cum ea quæ fides tenet, sicut dicta sunt intellexerit: & à summo atque vero Deo per animas sanctas dicta esse crediderit, non eis cedat atque consentiat: siue etiam id ore confiteatur, siue aliquo vitio fateri erubescat, aut metuat: vel etiam peruicacia simillima insaniæ, id quod falsum esse nouit, aut credit, etiam contentiosissimè defendere moliatur. In eodem, capite vltimo. Qui secundum Deum sapiũt, omnia quæ incredibilia videntur hominibus, & tamen scripturis sanctis quarũ iam veritas multis modis asserta est, contineantur, maximum argumentum tenẽt veracem Dei omnipotentiam, quem certũ habent, nullo modo in eis potuisse mentiri, & posse facere quod impossibile est infideli. Fides animã beatificat. Libro decimo tertio de trinitate, cap. nono. Fides ista totum hominem immortalem futurum, qui vtique constat ex anima & corpore, & ob hoc verè beatum, non argumentatione humana, sed Diuina authoritate promittit. Si enim natura Dei filius propter filios hominum misericordia factus est hominis filius, hoc est enim, verbum caro factum est, & habitauit in nobis: quanto est credibilius natura filios hominis, gratia fieri filios Dei, & habitare in Deo, in quo solo, & de quo solo esse possũt beati participes immortalitatis eius effecti: propter quod persuadendum, Dei filius particeps nostræ mortalitatis est effectus? Eodem libro, capite vigesimo. Necessaria est fides vt beatitudinem consequamur, omnibus humanæ naturæ bonis, id est, & animæ, & corporis. Hæc autem fides in Christo est definita, qui in carne surrexit à mortuis, non moriturus vlterius, nec nisi per illum quenquam liberari à diaboli dominatu per remissionem peccatorum. In cuius diaboli partibus necesse est esse miseram vitam, eandémque perpetuam, quæ mors potius est dicenda, quam vita, eadem fides habet. Et in sermone primo de accedentibus ad gratiam dicit. Omnipotentem Deum dum credit fides catholica, omnium hæreticorum, Paganorum, Iudæorúmque destruit falsa commenta. Nouit trinam vnitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, non tres deos, sed vnum verum Deum adorare, colere & timere. Vbique illum esse nouit præsentẽ, quem malis cernit absentẽ. Nouit illum in quolibet loco, quem non conclu dit locus, & præsens inuenitur in omni loco. Nouit illum qui aspicit terram, & facit eam tremere, qui nouit malos longa patientia sustinere, impios gratis iustificare, perseuerantes in malo iusto iudicio iudicare. Ideo libro primo de verbis Domini, sermone xviij. Antequã videas quod videre non potes, crede quod nondũ vides.

Ambula per fidem, vt peruenias ad speciem: species enim lætificabit in patria quem fides nunc consolatur in via. Ipsa fides debet esse prima.

Tom.VI. Libro de vtilitate credẽdi. Rectè catholicæ disciplinæ maiestate institutum est, vt accedentibus ad religionem, fides persuadeatur ante omnia.

Tom.IX. Vnde sine ea non valent sacramenta. Lib. de symbolo, tractatu ij. Sine fide catholica, si qs ad baptismum accedit, ipse contra se indulgentiæ ianuam claudit.

Tom.IIII. Libro primo de sermonẽ Domini in monte, cap. ij. Non sequuntur Christum, qui non secundum veram fidem & catholicam disciplinam Christiani vocantur.

Tom.eod. Libro de patientia, Sine fide Christi, quisquam mortaliũ nõ fuit, nec est, nec esse poterit aliquando iustus.

Tom.III. Vnde in prologo libri de fide ad Petrum. Fides est bonorum omnium fundamentum. Fides est humanæ salutis initium. Sine hac, nemo ad filiorum Dei potest numerum pertinere: quia sine ipsa, nec in hoc sæculo quisquam iustificationis gratiam consequitur, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et si quis hîc nõ ambulauerit per fidem, nõ perueniet ad speciem. Sine fide omnis labor hominis vacuus est. Tale quippe est, vt sine vera fide quisque Deo velit per contemptum sæculi placere, quale si quisquam tendens ad patriam, in qua se scit beatè esse victurũ, relinquat itineris rectitudinem, & improuidus sectetur errorem: quò non ad beatam ciuitatem perueniat, sed in præcipitium cadat, vbi non gaudium peruenienti detur, sed gaudenti interitus inferatur.

Cap.32. Tom.III. Lib. de spiritu & litera. Hæc est fides ex qua iustus viuit. Hæc est fides, per quam excluditur gloriatio: siue vt abscedat qua in nobis inflamur: siue vt emineat, qua in Domino gloriamur. Fides est qua impetratur largitas spiritus, de quo dicitur. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Ideóque fides esuriens sitiénsque iustitiam renouatione de die in diem interioris hominis proficit in ea, & sperat in ea satiari, in vita æterna, vbi fiet id quod in psal. de Deo dicitur. Qui sanat in bonis desiderium tuũ. Hæc est fides qua salui fiunt, quibus dicitur. Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed donum Dei est. Postremo hæc est fides quæ per dilectionem operatur, non per timorem, non formidando pœnam, sed amando iustitiam.

Tom.II. In epistola ad catholicos contra Donatistas. Quod ait Dominus, Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? Nos intelligimus dictũ, vel propter ipsam fidei perfectionem, quæ ita difficilis est in hominibus, vt in ipsis quoque admirabilibus sanctis, sicut in ipso Mose, inueniatur aliquid vbi trepidauerint vel trepidare potuerint: vel propter iniquorum abundantiam, paucitatémque bonorũ.

Tom.IX. Seruanda est promissa fides Deo. super primã canonicã Ioannis, tract. iiij. Si seruas fidem, ille seruat pollicitationem: Si autem tu non obseruaueris fidem, tu te fraudasti, non ille qui promisit.

Tom.II. Seruanda est etiam inimico. in epistola ad Bonifacium. Fides quando promittitur hosti, seruãda est, contra quem bellum geritur: quanto magis amico pro quo pugnatur?

Seruanda est etiam in minimis, Libro de bono coniugali, capite quarto. & habetur xxij. q. iiij. Fides cum in negotio paleæ, sicut in auro syncera seruatur, nõ ideo minor est, quia in re minore seruatur. Cum verò ad peccatum admittẽdum adhibetur fides, mirum si fides appellanda est: Veruntamen qualiscunque sit, & si contra ipsam fit, peius fit: nisi cum propterea deseritur, vt ad veram ac legitimam fidem redeatur, id est, vt peccatum emendetur, voluntatis prauitate correcta. Tanquam si quisquam cum hominem solus expoliare nõ possit, inueniat socium iniquitatis, & cum eo paciscatur vt simul id faciant, spoliáque partiantur, quo facinore commisso, totum solus auferat: Dolet quidem ille, & seruatam sibi fidem non esse conqueritur: verum in ipsa sua querela cogitare debet, potius in bona vita ipsi humanæ societati fuisse seruandam, ne præda iniqua ex homine fieret, si sentit quam iniquè sibi in peccati societate seruata non fuerit. Ille quippe vtrobique perfidus, profecto sceleratior reputandus est.

Fidei epilogum ponit circa principium libri, quem reliquit imperfectum. Catholica fides explicanda est. Est autem hæc: Credere Deum patrem omnipotentem vniuersam creaturam fecisse atque constituisse per filium suum vnigenitũ, id est, sapiẽtiã virtutẽ & suam consubstantialem sibi & coæternam in vnitate Spiritus sancti, & ipsius consubstantialis & coæterni. Hanc ergo trinitatem dici vnum Deum, eúmque fecisse & creasse omnia quæ sunt, inquantum sunt, catholica disciplina dici iubet, ita vt iubet: ita vt creatura omnis, siue intellectualis, siue corporalis, vel quod breuius dici potest, secundum verba Diuinarum scripturarum, siue inuisibilis, siue visibilis, non de Dei natura, sed à Deo sit facta de nihilo: nihílque in ea esse quod ad trinitatem pertineat, nisi quod trinitas condidit, ista condita est. Quapropter creaturam vniuersam neque consubstantialem Deo, neque coæternam fas est dicere atque credere. Esse inter omnia quæ fecit bona valde, mala verò non esse naturalia, sed omne quod dicitur malum, aut peccatum esse, aut pœnam peccati. Nec esse peccatum nisi prauæ voluntatis assensum, cum inclinamur ad ea quæ iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere, id est, non in rebus istis, sed in vsu earum legitimo. Vsus autem rerum est legitimus, vt anima in lege Dei maneat, & vni Deo plenissima dilectione subiecta sit, & cætera sibi subiecta sine cupiditate aut libidine ministret: id est, secundum præceptum Dei. Ita enim sine difficultate & miseria, etiam cum summa facilitate & beatitudine administrabit. Pœna verò peccati est, cum ipsis creaturis non sibi seruientibus cruciatur anima, cum Deo ipsa non seruit: quæ creatura illi non obtemperabat, cum ipsa obtemperabat Deo. Itaque nõ esse ignem malum, quia creatura Dei est, sed tamen vri eo imbecillitatem nostram ex merito peccati. Dici autem peccata naturalia, quæ necesse est committi ante misericordiam Dei, postquam

quam in hanc vitam per peccatum liberi arbitrij lapsi sumus: renouari hominem per Iesum Christum Deum nostrum, cum ipsa ineffabilis, & incommutabilis Dei sapientia plenum totúmque hominem suscipere dignata est, & nasci de Spiritu sancto & Maria virgine, crucifigi, sepeliri & resurgere, & ascẽdere in cœlum, quod iam factũ est: & venire ad iudicãdum viuos & mortuos in fine sæculi, & resurrectionem mortuorum in carne, quod adhuc futurum prædicatur: datum esse Spiritum sanctum, credentibus in eum: Constitutam ab illo matrẽ Ecclesiam, quę catholica dicitur, ex eo quod vult perfecta est, & in nullo claudicat, & per totum orbem diffusa est: Remissa esse pœnitentibus priora peccata, & vitam æternam regnúmque cœlorum promissum.

Tom.VIII. FIDELIS. Super Psal xxxij sermo.j. Habemus fidelem Deum. Distinguamus fidelem Deum, à fideli homine. Fidelis homo est credens promittenti Deo: fidelis Deus est exhibẽs quod promisit homini. Teneamus fidelissimum debitorem, quem tenemus misericordissimum promissorem. Neque enim aliquid ei commodauimus, aut mutuum commendauimus vt teneamus eum debitorem, cum ab illo habeamus quicquid illi offerimus, & ex illo sit q.cquid boni sumus. Ab illo sunt omnia bona q.bus gaudemus. Sed tenemus debitorem, quia promissorem: quoniam rectus est sermo Domini. Tom.IIII. Super Epist. ad Gal. Omnes fideles inquãtũ fideles sunt, omnes vnũ sunt in Christo Iesu. Et si hoc facit fides per quã in hac vita iustè ambulatur, quãto perfectius atque cumulatius id species ipsa factura est? Tom.X. Vnde de eorum præmio, lib.50. homil. homil.vj. Non mortuus est Christus pro fidelibus, sed mortuus est vt faceret fideles. Si ergo saluator noster mortem suam præstitit infidelibus, quale erit illud quod seruat fidelibus? Ideo Tom.III. contra infideles. Lib. de vera innoc. Omnis infidelium vita peccatum est, & nihil est bonum sine summo bono: vbi enim deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falsa est virtus etiam in optimis moribus.

Tom.III. FIDVCIA. Non debet quis fidere de seipso. lib. de continentia. Gratia facit, vt peccatum non tibi dominetur, si tamen non tibi dominatur. Noli ergo de te fidere, ne multo amplius inde tibi dominetur: sed de illo Psal. cui dicit orans quidam sanctus, Itinera mea dirige secundum eloquium tuum, vt nõ dominetur Tom.II. Epist. ad. mei omnis iniquitas. In Epist. ad Palatinum. Caue ne tibi surrepat in tua virtute confidere: homo enim es, &, Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Sed planè in Deo tuo toto corde & fide, & ipse erit virtus tua, in qua pius gratúsque confidas. Cui dicas humiliter & fideliter, diligam te Domine virtus mea: quia & ipsa charitas Dei, quæ perfecta foras mittit timorem, non per vires nostras, id est, humanas, diffunditur in cordibus nostris: sed sicut dicit Apost. per Spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Vigila ergo & ora, ne intres in tẽtationẽ. Ipsa quippe oratio admo-

A net te quod indigeas adiutorio Domini tui, ne spem bene viuendi ponas in te. Ideo in Christo est habenda fiducia. lib. de contemp. Ie. Chri. Est enim in te Deo meo & Domino nostro Iesu Christo vniuscuiusque nostrum portio caro & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificatur, gloriosum me esse cognosco. Vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me confido: & quãuis peccator sim, de hac communione gratiæ nõ diffido. Et si peccata mea me prohibent, substãtia mea requirit. Et si propria delicta excludunt, naturæ communio non repellit. Non enim tam immitis est Deus, vt nõ diligat carnẽ suã, mẽbra sua, & viscera sua. Desperare vtique potuissem, propter ni- *Li. Manual. Cap.12. Tom.IX. Cap.13.*

B mia peccata, culpas, & negligẽtias infinitas meas, quæ quotidie egi, & indesinenter ago, corde, ore, & opere, & omnibus modis quibus humana fragilitas peccare potest: nisi verbum Deus meus caro fieret mea, & habitaret in nobis. Sed iam desperare non audeo, quoniã subditus ille tibi vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis, tulit chirographũ peccatorũ nostrorum: & affigẽs id cruci, peccatũ crucifixit & mortem. In ipso autẽ securus respiro, in ipso ad te venire desidero, in quo iam resurreximus & reuiximus, iã in cœlũ conscendimus, & in cœlestibus consedemus.

FIGVRA. Lib. de quãtit. ani. Figurarũ omnium plenarum illa optima est, quæ circulo effingitur. Sed de figuratis loquutionibus Bibliæ. Lib. iij. de doctri. Christia. Quicquid in sermone Diuino, neq; ad morũ honestatem, neque ad fidei veritatẽ propriè referri potest, figuratũ esse cognoscas. Morum honestas ad diligendum Deũ & proximũ, fidei veritas ad cognoscẽdũ Deũ & proximũ pertinet. Spes autẽ sua cuiq; est in cõsciẽtia propria, quẽadmodũ se sentit ad dilectionẽ Dei & ꝓximi, cognitionẽq; proficere. Lib. ij. Euãgeliorũ quæst. Loquutiones actionésque Propheticæ propterea figuratis verbis velut amictibus obteguntur, vt sensum piè quærẽtis exerceãt, & ne nudata ac prõpta vilescãt. Lib. cõtra Adimãtũ discipulũ Manichęi, cap.xvj. Aduenientibus rebus quarũ erãt vmbrę illæ obseruationes, id actum est, vt ostenderetur in ipsis vmbris non esse spem ponendam, sed in ipsis rebus quas illæ vmbræ significabãt esse vẽturas. i. Christum & Ecclesiã. Et propter illa iam *Tom.I. Cap.10. Tom.III. Tom.IIII. Tom.VI.*

C

D omnia inania erunt: nec tamen ea tãquam noxia remouenda, sed tanquam superflua contẽnenda.

Lib. vij. de ciuit. Dei. cap. xxxij. Hoc mysteriũ vitæ æternæ iam inde ab exordio generis humani, per quædã signa & sacramenta tẽporibus congrua, quibus oportuit, per Angelos prædicatum est. Deinde populus Hebręus in vnam quandam rempublicam quæ hoc sacramentum ageret, cõgregatus est: vbi per quosdã scientes, per quosdã nescientes, id quod ex aduentu Christi vsq; nũc, & deinceps agitur, prænuntiaretur esse venturũ: sparsa etiã post gente. Propter testamentũ scripturarum, quibus æterna salus in Christo futura prædicata est. Omnes enim non solũ Prophetiæ, *Tom.V. Mysterium redemptionis omnibus retro sæculis prædicatum.*

quæ in verbis sunt: nec tantũ præcepta vitæ quæ mores pietatéque confirmãt, atque illis literis cõtinentur, verumetiã sacra sacerdotia, tabernaculum siue templum, altaria, sacrificia, ceremoniæ, dies festi, & quicquid aliud ad eam seruitutẽ pertinet, quæ Deo debetur. Et Grecè ꝓpriè latria dicit, ea significata & prenũtiata sunt, quæ ꝓpter vitã eternã fideliũ in Christo, & ĩpleta credimus, et impleri cernimus, & implenda cõfidimus. Lib. xvj. eiusdẽ. c. ij. Nõ sanè omnia quę gesta narrantur, aliquid etiã signare putãda sunt: sed propter illa, quæ aliquid signant, attexuntur. Solo enim vomere terra proscinditur: sed vt hoc fieri possit, etiã cætera aratri mẽbra sunt necessaria. Et soli nerui in cithara atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantũ, sed vt aptari possint, & cætera, insunt in cõpagibus organorũ, quę nõ percutiuntur à canentibus, sed ea quæ percussa resonant, iis connectuntur. Ita in Prophetica historia dicuntur & aliqua, quæ significant, sed quibus adhæreant quæ signant, & quodammodo religentur.

Tom. eod.

FILIVS Dei. Quod filius Dei sit à Patre genitus. lib. iij. de verb. Do. serm. xxvij. Filius de Patre est, Pater non est de Filio: sed Pater filij Pater est, & Filius Patris est Filius. Verũtamen Filius de Patre genitus, nõ Pater de Filio: & semper Filius: semper ergo genitus. Non enim erat tẽpus ante Filiũ, quia omnia facta sunt per ipsum. Et si omnia, vtique & tẽpora. Quomodo ergo possunt esse ante filiũ tẽpora, per quẽ facta sunt tẽpora? Tolle ergo oĩa tẽpora, & semper est cum Patre Filius. Si semper cum Patre est Filius, & tamẽ Filius semper genitus. Si semper genitus, semper erat cũ genitore ꝙ est genitus. Nunquã hoc vidi, inquies tu. Bene dicis, Nunquã hoc vidi: quia hoc ad illud pertinet, quod oculus non vidit. Sed queris quomodo põt dici, Nõ potest dici, quia nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit. Credatur & colatur. Cum creditur, colitur: cũ colitur, creditur: cũ creditur, capitur. Adhuc enim in ista carne quãdiu peregrinamur à Domino, ad sanctos Angelos ꝙ hoc vidẽt infantes sumus, lactãdi fide, pascẽdi specie: quia nõdum apparuit quod erimus: cũ apparuerit, tunc similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est. Ecce ad quod nutrimur capiendum, percipiẽdũq; & comedendum, vt tamẽ quod comeditur, nõ minuatur: & ꝙ comedit, vegetetur. Sicut lux plurimos pascit oculos, & tãta est, quanta erat. Etsi illi pascuntur, illa nõ minuitur. Sic dedit hoc Deus luci quã fecit ad oculos carnis, ꝙd est ipse lux ad oculos cordis? Si ergo laudaretur tibi aliꝗs cibus magnus quẽ pransurus esses, parares ventrẽ: laudatur tibi Deus, para mẽtẽ. Lib. cõtra Felic. Patrẽ ingenitum, Filium genitum dico, nec ideo tamẽ genitum ingenito coæternum non esse Patri prædico: eo tantum docẽs ingenitũ Patrẽ, ꝗa nõ processit ex altero: eo genitũ filium, ꝗa nõ extitit à seipso. Nõ enim cõmune est vtriusq; nasci: nõ est cõmune, nõ gigni: cõmune tamẽ est alterũ ab altero interuentu medij temporis nõ diuelli.

Ser. ord. 64. Tom. X.

Cap. 4. Tom. VI.

A Itaque si propriũ quærimus Patris, sufficit ꝗa solus non habet Patrẽ: si propriũ Filij, satis est quia nõ habet prolẽ: vnã tamẽ & coęternã Patris & Filij dicimus Diuinitatẽ. De qua generatiõe, lib. xv. de trinit. Acutè sanè quidam respõdit hæretico versutissimè interrogãti. Vtrum Deus Filiũ volens an nolens genuerit: vt si diceretur nolẽs, absurdissima Dei miseria sequeretur: Si autẽ volens, cõtinuo quod intẽdebat, vel inuicta ratione concluderet, nõ naturæ esse Filiũ, sed volũtatis. At ille vigilãtissimè vicissim quęsiuit ab eo, vtrũ Deus Pater volẽs an nolens sit Deus: vt si responderet nolens, sequeretur illa miseria, quã de Deo credere magna est insania: Si autẽ diceret volẽs, responderetur ei, ergo & ipse volũtate sua Deus est, nõ natura. Quid ergo restabat nisi vt obmu-B tesceret, & sua interrogatione obligatũ insolubili vinculo se videret? In dialogo ad Orosium. Nec volũtate, nec necessitate Deus Pater genuit filium: quia necessitas in Deo nõ est: præire autẽ sapientiã volũtas nõ potest, quod est filius: igitur prius est rationabiliter velle. Nã quidã noster cũ eum interrogasset hæreticus, vtrũ volẽs, an volẽs nolẽs, genuerit Pater filiũ: laudabiliter respõdisse fertur, Dic, inꝗt, & tu hęretice, Deus Pater necessitate est Deus, an volũtate? Qđ si dixisset necessitate: sequebat̃ eũ grãdis absurditas: Si autẽ volũtate, respõdebatur illi, Ergo volũtate est Deus, nõ natura: & in laqueo quẽ volebat ponere, ipse incidit: & vidẽs se cõuictũ, obmutuit. De quo genito. lib. de vera innoc. Dei Filius Deus vitam dicitur habere in semetipso sicut Pater habet, nõ C participãdo adeptus, sed nascẽdo. Vitã enim genuit vita, nec differt in aliquo essentia gignẽtis & geniti, cũ sic ex Patre sit genitus Filius, vt cõsempiterna nõ vna ꝗdẽ persona, sed vna sit Diuinitas. Eodem lib. Nullius etiã incorporeæ creaturæ verè simplex substãtia est, cui nõ hoc esse, quod nosse: potest enim esse, nec nosse. At illa natura Diuina nõ potest, quia idipsum est quod habet. Ac per hoc non sic habet scientiã, vt aliud illi scientia sit qua scit, aliud essentia qua est, sed vtraq; vnũ: quãuis nõ vtrunque dicendũ sit quod verissimè simplex & vnũ est. Habet enim Pater vitã in semetipso, nec aliud est ipse quã vita quæ in illo est: & dedit Filio vitam habere in semetipso, hoc est, genuit filiũ: qui & ipse vita esset. Sic itaque debemus accipere quod de Spiritu sancto D dictũ est, Nõ eñ loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur: vt intelligamus eum nõ à semetipso esse. Pater quippe solus, non de alio est. Nam & Filius de Patre natus est, & Spiritus sanctus de Patre procedit. Pater autem nec natus de alio est, nec procedit. Nec ideo sanè aliqua disparilitas in summa illa trinitate cogitationi occurrat humanę, quia & Filius ei de quo natus est, & Spiritus sanctus ei de quo procedit, æqualis est. Quod genitus ab æterno. lib. 50. homil. Pater dicit ad Filium. Ex vtero ante luciferum genui te. Per luciferum significantur tempora. Ergo ante tempora, ante omne quod ante dicitur: ante omne quod nõ est, vel ante omne quod est.

Non

Non enim ait Euangeliū, In principio fecit Deus verbū, quomodo dixit, In principio fecit Deus cœlū & terrā: aut in principio Deus genuit verbum: sed ait, In principio erat verbum. Noli ergo quærere tēpus: quia semper erat. Pater ergo cū filio semper erat, quia potens est Deus sine tēpore generare. Ille dixit ad filium, Ex vtero ante luciferum genui te, id est, ante omne tēpus de mea substātia. Lib. iij. de verb. Dom. ser. j. Filius Dei secundū hoc dicitur quod pater est, quod habet de quo sit: nō secundū hoc quod prior est pater, & postea filius: semper enim pater, sed semper de patre filius. Lib. iiij. de trinit. c. xx. Quid est mirum si mittitur, non quia inæqualis est patri, sed quia est manatio quædam claritatis omnipotētis Dei syncera? Ibi autē quod manat, & de quo manat vnius eiusdémque substantiæ est. Neq; enim sicut aqua de foramine terræ aut lapis manat, sed sicut lux de luce. Nā quod dictū est, Candor est enim lucis æternæ: Quid aliud dictū est, quā lux est lucis æternæ? Candor quippe lucis, quid nisi lux est? Et ideo coæterna luci, de qua lux est. Maluit autē dicere cādor lucis, quā lux lucis, ne obscurior putaretur ista quę manat, quā illa de qua manat. Lib. de incar. verbi ad Ianuariū. Nō in rebus solum, sed ne in cogitatione quidē vel sensu inueniri pōt, vt humana cogitatio possit apprehendere, quomodo ingenitus Deus, pater est vnigeniti filij. Est nāque ita æterna & sempiterna generatio, sicut splēdor generatur à luce. Nō enim per adoptionē spiritus, filius fit extrinsecus, sed natura filius est. In eod. Sicut nunquā lux sine splendore esse potuit, ita ne filius quidē sine patre intelligi potest: qui etiā figura expressa substātiæ eius, & verbum, & sapientia dicitur.

Lib. de vera innoc. Non sic docuit pater filiū, quasi indoctū genuerit, & scientiā contulerit nesciēti: Sed intēporalis doctrinæ est intēporalis essentia: & hoc est, à patre doceri, quod est à patre generari: q̄a simplicis veritatis naturæ est, esse & nosse: sed non est aliud atque aliud, sed idipsum.

Eod. lib. Quicquid illud est quod oportet patrem agere ad filiū, nō fit nisi per eundem filiū ad ipsum, scilicet, quod filius hominis est, & factus inter omnia per ipsum, quia filius Dei est, & per illum à patre fiunt omnia. Vnde de modo generationis filij. Enchiridion. Non igitur cōcedēdum est, quicquid de aliqua re nascitur, cōtinuo eiusdē rei filium nūcupari. Vt enim omittā alia: aliter de homine nasci filiū, aliter capillū & pediculū, vel lūbricū, quorum nihil est filius. Vt ergo hæc omittā, quoniā tantæ rei deformiter cōparantur, certè homines qui nascūtur ex aqua & spiritu, nō aquæ filios eos rectè dixerit quispiā, sed planè dicūtur filij Dei patris & matris Ecclesiæ. Sic ergo natus de spiritu sancto, filius Dei patris est, non spiritus sancti. Nam illud quod de capillo & cęteris diximus, ad hoc tantū valēt vt admoneamur non omne quod de aliquo nascitur, etiā filiū eius de quo nascitur, posse dici. Sicut nō omnes qui dicuntur alicuius filij, cōsequens est, vt de illo etiā nati esse dicātur, sicut sunt qui ado-

A ptantur. Dicuntur filij gehennæ, nō ex illa nati, sed in illam pręparati: sicut filij regni, qui pręparātur in regnū. Cum itaque de aliquo nascatur aliquid, etiā nō eo modo vt sit filius, nec rursus omnis qui dicitur filius, de illo sit natus cuius dicitur filius: ꝓfecto modus iste quo natus est Christus de spiritu sancto, nō sicut filius, & de Maria virgine sicut filius, insinuat nobis gratiā Dei: qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipso naturæ suæ exordio quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantā personæ vnitatem, vt idemipse esset filius Dei qui hominis filius, & filius hominis q̄ filius Dei. Ac sic in naturæ humanæ susceptione fieret quodāmodo ipsa gratia illi homini naturalis, quæ nullū peccatū possit admittere. Quæ B gratia propterea per spiritum sanctum fuerat significanda, quia ipse propriè sic est Deus, vt dicatur etiā Dei donum. Vnde sufficiēter loqui perlongum esset: si tamen id fieri potest, valde prolixæ disputationis est. Quia vnicus est. ideo lib. expositionis symboli ad Laurentiū Episcopum. Vnicus dicitur, quia vnus de vno nascitur. Sicut splendor vnus est lucis, vnum est verbum cordis. Nec in numerum pluralem diffunditur, nec diuisionē patitur, vbi qui nascitur, nequaquā à generante separatur. Vnicus est patri, vt menti sensus: vt cordi verbum: vt forti virtus: & vt sapientia sapienti. Differt autē iste filius à filiis hominum. super Ioan. Nō sic filius Dei est, sicut filius hominis vt filij hominū. Iste filius hominis sequestratus est quadā gratia spiritus. Iste & filius hominis & filius Dei est: iste homo etiam Deus est.

C In Epist. ad Donatū tribunū. Iesus Christus nō sic est Dei patris filius, sicut nos sumus. Ille est enim proprius, nos redēpti. Ille natus, nos facti. Ille verus, nos adoptiui. Ille autē q̄ verus est filius, ipse etiā verus est Deus, nō adoptiuè generatus, sed de patre naturaliter natus: in quo vero Deo veróq; filio, ideo est vera Diuinitas, q̄a naturalis est illi de patre natiuitatis. Aequalis est patri filius, lib. lxxxiij. q. Deus quē genuit, quoniā meliorem se generare nō potuit, nihil enim melius Deo, debuit æqualē. Si enim voluit & nō potuit, infirmus est: si potuit & noluit, inuidus: ex quo conficitur æqualem genuisse filium. Lib. de fide & symbolo quē scripsit in Affricano concilio Hipponiæ celebrato. De patre quidem ac filio, D multis libris disseruerunt docti & spirituales viri, quibus quantū homines hominibus poterant, & quemadmodū nō vnus esset pater & filius, sed vnum essent, & quid propriè pater esset, & quid filius, insinuare conati sunt, quod ille genitor, hic genitus: Ille non de filio, hic de patre: Ille huius principiū, vnde & caput dicitur Christi, quāuis & Christus principiū, sed non patris: hic verò illius imago, quāuis nulla ex parte dissimilis, & omnino indifferenter æqualis. Lib. de cognit. veræ vitæ. Certum est quod mens cogitationem gignit: cum autem mens sapiētiam cogitat, quasi sibi alium similem generat. Sic summus Deus cum seipsum talem qualis est cogitauit, proculdubio sibi similem imaginem generauit: & sicut

[Left margin notes: Serm.38. — Tom.III. — Cap.10. Tom.IIII. — Cap.349. Tom.III. — Cap.376. Tom.eod. — Cap.39. Tom.III. — Vox nasci variè accepta.]
[Right margin notes: Cap.40. — Tract.25. Tom.IX. — Cap.9. Tom.III. — Tom.IX.]

gignẽs iure pater vocatur, ita rectè genitus filius *Cap.3. Tom.eod.* nominatur. Lib.de ſymbolo tract.ij. Si ſempiternus eſt pater, ſempiternus eſt & filius, quẽ non præceſsit ætate nec dignitate: Non enim minuit æqualitatem. Apoſtolũ audi, quid de filio dicat, *Phil.2.* Cũ in forma Dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: nõ rapuit quia naturaliter habuit. Lib.cõtra Adimantum diſcipulũ Ma- *Cap.9. Tom.IX.* nichæi.cap ix. Filius Dei eſt in omnibus veritas, & omnia illi conſtant, & omnia illi ad nutũ ſeruiunt, atque ſubiecta ſunt: vt etiã oculis per viſibilem creaturã cui vult, quando dignatur appareat: cum ipſe tamen ſecundũ Diuinitatẽ ſuã, & ſecundum id quod eſt verbum patris coęternum patri, & incommutabile, per quod facta ſunt omnia, non niſi purgatiſsimo & ſimpliciſsimo corde *Cap.346. Tom.III.* videatur. Lib.de vera innoc. Vt rectè credatur pater & filius, ipſe filius audiendus eſt.d. Ego & pater vnũ ſumus. Duobus enim verbis, duæ ſimul hæreſes detruncantur: Nam per id quod ait, Vnũ, Arriũ perculit: per id qđ ait, Sumus: Sabellium ſtrauit: quia nec ſumus de vno, nec vnũ diceret de diuerſo. Minor tamen eſt filius ratione humanitatis. lib. de ſymbolo legendo in aduentu Dom. Tunc dixit, Pater maior me eſt: quãdo dixit, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ. Tunc dixit, quãdo fleuit: quãdo laſſatus eſt: quando eſuriuit: quãdo ſitiuit: Tunc dixit, quando eũ *Heb.1. Tom.IIII.* dicit ſcriptura minoratum paulominus ab Angelis. Lib.lxxxiij.quæſt. Regula catholicæ fidei ſic habet, vt cum aliquid in ſcripturis dicitur de filio quod ſit minor patre, ſecũdum ſuſceptionẽ hominis intelligatur. Cũ verò ea dicuntur quibus demonſtratur æqualis, ſecũdũ id quod Deus *Tom.IX.* eſt accipiantur. Lib.de nouo cantico. Intellige filium patre minorem, ſecundum ſuſceptum ho- *Tom.VI.* minem: & deponis errorẽ. Ideo lib.contra Felicianum, cap.vj. Idem dico filium cum patre cõmunione ſubſtãtiæ, alterũ proprietate perſonæ.

Tom.IIII. Vnde filius eſt æternus. lib.lxxxiij.quęſt.q.xvj. Deus omniũ quæ ſunt cauſa eſt, ergo & ſapiẽtiæ ſuæ cauſa eſt: nec vnquã Deus ſine ſapientia ſua, igitur ſempiternæ ſapiẽtiæ cauſa eſt ſempiterna: nec tẽpore prior eſt, quam ſua ſapiẽtia. Deinde ſi patrẽ eſſe ſempiternũ ineſt Deo, nec fuit aliquãdo nõ pater: nũquã ſine filio fuit. Lib. de duabus natiuitatibus Chriſti. Ego ſum α, & ω: quia ſicut α literam nulla præcedit, ita, & filium nulli ſecundum conſtat eſſe quia Deus eſt. Lib.cõtra perfidiã Arrianorũ, cap. ix. Eadẽ ſunt opera patris & filij. Nõ quod filius ſit idem ipſe qui pater eſt, ſed quia nullũ opus eſt filij, quod non per eum pater facit: nec vllũ patris: quod nõ per filiũ ſimul facientem facit. Quæcunq; enim pater facit, hęc eadẽ ſimiliter filius facit. Vnde à filio *Tom.III.* procedit ſpiritus ſanctus. lib.xv.de trin.c.xxvij. A quo autem habet filius vt ſit Deus, eſt enim de Deo Deus, ab illo habet vtiq; vt etiã de illo procedat ſpiritus ſanctus: ac per hoc ſpiritus ſanctus vt etiã de illo filio procedat ſicut procedit de patre, ab ipſo habet patre. Hîc vtcunque etiam illud intelligitur, quantũ à talibus quales nos ſu-

A mus intelligi poteſt, cur etiam non dicatur eſſe natus, ſed potius procedere ſpiritus ſanctus, quoniam & ſi ipſe filius diceretur, amborũ vtique filius diceretur: quod abſurdiſsimũ eſt. Filius quippe nullus eſt duorũ, niſi patris & matris. Abſit autem vt inter Deũ patrẽ, & Deũ filiũ tale aliquid ſuſpicemur, quia nec filius hominis ſimul ex patre & matre procedit: ſed cũ in matrẽ procedit ex patre, nõ tũc procedit ex matre: & cũ in hãc lucẽ procedit ex matre, nõ tũc procedit ex patre. Spiritus autẽ ſanctus nõ de patre ꝑcedit in filiũ, & de filio procedit ad ſanctificãdã creaturã, ſed ſimul de vtroq; procedit: quamuis hoc filio pater dederit, vt queadmodũ de ſe, ita de illo quoque procedat. Lib.de vera innoc. Quicquid Deus B pater Deo filio dedit, gignẽdo dedit: ita enim dedit filio pater ſine quibus filius eſſe nõ poſsit, ſicut ei dedit vt eſſet. Nã quomodo verbo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia?

Filius autẽ ſolus fuit incarnatus. lib.de Eccleſ. dogmat. Nõ pater carnẽ aſſumpſit, neq; ſpiritus ſanctus, ſed filius tantũ: vt qui erat in Diuinitate patris Dei filius, ipſe fieret in homine hominis matris filius: ne filij nomẽ ad alterũ tranſiret, qui non eſſet æterna natiuitate filius. Dei ergo filius hominis factus eſt filius, natus ſecũdũ veritatẽ naturę ex Deo Dei filius, & ſecundũ veritatẽ naturæ ex homine hominis filius: vt veritas geniti nõ adoptione, nõ appellatione, ſed in vtraque natiuitate filij nomẽ naſcendo haberet, vt eſſet verus Deus & verus homo vnus filius. In dialogo ad Oroſiũ. Nõ ſunt duo filij, ſed vnus eſt filius. Quia C ille qui erat Dei filius, factus eſt hominis filius vnitate pſonæ. Quia ſicut anima & caro vnus eſt homo, ita verbum & homo vnus eſt Chriſtus. Duas ſubſtantias, id eſt, duas naturas accepimus in vno filio Dei, vnã Diuinitatis, & alterã humanitatis, nõ duas pſonas: igitur ſi dixerimus duas eſſe perſonas, introducemus duos eſſe filios: & iã nõ erit trinitas ſed quaternitas. Profecto per id quod Deus eſt, æqualis ſemper patri, vbique pręſens & in cœlo totus, & in terra totus, & nullo loco cõtẽtus. Per id quod homo, & paſſus, & mortuus, & reſurrexit, & aſcẽdit in cœlũ, ſedétque ad dexteram patris, & inde veniet iudicare viuos & mortuos. In eod.infra. Neq; perſona patris, neque ſpiritus ſancti, ſed ſola filij ſuſcepit carnẽ. Et vt hoc intelligas, cõparationibus vtar, vt ex creatura intelligas creatorẽ. Certè in anima eſt ratio, D & cũ vnũ ſint, aliud anima agit, aliud ratio. Anima viuimus, ratione ſapimus. Ita pater & filius & ſpiritus ſanctus cum ſint vna ſubſtãtia, tota trinitas operata eſt hominẽ, quem non tota trinitas aſſumpſit, ſed ſola filij perſona. Sed quomodo incarnatus. in Epiſt.ad Maximianũ. Totã noſtrã naturã ſuſcepit filius Dei, id eſt, animã rationalẽ & carnem mortalem ſine peccato. Infirmitatis enim noſtræ particeps factus eſt, nõ iniquitatis: vt per infirmitatẽ, omnẽ ſolueret iniquitatẽ noſtrã, & adduceret nos ad iuſtitiam ſuã: bibens mortẽ de noſtro, & propinans vitam de ſuo. Lib.j.de trin. Nõ ſicut creatura, ita Dei filius ante incarnatio

nationem & ante assumptã creaturã, vnigenitus per quem facta sunt omnia, aliud est, & aliud habet: sed hoc ipsum est quod est, illud est quod habet. Quod illo loco manifestius dicitur, si quis ad capiendum idoneus sit, vbi ait. Sicut pater habet vitam in semetipso, ita dedit filio vitam habere in semetipso. Libro.xxj. de ciuitate Dei. capite. xv. Quicunque spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei: non natura, sed gratia. Vnicus enim natura filius Dei, propter nos misericordia factus est filius hominis: vt nos natura filij hominis, filij Dei per illũ gratia fieremus. Manẽs quippe ille immutabilis, naturã nostrã in qua nos susciperet, suscepit à nobis, & tenax diuinitatis suę, nostræ infirmitatis particeps factus est: vt nos in melius cõmutati, quod peccatores & mortales sumus, eius imortalitatis & iustitiæ participatiõe amittamus, & qđ in natura nostra bonũ fecit, impleti summo bono, eius naturæ bonitate seruemus. Super Io. hom. ij. lib. iij. de verb. Do. ser. xxvij. Deus vnicũ suũ filiũ quẽ genuerat, & per quẽ cũcta creauerat, misit in hunc mundũ, vt nõ esset vnus, sed fratres haberet adoptatos. Non enim nos nati sumus de Deo quomodo ille vnigenitus, sed adoptati per gratiã ipsius. Ille enim venit vnigenitus soluere peccata: q̃bus peccatis implicabamur ne adoptaret nos, ꝓpter impedimẽtũ eorũ. Quos sibi fratres facere volebat, ipse soluit, & fecit cohæredes. Nec timuit habere cohæredes, quia hæreditas eius nõ fit angusta si multi eã possederint. Et illi ipsi certe illo possidẽte fiunt hęreditas ipsius, & ille vicissim fit hęreditas ipsorũ. Audi quomodo ipsi fiãt hęreditas ipsius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, e. ho. g. te. po. à me, & da. ti. gẽ. hę. tu. & pos. tu. ter. ter. Ille quomodo fiat hæreditas eorũ, dicit Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ. Et nos illũ possideamus, & ipse nos possideat. Ille nos possideat sicut Dominus: nos illũ possideamus sicut salutẽ, sicut lucẽ. Si filius Dei filius hominis nõ fieret, filios hominũ nõ liberaret. Ipse q̃ fecerat hominẽ, factus est qđ fecit, ne periret quod fecit. Sic autẽ factus est homo, vt maneret Dei filius. Factus est enim homo suscipiẽdo quod nõ erat, nõ perdẽdo quod erat. Manẽs Deus, factus est homo. Accepit te, nõ corruptus est in te. Talis venit ad nos, filius Dei filius hominis, faciẽs & factus, creator & creatus, creator matris, creatus ex matre. Vnde humilis fuit hic filius, lib. de eleemosyna. circa princip. Filius Dei filius hominis fieri voluit, vt nos filios Dei faceret. Humiliauit se, vt populũ q̃ prius iacebat erigeret: Vulneratus est, vt vulnera nostra curaret: Seruiuit, vt ad libertatem seruientes extraheret: Mori sustinuit, vt immortalitatẽ mortalibus exhiberet. Lib. de vera innoc. Nõ mirũ est dicere Apostolũ, etiã in futuro sæculo patri filiũ subiectũ futurum, vbi ait. Tũc & ipse subiectus erit ei, q̃ illi subiecit omnia. Quãdoquidẽ in filio forma humana mãsura est, qua semper est maior pater. Quãuis nõ defuerũt qui illã tũc filij subiectiõnẽ, ipsius humanæ formæ in Diuinã substãtiã cõmutationẽ intelligendam putauerint, tanquã hoc cuiq; rei subiiciatur, quod in eã vertitur & mutatur. Sed intelligi potest ideo magis dixisse Apostolũ, etiã tũc patri filiũ subiectũ futurũ, ne q̃s in eo putaret spiritũ & corpus humanũ cõuersione aliqua cõsumendũ, vt sit Deus omnia, non tantũ in illius forma hominis, sed in omnibus quando capitis gloria vniuersum corpus implebit.

FILIVS hominis. Filius dicitur pluribus modis. lib. contra Adimantũ discipulum Manichæi. c. v. Tribus modis in scripturis sanctis filiorũ nomẽ accipitur. Vno secũdum naturã, quomodo Isaac filius Abrahæ, vel cæteri Iudæi, q̃ ex eadẽ origine veniũt. Alio modo secũdũ doctrinã, vt filius eius in ea re quisq; appelletur, à quo aliquid didicit: sicut filios appellat Apostolus eos, q̃ ab eo didicerũt Euãgeliũ. Tertio secundũ imitationẽ, sicut filios Abrahæ nos vocat Apostolus, q̃ eius fidẽ imitamur. Duobus igitur modis peccatores & infideles Iudæi filij diaboli vocãtur à Domino, vel qđ ab ipso impietatẽ didicerunt, sicut de ipso diabolo Apost. dicit. Qui nũc operatur in filios diffidentiæ: vel qđ eũ imitãtur. Dicitur filius etiã ꝑaui. lib. loquutionũ, super Gen. loquut. cj. Filiũ dici & aui & ꝑaui eum q̃ ex illo propagatur, vsitatissimæ lectionis est scripturæ. Dicũtur filij opera, super Psal. cj. ser. ij. Filij seruorũ tuorũ habitabunt in ea. Noli ergo esse sterilis. Si vis habitare, pręmitte fœtus quos sequaris præmittẽdo, nõ offerẽdo. Filij tui te deducãt ad terrã promissiõis, ad terrã viuẽtiũ, nõ moriẽtiũ. Cũ hic viuis in hac peregrinatione, antecedãt illi, suscipiẽt te propter refectiõnẽ carnalẽ, Filius antecessit Iacob ad Aegyptũ, & ait patri suo & fratribus suis. Ego præueni præparare vobis escas. Præcedãt ergo filij tui, præcedãt te opera tua: quales filios præmiseris, tales & sequeris. Super Psal. ciij. Iustitia eius super filios filiorũ. Retributionẽ dicit, super filios filiorũ: sed filios nostros dicit, opera nostra: filios filiorũ, mercedẽ operũ nostrorum. Super Psal. cxxvij. Filij tui opera tua sunt, quæ hic agis. filij filiorum fructus operum tuorum. Facis eleemosynas, filij tui sunt: ꝓpter eleemosynas accipis vitã æternã, filij filiorũ tuorum sunt. Nõ est curãdum si nõ sunt filij. super Psal. cxxvij. Crescite & multiplicamini. Pro magno vis habere, qđ auibus donatũ est. Voce q̃dẽ Dei donatum q̃s nesciat? Sed vtere bonis illis. Si accipis filios, magis cogita quomodo nutrias q̃ nati sunt, quã vt nascãtur. Nõ enim iã fœlicitas est habere filios, sed bonos habere. De nutriẽdis labora, si nati fuerint. Si autẽ nõ nati, age gratias Deo. Fortè minus sollicitus eris, & tamen sterilis nõ remãsisti. Ecclesia mater est. Per te fortè nascũtur spiritualiter de ista matre, qui sunt in circuitu mensæ Domini. Puniuntur ꝑ parentibus filij. super Psalm. In memoria redeat iniquitas patrum eius &c. An intelligendum est vt reddãtur ei peccata etiã parentum suorum? Ei quippe nõ reddũtur, qui fuerit mutatus in Christo, & cœperit esse nõ filius iniquorum, non imitatus mores eorum, quia & illud verissimè scri-

ptum eſt. Reddam peccata patrum in filios. Et illud quod per Prophetã dicitur. Et anima patris mea eſt, & anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Hoc quippe dictũ eſt de iis, qui cõuertuntur ad Deum, & nõ imitantur mala parentum ſuorum. Quod ipſe per Prophetã euidenter oſtendit. Dicit enim parentum iniquitates eis non obeſſe, qui iuſtitiã faciendo diſsimiles fuerunt. Illud autem quod dictum eſt, Reddam peccata patrum in filios: adiectum eſt, qui oderũt me: hoc eſt ſicut me oderãt parẽtes eorũ: vt quẽadmodum bonorum imitatio facit, vt etiã propria peccata deleãtur, ſic malorũ imitatio faciat vt non ſolũ ſua, ſed etiã eorum quos imitati ſunt merita ſortiantur.

Exod. 20.
Ezech. 18.

Tom. IIII.

Diffuſius hoc declarat lib. j. quæſt. Noui & Veteris teſtamenti. q. xiij. Quare infantes in Sodomis ſimul cũ parẽtibus cremati ſunt? Vt nimis impium facinus Sodomitarũ poſſit aduerti, peccatum eorũ peruenit vſque ad necem filiorum ipſorũ, ne de origine illorũ ſignum aliquod remaneret. Nonne prouiſum eſt etiã illis, ne diu viuentes ſequerentur exempla patrũ? A gehenna enim liberi ſunt, in aliena cauſa occiſi. Parẽtes enim tã pro ſe quã pro eis rei ſunt, quia vt illorum opera obliterarentur, omnis progenies ipſorum eraſa eſt. Nã ſicut bonis parẽtibus læti ſunt filij eorum, quod cõmendentur prærogatiua eorũ: ſic & de morte quæ pro malis illorũ infertur cõqueri nõ poſſunt, vt quẽadmodũ participes in lucro ſunt, ſic ſint & in damno. Similiter & in Aegypto pro noxiis patrum plexi ſunt filij, ſed vt ad emendationem eorum proficeret: vt quia ex aliis cauſis Deum credere, & venerari, qui in Moſe erat, voluerũt, hac plaga territi confiterentur cum ſatisfactione, ne grauius hũc reatum ſentirẽt. Hæc ergo mors filiorũ, crimen eſt patrum. Quoquo enim modo filij debitũ ſpiritũ reddiderãt, futuri accuſatores parentũ, quia perfidiam ſuã nec ſanguine filiorum vincere potuerunt. Nõ ergo in futurum, ſed ad præſens tempus mala parentum filios inuenerũt. Nec qualecũq; beneficiũ eſt, glorioſum nõ eſſe, nec tamẽ reum. Nam ſi quidã cum precibus enituntur in poſtremis poſiti, ad fidem veri accedere, vt ſi nõ coronam vel veniã mereãtur: quomodo poterũt hinc aliquid cõqueri, cum quibus ita actum eſt, vt neque eſſet vnde ignoſci ſibi precarẽtur, neq; ſublimes haberentur qui minimè laborauerũt? Cõfer nũc vnius momenti cruciatum, ad multi temporis pœnã. Arbitrare etiam multos laborare, & quia perſeuerare non poſſunt, nõ ſolum effectũ laboris amittere, ſed & pœna mulctari. Adde etiam quia difficile de malis nati, & inter nequiſsimos educati vel cõuerſati, mentem ſuam temperant ad diſciplinam Dei ſequendam. Vide ergo ſi non magis bene actum eſt cum filiis perditorum.

Pro parentibus filij patiuntur, & quomodo.

Lib. cod.

Eodem libro. quæſtione. xiiij. Porro repromiſit quidem Deus reddere ſe peccata patrũ filiis. Sed iis qui oderunt eum, hoc eſt, qui in paternis malis verſati, ſeruiunt idolis ſicut patres eorum. Ille enim inimicus Dei eſt, qui honorem

A eius vendicat creaturæ. Sicut enim iuſtorum filij & ipſi iuſti nobilitant in ſe genus iuſtitiæ. Dum & patrum & ſua iuſtitia ſublimantur, ita & nequiſsimorum, & ipſi filij nequiſsimi incrementum faciunt malitiæ, quia & malorum filij ſunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Cum terrore ergo loquutus Dominus videtur, ſed verum eſt, & hoc habet ratio. Quis enim malum, & mali hominis filium, non duplici genere execretur, quomodo bonum & boni filium duplici merito cenſet honorãdum? Idcirco autem in tertiam & quartam progeniem reddere ſe promiſit, vt ſi poſt patrem malum filius non ſequatur perfidiam patris, nepos autem aui in malis imitator exiſtens, ſciat ſe non immunem futurum à ſeueritate ſententiæ: aut etſi nepos forte non aui,

B ſed patris ſequutus veſtigia teſtamentum diligit Dei, nõ ignoret pronepos ad ſe vſque peruenire ſententiam, ſi æmulus ſit proaui perfidiæ. Hac legis manifeſtatione deterreri voluit Deus impios patres, vt agnoſcentes quantum mali præſtaret ſectatio idololatriæ, vel affectu filiorum, reuocarentur ad reuerentiam creatoris. Illi autem attẽdẽtes ad nequitiã, aliter hoc interpretari cœperunt dicẽtes, Patres noſtri mãducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: vt ſecuri de impunitate, eo quod filiis ipſorum redderẽtur peccata, illi tamen neque ſpiritus, neque carnis haberent pietatẽ. Hinc dicitur eis. Non morietur filius pro patre, neque pater pro filio, ſed anima quæ peccauerit ipſa morietur: vt addiſcerent non impunè ſibi futurum,

C ſed ſic reddi peccata patrum filiis, vt quia impietatem parentum ſequuti, mala quæ obliteranda erant exemplauerint, acerbius puniantur. Poſtquam Deus oſtendit quid mali pariat idololatria, addidit ſtatim quæ bona diligentes ſe ſequãtur, dicens. Et faciens miſericordiã in millia millium iis qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea: vt bonum patris, non vſque ad pronepotem, ſed vſque in millia millium reddat. Vtputa ſi quis ex ſemine Dauid diligat Deum, quem conſtat vtique porrò ante mille annos fuiſſe: huic additur miſericordia Dei, vt in neceſsitate duabus ſuffragantibus cauſis, miſericordiam accipere mereatur: quia & ipſe Dei cultor eſt, & ex eius ſemine eſt qui amauerit Deum. Et in hoc clementia Dei laudabilis eſt, vt odio

D habentibus ſe vſque in tertiam & quartam reddat progeniem, & non in millia millium: vt ſi in quintam progeniem tractum fuerit malum, inde iterum caput habere incipiat, vt ex eo numeretur vſque in tertiã & quartam progeniem, ſed dicet quis: authori magis amplius reddendum iuſtum videtur quã imitatori. In authorẽ congrua datur vindicta: filiis autẽ quod plus dicit reddi, pœna eſt patrum. Et ſi cauſam quæras, acceſſu legis peccatores plus fiunt rei, ſicut & Lamech, & poſt Lamech. Vnde filij non tenentur obedire contra Deum parentibus. ſuper Pſalm. lxx. ſer. primo. In ea re ſola filius non debet obedire patri

patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit cótra Dominum Deũ ipsius. Neque enim debet irasci pater, quando ei præponitur Deus. Vbi autem hoc iubet pater, quod contra Deum non sit, sic audiẽdus est, quomodo Deus, quia obedire patri iussit Deus. Super Psalmum centesimum vigesimum septimum. Tom.VIII. Vult Deus vt consanguinitatibus terrenis præponamus Deum. Defer patri, quia pater est: defer Deo, quia Deus est. generauit te pater accõmodando carnem suam, creauit te Deus adhibendo potentiam suam. Ne irascatur pater cũ Deus illi præponitur. Imo gaudeat sibi tantũ deferri, vt ille inuentus esset, qui ei deberet præponi. Tom.VI. Tantum debẽt esse pacifici, ibid. Matt.5. Debent esse filij pacifici: quia beati pacifici, &c. Sed sine charitate nulla est pax: nam qui diuiserint pacem, non habent charitatem. Vnde de eorum affectu circa parentes, lib. contra Adimantum supradictũ, c. vj. Tom.VI. Parentes honorare debemus, & eos tãtum tamẽ propter annũtiationẽ regni Dei nulla impietate cõtẽnimus. Tom.IIII Et hoc exemplo Christi. super Io. tract. cxix. Stabat autem mater iuxta crucem, &c. Exemplo suo suos instruit præceptor bonus, vt à filiis piis impẽdatur cura parentibus: tanquam lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiã cathedra fuerit magistri monentis. Ex hac doctrina sana didicerat Paulus Apost. quod docebat quando dicebat. Si quis autem suis, & maximè domesticis nõ prouidet, fidem negauit, & est infideli deterior. Quid autem tam cuique domesticum, quam parentes filiis, aut filij parentibus? Huius itaque saluberrimi præcepti ipse magister sanctorum de seipso constituebat exemplũ: quando non vt famulæ Deus quã creauerat & regebat, sed vt matri homo de qua creatus fuerat, & quã relinquebat, alterum pro se quodã modo filium prouidebat. Et merito, quia vt dicit lib. secũdo, de sermo. Domini in mõte, c. iij. Nil carius filiis debet esse, quam pater. Sed de cura habenda circa filios. libr. de sancta viduitate. Tibi sunt filij quos forte Anna non habuit. Nec ideo laudanda es, quia eos habes: sed quia piè nutrire atque educa re studes. Vt enim tibi nascerentur fœcũditatis, vt viuant fœlicitatis est: vt autẽ sic instituantur, voluntatis & potestatis. In illis tibi homines gratulantur, in hoc te imitentur. Anna per propheticam scientiam cognouit apud matrẽ virginem Christum, te Euangelica gratia fecit matrem virginis Christi. Sed de hæreditate. in sermone secundo. de communi vita clericorum. Quid facio inter illos, qui parant me reprehẽdere, & dentes in me ducere, si suscepero hæreditates eorũ, qui filios suos irati exhærẽdãt? Iterum quid sum facturus eis quibus canto, & nolunt saltare? Qui dicunt. Ecce quare nemo donat Ecclesiæ Hipponensi aliquid: Ecce quare nõ eam faciunt qui moriuntur hæredem: quia Episcopus Augu. de bonitate sua (laudando enim mordẽt, labiis mulcent, & dentem figunt) donat totum, nõ suscipit. Planè suscipio oblationes bonas & sanctas. Si qs autem irascitur filio suo, & moriens exhæredat

A eum, si viueret non eum placarem? non ei filium recõciliare deberẽ? Quomodo ergo cũ filio suo volo vt habeat pacem, cuius appeto hæreditatẽ? Sed planè, si faciat quod sæpe hortatus sum, vnũ filium habet, putet Christum alterum: duos habet, putet Christum tertiũ: decem habet, vndecimum Christum faciat, & suscipio. Quia ergo feci hoc in quibusdam rebus, iam volunt bonitatem meam vel commendationem famæ meæ in aliud vertere: aut alio modo me reprehendant, quia oblationes deuotorum hominum nolo suscipere. Considerant quam multa susceperim. Quid opus est ea numerare? Ecce vnum dico. Filij Iuniani hæreditatem suscepi. Quare? Quia sine filiis defunctus est. Bonifacij hæreditatem suscipere nolui, non misericordia, sed timore. B Nauiculariam nolui esse Ecclesiam Christi. Multi sunt quidem qui etiam de nauibus acquirunt: tamen vna tentatio si esset, iret nauis, & naufragaret. Homines ad tormenta daturi eramus, & de submersione nauis secundum cõsuetudinem quæreretur: & torquerentur à iudice qui essent de fluctibus liberati, sed non eos daremus. Nullo enim pacto hoc facere deceret Ecclesiam. Onus ergo fiscale persolueret, sed vnde persolueret? Enthecam nobis habere non licet. Non enim Episcopi est seruare aurũ, & reuocare à se mendicantis manum. [illegible] quæst. [illegible] lo vt. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi nos inopes interpellãt, vt plures tristes relinquamus, quia quod possimus dare omnibus, non habemus. Non habemus ergo Enthecam. Propter naufragium ergo hoc C vitandum feci non donando. Nemo ibi me laudet, sed nemo & vituperet. Planè quando donaui filio, quod iratus pater moriens abstulit, benefeci. Laudent qui volunt, parcant qui laudare nolunt. Quid plura fratres mei? Quicunque 17.q.4. Quicunque. vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum: imo Deo propitio nullum inueniet. Quã laudabile factum sancti & venerandi Episcopi Aurelij Carthaginensis, quomodo impleuit eos omnes qui sciũt laudibus Dei? Quidã enim cum filios nõ haberet, nec speraret, res suas omnes retento sibi vsufructu donauit Ecclesiæ. Nati sunt illi filij postea, & reddidit Episcopus, nec opinãti illi, quæ donauerat. In potestate habebat Episcopus non reddere, sed iure fori, non iure cœli.

D Tamen vt dicit super Epist. ad Gal. Malos filios, ne de iis erubescant, etiã parẽtes abdicare solent. Tom.IIII. De filiorum morte cõsolandum. in trac. de auaritia & luxuria. Christianum filium amisisti, non amisisti, sed præmisisti. Neque enim ille decessit, sed præcessit. Interroga fidẽ tuam: certè & tu illò iturus es, quo ille antecessit. Mortuo filio pater debet hæreditatem dare. Cap.12. Libro de decem chordis. Tom IX. Vt noueritis quia sic plerunque contingit, dicitur de quodam. Quare nõ facit eleemosynam? Quia seruat filiis suis. Contingit vt amittat vnum. Si propter filios seruabat, mittat post illum partem suam. Quare illam tenet in sacculo, & illum reliquit ab

animo? Redde illi quod ſuum eſt, redde quod illi ſeruabas. Iam mortuus eſt, inquit, ſed præceſsit ad Deum, debetur pars ipſius pauperibus. Chriſto debetur ad quem perrexit. Et ipſe dixit. (Mat.25.) Quod vni ex minimis meis non fecit, nec mihi fecit. Sed quid dicis? ſeruo fratribus ipſius. Si ille viueret nunquid non erat cum illis diuiſurus? O fides mortua, mortuus eſt enim filius tuus. Quicquid dicas, mortuo debes quod viuo ſeruabas. Chriſtus pro illo mortuus eſt. Si credis hoc, viuit filius tuus. Viuit prorſus: non deceſsit, ſed præceſsit. Qua fronte venturus es ad filium tuũ qui præceſsit, cui præcedenti non mittis partem ſuam in cœlum? An non poteſt mitti in cœlum? Audi Dominum dicentem. (Mat.6.) Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Nunquid non à te mittendum eſt filio, quando ſi miſſum fuerit non peribit? Tenebitur hic, vbi perire poteſt nõ mittetur illic, vbi Chriſto cuſtodiente perire nõ poteſt? Certè ea quę hic tenes, & nõ vis mittere poſt filium tuum quibus comendas? Actoribus tuis commendas illius partem qui præceſsit, & Chriſto non cõmedas ad quem pręceſsit? An idoneus eſt tibi procurator tuus, & minus idoneus eſt tibi Chriſtus tuus? Videtis fratres, quia mẽdacium eſt quod dicũt homines, ſcilicet filiis meis ſeruo. Mendacium eſt, auari ſunt omnes homines. Vel ſic certè cogantur confiteri quod nolunt, cũ erubeſcunt tacere quod ſunt: fundant & vomant in confeſsione quod portant. Pectus premitur crapula iniquitatis, euomat ea confeſsio, ſed non canino more redeatur ad vomitũ. Eſtote Chriſtiani, valde parum eſt vocari Chriſtianus. De filio autẽ Dei per adoptionẽ, in ſer. ij. de quadrag. Filius diceris, ſed ſi non renuis patris iuſsionem, (Tom.VI.) conſequeris eius hæreditatem. Lib. cõtra Adimantum ſupradictũ. c.v. Filij Dei ſunt homines renouati ad eius imaginẽ, & ei facti ſimiles vſq; ad dilectionem inimici. Sicut dicit Dominus, Diligere debemus inimicos noſtros, vt ſimiles ſimus patri noſtro qui in cœlis eſt. (Io.1.) Quod in poteſtate noſtra ab ipſo Deo eſſe poſitum, docet ſcriptura cum dicit. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Filij autem diaboli dicuntur homines, cum imitãtur eius impiam ſuperbiam, & à luce atque celſitudine ſapientię decidunt, & non credũt veritati. Quales Dominus arguit cum dicit, Vos ex patre diabolo eſtis. Cui loco Euangelico propheta cõſonat dicens. (Psal.81.) Ego dixi dij eſtis & filij altiſsimi omnes, vos autẽ ſicut homines moriemini, &c.

Super Pſal. cxij. Facit Deus ex filiis hominũ filios Dei, quia ex filio Dei fecit filium hominis. Videte quæ ſit illa participatio. Promiſſa eſt nobis participatio Diuinitatis: mentitur qui promiſit, ſi non eſt prior factus particeps mortalitatis. Filius enim Dei particeps mortalitatis effectus eſt, vt mortalis homo fiat particeps diuinitatis. Qui tibi promiſit cõmunicandũ tecũ bonũ ſuũ, prius tecũ communicauit malum tuum. Qui tibi promiſit vnitatem, oſtendit in te charitatẽ. (Io.8.) Super Pſal. cxxj. Noli dicere, Filius Dei ſum, ſi degeneras. Si, inquit, filij Abra. e. o. a. f. Inde illos ne-

A gauit filios, quia facta non faciebant.

FINIS. Quid ſit finis. libr. ij. contra aduerſarium legis & prophetarum. Finis quippe dicitur, propter quem ſunt omnia quęcunque fiunt officio. Nam inter officium & finẽ hoc diſtat, quia officium eſt in iis quæ facere debemus, finis propter quem facimus. Sed diſtinguitur de fine. lib. lxxxiij. quæſt. Aliter dicitur finis qui pertinet ad conſummationem, aliter qui pertinet ad conſumptionem. Aliter tela finitur texendo, aliter à tineis comedẽdo. Alia diſtinctio, ſuper Pſal. xxx. expoſit. ij. ſermo, ij. Duobus modis dicimus finem: vel quo fit vt non ſit quod erat, vel quo fit vt perfectũ ſit quod imperfectũ tamen erat. De fine ſolicitudinis, libr. de vera innoc. Finis curarum perfectio eſt deſideriorũ, B & in id quiſque tendit ac nititur, vt ad illud perueniat quo delectatur. Sapientis ergo eſt hoc appetere quod bonum facit, nõ id amare quod decipit. Sed de fine boni & mali, eod. lib. Finis boni eſt, nõ quo cõſumitur vt non ſit, ſed quo perficiatur vt plenum ſit. Et finis mali, non quo eſſe deſinat, ſed quouſque nocendo perducat. Vnde vnum eſt ſummum bonum, aliud autem ſummũ malum. Illud propter quod appetenda ſunt cętera bona, ipſum autem propter ſeipſum: hoc propter quod declinãda ſunt mala cætera, ipſum autem propter quod ſeipſum. De fine autem bono vel boni. lib. xix. de ciuita. Dei. c. ij. Finis boni cum ad eũ quiſque peruenerit, protinus beatum facit. Ideo libr. de moribus Eccleſiæ. Finis eſt quò referũtur ea quæ facimus, id eſt, propter quẽ C facimus quicquid facimus. Si nõ ſolum inculpabilis, ſed etiam laudabilis fuerit, tũc demum etiã facta noſtra laude digna ſunt. Si autem iure meritóque culpatur, etiam facta vituperanda ſunt.

Vnde libr. j. de Academicis, diſpu. j. Qui ad finem non peruenit, fateor quod perfectus nõ ſit.

Vnde finis debet honorari, lib. vij. de ciuitate Dei, capite ſeptimo. Fini debet dari plus honoris. Maior enim lætitia eſt, cum res quæque perficitur, ſollicitudinis autem plena ſunt cœpta, donec perducantur ad finem, quem qui aliquid incipit, maximè appetit, intendit, expectat, exoptat, nec de re inchoata niſi timetur exultat.

Ideo ſermone primo de ieiunio. In omni opere, in fine, aut laudatio, aut vituperatio eſt. Quia vt dicit ſuper Pſal. lxv. Ait Dominus diuerſa iu- D beo, finem attende. Si ideo facis vt glorificeris tu, hoc prohibui: ſi autem ideo vt Deus glorificetur, hoc iuſsi. Debet finis diligi. quia vt dicit, libro de vera religione. Miſeri ſunt homines, quibus cognita vileſcunt & nouitatibus gaudent, libentius diſcunt quam norunt, cum cognitio ſit finis diſcendi. Et quibus vilis eſt facilitas actionis libentius certant quam vincunt, cum victoria ſit finis certandi. Et quibus vilis eſt corporis ſalus, malunt veſci, quam ſatiari, & malũt frui genitalibus mẽbris, quã nullã talẽ cõmotionẽ pati. Et inueniuntur etiã qui malunt dormire quam non dormitare, cum omnis illius voluptatis ſit finis, non eſurire ac ſitire, & non deſiderare

rare concubitum, & non esse corpore fatigato. A Lib.iij.de libe.arb.Sicut Romam nauiganti, nihil noceret si excidisset animo à quo littore nauem soluerit, dum ab eo loco vbi esset nõ ignoraret quò prorã dirigeret: nihil autem meminisse prodesset littoris, vnde iter exorsus sit, si de Romano portu falsum aliquid existimans, in saxa incidisset: Ita neque si non tenuero initium temporis vitæ meæ, quicquã mihi oberit scienti quo fine requiescã, nec ꝓdesset aliq̃d illa, siue memoria, siue coniectura inchoatæ vitę, si de ipso Deo, qui vnus laborũ animæ finis est, aliter quã dignũ est opinatus, in scopulos erroris irruerẽ. Sed vt dicit, lib. de vera innoc. Nonnunquam multi sunt qui ad non esse tendunt. Quid enim tã obnoxium paucitati, quam quod est debitũ perditioni? Tamen vt dicit super Psal.cxviij. ser.xxj. Omnis consummationis vidi fi. Omnis autẽ consummatio mihi videtur hoc loco intelligẽda, vsque ad mortem pro veritate certare: & pro vero ac summo bono, mala omnia tolerare: cuius cõsummationis finis, est excellere in regno Christi quod non habet finem: & habere ibi sine morte, sine dolore, & cum magno honore vitam, morte huius vitæ ac doloribus & opprobriis acquisitã.

Dicitur finis Christus. super Ioan.tractat.lv. Christus est finis, quia vt ait Apostolus, Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Finis est perficiens, non interficiens: finis, quousq; eamus, non vbi pereamus. Super Psal.lv. Finem cum audis, in Christum intende: ne in via remanendo, nõ peruenias ad finẽ. Quicquid enim est, vbi infra steteris, antequã ad Christũ peruenias, nihil tibi aliud sermo Diuinus dicit, nisi accede. Nondum est locus vbi securitas sit. Est quidã locus vbi statio fidissima collocatur. Est quædã petra, vbi domus secura consurgit, vt non metuat imbres, tempestates & fulmina: petra autem erat Christus. Super Psal.50. Finis propositi nostri Christus est: quia quantũlibet conemur, in illo proficimus, & ab illo perficimur. Et hæc est perfectio nostra, ad illũ peruenire. Si cum ad illum perueneris, vltra nõ quęris, tuus finis est. Quomodo enim finis vitæ tuæ locus est quò tendis, quò cum perueneris iam manebis, sic finis studij tui, propositi tui, conatus tui, intentionis tuæ, ille est ad quẽ tendis: ad quẽ cum perueneris, vltra non desiderabis, quia nihil melius habebis. Super Psal. lxxiiij. In Christũ oculus mentis dirigatur tanquam in finem. Omnia quæ in via occurrunt transeantur, vt perueniatur in finẽ. Exultent superbi de præsenti fœlicitate, tumeãt honoribus, fulgeant auro, redundent familiis, obsequiis cliẽtum constipentur, prætereunt ista, & transeunt tanquã vmbra. Cum ille finis venerit, vbi omnes qui in Domino sperant gaudeãt, tunc illis veniet sine fine tristitia. Lib. de vera innoc. Finis legis Christus est, in quo lex omnis iustitiæ non solum cognoscitur, sed impletur. Omnis enim perfectio in ipso est, vltra quẽ nõ est quò se spes, fides, & charitas extendat. Eod. libr. Finis fidelium Christus est, ad quẽ cum peruenerit cur-

rẽtis intentio, non habet quod amplius possit inuenire, sed habet in quo debeat permanere.

FIRMAMENTVM & firmitas. Quod Deus est firmamentum nostrum. super Psal.lxx.ser.j. Quoniã firmamẽtũ meum es tu. Firmamẽtum meum quidem, per te sum firmus, ex te sum firmus, quoniã fir. m.e.tu. vt iam firmus ex te, sic vbi fuero infirmatus ex me, refugiam ad te. Vnde nullus est firmus à seipso, lib. j. de verb. Domini, sermo. xiij. Multos impedit à firmitate præsumptio firmitatis. Nemo enim erit à Deo firmus, nisi qui à seipso se sentit infirmum. Tom.X.

Sed de sancta scriptura, lib. de vera innoc. Sicut stellas cœli non extinguit nox, sic mentes fidelium adhærentes firmamento sanctæ scripturæ, non obscurat mundana iniquitas. Cap.20. Tom.III.

B FLAGELLVM. Quod vtile est. libro j. de verb. Domi. sermo. iiij. Si ad domanda iumenta tua profers virgam & flagellũ, & Deus non profert ad domanda iumenta sua quæ sumus nos, flagella sua, vt de iumentis suis faciat filios suos? Lib.ij. contra Petilianũ. Cautus filius, qui timendo flagellum patris recedit à cubili serpentis, nec vapulat, nec perit. Qui autẽ dolores disciplinæ pro sua perniciosa voluntate contemnit, & vapulat, & perit. Ideo super Psalm. xxxviij. Quoniã tu es qui fecisti me, noli me exterminare. Tantum cęde vt proficiam, nõ vt deficiam. Tantum funde, vt producar, non vt cõminuar. Super Psal.xcviij. Illi Deus irascitur, quẽ peccantẽ non flagellat. Nam cui verè propitius est, non solum donat peccata ne noceant ad futurum sæculum, sed etiã castigat ne semper peccare delectet. Ibid. Quicunque in Christo proficimus, non nos putemus sine flagello futuros: quia quantumlibet proficiamus, nouit ipse peccata nostra, aliquando & nobis ostendit illa, & videmus & nos ea. Et cũ inter tales homines versari cœpimus, vt iam homines quod in nobis reprehendant non inueniant, reprehendit ille adhuc qui omnia nouit, & vindicat in omnes affectiones, quia propitius est nobis. Nam si nõ vindicet & deserat, perimus. Super Psal.cij. Quomodo miseretur pater filiorum iud.tu.e. Iam finit quantum vult, pater est. Sed flagellauit nos, & afflixit nos, & contriuit nos, pater est. Fili si ploras, sub patre plora, noli cum indignatione, noli cum typho superbiæ. Quod pateris, vnde plangis medicina est, non pœna: castigatio est, non dãnatio. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hæreditate. Noli attendere quantam pœnam habeas in flagello, sed quem locum in testamento. Super Psalmum centesimum decimum quartum. Flagellat omnem filium quem recipit. Nec tam mihi amarum debet esse quod flagellat, quã dulce quod recipit. Super Psalmum cxviij. sermone xiij. Flagella non solũ mihi non auferunt spem, verum etiam augent: quoniam quem diligit Dominus, corripit &c. Libro de vera innocentia. De malitia mali, flagellatur bonus, & de seruo emendatur filius. In eodem. Quando corripit Deus genus humanum, &

Tom.X. Respon.98. Tom.VII. Tom.VIII. C Tom.eod. D

Margin (left): Tom.X. Cap.III. Tom.III. Tom.VIII. Tom.IX. Tom.VIII. Cap.190. Tom.III.

Cap.174. Tom.III.

num,& flagello piæ castigationis exagitat, exercet ante iudicium disciplinam,& plerunque diligit quem flagellat, nolens inuenire quem damnet. Flagellat autem simul & iustos & iniustos, quia nemo est qui possit gloriari castum se habere cor, aut mundum se esse à peccato. Ita de gratia misericordiæ eius veniũt etiam iustorum coronæ. Super Psalm.xxxvj.ser.j. De peccatore fecit Deus flagellum. Dedit ei honorem, dedit ei potestatem. Flagellantur inde res humanæ, emẽdatur inde peccator. Illi hoc reddetur, quod debetur:& tamen factum est de illo, vnde proficiat pius, vnde deficiat impius. In sermone de humilitate, circa fin. Vis fugere ab irato Deo, fuge ad placatum Deum. Ab ipso nusquam, nisi ad ipsum. Ab ipso te putabas fugere, cum ceruices superbas erigeres exclamans contra eum in tribulatione quam pateris, non confitendo peccata tua, sed iactando merita tua. Humilia ergo ceruices,& ad ipsum fuge, qui flagellat omnẽ filium quem recipit. Si dedignaris flagellari, dedignare hæreditari. Ad hæreditatem erudit te pater bonus, qui bonus est cum te pascit,& bonus cum te cędit: quia verè vbique misericors est. Flagellat autem Deus omnem filium etiam Christum. Lib. de pastor.c.iij. Flagellat Deus omnẽ filium quem recipit. Prorsus ita flagellat omnem filiũ, vt etiam vnicum. Vnicus ille de Dei patris substantia natus, æqualis patri, in forma Dei, verbũ per quem facta sunt omnia, non habebat vnde flagellaretur. Ad hoc carne indutus est, vt sine flagello non esset. Qui ergo flagellat vnicum sine peccato, nunquid relinquit adoptiuum sine flagello? In serm. de lucta Iacob. Quanta dilectio est in Deo, quando pro peccatoribus & impiis Christum crucifigendũ misit,& pretio sanguinis eius nos redemit, qui eius inimici eramus non amando eum, sed ea quæ fecit? Cum tamen ista fecerimus, misit Deus, sicut dicit Aposto. filium suum,& eum pro nobis impiis, ab aliis impiis occidendum tradidit. Et si infidelibus tantũ munus datum est, quid ergo seruat fidelibus? Ecce quomodo Deus diligit homines. Attẽdamus fratres. Nunquid non illos flagellat tamẽ? Quid? Non illos corripit? Vnde fames, vnde ægritudines, vnde pestilẽtię etiã in omnibus: omnes enim correptiones Dei sunt. Si ergo ille diligit, & tamen corripit, sic & tu si habes aliquẽ in potestate, quãuis serues affectum dilectionis, noli tamẽ negare flagellum correptionis: quia si negaueris, nõ tenebis dilectionẽ: quia ille moritur in peccatis, qui fortè correptus ea relinqueret. Vnde magis tibi imputatur verũ odium. Lib. de verbis Apost. ser.xxiij. Ita verum est quod Deus flagel-

Tom.X.

lat omnẽ filium quẽ recipit, vt nec vnico suo pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit eum. Intuentes ergo eũ qui sine peccati merito flagellatus est, qui mortuus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationes nostras, nõ timeamus, ne abiiciamur flagellati, sed potius cõfidamus, quia recipiemur iustificati. Super Psal.xxxj. Prorsus ad Deũ tuũ refer flagellũ: qa

A nec diabolus tibi aliq̃d facit, nisi ille permittat, q̃ desuper habet potestatẽ, aut ad pœnã, aut ad disciplinã: ad pœnã impij, ad disciplinã filij. Flagellat enim filiũ quẽ recipit: nec te sine flagello futurũ speres, nisi fortè cogitas exhæredari. Flagellat enim omnẽ filiũ: ita ne omnẽ? Vbi te volebas abscõdere? Ad omnẽ,& nullus exceptus: nullus sine flagello erit? Quid omnẽ? Vis audire quẽ omnẽ? etiã vnicus sine peccato, nõ tamẽ sine flagello. Tom.

Super Psal.xxxvij. Nõ insultẽt in me inimici mei si me flagellat pater meus. In flagella paratus sum, quia mihi hæreditas præparatur. Nõ vis flagellũ? Nõ datur tibi hęreditas. Omnis enim filius necesse est vt flagelletur. Vsq; adeò omnis flagellatur, vt nec illi pepercerit, qui peccatũ nõ habuit. Et subdit ibid. inf. Flagella sua dolẽt homines, quare flagellãtur non dolẽt. Patitur quis dãnũ, procliuior est vt dicat indignè passus sum, quã vt cõsideret quare passus sit: dolẽs damnum pecuniæ,& nõ iustitię. Tamẽ super Psal.xciij. ser.ij. Sup illud, tẽpus est vt incipiat iudiciũ à domo Dei. i. tẽpus est, vt modo iudicẽtur, qui pertinent ad domũ Dei. Si flagellãtur filij, quid debẽt sperare serui nequissimi? Super Psalm. cxxij. Iusti propterea patiũtur vt probẽtur, tẽtationibus exerceantur, & flagellis proficiãt: quia Deus flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit. Et si vnicũ sine peccato flagellauit, & ꝑ nobis tradidit eũ, quomodo debemus nos flagellari qui fecimus quare flagellemur? Si flagellatur à nobis Christus. super Ioan. sermo.x. Flagellatus est dominus flagellis Iudæorum. flagellatur blasphemiis falsorum Christianorum.

C FLETVS. Flere oportet peccatorẽ, Libr. meditationum. Impossibile est non flere peccatorẽ, vel hîc, vel in futuro. Propterea debet flere pater filiũ. super Psal. xxxvij. Plerunque si filius cuiusque moriatur, plãgit illum. Si peccaret non illum plangit. Tunc plangere, tunc dolere, cum peccare videret: tunc modum imponere, tunc formam viuendi docere, & disciplinam dare deberet: aut si fecit,& ille nõ audiuit, tunc erat plangendus: tunc peius mortuus luxuriosè viuens, quam moriendo luxuriam finiens. Hæc dolenda sunt, illa sustinenda, illa ferenda, ista ferienda. Sed de flendis mortuis. require supra, capit. Consolatio. Vnde libro de consolatione mortuorum. sermone secundo. Si

D Dauid qui adhuc sub lege positus erat, sub illa non dico licentia, sed necessitate lamentationis de morte filij, sic animum à luctu irrationabili superauit, sic tristitiam suam suorúmque compescuit: nos qui sub gratia sumus, sub certa spe resurrectionis, quibus omnis tristitia interdicitur, qua fronte mortuos nostros gentilium more plangimus, vlulatus insanos tollimus, veluti alio genere bacchantes, cum scissis tunicis pectora nudamus, verba inania & nænias circa corpus & tumulum defuncti cantamus? Postremo etiam qua ratione vestes nigras tingimus, nisi quo verè infideles & miseros non tantum fletibus, sed etiam vestibus approbemus? Aliena

sunt

sunt ista fratres, extranea sunt, non licent: & si licerent, nō decerent. Sed aliquātos de fratribus & sororibus, licet fides propria & præceptum Domini fortes faciat, parētum tamen & vicinorum opinio debilitat & frangit: ne lapidei & crudeles iudicentur, si pepercerint vestimento, & nō fuerint insanis luctibus debacchati. Et hoc quam vanū est, & quā ineptū, opiniones hominū errantiū cogitare: & non timere ne quid minus de fide faciat quā suscepit. Quare nō magis tolerat iā à me dicis qui diues est, quare nō fidem ille qui dubius est? Quāuis etiā si tātus sit dolor eius, tacitè tamē debet luctum sensu dirigere, & non leuitate sui animi publicare? De fletu verò iustorū. super Io. ser. vj. *Tom.X.* Quod dicitur, Spiritus sanctus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, nō sanctus spiritus in semetipso apud semetipsum in illa trinitate, in illa beatitudine, in illa æternitate substantiæ gemit, sed in nobis gemit, quia gemere nos facit. Nec parua res est quod nos docet Spiritus sanctus gemere: insinuat autem nobis quia peregrinamur, & docet nos in patriā suspirare, & ipso desiderio gemimus. Cui bene est in hoc sæculo, imo qui putat quod ei bene sit, qui lætitia rerum carnalium & abundātia temporalium, & vana fœlicitate exultat, habet vocē corui: vox enim corui clamosa est, non gemebunda. Qui autem nouit in pressura se esse mortalitatis huius, *Gemitus columbæ.* & peregrinarise à Domino, nōdum tenere illam perpetuam quæ nobis promissa est beatitudinē, sed habere illā in spe, habiturus est in re, cū Dominus venerit in manifestatione præclarus, qui prius in humilitate venit occultus: qui hoc nouit gemit. Et quandiu propter hoc gemit, bene gemit. Spiritus docuit illum gemere, à columba didicit gemere. Multi enim gemunt in infœlicitate terrena, vel quassati damnis, vel ægritudine corporis prægrauati, vel carceribus inclusi, vel catenis colligati, vel fluctibus maris iactati, vel aliquibus inimicorum insidiis circunsepti. Gemunt enim isti, sed nō columbæ gemitu: quia nō amore Dei, non spiritu gemunt. Ideo tales cū ab ipsis pressuris fuerint liberati, exultant in grādibus vocibus: vbi apparet quia corui sunt, non columbæ. Super Psal. cxviij. ser. j. Beati qui plorant: non quia plorant, sed propter quod sequitur, quia ridebunt. Lib. de verb. Apost. serm. ix. Denique propter dolorem salubrē pœnitentiæ, in fletu Dominus posuit officiū, in risu beneficium, nō machinationem. *Cap. 51. Tom. IIII.* Sed de fletu causa proximi, lib. de salu. docu. O mi frater, nunquid ferreę sunt carnes nostræ vt non contremiscant, vel etiam sensus noster adamantinus vt nō mollescat, aut etiā euigilet ad talia Dei verba? *Hier. 9.* Quare non dicimus cum Propheta. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & nō ploremus die ac nocte, vulneratos filios plebis nostrę? *Planctus piorum.* Deficiunt flendo oculi eorum qui considerant, non solum mortes corporum, verum etiam animarum Christianorū. Quis luctus idonior? Quis planctus certior inueniri potest quam ille, quando vnusquisque nostrum de

A anima perdita luget & dolet cum Apostolo, qui dixit. *1. cor. 11.* Quis infirmatur & ego nō infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Atque iterum in alio loco proximi dilectioni cōpassus dixit. Optabā esse anathema pro fratribus meis à Christo. *Rom. 9.*

FLOS. Christus dicitur flos, in sermone j. de Assumpt. Virginis. Flos singularis est Dominus noster Iesus Christus, sicut ipse in canticis loquitur. Ego flos campi & lilium. In lilio siquidem cādidus color extrinsecus, intrinsecus verò flāmeus cernitur: quia Dominus noster habet candorem ex virginitatis carne, habet & ignis splendorem ex potentia Diuinitatis. Quod lilium non in montibus sed in cōuallibus nascitur, quia superbos Christus Dominus deserens, in humilibus cordibus inuenitur. Sed de B flore peccatoris. super Psal. xc. ser. j. *Tom. VIII.* Non est leue videre impium florentem in hoc sæculo, vt consideres fide quid passurus est in fine si se non correxerit: quia qui modo tonare volunt, postea fulminabuntur.

FLVMEN. De fluminibus Paradisi. lib. ij. de Gen. cōtra Manichæum. *Cap. 10. Tom. I.* Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, &c. Diuiditur in quatuor partes, & quatuor virtutes significat: prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & iustitiam. *Allegoria fluminū Paradisi terrestris.* Prudentia ergo, quæ signat ipsam contemplationē veritatis, ab omni ore humano alienam, quia est ineffabilis: quā si eloqui velis, parturis eam potius quam paris, quia ibi audiuit & Apostolus ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Hæc ergo prudentia terram circuit, quę C habet aurum & carbunculum, & lapidem Prasinū: id est disciplinā viuendi, quæ ab omnibus terrenis sordibus quasi decocta enitescit, sicut aurū optimū & verū, quod nulla falsitas vincit, sicut carbunculi fulgor nocte nō vincitur: & vitā ęternam, quæ viriditate lapidis Prasini signatur, propter vigorē qui nō arescit. Fluuius autem ille qui circuit terrā Aethiopiæ multū calidā & feruētē, signat fortitudinē calore actionis alacrem atque impigram. Tertius autē Tigris vadit contra Assyrios, & signat temperantiā, quæ resistit libidini, multum aduersanti consiliis prudentiæ. Vnde plerunque in scripturis Assyrij aduersariorū loco ponuntur. Quartus fluuius, non est dictū contra quos vadat, aut quā terram circūeat: iustitia enim ad omnes partes animæ pertinet, quia ipse D ordo & æquitas animæ est, qua sibi tria ista concorditer copulantur, prima prudētia, secūda fortitudo, tertia temperantia, & in ista tota copulatione atque ordinatione iustitia est. Sed quia flumen signat sæculum & præsentem vitam, ideo super Psal. lxv. *Tom. VIII.* Flumen est omnis mortalitas sæculi. Vide flumen, Alia veniunt & trāseunt, alia transitura succedunt. Nonne sic fit in aqua fluminis quæ de terra nascitur & manat? Omnis qui natus est, cedat oportet nasciturо: & omnis iste ordo labentium rerum, fluuius quidam est. In istum fluuium non se mittat anima cupida, stet, Et quomodo transiet delectationes rerū periturarū? Credat in Christū, & trāsibit. Super titul.

titulum Psalmi xliij. Labitur vt fluuius mortale sæculū,& præterfluit quicquid venit in mundum. Sed per fluuium,intelligitur peccatum. Vnde in sermone de Heliſęo dicit. Quomodo securis de manu Prophetæ in profundum corruit, ita genus humanum de manu Dei omnipotentis per superbiam sese excussit & cecidit, & fluuio luxuriæ vel omnium peccatorū gurgite se submersit. Securis ergo illa in profundo iacebat, quia genus humanum in omnium criminum abyssum infœlici ruina corruerat, sicut scriptū est. Infixus sum in limo profundi, &c. Fluuius enim vbi securis cecidit, significat præterfluētē, & fugitiuam, & in abyssum descendentem voluptatem, vel luxuriam sęculi huius. Fluuius enim à fluendo nomē accepit. Et quia omnes peccatores trāsitoriis voluptatibus inhęrētes fluere dicūtur, ideo securis in fluuio & in limo iacebat oppressa. Veniēs ergo Helisæus misit lignū,& natauit ferrū. Quid est lignū mittere,& ferrum in lucem producere, nisi patibulum crucis ascēdere, & de profundo inferni humanum genus erigere, ac de omnium peccatorū limo per crucis myrsteriū liberare? Postquam verò natauit ferrum, misit manū Propheta,& accepit illud. Quia qui de manu Domini superbiendo cecideramus, per crucis lignum iterum ad manum Domini reduci meruimus. Et ideo quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne iterum superbiēdo de manu Domini corruamus. Et quia nullis pręcedentibus meritis de tenebris producti sumus ad lucem, de morte ad vitam vocati, de multis erroribus ad viam reducti. Curramus dum lucē habemus, ne prætereuntia salutis tempora negligamus. Nec nos delectet mundi huius malè dulcis & nimium periculosa dulcedo, ne iterum de operibus sanctis, & de iustitia quasi de manu Domini corruētes. ad luxuriosum mundi huius flumē recurramus, & in omnium peccatorum limum infœlici iterum ruina mergamur. Sed audiamus Apostolum. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

Serm. d. tēp. 210. Tom. X. — *Psal. 68.* — *Allegoria excussi ferri aut securis.* — *Col. 3.*

Tom. IX. FONS. Differt fons à puteo, sup Io. tra. xv. Omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & vsui præbetur haurientibus, fons dicitur. Sed si in promptu & in superficie sit, fons tantum dicitur: si autem in alto & profundo sit, ita puteus vocatur, vt nomen fontis non amittat. Libro iij. contra Maximinum Arrianum. Quod fons sit ita trinitas probat, per hæc verba. Tantum quantus est ipse & talem qualis est ipse, si non potuit gignere, quomodo Deus est? si noluit, quomodo bonus est? Pater, inquis, fons est bonitatis qui quod est bonus, à nemine accepit. Nunquid ideo minus bonus est filius: quam quod bonus est, ab eo patre accepit, qui nascenti filio tantam bonitatē quantacunque illi est, quia Deus est, dare potuit: & dedit quia bonus inuidere non potuit? Nam si minus bonitatis, quam quod ipse habet vnico dedit, minus bonus est & ipse quā debuit. Quod sentire dementiæ est. Ergo quantum ipse

Cap. 23. Tom. VI.

A habet bonitatis, tantum filio dedit. Et quia natura est, non gratia filius, nascenti non indigenti dedit: & plenus plenum fons bonitatis, fontem genuit bonitatis. Ac per hoc nec auxit in se hic quod accepit, nec minuit in se ille quod dedit: quia non habet immutabilitas vnde deficiat, igitur non habet plenitudo quo crescat. Quid autē est ipsa bonitas, nisi vita viuificās? Proinde quia fons fontem genuit, sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Hoc ipse filius dixit, non ego. Vnde meritò Deo patri dicitur. Quoniam apud te est fons vitæ. quis autem est iste fons vitę apud patrem, nisi de quo dicitur. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbū: hoc erat in principio apud Deū? De quo etiā paulopost dictū est. *Psal.*

B Et vita erat lux hominū. Hæc vita, fons vitæ est: & lux ista, lux lucis est. Vnde cum dictum est: Apud te est fons vitæ: continuò subiunctum est: & in lumine tuo videbimus lumen, hoc est in filio tuo Spiritum sanctum. Fons ergo de fonte, filius de patre, & simul ambo fons vnus: lux de luce, filius de patre, & simul ambo lux vna: sicut Deus de Deo, & simul ambo vtique Deus vnus, & hoc totum nō sine spiritu amborum. Ex hoc fonte bonitatis, ex hoc fonte vitæ, ex hoc immutabili lumine, ex hac indeficiente plenitudine, id est, Patre & Filio & Spiritu sancto, id est, vno Domino Deo solo, secundum mēsuram fidei suæ qui veraciter credunt, sumentes boni fiunt, viuificantur, illuminantur, implentur. Fons est Spiritus sanctus, lib. ij. de Gen. contra Mani- *Tom*

C chæum. Fons ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. Facies terræ, id est, dignitas terræ, mater Domini virgo Maria rectissimè accipitur, quam irrigauit Spiritus sanctus, qui fontis & aquæ nomine in Euangelio significatur: vt quasi de limo tali homo ille fieret, qui cōstitutus est in Paradiso, vt operaretur & custodiret, id est volūtate patris, vt eam impleret atque seruaret.

Sed de fonte vitæ, super Psal. cxlij. Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. Leuaui ad te, non contra te. Apud te fons vitæ. Ad te leuaui animā meam tanquam vas ad fontem attuli. Imple ergo me, quia ad te leuaui animam meam. In communibus sermonibus, sermone lxxxvij. Inebriabuntur, inquit, ab vbertate domus tuæ, &c. Quo vino? Quo mu-

D sto? Qua vnda? Quo melle? Quo nectare? Quæris? Quoniam apud te est fons vitæ, Præbibe si potes vitam: conscientiam para, non gulam: mentē, non ventrem. Vnde libro soliloquiorum ad Deum. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem tuam. O fons vita vena aquarum viuentium, quando veniam & apparebo ad aquas dulcedinis tuæ? De terra deserta, & inuia, & inaquosa, vt videam veritatem tuam & gloriam tuam, & satier ex aquis misericordiæ tuæ sitim meam? Sitio Domine, fons vitæ es, satia me. Sitio te Deū viuum. O quando veniam, & apparebo ante faciem tuam? *Cap. Tom. II.*

Forma.

FORMA. Forma est Dei & essentia. Lib. A supputationum, parte iij. c. ij. Tua Diuina essentia semper caruit & caret materia, licet nõ careat forma, scilicet informata, forma formarum, forma formosissima. Quam dum imprimis quasi sigillum in rebus singulis, eas sine tui augmento aut detrimento, aut mutabilitate, proculdubio à te facis differri. Quicquid in natura creaturarum est, creatura est. O vna Trinitas & trina vnitas, Deus cuius omnipotentia omnia possidet, & regit, & implet, quæ creauit. Et est forma Dei, verbum. Lib. iij. de verbis Domini. Verbum Dei quod Deus est, forma est quædam. Forma non formata, sed forma omniũ formatorum. Forma incõmutabilis, sine lapsu, sine defectu, sine tempore, sine loco, superans omnia, existens in omnibus, & fundamentum quoddam B in quo sint, & fastigium sub quo sint. Si dicis quia omnia in illo sunt, non mentiris. Ipsum Dei verbum, est sapientia Dei. Habemus autem scriptũ, Omnia in sapiẽtia fecisti: ergo in ipso sunt omnia, & tamẽ quia Deus, sub illo sunt omnia. Nulla res potest esse sine forma. Lib de vera innoc. ca. cccl xxviij. Quantacunq; bona, quamuis magna, quamuis minima, nisi ex Deo esse non possunt. Quid enim maius in creaturis quam vita intelligens? Aut quid minus potest esse quam corpus? Quæ quantumlibet efficiant & in id tendant vt non sint: tamen aliquid formæ illius remanet vt quolibet modo sint. Quicquid autẽ formę cuiuspiam rei deficientis remanet, ex illa forma est, quæ nescit deficere, motúsque ipsis rerum deficientium vel proficientium, excedere numerorũ C suorum leges non finit. Quicquid ergo laudabile aduertitur in rerum natura, siue exigua, siue ampla laude digna iudicetur, ad excellentissimam & ineffabilem laudem conditoris referendum est.

FORNAX. Fornax est tribulatio. super Psal. lxj. In fornace artificis est palea, aurum, & ignis. Ad hanc flat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum. Illa in cineres vertitur, à sordibus illud exuitur. Fornax mũdus, palea iniqui: aurum iusti, ignis tribulatio: artifex Deus. Quod vult ergo artifex, facio: vbi ponit me artifex, tolero. Iubeor ergo tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & quasi consumendum me. Illa in cinerẽ vertitur, ego sordibus careo. Super Psal. D cxx. Illi non crepant in fornace, qui non habent ventum superbiæ. Humilitas ergo custodit in omni tentatione.

FORNICATIO. Lib. 50. homi. Fornicari à Deo, est recedere ab illo simplici & singulari bono, in istas mundi voluptates, & in amorem sæculi, corruptionémque terrenorum. Libro contra Adimantum discipulum Manichæi. cap. vij. Fornicatio autem, est auersio à fœcunditate sapientiæ, & ad conceptum temporalium illecebrarum corruptionúmque conuersio. Lib. j. de serm. Domini in monte, c. xj. Quis dubitet omnem malam concupiscentiam recte fornicationem vocari, quando anima neglecta superiore lege qua regitur, inferiorum naturarum turpi voluptate quasi mercede prostituta corrumpitur?

FORTITVDO. Libr. j. de libero arbitrio. Fortitudo est animæ affectio, qua omnia incommoda & damna nõ in nostra potestate constitutarum rerum contemnimus. *Cap. 13. Tom. I.*

Lib. vj. musicæ. Fortitudo est affectio animæ, qua nullas aduersitates morte formidat. Distinguitur de fortitudinis actu. super Psal. lviij. Sunt in hominibus quidam fortes reprehensibili & damnabili fortitudine: qui præsumunt quiddam, sed de tẽporali fœlicitate. Sunt alij fortes, non de diuitiis, non de viribus corporis, nõ de aliqua in tempore præcellenti potentia dignitatis: sed pręsumentes de iustitia sua. Quod genus fortium cauendum, metuendum, auersandum, non imitãdũ. Sed debemus confiteri peccata nostra & infirmari, vt fortes simus: habere potius Apostoli vocem dicentis. Quando infirmor tunc potẽs sum. *Cap. 15. Tom. I. Tom. VIII. 2. Cor. 12.*

Aliter lib. de vera innoc. Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem autẽ Christianorũ Dei charitas facit: quæ diffusa est in cordibus nostris, nõ per volũtatem arbitrij, quod est à nobis, sed per Spiritum sanctũ qui datus est nobis. Aliter in sermone de timore. Cum fortis ille dicatur qui neminem timet, peruersè fortis est, qui primo Deum non vult timere, vt timẽdo audiat, audiendo diligat, diligendo non timeat: tunc verè erit fortissimus: nõ superba duritia, sed secura iustitia. Sicut etiam scriptũ est, Timor Domini spes fortitudinis. Cum enim timetur pœna quam minatur, discitur amari præmiũ quod pollicetur: ac sic per timorẽ pœnæ bona vita retinetur: & per bonam vitam & bonam conscientiam, nulla pœna timetur. Quapropter discat timere, qui non vult timere. Discat ad tempus sollicitus esse, qui semper vult esse securus. Ait enim Ioãnes. Timor nõ est in charitate, s. p. c. f. m. t. Si ergo habere non vis timorem, prius vide vtrum iam perfectè habeas charitatem, quæ foras mittit timorẽ. Si verò ante istam perfectionẽ timor excluditur: superbia inflat, non charitas ædificat. Nã sicut in bona valetudine fames non fastidio, sed cibo pellitur: ita in bona mente timor, non vanitate, sed charitate pellendus est. Sed de fortitudine virtuosa, Lib. j. de libero arbitrio. Fortitudine nõ amat homo hæc temporalia, & nõ dolet amissa, sed omnino cõtemnit. Sed infra subdit ibidem. Non intelligo quem fortem verius appellare possim, quam eum qui rebus iis, quas neque vt adipiscamur, neque vt obtineamus in nobis situm est, æquo & tranquillo animo caret. *Cap. 295. Tom. III. Serm. de temp. 214. Tom. X. Cap. 13. Tom. I. Cap eod.*

Vnde de fortitudine simulata secũdũ opinionem. li. de sentẽtia Iacobi ad Hieronymum. Pertinacia cõstantia dici affectat & non est, quia illa est virtus, hoc vitium. Exempli gratia. Catilina, vt de illo scripserunt qui nosse potuerunt, frigus, sitim, famem ferre poterat, erátque patiens inediæ, algoris, vigiliæ, supra quam cuiquam credibile est. Ac per hoc & sibi, & suis, magna prædi- *Tom. II. Epist. 29. Salustius.*

tus fortitudine videbatur:sed hæc fortitudo non
erat. Nam prudens nõ erat, mala enim pro bonis
eligebat. Temperans non erat, corruptelis enim
turpiſsimis fœdabatur. Iuſtus non erat, nam con-
tra patriam coniurauerat. Et ideo non fortitudo
erat ſed duritia ſibi, vt ſtultos falleret, nomẽ for-
titudinis imponebat. Nam ſi fortitudo eſſet, non
vitium, ſed virtus eſſet. Si autẽ virtus eſſet, à cæ-
teris virtutibus quaſi inſeparabilibus comitibus,
Tom.I. nunquam relinqueretur. Et ideo dicit. Lib. de
beata vita, diſputatione ij. Omnis ſapiens fortis
eſt, nullus autẽ fortis aliquẽ metuit. Non igitur
metuit ſapiens, aut mortem corporis, aut dolo-
res, quibus pellendis vel euitandis, vel differen-
dis, ſunt neceſſaria illa quorum ei poteſt contin-
gere inopia. Sed tamen non deſinit eis bene vti, ſi
ipſa non deſunt. Veriſsima eſt illa ſentẽtia. Nam
Terentius tu quod vitare poſsis, ſtultum eſt admittere. Vi-
& Plato lib. tabit ergo mortem ac dolorẽ quantum poteſt &
de repub. quantũ decet, ne ſi minimè vitauerit, non ex eo
miſer ſit quia hæc accidunt, ſed quia vitare cũ poſ
ſet noluit: quod manifeſtum ſtultitiæ eſt ſignum.
Erit ergo iſta non vitans, nõ earum rerum per-
peſsione, ſed ſtultitia miſer. Si autem nõ valuerit
euitare, cum id ſedulo ac decenter egerit, non cũ
iſta irruentia miſerum facient. Etenim & illa
eiuſdẽ Comici ſententia nõ minus eſt vera, Quo-
niam non poteſt id fieri quod vis, id velis quod
poſsis. Sed vbi conſiſtat fortitudo, in ſerm. vj.
de natiuitate Domini. Reuera fortis pugnat, qui
contra ſe pugnat. Stat in humilitate. ſuper Pſal.
xcij. Omnis fortitudo in humilitate eſt, quia fra-
Tom.VIII. gilis eſt omnis ſuperbia. Vnde infra ſubdit ibi-
dem. Si in faciem quis tibi dicat conuitium, opus
eſt vt fortis ſis, vt feras: ne fortè ideo te putes for
tem cum audieris, quia percutis pugno victus cõ-
uitio. Non eſt iſta fortitudo, ſi victus percutias,
cum ab ira victus es. Et valde ſtultum eſt homi-
Prouerb.16. nem deuictum fortẽ dicere, cũ dicat ſcriptura,
Melior eſt qui vincit iram, quam qui capit ciui-
tatem. Meliorem dixit iræ victorẽ, quã ciuitatis
captiuatorẽ. Habes ergo aduerſariũ magnũ in te
ipſo cũ addito cõuitio ira cœperit ſurgere, vt red
1. Pet.3. das malum pro malo. Recordare verba Apoſto-
li: Non reddentes malũ pro malo, neq; ma. pro
ma. His verbis recordatis, frangis irã, tenes forti-
tudinẽ. Et quia eſt in patientia. ideo lib. de vera
Tom.III. innocentia, c.lij. Maior animus merito dicendus
eſt, qui vitam ærumnoſam magis eligit ferre,
quam fugere: & humanum iudiciũ, maximè vul-
gare, quod plerũq; caligine erroris inuoluitur,
prę conſcientiæ luce ac puritate cõtemnere. Da
tur autẽ fortitudo à Deo. Lib. eodẽ c.xxxiij. To-
ta fidelium ſalus, tota patientiæ fortitudo, ad eum
qui in ſanctis ſuis eſt mirabilis, referenda eſt: quia
niſi in illis Dominus eſſet, furori impiorum fra-
gilitas humana ſuccumberet. Lib. de oratione
Tom.VIII. Dominica. Nemo ſuis viribus fortis eſt. Sed Dei
indulgẽtia & miſericordia tutus eſt. Super Pſal.
lviij. ſerm.j. Fortitudinem meam ad te cuſtodiã:
quia ſi decedo à te, cado: Si accedo, fortior fio.
Nam anima humana nõ habet ex ſe lumẽ, nõ ha-

A bet ex ſe vires. Totũ autẽ quod pulchrũ eſt in ani
ma, virtus & ſapiẽtia eſt. Sed nec ſapit ſibi, nec va
let ſibi, nec ipſa ſibi lux eſt, nec ipſa ſibi virtus eſt:
ſed eſt quædã origo fónſq; virtutis, & quædã, vt
ita dicã, & ſi hoc dicendũ eſt, regio incõmutabilis
veritatis. Ab hac anima recedẽs tenebratur, acce
dens illuminatur. Accedite ad eũ & illuminamini,
quia recedendo tenebramini. Super Pſal. cxxx-
viij. Quid magnũ ſi fortis eſt Angelus? Magnũ eſt
ſi fortis eſt caro. Sed vnde fortis caro? Vnde for-
te vas fictile, niſi à Domino? Sed quare detur
fortitudo. Lib. de ſingularitate clericorum. Ac-
cepimus quidẽ fortitudinẽ ſpiritalem per quam
ſubſtantiæ noſtræ fragilitas roboretur. Sed ita no
bis ſpiritalis fortitudo collata eſt, vt prouidos nos
non præcipites tueatur: vt illos muniat, qui re-
B nuntiãt importunitatibus delictorum, nõ eos qui
ſe magis importunè delictis immergunt. Cu-
ſtos nobis datus eſt Spiritus ſanctus, ſed vt cõtra-
ria declinãtibus aſsiſtendo ſubueniat, non vt con-
traria eligentibus faueat, nec vt voluntarios &
prono sin aduerſis confortet, ſed vt ab aduer-
ſis nitentes ſeparari cõfirmet. Nam quicũq; per-
nicioſis conatibus audet exercere virtutem, iuua-
men non habet Spiritus ſancti, qui neminem vult
vltroneum virum fortem ad fraudulentas victo-
rias coarctari nec protegit eum, quinimo ſed de-
ſerit quem periculis irruentem per euentus illi-
citos exquirere triumphos agnouerit. Ordine
ſuo igitur nõ noſtro arbitrio virtus Spiritus ſan-
cti miniſtratur, & ſecundum inſtinctũ eius præ-
lia proſperantur. Nunquã niſi præcipitatus exer-
C citus cecidit. Qui auidus facere, ducis vel impe-
ratoris ſui diſpoſiones irrupit: multo magis per
perituram erogat fortitudinem, qui ſine armis do
ctrinæ magiſtri ſpiritus præſumpſerit triumpha-
re. Si qua igitur in nobis eſt fiducia virium ſpiri-
tualium, quid ſpirituales deceat recordetur: & ſi
creditis vos ſpiritualiter militare, agnoſcite quod
docemus, non eſſe carnale. De Chriſti autẽ forti-
tudine. ſuper Pſal. lxiij. Propter hominẽ Deus la-
tens in homine, quia venerat neſcientibus exem-
plum fortitudinis dare, ideo ipſe ſciens omnia ſu-
ſtinebat. Super Ioannem, Tract. xv. Inuenimus *Tom.IX.*
Ieſum fortem, inuenimus Ieſum infirmum. For-
tem, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine labo
re facta ſunt. Quid illo fortius, per quẽ ſine labo-
D re facta ſunt omnia? Infirmũ vis noſſe? Verbũ ca-
ro factũ eſt, & habitauit in nobis. Fortitudo Chri
ſti te creauit, infirmitas Chriſti te recreauit. Forti
tudo Chriſti fecit, vt quod nõ erat eſſet: infirmi-
tas Chriſti facit, vt quod erat nõ periret. Cõdidit
nos fortitudine ſua, quæſiuit nos infirmitate ſua.

FORTVNA. Quomodo intelligẽda ſit. *Tom.III.*
Lib. quæſtionum ſuper Geneſ. quæſt. xcj.
Fortuna intelligenda eſt pro iis rebus quę
fortuitu videntur accidere, non quia numen ali-
quod ſit cum hæc ipſa tamen quæ fortuita vidẽ-
tur, cauſis occultis Diuinitus dentur. Vnde etiam
verba, quæ nemo poteſt auferre à conſuetudine
loquendi, parata ſunt, id eſt, forte fortaſſè, forſi-
tan & fortuitu. De qua & eius cauſa dicit. Lib.

retra

retractationum, c.j. In tribus libris meis de Academicis, nõ mihi placet toties me appellasse fortunam, quãuis non aliquã deam voluerim hoc nomine intelligi, sed fortuitum rerũ euentũ, vel in corporis nostri, vel in externis bonis aut malis. Vnde & illa verba sunt, quæ nulla religio dicere prohibet, forte, forsan, forsitã, fortasse, fortuitu: quod tamẽ totum ad Diuinam reuocãdũ est prouidentiã. Hoc etiã ibi nõ tacui, dicẽs. Et enim fortasse quæ vulgo fortuna nominatur, occulto quodã ordine regitur. nihílq; aliud in rebus casum vocamus, nisi cuius ratio & causa secreta est. Nihílq; seu cõmodi, seu incõmodi contingit, quod nõ cõueniat & congruat vniuerso. Sed vt dicit lib. v. de ciuitate Dei, c.j. Secundũ opinionẽ hominũ, ea dicuntur esse fortuita, quæ vel nullas causas habẽt, vel nõ ex aliquo rationabili ordine veniẽtes, contingũt. Lib. vij. eiusdẽ. c. iij. Salustius vir disertissimus dicit quod fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quã ex vero celebrat obscurátq;. Tamẽ hæc opinio falsa est. ideo lib. v. super Gen. Omnino audiendi nõ sunt, qui putauerunt sublimes quidem mũdi partes, id est, à confinio corpulentioris aeris huius & supra, Diuina prouidentia gubernari: hanc autem imani partem terrenam & humi dã, aerísq; huius vicinioris, qui terrarum & aquarũ exalationibus humescit, in quo venti nubésq; consurgunt, casibus potius & fortuitis motibus agitari. Contra hos loquitur Psal. qui cũ explicasset laudẽ cœlestiũ, se etiã ad inferiora ista cõuertit dicẽs. Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi: Ignis grando, nix, glacies, & spiritus tempestatis, quæ faciũt verbũ eius. Nihil enim tã videtur casibus volui, quã omnes iste procellosæ ac turbulẽtæ qualitates, quibus cœli huius inferioris quod nõ immeritò etiã terræ nomine deputatũ est, facies vertitur & variatur. Sed cũ addit. Quæ faciũt verbũ eius. Satis ostendit earũ quoq; rerũ ordinẽ, Diuino subditũ imperio, latere nos potiùs quam vniuersitatis deesse naturæ. Quod autem ore suo saluator dicit, Vnum passerem non cadere in terrã sine Dei voluntate, & quod fœnum agri post paululum mittendũ in clibanũ, ipse idem vestiat, nonne cõfirmat non solũ totã istã mũdi partẽ rebus mortalibus & corruptibilibus deputatam, verum etiã vilissimas eius & abiectissimas particulas Diuina prouidentia regi? Ibidẽ infra. Cũ extrema & exigua corpora à nutu & regimine Dei prouidentiæ tanta dispositione formẽtur, vt aliquando diligentius cogitata ineffabilẽ incutiant admirationis horrorẽ: & cũ animæ natura ratione corpori antecellat, quid est dementius quàm putare nullum esse prouidentiæ iudicium de moribus hominum: cum in eorum carne tantæ eius solertiæ clareant, & demõstrẽtur indicia? Lib. ix. de ciuitate Dei, c. xiij. Prouidentia Dei summi, non fortuita temeritate, regitur mundus.

FRATER. Lib. quæstionũ super Genes. Quid est de manu fratris requirã animã hominis? An omnẽ hominẽ fratrẽ eius hominis nomine voluit intelligi secũdũ cognationẽ ex vno ductam? Libr. loquutionum super Gen. Loquutione xlj. More scripturæ fratres appellantur, vnius cognationis homines, etiam si gradu sanguinis differant. vt alter sit in superiori, alter in inferiori, vt Abraham & Loth. Lib. loquutionum super Exodum, loquutione lij. Notandum fratrem hominis, quemlibet hominem dici. In sermone tertio, de sancto Stephano. Qui fratrem suum odit, homicida est. In hoc loco fratrem oportet hominem omnem intelligi. Omnes enim in Christo fratres sumus. Super Ioannem. Consanguinei virginis Mariæ, fratres Domini dicebantur. Erat enim cõsuetudinis scripturarum, appellare fratres quoslibet consanguineos & cognationis propinquos, & extra vsum nostrum, nõ quo more nos loquimur. Nam quis dicat fratres auũculum & filium sororis? Scriptura tamen appellat fratres. Nam Abrahã & Loth fratres dicti sunt: & Laban & Iacob, cũ esset Laban auunculus Iacob. Cum ergo auditis fratres Domini Mariæ, cogitate consanguinitatem, non iterũ parientis vllã propaginẽ. Sicut enim in sepulchro vbi positũ est corpus Domini, nec antea, nec postea mortuus iacuit, sic vterus Mariæ antea, nec postea, quicquã mortale cõcepit. Sed qui sint fratres Christi super Psa. lxxxvij. Eos fratres suos Christus facere dignatus est, qui sacramẽtũ crucis eius intelligũt, & nõ solũ de illa non erubescunt, verum etiã illa fideliter gloriãtur: nõ se de suis meritis extollẽtes, sed eius gratiæ nõ ingrati, vt vnicuiq; eorum dici possit. Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Et ideo super Psal. xc. sermone ij. Vnusquisque ponens pro fratre animam, pro Christo ponit: quomodo pascens fratrem, Christum pascit: cum vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, &c. In epistola ad Seuerinum. Cogitauit enim & nõ sine causa hoc exortum est in animo tuo, vt recoleres consanguinitatem nostram: nisi quia fortasse perspicis, sicut noui non leue pondus prudentiæ tuæ, quam sit dolendum, vt qui secundum carnem fratres sumus, in Christi corpore, non in vna societate viuamus.

FRAVS. Fraudis & furti repellitur suggestio. Libro de conflictu vitiorum & virtutum. Furtum dicit, Si aliena non tollis, ex proprio diues vel sufficiens esse non vales. Fraus dicit. Si cuncta quæ tibi prælatus seruanda commisit, illibata consignas, & nec modicum quid reseruandum existimas: vnde vel propriis vtilitatibus consulis, vel amicis & cõmilitonibus places? Furtum & fraus quanquam diuersos gradus habeant loquutionis, vnum est tamen quod dicunt. Vera innocentia ad vtrunque respondet. Melius est pauperem & sufficientem esse, nullíque ex dato placere, quam aliquem lædere furto vel fraude. Qui enim aliena quolibet modo iniustè præripuerit, ipse sibi regni cœlestis aditum claudit. Vnde & egregius prædicator quosdam redarguit dicens. Omnino delictũ est in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare ergo non magis fraudem patimini? Sed vos iniu-

Tract. 28. Tom. IX. — Tom. VIII. — Tom. II. Epist. 176. — Cap. 18. Tom. IX. — 1. Cor. 6.

riam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An A
nescitis quod iniqui regnum Dei non possi-
debunt? Atque inter cætera subiungit. Neque fu-
Tom.VIII. res, neq; rapaces, regnũ Dei possidebunt. Pro-
pterea super Psal.xlij. Qui fraudulenti sunt, frau
dem patiuntur. Fraudem volunt facere generi hu
mano in omnibus nequitiis suis, fraudẽ & ipsi pa
tiuntur: vt terrena bona eligant, & relinquãt æter
na. Ergo in eo quod fraudẽ faciunt fraudẽ patiũ-
tur. Quale cor habet qs vt lucratur vestẽ perdit
fidem? Ille cui tulit vestem passus est fraudem, an
iste qui tãto dãno percutitur? Si pretiosior est ve
stis quã fides, maiore dãno ille afficitur. Si autem
incõparabiliter fides excedit totũ mũdũ, ille vide
bitur damnũ vestis perpeti: huic autem dicitur,
Quid prodest homini si totum mundum lucre-
tur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? B
Homil.31. FRONS. In fronte notatur hominis su-
Tom.X. perbia. Lib.50.homil. Dauid nisi de Dei
gratia non præsumebat. Golias autem de
se, & de viribus suis superbus, elatus, inflatus, pri-
mo totã victoriã vniuersæ partis suæ in se vno
constituit. Et quia omnis superbia habet impudẽ-
tiam frontis, in ipsa fronte lapide veniente deie-
ctus est. Euacuata est frons quæ habebat impu-
dẽtiã superbiæ suæ, & vicit frõs quæ habebat hu-
militatẽ crucis Christi. Propterea & nos signum
crucis in frõte portamus, quia & illud intelligi-
mus. Hoc dixi quia multi hoc faciũt, & intellige-
re nolunt. Factorem quærit Deus signorum suo-
rum, non victorem. In fronte esse debet signũ
Christi. super Psal.xxx. expositione ij. sermo. iij.
Quomodo viuit in corde tuo Christus, sic habi- C
tet in ore tuo: quia non sine causa Christus signũ
suum in frõte figi voluit, tanquã in sede pudoris,
ne Christi opprobrium Christianus erubescat.
FRVCTVS, & frui. Fructus dicuntur
opera. sup. Psal.ciij. Fructũ vestrũ in ope
Tom.III. ribus vestris aduertite. Sed frui quid sit
& quibus rebus fruendũ & vtendũ. lib.x. de Tri-
nitate, ca.x. Fruimur cognitis, in quibus voluntas
propter seipsam delectata conquiescit: vtimur
verò eis quæ ad illud referimus quo fruendum
est. Nec est alia vita hominis vitiosa atq; culpa-
Tom.V. bilis, quam malè vtens & malè fruens. Lib.xj.
de ciuitate Dei, cap.xxv. Fructus propriè fruẽtis,
vsus verò vtentis est: atq; hoc interesse videtur,
quod ea re frui dicimur, quæ nos nõ ad aliud refe
renda per se ipsam delectat: vti verò ea re quam D
propter aliud quærimus: vnde temporalibus ma-
gis vtendum est, quam fruendum: vt frui merea-
mur æternis. Nõ sicut peruersi qui frui volũt nũ
mo, vti autem Deo: quoniam non nummum pro-
pter Deum impendunt, sed Deum propter nũmũ
colunt. Verumtamen eo loquendi modo, quem
plus consuetudo obtinuit, & fructibus vtimur, &
vsibus fruimur. Nam fructus iam propriè agro-
rum, quibus vtique omnes temporaliter vtimur.
Tom.III. Libro primo de doctrina Christiana, cap.iij.
Res aliæ sunt quibus fruendum est, aliæ quibus
vtendum, aliæ quæ fruuntur & vtuntur. Illæ qui-
bus fruendum est, nos beatos faciunt. Istis quibus

vtendum est, tendẽtes ad beatitudinẽ adiuuamur
& quasi adminiculamur vt ad illas quæ nos bea-
tos faciũt peruenire, atq; his inhærere possimus.
Nos verò qui fruimur & vtimur, inter vtrasque
constituti, si eis quibus vtendum est frui volue-
rimus, impeditur cursus noster, & aliquãdo etiã
deflectitur, vt ab iis rebus quibus fruendũ est ob-
tinendis, vel retardemur, vel etiã reuocemur, in-
feriorum amore præpediti. Frui est enim amore
inhærere alicui rei propter seipsam. Vti autem Cap.4
quod in vsum venerit ad id quod amas obtinen- Vsus:
dum referre, si tamen amandum est. Nam vsus il tio.
licitus, abusus potius vel abusio nominanda est.
Quomodo ergo si essemus peregrini, qui beatè
viuere nisi in patria nõ possemus, eáq; peregrina-
tione vtique miseri, & miseriam finire cupientes
in patriam redire vellemus, opus esset vel terre-
stribus vel marinis vehiculis quibus vtendum es-
set vt ad patriam qua fruẽdũ erat peruenire vale
remus: Quod si amœnitates itineris, & ipsa gesta
tio vehiculorum nos delectaret, cõuersi ad fruẽ-
dum iis quibus vti debuimus, nollemus cito viã
finire, & peruersa suauitate implicati alienare-
mur à patria cuius suauitas faceret beatos: Sic in
huius mortalitatis vita peregrinantes à Domino
si redire in patriam volumus, vbi beati esse possu
mus, vtendum est hoc mundo, non fruendum, vt
inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta cõ-
spiciantur: hoc est, vt de temporalibus corporali-
búsq; rebus æterna & spiritualia capiamus. Vn-
de eodem. lib. Intelligatur legis & omnium scri- Cap.
pturarũ diuinarũ plenitudo & finis esse dilectio
rei qua fruẽdum est, & rei quæ nobiscũ ea re frui
potest, quia vt se quisque diligat præcepto nõ est
opus. Hoc ergo vt nosceremus atq; possemus, fa-
cta est tota pro nostra salute per Diuinã proui-
dentiam dispensatio tẽporalis, qua debemus vti,
nõ quasi mãsoria quadã delectatione & dilectio-
ne, sed transitoria potius tanquã viæ, tanquã vehi
culorũ vel aliorũ quorũlibet instrumentorũ, aut
sit quid congruentius dici potest, vt ea quibus fe
rimur propter illud ad quod ferimur diligamus.
Et quia frui opus est volũtatis. ideo lib.ij. de li- Capi.14
bero arbitrio. Nulla re fruitur anima cum liber- Tom.I.
tate, nisi qua fruitur cũ securitate. Nemo autẽ se-
curus est in iis bonis, quæ potest inuitus amittere.
Veritatẽ autem atq; sapientiã nemo amittit inui-
tus. Non enim locis separare dona quis potest, sed
ea quæ dicitur à veritate atq; sapiẽtia separatio,
peruersa voluntas est, qua inferiora diliguntur.
Nemo autem vult aliquid nolens. Habemus igi-
tur qua fruamur omnes æqualiter atq; cõmuni-
ter. Nullæ sunt angustiæ nullus in ea defectus. O-
mnes amatores nullo modo sibi inuidos recipit,
& omnibus cõmunis est, & singulis casta est. Ne-
mo alicui dicit. Recede, vt etiam ego accedã, re-
moue manus vt etiã ego amplectar. Omnes inhæ
rẽt, ipsam omnes tangũt. Cibus eius nulla ex par-
te discerpitur, nihil de ipsa bibis quod ego nõ pos
sim. Non enim ab eius cõmunione in priuatum
tuum mutas aliquid. Sed quod tu de illa capis, &
mihi integrum manet. Quod te inspirat, non ex-
pecto

pecto vt reddatur abs te, & sic ego inspirer ex-
eo:nõ enim aliquid eius aliquãdo fit cuiusquã vni
us aut quorundam proprium, sed simul omnibus
tota est communis.

FRVMENTVM. In sermone vj. de san-
cto Laurẽtio. Non indignus debet redem
ptor noster videri, si assumpta humanita-
te grano frumẽti cõparetur, quia & vilibus ver-
mibus assimulatur sicut ipse per prophetã dicit.
Ego sum vermis & non homo. Et pulchrè Do-
minus grano tritici cõparatur, quia sicut in omni-
bus annonis nihil frumẽto pulchrius, nihil est de-
lectabilius: ita ipse omnes creaturas excedit, quia
nihil eo suauius vel dulcius inuenitur. Sed huic
certè grano frumẽti cõparatur, quia alimẽto cor
poris & sanguinis sui fideliũ reficit animas, sicut
ipse ait in Euangelio. Ego sum panis.

FVGERE. Fugere ad Deũ. super Psa. xxx.
expositione ij. serm. j. Esto mihi in Deum
protectorẽ, & in domum refugij: aliquã-
do enim periclitor, & nolo fugere. Quo fugio?
Ad quẽ locũ fugio? Ad quẽ montẽ? Ad quã spe-
luncam? Ad quæ tecta munita? Quam arcem te-
neã? Quibus muris ambiar? Quocunq; iero se-
quor. Quicquid enim vis potes fugere homo p̄ter
conscientiã tuã. Intra in domũ tuã, requiesce in le
cto tuo, intra in interiora tua interius, nihil ha-
bere potes quo fugias à conscientia tua, si rodũt
te peccata tua. Ibidem infra. Quo à facie tua fu
giã? Quocũq; iero, ibi te inuẽiam: & si irasceris,
vltorẽ te inuenio: si placatus es, adiutorẽ. Nihil
ergo mihi restat nisi ad te fugere, nõ à te. Vt eua
das hominẽ dominũ quicunq; seruus es, fugis in
ea loca, vbi non est dominus tuus: vt euadas Do-
minum Deum, fuge ad ipsum. Nam non est quò
fugias Deũ. præsto sunt omnia & nuda oculis o-
mnipotẽtis. Super Psal. lxx. serm. j. Esto mihi in
Deũ protectorẽ, & in locũ munitũ, vt saluũ me
facias. Ergo si mihi alium locũ elegero, saluus es
se non potero. Elige certè homo si inueneris mu-
nitorem. Nõ est ergo quò fugiatur, nisi ad illum.
Si vis euadere iratum, fuge ad placatum. Super
Tom. VIII. Psa. lxxiiij. Deus est tecũ talis qualis fueris: bonus,
si bonus fueris: & malus tibi videbitur, si malus
fueris: sed opitulator, si fueris bonus: vltor, si ma-
lus. Ibi habes iudicem in secreto tuo. Volens face
re aliquid mali, de publico recipis te in domũ tuã,
vbi nemo inimicorũ videat: de locis domus tuæ
promptis & in faciẽ constitutis, remoues te in cu-
biculũ. Times & in cubiculo & aliunde consciũ,
secedis in cor tuum, & ibi meditaris: ille in corde
tuo interior est. Quocũq; ergo fugeris, ibi est. Te-
ipsum quo fugies? Nonne quocũq; fugeris te, se-
queris te? Quãdo autẽ & teipso interior est, nõ est
quò fugias à Deo irato, nisi ad Deũ placatũ. Vis
fugere ab ipso? Fuge ad ipsum. Super Psal. xc-
iiij. Quo fugiturus es à Deo irato, nisi ad ipsum
Tom. eod. placatum? Super Psalm. cxxviij. Si ascende-
ro in cœlum tu ibi es, si in infernum descendero
ades. Si me extulero, te inuenio reprehensorẽ: si
me abscondero tę inuenio inquisitorem: & non
inquisitorem tantũ, sed inuestigatorem. Si enim

A in superbiã iero de iustitia mea, tu ibi es, cuius est
vera iustitia. Si peccãdo venero in p̄fundũ malo-
rum, & confiteri cõtempsero dicens, Quis me vi-
det? In inferno enim quis confitebitur tibi? & illic
ades vt vindices. quo iturus sum vt à facie tua fu-
giam, id est, iratum te non sentiã? Super Psal. Tom. eod.
cxlvj. Si ideo times Deum quia peccator es à quo
accepturus es auxilium aduersus Deum? Quo itu-
rus? Quid facturus? Vis ab illo fugere? Ad ipsum
fuge. Vis fugere ab irato? Fuge ad placatum.
Placabis eum si speres in misericordia ęius: at-
que ita de cætero peccare caueas, vt de præteri-
tis depreceris vt tibi dimittantur. In homil. de Lib. 50. Homi. Homil. 50. Tom. X.
pœnitentia. Quo à facie eius fugies, nisi ad eius
misericordiam pœnitendo, cuius potestatem
peccando contempseras? Nemo rectè fugit ab
B illo nisi ad illum: ab eius seueritate, ad eius boni-
tatẽ. Super canonicã Ioãnis. Tract. vj. Cor tuũ Tom. IX. Psal. 38.
abscõdis ab homine: à Deo abscõde si potes. Quo
modo abscondes ab eo de quo dicit Propheta.
Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?
Quærebat quò fugeret vt Dei iudiciũ euaderet,
& nõ inuenit. Vbi enim nõ est Deus? Quò iturus
es? Quò fugies? Vis audire cõsiliũ? Si vis ab illo fu
gere, ad ipsum fuge. Ad ipsum fuge cõfitẽdo, non
latendo. Latere enim non potes, confiteri potes.
Dic illi, Refugiũ meũ tu es: & nutriatur in te dile
ctio quę sola ducit ad vitã. Perhibeat tibi testimo-
niũ cõscientia tua, quia ex Deo est. Si ex Deo est,
noli illam ante homines velle iactare: quia nec
laudes hoĩnũ te leuãt in cœlũ, nec vituperationes
inde te deponũt. Ille videat qui coronat: ille te-
C stis sit, à quo iudice coronaris. Maior est Deus cor
de tuo, & nouit omnia. Et quia ad Deũ fugiẽ- Tom. IX.
dum. ideo lib. de speculo, c. j. Fugiã ad te Domine,
& libẽter fugiã ob strepitũ tumultus omniũ vani
tũ. Sed quò fugiã vt illos declinem, vel calcẽ sub
pedibus, & procul pellam à serenitate iucũdi in-
tuitus? Ad te, qui es solũ cõfugiũ & vnica spes mi-
serorũ, ad te gloria mea & exaltans caput meũ, ad
te confugiã de loco miseriæ & de luto fecis: tibi
inhæreã p̄ut ipse dederis, suauitas melliflua, vt tu Cap. 8.
dulcescas mihi dulcedo fœlix & secura. Fuge Tom. VII.
re sæculũ, lib. ij. de p̄destinatione & perseuerãtia
sanctorũ, allegãs Ambrosium lib. de fuga sæculi.
Hoc sæculũ corde, nõ corpore, est fugiẽdũ, quod Tom. IX.
nisi auxilio Dei fieri nõ potest. Fugere pericu-
D lũ. super Ioã. serm. xv. Reliquit Iudæã & iuit ite-
rũ Galilęã. Poterat quidem ille & præsens ab his
nõ teneri, si nollet: quia poterat & non nasci, si
nollet. Sed quia in omni re quam gessit, vt ho-
mo hominibus in se crediturus præberet exẽplũ:
quia vnusquisq; seruus Dei nõ peccat si secesserit
in alium locũ, vidẽs furorẽ fortè persequentium
se, aut quęrentium in malum animam suam: vi-
deretur autem sibi seruus Dei peccare si faceret
nisi in faciendo Dominus præcessisset, fecit hoc
ille magister bonus vt doceret, nõ quod timeret.

In epistola ad Honoratũ. lxvij. & habetur vij.
q̃st. j. Fugiat minister Christi sicut fugit in Aegy
ptũ Christus. fugiant qui specialiter quæruntur
dũ per alios firmatur Ecclesiæ salus. Hinc etiam

ait diſcipulis.Si vos perſequuti fuerint in vnã ci. fu.in aliã.hinc ipſe idem abſcondit ſe & exiuit de templo quãdo Iudæi tulerunt lapides vt iacerent in eum. In ſermone de Epiphania. Infans Chriſtus tam potens,tã magnus,tã paruus propter inimicitias Herodis in Aegyptũ portantibus parẽtibus fugit:ita nõdũ ſermone,ſed factis iam membris ſuis loquens,& tacite dicẽs.Si vos perſequuti fu.in vnã ci.fu.in aliã. Mortalẽ quippe carnẽ, in qua nos præfigur aret gerebat, in qua etiã pro nobis erat opportuno tempore moriturus.Vnde Magis illis nõ ſolũ aurum honorandus, & thus adorandus, verũetiam ad myrrham ſepeliendus accepit.Quales etiã fuiſſent pro eius nomine morituri,quã innocẽtes,quã humiles,in paruulis oſtẽdit quos Herodes occidit. Quia vt dicit lib. de vera inno.Melior es ſunt qui diabolũ perſequẽtẽ fugiunt,quã qui præũtẽ ſequũtur:quia vtilius eſt eum hoſtem habere,quã principẽ.† Super Pſal. cxlj.Ab illo perit fuga,qui non fugit. Qui autem nõ fugit,patitur quicquid poteſt pro Chriſto,id eſt,nõ fugit animo. Nam corpore fugere licet cõceſſum eſt,permiſſum eſt à Domino dicẽte. Si vos per ſe.fu.in v.ci.fu.in aliã.Qui ergo nõ fugit animo,periit ab illo fuga. Sed intereſt quare non fugiat,an quia concluſus eſt,an quia captus eſt,an quia fortis eſt.Et à capto eñ perit fuga, & à forti periit fuga.Quę ergo fuga cauẽda eſt?Aut quę fuga nobis pereat?De qua dicit Dominus in Euãgelio.Mercenarius autẽ fugit,quia nõ eſt paſtor.Nõ ergo fugere,ſed requirere debet. Sed quomodo perire fugã duobus modis accipitur:quia & à capto,& à forti:ſic duobus modis quæritur anima hominis,aut à perſequutoribus, aut à dilectoribus. Vnde de fuga malorũ.ſuper Pſal.liiij.Ecce elongaui fugiens.Illud tãgit quod vitabat perſequentes,vt occaſionem iræ demeret, & manebat in deſertis orans: in quo docebat nos in ſecreto conſciẽtię quieſcere, cũ à malis premimur. Ibidem.Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ? Non ſicut coruo.Colũba à moleſtiis quærit auolationẽ,ſed dilectionẽ non amittit. Semper gemit.Sic bonus vult ſe ſeparare corpore,nõ amore, ab iis quibus nõ poteſt prodeſſe.Sed qui aliquãdo ligatur,nõ viſco cupiditatis,ſed cura & officio,vt deſerere nõ poſsit dicat,Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto, ſed manere in carne neceſſe ꝓpter vos. Sic eſt meritũ ex deſiderio. Ecce elõgaui fugiẽs. Nõ loco,ne rũpatur charitas bonorũ,ne perdatur exercitiũ malorũ,quos Deus admiſcet, vt Iudam Apoſtolis,quẽ quãuis ſciret eſſe furẽ, tamẽ ad ꝓdicãdũ miſit,& ei Euchariſtiã dedit: docẽs in Eccleſia tolerari malos,& nõ obeſſe bonis malorũ cõſortiũ. Lib.de vera inno.Si in mores malorũ nõ trãſeãt boni,etiã inter cohabitantes magna diuiſio eſt.Nõ ergo homines qui meliorũ exẽplo corrigi queunt,ſed hominũ eſt fugiẽda iniquitas.

Ser.4.& ordine 32. Tom.X. — *Mat.10.* — *Cap.135. Tom.III.* — *† Aliàs, participem.* — *Tom. VIII.* — *Mat.10.* — *Io.10.* — *Tom. VIII.* — *Cap.116. Tom.III.* — *Tom. VIII.*

FVLGVR Super Pſa.cxlviij.Poſſum pro modulo meo dicere quare percutiãt fulmina montẽ, & non percutiant latronẽ: quia fortè adhuc latronis Deus cõuerſionẽ quęrit:& ideo percutitur mons qui nõ timet, vt mutetur homo qui timet aliquando.Et tu cum das diſciplinã terrã feris, vt infans expaueſcat. Et aliquando ferit & quẽ vult hominẽ. Sed dicis mihi ecce cædit innocentiorẽ,& dimittit ſceleratiorẽ. Noli mirari.Mors vnde cũq; pio bona eſt. Vnde autẽ ſcis,illi ſceleratiori ſi ſe mutare noluerit q̃d pœnarũ in occulto ſeruetur?Mallent fulmine potius incẽdi,quibus in fine dicetur.Ite in ignẽ æternũ.Opus eſt vt innocens ſis.Quid enim?Malũ eſt mori naufragio,& bonũ eſt mori febre.Siue inde,ſiue inde moriatur,quære qualis ſit qui moritur: quò poſt mortẽ iturus eſt, non vnde de vita exiturus eſt,quacunq; occaſione exituri hinc ſumus. Quibus exitibus Martyres exire meruerũt? Nunquid febribus? Quomodo multi optant vt febre ſoluantur?Alij vno ictu gladij,alij ignibus, alij beſtiis?& deuorauerũt beſtię corpora Martyrum, & nõ timuerũt ne perirent corpora ipſorũ. Vndiq; enim Deus reducet corpora ſanctorum ſuorũ, cui capilli noſtri numerati ſunt. Quando voluit tres pueros ab igne liberauit. Nũquid Machabæos in igne deſeruit?Illos apertè liberauit,illos occultè.Nouit ergo Deus quid agat. Tu time, & bonus eſto. Vndecũq; voluerit vt exeas, paratum te inueniat.Inquilinus enim es,nõ poſſeſſor. Domus locata eſt tibi,domus iſta tibi eſt locata, non donata:& ſi nolis,migrabis:& nõ eã tali cõditione accepiſti,vt quaſi tẽpora tibi certa ſint. Quid dixit Dominus tuus?Quãdo voluero, cum dixero,Migra:paratus eſto. Expello de hoſpitio, ſed dabo domum.Inquilinus es in terra,poſſeſſor eris in cœlo.Quicquid ergo hîc accidit cõtra voluntatem veſtram, noueritis non accidere, niſi de voluntate Dei, de prouidentia ipſius, de nutu ipſius,de legibus ipſius.Et ſi nos non intelligimus quid quare fiat, demus hoc prouidentiæ ipſius, quia nõ fit ſine cauſa, & nõ blaſphemabimus eũ.

Malo ꝗ ſcelera.

FVNDAMENTVM. Lib.de vera innocentia.Sicut fundamentum corporeæ fabricæ in imo eſt,ita fundamentum fabricæ ſpiritualis in ſummo eſt:terrena ædificatio à terra incipit, cœleſtis extructio à ſuperno creſcit exordio. Quia Eccleſiæ fundamentum eſt Chriſtus.ſuper pſalm.Firmitatem ſuper quã fundata eſt terra,nõ incongruè intelligimus fundamentum,vbi cõſtituta eſt Eccleſia,de quo inquit Apoſtolus.Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præterquam quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus.Ibi ergo firmati ſumus: Merito ibi firmati,nõ inclinabimur in ſæculũ ſæculi:nihil eſt firmius iſto firmamento.Infirmus tu eras,ſed firmum fundamentum te portat. In te firmus eſſe non poteras,firmus eris ſemper, ſi ab illo fundamento non recedas. Non inclinabitur in ſæculum ſæculi.Ipſa eſt prædeſtinata columna,& firmamentum veritatis. Super eũdem Pſal.ſermone ſecundo. Firmauit Deus Eccleſiam ſuper fundamentum Chriſtum. Nutabit Eccleſia ſi nutabit fundamentum.Sed vnde nutabit Chriſtus,qui antequam veniret ad nos, & carnem ſuſciperet,omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil:qui omnia cõtinet maieſtate,& nos bonitate? Non nutante Chriſto,nõ inclinabitur in ſæculum ſæculi. Vbi ſunt qui dicũt periſſe de

Cap. Tom. — *Super Pſ. 103. Tom.VIII.* — *1.Cor.3.*

mundo Ecclesiam, quando nec inclinari potest? Et ideo Libro xxj. de ciuitate Dei, capit. xxvj. Quisquis sic habet Christū in corde, vt ei terrena & temporalia, nec ea quæ licita sunt atq; cōcessa, præponat, fundamentū habet Christū. Si autem præponit, etsi videatur habere fidē Christi, non est tamen in eo fundamentum Christus, cui talia præponuntur: quantomagis si salutaria præcepta contēnens cōmittat illicita, nō præposuisse Christū, sed postposuisse cōuincitur? Propterea Libro j. contra Felicē Manichæū. Initiū in ædificio nullū est, nisi fundamentū. Si ostēdero Manichęū in ipso fundamento ruinam fecisse, & cæteram eius constructionem, vt quid quærimus?

FVRTVM. Quid furti nomine intelligatur. Lib. quæst. Exodi, quæst. lxxj. Pœnale est occultè auferre, multo maioris pœnæ est visibiliter arripere. Auferre ergo violenter siue occultè, siue palā, habet præceptū suum. Furti autem nomine, bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Non enim rapinā permisit, qui furtum prohibuit: sed vtique furti nomine, in lege veteris testamēti etiam rapinā intelligi voluit. A parte enim totū significauit quicquid illicite rerū proximi aufertur. Lib. quæstionū super Leuiticū, quæst. lxviij. Furtū enim est, quādo alieno occultè ablato proximus læditur: & calumnia nō est, nisi quādo falsi criminis obiectione proximus læditur. Mendaciū autē non possumus dicere tunc tantummodo esse, quando proximus læditur: cum enim falsum ab sciente dicitur, proculdubio mendaciū est: siue illo quisquā, siue nemo lædatur. Nō est furandū. Lib. cōtra mendacium. Si furtū omne peccatū est, ab omni furto est abstinendū. Quis enim dicat esse peccandū, etiāsi aliud sit damnabile, aliud veniale peccatū?

Vnde Lib. ij. cōfes. Furtum certè punit lex tua Domine. Lex scripta in cordibus hominū, quam ne ipsa quidē delet iniquitas. Quis enim fur æquo animo patitur furē? Ideo dicebat, Lib. j. eiusdē. Furta faciebā de cellario parentum, & de mensa vel gula imperitāte, vel vt haberem quod darem pueris, ludum suum mihi quo pariter vtique delectabantur, tamen videntibus. In quo etiam ludo fraudulentas victorias, ipse vanæ excellentiæ cupiditate victus, sæpe aucupabar. De furti socio. in epistola ad Emeritum. cxxj. Nō est aliud cum fure concurrere, nisi vel furari cum eo, vel furtū cordis placito accipere. Sed de sacrilego furto. super, Ioannē tract. 50. Peculatus dicitur, furtum de re publica. Et nō sic iudicatur furtum rei priuatæ quomodo publicæ: quāto magis iudicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuerit non vndecunq; tollere, sed de Ecclesia tollere? Qui aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur.

Tamen ex præcepto Dei factū fuit furtū. Lib. quæstion. Exodi, quęst. xxxix. Dixit Dominus ad Mosen. Petat vir à proximo suo, & mulier à proxima sua vasa aurea & argentea & vestem. Non hinc quisq; sumendū exemplum putare debet ad expoliandū isto modo proximū. Hoc enim Deus iussit, qui nouerat quid quęque pati oporteat: nec

A Israelitæ furtū fecerunt, sed Deo iubenti ministeriū præbuerunt. Cōsulit tamen ibidē. Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonū. Qui nō habetis de malo, nolite acquirere de malo. Noli remanere tu malus, dum nummi tui cōuertuntur in bonū, & tu remanes malus. Fur est diabolus. in serm. xij. de quadrag. Fur sicut malè seruatā pecuniā furatur, & corrūpit & dissipat vestimentū, ita diabolus, qui hîc fur intelligitur, quicquid boni pro Domino facimus omni studio, sic vt mille habet artes nocēdi, totū hoc fauorē hominū, qui hîc tinea intelligitur, corrumpere & æternæ retributionis gaudio omnibus modis priuare conatur. Vnde omni studio iuxta possibilitatē suam, vnusquisq; humanā laudē in exercitio boni operis fugiat, & tamen exēpla sanctitatis in omnibus quan

B tum potest aliis ad vitā, & sibi ad gloriā sempiternam satagat demonstrare.

FVTVRVM. Apud Deum quod futurum est quasi præteritum est. Lib. xxvj. contra Faustum. Si audiā quod aliquid futurum erat, sed Deus fecit ne fieret: fidissimè respondebo. Illud potius futurum erat, quod Deus fecit, non illud, quod si futurum esset, hoc non fecisset. Nam Deus quod facturus erat, vtique sciebat, & ideo simul sciebat illud futurum non fuisse, quod ne fieret facturus erat: & proculdubio potius verum est quod scit Deus, quam quod opinatur homo: vnde tam nō possunt futura nō fieri, quā non fuisse facta præterita: quoniā nō est in Dei voluntate, vt eo sit aliquid falsum quo verum est. Quapropter omnia quæ vere futura sunt, sine dubio

C fient: si autē facta non fuerint, factura non erant. Ita omnia quæ verè præterita sunt, sine dubio pręterierūt. Quisquis itaq; dicit. Si omnipotēs est Deus, faciat vt quæ facta sunt facta nō fuerint: nō videt hoc se dicere. Si omnipotēs est, faciat vt ea quæ vera sunt, eoipso quod vera sunt falsa sint. Potest enim facere, vt aliquid non sit quod erat. Tunc enim facit vt nō sit, quādo id esse inuenerit de quo fiat: velut cum aliquem, qui cœpit esse nascendo, facit non esse moriēdo: hoc enim factum inuenit, de quo fieret. Quis autem dicat, vt id quod iam non est, faciat nō esse? Quicquid enim præteritū est, iam non est: quod si & de ipso fieri aliquid potest, adhuc est de quo fiat. Et si est, quomodo pteritū est? Nō ergo est, quod verè dicimus fuisse. Sed ideo verū est illud fuisse, quia in

D nostra sentētia verū est, nō in ea re quæ iam non est. Sentētia quippe, qua dicimus aliqd fuisse, ideo vera est, quia illud de quo dicimus, iam non est. Hāc sententiā Deus falsam facere nō potest, quia nō est contrariū veritati. Quod si quæras, vbi sit hæc vera sententia, prius inuenitur in animo nostro, cum id verum scimus & dicimus. Sed etsi de animo nostro ablata fuerit, cum id quod scimus obliti fuerimus, manebimus in ipsa veritate. Semper enim verū erit fuisse illud quod erat, & non est: & illud ibi verum erit iam fuisse quod erat, vbi verum erat, antequā fieret futurū esse quod non erat. Huic veritati Deus nō potest aduersari, in quo est ipsa summa & incommutabilis veri-

Marginalia (left): Tom. VI. — Tom. IIII. — Tom. eod. — Tom. eod. — Tom. I. — Tom. eod. — Tom. II. — Tom. II. — Tom. IIII.

Marginalia (right): Cap. 4. Tom. VI. — Omnipotentia Dei quæ non possit. — Cap. 5.

tas: quo illustratur, vt sit, quicquid in quorumque animis & mentibus verum est. Omnipotentem autem Deum non ita dicimus, acsi eum etiam mori posse credamus: & quia hoc non potest, ideo non sit dicendus omnipotẽs. Ille plane omnipotẽs verè solus dicitur, quia verè est, & à quo solo est, quicquid aliquo modo est vel spirituale vel corporale: quia vniuersa creatura sua vtitur vt ei placet. Placet autẽ illi secundũ veram & incommutabilem iustitiam, quod ipse sibi est, omnia mutabilia, cum ipse sit incõmutabilis, mutare pro meritis siue naturarũ, siue factorũ. Super psal. xliij. Omnia futura tanquã præterita dicuntur Deo: quia futura tam certa sunt Deo, tanquã præterita sint. Nobis autẽ ea quæ præterita sunt, certa sunt: quæ verò futura, incerta. Vnde Lib. j. quæst. veteris & noui testamenti, quæst. vj.

Tom. IIII. Omne factũ, sententiã secum habet. Quãdo enim alia spes nõ est, præterquã quod expleto operi dignũ scitur, futurũ ꝓ facto habetur. Deniq; dictũ Adæ est. Qua die mãducaueritis morte moriemini: & vtriq; nõ statim mortui sunt, sed post longũ tẽporis interuallũ: sed quia iam spem immortalitatis amiserãt, futura mors ꝑsens dicta est, quia hæc cœperit in spe haberi. Et ideo cõtra negãtes futurũ iudiciũ. Lib. de agone Christiano. Nec

Cap. 27. Tom. III. eos audiamus qui negãt diem iudicij futurum, & cõmemorant quod in Euãgelio scriptũ est, Eum qui in Christũ credit non iudicari. Qui autem nõ credit, iam iudicatus est. Dicunt enim si etiam ille qui credit nõ veniet in iudicium, & ille qui nõ credit iam iudicatus est, vbi est qui iudicandus est in die iudicij? Non intelligũt sic loqui scripturas, vt præteritũ tempus pro futuro tẽpore insinuẽt, sicut supra diximus. Quod Apostolus dixit de nobis, quod simul nos sedere fecit in cœlestibus: nõdũ factũ est. Sed quia certũ est, ita dictũ est quasi iam factũ sit. Sicut & ipse Dominus dixit discipulis suis. Omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Et paulò pòst dicit. Multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis illa portare modo. Quomodo ergo dixerat, Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis, nisi quia illud certissimè facturus erat, quasi iam fecisset loquutus est? Sicut ergo cũ audiuimus qui credit in Christũ, nõ veniet in iudiciũ, intelligamus quia nõ veniet in dãnationẽ. Dicitur em̃ iudiciũ, ꝓ dãnatione. Sicut dicit Apostolus. Qui nõ mãducat mãducantẽ nõ iudicet, id est, nõ de illo malè existimet. Non enim tollit nobis intelligentiã iudicãdi, cũ Propheta dicat, Si verè iustitiã diligitis, rectè iudicate filij hominum: & ipse Dominus dicat. Nolite iudicare personaliter, sed iustum iudicium iudicate. Sed illo loco vbi vetat iudicare, illud monet, ne damnemus aliquem, cuius vel cogitatio non est nobis aperta, vel nescimùs qualis postea sit futurus. Si ergo cum dixit, Ad iudicium non veniet: hoc dixit, quia non veniet ad damnationem. Qui autem nõ credit, iam iudicatus est: hoc dixit, quia damnatus est præscientia Dei, qui nouit quid immineat non credentibus. Sed de futura permutatione malorum. in sermone secundo Ioannis baptistæ.

Præteritum pro futuro in script. — *Eph. 2.* — *Io. 15.* — *Io. 16.* — *Io. 3.* — *Rom. 14.* — *Psal 57.* — *Io. 7.*

A Veniet tempus vt humiles eleuentur in cœlis, & superbi in inferni profundum mergantur. Veniet tempus vt se auari omnes fuisse diuites doleant, à quibus nunc Christi pauperes irridentur. Non semper iste, qui nunc est humanæ conditionis ordo, seruabitur. Non semper Lazarus fame torquebitur, nec semper auarus diues deliciarum abundantia perfruetur, sed cito & ille de sterquilinio ab Angelis leuabitur in Paradisum: & ille qui eleemosynam noluit dare, si pœnitentia non subuenerit, de luxurioso conuiuio rapietur in tartarum: vt qui in hoc sæculo pauperi noluit dare micam, in inferno nõ mereatur habere guttam: & qui pauperem pascere noluit deliciis suis, pascat flammas inferni medullis suis.

B GARRVLI. Super psal. septuagesimum sextũ. Garruli propriè dicuntur, qui vulgo verbosi appellantur: non valentes, nec volentes tacere. Super psal. cxviij. sermone iiij. Solent garruli vocari loquaces.

GAVDIVM. Distinguitur de gaudio. Libro quarto cõfes. Gaudium verò res est, quam se expertum non esse, nemo dicere potest. Ideóque reperta in memoria recognoscitur, quando beatæ vitæ nomen auditur. Sed absit, vt si quocunque gaudio gaudeam, idcirco beatum me esse putem. Est enim gaudium quod C non datur impiis, sed eis, qui te gratis colunt: quorum gaudium tuipse es. Et hæc est sola beata vita, gaudere in te, de te, propter te. Beata quippe vita, est gaudium de veritate. Qui autem gaudium non ipsum verum sectantur, ab aliqua tamen imagine gaudij voluntas eorum non auertitur. Omnes quippe beati esse volunt, qui nisi certa notitia nossent, non vtique tam certa voluntate vellent. Libro secundo de verbis Domini, sermone decimo quarto. Sicut non potest homo duobus Dominis seruire, sic nemo potest & in sæculo & in Domino gaudere. Multum inter se hæc duo gaudia differunt, súntque omnino contraria. Quando gaudetur in sæculo, non gaudetur in Domino: quando gaudetur in Domino, non gaudetur in sæculo. Vincat gaudium in D Domino, donec finiatur gaudium in sæculo. Gaudium in Domino semper augeatur, gaudium in sæculo semper minuatur donec finiatur. Nõ ideo ista dicuntur, quoniam cum sumus in hoc sæculo gaudere non debeamus, sed etiam in hoc sæculo constituti iam in Domino gaudeamus. Ibidem. Est gaudium de turpitudine, de dedecore, de deformitate: de iis gaudet sæculũ, quæ omnia non essent, nisi homines voluissent. Alia sunt quæ faciunt homines, alia autem patiuntur, & si nolunt ferunt. Et quid est gaudium sæculi? Breuiter dico quãtum Dominus adiuuat. Sæculi lætitia, est impunita nequitia. Luxuriẽtur hoĩes, fornicẽtur, in spectaculis nugentur, ebriositate ingurgitẽtur, turpit

turpitudine fœdentur, nihil mali patiantur, & videre sæculi gaudium. Ista mala quæ commemoraui non castiget fames, non belli timor, non aliquis morbus, non aliquæ aduersitates, sed sint omnia in rerum abundantia, in pace carnis, in securitate mentis malæ, ecce vides sæculi gaudium. Sed non cogitat Deus sicut homo. Alia est Dei cogitatio, alia hominis. Magnæ est misericordiæ nequitiæ impunitatem non relinquere, & ne cogatur incendio gehennæ damnare, modo flagello dignatur castigare. Intelligite ergo Christiani misericordiam Christi. Quando castigat mundum, non vult damnare mundum. Parcendo sæuit, sed iustè sæuit. Est enim seueritas, quasi sæua veritas. Si enim aliquando sæuit parcendo, bonum est nobis, vt sæuiat castigando. Et tamen si facta generis humani consideremus, quid patitur? Non secundum peccata nostra fecit nobis. Filij eius sumus. Vnde hoc probamus? Mortuus est pro nobis vnicus, ne remaneret vnus. Noluit esse vnus qui mortuus est vnus. Multos enim filios Dei, fecit vnicus filius Dei. Eruit sibi fratres sanguine suo, probauit reprobatus, redemit venditus, honorauit iniuriatus, viuificauit occisus. Dubitas quod dabit tibi bona sua, qui non dedignatus est suscipere mala tua? Ergo fratres gaudete in Domino, non in sæculo, id est, gaudete in veritate, nô in iniquitate: gaudete in spe æternitatis, non in flore vanitatis. Ita gaudete & vbique, & quãdiucunque hîc fueritis, Dominus in proximo est, nihil solliciti sitis. Semper gaudiũ maius est post tristitiam. Libro octauo confessionum. Quid agitur in anima, cũ amplius delectatur inuẽtis aut redditis rebus quas diligit, quam si eas semper habuisset? Contestantur enim, &c. & plena sunt omnia testimoniis clamantibus, ita est. Triumphat victor imperator, & non vicisset nisi pugnasset. Et quãto maius periculũ fuit in prælio, tanto est gaudiũ maius in triumpho. Iactat tempestas nauigantes, minatúrque naufragiũ, omnésq; futura morte pallescunt. Tranquillatur cœlũ & mare, & exultant nimis, quoniã timuerũt nimis. Aeger est charus, & vena eius malum renuntiat: omnes qui eum saluum cupiũt ægrotãt simul animo. Fit ei rectè, & nondum ambulat pristinis viribus, & fit iam tale gaudium, quale non fuit, cum antea saluus & fortis ambularet. Eásq; ipsas voluptates humanæ vitæ etiam nô inopinatis & præter voluntatem irruentibus, sed institutis & voluntariis cupiditatibus homines acquirunt. Edendi & bibẽdi voluptas nulla est, nisi præcedat esuriendi & sitiendi molestia, Et ebriosi quædam salsiuscula comedunt, quo fiat molestus ardor, quem cum extinguit potatio, fit delectatio. Et institutum est vt iam pactæ sponsæ non tradantur statim, ne vilem habeat maritus datam, quam nô suspirauit spõsus dilatam. Hoc in turpi & in execranda lætitia, hoc in ea quæ concessa & licita est, hoc in ipsa syncerissima honestate amicitiæ, hoc in eo qui mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Vbi quia maius gaudium, molestia maior præcedit. Et in eodem Libro, & capit.

Cap.3. Tom.I.

Post tristitiã læta gratiora

A præcedenti dicit. Deus bone quid agitur in homine, vt plus gaudeat de salute desperatæ animæ, & de maiori periculo liberatæ, quam si eis spes semper affuisset, aut periculũ minus fuisset? Etenim tu quoque misericors pater, plus gaudes de vno pœnitente, quam de nonaginta nouem iustis quibus non est opus pœnitentia. Et nos cum magna iucunditate audimus cum audimus, quàm exultatis pastoris humeris reportetur ouis quæ errauerat: & drachma referatur in thesauros tuos collætantibus vicinis mulieri quæ inuenit: & lachrymas excutit gaudium solennitatis tuæ domus, cum legitur in domo tua de minore filio, quoniam mortuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus est. Gaudes quippe in nobis & in Angelis tuis sancta charitate sanctis. Nam tu semper idẽ, B qui ea quæ non semper nec eodem modo sunt, eodem modo semper nosti omnia. Super psal. centesimum quadragesimum septimum. Necesse est vt homo plus gaudeat cum venerit quod desperauerat. Nam ad ipsum gaudium condiendum & augendũ, noluit se statim cognosci Christus. Tenuit visus suorum discipulorum illorum duorum, quos inuenit in via colloquentes. Sed qui se reddidit, & spem reduxit. Sed de vano gaudio mundi. Libro de catechizandis rudibus. Insana gaudia, non sunt gaudia, tamen qualiacunque sint, quantumcunque enim delectet, iactantia diuitiarum, & tumor honorum, vorago popinarum, bella theatricorum, & immunditia fornicationum, & prurigo thermarum, aufert tamen ista vna febricula, & adhuc viuentibus totam falsam beatitudinem subtrahit, remanet C inanis & saucia conscientia, Deum sensura iudicẽ, quem noluit habere custodem: & inuentura asperum Dominum, quem dulcem patrem quærere & amare contempsit. Ideo timendum est sic gaudere. super psal. septuagesimum sextum. Timeat homo laxare habenas gaudiorum, timeat se lætitiæ committere, ne quanto magis lætatus fuerit, tanto amplius, si aliquid contigerit, contabescat. Vnde super psal. xciij. sermo. secũdo. Gaudes hoc ad tempus, noli fidere. Tristis es ad tempus, noli desperare. Non te corrumpat fœlicitas, non frangat aduersitas. Propterea vt dicit, super psalm. cxxvij. Et ideo Deus miscet tribulationes gaudiis terrenis, vt tribulationem sentientes & amaritudinem, discamus æternam de- D siderare dulcedinem. In sermone secundo de accedentibus ad gratiã. Omnis lætitia huius mundi, gaudium est cordis immundi. Et infra. Gaudium temporale malorum, est alta fouea hominum peccatorum. Sed de gaudio vitioso. Libro de salutaribus documentis. Heu quam subtiliter nos ille antiquus hostis decipiendo fallit, eámque cæcitatem ante oculos mentis nostræ obducit ne discernere valeamus inter gaudia huius sæculi, & gaudia regis cœlestis æterni. Nam gaudere quidem bonum, sed qui gaudet, si non inde gaudet, vnde debet, non potest esse bonum quod gaudet. Gaudet miles terrenus se acquisiuisse honores huius sæculi perituros, vestes

Cap. eod. sup.

Tom. VIII.

Cap. 16. Tom. IIII.

Tom. VIII.

Tom. VIII.

Cap. 12. Tom. IIII.

vestes pulchras, & speciosas armillas brachio circundatas, & coronam capiti impositam: tale gaudium non est æternum, sed periturum. Gaudet & raptor cũ desiderata rapuerit. Gaudet ebriosus, cũ occasioné potationis inuenerit. Gaudet adulter, cum ad delectationé fruendæ meretricis peruenerit. *Luctificum gaudium.* Gaudet periurus, si huius mũdi facultates iurando acquisierit. Gaudet iracũdus, si iram suã perfecerit, & multa alia quæ mens bonitatis tuæ, charissime frater, cõprehendere poterit. Et cum sit gaudere bonum, de his atq; huiusmodi tamen gaudere malum est, & perducens vsque ad mortem peccatũ. Nec vllum quodlibet scelus coram Deo tam abominabile fit, quam prẹterita peccata vnicuique nostrũ reminiscendo gaudere, & inde exultare, atque in eis semper iacere. Hæc sunt quę superius diximus, vnde nos vult gaudere mũdus, vt pereamus cum huius mundi amatoribus. Hæc enim gaudia velut venena diaboli repudiare debemus, quia nõ solum corpus, sed etiam animam perpetualiter necare festinant. *Cap.12. Gaudium salubre.* Quæso frater mi, quæso has diaboli sagittas ad petrã quæ Christus est allidens, sume fidei scutũ, in quo possis omnia tela diaboli ignea extinguere, & gaudeas de bonis, de conscientia pura, de confessione vera & digna pœnitentia, de luctu & vera tristitia, quæ nõ mortem, sed secundum Deum salutem operatur æternam. Eam verò quæ secundum hoc sæculum est tristitia, firmiter Apostolus prohibet dicens. *Eph.4.* Nolite Spiritum sanctum Dei contristari, in quo signati estis in die redemptionis. Sed omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur à vobis, cum omni malitia: & estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in Christo donauit vobis. Et quantum possumus solerti studio mores nostros corrigamus, & virtutes omnium bonorum acquirere festinemus: quatinus pietatem Dei & misericordiam in tempore opportuno cõsequi valeamus. & de promissione illius regni futuri ineffabiliter gaudeamus. De gaudio virtuoso & iusto. *Tom.VIII.* super psalm. septuagesimum sextum. Gaudere in operibus Dei, est obliuisci & te, si potes illo solo delectari. Quid enim melius illo? Non vides quia cum ad te redis, in deteriorem redis. Super psalm. nonagesimum tertium, sermone secundo. Non desunt gaudia quotidiana. Sed noli gaudere in sęculo, gaude in Christo, gaude in verbo eius: gaude in lege eius. Super psal. centesimum trigesimum septimum. Gaudium nostrum est de spiritalibus rebus, non de terrenis bonis. Super psalm. centesimum quadragesimum quartũ. De quocunque alio bono gaudeas, certè transitorium est. Si autem gaudeas in Domino Deo tuo, tanto firmius gaudebis, quãto est certior in quo gaudebis. Si enim gaudes de nummo times furem. Si autem gaudes de Deo, quid times ne tibi quisquam auferat Deum? Deum tibi nemo aufert, si tu eum non dimiseris. Libro *Cap.113. Tom.III.* de vera innocentia. Christiano causa rectè gaudẽdi non est præsens sæculum, sed futurum: & ita vtendum est temporalibus, ne obsint æternis vt

A via qua peregrini ambulant hoc placeat quod ducit ad patriam. Super psalm. octogesimũ quartum. Quia totum gaudium nostrum Deus est, qui vult securus gaudere, in illo gaudeat, qui non potest perire. Si gaudere vis in argento, aut argẽtum perit, aut tu, & nemo scit quod prius: verũtamen illud constat, quod vtrunq; periturum est: quod prius, incertũ est. Nam nec homo hîc potest manere semper, nec argentum. Sic aurum, sic vestis, sic domus, sic pecunia, sic lata prædia, sic postremo lux ista. Noli ergo gaudere in istis, sed gaude in illa luce, quam non præcedit hesternus dies, nec sequitur crastinus: quæ dixit. Ego sum lux mundi. Vocat te ad se: cum vocat te, conuertit te: cum conuerterit te, sanat te: cum sanauerit te, videbis conuersoré tuum. In cõmunibus sermo-

B nibus, serm.viij. Verum gaudium non est nisi regnum cœlorum, quod quidem Christus est, sicut Angeli suo testimonio confirmarunt cum dixissent ad pastores, Euangelizamus vobis gaudium magnum quod erit omni populo, statímque subiecerũt. *Luc.* Quia natus est vobis hodie saluator, &c. Sed verum gaudium omnes homines habere volunt nimis tamen se circumuenit, qui non vult agrum colere, & vult de fructu gustare. Ipse se decipit qui non vult arborem plantare, & vult poma colligere. Verum enim gaudium non possidetur, nisi iustitia & pax teneatur. Prima est & quasi radix iustitia, secunda pax, tertia gaudium. De iustitia nanque nascitur pax, & de pace gaudiũ generabitur. Iustitia enim & pax quasi opera esse videntur: gaudium verò, fructus bo-

C norum operum intelligitur. Nunc ergo faciendo iustitiam, & pacem tenendo, quasi in bono opere paruo tempore laboramus: sed postea de fructu operum sine fine gaudebimus. Attendite igitur conscientias vestras, & si ibi est iustitia, id est, si omnibus hominibus hoc vultis, & desideratis bonum, quod vobis: & sic pax erit, quæ non solum ad amicos, sed vsque ad ipsos extenditur inimicos: ita regnum cœlorum, id est, Christus qui est æternum gaudium, ibi est. Si verò non iustitiam, sed auaritiam: non pacem, sed discordiam inueneritis, tunc non est gaudium de spe æternæ vitæ, sed carnalis lætitia de amore: quia non regnat rex Christus, sed crudelis tyrannus diabolus. De communibus sermonibus, sermone octauo. Verum gaudium est Chri- *Luc.*

D stus. Sic enim Angeli ad pastores dixerunt. Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Sed ipse se circumuenit qui non vult agrum colere, & vult de fructu gaudere: ipse se decipit qui non vult arborem plantare, & vult poma colligere. Hoc verum gaudium non possidetur, nisi iustitia & pax teneatur. Gaudium, est fructus bonorum operum. Nunc ergo iustitiam faciendo, pacem tenendo, quasi in bono opere, paruo tempore laboramus, postea de fructu bonorum operũ sine fine gaudebimus. Nam ipse Christus, qui est gaudium nostrum, sic exhortatus est

Apostol

Apoſtolos dicens. Iterum videbo vos gaudebit cor veſtrum, & gaudium nemo tollet à vobis. Libro de vera innocentia. Non poteſt vnquã fraudari delectatiõibus ſuis, cui Chriſtus eſt gaudiũ. Aeterna enim exultatio eſt, quę bono lætatur æterno. Lib.iiij.cõfeſ. Vt cognoſcam te, hæc ſpes mea: & mea ſpe gaudebo, quando ſane gaudebo. Cætera verò vitæ huius tanto minus flenda, quantomagis fletur in eis. Lib. eodem, circa mediũ. Abſit vt quocũq; gaudio gaudeam, beatũ me eſſe putem. Eſt tamen gaudium quod non datur impiis, ſed eis qui te gratis colũt, quorum gaudium, tuipſe es. Et ipſa eſt beata vita, gaudere de te, ad te, propter te. Ipſa eſt & non altera. Qui auté aliã putant eſſe, aliud ſectantur gaudiũ, quod verũ non eſt gaudiũ. Lib.xiiij.de ciuitate Dei, cap.viij. Non eſt gaudere impiis, dicit Dominus. Gaudere propriè eſt bonorũ & piorum. Lib.ij.de ſerm.Domini in monte, cap.xxxvij. Mali homines nõ gaudere, ſed geſtire propriè dicuntur. Libr.vj. confeſ. cap.vij. Intereſt vnde quis gaudeat. Scio quod gaudium ſpei fidelis, incomparabiliter diſtat ab illa vanitate, de ſæculi hominibus. Super Ioanẽ, Tract.xiiij. Qui vult gaudere de ſe, triſtis erit: qui autem vult gaudere de Deo, ſemper gaudebit, quia Deus ſempiternus eſt. Vis habere gaudium ſempiternũ? Adhære illi qui ſempiternus eſt. Ideo Lib. ſoliloquiorum ad Deũ. Hinc eſt Domine, quod non tantum diligo quantum debeo, quia nõ plene cognoſco te. Sed quia parũ cognoſco, parũ diligo: & quia parũ te diligo, parũ in te gaudeo: ſed à te vero gaudio interiori per exteriora recedẽs, dum te ſolo careo, adulterinas amicitias in iis exterioribus quęro. Et ſic miſer ego cor meũ, quod tibi ſoli debui toto amore, totóque affectu impendere, vanis dedi: & ideo vanus effectus ſum, dum vanitatem dilexi. Hinc eſt etiã Dñe, quod in te non gaudeo, & tibi non adhæreo: quia ego in exterioribus, & tu in interioribus: ego in tẽporalibus, tu in ſpiritalibus: ego in tranſitoriis animo diffundor, cogitatione verſor, loquutione implicor, & tu Domine interius habitas, & æternitas es: tu in cœlo, ego in terra: tu diligis alta, ego infima: tu cœleſtia, ego terrena. & quãdo poterunt hæc cõtraria conuenire?

Sed de gaudio beatorum. Libr.j.de Trinitate, cap.viij. Hoc eſt plenũ gaudium noſtrũ quo amplius non eſt, frui Trinitate Dei, ad cuius imaginem facti ſumus. Libr.x.confeſ. Beatus erit, ſi nulla impediẽte moleſtia, de ipſa per quam vera ſunt omnia gaudia, ſola veritate gaudebit. Super Ioannẽ, ſerm.lxxxiij. Audiſtis chariſsimi Dominũ dicentẽ diſcipulis ſuis. Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrũ impleatur. Quod eſt gaudiũ Chriſti in nobis niſi quod dignatus eſt gaudere de nobis, & quod gaudiũ noſtrũ quod dicit implendũ, niſi habere eius cõſortiũ? Lib.de vera innocẽtia. Beata vita eſt gaudiũ de veritate, quod Deus eſt. Sed multis veritas odioſa eſt, quam audire nolunt dicentẽ: & nolẽtes falli, volunt mendacia ſua veritatẽ videri: quibus iuſtè retribuitur, vt ipſi verita-

A tem non lateant, ipſos autem veritas lateat. In ſerm. de Iacob & Eſau. Fides ſpiritualis eſt, credere quod protector ſit tui etiã in temporalibus Dominus tuus: vt venias ad illud quod tẽporale nõ erit: & ſperare te habiturũ vitã Angelorũ, nõ in corruptionibus carnis, nõ in voluptatibus & illecebris, nõ in fornicationibus & ebrietatibus, & gaudio epularũ carnalium, nõ in ſuperbia poſſeſſionũ & dominationis terrę, ſed tantũmodo quomodo Angeli viuũt. Viuũt Angeli in gaudio, nõ creaturæ, ſed creatoris. Gaudium enim creaturæ eſt, quicquid videtur: gaudium creatoris eſt, quod nõ videtur oculis corporis, ſed purgata acie mentis. Beati enim mũdo corde: ad quã viſionẽ beati ſunt? Quoniã ipſi Deũ videbũt. Non enim putetis fratres, quia gaudent Angeli ex eo quod vidẽt

B cœlum & terrã, vel quæcũq; in iis ſunt: non ex eo gaudẽt, ſed quia vidẽt eum, qui fecit cœlũ & terrã. Libr. meditationũ. Si cor hominis de tanto ſuo bono vix capiet gaudiũ ſuũ, quomodo capax erit tot & tantorum gaudiorũ? Et vtique quoniã quantũlibet diliget aliquẽ tantũ gaudebit de bonis eius, ſicut in illa perfecta fœlicitate vnuſquiſque plus amabit ſine cõparatione Deũ quam ſe, & omnes alios ſecum: ita plus gaudebit abſq; æſtimatione de fœlicitate Dei, quã de ſua & omniũ aliorũ ſecum. Sed Deum ſic diligent toto corde, tota mente, tota anima, vt tamen totum cor, tota mens, tota anima, non ſufficiat plenitudini gaudij. Libro eodem, cap. vj. Non totũ illud gaudium intrabit in gaudentes, ſed toti gaudẽtes intrabunt in gaudium. *Tom.IX.*

C GEHENNA. Super pſal.lxviij.ſermone j. Præmiſit Dominus exhortationẽ dicẽs. Nolite timere eos qui corpus occidunt, & amplius nõ habent quid faciãt. Sed eum timete, qui habet poteſtatẽ & corpus & animã mittere in gehennã ignis. Maiore timore, minora contemnimus, & maiora æternitatis cupiditate omnia tẽporalia faſtidimus. Nam hîc deliciæ temporales dulces ſunt, & tribulationes temporales amaræ ſunt. Sed quis non bibat tribulationis temporalis poculum, metuens ignem gehennarum? Et quis non contemnat dulcedinem ſæculi, inhians dulcedini vitæ æternæ? Ideo ſuper pſal. cxxix. Si tibi paruum videtur & modicum peccatum, vel gehẽna ignis videatur tibi magna: ſi contemnebas minus peccatum, vel pœnæ magnitudine deterrere. Sed dicis, Minora ſunt, minuta

Tom.VIII. Mat.10.

Minutiſsima non negligenda.

D ſunt, ſine quibus non poteſt eſſe iſta vita. Cõgere minuta, & faciũt ingentẽ aceruũ. Nam & grana minuta ſunt, & tamen maſſam faciũt: & guttæ minutæ ſunt, & flumina implent, & moles trahunt.

GEMITVS. Diſtinguitur de gemitu. ſuper pſal.cj.ſermone j. Gemitus habet triſtitiam, ſed & eſt gemitus qui habet gaudium. Ego puto Saram ſterilem lætam gemiſſe cum pareret. Et nos à timore tuo concepimus, & parturiuimus ſpiritũ ſalutis. Vnde ſuper pſal. xxvj. Quia gemitus non eſt niſi miſerorũ, & oratio non niſi indigentium, ideo gemamus modo, oremus modo. Trãſiet oratio, ſuccedet laudatio: tranſiet *Tom.VIII.* *Enarr.2. Tom.VIII.*

transiet fletus, succedet gaudium. Interim modo quando in diebus malorum nostrorũ sumus, non cesset oratio nostra ad Deum, à quo illã vnã peta mus, & ab ipsa petitione non desinamus, donec ad eam illo donante & perducente perueniamus.

Homil.36. Tom.X. Psal.109. GENERATIO & genus. De generatione Christi. Libro 50. Homil. Generationẽ eius quis enarrabit? Quam generationẽ? Ante luciferũ genui te. Ecce vna generatio. Ante luciferũ. Ante omnia quæ facta sunt, ante omnes Angelos, ante omnem creaturam. Quare? Quia omnia per ipsum facta sunt. Sed fortè secũda eius generatio narratur. Quis illam narrat? Fide concipitur, masculus nõ accedit, vterus virginis tumet, ꝓcedit tanquã sponsus de thalamo suo, mirabilis ista generatio, mirabilis est humana, quia sine patre: mirabilis illa, quia sine matre. *Tom.IX.* Super Ioannem, Tract. xiiij. Ambæ generationes Christi insitatę sunt, Diuina & humana: Diuina, non habet matrem: humana, nõ habet patrem. Sed de generatiõe Diuinitatis. super primã canonicã Ioannis. *Tract. 2. Tom.eod.* Ab æterno patre filius est genitus, ex æternitate genitus nullo initio, nullo termino nec fine, nullo spatio latitudinis, quia ipse qui est. *Tom.IIII.* Libro ij. de consensu Euangeliorum. capit. j. Illa superna & æterna generatio Christi, secũdum quã Dei filius vnigenitus est ante omnem creaturam, quia per ipsum facta sunt omnia, ita ineffabilis est, vt de illa dictum intelligatur à Propheta. *Isai.53.* Generationem eius quis enarrabit? Vnde soluit errorem. *Cap.16. Tom.III.* Libro de agone Christiano. Nec eos audiamus qui patrem solũ verũ Deum & sempiternum esse dicunt. Filium autem non de ipso genitum, sed ab ipso factũ de nihilo, & fuisse tempus quando non erat, sed tamẽ primum locum tenere in omni creatura: & spiritum sanctum minoris maiestatis esse quam filium, & ipsum factum esse post filium: & horũ rrium diuersas esse substantias, tanquam aurum, argẽtum, & æramentũ: nesciunt enim quid loquãtur, & de iis rebus quas per carneos oculos videre consueuerunt vanas imagines ad disputationes suas transferunt. Quia reuera magnum est mente conspicere generationem, quæ non fit ex aliquo tempore, sed æterna est: & ipsam charitatem & sanctitatem, qua generator & generatus ineffabiliter sibi copulãtur. Magnum & difficile est hæc mente cõspicere, & si pacata & tranquilla sit. Non potest ergo fieri vt illi hæc videant, qui terrenas generationes nimis intuentur, & ad istas tenebrosas addũt adhuc fumum, quem sibi contentionibus & certaminibus quotidianis excitare non cessant: habẽtes animas carnis affectionibus diffluentes, tanquam lingua humore saginata, in quibus ignis solũ fumum vomit, & habere lucidas flãmas non potest. Et hoc quidem de omnibus hæreticis rectissimè dici potest. Credentes ergo incommutabilem esse Trinitatem, credamus etiam dispẽsationem temporalem pro salute humani generis. De generatione verò aliarum rerum. *Tom.III.* Libro primo de Trinitate, capit. j. Nulla omnino res est, quæ seipsam gignat, vt sit. Sed de hominibus, Libro

A tertio, super Genes. In officio gignẽdi filios nonnullũ est peccatũ, sicut est in libidine, siue fornicandi, siue ipso coniugio immoderatius abutendi. Lib. xxij. de ciuitate Dei. Creauit Deus hominem, & illi dedit fertilitatem quãdam, qua homines alios propagaret, congenerans eis etiam ipsam propagandi possibilitatem, non necessitatem. Quibus tamen voluit, abstulit eam Deus, & steriles fuerũnt: non tamẽ generi humano abstulit semel datam primis duobus coniugibus benedictionẽ generandi. Hæc autẽ propagatio quamuis peccato ablata non fuerit, non tamen etiã ipsa talis est, qualis fuisset, si nemo peccasset. Ex quo enim homo in honore positus, posteaquam deliquit, cõparatus est iumẽtis, similiter generat, nõ in eo tamẽ penitus extincta est quædã velut scin

B tilla rationis, in qua factus est ad imaginem Dei. Huic autẽ propagationi si cõfirmatio nõ adhiberetur, neque ipsa & sui generis formas modósq; procrearet. Si enim non cõcubuissent homines, nihilominus Deus vellet implere terras hominibus, quomodo creauit virum sine commistione maris & fœminæ, sic posset omnes: concũbentes verò nisi illo creante generãtes esse non possunt. Sicut igitur ait Apostolus, de institutione spirituali, qua homo ad pietatẽ Dei iustitiámq; formatur. Neque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: etiam ita dici potest, nec qui concũbit, nec qui seminat est aliquid, sed qui format Deus. Nec mater quæ conceptum portat, & partum nutrit, est aliquid, sed qui incremẽtum dat Deus. Ipsa namque operatione,

C qua nunc vsque operatur, facit vt numeros suos explicent semina, & à quibusdam latẽtibus atque inuisibilibus inuolucris in formas visibiles huius quod aspicimus decoris euolant. Ipse incorpoream corporeámq; naturam, illam præpositam, istam subiectam miris modis copulans & connectens, animantem facit. Quod opus eius tam magnũ & mirabile est, vt non solũ in homine, quod est animal rationale, & ex hoc cunctis terrenis animantibus excellentius atque præstantius, sed in qualibet minutissima musca bene consideranti stuporem mentis ingerat, laudémque pariat sui creatoris. Verum ante peccatum generatio fuisset. Lib. xiiij. eiusdem, cap. xxiij. Credendũ est quod numerus sanctorum quantus complendæ illi sufficit beatissimæ ciuitati, tãtus existeret, etsi

D nemo peccasset, quantus nunc per Dei gratiam de multitudine colligitur peccatorum, quousque filij huius sæculi generant & generantur. Et ideo illæ nuptiæ dignę fœlicitate Paradisi, si peccatum non fuisset, & diligendam prolem gignerẽt, & pudendam libidinem non haberent. Sed quomodo id fieri posset, nunc non est quo demonstretur exemplo. Et vt dicit in eodem Lib. Quãuis illud quod dictum est, Crescite & multiplicamini & replete terram: non nisi per concubitum maris & fœminæ fieri posse videatur, vnde hinc quoq; mortalium corporum existit iudicium, potest tamen dici alium modum esse potuisse in corporibus immortalibus, vel solo pio charitatis affectu, nulla

nulla corruptionis concupiſcentia filij naſcerentur,nec morituris parentibus ſucceſſuri, nec ipſi morituri, donec terra in mortalibus hominibus impleretur,ac ſic inſtituto iuſto & ſancto populo,qualem poſt reſurrectionem futurum credimus,naſcendi etiam modus finiret. Nunc autẽ vt dicit in enchiridion.Parentum quoque peccatis paruulos obligari,non ſolum primorum hominum,ſed etiam ſuorũ,de quibus ipſi nati ſunt,non improbabiliter dicitur.Illa quippe ſententia,Reddam peccata patrum in filios eorum: tenet vtiq; eos antequam per regenerationem ad teſtamentum nouum incipiant,pertinere.Quod teſtamentum prophetabatur cum diceretur per Ezechielẽ Prophetam,non accepturos filios peccata patrũ ſuorum,nec vlterius futuram in Iſrael parabolã illã,Patres manducauerunt vuam acerbam,& dẽtes filiorum obſtupuerunt. Ideo enim quiſq; renaſcitur,vt ſaluetur in eo quicquid peccati eſt, cũ quo naſcitur.Nam peccata quæ poſtea malè agẽdo committuntur, poſſunt & pœnitendo ſanari,ſicut & poſt baptiſmum fieri videmus. Ac per hoc nõ ob aliud eſt ĩſtituta regeneratio, niſi quia vitioſa eſt generatio, vſque adeò vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat,In iniquitatibus cõceptus ſum,& in peccatis mater mea in vtero aluit me.Neq; hic dixit. In iniqtate vel in peccato,cum & hoc rectè dici poſſet:Sed iniquitates & peccata maluit dicere.Quia & ĩ illo vno quod in omnes homines pertranſit, atque tam magnũ eſt,vt in eo mutaretur & conuerteretur in neceſſitatem mortis humana natura, reperiuntur plura peccata,& alia parentum, qui etſi ita non poſſunt mutare naturam,reatu tamen obligant filios, niſi gratuita gratia & miſericordia Diuina ſubueniat. Vnde Libro tertio de peccatorum meritis & remiſsione & baptiſmo paruulorum. Sicut eos vita ſpiritus regenerat fideles in Chriſto, ſic eos corpus mortis in Adam generauerat peccatores.Illa enĩ carnalis generatio eſt, hæc ſpiritualis:illa facit filios carnis,hæc ſpiritus:illa filios mortis,hæc filios reſurrectionis:illa filios ſæculi, hæc filios Dei:illa filios iræ,hæc miſericordiæ:ac per hoc illa peccato originali obligatos,iſta omnis peccati vĩculo liberatos.Poſtremo ad id quod intellectu perſpicaciſsimo aſſequi non valemus, authoritate Diuina conſentire cogamur.

Cap.46. Tom.III. — Peccatis parentum filius obligari. — Ezech.18. — Pſal.50. — Cap.3. Tom.VII.

GEOMETRIA. Lib.primo ſoliloquiorum ſuorum.Citius mihi videtur in terra poſſe nauigari,quam geometriam ſenſibus percipi.

Cap.4. Tom.I.

GIGAS. Lib.xv.de ciuitate Dei, capite xxiij.Placuit creatori gigantes creare, vt hinc oſtenderetur non ſolum pulchritudines,verum etiam magnitudines & fortitudines corporum non magni pendendas ſapiẽti eſſe, qui ſpiritualibus atque immortalibus longè melioribus atque firmioribus & bonorum propriis, non bonorũ malorúmq; cõmunibus beatificatur bonis.Quã rem alius Propheta commẽdans ait. Ibi fuerunt gigantes illi nominati, qui ab initio fuerunt ſtaturoſi,ſcientes prælium. Non hos elegit

Tom.V.

A Dominus,nec viam ſcientię dedit illis,ſed interierunt, quia non habuerunt ſcientiam, perierunt propter inconſiderantiam.

GLADIVS. Eſt gladius Chriſtus.Super Apocaly.homi.j.Gladius bis acutus Chriſtus eſt,qui nunc Euangelij bona,& prius per Moſen legis notitiã vniuerſo orbi ꝓtulit. de quo Dauid ſimiliter ait. Semel loquutus eſt Deus.Duo hæc audiui.Hæc ergo duo teſtamẽta quę pro captu temporis aut noua,aut vetera, gladius bis acutus dicuntur. Super Pſal.vij.Poteſt Chriſtus gladius dici bis acutus,id eſt,framea, quã non vibrauit in primo aduentu,ſed tãquã ĩ vagina humilitatis abſcõdit.Vibrabit autẽ,cũ in ſecundo aduentu veniens iudicare viuos & mortuos,in manifeſto ſplendore claritatis ſuæ,iuſtis lumine ſuo, & terrore impiis coruſcabit. Ponitur ab eodem in malo gladius.Libro de agone Chriſtiano.Qui B gladio percuſſerit,gladio morietur. Gladius illo loco,ſiquidẽ in malo poſitus eſt, & diſcordioſam linguã ſignificat qua tũc infœlix Eccleſiã percuſſit, ſed non occidit. Non autem Dominus dicit. Qui occidit gladio,gladio morietur.Sed,Qui gladio vſus fuerit,gladio morietur.Ille ergo percuſſit Eccleſiam litigioſa lingua, qua nunc ipſe conciditur, vt omnino diſpereat atq; moriatur. Et tamen illud tunc Petrus Apoſtolus non ſuperbia ſua,ſed quãuis carnali,tamen amore Domini fecerat.Itaque admonitus recondit gladium:iſte autem nec victus hoc fecit. Super Pſal. lx.Nõ ſufficiat tibi,quia ad te hoſtis tela non perueniũt,age C aliquid,ne ceſſent manus tuæ:Opera enim tua bona,gladij ſunt interficientes inimicum.

Tom.IX. — Pſal.61. Tom.VIII. — Cap.29. Tom.III. — Tom.VIII.

GLORIA æterna. Eſt gloria ineffabilis. vnde ĩ Epiſtola ad Cirillũ de merito Hiero.Hæc verba ꝓfert ſibi ĩ iuſsione à beato Hieronymo fuiſſe prolata.Auguſtine qd quæris?Putas ne breui mittere vaſculo mare totũ: breui includere pugillo terrarũ orbẽ: cœlũ firmare, ne vſitatos exerceat motus? Quæ oculus nullus hominũ videre potuit,tuus videbit?Quę auris nulla per ſonũ audit,audiet tua?Quæ cor hominũ nullatenus intellexit,nec etiã cognouit exiſtimas te poſſe intelligere?Infinitæ rei qs inerit finis?in mẽſa menſura metietur? Potius totũ mare ĩ arctiſsimo vaſculo clauderes,potius terrarũ orbẽ paruulus teneret pugillo,potius à motu cõtinuo cœlũ D deſiſteret,q̃ gaudiorũ & gloriæ qbus beatorũ animæ ſine fine potiũtur,minorẽ intelligeres particulam:vbi vt ego experiẽtia doceor,diſcurre adhuc breue tẽporis ſpatiũ, & ĩpoſsibilia facere ne coneris,donec tuus ĩpleatur vitæ curſus. Hîc non quæras quæ nõ alibi, niſi quò tã fœliciter ꝓperas inueniri poſſunt.Hîc ſatage,hîc talia exerce opera,vt poſtmodũ ibi,quæ hîc aliqualiter ĩtelligere cupis,totaliter in æternũ habeas.Inde enĩ nullatenus exeũt. In ſermo.ij.de dedicatiõe Eccleſiæ. Illud qđ parat Deus diligẽtibus ſe,fide nõ cõphẽditur,ſpe nõ attĩgitur,charitate nõ capitur,deſideria & vota trãſgreditur,acqri poteſt,æſtimari nõ poteſt.Habet de perceptiõe fructũ,nõ habebit de ſatietate faſtidium. Quæ autẽ ſit illa gloria.ſu-

Serm. de temp.253. Tom.X. — Tom.VIII.

per Pſalmum decimum tertium ſermone ſecũdo. Quæ autem erit illa gloria niſi æquari Angelis & videre Deum? Super Pſalmum octogeſimum ſextum. Habitatio noſtra, iucunditas ſola erit. Peribit labor & gemitus, tranſeunt orationes, ſuccedunt laudationes. Non erit ibi gemitus deſiderãtium, ſed lætitia perfruentium. Aderit enim cui modo ſuſpiramus, ſimiles illi erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Ibi totum negotium noſtrum non erit niſi laudare Deum & frui Deo. Et quid aliud quærimus, vbi ſolus ſufficit, per quem facta ſunt omnia? Habitabimur & habitabimus: ſubijcientur illi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.

Tom. VIII.

Super Pſalmum iiij. Ibi Dominus nõ repellet orationem noſtram, quoniam tunc nihil erit petendum. Sic quicquid rectè petierimus obtinebimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Nec inopes erimus, quia copia noſtra ipſe Deus erit omnia in omnibus: Nec laborabimus, q̃a nulla remanebit infirmitas: Nec exaltati humiliabimur & conturbabimur, quia nulla ibi erit abiectio: Nec iram Dei vel trãſeuntem ſuſtinebimus, in eius dignitate manente manebimus: Nec errores eius nos conturbabunt, quia promiſſa reddita nos beatificabunt: nec territus longe erit à nobis notus & amicus, vbi nullus erit qui timeatur inimicus.

Lib. manual. cap. 6. Tom. IX.

Libro de contemplatione Chriſti. Fœlix ſocietas ciuium ſupernorum, & glorioſa ſolẽnitas omnium ad te redeuntium, ab huius peregrinationis triſti labore, ad amœnitatem pulchritudinis, ad formoſitatem totius ſplendoris, atque dignitatem totius elegantiæ, vbi te iugiter cernunt tui ciues. Nihil omnino quod conturbet mentem ibidem auribus datur. Quæ cantica, quæ organa, quæ cantilenæ quæ melodiæ ibi ſine fine cantantur? Sonant ibi ſemper melliflua hymnorum organa, ſuauiſsima Angelorum melodia, cantica cãticorum mira, quæ ad laudem & gloriam tuam à ſupernis ciuibus decantantur. Amaritudo & omnis felis aſperitas in regione tua locũ non habẽt. Nõ enim eſt ibi malus nec malitia, nec eſt aduerſarius nec impugnãs, nec eſt vlla peccati illecebra nulla eſt indigentia, dedecus nullũ, nulla rixa, nulla contentio, nulla inquietudo, nullum improperium, nullus timor, nulla dubietas, nulla moleſtia, nulla diſcordia: Sed pax ſumma, charitas plena, iubilatio & laus Dei æterna, ſecura ſine fine reqes, gaudium ſemper cum Spiritu ſancto.

Sermone de omnibus Sanctis 1. & ordine Sermonũ de ſanctis 37. Tom. X.

Vnde de ſanctorum gloria. ſermone vj. de Martyribus. Sãctorum ſocietate cœlum exultat, quorum patrociniis terra lætatur, quorum triũphis Eccleſia ſancta coronatur, quorum confeſsio quanto in confeſſore fortior, tanto eſt in honore clarior: quia dum creuit pugna, creuit pugnantium gloria, & Martyrij triumphus multiplici paſsionum genere adornatur, per quæ grauiora tormenta, gratiora fuere & præmia: dúmque catholica mater Eccleſia per totum orbem longè latéque diffuſa, in ipſo capite ſuo Chriſto Ieſu edocta contumelias crucis & mortem didicit non timere, magis magíſque roborata non reſiſtendo, ſed perferendo. Vniuerſos autem quos agmine inclyto carcer

A poenalis incluſit, pari ac ſimili calore virtutis, ad gerendum certamen gloria triumphalis inſpirauit. Et ſubdit infra. Dei enim ineffabilis imméſa bonitas hoc præuidit, vt laboris quidem tempus & agonis non extenderet nec longum faceret aut æternum, ſed breue, & vt ita dicam, momentaneum: vt in hac breui & exigua vita agones eſſent etiam labores: In illa verò quæ ęterna, eſſent præmia meritorum: vt labores quidem cito finirentur, meritorũ verò p̃mia ſine fine durarent: & poſt mundi huius tenebras, viſuri eſſent candidiſsimam lucem, & accepturi maiorẽ paſſionum cunctarum acerbitatibus beatitudinem, teſtante hoc Apoſtolo vbi ait. Non ſunt condignæ huius temporis paſsiones &c. quam læto ſinu de prælio reuertentes, ciuitas cœleſtis excipit,

Serm.

B de hoſte proſtrato trophæa ferentibus occurrit, cum triumphantibus viris & fœminæ veniũt, quę cum ſæculo ſexum quoque vicerunt, & geminata gloria militiæ, virgines cum pueris teneros annos virtutibus tranſeuntes: Sed & cætera fideliũ turba aulæ perpetuæ regiam intrabit, qui ſynceritatem fidei inconcuſsis præceptorum cœleſtium diſciplinis vnita pace obſeruauerunt. Ergo agite nunc fratres, iter vitæ aggrediamur, reuertamur ad ciuitatem cœleſtem, in qua ſcripti ſumus & ciues decreti. Non ſimus hoſpites, ſed ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, & illius hæredes, cohæredes autem Chriſti. Huius nobis ianuas aperiet fortitudo, & fiducia latum præbebit ingreſſum. Cõſideremus ergo illius inclytam vrbis fœlicitatem inquantum conſiderare poſsibile eſt. Vt enim ve-

C rè eſt, comprehendere nullus ſermo ſufficiet. Dicitur de ea in quodam loco ſic, quod aufugiet ibi dolor & triſtitia & gemitus. Quid hac vita beatius, vbi non eſt paupertatis metus, nec ægritudinis ĩbecillitas? Nemo ibi læditur, nemo iraſcitur, nemo inuidet, cupiditas nulla exordeſcit. Nullũ cibi deſiderium, nulla honoris pulſat aut poteſtatis ambitio, nullus diaboli metus, inſidiæ dæmonũ nullæ, terror gehennæ procul, mors neq; corporis, neq; animæ, ſed immortalitatis munere iucunda vita, nulla erit tunc vſquam diſcordia, ſed cuncta conſona, cuncta conuenientia, quia omnium erit ſanctorum vna concordia: pax cũcta & lætitia continet, tranquilla ſunt omnia & quieta, iugis ſplendor, non iſte qui nunc eſt, ſed tanto clarior, quanto fœlicior, quia ciuitas illa vt legitur,

D non eget ſole, quia Dominus omnipotens illuminabit illam, & lucerna eius eſt agnus. Vbi ſancti fulgebunt vt ſtellæ in perpetuas æternitates, & ſicut ſplendor firmamenti qui erudiunt multos. Quap̃pter nox ibi nulla, nullæ tenebræ, cõcurſus nubium nullus, nec frigoris ardoríſque aſperitas vlla, ſed talis quædam erit rerum temperies, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, niſi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ, qui & lauauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni, & ſunt ante thronum Dei, ſeruiúntque ei die ac nocte. Non eſt ſenectus ibi, nec ſenectutis miſeria, dum omnes occurrunt in virum perfectum,

in men

in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Verùm ſuper omnia hæc eſt cōſociari Angelorum & Archāgelorū cœtibus, Thronis & dominationibus, Principatibus & Poteſtatibus, omniūq; cœleſtiū ſupernarū Virtutū cōtuberniis perfrui, & intueri agmina ſanctorum ſplendidius ſyderibus micātia, patriarcharum fide fulgentia, Prophetarum ſpe lætātia, Apoſtolorum in duodecim tribubus Iſrael orbem iudicantia, Martyrum purpureis coronis lucentia, virginúmque choros candentia ſerta geſtātes inſpicere. De rege autem qui horū medius reſidet, dicere vox nulla ſufficit. Effugit enim omnem ſermonem, atque omnem ſenſum humanæ mentis excedit decus illud, pulchritudo illa, virtus illa, magnificentia illa, maieſtas illa. Vltra enim omnem ſanctorum eſt gloriam, ipſius inæſtimabilem aſpicere conſpectum, & ſplendore maieſtatis eius irradiari. Ibidē infra. Si enim quotidie oporteret nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennā paruo tempore tolerare, vt Chriſtum videre poſsimus in gloria venientem & ſancto eius numero ſociari, nonne erat dignum pati omne quod triſte eſt, vt tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur? Quæ erit fratres chariſſimi illa iuſtorum gloria, quam grandis ſanctorum lætitia, cum vnaquæq; facies fulgebit vt ſol, cum ordinibus diſtinctis populum ſuum Dominus in regno patris ſui cœperit recēſere, & meritis atque operibus ſingulorum præmia promiſſa reſtituere, pro terrenis cœleſtia, pro temporalibus ſempiterna, ꝑ modicis magna præſtare, adducere ſanctos in viſione paternæ gloriæ, & facere ī cœleſtibus conſcendere, vt ſit Deus omnia in omnibus, æternitatémque amatoribus ſuis & immortalitatem largiri, ad quam eos ſanguinis ſui viuificatione reparauit, denuo ad paradiſum reducere, regna cœlorum fide & veritate ſuæ pollicitationis aperire? Hæc hæreant firmiter etiam ſenſibus noſtris, hæc intelligantur plena fide, hæc toto corde diligantur, hæc indeſinentium operum magnanimitate acquirantur. Repoſita eſt in poteſtate facientis, quia regnum cœlorum vim patitur. Res iſta ò homo, id eſt regnum cœleſte aliud nō quærit pretium niſi teipſum. Tantum valet quantum es tu. Te da, & habebis illud. Quid turbaris de pretio? Chriſtus ſemetipſum tradidit vt acquireret te ī regnum Deo patri, ita & tu teipſum da, vt ſis regnum eius, & nō regnet peccatum in tuo mortali corpore, ſed ſpiritus in acquiſitionē vitę. Ad hanc igitur dilectiſsimi operum ſalutariū palmam libenter ac prompte certemus, omnes in agone iuſtitiæ Deo & Chriſto ſpectāte curramus. Et qui ſæculo & mundo maiores eſſe iam cœpimus, in curſu noſtro nulla ſæculi cupiditate tardemur. Si expeditos, ſi celeres in huius operis agone, currentes dies nos vltimus inuenerit, nuſquā Dominus meritis noſtris ad præmium deerit remunerator. Qui enim coronā in perſequutione purpuream pro paſsione donauit, ipſe in pace vincentibus† pro iuſtitia meritis dabit & candidā. Nā nec Abrahā, nec Iſaac, nec Iacob occiſi ſunt, & tamē fidei & iuſtitiæ meritis honorati, inter patriar-

† Aliâs, vincentibus.

A chas primi eſſe meruerunt. Ad quorum congregatur conuiuium, quiſquis fidelis & iuſtus & laudabilis inuenitur. Memores eſſe debemus, volūtatem non noſtram, ſed Dei facere debere: quia qui fecerit eius voluntatem manebit in æternum, quomodo, & ille manebit in æternum. Quapropter Chariſsimi mēte integra, fide firma, virtute robuſta, charitate perfecta parati ad omnem voluntatem Dei ſimus, cōſeruantes fortiter Domini mandata in ſimplicitate innocentiam, in charitate concordiam, in humilitate modeſtiam, diligentiam in adminiſtratione, vigilantiam in adiuuandis laborantibus, miſericordiam in fouendis pauperibus, in defendenda veritate conſtantiam, in diſciplinæ ſeueritate cenſuram, ne aliquid ad exemplum bonorum ſanctorum deſit

B in nobis. Hæc ſunt enim veſtigia quæ nobis ſancti quique reuertentes in patriam reliquerunt, vt illorum ſemitis inhærentes ſequeremur ad gaudia. Patriam quoq; noſtram cum illis Paradiſum computemus, parētes Patriarchas iam habere cœpimus. Cur non properamus & currimus, vt patriam noſtram videre, vt parentes ſalutare poſsimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copioſa turba deſiderat, iam de ſua incolumitate ſecura, adhuc de noſtra ſalute ſollicita. Ad eorum complexum & aſpectum venire, quanta illis & nobis in commune lætitia eſt? Qualis illic cœleſtium voluptas conſeruorum ſocietatem expectantium? Quam ſumma & perpetua fœlicitas? Illic Apoſtolorū chorus glorioſus, illic Pro-

C phetarum exultantium numerus inſignis, illic Martyrum populus innumerabilis ob certaminū victorias coronatus, illic clariſsima virginum turba lætatur, illic etiam confeſſorum laudatur fortitudo. Sed & illorum remuneratio cenſetur, qui præcepta Dominica ſeruantes, ad cœleſtes theſauros terrena patrimonia tranſtulerunt. Ad hos electos Dei auida cupiditate properemus, vt cum his citò eſſe, & cito nos ad Chriſtum peruenire contingat, ad eum quem huius itineris ducem habeamus, ſalutis authorem, lucis principem, lætitiæ largitorem: qui viuit &c. In communibus ſermonibus, ſermone ſexto. Iuſti in illa & inenarrabili gloria cum ſe illuminare viderint, intra ſemetipſos ſinguli obſtupeſcent & dicent, Putas ego ipſe ſum? Et quomodo huic gloriæ dignus in-

D uentus ſum? Accedentes & angeli cum gaudio magno ad ſanctos, narrabūt eis conuerſationem eorum immaculatam, continentiam, vigilias, oratiōes, voluntariam paupertatem, frugalitatem perfectam, patientiam ſitis, & famis tolerantiam, & omnia quæcūque propter Chriſti charitatem æquanimiter pertulerunt. Hæc autem omnia ſanctis Angelis cum exultatione dicentibus, reſpondebunt omnes iuſti dicentes, Conſtituti in terris omnino nec vna die perfecte viximus, nec vllum opus bonum à nobis geſtum eſt. Iterum verò Angeli commonefacient eos, & locum, & tempus aperient, & admirantes eorū humilitatē glorificabūt Deū, videntes in cœlis corpora ſanctorū ſu-

per lucem fulgētia. Quia in terris voluntariè afflicti sunt, & patientiam suam vestem immaculatā, margaritam pretiosissimam possederunt, quia in agro thesaurum absconditum inuenerunt, & vendentes omnia quę sunt super terram, illum solum imitati sunt. In supradicta Epistola ad Cyryllū. Sanctorum animæ in illa æterna gloria sunt solidatæ & firmatæ, quare nulla sibi alia inest voluntas nisi Dei, quæ nihil velle aliud possunt nisi qđ Deus vult: Ideo quę volunt, obtinere possunt. Etenim quæcūque volunt & Deus vult, & illud adimplet. Nemo suis fraudatur desideriis, quia nihil præter Deum aliquid optat. Declarat hoc

Tom.IX. super Ioannem, sermone lxvij. Quia etsi alius est alio fortior, alius alio sapiētior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in domo patris mei mansiones multæ sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, vbi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea, iubet dari omnibus, non in eo discernēs qui minus, & qui amplius laborauerūt, quo vtiq; denario vita significatur æterna, vbi amplius alio nemo viuit, quoniam viuendi non est diuersa in æternitate mēsura. Sed multæ māsiones, diuersas meritorū in vna vita æterna significāt dignitates. Alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarū. Stella enim à stella differt in gloria: sic & resurrectio

1.Cor.15. mortuorum. Tanquam stellæ sancti diuersas māsiones, diuersas claritates, tanquam in cœlo sortiuntur in regno, sed propter vnum denariū nullus separatur à regno: atq; ita Deus erit omnia in omnibus, vt quoniam Deus charitas est, per charitatem fiat vt quod habent singuli, cōmune sit omnibus. Sic enim quisque etiā ipse habet, cū amat in altero quod ipse non habet. Non erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis. Libro primo de verbis Domini, sermone xviij. Regnum Dei pariter ab omnibus, totum à singulis possidetur. Regnum Dei crescente possessorum numero, non minuitur, quia non diuiditur. Vnicuique integrū est, quia concorditer habetur à multis. Sed de honore sanctis qui sunt in gloria exhibēdo. in supradicta Epistola ad Cyryllū. Noueris quia honor & reuerentia quæ singulis sanctorum exhibetur de terris, omnibus exhibetur. Ne putes vt ī cœlo sit aliqua inuidia, vt in mundo. Sicut enim ī mūdo quilibet hominum cæteris præesse magis vellet quam subesse, ita ī cœlo per charitatem ineffabilem qua se inuicem beatæ animæ diligūt, quilibet sanctorum ita alterius gloria gaudet, sicut sua. Quoniam vellet quisque maior, vt quisq; minor sibi æqualis esset, quia eius gloria esset sua: ita minor maioris gloria gaudet, sicuti si eam haberet nec vellet eam habere vt ille nō haberet. Sed potius de sua, si fas esset, illi impartiret. vnde gloria singulorum, est gloria cunctorum. Sed de gloria qua glorificamus Deum. super Psalm.xxx. Laudas Deum. Sed nunquid maior gloria erit qa glorificas eum, aut addimus gloriam Deo quādo ei dicimus, Glorifico te Deus meus: aut sanctiorē

A eum facimus quando dicimus, Benedico te Deus meus? Ipse quādo nos benedicit, facit nos sanctiores, facit fœliciores: quādo glorificat, facit nos gloriosiores, facit nos honoratiores: quādo glorificamus eum, nobis prodest, non illi. Ibidem. Quomodo enim eum glorificamus gloriosum, dicendo, ita eum glorificamus præcepta eius faciēdo.

GLORIA vana. Diffinitur & distinguitur. Lib.v de ciuitate Dei. Gloria est, iudicium hominum bene de hominibus opinantiū: & ideo melior est virtus quæ humano testimonio contenta non est, nisi conscientiæ suæ. Lib.iij. contra Maximinū Arrianum. Gloria est alicuius clara cum laude notitia. Super Ioan. tract.100. Sicut definierunt aliqui Latinæ linguæ clarissimi authores, Gloria est frequēs de aliquo

B fama cum laude. Quæ cū est in hoc mundo facta de Christo, nō Christo credēda est magnū aliqd cōtulisse, sed mundo. Bonū enim laudare, non laudato, sed laudantibus prodest. Est autem etiā falsa gloria: quando laudantes errore falluntur, siue in rebus, siue in hominibus, siue in vtrisque. Nam in rebus falluntur, quando putant id bonū esse quod malum est. In hominibus autem, quando putāt eū bonum esse qui malus est. In vtrisq; verò, quādo id quod est vitium virtus putatur, & ipse qui propter hoc laudatur, nō habet quod putatur: siue sit bonus, siue sit malus. De eius causa & pricipio. Lib. de ciuitate Dei, cap.xix. Interest sanè inter cupiditatem humanæ gloriæ, & cupiditatē dominationis. Nam licet procliue sit, vt qui humana gloria nimiū delectātur, & dominari ardēter affectāt,

C tamē qui veram licet humanarum laudū gloriā concupiscunt, dant operam bene iudicantibus nō displicere. Sunt enim multa in moribus bona, de quibus multi bene iudicant: quamuis multi ea nō habeant, & per ea bona morum ad gloriā nituntur, vel imperium. Quisquis autem sine cupiditate gloriæ, qua veretur homo bene iudicātibus displicere, dominari atq; īperare desiderat, etiā per apertissima scelera quęrit plerūq; obtinere quod diligit. Proinde qui gloriā cōcupiscit, aut vera via nititur, aut certè dolis atq; fallaciis cōtendit, volens bonus videri, esse quod non est. Et ideo virtutes habenti magna virtus est contemnere gloriam, quia contemptus eius in conspectu Dei est:

D iudicio autē nō aperitur humano. Quicquid enim fecerit ad oculos hominū, quo gloriæ cōtēptor appareat, ad maiorē laudē, hoc est, ad maiorē gloriā facere si credatur, nō est vnde se suspicantiū sensibus aliter esse, quam suspicantur ostendat. Sed q contemnit iudicia laudantiū, contēnit etiā suspicantiū temeritatē, quorū tamen, si verè bonus est, non contēnit salutē: quoniā tantæ iustitiæ est, qui de spiritu Dei virtutes habet, vt etiā ipsos diligat inimicos, & ita diligat, vt susurrones vel detractores velit correctos habere cōsortes: nō in terrena patria, sed in superna. In laudatoribus autem suis, quāquā paruipēdat, quod eū laudāt, nō tamē paruipendit quod eū amant: nec eos vult fallere laudantes, ne decipiat diligentes. Ideóque instat ardenter, vt potius ille laudetur, à quo habet homo, quid

homo, quicquid in eo iure laudatur. Ideo Lib. primo de verbis Domini, serm. secundo. Intentio quippe cordis humani quo dirigatur, & quo spectet intuendum est. Si enim qui vult videri ab hominibus bona opera sua, gloriam & vtilitatē suā ponit ante homines, & hanc in conspectu hominum quærit, nihil eorum quæ de hac re Dominus præcepit impleuit: quia & attēdit facere iustitiā suam coram hominibus, vt videretur ab eis, & nō sic eluxit lumē eius coram hominibus, vt ad hoc viderent opera eius, vt glorificarent patrē qui in cœlis est. Se quippe voluit glorificari, nō Deum, & suam quæsiuit vtilitatem, non dilexit Domini voluntatē: de quibus dicit Apostolus. Omnes quę sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi: Itaque nō illic sentētia terminata est, vbi ait, Sic luceat lux v.c.h.vt.v.b.o.v. Sed continuò subiunxit cur faciendum sit, Vt glorificēt patrem, inquit, vestrū, qui in cœlis est: vt homo cum benefaciēs videtur ab hominibus, intentionē boni facti habeat in cōscientia sua, intentionem verò innotescendi non habeat nisi in laudibus Dei, propter eorum q̄bus innotescit vtilitatem: quibus hoc prodest vt Deo placeat qui hoc præstitit homini, atque ita nō desperent etiam sibi si voluerint hoc posse prę̄stari. Itaque aliam sententiam vbi ait. Attēdite ne iustitiam v.f.c. hominibus: non alibi terminauit, quam vbi dicit, Vt videamini ab eis: nec addidit, Et glorificent patrē vestrum qui in cœlis est: Sed potius addidit, Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est: hinc etiam ostēdit eos qui tales sunt, quales fideles suos esse non vult, in eo ipso mercedem quærere quod nō vidētur ab hominibus, ibi constituere bonum suū, ibi oblectari vanitate cordis sui, ibi exinaniri & inflari, ibi tumescere & contabescere. Cur enim nō sufficit vt diceret, Attendite ne iustitiam vestrā faciatis corā hominibus, Sed addidit: Vt videamini ab eis: nisi quia sunt quidā qui sic faciunt iustitiā suam coram hominibus non vt videantur ab eis, sed vt ipsa opera videantur & glorificetur pater noster qui in cœlis est, qui ea iustificatis impiis donare dignatus est. Qui tales sunt, nec suam iustitiā deputant, sed eius ex cuius fide viuunt: Quisquis ergo vult videri ab hominibus opera sua, vt ille glorificetur à quo ea quæ in illo vidētur accepit, & sic ad imitandum bonum idē ipsi qui vidēt pietate fidei prouocentur, verè lumen eius lucet coram hominibus: quia lux charitatis radiatur, non superbiæ fumus euomitur: & in eo ipso cauet ne iustitiam suam.f.c.h.vt vi.ab eis: quia nec suā deputat illam iustitiam, nec ideo fecit vt ipse videatur, sed vt ille intelligatur, qui laudatur in homine iustificato, vt faciat: & in laudante quod laudatur in altero, id est laudantem faciat esse laudabilem. De cuius malo & tentatione. Libro x. cōfessio. Sermo ore procedēs, & facta quæ innotescunt hominibus, habent tētationem periculosam ab amore laudis, qui ad priuatam quādam excellentiam contrahere emendicata suffragia tētat: & cū à me in me arguitur, eo ipso quo arguitur. Et sæpe homo de ipso vanæ gloriæ contēptu

A gloriatur, ideóque non tam de ipso vanæ gloriæ contemptu gloriatur. Non enim eam contemnit, cum gloriatur intus, & iā intus est aliud in eodē genere tētationis malum, quo inanescunt qui placēt sibi de se, quāuis aliis vel placeant vel displiceāt, nec placere affectēt cæteris. Sed sibi placētes multum, tibi displicent: non tantum de nō bonis, quasi bonis, verumetiā de bonis tuis quasi suis: aut etiā sicut de tuis, sed tanquam ex meritis suis: aut etiā sicut ex tua gratia sed non sua merita: non tamē socialiter gaudentes, sed aliis inuidentes ea. Vnde Libro soliloquiorum ad Deum. Non glorificabitur ante te omnis caro. Quoniam si quid boni est in nobis parui vel magni, donum tuum est, & nostrum non nisi malum. Vnde igitur gloriabitur omnis caro? Nunquid de malo? Hæc non est glo-
B ria sed miseria. Sed nunquid gloriabitur de bono? Nunquid de alieno? Tuum Domine est bonū, tua est gloria. Qui enim de bono tuo gloriā sibi quærit, & nō tibi, hic fur est & latro, & similis diabolo, qui furari voluit gloriam tuā. Qui laudari voluit de bono tuo, non quærit gloriam tuam, sed suam. hic licet propter tuum donum laudetur ab hominibus, à te verò vituperabitur: q̄a de tuo bono non tuam, sed suam quæsiuit laudem. Qui autem laudatur ab hominibus vituperāte te, ab hominibus defendetur iudicante te, nec liberabitur cōdēnante te. Tu ergo Domine nō sinas me cadere in istā ex p̄bationē: vt exprobretur mihi furari voluisse gloriā tuā. Tibi enī sit gloria, cuius omne bonū: nobis autē cōfusio faciei & miseria, quorum est omne malum, nisi tu volueris misereri.

C Ideo cōsulit. Libro iij. de verbis Domini, capi. xxiij. Accedite ad Deū & illuminamini, & facies vestræ nō confundētur. Qui ergo in se gloriatur, cōfundetur. Nemo enim sine peccatis inuenitur. Ille itaque tantū nō confundetur qui in Deo gloriatur. Quia vt dicit homil de pœnitētia. Quāuis se quisq; glorietur quod mūdo crucifixus ab omni opere malo, in seruitutē redacta mēbra castiget, ne iam regnet peccatū in eius mortali corpore ad obediendū desideriis eius: solū vnum verum Deū colat, nulli simulachrorū ritui deditus, nullis sacris dæmoniorum irretitus, non accipiēs in vanū nomē Domini sui, quietē sempiternā certus expectās, debitū honorē parētibus reddēs, nec cruētatus homicidio, nec fornicatiōe turpatus nec furto fraudulentus, nec mendacio duplicatus, nec
D rei vel vxoris alienæ concupiscentia sordidus: nō suis etiā rebus aut luxuria diffluat, aut auaritia arescat, non sit contentiosus, non sit contumeliosus, non maledicus, vendat postremo omnia sua & det pauperibus, & sequatur Dominū, atq; ī thesauro cœlesti radicē cordis infigat: q̄d videtur addi posse ad tā plenā iustitiā? tamē nolo glorietur. intelligat hæc omnia sibi p̄stita esse, non à se existere. Quid enim habet quod nō accepit? quod si accepit, q̄d gloriatur? &c. Lib. de cōtinētia in fine. Siue hîc, vbi cū vitiis nostris domādis minuēdísq; cōfligimus: siue ibi, qđ in fine futurū est vbi omni hoste & omni peste carebimus: id nobiscū salubriter agitur, vt q̄ gloriatur, in Deo glorie-

Cap.39. Φιλαυτία.

Cap.16. Tom.IX.

Gloriari de alieno.

Lib.50.Hom. Homil.50. Tom.X.

Cap.14. Tom.IIII.

Cap.105. Tom.III. tur. Vnde Lib.de vera innocētia.Prima Diuini muneris gratia est,vt nos erudiat ad nostræ humilitatis confessionē,& cognoscere faciat, quod si quid bonifacimus,per illum possimus,sine quo nihil possumus. Ideo super Psal.ciij.sermo.iiij. Sit gloria Domini in ęternum:non tua,non mea, non illius,aut illius.Gloria Domini sit,non ad tēpus,sed inæternum. *Tom.VIII.* Est tamē difficile hoc vincere vitiū.super Psal.vij.Qui bene didicit,vel expertus est vitiorum superandorum gradus: intelligit hoc vitium inanis gloriæ vel solum,vel maximè cauēdū perfectis. *Eccl.10.* Quo primo enim vitio lapsa est anima,hoc vltimū vicit.Initiū autē omnis peccati,est superbia.Initiū autē superbię hominis apostatare à Deo est. Vnde in regula. Illi q̃ videbātur aliquid esse in sæculo, nō habeāt fastidio fratres suos, qui ad istam sanctā societatē ex paupertate venerunt.Magis autem studeant, non de parentum diuitum dignitate,sed de pauperum fratrū societate gloriari. Nec extollātur si cōmuni vitæ aliquid de suis facultatibus cōtulerint,nec de bonis magis superbiāt,q̃a eas in monasterio partiuntur:quā si eis in sæculo fruerētur.Alia quippe quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur vt fiat:Superbia verò etiam bonis operibus insidiatur,vt pereant.Et quid prodest dispergēdo dare pauperibus & pauperem fieri,cū anima misera superbior efficitur diuitias contemnendo,quam fuerat possidendo? *Cap.3. Tom.IX.* Vnde cōtra vanam gloriā loquitur, Lib.de cōflictu vitiorum. Inanis gloria dicit,Age bonum quod vales, ostende cunctis bonum quod agis,vt bonus à cunctis dicaris, vt sanctus,venerabilisque ab omnibus p̄diceris, vt dignoscaris amicus,vt nemo te cōtēnat,nemo te despiciat, sed vniuersi tibi debitum honorem persoluant.Dei timor dicit,Si aliquid boni agis, nō pro trāsitoriis,sed pro æternis honoribus age.Occulta quod agis inquantū vales. Quod si ex toto nō vales,sit in animo occultādi voluntas,& non erit de ostentatione vlla temeritas: Nec criminis erit aliquando manifestare, quod semper vis cælatū habere.Sic deniq; duas redēptoris sentētias,sibiq; quasi cōtrarias videberis adimpleuisse,q̃bus dicitur.Faciēte te eleemosynā,nesciat sinistra tua q̃d faciat dextera tua.Sed eleemosyna tua sit ī abscōdito:&,Videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. *Mat.6. Mat.5.* Comminatur cōtra vitium.super Psal.xlviij.serm.iiij. Quantā visus est homo gloriā habere inter homines cum viueret,tantā vetustatē & corruptionem suppliciorū habebit cum mortuus fuerit apud inferos.

Tom.I. GRAMMATICA. Lib.vj.musicæ suæ. Grammatica autem Græcè,literatura Latinè nominatur. Quid sit grāmatica. *Lib.2.cap.21. Tom.I.* Lib.soliloquiorū suorū. Grāmatica est vocis articulatę custos & moderatrix disciplina,cuius necessitate professionis cogitur humanæ linguæ omnia etiam figmēta colligere,quę memoriæ literisque mādata sunt,non ea falsa sciēs,sed de his verā quandā docēs & asserēs rationem. *Cap.12. Tom.I.* Vnde Lib.ij.de ordine rerū.Grāmatica,ipso nomine p̄fiteri se literas clamat,vnde etiam Latinè litera- tura dicitur,factum est vt quicquid dignum memoria literis mandaretur,ad eam necessario pertineret. Vnde in sacra scriptura quoad modos loquendi& in latino vulgari reperitur.Lib.iij.de doc.Christiana,cap.xxix.Sciāt literati,modis omnibus loquutiōis,quos Grāmatici Græco nomine tropos vocāt,authores nostros vsos fuisse,& multiplicius atq; copiosius q̃ possunt existimare vel credere qui nesciunt eos,& in aliis ista didicerūt. Quos tamen tropos qui nouerunt, agnoscunt in literis sanctis ,eorúmq; sciētia ad eas intelligēdas aliquātulū adiuuātur.Sed hîc eos ignaris tradere non decet,ne artē grāmaticam docere videamur. Extra sanè vt discantur admoneo quāuis iam superius admonuerim.s.ī.ij.lib.vbi de linguarù necessaria cognitione disserui.Nā literæ à q̃bus ipsa grāmatica nomē accepit, γράμματα enim Gręci literas vocant, signa vtiq; sonorū sunt ad articulatā vocem qua loquimur pertinentium. Istorū autē troporum,non solū exempla omniū, sed quorūdam etiam nomina in Diuinis libris leguntur, sicut allegoria,ænigma,parabola.Quāuis pene omnes hi tropi qui liberali dicuntur arte cognosci, etiam in eorum reperiantur loquelis, qui nullos grāmaticos audierūt,& eo quo vulgus vtitur sermone cōtenti sunt.Quis enim nō dicit,sic floreas? Qui tropus metaphora vocatur. Quis non dicit, piscinam etiam quæ non habet pisces,nec facta est propter pisces,& tamen à piscibus nomēaccepit? Qui tropus catachresis dicitur.Lōgū est isto modo cæteros prosequi:nam vsque ad illos peruenit vulgi loquutio,qui propterea mirabiliores sunt, quia contra quā dicitur significant, sicuti est quæ appellatur Ironia vel Antiphrasis.Sed Ironia p̄nuntiatione indicat quid velit intelligi, vt cū dicimus homini malefaciēti,res bonas facis.Antiphrasis verò,vt contraria significet,non voce pronūtiantis efficitur:Sed aut habet verba sua ,quorum origo econtrario est,sicut appellatur lucus quod minimè luceat:aut consueuit aliquid ita dici,quāuis dicatur etiam nō econtrario: veluti cum quærimus accipere qđ ibi nō est,& respōdetur nobis, abundat:aut adiunctis verbis facimus vt id à contrario intelligatur quod loquimur,veluti si dicamus,caue illum,quia bonus homo est. Et q̃s talia non dicit indoctus nec omnino sciens qui sint,vel q̃d vocētur hi tropi? Quorū cognitio propterea scripturarū ambiguitatibus dissoluēdis est necessaria,quia cū sensus ad proprietatē verborū sic accipiatur,absurdus est,quærendū est vtiq; ne fortè illo,vel illo tropo dictū sit,quod nō intelligimus: & sic pleraque inuēta sunt quæ latebāt. Plus tamen curandū est de sentētia q̃ de ipsa perfecta grāmatica.Lib.ij.eiusdem. Solœcismus qui dicitur, nihil aliud est q̃ cū verba nō ea lege sibi coaptātur qua aptauerūt qui priores nobis,nō sine authoritate aliqua,loquuti sunt. Vtrū enim inter homines,an inter hominibus dicatur,ad rerū nō pertinet cognitorē.Itē Barbarismus quid aliud est,nisi verbū non eis literis vel sono enūtiatum,quo ab eis qui ante nos Latinè loquuti sunt, enuntiari solet? Vtrū enim cognoscere producta aut correpta

tertia

tertia syllaba dicatur, non multum curat qui peccatis suis Deum vt ignoscat, petit, quolibet modo illud verbum sonare potuerit. Non debent literati reprehendere malam grãmaticam clericorum. Lib. de catechizandis rudibus. & habetur dist. xxxviij.. Sedulo monendi sunt scholastici, vt humilitate induti Christiana discant, nõ cõtẽnere quos cognouerint morũ vitia quã verborum amplius deuitare: & cordi casto liguã exercitatã nec conferre audeant, quã etiã præferre consueuerãt. His enim maximè vtile nosse, ita esse præponendas verbis sententias, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit vt ita malle debeant veriores quã desertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores quã fortiores habere amicos. Nouerint etiã nõ esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt si aliquos antistites & ministros Ecclesiæ forte animaduerterint, vel cũ barbarismis vel cum solœcismis Deũ inuocare: vel eadem verba quæ pronuntiant non intelligere, perturbatéque distinguere. Non quia ista minimè corrigẽda sunt, vt populus ad id qđ planè intelligit dicat Amen: Sed tamẽ tolerãda piè sunt ab eis, qui didicerunt, vt sono in foro, sic voto in Ecclesia benedici. Itaque forensis illa nõnunquã fortè bona dictio, nunquã tamen benedictio dici potest. Ideo super Ioan. sermone ij. Non timeamus ferulam grãmaticorũ, dum tamẽ ad veritatẽ solidam & certiorem perueniamus.

Super Psal. cxxxiiij. Potius dicamus ossũm: melius est enim reprehendant nos grãmatici, q̃ non intelligant populi. In tractatu super vltimũ ꝓuerbiorum. Dum omnes instruantur, grammatici non timeantur. Quia vt dicit. Lib. iij. de doctrina Christiana. Plerũque loquendi cõsuetudo vulgaris vtilior est significandis rebus, quam integritas literata. Mallem quippe cum barbarismo dici, Non est absconditũ à te ossũm meũ: quã vt ideo esse minus apertum, quia magis Latinum est.

GRATIA. Quod gratia est à Spiritu sancto. Lib. iij. de verbis Domini. Gratia q̃ppe Dei donum est. Donum autem maximũ ipse sanctus spiritus est, & ideo gratia dicitur, quia gratis datur. Ideo gratis datur, quia non quasi merces redditur post discussionem meritorum, sed donum datur post veniam delictorum. Et tamẽ à Christo. Lib. de correpione & gratia. Intelligenda est gratia per Iesum Christum, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus siue cogitando, siue volendo & amando, siue agendo faciunt bonum: vt non solum monstrãte ipsa quid faciendum sit sciant, verum etiam vt præstãte ipsa faciãt cũ dilectione, quod sciunt.

Vnde lib. eodẽ. Gratia quæ data est primo Adam potentior est in secundo Adam. Prima est enim qua fit, vt habeat homo iustitiã si velit: secũda ergo plus potest, qua etiã fit, vt velit, & tãto ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiscentẽ voluntate spiritus vincat. Super Psal. lv. Pro nihilo saluos facies eos, id est gratis data gratia tua. Quid enim ille latro attulerat ad crucem? De fraude, in iudiciũ: de iudicio, in lignũ: de

A ligno, in Paradisum. Credidit, propter qđ loquutus est. Sed & ipsam fidẽ quis donauit, nisi qui pependit? Perdidit autem primus homo gratiam. Lib. de meritis & remissione peccatorum, & baptismo paruulorum. Quando peccauit Adam nõ obediens Deo, tunc eius corpus quãuis esset animale & mortale gratiam perdidit, qua eiusanimę omni ex parte obediebat. Tunc ille extitit bestialis motus pudẽdus hominibus, quã in sua erubuit nuditate. Tunc etiam morbo quodam ex repentina & pestifera corruptione concepto factũ illis est, vt illa in qua creati sunt stabilitate ætatis amissa, per mutabilitates ætatum irent in mortem. Quãuis ergo annos multos postea vixerint, illo tamen die mori cœperũt, quo mortis legem, qua in seniũ veterascerent, acceperũt. Non enim stat B vel temporis puncto, sed sine intermissione labitur, quicquid continua mutatione sensim currit in finem, non perficientem, sed cõsummantẽ. Sic itaque impletum est quod dixerat Deus: Qua die ederitis, morte moriemini. Ex hac igitur inobediẽtia carnis, ex hac lege peccati & mortis, q̃squis carnaliter generatur, regenerari spiritualiter opus habet, vt non solum ad regnum Dei perducatur, verum etiam à peccati dãnatione liberetur. Simul itaq; peccato & morte primi hominis obnoxij nascuntur in carne, & simul iustitiæ vitæq; æternæ secundi hominis sociati renascũtur in baptismo. Vnde super Psal. xliiij. Ipsi inest gratia diffusa, quia fecit te gratis. Nõ enim erat cui præstaret antequã faceret. Perieras, quæsiuit te: inuẽtum, reuocauit te. Præterita nõ imputauit, futura C ꝓmisit. Verè diffusa est gratia in labiis eius. Libro iiij. cõtra Iulianũ, cap. xviij. Quid est gustato cibo prohibito nuditas indicata, nisi peccato nudatũ quod gratia contegebat? Gratia quippe Dei magna ibi erat, vbi terrenũ & animale corpus bestialem libidinem non habebat. Spoliatus gratia, sensit quod operire debet. Et omnes egent gratia: in serm. primo de Apostolis. Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Iustificati enim gratis per sanguinem ipsius. Quia gratis, ideo gratia: nõ enĩ gratis sine gratia. Quia nihil boni feceramus, D vt inde talia bona mereremur magis quã nõ gratis inferretur suppliciũ, gratis præstitũ est beneficiũ. Nihil p̃cesserat meritis nostris, nisi vnde dãnari deberemus. Ille autẽ nõ propter nostrã iustitiam, sed suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Hæc est, inquã gratia Dei, non tua. Nihil fecisti, & tamen tantum bonũ accepisti. Dic ergo Domino Deo tuo, Deus meus, misericordia eius præueniet me. Præuenit enim te, quia nihil boni inuenit in te. Præuenisti supplicium eius superbiendo, ille præuenit supplicium tuum peccata delẽdo. Quia vt dicit. Lib. de spiritu & litera. Hoc agit spiritus gratię vt imagine Dei in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis. Vitium quippe cõtra naturam est, quod vtique sanat gratia: Propter quam Deo dicitur, Miserere mei Domine, sana ani. meã q̃a pec. tibi,

Lib.1. Cap.16. Tom. VII. — Tom. VIII. — Tom. VII. — Cap.27. Tom.III. — Psal.50.

Vnde gratia sunt bona opera. Libro primo, de diuersis quæstionibus ad Simplicianum. quæstio.

Tom.IIII. secũda. Nõ se quisque arbitretur ideo percepisse gratiam, quia bene operatus est, sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiã. Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna, vel externa monitione motus ad fidem. Ibidem infra. *Quaest. ead.* Primo est gratia, consequenter sunt bona opera: nõ quæ gratiam pariant, sed quæ gratia pariantur. Non enim vt ferueat calefacit ignis, sed qa feruet. Nec ideo bene currit rota vt rotũda sit, sed quia rotũda est. Sic nemo propterea bene operatur vt accipiat gratiam, sed qa accepit. Quomodo enim potest iuste viuere qui non fuerit iustificatus? Quomodo sancte viuere, qui non fuerit sanctificatus? Vel omnino viuere, qui non fuerit viuificatus? Iustificat autem gratia, vt iustificatus possit iuste viuere. Primò igitur est gratia, secundò sunt bona opera. *Tom.VII.* Lib. Hypognost. Respõsione quinta. Ad bonum peragendum voluntas nostra de se præsumens, non de Deo, nihil proficit: ad malum verò cum etiam non vult, aliquoties incitatur vt velit.

Super Psal. nonagesimũ tertiũ, sermone secũdo. *Tom. VIII.* Hæc est disciplina Christiana quod nemo facit bene nisi gratia. Quod facit homo male, ipsius est hominis: quod facit bene, de beneficio Dei facit. Et cum cœpit benefacere, non sibi tribuat: cũ nõ sibi tribuerit, gratias ei agat à quo accepit. Cũ autem benefacit, non insultet illi qui illud non facit, aut extollat se super ipsum: non enim in illo finita est gratia Dei, & ad illum nondum peruenit.

Lib. primo de prædestinatione sanctorum. Ad nullum opus bonum vel incipiendum, vel perficiendum, quẽquam sufficere posse cõsentiendum est. *Cap.17.* *Tom. VII.* Lib. secundo de meritis & remissione peccatorum, & baptismo paruulorum. Tantomagis delectat opus bonũ, quãto magis diligitur Deus, summũ atq; incõmutabile bonum, & author qualiũcunque bonorum omnium. Vt diligatur Deus, *Cap.18.* charitas eius diffusa est in cordibus nostris, nõ per nos, sed per Spiritũ sanctũ q. datus est nobis. Sed laborant homines inuenire in nostra voluntate quid boni sit nostrum, quod nobis nõ sit ex Deo, & quomodo inueniri possit ignoro. Excepto enĩ qđ Apostolus ait, cũ de bonis hominũ loqueretur, Quid enim habes quod non accepisti? Quid gloriaris quasi nõ acceperis? ipsa etiam ratio, quæ de his rebus à talibus quales sumus, iniri potest, quemlibet nostrum quærentem vehementer angustat, ne sic defendamus gratiam, vt liberum arbitrium auferre videamur: rursus ne liberum arbitrium sic asseramus, vt superba impietate, ĩgrati Dei gratiæ iudicemur. Vnde secundũ gratiã sunt nostra merita, in Epistola ad Macedonium. *Tom.II. Epist.52.* Merita quorũlibet hominum quæ sint, quandoquidem ille qui non cum mercede debita, sed cũ gratia gratuita venit, omnes peccatores solus à peccatis liberatque liberator inuenit. Si ergo nos virtus nostra delectat, ei dicamus, Diligam te Domine virtus mea. *Psal.17.* Et si verè beati eẽ volumus (qđ nolle non possumus) id quod iisdẽ literis inuenimus fido corde teneamus. Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius. *Psal 39.* In Epistola ad Vitalem.

A Scimus gratiam Dei, nec paruulis, nec maioribus, secundum merita nostra dari. Scimus maioribus ad singulos actus dari. Scimus non omnibus dari, & quibus datur non solum secundum merita operum non dari, sed nec secundũ merita voluntatis eorum qbus datur, quod maximè apparet in paruulis. Scimus eis quibus datur misericordia Dei gratuita dari. Scimus eis quibus nõ datur iusto iudicio Dei nõ dari. Vnde in sermone xij. de Martyribus dicit. Munera Diuina de profundo Dei iudicio veniunt. Mirari eò possumus, inuestigare non possumus. quis enim cognouit sensum Domini? &c. Lib. primo de verbis Domini, serm. vij. Caue Christiane, caue superbiam. Licet enim imitator sanctorum sis, totũ semper gratiæ reputa: quia vt esset aliquid gratiæ in te, nõ tuũ meritũ fecit, sed Dei gratia: & si gratia iã nõ ex operibus, id est iã nõ de tuo merito extollaris: alioqn gratia iã nõ esset gratia. B Si enĩ de tuo opere p̃sumis, ergo merces tibi redditur, non gratia datur. Si ergo gratia est, gratis datur. O gratia gratis data. Quid tu iuste credis? Te sine te non posse seruare iustitiam ipsius? Ergo totum reputa, quod iustus es, pietati. Quod autem peccator es, tuæ ascribe iniquitati. Esto accusator tuus, & ille erit ĩdultor tuus. Omne enim crimen, facinus, vel peccatũ, nostræ est negligẽtiæ, & omnis virtus & sanctitas, Dei est intelligentiæ. Lib. de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. Gratia Dei præuenit fidem, præuenit etiam omnem obedientiã, & charitatem, qua vna Deo veraciter & salubriter obeditur. C Et hæc omnia gratia in eo cui datur, & cuius hæc omnia præuenit, operatur. Lib. lxxxiij. quæstionum. Ipsa gratia quæ data est, per fidẽ nullis nostris meritis præcedentibus, data est. Lib. de gratia & libero arbitrio. Qui omnino laborãt quantum possunt ostendere gratiã Dei secũdum merita nostra dari, hoc est gratiã non esse gratiã. Quibus enim secundum meritum redditur, non imputatur merces secundum gratiam, sed secundum debitũ. Et subdit quod ait Apostolus. Nõ ego, sed gratia Dei mecum: Ac per hoc, nõ gratia Dei sola, nec ipse solus? Sed gratia Dei cũ illo. Vt autem de cœlo vocaretur, & tam magna & efficacissima vocatiõe cõuerteretur, gratia Dei erat sola, quia merita eius erant magna, sed mala. Et infra. Quando cœperit homo habere merita bo- D na, non sibi debet tribuere illa, sed Deo, cui dicitur in Psal. Adiutor meus esto ne derelinquas me: dicendo, Ne derelinquas me: ostendit, quia si derelictus fuerit, nihil boni valet ipse per se. Ideo ibidem. Necessarium est homini, vt gratia Dei nõ solum iustificetur impius, id est ex impio fiat iustus, cum redduntur ei bona pro malis: sed etiam cum fuerit iustificatus ex fide ambulet cũ illo gratia, & incumbat super ipsam ne cadat. Et ibidẽ ĩfra. Fĩgimur, id est, formamur, & creamur à Deo in operibus bonis, q̃ nõ p̃parauimus nos, sed p̃parauit Deus vt ĩ illis ãbulemus. Itaq, charissimi fratres si vita nostra bona nihil aliud est q̃ Dei gratia: sine dubio & vita æterna, quæ bonæ vitę redditur Dei gratia ẽ: & ipsa enĩ gratis datur, qa gratis data est

est illa cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est, hæc autem quæ illi datur, quoniã præmium eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces, pro iustitia, vt verum sit, quoniam verum est, quod reddit vnicuique Deus secũdum opera sua.

Et infra. Gratia Dei vita æterna. vt hîc intelligamus, non pro meritis nostris Deum nos ad vitã æternam, sed per suam misericordiam perducere. De quo homo animæ suæ dicit in Psalmis. Qui coronat te, in misericordia & miseratione. Nunquid non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera ille in nobis operatur, de quo dictum est. Deus est enim qui operatur in nobis, & velle, & operari pro bona volũtate. Et ideo dixit Psal. Qui coronat te ĩ misericordia & miseratiõe: quia eius miseratione bona operamur, quibus corona reddetur. Libro de vera innocentia. Debetur merces bonis operibus, si fiant, sed gratia quæ non debetur præcedit, vt fiant. Vnde per gratiã lex impletur. Libro de gratia & libero arbitrio. Gratia quippe adiuuat vt legis quisq; sit factor, sine qua gratia sub lege potius erit tantũmodo legis auditor. Ibidẽ. Sine gratia Dei nihil boni agere possumus. Et infra subdit. Sẽper inest nobis voluntas libera, sed nõ semper est bona. Aut enim à iustitia libera est, quando seruit peccato, & tunc est mala: aut à peccato libera est, quando seruit iustitiæ, & tunc est bona. Gratia verò Dei semper bona est: & per hãc fit vt sit homo bonæ voluntatis, qui prius fuit voluntatis malæ. Per hanc etiam fit, vt ipsa bona voluntas quę iam esse cœpit, augeatur: & tam magna fiat, vt possit implere Diuina mandata quæ voluerit. Et infra. Sic adiuuatur gratia velle nostrũ, vt faciat q̃d iubetur: Tũc enim vtile est velle cum possumus: & tunç vtile est posse, cum volumus. Nam quid prodest si quod non possumus, volumus: aut quod possumus, nolumus? Et in eodem infra. Gratia nos fecit legis dilectores, lex verò ipsa sine gratia, non nisi præuaricatores facit. Lib. Hypog. Responsione v. Iubeat Deus imo faciat, vt fiat quod iubet. Super Epistolã ad Romanos, propositione xxxiiij. Spiritualis homo, qualem fecit gratia facile implet q̃d lex præcipit, nec erit sub illa, sed cum illa. Is est autem, qui iam nec capitur temporalibus bonis, nec terretur temporalibus malis. Lib. de correptione & gratia. Desiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ est: de quo ait ille. Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dextræ excelsi. Liberum itaque arbitrium, & ad malũ & ad bonum faciendum fatendum nos habere: Sed in malo faciendo, liber est quisque iustitiæ, seruúsq; peccati. In bono autẽ liber esse nullus potest, nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit, si vos filius liberabit, tunc verè liberi eritis. Differt autem gratia à lege. Lib. ij. contra aduersarium legis & Prophetarum. In hoc lex distinguitur à gratia, eo q̃d sub illa elidãtur elati, sub ista erigantur elisi: & quod illa in tantum bona sit vt bona iubeat, hæc in tantum vt bona conferat: illa iustitiæ facit auditorẽ, ista factorem. Et ideo sub illa peccator, insuper etiam præuaricator amissa excusatione ignorãtię conuictus iacet: sub ista verò parcente & opitulante, nec quia mala est operatus extinguitur, & vt bona operetur accenditur. De gratia iustificationis. Lib. xxj. de ciuitate Dei, capi. xij. Pœna æterna ideo dura & iniusta videtur sensibus humanis, quia in hac infirmitate sensuum moribundorum deest ille sensus altissimæ purissimæq; sapiẽtiæ, quo sentiri possit quantũ nephas ĩ illa præuaricatione commissum est. Quanto enim magis homo fruebatur Deo, tãto maiori impietate dereliq̃t Deũ, & factus dignus est malo ęterno, qui ĩ se peremit bonum quo esse posset in ęternũ. Hinc est vniuersi generis humani massa damnata; quoniam qui hoc primitus admisit cum ea, quæ in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est, vt nullus ab hoc iusto debitóq; supplicio, nisi misericordia & indebita gratia liberaretur, atque ita dispertiatur genus humanum, vt in quibusdam demõstretur, quid valeat misericors gratia, q̃d valeat mortis iusta vindicta. Neque enim vtrunque demonstraretur in omnibus, quia si omnes remanerent in pœnis iustitiæ dãnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis: rursus si omnes à tenebris transferrentur ĩ lucem, in nullo appareret seueritas vltionis. In qua ꝓpterea multo plures, quam in illa sunt, vt sic ostendatur, quid omnibus deberetur. Quod si omnibus redderetur, iustitiã vindicantis iustè nemo reprehẽderet. Quia verò tam multi exinde liberantur, vnde agantur maximæ gratiæ gratuito muneri liberantis. Libro hypognosticon, responsione iiij. Nullum est meritum propriæ voluntatis, si discernas meritum & gratiam. Nam proprię voluntatis tunc est meritum bonum, quando gratiæ donum præcedit vniuscuiusque voluntatem, & operatur vt meritũ faciat homo per propriam voluntatem. Responsione v. eiusdẽ. Gratia Dei liberamur de corpore mortis, id est de motibus cõcupiscentiæ, quibus corpus nostrum percutitur vt anima perimatur, non sola virtute propriæ voluntatis. Super Epistolã ad Romanos, propositione xv. Opus gratiæ est, vt moriamur peccato. Super Psal. cxvij. Quanto magis regnat in vnoquoque gratia, tãtominus ei dominatur iniquitas. Cur gratia iustficationis non sit communis. Libro secundo de præde. & perseuerantia sanctorum. Si quæratur cur gratia Dei non secundũ merita nostra non datur. Respondeo, quoniam Deus misericors est. Cur ergo nõ omnibus? Respõdeo, quoniam Deus iudex iustus est: ac per hoc & gratis ab eo datur gratia: & iusto eius ĩ aliis iudicio demõstratur, quid eis quibus datur, conferat gratia. Nõ itaq; simus ingrati, quod secundũ placitũ suæ volũtatis, in laudem gloriæ suæ gratiæ, tam multos liberat misericors Deus de tam debita perditione, & si inde neminem liberaret, nõ esset iniustus. Ex vno quippe omnes in condemnationem non iniustam iudicati sunt filij iræ, sed iustam. Qui ergo liberatur, gratiam diligat: qui non liberatur, debitum agnoscat Si remittendo debitum bonitas, & in exigendo æquitas intelligitur, nusquam esse apud Deum intelligitur iniquitas. Ibidem

Tom. V. Grauitas primi lapsus. Tom. VII. Tom. IIII. Serm. 27. Cap. 8. Tom. VII.

Cap.eod. Ibidem infra. Si quæritur cur ĩ eadem causa me quam illum potius puniat, aut illum quam me potius liberet? Hoc non dico: si quæris quare, quia fateor me non inuenire quid dicã. Si & hoc quæris quare, quia in hac re sicut iusta est ira eius, sic & magna misericordia eius est: & sicut magna misericordia est, ita & inscrutabilia sunt iudicia eius.

Tom. VII. Libro primo contra Epistolas Pelagianorũ. Sufficit homini scire quod non est iniquitas apud Deum. Iam quomodo ista dispensat, faciens alia secundum meritum vasa iræ, alia secundum gratiam vasa misericordię, quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Si ergo ad honorem gratiæ pertinemus, non simus ingrati tribuendo nobis quod accepimus. Quid enim habemus quod non accepimus? *Cap.21.* *Tom. VII.* In Libro primo de meritis & remissione peccatorũ, vt supra. Gratia Dei cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta esse causa potest, iniusta non potest. Nũquid enim iniquitas est apud Deũ? Absit. Sed prius sanctarum scripturarum authoritatibus colla subdẽda sunt, vt ad intellectum per fidem quisque perueniat. Neque enim frustra dictum est. Iudicia tua abyssus multa. Cuius abyssi altitudinem veluti expauescens Apostolus clamat. *Rom.11.* O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quam in comprehensibilia sũt iudicia eius, & ĩuestigabiles vię eius. *Cap.22.* Subdit infra, ibidem. Credamus & consentiamus authoritati sacræ scripturæ quæ nescit falli nec fallere, & sicut nondum natos ad discernenda merita eorum aliquid boni vel mali egisse non credimus, ita omnes sub peccato esse, quod per vnũ hominem intrauit in mundum, & per omnes homines pertransiit, à quo non liberat nisi gratia Dei per Dominum nostrum Iesum Christum minimè dubitemus. *Cap.10.* *Tom. VII.* Differt prædestinatio à gratia. Libro de prædestinatione sanctorum. Inter gratiam & prædestinationem hoc interest, quia prædestinatio est gratiæ præparatio: gratia verò iam ipsa donatio. *Cap.eod.* Ibidem. Prædestinatio Dei quæ in bono est gratiæ est, vt dixi, præparatio: gratia verò est ipsius prædestinationis effectus.

Cap.12. Et infra subdit. Quicunque dicit puniri tãtum posse, Deo iudicante futura peccata, dimitti autẽ Deo miserante non posse, cogitare debet quantã Deo gratiæq; iniuriam faciat: quasi futurum peccatum prænosci possit, nec possit ignosci. Quod absurdissimum est. *Cap.8.* *Tom.eod.* Vnde Libro de gratia & libero arbitrio. Gratia non secundum merita homini datur, alioquin gratia non est iam gratia: qa ideo gratia vocatur, quia gratis datur. *Cap.23.* Ideo in fine dicti libri concludit. Reddet omnino Deus & mala pro malis, quoniam iustus est, & bona pro bonis, quoniam bonus & iustus est. Tãtummodo mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus nõ est. Reddet ergo mala pro malis, pœnam pro iniustitia: & reddet bona pro malis, gratiã pro iniustitia: & reddet bona pro bonis, gratiam pro gratia. *Cap.24.* Repetite assiduè librum istum, & si intelligitis, gratias Deo agite: vbi autem non intelligitis, orate vt intelligatis, dabit enim Dominus vo-

A bis intellectum. Memẽtote scriptum esse. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, & dabit illi Deus. *Iac.1.* Libro de spiritu & litera. Quãto maioribus medicina laudibus prædicatur, tanto magis vituperantur & horrentur vulnera & morbi, à qbus liberat quæ ita laudatur. *Cap.6.* *Tom. III.* Sic laus & prędicatio gratiæ, vituperatio & damnatio est delictorum. Demonstranda enim fuerat homini fœditas lãguoris, cui contra iniquitatem suam nec præceptum sanctum & bonum profuit, quo magis aucta est iniquitas quam minuta, quandoquidem lex subintrauit vt abundaret delictum, vt eo modo conuictus atque confusus, videret non tantum doctorem sibi esse necessarium, verum etiã adiutorem Deum, à quo eius itinera dirigantur, ne dominetur ei omnis iniquitas, & confugiendo ad opem Diuinæ misericordiæ sanetur: atque ita vbi abundauit delictum, superabun-
B det & gratia, non peccantis merito, sed subuenientis auxilio.

GRATIARVM actio & Gratitudo. Grati esse debemus de beneficio Diuinæ incarnatiõis & nostræ redemptionis. Libro supputationũ, parte prima, cap. iij. Gratias ago pietati tuæ & multiformiter gratias refero ex totis præcordiis meis, qui propter tuam inenarrabilem dilectionem qua nos miseros & indignos mirabili bonitate amare dignatus es, & misisti vnigenitum tuum de sinu tuo ad populum tuum, saluare nos peccatores tunc filios perditionis. Gratias ago tibi pro sancta incarnatione & na-
C tiuitate eius, & pro gloriosa genitrice sua, de qua ipse verè carnem assumere dignatus est propter nostram salutem, vt sicut verus Deus de Deo, ita homo ex homine esset. Gratias tibi ago pro passione & cruce, & morte eius, & resurrectione & ascensione eius in cœlum, & sede maiestatis eius ad dexteram tuam: ipse enim in quadragesimo die post resurrectionem, videntibus discipulis ascendens super cœlum sedens ad texteram tuam, spiritum tuum secundum promissum in filios adoptionis effudit. Gratias tibi ago pro sanctissima effusione sanguinis eius, quo sumus redempti, & pro sacrosancto & viuifico mysterio corporis & sanguinis quo quotidie in Ecclesia tua pascimur, potamur, abluimur, & sanctificamur, & vnius summæque Diuinitatis participes efficimur. Gra-
D tias tibi ago pro tua magna & inenarrabili charitate, qua nos indignos sic amasti & saluasti per vnicum dilectum filium tuum. *Io.3.* *Io.17.* Sic enim dilexisti mundum, vt vnigenitum tuum dares, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam: vt cognoscamus te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, per fidem & digna fidei opera. Propterea Libro de spiritu & anima, capite decimo septimo. *Tom. III.* Miser ego quantum deberem diligere Deum meum, qui me fecit cum non eram, redemit cum perieram. Nõ eram, de nihilo fecit me: non lapidem, non arborem, non auem, non aliquid de animalibus, sed hominem voluit me esse; dedit mihi

viuere,

viuere, sentire, discernere. Perieram, & ad mortalem descendit, mortalitatem suscepit, passionem sustinuit, mortem vicit, & sic me restaurauit. Perieram & abieram, quando in peccatis meis venũ datus eram, venit ille vt redimeret me, & tantum dilexit me, vt sanguinis sui pretium appenderet pro me, pactóque tali & reduxit de exilio, & redemit de seruitio. Nomine etiã suo vocauit me, vt memoriale suũ esset apud me. Vnxit me oleo lætitiæ quo ipse erat perũctus, vt ab vnctione essem vnctus, & à Christo dicerer Christianus. Sic autẽ gratia eius & misericordia semper p̃uenerũt me. De multis nanque periculis liberauit me liberator meus: quando errabam reduxit me, quando ignorabam docuit me, quando peccabã corripuit me, quando tristabar consolatus est me, quando desperabam confortauit me, quãdo cecidi erexit, quando steti, tenuit, quando iui duxit, quando veni suscepit. Hæc & multa alia fecit mihi Deus meus, de q̃bus dulce erit mihi semper loqui, semper cogitare, semper gratias agere, vt ꝓ omnibus beneficiis suis possim eum laudare & amare. Cum enim cunctis sit præsidens singulosimplens, vbiq; præsens, cunctorum curam gerẽs, & tam singulis quam omnibus prouidens, ita totus ad custodiam meã stat, sicut si omnibus oblitus sit, mihi soli intẽdere velit. Semper enim se præsentem exhibet, semper se paratum offert, si me inuenerit paratũ. Quocunque vertero nõ me deserit, nisi ego eum prior deseram. Vbicunque fuero nõ recedit, quoniam vbique est, vt quocunque iero inueniam eũ cum quo possim esse. Quicquid fecero pariter assistit, vtpote perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, & actionum mearum. Cum hæc diligenter considero, timore pariter & ingenti rubore cõfundor, quia illũ mihi vbiq; præsentem, & omnia occulta mea videntem intueor. Multa enim sunt in me de quibus coram eo erubesco, & pro quibus illi displicere valde timeo. Nec pro his omnibus quid illi rependam habeo, nisi tantum vt diligam. Nõ enim melius aut decentius quam per dilectionem potest rependi, quod per dilectionem datum est. Grati esse debemus de remissione peccatorum. Libro de oratione Dominica, in fine. Nos fratres dilectissimi qui in Domini luce semper sumus, qui meminimus & tenemus q̃d esse accepta gratia cœpimus, computemus nocte & die, ambulare semper nos credamus in lumine, non impediamur à tenebris quas euasimus, nulla sint horis nocturnis damna, nulla horarum pigritia, & ignauiæ dispendia, per Dei intelligentiam recreati spiritualiter & renati mutemur, quod futuri sumus habituri in regno sine interuentu noctis solis diem, sine nocte quasi in lumine vigilemus, oraturi semper & acturi Deo gratias, hîc quoque orare & gratias agere non desinamus. Vnde Libro soliloquiorum ad Deum. Multa tua beneficia exhibuisti mihi Domine, & ego eram cæcus & non cognoui donec me illuminasti. En illuminasti me lux animæ meę Deus meus, & cognosco te, quia viuo per te,

A gratias tibi ago, licet viles & exiles ac beneficiis tuis impares, quales tamen mea fragilitas habet offero. Quia tu es solus Deus creator meus benignus, qui educasti me post beneficiũ nempe creationis, quoniam in principio animas amas Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti. En ergo primus inter peccatores quos saluasti, vt exemplum aliis tribuam benignissimæ pietatis tuæ. Confiteor beneficia tua magna: quoniam eripuisti me de inferno semel, secũdo, tertio, & quarto, cẽties, & millies, & tu semper me reducebas. Cũ ad infernum semper tenderẽ, & iustè millesies damnasses me si voluisses: noluisti, quia amas animas, & dissimulas peccata propter pœnitẽtiam Domine Deus meus, multæ misericordiæ in omnibus viis tuis. Super Psal. lxxxviij. sermo. secundo. Gratias dicamus misericordiæ Dei, gratias gratiæ ipsius. Nos enim gratias agimus. Non damus, nõ reddimus, nec referimus, nec rependimus gratiam: si tantum verbis agimus, retribuimus. Ipse nos gratis saluos fecit, ipse ĩpietates nostras attendit: ipse nos nõ eum quærẽtes, quæsiuit, inuenit, redemit, liberauit à dominatu diaboli & potestate dæmoniorum. Super Psalmum centesimum vigesimum quartum. Nunquid parum Deo grati esse debemus? Nonne cogitandum est, quia hic stamus, quid facti fuerimus? Nonne cogitandum est vbi iacebamus, & quo collecti sumus? Nonne cogitandum est, quia omnes impij Dominum non quærebant, & ipse illos non quærentes quæsiuit: ipse inuẽtos excitauit: ipse excitatos vocauit: ipse vocatos introduxit: & ĩ domo sua stare fecit? Hoc quisque cogitat & ingratus non est, omnino despicit se pro amore Domini sui, à quo sibi tanta præstita sunt. Et quoniam non habet quid pro tãtis beneficiis Deo retribuat, quid iam restat nisi gratias agere, non rependere? Grati esse debemus de recepta gratia. super epistolã ad Romanos, ꝓpositione, prima Deo gratias agere, est sentire omnia bona à Deo data esse, & pro ipsis ipsum laudare, in ipsum credere, ore, & opere. Super Psalmum octogesimum quintum. Agnosce te à Deo habere, & ex te nihil habere: vt nec superbus sis, nec ingratus. Dic Deo tuo quia accepi, non quia habui: quia tu dedisti, non quia merui. In Epistola ad Aurelium Episcopum. Quid melius aliud & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. In sermone cõtra Idololatras vbi agit de Deo Herculis. Gratias illi, qui desideratur antequam videatur, & præsens sentitur & futurus speratur. Gratias illi, cuius timorem non excitat amor, & cuius amorem non impedit timor: ipsum benedicimus, ipsum honoramus. In sermone tertio de vno Martyre. Qui habent spiritum huius mundi, superbi sunt, & ingrati Deo sunt. Multa eius dona habent, sed non colunt eum à quo habẽt, ideo infœlices sũt. Aliq̃do vnus homo habet dona maiora, alter habet minora: verbi gratia. Intelligẽtia & me

Tom. VIII.

B

C

Tom. IIII.

D

Tom. II. Epist. 77.

& memoria dona Dei sunt. Inuenis aliquãdo hominem acutissimum memorem, ad incredibilem admirationem: Inuenis alium paruo intellectu & memoria non tenaci, sed vtique paruo præditum: illum autem superbum, istum humilem: istum de paruis Deo gratias agentem, illum maiora sibi tribuentem. Melior est incõparabiliter Deo gratias agẽs de paruo, quã se extollens de magno. Illum enim qui de paruo gratias agit, ad magnum Deus admittit: qui autem de magnis gratias non agit, & quod habet amittit. Qui enim habet dabitur ei, q. autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Quomodo nõ habet si habet? Non habens habet qui nescit vnde habet. Tollit enim Deus rẽ suam, & remanet illi iniquitas sua.

Tom. IIII. GRESSVS. Gressus Dei. Lib. de essentia Diuinitatis Dei. Gressus Domini, est aduentus in mundum, regressus inde ad patrẽ. De qbus *Psal. 67.* Psal. Visi sunt gressus tui Deus &c. De cœlo enim venit in vterum virginis, de vtero virginis nascẽdo, positus est in præsepio. Postquã autem omnia impleuit pro quibus à patre missus venerat, suspensus est in ligno crucis, & de cruce depositus secundum carnem sepultus est, secundum animam ad inferos descendit: tertia die per potentiam Diuinitatis suæ carnem suam de sepulchro suscitauit: & post dies resurrectionis suæ, quadragesimo scilicet die, videntibus discipulis suis ascendit in cœlum, & sedet ad dexterã Dei patris, id est, in gloria eius. Isti sunt gressus filij Dei.

Tom. VIII. Gressus nostri vt sint boni, à Deo diriguntur. super Psal. xxxvj. sermone secundo. Vt homo velit viam Domini, ab ipso Domino dirigũtur gressus eius. Nam si Deus non dirigeret gressus hominis, tam praui essent, vt semper per praua irent, & semitas prauas sequẽdo redire non possent. Venit Christus & vocauit & redemit, pretium dedit & sanguinẽ fudit, vt dirigeret gressus nostros vt viam eius vellemus.

Tom. IX. GVBERNARE. Optimus gubernator Christus est. Lib. de nouo cantico. O optime gubernator, ò pulcherrime doctor, docuisti, fecisti, & ideo celeriter perfecisti: quia *Tom. III.* quæ docuisti, prior ipse fecisti. Quæ gubernatio sit bona. Lib. de operibus monachorum. Ipsa est optima gubernatio, vt omnia suis temporibus distributa, ex ordine gerantur: ne animum humanũ turbulentis implicationibus inuoluta perturbẽt. *Cap. 8. Tom III.* De ordine gubernationis vniuersi. Lib. de agone Christiano. Omnia animalia & corporalia in genere suo & in ordine suo Diuinæ prouidentiæ legibus subdita administrantur. Ideo Dominus dicit. Nonne duo passeres asse veneunt & *Omnia Diuina prouidẽtia gubernari.* vnus eorum non cadit in terram sine voluntate patris vestri? Hoc enim dixit volens ostendere quicquid vilissimum homines putant, omnipotẽtia Domini gubernari. Sicut enim volatilia cœli ab eo pasci, & lilia agri ab eo vestiri, veritas loquitur, quomodo capillos etiã nostros numeratos esse dicit. Sed quoniam mundas animas rationabiles per se Deus gubernat, siue in optimis & malignis Angelis, siue in hominibus sibi tota volun-

A tate seruientibus, cætera verò per ipsos gubernat: verissimè dici potuit etiã illud ab Apostolo, Nõ enim de bobus cura est Deo. In scripturis enĩ sanctis Deus homines docet, quomodo cum hominibus agant, & ipsi Deo seruiant: Quomodo agãt cum pecoribus suis, ipsi sciunt, id est, quomodo salutem pecorum suorum gubernent, vsu & peritia & ratione naturali. Quæquidẽ omnia de magni sui creatoris operibus acceperunt. Qui ergo potest intelligere quomodo vniuersæ creaturæ conditor Deus gubernet eam per animas sanctas, quæ mysteria eius sunt in cœlis & in terris, quia & ipsæ sanctæ animæ ab ipso factæ sunt, & in eius creatura principatum tenent? Qui ergo potest intelligere, intelligat, & intret in gaudium Domini sui.

B GVERRA. Quare appropinquãte fine mundi multiplicantur guerræ. in Epistola ad Victorianum respondens his verbis Victorini. Venerabili patri Augustino Victorianus in Domino salutem. Noueritis quod tota prouincia nostra à barbaris est obsessa, & tot malis & flagellis percussa, vt multi Christiani mihi insultent & dicant, Vtinam nomen Christi nunquam fuisset diuulgatum & per mundum prædicatum, quia post diuulgationem istius nominis, pluribus malis est affectum genus humanum quã ante. Nam ante totus mundus sub vno principe regebatur, & summa pace fruebatur, ita vt tunc impletum esse dicant quod ait Propheta. Conflabũt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: Nunc autem tali nomine diuulgato, tot guerC ræ & lites ac discordiæ insurgunt, vt ferè non sit pars aliqua in toto orbe, quæ sit ĩ pace. Rogo igitur pater vt super his malis aliquos longos tractatus & prolixum librũ facere digneris, quia ego talibus obiectionibus respondere nõ valeo. Cui Augustinus. Literæ tuæ charissime Victoriane graui dolore repleuerũt cor nostrum, quibus petisti, vt prolixo opere aliqua responderem, cum talibus malis magis prolixi gemitus, quam prolixi libri debeantur: exclamãdũ ad Deum, vt nõ secundum merita nostra faciat nobis, sed secundum suam misericordiam liberet nos à tantis malis. Nã quid vtique sperandum fuit generi humano, cum hæc & in Prophetis, & in Euangelio tanto ante prædicta sint? Nõ itaque debemus tã nobis ipsis esse contrarij, vt credamus quando leguntur, & D queramur quando complentur: sed potius & illi qui increduli fuerunt cum hæc ĩ sanctis libris scripta legerent vel audirent, nunc saltem credere debẽt cum compleri iam vident: vt de his tã magnis pressuris tanquam in torculari Domini Dei nostri, sicut amurca infidelium murmurãtium & blasphemãtium fluit, ita oleum quoque fidelium confitentium & orantium exprimi & liquari nõ cesset. Illis enim qui contra Christianam fidem querelas impias iactare non quiescunt, dicentes, quod antequam ista doctrina per mundum prædicaretur, tanta mala non patiebatur genus humanum: facilè est ex Euangelio respondere. Dominus enim dicit, Seruus nesciens voluntatem Domini

mini sui, & faciens digna plagis, vapulabit paucis. Seruus autem sciens voluntatem Domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit multis. Quid ergo mirum, si Christianis temporibus, iste mūdus tanquam seruus sciens iam voluntatem Domini sui, & faciens digna plagis, vapulat multis? Attendunt quanta celeritate Euangelium prædicatur, & non attendunt quanta peruersitate contemnitur. Serui autem Dei humiles & sancti qui dupliciter mala temporalia patiuntur: quia & ab impiis, & cum ipsis patiuntur habent consolationes suas, & spem futuri sæculi. Vnde dicit Apostolus, Non sunt condignæ passiones &c.

GVLA. Gulæ tentatio reprimitur. Lib. de conflictu vitiorum, ca. xx. Ventris ingluuies dicit. Ad esum Deus omnia condidit: & qui saturari cibo respuit, quid aliud quam muneri concesso cōtradicit? Ciborū parsimonia respondet, vnum horum quæ dicis verum est. Ne enim homo fame moreretur, omnia ei Deus ad esum munda creauit: sed ne comedendi mensurā excederet, abstinentiam imperauit. Nam inter cætera sua mala, saturitate panis maximè Sodoma periit: Domino attestante qui ad Hierusalem per Prophetam loquitur dicens. Hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis. Quapropter sicut æger ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet quisque accedere: nequaquam, scilicet voluptatem in illis appetens, sed necessitati succurrens. Hinc incarnata veritas per Euangelium ait. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Quo modo cōtra de insatiabili Iudæorum voracitate Apostolus ait. Multi enim ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est, & gloria in pudendis eorum, qui terrena sapiunt. & rursum. Esca ventri, & venter escis, Deus autem hunc & has destruet. Ille autem hoc vitium plene superat, qui in sumendis dapibus non solum parsimoniam tenet, vt scilicet refectionem semper esuriens imperet: verum etiam accuratiores & suauiores epulas, excepta corporis infirmitate, & hospitum susceptione contemnit. Est tamen difficile resistere gulæ: Lib. confessionum. Reficimus quotidianas ruinas corporis edendo & bibendo, priusquam escas & ventrem destruas, cum occideris indigentiam meam satietate mirifica, & corruptibile hoc indueris incorruptione sempiterna. Nunc autem suauis est mihi necessitas, & aduersus istam suauitatem pugno, ne capiar, & quotidianum bellum gero in ieiuniis sæpius in seruitutem redigens corpus meum, & dolores mei voluptate pelluntur. Nam fames & sitis quidem dolores sunt. Vrunt & sicut febris necant, nisi alimentorum medicina succurrat. Quæ quoniam præsto est, consolatione munerum tuorum, in quibus nostræ infirmitati terra & aqua & cœlum seruiunt, calamitates deliciæ vocantur. Hoc me docuisti, vt quemadmodum ad medicamenta, sic ad alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentiæ molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentiæ: ipse enim transitus voluptas est. & non est aliud qua transeatur quo transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi, adiungit se tanquam pedissequa periculosa iucunditas, & plerunque præire conatur, vt eius causa fiat, quod salutis causa me facere vel dico vel volo, nec idem vtriusque modus est. Et sæpe incertum fit, vtrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia ministeriū suppetat. Ad hoc incertum hilarescit infœlix anima, & in eo præparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere quid satis sit moderationi valetudinis, vt obtentu salutis obumbret negotium voluptatis. His tentationibus quotidie conor resistere, & inuoco dexteram tuam ad salutem meam, & ad te refero æstus meos, quia consilium mihi de hac re nondum stat. Audio vocem iubentis Dei mei, Non grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Ebrietas longe est à me, misereberis ne appropinquet mihi. Crapula verò nonnunquam subrepit seruo tuo, misereberis vt longe fiat à me. nemo enim potest esse continens, nisi tu des. Vnde orat ad Deum, ibidem. Eripe me Domine ab omni tētatione. Non ego immunditiam obsonij timeo, sed immunditiam cupiditatis. Scio Noe omne genus carnis, quod cibo esset vsui manducare permissum: Heliam cibo carnis refectum: Ioannem mirabili abstinentia præditum, animalibus, hoc est, locustis, in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticulæ concupiscentia deceptum: & Dauid propter aquæ desiderium à seipso reprehensum: & regem nostrum non de carne, sed de pane esse tentatum. Ideóque & populus in eremo, non quia carnes desiderauit, sed quia escæ desiderio aduersus Dominum murmurauit, meruit improbari. In his ergo tentationibus positus, certo quotidie aduersus concupiscentiam manducandi & bibendi. Non enim est quod semel præcidere, & vlterius non attingere decernam, sicut de concubitu potui. Itaque fræni gutturis temperata relaxatione & constrictione tenēdi sunt. Et quis est Domine qui non rapiatur aliquando extra metas necessitatis? Quisquis est, magnus est, magnificet nomen tuum. Ego autem nō sum, quia peccator homo sum. Sed & ego magnifico nomen tuum, & interpellat te pro peccatis meis qui vicit sæculum, numerans me inter infirma membra corporis sui: quia & imperfectum meū viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Est tamen vitium in homine non in re extranea. super Ioann. Tract. lxxiij. Nulla creatura est culpabilis, sed hominis inobedientia contumax, & inordinata cupiditas. Non enim propter porcum, sed propter pomum mortem homo primus inuenit: & Esau primatus suos, non propter gallinam, sed propter lenticulam perdidit. Ibidem. Deliciæ quælibet si absque desiderio

Cap. eod. inf.

Tom. IX.

percipiantur, non afficiunt: & viles cibi appetuntur, accepti impediunt profectum abstinentiæ: Dauid enim aquam concupitam effudit, & Helias carnem comedit.

Tom. VII.

HABERE. Distinguitur habere. Lib. ij. cōtra epistolam Parmeniani. Aliud est non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere. Quod non rectè habetur, dandum est tamen, opus est dari. Quod verò perniciose habetur, per correptionem repulsa pernicie agendum est, vt salubriter habeatur.

Tom. I.

Temporalia non possunt vt volumus haberi. Libro de beata vita. Quicquid mortale & caducum est, non potest à nobis quando volumus, & quandiu volumus haberi. Vnde noluit hoc Christus habere. super Psalm. tertium, expositione. ij. Omnia ista quæ amant homines, noluit illa habere Christus: vt non habendo ostenderet contemnenda, non quia in potestate non habuit possidenda. Non est contristandum si non habentur. super Psal. centesimumvigesimum quintum. Quomodo nihil esset quod habes, si non adesset bona voluntas, sic & quia non habes, noli esse tristis, si est tibi bona voluntas.

Quæst. 73. Tom. IIII.

HABITVS. Distinguitur de habitu. lib. lxxxiij. quæstionum. Multis modis habitū dicimus. Vel habitum animi, sicut est cuiuscunq; disciplinæ perceptio, vsu roborata atque firmata. Vel habitum corporis, secundum quem dicimus alium alio esse succulentiorem atque validiorem: quæ magis propriè habitudo dici solet. Vel habitum eorū quæ membris nostris accomodantur extrinsecus: quē dicimus vestitum, calciatum, armatum, & si quid eiusmodi est. In quibus omnibus, siquidem nomen hoc ductum est ab illo verbo, quod est habere: manifestum est in ea re dici habitum, quæ accidit alicui, ita vt eam possit etiam nō habere. In corde debet esse habitus. in serm. xvij. de resurrectione Domini. Nitorem vestri habitus etiam in conuersatione seruetis, & tam sint candida corda vestra, quam vestimenta vestra. Modestus debet esse habitus. in regula. Nō sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere, sed moribus. Nō debēt viri habitu mulieris vti. Lib. ij. soliloquiorum suorum. Credo iure infames instabilésque haberi, qui muliebri habitu se ostendunt, aut quos nescio, vtrum falsas mulieres, an falsos viros melius vocem: veros Histriones, verósque infames sine dubitatione possumus vocare. In sermone primo de calendis Ianuarij. Illud quale & quam turpe est, quod viri nati tunicis mulierum vestiuntur, & turpissimi demum puellaribus figuris virile robur effœminant, non erubescētes inserere tunicis muliebribus militares lacertos. Barbatas facies præferunt, & videri fœminæ volunt. Et meritò virilem fortitudinem

Cap. 16. Tom. I.

A non habent, qui in mulierum habitum transierunt: Iusto enim dei iudicio venisse credendum est, vt militarem virtutem amitterent, qui fœminarum se specie deformassent.

HABITATIO. Distinguitur habitare Dei. Lib. de præsentia Dei ad Dardanū. Cum vbique sit Deus, non in omnibus habitat, etiam in quibus habitat, non æqualiter habitat. Nam vnde est illud quod poposcit Helisæus, vt dupliciter fieret in eo spiritus Domini qui erat in Helia: Et vnde in omnibus sanctis sunt alij aliis sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem Deum? Ibidem infra. Deus qui vbique est præsens & vbique totus, non in omnibus habitat, sed in eis tantum quos efficit beatissimum templum suum vel beatissima tem- B pla sua, eruens eos de potestate tenebrarum, & trāsferens in regnum filij charitatis suæ quod incipit à regeneratione. Et infra ibidem. Habitat in singulis fidelibus Deus, tanquam in templis suis, & in omnibus simul in vnū congregatis tanquam in templo suo: quod templum quandiu sicut in arca Noe in hoc sæculo fluctuat, fit quod in Psalmis scriptum est. Deus diluuium inhabitat. Signum autē habitationis Diuinæ. in sermone de Epiphania. Hæc in sanctis causa est tremendi atque metuendi, ne ipsis operibus pietatis elati, deserantur ope gratiæ, & remaneant in infirmitate naturæ. Qui autem experiri cupit an in ipso Deus habitet, de quo dicitur. Mirabilis Deus in sanctis suis: syncero examine cordis sui interiora discutiat, & sagaciter quærat qua humi- C litate repugnet superbiæ, qua beneuolentia obluctetur inuidiæ, quam non capiatur adulantium linguis, quámque bonis delectetur alienis, an pro malo non cupiat malum reddere, malítque inultas obliuisci iniurias, quam imaginem & similitudinem sui conditoris amittere, qui omnes ad cognitionem sui generalibus incitat donis, pluit super iustos & iniustos, & solem suum facit oriri super bonos & malos, ne in multis laboret sollicitæ discretionis inspectio, ipsam matrem virtutum omnium charitatem in secretis suæ mentis inquirat, etsi eam dilectionem Dei & proximi toto intentóque corde repererit, ita vt etiam inimicis suis eadem velit tribui quę sibi optat impendi. Quisquis huiusmodi est, Deum & recto- D rem & habitatorem sui esse non dubitet, quem tanto magnificentius recipit, quanto magis non in se, sed in Domino gloriatur: quoniam quibus dicitur, Regnum Dei intra vos est: ipsi etiam aguntur illius spiritu, cuius reguntur imperio. Scientes igitur dilectissimi quòd charitas Deus est, qui operatur omnia in omnibus, sectamini charitatem ita vt in vnum castæ dilectionis affectum vniuersorum fidelium corda concurrant. Transeuntia vos & vana non occupent, constanti desiderio ad ea quæ semper sunt mansura tendamus.

Tom. Epist.

Psal.

Serm. ordin. temps. Tom. I. Psalm.

De habitatione hominum. Lib. de triplici habitaculo, in principio. Tria sunt sub omnipotentis Dei manu habitacula, primum imum, & medium: quorum summum regnum Dei, dicitur, id est, re

Cap. I. Tom. IX.

est regnū cœlorum. Imum vocatur infernus: medium mundus præsens vel orbis terrarum appellatur. Horum extrema omnino sibi inuicem sunt contraria, & nulla sibi societate coniuncta. Quæ enim societas potest esse lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? Medium autem nonnullam habet similitudinem ad extrema. Vnde lucem & tenebras habet, frigus & calorem, dolorem & sanitatem, lętitiam & mœrorem, odium & amorē, bonos & malos, iustos & iniustos, dominos & seruos, regnum & subiectionem, famem & satietatem, mortem & vitam, & innumerabilia huiusmodi. Quorum omnium pars vna imaginem habet regni Dei, pars altera inferni. Commixtio nāq; malorum simul & bonorum, in hoc mundo est: in regno autem Dei nulli mali sunt, sed omnes boni: in inferno autē nulli boni, sed omnes mali. Ex vtrisq; locus medius suppletur. Debemus autem corde habitare in cœlo. super Psal. xlviij. sermone ij. Nostra conuersatio in cœlis est. Corpore ambulamus in terra, corde habitemus in cœlo. Habitamus ibi, si illuc aliquid mittimus quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde nisi vnde cogitat. Inde autem cogitat, vbi thesaurizat: thesaurizans in cœlo, cor ipsius de cœlo nō descendit, Domino apertè dicente, vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Distinguitur de animæ habitatione post hanc vitam. Libro de verbis Apostoli, sermone xiiij. Duæ habitationes erunt, vna in cœlo, altera in igne æterno, quo aliter iste, aliter ille torquebitur. Erunt tamen ibi omnes impij, ibíque cruciabuntur, minus iste, plus ille. Sed de habitatione gloriæ. super Psal. lxxxvj. Habitatio nostra iucūditas sola erit. Peribit labor & gemitus. Transeunt orationes, succedunt laudationes. Non erit ibi gemitus desiderantium, sed lætitia perfruentium. Aderit enim ad quem modo suspiramus. Similes illi erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ibi totum negotium nostrum non erit nisi laudare Deum, & frui Deo. Et quid aliud quæremus vbi solus sufficit, per quem facta sunt omnia? Habitabimur, & habitabimus. Subiicientur illi omnia vt sit Deus omnia in omnibus.

HELIAS & Enoch. Quod Helias & Enoch sunt morituri. Lib. ix. super Genes. Enoch & Helias in Adam mortui, mortísque propaginem in carne gestantes, quod debitum vt soluant, creduntur etiam redituri ad hanc vitam, & quod tandiu dilatum est, morituri. Nunc tamen in alia vita sunt, vbi ante resurrectionem carnis, antequam animale corpus in spirituale mutetur, nec morbo nec senectute deficiunt. Quod venturus est Helias in iudicium. Lib. ij. de ciuitate Dei. Helias quippe ante aduentum iudicij saluatoris nō immerito speratur esse venturus, qui & nunc viuere non immerito creditur. Curru nanque igneo raptus est de rebus humanis, quod euidentissimè scriptura sacra testatur. Cum venerit ergo exponendo legem spiritualiter, quam nunc Iudæi carnaliter sapiunt, & vt ait Malachię vltimo, Conuertet corda patrum

A ad filios, vt scilicet Iudæi filij sic intelligant legem quemadmodum patres eorum, scilicet Prophetę intellexerunt: & cor filiorum conuertet ad patres eorum, dum quod senserunt illi, consentiant isti: vel secundum septuaginta, Conuertet cor hominis ad proximum suum. Cum enim esset in forma Dei Deus noster, formam serui accipiēs esse dignatus est proximus noster. Hoc faciet Helias, ne fortè veniam & percutiam terram, id est, qui terrena sapiunt, sicut Iudæi carnales vsque nunc.

HAEREDITAS. Differt hæreditas gloriæ à terrena. Libro de verbis Apostoli, sermone xiij. Non est merces & hæreditas Dei, quomodo est hominis patris. Relinquit enim filiis suis: & tamen magnum se facit, & gratias sibi agi desiderat, quia voluit dare quod non potest auferre. Moriens enim tolleret secum puto, si posset: & nihil hîc filiis dimisisset. Hæredes Dei sic sunt, vt ipse Deus sit hæreditas nostra. Vnde de illa hæreditate, super Psal. xlix. Tanta est charitas in illo hærede Christo, vt voluerit nos habere cohæredes. Quis auarus hoc velit? Sed & qui inuenitur velle, diuidet cū eis hæreditatem: minus habens ipse diuidēs, quā si solus possideret. Hæreditas autem in qua cohæredes Christi sumus, non minuitur copia possessorum, nec fit angustior numerositate cohæredum: sed tantà est multis, quanta paucis, tanta singulis, quanta omnibus. Lib. de vera innocentia. Hæreditas in qua cohæredes Christi sumus, non minuitur multitudine filiorum, nec fit angustior numerositate cohæredum: sed tanta est multis, quanta paucis: tanta singulis, quanta omnibus. Libro lxxxiij. quæstionū. Mortuo Christo facti sumus hæredes, quoniā etiā filij Dei facti sumus. Non ieiunant, inquit, filij sponsi quandiu cum illis est sponsus. Hæredes ergo dicimur eius, qui reliquit nobis pacis Ecclesiasticæ possessionem per fidem dispensationis temporalis, quā in hac vita posidemus: quod testatus est dicens, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Cohæredes autem eius efficiemur, cū in fine sæculi absorbebitur mors in victoriā. Tunc enim similes erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Super Psal. cxxiiij. Hæreditas quæ est patria nostra, vocatur pax. Per hanc vos salutamus, hanc vobis annuntiamus, ipsa enim est Christus. Libro contra quinque genera hæresum. Hæreditas sic est nobis dimissa, vt indiuisa possideatur, nō partibus possideatur: simul colligamus, ne diuidendo perdamus, paupertas solicitum me facit.

HAERESIS & Hæreticus. Habent ortū à superbia. Lib. ij. de Genes. contra Manichæum. Mater omnium hæreticorum est superbia. Vnde eodem libro, infra. Est erroris hoc proprium, vt quodcunq; displicet, hoc etiam Deo displicere arbitretur. Oritur à falsa scripturæ intelligentia. Lib. lxxxiij. quæstionum. Non posset error oboriri palliatus nomine Christiano, nisi de scripturis non intellectis. Vnde

Marginal notes: Tom.IX. — Tom.VIII. — Cap.198. Tom.III. — Tom.IIII. — Tom.VI. — Tom.I. — Tom.IIII. — (left column) Tom.VIII. — Tom.III. ; section letters B, C, D.

Tom.VIII. super Psal.vij. Hæretici ex eisdem scripturis in animas,non charitate inflammandas,sed veneno perimendas insiliunt, quod non contingit, nisi pro meritis:Propterea Diuinæ prouidētiæ etiam ista dispositio tribuenda est. Non quia ipsa pec catores facit,sed quia ipsa ordinat cum peccauerint. Malo enim voto per peccatum legentes,ma lum coguntur intelligere,vt ipsa sit pœna peccati:quorum tamen morte filij catholicæ Ecclesiæ tanquam quibusdam spinis à somno excitantur, & ad intelligentiam Diuinarum scripturarũ proficiunt.Oportet enim hæreses esse &c. Propriè tamen quo ad hæc omnia. Libr.de vtilitate credēdi, circa principiũ.Si mihi Honorate vnum atque idem videretur esse,hæreticus,& credens hæreticis homo,tam lingua quam stilo in hac causa conquiescendum mihi arbitrarer. Nunc verò cũ inter duo hæc plurimũ interfit:quãdoquidē hæreticus est,vt mea refert opinio,qui alicuius temporalis cōmodi, & maximè glorię principatúsq; sui gratia,falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur.Ille autē qui huiusmodi hominibus credit homo est imaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus. Differt tamen secũdum errorũ genera.lib.eod. Tria sunt genera erroris quibus homines errant cum aliquid legunt.Primũ est cũ id quod falsum est verũ putãt,cũ aliud qui scripsit putauerit:vt si quisquam dicat & credat Rhadamantum apud inferos audire ac diiudicare causas mortuorum,eo quod Maronis carmine id legerit. Hic enim errat duobus modis, & quod rem non credendam credit, neque id putandus credidisse ille quem legit. Secundum genus est, quamuis non tam latè patens, non tamen minus noxium,cum id quod falsum est verum putatur, id tamen putatur,quia etiam ille qui scripsit putauit,vt si quis,quia Lucretius animam ex atomis esse scribit,eámque post mortem in eosdem atomos solui atque interire,id verum ac sic credendum arbitretur. Nam & hic non minus miser est, si de re tanta id quod falsum est pro certo sibi persuasit,quanquam id Lucretius cuius libris de ceptus est,opinatus sit. Quid enim huic prodest de authoris sententia certum esse, quando sibi eum non per quem erraret,sed cum quo erraret, elegerit?Tertium genus, cum ex alieno scripto intelligitur aliquid veri,cum hoc ille qui scripsit non intellexerit.In quo genere non parum vtilitatis est,imo totus legendi fructus est integer: vt si quis Epicurum lecto eius in libris aliquo loco vbi continentiam laudauit, in virtute illum summum bonum posuisse asseueret, & ideo non esse culpandum.Huic enim quid obest error Epicuri si summum bonum hominis, voluptatem ille credidit,iste virtutē?Hic error nō modo humanus est, sed sæpe etiam homine dignissimus.

1.Cor.11. Cap.1. Tom.VI. Cap.4. Trifariam erratur. Aeneid.6.

Tom.IX. Et quia sunt multi.ideo in libro de pastoribus. capi.octauo. Errrantes oues sunt per totam faciem terræ, non omnes hæretici per totam faciem terræ,sed tamen hæretici per totam faciem terræ. Alij hîc, alij ibi: nusquam tamen desunt, ipsi se nō norunt.Alia secta in Affrica, alia hæresis in Oriente,alia in Aegypto, alia in Mesopotamia. Vnde super Psalm. trigesimum, expositione secunda, sermone tertio. Protege eos à contradictione linguarum.Contradicunt linguæ multæ,diuersæ hæreses diuersa schismata personant,linguæ multæ contradicunt veraci doctrinæ,tu curre ad tabernaculum Dei, Ecclesiam catholicam tene.A regula veritatis noli discedere, & protegeris in tabernaculo à contradictione linguarum. Omnes tamen à diabolo instigantur. Libro decimo octauo de ciuitate Dei. cap. quinquagesimoprimo. Videns diabolus templa dæmonum deseri:& in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, Hæreticos mouit, qui sub vocabulo Christiano, doctrinæ resisterent Christianæ:quasi possent indifferenter sine vlla correptione haberi in ciuitate Dei, sicut ciuitas confusionis indifferenter habuit Philosophos inter se diuersa & aduersa sentientes.Qui ergo in Ecclesia Christi morbidum aliquid prauúmque sapiunt, si correcti,vt sanum rectúmq; sapiant,resistunt contumaciter,suáque mortifera & pestifera dogmata emendare nolũt,sed defensare persistũt, Hæretici fiũt,& foras exeuntes,habentur in exercentibus inimicis,etiam sic quippe illis veris catholicis membris Christi malo suo prosunt,dũ Deus vtitur & malis bene, & diligētibus eum omnia cooperantur in bonum. Inimici enim omnes Ecclesiæ quolibet errore cœcentur,vel malitia deprauentur:si accipiunt potestatem corporaliter affligendi,exercent eius patiētiam:si tantummodo malè sentiendo auersantur, exercent eius sapientiã:vt autē etiã inimici diligantur, exercent eius beneuolētiam,aut etiam beneficentiam, siue suasibili disciplina cum eis agatur,siue terribili disciplina. Vnde super Apoc. homil.xj.Super illud, Faciat ignem descendere de cœlo.Quid est ignem de cœlo descendere,nisi hæreses de Ecclesia cadere?Sicut scriptum est. Ex nobis exierunt,sed non erant ex nobis. Ignis enim de cœlo descēdit,quãdo hęretici qui de Ecclesia velut ignis recedunt, ipsam Ecclesiã persequũtur. Ibidem,hom.xvj.Habent virtutē diaboli hæretici,& sicut quondam Pagani, ita nunc illi vastant ecclesiam. Et quia vt dicit libro de pastoribus,cap. xij. Non ad diabolum pertinet siue quis isto vel illo modo erret, omnes errantes vult, quibuslibet erroribus. Quam diuersæ sunt hæreses? Quam diuersi errores? Ille in omnibus vult errare homines:non dicit diabolus, Donatistæ sint:non, sint Arriani:sed siue illic, siue illic sit,ad eum pertinet.Idola, inquit, adorat, meus est.In Iudæorum superstitione permanet, meus est. Deserta veritate in illam vel illam hæresum pergit, meus est. Sunt autem hæretici qui pertinaciter credunt.Lib.ij.de quæstionibus Euangeliorum. Si falsa de Deo quis credit, vel de aliqua parte doctrinæ quæ ad fidei pertinet ædificationem,ita vt non quærentis cum ratione lapsus sit,sed inconcussè credentis, nec omnis

mnino scientis opinione atq; errore discordans, hæreticus est, & foris Ecclesiam animo est, quãuis intus corporaliter videatur. Et ideo non pertinaces non sunt hæretici. In epistola ad Episcopos Donatistarum. Qui sentẽtiam suam quãuis falsam atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia præsumptionis suæ pepererunt, sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem tota sollicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Vnde super Ioannem, sermone vigesimo. Intelligamus quod verum est. Si autem hoc non potuerimus, non eamus in illud quod falsum est. Melius est enim nescire quã errare: sed scire est melius, quã nescire. Itaq; ante omnia conari debemus vt sciamus: si potuerimus, Deo gratias referamus. Si autem non potuerimus interim peruenire ad veritatem, non eamus ad falsitatem. Lib. ij. de baptismo contra Donatistas. Sanitas pacis hoc facit, vt cũ diutius aliqua obscuriora quęruntur, & propter inueniendi difficultatem diuersas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum perueniatur, vinculum permaneat vnitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris. Et ideo plerunque doctoribus, minus aliquid reuelatur, vt eorum patiens & humilis charitas, in qua fructus maior est, comprobetur, vel quomodo teneant vnitatem cum in rebus obscurioribus diuersa sentiunt, vel quomodo accipiant veritatem, cum contra id quod sentiebant, declaratum esse cognoscunt. Ideo consulit. Libro xiij. contra Faustum. Si nec scripturarum authoritatis antiquitas, nec miraculorum potestas, nec morum sanitas, nec rationis veritas, vos asserit: abite confusi, & redite confessi, ipsúmque Christum esse omnium in se credẽtium saluatorem, &c. Propter hoc dicit. lib. iij. de Academicis. Non omnis fortasse qui errat, peccat: omnis tamen qui peccat, aut errare conceditur, aut aliquid peius.

Quia vt dicit. Libro de mendacio, cap. j. Si vllus error est, cum ab omni errore veritas liberet, atque in omni errore falsitas implicet, nunquam errari tutius existimo, quam cum in amore nimio veritatis & reiectione nimia falsitatis erratur. Sunt autem hæretici cæci. Libro ij. contra epistolam Parmeniani. Cadunt in meridie, quasi in media nocte, hoc omnium hæreticorum est: qui rem manifestissimam, in luce omniũ gẽtiũ cõstitutã, videre nõ possunt. Ideo super Psal. ix. Sicut tenebrarum comparatione lux est gratior, ita comparatione hæreticorum iucundior inuentio veritatis. Vnde peruertunt scripturam. Libro disputationis contra Iulianum, responsione v. Scripturarum sanctarum lumina certa veritate fulgentia, vos prauarum disputationum perplexitate obscurare conamini.

Libro septimo super Genes. Non ob aliud sunt hæretici qui scripturas catholicas legunt, nisi quod eas non rectè intelligentes, suas falsas

A opiniones contra earum veritatem pertinaciter asserunt. Et ideo libro xxxij. contra Faustum. Videtis ergo hæretici id vos agere, vt omnis de medio scripturarum auferatur authoritas, & suus cuique animus author sit, quid in quaque scriptura probet, quid improbet, vt non authoritati scripturarũ subiiciatur ad fidem, sed sibi scripturas ipse subiiciat: non vt ideo illi placeat aliquid quia hoc in sublimi authoritate scriptum legitur: sed ideo rectè scriptum videatur, quia hoc illi placuit. Quò te committis anima misera, infirma, carnalibus nebulis inuoluta, quò te committis? Sed vt dicit super Apoc. homil. x. Occiduntur hæreses per catholicos, cum testimoniis scripturarum opprimuntur: Sed illi nihilominus quasi satanæ plaga rediuiui peragunt
B opera satanæ. & non cessant blasphemare, & ad dogma suum quos possunt attrahere. Persequuntur autem nos catholicos. Libro xviij. de ciuitate Dei. Ipsi hæretici cum cogitantur Christianum habere nomen, & sacramenta Christiana, & scripturas, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum: quia & multi volentes esse Christiani propter eorum dissensiones hæsitare coguntur, & multi maledici etiam in his inueniunt materiã blasphemandi Christianum nomen: quia & ipsi quoquomodo Christiani appellantur. His atque huius prauis moribus & erroribus hominum, persequutioné patiuntur, qui volunt piè viuere in Christo, etiam nullo infestante atque vexante corpus illorum. Patiuntur quippe hanc persequutionem non in corpori-
C bus, sed in cordibus. Vnde libro iij. de verbis Domini, sermone viij. Hæretici comparate vos Iudæis. Illi contempserunt Christum pendentem in ligno, vos contemnitis sedentem in cœlo. Illis suggerentibus stetit titulus Christi, vobis instantibus deletur baptismus Christi. Tamen vt ait libro contra perfidiam Arrianorum. Et cum se tanta ista voragine impietatis immergant, nos tanquam opprobrio noui nominis vocant homousianos. Ita enim sese habet catholica veritatis antiquitas, vt ei omnes hæretici diuersa nomina imponant, cum ipsa sua singula sicut ab omnibus appellantur obtineant. Multiplicantur verò asiduè. super Ioannem, sermone xxvj. Quantum accedit finis mundi crescunt errores, crescunt tenebræ, crescit iniquitas, crescit infide-
D litas. Hæreticis nõ prosunt sacramẽta. Lib. xxj. de ciuitate Dei. cap. xxv. Hæretici ac schismatici ab vnitate corporis separati, possunt recipere sacramentum corporis Christi, sed non sibi vtile, imo etiam vere noxium, quo iudicentur grauius, quam vel tardius liberentur. Non sunt quippe in illo vinculo pacis, quod in illo exprimitur sacramento. Vnde libro de vnico baptismo ad Cõstantium. Nos pro viribus nostris baptismi veritatem, & quicquid aliud verum hæretici tenent, negare non possumus, improbare ac destruere nõ audemus, ipsorum autẽ iniquitatem, qua cum Christo non colligunt sed spargunt, merito detestamur, & inuiolata quæ in eis est veritate dã-

Cap 19. Tom. VI.

Mos hæreticorum.

Tom. IX.

Cap. 51. Tom. V.

Lib. contra ser. Arrianorũ. cap. 36. Tom. VI.

Tom. V.

Cap. 7. Tom. VII.

namus,& quantum finimur emendamus. Propterea dicuntur proditores. libro de pastoribus.

Cap.15. Tom.IX.

Super illud, Post greges sodalium tuorum. Omnes hæretici à Christo exierunt, omnes qui facti sunt pastores mali habentes greges suos sub nomine Christi, illius sodales fuerunt, illius conuiuium acceperunt. Sodales enim dicuntur tanquam vnius conuiuij. Latina lingua sic dicti sunt sodales, quasi simul edales, eo quod simul edãt. Audi illum in Psal. arguentem sodales malos, id est vnius conuiuij. Si inimicus meus &c. vsque dulces mecum capiebat cibos. Ergo multi sodales ingrati mensæ Dominicæ exierunt foras: Mali sodales fecerunt sibi suas mensas, & erexerunt altaria contra altare, in eos ista timet errare.

Sodales.

Psal.54.

Tom.IX.

Vnde occultãt se. Libro de nouo cantico. Ergo ne hæretice, vt doces, veritas mentita est, & tu verum prædicas? Et vbi hoc prædicas in absconso, in occulto, si veritate vallatur prædicatio tua? Publica sit doctrina tua, demonstra mihi Ecclesiam tuam. Sed nouimus quid agatis decepti & deceptores. Apostolus Paulus vos protulit dicens. Quæ enim occultè fiunt ab eis, turpe est etiam dicere.

Tom.IIII.

Differunt tamen à malis catholicis. Lib. iij. quæstionum Euangeliorum. Inter catholicos malos & hæreticos hoc interest, quod hæretici falsa credunt: illi autem vera credentes, non viuunt ita vt credunt. Schismatici autem ab hæreticis distant, cum schismaticos non fides diuersa faciat, sed communis disrupta societas.

Tom.VII.

Vnde libro iiij. de baptismo contra Donatistas. Vtrum catholicum pessimis moribus, alicui hæretico, in cuius vita, præter id quod hæreticus est, non inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus? Non audeo præcipitare sententiam.

Tom.I.

Sunt hæretici nobis vtiles, Libro septimo confess. Improbatio hæreticorum facit eminere quid Ecclesia tua sentiat, & quid habeat sana doctrina.

Tom.V.

Libro decimo sexto de ciuitate Dei. capi. secundo. Callidum est genus hæreticorum, non spiritu sapientiæ, sed ver sipellis astutiæ quo solent hæreticorum feruere præcordia & pacem conturbare sanctorum. Sed hæc in vsum cedunt proficientium, iuxta illud Apostoli. Oportet esse hæreses vt probati manifesti fiant in vobis. vnde etiam scriptum est. Filius eruditus sapiens erit, impudente autem ministro vtetur. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur intelligentius, & intelliguntur clarius, & instantius prædicantur, & ab aduersario mota quæstio discendi existit occasio. In tractatu de consonantia. Mat. & Lucæ de generatione Christi. Vtiles sunt hæretici ad inueniendam veritatem, dum calumniantur ad seducendum in errorem. Negligentius enim veritas quæreretur si mendaces aduersarios non haberet. Oportet enim, inquit Apostolus, hæreses esse, & quasi quæreremus causam subiecit statim: vt probati manifesti fiant. Super Io-

A annem, sermone trigesimoquinto. Ad hoc Deus abundare permisit hæreticos, ne semper lacte nutriamur, & in bruta remaneamus infantia. Libro de vera religione. cap. octauo. Quoniam verissimè dictum est. Oportet multas hæreses esse, vt probati manifesti fiãt inter vos: vtamur etiam isto diuinæ prouidentiæ beneficio. Ex iis enim omnibus hæretici fiunt, qui etiam si essent in Ecclesia nihilominus errarent: cum autem foris sunt, plurimum prosunt: non verum docendo, quod nesciunt, sed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum catholicos spirituales excitando. Sunt enim innumerabiles in sancta Ecclesia Deo probati viri, sed manifesti non fiunt inter nos, quandiu imperitiæ nostræ tenebris delectati dormire maluimus, quam lu-

Tom.I.

Hæ... pro... ecclesia.

B cem veritatis intueri. Quapropter multi vt diem Dei videant & gaudeant, per hæreticos de somno excitantur. Vtamur ergo hæreticis, nõ vt eorum approbemus errores, sed vt catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserentes, vigilantiores & cautiores simus, etiam si eos ad salutem reuocare non possumus. Lib. j. contra Manichæum de Genes. Ideo Diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, vt cum insultant nobis, atque interrogant nos ea quæ nescimus, sic excutiamus pigritiã: & Diuinas scripturas nosse cupiamus. In prologo libri hypognosticon. Aduersarij catholicæ fidei, dum contra regulam veritatis diabolicis armis pugnare nituntur, nos sollicitudine repugnandi faciunt cautiores: se verò decipiũt, antequã aliqué

Tom.ed.

Tom.I...

C nostrorũ valeãt vulnerare. Cum enim cæci euacuare thesauros fidei concertant, spe fidei euacuati, faciunt plenitudinem fidei Ecclesiæ, opitulante Dei gratia, gloriari: & dum hypocrisi vigilant nocituri: de quibus per prophetam dictum esse puto propterea, Ablatus est somnus ab oculis eorum, non enim dormiunt nisi malefecerint: nos quodammodo excitant dormientes, vt arrepto clypeo veritatis, falsitatibus eorum corde resistere vigilemus, Euangelica tuba nostris auribus personante, Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Libro de correptione Donatistarum ad Bonifacium comitem. Hæreses & scandala futura prædicta sunt, vt inter inimicos erudiamur, ac sic & fides & dilectio nostra possit esse probabilior. Fides itaque

Pro...

Mat...

Tom.I. Epis...

D ne ab eis decipiamur: dilectio autem, vt etiam ipsis corrigendis quantum possumus, consulamus: non solum instantes, ne infirmis noceant, atque vt ab errore nefario liberentur, sed etiam orantes pro eis, vt Dominus aperiat illis sensum, vt intelligãt scripturas. De modo autem reductionis eorum, dicit in eodẽ Lib. Sic error corrigendus est ouis, vt non in ea corrumpatur signaculum saluatoris. Reducendi sunt tamen, ibidem infra. Dicunt Donatistæ. Si iniusti sumus, quare nos quæritis? Quibus respondemus. Quærimus vos iniustos, ne permaneatis iniusti: quærimus perditos, vt de inuentis gaudere possimus

dicentes. Mortuus erat frater vester, & reuixit, perierat,& inuentus est. Quare ergo,inquit, non me rebaptizas vt abluas à peccatis? Respondeo. Quia nõ facio iniuriam characteri imperatoris, cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te pœnitentiam non ago? Imo nisi feceris, saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correptum, nisi doleas fuisse peruersum? Sed vt dicit, Libro de vnico baptismo ad Constantium. Nec illud sine distinctione prætерimus, vt humiliorem agant pœnitentiam, quia iam fideles Ecclesiam catholicam deseruerunt, quam qui in illa nondum sunt:nec ad clericatum admittuntur, siue ab hæreticis rebaptizati sint, siue prius suscepti ad illos redierint, siue apud illos clerici vel laici fuerint. Hoc de causa. Libro contra epistolã fundamenti. Quamuis Dominus per suos seruos regna subuertat erroris, ipsos tamen homines inquantum homines sunt, emendatos esse potius quam perdendos iubet. Et quicquid Diuinitus ante illud vltimum iudicium vindicatur, siue per improbos, siue per iustos, siue per nescientes, siue per scientes, siue occultè, siue palam: non ad interitum hominum, sed ad medicinam credendum est: quam qui respuunt, extremo supplicio præparantur. Ibidem, infra. Sæuire in vos omnino non possum, quos sicut meipsum illo tempore ita nunc debeo sustinere, & tanta patientia vobiscum agere, quãtum mecum egerunt proximi mei, cum in vestro dogmate rabiosus & cæcus errarem. Et infra subdit. Suscepi prius vobiscum sic agere, vt non ego vos doceã, quod semper bene fortasse arbitramini. Sed tanquam ipse à vobis discere iam studeam, quod nouem annis non potui. Nec curandum in hoc de polito sermone. Libro primo de Gen. contra Manichæũ, in principio. Non ornato politóque sermone, sed rebus manifestis conuincenda est vanitas hæreticorum. Causam ponit, Libro contra mendacium. Vt quid hæreticos tanta cura vestigare & indagare conamur, nisi vt captos in apertúmque perductos, aut ipsos veritatem doceamus, aut certè veritate conuictos nocere aliis non sinamus? In epistola ad Pancarium. Hæreticorum accusationes contra catholicum presbyterum admittere nec possumus, nec debemus.

HERODES. Libro quarto de Symbolo. O Herodes magna tua iniquitas: & infantes necas, & tuæ nequitiæ testes accumulas. Christus autem non inuenitur, quia nondũ venit eius hora vt patiatur. Libro de Symbolo legendo in aduẽtu Domini. O Herodes voluisti omnes infantes terræ illius perdere, vt vnũ quem quærebas posses occidere: sed ille sponsus qui processit de thalamo suo, vt ex ore infantium & lactantium perficeret laudem, fiuit te adimplere tuam voluntatem, vt ætas quæ lingua propria non poterat Christum confiteri, testimonio mortis suæ & crudelitas in animo demõstraretur tua, & ad nuptias cœlestis sponsi infantium congregaretur turba. Vnde in omnibus repræsentat diabolum. in sermone decimo de Epiphania. In Herodis persona ipse diabolus sicut tunc fuit, ita nunc comparatur. Cruciatur enim vocatione omnium gentium, & quotidiana potestatis suæ destructione torquetur, dolens vbique se deseri, & verum regem in locis omnibus adorari. Parat fraudes, fingit consensiones, erumpit in cædes, & hoc ideo, vt reliquiis eorum quas adhuc fallit vtatur. Inuidia vtitur in Iudæis, simulatione insidiatur in hæreticis, sæuitia accenditur in Paganis. Videt enim insuperabilem esse potentiam regis æterni, cuius mors vim ipsius mortis extinxit. & ideo in tota nocendi arte, in eos qui Domino regi famulantur, armatur: alios per instructionem scientiæ legalis obdurans, alios per falsæ fidei commenta deprauans, alios verò in furorem persequutionis instigans: sed hanc Herodis istius rabiem ille vincit & destruit, qui etiã paruulos martyrum gloria coronauit, & fidelibus suis tam inuiolatam indidit charitatem, vt Apostoli verbis audeant dicere. Quis nos separabit, à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculũ? an persequutio? an gladius? sicut scriptum est. Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui nos dilexit. Hanc fortitudinem non illis tãtum patribus necessariam fuisse credamus, quibus reges mundi & omnes sæculi potestates cruenta impietate in Dei populũ sæuiebant, cum ad maximam pertinere gloriam suam duceret Christianum de terris nomen auferre, nescientes gloriam Dei per furorem suæ crudelitatis augeri: quoniam suppliciis bonorum Martyrum qui putabantur minui numero multiplicantur exemplo. Denique tantum fidei nostræ contulit impugnatio persequentium, vt nihil magis ornet regum principatum, quam quod domini mundi membra sunt Christi: nec tam gloriantur quod imperio geniti, quã gaudent quod in baptismate sunt renati. Sed quia & tempestas priorum turbinum conquieuit, & dudum cessantibus præliis quædam videtur accidere tranquillitas, vigilanter cauẽda sunt illa discrimina, quæ de otio ipsius pacis oriũtur. Aduersarius enim quia apertis persequutionibus inefficax est, tota nocendi arte desæuit: & quos non percutit impetu afflictionis, lapsu deiiciat voluptatis. Videns itaque sibi resistere principum fidem, & vnius Deitatis inseparabilem Trinitatem non segnius in palatiis, quam in Ecclesiis adorari, interdictam dolet Christiani sanguinis fusionem, & quorum obtinere non potest mortem, impetit mores: terrorem præscriptionum, in auaritiæ mutat incendium: & quos damnis non frangit, cupiditate corrumpit. Malignitas enim longo vsu propriæ vulnera nequitiæ, nõ deponit odium, sed vertit ingenium. Quos sibi mentes fideliũ blandius subdat, inflammat cõcupiscẽtiis, quos nõ potest vexare tormentis. Serit discordias, accendit iras, incitat linguas,

& ne ab illicitis dolis cautiora corda se reuocet consummandorum scelerum ingerit facultates, quia illi totius fraudis iam fractus est vigor. Et quia immolatione pecudum & thuris incensione non colitur, quibuslibet ei criminibus seruitur. Habet enim pax nostra pericula sua: & frustra de libertate securi sunt, qui vitiorum desideriis non resistunt. Cor hominũ operibus ostenditur: qualitatem & formam mentium, species detegit actionum. Nam sunt quidam sicut ait Apostolus, qui Deum profitentur se scire, factis autem negant. Verè enim reatus negationis incurritur, quando bonum quod in sono vocis auditur, in conscientia non habetur. Fragilitas quidem conditionis humanæ facile in delicta prolabitur. Et quia nullum sine delectatione peccatũ est, citò acquiescitur deceptoriæ voluptati. Sed à carnalibus desideriis recurrit ad spirituale præsidium, & mens habens notitiam Domini sui, à consiliis se malè suadentis hostis auertat. Nec ideo delinquendi pertinacia nutriatur, quia vindicta differtur. Nõ sit peccator de impunitate securus, quia si tempus pœnitentiæ amiserit, locũ intelligentiæ non habebit, dicente Propheta. Quia non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Qui autem sibi correctionis reparationem experitur esse difficilem, confugiat ad auxiliantis clementiã Dei, & vincula malæ consuetudinis ab illo poscat abrumpi, qui alleuat omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Non erit vacua cõfitentis oratio, quoniam misericors Deus voluntatem timentium se faciet, & dabit quod petitur, qui dedit vt peteretur.

Cap. 2. Tom. VII.

HIERONYMVS. De Hieronymi statu doctrina & loco. Libro primo contra Iulianum. Hieronymus presbyter qui Græco & Latino insuper & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidẽtali ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis atque in literis sacris vsque ad decrepitam vixit ætatem. Ex quibus potest & debet cõmendari, in epistola ad Cyrillum. Sanctum Domini Hieronymũ propter Dominum cum quo regnat securè magnificemus. Quoniã in vita sua magnificè fecit, in morte sua magnifica recepit. Quapropter magnus est in medio, & sanctus & excelsus in vitæ excellentissimæ sanctitate, magnus sanctus & excelsus in sapientiæ ineffabilis profunditate. Magnus sanctus & perexcelsus in maioris nunc gloriæ quantitate. Mirabilis, laudabilis & gloriosus, in prodigiis & visis, in auditis & insuetis. Metuendus & colendus & venerandus ob sibi à Domino traditam potestatem, honorẽ, & gloriam sempiternã. De sanctitate vitæ, in eadem epistola, versus principium. Quam magnus itaq; sit iste gloriosissimus Hieronymus in suæ vitæ excellentissimæ sanctitate, quomodo patefaceret mea lingua, cum penè cunctorum mortalium non sufficerẽt linguæ, vt eius excellentiam explicarent? Liceat ergo dici, alter hic Helias, alter hic Samuel, alter hic Ioannes baptista vitæ excellẽtissimæ sanctitate. He-

A lias & Ioannes eremitæ, magnis ciborum & vestium asperitatibus carnem macerarunt, non minoris vitæ Hieronymus gloriosus eremita, idem per quadriennium in eremo ferarum tantum socius perstitit. Quinquaginta annis, vt venerabilis Eusebij eiusdem prædilectissimi discipuli literis liquet, & vt me certius tu idem nosti, vinum & ciceram aliqualiter non gustauit: ab omni carnium & piscium esu ita se abstinuit, quod vix ea nominare volebat. Coctum quidem non nisi in vltima ægritudine vix comedit. Cilicino sacco carnem veluti Aethiopis macerans, desuper panno vilissimo se tegebat. Stratum aliud nisi terrã nunquam sciuit. Non nisi semel fructibus, aut herbarũ foliis siue radicibus pastus in die, post vesperas se orationibus præbens, deinceps vsque ad horam secundam noctis continuè vigilabat: postmodum somno fessus in terram dormiens, vsque ad noctem mediam quiescebat. Qua quidem hora continuè surgens, lectionibus & orationibus sanctissimis, quibus tota radiat Ecclesia, vti lapidibus pretiosis, intentus, vsque ad esus horã perdurabat. Ita leuissima flebat venialia peccata, vt quis eum existimasset interemisse hominẽ. Ter in die continuè carnem diris verberibus flagellabat, ita vt ex eius corpore riuuli sanguinis effluerent, quin etiam verbum aliquod otiosum vt pestem maximam fugiebat, illi otium nullum erat. Semper autem sacris lectionibus aut scribendo, aut docendo cunctos, exercitabatur. Quid plura loquar? Si sanctorum singulorum vitas perquirerem, eo maiorem vt puto neminem inuenirem.

C Et ideo in quadam ad eum epistola. Quamuis secundum honorum vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopatus presbyterio maior sit: tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. *Tom. II. Epist.* De eius scientia in prædicta ad Cirillũ epistola sic dicit. Hic certe ille Samuel, qui de vanis literarum studiis verberibus euocatus, sacræ scripturæ ministerio deputatur: in cuius vultus lumine Diuinæ gratiæ instruente, vtriusque testamenti lumen vidimus: in cuius brachij fortitudine hæreticorum pars maxima est dispersa. Hic certè gloria virtutis transferẽs vtrunque testamentum ex Hebræorum lingua in Græcam pariter & Latinam, disponénsque ipsum posteris inæternum, declarans ænigmata & obscura dubia & nodosa: præparans officiorum seriem cunctis Ecclesiæ ministris, totam penè Ecclesiam ædificauit. Vnde bene magnus apparet in sapientiæ ineffabili profunditate. Liberales autẽ sciẽtias ita perfecte sciuit, vt relatione omniũ nullus adhuc illi similis appareat. De scripturis verò sacris, vti multarũ suarũ epistolarum, quas ad me direxit, experientia didici, æqualem illi neminem vnquam noui. Hebraicorum, Græcorum, Caldæorum, Persarum, Medorum, Arabicorum, & penè omnium nationum linguas & literas, tanquam si fuisset in eisdem natus & educatus, sciuit. Quid plura dicam? Quæ Hieronymus ignorauit, natura nulla hominum

vnquam

vnquam sciuit. Libro de sententia Iacobi ad Hieronymum. Cum libentius debeam à quolibet discere quod inutiliter ignoraro, promptius quoslibet quam docere quod scio, quanto iustius abs te hoc charitatis debitũ flagito, cuius doctrina in nomine & adiutorio Domini, tantum in Latina lingua Ecclesiasticæ literæ adiutæ sunt, quantum nunquam antea potuerunt. Vnde in Libro tertio de peccatorum meritis & remissione & baptismo paruulorum, quandam solués quæstionem, sic ait. Quando enim disputari hoc primitus cœperit, nescio. Illud tamen scio quod etiam sanctus Hieronymus, qui hodiéq; in literis ecclesiasticis tam excellentis doctrinæ fama ac labore versatur, ad quasdam soluendas in suis libris quæstiones, etiam hoc certissimum adhibet sine disceptatione vlla documentum. Vnde in epistola prima ad Hesychium. De propheticis dictis de quibus voluisti vt aliquid scriberẽ, melius mihi visum est sancti Hieronymi hoĩs doctissimi expositiones eorundẽ verborũ (ne illas fortè non habeas) de opusculis eius excerptas, dirigere beatitudini tuæ. De eius autem gloria & beatitudine, in supradicta ad Cyryllũ epistola. Hodie enim rex regum, & Dominus dominantiũ Christus Dominus, exeũti de hoc sęculo nequã, animę gloriosissimi Hieronymi presbyteri in Bethleẽ cõmorantis, totus festiuus obuiam venit, vt eam præ cæteris tanto honorificentius, tanto excellentius & sublimius ad sua introducat regna, quanto præ cæteris sublimioris & sanctioris vitæ meritis præfulget. Hodie omnium Angelorum ordines exultantes, & talibus vocibus alternatim concinentes suum sociantur Dominum. Hodie omniũ Patriarcharũ & Prophetarũ cœtus, hodie Apostolorum & discipulorum chorus, hodie omnes sancti martyres, hodie cõfessores, hodie gloriosa Dei genitrix sanctis omnibus comitata virginibus, hodie omnium beatorum animæ lætabũdæ & festiuæ, suo occurrunt compatriotæ & ciui. Et in eadem epistola. Confitentur & mirabilia, & sanctitatem suam etiam ipsi cœli, in quibus magnus maioris gloriæ quantitate, quam multi, habitãt sancti sine fine. Nulli itaque dubium est, intra patris mansiones ipsum vnam ex maioribus & sublimioribus sedibus obtinere. Cum enim homo secundum opera præmietur ibidẽ, & iste perfectioris vitæ extiterit, clare patet ipsum vnum de maioribus & sublimioribus cœlestis Hierusalem ciuibus fore. Quod vt nobis certius & plenius credatur, in mundo præ cunctis, quorum nostra recordatur ætas, valde mirabilis apparet prodigiis insuetis, & miraculis infinitis. Et infra subdit, miraculorũ causa. Quam mirabilis ergo iste est faciẽs tot & tãta hominibus insueta prodigia? Ad ipsum ergo ore nostro clamemus & exultemus, demúsque gloriam laudi eius: quoniam certè dignus est omni laude, nec sumus sufficientes eum laudare. Introiuit enim in domum Domini candidus & pulcherrimus, vbi sine dubio de sublimioribus & præclarioribus, gloriæ sedem obtinet. Quare, ibidem. Vtinam viro-

A rum eximie, tui mererer effici pedissequus, sed quæso tui seruuli quem dilexisti in mundo nimia charitatis affectione recorderis: vt tuis interuentionibus à peccatis emunder, tua gubernatione recto calle, inoffenso pede procedam, tuis defensionibus assiduis ab inimicis quotidie insidiantibus protegar, tuóque sancto ductu salutis attingam portum. Et in fine ipsius Epistolæ sic ait prædicto Cyryllo. Quoniã certè si omnium mortalium linguæ solum eius laudes promerent, minus debito satis esset. Mei peccatoris venerabilis pater memor esto, vt dum in illo steteris loco, quo illud sacrum eximij Hieronymi cadauer quiescit, eius me interuentionibus commendes: quoniam nullum dubium, quod ea quæ optat idem Hieronymus potest continuo obtinere: non enim suo aliqualiter defraudatur desiderio.

B

HIERVSALEM. De temporali Hierusalem, déque eius euersione causa peccati in Christum. super psal. lxxiij. Memen tote tunc euersam esse Hierusalem cum ipsa solennitas ageretur, in qua solennitate Deum crucifixerunt. Congregati sæuierunt, congregati perierunt. Super psalm. sexagesimum octauum. Factum est hoc in ipsa ciuitate Hierusalẽ, in qua sibi visi sunt potentes clamando aduersus filium Dei, Crucifige crucifige: & præualendo quia potuerunt occidere eum qui mortuos suscitabat. Quam sibi potentes, quam magni visi sunt? Consequuta est postea vindicta Domini, expugnata est ciuitas, debellati Iudæi, occisa nescio quot hominum millia. Nullus illuc modo accedere permittitur Iudæorum. Vbi potuerunt aduersus Dominum clamare, ibi à Domino non permittũtur habitare. Perdiderunt locum furoris sui, atque vtinam vel nunc cognoscant locum quietis suæ.

C

De cœlesti verò Hierusalẽ, Libro de catechizandis rudibus. Hierusalem visio pacis interpretatur: cuius ciues sunt omnes sanctificati homines, qui fuerunt & qui sunt, & qui futuri sunt, & omnes sanctificati spiritus, etiam quicunq; in excelsis cœlorum partibus pia deuotione obtemperant Deo, nec imitantur diaboli superbiã & Angelorũ eius. Huius ciuitatis rex est Dominus Iesus Christus verbum Dei, quo reguntur summi Angeli: & verbum hominẽ assumens, vt eo regerentur & homines, qui simul omnes cum illo in æterna pace regnabunt. Et ideo orat. Libr. xij. confess. Intrem Domine in cubile meũ, & cantem tibi amatoria, gemens inenarrabiles gemitus in peregrinatione mea, & recordans Hierusalẽ extento in eam sursum corde, Hierusalem patriam meã, Hierusalẽ matrem meam, téque super eam regnatorem, illustratorem, patrem, tutorem, maritum, castas & fortes delicias, & solidum gaudiũ, & omnia bona ineffabilia simul omnia, quia vnũ summũ & verũ bonũ, & nõ aduertar, donec in eius pacem matris Charissimæ, vbi sunt primitiæ spiritus mei, vnde mihi ista certa sunt, colligas totum quod sum, à dispersione & deformitate hac, & conformes atque confirmes in æternum

D

Marginalia: Tom. II. Epist. 19. — Tom. VII. — Tom. II. Epist. 18. — Tom. VIII. — Conc. 2. Tom. VIII. — Tom. IIII. — Cap. 16. Tom. I.

num Deus meus misericordia mea. Et Lib.sup putationũ, parte secunda, circa finem. Erraui fa-
Lib.medit. cap.20 Tom.IX. teor sicut ouis perdita, & incolatus meus prolongatus est,atq; procul proiectus sum à facie Domini Dei mei,in hanc exilij cæcitatem:vbi expulsus à paradisi gaudiis, deploro quotidie mecũ super miserias captiuitatis meæ,lugubre carmen,ingentésque lamẽtationes,dum recordor tui Hierusalẽ, dũ stant pedes mei in atriis tuis sancta & decora Sion,nec dum interiora tua conspicere in propatulo valẽs:sed in humeris pastoris mei,structoris tui, spero me reportari tibi, vt tripudiem tecum inenarrabili gaudio, quo lætãtur illi qui tecum sunt corã ipso Deo & saluatore nostro, qui dissoluit inimicitias in carne sua, & pacificauit
Eph.2. omnia quæ in cœlis sunt,& quę in terra sanguine suo. Ipse est enim pax nostra qui fecit vtraque vnum:& duos ex aduerso venientes coniungens in se,tuæ beatitudinis permanentem fœlicitatem pari modo, & eadem mensura, se nobis daturum promisit, dicens. Erunt æquales Angelis Dei in cœlis.O Hierusalẽ domus Dei æterna,post Christi dilectionem, tu esto lætitia & cõsolatio mea: dulcis memoria tui beati nominis sit releuatio mœroris tædiorúmq; meorum. Tædet enim me valde vitæ huius, & istius ærumnosæ peregrinationis. Quia vt dicit super psal.cxviij. In illa superna Hierusalem, ibi omnes iusti & sancti qui fruuntur verbo Dei sine lectione & literis sunt. Quod enim nobis per paginam scriptũ est, per faciem Dei illic erit. Qualis patria? Magna patria. Miseri sunt peregrini ab illa patria.

Tom.V. HISTORIA. Historiæ bibliæ sunt ministeriales.Lib.xvij.de ciuitate Dei,capit. primo. Ipsa scriptura,quæ per ordinem reges eorúmque facta & euenta digerẽs, videtur tanquam historica diligentia rebus gestis occupata esse narrandis, si adiuuante Dei spiritu considerata tractetur,vel magis vel certè nõ minus prænuntiandis futuris quam præteritis enumerandis,
Tom.eod. inuenitur intenta. Sed vt ipse dicit. Libro vigesimo eiusdem,capit. xxj. loquutiones tropicæ propriis Prophetico more miscentur:vt ad intellectum spiritualẽ intentio sobria cum quodã vtili ac salubri labore perueniat. Pigritia verò carnalis, vel ineruditæ atque inexercitatæ tarditas mentis contenta literis superficie, nihil putat interius requirendum. Tamen vt ait, Libro xvj. eiusdem,cap.ij.Non omnia quæ gesta narrantur,
Tom.eod. aliquid significare putanda sunt:sed propter illa quæ aliquid significant, attexuntur. Historia tamen gentium aliquando mentitur.Require infra,cap.nosse.

Tom.IX. HISTRIO. Non est dandum histrionibus.super Ioannem,sermone centesimo, & habetur in decretis distinctione octogesima sexta. Dare res suas histrionibus, vitium est immane, non virtus, & scitis de talibus
Psal.9. quam sit frequens fama cum laude, quia sic scriptum est. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ,& iniquus benedicetur. Super psalm. centesimum secundum. Qui venatoribus donant,

A quare donant? Dicant nunc mihi, quare donant venatori. Hoc in illo amant, in quo nequissimus est: hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt, ipsa nequitiam publicant spectaculis omnium qui donant. Nunquid & ipsa hominibus donãtur? Non tamen naturam illi attendunt operis Dei, sed nequitiam operis humani. Ibidem.Qui venatori donant,non homini,sed arti nequissimæ donant: nam si homo tantum esset, & venator non esset, non ei donares.Honoras in eo vitium,non naturam. Non sunt eorum actus vidẽdi. super psal. centesimum quadragesimum septimum. Videbunt homines venatores, & delectantur. Væ miseris, si se non correxerint. Qui enim vident venatorem & delectantur, videbunt saluatorem & contristabuntur. Maximè clerici ab hoc de-
B bent abstinere.sermone primo de calẽdis Ianuarij. Vos fratres qui Deo propitio quotidie clamare consueuistis. Oculi mei semper ad Dominum. Et iterum. Ad te leuaui oculos meos,qui habitas in cœlis. Non oportet vt oculi vestri, qui assidue in Ecclesia vigilantes ad Deum sanctificantur, videndo luxuriam stultorum hominum polluantur.Magis dedignari debetis atque despicere opera Diaboli, vt in vobis integra permaneat charitas Christi.Clamate ergo cum Propheta dicentes.Auerte oculos meos ne videant vanitatem: timentes illud quod ait Apostolus. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Sed credo de Dei misericordia, quod ita per vestram castiga-
C tionem illorum stultitia corrigenda est, vt non solum pro vobis, sed etiam pro illis qui vestro exemplo proficient, duplicia vobis à Domino præmia rependentur.

HODIE. Super psalm.secundum.Hodie quia præsentiam significat, atque in æternitatem, nec præteritum quicquam est, quasi esse desierit: nec futurum, quasi nondum sit: sed præsens tantum, quia quicquid æternum est,semper est: ideo Diuinitus accipitur. Hodie genui te. Quod sempiternam generationem virtutis & sapientiæ Dei,qui est vnigenitus filius, fides syncerissima & catholica prædicat. In sermone trigesimo de resurrectione Domini. Inquit Dauid ex persona patris. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hodie,inquit,genui te. Ho-
D die dicit,non quod in illa genuit filium, sed quod ipsum filium velut diem lucémque genuit. Cum ergo Christus gignitur, hodie generatur: vt intelligas in illa natiuitate saluatoris, nõ tam hominẽ natum esse,quã lumen quod fulgeat cũctis,luceat vniuersis. Hodie autem velut præsens & indeficiẽs lumẽ cũcta sæcula iugi ac perpetua luce contineat, & pro ipsa perpetuitate lucis vna dies esse proprie videatur. Vnde ait Propheta. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies vna. Vna plene dies est Christus, quia vna est in eo Diuinitatis æternitas. Hodie autẽ vocatur, eo quod eum nec vetusta antiquitate præterita subterfugiũt, nec futura ignorantiæ prætereunt. Sed tanquã potissimum

mum lumen cuncta continet, vniuersa cognoscit, & velut in præsenti habens omnia possidet: quia apud Deum nec præterita labuntur, nec futura cælantur. Lib. contra quinq; genera hæresum. Apud Deũ nunquã crastinus, nunquã hesternus est dies, sed semper hodie. Non mẽsium circulis soluitur annus, nõ succedẽtibus sed semper accedẽtibus trãsigitur mẽsis diebus, non horę mutantur, aut variantur tempora vel momẽta, vbi dies nec termino concluditur, nec initio inchoatur.

Lib. annotationum in Iob. cap. xxxiiij. Hodie pertinet ad nouũ testamentũ, sicut ad vetus testamentũ heri: de nouo enim dictum est. Hodie si vocem eius audieritis: & alibi, Filius meus es tu ego hodie genui te.

HOLOCAVSTVM. Quid sit. super psal. xlix. Holocaustum est totũ igne assumptum: καῦσις incensio est, ὅλον totum. Holocaustum autem, est totum igne assumptum.

Ideo differt à sacrificio. super psalm. lxv. Holocaustum dicitur sacrificium cum totum incenditur. Aliæ sunt partes sacrificiorum, aliud holocaustum. Quando totum ardet & totum absumitur igne Diuino, holocaustum dicitur: quando pars, sacrificium. Omne quidem holocaustũ est sacrificium, sed non omne sacrificium holocaustum. Quid autem significet super psalmum quinquagesimum. super illud, Oblationes & holocausta. Holocaustum est totum igne consumptum. Quando totum pecus imponebatur igni consumendum, holocaustũ dicebatur. Totos nos Diuinus ignis absumat, & feruor ille totos arripiat, de quo dicit Apostolus. Spiritu feruentes: non tantum anima nostra absumatur igne illo Diuinæ sapientiæ, sed & corpus nostrum mereatur ibi immortalitatem: sic leuetur holocaustum, vt absorbeatur mors in victoriam. Super psalm. lxiiij. Holocaustum tunc dicitur, quod ignis totũ absumit. Holocaustum est sacrificium, vbi totum consumitur: ὅλον, enim totum dicitur, καῦσις incensio. Holocaustum totum incensum. Arripiat ergo nos ignis Diuinus in Hierusalẽ. Incipiamus ardere charitate, donec totum mortale cõsumatur: & quod contra nos fuit, eat in sacrificium Domino.

HOMO. Diffinitur communiter. Lib. xv. de Trinitate, cap. vij. Homo est, vt veteres definierũt, animal rationale mortale. Diffinitur Platonicè, Libro nono de ciuitate Dei, capit. viij. allegans Apuleium, Libro de Deo Socratis. Apuleius homines describẽdo, inquit. Homines ratione plaudentes†, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus & anxiis mentibus, brutis & obnoxiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, singillatim mortales, cunctis tamẽ vniuerso genere ꝑpetui, vicissim in sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita, terras incolunt. Propterea dicit, in eodem Libro, cap. decimo tertio. Homo medium est quodammodo inter pecora & Angelos: vt quia pecus est animal irrationale atque mortale. Angelus autem animal rationale & immortale, medius homo esset inferior Angelis, superior pecoribus, habẽs cum pecoribus mortalitatẽ, rationem verò cum Angelis, animal rationale mortale. Diffinitur causa miseriæ. Libr. soliloquiorum ad Deum. Infœlix homo quid sum, qui loquor tecũ? Abyssus tenebrosa, terra misera, filius iræ, vas apertum in contumeliam, gemitus per immunditiam, viuens in miseria, moriturus in angustia. Heu miser quid sum? Heu quid futurus sum? Vas sterquillinij, concha putredinis, plenus fœtore & horrore, cæcus, pauper, nudus, plurimis necessitatibus subditus, ignorans introitum & exitum meum. Miser & mortalis, cuius dies sicut vmbra prætereunt, cuius vita sicut vmbra lunatica euanescit: sicut flos in arbore crescit, & statim marcessit, nunc floret, & statim aret. Vita, inquam, mea vita fragilis, vita caduca, vita quæ quantomagis crescit, tantomagis decrescit: quantomagis procedit, tantomagis ad mortem accedit. Cap. 2. Tom. IX.

Ex quibus constet homo. Libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Duabus substantiis constat homo, anima tantum & carne. Anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis. Quos tamen sensus absque animæ societate non mouet corpus. Anima verò & sine corpore rationale suum tenet. Non est tertius in substantia hominis spiritus, sicut Didymus contendit, sed spiritus ipsa anima pro spiritali natura, vel pro eo quod spiret in corpore, spiritus appellatur. Anima verò ex eo vocatur, quod ad viuendum vel viuificandum animet corpus. Tertium verò qui ab Apostolo cum anima & corpore inducitur spiritum, gratiam Sancti spiritus esse intelligamus. Quam orat Apostolus vt integra perseueret in nobis, ne nostro vitio aut minuatur, aut fugetur à nobis, quia Spiritus sanctus fugiet fictum. Libro de præsentia Dei, ad Dardanum. In homine perfecto tota natura humana intelligitur. Nõ enim est homo perfectus si vel anima carni, vel animæ mens defuerit humana. Libro de spiritu & anima. Ex duabus substantiis cõstat homo, anima & carne. Anima cum ratione, carne cum sensibus suis: quos tamen sensus non mouet caro, absq; animæ societate. Anima verò rationalis operatur sine carne. Est siquidem rationalis, concupiscibilis & irascibilis: per rationalitatẽ humilis est illuminari ad aliquid cognoscendũ infra se, & supra se, in se & iuxta se. Cognoscit siquidem Deum supra se, & se in se, & Angelos iuxta se, & quicquid cœli ambitu continetur infra se. Per concupiscibilitatem & irascibilitatem humilis est affici ad aliquid appetendũ vel fugiendum, amandũ vel obediẽdum. Et ideo de rationabilitate omnes sensus animæ oriuntur, de aliis omnes effectus. Vnde perfectio hominis respicit vtrũq;. Lib. de moribus Ecclesiæ, cap. iiij. Siue vtrũq;, siue anima sola nomẽ hoĩs teneat, non est optimũ hominis quod est optimum corporis: sed quod aut corporis simul & animæ, aut solius animæ. Ideo Libr. xj. de Trin

Tom. III. De Trinitate, cap. j. Nemini dubium est, sicut interiorem hominē intelligentia, sic exteriorem sensu corporis præditū. Tamen anima principalis est. *Tom. eod.* Lib. xij. eiusdē, cap. j. Corpore secundum exteriorem hominem nō distamus à pecore, nisi quod figura corporis non proni, sed erecti sumus. Qua iure admonemur ab eo qui nos fecit, ne meliore nostri parte, id est, anima similes pecoribus simus, à quibus corporis erectione distamus: nō vt in ea quæ sublimia sunt in corporibus animum proiiciamus. Nam in talibus quietem voluntatis appetere, prosternere est animum: sed sicut corpus ad ea quę sunt excelsa corporū, id est, ad cœlestia naturaliter erectū est, sic animus qui substantia spiritualis est, ad ea quæ sunt in spiritualibus excelsa erigendus est: non elatione superbiæ, sed pietate iustitiæ. Et mens principaliter. Lib. vj. *Tom. eod.* eiusdem. Rectè dicimus mentem principale hominis, id est, tanquam caput humanæ substantiæ, cum ipse homo cum mente sit homo. Verumtamen vt dicit Deo, *T m. I.* Libr. xiij. confessionū. Quid est homo, nisi quod memor es eius? Quomodo verò fecerit Deus hominem. Libro de catechizandis rudibus. *Tom. IIII.* Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: vt quemadmodū ipse per omnipotentiam suam præest vniuersæ creaturæ, sic homo per intelligentiam, qua etiam creatorē suum cognoscit & colit, præesset omnibus terrenis animalibus. Fecit etiā illi adiutoriū fœminam, non ad carnalem concupiscentiam, quandoquidem nec corruptibilia corpora tunc habebant, antequā eos mortalitas inuaderet pœna peccati, sed vt haberet vir gloriam de fœmina cum ei præiret ad Deum, séque illi præberet imitandum in sanctitate atque pietate, sicut ipse esset gloria Dei, cū eius sapientiā sequeretur. Libr. xij. de Trinitate, capit. vj. *Tom. III.* Cur non ait Deus. Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē tuā, sed ait, nostram: nisi quia trinitatis imago fiebat in homine: vt hoc modo homo esset imago vnius veri Dei, quia ipsa trinitas vnus verus Deus est?

In eodem, cap. vij. Scriptum est in Gen. Faciamus hominem ad imaginem Dei, masculū & fœminam. Fecit Deus & benedixit eos. Ad imaginē quippe Dei naturam ipsam humanam factam dicit, quæ sexu vtroque completur, nec ab intelligenda imagine Dei separat fœminā. Dicto enim quod fecit Deus hominem ad imaginem Dei, fecit eum, inquit, masculum & fœminam, vel certè alia distinctione, masculum & fœminā fecit eos.

Lib. .. cap. 19. Tom. III. Libro super Genes. Non indifferenter accipiendum est quod in aliis operibus dicitur, dixit Deus, fiat. In productione autē hominis dicitur. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: ad insinuādam, scilicet, vt ita dicā, pluralitatē personarum propter Patrem & Filiū & Spiritū sanctū. *Imago Trinitatis in homine.* Quā tamen Diuinitatis vnitatē intelligendā, statim admonet dicēs. Et fecit Deus hominē ad imaginē Dei: non quasi pater ad imaginem filij, aut filius ad imaginem patris, alioquin non verè dictum est ad imaginē nostrā, si ad patris solius aut ad filij solius imaginem factus est A homo. Sed ita dictum. Fecit Deus ad imaginem Dei: tanquam diceretur, fecit Deus ad imaginem suam. Cum autem nunc dicitur, ad imaginē Dei, cum superius dictū sit, ad imaginē nostram: significatur quod non id agat illa pluralitas personarū vt plures deos vel dicamus, vel credamus, vel intelligamus: sed Patrē & Filiū & Spiritū sanctum, propter quam trinitatē dictum est, ad imaginē nostram: vnum Deum accipiamus, propter quod dictum ad imaginē Dei. Hîc etiā illud non est prætereundū, quia cum dixisset ad imaginē nostrā: statim subiunxit, & habeat potestatē piscium maris, volatiliū cœli, & cæterorum animaliū rationis expertiū: vt videlicet intelligamus in eo factū hominē ad imaginē Dei, in quo irrationalibus animalibus antecellit. Id autē est ipsa ratio, vel mens, B vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo cómodius appellatur. Vnde & Apostolus dicit. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouū hominē qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginē eius qui creauit eum: satis ostendens vbi sit homo creatus ad imaginē Dei: quia nō corporis lineamētis, sed forma quadā intelligibili mentis illuminatæ. Sed Lib. iij. eiusdē, cap. vltimo. Ideo Deus nō singillatim, sed cum cæteris voluit dicere hominē bonum: quia præsciebat eum peccaturū, nec in suæ imaginis perfectione permansurum. Tamen Libr. viij. eiusdem. Hominē de terra, & bestias de terra Deus formauit. Quid habet homo excellentius in hac re, nisi quod ipse ad imaginē Dei creatus est? Nec tamē hoc secūdum corpus, sed secundū mētis intellectū: quanquam C & in ipso corpore habeat quandam proprietatem, quæ hoc indicet, quod erecta statura factus est, vt hoc ipso admoneretur, nō sibi terrena esse sectanda velut pecora, quorum voluptas omnis ex terra est. Vnde corpora animaliū cuncta prona atque prostrata sunt. Congruit ergo & corpus eius animæ rationali, non secundum lineamenti figuras, sed potius secundum id quod in cœlum erectū est, ad intuenda quę in corpore ipsius mundi superna sunt, sicut anima rationalis in ea debet erigi, quæ in spiritualibus maximè excellunt, vt quæ sursum sunt sapiat, non quæ super terram.

Libro primo in dialogo ad Orosium. De corporis & animæ substantia factus est homo. Corpus de limo terræ formatum est, anima verò ex nihilo Deo inspirante creata est. Vnde Libro D octogesimo tertio quæstionum. Hominem cum Deus fecit, quanquam optimum fecerit, non tamen id fecit quod erat ipse. Melior autem homo est, qui volūtate, quam qui necessitate bonus est. Voluntas igitur libera danda homini fuit. Ibidem, quæstione quarta. Ita Deus optimè hominē fecit, vt si vellet remanere optimus, nullo resistente impediretur. Libro quarto de Origine animæ contra Vincentiū victorē. Deus bonus nihil non rectè cōdidit: ipsúmq; hominē animal rationale intellectus capacem, rationis compotem, sensúq; viuacē: qui omnia rationis expertia prudenti ordinatione distribuat, procreauit. Soluitur dubium de creationis causa. Libro secundo de nup

de nuptiis & concupiscentia. Bonitate Deus fecit homines, & primos sine peccato, & cæteros sub peccato, in vsus profundarum cogitationum suarum. Sicut enim de ipsius diaboli malitia nouit ille quid agat, & quod agit iustum est, & bonum, quamuis sit de quo agit iniustus & malus, nec eum propterea creare noluit quia malum futurum esse præsciuit: ita de vniuerso genere humano, quãuis nullus hominum sine peccati sorde nascatur, bonum ille, qui summè bonus est operatur, alios faciens tanquam vasa misericordiæ, quos gratia discernat ab eis, qui vasa sunt iræ: alios tanquam vasa iræ, vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Clarius hoc dicit libro cur quando & quomodo Deus homo. capite secundo. Cum de solo homine loquimur, quoddam mirabile animo nobis occurrit, quia cum Dominus omnes Angelos pariter fecerit, & vnum solum hominem quare facere voluerit, de quo solo omnes alij procrearentur, ex quibus illa cœlestis diminutio reformaretur. Veruntamen hoc fuit Diuini consilij maxima pietas, vt in vno fragili homine tota posteritas merito aut saluaretur, aut damnaretur. Quia si omnes qui nasciturí erant simul in lucem venissent, quandoquidem Angeli, qui tam sublimes & perfecti erant, maxima ex parte ceciderunt, miseri ac fragiles homines multò deterius atque multiplicius cecidissent. Non fecit igitur aliud genus creaturarum ad diminutum ordinem supplendum, quasi ipse Deus posse quidem creandi haberet, sed virtutẽ custodiendi aut recreandi careret: & sic tale ridiculũ velut prætenderetur vsque in infinitum. Hoc verò magis congruum fuit, vt solus homo conderetur, qui si pro sua fragilitate vel alicuius suasione ad malum tenderet, creator ei manum misericordiæ porrigeret. Et licet iustitia exigente pœnam pro culpa pateretur, ei tamen aditus misericordiæ nõ negaretur: qui tanto rationabilius ei concederetur, quanto sua fragilitate & alterius impulsione lapsus videretur. Si verò quasi de vitiata radice, tota illius posteritas merito eiusdem vitio infecta propagaretur, non tamen diu ex eo per successionis seriem homines procrearentur, vt gratia creatoris præueniente, à libero arbitrio homini tributo subsequente, tot ex pluribus de malo ad bonum reducerentur, quot Diuinę dispositio ni sufficere videretur. Propterea libro de vera innocentia. Homo cum factus erat immortalis, Deus esse voluit: non perdidit quod homo erat, sed perdidit quod immortalis erat, & de superbia inobedientiæ, contracta est pœna naturæ.

Capite... Tom. III.

Eodem libro. cap. trecentesimo secundo. Natura humana & si mala est, quoniam vitiata est, non tamen malum est, quod natura est: nulla enim natura inquantum natura, est malum, sed prorsus bonum: sine quo bono nullum esse potest vitium: quamuis sine vitio possit esse vel nunquam vitiata, vel sanata natura. In eodem libro, capite trecentesimo quarto. Deus quidem mundum fecit, & corpora prorsus omnia. Sed vt corpus corruptibile aggrauet animam, & caro concupiscit aduersus spiritum, non est præcedens natura hominis instituti, sed consequens pœna damnati. Et in eodem. capite tricentesimo trigesimo septimo. Natura humana etiam si nulla integritate in qua est condita maneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante seruaret. Vnde cum sine Dei gratia salutem non posset custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia potest recuperare quod perdidit? Libro Hypognosticon, responsione tertia. Per se homo lapsum potuit facere, sed non sicut per se lapsus est, continuò per se, id est, per propriam voluntatem consurgere valuit, nisi manu Domini misericordissima, quando eius placuit pietati, fuisset erectus. Propterea de primo homine & Christo: libro de præsentia Dei ad Dardanum. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cœlestis, tales & cœlestes. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de cœlo est. Per hominem vnũ mors, & per vnũ hominem resurrectio mortuorũ. Et sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Omnes, & omnes, ideo dixit, quia in mortem nemo nisi per illum, in vitam nemo venit nisi per istum. In primo patuit quid hominis arbitrium valeret ad mortem, in secundo autem quid Dei adiutorium valeret ad vitam. Deniq; primus homo non nisi homo, secundus verò Deus homo. Peccatum enim factum est relicto Deo, iustitia verò non fit sine Deo. Ac per hoc nec moreremur, nisi per carnalem propaginem de membris illius veniremus: nec viueremus, nisi per spiritualem connexionem membra huius essemus. Ideo nobis opus fuit nasci & renasci: Illi autem propter nos tantummodo nasci. Nos enim à pecato ad iustitiam renascendo transimus. Ille autem à nullo peccato ad iustitiam transitum fecit, sed in eo quod baptizatus est, nostræ regenerationis sacramentum, sua humilitate altius commendauit: veterem tamen hominem nostrum passione, nouum autem resurrectione significans.

Tom. VII.

Tom. II. Epist. 57.

Christi & Adæ collatio

Eius tamen lapsum & saluatoris nostri subsidium describit in sermone secundo, de annuntiatione Virginis. Cum Deus opifex rerum huius mundi, fabricam totam vno artifice verbo fundaret, atque onus viscerum grauido sermone parturiens, in digestis seminibus eructaret, cum intra palatium Diuini pectoris adolescerent elementa, & in cubiculo sacri creatoris dormirent, loquitur Deus, & mox cuncta causatur natura. Cum ex sacris visceribus ductor fabricæ proficiscitur sermo, ilico pependit cœlum, statim terra stetit, mare defluxit: deinde factus est homo similis Deo. Roboratur corpore, pingitur specie,

spiritu adimpletur, vestitur aspectu, constituitur Dominus, & mundi possessor. Sed quia nulla est fœlicitas quæ non habeat inimicum, sic oblectantis diaboli sectatus est blandimenta, vt ante disceret perdere quam haberet. O miseranda simplicitas & innocentia semper incauta: dum inimicum diabolum respicit fabulantem, dum sic oblitus est conditorem, quas ille sedes aut neglexit aut perdidit, aut noluit, aut amisit? Perdidit ille Paradisum, cui debebatur & cœlũ. Qualem paradisum fratres mei? Vbi luxuriosis passibus perambulant flumina, & delicatis vagitibus reflectuntur, & incessu liquido placatísque fluctibus, pigra velocitate, ac molli flaminis strepitu respirante, murmurant, strepunt, diffundunt, luxuriant, vndáque per sulcos erroneis lapsibus fugitiua, & delicatas inebrians herbas propinat floribus placitis vbertatem. Illic verni temporis amœnitate dies inspirat, & autumnis flatibus patrona temperies amicas auras impregnat: ibi sobrius decor permanet in gramine, & nunquam species senescit in flore: illic est quod deesse non posit, cum semper desit, quod nouitas facit: illic est & noua serenitas, & nunquam mutabile tempus, non habet terminum. Sed dum hunc nouum dominum rudis possessio salutaret serpentina mox momordit inuidia, & dum apertius nocere non posset, celabat facinus in amore. Eritis, inquit, sicut dij. O ingeniosa deceptio atque subdolus artifex. Homicidium erat in lingua latronis. Ecce homicidium, vbi molles ramos, vbi pendentes fornices vndosa inflarat amœnitas, & profusas cameras explicarat. Eritis, inquit, sicut dij. O remuneratio deceptrix & funestum præmium. Et quod Dominus dederat, perdidit: nec quod diabolus promittebat, accepit. Introducit hostem sæculi in Diuina palatia debilis inquilinus, & in cœlestibus domiciliis Barbarum mundi suscepit. Prædatur pomerium, possessor inuaditur, nouum corruptelæ genus, nouæ perditionis supponitur pignus, remansit proditor nudus. Quibus ille artificiis decepit insontes? Qua subtilitate prostrauit? Nunc caput videbatur erigere, nunc iactare ceruices, nunc reuolutis orbibus replicare, & irretientibus gyris sua colla reflectere. Ex ore tamen venefico stillabat dulcedo mortifera. Paciscitur regnum de interitu viri cum fœmina, subarrauit inferos, supposuit mortem: tale declarat præmium coniugi, vnde maritus posset occidi. Quid est enim fœmina, fratres, agnoscite. Muscipula est animæ, latrocinium vitæ, suauis mors, blanda percussio, interfectio lenis, pernicies desiccata, malum libens, sapida ingulatio: omnium enim calamitas rerum, mulier. Quando non decipit mundum, quæ peccare fecit & cœlum? Inuenta est ergo mors per mulierem, sed reddita vita per virginem: Et sic per primum vita amissa, ita per secundum reddita: Primus acceptam perdidit gratiam, secundus cum vita tribuit gratiam: pri-

A mus suasu serpentis cecidit, secundus partu virginis quod iacebat erexit. Ille peccando mortis pœnam intulit, iste patiendo indulgentiam criminum contulit: ille pro culpa de Paradiso pulsus, iste pro gloria crucifixus. Et vt ad originem delicti redeam, & Deo annuente quod concedi tur dicam, Adam nisi corporaliter cecidisset, natus Deus de virgine non fuisset. Et ideo propter hominem Christus. de ciuitate Dei, capite vigesimo septimo. Propterea quippe totum hominem sine peccato Christus suscepit, vt totum quo constat homo à peccatorum peste sanaret.

Declarat hoc, libro de vera religione, capite decimo sexto. Dei sapientia, id est, vnicus filius consubstantialis patri & coæternus, totum hominem suscipere dignatus est: & verbum caro B factum est, & habitauit in nobis. Ita enim demonstrauit carnalibus & non valentibus intueri mente veritatem: corporeísque sensibus deditis, quam excelsum locum inter creaturas habeat humana natura, nam id poterat in aliquo æthereo corpore ad nostrorum aspectuum tolerantiam temperato, sed hominibus in vero homine apparuit: Ipsa enim natura suscipienda erat, quæ liberanda. Et ne quis fortè sexus à suo creatore se contemptum putaret, virum suscepit, natus ex fœmina est. Nihil fecit vi, sed omnia suadendo & monendo: veteri quippe seruitute trãsacta, tempus libertatis illuxerat, & opportune iam homini suadebatur atque salubriter, quam libero esset creatus arbitrio. Miraculis conciliauit fidem Deo qui erat, passionis homini C quem gerebat. Ita loquens ad turbas vt Deus nuntiatam sibi matrem negauit. Et tamen vt Euangelium loquitur, puer parentibus subditus erat. Doctrina enim Deus apparebat, ætatibus homo. Item aquam in vinum conuersurus, vt Deus dicit. Recede à me mulier, inquit, quid mihi & tibi est? Nondum venit hora mea. Cum autem venisset hora qua vt homo moreretur, de cruce cognitam matrem commendauit discipulo, quem præ cæteris diligebat. Satellites voluptatum, diuitias perniciosè populi appetebant, pauper esse voluit. Honoribus & imperiis inhiabant, Rex fieri noluit. Carnales filios magnum bonum putabãt, tale coniugium prolémque contempsit. Contumelias superbissimè horrebant: Omne genus contumeliarum sustinuit. Iniurias D tolerabiles esse arbitrantur, quæ maior iniuria, quam iustum innocentem damnari? Dolores corporis execrabantur, flagellatus atque cruciatus est. Mori metuebant, morte mulctatus est. Ignominiosissimum mortis genus crucem putabant, crucifixus est. Omnia quæ habere cupientes non rectè videbamus, carendo vilia fecit. Omnia quę vitare cupientes à studio veritatis deuiabamus, perpetiendo deiecit. Non enim nullum peccatum committi potest, nisi dum appetuntur, quæ ipse contempsit: aut fugiuntur, quæ ille sustinuit. Tota itaque vita eius in terris per hominem quē suscipere

suscipere dignatus est: Disciplina morum fuit: Resurrectio verò eius à mortuis, nihil hominis perire naturę, cum omnia salua sint Deo, satis indicauit, & quemadmodum cuncta seruiant creatori suo, siue ad vindictam peccatorum, siue ad hominis liberationem, quanquam facile animæ corpus seruiat, cum ipsa subiicitur Deo. Quibus perfectis non solum nulla substantia malum est, quod fieri nunquam potest, sed etiam nullo malo afficitur, quod fieri per peccatum & vindictam potuit. Et hæc est disciplina naturalis Christianis minus intelligētibus plena fide digna, intelligentibus autem omni errore purgata. Super Psalmum cxliij. Aestimatio est, quanti pretij

Tom.VIII. sit quidque. Quanti æstimauit Deus hominem, qui pro eo vnici sanguinem fudit? Libro de

Cap.39. Tom.III. vera innocentia. Primus homo Adam sicut olim defunctus est, vt tamen post illum secundus homo sit Christus, cum tot hominū millia inter illum & hunc orta sint: & ideo manifestum est ad illum pertinere omnem qui ex illa successione propagatus nascitur, sicut ad istum pertinet omnis qui gratiæ largitate in illo renascitur. Vnde fit vt totum genus hominum quodāmodo sint homines duo, primus & secundus. Sed de homine Christo differente à nobis. super Ioannem. Non quia homo factus est Dei filius, iam comparandus est nobis. Nos homines cum peccato, ille sine peccato: nos homines trahentes de substantia Adam, & mortem, & delictum, ille de virgine carnem mortalem & nullam iniquitatem. Denique nos nec quando volumus nati sumus, nec quando volumus morimur: ille autem antequam nasceretur elegit virginem de qua nasceretur: natus fecit vt à Magis adoraretur: creuit infans, & miraculis se Deum ostendebat, infirmitate hominem præferebat. Postremo elegit & genus mortis, hoc est, vt in cruce penderet & ipsam crucē in frontibus fidelium infigeret. In ipsa cruce quando voluit corpus dimisit & abscessit, in ipso sepulchro quando voluit iacuit, quādo voluit tanquam de lecto surrexit. De tempore

Cap. Tom.III. autem quando factus fuit homo, libro vj. super Gen. Factus est homo sexta die & postea: aliter tamen tūc, aliter postea. Quia postea visibiliter, sicut species humanæ constitutionis nota nobis est, non tamen parentibus generantibus, sed ille de limo, illa de costa eius. Tunc verò inuisibili-

Tom.IIII. ter, potentialiter, causaliter, quomodo fiunt futura non facta. Lib. primo quæstionum Veteris & Noui testamēti. quæst. iij. Deus hominem sexto die condidit, vt ostenderet quia quæ tempore inferiora sunt, virtute maiora sunt: atq; vt in do-

Tom.III. mum factam habitatorem introduceret. Sed tamen vt dicit libro vj. super Genesim. cap. viij. Sicut Leui in Abraham, ita Abraham in Adam, & Adam in operibus primis mundi, quæ Deus

Tom.V. creauit omnia simul. Factus est homo quo ad animam nobilior cunctis. lib. viij. de ciuit. Dei. cap. xv. Multæ bestię vincunt nos homines acrimonia sensuum, & motu facillimo atque celerrimo, & valentia virium, & annosissima firmitate

A corporum. Quis hominum videndo æquabitur aquilis, & vulturibus? Quis odorando canibus? Quis velocitate leporibus ceruis omnibúsque auibus? Quis multum valendo leonibus & elephātis? Quis diu viuendo serpentibus, qui etiam deposita tunica, senectutem deponere atque ad iuuentam redire perhibentur? Sed sicut his omnibus ratiocinando, & intelligendo meliores sumus, ita etiam dæmonibus magis intelligentibus bene, atque honestè viuendo, meliores esse debemus. Libro secundo de verbis Domini. sermone xxvj. Quandiu homo cernis creaturas, ad te redi, te vide, te inspice, te discute. Libro de spiritu & anima. Sicut scriptum est, Fecit Deus hominem de limo terræ, spirauítque in faciem eius spiraculum vitæ, dans ei sensum & intelle-

Sensu præstant homini multa animantia.

Ca.14.& 15. Tom.III.

B ctum, vt per sensum lutum sibi sociatum viuificaret, & per intellectum regeret: & vt per intellectum intus ingrederetur & contemplaretur Dei sapientiam, & per sensum foras egrederetur & contemplaretur opera sapientię, intellectu intus illustrauit, sensu foris decorauit, vt in vtroque refectionem inueniret, intus ad fœlicitatem, foris ad iucunditatem. Sed quia bona exteriora diu stare non possunt, iussus est homo ab exterioribus ad interiora redire: & ab interioribus ad superiora ascendere. Tantæ siquidem dignitatis est humana conditio, vt nullum bonum præter supremum ei sufficere possit. Plenum fuit miraculo quod tam diuersa & tam diuisa ad inuicem potuerunt coniungi. Nec minus mirabile fuit, quod limo nostro Deus seipsum cōiunxit, vt si-

Dignitas cōditionis humanæ.

Exinanitio Christi.

C bi inuicem vnirentur Deus & limus, tanta sublimitas, & tanta vilitas. Nihil Deo sublimius, nihil limo vilius. Mirabilis fuit coniunctio prima, mirabilis & secunda, nec minus mirabilis erit & tertia, cum homo angelus & Deus, vnus erunt spiritus. Eodem nanque bono bonus est homo quo bonus est Angelus: Eodémque bono vterque est beatus, si tamen ambo idipsum eadem voluntate eodémque spiritu cupiūt. Si enim tam disparem naturam carnis & animæ ad vnam fœderationē, atque amicitiam Deus coniungere potuit, nequaquam erit ei impossibile rationalem spiritū, qui vsque ad consortium terreni corporis humiliatus est, cum eodem corpore glorificato, vt sit ei gloriæ quod fuit sarcinæ, ad consortium beatorum spirituum qui in sua puritate perstiterūt,

D exaltare, atque ad suæ gloriæ participationem sublimare. Ad hoc siquidem sola charitate nulla necessitate illum creauit altissimus, vt suæ beatitudinis participem faceret. Si ergo tantum gaudium & tanta lætitia est in vita ista temporali, quæ constat ex præsentia spiritus in corpore corruptibili, quanta lætitia & quantum gaudium erit vita æterna, quæ constat ex pręsentia Diuinitatis in spiritu rationali? Subiiciatur ergo corpus animo, animus Deo, & vnus spiritus erit cū Deo: ita tamen si in humilitate permanserit, & gratiam sui creatoris per quam glorificandus est agnouerit. Ex carne & anima constat homo, & vtrunque bonum suum habet in quo gaudet

& exultat. Bonum animæ Deus est, cum affluentia dulcedinis suæ. Sed mundus iste exterior est, Deus autem interior. Nihil enim est eo interius, nihil eo præsentius. Interior est omni re, quia in ipso sunt omnia. Ab hoc ergo mundo ad Deum reuertentes, & quasi ab imo sensum ascendentes per nosmetipsos transire debemus. Ascendere enim ad Deum, est intrare ad semetipsum, & nõ solũ ad se intrare, sed ineffabili quodammodo interius seipsum transire. Qui enim interius intrãs & interius penetrãs seipsum transcendit, ille veraciter ad Deũ ascendit. In eod. lib. Illud siquidẽ nos maximè mouere debet, qđ veteribus sapientibus definitum est. Homo est animal rationale mortale. Hoc genere posito, qđ animal dictum est, additas duas differẽtias videmus: quibus admonendus erat homo, & quò sibi esset redeundum, & vnde fugiendum. Sicut enim progressus animæ vsq; ad mortalia lapsus est: sic regressus eius in rationẽ esse deberet, qua impugnantibus vitiis resistere valeat, vt secundũ naturam suã viuat, & ordinari appetat, sub illo videlicet à quo regi debet, et supra ea quę regere debet. Vno verbo, qđ est rationale, separatur à bestiis: alio, quod est mortale, à Diuinis. Illud nisi retinuerit, bestia erit: hinc nisi se auerterit, ad diuina nõ perueniet. Idcirco vt homo sibi incognitus se cognoscat, magna opus habet consuetudine recedendi à sensibus, vt animum ad se colligat, & in seipso retineat. His siquidem sensibus impeditur anima, ne cernere semetipsam valeat, vt creatorẽ suum quẽ sola & simplex sine istis oculis intueri debet. Anima nãque rationalis inter eas res quæ sunt à Deo cõditæ, superat omnia, & ideo proxima est Deo quãdo est pura, eiq; inquantũ charitate cohęserit, intantũ ab eo lumine intelligibili perfusa quodãmodo & illustrata, nõ per corporeos oculos, sed ꝑ ipsius sui principale, id est, per intelligentiam Deum cernit, in quo est perfectissima pulchritudo & beatissima visio, qua visione fit beata. Remoueat ergo à cõsideratione sua omnes notitias, quæ per corporis sensus extrinsecus capiuntur. Quæ nanq; corporalia eorúmq; similitudines, sensus quoque & imaginationes in memoria infixæ cum recordando reminiscuntur, ad exteriorem hominem pertinent, quãquã istis quasi nũtiis anima exteriora percipiat. Mẽs ergo cui nihil seipsa præsentius est, quadã interiori non simulata, si vera præsentia, videat se in se. Nihil enim tam nouit mens, quam id quod sibi præsto est. Nec menti quicquam magis præsto est, quam ipsa sibi. Nam cognoscit viuere, sese meminisse, se intelligere, se velle, cogitare, scire, iudicare. Hęc omnia nouit in se, nec imaginatur, quasi extra se, illa aliquo sensu corporis tetigerit, sicut corporalia quæ tanguntur. Ex quorum cogitationibus nihil sibi affingat, vt tale aliquid se esse putet. Quicquid enim de se remanet, hoc solum ipsa est. Nihil enim tam in mente est quam ipsa mens: nec quanquam sic mentem cognoscit quemadmodum mens. Cum enim quærit mens quid sit mens, profecto nouit quod seipsam quęrit. Neque enim aliunde se quærit quam seipsa. Cum ergo quærentem se nouit, se vtique nouit. Et omne quod nouit, tota nouit, atque ita se totam nouit. Et si parte inuenta non se totam quærat, tamen quia tota se quærit, tota sibi præsto est. Nihil enim seipsa præsentius esse potest. Quod autem de se quęrit quid antea fuerit, vel quid futura sit, vel qualis modo sit quærit, id est, quam similis, vel quam dissimilis Deo, vel quam humilis & deuota, quã pura & quam sancta. Sed quia in istis est corporibus, quę cum amore cogitat, & cum quibus amore assuefacta est, non valet sine imaginibus eorum videre semetipsam, vel esse in seipsa. Nam tanto glutino amoris ei cohæserunt hæc quæ foris sunt corporalia, vt etiam cum absint ista, præsto sint imagines eorum cogitanti. Quapropter secernere eas à se non potest, vt se solam inspiciat & videat. Redeat ergo ad se, & stet in se, nec sicut absentem se quærat, sed velut præsentem curet cernere & discernere, & intentionem voluntatis qua per alia vagabatur, statuat in seipsa, & se cogitet vt seipsam cognoscat & diligat. Ita videbit quod nunquam se non amauerit, nunquam nescierit: sed alia secum amãdo cum eis se cõfudit. In dialogo ad Orosium. Ita suę potestatis creatus est homo, vt ipse sibi esset author, siue ad mortem, siue ad vitam. Si verò necessitati esset subiectus, tunc nec boni operis gloriam haberet, nec mali pœnam, sed esset quasi vnum ex pecoribus. Non potest anima sine Deo bene se regere. libro lxxxiij. quæstionum. Tunc bene regit anima corpus, cum ipsa regendã se subiicit Deo. Cum autẽ transgreditur præcepta eius, laboribus & ærumnis per eadem ipsa, quæ regere poterat, implicatur. Qui ergo viuit ex corpore, carnalis homo vel aliàs dicitur carnalis, quia carnalia sectatur: animalis autem, quia fertur dissoluta lasciuia animæ suæ, quam non regit spiritus, neque coërcet inter metas naturalis ordinis, quia ipse se non subdit regendũ Deo. Qui autem animam spiritu regit, & per animam corpus, quod facere non potest nisi habeat Deũ & ipse rectorem, quoniam sicut caput mulieris vir, ita caput viri Christus, vocatur spiritualis: quæ vita cum aliqua molestia nunc agitur, post autem nullam patietur. Non tamen potest æquari Deo. libro soliloquiorum ad Deum, capite secundo. Miser ergo quando poterit mea obliquitas tuæ rectitudini adæquari? Tu Domine diligis solitudinem, ego multitudinem: tu silentium, ego clamorem: tu veritatem, ego vanitatem: tu munditiam, ego immunditiam sequor. Quid plura Domine? Tu verè bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu summus, ego miser: tu iustus, ego iniustus: tu lux, ego cæcus: tu vita, ego mortuus: tu medicina, ego ęger: tu gaudium, ego tristitia: tu summa veritas, ego vniuersa vanitas, vt omnis homo viuens. Heu quid igitur ô creator dicam, aut quid ô creator faciam? creatura tua sum, iam ad nihilum redigor. Plasma tuum sum: quia manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Manus, inquam, illæ quæ clauis affixæ

Cap. 31.

Animæ dignitas.

affixæ sunt pro me. Opus manuum tuarum ne despicias. Ecce in manibus tuis descripsisti me, lege ipsam scripturam & salua me. Nec ex hoc perturbat ordinem Diuinũ. lib. de catechizandis rudibus. Quicquid homo fecerit, laudabilem Deum inuenit in factis suis. Si rectè egerit, laudabilem inuenit per iustitiam præmiorum: si peccauerit, laudabilem inueniet per iustitiam suppliciorum. Si peccata confessus ad rectè viuendum redierit, laudabilem inuenit per misericordiam indulgentiarum. Cur igitur nõ faceret Deus hominem, quamuis eum peccaturum agnosceret, cum & stantem coronaret, & cadentem ordinaret, & surgẽtem adiuuaret, semper & vbique gloriosus bonitate, iustitia, clementia: maximè quia illos præsciebat de propagine mortalitatis eius futuros sanctos, qui non sibi quærerent, sed Deo gloriam darent, & eum colendo ab omni corruptione liberati, cum Angelis sanctis semper viuere & beatè viuere mererentur? Vnde à Deo indiget adiuuari. lib. viij. super Gen. Quia Deus est incommutabile bonum, homo autem & secundum corpus, & secundum animam, mutabilis res est, ideo nisi ad incommutabile bonum, quod est Deus, conuersus substiterit, formari vt iustus beatúsque sit, nõ potest. Ac per hoc Deus idem qui creat hominem, ipse operatur vt & homo bonus beatúsque sit. Lib. 50. Homil. Homilia xxviij. Si iustus est homo, gratia Dei est. Quid enim est homo, nisi quod memor es eius? Vis videre quid sit homo? Omnis homo mẽdax. Homo ergo si vult esse aliquid boni, non sit de suo. Si de suo esse voluerit, mendax erit: si verax esse voluerit, de Deo non de suo erit. Libr. de vera innocentia. Creaturæ rationalis vel intellectualis bonum, quo beata sit, non est nisi Deus: quod ei non ex seipsa est, quia ex nihilo creata est. Hoc enim adepto fit beata, quo amisso, fit misera. Eodem libr. Quam excellens bonum sit humana natura, hoc maximè apparet, quod datũ ipsi sit, vt frui possit & incõmutabilis boni adhærere naturę. Quod si noluerit, bono se priuat, & hoc ei malum est. Vnde per iustitiam Dei etiã cruciatus consequitur. Quid enim tam iniquũ, quam vt bene sit desertori boni? Aliquãdo amissi superioris boni non sentitur malum, dum habetur quod amatum est inferius bonum. Sed Diuina iustitia est, vt qui volũtate amisit quod amare debuit, amittat cũ dolore quod amauit, & naturarum creator vbique laudetur. Adhuc enim bonum est quod dolet amissum bonum. Nam nisi aliquid bonum remansisset in natura, nullus amissi boni dolor esset in pœna. In eodem lib. Multa bona Deus fecit in homine quæ non facit homo: Nulla vero facit homo, quæ non fecit Deus, vt faciat homo. In eodem libro capite trecentesimo vndecimo. Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quid autẽ habet homo veritatis & iustitiæ, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, vt ex eo quasi guttis quibusdam irrigati, non deficiamus in via. Libro de verbis Apostoli, sermone decimo.

Tom. III. Tom. III. Cap. 41. Tom. III. Cap. 149. Tom. X.

A Deo debemus quod sumus, quod viuimus, quod intelligimus, quod homines sumus, quando bene viximus, quod rectè intelligimus, illi debemus. Nostrum nihil est, nisi peccatum quod habemus. Sed quantum homo teneatur Deo, patet, libro soliloquiorum ad Deum. Da mihi Domine vocem laudis, vt enarrem omnia tua beneficia, quæ mihi à principio contulisti. Ecce enim sum, quia tu creasti me: & quod me creares, & in numero creaturarum tuarum numerares, ab æterno præordinasti, antequam quicquam faceres à principio, antequam extẽderes cœlos, necdum erant abyssi, nõ adhuc terram feceras, nec montes fundaueras, necdum fontes eruperant, antequam hæc omnia faceres, per verbum tuum B me creaturam tuam fore, certissima veritatis tuę prouidentia præuidisti, & esse me creaturã tuam esse voluisti. Et vnde Domine benignissime, Deus altissime, pater misericordissime, creator potẽtissime, & semper mitissime? Quæ mea merita? Quæ mea gratia vt complaceret ante conspectum maiestatis tuæ magnificè creare me? Nihil eram, & de nihilo aliquid me fecisti. Quale autem aliquid? Non stipulam vel ignem, non auem, vel piscem, vel serpentem, vel aliquid ex brutis animalibus, nõ lapidem, vel lignum, non ex eo genere quæ tãtum habent esse, & crescere, vel ex eorum quæ tantum possunt esse & crescere & sentire: Sed super omnia hæc voluisti me esse ex iis, quæ tantum habent esse, quia sum: & ex iis quæ habent esse & crescere, quia sum & cresco: & ex iis quæ sunt, & crescere & sentire possunt, quia sum & cresco & sentio. Et paulominus C parem me creasti Angelis, quia rationem te cognoscendi cum ipsis, à te communem accepi. Paulominus vtique dixi. Nam illi tam fœlicem notitiam iam habent per speciem, ego autem per spem. Illi facie ad faciem, ego per speculum in ęnigmate. Illi plenè, ego autem ex parte. Super primam canonicam Ioan. Homil. viij. Dedit Deus potestatem homini piscium maris, volatilium cœli, & omnium pecorum quæ repunt super terram. Nunquid dixit habeat potestatẽ hominum? Habeat potestatem scilicet naturalẽ piscium, &c. Quia hæc est potestas naturalis hominis quã habet ex quo factus est ad imaginẽ Dei. Factus est autem ad imaginem Dei intellectu in interiori homine, in eo quod intelligit veritatẽ, D diiudicat iustitiã & iniustitiã, nouit à quo factus est, potest intelligere creatorem suum, & laudare: quia habet hanc intelligentiã, qui habet prudentiã. Ideo multi cũ per cupiditatẽ malã detererent in se imaginẽ Dei, clamat eis scriptura. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus nõ est intellectus. Hoc est dicere, præposui te equo & mulo, quia ad imaginẽ Dei te feci, ideo potestatẽ sup illa dedi, quæ nõ habẽt rationalẽ mẽtẽ: Tu autẽ rationali mẽte capis veritatẽ, & intelligis quod supra te est, subdere illi q̃ supra te est, & sub te erũt quibus prępositus es. Quia verò homo p̃ peccatũ deseruit eũ sub quo esse debuit, subditus est eis q̃bus pręesse debuit. verbi gratia. Supra te Deus,

Cap. 7. Tom. IX. Tom. IX.

infra te pecora. Agnosce eum qui supra te est, vt agnoscant te quæ sunt infra te. Ideo cum Daniel agnouisset supra se Deum, agnouerunt illum supra se leones. Et superbia Aegyptiorum domita est ranis & muscis, quia quanto illi erant superbiores, tanto de rebus cōteptibilibus & abiectis fracta est eorum mala ceruix: quia si superiorem contemnis, subderis inferiori. In sermone iiij. de natiuitate Domini. O homo quare tam tibi vilis es, qui es tam pretiosus Deo? Quare sic honoratus à Deo teipsum taliter inhonoras? Quare quæris vnde factus sis, & ad quid factus sis non quæris? Non sic. Tota ista quam vides tibi facta est mundi domus: tibi infusa lux, circunfusas remouet tenebras: tibi est temperata nox: tibi dimensus est dies: tibi cœlum, solis & lunæ stellarúmque vario fulgore radians: tibi terra floribus & nemoribus est depicta: tibi creata est in aëre, in campis, in aquis contenta mirabilis animantiū multitudo. Deus fecit te de terra, vt esses dominus terrenorum: nec tamē terrenum terrestribus sic coæquauit, vt non etiam te cœlestibus honoratum exæquaret. Animā de cœlo, corpus de terra tibi dedit: vt in te nexa cœli terræque concordia, seruaretur. Adhuc tamē quod adiiciat ad honorem tuum excogitat. Sed vt dicit lib. v. de ciuit. Dei. cap. xj. Deus summus & verus cum verbo suo & Spiritu sancto, quæ tria vnum sunt, Deus vnus omnipotens creator & factor omnis animæ & omnis corporis, cuius sunt participatione fœlices quicunque sunt veritate, non vanitate fœlices: qui fecit hominem rationale animal ex anima & corpore: quí eum peccātem nec impunitum esse permisit, nec sine misericordia dereliquit: qui bonis & malis essentiam etiam cum lapidibus, vitam seminalem cum arboribus, vitā sensualem cum irrationabilibus, intellectualem cum solis Angelis dedit, à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: à quo est mensura, numerus & pondus: à quo est quicquid naturaliter est, cuiuscunque generis est, cuiuscunque æstimationis est: à quo sunt semina formarū, formæ seminum, motus seminum atque formarū: qui dedit & carnem originem, pulchritudinem valetudinem, propagationis fœcunditatem, membrorum dispositionem, salutem, concordiam: qui & animæ irrationali dedit memoriam, sensum, & appetitum: Rationali autem insuper mentem, intelligentiam, voluntatem: qui non solum cœlū & terram, nec solum Angelum & hominem, sed nec exigui & contemptibilis animantis viscera, nec auis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partium conuenientia & quadam veluti pace dereliquit, nullo modo est credendus regna hominum eorúmque dominationes & seruitutes, à suæ prudentiæ legibus alienas esse voluisse. Est autem ipse homo instabilis. lib. quæstionum. super Leui. Omnis homo est aduena nascendo, & incola viuendo, & compellitur migrare moriendo. Lib. 50. homil. Dicis longe est iudicium. Quis tibi dixit, quia longe est iudicij dies? Nunquid si longe est dies iudi-

Tom. V.

Prouidentia Dei omnia administrari.

Quæst. 91. Tom. IIII.

Homil. 28. Tom. X.

A cij, lōge est dies tuus? Vnde scis quādo est? Nōne multi sani dormierunt & obduruerunt? Nonne casus nostros nobiscum in hac carne portamus? Nōne fragiliores sumus quam si vitrei essemus? Vitrum enim etsi fragile est, tamē seruatum diu durat, & inuenis calices ab auis & proauis, in quibus bibunt nepotes & pronepotes. Tanta fragilitas custodita est per annos. Nos autem homines etsi sub tantis casibus quotidianis fragiles ambulamus, etsi casus ipsi repentini non accederent, diu tamen viuere non valeremus. Vita humana tota breuis est, ab infantia vsque decrepitam senectutem tota breuis est. Adam si adhuc viueret & hodie moreretur, quid illi vitæ longitudo ꝓfuisset? Huc accedit, quia ipse dies qui quasi naturaliter seruit morbo illecto incertus est:

B quotidie moriuntur homines, & qui viuunt deducunt illos, exequias celebrant, & vitā sibi promittunt. Nemo dicit, Corrigam me, ne cras hoc sim quod iste quem deduxi. Placent vobis verba, ego quæro facta. Ideo in nullo sperandum. libro de catechizandis rudibus. Non in homine spes est ponenda, quia facile ab homine iudicari non potest, quis homo sit iustus. In eodem libro. In bonis hominibus qui te vel præcedunt, vel comitantur ad Deum spem tuam collocare non debes: quia nec in teipso debes quantumcunque profeceris, sed in illo qui te & eos iustificando tales facit. Securus enim es de Deo, quia non mutatur: de homine autem, nemo prudenter securus est. Sed si illos qui nondum iusti sunt amare debemus vt sint, quanto ardentius qui iam

C sunt, amandi sunt? Sed aliud est diligere hominē, aliud spem ponere in homine: tantúmque interest, vt illud Deus iubeat, hoc prohibeat. Super primā canonicā Ioannis. Noli in homine amare errorem, sed hominem: hominem enim Deus fecit, errorem verò ipse homo fecit. Ama illud quod Deus fecit, noli amare quod ipse homo fecit. Cum illud amas, illud tollis: cum illud diligis, illud emendas. Vnde super Psalm. cxv. Si de homine non debet quisque præsumere, vtique nec de seipso, quia homo est. Quia vt dicit ibidem. Si omnis homo mendax, intantum non erūt mendaces, inquantum non erunt homines. Quoniam dij erunt, & filij altissimi. Ad quid autē factus sit homo moraliter. libro iij. de Academicis. Clamat Zeno, hominem natū ad nihil aliud

D esse, quam honestatem: ipsam suo splendore in se animos ducere nullo prorsus commodo extrinsecus posito, & quasi lenocinante mercede: voluptatémque illam Epicuri solis inter se pecoribus esse communem, in quorum societatem & hominem & sapientem trudere nefas est. Spiritualiter verò. libro primo confess. circa princ. Laudare te vult homo aliqua portio creaturæ tuæ. Tu excitas vt laudare te delectet. Quia fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Lib. xiij. eiusdem. Homo renouatus imagine Dei, secundum imaginē eius qui creauit eum, & spiritualis effectus, iudicat omnia, quæ vtique iudicanda sunt, ipse autem à nemi

nemine iudicatur. Quod autem iudicat omnia, hoc est, quod habet potestatem piscium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum, & ferarũ, & omnis terræ, & omnium repentium, quæ repunt super terram. Hoc tantum agit per mentis intellectum, per quem percipit quæ sunt spiritus Dei. Alioquin homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est eis. In dialogo ad Orosium. Omnia in decorem hominis creata sunt, homo in laudem & gloriã cõditoris sui factus est. Sed ideo noluit illum laudare Deus, quia sciebat ipsum cito lapsurum. Lib. ix. super Gen. Quis ita cæcus est mente, vt non cernat quanto terris ornamento sit genus humanum, etiam cum à paucis recte laudabilitérq; viuatur: quantúmque valeat ordo reipublicæ, in cuiusdam pacis terræ vinculum coërcens etiam peccatores? Neque enim tantum deprauati sunt homines, vt non etiam tales pecoribus & volatilibus antecellant: quorum tamen omnium generibus, hanc infirmam mundi partem, pro sui loci sorte decoratam, quem non considerare delectet? Quod homines semper fuerint peiores. in Epist. ad Hesychium. Instant, inquit Apost. tempora periculosa &c. demonstrans, tales homines futuros esse prædixit: quia tanto plures erunt magísque abundabunt, quanto magis propinquatur ad finem. Videmus ergo nunc tales abundare. Sed quid si abundantiores erunt post nos, & omnino abundantissimi, quãdo iam iámque ipse finis instabit qui quandiu aberit ignoratur? Sed qualiter sit conuersandum cum malis. lib. de catechizãdis rudibus. circa finem. Homines bonos imitare, malos tolera, omnes ama: quia nescis quid cras futurus sit, qui hodie malus est. Nec eorum ames iniustitiam, sed ipsos ideo ama, vt apprehendant iustitiam: quia non solum nobis dilectio Dei est præcepta, sed etiam dilectio proximi. Lib. 50. homil. Quis in isto sæculo non patitur aliquem hominem malum? Quando ergo dicis Deo, Libera me Domine ab homine malo, si cum totis precordiis dicis, si intentis oculis, te prius attende: Libera me Domine ab homine malo: Fac respondisse tibi Deum: à quo dicturus es? A Gaio, à Lucio, nescio quo quem pateris. Et respondet tibi, De te nihil mihi dicis. Si ab homine malo liberabo te, prius es liberandus à teipso. Pateris malũ, noli teipsum pati malũ. Videamus si inuenit te, quid tibi faciat alter malus. Tu noli esse malus. Non tibi dominetur auaritia, non te calcet concupiscentia tua, non te trituret ira tua. Isti hostes interiores tui qui sunt? Tu ipse non tibi aliquid facias. Videamus quid tibi faciat vicinus malus, patronus malus, videamus quid tibi faciat. Iustum fidelẽ Christianũ te inueniat. Quid facturus est? Quod Stephano Iudæi fecerunt? Faciendo malum, miserunt ad bonum. Ergo quando oras vt liberet te Deus ab homine malo, attende te. Noli tibi parcere, à te liberet. Quomodo à te te liberet? Dimittendo peccata, donando merita, dando tibi vires pugnandi aduersus concupiscentias tuas, dando

Tom. III. — *Tom. II. Epist. 80.* — *1. Timo. 3.* — *Tom. IIII.* — *Homil. 49. Tom. X.* — *Vt malo liberari est à malo ipso liberari.*

A menti tuæ cœlestem delectationem, qua omnis terrena delectatio superetur. Hæc tibi cum præstat Deus, liberat te à te, & securus expectas in huius sæculi malis tam transitoriis cum eis bonis venturũ Dominũ, quę trãsire non possunt. De bonorũ amicitia vel societate. in Epist. ad Probã. Homines boni in hac vita præstant non parua solatia. Nam si paupertas angit, si luctus mœstificat, si dolor corporis inquietat, si cõtristat exilium, si vlla alia calamitas vexat, adsint boni homines qui non solum gaudere cum gaudentibus, verumetiam flere cum flentibus norunt, & salubriter alloqui sciunt, plurimũ illa aspera leniuntur, releuãtur grauia, superantur aduersa. Sed ille hoc in eis & per eos agit, qui spiritu suo bonos fecit. Econtra si diuitiæ circumfluant, nulla orbitas accidat, adsit sanitas carnis, incolumi habitetur in patria, cohabitent mali homines, in quibus nemo sit cui fides adhibeatur, à quo non dolus, fraus, irę, discordiæ, insidiæ, sustineantur: Nonne illa omnia fiunt amara & dura, nec aliquid lætũ aut dulce est in eis? Ita in quibuslibet rebus humanis nihil est homini amicum sine homine amico. Sed quotusquisq; talis inuenitur, de cuius aĩo & moribus sit in hac vita certa securitas? Nam sicut sibi quisque, nemo alter alteri notus est, nec tamen sibi quisque ita notus est, vt sit de sua crastina cõuersatione securus. Proinde quamuis ex fructibus suis multi cognoscantur, & alij quidem proximos bene viuendo lætificent, alij malè viuendo contristent, tamen propter humanorum animorum ignota & incerta, rectissimè Aposto. admonet, vt non ante tempus quicquam iudicemus, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à Deo.

Tom. II. Epist. 121. — B *Humanum consortium.* — C

Quod quidam homines sunt apti ad aliqua singulariter, alij nihil minus. Lib. xiiij. de ciuitate Dei. cap. xxiiij. Hominum quorundam naturas nouimus multum cæteris dispares, & ipsa raritate mirabiles, nonnulla vt volunt de corpore suo facientium, quæ alij nullo modo possunt, & audita vix credunt. Sunt enim qui & aures moueãt vel singulas, vel simul ambas. Sunt qui totã Cæsariem capite immoto quantum capilli occupãt, deponunt ad frontem reuocántque cum volunt. Sunt qui eorum quæ vorauerint incredibiliter plurima & varia, paulum præcordiis contrectatis, tanquam de sacculo quod placuerit, integerrimum proferunt. Quidam voces auium, pecorúmque, & aliorum quorũlibet hominum sic imitantur atque exprimunt, vt nisi videantur, omnino discerni non possint. Nonnulli ab imo sine pudore vllo ita numerosos pro arbitrio sonitus ædunt, vt ex illa parte etiam cantare videantur. Ipse sum expertus, sudare hominem solere cum vellet. Notum est quosdam flere cum volunt, atq; vbertim lachrymas fundere. Iam illud multò est incredibilius, quod pleriq; fratres memoria recentissima experti sunt. Presbyter fuit quidam nomine Restitutus, in parochia † Calamensis Ecclesiæ, qui quando ei placebat, roga-

Tom. V. — *Affectiones hominũ mirabiles.* — D — *† Aliàs, parœcia.*

batur autē vt hoc faceret, ab eis qui rem mirabilem coram scire cupiebant, ad imitatas quasi lamētantis cuiuslibet hominis voces, ita se auferebat à sensibus, & iacebat simillimus mortuo: vt non solùm vellicantes atque pungentes minimè sentiret, sed aliquando etiam igne vreretur admoto, sine vllo doloris sensu, nisi postmodum ex vulnere: non autem obnitendo, sed non sentiendo non mouere corpus, eo probatur quod tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus: hominum tamen voces si clarius loquerentur, tanquam de longinquo se audisse postea referebat. Cum itaque corpus etiam nunc quibusdā, licet in carne incorruptibili hanc ærumnosam ducentibus vitam, ita plerisque motionibus & affectionibus, extra vsitatum naturæ modū mirabiliter seruiat, quid causæ est vt nō credamus ante inobedientiæ peccatum, corruptionísque suppliciū, ad propagādā prolē sine vlla libidine seruire voluntati humanæ humana membra potuisse? De monstrosis verò hominibus vel gētibus, lib. xvj. eiusd. c. viij. Quæritur, an credendū sit ex filiis Noë, vel potius ex illo vno homine, vnde ipsi extiterunt, propagata quædam monstrosa hominum genera, quæ gentium historia narrat? Sicut perhibentur quidā habere vnū oculum in fronte media: quibusdā plantas versas esse post crura, quibusdam vtriusque sexus esse naturam, & dexteram māmam virilem, sinistram muliebrem, vicibúsque alternis coëundo & gignere & parere: aliis ora non esse, per nares eos tātummodo halitu emisso & suscepto viuere. Alios statura esse cubitales, quos pygmæos à cubito Græci vocent: alibi quinquennes cōcipere fœminas, & octauum à natiuitate annum non excedere. Item ferunt esse gentē, vbi singula crura in pedibus habent: nec poplitem flectunt, & sunt mirabilis celeritatis, quos Sciopodas vocant, quos per æstum in terra iacētes resupini vmbra se pedum protegant. Quosdā sine ceruice oculos habere in humeris, & cætera hominū vel quasi hominum genera, quæ in maritima platea Carthaginis musiuo picta sunt ex libris deprompta velut curiosioris historiæ. Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita atque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur? Sed omnia genera hominū quæ dicuntur esse, credere esse non est necesse. Verum quisquis vspiam nascitur homo, id est, animal rationale mortale, quamlibet nostris inusitatā sensibus gerat corporis formam seu colorem, seu motum, seu sonum, seu quamlibet vim, qualibet parte, qualibet qualitate naturæ, ex illo vno protoplasto originem ducere nullus fidelium dubitauerit. Apparet tamē quid in pluribus natura obtinuerit, & quid sit ipsa raritate mirabile. Qualis autem ratio redditur de monstrosis apud nos hominum partubus, talis de monstrosis quibusdam gētibus reddi potest. Deus enim creatorem omnium, qui vbi & quando creari quid oporteat, vel oportuerit, ipse nouit: sciens vniuersitatis pulchritudinem quarum partium vel similitudine vel diuersitate conte-

Tom. eod.

Vnoculi.

Pygmæi.

Sciopodes siue vmbripedes.

Cynocephali.

A xerat. Sed qui totum inspicere non potest, tanquam deformitate partis offenditur: quoniam cui congruat, & quo referatur, ignorat. Pluribus quam quinis digitis in manibus & pedibus nasci homines nouimus: & hæc leuior est quam illa distantia: sed tamen absit, quod aliquis ita desipiat, vt existimet in numero humanorum digitorum errasse creatorem, quamuis nesciens cur hoc fecerit. Ita & si maior diuersitas oriatur, scit ille quid egerit, cuius opera iustè nemo reprehēdit. Apud Hipponem natus est homo quasi lunatas habens plantas, & in eis binos tantummodo digitos, similes & manus. Si aliqua gens talis esset, illi curiosæ atque mirabili adderetur Historiæ. Num igitur istum propter hoc negabimus ex illo vno qui primus creatus est esse propagatum?

B Androgyni quos etiam hermaphroditos nuncupant, quamuis admodum rari sint, difficile est tamen, vt temporibus desint: in quibus sic vterque sexus apparet, vt ex quo potius debeant accipere nomen, incertum sit: à meliore tamen, hoc est, à masculino, vt appellarentur loquendi consuetudo præualuit. Nam nemo vnquam androgynecas aut hermaphroditas nūcupauit. Ante annos aliquot nostra certè memoria, in Oriente duplex homo natus est superioribus membris, inferioribus simplex. Nam duo erant capita, duo pectora, quatuor manus, venter autem vnus, & pedes duo sicut vni homini: & tandiu vixit, vt multos ad eū videndū fama contraheret. Quis autem omnes cōnumerare posit humanos fœtus longe dissimiles iis, ex quibus eos natos esse certissimū

C est? Sicut ergo hæc ex illo vno homine negari non possunt originem ducere, ita quæcunq; gēs in diuersitatibus corporum ab vsitato naturæ cursu, quem plures & prope omnes tenent, velut exorbitasse traduntur, si de fini illa includūtur vt rationalia animalia sint atque mortalia, ab eodem ipso vno primo patre omnium stirpem trahere confitendum est: si tamen vera sunt, quæ de illarum nationum varietate, & tanta inter se atque nobiscum diuersitate traduntur. Non enim nobis debet videri absurdum, vt quemadmodum in singulis quibusque gentibus, quædam monstrosa sint hominum, ita in vniuerso genere [humano quædam] monstra sint gentium. Quapropter vt istam quæstionem pedetentim cautéque concludam: aut illa quæ talia de

D quibusdam gentibus scripta sunt, omnino nulla sunt, aut si sunt, homines non sunt: aut ex Adam sunt, si homines sunt. Item ibidem. Quia vero & antipodas esse fabulantur, id est, homines à contraria parte terræ, vbi sol oritur, quando occidit nobis, aduersa pedibus nostris calcare vestigia, nulla ratione credendum est. Neque hoc vlla historica cognitione didicisse se affirmant, sed quasi ratiocinanda coniectant, eo quod intra conuexa cœli terra suspensa sit, eundémque locum mundus habeat, & infimum, & medium: & ex hoc opinantur alteram partem terræ, quæ infra est, hominum habitatione carere nō posse. Nec attendunt, etiamsi figura conglobata & rotunda

tunda mundus esse credatur, siue aliqua ratione monstretur: non tamen esse consequens, vt ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra. Deinde etiam si nuda sit terra, neque hoc statim necesse est, vt homines habeat: quando nullo modo scriptura ista mentitur, quæ narratis præteritis facit fidem: eo quod eius prædicta complentur. Nimísque absurdum est, vt dicatur, aliquos homines ex hac in illam partem, Oceani immensitate traiecta nauigare, ac peruenire potuisse: vt etiam illic ex vno primo homine illo, genus institueretur humanum.

HOMICIDIVM. Peccatum grauatur ex interficientis animo. in Epistola ad Macedonium. *Tom.II. Epist.54.* Cum homo ab homine occiditur, multum distat vtrum fiat nocendi cupiditate, vel iniustè aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut à latrone: an vlciscēdi vel obediēdi ordine, sicut à iudice, sicut à carnifice: an euadēdi vel subueniendi necessitate, sic interimitur latro à viatore, hostis à milite. Et aliquando qui causa mortis fuit, potius in culpa fuit, quam ille qui occidit: velut si quisquam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat: nec tamē omnis qui causa alienæ mortis est, reus est. Quid si enim quisquam stuprum petat, seséque si non impetrauerit interimat? Quid si filius timens patris pia verbera præcipitio pereat? Quid si alius homine liberato, vel ne alius liberetur, sibiipse mortē inferat? Num propter istas alienarum mortiū causas, aut sceleri consentiendum est, aut vindicta peccati quæ non fit nocendi sed corrigendi studio, etiam paterna tollenda, aut opera misericordiæ cohibenda sunt. Hæc cum accidunt debemus eis humanum dolorem, non propter illa ne accidant, ratione factorum reprimere voluntatem. In Epistola ad Publicolam, de casuali homicidio. *Tom.II. Epist.154.* Nō est reus mortis alienæ, qui cum suæ possessioni murum circunduxerit, aliquis ex ipsius ruinis percussus intereat. Neque enim reus est Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat, aut ideo non debent Christiani boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis. Aut verò quoniā Paulus Apostolus satis egit vt in tribuni notitiā perferretur, insidias sibi à quibusdam perditis præparari, & ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorū, suum crimen agnosceret. Absit vt ea quæ propter bonū ac licitum facimus, aut habemus, si quid per hæc præter nostram volūtatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica & agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se, vel alterum interimat. Nec arbor aut restis, ne quis se inde suspendat. Nec fenestra facienda est, ne per hanc se quisque præcipitet. Quid plura horum commemorem, cum ea commemorando finire non possim? Quid enim est in vsu hominum bono ac licito, vnde non possit etiam pernicies irrigari? De iusto iudicio nota ibi- *Suprà.*

A dem. De occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi fortè sit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi etiam ipse est, accepta legitima potestate si eius congruit personæ. Qui verò repelluntur aliquo terrore ne malè faciant, etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Libro primo de libero arbitrio. *Cap.4. Tom.I.* Si homicidium est hominem occidere, potest accidere aliquando sine peccato. *25.q.5.cap. homicidiū.* Nam & miles hostem, & iudex vel ministri eius nocentem, & cui fortè inuito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cum hominem occidunt. De iis qui occidunt vel occidi faciunt iniustè. super Ioannem. *Tract.119. Tom.IX.* Plus peccat qui potestati innocentem occi-

B dendum liuore tradit, quam potestas ipsa si cum timore alterius potestatis occidit. Ibidem. Nec timendo quidem, præsertim innocentem *Infrà.* homo hominem debet occidere, sed tamen id zelando facere multo maius malum est, quam timendo. Non est homicidium etiam timore mortis perpetrandum. libro primo de libero arbitrio. *Cap.4. Tom.I.* Si quis metuens ne quid mali ei accidat, hominem occiderit, homicida erit: non tamen hoc cupiditatis dominatu caret. Nam qui metuens hominem occidit, cupit vtique sine metu viuere. Fit homicidium prauo consilio. super Ioannem, sermone xl. Noli putare te non esse homicidam, quando facta tua mala persuades. Si fratri tuo mala persuades, occidis.

C HONESTAS. Quid dicatur honestum. *Quæst.30. Tom.IIII.* Libro lxxxiij. quæstionum. Honestum dicitur, quod per seipsum expetendum est: vtile autem, quod ad aliud aliquid referendum est. Cuncta nostra debent esse honesta, *Apud D. Cyprianum.* lib. de singul. clericorum. Totum quicquid agimus honestum esse potest, si semper in nobis signa honestatis luceant. Non enim bene succedit quicquid agitur passim, & sanctum nō est, quod geritur sanctum, nisi sanctè quod sanctum est peragatur: sicut Salomon asserit dicens. Qui custodierint iuste iusta iustificabuntur. *Sap.6.* Synceriter ergo synceritas ipsa seruanda est, & omne quod voti est etiam in actu signandū est, ne nota aliud commendēt, & aliud actus insinuent. Vndique probanda est institutio voluntatis, & vndique consummandus est cursus vniuscuiusq; certami

D nis, ne minus sit aliquid ad triumphum, si nō plenius dimicetur. Sic, inquit Apost. Paulus, currite vt comprehendatis. *1.Cor.9.* Plenitudo ergo est sanctitatis & palma perfecta, vt ex omni parte non habeat secū quod recuset, ne quod profitetur odisse, tenendo videatur amare. Qualis honestus esse debeat, libro ad sacras virgines. In honestatis proposito militare volētem ignauum somnolentum atque temulentū scimus esse non debere. Quoniam ab his tribus vitiis nisi quis fuerit alienus, securus nunquam potest esse vel tutus, imo & periculis omnibus, & ipsi etiam morti erit is semper obnoxius. Fortitudo enim inimicum opprimit, vigilantia conantibus insidias obsist

obsistit:sobrietas preparatum cor hominis facit.

Cat.16. Tom.IIII. Isai.40.

HONOR. Quid sint honores sæculi.lib. de catechizãdis rudibus.Quid sunt honores sæculi nisi typhus & vanitas, & ruinæ periculum? quia sic scriptura sancta dicit. Omnis caro fœnũ, & claritas hominis vt flos fœni. Fœnum aruit, flos cecidit, verbum autem domini manet in æternum. Ideo qui veram fœlicitatem desiderat, debet tollere spem suam de rebus mortalibus & prætereuntibus, & eam collocare in verbo Domini, vt hærens ei quod manet in æternum, ipse etiam cum illo maneat in æternum. Lib.v.de ciuitate Dei.cap.xvij. Tolle iactantiam, & omnes homines quid sunt nisi homines? Quod si peruersitas sæculi admitteret, vt honoratiores essent quiq; meliores: nec sic pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius est ponderis fumus. Sed vtamur etiam in iis rebus beneficio Domini Dei nostri. Quid sunt honores. in Epist. ad Maximinũ. Transit honor sæculi huius, transit ambitio. In futuro Christi iudicio nec absidæ gradatæ, nec cathedrę velatę, nec sanctimonialiũ occursantiũ atq; cantantiũ greges adhibebũtur ad defensionẽ, vbi cœperit cõscientia accusare, & cõsciẽtiarũ arbiter iudicare. Quę hîc honorãt, ibi onerãt: quæ hîc velãt, ibi reuelãt: quæ hîc releuãt, ibi grauãt. Appeti nõ debet honor, lib.50.Homi.Ho.xiij. Honor quęrere te debet, non ipsum tu. Tamen vt dicit, super Psal.cxix. Nũquid dicimus honorate nos? Honorate Christũ. Nos nolumus honorari, sed illum. Propterea lib.iij.de verb.Domini, sermone xvj. Qui honorem vobis deferunt, nouimus quod meliores esse vos iudicant, quam ipsi sint. Sed quantum vos illi honorant, tantum & vos mutuam honorificẽtiam eis præsentare debetis. Si enim est in vobis sanctitas, timete, ne per superbiam perdatis eam. Libr.lxxxiij.quæst. Vbi fuerint carnalium voluptatum illecebræ superatæ, cauendum est ne surrepat atque succedat cupiditas placendi hominibus: aut per aliqua mirabilia, aut per difficilem continentiam siue patientiam: aut per aliquam largitionem, aut nomine scientiæ vel eloquentiæ. In eo genere est & cupiditas honoris: contra quæ omnia proferantur ea, quæ scripta sunt de laude charitatis, & de inanitate iactantiæ, doceatúrque quã sit pudendum eis placere, quos nolis imitari. Aut enim boni nõ sunt, & nihil magnum est à malis laudari: Aut boni sunt, & eos oportet imitari. Sed qui boni sunt, virtute boni sunt: virtus autem non appetit quod in aliorum hominum potestate est. Qui ergo imitatur bonos, nullius hominis appetit laudem: qui vero malos, non est dignus laude. Si autem placere hominibus ideo vis, vt eis prosis ad diligendum Deum: non iam hoc, sed aliud cupis. Qui autem placere cupit, necessariũ habet timorem. Primùm ne occultè peccando inter hypocritas computetur à Domino. Deinde si benefactis placere appetit, ne hanc mercedem aucupans perdat quod daturus est Deus. Sed deuicta cupiditate cauenda superbia est, ne plenum se

Tom.V.

Tom.II. Epist.203.

Ser. ord.53. Tom.X.

Quæst.36. Tom.IIII.

Timor in iis

A virtutis putet. Adhuc itaque necessarius est timor, ne illud etiam quod videtur habere, auferatur ab eo: & manibus & pedibus ligatus, mittatur in tenebras exteriores. Quapropter Dei timor non solum inchoat, sed etiã perficit sapientiam in illo, qui summè diligit Deum & proximum tanquam seipsum.

HORA. Pro hora intelligitur totum tẽpus huius militantis Ecclesiæ. lib.iij.de doctrina Christiana. Illa hora, qui erit in tecto, & vasa eius in domo, non descendat tollere illa. Et qui in agro similiter, non reuertatur retro: meminerit vxoris Loth. Nũquid cum Dominus fuerit reuelatus, tunc sunt ista seruanda, ne quis retro respiciat, id est, vitã præteritam cui renuntiauit inquirat: & non potius isto tempore, vt cum Dominus fuerit reuelatus retributionem pro eis quæ quisque seruauit vel contempsit inueniat? Et tamen quia dictũ est. In illa hora: tunc putantur ista seruanda, cum fuerit Dominus reuelatus: nisi ad intelligendam recapitulationem sensus legentis inuigilet, adiuuãte alia scriptura, quę ipsorum Apostolorum adhuc tempore clamauit. Filij hora nouissima est. Tempus ergo ipsum quo Euangelium prædicatur quousque Dominus reueletur, hora est in qua oportet ista seruari, quia & ipsa reuelatio Domini ad eandem horam pertinet, quæ die iudicij terminetur.

In Epistola ad Hesychiũ. Beatus Ioannes Euãgelista non dixit, Nouissimum tẽpus est, aut nouissimus annus, aut mensis, aut dies: sed nouissima hora est. Ecce ista hora quam longa est: nec C tamen est ille mentitus, sed vtique intelligẽdum est horam pro tempore posuisse. Habet quilibet horam suæ mortis, lib.50.Homil. Vnusquisque habet horam suam, quando vel viam vel vitam finiat. Via vita est ista dicta. Finisti istam vitam, finisti viam. Sed de Christo, dicit libr.ij. de diuersis inquisitionibus ad Ianu. Qui est ante tempora, & per quem facta sunt tempora, & qui venit in plenitudine temporum, & qui potestatem habebat ponendi animam suam & iterum sumendi eam, nõ fatalem, sed opportunam sacramento, quod commendare instituerat, horã expectabat cum diceret, Nondum venit hora mea.

HOSPITALITAS. Consulitur libr.iij. de verb.Domini, sermone ix. Cogimur loqui vobis quod non debuimus. Inuenire enim in vobis quod laudaremus, non quęre D re quod admoneremus. Ecce breuiter dico. Agnoscite hospitalitatem: per hanc peruẽtum est ad Deum. Suscipis hospitem, cuius tu comes es in via: quia omnes peregrini sumus. Ipse est Christianus qui in domo sua, & in patria sua, peregrinum se esse cognoscit. Patria nostra sursum est: ibi hospites non erimus. Nam vnusquisque hîc & in domo sua, hospes est: sed non est hospes, nisi inde transeat: si transiturus est, hospes est. Non se fallat, velit nolit, hospes est. Si dimittit illam domum filiis suis, hospes hospitibus. Quare & in stabulo si esses, non alio veniẽte discederes? Hoc facis & in domo tua. Cessit tibi locũ pater tuus: cessurus

cessurus es locum filiis tuis: nec mãsurus manes, nec mansuris relinques. Si omnes transimus, aliquid quod transire nõ potest operemur: vt cum transierimus, & in illo veniemus, vnde nõ transeamus, opera nostra bona ibi inueniamus. Custos est Christus quid times ne perdas quod erogas? Fit nanque x. libr. contra quinque genera hæresum. Discite Christiani sine discretione exhibere hospitalitatem, ne fortè cui domũ clauseritis, cui humanitatẽ negaueritis, ipse sit Deus. Hoc dicit de Loth qui suscepit Angelos. Vnde lib. ij. de quæstionibus Euangeliorum, quæstione lj. Quid significat quod se ire longius finxit Dominus, cum comitaretur discipulos suos, exponens eis sanctas scripturas, vtrum ipse esset, ignorantes? quid putamus, nisi quia hospitalitatis officio ad suam cognitionem peruenire posse homines intimauit, vt cum longius ipse ab hominibus abscesserit super omnes cœlos, ita tamẽ cũ eis sit qui exhibent seruis eius, vt cũ dicere cœperint, Domine quando te vidimus hospitem & te collegimus: tanquam eum, scilicet qui longe abscesserat, respondeat ille, cum vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Ibidem. Tene hospitem si vis agnoscere saluatorem: quod tulerat discipulis infidelitas, reddidit hospitalitas. Vnde plus prodest facienti. super Psalmum ciij. sermone iij. Cum quisque sanctum suscipit, non suscepto sed susceptori præstatur. Ideo reprehenditur cõtra faciens. in sermone ij. de quadragesi. Quid dicturi sumus, vel quã excusationem habere poterimus fratres, qui amplas & spatiosas domos habemus, vix aliquando dignamur accipere peregrinum, ignorantes imo non credentes, quod in peregrinis Christus excipitur? Sicut ipse dixit, Hospes fui & collegistis me. Laboriosum & fastidiosum nobis est, in pauperibus recipere Christum in patria nostra? Timeo ne nobis vicem reddat ne recipiat nos in beatitudine sua. Contemnimus illum in mundo, timeo ne nos ille interim contemnat in cœlo. In tractatu de visione infirmi. sermone primo. Hospitem Deũ habes, hospitium acceptum fac hospiti tanto: & tunc securus dices hospiti tuo, vt in eundo deducat te, & in conducendo perducat te, & in perducendo hospitetur te. Dico tibi si gratum sibi exhibueris hospitium tuum, gratum & gratius exhibebit tibi suum. O quam beatus eris, si hospes Dei fueris, si in ciuitate sua, cœlesti scilicet Hierusalem, mansionem acceperis: si Deus in die aliqua tibi gratias agens, dixerit. Hospes fui & collegisti me: & quandiu vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Veni benedicte patris mei, percipe regnum. Errau eram equidem: Non promittit tibi Deus hospitium, promittit tibi regnum. Regnabis cum Christo, eris hæres Dei, cohæres autem Christi.

HVMANITAS. Adoratur humanitas Christi & caro, quia Diuinitati vnita. Libro tertio de verbis Domini, sermone vigesimoprimo. Ego Dominicam carnem

A imo perfectam in Christo humanitatem propterea adoro, quia à Diuinitate suscepta, atque Diuinitati vnita est: non vt alium atque alium, sed vnum eundémque Deum & hominem Dei filium confitear. Denique si hominem separaueris à Deo, vt Photinus vel Paulus Samosatenus, illi ego nunquam credo nec seruio. Velut si quis nostrum aut purpuram, aut diadema regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? cum verò ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea simul cum rege adorare quis cõtempserit. Ita etiã in Christo Domino humanitatem non solam vt nudam, sed Diuinitati suæ vnitam vnum Dei filium, Deum verum, & hominem verum si quis adorare contempserit, æternæ pœnam mortis patietur.

B HVMILITAS. Libro primo de verbis Domini, sermone decimo. Non dixit Christus, Discite à me mundum fabricare, cuncta visibilia & inuisibilia creare, in ipso mundo miracula facere & mortuos suscitare, non hoc dixit: sed quia mitis sum & humilis corde. Magister esse vis, à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantam quisque vult & disponit superimponere molem ædificij, & quanto erit maius ædificium, tanto altius fodit fundamẽtum. Ergo & fabrica ante celsitudinem humiliatur, & fastigium post humilitatem erigitur. Peruenturum est autem cacumen ædificij nostri vsque ad conspectum Dei. Sed quia magnum fastigium est, de fundamento C cogita, & eum disce ab illo, qui mitis est & humilis corde. Hoc in te fodi fundamentum humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis. Eam Christus docet. Libro tertio eiusdem, sermone primo. Magister noster filius Dei per quem facta sunt omnia, sapientia Dei vocat humanum genus, & dicit, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Putabas fortè dicturam sapientiam Dei, Discite quomodo cœlos feci & astra. Omnia in me etiam antequam fierẽt numerata erãt, quomodo in virtute rationum incommutabilium etiam capilli vestri numerati sunt. Hoc putabas talia esse dicturum. Non. Sed prius illud, Quoniã mitis sum & humilis corde. Ecce quod capiatis, videte fratres, certè paruum est. Ad magna nos tendimus, parua capiamus, & magni erimus. Vis capere celsitudinem Dei, cape prius D humilitatem Dei. Dignare esse humilis propter te, quia Deus dignatus est humilis esse propter te, non propter se. Cape ergo humilitatem Christi. Disce esse humilis, noli superbire. Confitere infirmitatem tuam, iace patienter ante medicum. Cum cœperis humilitatem eius, surgis cum illo: non quasi & ipse surgat secundum quod verbum est, sed tu potius vt magis ac magis à te capiatur. Intelligebas primo titubanter atque hæsitanter, intelligis postea certius & clarius. Non ille crescit, sed tu proficis, & quasi tecum videtur surgere. Sic est, fratres, credite præceptis Dei,

&

& facite illa, & donabit vobis robur intelligentiæ. Non præſumatis & quaſi anteponatis ſcientiam præcepto Dei, ne inferiores non ſolidiores remaneatis. Arborem attendite. Petit ima prius, vt ſurſum excreſcat. Figit radicem in humili vt verticem tendat ad cœlum. Nunquid nititur niſi ab humilitate tua? Item ſine charitate, ſine humilitate vis excelſa comprehendere, ſine radice auras petis. Ruina eſt iſta, non incrementum. Habitante Chriſto per fidem in cordibus noſtris, in charitate radicamini atque fundamini, & impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Homil.34. Tom.X. Libro quinquageſimo Homiliar. Si non dedit Dominus quibuſdam mortuos ſuſcitare, nec quibuſdam dedit diſputare. Omnibus tamen dixit, Diſcite à me quia mitis, &c. Ergo tota medicina noſtra eſt iſta. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Quid prodeſt ſi miracula quis faciat, & ſit ſuperbus, non ſit mitis & humilis corde? Nõne in numero deputabitur eorum, qui dicturi ſunt, In nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo eiecimus dæmonia, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et audient. Non noui vos, re. à me. oper. iniquitatis. Mat.5.

Tom.eod. Libro de verbis Apoſtoli, ſermo. duodecimo. Super illud. Diſcite à me. Quid diſcimus à te? Nouimus te Domine, in principio verbum Deum apud Deum. Omnia per te facta ſunt quæ videmus & quæ non videmus. Quid diſcimus? Non enim alium mundum diſcipuli tui tanquam diſcipuli artificis & fabricatoris cõdituri ſumus: vnum mundum condidiſti, cœlum & terram feciſti, vtrunque ſuis creaturis ornamentiſque illuſtraſti. Ideo quid à te diſcimus? Diſcitis à me, inquit, cum eſſem in principio Deus apud Deum creaui vos? Hoc nolo diſcatis à me, ſed factus ſum quod feci, ne perirent quæ feci. Vnde factus ſum quod feci? Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & habitu inuentus eſt vt homo. Ecce in patris æqualitate, natus eſt de patre. Quid tamen fecit propter te? Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & habitu inuentus eſt vt, &c. Ecce propter te Deus factus eſt homo ſine peccato, & non vis te cognoſcere cum peccato, vt venias ad illum qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Mat.11.

Cap.33. Tom.VI. Lib. de ſancta virginitate. Chriſtianis omnibus cuſtodienda eſt humilitas: quoniam Chriſtiani à Chriſto appellantur, cuius Euãngelium nemo diligenter intuetur, qui non eum doctorem humilitatis inueniat, tum maxime eius ſectatores virtutis, & conſeruatores eos eſſe conuenit, qui cum in magno aliquo bono cæteris eminent, vt magnopere curent illud, Quanto maior es, tanto humilia te in omnibus. In eodem, capit. trigeſimoquinto. Non dixit, Diſcite à me mundum fabricare, aut mortuos ſuſcitare, ſed quia mitis ſum & humilis corde. O doctrinam ſalutarem, ò magiſtrum & Dominum mortalium, quibus mors poculo ſuperbiæ propinata atque transfuſa eſt. Noluit dicere quod ip-

A ſe non eſſet, noluit iubere quod ipſe non faceret. Video te, bone Ieſu, oculis fidei, quos aperuiſti mihi, tanquam in concione generis humani clamantem & dicentem. Venite ad me, & diſcite à me. Quid obſecro te, per quem facta ſunt omnia fili Dei, & idem qui factus es inter omnia filius hominis? Quid vt diſcamus à te, venimus ad te? Quoniam ſum mitis, inquit, & humilis corde. Huccine redacti ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi in te, vt hoc, pro magno diſcamus à te, quoniam mitis es & humilis corde? Ita ne magnum eſt eſſe paruulum, vt niſi à te qui tam magnus es fieret diſci omnino non poſſet? Ita planè. Non enim aliter inuenitur requies animæ, niſi inquieto digeſto tumore, quo magna ſibi erat, quando tibi ſana non erat.

B Audiant te, & veniant ad te, & mites atque humiles eſſe diſcant à te qui miſericordiam & veritatem tuam requirunt tibi viuendo, non ſibi. Audiat hoc homo laborans & oneratus qui ſarcina premitur, vt oculos ad cœlum leuare non audeat, percutiẽs pectus ille peccator & propinquans de longinquo. Audiat Centurio non dignus, vt eius tectum ſubintres. Audiat Zachæus maior publicanorũ, quadruplum reſtituens lucra damnabilium peccatorum. Audiat mulier in ciuitate peccatrix, tanto lacrhymoſior pedibus tuis, quãto fuerat aliena veſtigiis tuis. Audiant meretrices & publicani, qui Scribas & Phariſæos præcedunt in regnum cœlorum. Audiat omne genus ægrotorum, cum quibus tibi pro crimine ſunt obie-
C cta conuiuia, videlicet quaſi à ſanis ſibi, ſed non tibi, qui te medicum non requirebant, cum tu non veneris vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Omnes hi cum conuertuntur ad te, facile miteſcunt & humiliantur coram te, memores iniquiſsimæ vitæ ſuæ, & indulgentiſsimæ miſericordiæ tuæ, quia vbi abundauit peccatum ſuperabundat & gratia. In eodem, capite trigeſimo ſeptimo. Non te anima Chriſtiana, vt diſcas humilitatem, ad publicanos & peccatores mitto, qui tamen in regnum cœlorum præcedunt ſuperbos, ſed ad regem cœli te mitto: ad eum per quem creati ſunt homines, & qui creatus eſt inter homines, propter homines: Ad ſpecioſum præ filiis hominum, propter filios hominum: Ad eum qui domina-
D tur Angelis immortalibus: quem certè humilem charitas non iniquitas facit. De cuius humilitate ſuper Ioannem, tractatu quinquageſimo quinto. Cũ pater omnia dediſſet Chriſto filio in manus, diſcipulorum non manus, ſed pedes lauit. Et cum ſe ſciret à Deo exiſſe, & ad Deum pergere, nõ Dei Domini, ſed hominis ſerui impleuit officium. Et ad maximum cumulum humilitatis eius accedit, quod traditoris ſui non dedignatus eſt pedes lauare, cuius manus præuidebat in ſcelere. Quid autem mirum ſi ſurrexit à cœna & depoſuit veſtimenta ſua, qui cum in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit

naniuit? Et quid mirũ si præcinxit se linteo, qui formam serui accipiens habitu inuentus est vt homo? Quid mirum si misit aquã in peluim, vt lauaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? Quid mirũ si linteo quo erat præcinctus pedes quos lauerat tersit, qui carne qua erat indutus, Euangelistarum vestigia confirmauit? Et linteo quidem vt se præcingeret, posuit vestimenta quæ habebat: vt autem formam serui acciperet quando semetipsum exinaniuit, nõ quod habebat deposuit, sed quod non habebat accepit. Crucifigendus sane suis expoliatus est vestimentis, & mortuus inuolutus est linteis: & tota illa eius passio, nostra est purgatio. Passurus igitur exitia præmisit obsequia: non solum eis pro quibus erat subiturus mortem, sed etiam illi qui eũ fuerat traditurus ad mortem. Tanta est quippe humanæ humilitatis vtilitas, vt eam suo commẽdaret exemplo etiam diuina sublimitas: quia homo superbus in æternum periret, nisi illum Deus humilis inueniret. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Perierat autem superbiam deceptoris sequutus, ergo humilitatem redemptoris sequatur inuentus.

In eodem, sermone lviij. Didicimus fratres humilitatem ab excelso: faciamus inuicem humiles, quia humiliter fecit excelsus. Magna est hæc commendatio humilitatis, & faciunt hoc sibi inuicem fratres, etiam opere ipso visibili, cũ se inuicem hospitio suscipiũt: Est enim apud plerosque consuetudo huius humilitatis, vsque ad factum quod cernatur expressa. Vnde Apostolus cum bene meritam viduam commendaret: Si hospitio, inquit, recepit, si sanctorum pedes lauit. Et apud sanctos vbicunque hæc consuetudo non est, quod manu non faciunt, corde non faciunt, si in illorum numero sunt quibus dicitur in Hymno beatorum trium virorum, Benedicite sancti & humiles corde Domino. Multo est autem melius & sine controuersia verius, vt etiam manibus fiat: nec dedignetur qđ fecit Christus, facere Christianus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus, & in corde ipso vel excitatur, vel si iam inerat, confirmatur ipsius humilitatis affectus. In eodem, tract. cxix. Christi humilitate mundamur. Quia nisi humiliasset semetipsum factus obediens vsque ad mortem crucis, non vtique sanguis eius in peccatorum remissionẽ, hoc est in nostrã mundationem fuisset effusus. Vnde in eodem, tract. iij. Expauescebas calicem passionis bibere: bibit ille quod tibi dabat: prior passus est vt te cõsolaretur, tanquam diceret, Quod times pati pro te, prior patior pro te. Hæc est gratia, & magna gratia. Quis dignè illam collaudet? De humilitate Christi loquor. In explicando vt quoquomodo humilitatẽ Christi loquamur non sufficimus, imo deficimus. Totum cogitantibus committimus, non audientibus adimplemus. Ideo libro iij. de verbis Domini. Comprehensus est Christus, cæsus, crucifixus, & occisus. Ista est via. Ambula per humilitatem, vt per-

A uenias ad æternitatem. Deus Christus patria est, quo imus, homo Christus via est qua imus: Ad illum imus, per illum imus. Quid timemus ne erremus? Non recessit à patre, & venit ad nos: vbera sugebat, & mundum continebat: In præsepe manebat, & Angelos pascebat, Deus & homo. Idem homo qui Deus, Idem Deus qui homo.

Super Ioannẽ, tract. vj. Doctor humilitatis venit non facere voluntatem eius qui misit eum. Veniamus ergo & nos ad eum, nec faciamus voluntatem nostram, sed voluntatem Dei. Libr. iij. contra epistolam Parmeniani. Dominus noster Iesus Christus ad docendum humilitatis viã, vsque ad mortem crucis humiliari dignatus est, *Tom. VII.*

B vt tantæ humilitatis exemplo, discerent homines expurgare vetus fermentũ, & quicquid in eis superbiæ de veteri homine remansisset. Super Psal. liiij. Deus humilis est, erubescat homo esse superbus. Super Psal. lxxxviij. sermone j. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. Humiliasti te, humiliatus est superbus. Superbus enim per superbiam superbos tenebat: humiliatus est magnus, credens autem in eum factus est paruus. Dum nutritur paruus exemplo magno facti parui, perdidit diabolus quod tenebat. Dato tantæ humilitatis exemplo, didicerunt homines damnare superbiam suam, imitari humilitatem Christi. *Tom. VIII.* Vtilis est humilitas, quia Deum nobis inclinat. in sermone de ascensione Domini. Videte fratres magnum miraculum. Altus est Deus, erigis te, & fugit à te: humilias te, & descendit ad te. *Ser. 2. & ordine serm. de temp. 175. Tom. X.*

C Quare hoc? Quia excelsus est, & humilia respicit vt attollat alta, id est, superba de lõge cognoscit, vt deprimat. Super Psal. 50. Cor contritum & humi. Deus non spernit. Noscis quia excelsus Deus, si te excelsum feceris longinquabitur à te: si te humiliaueris, appropinquabit ad te. In sermone xvj. de Martyribus. Filij Zebedæi per matrem suam quæsierunt excelsa loca, vt vnus eorũ sederet à dextris Christi, alius à sinistris. Quibus ille ait. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Altitudinem quæritis, per vallem peruenitur ad montem. Sedem quæritis claritatis, prius bibite calicem humilitatis. Vnde propter humilitatem gratiã donat. Super Psal. cxviij. sermone xvij. Superbis Deus resistit, vt obdurentur: humilibus autem dat gratiam, vt diligant obedientiam, & recipiant excellentiam. Super *Psal. 137. Tom. VIII.*

D Psal. lviij. sermone ij. Quod humiliter fit, hoc est acceptum Deo in omnibus operibus: quia humilitas, virtutum sublimitas est. Humilis licet habitu vilis sit, gloriosus tamen est virtutibus apud Deum. Super epistolam ad Galat. Maximè humilitas reuocat vnde nos deiecit: & ipsa humilitas est accommoda percipiẽdæ gratiæ Christi, qui singulare humilitatis exemplum est. *Tom. VIII.*

Ideo libro de sancta virginitate. Cor humiliatũ est locus spiritus sancti, vt in eo quiescat quod impleat, non vnde resiliat, quod erigat, nõ quod deprimat: cum apertissimè dictum sit, Super quẽ requiescit &c. Propterea, eodem lib. Quidam superbus & dolosus Christo dixerat, Domine *Cap. 39. Tom. VI. Isai. 66. Cap. 51.*

T

sequar te quocunque ieris. Cui respondit, Vulpes foueas habēt, & volucres cœli nidos, filius aūt hominis non habet vbi caput reclinet. Arguebat nempe vulpium astutiam dolosam, & nomine volucrum ventosam elationē, in quo vbi requiesceret non inueniebat piam humilitatem. Ac per hoc nusquam omnino sequutus est Dominum, qui sepromiserat &c. Deū etiā in anima cōseruat. ibidem. Deus ipse qui dedit bonum virginale custodit, & Deus charitas est. Charitas ergo est virginitatis custos, locus autē huius custodis humilitas. Ibiquippe habitat qui dixit, Super humilem & quietum & trementem verba sua requiescere spiritūsanctum. Quia vt dicit super Psal. xciij. sermone ij. Super illud, Descendit hic iustificatus &c. Videte fratres, placuit Deo magis humilitas in malis factis, quam superbia in bonis factis. Culpas sanat. super Psalm. xxxv. Superbia lapsi sumus vt ad istam mortalitatem perueniremus: & quia nos superbia vulnerauerat, humilitas facit sanos: venit humilis Deus, vt à tanto superbiæ vulnere curaret hominem.

Cap. eod. sup.

Isai. 66.

Tom. VIII.

Super Psal. cix. De superbis humiles facit Christus. Et audeo dicere magis vtile est capite quassato sic humiliter ambulare, quam capite erecto in iudicium æterne mortis incidere. Mores ornat. libro 50. Homiliarum, homilia xx. Humilitas est magnorum pusillitas: Superbia verò infirmorum magnitudo fallax, quæ vbi mentem possederit, erigendo deiicit, inflando euacuat, distendendo dissipat. Humilis esse non potest nocens, superbus esse non potest innocens. Humilitatem istam loquor, quæ non vult perituris rebus excellere, sed æternum aliquid veraciter cogitat, quo non suis viribus, sed alienis ad vitam perueniat. Hæc malum cuiusquam velle non potest, quo nequaquam bonum eius augetur. Porrò autem superbia continuò parit inuidiam. Quis verò sit inuidus, qui non ei malum velit cuius bono cruciatur? Ergo & inuidia parit consequenter malitiam, vnde procedit & dolus, & adulatio, & detractio, & omne opus malum quod pati nolis ab alio. Pia itaque humilitate seruata, quæ in scripturis sanctis, sancta probatur infantia, securi eritis de immortalitate beatorum. Perfectiones consummat. super epistolā ad Gal. Humilitas est maxima disciplina Christiana. Ipsa enim conseruatur charitas. Nam nihil eam citius violat, quā superbia. Ideo in serm. viij. de Epiph. Si omnipotens Deus causam nostram nimium malā humilitatis priuilegio bonam facit: & ideo destruxit mortem & mortis authorē, quia omnia quæ persequutoris manus intulere nō renuit, sed obediens patri, crudelitatem sæuientium mitissima lenitate tolerauit: quantum nos humiles, quantū nos oportet esse patientes, qui nunquam nisi nostro merito aduersa sustinemus? Quis enim inuenitur immunis à culpa, vt in eo non habeat vel iustitia quod arguat, vel misericordia quod remittat? Vnde tota Christianæ sapientiæ disciplina est, non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ, sed

Tom. X.

Fœcunda malis superbia.

A in vera & in voluntaria humilitate consistit, quam Dominus Iesus Christus ab vtero matris, vsque ad supplicium crucis, pro omni fortitudine elegit & docuit. Propterea vt dicit libr. de sancta virginitate. Fieri potest vt quisque mala vera deuitet, & vera bona in se consideret: & de his patri luminum gratias agat, à quo descendit omne datū optimum, & omne donum perfectū, & tamen elationis vitio reprobetur. Vnde est via ad veritatem & gratiam. in epistola ad Dioscorum. Nulla alia ad capessendam veritatē est via, quam humilitas. Et ea est prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares hoc dicerem, non quod alia non sint præcepta quæ dicantur, sed nisi humilitas omnia quæcunque benefacimus & præcesserit & comitetur & consequuta fuerit, & proposita quam intueamur, & apposita cui adhæreamus, & imposi-

B ta qua reprimamur, iam nobis de aliquo beneficio gaudentibus, totum extorquet de manu superbia: vitia quippe cætera in peccatis, superbia verò & in rectè factis timēda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Itaque sicut rhetor ille nobilissimus, cum interrogatus esset, quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obseruari oportere, pronuntiationem dicitur respondisse: cum quæreretur quid secundo, eandem pronuntiationē: quid tertio, nihil aliud quam pronuntiationem dixisse: ita si interrogares, & quoties interrogares de præceptis Christianæ religionis, nihil me aliud respondere nisi humilitatē liberet, & si forte alia dicere necessitas cogeret. Huic humilitati saluberrimæ quam Dominus noster Iesus Christus, vt doceret humiliatus est: maximè aduersa-

C tur quædam, vt ita dicam, imperitissima scientia, dum nos scire gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras senserit, & cæteri huiusmodi, vt docti eruditique videamur, cū hoc à vera doctrina & eruditione longe absit.

Qualis verò esse debeat. in sermone iij. de dedicatione Ecclesiæ. Humilitas tua plus sit in voluntate, quam in necessitate. Esto humilis in corde, quia quanto te fecit voluntas humilem, tanto te cognoscet sublimem. Super Psal. cxviij. Tunc erit humilitas vera, si non sola ostendatur in lingua: vt simus secūdū Apostolū nō alta sapiētes, sed humilibus consentientes. Non ait colloquentes, sed consentientes: quod non fit ore, sed

D corde. Quid tibi videri prodest hominibus humile esse quod dicis, si Deus videt esse altum quod sapis? Libro de sancta virginitate. Non debet simulare humilitatem sed exhibere. Nam simulatio humilitatis, maior superbia est. Ideo scriptura volens ostendere veracem humilitatem esse oportere, cum dixisset, Quanto maior es, humilia te in omnibus: mox quoque subdidit, Et corā Deo inuenies gratiam: vtique vbi se fallaciter humiliare non posset. Ideo libro de vera innocentia. Vera fidelium humilitas est, in nullo superbire, in nullo murmurare: nec ingratum esse, nec querulum, sed in omnibus Dei iudiciis gratias

tias Deo agere, Deúmque laudare, cuius omnia opera aut iusta sunt, aut benigna. Quia vt dicit in Homilia de pœnitentia. Solus Deus arrogans non est, quantacunque se prædicatione laudauerit. Nō ergo se arbitretur ab oculis Dei abscondi quantacunque superbia. Deus enim cognoscit excelsa. Nec se rursus Deo coniunctam putet, excelsa enim à longè cognoscit. Quisquis pœnitentiæ recusat humilitatem, Deo appropinquare non cogitet. Aliud enim est se leuare ad Deum, aliud leuare se contra Deum. Qui ante illum se proiicit, ab illo erigitur. Qui aduersus illū se erigit, ab illo proiicitur. Alia est soliditas magnitudinis, alia inanitas inflationis: qui foris tumescit, intus tabescit. Est autem humilitas *Tom.V.* magnis maximè necessaria. Libro primo de ciuitate Dei, cap. primo. Scio quibus viribus opus sit, vt persuadeatur superbis, quanta sit virtus humilitatis, qua fit vt omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia, non humano vsurpata fastu, sed Diuina gratia donata celsitudo transcēdat. Super Psal. cxij. Non dedignentur esse *Tom.VIII.* humilia capita excelsorum sub dextera Domini. Quāuis enim collocetur fidelis dispēsator Dominicæ pecuniæ cū principibus populi Dei, quāuis sessurus sit in duodecim sedibus & Angelos quoq; iudicaturus, à terra tamē nos erigit & de stercore, qui seruiebat desideriis & voluptatibus variis. Super Psalm. cxxviij. Deus ita salubriter *Tom.VI.* deiecit elatum, vt erigat humiliatum. Ideo Li*Ibid.*bro de sancta virginitate, capite xxxj. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est: cuique enim periculosa est superbia, quæ amplius amplioribus insidiatur. Hanc sequitur inuidia tanquam filia pedissequa. Eam quippe superbia continuò parit, nec vnquam est sine tali prole atque comite. Quibus duobus malis, hoc est, superbiæ, & inuidiæ, diabolus præest. Itaque contra superbiam inuidentiæ matrem, maxime militat vniuersa disciplina Christiana. Hæc enim docet humilitatem, qua & acquirat & custodiat charitatem: de qua cum dictum esset, Charitas non æmulatur; velut si causam quæreremus vnde fiat vt non æmuletur, continuo subdidit. Non inflatur: tanquā diceret, Ideo non habet inuidiā, *Cap.31.* quia nec superbiam. In eodem. Hi te audiant, quoniā magnus es & humilis corde. Hi quanto magni sunt, tanto humiliant se in omnibus, vt coram te inueniant gratiam. Iusti sunt, sed nunquid sicut tu iustificans impium? Casti sunt, sed eos in peccatis matres eorum vteris aluerunt. Sancti sunt, sed tu etiā sanctus sanctorū. Virgines sunt, sed nati ex virginibus non sunt. Spiritu & carne integri sunt, sed verbum caro factum non sunt. Et tamen discant non ab eis quibus peccata dimittis, sed à te ipso agno Dei, qui tollis peccata mundi: quoniam mitis es & humilis corde.

Et in eodem, capite quadragesimo. Non propter aliud credendum est permittere Deum vt misceantur numero professionis nostræ multi & multæ, casuri & casuræ, nisi vt iis cadentibus timor noster augeatur, quo superbia comprimatur, quam sic odit Deus, vt contra hanc vnam se *Tom.II.* humiliauit altissimus. Tamē vt dicit in episto*Epist.64.*la secunda ad Aureliū. Horū morborū mater superbia est, & humanæ laudis auiditas, quæ etiam hypocrisim sæpe generat. Huic nō resistitur, nisi crebris Diuinorum librorum testimoniis incutiatur timor & charitas Dei: Si tamē ille qui hoc agit, seipsum præbeat patientiæ atque humilitatis exemplū, minus sibi assumēdo quā offertur: sed tamē ab eis qui se honorant, nec totum, nec nihil accipiendo, & id quod accipitur laudis aut honoris, nō propter se qui totus coram Deo esse debet, & humana contemnere, sed propter illos accipiatur, quibus consulere non potest si nimia *1.Tim.4.* dilectione vilescit. Ad hoc enim perinet quod dictum est, Nemo iuuentutem tuam contemnat. *Cap.2.*

Vnde humilitas, superbiæ debellat insultum. *Tom.IX.* Libro de cōflictu vitiorum. Superbia dicit. Certè multis, imo etiam penè omnibus meliores, verbo, sciētia, diuitiis, honoribus, cūctísque quæ carnalibus vel spiritualibus suppetunt charismatibus. Cunctos ergo despice, cunctis temetipsum superiorem attende. Humilitas respondit. Memento quia puluis es, quia cinis es, & putredo & vermis es, quia & si aliquid es, nisi tantum te humilies quanto magnus es, perdis omnino quod es. Nunquid tu altior es, quam primus Angelus? Nunquid es splēdidior in terra quā lucifer in cœlo. Quod si ille de tanta sublimitate per superbiā cecidit, quomodo tu ad tantam celsitudinem superbiens de imis conscendees, qui illa quandiu hîc viuis conditione teneris? Qua propter per quendam sapientem dicitur, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem, quam densissimis putamus in terra tenebris superbiæ lutum inuolui: Si sic potuit in cœlo stella quæ mane oriebatur, lucis suæ globos amittere? Audi ergo potius lucem veritatis dicentem, Qui sequitur me, inquit, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. In quo autem est sequenda, alibi præ*Io.8.*monuit dicens. Discite à me, quia mittis sum & *Mat.11.* humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Audi & dicentem humilitatis magistrū. *Luc.14.* Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & illud, Su*Isai.66.*per quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietum & tremētem sermones meos? Audi quid de illo Apostolus dicit, qui te ad hu*Phil.2.*militatem sectandam inuitat, ait enim. Qui cum in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Si igitur tanta humilitate se deprimit Diuina maiestas, super*Cap.31.*bire quomodo debet humana infirmitas? Li*Tom.IIII.*bro de salutaribus documentis. Roga tuos, vt in omnibus operibus suis humiliter coram Deo agant quicquid eis agendum sit: quia non erit gra-

tum Deo, quicquid homo facit cum superbia. Quod autem humiliter fit, hoc est ei acceptum. In omnibus operibus suis sint humiles: q̃a humilitas, virtutum sublimitas est: nec ad regnum cœlorum quilibet veniet, nisi per humilitatem. Multorum autem temporum labores, & orationes, & eleemosynæ, & ieiunia, & vigiliæ, si cum superbia finẽ habuerint, pro nihilo apud Deũ computantur. Acceptus est Deo vir humilis, & in se Deum gestat. Iam paulatim superius disseruimus de superbiæ malo, sed propter tibi subiectos, necessarium locum inueni, vt contra sagittas diaboli, discant clypeum humilitatis erigere. Superbus autem est odibilis, & diabolo similis. Humilis licet habitu vilis sit, gloriosus est tamen virtutibus apud Deum. Superbus autem, & si decorus & clarus videatur aspectu, tamen apud Deum operibus vilis est: & verbis, & gestis, & vultu, & incessu, semper eius dignoscitur superbia & leuitas. Cupit se semper laudari ab omnibus hominibus, & bonis, quibus alienus est, prædicari se vult: non se patitur cuiquã esse subiectum, sed semper inter suos pares primatũ cupit tenere, & in maiorem gradum ascendere: & quod meritis obtinere non potest, adulando & detrahendo vult inuadere. Et sicut nauis est absque gubernatore cũ iactatur fluctibus, ita & superbus leuis cum fertur, instabilis per omnes actus suos. Humilis autẽ vltimum se iudicat, & blando vultu terram intuens, coram Deo eminens apparet, & cum omnia fecerit, dicit, Seruus inutilis sum: & se nihil fecisse testatur. Et Deus diuulgat opera ipsius & profert in medium, mirificátque facta ipsius & exaltat & clarum facit eum, & in tempore precum suarum, quod postulat impetrare apud Deũ potest. Hæc & his similia sola humilitas obtinet apud Deum, quia ipsa est sessio & delectabile cubile Domini nostri Iesu Christi, qui ait, Super quem requiescam, nisi super humilem & quietũ & trementem sermones meos? & iterum. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Annuntia quæso tuis & dicito eis, quia Deus superbis resistit: & ira viri iustitiam Dei non operatur.

Ysai.66.
Mat.11.

Quæst.64.
Tom.IIII.

HYDRIA. Libro octogesimotertio quæstionũ super illud verbũ, Reliquit hydriam suam mulier. Hydria fortasse amorem sęculi significat: id est, cupiditatem, qua sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, id est, de terrena conuersatione hauriunt voluptatem: qua percepta, iterum in eius appetitum inardescunt. Super Ioannem. Reliquit hydriam suam. Nam recepto in corde Christo Domino quid faceret, nisi iam hydriam dimitteret, & Euangelizare curreret? proiecit cupiditatem, & properauit annuntiare veritatem. Discant qui volunt Euangelizare, proiiciant hydriam ad puteum.

Tract.15.
Tom.IX.

Tom.VIII.

HYMNVS. Super Psal. septuagesimum secundum. Hymni sunt cantus cõtinentes laudem Dei. Si sit laus, & non sit Dei, non est hymnus. Si sit & laus Dei, & non cãtetur, non hymnus. Oportet vt si sit hymnus, habeat hæc tria, & laudem, & Dei, & canticum. A

Super Psalm. centesimumquadragesimum octauum. Hymnus est cantus cum laude Dei. Si laudas Deum, & non cantas, non dicis hymnum. Si cantas, & non laudas Deum, non dicis hymnum. Si laudas aliq̃d quod non pertinet ad laudẽ Dei, & si cantando laudes, non dicis hymnum. Hymnus ergo tria ista habet, & cantum, & laudem, & Dei. Vnde de tempore & causa hymnos cantandi, dicit libro nono confessionum. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illę influebãt auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum illis. Non lõge cœperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis & exhortationis celebrare, magno studio factum B concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cum Iustina Valentiniani regis pueri mater, hominem tuum Ambrosiũ persequeretur hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo suo seruo tuo. Ibi mea mater, ancilla tua, solicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos autẽ adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atque turbata. Tunc hymni & psalmi vt canerentur secundum morem orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabescere, institutum est: & ex illo in hodiernum diem retentum multis iam & penè omnibus gregibus tuis, per cæteras orbis partes imitantibus.

C HYPOCRITA. Libro secundo de sermone Domini in monte. cap. iij. Manifestum est hypocritas non quod oculis prætendunt hominum, id etiam corde gestare. Sunt enim hypocritæ simulatores, tanquam pronuntiatores personarum alienarum, sicut in theatricis fabulis. Non enim, verbi gratia, qui agit partes Agamemnonis in tragœdia, siue alicuius alterius, ad historiam vel fabulam quæ agitur pertinentis, verè ipse est: sed simulat eum, & hypocrita dicitur. Sic in Ecclesia, vel in omni vita humana, qnisquis se vult videri quod non est, hypocrita est. simulat enim iustum & non exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit: quam possunt etiam simulantes percipere, dum D fallunt eos quibus videntur boni, ab eisque laudantur. Sed tales ab inspectore cordis Deo non recipiunt, nisi fallaciæ supplicium. Ab hominibus autem, percipiunt mercedem suam. Rectissiméque eis dicetur, Recedite à me operarij dolosi, nomen enim meum habuistis, sed opera mea non fecistis. Libro de conflictu vitiorum. Hypocrita, verba sanctorum habet, vitam non habet: & quos per sermonem doctrinæ genuerit, non fouet exemplis, sed deserit: quia quos verbo ædificat, vita & moribus destruxit. Hypocritæ simulatores dicuntur: quia iusti non esse quærũt, sed tantum videri cupiunt. Mala agunt, & bona

profiten

profitentur. Per ostentationem quippe boni apparent, per actioné verò mali existunt. Omnia possunt à simplicibus vitia perpetrari: Simulatio autem & hypocrisis non committitur, nisi à malè astutis, per caliditatem volentibus vitia sub specie virtutum cælare, & non veram sanctitatem obiicere. Sancti non solum gloriam supra modum omnino non appetũt, sed hoc ipsum videri refugiunt quod esse meruerunt. Hypocritæ autem malitiam suam occulte tegẽtes ante oculos hominum, quadam innocentiæ sanctitate se vestiunt, vt venerentur. Dupliciter damnantur hypocritæ, siue pro occulta iniquitate, siue pro aperta simulatione. Ex illo enim condẽnantur, quia iniqui sunt: ex illo, quia ostendunt quod nõ sunt. Non latent semper hypocritæ, nam & si in principio sui quidam non pateant, prius tamen quam vita eorum finiatur qua simulatè vixerint, detegũtur. Omne enim syncerum permanet: sed quæ simulata sunt, diuturna esse non possunt. Non eorũ desperanda est salus, qui adhuc aliq̃d terrenũ sapiunt, dum possunt & occultè agere vnde iustificentur. Hi enim meliores sunt hypocritis, eo q᷑ mali sunt in aperto, & in occulto boni: hypocritæ verò in occulto sunt mali, & bonos se palã ostẽdũt. Hypocritã iustus redarguere prohibetur, ne deterior castigatus existat, dicẽte Salomone, Noli arguere derisoré, ne oderit te. Sunt semper in Ecclesia, sed propter eos boni nõ sunt odio habendi. Super Psal. nonagesimum nonũ. *Tom.VIII.* Si non vultis falli, & vultis amare fratres, scitote omnem professionem in Ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominem esse fictum: sunt enim Christiani mali, sed sunt & boni. Quasi plures malos vides quia palea sunt, & te ad grana peruenire non permittunt. Sunt & ibi grana, accede, tenta, excute, adhibe oris iudicium.

Tom.X. IACOBET Iacobus. De Iacob patriarcha libro tertio de verbis Domini, sermõe tertio. Quid sibi vult quod cum Abraham prius vocaretur Abram, Deus illi mutauit nomen & dixit, Non vocaberis Abram, sed Abraham: & ex illo non est vocatus Abram, sed solummodo Abraham. Iacob autem quando accepit aliud nomen, eadem verba audiuit: Non vocaberis Iacob, sed Israel: Sed postea Iacob vocatus est & Israel. Hoc ideo quia nomen Abrahæ in hoc sæculo explicãdum fuit. Hic est enim factus pater multarum gentium, vnde nomen accepit. Nomen autem Israel ad alterum sęculum pertinet, vbi videbimus Deum. Populus ergo Dei, populus Christianus in hoc tempore, & Iacob est & Israel. Iacob in re, Israel in spe. Supplantator enim fratris dicitur populus minor, populi maioris. Nunquid nos supplantauimus Iudæos? Sed supplantatores eorum dici-

Gen.17. *Gen.32. Quare omissi Abrahã nomé Abrã, Israel autem nomé Iacob, retineat.*

A mur, quia nostri causa sunt supplãtati. Nisi enim excæcati essent, Christus non crucifigeretur. Si Christus non crucifigeretur, sanguis ille pretiosus non funderetur, orbis terrarum non redimeretur. Quia ergo nobis profuit cæcitas eorum, ideo à minore fratre maior supplantatus est, & appellatus est minor supplantator. Sed quandiu hoc? Veniet tempus, veniet finis sæculi, & credet totus Israel: non illi qui modo sunt, sed filij eorum qui tunc erunt. Nam modo isti per vias suas ambulantes, ibunt ad loca sua, transibunt ad damnationem perpetuam, quando fuerit factus vnus populus vterque, iam purgatus, iam resuscitatus iam coronatus, iam in immortalem formam &
B in incorruptionem perpetuam commutatus, videbit Deum facie ad faciem: & iam non erit Iacob, sed solum erit Israel. De sancto Iacobo Apostolo. in homilia de transfiguratione Domini. Iacobus in nostram linguam, supplantator dicitur. Supplantator autem quorum, nisi vitiorũ? Et nos certè in Iacobi persona vitia supplantamus, cum primogenita vitiorum per sacræ orationis studium vincimus.

IACTANTIA. Quod in paupertate & despectu posit esse iactantia. Libro de sermone Domini in monte, capite nono. *Lib. 2. Tom. IIII.* Non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse potest iactantia: & eo periculosior, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu
C corporis atque vestitu vel cæterarum rerum nitore præfulget, facile conuincitur rebus ipsis, pomparum sæculi esse sectator, nec quenquam fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autem in professiõe Christianitatis inusitatos squalore ac sordibus intentos in se hominum oculos facit, cum id voluntate faciat, non necessitate patiatur, cæteris eius operibus potest conijci, vtrum hoc contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat: quia & sub ouina pelle cauendos lupos Dominus præcipit, sed ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. Cũ enim cœperint aliquibus tentationibus ea ipsa scilicet illis subtrahi vel negari, quæ isto velamine consequuti sunt, vel consequi cupiunt, tunc necesse est vt appareat vtrum lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua. Non enim propterea ornatu superfluo debet aspectus hominum mulcere Christianus,
D quia illum parcum habitum ac necessarium, etiam simulatores sæpe vsurpant, vt incautos decipiãt: quia & illæ oues non debent deponere pelles suas, si aliquando lupi eis se contegunt.

Per exempla præcedentium deponitur omnis iactantia. Libro de vera innocentia, capite trecensimooctogesimooctauo. *Tom. III.* De diuitiis & honoribus & maiorum nobilitate te iactas, & exultas de patria & pulchritudine corporis & honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur. *Mundi contemptus.* Respice teipsum quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. Circunspice eos qui ante te similibus fulsere splendoribus. Vbi sunt, quos

ambiebant ciuium potentatus? Vbi insuperabiles imperatores? Vbi qui conuentus disponebant & festa? Vbi equorum splendidi inuectores? Vbi exercituum duces? Vbi satrapę tyrannici? Nunc omnia puluis, nunc omnia fauillę, nunc in paucis versibus eorum vitæ memoria est. Respice sepulchra, & vide quis seruus, quis Dominus, quis pauper, quis diues: discerne si potes. Victum à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor esto itaque naturæ, ne extollaris aliquando. Memor autem eris, si teipsum respexeris. Libro de communibus sermonibus, sermone quadragesimo secundo. Caue ne extollaris de meritis tuis. Nulla enim fuerunt cum ad te erigendum Dominus venerit. Denique nudum inuenit, non vestitum: plagatum inuenit, non sanum: iacentem inuenit, non stantem: errantem reperit, non reuertentem. Caue iactantiam: quia qui te minimum à terra sustulit, humilem portat: præcipitat extollentem.

Tom.IX. IANVA. Qualis ianua est Christus. super Ioānem, sermone quadragesimo quinto. Humilis est Christus Dominus. Qui intrat per hanc ianuam oportet humilem esse, vt sano capite posit intrare. Qui autem se non humiliat sed extollit, per maceriam vult ascendere: qui autem per maceriam ascendit, ideo exaltatur, vt cadat. Infrà. Quomodo per istam ianuam intratur & exitur. ibidem. Est non solum ingressus, verum etiam egressus bonus per ianuam bonam, quæ est Christus. Sed quis est iste laudabilis & beatus egressus? Possemus dicere quidem ingredi nos, quando interius aliquid cogitamus: egredi autem, quando exterius aliquid operamur. Et quoniam sicut dicit Apostolus, per fidem habitat Christus in cordibus nostris, ingredi per Christum est secundum ipsam fidem cogitare: Egredi autem per Christum secundum ipsam fidem etiam foris, id est, coram hominibus operari. Suprà. Præter istam ianuam non intratur ad vitam. ibidem. Dicant ergo Pagani, bene viuimus. Si per ostium non intrant, quid eis prodest vnde gloriātur? Ad hoc enim debet vnicuique prodesse bene viuere, vt detur ei semper viuere. Nam cum non datur semper viuere, quid prodest bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi sunt, qui finem bene viuendi vel cæcitate nesciunt, vel inflatione contemnunt. Non est autem cuiquam spes vera & certa semper viuendi, nisi agnoscat vitam quæ est Christus, & per ianuam intret in ouile. Quærunt ergo plerunque tales homines etiam persuadere hominibus vt bene viuant, & Christiani non sint. Per aliam partem volunt ascendere, rapere, & occidere: non vt bonus pastor conseruare atque saluare. Fuerunt ergo quidam philosophi de virtutibus & vitiis subtilia multa tractantes, diuidentes, definiētes, ratiocinationes acutissimas concludentes, libros implentes, suam sapientiam buccis crepantibus ventilantes, qui etiam dicere auderent hominibus, Sequimini nos, sectam nostram tenete, si vultis beatè viuere. Sed non intrant per ostium.

IDEA. Quid sint Ideæ, libro lxxxiij. quæstionum. Ideæ sunt principales quædā formæ, vel rationes rerum, stabiles atque incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt: & propter hoc æternæ & semper eodem modo se habentes, quæ in Diuina intelligentia continentur. Et cum ipsæ neque oriantur, neque intereāt, secundum eos tamen formari dicitur omne quod oriri & interire potest. Subiungit ibidem. Omnia ratione sunt condita: nec eadem ratione homo, qua equus: hoc enim absurdum est existimare. Singula igitur propriis creata sunt rationibus. Has autem rationes vbi esse arbitrandū est, nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extra se positum quicquam intuebatur, vt secūdum id constitueret quod constituebat: nam hoc opinari sacrilegum est. Quod si hæ rerum omnium rationes creandarum creatarúmue continentur, neque in Diuina mente quicquam nisi æternum atque incommutabile potest esse: atque has rationes rerum principales Ideas appellat Plato: non solum sunt Ideæ, sed etiam ipsæ veræ sunt, quia æternæ sunt, & incommutabiles manent.

IDOLVM. Libro octauo de ciuitate Dei, capite vigesimo tertio. Religio Christiana quanto est veracior atque sanctior, tanto vehementius & liberius cuncta falsa figmenta subuertit, vt gratia verissimi saluatoris liberet hominem ab iis diis, quos facit homo. Ibidem infra. Citius fit vt homo in honore positus pecoribus nō intelligens comparetur, quàm vt operi Dei ad imaginem eius facto, id est, ipsi homini, opus hominis præferatur. Quapropter homo merito deficit ab illo, qui eū fecit, cū sibi præficit quod ipse fecit. Libro de vera innocentia. Sic sunt qui colunt idola, quomodo qui in somnis vident vana. Si autē euigilet anima ipsorum, intelligit à quo facta sit, & non colit quod ipsa fecit.

IEIVNIVM. Quod ieiunium sit nobis necessarium. Libro primo contra Iulianum, allegans Basilium in hæc verba. Sanctus Basilius in sermone de ieiunio. Ieiunium in Paradiso lege constitutum est. Primum mandatum accepit Adam à ligno sciendi bonum & malum, non manducabis. Non manducabitis autem, ieiunium est, & legis constitutionis initium. Si ieiunasset à ligno Eua, non isto indigeremus ieiunio. Non enim opus habent valentes medico, sed malè habētes. Aegrotauimus per peccatum, sanemur per pœnitentiam. Pœnitentia verò sine ieiunio vacua est. Maledicta terra spinas & tribulos pariet. Contristari ordinatus es, nunquid deliciari? Quia non ieiunauimus, inquit, decidimus de paradiso. Ieiunemus ergo, vt redeamus ad Deum. In sermone sexto de ieiunio quadragesimæ. Ieiunium est animæ pastus: quia sicut iniungit laborem, ita proficit ad salutem.

Chri

A Christus inter cætera salutis exempla, etiam ieiuniorum reliquit formam. Ipse ergo est author ieiunij tui, qui erit retributor laboris tui. Si ieiunauit ille qui peccatum non fecerat, quanto magis necessaria sunt ieiunia homini peccatis obnoxio? & si expetita non delinquenti, quanto magis exoptanda peccanti? In sermone duodecimo eiusdem temporis. Clemens & pius Dominus noster humanum genus quod prædestinauerat ad vitam, non est passus relinquere in morte: sed qđ suasione diaboli deceptū fuerat per gustū pomi in paradiso, sacrosancto ieiunio liberandum docuit. De tempore ieiunij non habetur in nouo testamento. Libro de ieiunio diei sabbati ad Casulanum. In Euangelicis & Apostolicis literis, toto instrumento, quod appellatur Testamentum nouum, id reuoluens video præceptū esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum non inuenio definitum.

Tom. II. Epist. 86.

Quod tempore tentationis est ieiunandum. in sermone septimo de quadragesima. Nam Christus post acceptum Ioannis baptismum continuo ieiunauit. Tanquam regulam obseruationis dedisse credendum est, non vt post ipsius Christi baptismum acceptum continuò ieiunare necesse sit, sed planè illo exemplo docuit ieiunandum esse, quando forte aliquorum vitiorum luctamine cum tentatore confligitur. Ob hoc enim etiā Christus, qui sicut homo nasci dignatus est, non respuit sicut homo tentari, vt Christianus ministerio eius instructus, non possit à tentatore superari. Siue ergo continuè post baptismum, siue quolibet interuallo temporis interposito, quando simile prælium tentationis infertur, homini ieiunandum est: vt & corpus impleat de castigatione militiam, & animus impetret de humilitate victoriam. Tempore pugnæ pro victoria, vt supra ad Casulanum. Est quidem hæc opinio plurimorum, quamuis eam perhibeant esse falsam plerique Romani, quod Apostolus Petrus cum Simone mago die Dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum eiusdē vrbis Ecclesia ieiunauerit, & consequuto tam prospero ac glorioso successu eundem morem tenuerit, eúmque imitatæ sint nonnullæ Occidentis Ecclesiæ. Cur aliquibus diebus ieiunatur in hebdomada, ibidem. Dominicus dies quando plures dies sine vlla refectione continuandi vouentur, inter ieiuniorum dies non est ponendus. Cur autem quarta & sexta feria maximè ieiunauit Ecclesia: Illa ratio reddi videtur, quod considerato Euangelio ipsa quarta sabbati quam vulgo quartam feriam vocant, consilium reperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Iudæi. Intermisso autem vna die, cuius vespera Dominus pascha cum discipulis manducauit, qui finis fuit eius diei quem vocamus quintam feriā sabbati, deinde traditus est ea nocte quæ iam ad sextam sabbati, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat. Sequitur sabbatum, quo die caro Christi in monumento requieuit, sicut in primis operibus mundi requieuit Deus illo die ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est in Ecclesia ista vescendi varietas†, vt alij sicut maximè populi Orientis propter requiem significandam mallent relaxare ieiunium: alij propter humilitatem mortis Domini ieiunare, sicut Romana & nonnullę Occidentis Ecclesiæ. Ieiunia quippe humilitatem significant. Vnde dictum est, Humiliaui in ieiunio animam meam. Quamuis omni die non ieiunetur, omni tamen die sacrificium laudis Deo offertur. in eodem libro. Ieiunium quippe certis diebus, & maximè festis non agitur. Sacrificiū verò laudis ab Ecclesia toto orbe diffusa, diebus omnibus immolatur: alioquin quod nullus non dico Christianus, sed nec insanus dicere auderet, dies illi quinquaginta post pascha vsque ad Pentecosten quibus nōn ieiunatur, erunt à sacrificio laudis alieni.

Tom. II. Epist. 86. *Infrà.*

† Aliàs, Hinc exorta est ista in regia illa veste varietas. *Psal. 34.* *Suprà.*

In epistola ad Bonifacium comitem. Exerce ieiunia quantum sine læsione tui corporis potes. Ieiunij fructus & vtilitas in sermone quarto de ieiunio quadragesimæ. Videte quid sit inter ieiunium & saturitatem, inter ventrem vacuum & pulmones epulis æstuantes. Moses qui ieiunauit Dominum vidit: populus qui comedit & bibit idola fabricatus est. Quid de Mose loquar & Israelitica multitudine? Ipse princeps generis nostri Adam quandiu non comedit, in Paradiso fuit: statim cum comedit, de Paradiso eiectus est. Qui in Paradiso Dei virgo fuerat, eiectus de Paradiso cognouit vxorem suam: semper enim saturitati coniuncta est lasciuia. Vicina sibi sunt venter & genitalia. Pro membrorum ordine, ordo vitiorum eligitur. Eiecit nos de Paradiso cibus, reducat esuries. In sermone de oratione & ieiunio. Ieiunium tollit inertiam de animo, carnalia impedimenta aufert. Oratio verò perseuerans iungit Deo, atque ita gaudens assistere se Domino gloriatur. Associatur, & valet plurimum cum oratione. in eodem sermone. Ieiunium & oratio sunt arma aduersus improbas cogitationes. Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnē spiritui subiicit. Ieiunium cor facit contritum & contribulatum & humiliatum, quod Deus non spernit. Ieiunium concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinū ardores extinguit, castitatis verum lumen accendit. Ieiunium verbositatem non amat, lites frænat, diuitias superfluitatem iudicat, superbiam spernit, humilitatem commendat, præstat homini seipsum intelligere quod est infirmum & fragile: atque dum se ita intelligit imbecillem, apertiorem virtutem Dei adiutorē quærit & accipit. Ieiunium inertiam tollit de anima, & omnia aufert impedimenta carnalia. In eodem. Oratio est refectio ieiuniorum: & aduocat gratiam Spiritus sancti. Oratio duritiam cordis emollit, austeritatem temperat, ieiuniū dulcificat. Sicut enim sine potu non est refectio plena, sic & ieiunium sine oratione, nō potest animū perfecte nutrire.

Tom. eod. Serm. de temp 65. Tom. X. *Serm. de temp. 230. Tom. eod.* *Suprà.* *Infrà.*

Et ideo dicit in sermone quarto supradicto A de quadragesima. Vnusquisque se ipsum conside ret quanta sit inter ieiunium & saturitatem distantia, inter ventrem vacuum & refertum, inter rubentem faciem & ora pallentia, inter os ieiunum & labia crapula dissoluta, inter oppressum epulis sensum & inediæ tenuitate vigilantem.

Serm. 5. de temp.

Quale esse debet ieiunium & qualiter sit ieiunandum. libro supradicto ad Casulanum. Sicut fieri potest vt ieiunetur etiam cum ieiunium soluitur, vt si quique ebriosus est: ita fieri potest vt non ieiunetur & tamen ieiunium non soluitur, si tunc temperantes sunt homines modestissime prandeant. Diffusius meritorium describit ieiunium, in sermone quinto eiusdem temporis. Ieiunia Christianorum spiritualiter priusquã carnaliter exercenda sunt. Vnde à peccatis principaliter ieiunemus, ne ieiunia nostra sicut Iudæorum ieiunia à Deo respuantur. Quale est B enim vt à cibis quos Dominus creauit, nescio qs impostor abstineat, & peccatorum sagina pinguescat? Ibidẽ. Ieiuniũ enim qđ ꝓbat altissimus, non solum est intermissa corporis refectio, verum etiam à malis actibus facta discessio. Itaque si neque mens tua grauetur oppressa peccatis, neque animus tuus vitiorum illecebris delectetur, digna Deo exsoluisti ieiunia. Cæterum si corpus tuum ieiunia longa consumpserint, atque illi subtraxeris cibum, cum non etiam detrahis vitia in malis perseuerans, magis horres quã placeas Deo. Tunc erunt Deo accepta ieiunia si operibus sanctis fuerit expiata conscientia. Cur enim corpus fame discrucias, cui turpiter peccãdo blandiris? Principaliter ergo animus ieiunet à malis, & sic corpus subeat exercendo ieiunia. C Nam cum sit ieiunium animæ humiliatio, quale enim humiliari cibo, & augeri peccato? Qui ergo corpori suo ieiunia deuotus indicit, principaliter renuntiet vitiis, cupiditatum fomites comprimat, frangat impetus mentis, libidines vincat, faces auaritiæ ardentes extinguat: latiusque vim dilectionis extendat, atque in alimenta pauperum abruti apparatus impendia largiatur. Omnia ergo corporis nefanda peccata animi virtute calcentur, vt & anima sanctitate corporis adiuuetur. Tunc enim impetrari poterit quod optatur, si corpore casto animóque deuoto ad officia sanctitatis implenda per curam obseruationis quisque incedat. Hæc sunt quæ Diuinam commouent pietatem, & quæ ad impe- D trandam precibus sanctitatem semper aditum faciunt. Cæterum si caput substernas, atque cineres desuper spargas, si denique collum tuum velut circulum torqueas, atque ad exorandam clementiam Dei largos fletus effundas, nihil pro ficis. Commouere enim Diuinam non poteris pietatem, qui circa proximos tuos neglexisti debitam charitatem. Libro de salutaribus documentis. Sic pariter duo ieiunia ieiunauerant, ieiunium corporis & animæ, hoc est, ab ira, & furore, & detractione, & blasphemia, & rixa abstinentes se. Et ideo in supradicto libro

Serm. 1. fer. 3. in rogationibus, et ord. serm. de tẽp. 172. Tom. X.

Infra.

Cap. 48. Tom. IIII.

ad Casulanum. Adam non cibus, sed prohibitus cibus damnauit. Et Esau nepotem sancti Abrahæ non esca, sed vsque ad contemptum sacramenti, quod in primatu suo habuit, concupita esca, damnauit. Sic à sanctis & fidelibus piè prandetur, quemadmodum à sacrilegis & crudelibus impiè ieiunatur. Sed de mirabili ieiunio aliquorum sanctorum. Libro de moribus Ecclesiæ. Ieiunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est vsquequaque vsitatissimum, sed continuum triduum vel amplius sæpissime sine cibo ac potu ducere. Neque hoc in viris tantum, sed etiam in multis fœminis viduis, & virginibus. De ieiunio non meritorio. super Psalm. quadragesimumtertium. Non laudatur in illo ieiunium, qui ad luxuriosam cœnam seruat ventrem suum. Inuitantur enim aliquando homines ad cœnam magnam, & cum ad eam volunt auidi venire, ieiunant. Nunquid hoc ieiunium continentiæ, & non potius luxuriæ deputandum est? Debet cum ieiunio eleemosyna sociari. in sermone primo de quadragesima. Bonum est ieiunare, sed melius est eleemosynam dare. Si quis vtrunque potest, duplex bonum est. Si verò non potest, melius est eleemosynam dare. Si possibilitas non erit ieiunandi, eleemosyna sufficit sibi sine ieiunio. Ieiunium verò sine eleemosyna, omnino non sufficit. Ergo si aliquis non potest ieiunare, eleemosyna sine ieiunio bonum est. De ieiunio Christi. super Psalmum sexagesimum octauum, sermone primo. Ieiunium Christi erat, quando defecerunt omnes qui in eum crediderant: quia & esuries ipsius erat, vt in eum crederent. Quia & sitis ipsius erat, quando dixit mulieri, Da mihi bibere: fidem quippe ipsius sitiebat. Et de cruce cum diceret, Sitio: illorum fidem quærebat, pro quibus dixerat, Pater ignosce illis.

IESVS. Libro decimotertio de Trinitate capite decimo. Iesus Hebraicæ, Græce σωτὴρ, nostra autem loquutione saluator. Quod verbum Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit quando voluit. Libro decimooctauo de ciuitate Dei. Quid est nobis amicitius & dulcius nominare? Libro decimo sexto contra Fau. Nomen Iesus, in illo Iesu qui Iosue dicebatur fuit: Ipse noster est verus Iesus, rector & conductor populi in hæreditatem vitæ æternæ secundum testamentum nouum, cuius figura erat testamentum vetus. Libro meditationum. Iesu propter nomen tuum, fac mihi secundum nomen tuum. Iesu obliuiscere superbum prouocantem, respice miserum inuocantẽ. Iesus enim est nomen dulce, nomen delectabile, nomen confortans peccatorem, & nomen bonæ spei. Quid enim est Iesus nisi saluator? Ergo propter temetipsum esto mihi Iesus. Noli Domine, noli sic attendere malum meum, vt obliuiscaris bonum tuum. O bone Domine si ego admisi vnde me damnare potes, tu non amisisti vnde saluare soles. Si enim castita

castitatem meam ademi, nunquam tamen misericordiam tuam peremi. Verum est quia consciẽtia mea meretur damnationẽ, & præsentia mea non sufficit ad satisfactionem. Sed certum est, q̃a misericordia tua superat omnem offensionem.

IGNIS. De igne materiali. libro iij. super Gene. Cum possint frigescere cætera elementa, ignis frigescere non potest. Facilius quippe extinguitur & ignis non fit, quam frigidus maneat, aut sit alicuius frigidi contactu tepidior. Deus dicitur ignis. Libro de salutaribus documentis. Deus noster ignis consumens est, qui cõsumpturus est aduersarios. Accedamus ad Deum antequam consumamur ab illo: postulantes vri cor nostrum & renes nostros. Et iterum. Quoniam probasti nos Deus, & igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Apertissimè enim patet quia si hic ab illo non vrimur, illic velut aduersarij consumemur. Ideo sic orat. libro soliloquiorum ad Deum. O ignis sancte qui semper ardes & nunquam extingueris, accẽde me: O lux quæ semper luces & nunquam obfuscaris illumina me. O vtinam arderem ex te. Ignis sancte quam dulciter ardes, quam secreté luces, quam desideranter aduris. Væ iis qui non ardent ex te. Dicitur ignis bonus. libro vigesimo de ciuitate Dei, cap. xx. Potest tamen ignis, gladius, & vulnus accipi in bono. Nam ignem se dicit Dominus velle mittere in mundum: & visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis, quando venit Spiritus sanctus. Et non veni, inquit Dominus, pacem mittere in terram, sed gladium. Et sermonem Dei dicit scriptura gladium bis acutum ꝓpter aciẽ geminã testamẽtorũ duũm. Et in cãtico canticorum, charitate se dicit sancta Ecclesia vulneratam, velut amoris impetu sagittatam.

Tom. VI. Vnde in sermone, super illud, Ego sum qui sum. Non frustra, non inaniter, non sine alicuius significatione secreti, in rubo flamma erat, & rubus non cremabatur. Rubus enim spinarum est quoddam genus: nec in laude aliqua poni potuit, quod peccatori terra produxit. Nam peccãti homini dictum est, Terra spinas & tribulos pariet tibi. Neque idipsum quod rubus nõ cremabatur, id est, flãma non comprehendebatur, bonum aliquid putare debemus. Si enim flãma significat aliquid boni, in qua Angelus apparebat vel Dominus: vnde etiam cum venit Spiritus sanctus, visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis: comprehendi debemus hoc igne, non autem propter duritiam non cremari. Rubus quem ignis non cremabat, populus qui Deo reluctabatur. Spinosum populũ Iudæorũ significabat rubus quo Moses mittebatur. Et ideo rubus non cremabatur, quia duritia Iudæorum, sicut dixi, legi Dei reluctabatur. Nam si ille populus spinis non significaretur, spinis ab eo Christus non coronaretur. Ideo rubus non cremabatur, quia flãmę Spiritus, à spinis peccatorum resistebatur. Dicitur ignis vtilis. libr. de viij. quæstionibus ad Dulcitium, quæstione prima. Est quidem ignis tentatio tribulationis, de quo aperte scriptũ est, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Dicitur ignis vitiosus. super Psalm. lvij. Ignis superbiæ, ignis fumosus, ignis concupiscentiæ, ignis iracundiæ. Quantus ignis est? Super quem ceciderit, non videbit solem iustitiæ Christum. Vnde de igne concupiscentiæ, ibidem dicit. Concupiscentia mala, quasi ardor est ignis. Ignis consumit vestem, libido adulterij nonne consumit animam? De cogitatu adulterij cum loqueretur scriptura, ait, Alligabit quis ignem in sinu suo, & vestimenta sua nõ cõburet? Gestas in sinu prunas, perforatur tunica: gestas in cogitatione adulterium, & integra est cõscientia? Sed istas pœnas pauci vidẽt. De igne purgatorij, libro vigesimo primo de ciuitate Dei. cap. xxvj. Ignis purgatorij probat dexteros: in æternum verò ignem soli sinistri nouissima & perpetua damnatione, mittẽtur. Ibidem, infra. Quod illud dictum Apostoli ipse saluus erit, quasi per ignem: potest intelligi de præsenti tribulatiõe, vel de corporali morte, vel pœna purgatorij, vel persequutione Antichristi, quod licet istorum vult, ignis habet purgare & probare. De igne quo mundus ardebit. libro vigesimo de ciuitate Dei. Quærat forsitan aliquis, si post factum iudicium, ardebit mundus iste, antequam pro illo cœlum nouum, & terra noua reponantur, eo ipso tempore conflagrationis eius vbi erunt sancti cum eos habentes corpora, in aliquo corporali loco esse necesse sit? Possũmus respondere futuros eos esse in superioribus partibus, quo ita nõ ascẽdet flãma illius incẽdij quemadmodum nec aqua diluuij. Talia quippe illis inerunt corpora, vt illic sint vbi esse voluerint: sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales, atque incorruptibiles facti: si virorum trium corruptibilia corpora atq; mortalia, in camino ardenti illæsa esse potuerũt. Super Psal. cj. sermone ij. Erit incendium mundi, nõ incendens sanctos Dei. Quod fuit caminus ignis tribus pueris, hoc erit ardens mundus iustis in trinitate signatis. De igne verò damnatorũ. Lib. de natura boni. capi. xxxviij. Ignis æternus, qui cruciaturus est impios, mala natura non est, habens modum speciem & ordinem suum nulla iniquitate deprauatum: sed cruciatus est malus damnatis, quorum peccatis est debitus. Neque enim & lux ista, quia lippos cruciat oculos, mala natura est. Aeternus autem ignis, non æternus sicut Deus: quia ignis æternus est sine fine, non tamen sine initio. Deus autem & sine fine, & sine initio est. Libro vndecimo super Gene. Cum dicit, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: nullo modo in eo naturam, quam Deus creauit, sed malam propriam voluntatem pœna ignis æterni plectendã esse significat. Lib. xx. de ciuitate Dei. Iudicatis quippe iis, qui scripti non sunt in libro vitæ, & in ignem æternum missis: qui ignis eiusmodi & in qua mundi vel rerum

Margin notes: Tom. IIII. Tom. IIII. Psal. 65. Cap. 35. Tom. IX. Tom. IIII. Tom. VIII. Supra. Tom. V. Cap. 18. Tom. V. Tom. VI. Cap. 11. Tom. III. Cap. 16. Tom. V.

rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui Diuinus spiritus ostēderit: & tunc figura huius mundi, mundanorum ignium conflagratione præteribit: sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluuiū. Illa vtique conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quæ corruptibilibus nostris corporibus congruebant, ardendo penitus interibunt: atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus, immortalibus mirabili mutatione conueniant: vt scilicet mundus innouatus in melius, aptè accommodetur hominibus, etiam carne in melius innouatis.

Tom. eod. Ibidem. Libro vigesimoprimo de ciuitate Dei, capit. secundo. Qui non credunt posse humana corpora animata atque viuentia, non solum nunquam morte dissolui, sed in æternorum ignium durare tormentis? Quibus dicimus esse animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quæ tamen in mediis ignibus viuant: nonnullum etiam genus vermium in aquarum calidarum scaturigine, reperiri, quorum feruorem nemo impunè contrectat: Illos autem non solum sine sui aliqua læsione ibi esse, sed extra esse non posse. Mirabile est viuere in ignibus, nec dolere. In eodem libro. Cap. 4. Quapropter sicut scripserunt qui naturas animalium curiosius indagarunt, Salamandra in ignibus viuit: (Salamādra.) & quidam notissimi Siciliæ mōtes, qui tanta temporis diuturnitate, ac vetustate vsque nunc & deinceps flammis æstuant, atque integri perseuerant, satis idonei sunt testes, non omne quod ardet absumi: & anima indicat, non omne quod dolere potest, posse etiam mori. Quid adhuc nobis poscuntur rerum exempla, quibus doceamus non esse incredibile vt hominum corpora æterno supplicio punitorum, & in igne animā non amittant, & sine detrimento ardeant, & sine interitu doleant? Habebit enim tunc ista carnis substantia qualitatem ab illo inditam, qui tam miras & varias naturas tot rebus indidit, quas videmus, vt eas, quia multæ sunt, non miremur.

In eodem libro. Nequaquam negandum est, ipsum æternum ignem pro diuersitate meritorum, quamuis malorum, aliis leuiorem, aliis futurum esse grauiorem: siue ipsius vis atque ardor pro pœna digna cuique varietur, siue ipse æqualiter ardeat. In eodem libro vigesimo eiusdē, cap. xxj. Isaias propheta dicit, Quod in igne Domini iudicabitur omnis terra, & in gladio eius omnis caro, & multi vulnerati erunt à Domino. Hîc terram & carnem à Domino in igne & gladio iudicari, non spirituales & sanctos intelligimus, sed terrenos atque carnales, qui terrena sapiunt, & secundum carnem viuunt. Quod verò positū est, Multi vulnerati erūt à Domino. In isto vulnere, intelligitur mors secūda. (Tom. eod.) Libro xij. eiusd. ca. iiij. Non ex commodo vel incommodo nostro, sed per seipsam considerata quælibet natura dat artifici suo gloriam. Sic & natura ignis æterni sine dubitatione laudabilis, quamuis dam-

A natis, impiis sit pœnalis. Quid enim est igne flāmante, vigente atque lucente pulchrius? Quid calefaciente, curante, coquente vtilius: quamuis eo nihil sit vrēte molestius? Idem igitur ipse pœnaliter appositus perniciosus est, qui cōuenieter adhibitus commodissimus inuenitur. Nam eius in vniuerso mundo vtilitates explicare quis possit? Nec audiendi sunt, qui laudant in igne lucem, ardorem autem vituperant: videlicet non ex sui natura, sed ex suo commodo vel incommodo. Videre enim volunt, ardere nolunt. Sed parum attendunt eam ipsam lucem, quæ certè & illis placet: oculis infirmis per inconuenientiam nocere: & in illo ardore qui eis displicet, nonnulla

B animalia per conuenientiam salubriter viuere.

IGNORANTIA. Cum ignorantia naturaliter nascimur. Libro xxij. de ciuitate Dei. Quis ignorat cum quanta ignorantia veritatis, quæ iam in faucibus manifesta est, & cum quanta abundantia vanæ cupiditatis, quæ in pueris incipit apparere, homo veniat in hāc vitam, ita vt si dimittatur viuere, vt velit, & facere quicquid velit, in hæc facinora & flagitia quæ cōmemoraui, & quę cōmemorare nō potui, vel cūcta, vel multa perueniat? Sed Diuina gubernatiōe nō oīno deserēte dānatos, & nō continēte, in ira sua misericordias suas, in ipsis sensibus generis humani prohibitio & eruditio, contra istas quibus nascimur tenebras vigilant, & contra hos impetus opponuntur, plenæ tamen laborū & dolorū.

C Quid enim sibi volūt multimodæ formidines, quæ cohibendis paruulorum vanitatibus adhibētur? Quid pædagogi, quid magistri, quid ferulæ, quid lora, quid virgæ, quid disciplina illa qua scriptura sancta dicit, Dilecti filij, latera esse tundenda, ne crescat indomitus: Domaríque iam durus, aut vix possit, aut fortasse non possit? Quid agitur his pœnis omnibus, nisi vt debelletur imperitia, & praua cupiditas refrænetur, cū quibus malis in hoc sæculo viuimus? Quid enim est quod cum labore meminimus, sine labore obliuiscimur: cum labore discimus, sine labore nescimus: cum labore strenui, sine labore inertes sumus? Nonne hinc apparet in quid velut pondere suo procliuis & prona sit vitiosa natura, & quanta ope vt hinc liberetur indigeat? Desidia, segnities pigritia, negligentia, vtique vitia sunt quibus labor fugitur, cū labor etiam ipse

D qui est vtilis pœna sit. Sed præter pueriles pœnas, sine quibus disci non potest, quod maiores volunt, qui vix aliquid vtiliter volunt, quot & quantis pœnis genus agitetur humanum, quæ non ad malitiam nequitiámque iniquorum, sed ad conditionem pertinent miseriámque communem, quis vllo sermone digerit? Quis vlla cogitatione comprehendit? Prouenit ignorantia ex iusta pœna peccati. Libro iij. de libero arbit. Illa enim peccati pœna iustissima vt amittat quisque quo bene vti noluit, cum sine vlla possit difficultate, si vellet. Id est autem, vt qui sciens

sciens recte non facit, amittat scire quod rectum sit: & qui recte facere cum posset, noluit: amittat posse, cum velit. Nam sunt reuera omni peccanti animæ duo ista pœnalia, ignorantia, & difficultas. Ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris, vt erret inuitus, & resistente atque torquente dolore carnalis vinculi, non posse à libidinosis operibus téperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera voluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet in qua homo factus est loquimur. Hîc occurrit illa quæstio, quam inter se murmurantes homines rodere consueuerũt, qui quodlibet aliud in peccando, quam se accusare parati sunt. Dicunt enim, Si Adam & Eua peccauerunt, quid nos miseri fecimus, vt cum ignorantiæ cæcitate, & difficultatis cruciatibus nasceremur, & primo erraremus nescientes quid esset nobis faciendum, deinde vbi nobis inciperent aperiri præcepta iustitiæ, vellemus ea facere, & renitente carnalis concupiscentiæ nescio qua necessitate non valeremus? Quibus breuiter respondetur vt quiescant, & aduersus Dominum murmurare desistant. Recte enim fortasse quererentur, si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret. Cum verò vbique sit præsens, qui multis modis per creaturam sibi Domino seruientem auersum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem: non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quod negligis quærere quod ignoras: neque illud, quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis. Ista tua propria peccata sunt. Nulli enim homini ablatum est scire vtiliter quærere quod inutiliter ignorat, & humiliter confitendam esse imbecillitaté, vt quærenti & confitenti ille subueniat, qui nec errat dum subuenit, nec laborat. Nam illud quod ignorans quisque non recte facit, & quod recte volens facere non potest, ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo liberæ voluntatis originem ducunt. Illud enim præcedés meruit ista sequentia: nam sicut linguam dicimus non solum membrum quod mouemus in ore dum loquimur, sed & illud quod huius membri motum consequitur, id est, formam tenorémque verborum, secundum quem modum dicitur alia lingua Græca, alia Latina, sic non solum illud peccatum dicimus quod proprié peccatum vocatur, libera enim voluntate & à sciente committitur: sed etiam illud quod iam de huius supplicio consequatur necesse est. Sic etiam ipsam naturam aliter dicimus cum proprié loquimur naturam hominis, in qua primum in suo genere inculpabilis est factus: aliter istam, in qua ex illius damnati pœna, & mortales, & ignari, & carni subditi nascimur. Iuxta quem modum dicit Apostolus: Fuimus & nos enim naturaliter filij iræ, sicut & cæteri. *Cap.26.* Vt autem de illo primo coniugio, & cum ignorantia, & cum difficultate, & cum mortalitate nascamur, quoniam illi cum peccassent, & in errorem, & in ærumnam, & in mortem præcipitati sunt, rerum moderatori summo Deo iustissimé placuit: vt in ortu hominis originaliter appareret iustitia punientis, & in prouectu misericordia liberantis. Non enim damnato primo homini sic adempta est beatitudo, vt etiam fœcunditas admiretur. *Peccatum originis in posteros.* Poterat enim & de prole eius, quamuis carnali & mortali, aliquid in suo genere fieri decus ornamentúmque terrarum. Iam verò vt meliores gigneret quam ipse esset, non erat æquitatis. Sed ex cõuersione ad Deum vt vinceret quisque supplicium, quod origo eius ex auersione meruerat, non solum volentem non prohiberi, sed etiam adiuuari oportebat. Sic enim rerum creator ostendit, quanta facilitate potuisset homo, si voluisset, retinere qui factus est, cum proles eius etiam potuit superare quod nata est.

Ab ista pœna immunis fuit anima Christi. *Cap.29. Tom.VII.* Libro ij. de peccatorum meritis & remissione & baptismo paruulorum. Nulli vsui congruis vel idoneis infantilibus membris, anima rationalis miserabili ignorantia prægrauatur. Quã plane ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo verbum caro factum est, vt habitaret in nobis: nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam videmus in paruulis.

Ab ignorantia procedit peccatum. Lib. iiij. Nolunt homines facere quod iustum est, siue quod latet an iustum sit, siue quia non delectat. Tanto enim quodq; vehemẽtius volumus, quanto certius quod bonum sit nouimus: eóque delectamur ardentius. Ignorantia igitur & infirmitas, vitia sunt quæ impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum. Vt autem innotescat quod latebat, & suaue fiat quod non delectabat, gratia Dei est, qua hominum adiuuãtur volũtates: qua vt non adiuuentur, in ipsis iisdẽ causa est, non in Deo: siue damnandi prædestinati sint, propter iniquitaté superbiæ: siue cõtra ipsam superbiam iudicandi, vt eruditi sint filij misericordiæ.

Vnde de ignorãtiæ peccato. Lib. iij. de libero arbitrio. *Cap.22. Tom.I.* Ignorantia verò & difficultas si naturalis est, inde incipit anima proficere, & ad cognitionem & requiem, donec in ea perficiatur vita beata promoueri. Quem profectum in studiis optimis atq; pietate, quorum facultas ei non negata est, si propria voluntate neglexerit iustè in grauioré, quæ pœnalis est, ignorantiam difficultatémq; præcipitatur, decentissimo & conuenientissimo rerũ moderamine in inferioribus ordinante. *Quando excuse ignorantia.* Non enim quod naturaliter nescit, & naturaliter nõ potest hoc animę deputatur in reatũ: sed quod scire nõ studuit, & quod dignã facultati comparandę ad recte faciédũ operã nõ dedit. Loqui enim non nosse atque non posse, infanti naturale est, quæ ignorantia difficultásque sermonis, non modo inculpabilis sub grãmaticorum legibus, sed etiam humanis affectibus blanda atque grata est. Non enim vllo vitio illam facultatem operare neglexit, aut vllo vitio

tio quam comparauerat amisit. Itaque si nobis in eloquentia esset beatitudo constituta, atque ita crimini duceretur cum peccatur in linguæ sonis quemadmodum cum peccatur in actibus vitæ, nullius vtique argueretur infantia, quod ab ea esset exorsus ad consequendam eloquentiam: sed planè meritò damnaretur, si suæ voluntatis peruersitate vel ad eam recidisset, vel in ea remansisset. Sic etiam nunc si ignorantia & difficultas recti naturalis est homini, vnde incipiat in sapientiæ quietisque beatitudinem surgere, nullus hanc ex vitio naturali rectè arguit, sed si proficere noluerit, iure meritòque pœnas luet.

Tom. VI. Lib. ij. de adulterinis coniugiis. Sunt etiam peccata ignorantiũ, quamuis minora quam scientium.

Cap. 308. Tom. III. Libr. de vera innocentia. Inexcusabilis est omnis peccator, vel originis reatu, vel additamento etiam propriæ voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat: siue qui indicat, siue qui non indicat: quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubio peccatum est: in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati: ergo in vtrisque non excusatio, sed iusta damnatio.

Ignorãtia aut peccatũ aut pœna peccati.

Tom. VII. Est ergo peccatum ignorantiæ minus graue. Libr. primo de baptismo contra Donatistas. Per ignorantiam delinquens minus peccat, quam qui ex certa scientia: peccato tamen vulneratur, non ideo non grauiter, quod alij grauius. Cum enim dictũ est quibusdam. Tolerabilius erit Sodomis in die iudicij, quam vobis: non ideo dictum est, quod Sodomitæ non torquebuntur.

Tom. eod. Libro iiij. eiusdem. Post inspirationem & reuelationem factam veritatis, qui in eo quod errauerat perseuerat prudens & sciens, sine venia ignorantiæ peccat. Præsumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur. Hoc verissimum est longè grauius esse peccatum eius qui sciens, quam eius qui nesciens peccauerit. Ibidem & allegatur in decretis, sexta, quęstiõe prima. Quæro quis peccet grauius, qui nesciens in hæresim incurrit, an qui sciẽs ab auaritia, id est, ab idololatria non recesserit? Secũdũ quidem illam regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur, auarus in conscientia, vincit in scelere: sed fortè si hoc faciat in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in auaritia scientis admissio, hæreticus nesciens, auaro sciẽti coæquatur.

Cap. 2. Tom. VII. Libro de gratia & libero arbitrio ad Valentinum: quod ignorantia non excusat. Ipsa Diuina præcepta homini non prodessent, nisi haberet liberum arbitrium voluntatis quo ea faciens, ad promissa præmia perueniret: ideo enim data sunt, vt homo de ignorantia excusationem non haberet.

Cap. eod. In eodem, infra. Sempiterna quoque virtus eius ac Diuinitas vt sint inexcusabiles. Quomodo dicit inexcusabiles, nisi de illa excusatione qua solet dicere humana superbia, Si scissem, fecissem: ideo non feci, quia nesciui. Aut si scirem, facerem: ideo non facio, quia nescio? Hæc eis excusatio tollitur, quando præceptum datur, vel scientia non peccandi manifestatur.

Cap. eod. In eodem, infra. Nempe vbi dicitur, No-

A li hoc, & noli illud. Et vbi ad aliquid faciendum vel non faciendum in Diuinis monitis opus voluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium. Nemo igitur Deum causetur in corde suo, sed sibi quisque imputet cum peccat. Neque cum aliquid secundum Deum operatur, alienet hoc à propria voluntate. Quando enim volens facit, tunc dicendum est opus bonum, tunc sperãda est boni operis merces ab eo, de quo dictum est. Qui reddet vnicuique secundum opera sua. Qui ergo nouerunt Diuina mandata, aufertur eis excusatio, quam solent habere homines de ignorantia nec ipsi sine pœna erunt, qui legem Dei nesciunt. Qui enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.

Cap. Luc. In eodem, infra. Seruus qui nescit voluntatem Domini sui &c. Ecce vbi ostẽ-

B dit grauius peccare hominem scientem, quàm nescientem, nec tamen ideo fugiendum est ad ignorantiæ tenebras, vt in eis quisque requirat excusationẽ. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse. Volũtas quippe arguitur in eo, de quo dicitur, Noluit intelligere vt bene ageret. Sed & illa ignorantia quæ non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui simpliciter nesciunt, neminem sic excusat, vt sempiterno igne non ardeat, si propterea non credidit, quia non audiuit omnino quod crederet, sed fortasse vt minus ardeat: non enim sine causa dictum est, Effunde iram tuam in gentes quæ te non cognouerunt: & illud quod Apostolus dicit. Cum venerit in flamma ignis dare vindictam in eos qui ignorant Deum.

C Libro secundo quæstionum veteris & noui testamenti, & habetur in decertis, distinctione trigesimaseptima. Non omnis ignorans immunis est à pœna. Ille enim ignorans potest excusari à pœna, qui quod disceret, non inuenit. Illis autem hoc ignosci non poterit, qui habẽtes à quo discerent, operam non dederunt.

Libro quinquagesimo Homiliarum, homil. vigesima prima. Molestum est & nimium periculosum, & pro certo exitiabile, quod à nobis frequenter admoniti, non ignorantes, sed scientes peccant. Causat admirationẽ. lib. decimo tertio confessionum. Ignorantia mater est admirationis. Impedit scientiam. lib. vndecimo de Trinitate. Nullo pacto aut ratione dicitur sciri aliqua res, dum eius ignoratur substantia.

Impedit dilectionem. in prologo libri de vera & falsa pœnitentia. Vix diligitur, quod omni-

D no ignoratur. Facit miserum. Libro secundo soliloquiorum suorum. Rerum ignorantia miserum, rerum intelligentia facit beatum.

Tamen vt dicit libro de verbis Apostoli, sermone vigesimo. Melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. In epistola octogesima ad Hesychium. Magis eligo cautã ignorantiam confiteri quam falsam scientiã profiteri. Super illud. Quod operor ignoro. Dixit ignoro, non approbo, non accepto, non mihi placet. nõ consentio, non laudo, non enim Christus & eos ignorabit, quibus dicturus est, Non noui vos.

Illi-

ILLVMINATIO. Super primã canonicã Ioannis.hom. iiij. Est illuminatio per fidem, est illuminatio per speciem. Modo cum pere grinamur,per fidem ambulamus,non per speciẽ.

Illuminatio est à Deo. super Psal. cxviij. sermone xxiij.Nulla quippe creatura, quamuis rationalis & intellectualis,à seipsa illuminatur, sed participatione sempiternæ veritatis accenditur: etiam si aliquando dies vocatur,non dies Dominus,sed quem fecit Dominus.Ideo subdit, Accedite ad eum & illuminamini. Lib.de vera innocentia,cap. xxvij. Nemo enim tam eruditus, nemo tã doctus est, qui superna illustratione nõ egeat.Non enim ita vlla diuinorum augmenta bonorum sufficiunt,vt nõ semper supersit quod mens rationalis & intelligendum desideret, & gerendum.Semper illuminatur creatura,& nunquam est lumen. Libro viij. super Genes. Sicut aer præsente lumine non factus est lucidus, sed fit: quia si factus esset, & non fieret, etiam absente lumine lucidus maneret: Sic homo Deo præsente sibi illuminatur: absente autem continuò obtenebratur: à quo non locorum interuallis, sed voluntatis auersione disceditur. Super Ioannem,sermone xxxiij.Sicut lumina quę in facie habemus indigent adiutorio luminis extrinsecus,quo ablato, sana & aperta non vident: sic mens nostra quæ est oculus animæ, nisi veritatis lumine radietur,& ab illo,qui illuminat nec illuminatur,mirabiliter illustretur,nec ad sapiẽtiã, nec ad iustitiam poterit peruenire. Lib.soliloquiorum ad Deum.Gratias ago Domine qui dignatus es per tuam misericordiã illuminare me, lumen verum,lumen sanctum, lumen admirabile,lumen superlaudabile:quod illuminas oculos Angelorum.Ecce video,gratias ago.Ecce video lumen cœli interlucet oculis mentis meæ,radius de super à facie luminis tui,& lętificat omnia ossa mea. De quo illuminatore Deo, super Psal. xxvj.Dominus illuminatio mea,& salus mea quẽ timebo? Ille me illuminat,recedunt tenebræ:ille me sanat,recedit infirmitas:ambulãs firmus in lumine, quem timebo?Non enim talem salutẽ dat Deus, quæ ab illo possit extorqueri:aut tale lumẽ est quod ab aliquo possit contenebrari:Dominus illuminans,nos illuminati: Dominus saluans,nos saluati.Si ergo illuminans, nos illuminati, & ille saluans,nos saluati:præter ipsum nos tenebræ, & infirmitas.Habentes in ipso spem certam, & fixã, & veram,quem timebimus?

ILLVSIO. Quæ sunt illusiones animæ nostræ.super Psal.xxxvij.Illusiones animæ sunt multæ,quibus aliquando vix orare permittimur.De corporibus cogitare non nouimus, nisi imagines:& sæpe irruunt quas non quærimus, & volumus ex hac in hanc ire, & ab illa in illam transire:& aliquando vis redire ad id quod cogitabas,& dimittere vnde cogitabas, & aliud tibi occurrit.Vis recordari quod oblitus eras, & non tibi venit in mentem, & venit potius aliud quod nolebas.Vbi erat quod oblitus eras? Nam quare postea venit in mentem,cum iam non quæreretur?Cum autem quæreretur occurrerunt pro illo innumerabilia quæ non quærebantur. Hæc & huiusmodi sunt illusiones animæ. Accepit ergo anima pœnam illusionis, amisit veritatem. Sicut enim pœna est animæ illusio, sic eius præmium veritas.Et ideo suscipiens carnem nostram veritas,venit ad nos vt veritatem ostenderet.

IMAGO. Lib. lxxxiij. quæstionum. Imago & æqualitas & similitudo distinguenda sunt: quia vbi imago continuò similitudo, non cõtinuò æqualitas.Vbi æqualitas,continuo similitudo,non continuo imago. Vbi similitudo, continuo imago,non continuo æqualitas: vt in speculo est imago hominis,de illo expressa est: est etiã necessariò similitudo,non tamen æqualitas: quia multa desunt imagini,quæ insunt illi rei, de qua expressa est. Vbi æqualitas, continuo similitudo, non continuo imago: velut in duobus ouis paribus,quia inest æqualitas,inest & similitudo:quæcunq; enim adsunt vni,adsunt & alteri:imago tamen non est, quia neutrum de altero expressum est.Vbi similitudo,non continuo æqualitas, nec continuò imago:quia omne ouum omni ouo, inquantum est ouum,est simile: potest autem esse inæquale,nec vnum alterius est imago. Sed potest esse aliqua imago,in qua sit æqualitas & similitudo,vt in parentibus & filiis. Nam de parente expressa est similitudo filij,vnde rectè imago eius dicitur.Potest esse vt rectè dicatur etiam esse æqualitas, nisi quod parens tempore præcessit. *Quæst.74. Tom.IIII.*

Quod est imago Dei in nobis,quamuis aliter quam in Christo.super primã canonicã Ioannis. Habemus nos imaginem Dei, sed non illam quã habet filius æqualis patri. Tamen & nos pro modulo nostro si nõ sicut ille essemus:ex nulla parte similes diceremur.Sed cum perfecta fuerit iustitia nostra,cũ facti æquales Angelis fuerimus, nec tunc illi æquabimur. Ibidem.Hom.ix.Facti sumus ad imaginem Dei,non ad æqualitatem: vt sicut Deus simus, sed pro modulo nostro. *Tract. 4. Tom.IX.*

Est autem prædicta imago in anima.Lib.xiiij. de Trinitate.Quid melius in natura animæ creatum est,quam quod ad sui creatoris imaginem facta est? Probat eodem lib. Quamuis mens humana non sit eius naturæ cuius est Deus,imago tamen naturæ illius qua natura melior nulla est,ibi quærenda est & inuenienda in nobis, quo etiam natura nostra nihil habet melius: sed prius mens in seipso consideranda est antequam sit particeps Dei,& in ea reperienda est imago eius. Ibidem infra.Eo quippe ipso imago eius est, quo eius capax est, eiúsque particeps esse potest, quod tam magnum bonum nisi per hoc quod imago est, intelligi non potest. In libro de essentia Diuinitatis Dei,& inuisibilitate atq; incõmutabilitate Dei.Ad imaginem quippe suam Deus fecit hominem,non in corpore,sed in anima:non in corpore,sed in sensu:non in exteriori homine,sed in ratione.Anima quippe hominis ad imaginem Dei facta est. Super Psal.xlviij. sermone ij. Imago Dei est intus,nõ in corpore:sed vbi est intellectus, vbi mens, vbi ratio inuestigandæ veritatis, vbi *Cap.3. Tom.III. Cap.8. Tom.IIII. Tom.VIII.*

eſt fides, vbi ſpes, & charitas: ibi habet Deus imaginem ſuam. Declarat quomodo ſit ad imaginem Dei, in ſermone de imagine, in prin. Tanta dignitas conditionis humanæ eſſe cognoſcitur, vt non ſolum iubentis ſermone, vt alia ſex dierum opera, ſed conſilio ſanctę Trinitatis, & opere maieſtatis Diuinæ creatus ſit homo: vt ex primæ conditionis honore intelligeret, quantũ ſuo conditori deberet, dum tantũ in cõditione mox dignitatis priuilegium præſtitit ei conditor: vt tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilius ſe ab eo cõditum intelligeret. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Non ad hoc ſolum quod ſanctæ Trinitatis conſilio, ſic ab excellentia cõditoris cõditus eſt, ſed etiam quod ad imaginem & ſimilitudinem ſuam ipſe creator omnium eum creauit. Quæ imago diligentius ex interioris hominis nobilitate conſideranda eſt. Primo ſiquidem, vt ſicuti eſt vnus ſemper vbique totus & omnia viuificans, mouens & gubernans, ſicut Apoſtolus cõfirmat. Quod in eo viuimus, mouemur, & ſumus: ſic anima in ſuo corpore vbiq; tota viget, viuificans illud, mouens & gubernãs. Neq; enim in maioribus ſui corporis membris, maior, & in minoribus minor: ſed in minimis tota eſt, & in maximis tota. Et hæc imago omnipotentis Dei, quam anima in ſe habet, quaſi quandam trinitatis gerit ſimilitudinem. Primò quia ſicut Deus eſt, & viuit, & ſapit: ita & anima ſecundum ſuum modum eſt, & viuit, & ſapit. Aliam ſubdit cauſam, ibidem. Eſt quoq; & alia ſimilitudo trinitatis in ea, qua ad imaginem ſui conditoris, perfectæ quidẽ & ſummæ trinitatis quæ eſt in patre filio & Spiritu ſancto, condita eſt: & licet vnius ſit illa naturę, tres tamen in ſe dignitates habet, id eſt, intellectũ, voluntatem, & memoriam: quod quidẽ aliis verbis deſignatur in Euangelio cum dicitur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, id eſt, ex toto intellectu tuo, & ex tota volũtate tua, & ex tota memoria tua. Nam ſicut ex patre generatur filius, & ex patre filióq; procedit Spiritus ſanctus: ita per intellectum generatur voluntas, & ex ambobus procedit memoria: ſicut facilè à ſapiente quolibet intelligi poteſt. Neq; enim anima perfecta eſſe poteſt ſine his tribus: neque horum trium vnum aliquod quantum ad ſuam habitudinẽ pertinet, ſine aliis duobus integrum conſtat. Et ſicut Deus pater, Deus filius, Deus Spiritus ſanctus, nõ tres dij, ſed vnus Deus habens tres perſonas: ita & anima intellectus, & anima voluntas, & anima memoria: non tamen tres animę in vno corpore, ſed vna anima tres habens dignitates. Atq; in iſtis tribus Dei imaginem gerit mirabiliter in ſua natura noſter interior homo. Ex his quaſi excellentioribus animæ dignitatibus iubemur diligere Deum: vt quantum intelligitur, ſemper in memoria habeatur: nec ſolus ſufficit intellectus, niſi ſit voluntas in amore eius: imo nec hæc duo ſufficiunt, niſi memoria addatur, qua ſemper in mente intelligentis & diligentis maneat Deus: ſic

A nullum poteſt eſſe momentum, quo præſentem eum non habeat memoria. Super Pſal. liiij. Meminiſſe debemus nos ad imaginẽ Dei eſſe factos, nec alibi quam in ipſo intellectu. Nam multis rebus à beſtiis non ſeparamur. Vbi autem homo ad imaginem Dei factum ſe nouit, ibi aliquid amplius in ſe cognoſcit eſſe quam datum eſt pecoribus. Cõſideratis verò omnibus rebus quas habet homo: inuenit ſe eo propriè diſcretum à pecore, quod ipſe habeat intellectum. Vnde quoſdam contemnentes in ſe, quod proprium & præcipuum à conditore acceperunt: increpat ipſe conditor dicens. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. Et alio loco dicitur. Homo cum in honore eſſet non intellexit: In quo honore, niſi quia factus eſt ad imaginẽ Dei? B Ergo in honore poſitus non intellexit, & comparatus eſt iumẽtis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Agnoſcamus ergo honorem noſtrum & intelligamus. In dialogo ad Oroſium. Ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creauit eum: quia iuſtum, & ſanctum, & verum ſicuti eſt, creauit ad ſimilitudinem, quia immortalem, & æternum condidit eum, niſi peccaſſet: ſed ſtatim vt peccauit, imaginem & ſimilitudinem perdidit. Lib. de vera innocentia. Imago quidem Dei eſt homo, & qui per iuſtitiæ ambulat vias, ad ſimilitudinem ſui tendit authoris, & tamen dum in hac vita degit, cõturbationes vanitatis incurrit. Vnde de reformanda imagine, libro meditationum. Doce me Domine quærere te, & oſtende te quærenti, quia nec quærere te poſſum niſi tu doceas, C nec inuenire niſi tu oſtendas. Quæram te deſiderando, deſiderabo te quærendo: Inueniam amando, amem inueniendo. Fateor Domine & gratias ago, quod creaſti in me hanc imaginem tuam, vt tui memor te cogitem, te amem: ſed ſic eſt abolita attritione vitiorum, ſic eſt obfuſcata fumo peccatorum, vt non poſſit facere ad quod facta eſt, niſi tu renoues & reformes eam. Non tento Domine penetrare altitudinem tuã, quia nullatenus comparo illi intellectum meum: ſed deſidero aliquantulum intelligere veritatem tuam, quam credit & amat cor meum. Neq; enim quæro intelligere vt credã, ſed credo vt intelligam. Nam ad hoc credo, quia niſi credidero non intelligam. Super Pſal. lxvj. Illumina vultum tuum D ſuper nos, id eſt, imaginem tuam illumina ſuper nos. Impreſſiſti nobis vultũ tuum, feciſti nos ad imaginem & ſimilitudinem tuam, feciſti nos nũmum tuum, ſed non debet imago tua in tenebris remanere. Mitte radium ſapientiæ tuæ: expellat tenebras noſtras: fulgeat in nobis imago tua: cognoſcamus & nos imaginem tuam. Libro de ſpiritu & anima. Quiſquis talem Deo ſe reddi deſiderat, qualis à Deo factus eſt, id eſt, ſimilem Deo, redeat ad ſe, & ſtet in ſe, & ſic intra ſemetipſum quærat & videat vnde cõſtet homo, & ex qua parte ſui factus eſt ad imaginem Dei. Deturpantur autem vitiis. ſuper Pſal. lxxv. Factus es homo ad imaginem Dei. Per vitam verò peruerſam & malam, perturbaſti in te, & exterminaſti

in te

in te imaginem conditoris tui. Factus dissimilis, attẽdisin te, & displices tibi:iã eo cœpisti similis fieri:qa hoc tibi displicet, quod displicet & Deo.

Lib.xij.de Trin.c.xj. Honor hominis verus est imago & similitudo Dei, quæ non custoditur nisi ad ipsum† à quo imprimitur. Tãto magis inhęretur Deo quanto minus diligitur proprium. Cupiditate verò experiendæ potestatis suæ quodam nutu suo ad seipsum tanquam ad medium proruit. Ita cum vult esse sicut ille sub nullo, & ab ipsa sui medietate pœnaliter ad ima propellitur, id est, ad ea quibus pecora delectantur, atque ita cum sit honor eius similitudo Dei, dedecus autem eius similitudo pecoris, homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis. De pœna non custoditę imaginis. super Psal. lxxij. Ideo in ciuitate sua Deus imaginem talium ad nihilum rediget: quia & ipsi in ciuitate sua terrena imaginem Dei ad nihilum redegerunt. Sed in gloria erit perfecta. Lib.xiiij.de Trinitate. In ipsa imagine tunc perfecta erit Dei similitudo, quando Dei perfecta erit visio. De qua dicit Apostolus. Videmus nunc per speculum, &c. De imaginibus verò mente visis. Lib. xij. super Genes. cap.xvij. Cum vel nimia cogitationis intentione, vel aliqua vi morbi, vt in phreneticis per febrẽ accidere solet, vel cõmistione cuiusquã alterius spiritus, seu boni, seu mali, ita corporaliũ rerũ in spiritu exprimũtur imagines tanquam ipsis corporis sensibus corpora præsententur, manẽte tamen etiam in sensibus corporis intentione, sic videntur quæ in spiritu fiũt imagines corporum, quemadmodum corpora ipsa per corpus: ita vt simul cernatur aliquis præsens oculis, & absens alius spiritu tanquam oculis. Nam experti sumus sic affectos, & cum eis loquutos qui verè aderant, & cum illis qui nõ aderant, tanquam adessent. Lib. de spiritu & anima, cap.xxiij. Aliud est itaque in nobis quo corpora sentimus, quod quoniam corporis sensibus facimus. Aliud quo non corpora, sed corporibus similia cernimus, vbi & nosipsos non aliter quam similes corporibus intuemur. Aliud quo nec corpora, nec corporum similitudines conspicimus, sicut illas res quæ non habent imagines sui similes, vt est Deus, & ipsa mens rationalis, vel intelligentia, vel ratio: sicut etiam virtutes, prudentia, iustitia, castitas, charitas, pietas, & quæcunque aliæ sunt, quas intelligendo, vel cogitando enumeramus, discernimus, & definimus. Et subdit de imaginibus visis in somnis, animarũ viuorum & mortuorum. Porrò anima non est corpus, quoniam non omnis similitudo corporis, est corpus. Dormienti enim tibi in somnis velut corpus apparebit, neque id corpus tuum sed anima tua: nec verum corpus, sed similitudo corporis tui. Iacebit enim corpus tuum, ambulabit ipsa. Tacebit lingua corporis tui, loquetur ipsa. Clausi erunt oculi tui, videbit ipsa: & ita in ea tota & integra cernetur similitudo carnis tuæ. In hac similitudine quasi per loca cognita vel incognita discur-

1. Alias, ... — *Psal.48.* — *Tom.VIII.* — *Cap.* *Tom.III.* — *1.Cor.13.* — *Tom.III.* — *Cap.eodem.*

A rit, & sentit læta vel tristia. Anima etiam mortui sicut dormientis est in ipsa similitudine corporis sui, sentit seu bona, seu mala: non sunt tamen corporalia, sed corporalibus similia, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur seu bene seu malè, cum & ipsæ suis corporibus similes sibimet appareant. Spiritus tamen sunt, & vera lætitia, & vera molestia, facta de substantia spirituali in substantia spirituali. Certum nempe est quandam spiritualem naturam in nobis esse, vbi corporalium rerum similitudines aut formantur, aut formatæ ingeruntur: siue cum præsentia aliquo sensu corporis tangimus, & continuò eorum similitudo in spiritu formatur, & memoria reconditur: siue cum absentia iam nota, vel quæ non nouimus cogitamus, vt inde formetur quidam spiritualis intellectus. B Innumerabilia etiam pro arbitrio & opinione fingimus, quæ vel non sunt, vel esse nesciuntur. Innumerabiles quoque & aliæ formæ rerum in animo nostro versantur, vel cum aliquid facimus vel facturi sumus: aliquo etiam spiritu rapiente tollitur anima in huiusmodi videnda, seu bona, seu mala.

IMAGINATIO Libr. de spiritu & anima, In prima parte cerebri vis animalis vocatur phantasticalis, id est, imaginaria, quia in ea corporalium rerum similitudines & imagines continentur, vnde & phantasticum dicitur. In media parte cerebri vocatur rationalis, quia ibi examinat & iudicat ea quæ per imaginationẽ repræsentãtur. In vltima parte vocatur memorialis, quia ibi commendat memoriæ ratione memorata. C Quid sit, ibidem. Imaginatio est ea vis animæ, quæ rerum corporearum corporeas recipit formas, sed absentes. Sensus nanque formas in materia percipit, imaginatio extra materiam: & ea vis quæ exterius formata sensus dicitur, eadem traducta vsque ad intimum, imaginatio vocatur. Imaginatio nanque de sensu oritur, & secundum eius diuersitates, est ipsius quoque variatio. Multa videt anima corporalibus oculis: Multa etiam phantastica imaginatione concipit, & vbique quasi diffunditur, mouetur, erigitur, & fluctuare videtur: non à se egrediens, sed in seipsa tãquam in magno percurrens spatio peruagatur: non erit ad illa, sed tractatibus suis sibi illa repręsentat. Habet siquidem in se, quasi quãdam latitudinem, longitudinem, & altitudinem. D Nam per charitatem Deum & omnes fideles sibi complectitur: per meditationem rerum vniuersa quæ à principio mũdi vsque in finem Deus propter salutem nostram operatus est, meditatur: per contemplationem, quæ sursum sunt cœlestia contemplatur. Et in eodem libr. Est imaginatio similitudo corporis, per sensus quidem corporeos, ex corporum contactu concepta extrinsecus, atque per eosdem sensus introrsus ad partes puriores corporei spiritus reducta, eique impressa, in summo, scilicet corporalis spiritus, & in imo rationalis, corporalem informans, & rationalem contingens. Spiritum corporeum vo

Cap.22. Tom.III. — *Cellulæ tres cerebri.* — *Cap.11.* — *Differunt sensus & imaginatio.* — *Dimẽsiones animæ.* — *Cap.33. Spiritus corporeus.*

co aerem, vel potius ignem, qui præ sui subtilitate videri non potest, & corpora interius vegetando viuificat. Quædam autem vegetat tantum & non sensificat, sicut arbores, herbas, & vniuersa in terra germinãtia. Quædam vegetat & sensificat, sicut omnia bruta animantia: in quibus quædã sensum tantum habent, & imaginationem non habent: quædam sensum & imaginationem habent. Cum itaque magis sit sensificare quam vegetari tantum, constat profectò hanc vim esse subtiliorem, & vbi magis subtilis est, ibi est spiritus magis. Magis si quidem incorporæ natureæ appropinquat cum imaginationem format, quam cum sensum præstat. Nihil enim in corpore altius, vel spirituali naturæ vicinius esse potest, quam id vbi post sensum, vel supra sensum vis imaginandi concipitur. Quod quidem in tantum sublime est, vt quicquid supra illud est aliud non sit quam ratio.

Tom. VII. *Tom. IIII.* IMITATIO. Lib. hypognosticon, sermone ij. Omne quod imitatum est, aut videtur oculis, aut certè relatione concipitur. Imitari non potest, quod non placet. Libr. ij. de sermone Domini in monte, cap. ij. Imitari illum qui sibi non placuerit, nullo modo potest. Non sunt imitandi mali licet sint plures. Lib. iij. de verbis Domini, sermone xxv. Nolite imitari malos. Nolite dicere faciam hoc, quia multi fideles faciunt: hoc non est defensionem parare animę, sed comites ad gehennam inquirere. Crescite in hac area Dominica: in hac inuenietis bonos, qui vobis placeant, si & vos boni fueritis. *Cap. 3. Tom. VII.* Lib. de vnico baptismo ad. Constantium. O quàm detestandus est error hominũ, qui clarorũ virorum quædam nõ rectè facta laudabiliter se imitari putant, à quorum virtutibus sunt alieni. Sic enim & nonnulli Petro Apostolo se cõparari volunt, si Christum negauerint, si gentes Iudaizare coegerint: vocitari germani eius affectant, Apostolica gratia, vt continuò declarentur: cum nec ei non dico præferri, sed saltem possit æquari: aut de proximo comparari, quiuis nostrorũ temporum Christianus aut etiam Episcopus, qui nec Christũ negauerit, nec gentes Iudaizare cõpulerit. De his qui volunt imitari sanctos in vno quod placet, & non in aliis. Lib. de singularitate clericorum, vbi *Apud D. Cyprianum.* inducit se excusantes de conuersatione cum mulieribus, exemplo Apostolorum & Prophetarũ. Sed aiunt, si de hac coniunctione clerici notantur, notandi sunt etiam sancti plerique nobiscum: Siue Helias qui mansit apud viduam: siue Apostoli, qui mulieres secum comites circunducebãt: vt Ioannes, qui matrem Domini assumpsit eodem Domino delegante: aut ipse Dominus cui de suis facultatibus alimenta præstabant aliquæ mulieres religiosæ, cui etiam Marta ministrabat ad mensam; & qui singulariter loquutus est ad puteum sedẽs cum alienigena muliere Samaritana: vel cui recumbenti fœmina lachrymis lauit pedes, & capillis tersit. Callidi argumentatores & iuris periti fallaces, qui cupiunt præuaricari cõtrouersas actiones quæ causarum etiam ipsa iura transuertunt, & cum nolunt competentibus coerceri iussionibus legum, ad illudendos iudices inconuenientibus exemplis, velut similes coniecturas iuris obiiciunt, qui per Salomonem ipsius legis sagacitate produntur. Peccator, inquit, homo euitat correptionem, & ad voluntatem suam inuenit comparationem. *Eccl.* Tales non per orationem, sed per correptionem potius reuincendi sunt, vt non ante interpretatis rationibus instruãtur quam admiserint, quod ad defensionis solatiũ repererũt, sicut nos aduersus huiusmodi homines Salomon docet dicens. *Prou.* Noli, inquit, respondere insipienti, ad ipsius insipientiam, ne similis fias illi, sed responde illi insipienti contra ipsius insipientiam, vt non videatur sibi sapiens esse. Reuera magni homines, qui se comparant sanctis, & eximia conuersatio nostra quæ Prophetis vel apostolis videatur æqualis: ad occasionem luxurię nostræ in peruersum sanctos volumus imitari, & in cæteros actus vestigia iustorum nolumus sequi. In quibusdam infirmos nos excusamus ad imitanda facta maiorum, & in aliis nos æquales maioribus protestamur, cum Helias ipse in angustia constitutus, imparem se patribus suis ante Deum fateatur, Nunquid, ait, melior sum patribus meis? Hoc Helias de antecessoribus suis in infirmitate sua constitutus cogitur exclamare: & nos Heliæ, vel Prophetis, & Apostolis, & Domino virtutem nostram non dubitamus æquare? Video planè non sic apud nos calcari auaritiam, sicut Apostoli propria cuncta dimiserunt. Video crapulam & ebrietatẽ sic nostris conuiuiis non abesse, sicut Apostoli nihil babentes coacti sunt frequenter esurire. Cognosco taliter in nobis ieiunia, sitim, famem propter instantiam doctrinæ solius vbique pollere, sicut in Apostolis legimus triũphasse, & probantur apud nos eadem exercitia feruere virtutum, quibus Apostoli omnia vitia tremuerunt. Nunquid similes agones frequentamus contra luctamina vitiorum, & sic agimus rigore, authoritate, vigiliis, passionibus, labore, necessitate, afflictione, abstinentia, quibus peccata calcantur, vt nemo de nobis aliquid mali suspicetur? Per quæ Paulus Apostolus conscientiam suam innotuisse omnibus gloriatur. In omnibus, inquit, cõmendantes nosmetipsos Dei ministros, &c. Ad has imitationes infirmi sumus, & ad mulieres circunducendas possibilitatem nobis comparandæ imitationis asciscimus: quod si etiam cuncta illorum quisquam se implere iactasset, me tamẽ nullius suadela posset inclinare, vt alios nunc Apostolos credere, contra Apostoli Pauli professionem. Nunquid, inquit, omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Si Christus comparare seipsum nõ ausus est Deo, qui ait, Pater maior me est: aut si Apostoli coęquare semetipsos nõ ausi sunt Christo: nos ęquales hodie Apostolis faciet cõsimilis fortitudo? Misera humanitas in hac æqualitate non times fulminari, quæ filio Dei, aut de filiis tonitrui, nõ cunctaris peccatis tuis velut exempla similia mutuare? cum superbiæ sit elata iactantia etiam minimis Ecclesiæ quenquã com

comparabilem velle conscribi:cum Paulus mo-
neat & dicat, Alter alterum superiorem sibi exi- *Phil. 2.*
stimantes. Et inferius addidit dicens, Hoc sentite
in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in for-
ma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se
æqualem Deo. Minus itaque de nostris viribus
sentire debemus, nec fortitudini sanctorum infir
mitas nostra comparanda est, sicut nobis Aposto
lus de semetipso magisterium proponit & dicit.
2. Cor. 10. Non enim audemus, inquit, comparare nos aut
conferre quibusdam, qui seipsos commendant,
sed ipsi in nobis ipsis nosmetipsos commendan-
tes: non supra mensuram gloriantes, sed ad men-
suram gratiæ quam nobis mensus est Deus. Et
1. Cor. 15. contemplemur quod iterum dicit. Plus omnibus
laboraui. Sed nos contra de Apostolica nobis
coæquatione blandimur, non intendentes peni-
nitus, quid Apostoli & sancti omnes inuicta
virtute gesserunt, & difficilem rumpere quæ-
rimus viam, cum per facilia planior sit nobis
[illegible] apposita, contra Salomonem dicentem. Non te
credas, inquit, viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ
scandalum. Nec vllus considerat, quoniam vnus
securus in lubrico graditur, & alius qui impar
est, labitur: vnus per rupes montes cursu ascendit,
alius si se coarctauerit, cadit. Vni contigit per tē-
pestates nauigia fœliciter explicare, & alteri ta-
lis fœlicitas non potest euenire. Sed qui mihi de
sanctorum exemplo præiudicant, quid aliud e-
xemplum volunt contemplari quod metuant: &
qui Apostolis coæquari contendit, quare non ma
gis presbyteros adulteros apud Danielē ad for-
midinem sibimet ipse proponit? Hæc autem non
ideo propono, quasi Apostolorum imitatoribus
contradicam, sed vt illos confundam, qui se san-
ctis exæquant. Nec nego ipsos esse sectandos,
quos doctores accepimus cūcti, sed aduersus eos
contendo, qui cupientes ad mala sua bonorum hi
storias deprauare, legem sibi existimant suffra-
gari sicut omnes qui perire festinant, & sub ob-
tentu sanctorum dedecora volunt esse cælata, vt
sub imitatione bonorum contraria quæque cō-
mittant, quos Paulus Apostolus prodit & publi-
cat dicens: Quod autem facio & facturus sum vt
amputem occasionem eorum, qui volunt occa-
2. Cor. 11. sionem, vt in eo in quo gloriantur, tales inueniā-
tur, quales & nos sumus. Nam & huiusmodi
pseudoapostoli sunt operarij dolosi, transfigu-
rantes se in Apostolos Christi, hoc enim addunt
ad cumulum perditionis cumulandum, vt bonos
infament, quorum exemplis vtuntur ad malum,
quibus vtile esset satis & salubre, si cuiuscunque
historiæ seipsos magis crederent non intellexis-
se rationem, quam aliquid inhonestum arbitra-
rentur in lege: quos Paulus Apostolus corripit
& confundit dicens. Non intelligentes neque de
1. Tim. 1. quibus dicunt, neque de quibus affirmant. Et ite-
rum, si quis putat se scire aliquid: nondum co-
gnouit quemadmodum eum oporteat scire. Va-
cant itaque præiudicia petulantium, quos inge-
nia suæ peruersitatis errabunda transducunt, &

A quærunt competentes suis sensibus historias
quas exponant, qui malè agentes mutuant lega-
lia patrocinia. Bene agentibus verò bona sunt o-
mnia quæcunque scripta sunt, qui bene dicta be-
ne suscipiunt, sicut Apostolus Paulus pollicetur.
Scimus quā bona est lex si quis ea legitimè vtatur.
Obtinuimus cōfundēdo cōtradictores. Conuer- *1. Tim. 1.*
tamur subinde in eosdē quos vicimus insuper eru
dire, ne aut vt sanctos remanere patiamur in cri-
mine, aut ignari deputemur in reddendo ratio-
nem, vt publicè victi pœnitentiam gerant: aut si
noluerint, nos expūximus quod ad nostram per-
tinet diligentiam, vt quomodo satisfecimus præ-
dictæ sententiæ Salomonis, ita satisfaciamus Pau
lo Apostolo concionanti. Seruum, inquit, Do-
mini non oportet litigare, sed mitem esse ad o-
B mnes, docibilem, patientem, cum omni mode-
stia corripientem eos qui resistunt veritati, ne
fortè etiam det illis Deus pœnitentiam ad cogno
scendam veritatem, & resipiscant à diaboli la-
queis, à quo captiui tenentur secūdū eius volūta-
tem. Omne quicquid ab authoribus nostris ge- *2. Tim. 2.*
stum est, rationabiliter gerebatur, vt posteris no-
bis aduersus præuaricatores munita vndique au-
thoritas traderetur, propter hæresim amputan-
dam, quam superius taxauimus, de assumendis fœ
minis, quam siue per semetipsum, siue per ser-
uos suos Dominus paululum relaxauit, ne nimio
rigore in totū Domini fabrica damnaretur. Præ-
uidebantur à Domino hæretici, qui nuptias aufe-
runt, & quod Deus coniunxit, contra naturæ
principium & contra Euangelium separare con-
C tendunt. Quibus interdicens iam tunc authoritas *Mulieres se-*
parabatur, ne maritatæ mulieres vetarentur ac- *quutæ Chri-*
cedere ad Christum cui in præsentia seruierunt. *stū & Apo-*
Sed nō sine moderamine fuit etiā ipsa promissio *stolos.*
procurata quæ non sibi operabatur quod gere-
bat, sed cæteris. Nam sic alloquutus Dominus Sa-
maritanam ad horam docuit & recessit, nec de-
fensionem continuandis excessibus fecit. Ad ho-
ram quoque Martham passus est ministrātem.
Sed quid erat aliud Domino nisi regni cœlestis
prandia ministrare? Nunquid sub Domino non
fuere conuiuia? aut sub maiestate eius erat alius
cibus aut potus, quam disciplina tantummo-
do quæ pascebat? testante ipso Domino & di-
cente. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius
D qui misit me. Sic Apostolos mulierum comita-
tus decebat vt non perderent, sed vt discerent re-
uerentiam, & propter humanitatis exhibendi
ministerium sequebatur, sicut in Euangelio de *Luc. 8.*
Domino & ipsis pariter memoratur, Et factum
est, inquit, post hoc, & ipse iter faciebat per ciui-
tates & castella, Euangelizans regnum Dei, &
duodecim cum illo, & mulieres quæ oneratæ e-
rant à spiritibus immundis, & infirmitatibus, &c.
Nunquid adhærebant singularibus singulæ, aut
indisciplinatæ commorantes, perseuerabant ille-
cebroso consortio conuersantes? Vbi tota Eccle-
sia prope modum videbatur, vt nō ad cōuiuatio-
nes improbas, sed ad discenda bonæ conuersatio-

nis studia sequerentur. Ad ea non bene describitur, quod nostris conuiuationibus coæquetur, non risus, non iocus dicitur affuisse. Nec sicut apud quosdam nunc vsque assolet fieri chorus psallentium virginum aures venenosis cantibus asseritur demulsisse. Et vt de Apostolis breuiter probem, quantum illis fluxa illa familiaritas potuit displicere, qui cõpulsi sunt, & de ipso Domino loquente cum fœmina dubitare, nisi eos maiestatis notitia probata compesceret, sicut Euãgelista refert. Interim, inquit, venerunt discipuli, & mirabantur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit ei, quid quæris, aut quid loqueris cum ea. Quid autem loquar de accessu fœminæ ad pedes Domini prouolutæ, cuius luctus & planctus ad defensionem lasciuiæ suæ non erubescunt improbi flagitare? Vsqueadeo illos propria cæcitas rapit, vt nec de similibus causis

Sap. 2. audeant reluctari: de quibus Salomon. Excæcauit, inquit, eos malitia eorum, & nescierunt sacramétum Dei. Ioannes autem matrem Domini suscepisse videtur, sed matrem cuius mores indicat nomen maternum. Tamen nõ possunt & alias Christi matres admittere, nec æquanda est mulieribus cunctis, quæ genuit maiestatem. Helias quoque

3. Reg 17. iussus à Domino relinquere solitudinem, & ingredi tabernaculum viduæ. Pro imperio Domini laborauit, vt in domo mansisset, cui solitudo solatium præstabat ad requiem. Occasionem illi Dominus obtulit ad miracula facienda, vt famis tempore magis tam ipsi viduæ quam pupillis eius sufficientia tribueret alimenta, qui ieiuniis vsquequaque afflictus tolerauerat indigentiam, & qui iussus venerat pasci, pauit. Et hoc non potest cuiusquã fauere luxuriæ, cum nulla fuerit opportunitas scandali, vbi transeunter quod peius est, egestuosam habuit mansionem, quã quilibet hospes effugeret. At hic apud quos hospitatus est impleuit & rediit, qui etiam si moraretur, suspectus esse non potuit. Qualis illic fuit comitatis effectus, vbi non erat victus? Et qualem ad viduam habuit Helias introitum, cui fames dedit hospitium? Quisquis es qui te vis Heliæ de commoratione viduæ vocari discipulum, prius solitudinis afflictiones & quadraginta dierum tolera ieiunij exitium, & aut non quæras fœminam, aut non erat qui cum fœmina commoretur, & tamen si valueris tibi serua. Nobis auté in spiritu & virtute Heliæ non alium quã Ioannem solum Angelus & Dominus Christus insinuat. Proh dolor dolore cogimur quod docemus, qui vsque ad hoc venimus, vt in comparatione fluxorum, de sanctorum mundis virtuti-

Cap. 15. Tom. VI. bus disputemus. Imitandum se autem præbuit Dei filius. Libro de vtilitate credendi. Cum & homo esset imitandus, & non in homine spes ponenda: quid potuit indulgentius & liberalius Diuinitus fieri, quã vt ipsa Dei syncera, æterna, incommutabilisque sapientia, cui nos hærere oportet, suscipere hominem dignaretur? Qui non

A modo illa faceret, quibus ad sequendũ Deũ imitaremur, sed etiã illa pateretur, quibus à sequẽdo Deo deterrebamur. nã cũ adipisci certissimũ ac summũ bonũ nemo possit nisi id plenè perfectéque dilexerit: quod nullo pacto fiet, quandiu mala corporis atque fortuita formidantur. Ille nascendo mirabiliter, & operando conciliauit charitatem: moriendo autem & resurgendo exclusit timorem. Iam verò talem se in cæteris rebus omnibus præbuit, quas persequi longum est, vt Diuina clementia quò porrigi, & humana infirmitas quò possit euehi sentiremus. Et quia imitandus est, ideo libro de agone Christiano. Quem dignatur imitari vitiosa iactantia, vt ad virtutem percipiendam possit adduci, si erubescit imitari eum, de quo dictum est antequam

B nasceretur, Filius altissimi vocabitur: & per omnes iam gentes, quod nemo iam potest negare, filius altissimi vocatur? Et si multum de nobis sentimus, dignemur imitari eum qui filius altissimi vocatur. Si parum de nobis sentimus, audeamus piscatores & publicanos, qui eum imitati sunt. O medicinam omnibus consulentem, omnia superflua resecantem, omnia necessaria custodientem, omnia perdita reparantem, omnia deprauata corrigentem. Quis iam se extollat contra filiũ Dei? Quis de se desperet, pro quo tã humilis esse voluit Dei filius? Quis beatam vitã arbitretur esse in iis, quæ contemnenda esse docuit filius Dei? Quis aduersitatibus cedat, qui naturam hominis à tantis persequutionibus custoditam credit in filio Dei? Quis sibi clausum re-

C gnum cœlorum putet, qui cognoscit publicanos & meretrices imitatos fuisse filium Dei? Qua peruersitate non careat, qui facta & dicta intuetur, & diligit, & sectatur, illius hominis, in quo se nobis ad exemplum vitæ præbuit filius Dei? Itaque iam & masculi & fœminæ, & ætas omnis, & omnis huius sæculi dignitas ad spem vitæ æternæ commutata est. Alij neglectis temporalibus bonis, conuolant ad Diuina. Alij cedunt eorum virtutibus qui hæc sciunt, & laudant quod imitari nõ audent. Pauci autem adhuc murmurant, & inani liuore torquentur. In quo autem sit imitandus. Libro quinquagesimo homil. Imitari Dominum est, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et vt dicit de vera innocentia, cap. nonagesimo primo. Deo qui vbique est, non locis,

D sed actionibus, aut longinqui, aut propinqui sumus: quia sicut separat dissimilitudo, ita nos illi coniungit imitatio.

IN. Esse in aliquo distinguit. Libro secundo soliloquiorum suorum. Esse aliquid in aliquo, duobus modis potest dici: vno quidem ita est, vt etiam seiungi atque alibi esse possit: vt hoc lignum in hoc loco, & sol in oriente, & alia similia: altero autem modo quod ita est in subiecto aliquo vt ab eo nequeat separari: vt in hoc ligno forma & species quam videmus:

mus: vt in sole lux, aut in igne calor: vt in animo disciplina, & si quæ sunt similia. De esse in Deo. Libro de præsentia Dei ad Dardanum. Quomodo Deus est vbique, si est in seipso? sed vbique est, quia nusquam est absens. In seipso autem, quia non continetur ab eis quibus est præsens, tanquam sine eis esse non posit. Et infra subdit. Totus Deus in seipso est, nec in quibus est, ita est vt & indigeat eis tanquam non posit esse nisi in eis. Sicut autem nec ab illo abest in quo non habitat, & totus abest quamuis tamen ille non habeat: ita & illi in quo habitat, totus est præsens, quamuis eum non ex toto capiat.

Super psalm. centesimum decimum tertium. In quibus est Deus ipse tanquam indigentia continet, non ab eis tanquam indigens continetur.

Tom.VIII. In sermone de resurrectione Domini. Deus tamen cum semper vbique sit atque omnia gremio suæ maiestatis includat, illuc tamen à nobis venire creditur, vbi se reuelare dignatur. Libro octogesimo tertio quæstionum. Dei sapientia Iesus Christus in vtero Mariæ virginis fuit & in cœlis, quomodo verbum hominis, quod & si multi audiunt, totum audiūt singuli. Sed quomodo est omnia in omnibus. Libro de incarnatione verbi ad Ianuariū. Tunc omnia erat Deus in omnibus hoc modo, vt quicquid rationalis mens expurgata vitiorum fece, atque omni penitus extersa nube malitiæ, vel sentire, vel intelligere, vel cogitare potest, omnia Deus sit: nec vltra iam aliquid aliud nisi Deum sentiat, Deum cogitet, Deum videat, Deum teneat, omnis motus suus Deus sit, & erit ei omnia Deus. Vnde de esse in Christo. super Ioannē. Tractatu octogesimo primo. Manendo in Christo quid velle possumus, nisi quod conuenit Christo? Quid velle possumus manēdo in saluatore nisi quod alienum non est à salute? Aliud quippe volumus, quia sumus in Christo, & aliud volumus, quia adhuc sumus in hoc sæculo. De mansione nanque huius sæculi, nobis aliquando subrepit, vt hoc petamus, quod nobis non expedire nescimus. Sed absit vt fiat nobis, si manemus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo, cum verba eius in nobis manent, quodcunque voluerimus petimus, & fiet nobis. Quia si petimus & non fiet, non hoc petimus, quod habet mansio in eo, nec quod habent verba eius quæ manent in nobis: sed quod habet cupiditas vel infirmitas carnis, quæ non est in eo, & in qua non manent verba eius. Sed aliter Christus est in Deo, aliter nos. super Ioannem, tractatu quadragesimo octauo. Non filius Dei dicit, In me est pater & ego in illo: quomodo possunt dicere homines. Si enim bene cogitemus, in Deo sumus: & si bene viuamus, Deus est in nobis. Fideles participantes eius gratiam, illuminati ab ipso, in illo sumus & ipse in nobis. Sed non sic vnigenitus filius. Ille in patre, & pater in illo, tanquam æqualis in eo, cui est æqualis. denique nos ali- A quando possumus dicere, in Deo sumus, & Deus in nobis: sed ego & Deus vnum sumus, nūquam possumus dicere. In Deo es, quia Deus te continet. Deus in te est: quia templum Dei factus es. Sed nunquid quia in Deo es, & Deus in te est, potes, dicere, Qui videt me, Deum videt: quomodo vnigenitus dixit. Qui me videt, videt & patrē: &, Ego & pater vnum sumus? Agnosce proprium Donum & munus serui.

INCARNATIO Christi. Fuit missio. Libro de vera innocentia, capit. trecentesimo quadragesimo quinto. Missus est Dominus Christus à patre, & non recessit à patre. Missio eius, incarnatio fuit, & inuisibili Deitate hæc fuit in hunc mundum venire quod appareret. Quod si B citò caperetur, non opus erat, vt crederetur. Credendo ergo capitur, quod nisi credatur, nūquam intelligitur. Hæc incarnatio ab æterno fuit præuisa, & post peccatum Adæ immediate à sæculo expectata. Libro cur & quando Deus homo, capit. decimo. Quomodo homini lapso subueniendū foret, in consilio Diuinitatis latebat, & solus Deus nouerat. Ante tēpora disposuit, qualiter in tempore omnia fierent. Quapropter licet Adam omnia nouerit quæ iustè scire debuit, Diuinæ tamen incarnationis consilium, arbitramur quod illum ante culpam latuerit. Hoc nempe idcirco illum rationabiliter latuisse videtur, quia sicut sine causa non vulnerato, morbóue nullo affecto medicina apponeretur, ita homini nondum lapso frustra qui manus porrigeret osten- C deretur. Talis quippe factus fuerat homo, vt si non peccaret, filios gehennæ nunquam generaret: sed de eo, innocentia permanente, tot solummodo innocentes procrearentur, quot ad Angelorum consortium nunc ascensuri sunt post finem sæculorum. Econtrariò autem, si homo peccaret, in consilio sanctæ Trinitatis statutum erat, vt verbum quod ante sæcula in sinu patris manebat, carnem ex homine propter homines assumeret: quæ fieret quasi collyrium & medicina humani generis, & cum qua Deus repararet omnia quæcunque in cœlo, vel in terra perdita erant. Adam per inobedientiam morti addictus, meritò potuit dolere: sed multo grauius ac miserabilius posset lugere, si reparationis suæ mysteriū diutius ignoraret. Scie- D bat enim bene, quod Deus Angelis delinquentibus non pepercerat, sed irrecuperabiliter eos æternaliterq; damnauerat. Ideóque fortè meritò multo sibi minus parcendū opinari poterat. Itaq; qui prius tangēdo vetita grauē ruinā fecerat, satis grauiorem & valdè incomparabiliter deteriorē desperādo incurrisset nisi semper Dominicū aduentū instar Angelorū minimè dānatorū cognouisset venturū. Verūtamē Diuina prouidētia quæ lapso homini manū porrigere disposuerat, cum vidit quoniā ex toto indiguit, quod tandē ad gratiā rediret, ei insinuare voluit: & quasi sub multis miseriis ægrotantem de spe recuperādæ salu-

tis lætificare, quodammodo instantis doloris grauitatem alleuiare curauit. Primò igitur homini primitus reuelatus est aduentus Domini, vt si merito de instanti miseria doleret, valde tamen de suo suæque posteritatis remedio, iam de longinquo gauderet: & filiis suis quibus mortis sententiã induxerat, quasi cõgratulãdo, eorũ erectionẽ per aduentũ Domini posset intimare. Vera itaque ratione didicimus, quod ab Adam Domini præstolatur aduentus: quia nemo præcedentiũ aduentũ Domini ipso aduentu redimi aut saluus esse potuit, nisi qui illum venturum fide cognouit & credidit: & qui in eo certam spem suæ redemptionis habuit. Hinc est quod antiqui summo desiderio æstuabant, vt redemptor accelerare de cœlis descendere, quatinus de tenebrarũ locis eos quamtocius erueret, atq; ad supernam patriam reduceret, quam perdiderãt. Sciebãt enim, quod post primi parentis lapsum, nemo ex eius stirpe more naturali propagandus erat, qui se vel alios erigere valeret, nisi ille de sursum veniret, qui virtute Diuinitatis de carne peccatrice sine peccato acciperet humanitatem, cum qua homines iacentes erigeret: & de hostis tyrannide cui inhæserant, valde magno (vt ita dicam) conamine extraheret. Tali quippe desiderio priores patres cruciabantur, & tali spe pariter refocillabantur: vsque ad illud optatum tempus, quo Deus mirabile opus impleuit, quod per multa iam tẽpora mundo promiserat. Hinc Prophetæ tripudiabãt, suique saluatoris aduentum vocibus moribúsque signabant: & quasi astra fulgentia, per huius vitæ noctem transeuntia, veri solis ortum diu sedentibus in tenebris & in vmbra mortis, pluribus argumentis præcinebant. Tandiu itaque vaticinando & valde desiderando non quieuerunt, donec summi patris verbũ à regalibus sedibus venit, & caro factum inter homines habitauit. Super psal. 50. Ita dispensatio susceptæ carnis à sanctis patribus futura credebatur, sicut à nobis facta creditur. Tempora variata sunt, non fides mutata.

Sed quod hæc incarnatio iustè & rationabiliter facta fuerit, probat Libr. xiij. de Trinit. Eos qui dicũt, Itáne defuit modus alius quo liberaret hominẽ à miseria mortalitatis huius, vt vnigenitum filium Deum sibi coæternum, hominem fieri vellet, induendo humanam naturam & carnem, mortalémque factum mortem perpeti: parum est sic refellere, vt istum modum quo nos per mediatorem Dei & hominum, hominẽ Christum Iesum Deus liberare dignatur, asseramus bonum & Diuinæ congruum dignitati: verumetiam vt ostendamus non alium modum possibilem Deo defuisse, cuius potestati cuncta æqualiter subiacent, sed nostræ miseriæ sanandæ conuenientiorem modum alium non fuisse, nec esse oportuisse. Quid enim tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, mentésq; mortalium conditione ipsius mortalitatis abiectas, ab immortalitatis desperatione liberandas, quam vt demõstraretur nobis, quanti nos penderet Deus,

Cap. 11. Tom. III.

A quantúmque diligeret? Quid verò huius rei tanto isto indicio manifestius atque præclarius, quam vt Dei filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat, & à nobis & pro nobis accipiens quod non erat, præter suæ naturæ detrimentum, nostrum dignatur inire consortium, prius sine vllo malo suo merito mala nostra perferret: ac si iam credentibus quantum nos diligat Deus, & quod desperabamus iam sperantibus, dona in nos sua, sine vllis bonis meritis nostris, imo præcedẽtibus etiã malis meritis nostris, indebita largitate conferret, quia & ea quæ dicuntur merita nostra dona sunt eius? Vt enim fides per dilectionẽ operetur, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Libro cur & quãdo & quomodo Deus, B capit. sexto. Deus homo fieri dignatus est, quatenus tanto illum plenius diligamus atque laudemus, quanto clarius eius beneuolentiæ gratia persequutos nos cognouerimus. Valde quippe videtur mirabile, vt ille qui omnia de nihilo fecerat illud quod est quasi nihil hominis amore assumeret, & velut vestimentum indueret: atque creator creatura efficeretur, & Dominus habitu & in forma serui inueniretur. Nunquid sine sui minoratione non valuit erigere quod lapsum erat, qui potuit creare quod nondum erat? Aut non potuit aliquem legatum dirigere, qui genus humanum redimeret, & vice illius aduersus hostem antiquum posset confligere? Potuit planè si vellet. Verumtamen æquissimus iudex noluit quicquam irrationabiliter agere, sed dis-C cretissimo valde consilio, in vno voluit generi humano clementer subuenire, & in altero, velut potens pro impotente, dæmoni, qui iurè dominabatur homini, pro homine curauit legitimè satisfacere. Non enim poterat tam optimũ, támque conueniens aliud reperiri consilium. Quod ob id reuera intelligimus, quoniam sic summæ Deitati placuisse cognoscimus. Quod non Angelus mitti debuit. Ibidem. Quisquis Angelum Adæ debitum soluere potuisse opinatur, cogitet quod Angelica natura & ipsa partim erat corrupta: & quæ ad incommutabilitatem suam tuendam nec sibi ipsa suffecerat, iam ad aliorum ruinæ reparationem nulla reparatione sufficeret. Fuit aliud equidem, & si merito posset, pro quo ad hominum redemptionem mitti D non debuit Angelus: quoniam qui aliquem redimit, quasi iure illius obsequium exigit, & se velut Dominum ipsius meritò vult recognosci. Esset autem valde inconueniens, vt honor qui creatori soli debetur, à creatura creaturæ exhiberetur. Et sic homo, qui ad æqualitatem Angelorum deducendus erat, quasi ab omni honore & Diuinitatis cognitione alienus, valde inferior Angelis velut non Deo dignus, inueniretur. Sempiterna itaq; in homine maneret confusio, & corde miseranda contritio, quando videret se sub Angelis velut à conspectu Deitatis abiectum, nec gradũ resumpsisse, quem pro culpa

pa contigerat amisisse: quod vtique absque grauiori mœrore nunquam posset homo recolere. vnde grates omnimodas illi reddamus, qui nos adeo dilexit, vt paulominus ab Angelis non sit dedignatus minorari, quatenus illa sua inclinatione, nos grauiter lapsos erigeret, & ad æqualitaté Angelorum perfecté reduceret. Sed quare nõ per hominem purum. subdit ibidem. Si cui per hominé tantummodo hominé, fieri redéptio videretur, cõuenit vt intelligat quod de Adæ stirpe nullus naturaliter propagari poterat, qui illius delicto non teneretur astrictus. Et ideo quilibet tanto minus vniuersale chirographum delere posset, quãto vniuersali vel propria culpa minimè careret. Vnde rex potés, & clemens tali modo homini subuenire disposuit, quo melius nunquam excogitari potuit: vt vnde descédit clementius, aliquando eleuaret lapsos potentius. Quia enim primus homo ceciderat, oportuit vt homo secũdus cõderetur, qui rectitudiné, quam primus homo nõ tenuerat, iste quasi emendãdo teneret.

Et subdit incarnationis modum cõgruentem. Hæc persona quã Spiritus sanctus, prout sibi placuit cõpaginauit in virginis vtero, idcirco rectitudiné tenere valuit, quoniã Diuinitatis potétia subnixa fuit: in qua, sicut scriptũ est, plenitudo Diuinitatis habitat corporaliter. Subtiliter igitur subtilé inimicũ Deus voluit expugnare, & quasi sub esca humanitatis hamũ cælauit Deitatis, quatenus ille qui omné carné subegerat, talé inueniret, quæ sibi prorsus nihil deberet: quã dum illicitè cõtingeret, merito eam, quam quodãmodo licitę possidebat, amitteret. Sic quippe serpés antiquus deludendus erat, vt qui homines deluserat, per hominé Deum delusus & ipse fieret. Et sicut incautũ hominé sibi callidè subiecerat, ita per hominé Diuinitus cautum, nõ callidè, sed sapienter subiiceretur. Hæc reuera summa videtur sapiétia, quãdo illud hosti præponitur, quod prius ab hoste deiicitur: & quasi quod ciciderat vires resumeret, & expugnatus ab hoste, iterum aduersus hostem pugnare præsumeret. Prouocatur itaque ad pugnam iterum hostis, vt qui se prius vicisse gaudebat, postmodum victus ex toto succumberet: & sic homo valde gloriosior à sui resumptione fieret, quam si eum nunquam cadere contigisset. Verũtamen homo per se fieri victor nequibat, vt autem hostem reuinceret, Deus ab illo iustè exigebat: quatenus qui per peccatum offenderat, per iustitiam satisfaceret. Ad hoc enim diuersitas naturarum & personæ vnitas in Christo valuit, & humano generi necessaria fuit, vt quod non posset humanitas, Diuina faceret natura: & si quid minimè conueniret naturæ humanæ, exhiberet: & non alius atque alius, sed idem ipse esset qui ex vtroque perfecte existens, per humanam solueret quod ipsa debebat, & per Diuinam posset quod expediebat. Debitum quidem Adæ tantum erat, vt illud non deberet soluere, nisi homo, sed non posset nisi Deus: ita opus erat vt idem esset homo, qui erat Deus. Quapropter necesse fuit vt in personæ vnitate, Deus hominem assu-

A meret, quatinus homo qui in natura debebat soluere & non poterat, in persona esset qui posset: quia satisfactionem pro peccato, nõ poterat soluere nisi Deus, sed nec debebat nisi homo. Ergo constat, vt de hominibus fiat illa supernæ ciuitatis restauratio (quod fieri nequiret, nisi fuisset prædicta pro peccatis satisfactio, quam nequibat facere nisi Deus, nec debebat nisi homo) necesse fuisse vt eam faceret Deus homo. Sicut enim iustum est vt pro culpa hominis homo satisfaciat, ita necesse est vt satisfaciendo idem sit quod peccator aut eiusdem generis: aliter nanque nec Adam, nec genus eius satisfaceret pro se. Quia sicut de Adam & Eua peccatũ in omnes homines propagatũ est, ita nullus nisi ipsi, vel qui de ipsis nasceretur pro peccato hominum satisfacere de-

B bebat, pro peccato nãque quod inultum esse nequit, mortis sententiam homo meruit: nec tamen ideo liberatur à peccato, quia morté patitur peccati merito: ad æqualitatem ergo Angelorũ, qui nũquã peccauerũt, quomodo rediret homo peccator, nec à peccato liberatus? Nequaquã igitur miser homuncio æternũ interitũ euadere cœpisset, nisi ille venisset, quem Deus sicut sine semine viri de virgine fecit, sic à peccato Adæ secernere sciuit: qui nõ ex necessitate, sed tantum libera voluntate, mortem sibi indebitam libenter & sponte subiret. Fuit hæc incarnatio sine peccato. Libro de incarnatione verbi ad Ianuarium. Homo factus est, & incarnatus est, cum Deus homo factus, mansit quod erat Deus. Et corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens, quod na- *Tom. IIII.*

C tum ex virgine & Spiritu sancto est. Libro ij. quæstionum veteris & noui testaméti. quæst. xcj. Legimus nanque quia verbum caro factum est, hoc est, ministro sancto spiritu incarnatum esse ex Maria virgine. Solus autem Deus filius recepit carnem. Libro octogesimo tertio quæstionum, quęstion. sexagesima sexta. Deus filium suũ misit in similitudinem carnis peccati. Non enim caro peccati erat, quæ non de carnali delectatione nata erat, sed tamen inerat similitudo carnis peccati, quia mortalis caro erat. Mortem autem non meruit Adam nisi peccando. Sed quare filius fuit incarnatus. Libro cur, &c. supra. Si quis inquirat de illa summa sempiterna Trinitate, cur potius filij persona debuerit incarnari quã patris & Spiritus sancti: respondebimus. Quoniã si quę- *Tom. eod.* *Tom. eod.*

D libet alia persona incarnaretur, essent duo filij in Trinitate: filius scilicet Dei, qui ante incarnationem filius est: & ille, qui per incarnationem filius virginis esset: & sic fieret in personis, quæ semper æquales esse debent secundum dignitatem, inæqualitas natiuitatum. Digniorem nanque natiuitatem haberet natus ex Deo, quam natus ex virgine. Secundum etiam aliud cur magis filio conueniat incarnari: quia conuenientius sonat filium supplicari patri, quam aliquam personam aliam personæ alteri. Præterea homo pro quo erat Dei filius moriturus, & diabolus, quem erat adhuc expugnaturus, ambo falsam Dei similitudinem per propriam voluntaté præsumpserũt:

vnde

vnde quaſi ſpecialius aduerſus perſonā filij deliquerūt, qui vera patris ſimilitudo exiſtit & creditur. Itaq; illi cui ſpecialius fit iniuria, conuenientius culpæ attribuitur vindicta aut indulgentia. Quapropter eum ad nos ineuitabilis ratio perduxit, vt neceſſe ſit Diuinā humanámque naturā in vnam cōuenire perſonā, nec hoc in pluribus perſonis Dei fieri poſsit, & conuenientius in perſona verbi habeat fieri, neceſſe fuit verbū Deū & hominē in vnā cōuenire perſonā: vt qui filius eſt ſecundū Diuinitatē, idem eſſet filius ſecundū humanitatē.

Ser. Dominicæ ante feſt. natiuit. Domini, ordin. ſer. de tēp. 3. Tom. X.

In tractatu de virginitate ſanctę Mariæ. Deus vnus eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus: nō tres dij, ſed vnus Deus. Tres in vocabulo perſonæ: vnū in Deitate ſubſtātiæ. Sed dicet mihi hæreticus. Ergo ſi vnum ſunt, omnes ſunt incarnati, nō, ſed ad ſolū Chriſtū pertinet caro. Nēpe aliud eſt anima, aliud ratio: & tamē in anima eſt ratio, & vna eſt anima: ſed aliud anima agit, aliud ratio.

Simile de ratione & anima.

Anima viuit, ratio ſapit. Ad animā ꝑtinet vita, ad rationē ſapiētia: & licet vnū ſint, anima ſola ſuſcipit vitā, ratio ſola ſuſcipit ſapientiā: & tamen nec anima ſine ratione, nec ratio ſine anima. Sic Pater & Filius & Spiritus ſanctus, licet vnū ſint, & Deus vnus ſit, ad ſolū tamen Chriſtū pertinet caro, ſicut ad ſolā rationē pertinet ſapientia.

Aliud, de calore & ſplēdore ſolis.

In ſole calor & ſplendor vno radio ſunt, ſed calor exſiccat, ſplendor illuminat: aliud ſuſcipit calor, aliud ſplendor. Et licet calor & ſplendor abinuicē nequeant ſeparari, ſuſcipit ſplendor illuminationē, non feruorem: ſuſcipit calor feruorem, non illuminationē. Aliud ſimul, aliud ſingulares agunt: tamen ab inuicē non ſeparātur. Sic & filius ſuſcipit carnē & non deſeruit patrē, nec ſe diuiſit à patre. Suſcepit, inquam, filius carnē in proprietate, ſed tamē Pater & Spiritus ſanctus nō defuit maieſtate. In Diuinitate æqualitas, in carne ſola filij proprietas: non tamen ab eo Patris & Spiritus ſancti receſsit aliquādo Diuinitas. Cum ergo vna ſit Diuinitas, impleuit quidē carnē Chriſti, & Pater & Spiritus ſanctus: ſed maieſtate, non ſuſceptione. Adhuc citharā reſpice, vt muſicū melos ſonis dulcibus reddat, tria pariter adeſſe videntur, ars, manus, & chorda: ars dictat, manus tangit, reſonat chorda. Tria pariter operantur, ſed ſola chorda perſonat, quod auditur: nec manus, nec ars ſonum reddūt, ſed cum chorda pariter operātur. Sic, nec Pater, nec ſpiritus ſanctus, ſuſceperūt carnē, & tamen cū filio pariter operantur. Sonū ſola chorda excutit: carnem ſolus Chriſtus accipit. Operatio in tribus cōſtat. Sed quo modo pertinet ad ſolam chordā ſoni redditio, ſic pertinet ad ſolū Chriſtū carnis humanæ ſuſceptio. Tota tamen Trinitas operata eſt in incarnatione Chriſti.

Tom. III.

Libr. ij. de Trinit. cap. v. Intelligere debemus illam incarnationem, & ex virgine natiuitatē, in qua filius intelligitur miſſus, vna eadémque operatione Patris & Filij inſeparabiliter eſſe factam, nō vtique ſeparato inde Spiritu ſancto, de quo aperte dicitur. Inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.

Tamen vt dicit, Lib. iij. eiuſdem. Quāuis filius æqualis ſit patri & ſpiritui, quantum ad Trinitatis

A

pertinet vnitatem, non tamen dicimus eandē natam de virgine Maria, & ſub Pontio Pilato crucifixam & ſepultā, tertia die reſurrexiſſe, & in cœlum aſcendiſſe, ſed tantummodo filium. Non autem Diuinitas in carnem mutata fuit. eodē Libro. Forma Dei accepit formam ſerui, vterque Deus, & vterq; homo: ſed vterque Deus, propter accipientē hominem: neque illa ſuſceptione alterum eorū in alterū conuerſum atque mutatū eſt: Diuinitas quippe in creaturam nō mutata eſt, vt deſiſteret Diuinitas: nec creatura in Diuinitatē, vt deſiſteret eſſe creatura. Lib. ſiue Homil. de ouibus. Accepit in ſe creator creaturam, non mutatus eſt creator in creaturā. Aſſumpſit quod nō erat, non amiſit quod erat. Vnde Libr. contra Felicianum. Non in Chriſto ſuſceptam carnem

B

perpetuitate generationis Diuinæ extendo: nec immenſam Diuinitatē corporei ortus ætate concludo: quia idem in Diuinitate author eſt rerum, qui in carne redemptor eſt hominū. Idem impaſſibilis in ſe, qui paſſus eſt in corpore: dū ſic vtriuſque naturæ proprietatē verè ex vtraque gignentis ſimilis natus expreſsit, vt & veram carnē ſuſcepiſſe eū conſtet ex matre, & indifferentē Diuinitatem habere conſtet ex patre. Quibus in vnam perſonā incomprehenſibili mediatoris diſpenſatione coniunctis, ſeruauit ſingulis propria, ſed coniunxit propriis aliena. Seruauit propria, dum non amiſit immenſitatem Diuinitatis, & infirmitatem non reſpuit carnis. Cōiunxit propriis aliena, dum idem atq; inſeparabilis Chriſtus, & proprio carnis occiditur, & ꝑprio Diuinitatis apud

C

inferos non tenetur. Proprio carnis guſtauit vita mortem, proprio Diuinitatis perpetuam reddidit carnem. In epiſt. iij. ad Euodium. Filius ſolus homo, quia propter ipſam naturam liberandam illa omnia fiebāt, in vnitatem perſonę verbi Dei, hoc eſt vnici filij Dei mirabili & ſingulari ſuſceptione coaptatus eſt, permanente tamen verbo in ſua natura incommutabiliter, in qua nihil compoſiti cum quo ſubſiſtat vlla phantaſia humani animi ſuſpicandum eſt. Legitur quidem & ſpiritus ſapientiæ multiplex, ſed rectè dicitur etiam ſimplex. Multiplex enim, quoniam multa ſunt quæ habet: ſimplex autem, quia non aliud quam quod habet, eſt. Sicut dicitur filius vitam habere in ſemetipſo, & eadem vita ipſe eſt: homo autem verbo acceſsit, non verbum cōuertibiliter in ho-

D

minem acceſsit, atque ita & filius Dei ſimul cum ſuſcepto homine dicitur. Vnde idem filius Dei incommutabilis atque coæternus patri, ſed verbo ſolo: & ſepultus eſt filius Dei, ſed in carne ſola. Proinde quæ de filio Dei verba dicantur, videndum eſt ſecundum quid dicantur. Non enim homine aſſumpto perſonarum numerus auctus eſt, ſed eadem Trinitas manſit. Nam ſicut in homine quolibet præter vnum illum qui ſingulariter ſuſceptus eſt, anima & corpus vna perſona eſt, ita in Chriſto verbum & homo vna perſona eſt. Et ſicut homo, verbi gratia, philoſophus nō vtique niſi ſecundū animam dicitur, nec tamen ideo abſurdè, ſed cōgruentiſsima & vſitatiſsima

tißima loquutione dicimus philoſophũ cæſum, philoſophũ mortuũ, philoſophũ ſepultũ, cũ totũ ſecundũ carnẽ accidat, nõ ſecundũ id quod eſt philoſophus. Ita Chriſtus Deus Dei filius Dominus gloriæ, & ſi quid huiuſmodi ſecundũ verbũ dicitur: & tamẽ rectè dicitur, Deus crucifixus cũ hoc eum ſecundũ carnẽ paſſum eſſe, nõ ſecundum id quod Dominus gloriæ eſt, nõ habeatur incertũ.

Cap.15. Tom.III. Lib. de fide ad Petrũ, parte ij. Nullatenus dubites vnã ex Trinitate perſonã, id eſt, Dei filiũ, qui de natura Dei patris ſolus natus eſt, & vnius eiuſdémq; naturæ cũ patre eſt, ipſum in plenitudine temporis ſecundũ ſuſceptionẽ formæ ſeruilis in virgine cõceptũ, & de virgine natũ, verbũ carnẽ factum: ipſúmq; eſſe qui eſſentialiter natus eſt de patre, & eſſentialiter cõceptus eſt, natúsq; de virgine. Cap.15. Ibidẽ. Nullatenus dubites vnũ filiũ atque ipſum eſſe Deũ verũ, qui cũ patre Deo ſpiritúque ſancto Deo fecit omnia tẽpora, & in mõte Sinai legẽ Moſi dedit ordinatã per Angelos, & ipſum Deum verbũ carnẽ factũ: qui veniẽte plenitudine tẽporis, miſſus à Patre & Spiritu ſancto, factus eſt ex muliere quã fecit, ſolus factus eſt ſub lege quã dedit. Cap.16. Ibidẽ. Nullatenus dubites, Dei verbum quod caro factũ eſt, in duas naturas inconfuſibiliter permanere. Iuan. Vnam Diuinã verã, quam habet communẽ cũ patre, ſecundũ quã dicit. Ego & pater vnũ ſumus. Aliã verò humanã, ſecundũ quã ipſe Deus incarnatus dicit. Pater maior me eſt.

Cap.64. Tom.III. Lib. de vera innocẽtia. Diuinitas verbi æqualis patri, facta eſt particeps mortalitatis noſtrę, nõ de ſuo, ſed de noſtro: vt & nos efficeremur participes Diuinitatis eius, nõ de noſtro, ſed de ipſius.

Tom.III. Lib. de agone Chriſtiano. Si viſibilia mũda à viſibilibus immũdis cõtingi poſſunt & nõ inquinari, quãtomagis inuiſibilis & incõmutabilis veritas animã, & per animam corpus ſuſcipiẽs toto homine aſſumpto, ab omnibus eũ infirmitatibus nulla ſua cõtaminatione liberauit? Tom.II. Epiſt.3. In epiſtola ij. ad Voluſianũ. Non mole, ſed virtute magnus eſt Deus: qui prouidẽtia ſua meliorẽ ſenſum magis formiculis & apiculis dedit, quam aſinis & camelis. Minimorũ inſectorũ miraculũ. Qui ex grano minutiſsimo ſeminis tantam ficulneæ arboris magnitudinẽ creat, cũ ex multo maioribus ſeminibus lõge minora multa naſcantur: qui pupillã tam paruam tali ditauit acie, qua per oculos emicante, in ictu temporis cœlũ prope dimidiũ luſtret. Qui ex puncto & quaſi cẽtro cerebri ſenſus omnes quinaria diſtributione diffudit. Qui corde, membro tamen exiguo, vitalem motũ per corporis cuncta diſpenſat. Huius atque huiuſmodi rebus inſinuãs magna de minimis, qui non paruus in paruis. Ipſa enim magnitudo virtutis eius, quę nullas in anguſto ſentit anguſtias, vterum virginalẽ non aduentitio, ſed indigena puerperio fœcundauit. Ipſa ſibi animã rationalem, & per eadẽ etiã corpus humanũ, totúmq; omnino hominẽ in melius mutandũ, nullo modo in deterius mutata coaptauit: nomen humanitatis ab eo dignanter aſſumens, Diuinitatis ei largiter tribuens. Ipſa virtus per inuiolatæ matris virginea viſcera, membra infantis eduxit, quæ poſtea per

A oſtia clauſa, membra iuuenis introduxit. Hîc ſi ratio quæritur, nõ erit mirabile: ſi exemplũ poſcitur, nõ erit ſingulare. Demus ergo Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe. In talibus rebus, tota ratio facti eſt potẽtia facientis. Iam & illud quod in ſomno reſoluitur, & cibo alitur, & omnes humanos ſentit affectus, hominem perſuadet hominibus, quẽ vtiq; non conſumpſit, ſed aſſumpſit. Et quod ſic debuit eſſe vt fuit: probat ibidẽ. Quid ſi omnipotẽs hominẽ vbicunque formatum, non ex materno vtero, ſed repentinum inferret aſpectibus? Quid ſi nullas ex paruulo in iuuentam mutaret ætates, nullos cibos caperet, nullos ſomnos? Nonne opinionem cõfirmaret erroris, nec hominem verum vllo modo ſuſcepiſſe crederetur, & dum mirabiliter omnia B facit, auferret quod miſericorditer fecit? Nũc verò ita inter Deũ & homines mediator apparuit, vt in vnitate perſonæ copulans vtranq; naturã, & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret. Quid autẽ non mirũ Deus fecit in omnibus creaturæ motibus, niſi conſuetudine quotidiana viluiſſent? Denique quã multa vſitata calcantur, quæ conſiderata ſtupentur? ſicut ipſa vis ſeminum quos numeros habet, & quam viuaces, quã efficaces, quã latenter potentes, quam in paruo magna moliẽtes, quis adeat animo, quis promat eloquio? Ille igitur ſibi ſine ſemine operatus eſt hominẽ, qui in rerum natura ſine ſeminibus & ſemina operatur. Ille in ſuo corpore numeros temporũ, menſuráſq; ſeruauit ætatũ qui ſine vlla ſui mutabilitate mutando contexuit ordinem ſæ- C culorum. Hoc enim creauit in tẽpore, quod incepit ex tẽpore. Verbũ autẽ in principio, per quod facta ſunt omnia tẽpora, tempus elegit quo ſuſciperet carnem, nõ tempori ceſsit vt verteretur in carnẽ. Homo quippe Deo acceſsit, non Deus à ſe receſsit. Sic autem quidam reddi ſibi rationẽ flagitant, quomodo Deus homini permiſtus ſit, vt vna fieret perſona Chriſti, cum hoc ſemel oportuerit fieri, quaſi rationem ipſi reddant de re quæ quotidie fit, quomodo miſceatur anima corpori, vt vna perſona fiat hominis? Nam ſicut in vnitate perſonæ anima vnitur corpori, vt homo ſit: ita in vnitate perſonæ Deus vnitur homini, vt Chriſtus ſit. In illa ergo perſona miſtura eſt animæ & corporis, in hac perſona miſtura Dei & hominis. Cum enim verbum Dei permiſtum D eſt animæ habẽti corpus, ſimul & animã ſuſcepit & corpus. Illud quotidie fit ad procreandos homines: hoc ſemel factum eſt ad liberandos homines. Quem Chriſtũ Dei verbũ, Dei filiũ, Deum in carne venturum, moriturũ, reſurrecturũ, & in cœlũ aſcenſurũ: poſtea præpolentiſsimo ſuo nomine, in omnibus gẽtibus dicatos ſibi populos habiturũ: inq; illo habiturũ remiſsionẽ peccatorũ, ſalutẽmq; æternam futurã eſſe credẽtibus, omnia gẽtis illius promiſſa, omnes ꝓphetiæ, ſacerdotia, ſacrificia, templũ, & cuncta omnino ſacramenta ſonuerũt. Totum aſſumpſit hominem. Libro de agone Chriſtiano. Nec nos audiamus, qui Cap.21. Tom.III. ſolum corpus humanum ſuſceptum eſſe dicunt

à verb

à verbo Dei,& sic audiunt quod dictum est. Verbum caro factum est: vt negent illum hominem, vel animã, vel aliquid hominis habuisse, nisi carnem solã. Errant enim multũ, nec intelligũt ideo solam carnẽ nominatã esse, quia hominũ oculis propter quos facta est illa susceptio, caro sola potuit apparere. Nã si absurdũ & indignũ est, vt humanũ spiritũ homo ille nõ habuerit, quãtomagis absurdũ & indignũ est, vt nec spiritũ, nec animã habuerit, sed hoc solũ habuerit, quod etiã in peccatoribus vilius est & extremius, id est, corpus. A nostra ergo fide etiam ista impietas excludatur, totúmque hominem atque perfectum, à verbo Dei esse susceptum credamus. Libro de fide ad Petrũ, parte secunda. Nullatenus dubites Christum Dei filium sicut de Deo patre plenum perfectúmque Deum, hominem genitum, id est, verbũ Deum, habentem, scilicet sine peccato veram nostri generis carnem & animã rationalem. Quod ipse Dei filius euidenter ostendit, dicens de carne sua. Palpate & videte, &c. Animam quoque se habere his verbis ostendit, dicens. Propterea me diligit pater, quia ego pono animma meam, & iterum sumo eam. Intellectum quoque animæ habere ostendit in eo quod ait. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et de ipso Deus per Prophetã dixit. Ecce intelliget puer meus, &c. Nam & beatus Petrus secũdũ sancti Dauid Propheriã, in Christo carnẽ atq; animã profitetur. De ipso enim beato Dauid loquens, ait. Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius super sedem eius sedere, prouidens loquutus est de resurrectione Christi, quia neque derelicta est anima eius in inferno, nec caro eius vidit corruptionem. Non tamen vna carne fuit. ibidem. Nullatenus dubites Deum verbum carnem factum vnam habere Diuinitatis suæ carnísq; personam. Deus enim verbum plenam naturam humanã, ita sibi veraciter vnire dignatus est, & permanente Diuinitate sua ita verbum caro factum est: vt quãuis non hoc sit naturaliter verbum quod caro, quia duarum naturarum veritas manet in Christo, secundum tamen vnam personam idem verbum caro fieret ab ipso maternæ conceptionis initio. Deus enim verbum non accepit personam hominis, sed naturam: & in æternam personam Diuinitatis accepit temporalem substãtiam carnis. Vnus est ergo Christus verbum caro factum, qui etiã ex patribus secũdum carnem, & super omnia Deus benedictus in sæcula. Quam carnem veram seruauit, ibidem. Nullatenus dubites, nõ carnẽ Christi sine deitate cõceptam in vtero virginis priusquam susciperetur à verbo, sed ipsum verbum Deum suæ carnis acceptione cõceptum, ipsámq; carnem verbi incarnatione conceptam. Non tamen nisi caro sine deitate cõcepta fuit, ibidem. Nullatenus dubites, verbum carnem factũ, eandem humanam carnem semper habere verã, qua de virgine verbum Deus natus est, qua crucifixus & mortuus est, qua resurrexit, & in cœlum ascendit, & in dexteram Dei sedet, qua etiam ven

Cap.14. Tom.III.

Luc.24.

Mat.11. Isai.25.

Act.2.

Cap.17.

Cap.18.

Cap.20.

A turus est iudicare viuos & mortuos. De incarnationis autem tempore. Libro cur, &c. capit. vij. Quando redemptor noster homo fieri dignatus sit, prout ipse donauerit, aliquantulum intimemus. Patet satis tunc quéq; multo amplius auxilio indigere, quando grauiore necessitate vrgetur: & tanto dignius subsidiũ promereri, quanto diutius atq; obnixius illud operando quæsierit. Diabolus nãque qui nummum deceptionis hominibus commodauerat cum maximis & intolerabilibus vsuris, illum instãter exigebat, & tãdiu hoc facere consueuerat, quod iam iure hæreditario se omnem carnem possidere putabat. Vnde beneductus Iob dicit. † Absorbebit fluuium, & non mirabitur: & fiduciã quod influat Iordanis in os eius. Hîc apertè insinuans, quod hostis antiquus, oẽs

B ante saluatoris aduentum ita suos esse arbitrabatur, quod ei parum de illis erat, sed etiam confidebat se obtinere posse omnes in Christum credituros & baptizandos: quos per Iordanem intelligimus, in quo fuerunt sacratæ baptismi primitiæ. Scimus equidẽ quod Dominus sex diebus operatus est, & in septimo requieuit: similiter quoq; mundum istum per sex ætates distinxit, quod nõ amplius fluctuare præsciuit, vt in ætate septima omnia cessarent, & à suis actibus quiescerẽt. Hoc vtique diabolus sciens cum iam per quinq; ætates, & valde effrænatè super homines dominium suum exercuisset, tunc tanto effrenatius se ad bellandum contra homines præparabat, quanto intelligebat non nisi sextam ætatem sibi superesse. Quando igitur Diuina pietas cõgruentius homi-

C nibus succurreret, quam cum illorum necessitatem vndique ingrauescere aspiceret, & cum mundi finem iam nunc imminere sciret? Sed nimirum ideo fortasse tandiu venire distulerat, vt magnũ remedium, merito magnum præcurreret desiderium: vel etiam vt hominem, quem sexta die condiderat, ætate sexta redimeret. Insuper genus humanum quod iam fere ad occasum deuenerat, & pro peccato suo totum ad ima tendebat, & nemo alius poterat, nisi desursum veniret qui homo factus illud erigeret, & de se velut podium faceret, & quicunque illi podio tenaciter adhæreret, ab imis exsurgeret ad superna, ibíq; æternaliter per illud subsisteret. Venit autem pacis tempore. Fuit etiam aliud, pro quo tam lõga dilatio potuit fieri, vt neq; diabolus qui neminem mortaliũ sibi

D resistere, ac de iugo suo ceruicem excutere videbat posse, taliter quasi ex longa consuetudine securior factus, saluatorẽ dum mortalem videret, salutis mysterium nõ perciperet: sed sicut omnes mortales quasi nihil reputãdo audacter rapiebat, ita & audacter in illum mittere manum præsumeret. Si enim, vt ait Apostolus, cognouissent, nunquam Deum Dominum gloriæ crucifixissent.

Venit autem tempore pacis, ibidem. Fuit autẽ tanta pax quando redemptor venit, quanta in mundo nec antea fuerat, nec postea futura sit. Ita scilicet pacis se latorem intuens, qui Deo patri mundum reconciliauit, & Angelos qui peccatores homines despexerant, suóque cõsortio indignos

dignos iudicauerant, ad concordiam studuit reuocare: vt iam non dedignentur hominem habere socium, quando supra se vident hominẽ Deũ. Ipse reuera fuit pax nostra, & pacis via: quam nõ cognouerunt, ante quorum oculos non est Dei timor. Dum ergo omnia de Christo silerent, quã multis modis præsignare solebant? Et nox, scilicet, infidelium, suo solito cursu commune iter haberet, id est, speciosam viam quæ multorum est, teneret: sermo omnipotentis à regalibus sedibus venit, cũ propter homines descendit. Fuit autem ipsa necessaria nobis. in serm. ij. de purificat. Virginis. Nisi verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro saluari. Vnde propter nos facta fuit. lib. xxxiij. contra Faustum. Dei verbum virtus atque sapientia, & in se manens apud patrem, & vniuersam creaturam regens, in cuius dispositionis admirabilis ineffabili fœlicitate, sibi & matrem in terra disposuit, & propter seruos suos de corruptionis seruitute liberãdos, in ea forma serui hoc mortale corpus accepit, acceptúmq; monstrauit monstratúmque & morte prostratum resurrectione rursus erexit, & tanquam templum solutum iterum ædificauit. In sermo. xxv. de natiuit. Dom. Clementissimus pater omnipotẽs Deus, cum condoleret sęculum cœnulentis erroribus inuolutum hominémque mortiferis criminibus catenatum, habuit cum sua pietate consilium, vt totum redimeret mundum: delapsus est in viscera Virginis Dei filius, magister & amicus qui in principio erat verbũ, & verbũ erat Deus.

Vnde hæc incarnatio magna humilitas. libro viij. de trinit. cap. iiij. Credimus pro nobis Deum hominẽ factum ad humilitatis exemplum, & ad demõstrandã erga nos dilectionẽ Dei. Hoc enim nobis prodest credere & infirmum atque inconcussum corde retinere, humilitatẽ qua natus est Dominus ex fœmina & à mortalibus per tantas cõtumelias perductus ad mortem si vnum enim medicamentum quo superbiæ nostræ sanaretur tumor, & alterum sacramentum quo peccati vinculum solueretur. Et hæc humilitas necessaria fuit. in serm. xx. de resurrectione Domini. Poterat quidem Deus hostem humani generis sola maiestate prosternere, sine incarnatiõis humilitate, & sine certamine passionis: sed homo qui proprio transgressionis crimine tenebatur obnoxius, qui per culpam suam seruitutem incurrerat, non violentia liberãdus, sed misericordia redimendus fuit. Et quia Deus æquitas & iustitia est, ipse sibi lex est. Et quia homo iudicij & iuris sui ac liberi arbitrij præditus voluntate, qui voluntarius ruerat, iniustum erat vt erigeretur inuitus, ęquius & salubrius fuit, vt qui per superbiam à diabolo persuasus fuerat ad mortem, à Deo per humilitatem sollicitaretur ad vitam. Iusto ergo ordine qui per calliditatem maleuoli serpentis non impulsus, sed seductus fuerat ad perditionem, rursus per sapientiam beneuoli redemptoris non compellitur, sed ducitur ad salutem. Et qui cum sua voluntate corruisse videbatur, cum sua rursus voluntate repararetur, vt es-

A set virtuti ac remunerationi locus. Nõ ergo eum præripuit per violentiam, sed potius per iustitiã & beneuolentiam solidat & erudit ad vitam: quia benignitas prouocantis etiam meritum desiderat acquiescentis, dignatissimi medici studium infirmi requirit assensum. Propter hæc omnia dicit, libro de agone Christiano. Imbecillitatem nostram suscipere dignatus est Dei filius, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis: non quia æternitas illa mutata est, sed quia mutabilem creaturam mutabilibus hominum oculis ostendit, quam incommutabili maiestate suscepit. Sunt autem stulti qui dicunt, Non poterat aliter sapientia Dei homines liberare, nisi susciperet hominem, & nasceretur ex fœmina, & à peccatoribus illa omnia pateretur? Quibus dicimus. Poterat omnino, sed si aliter faceret, similiter vestræ stultitiæ displiceret. Si enim non appareret oculis peccatorum, lumen eius vtique æternum quod per interiores oculos videtur, inquinatis mentibus videri non posset. Nunc autem quia visibiliter nos commonere dignatus est, vt ad inuisibilia præpararet, displicet auaris, quia non aureum corpus habuit: displicet impudicis, quia ex fœmina natus est. Multum enim oderunt impudici, quia concipiunt & pariunt fœminæ: Displicet superbis, quia contumelias patientissimè pertulit: displicet delicatis, quia crucifixus est: displicet timidis, quia mortuus est. Et vt vitia sua videantur defendere, non in homine dicunt sibi hoc displicere, sed in filio Dei. Non enim intelligunt quid sit æternitas Dei, quæ hominẽ assumpsit: & quid ipsa humana creatura, quæ mutationibus suis in pristinam firmitatem reuocabatur, vt disceremus docente ipso Domino, infirmitates, quas peccando collegimus, rectè faciendo per gratiam Christi posse sanari. Ostendebatur enim nobis ad quam fragilitatem sua culpa homo peruenit, & ex qua fragilitate Diuino auxilio liberetur. Itaque filius Dei hominem assumpsit, & in illo humana perpessus est. Hæc medicina hominum tanta est, quanta non potest cogitari: nam quæ superbia sanari potest, si humilitate filij Dei non sanatur? Et quæ auaritia sanari potest, si paupertate filij Dei non sanatur? Quæ iracundia sanari potest, si patientia filij Dei nõ sanatur? Quæ impietas sanari potest, quæ charitate filij Dei non sanatur? Postremo quæ timiditas sanari potest, si resurrectione corporis Christi non sanatur? Erigat ergo spem suam genus humanum, & recognoscat naturam suam, & videat quantum locum habeat in operibus Dei. Nolite vosmetipsos contemnere viri, filius Dei virum suscepit. Nolite vosipsas contemnere fœminæ, filius Dei ex fœmina natus est. Nolite tamen amare carnalia, quia in filio Dei nec masculus nec fœmina sumus. Nolite amare tẽporalia, quia si bene amarentur, amaret ea homo quem suscepit filius Dei. Nolite timere contumelias & crucem & mortem, quia si nocerent homini, non ea pateretur homo quem suscepit filius Dei. Hæc omnis exhortatio quæ iam vbique prædi-

Margin notes: Serm. VI. — Cap. 9. Tom. III. — Cap. 10. — Impudici osores naturæ. — Tom. X.

catur, vbique veneratur, quæ omnem obedientem animam ſanat, non eſſet in rebus humanis, ſi non eſſent iſta omnia quæ ſtultiſsimis diſplicent. Hæc incarnatio fuit nobis ad viuendi exemplum. Libro primo de conſenſu quatuor Euangeliſtarum. Conſultum eſt Diuina prouidentia mortalibus, quorum temporalis vita in rebus orientibus & occidentibus occupata tenebatur, vt eadem ipſa Dei ſapientia ad vnitatem perſonæ ſuæ homine aſſumpto, in quo temporaliter naſceretur, viueret, moreretur, reſurgeret: congrua ſaluti noſtræ dicendo, & faciendo, patiendo & ſuſtinendo, fieret & deorſum hominibus exemplo redeundi, & eis qui ſurſum ſunt Angelis exemplum manendi. Super Pſalmum ſeptuageſimum. ſermone ſecundo. Filius Dei caro propter te peccatorem, propter te iniquum, propter te deſertorem, propter te ſuperbum, propter peruerſum Dei tui imitatorem. Factus eſt ille quod tu, filius hominis: vt nos filios Dei faceret caro factus. Vnde caro? Ex Maria virgine. Vnde Maria virgo? Ex Adam. Ergo ex illo primo captiuo, & caro in Chriſto de maſſa captiuitatis. Et hoc ad exemplum ſuſcepit à te, in quo moreretur pro te. Suſcepit à te quod offerret pro te, quo exemplo doceret te, quia reſurrecturus es. Vnde enim crederes, niſi exemplum carnis præcederet aſſumptæ de maſſa mortis tuæ? Ergo in illo reſurreximus: quia & Chriſtus cum reſurrexit, & nos reſurreximus. Non enim verbum mortuum eſt & reſurrexit, ſed in verbo caro mortua eſt & reſurrexit. Ibi mortuus eſt Chriſtus, vbi tu es moriturus: & ibi reſurrexit, vbi tu es reſurrecturus. Exemplo ſuo docuit quid nō timeres, & quid ſperares. Timebas mortem, mortuus eſt: deſperabas reſurrectionem, reſurrexit. Et vt hoc ſit, ſimilis per omnia factus eſt. ſuper Pſalmum terium. Qui non dedignatus eſt aſſumere nos in ſe, non eſt dedignatus transfigurare nos in ſe, & loqui verbis noſtris, vt & nos loqueremur verbis ipſius. Hoc enim mira mutatio facta eſt, & Diuina ſunt pacta commercia. Mutatio rerum celebrata eſt in hoc mundo à negotiatore cœleſti. Venit ſubire mortem, & dare vitam: venit accipere contumelias, & dare honores: venit haurire dolorem, & dare ſalutem. Ideo ſuper Pſalmum centeſimum decimum nonum. Chriſtus talem ſe fecit naſcendo, & patiendo, vt poſſent de illo homines loqui: quia de Deo quādo homo loquitur, neſcit quomodo eſt Deus: homo autē de homine facilè loquitur. Vnde ex iſta incarnatione nobilitatur homo. libro decimotertio de trinitate, cap. decimoſeptimo. Multa in Chriſti incarnatione, quæ ſuperbis diſplicent, quæ ſalubriter intuenda atque cogitanda ſunt. Quorum eſt vnum quod demonſtratum eſt homini, quem locum haberet in rebus quas Deus condidit, quandoquidem ſic Deo coniungi potuit humana natura, vt ex duabus ſubſtantiis fieret vna perſona, ac per hoc iam ex tribus, ſcilicet Deo, & anima & carne: vt ſuperbi illi maligni ſpiritus, qui ſe ad decipiendū

Cap. 35.
Tom. IIII.

Tom. VIII.

Tom. III.
Vtilitas incarnationis.

A quaſi ad adiuuandum medios interponunt, non ideo ſe audeant homini præponere, quia non habent carnem: & maximè quia & mori in eadem carne Chriſtus dignatus eſt. Et ne illi tanquam deos ſe coli perſuadeant, quia videntur eſſe immortales. Deinde vt gratia Dei in nobis ſine vllis præcedentibus meritis in homine Chriſto commendaretur, quia nec ipſe tanta vnitate vero Deo coniunctus vna cum illo perſona, id eſt, ipſe homo aſſumptus, mox vt homo etiam Deus filiūs Dei viueret vllis præcedentibus meritis eſt aſſequutus. Sed ex quo eſſe homo cœpit, ex illo eſt Deus: vnde dictum eſt. Verbum caro factum eſt. Etiam illud eſt, vt ſuperbia hominis quæ maximè impedimento eſt, ne inhæreatur B Deo, per tantam Dei humilitatem redargui poſſet atque ſanari: diſcátque homo quam longe receſſerit à Deo, & quid illi valeat ad medicinalem dolorem, quando per talem mediatorem redit, qui hominibus & Deus Diuinitate ſubuenit, & homo infirmitate conuenit. Quod autem maius nobis obediētiæ præberetur exemplum qui per inobedientiam perieramus, quam Deo patri, Deus filius obediens vſque ad mortem crucis exhibuit? Quod præmium tantæ obedientiæ vbi oſtenderetur melius, quam in carne tanti mediatoris, quæ ad vitam reſurrexit æternam? Pertinebat etiam ad iuſtitiam bonitatémque creatoris, vt per eandem rationalem creaturam ſuperaretur diabolus, quam ſe ſuperaſſe gaudebat, & de ipſo genere venientem quod genus origine vitiata, per vnum tenebat vniuerſum. De eius C incarnationis gratia. ſuper Ioannem, tractatu centeſimo vigeſimo quarto. Præter alia ſolatia miſerorum, quæ generi hamano Deus præbere nō ceſſat, in plenitudine temporis quo ipſe ſciebat hoc eſſe faciendum, miſit filium ſuum vnigenitum, per quem creauit vniuerſa: vt manens Deus fieret homo, & eſſet mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: in quem credentes per lauachrum regenerationis ſoluto reatu omnium peccatorum, & originalis, videlicet, quod generatio trahit, contra quam maximè regeneratio eſt inſtituta, & cæterorum quæ malè agendo contracta ſunt, liberarentur à damnatione perpetua. Quæ gratia ſine noſtris meritis fuit. ſuper Pſalmum centeſimum octauum. Nullis operum meritis præcedentibus, in tantam celD ſitudinem ſubuecta eſt humana natura, vt totum ſimul verbum & caro, hoc eſt, Deus & homo vnigenitus Dei filius diceretur. Vnde ratione huius gratiæ ſic Deum alloquitur. libro ſoliloquiorum ad Deum, capite octauo. Verbum quod erat in principio Deus apud Deum, per quod dixit Deus: Fiat lux Angelica, ſcilicet, natura, & verbum per quod creauit Deus omnia in principio, idem verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ecce gloria per quam glorior, quando ſanè glorior. Ecce gaudium per quod gaudeo, quando ſanè gaudeo. Domine Deus meus vita animæ meæ, & gloria tota animæ meæ, & gloria tota mea. Cum enim me creaſti rationis

nis capacem, Angelis quodammodo parem creasti: quia perfici possum per verbum tuum, vt veniam ad æqualitatem Angelorum, vt habeam adoptionem filiorum per vnigenitum tuum, per filium tuum dilectum, per vnigenitum cohæredem & consubstantialem tibi, & coæternum Iesum Christum, vnicum Dominum nostrum & redemptorem, illuminatorem, consolatorem, & aduocatum nostrum apud te, qui est lumen oculorum, vita, & saluator, & spes mea: qui dilexit me plus quam se, per quem habemus fiduciam repositam, & firmam spem apud te, & accessum veniendi ad te: quoniam dedit potestatem hominibus filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Libro supputationum, capite decimosexto. Benedico nomen sanctum tuum inæternum Domine & glorifico, pro illa inenarrabili & mirabili coniunctione Diuinitatis & humanitatis in vnitate personę: vt non alter Deus, & alter homo esset, sed vnus idémque Deus & homo, homo & Deus. Sed licet mirabili dignatione verbum caro factum sit, neutra tamen ex duabus naturis, in aliam mutata est substantiam. Trinitatis mysterio quarta non est addita persona, vnita quippe est, non confusa verbi Dei hominísque substantia: vt in Deum quod ex nobis susceptum fuerat, perueniret, & illud quod nunquam fuerat, idem quod semper fuerat permaneret. O admirabile mysterium & inenarrabile commercium, mirandáque semper Diuina propitiationis benignitas. Serui digni non fuimus, & ecce filij Dei facti sumus, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Vnde hoc nobis, & quid nos ad hoc perduxit? Sed rogo te per hanc inæstimabilem charitatem tuam, vt dignos nos facias multis & magnis promissionibus eiusdem filij tui Domini nostri. Manda virtuti tuæ, & cófirma quod operatus es in nobis, & perfice quod cœpisti, vt ad plenam pietatis tuæ gratiam peruenire mereamur. Fac nos per Spiritum sanctum intelligere & mereri, & debito semper honore venerari hoc magnum pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. O quantum Domine sumus tibi debitores tanto redempti pretio, tanto sanati dono, & tam glorioso adiuti beneficio. In eodem, capite decimo octauo. Institutor omnium rerum Deus & Domini nostri Iesu Christi pater, qui eundem filium tuum misisti de sinu tuo ad publicum profectum nostrum, suscipere vitam nostram, vt nobis donaret suam. Essétque perfectus Deus, ex patre, & perfectus homo ex matre, & totus Deus, & totus homo, vnus idémq; Christus, æternus & temporalis, immortalis & mortalis, creator & creatura, fortis & infirmus, nutritor & nutritus, pastor & ouis, téporaliter mortuus, & tecum viuens in æternum: suis dilectoribus vitæ municipium promittens, suis discipulis dixit. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Per ipsum summum sacerdotem, verum pontificem, & bonum pastorem, qui se obtulit in sacrificium ponens animam suam pro grege suo, qui sedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis, per ipsum redemptorem & aduocatum nostrum pietati tuæ supplico, vt mihi cum eodem filio & spiritu sancto, des te in omnibus benedicere & glorificare, cum multa cordis contritione & lachrymarum fonte, cum reuerentia & terrore, quia quorum est vna substantia, vnum est & datum. Sed quoniam corpus quod corrumpitur aggrauat animam, excita torporem meum stimulis tuis, & tribue vt concalescat cor meum intra me, quia tuus ille natus dixit, Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Trahe me semper ad ipsum, & ipse me tandem perducat ad te illuc, vbi ipse est in dextera tua sedens. Vbi est sempiterna vita, amor perfectus, dies æternus, summa & certa securitas, secura trãquillitas, trãquilla iucũditas, fœlix æternitas, æterna beatitudo, & beata tui sine fine visio, atq; laudatio. Vbi tu cũ illo, & ille tecũ in cõmunione sancti spiritus æternaliter ac sempiternaliter viuis & regnas. Fuit autẽ prędicta incarnatio valde mirabilis. in sermone de natiuitate Domini. O mira & inexquisita compago, ô noua & inaudita commistio. Deus qui est & qui erat creator, efficitur creatura, qui immensus est loco, bene capitur: diuites constituens, pauper efficitur: incorporeus, carne vestitur. Sermo carnescit, †videtur inuisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, immortalis occiditur, & quod cœlum & terra non capit, in presepio angusto locatur. Numeratur in sęculo, qui est ante sæcula homo Christus Iesus. Vnde vt dicit in sermone quarto eiusdem diei. Quod virgo concepit & peperit, non est consuetudo, sed signum: non est ratio, sed virtus: author est, non natura: non est commune, sed singulare: diuinum est, non humanum. Et ideo cesset inanis Philosophiæ labor. Nasci Christum non fuit necessitas, sed potestas: fuit honor, non fuit iniuria: fuit sacramentum pietatis, non fuit detrimentum Deitatis. Fuit cum munditia facta, in sermone eiusdem diei. Quoniam diabolus per serpentem loquutus est Euę, & per Euam & eius aures mundo intulit mortem, Deus per Angelum ad Mariam protulit verbum, vt cunctis sæculis vitam effunderet. Angelus sermonem eiecit, & Christum virgo concepit. O cõiunctio sine sordibus facta, vbi maritus sermo est, & vxor auricula. Hoc splendore concipitur Dei filius, hac munditia generatur. In sermone quarto supradicto. Inquit Angelus ad Mariæ sponsum. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quia grauedinem quam vides, virtus est, non crimen. Hîc non est humanus lapsus, sed profectus: hîc præmium est, non reatus: hîc cœli est incrementum, non corporis detrimentum: hîc non est mulieris proditio, sed iudicis secretum: hîc palma conditoris, non pœnæ supplicium: hîc non hominis scortum, sed Dei

Marginal notes: *Lib. medit. To. eod.* — *Io. 6.* — *Serm. 9. & ord. serm. de temp. 13. Tom. X.* — *† Aliàs, crassescit.* — *Serm. 11. & ordine 15.*

theſaurus: hic non eſt mortis cauſa, ſed vitæ. Et ideo noli timere, quia talem concepit, quod non meretur occidi, ſed venerari. Legis eſt hic: Diuinæ, non humanæ. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. In eodem infra. Virgo concepit & virgo peperit: non te conturbet iſte conceptus: partus non te confundat auditus: quando virginitas quicquid eſt humani pudoris excuſat: ad quam venit Angelorum legio, vbi iniit Deitas cum amica ſemper ſibi integritate conſortium: vbi eſt interpres Angelus, fides pronuba, deſponſatio caſtitatis, donatio virtus, iudex conſcientia, cauſa Dei conceptus, integritas virginis partus, virgo mater: nemo veſtrum iudicet humanum modum, quando Diuinum geritur ſacramentum. Nemo myſterium cœleſte diſcutiat traditione terrena: nemo in eo quod ſingulare eſt, meditetur exempla. Nemo calumniam de pietate componat. Nemo periculum ſubeat ſibi, & per altiora quæ deſiderat, recurrat ad legem: per legem enim lucis ſcientiam quærat. Libro Hypognoſticon reſponſionē prima. *Tom.VII.* Quid eſt filium Dei veniſſe in ſimilitudine carnis peccati, niſi non habens caro eius vllum peccatum, dicente Petro Apoſtolo, *1. Pet.2.* Qui peccatum non fecit, id eſt, habuit, nec dolus inuentus eſt in ore eius? Dicendo enim in ſimilitudine carnis peccati, illam abſque peccato, noſtram verò peccatricem oſtendit. Nam ille ideo in ſimilitudine, quia non per libidinis vſum vt nos, ſed ſpiramine myſtico ex virginis vtero in vera natus eſt carne. In eodem, reſponſione ſecunda. Solus Dominus Ieſus Chriſtus abſque ſemimine ex virgine factus eſt homo: & expers delicti, factus eſt Deus & homo. Apparuit autem hæc incarnatio vera in ſermone ſupradicto. Exhibeamus fidem virtutibus, reuerentiam ſanctis teſtibus: præbeamus & Simeoni cognoſcenti, & Annę Domino confitenti, & Ioanni Baptizanti, & Iordanis purgationi, & Spiritus ſancti deſcenſioni, & cœlis apertis, & patri teſtimonium perhibenti, & virgini permanenti, & ſtellæ fulgenti, & columbæ deſcendenti, & ipſi Domino omnem tentationem diaboli ſuperanti. In ſermone eiuſdem diei, & ſermone primo de purificatione virginis. *Ser.1.& ordine 5. Itē ſerm. 9. ordine 13. Tom.X.* Hæc ſunt teſtimonia tua Domine Ieſu, antequam tibi ſubſternerentur fluctus maris, campi cederent imperanti, antequam ventus te iubente ſiluiſſet, mortuus te vocāte reſurrexiſſet, ſol te moriente palluiſſet, terra te reſurgente tremuiſſet, cœlum te aſcendente patuiſſet. Adhuc enim in manibus matris portabaris, & iam Dominus orbis agnoſcebaris. Vbique Chriſtus ei Dominus pulcher occurrebat, pulcher in cœlis, pulcher in terris, pulcher in patre verbum, pulcher in matre caro & verbum. Pulcher in vtero virginis, vbi non amiſit Diuinitatem, cum ſuſciperet humanitatem. Quia cum hic eſſet, cum manibus portaretur, loquuti ſunt cœli, gauiſi ſunt Angeli, Magos ſtella direxit: adoratur in præſepio cibus manſueto- A rum, adoratur in templo à beatiſsimo ſene & iuſto Simeone: Pulcher ergo Chriſtus in miraculis, in flagellis, in ſermonibus, in verberibus: pulcher non curans mortem, & mortuos ſuſcitans, pulcher in ligno, pulcher in ſepulchro, pulcher in cœlo. Non cognouit tamen mundus. ſuper Ioannem. Videbat eum planè mundus carneis oculis in carne conſpicuum, non autem videbat quod in carne verbum latebat. Videbat hominem, non videbat Deum: videbat indumentum, non videbat indutum. Sed poſt reſurrectionem ſnam etiam ipſam carnem ſuam, quam non ſolum videndam, verumetiam tractandam demonſtrauit ſuis, noluit demonſtrare non ſuis.

Require de hac materia, ſupra capite Aduentus in carnem, & cap. Deſcendere Chriſti, & infra B capite Natiuitas Chriſti, & capite Verbum, & capite Chriſtus.

INCIPERE vel inchoare. Libro de ſalutaribus documentis. Omne opus quodcunque inchoas facere, primum inuoca Deum, & gratias illi age: & cum cōſummaueris illud, ſimiliter fac. Inuoca ſemper Deum ex toto corde tuo, & inuenies illum: & cum inueneris, ne dimittas eum, vt coniungatur mens tua in amore eius.

Require ſupra capite Actio, & capite Facere. Libro quarto cōtra Pelagianorum Epiſtolas, in fine allegat Ambroſium ſuper Lucam dicentem. Videns vtique quod vbique Domini virtus cooperatur ſtudiis humanis: vt nemo poſsit ædificare ſine Domino, nemo cuſtodire ſine Domino, nemo quicquam incipere ſine Domino.

C INCONTINENTIA. Libro contra Iulianum, vbi allegat Ambroſium in libro de Philoſophia. Mater vitiorum omnium incontinentia, quæ etiam licita vertit in vitium.

Require ſupra capite Continentia, & infra capite Temperantia.

INCREDIBILE. Libro decimoquarto de ciuitate Dei, capite vigeſimoſexto. Neque quod experientia probari non poteſt, ideo credendum non eſt. Et libro vigeſimo ſecundo eiuſdem, capite quinto, vbi agitur de reſurrectione. Sed hoc incredibile fuit aliquando. Ecce iam credidit mundus ſublatum terrenum Chriſti corpus in cœlum: & reſurrectionem carnis, & aſcenſionem in ſupernas ſedes, paucíſsimis remanentibus atque ſtupentibus, vel doctis, vel indoctis, D iam crediderunt & docti & indocti. Si rem credibilem crediderunt, videant quam ſint ſtolidi qui non credunt. Si autem res incredibilis credita eſt, etiam hoc vtique incredibile eſt, ſi creditum eſſet, quod incredibile eſt. Hæc igitur duo incredibilia, reſurrectionem, ſcilicet, noſtri corporis in æternum, & rem tam incredibilem mundum eſſe crediturum, idem Dominus antequam vel vnum horum fieret, ambo futura eſſe prædixit. Vnum duorum incredibilium iam factum videmus, vt quod erat incredibile crederet mundus: cur id quod reliquum eſt deſperatur, vt etiã hoc eueniat quod incredibile credidit mundus:

dus: Sicut iam venit, quod similiter incredibile fuit, vt rem tam incredibilem crederet mundus: quandoquidem hoc vtrunque incredibile, quorum videmus vnum, alterum credimus, in eisdem literis prædictum sit, per quas credidit mundus?

Tom.VIII. INDIGERE. Quilibet indiget Deo. super Psalmum trigesimum secundum, sermone secundo. Omnia indigent Domino, & miseria, & fœlicitas. Sine illo enim miser non subleuatur, sine illo fœlix nõ regitur. Sed ipse nõ indiget, super Psalmum septuagesimum, sermone secundo. Deus nullo indiget bono, & ipse est summũ bonum, & ab ipso est omne bonum: Vt ergo boni simus, Deo indigemus: vt bonus sit Deus, nobis non indiget: nec nobis tantum, sed vsque in altissima quæ sunt magnalia, nec ipsis cœlestibus, nec supercœlestibus, nec cœlo cœli, quod dicitur Deus indiget: vt aut melior sit, aut potentior, aut beatior. Quid enim esset quicquid aliud, nisi ipse fecisset? Propter indigẽtiam est necessaria societas hominum. Libro tertio. de Academicis. Indigere quibusdam rebus ad corporis valetudinem pertinentibus, non opus est vt sapiens sit, sed vt inter homines sit. Require supra, capite Egestas.

Cap.100. Tom.III. INDVLGERE. Speranda est indulgentia à Deo. libro de vera innocentia. Prima salus est declinare peccatum, secunda est non desperare de venia. Nam ipse in æternum se perimit, qui apud misericordem iudicem ad pœnitentiæ remedia non recurrit. Probat ibidem. Cap.92. Quid grauius peccato ægri, quam medici interfectio? Sed cũ in baptismo hoc dimittitur, quid nõ dimittitur? Super Psal. lviij. ser. ij. Quia multi eorum conuersi sunt ad Dominum qui eum occiderunt, & in eum credendo veniam de effuso sanguine meruerunt, exemplum præbuerunt hominibus, quod non debeant diffidere dimitti sibi qualiacunque peccata, quando & interfectio Christi dimissa est confitentibus. Cap.159. Tom.III. Obtinetur autem indulgentia peccatorum tali modo. libro de vera innocentia. Bene currit ad remissionem peccatorum qui displicet sibi. Apud iudicem enim iustum & misericordem qui se accusat, excusat. Cap.27. Tom.IIII. Libro de salutaribus documentis. Aliena à nobis debent esse omnia mala vitia, dum hæreditas nostra Christus vult esse: Ideo quia incerti sumus de talibus, prosternamus nos humiliter in conspectu pij patris, & peccata nostra citò producamus in medium, vt ea deleat ipse pater cœlestis. (Confessio peccatorum.) Et cum confessi fuerimus, non nos iustificemus orantes, ne sicut ille Pharisæus condemnati discedamus de templo. Memoremus publicanum illum, & ita oremus, vt veniam peccatorum consequi mereamur. Cap.28. Clamor cordis nostri pulset aures omnipotentis Dei, quia in pura mẽte placabitur in tempore orationis. Omnem malitiam cordis proiiciamus à nobis, & remittamus in nobis peccãtibus. Est nãque genus quoddam serpentis, quod cum ad bibendum aquam ire cœperit, euomit omne venenum antequam

A veniat ad aquæ fontem. Imitare hunc serpentem in hac parte secundum Euangelicum Domini præceptum, vbi ait, Estote prudentes sicut serpentes: & euome omne venenum iræ amarum, & remitte, conseruis tuis, vt dimittantur tibi à Domino peccata tua. (Mat.10.) Et qualem cupis erga te esse Deum, talis esto tu ipse conseruo tuo. Lib. de vera innocentia. (Cap 357. Tom.III.) Christiana obseruantia ad perfectæ pietatis profectum, per mutuam maximè peruenit indulgentiam peccatorum, dante nobis Domino suæ bonitatis exemplum. Nam si ille in quo nullum fuit omnino peccatum interpellat pro peccatis nostris, quanto magis nos inuicem pro propriis orare debemus? (Remissio peccatorum.) Amplectenda est quippe homini qui non omni potest carere peccato, tam benigna conditio, vt dimittendo
B debita aliena, deleat & sua. Et ipsa indulgentia Dei gratuita est, non meritoria. libro eodem. (Cap.307.) Non ad merita hominum, sed ad Dei misericordiam pertinet, cum ex illa massa primi hominis, cui mors merito debetur, quisque liberatur: non enim est iniquitas apud Deum: quia in remittente non est exigendum quod debet iniustus. Et ibi gratuita est indulgentia, vbi iusta posset esse vindicta. Probat indulgentiam non esse contra iustitiam, super Psalmum 50. (Tom.VIII.) Nunquid Christus contra legem Dei fecit, quando adulteram secundum legem Mosi non condemnauit? Nunquid fecit contra legem suam? Neque enim pater sine filio eius dederat legem. Si cœlum, & terra, & omnia quæ in eis sunt, per ipsum facta sunt, lex sine verbo Dei quomodo scripta est? Non er
C go Deus contra legem suam, quia nec imperator contra legem suam facit, quando confessis dat indulgentiam. Moses minister legis, Christus promulgator legis. Moses lapidat vt iudex, Christus indulget vt rex. Misertus est ergo eius secundum magnam misericordiam suã. Infra subdit tamen ibidem. Aliquando Deus cui ignoscit in futuro sæculo, corripit eum de peccato in isto sæculo. Nam ipsi Dauid cui dictũ erat per Prophetam, Dimissum est peccatum tuum: euenerũt quædã, quæ minatus fuerat Deus propter ipsum peccatum. Contra reprehendentes indulgentiam, dicit super Psalmum centesimum primum, (Tom.eod.) sermone primo. Hodie Paganorum opprobriũ in nos est, qui dicunt nobis, Vos corrumpitis disciplinam, moresque generis humani peruerti-
D tis, dando hominibus pœnitentiæ locum, promittendo impunitatem omnium delictorum. (Obiectio paganorum.) Ideo enim homines mala faciunt securi, quod eis cum conuersi fuerint omnia dimittantur. (Refutatio.) O qui insultas, inuito te ad istum panem. Non enim audes te dicere non esse peccatorem. Discute conscientiam tuam, ascende tribunal mentis tuæ, noli tibi parcere, examina te, loquatur tibi medulla cordis tui, vide vtrum audeas innocentiam profiteri. Hic planè si se respexerit, conturbabitur: si se non palpauerit, confitebitur. Et quid agis miser, si non erit portus impunitatis? Si sola fuit peccandi licentia, & nulla est peccatorum indulgentia, vbi eris? Quo ibis? Sed tamen, inquis, augent

homines peccata ſpe veniæ: imo augeret peccata deſperatione veniæ. Nonne attendis quam licentioſa crudelitate viuant gladiatores? Vnde hoc, niſi iam tanquam ad ferrum & victimam deſtinati, explere volunt libidinem antequam effundant ſanguinem? Nonne & tu hoc tibi diceres, Iam peccator ſum, iam iniquus, iam damnatus, nulla veniæ ſpes eſt. Cur iam non faciam quicquid libet, & ſi non licet? Cur non impleam quantum poſſum quæcunque deſideria, ſi poſt hoc non reſtant niſi ſola tormenta? Nonne hoc tibi diceres, deſperatione peior fieres? Potius ergo corrigit qui indulgentiam promittit & dicit, Redite præuaricatores ad cor: Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur & viuat. Hoc proculdubio portu propoſito, deponis vela iniquitatis: conuertis proram, velificas ad iuſtitiam: & ſperans vitam, non negligis medicinam. Nec in hoc diſpliceat tibi Deus, tanquam per iſtam indulgentiæ promiſsionem ſecuros fecerit peccatores. Etenim ne deſperatione homines peius viuerent, promiſit indulgentię portum. Rurſus ne de ſpe venię peius viuerent, fecit diem mortis incertum: Prouidentiſsimè vtrunque conſtituens, & reuertentes quo recipiantur: & differentes, vnde terreantur. Noli deſperare, promiſſa eſt indulgentia. Deo gratias, inquit, quia promiſſa eſt, teneo promiſſum Dei. Ergo iam bene viue. Cras, inquit, bene viuam. Indulgentiam tibi Deus promiſit, craſtinum diem nemo tibi promiſit. Si male heri vixiſti, bene viue iam hodie. Indulgere aliis magna eſt miſericordia. ſuper Pſalmum tertium. Quamuis generali nomine omnis miſericordia dicatur, qua miſero ſubuenitur: intereſt tamen vbi impendas, nec ſumptum pecuniæ, nec corporalis laboris induſtriam: ſed ignoſcendo, quod in te quiſque peccauit, & tuorum gratis comparas veniam peccatorum. Hæc ſunt duo benignitatis officia, ignoſcendorum peccatorum, & beneficiorum erogandorum. Et ibidem ſubdit, quod indulgere non eſt ad dedecus indulgentis. Non eris inglorius ignoſcendo, quia de ira victa laudabilius triumphatur: quam egenus tribuendo, quia theſaurus cœleſtis certius poſsidetur. Require ſupra, capite Abſoluere, & capite Dimittere. & infra capite Miſericordia, & capite Parcere.

Spes veniæ reſipiſcentes facit.

Iſai.46.

Tom. eod.

INDVERE. De ciuitate Dei. capite vigeſimo tertio. Quomodo induimus imaginem terreni, induamus, etiam imaginem eius qui de cœlo eſt. Hoc Apoſtolus ita poſuit, vt miſericordiæ quidem in nobis ſecundum ſacramentum regenerationis fiat: ſicut alibi dicit. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: Re autem ipſa tunc perficietur, cum id in nobis quod eſt animale naſcendo, factum fuerit ſpirituale reſurgendo. Vt enim eiuſdem etiã verbis vtar, Spe ſalui facti ſumus. Induimus autem imaginem terreni hominis propagatione præuaricationis & mortis, quam nobis intulit generatio: Sed induimus imaginem cœleſtis hominis gratia indulgentiæ, vitæque perpetuæ: quod nobis

Lib. 13. Tom. V.

Imago Adæ terreni, aut cœleſtis quomodo induitur.

A præſtat regeneratio, non niſi per mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum.

INDVRATIO. Quomodo indurare dicatur Deus. Libro de eſſentia Diuinitatis Dei. Quorundam corda malorum Deus dicitur indurare, ſicut de Pharaone ſcribitur: non quod omnipotens Deus per potentiam ſuam eorum corda induret, quod impium eſſet credere, ſed exigentibus eorum culpis, cum duritiam cordis, quam ipſi ſibi mala perpetrando nutriunt, non aufert, quaſi ipſe illos indurat: quia iuſto iudicio indurari ſinit. Libro ad Sixtum presbyterum. Quærimus meritum obdurationis, & inuenimus. Merito nanque peccati vniuerſa maſſa damnata eſt. Obdurat autem Deus non impartiendo gratiam: quibus enim non impartitur, nec digni

B ſunt, nec merentur: ac potius vt non impartiatur, hoc digni ſunt, hoc merentur. Quærimus autem meritum miſericordiæ, nec inuenimus: quia nullum eſt ne gratia euacuetur, ſi non gratis datur, ſed meritis reddatur. Require infra vbi Pharao.

INEFFABILE. Libro tertio de verbis Domini, ſermone primo. Quicquid poteſt fari, non eſt ineffabile. Ineffabilis eſt autem Deus. Si enim ſe raptum dicit vſque in tertium cœlum Apoſtolus Paulus, & dicit ſe audiuiſſe ineffabilia verba, quanto magis ipſe ineffabilis eſt, qui talia demonſtrauit, quæ fari non poſſit cui demõſtrata ſunt? Cauſam huius dicit, libro primo, de doctrina Chriſtiana. Res quibus fruendum eſt, pater & filius & ſpiritus ſanctus

C eſt, eadémque Trinitas, vna quædam ſumma res communíſque omnibus fruentibus ea, ſi tamen res & non rerum omnium cauſa ſit, ſi tamen & cauſa. Non enim facile nomen quod tantæ excellentiæ conueniat inueniri poteſt, niſi quod melius ita dicatur. Trinitas hæc vnus Deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ita pater & filius & ſpiritus ſanctus, & ſingulus quiſque horum Deus, & ſimul omnes vnus Deus, & ſingulus quiſque horum plena ſubſtantia, & ſimul omnes vna ſubſtantia. Pater nec filius eſt, nec ſpiritus ſanctus, ſpiritus ſanctus, nec pater eſt nec filius: ſed pater tantum pater, filius tantum filius, ſpiritus ſanctus tantum ſpiritus ſanctus. Eadem tribus æternitas, eadem incommutabilitas, eadem maieſtas, eadem poteſtas. In

D patre vnitas, in filio æqualitas, in ſpiritu ſancto vnitatis æqualitatíſque concordia: Et tria hæc vnum omnia propter patrem, æqualia omnia propter filium, connexa omnia propter ſpiritum ſanctum. Diximus ne aliquid, & ſonuimus aliquid dignum Deo? Imo verò nihil me aliud quam dicere voluiſſe ſentio. Si autem dixi, non hoc eſt, quod dicere volui. Hoc vnde ſcio, niſi quia Deus ineffabilis eſt? Quod autem à me dictum eſt, ſi ineffabile eſſet, dictum non eſſet. Ac per hoc ne ineffabilis quidem dicendus eſt Deus, quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur. Et fit neſcio quæ pugna verborum, quoniam ſi illud eſt ineffabile quod dici non poteſt, non eſt

ineffabi

ineffabile quod vel ineffabile dici poteſt. Quæ pugna verborum ſilentio cauenda potius quam voce pacanda eſt.

INFANTIA. In ſermone primo de Epiphania. Infans dicitur, quod non poſsit fari, id eſt, loqui. Sunt in infante ſopitæ vires animæ rationalis. Libro vigeſimo ſecundo de ciuitate Dei. Humanæ animæ mens, vbi eſt ratio & intelligentia, in infante ſopita eſt quodammodo, quaſi nulla ſit, excitanda ſcilicet, atque exercenda ætatis acceſſu: qua fit ſcientiæ capax atque doctrinæ, & habilis præceptioni veritatis & amoris boni. Qua capacitate hauriat ſapientiam, virtutibúsque ſit prædita, quibus fortiter, prudenter, temperanter, & iuſtè aduerſus errores & cætera ingenerata vitia dimicet, eáque nullius rei deſiderio, niſi boni illius ſummi atque incommutabilis vincat. Quod & ſi non faciat ipſa talium bonorum capacitas in natura rationali Diuinitus inſtituta, quantum ſit boni, quàm mirabile opus omnipotentis, quis competenter effatur aut cogitat? Cum pœna tamen infantes, quamuis ſint ſcientiæ capaces diſcunt. Libro vigeſimo primo eiuſdem. Non eſt parua pœna ipſa inſipientia vel imperitia, quæ vſqueadeo fugienda merito iudicatur, vt per pœnas doloribus plenas pueri cogantur quæque artificia vel literas diſcere: ipſúmque diſcere, ad quod pœnis adiguntur, tam pœnale eſt eis vt nonnunquam ipſas pœnas per quas compelluntur diſcere, malint ferre quam diſcere. Quis autem non exhorreat & mori eligat, ſi proponatur ei aut mors perpetienda, aut rurſus infantia? Quæ quidem quod non à riſu, ſed à fletu oritur in hanc lucem, quid malorum ingreſſa ſit, neſciens prophetat quodammodo. Solum quando natus eſt ferunt riſiſſe Zoroaſtrem, nec ei boni aliquid monſtruoſus riſus ille portendit. Nam magicarum artium perhibetur fuiſſe inuentor, quæ quidem illi, nec ad præſentis vitæ vanam fœlicitatem cõtra ſuos inimicos prodeſſe potuerunt. A Nino quippe rege Aſſyriorum, cum eſſet ipſe rex Bactrianorum, bello ſuperatus eſt. Prorſus quod ſcriptum eſt graue iugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium: vſque adeo impleri neceſſe eſt, vt ipſi paruuli per lauachrum regenerationis, ab originalis peccati, quo ſolo tenebantur, vinculo iam ſoluti, multa mala patientes, nonnulli etiam incurſus ſpirituum malignorum aliquando patiantur. Quæquidem paſſio abſit vt eis obſit, ſi hanc vitam in illa ætate etiam paſsione ingraueſcente & animam de corpore excludente finierint. Poteſt in infante eſſe peccatum. libro primo confeſsionum. Imbecillitas membrorum infantium innocẽs eſt, non animus infantium. Vidi ego & expertus ſum, zelantem paruulum. Nondum loquebatur, & intuebatur pallidus, & amaro affectu collactaneum ſuum. Quis hoc ignorat? Vnde quam infantiam dicatur amare Deus. in ſermone octauo de Epiphania. Amat Chriſtus infantiã, quam & animo ſuſcepit & corpore. Amat Chriſtus infantiam humilitatis magiſtram, innocentiæ regulam, manſuetudinis formam. Amat Chriſtus infantiam ad quam maiorum dirigit mores, ad quã ſenum redigit ętates, & eos ad eius inclinat exemplum, quos ad regnum ſublimat æternum. Vt autem plenè valeamus agnoſcere quomodo apprehendi poſsit tam mira conuerſio, & in puerilem gradum qua nobis imitatione redeundum ſit, docet nos beatus Paulus, & dicit, Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Non ergo ad ludicra infantiæ, & ad imperfecta nobis primordia reuertẽdum eſt: ſed aliud quod etiam graues animos deceat inde ſumendum eſt: velox commotionum tranſitus, citus ad pacem recurſus nulla memoria offenſionis, nulla cupiditas dignitatis, amor ſociæ communionis, æqualitas naturalis. Magnum enim bonũ eſt nocere non noſſe, & maligna non ſapere. quia inferre aut referre iniuriam, mundi huius prudentia eſt. Nemini malum pro malo reddere, Chriſtiana eſt ęquanimitatis infantia. Require infra vbi Paruulus, & vbi Puer.

INFERNVS. Diſtinguitur de inferno. ſuper Pſalm. vj. Infernus poteſt intelligi, quò poſt iudicium præcipitabũtur impij, vbi iam propter profundiores tenebras, nullam inde lucem videbunt, cui aliquid confiteantur: vel infernus eſt cæcitas animi, quæ peccantem, id eſt, peccato morientem excipit & inuoluit: ſicut de eis dicitur, Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. De ſignificato huius nominis. Libro de præſentia Dei ad Dardanum. Nuſquam alicubi ſcripturarum inferorum nomen poſitum inuenitur in bono. vnde non niſi pœnalia rectè intelliguntur inferna. Vbi ſit. Libro quæſtionum, ſuper librum Numeri, quæſtione vigeſima nona. Notandum ſecundum locum terrenum dictos eſſe inferos, hoc eſt, in inferioribus terræ partibus. Et ſubdit infra. Manifeſtum eſt, vt dixi, inferiores terræ partes inferorum vocabulo nuncupatas, in comparatione huius ſuperioris terræ, in cuius facie viuitur. Sicut in comparatione cœli ſuperioris, vbi ſanctorum demoratio eſt Angelorum, peccantes Angelos in huius aëris caligine detruſos, ſcriptura dicit tanquam carceribus inferi puniendos. Lib. duodecimo ſuper Geneſim, capite trigeſimo quarto. Ideo ſub terris dicuntur inferi vel creduntur, quia congruenter per illas temporalium rerum ſimilitudines ſic demonſtrantur: vt quoniam defunctorum animæ inferis dignæ, carnis amore peccauerint, hoc illis per illas corporalium rerum ſimilitudines exhibeatur, quod ipſi carni mortuæ ſolet exhiberi, vt ſub terram recondatur. Denique inferi eo quod infra ſint Latinè appellantur. Sicut autem ſecundum corpus ſi ponderis ſui ordinem teneat, inferiora ſunt grauiora: ita ſecundum ſpiritum, inferiora ſunt omnia triſtiora. Vnde & in Græca lingua ori-

Tom.VIII. Rom.1. Tom.II. Epiſt.57. Tom.IIII. Quæſt.ead. infrà. Tom.III.

go huius nominis quo appellantur inferi. ex eo quod nihil suaue habeant, aut resonare perhibẽtur. Nec ipsam tamen rerum partem noster saluator mortuus pro nobis visitare contempsit, vt inde solueret quos esse soluendos secundũ Diuinam secretámque iustitiam ignorare nõ potuit.

Vnde nunquam hoc nomen significat bonũ. eodem libro. Nondum inueni, adhuc quęro, nec mihi occurrit, inferos alicubi in bono posuisse scripturam duntaxat canonicam. In Epistola ad Euodium. Nusquam vspiam scripturarũ inferos in bono appellatos potui reperire. Inferni pœna est æterna. Libro de vera religione. Cauendi sunt inferiores inferi, id est, post hanc vitam pœnæ grauiores, vbi nulla potest esse cõmoratio veritatis, quia nulla ratiocinatio: Et ideo nulla ratiocinatio, quia non eam perfudit lumẽ verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quare festinemus & ambulemus cum dies præsto est, ne nos tenebræ comprehendant. Festinemus à secunda morte liberari, vbi nemo est qui memor sit Dei, & ab inferno, vbi nemo confitebitur Deo. De malis autem inferni siue pœnis. Libro meditationum. In inferno erit fletus & gemitus, vlulatus & cruciatus, stridor & clamor, timor & tremor, dolor & labor, ardor & fœtor, obscuritas & anxietas, acerbitas & asperitas, calamitas & egestas, angustia & tristitia, obliuio & confusio, torsiones & punctiones, amaritudines & terrores, fames & sitis, frigus, sulphur, & ignis ardens. Diffusius de huiusmodi malis dicit in lib. de triplici habitaculo. Hominum huius mundi, alij eleuantur ad cœlum, alij trahuntur ad infernum. Similes quippe similibus iunguntur, id est, boni bonis, mali malis: iusti homines iustis Angelis, & transgressores homines, transgressoribus Angelis: serui Dei Deo, serui diaboli diabolo. Benedicti vocantur ad regnum sibi paratum ab origine mundi: maledicti expelluntur in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Bona autem cœlestis regni dicere, vel cogitare, vel intelligere vt sunt, nullus potest carne vestitus. Multo enim maiora & meliora sunt quam cogitantur, vel intelliguntur. Regnum nanque Dei omni fama maius, & omni laude melius, omni scientia innumerabilius, & omni gloria quæ putatur excellentius. Mala autem inferni vt sunt, dicere, vel cogitare nemo potest. Peiora valde sunt quam cogitantur. Regnum itaque Dei plenum est lucis, & pacis, & charitatis, & sapientiæ, & gloriæ, & honestatis, & dulcedinis, & melodię, & lætitiæ, & beatitudinis perennis, & omnis boni ineffabilis, quod nec dici, nec cogitari potest. At lacus inferni plenus est tenebrarum, & discordiæ, odij, stultitiæ, miseriæ, turpitudinis, offensionis, doloris, sitis, famis, ignis inextinguibilis, tristitiæ, & vindictæ perennis, ineffabilis mali, quod nec dici, nec cogitari potest. Nihil in regno Dei desideratur quod non inuenitur, at contra in inferno nihil inuenitur quod desideratur.

li. Aug. — *Cap. 33.* — *Tom. II. Epist. 99. Cap. 52.* — *Tom. I.* — *Cap. I. Tom. IX.*

A In regno Dei nihil inuenitur nisi quod placet, & delectat & satiat: at contra in lacu miseriæ perennis, nihil videtur, nihil auditur, nihil sentitur, nisi quod displicet, nisi quod offendit, nisi quod cruciat. Principalia duo sunt tormenta in inferno, frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis. Vnde in Euangelio legitur, Illic erit fletus & stridor dentium. Fletus nanque & liquefactio oculorum ex calore nascitur: stridor verò dentium nascitur ex frigore. Hinc etiam beatus Iob. De aquis, inquit, niuium, transibunt ad calorem nimium. De quibus duobus innumera pendent pœnarum genera, videlicet sitis intolerabilis, pœna famis, pœna fœtoris, pœna horroris, pœna timoris, pœna angustiæ, pœna tenebrarum, seueritas tortoris, præsentia dæmo-

B num, ferocitas bestiarum, crudelitas ministrantium, dilaceratio immortalium vermium, vermis conscientiæ, ignitæ lachrymæ, suspiria miseriæ, dolor sine remedio, vincula sine solutione, mors æterna, pœna sine fine, absentia Christi quo ad visionem eius, quæ sola omnia supradicta superat, & omnibus est intolerabilior pœnis. Væ igitur illis qui subire hæc omnia mala, & sine fine merentur, pro delectabili vnius horæ spatio. Tanta & talis est omnis huius mundi gloria, ad æternam comparata gloriam. Melius erat eis, quod dictum est de infœlice Iuda, non nasci, quam malis suis meritis plagas inferni sustinere. Quid stultius, quid insanius est, quam vmbra & imagine & similitudine veræ gloriæ, & veræ delectationis, veræ pulchritudi-

C nis, veri decoris, veri honoris more infantium decipi & superari, & ipsam veram gloriam non quærere, non desiderare? Quis imaginem auri in aqua ipso auro neglecto eligeret: & non statim à cunctis fatuus & insanus crederetur? Quis orbem solis in speculo redditum, vel in qualibet materia formatum, plus diligeret quam ipsum solem: nonne ab omnibus derideretur? Sic irridendus, sic æstimandus est quisquis mundi huius caducam fragilitatem & inutilem voluptatem diligit, quærit, contendit: æterna gloria contẽpta, & neglectis regni cœlestis ineffabilibus gaudiis. Hoc commercium insipientium, valde est & miserorum, & cor non habentium sanum, etiam si plagæ inferni non sequerentur, quæ nec dici, nec cogitari possunt. Quis cum sa-

D no sensu pro vnius diei deliciis, centum annorum pœnam eligeret? Et miseri tamen illi qui sine vlla sapientia voluptatem carnis sequentes, non vitant vitia, non effugiunt intolerabiles pœnas, non cẽtum annorum, non millies mille, sed sine fine omnium sæculorum. In sermone quarto de aduentu ad iudicium, circa finem. super illud verbũ Apocalypsis, ca. decimo sexto. Facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriã, &c. Per hanc ciuitatem debemus intelligere omnes homines & mulieres, qui in die iudicij erunt cõdẽnati: & per tres partes

ciuitatis, debemus intelligere primum Paganos, postea Iudæos, vltimo falsos Christianos, qui amplius sunt cruciandi. Tres autem partes huius ciuitatis triplicando faciunt nouem, & nouem erunt magistrales pœnæ, quæ paratæ sunt hominibus peccantibus nec pœnitentiam agentibus, sicut in sacris scripturis legitur. Prima est ignis qui ardet tali modo quod extingui non potest, etsi mare totum intra iaceretur: qui ardet, inquam, sed non lucet. Secunda est frigus, quod nemo potest sustinere, & si mons magnus ignis iaceretur intra nihil calefieri posset. Propter istas duas pœnas dicit Dominus in Euangelio, Ibi erit fletus & stridor dentium. Tertia pœna est de vermibus, qui nunquam moriuntur, & serpentes, & dracones, qui ita viuunt in igne, sicut piscis in aqua. Quarta pœna est, fœtor maximus. Quinta, flagella percutientium, qui feriunt sicut ferrariorum mallei. Sexta est, de tenebris, quæ sunt spissæ, & sicut arena maris possent pugillari. Septima, est confusio & verecundia, quia videbuntur homines & peccata eorum nec poterunt abscondi. Octaua, est timor magnus, quando videbunt dæmones emittentes flāmas igneas, & audient clamorem miserorum, qui cruciabuntur, expectabúntque semper acrius cruciari. Nona pœna est catena ignis, quæ constringit omnia membra peccatorum. Sed quare sustinebunt tanta tormenta? Quia noluerunt agere pœnitentiam de peccatis suis, vt essent consortes ordinum Angelorum. Sustinebunt autem igneam pœnam, quia exarserunt in concupiscentiis suis: & glacialem pœnam, quia frigidi in amore charitatis fuerunt. Et pœnam vermium sustinebunt, id est, serpentum & draconum, propter inuidiam & malam voluntatem quam habuerunt. Sustinebunt fœtorem, propter peccatum luxuriæ & pœnam tenebrarum, quia in tenebris peccatorum vsque in finem sæculi fuerunt. Sustinebunt autem verecundiam, quoniam noluerunt ad confessionem venire, nec pœnitentiam agere. Sustinebunt catenas igneas, quoniam in propriis peccatis decesserunt irretiti. Omnes isti desiderabunt mori, & mors ab eis fugiet. Sustinentes has pœnas erunt diaboli & membra eorum, vt superbi, vanagloriosi, inuidi, auari, detractores, mendaces, periuri, luxuriosi, maleuoli, gulosi, maleloquentes, vsurarij. Omnes isti sunt membra diaboli, qui nisi in hac vita egerint pœnitētiam, ibunt in supplicium æternum, & nunquam misericordiam consequentur. Sed membra Christi non sic, vt sunt humiles, charitate feruidi, simplices, largi, veraces, concordes, casti, continentes, pauperes spiritu, esurientes iustitiam, misericordes, mundicordes, patientes, modesti, amatores Dei & proximi, & omnes qui custodiunt veritatem declinantes à malo & facientes bonum: omnes isti membra Christi, & ibunt in vitam æternam, vbi Christus est, & omnes Angeli & sancti, qui vestiti de bonis virtutibus videbunt

Pugillari antiquè di- [illegible]

A Deum omnipotentem facie ad faciem: & non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos æstus neque vllus dolor, quoniam priora transierunt. Mali homines non sic: nec erunt vestiti, quia noluerunt opera facere vnde possent vestiri. Propterea erūt in pœnis inferni, vbi cruciabuntur sine fine, quia in inferno nulla est redemptio. Sancti autem similes Angelis erunt, & semper cum filio Dei: quoniam ipsi templum Dei sunt, & Deus habitat in eis, & ipsi in Deo erunt vsque in æternum.

INFINITVM. Libro vigesimo quinto contra Faustum. quod scire Deum finitum & infinitum est impossibile. Cum quæri cœperit quomodo sit Deus finitus, quem nullus locus capit: quomodo infinitus, quem totum filius nouit: quomodo finitus, immensus: quomodo infinitus, perfectus: quomodo finitus, nullum habens modum: quomodo infinitus, modus omnium: omnis cogitatio carnalis euanescit: & si vult se fieri quod nondum est, prius ex eo quod est erubescit. *Cap.2. Tom.VI.*

B

Quomodo infinitas sit in Deo. Libro duodecimo de ciuitate Dei, cap. decimo octauo. Infinitos esse numeros certissimum est: quoniam in quocunque numero finem faciendum putaueris, idem ipse non dico, vno addito augeri, sed quamlibet sit magnus, & quamlibet ingentem multitudinem continens, in ipsa ratione atque scientia numerorum non solum duplicari, verum etiam multiplicari potest. Ita verò suis quisque numerus proprietatibus terminatur, vt nullus eorum par esse cuiquam alteri possit. Ergo & dispares inter se, atque diuisi sunt, & singuli quique finiti sunt, & omnes infiniti sunt. Qui numeri infiniti ad Dei scientiam pertinent. Nam Plato Deum magna authoritate commendat, mundum numeris fabricantem, & apud nos Deo dictum legitur. Omnia in mensura numero & pondere disposuisti. De quo & propheta dicit. Qui profert numero sæculum. Et saluator in Euangelio. Capilli, inquit, vestri omnes numerati sunt. Absit itaque, vt dubitemus, quod ei notus non sit omnis numerus, cuius intelligentię, sicut in psalmis canitur, non est numerus. Infinitas itaque numeri, quamuis infinitorum numerorum nullus sit numerus, non est incomprehensibilis ei cuius intelligentiæ non est numerus. Quapropter, si quicquam scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur: profecto & omnis infinitas quodam ineffabili modo Deo finita est, qua scientiæ ipsius incomprehēsibilis ratio est. Quare si infinitas numerorum scientiæ Dei, qua comprehenditur esse non potest infinita, qui tādem sumus nos homunculi, qui eius scientiæ limitem figere præsumamus? *Tom.V.*

C

D

INFIRMITAS & Infirmus. Quod tota vita nostra in corpore, est in infirmitate, cuius Christus medicus est. super Psal. cij. Vitā habet anima in corpore corruptibili. Qualē vitam? onera patitur, pondera sustinet, ad ipsum Dominum *Tom.VIII.*

minum cogitandum ſicut dignum eſt ab homine cogitari Deum: quanta impediunt, veluti interpellãtia de neceſsitate corruptionis humanę? Quanta reuocant? Quanta à ſublimi intentione detorquent? Quanta interpellant? Quæ turba phantaſmatum? Qui populi ſuggeſtionum? Totum hoc in corde humano, tanquam de vermibus corruptiõis huius ſcatet. Exaggerauimus morbum, laudemus & medicum. Non ergo te ſanabit, qui fecit te talem qualis non ægrotares, ſi legem ſanitatis acceptam ſeruare voluiſſes? Nõne tibi diſpoſuit & mandauit quid tangeres ad retinendam ſalutem, & quid non tangeres? Noluiſti audire ad retinendam, audi ad recipiendam. Languore tuo expertus es, quam ille vera iuſsiſſet. Iam tandem aliquãdo homo quod non tenuit monitus, audiat expertus. Quæ duritia eſt, quam nec experientia docet? Non ergo te ſanabit qui talem fecerat, vt nunquam ægrotares, ſi eius præcepta obſeruare voluiſſes? Non te ſanabit qui fecit Angelos, & te refectum æquaturus eſt Angelis? Non ſanabit factum ad imaginem ſuam, qui fecit cœlum & terram? Sanabit te, opus eſt vt ſanari velis. Sanat omnino ille omnem languidum, ſed non ſanat inuitum. Quid autem te beatius, quam vt tãquam in manu tua, ſic habeas in voluntate ſanitatem tuam? Si velles eſſe in aliquo ſublimi honore in hac terra, ducatum, proconſulatum, præfecturam ſi concupiſceres, nunquid continuo poſſes quod velles? nunquid voluntatem tuam poteſtas ſequeretur? Multi ad iſta volunt peruenire, & non poſſunt, ſed ſi peruenerint, quid prodeſt honor ægrotis? Quis enim non ægrotat in hac vita? quis non languorem longum trahit? Naſci hîc in corpore mortali, incipere ægrotare eſt. Quotidianis medicamentis fulciuntur indigentiæ noſtræ: quotidiana medicamenta, refectiones indigentiarum ſunt. Fames nonne te occideret, niſi medicamentum eius apponeres? Sitis non te perimeret, niſi ea tu bibendo non penitus extingueres, ſed differres? Reditura eſt enim ſitis paululum temperata. Temperamus ergo iſtis fomentis ęrumnam ægritudinis noſtræ. Stando laſſatus eras, ſedendo reficeris. Ipſum ſedere medicina eſt laſsitudinis. In ipſa medicina rurſus laſſaris, diu ſedere non poteris. Quicquid enim eſt vbi fatigationi ſuccurritur, alia fatigatio inchoatur. Quid ergo iſta deſideras languidus? Prius de ſalute tua cogita. Aliquando ægrotat homo in domo ſua, in lecto ſuo ægritudine manifeſtiore. Quanquam & iſta manifeſta ſit, quam nolunt homines intueri: tamen ea ægritudine ad quam quæruntur medici homines, ægrotat quiſque in domo ſua, anhelat febribus in lecto ſuo, velit fortè cogitare de re familiari aliquid, iubere in domo ſua, vel fundo aut diſponere, ſtatim curam ſuorum circunſtrepente & murmurante, reuocatur à talibus curis, & dicitur illi, Dimitte iſta, prius de ſalute tua cogita. Ergo hoc tibi dicitur, omnis homo: ſi nõ ægrotas, alia cogita. Si te ægrotantem languor ip-

A ſe conuincit, prius de ſalute tua cogita. Salus tua Chriſtus eſt, Chriſtum ergo cogita. Accipe calicem ſalutaris eius qui ſanat omnes languores tuos. Hanc ſalutem ſi volueris obtinebis. Honores & diuitias cum requiſieris, non continuò ſi volueris habebis. Hoc & pretioſius eſt, & ſequitur voluntatem. Quod etiam anima dicitur infirma, ſuper Pſalmum centeſimumvigeſimumſecundum. Nihil infirmius anima noſtra poſita in mediis tentationibus ſæculi, in mediis gemitibus & parturitionibus moleſtiarũ: nihil ea infirmius, donec hęreat ſoliditati cœleſti, & ſit in templo Dei, vnde iam non cadat. Vtrunque probat. Libro quinquageſimo Homilia. Homil. trigeſima octaua. Non vera ſalus eſt fratres, quomodo dicunt medici, perægrotamur quodam-

B modo. Nam ægritudo perpetua eſt, in iſta fragilitate carnis. Putatis enim hominem tunc ægrotare, quando febricitat: & ſanum, quando eſurit: Sanus eſſe dicitur. Vis videre quantum malum eſt eſurire, dimitte illum ſine medicamento ſeptem diebus, occiditur. Sed quia ponis quotidie medicamentũ, viuit. Medicamentum autem famis, cibus eſt: Medicamẽtum ſitis, potus eſt: Medicamentum laſsitudinis, ſomnus eſt: Medicamẽtum ſeſsionis, deambulatio eſt: Medicamentum deambulationis, ſeſsio eſt: Medicamentum fatigationis, dormitio eſt: Medicamentum dormitionis, vigilatio eſt. Et vide quam imbecille ſit corpus humanum, hoc ipſum adiutorium quod diximus, qui aſſumit, ſi in eo perſeuerauerit, deficit. Eſuriendo cibi quærebas adiutorium. Ecce

C adeſt adiutorium cibi, manducas, reficeris: ſi plus feceris, plus deficis. Adiutorium ſitis quærebas, potum. Multum bibendo ſuffocaris: qui ſitiendo vrgebaris. Laſſaſti ambulando, ſedere vis. Sede perpetuo, vide ſi non laſſaberis. Quicquid ergo aſſumpſerit, vt aliud pellat, in eo ipſo ſi perſeuerauerit, deficit. Qualis eſt ergo fratres iſta ſalus tranſitoria, fragilis, peritura, vana? Verè quomodo dictum eſt. Quæ enim vita noſtra? Vapor ad modicum parens. Qui ergo in iſta vita amat animam ſuam, perdet eam. Qui autem in hoc ſæculo odio habuerit animam ſuam, in vitam æternam cuſtodit eam. Quæ eſt vita æterna? Vera ſalus. Et ſi amicum tuum videbis quem amabas in hoc ſæculo vt ſaluus eſſet, quia tu talem ſalutem deſideras quæ æterna eſt, ad ipſam

D ſalutem diligis amicum tuum, & totum eſt quicquid vis amico tuo præſtare vt illam tecum teneat ſalutem. Amas enim iuſtitiam, vis illum iuſtum eſſe. Amas ſub Deo eſſe, vis & illum eſſe ſub Deo. Amas vitam æternam, illic vis eum tecum regnare inæternum. Inimicum tuum vides perſequi te, iniquitas eſt quæ te perſequitur. In illo iraſci debes miſericordia, febrit in anima. Quomodo ergo amicus huius ſęculi ſecundũ ſæculum amans animã ſuã, febrem vult pellere de amico ſuo, quẽ ſimiliter amat vt ſe, propter præſentem ſalutẽ: ſic tu quẽcunq; diligis, propter vitam æternam dilige. Cũ inueneris iram, indignationem,

tionem, odium, iniquitatem, sic coneris expellere morbum animi, quomodo amicus huius sæculi solet morbum corporis. Quod infirmitas corporis vtilior est sanitate, quam multis. super Ioannem, tractatu septimo. Bonum est vt de salute corporis non satagas, nisi vt à Deo illa petas. Si scit tibi prodesse, dabit tibi illam: si non tibi dederit, non tibi proderat habere illam. Quam multi ægrotant in lecto innocentes, & si sani fuerint procedent ad scelera committenda? quam multis obest sanitas? Latro qui procedit ad faucem occidere hominem, quanto melius illi erat vt ægrotaret? Qui noctu surgit ad fodiendum parietem alienum, quanto melius si febribus iactaretur? Innocentius ægrotaret, sceleratè sanus est. Nouit ergo Deus quid nobis expediat. Id tantum agamus, vt cor nostrum sanum sit à peccatis. De causis autem infirmitatis huius distinguit in sermone de gratia. Quinque modis infirmitate flagellat Deus hominẽ. Primò probatione, vt Iob & Thobias afflicti sunt. Secundò ne se extollat, vt Paulus. Tertiò modo propter peccata, sicut Paralitico Dominus dixit, Dimittuntur tibi peccata. Quartò vt sua virtus vel sanctorum suorum ostendatur, sicut de cæco nato. Quintò vt hîc incipiat tormentũ sustinere, sicut Antiochus ac Herodes. Vnde scriptũ est, Duplici contritione cõtere eos. Quomodo boni se habent ad infirmos. Libr. de opere Monachorũ. Qui veram corporis ostendit infirmitatẽ, humanè tractandus est: qui autem falsam prætẽdit, & conuinci non potest, Deo dimittẽdus est: neuter tamen eorum perniciosam regulã figat, quia bonus seruus Dei & manifesto infirmo suo fratri seruit, & fallẽti cum credidit: quia si malum eum non putat, non imitatur vt malus sit: & si ei non credit, fallacem eum putat, ac nihilominus non imitatur. Quomodo alloquendi sunt infirmi. in tractatu de visitatione infirmorum, ser. j. Si igitur Deum diligis, id quod facit Deus diligis. Et si quod facit Deus diligis, disciplinam Dei flagellantem te diligis, flagellũ Dei sustines: tussi laboras, pulmone deficis, cibũ stomachus respuit, phtisi decoqueris, vinũ fastidis, dysenteria sauciaris, multimodo morborũ genere afficeris. Sed & hæc si oculum habes, si cordatus es, Dei dona sunt. Disciplinam patris ne abiicias fili. Nemo filius quem non corripit pater. Sed noli deficere à disciplina Domini, & ne fatigeris dum ab eo argueris. Quẽ enim diligit Deus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. Vis scire quia infirmitas corporis salutem animæ parturit? Audi Dominum Apostolo respondentem, Virtus in infirmitate perficitur: ac si dicat, Complectere quam pateris infirmitatem: quia ita proficies de virtute in virtutẽ. Sed in infirmitate virtus augmentatur, virtus autem salus est animæ, infirmitas corporis: quando quidem per virtutem animæ parit salutem, donum Dei est. Non enim est aliunde nisi ex Deo salus animæ. Flagellum Dei ergo ne contemnas, sed flagellatus dic Deo gratias. Dilige corripientem, dilige arguentem.

Cap. Tom. III.

Cap. 4. Tom. IX.

Prouerb. 3.

A Non in furore, non in ira, sed in misericordia aperi pulsanti, deuotus esto vocanti, gratias age miseranti: Redi ad te, cogita parumper, cogita de Deo, pensa si potes, quem super omnia opera sua ipsius miserationes. Ipse Deus est, ipse iudex est, nec te vult damnari, nec vult te malè iudicari, vult tui misereri, flagellat te misericorditer, quod in eo deliquisti pertinaciter. Quomodo persuadendum ne timeant mori. in eodem tractatu & sermone, capite sexto. Tu igitur ad modicum chare mi, ad modicum migraturus de mundo, tantam & tam ineffabilem benignitatem Domini Dei tui ne spernas, flagellum ipsius gaudenter suscipe. Flagellat in te quod nescis, nec iniustè, iusta enim sunt ipsius iudicia. Morbus huius corporis, medicina est spiritualis. Porrò recogita quod morbus tuus, vt aiunt medici, B incurabilis est, & tecum reuolue, quoniam si contra Deum præsumpseris murmurare, & morbum velis nolis, sustinebis: nec murmurando sanaberis, imo anima debilitaberis, dum contra Deum tuum, patrem tuum, medicum tuum, magistrum tuum mansuetissimum & tranquillissimum, in ipso flagello pacatissimum, cui nunquam iratus est, & cum iratus est, misericordiæ recordatur, murmuraueris. Meis igitur acquiesce consiliis, & quandoquidem murmurando duo mala sustineres, pacificus esto: & grauamen corporale, fac tibi antidotum spirituale. Non enim si in flagello vis Deum recognoscere, corpore & anima flagellaberis: Non enim flagellat bis Deus in idipsum. O quàm iucundo pectore, *Morbus corporalis vtilis.*
C quam læto corde visitationem Diuinam debes portare. Certè si corpore totus præualeres, infirmitatem medicinalem à Deo debueras votis omnibus expetere, & ne sanitas corporis infirmitas esset animæ metuere. Nihil aliud scio, sed q̃a infirmaris, vtiliter debes gaudere: quia iusta est vocatio Diuina, debes ei totis nisibus lætus adesse. Eia si Episcopatum aut honorem alium, aut donum aliud, aut sanitatem infirmis optabilem tibi concessisset Deus, nonne omni gaudio illud donum Dei suscepisses? Certè maiori exultatione & affectuosiori voluntate cum gratiarum etiam actione hanc Dei animaduersionem debes vnicam habere, quia & hoc vtilissimum Dei donum est. Porro si de vitæ huius naufragio, deque compendiosæ mortis comparando commerito cogitares, quam ineffabiliter viuere fastidires, quam festinanter mori in Domino concupisceres? Beati enim mortui qui in Domino moriuntur. Nam vt collationem quandam breuiter faciamus, conferamus si placet de vita præsenti, quæ initium dolorum est, & quasi per amicum litigium, quid potius appetendum sit malè viuere, an bene mori, discutiamus. Nam bene viuere præsentialiter nemo potest, omnis enim homo mendax. Et Apostolus homo præ cæteris hominibus videns aliam legem in membris suis legi mentis suæ repugnantem, cupit dissolui & esse cum Christo. Et scimus quoniam omnis creatura ingemiscit & parturit, *Psal. 115. Phil. 1. Rom. 7.*

D

vsqueq

vſquequo liberetur à ſeruitute corruptionis per eum qui ſubiecit eam in ſpe. Denique quis numerare poteſt præſentis vitæ moleſtias? Eſurire, ſitire, algere, calere, laſſari, & innumerabilia ex ipſa conſuetudine nobis domeſtica ſunt: tamẽ initium dolorũ ſunt. Sed vt altius reuoluamus quæ intra nos ſunt, cupere, amare, odire, fornicari, adulterari, occidere vel occidi, rapere, furari, nõne inimicę paſsiones nobis ſunt? Tamẽ quis immunis, quis liber eſt ab omnibus his? Et quis tot & tãtarũ obnoxius paſsionũ, immunis erit à peccato? Et quis viuens ſub peccato bene viuit? Ergo malè viuit omnis homo, quia & peccatũ malum eſt. Denique audacter pronuntio, quia principium vitæ hominis, initium dolorum. Fuere Philoſophi hoc non ignorantes, qui in ortu puerorum lugebant, in morte gaudebant: hoc ſignificantes, quia homo ad laborem naſcitur, ad requiem autem moritur. Sanctus etiam Dauid & de ortu & de vita filij, quem de Berſabee ſuſceperat, in tantum contriſtatus eſt, vt dum puer adhuc viueret, lugens & incœnatus maneret: mortuo autem puerulo, & gauderet, & cœnaret. O mors deſiderabilis, ò mors omnium malorũ præſentiũ finis, ò mors laboris clauſula, quietis principium. Quis excogitare queat tuarum beatitudinũ vtilitates? Nam malè mori, Chriſtianorum non eſt: Bene autem mori cum Chriſto viuere eſt. Et quis ipſius beneficia ſufficienter expediat, quæ hominem Chriſto conglutinat, quæ vt dictum eſt, finis omnium malorum eſt, nutrix & initiũ ſummæ fœlicitatis eſt? valeas mors mihi dilectiſsima. Confiteor, ſi poſſem, libenter complecterer te, libenter te guſtarem, vltro ſubirem: & teſtor, quia omnis mea cogitatio, inſtigat me ad tui dilectionem, tantum ne intempeſtiua venias.

Mors corporalis & vita conferuntur.

Tom. IX.
2. Reg. 12.

Cap. eod. inf. Quomodo infirmi deſperati Deum debent orare. in eodem ſermone, circa finem. Deum alloquere, & nihil ſecus egeris, de ipſo ita affare. Deus meus, miſericordia mea, refugium meum, te deſidero, ad te cõfugio, ad te venire feſtino, ne deſpicias me ſub tremendo crimine poſitũ: Adeſto mihi propitius, in his meis magnis neceſsitatibus, non poſſum me redimere meis operationibus, ſed tu redime me, & miſerere mei. Diffido demeritis meis, ſed cõfido demiſerationibus tuis. Et plus confido de tuis miſerationibus, quã diffidã de meis malis operationibus. Tu es ſpes mea Deus meus, tibi ſoli peccaui, mea culpa. Qui fui tibi charus ad redimendum, nõ ſim vilis ad perdendum. Et nunc ad te venio, qui nulli dees: cupio diſſolui & eſſe tecum. In manus tuas cõmendo ſpiritum meũ. Reſpice in me Domine Deus veritatis, & præſta mihi Deus meus, vt requieſcam in pace & dormiam.

Cap. 2. Tom. eod. Monendi ſunt infirmi vt ſint ſtabiles in fide, & quid principaliter credere debeant. eodem tractatu, ſermone ſecundo, circa principium. Fili Chariſsime receſſurus à nobis, te enim compellit dies vltima. Fidelis eſto, ſine enim fide non potes placere Deo: neque enim infidelis, Deo eſt acceptabilis. Sunt ergo de Deo multa credenda, ad ſalutem animæ ne-

A ceſſaria. Sacramentis igitur Diuinis, fides plus quam verborum argumentatio adhibenda eſt. Neque enim ſigillatim de Deo credenda per rationis argumenta poſſumus comprehẽdere, poſſumus autem & debemus credere verè: nam neque de Deo loquimur, quin à nobiſmetipſis mente aliquantulum excedamus. Vbi eſt ergo mentis exceſsio, idonea eſt fidei ſucceſsio. Mirabile ergo illud de Trinitatis vnitate, de vnitatis Deifica Trinitate ſacramentũ, magis eſt credendum quam exponendum. Enimuerò credatur ſacræ ſcripturæ teſtimoniis. Sunt & alia de Deo filio, quaſi nobis propinqua & contigua, & ex ipſa ſui propinquitate & contiguitate nobis familiaria, & ex ipſa familiaritate delectabilia. Delectabile quippe eſt homini & ſalutare morienti,

B & loqui & ſatiari de humanitate Chriſti. Quod enim verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, hominis eſt. Quoniam ergo infirmus hominis intellectus, ex ſui ipſius humanitate ponderoſa hebetatus, videns nunc per ſpeculum in ænigmate, non poteſt Deitatem vt dignũ eſt, comprehendere, ad illam quæ ſua eſt, Chriſti humanitatem, oculum ſuum intellectualem reflectat. In illa delectetur, ex illa quoque ſatietur, ad ipſam faciem ſuam conuertat, ſicut Ezechias conuertit cum lachrymis faciem ſuam ad parietem. Paries, Chriſti humanitas eſt. vnde Salomon. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. Diuinitas ipſius ad nullum deflexa eſt, vel deflectenda peccatum, ſub carne latitabat. Nã & in terris viſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. Ad hunc re vera

C parietem Ezechias ſub mortis articulo, quẽ ei propheta per ſpiritum prædixerat, faciem conuertit, & ita conualuit. Hac valetudinis expectatione tandem ſecurus Iacob ita tripudiabat: Vidi Dominum facie Diuinitatis, in qua erat Deus, ad faciem humanitatis, quam erat aſſumpturus, & ſic ſalua facta eſt anima mea. Huius incarnationis deſiderio flagrabant omnes ſancti, quippe quibus erat manifeſtum, non aliter poſſe ſaluari genus humanum, niſi per Dei filium incarnatũ: Nõ enim eſt in aliquo alio ſalus. Nec enim aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat ſaluari. Ad hunc igitur parietem noſtrum, mediatorem noſtrum conuerte faciem tuam familiarius, quod tuum eſt aggredere ſecurius, ſcit compati infirmitatibus tuis, qui factus eſt tuæ

D infirmitatis participando conſocius: prærogatiuam noſtræ carnis in cœlos euexit ſuperius, quia exaltatus eſt ſuper cœlos Deus homo, participatus eſt noſtræ humanitatis, vt nos participaremus Diuinitatis ſuæ. Aude igitur fili mi de homine Deo tuo facere quoddam participium: ex Diuinitate proceſsit ſaluatio, ex humanitate redẽptio, vtrunque tamen ex vtroque. Sed quod meũ eſt, & quod ex me mihi quadam agnatione & cognatione, & quadam ſecreta affectione conglutino, quodam proprio iure conſanguinitatis mihi vendico. Tutius & iucundius loquor ad meum Ieſum, quam ad aliquem ſanctorum ſpirituum Dei: plus debet Chriſtus mihi, quam alicui cœleſtium

stium spirituū. Quod tu es, fieri dignatus est Deus, non factus est quod Angelus, & fit magni concilij Angelus. Nollē habere locum Angeli, si possem habere locum debitum homini. Ad curiam Dei sui, Dei tui, præcessit Deus tuus, homo tuus, tunica tua, tunica polymita, quam etiam decentissimè coaptauit, indutus illa, assiduus interpellat pro nobis, nō iam ab Angelis minoratus, imo gloria & honore coronatus, & super opera manuū Dei constitutus. Quem igitur habes intercessorē, habes mediatorem, constitue tibi propitium adiutorem. Et si Deus pro te, quis contra te? Firmiter & fideliter credenda est Dei incarnatio, passio, & resurrectio, & super cœlos ascensio, necnō & tui ipsius futura reformatio. Hæc fili mi fides tua habeat, perscrutetur & teneat cor tuum: nihil dulcius sapiat, os tuum audacter confiteatur & concinat. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem. Monendi sunt vt habeant crucem præ oculis, & sacramenta recipiāt. ibidem. Et licet hæc sufficere valeāt ad salutem, tamen sunt aliqua exteriora signa pigritantis etiā fidei aliquando excitatoria, & quasi quandam cōpunctionē penetralibus suis figentia: quę & Christianitatis religio vult obseruari, & amicorū ad infirmos conuenientium gaudet adimpleri deuotio. Hæc & tu fili mi non negligas, erunt siquidē & tibi ipsi salutaria, & mihi charísque tuis consolatoria. Habent quidam Christianorum arcana illius Dominicę crucis, venerabile quoddam monimentum, quod de crucis ipsius imaginatione crucem cognominauit: quod & nos omni veneratione dignissimum fatemur, & ad recordationem crucifixi veneramur. Adiicitur enim super crucem, quædam hominis inibi patientis imago, per quā salutifera Iesu Christi renouatur passio: hanc cōplectere humiliter, venerare suppliciter, tamen ad memoriam hæc tibi reducens dic.

Rom.10. *Cap.* *Crucis imago.*

Nec Deus est, nec homo, præsens quā cerno figura:
Sed Deus est & homo, quem signat sacra figura,
Verus homo verúsque Deus, tamen vnus vterque:
Probra crucis patitur, mortem subit & sepelitur:
Viuit idem, crucis hæc per signa triumphat ab hoste:
Id notum vobis crucis huius litera reddit:
Scilicet ipsius nota sunt crux & cruciffxus
Hæc & ego veneror Iesum quoque semper adoro.

Tu autē bone Iesu, q. pro me pēdēs ita es passus, mihi misereri digneris: & præsta mihi qui mortuus es, vt mundo moriens, tibi viuam bone Iesu. Nec prætermittendum est illud Apostoli Iacobi præceptum. Infirmatur autem quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, vt orēt super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine Domini Iesu, & oratio fidei saluabit infirmum. Ergo sic roges de te, & pro te fieri, sicut dicit Apostolus Iacobus, imo per Apostolum suum Dominus: Ipsa videlicet olei sacrati delibutio intelligitur spiritus sancti typicalis vnctio. Illud etiam Dominici corporis viuificum supplementum suscipere fili mi ne renuas, sed illud potius auidissimè quæras, fideliter comedas. Cibus etenim ille incorpora- *Iac.5.*

A lis, & ineffabilis, viaticum tibi erit saluberrimum: redemptionis tuæ pretium, redemptoris monimentū, & redēpti munimentū. Qualiter se debent habere confessores, in audiēdo confessionem infirmorū. in eodē tractatu, & sermone circa finem. Nunc aliquantulum nostri sermonis consummatio, quoniā coram illis confitendū est, respiciat presbyteros. Esset autem illud scribere superuacuum, nisi errori cuidam iam in multos serpenti prætenderetur obuium. Melius quoque est presbyterorum ignorantiæ consulere, quam ignorantes ignorantia sua incastigatos remanere: posset autē & multis, quoniā tibi nocuit †nocere. Prout superius intimatū est, corā sacerdote cōfiteri habes, ipsiúsque iudicium subire debes. Sed sicut stella differt à stella in claritate, sic sacerdos *Cap.7.* *† Alias posset autē, & tibi, quoniam multis nocuit.*

B differt à sacerdote in conuersatione. Multorū si quidem est vocari sacerdotes, sed non est omniū esse sacerdotes. Siquidē multis committitur presbyteratus dispensatio, sed non omnes pariter cōmissæ inseruiunt dispensationis ministerio. Alius quidem commodis præsentibus, quæ sua sunt, nō quæ Iesu Christi exquirens, inexplebiliter inhiat: alius præpeditur ex incuria: alius suffocatur ex ignorantia, & tamen ignorans ignorabitur: alius verò concreditæ custodiæ competenter locū & tempus explorat, respondétque probati vita ministri necessitatibus iniuncti ministerij. Ex his vocādi sūt si noueris peritiores & curiosiores. Si enī morbis corporum medici probatiores exquirūtur, quanto magis animarum putredinibus adhibendi sunt medici subtiliores, & si dici liceat spiritualiores? Non tamen dico vt damnes vel repre- *Presbyteri peritiores eligēdi.*

C hendas Domini sacerdotes: Nouit enim Dominus qui sunt eius: sed dico si recipis Prophetam in nomine Prophetæ, vel iustum in nomine iusti, mercedem vel Prophetæ vel iusti accipies: ergo tales sunt vocandi. Iam vide quid de ignorantia ignorantium proueniat. Audiuit quidam ex minus eruditis sacerdotibus confessionem tuam, videt infirmitatem, nescit tamen res huiuscemodi ęqua lance pensare: ignorat quia velox medicina subitaneis infirmitatibus in extremo positis, sit necessaria. respondet ægroto. Frater, si super vixeris ita ieiuna, ita fac eleemosynā, ita ora: hęc tamen omnia bene dixit, sed errorem impium animaduerte. Si autem ex hac infirmitate morieris, nę anima tua Deo videatur impœnitens, per obe *2.Tim.2.* *Cap.8.*

D dientiam tibi iniungo, quatinus anima tua vel totam septimanā, vel annum integrum, vel tantum temporis patiendo pœnam quam meruisti, in pœnitentia post mortem tuam sit. O exterminanda excæcatio cordis: Ad consolandum venerat infirmum: & cui maior & propera incumbit absoluēdi necessitas, absolutione interdicta ligationis adiicit particulam. O perditionis animarum occasio. Vtrum autem alloquutio huius sacerdotis confitenti noceat, certum est autem quod non iuuat, Dei iudicio reseruetur. Sed quid huic consolatori, vel potius desolatori respondendum sit? Si fortè requiras, absolute dico, Quod docendus est iste, non sequendus: nec ibi erit inobedientia,

vbi est eruditionis humilis officiositas. Si autem & huiuscemodi putredinibus, quod apponédum sit cataplasma scire desideras vt saltem sub occasione tui doceantur presbyteri,& hoc etiam proficiat saluti, quod in extremo positis & tamen cõfitentibus responderem subtexo. Nemini imponendum est, quod aut ei impossibilitas abdicet, aut tempus euanescens adimplere prohibeat. Si aliquid quod pauperibus prodesse habeat, manus eius inuenerit, aut amici sui de suo dare voluerint, legale est vt peccata sua eleemosynis redimantur, orationes etiam amicorum eis profuturas credimus. Si autem & quantulacunque pecuniæ summa deerit, aut qui orent pro eo amicorum religiositas defuerit,& ex toto nihil nisi cõfiteri & pœnitere valebit, enormitas quoque culparum eum aggrauabit, quid isti faciam? Deducã eum, aut ego etiam de eo in desperationem deducar? Sed quis, ò bone Iesu, de misericordia tua desperet? Audenter pronuntio, quoniam cumulatius delictum est à te desperatio, quam qualiscunque humanæ fragilitatis offensio. Quare Apostolorum primicerio lachrymæ profuerunt, nisi prosint & mihi? Latronis illius in Euangelio memoria quare nobis tam venerabiliter recensita est? Quibus eleemosynis, quibúsue operibus vel orationibus respondisti mi Iesu benignissime, quasi iureiurando: Amen dico tibi hodie eris mecum in paradiso: nisi fidei suæ orationíque breuissimæ, Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum? Dico itaque omnibus, dico tandem confitentibus, dico confessis & consulentibus, ne confessi desperent, ne sacerdotes post morté aliquos ligent: imò cum suo Iesu dicant. Soluite eum & sinite abire. Melius est enim vt talis prosit vel nõ noceat absolutio, quam obsit indiscreta ligatio. Nec prætendant sacerdotes de fallaci securitate occasionem, quoniam melius est vt morientem in manus misericordissimi Domini Dei commit-

† *Aliàs, commēdent.* tãt †, quam desperanté cum quibusdam induciarũ

† *Aliàs, fabulis.* funiculis † à regno Dei eliminent. Nam quomodo dicet sacerdos pro defuncto queẽ ipse ligauit, Absolue Domine animã famuli tui, vel cæteras solutionũ eulogias? Absoluẽdi itaque omnes sunt, absolutionem duntaxat rogantes: nec sunt suspendendi à fidelium cõmunione, quibus mors timetur sine dilatione: & quos peccatorum amara recordatio vel ciet in lachrymas, vel metus mortis ducit ad veniam, sicut scriptura testatur, Et territi

† *Alij, purgabuntur.* prægrauabuntur †. Si tamen tales conualuerint, canonum diuturnam non negligant subire censurã. Subitaneum ergo dum non diutius licuerit, hoc in extremo positis adhibeatur consilium. Hoc etiam Charissime do tibi amice, Ascende oraturus in templum Domini corde, si non potes corpore, Dic iustificandus cum illo peccatore iam iustificato, Deus propitius esto mihi peccatori, vt ascendas iustus ad Deum, iustificatus ab ipso.

Cap. 11. Tom. III. INGENIVM. Quid sit ingenium, & quomodo se habere debet ad rationem. Libro de spiritu & anima. Ingenium ea vis animæ est siue intẽtio, qua se extẽdit anima & exercet ad in

A cognitorũ cognitionẽ. Ingeniũ siquidẽ exquirit incognita, ratio discernit inuenta, memoria recõdit iudicata & offert iudicanda adhuc, sic fit ascẽsus ab inferioribus ad superiora, & ima à summis dependent. Intellectus nanque quædam imago & similitudo intelligentiæ est, ratio intellectus, rationis phantasticus spiritus, cui etiã supremum corporis corpus, id est ignis quadam similitudine iungitur, & igni aer, & aeri aqua, & aquæ terra. Sensus informat imaginationem, imaginatio rationem, & facit scientiam, siue prudentiam. Rursum rationi occurrens Diuina prudentia, informat eam, & facit intelligentiam siue sapientiam. Est itaque in ratione quiddam ad superna & cœlestia intendens, & id dicitur sapientia: & est quiddam ad inferiora & caduca respiciens, &

B id vocatur prudentia. Hæc duo ex ratione sunt, & in ratione cõsistunt. Et diuidit se ratio in duo, scilicet in sursum & deorsum: sursum in sapientiam, deorsum in prudentiam, quasi in virum & in mulierem: vt vir sit superior & regat, & mulier inferior vt regatur. Vnde dictum est, Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier. Melior siquidem est qui per cœleste desiderium ascẽdit aduersus carnem, & necessaria etiam ei subtrahendo affligit, quam qui per carnalem affectum resolutus, per omnia quæ commoda sunt, ei satisfacere contendit. Est ingenium nihil proficiẽs sine Deo. In prologo libri contra Faustum. Hoc aggrediar nunc in nomine atque adiutorio Domini saluatoris nostri Iesu Christi, vt omnes qui hoc legent, intelligant quam nihil sit acutum in-

C genium, & lingua expolita nisi à Domino gressus hominis dirigantur. Quod multis etiam tardioribus & inualidioribus, occulta æquitate Diuinæ misericordiæ præstitum est, cum multi acerrimi & facundissimi, deserti adiutorio Dei, ad hoc velociter & pertinaciter currerent, & à veritatis via longius oberrarent. Vnde Libro de vera innocẽtia. Nemo ex eo quod videtur habere, glorietur, quasi nõ acceperit, aut ideo putet accepisse se, quia litera extrinsecus vel vt legeretur apparuit, vel vt audiretur insonuit. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Porrò si nõ gratis mortuus est, Ascendens in cœlum captiuã

D duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Inde habet quæcunque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut vere non habet, aut id quod habet auferetur ab eo. Libro secũdo de ciuitate Dei, capite quinto. Sine vera pietate ac religione, omne quamuis laudabile ingenium, superbia vanescit & decidit. Ideo in Epistola ad Castorium. Ingenium quippe tuum, prudentia, eloquẽtia, grauitas, sobrietas, &c. quibus ornantur mores tui, dona sunt Dei. Cui ergo melius seruiunt quam illi à quo tributa sunt, vt & custodiantur, & augeantur, & perficiantur, & remunerentur? Non seruiant autem huic sæculo, vt euanescant.

INGRATITVDO. Quantum displiceat Deo & sit mala ipsa ingratitudo, ostendit Libro soliloquiorum ad Deum, capite decimo octauo. Recolam ad mentem meam Domine liberator

berator meus, bona quæ fecisti mihi à iuuentute mea, in omni vita mea. Scio nanque quod ingratitudo displicet tibi, quæ radix est totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans & vrens omne bonum: obstruens fontem Diuinæ misericordiæ super hominem, qua & mala mortua iam oriuntur, & viua iam opera moriuntur, bona vltra non adipiscuntur. Et ego Domine gratias tibi agam, ne sim ingratus tibi liberator meus, quoniã liberasti me. *To. VIII.* Vnde peccatores sunt ingrati. super Psalmum trigesimum sextum, sermone secundo. Fœneratur peccator & non soluet: accipit, & non reddit gratiarum actionem. Quid enim à te vult Deus, aut quid exigit Deus, nisi quod tibi cõmisit? Et quanta accipit peccator, pro quibus non soluet? Accipit vt sit, accipit vt homo sit, accipit corporis formam, in corpore distinctionem sensuum, salutémq; ipsam corporis, accipit mẽtem, qua possit intelligere & capere veritatem, iustũ ab iniusto discernere, indagare, desiderare, creatorẽ laudare & inhærere illi: hæc omnia accipit peccator, sed non bene viuendo non reddit quod debet: non agit gratias ei à quo accepit, imo verò rependet mala pro bonis, vt blasphemias & murmura aduersus Deum, & indignationem. Ergo fœneratur & soluet. *To. X.* Sed propter ingratitudinem non debet homo dolere se bene fecisse. Lib. de verbis Apostoli, sermone vigesimo secundo. Benefecisti homini, ingratus est homo, non te pœniteat benefecisse: ne fundas pœnitẽdo, quod implesti miserando. Dic in corde tuo, Non videt iste in quem feci, videt ille propter quem feci. Nã si iste videret, ingratus nõ esset, sibi potius quam mihi prodesset. Ad Deum me conuertam, quem non latet, non solum quod facio, sed etiam quo corde facio: Illum speraui retributorem, qui facti mei non quærit testem.

To. III. IN IDIPSVM. Libro tertio de trinitate, capite secundo. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Idipsum quippe hoc loco, illud summum & incõmutabile bonum intelligitur, quod Deus est: atque sapientia voluntásque ipsius, cui cantatur alio loco. Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idẽ *Psal. 101.* ipse es. Super Psalmum centesimum vigesimũ primum. Cuius participatio eius in idipsum. Idipsum est quod semper eodem modo est: nõ quodmodo aliud, modo aliud est. Idipsum ergo est, quod est, quod in æternum est. Nam quod semper aliter atque aliter est, non est, quia non manet: nõ omnino non est, sed non summè est. Et quid est quod est, nisi ille qui dixit, Ego sum qui sum?

To. V. INIMICVS & Inimicitia. Qui sint Dei inimici. Libr. duodecimo de ciuitate Dei, capite tertio. Dicuntur in scripturis inimici Dei, qui non natura, sed vitiis aduersantur eius imperio: nihil ei valẽtes nocere, sed sibi. Inimici eius enim sunt, resistendi voluntate, non potestate lædendi. Deus nanque incommutabilis est, & omni modo incorruptibilis. Idcirco vitium quo resistunt Deo, qui eius appellantur inimici, non est Deo

A sed ipsis malum. Neque hoc ob aliud, nisi quia corrumpit in eis naturæ bonum. Natura igitur contraria non est Deo, sed vitium. Quia quod malum est, contrarium est bono. Quis autem neget Deum summè bonum? Vitium ergo contrarium est Deo, tanquam malum bono. Et ideo mali sunt etiam inimici nostri. super Psalm. trigesimũ, expositione secunda, sermone secundo. Inimici Ecclesiæ sunt Pagani & Iudæi. sed omnibus qui peius viuunt, sunt mali Christiani. De talibus dicit Apostolus Petrus, Facta sunt illis deteriora posteriora prioribus &c. Vnde Libr. 50. Homil. homil. vigesima quarta. *Tom. X.* Didicimus dicere patri nostro qui est in cœlis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod vt veraciter dicere possimus, etiam *Mat. 6.*
B inimicos nostros oportet vt diligamus, quos tamen habere, nisi cogente iustitia non debemus. Nam si homines nobis pro nostris malis meritis inimici sunt, non curandum est, vt eis debita dimittamus, sed timendum potius, ne reddamus: Quoniam si nos merito nostræ iniquitatis oderunt: nos eorum, non ipsi nostri sunt debitores.

Sunt autem ipsi inimici vtiles, quia, vt Libro nono confes. circa medium. *Tom. I.* Sicut amici adulantes peruertunt, sic inimici litigantes plerunque corrigunt. Libro tertio de verbis Domini, sermone decimo sexto. *Ser. ord. 53. Tom. X.* Hinc probamus quia si non haberemus inimicos, non essent pro quibus oraremus ex præcepto Domini nostri dicentis, Diligite inimicos vestros &c. *Mat. 5.* Vnde probamus, vnde cor nostrum interrogamus, vtrum hoc facere va-
C leamus: si nullum inimicum, nullum reprehensorem, nullum detractorem, nullum maledicum experiamur? Videtis ergo quia & mali necessarij sunt bonis. In fornace quodammodo aurificis sumus, hoc est, in hoc mundo. Si aurum es, non simul ardes. Si aurum es, palea tua est malus: si tu palea es, simul eritis fumus. Vnde Libr. de vera innocentia. *Cap. 158.* Inimici Ecclesiæ quolibet modo errore censentur vel malitia deprauentur, si accipiant potestatem causa corporaliter affligendi, exercent eius patientiam. Si tantum modo malè sentiendo aduersentur, exercent eius sapientiam. Et vt etiam inimici diligantur, exercent eius beneuolentiam, quia Deus iis qui eum diligunt, omnia cooperatur in bonum. Sed vt dicit in eodem libro. *Cap. 179.* Homini religioso parum debet esse
D inimicitias aliorum non excitare, vel non augere malè loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit. In communibus sermonibus, sermone primo. Multo est mihi optabilius non habere inimicum, quam vincere. *Homil. 6. Tom. X.* Vnde debet inimicus diligi. Libro quinquagesimo homiliarum. Ideo dixit, Diligite inimicos vestros, quia passuri eramus inimicos. Sed dicit aliquis, Quis potest diligere inimicos? Prius te dilexit impium Deus tuus, qui nunquam fuit impius: fuisti tamen aliquando, quia nemo fit iustus, nisi ex peccatore. Si quæris quis non fecerit peccatum, non inuenies. Si ergo iam tibi peccatum di-

missum est,ille te insequitur qui nondum est iustus.Et tu antequam iustificareris,alios persequebaris,perieras & inuentus es.Et ille qui tibi aduersatur inuenietur,& non persequetur. Noli cogitare quod tuis meritis talis factus sis, quia gratia Dei te talem fecit.Et bene cõsiderans videbis potentem esse Deum,qui talem faciet eum,quem iustè te videris odisse. Ibidem infra. Diligamus inimicos fratres. Forte inimicus tuus,erit tibi amicus.Talia enim facturus nõ est,vt in vita æterna tecum esse non possit. Non enim scis quid pariat crastinus dies.Forte ad pœnitentiam sic conuertetur,vt in illa cœlesti Hierusalem conciuis tuus esse mereatur, & fortè etiam maior efficiatur.Nec vobis hoc difficile videatur,interrogemus scripturas:omnes christiani quos persequebatur Paulus tales nõ erant,qualis postea ipse factus est.Nõ enim omnes illi erant Apostoli,quod ipse factus est.Videtis fieri posse,vt inimicus qui erat hodie,non sit solum & amicus,& frater in gratia:

Tom. VIII. sed etiam præcedat & melior fiat. Super Psal. septuagesimũ,sermõe secundo .Dicens Christus, Diligite inimicos vestros &c.Ad similitudinem Dei nos hortatur:q̃a vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est &c. Qui ergo bene vult inimico suo, Deo similis est.Nec ista superbia, sed obedientia est,quia ad imaginem Dei facti sumus.Non ergo aliquid alienum est,si imaginem Dei tenemus in nobis,vtinã per superbiam non amittamus. Super Psalmum quadragesimum tertium, sermone tertio.Non est perfecta dilectio Christiana, nisi cum implet quod Christus præcepit.Diligite inimicos vestros &c. Hinc ipse diabolus vincitur, hinc victoriæ corona percipitur. Ecce quanta nobis præstat Deus de malis hominibus.Quãtum præstitit nobis de ipso immanissimo scelere Iudę traditoris?Non tamen secundum id quod de illis nobis præstat,sed secundum malitiam eorum retribuet eis. Super Psalmum nonagesimum nonum.Disce diligere inimicum, si vis cauere inimicum. Libro de vera innocentia. Nullus bonorum inimicum habet,nisi malum: qui à Deo esse permittitur,vt aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur.Orandum est ergo pro inimicis, vt aut obtineatur ipsorum conuersio, aut in no-

Tract. 8. bis Diuinę bonitatis inueniatur imitatio. Vnde

Tom. IX. quomodo debent diligi.super primã canonicã Ioannis.Debes diligere inimicum. Sed quare? vt sanus sit in hac vita. Quid si illi non expedit? Vt diues sit.Quid si diuitiis excęcabatur?Vt vxorem ducat.Quid si amaram vitam inde patiatur?Vt filios habeat. Quid si mali erunt? Incerta sunt ista quæ videris optare inimico tuo.Si diligis eum, opta illi vt habeat vitam æternã,opta illi vt sit frater tuus.Sic amandus est,vt frater fiat, & nobiscũ in æternum maneat, non vt inimicus permaneat:

Tom. I. quia perfecta dilectio fraterna est. Libro primo retractationum,capite decimo nono.Diligamus inimicos lucrandos regno Dei:& oderimus

Tom. X. propinquos,si impediunt à regno Dei. Libro 50. Homiliarum,homilia sexta, circa medium.

V Sic orate pro inimicis vestris,vt occidat eos Deus,id est,vt eorum malitiam,quæ vobis inimicatur,occidat.Sic enim non occidit quod creauit, sed quod ipsi sibi fecerunt. Homo enim & peccator,duo sunt nomina. In ipsis duobus nominibus quære quid fecerit Deus,quære quid suaserit diabolus.Homo à Deo factus est, peccatum suadente diabolo ab homine factum est. Quis horũ duorum te persequitur?Si enim tu bene viuis nõ te persequitur,nisi qui malus est. Non ergo homo,sed peccator te insequitur. Roga pro homine,vt extinguat Deus peccatorẽ. Cũ enim mortuus fuerit peccator, nihil tibi aduersabitur,imo consolabitur viuens, qui te in peccatis mortuus persequebatur. Non vobis ergo graue sit, quia spes nobis alia non est,nisi dimiserimus quicquid

B nobis læserint homines. Nemo vos fallat. Aliud maius sacrificium non est quod debeamus Deo, nisi quicquid boni est etiam malis hominibus,sed tamen hominibus,fecerimus.Dicit tibi Deus, Ego nõ ex te cresco,sed tu ex me. Sacrificiũ volo quod prosit homini,sic ad me peruenit quod tibi prosit. In sermone de Martyribus.In potestate nostra Deus posuit,qualiter in die iudicij iudicemur.Non dixit vade in orientem,quęre iustitiam: nauiga in occidentem, vt capias indulgentiam. Sed dimitte, inquit,inimico tuo,& dimittetur tibi:indulge,& indulgebitur tibi:da,& dabitur tibi. Nihil à te extra te quærit.Ad teipsum & cõscientiam tuam te Deus dirigit:in te enim posuit quod requirit.Non enim medicamẽta vulneribus tuis longe opus habes inquirere: peccatorum tuorũ

C indulgentiam si vis,in cellario cordis tui poteris inuenire. In sermone de sancto Stephano.Nemo sine charitate de virginitate præsumat, nemo de eleemosyna,nemo de ieiuniis,nemo de orationibus confidat:quia quãdiu inimicitiam in corde nutrit,neque istis aliis quibuslibet bonis operibus placare sibi Dominum poterit.Sed si vult habere propitium Deum, non dedignetur audire consilium meum.Audiat non me, sed ipsum Dominũ suum.Si offers,inquit,munus tuũ &c. & nos pugnas habentes intrinsecus & dolos in corde versantes,quasi bonam conscientiam habeamus, præsumimus accedere ad altare, non timentes quod scriptum est,Qui manducat & bibit indignè &c.

D Sed dicit aliquis, Grandis labor est inimicos diligere, pro persequutoribus supplicare. Nec nos negamus fratres.Non paruus quidem labor est in hoc sæculo,sed grande erit præmium in futuro. Per amorem enim hominis inimici efficeris amicus Dei,imo non solum amicus, sed etiam filius, sicut ipse dixit. Diligite inimicos vestros &c. vsque,in cœlis est. Si te aliquis homo diues in hoc sæculo vellet adoptinum filium faceres, quomodo seruires,quas ei dignitates deferre, etiam seruorum eius seruitia durissima,& aliquoties turpissima sustineres conuitia,vt ad caducam & fragilem hæreditatem illius peruenires.Quod ergo alius sustinet, propter substantiã terrenam, sustine tu propter vitam æternam.Conuincimur

enim

enim certissima ratione, quia propter Deum possumus quidem, sed nolumus iniurias sustinere. Denique si nobis aliqua potens persona iniuriam faciat, si nos & in facie maledicat, nec respondere aliquid asperum, non dicam vicem reddere ausi sumus. Quare non ab illa persona potente adhuc maiora quam pertulimus patiamur? Quod à nobis extorquet hominis timor, debet à nobis exigere Christi amor. Si ergo potens persona contra nos sæuiat, tacemus, & nihil dicere ausi sumus: Si verò æqualis aut fortè inferior, vel leuem nobis contumeliam fecerit, quasi feræ bestiæ sine vlla patientia, ac sine aliqua Dei contemplatione consurgimus, & aut in præsenti nostram iniuriam vindicamus, aut certè ad maiorem vicem reddendam nostrum animum pręparamus. Quid est hoc, nisi quia ibi timuimus hominem, hîc Deū timere nolumus? Vnde ergo fratres, quantum possumus, cum Dei adiutorio cor nostrum ad patientiam præparemus, & in omnibus malis hominibus medicorum vices agere studeamus, & non ipsos homines, sed ipsorum malitiam odio habeamus: pro bonis oremus, vt semper ad meliora conscendant: pro malis, vt citò ad emendationem vitæ, per pœnitentiæ medicamenta confugiant. Vnde Libro decimo nono contra Faustum. Ea quippe regula & hîc soluitur, docetúrque non esse contrarium, quod in antiqua scriptura dictum est, Oderis inimicum tuum: & in Euangelio, Diligite inimicos vestros: quia vnusquisque iniquus homo inquantum iniquus est, odio habendus est: in quantum autem homo est, diligendus est: vt illud quod in eo recte odimus arguamus, id est vitium: quo possit illud quod in eo rectè diligimus, id est humana ipsa natura, emēdato vitio liberari. Hæc, inquam, regula est, qua & oderimus inimicum propter id, quod in eo malum est, id est, iniquitatem: & diligamus inimicum propter id quod in eo bonum est, id est, socialem rationalémque creaturam: nisi quod nos non eum per naturam vel suam vel alienam, sed per propriam voluntatem malum esse conuincimus. Audito igitur & non intellecto, quod antiquis dictum erat, Oderis inimicum tuum: ferebātur homines in hominis odium, cum deberent non odisse nisi vitium. Hos corrigit Dominus dicendo, Diligite inimicos vestros: vt qui iam dixerat, Non veni legem soluere, sed adimplere: ideóque de odio inimici quod scriptum est in lege, non soluerat: præcipiendo vtique vt diligamus inimicos, cogeret nos intelligere, quonā modo possemus vnū eundémq; hominē & odisse per culpam, & diligere per naturam. De iis qui contra hoc faciunt. in sermone de sancto Stephano. Tu qui non diligis inimicum, figis genu, collidis frontem in terram, & dicis, Oro vt moriatur inimicus meus. Deus si quid à te promerui, occide eum. Et vtique qui oras vt homo moriatur, malus oras contra malum, & estis facti duo mali: ille malè agendo, tu male orando. Tu orando incipis esse malus quando dicis, Deus

Cap.24. Tom.VI. Deut.23. Mat.5. Conciliatio locorum vet. & noui test. de odio aut dilectione inimicorum.

Serm.4. Tom.X.

A occide malum. Aduertat sanctitas vestra fratres, Iudex homo per seipsum reum non occidit: sed iubet, & spiculator occidit. Iudex dicit, Occide, & tortor occidit. Et tu quādo dicis Deo, Occide inimicum meum: te facis iudicem, & Deū quæris esse tortorem. respondebit Deus, Non ero prorsus, non ero peccatoris tortor, sed liberator: quia, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Nam si voluntatem tuam haberem, te prius occiderem antequam inuitatus venires. Nonne me blasphemasti? Nonne me in tuis malis operibus irritasti? Si tunc te occidissem inimicum, quem modo facerem amicum? Quid ergo malè orando doces me, quod non feci inte? Imò ergo, dicit Deus. Doceam te vt imiteris me. In cruce pendens dixi, Pater ignosce illis, quia
B nesciunt quid faciunt. Docui hoc milites meos, docui hoc & martyres meos. Prius esto & tu martyr meus, tyro meus aduersus diabolū, aliter inuictè nullo modo pugnabis, nisi ꝑ tuis inimicis oraueris. Et in tertio sermone eiusdē. Aliquoties nō solum inimicū non diligimus, sed nec amicis fidem integram custodimus. Sed dicit aliquis. Non possum diligere inimicum meum, quem quotidie velut hostem patior crudelissimum. O quicūque ille es, attendis quid tibi fecerit homo, & non consideras quid tu feceris Deo. Cum tu multùm grauiora in Deum peccata commiseris, quare non dimittis homini paruum, vt tibi Deus dignetur dimittere multum? Recole quid tibi in Euangelio veritas ipsa promiserit, & quam tibi quodammodo cautionem fecerit, Si, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vo
C bis peccata vestra pater qui in cœlis est. Verum, vt dicit in Enchiridiō, capite septuagesimo tertio. Quoniam diligere inimicos est perfectorum filiorum Dei, quò quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando Deum, secúmq; agendo luctandóque perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est: quantam credimus exaudiri cum in oratione Dominica dicimus, Dimitte nobis debita nostra &c. proculdubio verba sponsionis huius implentur, si homo qui nondum ita profecit, vt iam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eum, vt ei dimittat, dimittit ex corde: quia etiamsi roganti vtique vult dimitti, cum o-
D rat & dicit, Sicut & nos dimittimus debito. nost. id est, debita nostra sic dimitte rogātibus nobis, sicut & nos dimittimus rogantibus debitoribus nostris. Iam verò qui eum in quem peccauit hominem rogat, si peccato suo mouetur vt roget, non est adhuc deputandus inimicus, vt eum diligere sit difficile, sicut difficile erat quando inimicitias exercebat. Quisquis autem roganti & peccati sui pœnitenti non ex corde dimittit, nullo modo existimet à Domino sua peccata dimitti, quando mentiri veritas non potest. Quem verò lateat Euangelij auditorem siue lectorem, quis dixerit, Ego sum veritas? Qui cum docuisset orationem,

Tom.III.

Cap.74.

hanc in ea positam sententiam vehementer commendauit dicens, Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum &c. vsque, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ad tam magnum tonitruum qui non expergiscitur, nō dormit, sed mortuus est: & tamen potens est ille etiam mortuos suscitare. Sed de inimicis animæ. Libro meditationum. *Tom. IX.* Quanta infœlicitas miseri hominis. Si malè viuit, aperta est damnatio: si rectè quidem viuere videtur, sed incaute se custodiens inde gloriatur, iterum est misero certa mors & ęterna damnatio. Isti sunt inimici miseri hominis, superbia, inuidia, inanis gloria, quæ infœlicem hominem infestant: & nisi misericordia eum tueatur, sæpius vsque ad mortem vulneratur. Libera me Domine ab his hostibus meis, à quibus me liberare non valeo. *Tom. X.* Lib. primo de verbis Domini, sermone octauo. Quia sunt inuisibiles inimici, inuisibiliter expugnandi. Quippe hostem visibilem vincis feriendo, inuisibilem vincis credendo. Visibilis hostis est homo, visibile est & ferire: inuisibilis hostis est diabolus, inuisibile est & credere. Est ergo pugna inuisibilis, aduersus inuisibiles inimicos. *Conc. 3. Tom. VIII.* Super Psalm. xxx. Inimici hominis qualescunque fuerint, non sunt odio habendi: ne cum odit malus quē patitur malum, sint duo mali. Diligat bonus & compatiatur malo, vt vel vnus sit malus. Illi inimici sunt contra quos orandum est, diabolus & Angeli eius. Ipsi nobis inuident regnum cœlorum. Ipsi nolunt vt nos ascendamus vnde deiecti sunt. Ab his oremus erui animam nostram. *Tom. VIII.* Super Psalmum quinquagesimum quartum. Duos inimicos constitue tibi ante oculos: vnum apertum, alterum occultum: apertum hominem, occultum diabolum. Homo ille, hoc est quod tu secundum naturam humanā: secundum fidem autem & dilectionem nondum est quod tu, sed poterit esse quod tu. *Inimici duo.* Cum ergo sint duo, vnum vide, alterum intellige: vnū dilige, alterum caue. Nanque & inimicus ille quem vides, hoc in te vult humiliare, vnde vincitur: Verbi gratia. Si diuitiis tuis vincitur, pauperem te vult facere: si viribus tuis vincitur, debilē te vult facere: si honore tuo vincitur, humilem te vult facere. Ea ergo attēdit in te vel deiicere vel auferre quibus vincitur: & ille occultus inimicus illud tibi vult tollere vnde vincitur. Homo enim hominem vincis humana fœlicitate, diabolum autem vincis inimici dilectione. Quomodo ergo homo amabit auferre tibi & detruncare, aut auertere fœlicitatem qua vincitur: sic & diabolus hominem vult vincere, auferendo vnde vincitur. Sed cura in corde seruare inimici dilectionem qua diabolum vincis. Sæuiat homo quantum potest, auferat quicquid potest: si diligitur apertè sęuiēs, victus est occultè sæuiens. Super Psalmum quinquagesimū secundum. Cogitet vnusquisque de inimico suo. Si Christianus est, mūdus ipse inimicus est. Priuatas inimicitias nemo cogitet, nisi aduersus diabolum & angelos eius: quia & quando patimur homines importunos, ille instigat, il-

V le inflāmat, ille tanquam vasa sua mouet. Attendamus ergo duos hostes, quem videmus, & quem non videmus: hominem videmus, diabolum non videmus: homines diligamus, diabolum caueamus: pro homine oremus, contra diabolum oremus. Super Psalmum quinquagesimum octauum, sermone primo. *Tom. I.* Non cessant inimici nostri diabolus & angeli eius quotidie insurgere super nos, & illudere velle infirmitati & fragilitati nostræ, & deceptionibus, suggestionibus, tentationibus, & quibuscunque laqueis irretire cum in terra adhuc viuimus. Sed vox nostra vigilet ad Deū & clamet. Erue me Domine ab inimicis meis Deus meus, & ab insurgētibus in me redime me.

Sed de homine occultè inimicante. super Psal. centesimum trigesimum nonum. *Tom.* Facile est deui-
B tare apertas inimicitias. Facile est auerti ab inimico prōpto & manifesto, cuius iniquitas iam etiā in labiis est. Ille est molestus, ille occultus. Ille difficile vitatur qui in labiis bona portat & in corde mala. Libro tertio de verbis Domini, sermone decimo sexto. Non solos eos inimicos nostros deputare debemus qui aperte foris sunt, sed etiam qui intus esse videntur & foris sunt: multo enim peiores sunt qui intus videntur esse & foris sunt, amant enim mundū & ideo mali sunt: equidem de nobis ea sentiunt quæ ipsi diligunt, & in huius mundi quasi prosperitatibus quibus ingemiscimus inuident nobis: ibi nos fœlices putant vbi nos periclitamur: fœlicitatē verò nostram æternam nec nouerunt quia non gustauerunt, quia verò quicquid nobis temporaliter mundus
C arridet, magis esse periculum quā ornamentum nostrum nesciunt, qui ista distinguere gaudia non nouerunt.

INIQVITAS. Vnde oritur iniquitas, quia à voluntate. *Cap. Tom.* Libro vigesimo secundo contra Faustum. Intelligere debemus hominum rectam voluntatem Diuinæ legi coniūgi, inordinatam verò cupiditatem Diuinæ legis ordine coerceri, vt nec bonus aliud quam præcipitur, velit: nec malus aliud quam permittitur, possit: ita sanè, vt non impunè possit quod iniustè voluerit: ac per hoc in ominibus quæ humana infirmitas horret aut timet, sola iniquitas iure damnatur: cætera sunt vel tributa naturarum, vel merita culparum.
D Fit autem homo iniquus, cum propter seipsas diligit res propter aliud assumendas, & propter aliud appetit res propter seipsas diligendas. Sic enim quantum in ipso est, perturbat ordinem naturalem quem lex æterna conseruari iubet. Fit autem homo iustus, cum aliud non appetit rebus vti, nisi propter quod Diuinitus institutæ sunt: ipso autem Deo frui propter ipsum, séque & amico in ipso Deo propter eundē ipsum Deū. Propter Deū enim amat amicū, qui Dei amorē amat in amico. Siue autē iniquitas, siue iustitia, nisi esset in voluntate, nō esset in potestate. Porrò si in potestate non esset, nullum præmiū, nulla pœna iusta esset: quod nemo sapit, nisi qui desipit. Ignorantia verò & infirmitas vt vel non sciat homo quid velle

velle debeat, vel non esse quod voluerit possit, ex occulto pœnarum ordine venit, & ex illis inscrutabilibus iudiciis Dei, apud quem non est iniquitas. Quæ sit iniquitas. Libro sexto contra Iulianum, capite ix. Magna iniquitas est, cum in homine vel superiora inferioribus turpiter seruiunt, vel inferiora superioribus contumaciter reluctantur, etiam si vincere non sinantur. Nõ potest iniquitas impunita transire. super Psalmum quinquagesimum octauũ, sermone primo. Iniquitas omnis parua, magna ne sit puniatur necesse est, aut ab homine ipso pœnitẽte, aut à Deo iudicante. Nam & quem pœnitet, punit seipsum. Ergo puniamus nostra peccata, si quærimus misericordiam Dei. Non potest Deus misereri omnibus operantibus iniquitatem, quasi blandiens peccatis, aut non eradicans peccata, prorsus autem punit. Vis non puniat? Puni tu. Nam illud fecisti quod impunitum esse nõ posit. Sed à te puniatur potius, vt facias quod in Psal. dicitur. Præueniamus faciem eius in confessione, id est, antequam ipse attendat vt puniat, tu præueni confitendo & puni, ne ille inueniat quod puniat: quia cum punis tu iniquitatem, facis æquitatem. Et ideo tui miserebitur Deus, quia iam te operantem æquitatẽ inuenit Deus. Nam hoc odisti in te, quod & ille odit: vt incipias placere Deo, dum hoc in te punis quod displicet Deo. Nam non potest impunitum relinqui peccatum: quoniam verum est, Non misereris omnibus qui operantur iniquitatẽ. Lib. de vera innocentia. Malorum impietatem perire necesse est, aut proprio iudicio, aut sentẽtia Dei: nulla enim iniquitas permanet, cui finem aut correctio aut damnatio facit. Et ideo est miserrima. super Psalmum nonum. Hic est casus miserrimus, dũ animus humanus in suis iniqtatibus quasi prosperatur: & parci sibi putat, cum exercetur & seruatur ad vltimam opportunámq; vindictam.

Et est laboriosa ibidem. Nihil laboriosius iniquitate & impietate, quem laborem sequitur dolor; quia non solum sine fructu, sed etiã ad perniciem laboratur. Propterea est vana. super Psal. lxj. Nolite sperare super iniquitatem. Vana est iniquitas, nihil est iniquitas: potens est non nisi iustitia. Occultari potest ad tempus veritas, vinci non potest. Florere potest ad tempus iniquitas, permanere non potest. Est insuper nociua. Libro de vera innocentia. Impossibile est vt iniquitas primus lædat hominem iustum in quem tendit, quam cor iniustum vnde procedit. De iniquitate autem blasphemiæ vel oris. super Psalmũ septuagesimum, quartum. Iniquitas quam loquuntur homines aduersus Deum, dum homo se vult iustum videri, illum facit iniustum. Qui enim dicit inique patior quod patior: illum iniquũ facit, cuius iudicio patitur: se autem iustum, qui inique patitur. Rogo vos, æquum est hoc, vt Deus credatur iniustus, & tu iustus? Cum hoc dicis, loqueris aduersus Deum iniquitatem. Ibidem. Iniquitatum tuarum iudex est Deus. si Deus est, vbiq; præsens est. Quò te auferes ab oculis Dei, vt in parte aliqua loquaris quod ille non audiat: de nullo lo-

A co non iudicat, qui vbique secretus est, vbique publicus: quẽ nulli licet vt est cognoscere, & quem nemo permittitur ignorare? Lib. v. confes. Id erat peccatum insanabilius, quo me peccatorem nõ esse arbitrabar, & execrabilis iniqtas te Deus omnipotens te à me ad perniciẽ meam, quam te ad salutem meam malle superari. Nondum ergo posueras custodiam ori meo & ostium continẽtiæ circa labia mea, vt non declinaret cor meum in ver. ma. ad ex. excu. in peccatis, cũ hominibus operantibus iniquitatem: & ideo adhuc combinabar cum electis eorum. Libro annotationũ in Iob. Qui se extollunt super peccatores, & putant se tales esse nõ posse, ipsi sunt iniqui. Vnde nulla iniquitas ordinem Diuinæ prouidẽtiæ perturbat. Libro eodem, cap. primo. Eant & fugiant B à te Domine inquieti & iniqui, tu vides eos, & distinguis eorum membra, & ecce pulchra sunt cũ eis omnia, & ipsi turpes sunt. Et quid nocuerunt tibi, aut in quo imperium tuum dehonestauerũt, à cœlis vsque ad nouissima iustum & integrum? Quo enim fugerunt cum fugerent à facie tua, aut vbi tu non inuenis eos? Sed fugerunt vt non viderent te videntem se, atque obcæcati offenderunt te. Parcit tamen Deus. Libro de patiẽtia. Quomodo Deus diligit iniquos & viuificat eos, cum in Psal. scriptum sit, Odisti omnes qui operantur iniquitatem: quo putamus, nisi miro & ineffabili modo sicut possumus cogitare? Quia medicus bonus ægrotum & odit, & diligit: odit enim quia ægrotat, diligit vt sanus fiat.

C INIVRIA. Quid sit iniuria. super Psalmũ cxlv. Aliud est pati iniuriam, aliud pati tribulationem, aut pœnã, aut molestiam, aut supplicium. Cõsidera vbi sis, quid egeris. Vide quare patiaris, & ibi vides quid patiaris. Ius & iniuria contraria sunt. Ius enim est quod iustum est: neque enim omne quod ius dicitur, ius est. Quid si aliquis condat ius iniquũ? Nec ius dicendum est, si iniustum est. Illud ergo verum ius, quod etiam iustum est. Vide quid feceris, non quid patiaris. Si ius fecisti, iniuriam pateris: si iniuriam fecisti, ius pateris. Remittenda est. super Psal. liiij. Quid tibi ꝓdest si exigis iniurias quas pertulisti? Vltio D te reficit, ergo de malo alieno gaudebis. Passus es malum, ignosce ne duo sitis. Verum vt dicit in Libro de verbis Domini, sermone primo, capite xvj. Homines faciles ad irrogãdas iniurias, & difficiles ad concordiam requirendam.

INIVSTVS. Super Psal. cxxxix. Ne putes aliquem iniustum bonũ esse: sunt enim multi iniusti quasi non nocentes, non sunt sæui, non sunt asperi, non sunt persequẽtes, & pressuras hominũ facientes: sed tamen vnde iniusti? Alio quodã modo, luxuriosi, ebriosi, voluptatibus dediti. Quomodo nulli nocet qui sibi non parcit? Innocens enim ille est qui non nocet, non autem qui sibi nocet. tibi autẽ quomodo potest non nocere qui sibi nocet? Sed respondes, in quo mihi nocet? Non enim inuasit rem meam, aut petiuit salutem meam. Luxuria sua pascitur, suis voluptatibus delectatur. Sed inquinatas habet

Cap. 10. Tom. I.

Cap. 4.

Tom. IIII.

Tom VIII.

Tom. VIII.

voluptates,ipſe inquinatur. Mihi quid pertinet, cui moleſtus nō eſt?Nocet tibi ſaltem vel exemplo,quia viuit tecum,& ad quod agit inuitat.Nōne cum eum vides fortè in illis ſordibus proſperari, duceris in talium delectationes factorum? Et ſi non conſentis, ſaltem inueniſti quod expugnes.Quomodo ergo tibi non nocebat,qui laborabas vincere quod fecit in corde tuo? Malignus eſt ergo omnis iniuſtus, & neceſſe eſt vt noxius ſit,ſiue ſit blandus, ſiue ſit ferox. Ideo,ibidem infra.O homo iniuſte,quia vis videri iuſtus, citò fac quod melius eſt, & facilius eris quod vis videri. Quia vt dicit in Libro de vera innocentia. *Cap.181. Tom.III.* Melior eſt animi æquitas,quam corporis ſanitas:& conuenientius iniuſtus dolet in ſupplicio, quā delectatus eſt in delicto. Et in eodem Lib. *Cap.365. Tom.III.* Diuinitus dictum eſt, Noli eſſe iuſtus multum: quoniam non eſt iuſtitia ſapientis, ſed ſuperbia præſumentis. Qui enim fit nimis iuſtus, ipſo nimio fit iniuſtus. Quis eſt autem qui facit ſe iuſtū, niſi qui dicit ſe non habere peccatum?

IMMORTALITAS. Eſt propria ſolius Dei.Libro primo de trinitate, capite primo.Vera immortalitas & incommutabilitas eſt quā nulla poteſt habere creatura quoniam ſolius creatoris eſt. Eam perdidit homo per ſuperbiam.Libro de vera innocentia. *Cap.260. Tom.III.* Homo factus erat immortalis, Deus eſſe voluit:non perdidit quod erat homo, ſed perdidit quod immortalis erat:& de ſuperbia inobedientiæ cōtracta eſt pœna naturę. *Tom.V.* Eſt tamen in affectu.vnde Libr.primo de ciuitate Dei,capite vigeſimo ſecundo. *Cleōbrotus.* Cleombrotum ferunt lecto Platonis Libro, vbi de immortalitate animæ diſputauit, ſe præcipitē dediſſe de muro,atque ita ex hac vita migraſſe ad eam quam credidit eſſe fœlicem.Nihil enim vrgebat aut calamitatis,aut criminis,ſeu verum, ſeu falſum,quod non valendo ferre ſe auferret,ſed ad capeſſendam mortem,atque huius vitæ ſuauia vincula rumpenda ſola affuit animi magnitudo. Quod tamen malè potius factum eſſe, quā bene,ei teſtis potuit eſſe Plato ipſe,quem legerat: qui profecto id præcipuè potiſsimúmque feciſſet,vel etiam præcepiſſet, niſi ea mente qua immortalitatem animæ vidit,nequaquam faciendū, quinetiam & prohibendum eſſe iudicaſſet.

IMMVTABILITAS. *Cap.23. Tom.III.* In Libro de fide ad Petrū, parte ſecunda.Firmiſsimè tene, & nullatenus dubites,omnem creaturam naturaliter mutabilem à Deo incommutabili factā, nec tamen poſſe quemlibet Angelorum ſanctorum in deterius mutari:quia ſic acceperunt æternam beatitudinem,qua Deo ſtabiliter perfruuntur, vt ea carere nō poſsint. ſed hoc ipſum,qđ ab illo ſtatu beatitudinis,in quo ſunt,mutari in deterius nullatenus poſſunt, non eis naturaliter inſitum, ſed poſtquam creati ſunt gratiæ Diuinæ largitate collatum. Si enim Angeli naturaliter incommutabiles fierent, nunquam de eorum cōſortio diabolus & Angeli eius cecidiſſent.

A INNOCENTIA. Quid ſit innocentia. Libro de mendacio,capite decimo nono. Innocentia eſt,qua nulli nocemus. Beneuolentia,qua etiam proſumus.Pietas,qua colimus Deum.Hæc ad dilectionem Dei & proximi pertinent. Super Pſalmum centeſimum. Quid quæris multa verba?Innocens eſto,& perfeciſti iuſtitiam.Sed quid eſt eſſe innocentem?Duobus enim modis nocet homo quantum in ipſo eſt,aut faciēdo miſerum,aut deſerendo miſerū:quia & tu non vis ab illo fieri miſer,& non vis deſeri ab illo ſi miſer fueris.Sed quis eſt innocens? Qui non alij nocet,nec ſibi nocet.Qui enim & ſibi nocet, non eſt innocens ſi ſeipſum corrumpit, ſi templum Dei in ſe euertit.Quid expectas vt aliis faciat miſericordiam,& parcat miſeris?Qui in ſeipſum crudelis eſt,eſſe in alium miſericors non poteſt.Tota ergo iuſtitia ad vnum verbum innocentiæ redigetur. B Qui diligit iniquitatē,odit animam ſuā. Sibi ergo prius nocet, qui vult aliis nocere: nec deambulat, quia non eſt vbi anguſtias non patitur.Arcta omnis malitia:Sola innocentia lata eſt, vbi deambuletur. Eſt autem à Deo.ſuper Pſalmum ſeptimum.Anima eſt iuſta & innocens non per ſe,ſed per illuſtrantem & illuminantem Deū.

Quæ ſit vera innocentia.ibidem. Illa eſt vera innocentia,quæ nec inimico nocet. Libro de vera innocentia,capite primo. Innocentia vera eſt,quæ nec ſibi nec alteri nocet.Quoniam qui diligit iniquitatem,odit animam ſuam:& nemo nō prius in ſe,quam in alterum peccat. In eodem C libro. Eam Deus innocentiam probat:qua homo non metu pœnæ fit innocens,ſed amore iuſtitiæ.Nam qui timore non peccat,quamuis non noceat cui vult nocere,ſibi tamen plurimum nocet: & abſtinens ab iniquo opere,ſola tamen reus eſt voluntate. Super Pſalmum nonageſimum tertium,ſermone primo.Docet Deus innocentiā,vt quiſquis innocens ſit,non timore pœnæ,ſed amore iuſtitiæ.Tunc enim liber eſt innocens, & verus eſt innocens.Qui autem timore innocens ſit, non eſt innocens, quamuis non noceat cui vult nocere.Non enim nocet alteri perfectum malū, ſed ſibi plurimum per cupiditatem mali:quia qui diligit iniquitatem,odit animam ſuam. Vnde D de falſa innocentia. Libro quinquageſimo Homiliarum,homilia vigeſima.Quid ergo ſe putant ſeruare circa alios homines innocentiam ſuam, cum ſibi ita noceant,vt Deo careant habitatore, & puniātur vltore? Hinc etiam fit vt per noxias voluptates lapſi & effuſi,non ſolum templa Dei eſſe deſinant,verum etiam ruinæ fiant, in quibus habitant mala dæmonia, quibus ſupplicare & colere incipiant.Fiántque illis,vt ſcribitur,poſteriora deteriora prioribus. Libro de vera innocentia.Simulata innocentia,non eſt innocentia.Simulata æquitas,non eſt æquitas.Sed duplicatur peccatum, in quo eſt iniquitas & ſimulatio.

Super Pſalmum ſeptuageſimum ſeptimum. Illud propterea quantū exiſtimo,quia multi ſibi videntur innocētes,qui nō faciunt mala cū timēt

ne

ne patiantur si fecerint. vellent autem facere si impune potuissent. Tales videri possunt habere innocentiam manuum, non tamen cordis. & quæ tandem aut qualis est ista innocentia, si cordis nõ est, vbi homo factus est ad imaginẽ Dei? Vnde de eius custodia & cura. super Psalmum trigesimum sextum, sermone primo. Custodi innocentiam, pretiosa res est. Furari vis aliquid credo vt acquiras: vide quò manum mittis, & vnde tollis. Hàc vis acquirere, hàc perdis. Acquiris pecuniã, & perdis innocentiam. Euigilet potius cor tuum, qui volebas acquirere pecuniam, & perdere innocentiam. Perde potius pecuniam, & custodi innocentiam, & inde directionem, & diriget te Deus, vt omnia quæcunque vult, velis & tu. ipsa est enim directio. Nam situ nolis quod Deus vult, curuus eris: & prauitas tua non te permittit planari recto. Custodi ergo innocentiam, & vide directorem. Ibidem, sermone tertio. Quomodo tenebas sacculum ne tibi extorqueretur à fure, sic custodi innocentiam ne tibi extorqueatur à diabolo. Sit illa certum patrimonium tuum, de qua sunt diuites & pauperes. Quid tibi prodest lucrum auri, & damnum innocentiæ? Ergo custodi innocentiam. Propterea, super Psalmum octogesimum tertium. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentiam. Quare ergo homines non vultis tenere innocentiam, nisi vt habeatis bona? Non vultis tenere innocentiam, vt non reddat quod illi assignat. Aurum vult habere, & perdet innocentiam. Quid lucratur qui damnificatur? Habet lucrum auri, passus est damnum innocentiæ. Est aliquid pretiosius innocẽtia? Sed si innocentiam retinebo, inquit, pauper ero. Paruæ diuitiæ ipsa innocentia. Si arcam plenam auro habueris, nisi cor habueris plenum innocentia, pauper eris. Si hæc bona desiderãs modo in egestate, in tribulatione, in tentationibus serua innocentiam. Erit enim postea etiam bonum tuum quod desideras, requies, æternitas, immortalitas, & impassibilitas. Ipsa sunt bona quæ seruat Deus iustis suis. Commendatur innocentia Libro quinquagesimo Homil. homilia vigesima nona. Innocentia sanctitatis quoniam filia est charitatis non gaudet super iniquitatem, congaudet autem bonitati: simplex vt columba, & sic astuta vt serpens: non studio nocendi, sed nocentem cauendi. Concluditur de ea quo ad omnia. Libro de vita Christiana. Nihil est amplius Christiano quærẽdum, nihil desiderandum magis, nihilque plus totis viribus enitendum, quam vt malitiam suam suo excludat corde, quam vt nequitiam intra pectoris sui conscientiam non admittat, quam vt bonitatem teneat, iustitiam seruet, puritatem mentis custodiat. Esto innocens si vis cum Deo viuere. Esto simplex, si vis regnare cum Christo. Quid tibi prodest malitia, quæ mortem trahit? Quid nequitia, quæ prohibet regnare cum Christo, quæ se habentem exterminat sicut scriptum est, Anima enim nequã disperdet eum qui se habet? Si vis viuere, audi Prophetam quid loquitur: Si regnum Christi diligis, audi quomodo

A illud merearis adipisci. Quis est, inqt, homo qui vult vitam, & cupit dies videre bonos? Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo & fac bonum, inquire pacem & sequere eam. Huiusmodi Deus homines honorat & diligit: qui malum nesciunt, qui mentiri non norunt. Quorum dolum labia nõ loqũtur, in quibus non nisi bonitas esse videtur & puritas. Innocentia est, quæ nos commendat Deo: simplicitas est, quæ facit regnare cum Christo. Quomodo autem Deus non nisi innocentes diligat, & sibi vult esse coniunctos testimoniis plurimis declaratur, sicut in Psal. scriptum est, Innocentes & recti adhæserunt mihi: & alibi etiam dicitur. Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quæ sunt reliquiæ homini pacifico. Quantum innocentia

B homini præstet & conferat etiã si sero seruetur, Prophetæ Dauid testimonio comprobatur. Qui cum grauiter ante peccasset, postea iudicari se non timuit, ex quo innocentiam nosse cœpit, sicut ipse dixit, Iudica me Deus, quoniam in innocentia mea ingressus sum. Sciebat igitur sibi iam non metuendum esse iudicium, quia innocẽtiam vel sero cognouerat. Et in alio loco dicit. Me autem propter innocentiam suscepisti. Suscepit postmodum propter innocentiam Deus, quem propter malitiam pepulerat ante. Insontes verò nec confundi coram Deo posse manifestum est, cum dicitur. Quanto tempore innocentes custodiunt iustitiam, non confundentur. Nihil enim Deo dignius, nihil charius esse potest, quam vt innocẽtia tota obseruatione teneatur. Licet quis in

C aliis operibus deuotus appareat, si illam non habuerit, sibi frustra blanditur. Si illam Iudæis etiã sub veteri lege degentibus, quoniam adhuc inimicum licebat odiri, & obseruare præceptum est: Quid te, nunc agere conuenit, Christiane, qui inimicum tuum iuberis amare? Quando enim innocens non eris, vel cui poteris esse malus, qui inimicis præceperis esse bonus? Sed tu forsitan & proximum odis, cui nec extraneum odisse conceditur, & fratrem persequeris, cui amare præcipitur inimicum: & Christianum esse te credis, qui nec Noui, nec Veteris testamenti præcepta custodis.

D INNOCENTES. Libro de symbolo & aduẽtu Domini, circa finem. Ipsos cõuincam Iudęos, qui dum infantem Christum noluerunt agnoscere, filios suos pro illo compulsi sunt amittere: quos quidem interfecit, mortíque propinauit Herodes vester amicus: sed eis immortalitatem æternámque vitam donauit Christus, quẽ vestrũ etiam nunc dicitis inimicum. Ideo sæuẽ fecerunt. vnde in sermone iiij. de ipsis innocentibus. Occiduntur pro Christo paruuli, pro iustitia moritur innocentia. Quam beata ætas, quæ necdum Christũ potest loqui, & iam pro Christo meretur occidi. Nondũ opportuna ætas cõfessioni, & iam idonea passioni. Quam fœliciter nati, quibus in primo nascendi lumine æterna vita obuiã venit. Incurrũt quidẽ inter ipsa primordia acceptæ lucis periculũ, & finẽ salutis, sed de ipso ꝓtinus fine capiũt principia ęternitatis. Immaturi quidem videtur

Psal. 33.

Psal. 24.

Psal. 36.

Psal. 25.

Psal. 40.

Serm. 2. & ord. serm. de sanctis 9. Tom. X.

Tom. VIII.

Tom. VIII.

Tom. VIII.

Contra Tom. X.

Eccle.

videntur ad mortem,sed fœliciter moriuntur ad vitam. Vixdum degustauerant præsentem,statim transeunt ad futuram. Nondum ingressi infantiæ cunas, & iam perueniunt ad coronas. Rapiuntur quidem amplexibus matrum,sed recipiuntur gremiis Angelorum. Nihil ergo ferocissimæ egisti authoritatis audacia:potes Martyres facere,Christum non potens inuenire. Putabat se infœlix Tyrannus Domini saluatoris aduentu, regali solio reiiciendum,sed non est ita. Non ad hoc venerat Christus vt alienam gloriã inuaderet, sed vt suã daret:Non venerat vt regnum terrestre præriperet,sed vt cœleste donaret. Non venerat ad potestates,dignitatésque rapiendas,sed ad cõtumelias & iniurias perferendas. Non ad hoc venerat vt sacrum illud caput gemmato diademate coronaret,sed vt ad coronam spineã præpararet. Nõ ad hoc venerat,vt constitueretur supra sceptra magnificus,sed vt crucifigeretur illusus. Sed de matrum planctu,in sermone secundo de eisdem. Cũ paruuli victimabantur, matres miseræ lamentabantur. Nascente Domino,luctus cœpit,non cœlo,sed mũdo. Indicitur matribus lamentatio,Angelis exultatio,infantibus transmigratio,Deus est qui natus est,innocentes illi debẽtur victima, qui venit damnare mundi malitiam. Igitur illi debẽt immolari, quia agnus futurus est crucifigi, qui tollit peccata mundi. Sed oues vlulant matres,q̃ agnos perdunt sine voce balantes. Grande Martyrium & crudele spectaculũ. Eximitur machæra,&nulla interuenit causa.sed oues cernimus matres,quæ superant agnos lugentes. Vox in Rama audita est,ploratus & vlulatus magnus. Pignora sunt nõ credita,sed creata:nõ deposita,sed exposita. Testis est ipsa natura,quæ pugnabat in Martyres cũ Tyrannus mactaret infantes. Matres crines capitis dissipabant,quæ ornamentũ capitis amittebant:Quãtis modis infantem volebant abscondere,& ipse se infantulus publicabat? Et nesciebat tacere, quia necdum didicerat formidare. Pugnabat mater & carnifex. Ille trahebat, illa tenebat. Ad carnificem mater clamabat. Quid separas à me quem genui ex me? Vterus meus genuit, vbera mea nutriunt, & tu crudelis interimis? Modo eum effuderunt viscera mea, & tu elidis ad terram? Alia mater acclamabat, cum exactor latro non compelleret simul occidi matrem cum paruulo,vt quid me dimittis inanẽ? Si culpa est, mea est. Si non est crimen,iunge mortem,& libera matrem. Alia dicebat,Quid meum quæritis? Vnum quæritis & multos occiditis, & ad eum qui vnus est attingere non potestis. Alia contra clamabat, Veni iam,veni saluator mundi. Quãdiu quæreris nullum times: videat te miles,& nostros non occidat infantes. Miscebatur lamentatio matrum, & ad cœlum transibat oblatio paruulorum. Sed ille qui agnum tẽtauit,ipse per Herodem agnos iugulauit. Manet authori & ministro supplicium, diaboli & Herodis iudiciũ,cum ista cœpit resurrectio mortuorum. Herodes,quid putas acturus eris,quãdo contra te tantorum classes infantium,

Serm.1. & ord.8.

A iudiciale cœperint exercere litigiũ? Inuenies claram linguam,vocem magnam,mensuram perfectam,omnes iuuenes candidatos,in mensuram ætatis plenitudinis Christi fulgẽtes. Cum stare cœperint ante eum,quem putaueras occidendũ pro quo fuderunt sanguinem pretiosum. Ipsum videbis in throno igneo præsidentem,illos solium Dominicum circundantes,candore rubeo splendentes, propter candidam ætatem & sanguinem passionis. Quid acturus eris,quid dicturus? Tacebis reus,dum tantus contra te clamabit numerus sanctorum, Vindica Domine sanguinem seruorũ.

Ipsis tamen fuit gratia. Lib.de symbolo,tractatu iij. O magnum donum gratiæ. Quibus eorum meritis præstitũ est vt sic vincerẽt infantes? Necdum loquuntur,& Christum cõfitentur. Necdũ motibus membrorum valent suscipere pugnam, & iam victuri efferunt palmã. Quomodo regnas B Herodes qui sic vinceris? Paruus ille, non te armatorum virorum fortium superauit manus,sed innumerabili vicit turba moriẽtium paruulorũ. Vis nosse quid infantibus quos trucidasti præstiteris? Iam accelerasti eos ad vitam,ne cum suis parentibus occiderent veram vitam. Hoc illo per te agente,qui nouit bene etiam vti malis tuis. Illorũ animas liberauit à parentum internicionis suæ societate,& te solum reliquit inanẽ in scelere. Egit & agit gratia causas suas,& per inimicos suos,& per ipsos,& in ipsos: Nam & ipsi qui moriebantur,natura erant filij iræ,sicut & cæteri: sed quid eis præstitit gratia,nisi vt erueret eos de potesta- C te tenebrarum? Præstitit eis Christus,vt pro Christo morerẽtur: Præstitit vt suo sanguine ab originali peccato diluerentur. Nati sunt ad mortem, sed continuo eos mors reddidit vitæ. Contra iustitiam agitur cum innocẽs moritur. super Psal. ix. Innocentem interficere, est ex innocente facere nocentem.

Cap.4. Tom.

INOBEDIENTIA. De inobedientiæ malo. Libro octauo super Gene. Nõ potuit melius & diligentius quam malum sit inobediẽtia commendari,cum ideo reus iniquitatis factus est homo, quia eam rem tetigit contra prohibitionem,quam si non prohibitus tetigisset,non vtique peccasset. Nam qui dicit,verbi gratia, Noli D tangere hanc herbam,si forte venenosa est,mortémque prænuntiat, si tetigit, sequitur quidem mors contemptorem præcepti. Sed etiamsi nemo prohibuisset, atque ille tetigisset, nihilominus vtique moreretur. Illa quippe res contraria saluti vitæque eius esset, siue inde vetaretur,siue non vetaretur. Item cum quisque prohibet eam rem tangi, quæ non quidem tangenti, sed illi qui prohibuit obesset: velut si quisquam in alienam pecuniam misisset manũ, prohibitus ab illo cuius erat illa pecunia:ideo esset ꝓhibito peccatum,quia prohibenti poterat esse damnosum. Cum verò illud tangitur,quod nec tangenti obesset si non prohiberetur, nec cuilibet alteri quamlibet tangeretur,quare prohibitum est nisi vt ipsius per se obedientiæ bonum, & ipsius per se ma

se malum inobedientiæ monstraretur? Denique à peccante nihil aliud appetitum est, nisi non esse sub Dominatione Dei, quando illud admissum est, in quo ne admitteretur, sola debet iussio Dominantis attendi. Quæ si sola attenderetur, quid aliud nisi voluntas amaretur? quid aliud quam Dei voluntas humanæ voluntati præponeretur? Mala est, maximè contra Deum. Lib. decimo Homil. homil. vigesima. Qui superbus in homines non est, multo maximè aduersus Deum contumax esse non debet. Quod si non est alicui faciendum, quod quisque ab alio pati non vult, & nullus hominum vult inobedientem pati eum, qui suo iuri subditus fuerit: quantomagis cauendum est, ne in Deum quisquam talis existat, qualem in se existere hominem non vult? Fallunt proinde animas suas, q. sufficere existimāt si quæ sibi fieri nolunt, nulli hominū faciant: seséque vita luxuriosa ita corrumpant, vt Deo facere conētur, quod sibi fieri ab homine nolunt. Neq; enim volunt à quoquam peruerti domum suam, qui in seipsis domum Dei mirabili cæcitate peruertunt, surdi aduersus Apostolum dicentem, Nescitis q. a templum Dei estis? Eius suggestio repellitur, Libro de conflictu vitiorum. Inobedientia dicit. Quis tu es vt peioribus obtemperes, deterioribus famulatum exhibeas? Te magis quā illos decuerat imperare, qui tibi non possunt ingenio vel industria coæquari. Obtempera igitur magis Domini imperio, ne tibi sit curandum de aliquo. Sancta subiectio respondet. Si Domini obtemperandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio. Ipse enim dicit, Qui vos audit, me audit: & q. vos spernit, me spernit. Ita, inq̄s, oportet. Sed si talis est qui imperat, & non est talis per quem Deus imperat. Sed Apostolus contra. Non est potestas nisi à Deo: quæ sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Quales enim esse debeant qui imperant, non est à subditis discutiendum. Equidem primis Ecclesiæ pastoribus Dominus dicit. Scitis quia reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem exercent inter eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui vult in vobis esse maior, erit omnium seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Sed tamen quia non omnes tales futuros esse præuidit, ideo subiectorū omniū personas in discipulis assumens præmonuit dicens. Super cathedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ dicunt vobis seruate & facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Imponunt in humeros hominum onera grauia & importabilia, digito autem suo nolunt ea mouere.

INORDINATIO. Libro decimo quarto de ciuitate Dei, capite vigesimo sexto. Cur nō crearet Deus quos peccaturos esse præsciuit: quandoquidem in eis, & ex eis, & quid eorum culpa mereretur, q.d sua gratia donaretur, posset ostēdere: nec sub illo creatore ac dispositore peruersa inordinatio delinquentium, rectum peruerteret ordinem rerum? Libro primo confessionum. Iussisti Domine & sic est, vt pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus. De hoc require infra, cap. Ordo.

IMPASSIBILITAS. Impassibilitas mentis non est nisi in patria. Libro xiiij. de ciuitate Dei, cap. ix. Impassibilitas in animo, si ita intelligenda est, vt sine his affectibus viuatur, qui contra rationem accidunt, mentémq; perturbant, bona planè & maximè optanda est: sed nec ipsa huius est vitæ. Nō enim qualiumcūque hominū vox est, sed maximè piorum, multorúmque iustorum atque sanctorum, si dixerimus quia peccatum non habemus &c. Tunc itaque impassibilitas ista erit, quoniam peccatum in homine nullū erit. Sic de impassibilitate corporis, require infra, cap. Sanitas. *Tom. V.*

IMPOENITENTIA. Libr. de vera & falsa pœnitētia cap. decimo octauo. Qui impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Qui enim impœnitēs finitur, si semper viueret, semper peccaret. At Dei est miserantis, quod operatur finem peccātis: Et ob hoc etiā sine fine torquetur, quia nunq̄ virtute ditatur: Sēper plenus iniq̄tate, semper sine charitate, & ideo torquetur sine fine. Omnia ista mala deuitat pœnitētia, quę dolorem semper expetit in pœna. Cōtinuè enim dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dictionis virtus. Pœnitere enim est pœnā tenere, vt semper puniat in se vlciscendo quod cōmisit peccādo. Pœna enim propriè dicitur læsio, quæ punit & vindicat quod quisque commisit. Ille igitur pœnam tenet, qui semper punit quod cōmisisse dolet. Pœna vtique est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse. In Homi. de blasphemia in Spiritum sanctum. Impœnitentia, est peccatum in Spiritum sanctum: quod non habet remissionem nec in hoc sæculo, nec in futuro: Quia pœnitentia impetrat remissionem in hoc sæculo, quæ valeat in futuro. Sed ista pœnitētia vel cor impœnitens quādiu quisque in hac carne viuit, nō potest iudicari. De nullo enim desperandum est quādiu patientia Dei ad pœnitētiam adducit. Nec de hac vita rapit impium, qui non vult mortem impij, sed tantū vt reuertatur & viuat. Paganus est hodie, vnde scis vtrum sit futurus crastino Christianus? Iudæus infidelis est hodie, q.d si cras credat in Christū? Hæreticus est hodie, q.d si cras credat catholicam veritatem? Schismaticus est hodie, quid si cras amplectatur catholicā pacem? Quid si isti quos in quocunque genere erroris notas, & tanquam desperatissimos dānas, antequam finiant vitam istam agunt pœnitentiā, & inueniant veram vitam in futuro? Proinde fratres nolite ante tempus quicquam iudicare. *Cap. 18. Tom. IIII.* *Cap. 19.* *1. Cor. 4.*

IMPERATOR. Imperium dispensat Deus quibus vult. Libro v. de ciuitate Dei, cap. xxj. Vnus verus Deus, qui nec iudicio, nec adiutorio deserit genus humanū, quādo voluit, & quātū voluit Romanis regnū dedit: qui dedit Assyriis, vel etiā Persis: & sicut gētibus, sic hominibus: qui Mario, ipse Ca. Cęsari: q. Aug. ipse Neroni: q. Vespasianis, vel patri, vel filio suauissimis imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo. Et ne per sin *Tom. V.*

gu

gulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostatę Iuliano. Hoc Deus vnus verus regit & gubernat, vt placet: & si occultis causis, nunquã iniustis. Et ideo in eodem libro, cap. xxv. Nam Deus bonus ne homines qui eum crederent propter æternam vitam colendum, has sublimitates & regna terrena existimarent neminem posse cõsequi, nisi dæmonibus supplicaret quod hi spiritus in talibus multum valerent: Constantinũ imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colẽtem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. Cui etiam cõdere ciuitatem Romano imperio sociã, velut ipsius Romæ filiam, sine aliquo templo dæmonum simulachróque cõcessit. Diu imperauit, vniuersum orbem Romanum vnus Augustus tenuit & defendit: in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit: in tyrannis opprimẽdis per omnia prosperatus est. Grandæuus ægritudine & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit. Sed rursus ne Imperator quisquã ideo Christianus esset, vt fœlicitatem Cõstantini mereretur, cum propter vitam æternam quisque debeat esse Christianus, Iouinianum multo citius quam Iulianum abstulit, Gratianum ferro tyrannico permisit interimi. Qualis imperator esse debet. in eodem libro, cap. xxiiij. Nos nõ dicimus quosdam Christianos imperatores ideo fœlices, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes reipublicæ domuerunt, vel inimicos eius aduersus se insurgentes & cauere, & opprimere potuerũt. Hæc & talia vitæ huius ærumnosæ vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores dæmonũ accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnũ Dei, quo pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista, qui in eum crederent velut summa bona desiderarẽt: sed fœlices eos dicimus, si iuste imperant: si inter linguas sublimiter honorãtiũ, & obsequia nimis humiliter salutantium, non extolluntur, sed se homines esse meminerint: si suã potestatem maxime ad Dei cultum dilatandum maiestatem eius famulam faciũt: si Deum timẽt, diligunt, colunt: si plus amant illud regnũ, vbi nõ timent habere consortes: si tardius vindicant, facile ignoscunt: si eandem veniam non ad impietatẽ iniquitatis, sed ad spem correptiõis indulgẽt: si quid aspere coguntur plerũque decernere, misericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate, compensant: si luxuria tanto est eis castigatior, quanto posset esse liberior: si malunt cupiditatibus prauis, quam quibuslibet gẽtibus imperare: si hæc omnia faciunt, nõ propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem fœlicitatis æternæ: si pro suis peccatis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt. Tales Christianos imperatores dicimus esse fœlices: interim spe, postea re ipsa futuros, cũ id quod expectamus aduenerit. De imperatorum legibus. in Epistola ad Donatistas. Imperatores si in errore essent, quod absit, & pro errore suo contra veritatem leges da-

Iudicium Dei ordinãdis magistratibus.

Tom. II. Epist. 166. 11. q. 3. Imperatores.

A rent, per quas iusti comprobarentur & coronarentur, non faciẽdo quod illi iuberent, quia Deus prohiberet: Sicut iusserat Nabuchodonosor, vt aurea statua adoraretur, quod qui talia facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quãdo autem imperatores veritatem tenent, pro ipsa veritate contra errorem iubent, quod quisquis contẽpserit, ipse sibi iudicium acquirit. Nã & inter homines pœnas luit, & apud Deum frõtem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor regis, ipsa veritas iussit. Sicut ipse Nabuchodonosor post ea miraculo salutis trium puerorum commotus atque mutatus, pro veritate contra errorem edictum proposuit, vt quicũq; blasphemaret Deum Sidrac, Misac, & Abdenago, in interitum irent & domus eorum in dispersionem. In Epistola ad Florentinum. Omnis potestas sub imperio constituta, imperatoris sui legibus seruit.

B IMPIETAS. Quæ sit impietas. super Psal. 50. Propriè impietas, est apostatare à Deo: Vnum Deũ non colere, aut nũquam coluisse, aut quem colebat dimisisse. De eius malo. Lib. de sex quæstionibus ad Deogratias, quæstione. iij. Sicut veritas hortatur homines fieri socios sanctorum Angelorum, ita seducit impietas ad societatẽ Dæmoniorum, cui præparatur ignis ęternus.

Lib. annotationũ in Iob. cap. xiiij. Hi sunt impij, qui munera temporalia præponunt iustitiæ.

Lib. de vera innocentia: Malorum impietatem perire necesse est, aut proprio iudicio, aut sententia Dei. Nulla enim iniquitas permanet, cui finẽ [C] aut correptio, aut damnatio facit. Pius est ad impios Christus. In Homil. de Publicano & Pharisæo. Qui ex impio fecit piũ, pio nõ reddet præmium? Attendite fratres, Nunquid incredibilius ex impio facere pium, an ex pio facere Angelũ? Impius & pius contraria sunt sibi: pius & Angelus non sunt contraria. Ex vicino te non implebit, qui ex contrario te mutauit? Iam enim cũ pius cœperis esse, mutari incipis in vitam Angelicam: cum autem impius esses, remotus eras à choro Angelorum.

INTELLECTVS. Definitur intellectus. Libro de spiritu & anima. Intellectus est ea vis animæ quæ inuisibilia percipit, sicut Angelos, [D] dæmones, animas, & omnem spiritum creatum. Intelligẽtia est ea vis animæ q̃ immediate supponitur Deo: Cernit si quidem ipsum supremũ verum & vere incõmutabilẽ. Sic anima sensu percipit corpora, imaginatione corporum similitudines, ratione corporum naturas, intellectu spiritum creatum, intelligentia spiritum increatum. Et quicquid sensus percipit imaginatio repræsentat, cogitatio format, ingenium inuestigat, ratio iudicat, memoria seruat, intellectus separat, intelligentia comprehendit, & ad meditationem seu ad contemplationem adducit. Ingenium ea vis animæ est, seu intentio, qua se extẽdit anima & exercet ad ignotorum cognitionem. Est autem intellectus nobilior potentia animæ. Libro de libero arbitrio, capite tertio. Intelligentia ita bona est, vt aliquid aliud in homine præstantius esse nõ possit.

posſit. Quia per intellectum nobilitatur homo. Libro primo de Geneſ. contra Manichęum. Omnia animalia de terra ſubiecta ſunt homini, non propter corpus, ſed propter intellectum quē nos habemus, & illa non habent. Quamuis & corpus noſtrum ſic ſit fabricatum, vt indicet nos meliores eſſe quam beſtias, & propterea Deo ſimiles. Omnium enim animalium corpora ſiue quæ in aquis, ſiue quæ in terra, ſiue quæ in aere volitant, inclinata ſunt ad terram, & non ſunt erecta ſicut hominis corpus. Quo ſignificatur etiam animum noſtrum in ſuperna, id eſt, in æterna ſpiritualia erectum eſſe debere. Ideo ſuper Ioannem. Tract. xv. Animam habere non eſt magnū: intellectum verò nō habere, nec ſecundum eum viuere, beſtialis eſt vita. Eſt enim in nobis quoddam beſtiale, quo in carne viuimus, ſed intellectu regendum eſt. Motus enim animæ ſecūdum carnem ſe mouentis, & in delicias carnales immoderatè defluere cupientis, regit deſuper intellectus. Dicit tamē in ſerm. de reſurrectione Domini. Sicut hoc conſcriptū in cordibus ſanctitatis veſtrę, meliorē eſſe hominē minus intelligētem & melius viuentem, quam multū intelligētem & non bene viuentem. plenitudo quidem eſt & beatitudo perfecta, vt citò quiſque intelligat & bene viuat: ſed fortè vtrunque nō poteſt. Melius eſt bene viuere, quam citò intelligere. Qui malè viuit & bene cito intelligit, & quod intelligit perdit: qui autem bene viuit, meretur amplius intelligere, ſicut ſcriptum eſt. Qui habet dabitur ei: qui autem non habet, etiam id quod videtur habere, auferetur ab eo. Non exigit Deus intellectum. vnde ſuper Pſal. ciij. ſermo. iiij. Non exigit Deus intellectum de equo & mulo, ſed hominibus dicit. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus nō eſt intellectus. Quod equo natura eſt, homini crimen eſt. Eum autē dat Deus. ſuper Ioā. ſer. xxxix. Munus Dei eſt intelligētia. Ideo conſulit in eodē lib. ſerm. xxj. Dei donū eſt quod nobis loqui dignatus eſt filius Dei. Ergo quod nobis loqui dignatus eſt debemus credere, quia voluit vt intelligamus. Sed ſi non poſſumus, præſtat intellectum rogatus, qui verbum præſtitit nō rogatus. Libro de gratia & libero arbitrio circa prin. Itaque dilectiſſimi ne vos perturbet huius quæſtionis obſcuritas, moneo vos primum, vt de iis quæ intelligitis agatis Deo gratias: quicquid eſt autem quo peruenire nondū poteſt veſtrę mentis intētio, pacē inter vos & charitatem habentes, à Domino vt intelligatis orate. Et donec ipſe vos perducat ad ea quæ nōdū intelligitis, ibi ambulate quò peruenire potuiſtis. Super Pſal. xcvj. Totum ad Chriſtum reuocemus. Sed ſi volumus iter rectæ intelligentiæ tenere, non recedamus à lapide angulari, ne intellectus noſter ruinam faciat. In illo ſolidetur, quod in ſtabili motu nutabat: in illo incumbat, quod per incerta pendebat. Quicquid dubitationis habet homo in animo, auditis ſcripturis Dei à Chriſto non recedat: Cum ei fuerit in illis verbis Chriſtus reuelatus, intelligat ſe intellexiſſe. Antequā autem perueniat ad Chriſti intellectum, non ſe præſumat intellexiſſe. In ſermone. xiij. de natiuitate Domini. Qui intelligit, gaudeat: qui autem non intelligit, vt intelligat credat: quia verbum Prophetæ euacuari non poteſt, Niſi credideritis, non intelligetis. Super Pſal. cv. Scriptura culpare vult non intelligere quod eſt intelligendum, & non meminiſſe quod in memoria retinendum eſt: quod homines ſuæ culpæ deputari nolunt, ad nihil aliud, niſi vt minus ſupplicent, minúſque ſint humiles Deo, in cuius conſpectu cōfiteantur quod ſunt, atque impetrato adiutorio poſsint eſſe quod non ſunt. Nam etiam peccata ignorantiæ & negligentiæ melius accuſantur vt pereant, quam excuſantur vt maneant: meliúſque purgantur inuocato Deo, quam firmantur irato.

Libro primo de libero arbitrio. Nihil enim eſt tam arduum atque difficile, quod nō Deo adiuuante planiſsimum atque expeditiſsimum fiat. In ipſo itaque ſuſpenſi, atque ab eo auxilium deprecantes, quod inſtituimus quæramus. Sed vt dicit ſuper Pſalm. cxviij. ſermone vigeſimo ſexto. Non ſufficit accepiſſe intellectum, & Dei teſtimonium didiciſſe: niſi ſemper accipiatur, & quodammodo ſemper bibatur de fonte lucis æternæ. Eſt autem vniuerſalis intellectus noſter ad omnia. ſuper Ioannem. Tract. xv. Vbi intellectus ſapientia imbutus regere animam cœpit, ſcit iam non ſolum fugere foueam & ambulare in æquali, quod oculi oſtendunt animæ infirmæ: nec tantum canoras voces ſuauiter audire, diſſonáſq; repellere: vel blandis odoribus delectari putoréſque reſpuere: aut dulcedine capi, & amaritudine offendi: aut lenibus mulceri, & aſperis lędi: Sed iuſta & iniuſta, bona & mala, vtilia & inutilia, caſtitatem & impudicitiam, hanc vt vitet & illam vt diligat charitatem & odium, in hac vt parum ſit, in illa vt ſemper ſit: videt & diſcernit. Et vt dicit libro xij. ſuper Geneſ. Eſſe aliquam rem quæ ſolo intellectu cerni poſsit, ac non etiam intelligatur, magna & difficilis quæſtio eſt. Eſſe autem rem quæ intellectu percipiat, & non etiam intellectu percipi poſsit, non arbitror quenquam vel putare, vel dicere. Intelligit etiam ſeipſum. ſuper Ioannem, ſermone xlvj. Sicut lumen alia demonſtrat & ſeipſum: ſic intellectu intelligimus q̄cunque intelligimus & ipſum intellectum. Non ſic de oculo carnis quo alia vides & non ipſum. Oculus carnis alia videt, ſe non poteſt videre. Intellectus autem, & alia intelligit, & ſeipſum.

Propterea probat ipſum eſſe finitum. Libro lxxxiij. quæſtionum. Omne quod intelligit ſe, cōprehendit ſe: quod autem ſe comprehendit, finitum eſt ſibi: ſed intellectus intelligit ſe, ergo finitus eſt ſibi. Nec infinitus eſſe vult, quamuis poſſit, quia notus ſibi eſſe vult, amat enim ſe.

INTELLIGERE, & Intelligibile. Differt intelligere, à credere & opinari. Libro de vtilitate credendi. Intelligere ſemper ſine vitio eſt. Nam intelligere magna & honeſta vel etiam Diuina, beatiſsimum eſt: intelligere autem ſuperflua nihil nocet, ſed fortaſſe diſcere nocuit,

Margin notes (left column): Tom. IX. — Tom. IX. — Cap. 1. Tom. VII. — Tom. VIII.

Margin notes (right column): Tom. VIII. — Cap. 6. Tom. I. — Tom. VIII. — Tom. IX. — Cap. 10. — Quæſt. 13. Tom. IIII. — Cap. 11. Tom. VI.

cum tempus necessariorum occuparent. Ipsa etiã noxia non intelligere, sed facere, aut pati, miserum est. Credere autem tunc est culpandum, cum vel de Deo indignum aliquid creditur, vel de homine facile creditur. In cæteris verò rebus si quis quid credit, si se id nescire intelligat, nulla est culpa. Opinari autem duas ob res turpissimum est: quod & discere non potest qui sibi iam se scire persuasit, si modo illud disci potest, & per se ipsa temeritas non bene affecti animi signum est.

In Episto. septima ad Nebridium. Id quod intelligere appellamus, duobus modis in nobis fit: aut ipsa per se mente atque ratione intrinsecus, vt cum intelligimus esse ipsum intellectum: aut admonitione à sensibus, vt cum intelligimus esse *Tom.III.* corpus quod per corpus videmus. Non omne quod dicitur, intelligitur. Libro primo de Trinitate. cap. tertio. Nullus hominum ita loquutus est, vt in omnibus abomnibus intelligeretur.

Cap.182. *Tom.III.* Libro de vera innocentia. Ideoque plerunque in sermone copiosa est egestas humanæ intelligentiæ: quia plus loquitur inquisitio quam inuentio, & longior est petitio quam impetratio.

Aliqua intelliguntur per exempla. Libro de mendacio. ca. xvj. Pleraque in verbis intelligere non valentes, in sanctorum factis colligimus, quemadmodum oporteat accipi. Aliqua non *Tom.VIII.* intelliguntur causa voluntatis peruersæ. super Psal. xxxv. Aliud est quando quisque conatur aliquid intelligere, & per infirmitatem carnis non potest. Sicut dicit quodam loco scriptura. Quia *Sap.9.* corpus quod corrumpitur aggrauat animã. Et. d. t. inhabi. s. m. cogitantem. Aliud quãdo perniciosius agit aduersus seipsum cor humanum, vt quod possit intelligere, si bona voluntas accederet, nõ intelligat: non quia difficile est, sed quia voluntas aduersa est. Hoc autem fit dum amãt peccata sua, & oderunt præcepta Dei. Vnde ad intelligẽdũ præcedere debet fides. Libro de prædestinatione contra Pelagianos. Reuertere & redi in portum fidei catholicæ, vbi nulla te possit fluctuosæ curiositatis tempestas turbare vel mergere. Quantumlibet enim scire coneris iudicia Dei, comprehẽdere nõ vales, nec valebis. Quia sicut nemo scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita & quæ Dei sunt nemo scit, nisi spiritus Dei. Si ergo attingere valuerimus, non nostra solertia, sed dono Spiritus sancti reuelata esse debemus agnoscere. Si enim ante scire non datur quod supra nos est, nec à nostra pusillanimitate petatur, id tenendum est quod ait scri- *Eccl.3.* ptura sancta. Altiora te non quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris. Et, Altum sapere noli, sed time. Timendum est prorsus & venerandum profundum Dei, quod rite fateamur inuestigare non posse. Libro de vera innocentia. Intellectũ fides aperit, infidelitas claudit. Ideo super Ioannem sermone vigesimooctauo. Si non intelligis, crede. Intellectus enim merces est fidei. Ergo no *Ser. ord.51.* *Tom.X.* li quærere intelligere vt credas, sed crede vt intelligas. Libro tertio de verbis Domini, sermone decimo quarto. Credite, vt mereamini in-

A telligere. Fides enim debet præcedere intellectum, vt sit intellectus fidei præmium. Pro- *Tom.IX.* pterea super Ioãnem. sermone nonagesimo octauo. Si quid intellexeris quod non sit contra sanctam regulam catholicæ fidei, ad quam velut viam, quæ te ducit ad patriam peruenisti, & sic intellexeris, vt inde dubitare omnino nõ debeas: adde ad ædificium, noli tamen relinquere fundamentum. Eodem libro, sermone xxxvij. Quisquis ad sumendum cibum solidum verbi Dei adhuc minus idoneus est, lacte fidei nutriatur: verbum quod intelligere non potest credere non euertetur. Fides enim meritũ est, intellectus præmium. Quod intelligere sit vtile. Lib. de vera *Tom.III.* innocentia. c. xiij. Bonum intellectum habet, qui quod faciẽdum est rectè intelligit & facit. Alio- B quin talis est sine opere intelligentia, qualis sine timore sapientia, cum scriptum sit. Initium sapiẽtiæ est timor Domini. Super Psal. cxxx. Si intelligere & non facere periculosum. Bonus est ergo intellectus facientibus. Sed vt dicit. Lib. de verbis Apostoli, sermone xiij. Impia mens odit a- *Tom.X.* liquando ipsum intellectum: & homo aliquando nimium mente peruersa timet in telligere, ne cogatur quod intellexerit facere. De talibus ait Psal. *Psal.35.* Noluit intelligere vt benefaceret. Intelligibilia excedunt sensibilia. in epistola ad Nebridium clj. Ideo fortasse merito Philosophi in re- *Tom.II.* bus intelligibilibus diuitias ponunt, & in sensibilibus egestatem. Quid ærumnosius quam minus atque minus semper posse fieri? Et quid ditius quam crescere quantum velis, redire cum C velis, quousque velis, & hoc multũ amare quod minui non potest? Difficile est tamen intelli- *Ser.ord.1.* *Tom.X.* gere Diuina. Lib. iij. de verbis Domini sermone j. Verbum quod Deus est, ineffabiliter potest intelligi. Non verbis hominis fit, vt intelligatur. Dicimus quam incomprehẽsibile sit quod lectũ est, tamẽ lectũ est, non vt cõprehenderetur ab homine, sed vt doleret homo quia nõ cõprehendit, & inueniret vnde impeditur à comprehensione, & remoueret ea & inhiaret perceptioni incommutabilis verbi, ipse ex deteriori in melius commutatus. Non enim verbum proficit & crescit acce- *Verbum æternum cõprehensione* dente cognitore. sed integrum si permanseris, integrum si recesseris, integrum cum redieris, manens in se, & innouans omnia. Ergo est forma D omnium rerum: forma non fabricata, sine tempore, sine spatiis locorum. Quicquid enim loco capitur, & mole quadam & spatio distenditur, minus enim in parte quam in toto est. Nihil tale de illo verbo sentiamus aut cogitemus. Non de suggestione carnis spiritualia imaginemur. Non est ille sermo, nõ est ille Deus, minor parte quã toto. Sed non potes tale aliquid cogitare. Magis est pia talis ignorantia, quam præsumpta scientia. loquimur enim de Deo. Dictum est, Et Deus erat verbum. De Deo loquimur. Quid mirum si non comprehenditur? Si comprehendis enim, nõ est Deus. Sit magis pia confessio ignorantiæ, quam temeraria professio scientiæ. Attingere aliquantulum in mente Deum, magna beatitudo est:

do est: comprehendere autem omnino impossibile. Ad mentem Deus pertinet, intelligendus est: ad oculos corpus, videndum est. Si corporis oculo comprehendere putas? Omnino non potes. Quicquid enim aspicis, non totum aspicis. Cuius hominis faciem vides, dorsum non vides eodem tempore quo faciem vides. Vno ergo aspectu totum videre non potes. Et quandiu versas vt videas, partes vides, & contexendo quia vidisti alias partes, videris totum inspicere. Non autem hic oculorum visus, sed memoriæ viuacitas intelligitur. Ecce cuncta quæ subiacent oculis, non vno possunt comprehendi aspectu. Quis ergo oculus comprehendit Deum? Sufficit vt attingat, si purus est oculus. Si autem attingit, tactu quodam attingit incorporeo, & spirituali, non tamen comprehendit: & hoc si purus est, & fit beatus homo contingendo corde illud quod semper manet: & illud est ipsa beatitudo perpetua, & vnde fit homo viuus vita perpetua, & vnde fit homo sapiens sapientia perfecta, & vnde fit homo illuminatus, lumen sempiternum est. Et vide quemadmodum tu contingendo efficeris quod non eras, non illud quod contingis facis esse quod non erat. Deus non crescit ex cognitore, sed cognitor ex cognitione Dei. Patris est videri vt beatificet conuersos, & puniat auersos cæcitate. Vindicat enim primo in anima auersa à se, exordio pœnarum, ipsa cæcitate. qui enim se auertit à lumine vero, id est, à Deo, iam cæcus efficitur. Nondum sentit pœnam, sed iam habet. Itaque verbum Dei incomparabiliter, ineffabiliter, incommutabiliter, sine tempore, sine loco, de Deo, à Deo, & Deus est. Sed vt dicit. Lib. de quantitate animæ. Quando intelligemus Deum, tunc vere videbimus quam sint omnia sub sole vanitas vanitatum. Vanitas est fallacia, vanitates falsi vel fallentes, vel vtrique.

Tom.VIII. INTENTIO. Intentio diuersa est hominũ. super Psal.xxxvj.serm.ij. Duo genera hominum, iustorum, & iniustorum sunt: & habent singula proprias intentiones cordis sui. Genus iustorum communiter in sublimia, per humilitaté: genus iniquorum præponderat ad inferiora, per elationem. Hoc enim se deprimit, vt surgat: illud se extollit vt cadat. Et eo fit vt vnum genus toleret, alterum toleretur. Propositúmque sit iustis ipsos etiam iniquos in vitam æternam lucrari: propositum autem iniquis reddere mala pro bonis, & eos qui sibi vitam æternam volunt, si fieri potest, etiã vita temporali priuare. Egrè enim fert & iniustus iustum, & iustus iniustũ: oneri sibi sunt. Ad hoc enim iustus iniusto oneri est, quia iniustum eum esse non vult, sed eum iustum & optat votis, & conatur factis. Iniustus autem sic odit iustum, vt nolit eum esse, non vt bonum velit esse. Quanto enim bonus est, tanto magis oneri est iniquitati illius. Et laborat quidem iniustus, si fieri potest, vt eum iniustum faciat: si auté non potest, de medio tollat, & à suo tædio molestiáque remoueat. Sed & si eum fecerit iniustum, nihilominus oneri illi erit. Non enim iustus tan-

A tum iniusto oneri est, sed & duo iniusti vix se patiuntur. Et quando se videntur diligere, consciétiam sibi debét, non amicitiam. Tunc autem secum concordant, quando in perniciem iusti conspirant, non quia se amant, quia eum qui amãdus erat simul oderunt. *Tom.IIII.* Lib.ij. de sermone Domini in monte, cap.xj. Non quid quisque faciat, sed quo animo faciat considerandum est. Debet autem esse recta. super Ioan. sermone 50. Nesciat sinistra tua, id est, vt alienetur intentio cupiditatis, ab opere charitatis. *Tom. VIII.* Super Psal.cxviij. serm. xij. Magis interest cum aliquid boni facimus, cuius rei contemplatione faciamus. Officium quippe nostrum non officio, sed fine pensandum est: vt scilicet nõ tantum si bonum est quod facimus, sed præcipuè si bonum est propter quod facimus, B cogitemus. *Finis attendẽdus in operibus.* Hos oculos quibus contemplamur quare facimus quod facimus, auerti poscit Propheta, ne videant vanitaté, id est, ne hanc attendat propter quã faciat, cum boni aliquid facit. In qua vanitate præcipuum locum obtinet amor laudis humanæ, propter quam multi magna fecerunt, qui magni in hoc sæculo nominati sunt, multúmque laudati in ciuitatibus gentium, quærentes nõ apud Deum, sed apud homines gloriam, & propter hanc velut prudenter, fortiter, temperanter, iustéque viuentes, perceperunt mercedem suam, vani vanam. *Mat.6.* Ab hac auertit Dominus oculos seruorum, cum dicit. Attendite ne iustitiam vestrã, &c. *Cap.7. Tom.IIII.* Sed vt dicit in lib. contra mendacium. A facto animus non excusatur, quãdo dicitur aliquid non ex animo fieri, quod tamen nõ fieret, nisi animus faciendum esse decerneret. C *Bonæ intentiones si peccata excusent.* Interest quidem plurimum qua causa, quo fine, qua intétione quid fiat. Sed ea quæ constãt esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione facienda sunt. Ea quippe opera hominum, sicut causas habuerint bonas seu malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ non sunt per seipsa peccata. Sicut victum præbere pauperibus, bonum opus est, si fit causa misericordiæ cum recta fide, sicut concubitus coniugalis, quando fit causa generandi, si ea fide fit, vt gignantur regenerandi. Hæc atque huiusmodi secũdum suas causas opera sunt vel bona, vel mala: quia eadem ipsa si habét causas malas, in peccata vertuntur. Velut si iactantiæ causa pauper pascitur: vel lasciuiæ causa cum vxore concũbitur: aut filij generantur, nõ D vt Deo, sed vt diabolo nutriantur. Cum verò iam opera ipsa peccata sunt, sicut furta, stupra, blasphemiæ, mendacia, vel cætera talia. Quis est qui dicat bonis causis esse facienda, vt vel peccata non sint, vel, quod est absurdius, iusta peccata sint?

Tom.VIII. INTERCESSIO. Quomodo valet sanctorũ intercessio. super Psal.cv. Obiecit seipsum Moses pro populo dicens. *Exod.32.* Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo. Vbi demonstratum est, intercessio sanctorum quantum valeat pro aliis apud Deum. Securus est Moses de iustitia Dei, qua eum delere non posset, impetrauit misericordiam ne illos quos iustè posset deleret. Intercedendum est pro pecca-

Tom.II. Epist.54. toribus.ideo in epistola ij.ad Macedonium. Tanto sunt parcentium & intercedentium beneficia gratiora.quanto peccantium supplicia iustiora.

Tom.IIII. INTERIECTIO. Lib.j. de serm. Domini im monte,cap. viij. Interiectiones grãmatici vocant particulas orationis significantes cõmoti animi affectum. Velut cum dicitur à dolente,Heu: vel ab irascente,Hem.Quæ voces quarumcunque linguarum sint propriæ,in aliam linguam non facile transferuntur.

Cap.42. Tom.V. INTERPRES. De interpretibus sacræ scripturæ.Libro xviij. de ciuit Dei. Ptolomæus Philadelphus Rex Aegypti,petiuit ab Eleazaro tũc Iudæorũ pontifice,dari sibi has scripturas, quas profecto audierat fama prædicante Diuinas: & ideo cupiebat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat.Has ei cum idem põtifex misisset Hebręas:post ille etiam interpretes postulauit,& dati Septuaginta duo,de singulis tribubus duodecim seni homines, linguæ vtriusque doctissimi Hebrææ,scilicet,atque Grçcæ.Quorũ interpretatio vt septuaginta vocetur, iam obtinuit consuetudo. Traditur sane tam mirabilem ac stupendum,planéque Diuinum in eorum verbis fuisse consensum, vt cum ad hoc opus separatim singuli sederint (ita enim eorum fidẽ Ptolomæo placuit explorare) in nullo verbo, quod idem significaret, & tantundem valeret, vel in verborum ordine alter ab altero discreparet: sed tanquam vnus interpres esset,ita quod omnes interpretati sunt,vnum erat.Quoniam reuera Spiritus sanctus erat vnus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus acceperant, vt illarum scripturarum, non tanquam humanarum, sed sicut erãt,tanquam Diuinarum etiã isto modo commendaretur authoritas,credituris quandoq; gentibus profutura,quod iã videmus effectum.Fuerunt & alij interpretes qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra illa eloquia transtulerunt, sicut Aquila,Symmachus,Theodotion, sicut etiã illa est interpretatio,cuius author non apparet,& ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur:Nostris temporibus presbyter Hieronymus homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritus,qui nõ ex Græco,sed ex Hebręo in Latinum eloquium easdem scripturas conuertit. Et infra subdit. Nonnulli autem codices Græcos interpretationis septuaginta ex Hebræis codicibus emendandos putauerunt: nec tamen ausi sunt detrahere,quod Hebræi non habebant, & septuaginta posuerunt,sed tantummodo addiderunt quæ in Hebræis inuenta,apud septuaginta non erant, eáque signis quibusdam in stellarum modum factis,ad capita eorundem versuum notauerunt, quæ signa asteriscos vocant. Illa verò quæ non habebant Hebræi,habent autem septuaginta,similiter ad capita versuum iacentibus virgulis sicut scribuntur vnciæ signauerunt. Et multi codices Græci has notas habentes vsquequaque diffusi sunt & Latini.Quæ autem prætermissa vel addita,sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciant etiam ipsum non abhorrentem, siue

Interpretes septuaginta. (B)

Cap.43.

Asteriscus. Obeliscus.

A alio modo eundem sensum explicare monstrentur,nisi vtrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri. Simile quasi dicit.Libro secundo,de doctrina Christiana.In ipsis autem interpretationibus Itala cæteris præfertur. Nam est verborum tenacior,cum perspicuitate sententiæ. Et infra subdit de vtilitate interpretationis nominũ Hebraicorum. Multa quæ ab authoribus eorundem librorum interpretata non sunt nomina Hebręa, nomen dubitandum habere non paruam vim atque adiutorium ad soluenda ænigmata scripturarum,si quis possit ea interpretari, quod nonnulli eiusdem linguæ periti viri non sane beneficium posteris contulerunt, qui separata de scripturis eadem omnia verba interpretati sunt, & quid sit Adam,& quid sit Eua,quid Abraham, quid Moses,siue etiam locorum nomina:quid sit Hierusalem,vel Sion,vel Hierico,vel Syria,vel Libanus, vel Iordanus,vel quæcunque in illa lingua sunt nobis incognita nomina.Quibus apertis & interpretatis multæ in scripturis figuratæ loquutiones manifestantur.

INTERROGATIO. Distinguit super Ioannem.Interrogamus aliquando quod nescimus,audire volentes vt discamus.Aliquando interrogamus quod scimus,scire volentes vtrũ ille sciat quẽ interrogamus. Vtrunq; hoc nouerat Dominus & quod interrogabat sciebat, & quid facturus esset ipse nouerat,& hoc nescire Philippũ sciebat similiter.Cur itaque interrogabat,nisi quia illius ignorantiã demõstrabat? Differt interrogare à percunctari. Libro tertio.de doctrina Christiana.Inter percontationem & interrogationem hoc veteres interesse dixerunt, quod ad percontationem multa responderi possunt: Ad interrogationem verò, aut non, aut etiam.

C

Sed de interrogatione Dei. super Psal.centesimumdecimum octauum.sermone.nono. Quando dixit Deus ad Adam. Vbi es: non vbi esset ignorabat,sed superbum increpabat:& vbi tunc esset,id est, ad quam miseriam peruenisset, non scire cupiebat: sed interrogando increpans admonebat.

INTRARE. Intrare in gloriam sumus indigni.libro soliloquiorum ad Deum,cap.vigesimo tertio. Beatus ero si fuero admissus ad videndum claritatem tuam. Quis mihi hoc tribuat vt ad hoc me venire permittas? Scio Domine,scio & confiteor me indignum vt intrem subtectum tuum:sed fac propter honorem tuum, & ne confundas in te sperantem seruum tuum. Et quis intrabit in sanctuarium tuum ad considerandas potentias tuas,nisi aperias?Quis autem apetiet,si tu clauseris? Si destruxeris enim,nemo est qui ædificet.Et si incluseris hominem, nemo est qui aperiat.Si continueris aquas,omnia deficabuntur:& si emiseris eas,subuertent terram.Si omnia quæcunque fecisti ad nihilum redigas, quis contradicet tibi? Porro sempiterna bonitas misericordiæ tuæ, qua voluisti & fecisti omnia quæcunque voluisti, tu nos fecisti fabricator mũdi,rege nos:tu nos creasti,ne spernas nos, quia

D

quia opera tua sumus. Et quidem Domine Deus noster nos lutum & vermiculi non valemus in tuam æternitatem intrare, nisi tu induxeris qui de nihilo cuncta creasti.

INTVS. Super Ioanem. Qui venit ad me non eiiciam foras. Quale est illud intus vnde non exitur foras? Magnum penetrale, & dulce secretũ. O secretũ sine tædio, sine amaritudine malarũ cogitationum, sine interpellatione tẽtationũ & dolorum. Nonne illud secretum est quo intrauit ille, cui dicturus est Dominus. Euge serue bo. &c? Ibidẽ infra. Ideo illuc intrare debemus vt viuamus, non quasi nobis sufficere vt pereamus, non quasi de nostro satiari velle vt arescamus: sed os ad ipsum fontem ponere, vbi aqua non deficit. Quia voluit suo consilio viuere Adam, & lapsus est per eũ qui ante ceciderat per superbiam, qui ei calicem superbiæ propinauit. Intus ergo viuamus, intus bibamus, nõ extra per superbiam cadamus. Humilitas intromittit, superbia expellit. Lib. v. de baptismo contra Donatistas. Illa ineffabili præscientia Dei, multi qui foris videntur, intus sunt: & multi qui intus videntur, foris sunt.

INVIDIA. Diffinitur inuidia super Psal. ciiij. & Lib. 50. hom. homil. ij. Inuidia est odium fœlicitatis alienæ. Vnde infra subdit in eadem homil. Malitia malo delectatur alieno: inuidentia bono cruciatur alieno. Lib. xv. de ciuitate Dei, cap. vij. Hoc peccatum maximè arguit Deus, tristitiam de alterius bonitate. Differt autẽ inuidia ab æmulatione. super epistolã ad Gal. Ne quis sanè arbitretur hoc esse inuidiam quod est æmulatio: vicinæ enim sunt, & propter ipsam vicinitatem, plerũq; vtrumlibet horũ pro altero, vel æmulatio pro inuidia, vel inuidia pro æmulatione ponitur: ideo distinctionẽ de nobis flagitant. Nam æmulatio est dolor animi, cũ alius peruenit ad rem, quam duo pluresve appetebant, & nisi ab vno haberi non potest. Istam sanat pax, qua id appetimus quod omnes qui appetunt, si assequerentur, vnum in eo fiunt. Inuidia verò dolor animi est, &c. Oritur inuidia à superbia. Lib. iij. de verbis Domini serm. xvj. Inuidia filia est superbiæ, sed ista mater nescit esse sterilis, vbi fuerit continuo parit. Vt autem nõ sit in vobis, facite quod dicit Apostolus. Alterum existimãtes superiorem sibi, & honore mutuo præuenientes. Hoc si cogitaueritis, non eritis apud vos magni. Magis enim cogitare debetis quod vobis desit, quã quod vobis adsit. Quod habes, caue ne perdas: quod nondũ habes, supplica vt habeas. In quantis sis minor: tibi cogitandum est, nõ in quãtis sis maior. Si enim cogitas quantum præcessisti alterũ, time tumorem. Si verò cogitas quantũ adhuc tibi deest, ingemiscis: & cũ ingemiscis, curaris: humilis si eris, tutior ambulabis, nõ præcipitaberis, non inflaberis. Et vtinam possint omnes de vna charitate cogitare. Sola est enim quæ & vincit omnia, & sine qua nihil valent omnia. Et quæ vbicunque fuerit, trahit ad se omnia. Ipsa est quæ non æmulatur, quæ non inflatur. Lib. xj. super Genes. Cum superbia sit amor excellentiæ propriæ, inuidentia verò sit odium fœlicitatis alienæ, quid inde nascatur in promptu est. Amando enim quisquis excellentiam suam, vel paribus inuidet, quod ei coæquantur: vel inferioribus, ne sibi coæquentur: vel superioribus quia eis non coæquantur. Superbiendo igitur quisque inuidus est. Super Psal. centesimũ. Superbia est mater inuidiæ: non potest nisi generare hanc, & cũ illa semper esse. Omnis ergo superbus inuidus est: si inuidus est, malis alienis pascitur. Vnde Apostolus, Si mordetis & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem consumamini. Vnde hypocritæ sunt inuidi. super Psal. cxxxix. Qui falsi sunt iusti, necesse est vt inuideant veris iustis. Nemo enim inuidet alteri in eo quod non vult, vel esse, vel videri. Alius tibi inuidet q̃a diues es: aut diues vult esse, vt tibi inuideat, aut putari vult diues. Alius tibi inuidet, quia vel clarus es & nobilis: aut hoc esse affectat, aut hoc esse putari cupit: & sic omnia quæ putantur & videntur bona in sæculo, qđ quisque vel habere & in quo vult excellere, vel cuius rei famam captat, in eo tibi inuidet. Isti autem qui falsi iusti sunt, videri volunt iusti cum non sint, & necesse est vt quem viderint verum iustum, inuideant illi, & hoc cum illo agãt quomodo amittat vnde gloriatur. Inde veniunt omnes seductiones & supplantationes. Hoc prior ipse diabolus noluit, qui cadens stanti homini inuidit: & quia ipse amisit regnum cœlorum, hominem illuc peruenire noluit, & non vult, & id agit nunc, vt homo illuc non perueniat, vnde ille deiectus est: & ideo inuidus, quia superbus. Oritur ab ambitione honoris. Lib. xv. de ciuit. Dei. c. v. Primus terrenæ ciuitatis cõditor fuit fratricida Cain. Nam suum fratrẽ ciuem ciuitatis æternæ in hac terra peregrinantẽ, inuidentia victus occidit. Vnde mirandũ non est, quod tanto pòst in ea ciuitate condenda, quæ fuerat terrenæ ciuitatis caput futura, huic primo exemplo & vt Græci appellant ἀρχετύπῳ quędã sui generis imago respondit. Nam & illic, sicut ipsum facinus quidam Poeta commemorauit illorum,

Fraterno primi maduerunt sanguine muri. *Lucanus 1. Phar.*

Sic enim condita est Roma quando occisum Remum à fratre Romulo Romana testatur historia, nisi quod isti terrenæ ciuitatis ambo ciues erant, ambo gloriam de Romanæ reipublicæ institutione quærebant. Sed ambo eam tantam, quantam si vnus esset, habere non poterant. Qui enim volebat diuidendo gloriari, minus vtiq; dominaretur, si eius potestas viuo consorte minueretur. Vt ergo totam dominationem haberet vnus, ablatus est socius, & scelere creuit in peius, quod innocentia minus esset & melius. Hi autem fratres Cain & Abel non habebant inter se similem rerum terrenarum cupiditatem: nec in hoc alter alteri inuidit, quod eius dominatus fieret angustior qui alterum occidit, si ambo dominarentur. Abel quippe nõ quærebat dominationem in ea ciuitate quæ condebatur à fratre, sed inuidentia illa diabolica, qua

Cap. 13. Tom. III. — *Tom. VIII.* — *Tom. VIII.* — *Tom. V.* — *Collatio fratricidij Cain & Romuli.*

inuident boni mali. Nullo enim modo fit minor accedente seu permanente consorte possessio bonitatis: imò possessio bonitatis fit tanto latior quanto concordior indiuidua sociorum possidet charitas. Non habebit denique istam possessionem, qui eam noluerit habere communem: & tanto eam reperiet ampliorem, quanto amplius ibi potuerit amare consortem. Illud igitur quē inter Remum & Romulum exortum est, quēadmodum aduersus seipsam terrena ciuitas diuiditur, ostendit: quod autem inter Cain & Abel, inter duas ciuitates ipsas, Dei & hominū, inimicitias demonstrauit. Pugnant ergo inter se mali & boni. Item pugnant inter se mali & mali. Boni verò & boni si perfecti sunt, inter se pugnare non possunt. Proficientes autē nondúmq; perfecti ita possunt, vt bonus quisq; ex ea parte pugnet contra alterum, qua & contra semetipsum. Et in vno quippe homine caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Concupiscentia ergo spiritalis contra alterius potest pugnare carnalem, vel concupiscentia carnalis cōtra alterius spiritualem, sicut inter se pugnāt boni & mali: vel certè ipsæ concupiscentiæ carnales inter se duorum bonorum nondū vtiq; perfectorum, sicut inter se pugnāt mali & mali, donec eorum qui curantur ad vltimā victoriā sanitas perducatur. Et ideo contrariatur charitati. super primā canonicā Ioā. Vbi est inuidia, amor fraternus esse non potest: quia qui inuidet non amat. Peccatum diaboli est inuidia. Diabolus enim inuidendo deiicit. Decidit enim & statim inuidit. Non ideo voluit deiicere vt staret, sed ne solus caderet. Vnde in lib. de vera religione. Inuidia immane est vitiū qua necesse est torqueatur & subiiciatur, qui non vult in rebus temporalibus vinci. Non enim vincitur, nisi cui eripitur ab aduersario quod amat. Qui ergo id amat solū, quod amanti eripi non potest, ille indubitanter inuictus est, nec vlla cruciatur inuidia. Id enim diligit, ad quod diligendum & percipiendum quanto plures venerunt, tanto eis vberius gratulatur. Diligit enim Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & diligit proximū tanquam seipsum. Hæc nō potest amittere: quia neque in seipso ea diligit quæ oculis subiacent, aut vllis aliis corporis sensibus. Ergo apud semetipsum habet quem diligit tanquā seipsum. Propterea non debent esse inuidi Christiani. super Psal. lxxiij. Ama Deum gratis, nulli inuideas Deum, rape tecum quotquot potes, quotquot possessuri estis, non fit angustus, nullos in illo limites facietis: totū singuli posidebitis, & totū omnes habebitis.

Tract.5. Tom.IX.

Cap.45. Tom.I.

Cap.46.

Lib.50.hom.hom.xv.in fine. Qui inuidet, sic est quomodo tabes, quomodo vulnus, quomodo apostema. Non vis congaudere glorificato? Videt in te inuidiæ morbū cœlestis medicus, & præcidet te de suo corpore. Noli ergo inuidere de dono Dei, de virtutibus quas non habes, ne præcidaris à corpore. Congaude illi cui Deus aliquā gratiā donauit. Habet ille fortè virginitatē, A ama illum & tua est. Iterum tu habes fortè maiorem patiētiam, diligat te & sua est. Ille potest satis vigilare si non inuides, tuum est studium eius. Tu fortè potes amplius ieiunare: si amat te, suum est ieiunium tuū: quia per charitatē tu in illo es, & ipse in te est. Cognoscant inuidi omnes, quòd de aliorum etiamsi inimici eorum sint, tribulationibus gaudent: quia membra sunt putrefacta, abscisa & mortua, ideo non habent sensum: & cum descendunt ab aliis membris non sentient, quia sine sensu erūt. Sensus noster fratres, vna fides est, vna charitas, vna sanitas est. Teneamus fidē tāquā sensum, teneamus charitatem tanquā sanitatē. Et quamuis diuersa mēbra diuersa munera habeāt, si charitatis vnitate tenētur, omnia merētur ire post caput. Caput eñ nostrū in cœlo est, nos B hîc laboremus, & inuicem onera nostra portemus. Quò enim iuit caput, cætera membra itura sunt. Certè audistis Dominum clamasse de cœlo, Saule Saule quid me persequeris? Si Dominus saluator noster qui nullum peccatum habuit, tanto affectu nos peccatores amare dignatur, vt quod nos patimur se pati testetur: quare nos qui sine peccato non sumus, & qui peccata nostra per charitatem redimere possumus, non tam perfecto amore diligimus, vt si aliquid mali alius pertulerit, charitatis affectu compatiamur: & si quid boni aliusacceperit, quasi nosipsi accipiamus, ita gaudeamus, & pro illo qui accepit gratias Deo referamus? Ecce patitur aliquis tribulationem, aut damnum, si doles pro illo, in corpore Ecclesiæ cōstitutus es. Si enim ibi esses, sine dubio doleres. C Considerate, & diligenter attendite, quia tandiu dolet membrum, quandiu in corpore continetur. Si autē abscisum fuerit, nec dolere poterit, nec sentire. Cum enim manus aut aliud membrū fuerit abscisum à corpore, si totum corpus postea multis partibus diuidatur, manus illa non sentit, quia iam à reliquorum membrorum societate diuisa est atque disiuncta. Talis est Christianus qui de alterius aut damnis, aut afflictionibus, aut etiam morte, non solum non dolet, sed quod peius est, fortè etiam gaudet. Et quia iam est alienus à corpore, ideo affectum charitatis non tenet in corde. Nos autem si veram & perfectam charitatem volumus custodire, omnes sicut nosipsos studeamus diligere: vt quia caput nostrum Christus est, & membra eius esse meruimus, cum Christus apparuerit gloria nostra, D etiam & nos per concordiam charitatis, quasi vera & perfecta membra illius, absque vllo dolo malitiæ vel inuidiæ, omnes homines sicut nosipsos amantes, cum ipso mereamur apparere in gloria. Vnde inuidi non sunt beati. Libro nono. de ciuitate dei. cap. xiiij. Qui beati sunt, inuident nemini. Nam quid miserius inuidentia? In sermone de Iacob & Esau. Qui innocenter viuentibus inuident, faciunt peccata grauia, vnde illos punit Deus. De malignitate inuidiæ. super Ioannem, sermone quinto. Quid est inuidere? Horrendum malum. Ipso malo diabolus de

Tom.X.

in Christi Ecclesia tremitur.

Tom.

deiectus est. Ipso deiecto, deiecit multos, quia multum maligna pestis est. Lib.iiij. contra Donatistas, allegans Cyprianũ, in epistola de zelo & liuore. Zelare, inquit, quod bonum videas, & inuidere melioribus, leue apud quosdã & modicum crimen videtur. Hinc diabolus inter initia statim mundi & periit primus, & perdidit. Quale malum est, inquit, fratres dilectissimi, quo Angelus cecidit, quo circũueniri & subuerti alta illa & præclara sublimitas potuit, quo deceptus est ille qui decipit? Exinde inuidia grassatur in terris, dum liuore periturus magistro perditionis obsequitur, dum diabolum qui zelat imitatur, sicut scriptum est. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Imitãtur illum qui sunt ex parte eius. Libro de disciplina Christiana. Vitiũ diabolicum est inuidia, quo solus reus est, & inexpiabiliter reus. Non enim dicetur diabolo vt damnetur. Adulterium commisisti, furtum fecisti, villam alienam rapuisti, sed homini stanti lapsus inuidisti. Inuidia diabolicum vitium est, sed habet matrem suam. Superbia vocatur mater inuidiæ. Superbia inuidos facit. Suffoca matrem, & non erit filia. Refellitur inuidiæ suggestio. Libro de conflictu vitiorum. Inuidia dicit. In quo illo vel illis minor es? Cur ergo eis vel æqualis, vel superior non es? Quanta vales ipse quæ ipsi non valent? Non ergo tibi aut superiores, aut etiã æquales esse debent. Congratulatio fraterni profectus respondet. Si cæteros virtutibus antecellis, tutius in loco infimo quàm in summo temet ipsum cõseruas. Semper enim de alto peior fit ruina. Quod si tibi, vt asseris, quidam superiores vel æquales sunt: quid te lædit, quid te nocet? Caue prorsus ne dum aliis locum celsitudinis inuides, illum imiteris de quo scriptũ retines. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.

INVISIBILE. Libro vndecimo de ciuitate Dei. Visibilium omnium maximus mundus est. Inuisibilium omnium maximus Deus est. Sed de inuisibilibus, oportet nos credere eis qui ea viderunt in lumine Diuino. eodem Libro. De his quæ scire non possumus, testes requirimus: eísq; credimus, à quorum sensibus remota esse vel fuisse nõ credimus. Sicut ergo de visibilibus, quæ nõ videmus, eis credimus qui viderũt, atq; ita de cæteris, quæ ad vnumquenque sensum corporis pertinent: ita de his quæ animo ac mẽte sentiũtur, quia ipse rectissimè dicitur sensus, vnde sententia vocabulũ accepit, hoc est de inuisibilibus, quæ à nostro sensu interiore remota sunt, his nos oportet credere, qui hæc in illo incorporeo lumine disposita didicerũt, vel manẽtia cõtuentur. De eis diffusè loquitur quo ad Diuina. in epist.ij. ad Cõsentiũ. Habet fides oculos suos, quibus quodãmodo videt verũ esse quod nondũ videt: & quibus certissimè videt nondum se videre quod credit. Porrò autẽ qui vera ratiõe iam quod tantũmodo credebat intelligit, profectò præponẽdus est ei qui cupit adhuc intelligere quod credit: si autem nec cupit, & ea quæ intelligẽda sunt, credenda tantũmodo existimat, cui rei fides prosit ignorat. Nam pia fides sine spe. & sine charitate esse nõ vult. Sic ergo homo fidelis debet quod nondum videt credere, vt visionem & speret & amet. Et visibiliũ quidẽ rerũ pręteritarũ quę temporaliter transierũt, sola fides est, quoniã non adhuc vidẽda sperãtur, sed facta & trãsacta creduntur, sicut est illud quod Christus pro peccatis nostris mortuus est, & re. &c. Ea verò quæ nondum sunt, sed futura sunt, sicut nostrorũ corporũ resurrectio, ita credũtur, vt etiã vidẽda sperentur, sed ostendi modò, nullo possunt modo. Quædã verò sunt vt neq; pręterierint, neq; futura sint, sed ęterna permaneãt, partim sunt inuisibilia, sicut iustitia, sicut sapiẽtia: partim visibilia, sicut Christi immortale iã corpus. Sed inuisibilia intellecta conspiciũtur, ac per hoc & ipsa modo quodã sibi congruo vidẽtur. Et cũ vidẽtur, multo certiora sunt, quam ea quæ corporis sensus attingit. Sed ideo dicũtur inuisibilia, quia oculis mortalibus videri omnino nõ possunt. At illa quæ visibilia sunt pmanentia, possunt si ostendantur etiã his mortalibus oculis cõspici, sicut se discipulis post resurrectionẽ Dominus ostẽdit, & post ascẽsionẽ Apostolo Paulo & diacono Stephano. Proinde ista visibilia pmanẽtia ita credimus, vt etiã si nõ demõstrẽtur, speremus ea nos quãdoq; visuros: nec ea conamur ratione vel intellectu cõprehẽdere, nisi vt ea (quia visibilia sunt) ab inuisibilibus distinctius cogitemus. Et cũ cogitatione qualia sunt imaginamur, satis nouimus vtiq; ea nobis nota nõ esse. Nam & Antiochiã cogito incognitã, sed nõ sicut Carthaginẽ cognitã. Illã quippe visionem cogitatio mea fingit, hanc recolit: nequaquã tamẽ dubito, siue quod de illa testibus multis, siue quod de ista meis aspectibus credidi. Iustitiam verò & sapientiã & quicquid huiusmodi est, nõ aliter imaginamur, aliter cõtuemur, sed hæc inuisibilia simplici mẽtis atq; rationis intẽtione intellecta conspicimus, sine vllis formis & molibus corporalibus, sine vllis lineamẽtis signísq; membrorũ, sine vllis localibus finibus, sine spatiis infinitis. Ipsúmque lumẽ quo cuncta ista discernimus, in quo nobis satis apparet, quid credamus incognitũ, quid cognitũ teneamus, quã formã sensu corporis recordemur, quã cogitatione corporis fingamus, quid corporis sensus attingat, q̃d imaginetur animus simile corpori, quid certũ & omniũ corporũ dissimile intelligẽtia contempletur. Hoc ergo lumen vbi hæc cũcta diiudicãtur, nõ vtiq; sicut huius solis & cuiuscũq; corpori luminis fulgor per localia spatia circũquaq; diffunditur mẽtémq; nostrã quasi visibili cãdore illustrat: sed inuisibiliter & ineffabiliter, & tamen intelligibiliter lucet: támq; nobis certũ est, quã nobis efficit certa, quæ secundũ ipsum cũcta cõspicimus. Tria igitur cum sint genera quę vidẽtur, vnũ corporaliũ sicut hoc cœlũ & hæc terra, & quicq̃d in eis corporeis sensus cernit & tãgit. Alterũ simile corporalibus, sicut sunt ea q̃ spiritu cogitata imaginamur, siue re- *Rerum quæ vidẽtur genera tria.*

cordata oblata quare corpora contuemur, vnde sunt etiam visiones quæ vel in somnis, vel in aliquo mentis excessu, quasi localibus quãtitatibus ingeruntur. Tertium ab vtroque discretũ, quod neque sit corpus, neque habeat vllam similitudinem corporis, sicut sapientia, quæ mente intellecta conspicitur, in cuius luce de his omnibus veraciter iudicatur: in quo istorum credendum est genere esse istam quam nosse volumus trinitatẽ?

Et infra subdit. Sic est inuisibilis trinitas vt nõ mente videatur, multo minus de illa huiusmodi opinionem habere debemus, vt eam corporalibus, vel corporalium rerum imaginibus similem esse credamus. Non enim corpora pulchritudine molis aut magnitudine superat, sed dissimilitudine ac disparilitate naturæ: & si discreta est à comparatione bonorum animi nostri, qualia sunt sapientia, iustitia, charitas, castitas, &c. talia, quæ profecto non mole corporis pendimus, nec eorum quasi corporeas formas cogitatione figuramus, sed ea quando rectè intelligimus, sine aliqua corpulentia vel similitudine corpulentiæ in luce mentis aspicimus, quanto est ab omniũ qualitatum & quantitatum corporalium comparatione discretior, non eam tamen à nostro intellectu omnino abhorrere Apostolus testis est, vbi ait. Inuisibilia enim eius à constitutione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciũtur, sempiterna quoque virtus eius ac Diuinitas. Ac per hoc cum eadem trinitas fecerit & corpus & animam, sine dubitatione est vtroque præstãtior. Anima ita considerata, maximè humana & rationalis atque intellectualis, quæ ad eius imaginem facta est, si cogitationes & intelligẽtias non euicerit, sed eius quod præcipuum habet, id est, ipsám mentem atque intelligentiam, mente atq; intelligentia potuerimus apprehendere: non erit fortassis absurdum, vt eam quoq; ad suum creatorem intelligendum, ipso adiuuante meditemur attollere. Si autem in seipsa deficit, sibique succumbit, pia fide contenta sit quandiu peregrinatur à Domino: donec fiat in homine quod promissum est, faciente illo qui potens est facere supra quam petimus aut intelligimus.

INVOCARE. Quid sit inuocare Deum. super psalm. xxx. sermone iij. Inuocas Deum, quando in te vocas Deũ. Hoc est illũ inuocare, illum in te vocare, quodammodo eum in domum cordis tui inuitare. Non auderes autem tantum patremfamiliâs inuitare, nisi nosses ei habitaculũ præparare. Si enim dicat tibi Deus. Ecce inuocasti me, venio ad te, quò intrabo? Tantas sordes conscientiæ tuæ sustinebo? Qualiter inuocandum. super psal. septuagesimũ quartũ. Inuocationem præcedit confessio: quia quem inuocas, inuitas. Venire autem non vult inuocatus, si tu fueris elatus. Elatus si fueris, confiteri non poteris, nec ea negas Deo, quæ nescit. Itaque confessio tua non illum docet, sed te mundat. In sermone de virginibus. Quid prodest voce inuocare, quẽ operibus negas? Vnde malè inuocat auarus. super psalm. trigesimum. Inuocas Deum auare,

Conc. 3. Tom. VIII.

Tom. VIII.

A vt det tibi lucrum. Lucrum ergo inuocas, non Deum. Quia hoc lucrum quod concupiscis, non potes habere per seruum tuum, non per colonum tuum, per clientem tuum, per amicum tuum, per satellitem tuum, inuocas Deum, ministrum lucri tu facis Deum. Vıluit tibi Deus. Vis inuocare Deum? Gratis inuoca. Auare an parum est tibi, si te impleat ipse Deus? Deus si ad te veniat sine auro & argento, non vis illum. Quid ergo tibi, de iis quæ fecit Deus, sufficit, cui Deus ipse non sufficit? Super psalm. quinquagesimum secundum. Deum non inuocauerunt. Deus enim gratis se vult coli, gratis se vult diligi. Hoc est, castè amari: non propterea se amari, quia dat aliquid præter se, sed quia dat

B se. Qui ergo inuocat Deum vt diues fiat, Deum non inuocat, hoc inuocat quod vult ad se venire. Quid enim est inuocare, nisi vocare in se? In se ergo vocare, hoc est inuocare. Nam cum dicitur, Deus da mihi diuitias: non vis vt ipse Deus veniat ad te, sed vis vt diuitiæ veniant ad te. Quod vis vt ad te veniat, hoc inuocas. Si autem Deum inuocares, ipse ad te veniret, ipse esset diuitiæ tuæ. Nunc autem vis habere arcam plenam, & inanem conscientiam. Deus non implet domum, sed pectus. Quid tibi prosunt exteriores diuitiæ, si te interior premit egestas? Ergo isti propter sæcularia commoda, qui propter terrena bona, qui propter vitam præsentem & terrenam fœlicitatem inuocant Deum, non inuocant Deum. Propterea sequitur ibi. Timuerunt timore vbi non erat timor. Nunquid enim timor

C est, si quis perdat diuitias? Non est ibi timor & ibi timetur. Si quis autem perdat sapientiam, verè timor est, & ibi non timetur. in dubium veniunt pecunia & fides, quæ pretiosior est? Ibi grauius damnum timendum est. Tu autem vt aurum teneas, fidem perdis: grauiori damno percuteris, & tu de lucro lætatus es. Ibi timuisti, vbi non erat timor. Sed perde pecuniam, ne fidem perdas. Tu autem reddere pecuniam alienam timuisti, & fidem perdere voluisti. Martyres autẽ non alienam tulerũt, sed etiam suam ne fidem perderent contempserũt. Et parum fuit eis perdere pecuniam, quando proscripti sunt, quãdo passi sunt perdiderunt & animam suam. Perdiderunt animam suam, vt in vitam æternam inuenirent eam. Ergo ibi timuerunt, vbi timendum est.

D IOB. Cur fuit & quando. Libro decimo octauo de ciuitate Dei, capit. quadragesimo sept. Ipsos Iudæos nõ existimo audere cõtendere, neminem ad Deum pertinuisse præter Israëlitas, ex quo propagatio Israel cœpit esse, reprobato eius fratre maiore. Populus enim reuera, qui propriè populus Dei diceretur, nullus alius fuit. Homines autem quosdam, non terrena, sed cœlesti societate ad veros Israelitas supernæ ciues patriæ pertinentes & in aliis gentibus fuisse negare non possunt: quia si negant, facillimè conuincuntur de sancto & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec proselytus, id est, aduena populi Israel fuit. Sed ex gente Idumea genus ducens, ibi

Tom. VII.

Tom.

ibi ortus, ibidem mortuus est: qui Diuino sic laudatur eloquio, vt quod ad iustitiam pietatémque pertinet, nullus ei homo suorum temporum coëquetur. Quæ tempora eius quamuis nô inueniamus in chronicis, colligimus tamen ex libro eius, quem pro sui merito Israëlitæ in authoritatem canonicam receperunt, tertia generatione posteriorem fuisse quam Israël. Diuinitus autē prouisum fuisse non dubito: vt ex hoc vno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse, qui secundum Deum vixerūt, eique placuerunt, pertinentes ad spiritualem Hierusalem. Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui Diuinitus reuelatus est vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui venturus in carnem sic antiquis sanctis pronuntiabatur, quemadmodum nobis venisse nūtiatus est. De eius tētatione. super psal. centesimum. Petiuit diabolus Iob tentandū quærens à Deo escam, & accepit à Deo tentandum, non opprimendum: purgandum, non euertendū: aut fortè nec purgandum, sed probandum. De eius vitæ perfectione. Libro de perfectione iustitiæ hominis. Non reprehendit Iob cor eius in vita sua, quando reprehendit peccatum quod habitat in membris eius. De eius significatione. in sermone primo de aduentu ad iudicium. Iob autem quia & vxorem habuit & filios, amplas terrenarum rerum copias, ad illud genus pertinet, qui actiua vita sunt: non tamen vt sint fortissimi in tentationibus, sicut ille fuit. In serm. de excidio vrbis Romæ. Audiuimus librum sancti Iob, quod perditis rebus & filiis, nec ipsam carnem, quæ illi sola remansit, saluam potuit obtinere: sed percussus vulnere à capite vsque ad pedes, sedebat in stercore putrescens vlcere, sanie affluens, vermibus scatens, & tormentis acerbissimis dolorū cruciatus. Puto quod mitius in carnem humanam ferrum sæuiret, quam vermes: tolerabilius enim de vulneribus cadaueris sanguis erumperet, quam de putredine sanies distillaret. Cadauer corrumpi respicis & horrescis: sed ideo minor pœna, imò nulla pœna, quia absens est anima. At verò in Iob præsens anima quæ sentiret, ligata ne fugeret: subiecta vt doleret, compuncta vt blasphemaret, sustinuit tamen tribulationem, & reputatum est ei ad magnam iustitiæ probationem. Non ergo quisquam attendat quid patiatur, sed quid faciat homo: in eo enim quod pateris, voluntas tua non est: in eo quod facis, voluntas tua vel nocens, vel innocens est. Patiebatur Iob, stabat mulier relicta sola, non ad consolationem, sed ad tentationem: non quæ afferret medicinam, sed quæ induceret ad blasphemiam. Dic, inquit, aliquid in Deum, & morere. Mors enim illi beneficium erat, & tamen tale beneficium nemo illi dabat: sed in iis omnibus quæ sancta illa anima sustinebat, patientia exercebatur, fides probabatur, mulier confundebatur, & diabolus vincebatur. Spectaculum magnum, & in illa fœditate putredinis, præclara pulchritudo virtutis. Vastat latenter inimicus, apertè malum suadet inimica: adiutorium diaboli, non mariti. Eua

A noua, sed iste non vetus Adam. Tanquam, inquit, vna de insipientibus mulieribus loquuta es. Attendite verba fortis fidelis, attendite verba foris putrescentis, sed integri intus. Si bona, addit, suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustinemus? Pater est Deus. Nūquid amandus blandiens, & respuendus corripiēs? Ipse est pater promittens aliam vitā, & in ista imponens disciplinā.

IVCVNDITAS. Quando erit perfecta. super psalm. xcix. Plena & perfecta iucunditas erit, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem: tunc erit perfecta lætitia, tunc laus sine defectu, amor sine scādalo, fructus sine timore. Super psalm. cxxxvj. Ibi est summa iucunditas vbi Deo fruimur, vbi de fraternitate cohęrente, & ci- *Tom. VIII.*
B uica societate securi sumus. Nullus ibi vos violabit tentator, nullus vel ad aliquam illecebrā percellerę poterit, nihil ibi delectabit, nisi bonum. Morietur ibi omnis necessitas, orietur ibi summa fœlicitas. Vnde dixerat, super psalm. nonagesimum nonum. Seruite Domino, non in amaritudine murmurationis, sed in iucūditate dilectiōis.

IOANNES baptista. De causa eius aduentus, in sermone de natiuitate eius. Præmissus est Ioannes ante Christum, velut vox ante verbum, lucerna ante solem, seruus ante dominum, præco ante iudicem, amicus ante sponsum. Et quia vniuersum mundum peccatorum tenebræ & nox infidelitatis oppresserant, & solem iustitiæ accipere non valebant, beatus Ioannes quasi lucerna præmittitur, vt cordis oculi qui lippitu-
C dine iniquitatis oppresi, magnum & verum lumen videre non poterant, ad lumen lucernæ, primum quasi tenuē splendorem videre consuescerent, vt paulatim peccatorum nubilo remoto, infidelitatis humore digesto adueniente Christo ab illo cœlesti lumine lætificari possent potius quam torqueri. Pro celebrādo die natalis eius. in serm. x. eiusdem diei. Quia beati præcursoris hodie natalitia celebramus, oportet vt quem salutis æternæ præconem suscepimus, hunc etiam nostræ orationis adiutorem quæramus: ipsúmq; intercedendo rogemus impetrare, vt ad Deum cui testimonium perhibuit, lucem, vitam, & veritatem peruenire mereamur Iesum Christum.
Serm. 2. & ord. serm. de sanctis 21. Tom. X.

Sed in serm. supradicto. Tūc pro nobis beatus Ioannes quicquid petierit obtinebit, si nos festi- *Serm. 2.*
D uitatem suam pacificos, sobrios, sanctos, & absq; vllo turpiloquio cognouerit celebrare. De eius admirabili in vtero exultatione. in sermone tertio eiusdem diei. Videamus fratres quemadmodum Ioannes peruenit prius ad cœlū quam tangeret terrā. Ante accepit Diuinum spiritum quam humanū. Ante Diuina munera quam corporis membra. Ante cœpit viuere Deo quam sibi. Imò ante vixit illi Deus, quam ipse viueret sibi. Non ante vixit ille Deo, quam Deus viueret illi. Iuxta illud Apostoli. Iam non ego viuo, sed viuit in me Christus. Sexto, inquit, mense suæ matris exultat in vtero, & in vtero virginis venisse nuntiat Christum. Ferués *Ser. ord. 22.* *Gal. 2*

nunt

nuntius, qui ante gestiuit nuntiare quam viuere. Impatiens dux, qui antequam perueniret ad corpus, peruenit ad regem: ante arripuit arma quam membra, ante acie petiit quam lucem, & vt vinceret mundum, vicit ante naturam. Ipse enim sine visceribus viscera matris exsuscitat, & quia tardabat corpus, solo spiritu implet Euāgelizantis officium. Quid dicam fratres? Ioannes antequā Christum præcederet, seipsum præcessit. Patris, matris, filij corda vnus atque idem implet Spiritus sanctus, vt vno sanctitatis organo resonet natiuitatis Dominicæ cantilena. Vnde Libr. de præsentia Dei ad Dardanum. Exultatio beati Ioannis baptistæ in vtero, & tanquā matri Domini reddita salutatio, sicut solēt miracula fieri, facta est Diuinitus in infante, non humanitus ab infante. Quanquam etiam si vsqueadeo est in illo puero acceleratus vsus rationis, & voluntatis, vt intra viscera materna iam posset agnoscere, credere, consentire, quod in aliis paruulis ætas expectatur vt possint, etiam hoc in miraculis habendū est Diuinæ potētiæ, non ad humanæ trahendum est exemplar naturæ. Nam quando Deus voluit, etiā iumentum mutum rationabiliter est loquutum. Nec ideo sunt admoniti homines in deliberationibus suis, etiam asinina expectare consilia. Quocirca nec quod factum est in homine contemno, nec inde regulam quid sentiendum sit de paruulis figo: imò id in illo mirabiliter propterea prædico, quia in aliis nō inuenio. De natiuitatis tempore, in sermone vigesimo secundo eiusdem diei. vt baptistā Ioannem hodie natum esse semper doceam, ianuas temporum & metas breuiter explicabo. Duo sunt anni solstitia, æquinoctiis duobus interpositis separata. Vnum solstitium hodie geritur. Alterum autē, octauo calend. Ianuar. Dies natalis Domini similiter celebrat. Aequinoctiū verò vnū est, octauo calend. Octobriū die. Alia, octauo calēd. Aprilium reperitur. His ergo quatuor anni cardinibus constitutis, Ioannes, & Dominus noster Iesus Christus, sic æquinoctiis concepti sunt, vt solstitiis simul nascerentur. Vtriusque autem conceptum, natiuitas indicat singulorum. Nam Ioannes hodie natus, octauo calēd. Octobrium die, videtur esse conceptus. Christus autem filius Dei, octauo calend. Aprilium verbo maritante conceptus est: vt octauo calēd. Ianuar. die, legitimè nasceretur. Tēpora etiā obsequuntur naturæ pro meritis singulorum. Ioannes cum dies inchoat minui, natus est: vt Christus filius Dei cum dies crescere incipit, nasceretur. Eodem Ioanne dicente. Ipsum quidem oportet crescere, me autem minui. Causa quare eius natiuitas debeat celebrari. in sermone quarto natiuitatis eiusdem. Ioannis baptistæ natalem hodie celebramus. Qua prima re proposita occurrit quæstio non prætereunda, quare natalem quo est ortus ex vtero Ioannes potius celebramus, quam cuiuslibet Apostoli, vel martyris, vel Prophetę, vel Patriarchæ. Si interrogemur, quid respondebimus? Quantum mihi videtur, quantum mearum viriū mediocritati occurrit, hæc causa est. Discipuli Domini nati sunt, & per ætatis accessum ad annos capaciores perducti, in discipulatū assumpti sunt. Illorū postea fides Domino adhæsit, sed nullius eorum natiuitas Christo militauit. Recordemur & prophetas, recolamus Patriarchas, nati sunt vt homines, ętatis accessu impleti Spiritu sancto, prophetarunt Christum. Nati sunt vt postea prophetarēt: Ioannes autem Dominum Christū ipsa natiuitate sua prophetauit, quem cōceptum ex vtero salutauit. Quomodo fuit ab Angelo annūtiatus. in sermone decimo octauo eiusdem diei. Venit Angelus ad Zachariam, non ad Helizabeth. Quare? Quia Ioannes per Zachariā futurus in Helizabeth. Ergo Angelus annuntians venturum Ioannem nascendo nō venit ad exceptionem ventris, sed ad fundentem semen. Nuntiauit amborum futurū filium, sed patri nuntiauit. Venturus enim erat de connubio masculi & fœminę. Ecce iterum ipse Gabriel venit ad Mariā, non ad Ioseph, ex qua Maria erat caro Christi initiū habitura. In serm. vigesimo eiusdē diei. Ait ille, vnde hoc sciam cum sim senex, &c. O beate Zacharia, ipsa est fides tua, ac venerandi sacerdotij tui? Non credis nuntio loquenti? Crede Angelo cœlesti ministro. Accommoda nuntio fidem, si non vis perdere vocem. Ecce vbi incurristi perfidiæ noxam, statim accepisti in ostio linguæ catenam. Hic Angelus gaudium portat & vinculum fidem obseruat & vocem. Si credideris, gaudium meruisti. Si non credideris, gladium incurristi. Et ibidē infra. Adest igitur præclara dies, in lucem partus effunditur, ambigitur de vocabulo, interrogatur pater qui loqui non poterat. Postulat pugillares vt scribat vocabulum Ioannis, & mox nodus disrumpitur vocis, & vt nato filio nomen imponatur, vocis ianua quæ clausa fuerat, aperitur. Et cui incredulitas linguam fecerat mutam, natiuitas filij reddidit absolutam, loquendi quoque contulit beneficium, & taciturnitatis soluit silentium. Vox verbum præcessit, lucerna solem antecessit. Gignitur vox ex sterili sene, verbum nascitur ex purissima virgine. Hic in antiquis visceribus creatus, vigorem reparat iuuenilem. In virginalibus membris Christus nascitur, & naturalem dissipat legem. In Helizabeth viuidus calor accessit, in Maria virgine feruor iuuenilis abscessit, & Spiritus sanctus refrigerans introiuit. Nascitur ante Dominum seruus, quoniam ante iudicem præco excurrit. Seminum sterilium copula ædidit in mundo Ioannem, virginalis autem integritas sæculo protulit saluatorem. Sed in matre Ioannis infusa carnalitas, in matre verò Christi, Spiritus sancti est operata maiestas. Celebremus ergo hunc diem, non prophanis ritibus Paganorum, sed tranquilla deuotione fidelium. De causa quare debeat mira videri. in sermone quarto eiusdē diei. Hoc in laudibus Ioānis tacendum minime videtur, quod nondum natus iam Prophetat, & adhuc materni vteri finibus cōstitutus, cognouit aduētū Christi: & quod voce nō poterat, gaudiis confitetur. Dicit eñ Helizabeth ad beatā virginē. Simul vt

Marginal notes: *Tom. II. Epist. 57.* — *Exultatio Ioanis in vtero matris.* — *Io. 3.* — *Ord. 23.*

vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit præ gaudio in vtero meo. Exultat ergo Ioannes antequam nascatur, & priusquã oculis mundi ambitum recognoscat, iam spiritu mundi Dominum recognoscit. In serm. iij. eiusdẽ diei. Vox sterilitatis fuit, reuiuiscit senectus, fides concipit, parit castitas, nascitur maior hominum, par Angelis, tuba cœli, præco Christi, arcanũ patris, filij nuntius, signifer superni regis, peccatorum venia, Iudæorum correctio, vocatio gentiũ, & vt propriè dicam, legis & gratiæ fibula quæ diploidem summi sacerdotis sancto pectori iungebat in corpore. Ibidem. Et probatur maior homine, qui ortu suo excedebat legem natiuitatis humanæ. In sermone decimo supradicto. Videte fratres dilectissimi sancti baptistæ meritũ. Vocem patri reddidit, sacerdotis eloquentiã reparauit. Videte inquam meritum. Os quod Angelus alligauit, Ioannes absoluit. Quod Gabriel obstruxerat, paruulus reserauit: quãquam & ipse sit Angelus, sicut scriptum est de eo. Ecce mitto Angelum meum, &c. Et respicite igitur in Ioanne quanta sit virtus eius vocabuli, cuius nuntiatio reddidit in vtero vocem, patri pietatem, populo sacerdotem: prius enim erat tacens lingua, sterilis filio, priuatus officio. At vbi Ioannes nascitur, fit repente propheta, pontifex loquelæ vsum recepit, prolẽ affectu suscepit sacerdotiũ, ministerio recognoscit, ergo tanta vis sit huius vocabuli, dicturi de eo & si loqui non valemus, silere non possumus. Vnde in quinto sermone eiusdem diei. O beata mater, quæ talem portauit, qui Dei filium præcurrens nuntiauit, atque baptizauit. Caruit sterilitatis opprobrio, quia genuit filium de cœlo promissum, qui mundi diuitias contemnens, cœlestia regna quæsiuit. Differt tamen eius natiuitas à Christi natiuitate. Libro quinquagesimo Homil. Homil. quadragesima quarta. Ioannes & Christus ambo mirabiliter nati, præco & iudex, lucerna & dies, vox & verbum, seruus & Dominus. De sterili seruus, de virgine Dominus. Ipse Dominus fecit sibi seruum in vtero sterili, de sene patre, & de anicula matre: & ipse Dominus fecit sibi carnem in vtero virginis, sine homine patre, qui primum fecit hominem sine patre & matre. Quo nemo surrexit inter natos mulierum maior. Tam magnus visus est Ioannes, vt à nonnullis etiam Christus putaretur: nec in superbia alienum est sequutus errorem, nec ausus est dicere. Sum quod putatis: sed quod bonum erat ei, se agnouit, vt ad pedes Domini, & ad corrigiam calciamenti, seruus humiliaretur, ne vento superbiæ lucerna extingueretur. Denique quia in magno sacramento natus est Ioannes, ipsius solius iustè Ecclesia natalem diem celebrat, & natalis Domini celebratur, sed tanquam Domini. Date mihi aliũ seruum præter Ioannem inter Patriarchas, inter Prophetas, inter Apostolos, cuius natalem diem celebret Ecclesia Christi? Passionum dies seruis plurimis celebramus, natiuitatis diem nemini nisi Ioanni. Audistis enim quando Euangelium legebatur, qui ordo fuerit amborum nascentium, præcursoris & dominatoris, præconis & iudicis, vocis & verbi. Angelus Gabriel nuntiat Ioannem, idem ipse Angelus Gabriel nuntiat Dominum Christum. Præcedit ille, præcedit obsequendo, sequitur iste regendo. Sequitur enim nascendo, antecedit regendo, quia & ipsum Ioannem creauit Christus & creator & creatus. Creator ante matrem, creator matris, creatus in matre.

Ibidem infra. Verum interest plurimũ in matribus, quod illa virgo, ista mulier sterilis, illa de Spiritu sancto pariens filium Dei Dominum nostrum, ista de viro suo sene pariens præcursorem Domini. In sermone decimo septimo eiusdẽ diei. Interea etiam virgo accipit & hoc sublime miraculum longéque præstantius. Concipit sterilis præcursorem, virgo iudicem. Ioannes de masculo & fœmina, Christus de sola fœmina. Et ideo in sermone septimo de eius natiuitate. Vt se Christus Ioanni præponeret ait. Qui minor est in regno cœlorũ maior est illo. Se dixit maiorẽ & minorem. Minor nascendo, maior dominando. Post eum natus est Dominus in carne, sed de virgine ante illum aut in principio, erat verbum.

Vnde de Ioannis sanctitate. super Ioannẽ, tractatu quarto. Tanta excellentia erat in Ioanne, vt posset credi Christus, & in eo probatur humilitas eius, quia dixit se non esse, cum posset credi esse. In sermon. decimo tertio natiuitatis eiusdem. Hinc magnitudo Ioannis maximè cõmendatur, quia cũ posset putari Christus, maluit Christo testimonium perhibere. Illum commendare maluit & se humiliare, quam pro illo accipi, & à se decipi. In sermone natiuitatis eiusdem. Pręcellit cũctis, eminet vniuersis, antecedit Prophetas, superegreditur Patriarchas, & quisquis de muliere natus est, inferior est Ioanne. In sermone secundo eiusdem diei. Dum nemo illo maior inter natos mulierum, datur ergo intelligi quod Ioannes humanorum fuit mensura meritorum.

In sermone decimo sexto eiusdem diei. In natis mulierum non surrexit maior Ioanne baptista, non vtique maior statura corporis, sed gratia participatæ sapientiæ, gratia participatæ salutis.

Sed quod similis Heliæ. in sermone tertio de decollatione eius. Impletum videmus in Ioanne quod & de illo Angelus Zachariæ priusquam nasceretur prædixit, quia præcedet ante Dominum in spiritu & virtute Heliæ. Ambo nanque in abstinentia viuentes, & ambo habitu inculti, ambo in solitudine degentes, ambo præcones veritatis, ambo regis & reginæ propter iustitiam persequutionem perpessi sunt. Ille Achab & Iezabel, iste Herodis & Herodiadis. Ille ne ab impiis occideretur, est igneo curru raptus in cœlum: iste ne ab impiis vinceretur, perfecto martyrij certamine, spiritu cœlestia regna petiuit. Angelorum vtique subuectus auxilio, de quibus scriptum est, Currus Dei decẽ millia multiplex lætantium, Dominus in illis. De eius Prophetia. in sermone primo de eius natiuitat. Merito inter cæteros Prophetas maior appellatur Ioãnes, qui non

Tom. IX.

Ser. 2. ord. 21.

non solum Christum prophetauit & manifestauit, sed etiam baptizauit. Maior Ioannes baptista homine est, vt tamen non sit discipulus supra magistrum, neque seruus supra dominũ. Inter natos mulierum non surrexit maior, vt signum sit mulierũ. Nã qui ex virgine natus est, redẽptor mundi, & Dominus est. Sed quare vox, in sermone xxj. eiusdem diei. Vox clamantis in deserto. O vastum sæculi desertum. O formidolosa vbique viatoribus solitudo. Nullus nanque iam Hebræam terram Patriarcha, nullus Propheta calcabat. Patulæ enim fauces. Leuiatan ad perniciem Iudæorum paratæ, itinera cruenta seruabant, in quibus sæpe multos iustos ad se missos, veridicósque vates, lapidibus oppresserant. Vniuersa etiam gentium terra, sine rege Christo, sine agricola verbo, in fœcũdis linguis, & duris cordibus, tanquam lapidibus abundabat, transecãt eos, vndique syluæ vitiorum atq; crescentium ex se criminum, & aspera facies spinosæ fœditatis horrebat. Non illa falcem legis senserat, non ibi vomer cœlestis agricolæ sulcos semitæ rectioris induxerat. Nullum semen gratiæ spiritalis fœcunda manus sparserat, sed sicut canitur in psalmis, terra erat deserta, & sine via, & sine aqua. Non enim apud gentes antea, aut aqua erat, aut via, vbi homines falsus error incerta confusáque varietate fallebat, vbi nullus imber indulgentiæ ardentia scelera vndis succurrentibus restringebat. In hac ergo eremo Iudæorum seu gentium, sententiosa vox clamantis, præco imminentis iudicis venit, saluatorem & ipse occidendus annuntians, homines ad viam disciplinæ melioris exhortans, Parate, inquiens, viam Domino, rectas facite semitas eius. De officio vero baptismi, in sermon. eiusdem diei. Factus est Deus homo, à quo factus est homo. Vide ergo quæ potestas, quę maiestas, quę sublimitas, quæ cum patre æqualitas. Venit propter nos ad indumentum formæ seruilis, intellige illam à magistro tanto humilitatis viam: quia plus est quod voluit homo fieri, quam quod voluit ab homine baptizari. Baptizat ergo Ioannes Christum, seruus Dominum, vox verbum, creatura creatorem, lucerna solem. Sed de eius humilitate, in serm. eiusdem. Potuit credi Christus: Imò iam ab eis qui eius magnitudinis gratia fallebantur, credebatur Christus, & in illo errore moreretur, nisi ab illo cõfitente corrigerentur. Respondet ergo putantibus, & ait. Non sum ego Christus. Tanquam si diceret, in honorẽ meum ita fallimini, & certe mihi hoc putando magnam additis laudẽ, sed ego me debeo agnoscere, vt vobis errantibus ille posit ignoscere. Si enim quod non erat fallaciter putaretur, ab illo qui erat, veraciter amputaretur. Ibidem infra. Vide Ioannem confitentem se Christi discipulum. Vide illum inter discipulos, & tanto certiorem, quanto humiliorem: tanto humiliorem, quanto maiorẽ. Vide illum facientem quod scriptum est. Quanto maior es, humilia te, &c. Iam dixit non sum dignus corrigiam calciamenti soluere: sed non in hoc discipulum se monstrauit. Qui de cœlo, in-

Serm.4.

Ser.4.ord.23

Nusquam in præfato sermone.

A quit, venit super omnes est. Nos autem omnes de plenitudine eius accepimus. Ergo & ipse inter discipulos erat. Audi apertius se facientem discipulum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi stat & audit eum. Ergo discipulus est, qui stat & audit magistrum. Stat, & audit eum, & ideo stat, quia audit eũ. Stat & audit eum, quia si non audit, cadit. Meminit huius psalmi. Auditui meo dabis gaudium, & letitiam, & exultabũt ossa humiliata. Quid est Auditui meo? Audire illum, non audiri velle pro illo. Ideo subiunxit. Exultabunt ossa humiliata. Quare? Quia franguntur elata. Nullus ergo sibi seruus potestatem Domini assumat gaudeat se esse in familia. Et si est præpositus, præparet in tempore seruis cibaria: sed vnde & ipse viuat, non vt de ipso illi viuant.

B Nam quid est proferre in tempore cibaria, nisi Christum proponere? Nam idipsum vt esset ipse Christus, hoc est, cibaria iumentorum suorum, natus, in præsepio positus est. Super Ioannem, tractatu quarto. Nihil est humilius isto præcone. Fratres mei, nullum tantum meritum Ioãnes habuit, quam de ista ipsa humilitate, quid cum posset fallere homines & putari Christus, & haberi pro Christo: tantæ enim gratiæ, tãtæq; excellentiæ fuit: confessus est tamen aperte & dixit. Non sum ego Christus. Super psal. quintũ. Ioannes baptista, dans gloriam magistro suo cum Christus putaretur, & ex eo superbire posset & se extendere, non enim ipse se dixerat Christum, sed poterat accipere hominum errorem hoc putantium, vltro istum honorem deferre volentium.

C Sed respuit falsum honorem, vt inueniret veram gratiam. De eius morte & mortis causa. in sermone secundo, de eius natiuitate. Beatus Ioannes plena & perfecta libertate, maluit iniusta sustinere, quam iusta non dicere. In sermone quarto eiusdem diei. In sancti ac beatissimi Ioannis laudibus, cuius natalem hodie celebramus, quid potissimũ prædicem, nescio: vtrum quod mirabiliter natus sit, an quod mirabilius sit occisus? Natus est enim in Prophetia, in veritate peremptus est. Nascendo annuntiauit saluatoris aduentum, moriendo condemnauit Herodis incestum. Vir enim sanctus & iustus, & qui præter communem hominum natiuitatẽ ex repromissione generatus fuerat, hoc ideo meruit, ne communi morte cum cæteris de sæculo discederet:

D sed corpus quod Deo donante susceperat, Deo consecrãdo deponeret. Ergo Ioannes per omnia voluntatem Dei fecit, quia propter opus Dei damnatus est & occisus. In sermone primo de decollatione eiusdẽ. Ecclesia Christi non ambigit, quod martyr sit Ioannes, quia decollatus est. Non enim facit martyrem pœna sed causa. Vnde dicimus eum martyrem esse? Quia offendit potentem mulierem, quia de re dicendo verum, veritate odium meruit, & odium merendo ad passionem coronámq; peruenit. Hi sunt fructus sæculi. Saltat luxuria, & damnatur innocentia: sed ab hominibus malis, à Deo autẽ coronatur. Nemo ergo dicat. Nõ possum esse martyr: quia persequutio

Tra.

Tr.

sequutio non est Christianis. Audis quia Ioannes martyrium tulit vera dicendo, & si verum consideras, pro Christo mortuus est, qui est veritas. Si Christus est veritas, pro Christo patitur, quisquis pro veritate damnatur, & legitimè coronatur. In sermone tertio eiusdem diei. Meritò memoriam illius cum spirituali gaudio veneramur, qui dum testimonium Deo perhibuit, martyrij signaculo conclusit. Neque enim dubitandum est, quia beatus Ioannes pro redemptoris nostri quem præcurrebat testimonio, carcerem & vincula sustinuerit, & pro ipso animã posuerit, cui non est dictum à persequutore vt Christum negaret, sed vt veritatem reticeret: & tamen pro Christo occubuit, quia Christus est veritas: ideo vtique pro Christo, quia pro veritate sanguinem fudit. Et cui nasciturо & baptizaturo, prius nascendo, prædicando, ac baptizãdo testimonium perhibebat, hũc etiam passurũ, prior ipse patiendo signauit. In sermone decimo sexto, de eius natiuitate. Legimus Ioãnem passum martyrium pro veritate. Nunquid non pro Christo? Non pro Christo, si non est veritas Christus. Non omnino pro eius nomine, sed tamen pro ipsa veritate. Neque enim inde decollatus est Ioannes, quia confessus est Christum: sed monebat iustitiam, & nos prędicamus Christum Dei virtutem & Dei iustitiam. Et infr. Illum oportet crescere, me autem minui. Ille enim creuit in ligno, hîc autẽ diminutus est in ferro. Loquutæ sunt hîc passiones, hîc etiã mysterium loquuntur & dies. Nascitur Christus & dies augetur, nascitur Ioannes & dies minuitur. Minuatur ergo honor hominis, & augeatur honor Dei: vt honor hominis inueniatur in honore Dei. In sermone vij. de eius decollatione. Videamus si ipse Ioannes, qui parare Domino viam iubet, ipse viam præparauerit saluatori. Per omnia planè aduenienti Christo, tramitem vitæ suæ composuit & direxit. Nam fuit ieiunus, humilis, parcus, & virgo. Omnes enim has virtutes eius Euangelium describens ait. Ipse autem Ioannes vestitum habebat de pilis camelorum, &c. Quæ igitur maior humilitas in propheta, quam contẽptis mollibus indumẽtis, pilorum asperitate vestiri? Quę deuotior fides, quam pręcinctum zona paratum esse semper ad omne seruitutis obsequium? Quæ præclarior abstinentia, quam spretis huius vitæ deliciis, stridulis vesci locustis ac melle syluestri? Quæ omnia quoniam ad Prophetæ vsum erant, arbitror in his ipsis ad prophetiam fuisse. Nam quod prænuntius Christi vestimentum habebat camelorum asperitate contextum, quid aliud significat, nisi quod ipse Christus aduenien, vsurus erat humani corporis indumento, quod erat pecorum asperitate densatum: & quod velut immundissimæ bestiæ, hoc est, gentilis populi circundatus exuuiis, deformitatem eius ipse gestaret? Zona verò pellicea quid aliud demonstrat, nisi hanc fragilem carnem nostram, quę ante aduentum Christi laxabatur ad vitia, post aduentũ eius restricta fit ad virtutem: & quæ ante luxu-

A riando dilatabatur in pinguedine, nunc abstinẽdo attenuatur in pelle? Exitum verò eius quã breui legimus, scilicet quod saltatrix regis filia, post illam inimicam voluptatem, caput eius petierit? Quid mirum si saltatrix occidit Prophetã, cum sciamus quia luxuria semper est inimica iustitię, & quod iniquitas sine cessatione persequitur veritatem? In quo facto grande mysterium continetur. Nam vtique saltatrix ista Sinagogę est cõparãda, quæ Christum dum luxuriatur, occidit. Quod autẽ ista saltatrix in Sinagoga sit, dicit Dominus ad Iudæos, Cantauimus vobis & non saltastis. Cur autẽ à Ioãnis corpore caput ablatum sit, manifesta res est. Ioannes enim, sicut scriptum astruitur, typum legis gerebat. De Deo autem legimus, quia viri caput Christus est: Ergo cum à

B Ioannis corpore caput aufertur, Christus quodãmodo à Iudæis legis cultoribus separatur. Remãsit enim illis sine saluatore lex exanimis & truncata. Nam ex eo vtique Iudæi Diuina nõ sapiũt, ex quo sine capite esse cœperunt. Causa mortis eius, libr. lxxxiij. quæst. Illũ oportet crescere, me autẽ minui: quod & diebus quibus nati sunt, & mortibus quibus passi sunt, figuratum est. Nã nascitur quoque Ioannes, ex quo dies incipit minui: Nascitur Dominus, ex quo dies incipit crescere. Capite ille minuitur dum occiditur, hic verò attollitur in cruce. Sed de permissione mortis eius: in sermone iij. decollationis eiusdem. Inter hoc considerandum est, & attentius memoriæ commendandum est, quomodo omnipotens Deus electos dilectósque suos famulos, quos ad Tom. IIII.

C vitam regnúmque prædestinauit æternũ in hac vita prauorum patitur persequutione cõteri, tot ac tantis pœnarum mortiúmque generibus absumi. Quibus perfectorum virorum passionibus, de iis quæ fortè nobis aduersa contigerint, doceamus ac potius discamus, omne gaudium existimare, cum in tentationes varias inciderimus, memoria retinẽtes, quia quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quẽ recipit. Nam & si principali sententia cõstat, quia in multis offendimus omnes, quis tamen nostrum dicere audeat beatum Ioannem actu, vel dictu, vel habitu, vel motu peccasse: cuius austeritatem indumenti, cuius parsimoniam alimenti, Euangelica laudat historia: cuius omne quod loquitur, aut veritati testimonium reddit, aut eos qui

D contradicunt redarguit: cuius opera iustitiæ qui non amabant, venerationi habebãt? Quis in eius præcordiis peccato poterat esse locus, quem & ante natiuitatem Spiritus sancti consecrauit aduentus, quando saltem humanæ conuersationis intuitu, nõ valuit à virtutis via, vel ad modicum deflecti: qui totam à pueritia vitam solitariam peregit? Et tamẽ talis ac tantus vir, præsentis vitę terminum post longam vinculorum afflictionem, sanguinis effusione suscepit. Ille qui libertatem supernæ pacis Euangelizabat, ab impiis in vincula conuincitur, clauditur obscuritate carceris, qui venit testimonium perhibere de lumine. Quíque ab ipsa luce, quæ Christus est, lucer-

na ardens & lucẽs appellari meruit, quo in natis mulierum maior nemo eſt, ad petitionem mulierum turpiſsimarum capite plectitur, & ipſo proprio cruore baptizatur, cui redemptorem mundi baptizare, cui vocem patris ſuper illum audire, cui Spiritus ſancti gratiam in eum deſcendentis videre donatum eſt. Sed non erat graue, imò leue ac deſiderabile erat talibus, tormenta pro veritate temporalia perpeti, quæ perpetuis nouerant remuneranda gaudiis. Optabilem habebant mortem, quæ naturæ neceſsitate ineuitabili immineat, confeſſo Chriſti nomine cum palma vitæ perennis excipere. Vnde bene dicit Apoſtolus. Quia nobis datũ eſt à Chriſto vt nõ ſolum in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini. Quod ideo donum dicit eſſe Chriſti, vt pro illo patiantur electi. Quia ſicut idem dicit, Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad futuram gloriam, &c. Cum ergo tam eximios regni cœleſtis hæredes, in huius exilio mortalitatis pati viderimus, quid nobis inter hæc fratres chariſsimi reſtat agendum, niſi vt tantomagis humiliemur in conſpectu conditoris & redemptoris noſtri, quanto nos patenter animaduertimus eos, nec vitę imitatione ſequi poſſe, nec mortis? Itaque iuxta vocem primi paſtoris, humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Humiliemur cum Ioanne, ieiunemus & obſecrationes faciamus aſsiduas. Exultemus minui coram hominibus, vt deficiat pauliſper ſpiritus noſter, vtique carnalis & ſuperbus, qui ſolebat inflari, vt bonæ actionis profectibus ante illum creſcere, & cum illo exaltari valeamus, qui de cœlo ad terras venire dignatus eſt, vt nos qui de terra ſumus, ſubleuaret ad cœlos Ieſus Chriſtus Dominus noſter. De Herode verò, ibidem. Qui noluit cohibere luxuriam, ad homicidij reatum delapſus eſt: minúſque illi peccatum maioris fuit cauſa peccati: cui diſtincto iudicio cõtingit, vt propter appetitum adulteræ, quam deteſtandum ſciebat, ſanguinem funderet Prophetæ, quem Deo acceptum eſſe cognouerat. Hæc nanque eſt illa diuini diſpenſatio examinis, de qua dicitur, Qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Et in fine concludit. Et cõtriſtatus eſt rex. Triſtitia regis non ablutio, ſed confuſio eſt ſceleris. Hæc enim eſt ſuperni iuſtitia iudicij, vt plerũque reprobi & agnoſcant ſe, & fateantur erraſſe, certámque erroris ſui pœnitudinem gerant, nec tamen aberrando quieſcant, quantum eadem confeſsione ac pœnitentia contra ſe ipſi teſtimoniũ dent, quia non neſcij delinquunt, dum à peccato quod culpant, cohiberi detrectãt: eóque iuſtius pereant, quo foueam perditionis quam præuidere valuerunt, declinare neglexerunt. Talis quippe eſt triſtitia Herodis, qualis pœnitẽtia Pharaonis, & Iudę, quorũ quiſque facinora ſua poſtquã accuſat conſciẽtia, inuitus perditus vecordia.

Phil. 1.
Rom 8.
1. Pet. 5.

Tom. IX.

IOANNES Euangeliſta. Super Apoc. Hom. j. Ioannes gratia Dei interpretatur. In Homil. de tranſfiguratione Domini. Ioannes in-

A terpretatur columba, per quem illi figurantur, qui intra ſanctam Eccleſiã Dei & proximi amore inflammãtur. De eius humilitate & ſanctitate. ſuper j. canon. Io. Videte Ioannem ſeruãtem humilitatẽ. Certe vir iuſtus erat & magnus, qui de pectore Domini myſteriorũ ſecreta bibebat. Ille talis vir non dixit, Aduocatum me habetis apud patrem: ſed, Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ. Maluit ſe ponere in numero peccatorum, vt haberet aduocatum Chriſtũ, quam ponere ſe pro Chriſto aduocatum, & inueniri inter dãnatos ſuperbos. In lib. 50. Homil. Videte qualis fuit Ioannes Apoſtolus. Supra pectus Domini diſcumbebat, de alto illo fonte ſapientiæ ſecreta bibebat, inde enim bibit, quod in Euangelio eructauit. In principio erat verbum.
B Et aſsiduè teſtatur Euangelium, quod præcipuè ipſum Dominus diligebat, & tamẽ ait, Si dixerimus quia peccatũ non habemus, &c. A Chriſto plus dilectus, ſuper Io. tract. xvj. Ipſe eſt Ioannes Euãgeliſta, qui inter omnes diſcipulos ſupra pectus Domini diſcumbebat & quem Dominus charitatem debens omnibus, tamen præ cæteris diligebat. Eius doctrina Euangelica altitudine differt à cæteris. ſuper Ioã. ſer. xxxiiij. In quatuor Euangeliis, vel potius quatuor libris vnius Euangelij, Ioannes Apoſtolus non immerito ſecundum intelligentiam ſpiritualem, aquilę comparatus multò ſublimius aliis tribus erexit prędicationem ſuã, & ita corda erigi voluit. Nam cæteri Euangeliſtæ tanquam cum hominę Domino in terra ambulabant, de Diuinitate eius pau-
C ca dixerunt: iſtum autem quaſi piguerit in terra ambulare, ſicut ipſe in exordio ſui ſermonis intonuit, erexit ſe non ſolum ſuper terram, ſed ſuper omnem ambitum aẽris & cœli, & ſuper omnes etiam exercitus Angelorum, omnémque conſtitutionem inuiſibilium poteſtatũ, & peruenit ad eum per quem facta ſunt omnia dicendo, In principio, &c. In lib. j. de conſenſu quatuor Euangeliſtarum. Ioannes maximè Diuinitatem Domini, qua patri eſt æqualis intendit. Eam præcipuè ſuo Euangelio, quantum ſufficere credidit, commendare curauit. Itaque longè à tribus aliis ſuperius fertur, ita vt hos videas quodammodo in terra cum Chriſto homine conuerſari. Illum autem tranſcendiſſe nebulã qua tegitur omnis terra, & perueniſſe ad liquidum cœlum: vnde acie mentis acutiſsima atque firmiſsima videret, in
D principio verbum Deum apud Deum per quod facta ſunt omnia, & ipſum agnoſceret carnẽ factũ, vt habitaret in nobis, & quod acceperit carnem, nõ quod mutatus fuerit in carnem. Ibid. infra. Tres Euãgeliſtæ temporalia facta Domini & dicta, quæ ad informandos mores vitæ pręſentis maxime valerent, copioſius proſequuti circa actiuam illam fuerunt verſati virtutem. Ioannes verò facta Domini multo pauciora narrans, dicta verò eius, ea præſertim quæ trinitatis vnitatẽ & vitæ æternæ fœlicitatem inſirmarent, diligentius & vberius conſcribens, in virtute cõtẽplatiua commendanda, ſuam intentionem prædicationémque

tionémque tenuit. In Prologo super Euangelium Ioannis. Omnibus Diuinæ scripturæ paginis, excellit Euangelium. Quod enim lex & Prophetæ futurum prædixerunt, hoc completum dicit Euangelium. Inter ipsos autẽ Euangeliorum scriptores, Ioannes eminet in Diuinorum mysteriorum profunditate. Qui à tempore ascensionis per annos lxv. verbum Dei absque adminiculo scribendi, vsque ad vltima Domitiani tempora prædicauit. Sed occiso Domitiano à senatu Romano cum permittẽte Nerua de exilio rediisset Ephesum: compulsus ab Episcopis Asię, de coæterna patri Diuinitate filij scripsit hoc Euangelium aduersus hæreticos: qui eo absente in eius Ecclesias irruperant, qui Christum ante Mariam fuisse negabãt. Vnde merito in figura quatuor animalium, quæ vidit Ezechiel, aquilæ volanti comparatur: quæ volat altius cæteris auibus, & solis radios irreuerberatis luminibus aspicit. Cæteri quippe Euangelistæ, qui temporalem Christi natiuitatem & tẽporalia eius facta, quæ gessit in homine, sufficienter exponũt, & de Diuinitate pauca dixerunt, quasi animalia gressibilia cum Domino ambulant in terra. Hic autẽ de temporalibus pauca differens, sed Diuinitatis potentiam sublimius contemplans, cum Domino ad cœlum volat. Qui enim supra pectus Domini in cœna recubuit, & cœlestis haustum sapientię cæteris excellentius de ipso Dominico pectoris fonte potauit. Legerat siquidem trium Euangelistarum Euangelia, & approbauerat fidem eorum & veritatem. In quibus vidit deesse aliqua gestarum rerum historiæ, & ea maximè quæ Dominus gessit primo suæ prædicationis tempore, id est antequam Ioannes Baptista clauderetur in carcere. Hæc ergo quasi dimissa ab illis, scribit Ioannes, quæ fecit Iesus antequam Ioannes clauderetur: sed maximè Diuinitatem Christi & mysterium trinitatis commendare curauit. Tres siquidem alij Euangelistæ dicta & facta Domini tẽporalia, quæ ad informandos mores vitæ præsentis maximè valent, copiosius prosequuti, circa actiuam vitam versati sunt: in qua laboratur, vt cor mundetur ad videndum Deũ. Ioannes verò pauca Domini facta dicit: verba verò Domini quæ vnitatis trinitatem, & vitæ æternæ fœlicitatem insinuant, diligentius conscripsit: & sic in contemplatiua vita, virtute cõmendanda, intentionem suam & prædicationẽ tenuit: in qua contemplatiua vacatur vt Dominus videatur. Iste siquidem est Ioãnes quem Dominus de fluctiuaga nuptiarum tempestate vocauit, & cui matrem virginem virgini cõmendauit. Vnde eius doctrina cunctis superior. super Ioan. tracta. j. Erat Ioannes de illis montibus, de quibus scriptũ est, Suscipiant mõtes pacẽ populo. De his montibus erat qui dixit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Susceperat pacẽ mons iste, & contemplabatur Diuinitatem verbi. Qualis erat iste mons? Quàm excelsus? Transcenderat omnia cacumina orbis terrarum, transcenderat omnes campos aëris huius, trãscenderat omnem altitudinem syderum, transcenderat omnes choros & legiones Angelorum. Nisi enim transcenderet omnia ista quæ creata sunt, non perueniret ad eum, per quem omnia facta sunt. In eodẽ, sermone xlvii. Ioannes Euangelista supra cœlum & terram volans, dicit de filio Dei. Transcendit & cogitauit supra cœli militiam, & exercitum Angelorum: cogitauit & transcendit vniuersa: Sicut aquila nubes, sic ipse vniuersam creaturam transcendit superauítque omnia, & peruenit ad illum quod maius est omnibus, & dixit, In principio erat verbũ.

In sermone lvj. de sermone Domini. Euangelium Ioannis principium, In principio erat verbum. Sic incepit, hoc vidit. Et transcendens vniuersam creaturam, montes, aëra, cœlos, sydera, Sedes, Dominationes, Principatus, Potestates, omnes Angelos, Archangelos, transcendens omnia, in principio verbum vidit super omnem creaturam. Bibit enim de pectore Domini. Ipse est enim Ioannes Euangelista sanctus, quem præcipuè diligebat Iesus, ita vt super pectus eius discumberet. Ibi erat hoc secretum vt inde biberet, quod in Euãgelio ructaret. Fœlices qui audiunt & intelligunt. Item etiam fœlices, qui si non intelligunt, credunt. Vnde comparatur aquilæ, super Ioan. tract. xv. Non rude est auribus charitatis vestræ Euangelistam Ioannem velut aquilam volare altius, caliginémque terræ transcendere, & lucem veritatis firmioribus oculis intueri. *Tom. IX.* In eodem, sermone xxx. Quia iste Euangelista maximè de Diuinitate loqui elegit, propterea aquilæ comparatur. Nulla quippe altius auis volare perhibetur. Ideo in eodem, sermone xxv. Ioannes iste Euãgelista multum alte volat, vix est eum mente comprehendere. Libr. iiij. de consensu quatuor Euangelistarum. c. vlt. Ioannes volatu quodammodo æthereo supereminet terris, & gaudet luce solis iustitiæ. *Cap. 10. Tom. IIII.* Est etiam doctrina de incarnato verbo. ibidem infr. *Cap. eod.* Mihi videtur alto docuisse mysterio, istã ipsam Ioannis Euangelicam dispensationem qua in lucem liquidissimam verbi sublimiter fertur, vbi trinitatis æqualitas & incommutabilitas videri potest, & qua maximè proprietate differt à cæteris homo, cuius susceptione verbũ caro factum est. Vnde est de humilitatis exemplo. ibidem in fine. *Cap. eod. in calce.* In hac peregrinatione, quantum rei huius intelligentia vel scientia quisque profecerit, tanto magis caueat diabolica vitia superbiam & inuidentiam. Meminerit hoc ipsum Euãgelium Ioannis quam multo amplius erigit ad contemplationem veritatis, tam multo amplius præcipere de dulcedine charitatis. Et quia illud præceptum verissimum ac saluberrimum est; Quanto maior es, humilia te in omnibus: qui Euangelista Christum longe cæteris altius commendat, apud eum discipulis pedes lauat. Et ideo eius doctrina est audienda cum attentionis animo. super Ioannem, sermone decimo nono. Verba Domini nostri Iesu Christi, maximè quæ Ioannes Euangelista commemorat, qui non sine cau-

ſa ſuper pectus diſcumbebat, vbi & ſecreta altioris ſapientiæ eius ebiberet, & quod amando biberat, Euangelizando eructaret: ita ſecreta ſunt, & profundæ intelligentiæ vt omnes turbent, qui peruerſo ſunt corde: & omnes exerceat, qui recto ſunt corde. Libr. decimo de ciuitate Dei, cap.xxix. Hoc vitium ſuperborum eſt. Pudet videlicet doctos homines ex diſcipulis Platonis, fieri diſcipulos Chriſti qui piſcatorẽ Spiritu ſuo docuit ſapere & dicere, In principio erat verbũ, & verbum &c. neque tenebræ eum non comprehenderunt. Quod initium ſancti Euangelij, cui nomen eſt ſecundum Ioannem, quidã Platonicus ſicut à ſancto ſene Simpliciano, qui poſtea Mediolanen. Eccleſiæ præſedit Epiſcopus, ſolebamus audire, aureis literis conſcribendũ, & per omnes Eccleſias in locis eminentiſsimis proponendum eſſe dicebat. Quod fuerit martyr. in ſermone xj. de Apoſtolis Petro & Paulo. Non enim Ioanni Apoſtolo quia paſsio defuit, ideo patiendi animus deeſſe potuit. Non eſt paſſus, ſed paratus pati. Præparationem eius Deus nouerat. Quemadmodũ tres pueri arſuri miſsi ſunt in fornacem tanquam non victuri, an negabimus eos martyres, quia flamma eos vrere nõ potuit? Interroga ignes, paſsi nõ ſunt: interroga voluntatem, coronati ſunt. Potẽs eſt, inquiunt, Dominus eruere nos de manibus tuis: ſed ſi non, &c. Ibi ſunt certa pectora, ſtabilis fides: ibi virtus incõcuſſa, ibi ſequuta victoria. Aliud Deo placuit, non arſerũt, ſed ignem idololatriæ in animo regis extinxerunt. Aliter tamen dicit, in ſermo. xlix. de reſurrectione Domini, ſuper illud Ioan. vlti. Dixit Ieſus Petro, Sequere me, &c. Sic puto ſolui poſſe iſtam quæſtionem duobus modis. Primo, vt ſit ſequere me, id eſt, patere pro me. Quod ergo Chriſtus crucifixus eſt, crucifixus eſt & Petrus. Expertus eſt clauos, expertus eſt cruciatus. Ioannes autem nihil horum expertus eſt, hoc eſt, Sic eum volo manere, ſine vulnere, ſine cruciatu, dormiat, & expectet me: Tu me ſequere, Patere pro me: vt quomodo ego ſanguinem fudi pro te, & tu funde pro me. Iſto modo exponi poteſt quod dictum eſt, Sic eum volo ma. do. ve. Alio autem modo hoc mihi videtur intelligi: quod Petrus ſcripſit de Domino, ſcripſerunt & alij, ſed ſcriptura eorum magis circa Dei humanitatẽ eſt occupata. Dominus autem Chriſtus eſt Deus & homo. Quid eſt homo? Anima & caro. Quid eſt Chriſtus? Verbum, & anima, & caro. Sed qualis anima? Quia & pecora habẽt animas. Sed verbũ, rationalis anima & caro, hoc totũ Chriſtus. Sed de Diuinitate Chriſti in literis beati Petri modicum: In Euangelio Ioannis multũ ſonat. In principio erat verbum: ipſe dixit. Tranſcendit ſydera, tranſcendit Angelos, tranſcendit creaturam omnem, peruenit ad verbum per quod facta ſunt omnia. In principio, inquit, erat verbũ, &c. Quis videat, quis cogitet, quis Dei gratiam pronũtiet: tunc habet intelligi quod ait Chriſtus, Sic eũ volo ma. do. veniam. Quod reſurrexit glorificatus, dicit in ſer. viij. de martyribus, qui incipit,

Tom. V.

Dan. 3.

Serm. 2. Fer. 4. Paſchę. & ord. ſerm. de temp. 149.

A Dignũ & congruũ. Vt taceamus quia omnia poſſibilia ſunt Deo, & quod clauſis tumuli penetrabilibus poſsit corpus educere, Ioannis Apoſtoli habemus exemplum, quem tumulus ſuſceptum claudere potuit, cuſtodire non potuit. Nam depoſitum corpus perdidit, non aſſumpſit. Hinc enim clauſis tumuli foribus, gratia reſurrectionis ablatum eſt: vt conſtaret ſepultura, nec inueniretur ſepultus. Denique cum ſacerdotes honorandi cauſa, corpus inquirerent, reſerato aditu, tumulus non potuit reddere quem ſuſcepit.

IONAS. De eius ſtatu in ventre ceti, habetur, ſupra, c. Carcer. Sed quia figurauit Chriſtũ, ideo lib. de ſex quæſtionibus ad Deogratias, quęſt. vj. Sicut Ionas ex naui in aluum ceti, ita Chriſtus ex ligno in ſepulchrum, vel in mortis profundum. B Et ſicut ille pro iis qui tempeſtate periclitabãtur, ita Chriſtus pro iis qui in hoc ſæculo fluctuant. Et ſicut primo iuſſum eſt, vt prædicaretur Niniuitis à Iona, ſed nõ ad eos peruenit prophetia Ionæ, niſi poſteaquam eum cetus euomuit: ita prophetia præmiſſa eſt ad gentes, ſed niſi poſt reſurrectionem Chriſti, nõ peruenit ad gentes. Similem ponit ſententiã. Lib. xviij. de ciuitate Dei, c. lxiiij. De verme, qui corroſit hederam, habetur infra, cap. Vermis.

IOSEPH. In ſermone de Ioſeph. Quoties lectiones nobis de teſtamento veteri recitantur, non hoc ſolũ debetis attẽdere quod auditis: quódque ſanat in verbo, ſed quod intelligitur & ſapit in ſpiritu. Ecce audiuimus quod beatus Iacob genuit filium, cuius nomen fuit Ioſeph. C Hoc loco Iacob figuram habuit Dei patris, Ioſeph typum geſsit Domini ſaluatoris. Diligebat Iacob filium ſuum, & Deus pater vnicum ſuum: Sicut ipſe dixit, Hic eſt filius meus dilectus. Miſit Iacob filiũ ſuũ, vt de fratribus ſolicitudinem gereret: & Deus pater miſit vnigenitũ, vt genus humanum peccatis languidum, quaſi oues perditas viſitaret. Ioſeph dum fratres quæreret, errabat in eremo: Chriſtus genus humanum quærebat, quod errabat in mundo. Ille fratres quærebat in Sichimis, quæ Sichima interpretatur humerus. Semper enim peccatores dorſum magis ponunt in faciem iuſti. Humeri enim retro ſunt. Et ſicut fratres Ioſeph inuidia percuſsi fraternæ dilectioni dorſum magis quam faciem offerebant. Ita infœlices Iudæi veniente ad eos ſalutis D authore inuidere potius quam diligere maluerunt. Venit autem ad eos in Dothain, quæ interpretatur defectio. Verè enim in grandi defectione erant, quando de fratricidio cogitabant. Illi enim Ioſeph videntes, de eius morte tractauerunt. Sic Iudæi Dominum Chriſtum vt eum crucifigerent, omnes in concilio ſtatuerunt. Ioſeph fratres ſui expoliauerunt veſte polymita & talari, Iudæi crucifigentes Chriſtum expoliauerunt tunica mortali. Ioſeph exutus tunica mittitur in lacum, expoliatus carne humana Chriſtus deſcendit in infernum. Eleuatus Ioſeph de ciſterna Iſmaëlitis venditur, Chriſtus ab inferis rediens, ab omnibus gentibus fidei cõmercio comparatur.

paratur. Per consilium Iudæ Ioseph triginta argenteis distrahitur, Christus Iuda tradente triginta argenteis venundatur. Ioseph descendit in Aegyptum, Christus in mundum. Ille à penuria frumenti saluat Aegyptũ, Christus à fame verbi Dei liberat mundum. Nisi Ioseph fratres sui védidissent, defecerat Aegyptus, nisi Iudæi Christum crucifixissent, perierat mundus. Interpretatur Ioseph augmentatio vel ampliatio, quam non habuit nisi Aegyptus, sed in Christo augmẽtum habere meruit vniuersus mundus. Ille Ioseph erogauit triticum, noster Christus erogare dignatus est Dei verbum. Nos ergo qui nullis præcedentibus meritis tanta bona per misericordiam Christi consequuti sumus, ad quos nõ vmbra veteris testaméti, sed ipsa veritas venit, quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, vt quod nobis contulit iudicatus, integrum inueniat iudicaturus. In ij. serm. de eod. Erat Ioseph corpore castus, & mente pudicus. Fulgebat in eo species corporis, sed plus fulgebat animi pulchritudo. Et cum multis species corporis obesse soleat ad salutem, sancto viro nocere nõ potuit, quia eam animi pulchritudo gubernauit. Caro enim eius ancilla animæ fuit, & anima dominiũ suum fideliter tenuit, cui in nullo caro dominari potuerit. Rogatur quidem à Domina sua & muliere impudica, vt cum ea concumberet: qui acquiescere noluit, quia Dominum animæ nõ amiserat, nec in conditione seruili. Vnde calumnia appetitus in carcere missus est, sed vir sanctus carcerem illum, palatium deputauit, imo ipse in carcere etiam in palatio erat: quia vbi fides, castitas & pudicitia, illic palatium Christi est, illic templum Dei, illic habitaculũ spiritus sancti. Si quis ergo vir de specie sui corporis blanditur, vel si qua mulier de carnis suæ pulchritudine gloriatur, sequantur exemplum Ioseph, sequantur exẽplum Susannæ. Sint corpore casti, sint mente pudici: & tales non solum hominibus, sed etiã Deo erunt speciosi. Tria enim sunt in Ecclesia exẽpla castitatis, quæ imitari singuli debent, Ioseph, Susanna, & Maria. Viri Ioseph imitentur, mulieres Susannam, virgines Mariam. Secundum verò allegoricam rationem, Ioseph in se typum Domini gessit, quod prius cognoscimus in eo quod tunicam multicolorem habuit, & Dominus ac saluator noster Ecclesiam ex variis gentibus congregatam, velut indumentum vestis accepit. Est & alia varietas tunicæ huius. Habet enim Ecclesia diuersas & varias gratias, habet martyres, habet cõfessores, habet sacerdotes, habet ministros, habet virgines, vel viduas, habet operarios iustitiæ. Sed varietas ista non est colorum, sed gratiarum. Ioseph distractus à fratribus ab Ismaëlitis comparatus est, & saluator noster distractus à Iudæis ac gentibus comparatus est. Denique Ismaëlitæ qui Ioseph comparauerunt, diuersa secum odoramenta portabant, vt ex inde ostenderetur quod venientes gentes ad fidem Christi, diuersis odoribus iustificentur toti mundo fragrãtes. Libr. xij. contra Faustum. Christus in Io-

A seph innuitur, qui persequentibus & vendentibus fratribus in Aegypto post labores honoratur. *Cap. 8. Tom. VI.* Didicimus enim labores Christi in orbe gentium, quẽ significabat Aegyptus, per varias passiones martyrum: & nunc videmus honorẽ Christi in eodem orbe terrarum, erogatione frumenti sui sibi omnia subiugantis. De Ioseph sponso virginis, habetur supra, cap. Coniugium.

IRA DEI. De ira Dei quid sit. super Epist. ad Roma. proposi. viij. Ira vindictæ significatione ponitur. Lib. xv. de ciuitate Dei, ca. xxv. *Tom. V.* Ira Dei non est perturbatio animi, sed iudicium quo irrogatur pœna peccato. Cogitatio verò ipsius & recogitatio, mutandarum rerum est incommutabilis ratio. Neque enim sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti sui pœnitet, cu-
B ius est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa præscientia. Sed si non vtatur scriptura talibus verbis non se quodammodo familiarius insinuabit omni generi hominum, quibus vult esse consultum, vt & prætereat superbientes, & excitet negligentes, & exerceat quęrẽtes, & alat intelligentes. Quod non faceret, si non se prius inclinaret, & quodammodo descenderet ad iacentes. Libro xiij. de Trinitate, cap. xvj. Ira Dei nihil est aliud quam iusta vindicta. *Tom. III.* Non enim sicut hominis animi perturbatio est ira Dei, sed illius ira est, cui dicit sancta scriptura, Tu autem Domine virtutum cum tranquillitate iudicas. *Sap. 12.* Libro lxxxiij. quæstionum. *Tom. IIII.* Quoniam difficilimum est vt homo vindicet aliquid sine ira, vindicta Dei, quæ omnino sine ista per-
C turbatione fit, ira vocatur. Super Ioan. sermo. cxxiiij. Ira Dei non est vt hominis, id est, perturbatio concitati animi, sed tranquilla iusti supplicij constitutio. Libro de essentia Diuinitatis Dei. Irasci Dei est, non animæ motu vel perturbatione, *Tom. IIII.* quæ illi accidere non potest, sed creaturæ delinquenti, id est omnibus peccatoribus & impiis iustam inferre vltionem. Libro iiij. de ciuitate Dei. Ipse Deus secundum scripturas, irascitur: *Tom. V.* nec tamen vlla passione perturbatur. Hoc enim verbum, vindictæ vsurpat effectus, non illius turbantur affectus. Super Psal. ij. Iram & furorem Dei, non perturbationem mentis oportet intelligi, *Tom. VII.* sed vim qua iustissimè vindicat subiectam sibi ad ministerium vniuersam creaturã. Præcipuè nanque prouidendum & tenẽdum est
D illud quod scriptum est in Salomone, Tu autem Domine virtutum, cum tranquillitate iudicas. *Sap. 12.* Ira ergo Dei est motus qui fit in anima quæ legẽ Dei nouit, cum eandem legem videt à peccatore præteriri. Per hunc enim motum iustarum animarum multa vindicantur. Quanquam possit ira Dei rectè intelligi etiam ipsa mẽtis obscuratio, quæ consequitur eos qui legem Dei transgrediuntur. Super Psalm. vij. Non est in Deo ira qua punit: sed in animis eorum ministrorũ, qui *Tom. eod.* præceptis veritatis obtemperant, per quos iubetur etiã inferioribus ministris, qui vocantur Angeli iracundiæ, ad punienda peccata. Quos iã nõ propter iustitiam qua non gaudent, sed pro-

pter malitiam, pœna humana delectat. Super Psalmum vigesimum sextum. Ira Dei non est nisi auersio vultus eius. Super Psalmum septuagesimum secundum. Ira Dei dicitur ratio iustę vindictæ: tanquam si lex dicatur irasci, cum ministri eius secundum eam moti vindicant. Super Psalmum octogesimum tertium. Quis nouit potestatem iræ tuæ? Quia valde paucorum hominum est hoc nosse: quia plerisque ita magis cum parcis irasceris, vt non ad iram, sed potius ad mansuetudinẽ tuam pertinere intelligatur, cum corripis erudísque quos diligis, ne pœnis crucientur ęternis. Intelligitur pro ira Dei præsens vita. lib. xxj. de ciuitate Dei, c. xxiiij. Ira Dei ista vita mortalis dici potest, vbi homo vanitati similis factus est. In qua tamẽ ira non obliuiscitur misereri Deus, faciendo solem suum oriri super bonos & malos, & pluendo super iustos & iniustos: ac sic non continet in ira sua miserationes suas. Diffusius hoc ponit, super Psalmum cij. Non in finem irascetur Deus, neque in ęternum comminabitur. Quia & quod viuimus in flagellis & in corruptione mortalitatis, de indignatione ipsius est, de pœna habemus hoc primi peccati. Non solum cogitare debemus vt futuras minas ipsius euadamus, sed & præsentem irã: quia & ista ira ipsius est, in sudore & labore edes panẽ tuũ: & terra spinas & tribulos pariet tibi. Authori nostro dictum est. Aut si est aliud vita nostra? Si poteris conuerti ad aliquam voluptatem vbi spinas non sentias? Elige quod volueris. Esto auarus, luxuriosus: vt duo ista sola non dicamus, adde & tertium ambitiosus. In honorum cupiditate quantæ spinæ? In ardore auaritiæ quantæ spinæ? In luxuria libidinis quantæ spinæ? Amores turpes quantas molestias habent? Quantas solicitudines hîc in ista vita? Omitto gehennam. Vide ne iam ipse tibi gehenna sis. Hoc enim totum de ira ipsius est, & cũ te conuerteris vt iustè agas, non poteris nisi laborare in terra: & non finitur labor nisi cum finita fuerit via. Oportet in via laborare, vt in patria gaudeamus. Ergo consolatur promissione sua laborem tuum, sudorem tuum, & molestias tuas, cum dicit tibi, Non in finem irascetur Deus, &c.

Tom. V. *Tom. VIII.*

Est autem ira Dei qua damnat intolerabilis. Libro meditationum. Væ, væ, ira omnipotentis Dei ne irruas supra me: ira omnipotentis Dei vbi poteris capi in me? Non est quod te possim tolerare in toto me. Libro secũdo de peccatorum meritis, &c. In filios quippe damnationis Deus vindicat iratus, in filios autem gratiæ, vindicat propitius: dum quia diligit, corripit, & flagellat omnem filium quem recipit. Nulla autem vindicta, nulla correctio, nullum Dei flagellum debetur, nisi peccato: excepto illo, qui in flagella paratus est, vt experiretur omnia secundum similitudinem sine peccato: vt esset sanctus sanctorum, sacerdos interpellans etiam pro sanctis, qui etiam de se dicunt, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Tom. IX. *Tom. VII.*

A IRA HOMINIS. Diffinitur ira, in Epistola ad Nebridium. Ira est turbulentus appetitus auferendi ea, quæ facilitatem actionis impediunt. Itaque plerunque non hominibus tantum, sed calamo irascimur in scribendo, eúmque collidimus atque frangimus: & aleatores tesseris, & pictores penicillo, & cuique instrumento quilibet, ex quo difficultatem se pati arbitratur. Hac autem assiduitate irascendi, fel crescere etiam medici affirmant. Cremento autem felis rursus & facile, & prope nullis causis existentibus, irascimur. Libro quinquagesimo Homilia. Homil. quadragesima tertia. Ira est libido vindictæ, quæ inueterata, fit odium. Dicitur ira originale peccatum. Lib. Enchiridion. capit. trigesimo tertio. Tenebatur B iusta damnatione genus humanum, & omnes erant filij iræ, de qua scriptum est ita. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabantur: de qua ira dicit etiam Iob. Homo natus de muliere, breuis vitæ & plenus iræ. De qua ira dicit & Dominus Iesus, Qui credit in filium Dei, habet vitam ęternam: qui autem non credit in filium, non habet vitam æternam, sed ira Dei manet super eum: non ait veniet, sed manet. Cum ea quippe omnis homo nascitur: propter quod dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquando filij iræ sicut & cæteri. In hac ira cum essent homines propter originale peccatum, tanto grauius & perniciosius, quanto maiora vel plura insuper addiderunt, necessarius erat mediator, hoc est, C reconciliator, qui hanc iram sacrificij singularis, cuius erant vmbræ omnia sacrificia legis & Prophetarum, oblatione placaret. Vnde Apostolus. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati nunc salui erimus in vita ipsius. Cum autem irasci dicitur Deus, non eius significatur perturbatio, qualis est in animo irascentis hominis: sed ex humanis motibus translato vocabulo, vindicta eius, quæ non nisi iusta est, iræ nomen accepit. Inuenitur ira quæ non est mala. super Psalmum quartum. Irascimini & nolite peccare. Duobus modis intelligi potest. Aut etiam si irascimini, nolite peccare, id est, etiam si surgit motus animi, qui iam propter pœnam peccati non est in potestate, D saltem non ei consentiat ratio & mens, quæ intus regenerata est secundum Deum, vt mente seruiamus legi Dei, si adhuc carne seruimus legi peccati. Aut agite pœnitentiam, id est, irascimini vobis ipsis de præteritis peccatis, & vlterius peccare desinite. Libro annotationum in Iob, capit. quadragesimo. Irascimini & nolite peccare. Cum iracundia enim saluberrima se debet quisque correptione corripere, dicens, Vt quid tristis es anima mea, & quare conturbas me? vsque, confitebor illi. Libro primo retractationum. Si non fratri irascitur qui peccato fratris irascitur. Qui gratiæ fratri non peccato irascitur, sine causa irascitur. Lib. ij. de verbis Domini,

Domini,ſermo.xij.& Homil.iiij. diſtinct. 50. Si dico, Tu hoc facis: corrige te: mihi non debetis iraſci,ſed vobis,vt corrigamini. Ad hoc enim valet quod dictum eſt in Pſalmis, Iraſcimini & nolite peccare. Volo vos iraſci,ſed vt non peccetis. Vt autem non peccetis, quibus habetis iraſci niſi vobis? quid eſt enim homo pœnitens,niſi ſibi iratus homo? Vt accipiat veniam, de ſeipſo exigat pœnam,& rectè dicat Deo. Auerte oculos tuos à peccatis meis, quoniam peccatum meum ego agnoſco. Si agnoſcis, ille ignoſcit. Secernitur ira non mala à vitioſa. libro primo de verbis Domini,ſermone decimo ſexto. Feſtuca in oculo,ira eſt:trabes verò, odium. Quando ergo qui odit reprehendit iraſcentem, feſtucam vult de oculo fratris tollere, ſed trabe impeditur quam ipſe in ſuo oculo portat. Feſtuca initium trabis eſt. Nam trabes quando naſcitur,prius feſtuca eſt. Rigando feſtucam,deducis ad trabem. Alendo iram malis ſuſpicionibus, perducis ad odium. Multum autem intereſt inter peccatum iraſcentis,& crudelitatem odium habentis. Nam & filiis noſtris iraſcimur,odiſſe filium quis inuenitur? In ipſis quoque pecoribus mater aliquando bucula ſugentem vitulum tædio quodam auertit iraſcens, ſed intimis viſceribus amplectitur matris. Nec damus aliter filiis diſciplinam, niſi aliquantulum iraſcendo & indignando: nec tamen daremus diſciplinam,niſi amando. Vſque à Deo non omnis qui iraſcitur odit, vt aliquando magis odiſſe conuincatur qui non iraſcitur. Fac enim puerum in aqua fluminis ludere velle, cuius impetu pereat,tu ſi vides,& patienter permittis,odiſti. Tua patientia illius eſt mors. Quanto melius eſt ſi iraſceris & corrigis, quam non iraſcendo interire permittis? Odium ergo ante omnia vitandum eſt, trabes de oculo eiicienda eſt. Multum quippe aliud eſt quando quiſque iraſcens in aliquo verbi modum excedit, quod poſtea deleat pœnitendo, & aliud eſt obſeruare inſidias in corde incluſas. Multum poſtremo intereſt inter hæc verba ſcripturæ. Turbatus eſt præ ira oculus meus: &, Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Multum intereſt inter turbatum oculum & extinctum. Feſtuca turbat,trabes extinguit. Non eſt ira nutrienda. in tractatu de concordia fratrum. Humanum eſt iraſci, & vtinam & hoc non poſſemus. Humanum eſt iraſci, ſed non debet iracundia tua natos ſurculos breuis ſuſpicionis irrigare,& ad trabem odij peruenire. Aliud enim ira, aliud odium. Nam vtique & pater iraſcitur filio,ſed non odit. Iraſcitur vt corrigat,amando iraſcitur. In comparatione odij ira feſtuca eſt:ſed feſtucam ſi nutrias, trabes erit: ſi euellas & proiicias, nihil erit. Super Pſalmum vigeſimum quintum. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Intelligitur quidem ſecundum tempus:quia ſi ex humana conditione & infirmitate mortalitatis quam portamus, ſurrepit ira Chriſtiano, non debet diu teneri, & fieri pridiana. Eiice illam de corde antequam

A occidat ilux iſta viſibilis, ne te deſerat lux illa inuiſibilis. Sed & aliter bene intelligitur, quia eſt noſter ſol iuſtitiæ veritas Chriſtus, non iſte qui adoratur à Paganis & Manichæis,& videtur etiam à pecoribus: ſed ille alius cuius veritate natura humana illuſtratur,ad quem Angeli gaudent. Hominum enim infirmitate acies cordis, & ſi trepidant ſub radiis eius,ad eum tamen contemplandum per mandata purgantur. Cum cœperit ſol iſte in homine habitare per fidem, non tantum in te valeat iracundia quæ in te naſcitur, vt occidat ſuper iracundiam tuam, id eſt, deſerat Chriſtus mentem tuam, quia non vult habitare Chriſtus cum iracundia tua. Videtur enim ipſe quaſi à te occidere, cum tu ab ipſo occidas: quia ira cum inueterata fuerit, fit odium: cum

B factum fuerit odium, homicida es. Dicit enim Ioannes Apoſtolus, Omnis qui odit fratrem ſuum,in tenebris manet. In ſermone de oratione Dominica. Iraſcimini & nolite peccare, vt iram in corde teneatis: quia ſi tenetis, contra vos eſt. Quid eſt ira niſi libido vindictæ? Quid odium niſi ira inueterata? Ira feſtuca eſt, odium autem trabes eſt. Vnde creuit feſtuca vt trabem faceret,niſi quia non ſtatim euulſa vel extracta eſt,ſed paſſus es exire & intrare ſolem toties ſuper iram tuam, & feciſti illam veterem? Attraxiſti enim malas ſuſpiciones,& rigaſti feſtucam, & rigando nutriſti, & nutriendo trabem feciſti. Expaueſce ergo quod ſequitur. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Gladium non eduxiſti, vulnus in carne non feciſti, non corpus

C plaga ante cruciaſti, ſed ſolo odio proximum interfeciſti, & homicidij reus es ante oculos Dei. Melius eſt non iraſci. In Epiſtola ad Profuturum. Ira inueteraſcens fit odium, dum quaſi iuſti doloris admixta dulcedo,diutius eam in vaſe detinet,donec totum aceſcat,váſque corrumpat. Quapropter multo melius, nec iuſtè cuiquam iraſcimur, quam velut iuſtè iraſcendo in alicuius odium irę & occulta facilitate dilabimur. In recipiendis enim hoſpitibus ignotis, iſta ſolemus dicere:Multo eſſe melius malum hominem perpeti, quam fortè per ignorantiam bonum excludi,dum cauemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi contra eſt. Nam incomparabiliter ſalubrius eſt iræ etiam iuſtè pulſanti nō aperire penetrale cordis,quam admittere non fa-

D cilè receſſuram,& peruenturā de ſurculo ad trabem. Audet quippe impudenter etiam creſcere citius quam putatur. Non enim erubeſcit in tenebris,cum ſuper eam ſol occiderit. Quia vt dicit,lib. de vera innocentia. Nulli iraſcenti ſua ira videtur iniuſta. Vnde de omni indignatione cito redeundum eſt ad manſuetudinis lenitatē. Nā pertinax motus facile in eius odiū trāſit, cui non celeriter ignoſcitur. Ideo ſuper Pſalmum trigeſimum, expoſitione ſecunda, ſermone ſecundo. Metuendum eſt ne tanta ſit ira vt in odiū vertatur. Ira enim,nondum eſt odium. Nam iraſceris filio & non odiſti filium: ei ſeruas hære-

Tom. II. Epiſt. 149.

Cap. 319. Tom. III.

Tom. VIII.

Principiis

ditatem,qui te ſentit iratum : & ad hoc iraſceris, *A* ne perdat quod ſeruaueris malè viuens moribus prauis. Ergo ira nondum eſt odium. Nondum odimus eos quibus iraſcimur:ſed iſta ira ſi manſerit,& non citò euulſa fuerit, creſcit & fit odiũ. Ideo vt recens ira euelleretur, & in odium non conuerteretur, hoc nos docet ſcriptura dicens, *Eph.4.* Sol non occidat ſuper iracundiam veſtrã. Super Pſalmum liiij.Ira fratris ſi fuerit inueterata, odium eſt.Ira turbat oculum, odium extinguit. *Cap.9.* Ira feſtuca eſt, odium trabes eſt. Repellitur *T.m.IX.* autem iræ ſuggeſtio, libro de conflictu vitiorũ. Ira dicit. Quæ erga te aguntur æquanimiter ferri non poſſunt,imò hoc patienter tolerare peccatum eſt:quia ſi non eis cum magna exaſperatione reſiſtatur,contraria te,deinceps ſine menſura cumulabuntur. Sancta patientia reſpondet. Si paſsio redemptoris noſtri ad mentem reducitur, nihil tam durũ, nihil tam aſperũ homo patitur, quod non ęquo animo toleretur.Chriſtus enim, vt ait Apoſtolus Petrus,paſſus eſt pro nobis,nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia *1. Pet.2.* eius.Ipſe autem dixit,Si patrem familiâs Beelzebub vocauerunt,quantomagis domeſticos eius? Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur. Sed quãta ſunt in comparatione paſsionũ illius quæ patimur? Ille enim opprobria,irriſiones,contumelias,alapas,ſputa,flagella, ſpineam coronam, clauos,crucémque ſuſtinuit:& nos miſeri ad noſtram confuſionem vno ſermone fatigamur, vnóque verbo deiicimur. Et quid agimus de eo *2.Tim.2.* quod dicitur,Si non compatimur,nõ conregnabimus?Quapropter retundendi ſunt iræ ſtimuli, & eius metuenda damnatio,vnde ſcriptum legi*Mat.5.*mus. Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio:Qui autem dixerit fratri ſuo fatue,reus erit gehennæ ignis:ibi autem remedium innuitur ex eo quod ſubditur, ſi offers munus tuum ad altare &c. Ac ſi diceret,non in corde tacitam precem effundas,niſi prius offenſum proximum ſatisfaciendo ad leuitatis manſuetudinem perducas. Munus enim noſtrum oratio noſtra eſt,altare verò noſtrum,cor noſtrum eſt. Ille enim qui hoc facere(quoties inter duos ira ſine cauſa fuerit excitata)ſtuduerit,præmiſſam damnationem nequaquam incurrit,ſed ſunt multi qui petenti ſibi veniam,delicta non remittunt, contra quos *Mat.6.* illa Domini ſententia venit qua dicitur. Si non remiſeritis hominibus peccata eorum, nec pater veſter cœleſtis remittet vobis peccata veſtra. Plura ſunt,inquis, quæ commiſit, & me ſæpius offendit. Ad hoc non ego,ſed Dominus reſpondet. Nam & Petrus cum ad eum diceret quoties peccabit in me frater meus, dimittam ei vſq; ſepties? & ille ad eum. Non dico tibi, inquit, vſq; ſepties,ſed vſq; ſeptuageſies ſepties. Quam multi autem ſunt qui ſuas iniurias tardè relaxant, Dei verò citius indulgent: Fítque nonnunquam vt occaſione Domini iniurias vindicandi, ſuas vindicent irati. Quid quoque de illis dicendum

A eſt,qui furore cæcitatis,vſque ad verba prorumpũt maledictionis:niſi hoc quod Apoſtolus ait, *1.Cor.6.* Neque maledici regnum Dei poſsidebunt? Quod Iacobus exaggerando deteſtans ait. Linguam nullus hominum domare poteſt: inquie*Iac.3.*tum malum,plena veneno mortifero.In ipſa benedicimus Deum patrem,& in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt: ex ipſo ore procedit maledictio & benedictio. Non oportet,fratres mei,hoc ita fieri. Nunquid fons de vno eodémque foramine manat dulcem & amaram aquam?Hac de cauſa etiam alibi dicitur. Mors & vita in manibus linguæ. *Prou...*

IRASCIBILIS. De iraſcibili ſub nomine *Cap.19* iræ, & de concupiſcibili ſub nomine libidi*Tom.I...*nis,quod ambæ egent rationali. *B* Dicit libro decimo quarto de ciuitate Dei. Illi Philoſophi qui veritati propius acceſſerunt,iram atque libidinem vitioſas animi partes confeſsi ſunt: eo quod turbidè atque inordinatè mouerentur, ad ea etiam quæ ſapientia perpetrari non vetat: Ac per hoc opus habere moderatrice mente atque ratione. Quam partem animi tertiam velut in arce quadam ad iſtas regendas perhibent collocatam:vt illa imperante iſtis ſeruientibus poſsit in homine iuſtitia ex omni parte ſeruari. Hæ igitur partes quæ in homine ſapiente ac temperante fatentur eſſe vitioſas, vt eas ab iis rebus ad quas iniuſtè mouentur, mens compeſcendo & cohibendo refrænet ac reuocet:atque ad ea permittat, quæ ſapientiæ lege conceſſa ſunt: ſicut iram, ad exercendam iuſtam coërctionem: ſicut *C* libidinem,ad propagandæ prolis officium, hæ, inquam,partes in Paradiſo ante peccatum vitioſæ non erant. Non enim contra rectam voluntatem ad aliquid mouebantur, vnde neceſſe eſſet eas ratione tanquam fręnis regentibus abſtinere. Nam quod nunc ita mouentur,& ab eis qui temperãter,& piè,& iuſtè viuunt,aliàs facilius, aliàs difficilius,tamẽ cohibẽdo & refręnando modificãtur:nõ eſt vtiq; ſanitas ex natura:ſed lãguor ex culpa. Quod autem iræ aliarúmque opera affectionum in quibuſque dictis atque factis non ſic abſcondit verecundia, vt opera libidinis quæ fiunt genitalibus membris : quid cauſæ eſt, niſi quia in cæteris membra corporis non ipſæ affectiones, ſed cum eis conſenſerit, voluntas mouet, quæ in vſu eorum omnino dominatur? *D* Nam quiſquis verbum emittit iratus, vel etiam quenquam percutit, non poſſet hoc facere niſi lingua & manus iubente quodammodo voluntate mouerentur, quæ membra etiam cum ira nulla eſt, mouentur eadem voluntate. At verò genitales corporis partes ita libido ſuo iuri quodammodo mancipauit,vt moueri non valeant,ſi ipſa defuerit, & niſi ipſa vel vltro, vel excitata ſurrexerit. Hoc eſt quod pudet:hoc eſt quod intuentium oculos erubeſcendo deuitat: magíſque fert homo ſpectantium multitudinem, quando iniuſtè iraſcitur homini, quam vel vnius aſpectum,etiam quando iuſtè miſcetur vxori.

Iſrael

ISAAC. Libro xvj. de ciuitate Dei, capite trigesimo primo. Isaac interpretatur risus. Riserat enim pater, quando ei promissus est, admirans in gaudio. Riserat & mater, quod postea negauit Angelo. Sed post partum ait, Risum fecit mihi Dominus. Eodem lib. cap. xxxvj. Isaac patri Abrahæ præferre non debemus: quia nullam fœminam præter vnam coniugem nouerat. Erant enim proculdubio paternæ fidei & obedientię merita potiora, intantum, vt propter illum dicat Deus huic se facere bona quæ fecit. Benedixi, inquit, te, & multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum: vt intelligamus quam castè Abraham fecerit, quod hominibus impudicis, & nequitiæ suæ de scripturis sanctis patrocinia requirentibus, videtur fecisse libidine. Deinde vt etiam hoc nouerimus non ex bonis singulis homines comparare inter se, sed in vnoquoque consideremus vniuersa. Fieri enim potest vt habeat aliquid in vita & moribus quispiam quo superet alium, ídque fit longe præstabilius, quam est illud, vnde ab alio superatur. Ac per hoc sano veróque iudicio, cum continentia coniugio præferatur, melior est tamen homo fidelis coniugatus, quàm continens infidelis. Libro decimo quinto, eiusdem. Rectè significat Isaac per repromissionem natus, filios gratiæ, ciues ciuitatis liberæ, socios pacis æternæ, vbi sit propriæ ac priuatæ quodammodo voluntatis, sed communi eodémque incommutabili bono gaudens atque ex multis vnum cor faciens, id est, perfectè facta concors obedientia charitatis.

ISAIAS. De Isaia. Libro decimo octauo de ciuitate Dei. Isaias inter illa, quæ iniqua arguit & iusta præcepit, peccatori populo mala futura prædixit, etiam de Christo & Ecclesia, hoc est, de rege, & ea, quam condidit ciuitate, multo plura, quam cæteri Prophetauit: ita, vt à quibusdam Euangelista, quàm Propheta, potius diceretur. Libro vigesimo eiusdem. Loquutiones tropicas Isaias & cæteri Prophetæ suo more miscent: vt ad intellectum spiritalem intentio sobria cum quodam vtili, ac salubri labore perueniat. Pigritia verò carnalis, vel ineruditæ atque inexercitatæ tarditas mentis contenta literæ superficie, nihil putat interius requirendum. Libro duodecimo, super Genesim. Si Paradisum Paulus ita vidit, vt apparuit Petro ille discus submissus è cœlo, vt Ioanni quicquid in Apocalypsim se vidisse conscripsit, vt Ezechieli campus ille cum ossibus mortuorum, & illa eorum resurrectio, vt Isaiæ sedens Deus, in conspectu eius Seraphin, & ara vnde carbo assumptus Prophetæ labia mundauit, manifestum est eum ignorare potuisse, vtrum in corpore an extra corpus ea viderit.

ISRAEL. Super Psalmum lxxv. Si verus Israelita in quo dolus non est: dolosi & mendaces non sunt veri Israelitæ. Super Psalm. cxxj. Israel, videns Deum interpretatur, imo diligentius discusso verbo sic interpretatur, Israel est videns Deum, quia homo in se non est. Vtrunque est videns. Mutatur enim & vertitur, si non participat eius qui est idipsum. Tunc est quando videt Deum. Tunc enim est, quando videt eum qui est. & videndo eum qui est, fit & ipse pro modo suo vt sit.

ITER. Super Psalmum quintum. Iter ad Deum non terrarum locis peragitur, sed ab affectibus animorum: vbi nullus hominũ videt: quibus nõ est credendũ laudantibus atq; vituperantibus. Non enim vllo modo possunt de aliena conscientia iudicare, in qua iter dirigitur ad Deum. Super Psal. lxxxv. Iter tuum voluntas tua est. Amando accedis, negligẽdo discedis. Stans in terra, in cœlo es si diligas Deum: Non enim sic leuatur cor, quomodo leuatur corpus. Corpus vt leuetur, locum mutat: cor vt leuetur, voluntatem mutat. Quia sine Deo non bene peragitur iter. ideo super Psal. cxxviij. Quia ambulaui semitam meam, factus sum longinquus à te. Discessi à te, cum quo mihi bene erat, & bono modo malè mihi fuit sine te. Nam si mihi bene esset sine te, nollem forsitã redire ad te. In serm. vij. de decollatione Ioan. Iter igitur facit Domino, qui inter cæteras virtutes, continentię matrimonij limitem non excedit, nec coniugij scriptũ terminũ à legitima permistione cõmaculat. Sũt enim nõnulli qui cum legibus vxores duxerint, contra Diuinitatis legem sibi sociant concubinas: non intelligentes quod contrahendo matrimonia propriis se vinculis constrinxerunt. Qui enim legibus ducit vxorem, profitetur se contra legem non esse facturum. Reum ergo ipse se statuit, qui adhibendo sibi alteram, ius pollicitationis excedit. Sed dicit aliquis. Vxorem nõ habeo, ideo mihi ancillam sociaui. Audi quid dicat scriptura ad Abraham. Eiice ancillam, & filiũ eius. non enim erit. h fi. an. cum fi. li. Si igitur ancillæ hęres non est, ergo non filius est. Cur autem quæritur tale coniugium, de quo susceptus filius nec successoris possit esse hæres, nec sanguinis? Nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis priuilegium. Cur ergo quæritur tale conturbernium, de quo nati, non filij sint matrimonij, sed testes sunt adulterij: qui patri pudori sint, nõ honori? Dicit scriptura, Adulterorum filij, & repudiata mulier. Igitur tua si talibus est prædita vt mereatur consortium, mereatur & nomen vxoris: ne tu adulter sis potius quam maritus. Sed homo Christianus memor professionis suæ castitatem quam promisit custodit, tam mente quam corpore. Sunt enim plerique qui singularem vitam proponentes, singuli esse non possunt, sed quærunt sibi cõtubernia, atque vtinam fratrum. Inuenis enim Christianũ monachum qui cum fratre non conuenit, & libẽtius ei cõuenit cũ sorore. Qui nõ sequitur sanctiorẽ vtilia cõmonẽtẽ, sequitur adolescẽtulã in cõgregatiõe cachinnãtẽ: cuius si corpus syncerũ sit, aĩa tamen nõ põt esse syncera. Sed & clericus iter facit Domino q. secũdũ Euãgeliũ viuit, & p oĩa obtẽperat sacerdoti. Aliqui fiũt minus subditi, & molestè ferũt cũ à senioribus arguuntur, & dicunt,

Tom. VIII.

dicunt,gratis irascitur Episcopus,patientior esse
deberet. Audi ergo optime clerice. Sacerdotem
exigis ad patientiam,& te non exigis ad discipli-
nam. Nescis quia mihi salutis causa arguere ali-
quando permissum est, tibi nunquam peccare
concessum est? Dicit enim Apostolus, Argue,
obsecra,increpa opportune,importunè. Esto er
go in omnibus subditus sacerdoti, si vis eum
esse mansuetum.

Tom. VIII. IVBILARE. Super Psalmum nonagesi-
mum quartum. Qui iubilat in cantilenis
quibusque,& quasi in certamine quodam lę-
titiæ secularis:& videtis quasi inter cantica ver-
bis expressa exundantes lætitia,cui lingua dicen
do non sufficit, quemadmodum iubilent vt per
illam vocem indicetur animi affectus, verbis
explicare non valentis quod corde concipitur.
Si ergo illi de gaudio terreno iubilant: nos de
gaudio cœlesti iubilare non debemus,quod ve-
Tom VIII. rè verbis explicare non possumus? Super Psal
mum nonagesimum nonum. Qui iubilat, non
verba dicit:sed sonus quidam est lætitiæ sine ver
bis. Vox est enim animi diffusi lætitia,quantum
potest exprimentis affectum, non sensum com-
prehendentis. Gaudens homo in exultatione
sua,ex verbis quibusdam quæ non possunt dici,
vel intelligi,erumpit in vocem quandam exul-
tationis sine verbis:ita vt appareat eum ipsa vo-
ce gaudere quidem, sed quasi repletum nimio
gaudio non posse verbis explicare quod gau-
det.

Tom. VIII. IVDAS. In exemplum quod inter bonos
in hac vita mixti sunt mali,vocatus est à Chri
sto Iudas. super Psalmum trigesimum quar-
tum,sermone primo. Inter duodecim electus est
Iudas, ne ipse duodecim tam exiguus numerus
esset sine malo. Et hoc ad exemplum nostræ pa-
tientiæ:quoniam necesse erat vt inter malos vi-
ueremus,necesse est vt malos, siue scientes, siue
nescientes toleremus. Exemplum patientiæ præ-
buit ne deficias cum cœperis inter malos viuere,
quia illa schola Christi in duodecim non defe-
cit. Super Psalmum quinquagesimum quin-
Tom. VIII. tum. Sciens Christus Iudam traditorem. Elegit
vnum,vnde tibi solatium faceret nescituro quos
deuites. Poterat enim non eligere Iudam qui no-
uerat Iudam: ait quippe discipulis, Nonne vos
duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?
Ergo & diabolus electus est? Aut si electus non
est,quomodo duodecim elegit,& non potius vn-
decim? Electus & ille est,sed ad aliud. Electi vn-
decim ad opus probationis,electus vnus ad opus
tentationis. Vnde posset tibi exemplum dare
nescituro quos deuites malos,quos caueas falsos
& fictos:vt dicat tibi, Ecce ego mecum habui v-
num ipsorum. Præcessit exemplum, toleraui,
perferre volui, quod sciebam vt tibi nescienti
præberem solatium. Quod mihi fecit, hoc faciet
& tibi:nunquid in te præualebit malus,& in me
Tom. IX. iam non præualuerunt? Interfuit Iudas vlti-
mæ cœnæ Christi. super Ioannem, tract. lv. Venit
ad conuiuium Iudas discipulus, vt traderet ma-

A gistrum,sed quem non didicerat Deum. Iam ta-
lis venerat ad conuiuium, explorator pastoris,
insidiator saluatoris, venditor redemptoris. Iam
talis venerat, & videbatur, & tolerabatur, & se
ignorari arbitrabatur:quia in quem volebat fal-
lere, fallebatur. Sed Christus cordis inspector,
nesciente scienter vtebatur. In sermone pri-
mo,de resurrectione Domini. Quid cœnam il-
lam commemorem,vbi tingebat discipulus men
dax digitum? Edebat cum pane cædem, & sorbe-
bat cum sanguine potionem. O crudele prodito-
ris conuiuium. Rogo quibus oculis aspiciebat,
quem sub dente premebat, patricida pariter &
conuiua? Vendidit argento Dominum, fecit de
magistro ferale commercium: Accepit aurum,
& cruentat animam, & cæcum alit sub pectore
B vulnus. Accipit mox à Christo buccellam,
quam malè sibi conscia mens ferre non potuit.
Cucurrit ad Iudæos, pensat in pretio mortem
suam:& dum alienum sanguinem vendit, pro-
prio laqueo disperiit. De eius venditione. li-
bro de symbolo, tractatu secundo. Quid egit
impietas Iudæ qui vendidit eum à quo redimi
debuit? Ecce nec Iudas tenuit pretium, nec Iu-
dæi quem comparauerunt Christum. Illi dico,
vbi est quod accepisti? Iudæo dico, vbi est quod
emisti? Illi dico,quando vendidisti,tunc te dece-
pisti: isti dico,quod emisti possidere non potui-
sti. Exulta Christiane in commercium inimico-
rum tuorum,tu vicisti. Quod Iudas vendidit, &
quod Iudæus emit,tu acquisisti. Exulta & lauda
sponsa Ecclesia:quia nisi ista in Christo facta es-
C sent, tu ab illo formata non esses. Venditus re-
demit te,occisus dilexit te: & quia te plurimum
dilexit, pro te mori voluit. O magnum sacra-
mentum huius coniugij. O quam magnum my-
sterium huius sponsi & huius sponsæ. Non ex-
plicabitur dignè humanis verbis. De sponso
sponsa nascitur, & vt nascitur, statim illi con-
iungitur:& tunc sponsa nubit, quando sponsus
moritur:& tunc ille sponsæ coniungitur, quan-
do à mortalibus separatur. Quando ille super
cœlos exaltatur,nunc ista in omni terra fœcun-
dātur. Causam suę proditionis dicit,super can-
ticum Isaiæ. Inter bonos Christi discipulos sur-
rexit malus Iudas, malum sarmentum, spino-
sum,à Christi charitate alienum, non amans v-
nitatem. Fuit & traditor magistri,in nomine oc-
D cultus discipulus, in opere manifestus inimicus.
Et tamen tolerauit eum radix,quousque imple-
ret malitiæ suæ negotium,spinis suis coronando
Christum. O malum sarmentum: quid tibi pro-
fuit quod videbaris esse in radice? Vuam pro-
ferre debuisti, non spinas. O iniquissime Iuda,
cum te summa radix portauerit, cum esses in v-
nitate sacramentorum bonorum, vnde tibi tan-
tæ spinæ innatæ sunt, nisi ex voluntate concu-
piscentiarum malarum? Quid retribuisti pro
iis quæ accepisti? Nonne similis est tibi cū bonis
adhibita cultura? Nōne pluuia verborū eius irri-
gauit te? Nōne simul cū bonis sarmentis, vsq; ad
illā mēsam accessisti,vnde omnes sumpserūt gra-
tiam?

tiam? Nonne ex vua ipsa confecta, calix tibi ab eo traditus est futuri pretiosi illius sanguinis: & pro his omnibus illi acetum dedisti in cruce passionis? Timeamus esse sarmentum, tam mali huius exemplum. Ex auaritia traditor fuit. super Psalmum sexagesimum quintum. Si pater filium tradidit, & filius seipsum tradidit, Iudas quid fecit? Pater tradendo filium ad mortem pro nobis, fecit bene: Christus tradendo seipsum pro nobis, fecit bene: tradendo Iudas magistrum pro auaritia, fecit malè. Non enim quod præstitum est nobis de passione Christi malitiæ Iudæ deputabitur. Habebit ille mercedem malitiæ, Christus laudem gratiæ. Vnde à diabolo possessus est. libro tertio, de consensu Euangeliorum, capite primo. Diabolus intrauit in cor, vt traderet eum Iudas: quómodo intrat in cor, nisi immittendo iniquas persuasiones cogitationibus iniquorum? Sed nunc intelligere debemus Iudam à diabolo plenius esse possessum: sicut econtra in bono illi qui acceperant Spiritum sanctum, quando post resurrectionem insufflauit, dicẽs, Accipite spiritum sanctum, postea cum desuper missus esset die Pentecostes plenius acceperunt. post bucellam, ergo intrauit in eum satanas. Sed quia prodidit osculo Christum, ideo libro de symbolo, tractatu quarto. Armatur Iudas vt pretio vendat magistrum, & qui erat in numero discipulorũ, fit cõsilij particeps Iudæorũ: dat osculũ falsum, in quo erat nequitiæ signũ: fingit pacem, plenus malitia in corde. Excitatur † Iudęi, veniũt cum facibus, & laternis, & armis: quærunt multi virum, & veniunt filij tenebrarum, ferentes in manibus lucem, per quam illam veram aliis demonstrarent, quam ipsi cęcati corde, non potuerunt retinere. In sermone secundo, de accedentibus ad gratiam. Venit Iudas cum eis venalis & venditor, in ore portans osculum falsum, in corde occultum dolum. Plus tamen desperando peccauit. in tractatu tertio, de pœnitentia. Iudam proditorem non tam scelus, quod commisit, quam indulgentiæ desperatio fecit penitus interire. Non erat dignus misericordia, ideo ei non fulsit lumen in corde, vt ad eius indulgentiam concurreret, quem tradiderat, sicut illi qui eum crucifixerant: sed desperando se occidit, suspendit se, & suffocauit se. Quod fecit in suo corpore, hoc factum est in anima ipsius. Spiritus enim dicitur etiam ventus aëris huius. Quomodo ergo qui sibi collum ligant inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus huius aëris: sic illi qui desperant indulgentiam Dei, ipsa desperatione intus se suffocant, vt eos spiritus sanctus visitare non possit. Ideo super Psalmum centesimum octauum. Super illud, Diabolus stet à dextris eius. Meruit Iudas vt super se haberet diabolum, id est, diabolo subditus sit, qui Christo subditus esse noluit.

IVDAEVS. Libro decimo sexto, de ciuitate Dei, capite duodecimo. Ex Heber Hebræi appellati sunt. Fuit autem gens ingrata Deo. libro ij. de verbis Dòmini, serm. vij.

A Tantum valuit mendacium ante diluuium, vt post diluuium octo homines remanserint. Per ipsos terra impleta est hominibus mendacibus, & electus est populus Dei. Facta sunt multa miracula, prærogata Diuina beneficia, ad terram promissionis perductus est, ab Aegyptiorum seruitute liberatus, Prophetæ ad illum missi sunt. Accepit templum, accepit sacerdotium, accepit vnctionem, accepit legem. Sed de ipso postea dictum est, Filij alieni mentiti sunt. Ad extremum missus est ille promissus. Exurge Domine, non præualeat homo, vel quia Deus iam factus est homo, sed etiam ipse Diuina faciens contemptus est, & præstans tam multa beneficia apprehensus est, flagellatus est, suspensus
B est. Huc vsque præualuit homo Dei filium apprehendere, Dei filium flagellare, spinis coronare, ligno suspendere. Tantum præualuit homo. Sed vsque quo, nisi quousque depositus de ligno, positus in sepulchro? Si ibi remansisset, præualuisset homo. Sed Prophetia ista etiam ipsum alloquitur. Domine in carne venire dignatus es, verbum caro factus, verbum super nos, caro propter nos, verbum caro inter Deum & hominem, virginem vnde nasceris secundum carnem elegisti, virginem concipiendus inuenisti, natus virginem reliquisti, sed non cognoscebaris. Apparebas & latebas, apparebat infirmitas, latebat potestas. Hoc totum factum est, vt sanguinem funderes, quod est pretium nostrum. Fecisti tanta miracula, valetudinibus ægrotorum præstitisti beneficia, recepisti mala pro bo-
C nis. Insultatum est tibi, pependisti in ligno, agitatum est caput ab impiis ante te, & dictum est, Si filius Dei es, descende de cruce. Ita ne perdideras potentiam, an potius demonstrabas patientiam? Et tamen illi insultauerunt, tamẽ illi riserunt, tamẽ te occiso quasi victores abierũt. Ecce in sepulchro iaces. Exsurge Domine, ne præualeat homo. Non præualeat impius inimicus, non præualeat cæcus Iudæus. Cum enim crucifigeris præualuisse sibi visus est cæcus Iudæus. Sed exsurge, vt non præualeat. Factum est, omnino factum est. Et quid restat nisi vt iudicentur gentes in conspectu tuo? Resurrexit enim sicut nostis, & ascendit in cœlum, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Causa malignitatis Iudæorum. super Psalmum sexagesimum tertium. Per- Tom. VIII.
D tulit omnes infirmos eorum, curauit omnes languidos eorum, prædicauit regnum cœlorum, non tacuit vitia eorum, vt ipsa potius eis displicerent, non medico à quo sanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tanquam multa febre phrenetici insanientes in medicum qui venerat curare eos, excogitauerunt consilium perdendi eum. Et infra. O cor durum: occidere velle hominem, qui mortuos suscitabat? Et infra. Esset illis Dominus saluator qui venerat vt sanaret. Nunc fauerunt febri, repugnauerunt medico. Quicquid suggerebat febris, faciebant: q̃cquid iubebat cõtrà medicus negligebãt. Ergo illi magis occisi sunt, nõ Dominus: na in Domino mors

mors occisa est, in illis iniquitas vixit. Viuēte autem in se iniquitate, illi mortui sunt. Propter verba quæ in cōsilio de Christi morte dixerunt. super Psal. lxxiij. Si dimiserimus eum sic, venient Romani &c. Videte quia timendo terrena perdere, regem cœli occiderunt. Et quid eis factum est? Perdiderunt etiam ipsa terrena: & vbi occiderunt Christum, ibi occisi sunt. Et cum terram nolentes perdere datorem vitæ occiderunt, eandem terram occisi perdiderunt. Et vt eo tempore quo illum occiderunt, eoipso tempore admonentur, quare ista perpessi sunt. Quādo enim euersa est ciuitas Iudæorum, Pascha celebrabant, & in multis millibus hominum tota ipsa gēs ad illius conuenerat festiuitatis celebrationem. Ibi Deus per malos quidem, sed tamen ipse bonus, per iniustos, sed iustus & iustè ita in eos vindicauit: vt perimerentur multa hominum millia, & ipsa ciuitas euerteretur. Propter illud quod capiendo Christum obcæcati sunt. lib. de symbolo, tractatu iij. Quomodo tunc Iudæi audebunt illam respicere claritatem, quando istam infirmitatem tolerare minimè potuerunt? Propter illud quod Barrabam dimitti clamauerunt. eodem libro, tract. iij. O cæcitas Iudæorum, ô furia phreneticorum. Noli Christum dimittere, sed Barrabam: quid fuit aliud dicere, quā occidatur Christus saluator quia suscitauit mortuum: & dimittatur latro vt iterum perpetret homicidium?

Tom. VIII. Io. 11. — *Cap. 5. Tom. IX.*

Propter illud quod acetum porrrexerunt. super Ioan. tract. cxix. Super illud erat spongia plena aceto &c. Iudæi quippe ipsi erant acetum, degenerantes à vino Patriarcharum & Prophetarum: & tanquam de pleno vase, de iniquitate huius mundi impleti, cor habētes velut spongiam, cauernosis quodammodo atque tortuosis latibulis fraudulentum. Hysopum autem cui circūposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam hæc herba est humilis, & pectus purgat, ipsius Christi humilitatem hic congruenter accipimus: quā circundederunt, & se circunuenisse putauerunt.

Tom. IX. — *Hyssopus.*

Propter illud quod lancea percusserunt, in sermo. iiij. de Dedicat. Ecclesiæ. Dicit Christus, Cōscidisti saccum meum, & circūdedisti me lætitia. Saccus eius erat similitudo carnis peccati. Non tibi vilescat, quod ait, saccum meum, ibi erat inclusum pretium tuum. Dicit Christus Deo patri, cōscidisti saccum meum. In passione conscissus est: quia filio suo proprio non pepercit. Fecit enim per Iudæos nescientes, vnde redimerentur scientes, & confunderētur negantes. Nesciunt enim quid boni operati sunt nobis malo suo. Suspensus est saccus, & quasi lætatus est impius. Conscidit saccum lancea persequutor, & fudit pretium nostrum redemptor. Cantet ergo Christus redemptor, gemat Iudas venditor, erubescat Iudæus emptor. Propterea in sermone v. de sancto Stephano. Impletū est in Iudæa maledicta, maledictio illa Dauidica, ꝓpterea Deus destruet te in finem, & euellet te &c. De quorum dispersione, super Ioan. serm. xxxiiij. Proferimus codices à Iudæis, & respondemus Paganis. Nempe isti & illi fidei nostræ sunt inimici: & ideo sparsi sunt per gentes, vt alios ex aliis conuincamus inimicos. In sermone iiij. de Epiphania Domini. Nō ad suam, sed ad gentium salutem Iudæi nostrę fidei Diuina testimonia portant. Propter hoc enim illa gēs de regno suo expulsa est & dispersa per vniuersum orbem, vt eius fidei, cuius inimici sunt, vbique fieri testes cogerentur. Perdito quippe templo, sacrificio, sacerdotio, ipsóque regno, in paucis veteribus sacramentis nomen genúsque custodiunt, ne permixti gentibus sine discretione dispereant, & testimoninm veritatis amittant: velut Cain accipiente signum, vt eum nullus occidat, qui fratrē iustum inuidus & superbus occidit. In sermo. lix. de resurrect. Domini. Christum Dominum prædicatum atque annuntiatum suis, aperte ex ipsorum libris ac voluminibus asserimus. Validis absque dubio nititur priuilegiis, qui causam de aduersarij asserit instrumentis. Speciosa victoria est, cōtrariam partem chartulis suis velut propriis laqueis irretire, & testimoniorū suorū vocibus confutare, & æmulū telis suis euincere, vt pugnatoris tui argumenta, tuis probentur vtilitatibus militare. De quorum pœnitentia tempore iudicij. libro xx. de ciuit. Dei. Pœnitebit Iudæos in die iudicij etiam eos qui accepturi sunt spiritū gratiæ & misericordiæ, quod in eius passione insultauerunt Christo, cum ad eum aspexerint in sua maiestate venientem, eúmque esse cognouerint, quem in suis parentibus prius humilem illuserunt, quamuis & ipsi parentes eorum tantæ illius impietatis authores resurgentes videbunt eum, sed puniendi iam non adhuc corrigendi. Illi ergo qui per Heliam illo tempore credituri sunt, dolebunt & saluabuntur. Dolebunt enim sese fecisse quodammodo, quod fecerunt illi ex quorum stirpe descenderunt. Quamuis ergo accepto spiritu gratiæ & misericordiæ iam fideles non damnabuntur cum impiis parentibus suis, dolebunt tamen tāquam ipsi fecerint, quod ab illis factum est. Non dolebunt reatu criminis, sed pietatis affectu.

Serm. 5. & ord. serm. de temp. 256. Tom. X. — *Ser. de sanctis 6. Tom. X. Psal. 113.*

IVDEX. Debet esse iustus. Super Psalmum xxxvj. allegans consilium Donatistarū contra Primianum. Non leui periculo subiacebit, quisquis aut reo pepercerit, aut innocentem confutare pertētarit: maximè cum scriptum sit, Innocentem & iustum non occides, & purgatione non purgabis reum. Quales debent esse iudices. in sermone ad Iudæos. Erudimini qui iudicatis terram. Terram iudicare, est corpus damnare. Audiamus Apostolum iudicantem terram. Non sic pugno, inquit, tanquam aërem verberans, sed ca. corpus meum & in s. re. ne for. cum. al. præ. ip. re. effi. Audi ergo terram iudicantem terram, & tu iudica terram ne sis terra. Si terram iudicaueris, cœlum eris: si terram non iudicaueris, terra eris. Si autem terra fueris, ad eum pertinebis cui dictum est, Terram manducabis. Audiant ergo iudices terræ, corpus castigent, libidines frę nent, ament sapientiam, vincant concupiscenti

ſcentiam. Et vt hoc faciant, erudiantur. Hæc eſt autem ſumma eruditionis, Seruire Domino in timore, & exultare ei cum tremore. Exulta ergo ei, & non tibi. Ei à quo es quod es, non ſolum quod homo es, ſed etiam quod iuſtus es. Quia ſi putaueris quod ab illo es homo, à te autem iuſtus homo: nō ſeruis Domino in timore, neque exul tas ei cum tremore, ſed tibi in præſumptione. Et quid tibi fiet, niſi quod ſequitur? Nequando iraſcatur Dominus & pere. de via iu. id eſt, perdas iuſtitiam, quam te habere putas. Ideo non dixit, Ne intretis in viam iuſtam: ſed, Ne pereatis de via iuſta. Infideles enim non intrant in viam iuſtam, ſuperbi aũt pereunt de via iuſta. Et infra. Alloquamur eos, qui ſecundum iſtam viſibilem & popularem intelligentiam iudicant terram. Iudicant enim terram reges, duces, principes, iudices, ſenatores. Vnuſquiſque pro munere quod accepit, iudicat terram, id eſt, homines qui ſunt in terra. Nam ſi terram propriè non accipias niſi quam calcas, agricolis ergo dictum eſt, Qui iudi catis terram. Porrò autem ſi reges iudicant terram, & qui ſub regibus poteſtatem accipiunt à regibus, erudiantur & ipſi, quia terra iudicat terram. Parem quippe ſuum iudicat, hominem homo, mortalis mortalem, peccator peccatorem. Et ſi procedat in medium Dominica illa ſententia, Qui ſine peccato eſt, prior in illam lapidem mittat: terra terrę motum patitur. Non eſt iudicandum inaudita parte. in epiſtola ad Euſebiũ. Quid eſt illud quod facis, vt non auditis partibus iam ferre non dubites pro vna parte ſententiam? Quid? Iudicium non reformidas? Iudicandum eſt iuſte. libro quæſtionum Exodi. Cum iudicamus, & videmus iuſtitiam eſſe pro diuite contra pauperem, nobis rectè facere videri non licet, ſi contra iuſtitiam pauperi faueamus, cauſa miſericordiæ: bona eſt enim miſericordia, ſed non debet eſſe contra iuſtitiam: Iudicium ſanè appellat ſcriptura, quod iuſtum eſt. Debet tamen iudex ad miſericordiam inclinari, quia vt dicit in ſecunda epiſtola ad Macedonium. Quales debent eſſe iudices, terruit cenſura Diuina, vt cogitent ſibi propter ſua peccata miſericordiam eſſe neceſſariam, nec putent ad culpam ſui officij pertinere, ſi quid erga eos miſericorditer agant, quorum vitæ necíſque habent legitimam poteſtatem.

In epiſtola tertia ad Marcellinum pro Donatiſtis. Soleo audire in poteſtate eſſe iudicis, mollire ſententiam, & minus vindicare quam leges.

Et gratis ſine pretio iuſtitia à iudice debet fieri. in ſecunda epiſtola ad Macedonium. Non debet iudex vendere iuſtum iudicium, nec teſtis verum teſtimonium, quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium, & iuris peritus verum conſilium. Illi enim inter vtranque partem ad examina adhibentur: iſti ex vna parte conſiſtunt. Cum autem iudicia & teſtimonia, quæ nec iuſta, nec vera ſunt vendenda iniqua & falſa venduntur, multo ſceleratius vtique & pecunia ſumitur, q̃a ſceleratè quamuis etiam à volentibus datur. Ille

A tamen ſolet tanquam malè ablatam ſibi pecuniã repetere, qui iuſtum iudicium emit, quoniam venale eſſe non debuit. Qui verò pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, niſi puderet vel timeret emiſſe. Propterea in epiſtola ad Fortunatum, loquens & de quodam nomine Fauentio. Habet cauſam cum homine pecunioſo, quamuis iudicis integritas fama clariſsima prædicetur. Ne quid tamen apud officium pecunia præualeat, peto ſanctitatem tuam, vt honorabili conſulari digneris tradere literas meas. Non debet credi litigatori ſed iudici. Libro primo cõtra epiſtolam Parmeniani. Quoniam ſine ſtudio partium iudicat, eligat quibus credat, vtrum iudicibus ſententias proferentibus, an litigatoribus, contra quos prolatæ ſunt, litem finire nolentibus. Et infra ſubdit. Magno delicto implicaremur, ſi cum corda humana non cerneremus, nec diſciplinam Eccleſiaſticam teneremus, cum eis nollemus iudicibus credere, vltra quos non potuit cauſa tranſire. Libro tertio contra Creſconium grammaticum. Quia iudices eſſe non poſſumus, melius iis, qui eſſe potuerunt, iudicibus credimus, quam credendo litigatoribus victis, quorum eſſe iudices non potuimus, de ipſis iudicare iudicibus audeamus. Exequi iudex debet contra reum legis pœnam. Libro de verbis Apoſtoli, ſermone vigeſimo ſecundo. Sanè ſi iudex es, ſi iudicandi poteſtatem accepiſti, Eccleſiaſtica regula ſi apud te accuſatur, ſi veris documentis teſtibúſque veris cõuincitur, corrige, corripe, excommunica, degrada. Sic vigilet tolerantia, vt non dormiat diſciplina. Nec hoc faciendo malum pro malo reddit. ſuper Pſalmum centeſimum octauum. Quoniam reuera paucorum eſt dignoſcere, quomodo placeat pœna iniquorum accuſatori inimicitia ſe exſaturare cupienti, & quem longe alio modo placeat iudici recta voluntate peccata punienti. Ille quippe reddit malum pro malo, iſte autem etiam cum vindicat non reddit malum pro malo, quoniam iuſtũ reddit iniuſto. Quod autem iuſtum eſt, vtique bonum eſt. Punit ergo non delectatione alienæ miſeriæ, quod eſt malum pro malo: ſed dilectione iuſtitiæ, quod eſt bonum pro malo. Cũ difficultate præſumuntur à iudice temporali veridice iudicari. Libro decimo nono de ciuitate Dei. capite ſexto. Quid ipſa iudicia hominum de hominibus, quæ ciuitatibus in quantalibet pace manentibus, deeſſe non poſſunt, qualia putamus eſſe, quam miſera, quam dolenda: quandoquidem ij qui iudicant, qui conſcientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt? Vnde coguntur tormentis innocentium teſtium ad alienam cauſam pertinentem quærere veritatem. Quid cum in cauſa ſua quiſque torquetur, & cum quęritur vtrum ſit nocens, cruciatur: & innocens luit pro incerto ſcelere certiſsimas pœnas: non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non cõmiſiſſe neſcitur. Ac per hoc ignorantia iudicis plerunque calamitas eſt innocentis. Et quod eſt

Margin notes: *Tom. II. Eccl. 230.* — *Tom. VII.* — *Tom. VII.* — *Tom. X.* — *Tom. VIII.* — *Tom. V.* — *Errorhumanorum iudiciorum cum latet veritas.*

intolerabilius, magiſque plangendũ, rigandúmque, ſi fieri poſſet, fontibus lachrymarum: cum propterea iudex torqueat accuſatum, ne occidat neſciens innocentem, fit per ignorantiæ miſeriã, vt & tortum, & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torſerat. Si enim ſecundum iſtorum ſapientiam delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa ſuſtinere tormenta: quæ non commiſit commiſiſſe ſe dicit. Quo damnato, & occiſo, vtrum innocentem an nocentem iudex occiderit, adhuc neſcit: quem ne innocentem neſciens occideret, torſit: ac per hoc innocẽtem, & vt ſciret torſit, & dum neſciret, occidit. In his tenebris vitæ ſocialis, ſedebit iudex ille ſapiens, aut non ſedebit? Sedebit planè. Conſtringit enim eum, & ad hoc officium pertrahit humana ſocietas, quam deſerere nephas ducit. Hoc enim nephas eſſe non ducit, quod teſtes innocentes in cauſis torquẽtur alienis, quod ij qui arguũtur vi doloris plerunque ſuperati, & de ſe falſa confeſsi etiam puniuntur innocentes, cum iam torti fuerunt innocentes: & ſi non morte puniãtur, in ipſis vel ex ipſis tormentis plerunque moriuntur. Quod aliquando & ipſi qui arguunt, humanæ ſocietati, fortaſſe, ne crimina impunita ſint, prodeſſe cupientes, & mentientibus teſtibus, reóque ipſo contra tormenta durãte, immaniter nec fatente, probare quod obiiciunt non valentes, quamuis vera obiecerint, à iudice neſciente damnantur. Hæc tanta & tot mala non deputat eſſe peccata. Non enim hoc facit ſapiens iudex nocendi voluntate, ſed neceſsitate neſciendi: & tamen quia cogit humana ſocietas, etiam neceſsitate iudicandi. Hæc eſt ergo quam dicimus miſeria certè hominis, et ſi nõ malitia ſapientis. An verò neceſsitate neſciẽdi atq; iudicandi torquet inſontes, punit inſontes: & parũ eſt illi qđ nõ eſt reus, ſi non ſit inſuper & beatus? Quanto conſideratius, & homine dignius, & hominẽ agnoſcit in iſta neceſsitate, miſeriámque eã odit in ſe: & ſi piè ſapit, clamat ad Deũ: De neceſsitatibus meis erue me Domine.

Cap. 78. Tom. III. Ad iudices cõceditur habere recurſum, ſed nõ præcipitur. Lib. Enchiridiõ. Sęcularia iudicia ſi habueritis, inquit, eos qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos collocate ad iudicandum. *1. Cor. 6.* Ad reuerentiam vobis dico. Sic non eſt quiſquam inter vos ſapiens qui poſsit inter fratrem iudicare & fratrem: ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. *Ius ſuũ perſequi.* Hîc poſſit putari iudicium habere aduerſus alterum, nõ eſſe peccatum, ſed tantummodo id extra Eccleſiam velle iudicari, niſi ſequutus adiungeret. Iam quidem omnino delictum eſt inter vos quia iudicia habetis vobiſcum. Et ne quiſquam hoc ita excuſaret, vt diceret iuſtum ſe habere negotium, ſed iniquitatem ſe pati, quam velit à ſe iudicum ſententia remoueri: continuò talibus cogitationibus vel excuſationibus occurrit dicens, Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Vt ad illud redeatur quod ait Dominus, ſi quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium. Et alio loco, Qui abſtulerit, inquit, tua, noli repetere. Prohibuit itaque ſuos de ſæcularibus rebus cum aliis hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina Apoſtolus dixit eſſe delictum. Tamen cum ſinit in Eccleſia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicantibus, extra Eccleſiam verò terribiliter vetat, manifeſtum eſt qđ ſecundum veniam conceditur infirmis.

Solus autem Deus eſt iuſtus iudex. ſuper Pſalmũ quinquageſimum. Super illud, Vincas cum iudicaris. Superas enim omnes homines, omnes iudices: & qui ſe putat iuſtum coram te, iniuſtus eſt. Tu ſolus iuſtè iudicas, omnes homines ſuperas: quia plus es quam homines, & per te facti ſunt homines. Super Pſalmum nonageſimum ſeptimũ. Venturo forte aliquo iudice homine, cui non poteſt patere conſcientia, contremiſcunt homines etiam innocentes, ſi ab ipſo expectant præmium laudis, vel timeant pœnam damnationis. Sed quãdo ille veniet qui falli non poteſt, congaudeant iuſti, & iniqui contremiſcant. Sed ecce nondum venit quid opus eſt vt tremant, corrigantur, & gaudeãt? In poteſtate tua eſt quomodo expectes futurum Chriſtum: ideo differt venire, vt cum venerit non te damnet. Ecce nondum venit. Ille eſt in cœlo, & tu in terra. Ille differt aduentum, & tu noli differre conſilium. Aduentus ipſius durus eſt duris, mitis eſt piis. Si ergo durus es, licet tibi miteſcere: ſi mitis es, gaudes venturum, optas vt veniat? Dicis, adueniat regnũ tuũ: quẽ ergo times ne veniat? Corrige te, ne ores cõtra te. Lib. vlt. homil. de ouibus, circa medium. Dominus dicit, Ego iudico inter ouem & ouem, & arietes & hircos. Magna ſecuritas, ipſe iudicat, ſecuri ſint boni. Iudicẽ ipſorum nullus aduerſarius corrumpit, nullus aduocatus circumuenit, nullus teſtis illudit. Sed quam ſecuri ſunt boni, tantum timeant mali. Non enim talis iudicat cui aliquid abſcondatur. Nunquid enim Dominus iudicans quæſiturus eſt teſtes, per quos diſcat quis ſis? Vnde poteſt falli quis ſis, qui nouerat quis eſſes futurus? Te interrogat, non alium de te. Dominus, inquit, interrogat iuſtum & impium. Interrogat autem te, non vt diſcat à te, ſed vt confundat te.

Super Pſalmum centeſimum. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Nemo ſibi ad impunitatem blandiatur de miſericordia Dei, quia eſt & iudicium. Et nemo in melius commutatus exhorreat iudicium Dei, quia præceditur miſericordia. Homines enim quando iudicant, aliquando victi miſericordia, faciunt contra iuſtitiam: & videtur eſſe miſericordia, & non eſt iudicium. Aliquando rigidum volentes tenere iudicium, peruertunt miſericordiam. Deus autem nec in bonitate miſericordiæ perdit iudicij ſeueritatem: nec in iudicando, amittit miſericordiæ bonitatem. Super Pſalmum centeſimumdecimum tertium, ſermone vigeſimo tertio. Fide cuſtodiũtur iudicia iuſtitiæ Dei, cum ſub Deo iuſto iudice nec rectè factũ infructuoſum

ctuosum, nec peccatum creditur impunitum.

IVDICIA hominum. Differt iudicium à iustitia. super Psal. centesimum quintum. Iudicium & iustitia. Propter vicinitatem significationis, alterum pro altero poni potest, vel iudicium pro iustitia, vel iustitia pro iudicio: tamen si propriè dicantur, aliquid interesse non dubito: vt iudicium custodire dicatur, qui rectè iudicat: iustitiam verò facere qui rectè agit. Nec absurdè existimo intelligi secundum illud quod dictum est, Quousque iustitia conuertatur in iudicium: etiam hîc eos dictos beatos qui iudicium custodiunt in fide, iustitiam faciunt in opere. Veniet enim tempus vt iudicium quod modo custoditur in fide, etiam exerceatur in opere, cum iustitia conuersa fuerit in iudicium, id est, cum acceperint, iusti potestatem iudicandi eos rectè, à quibus modo non rectè iudicantur. Iudicare debet homo seipsum. in sermone nono de aduentu Domini ad iudicium. Si nosmetipsos iudicaremus &c. hoc est, ille qui semetipsum iudicat in præsenti vita per pœnitentiam, à Domino non iudicatur in iudicio. In sermone super illud Micheæ primo. Indicabo tibi homo quid sit bonum &c. Quid Dominus quærit à te nisi te? Quia in omni creatura nihil melius fecit te. Quærit te à te, quia tu perdideras te. Si autem facias quod iussit, inuenit in te iudicium & iustitiam. Iudicium primum in teipso, vt displiceas tibi quod eras, & possis esse quod non eras. Iudicium, inquam, in teipso de teipso, sine acceptione personæ tuæ, vt non parcas peccatis tuis: nec ideo tibi placeant, quia tu facis: nec te laudes in bonis tuis, & Deum accuses in malis tuis: hoc est peruersum iudicium, & ideo nec iudicium. Vt enim ostenderet Deus peruersum iudicium non esse iudicium, non ait, Quid Dominus quærit à te nisi facere iudicium rectum: sed facere iudicium. Si enim rectum, tunc iudicium: si autem peruersum, non iudicium, sed vitium. Rectum ergo iudicium, si iudicium quod ante faciebas corrigas, & Deum laudes in bonis tuis, & te accuses in malis tuis. Et cum tibi peruersus displicueris, téque illo qui creauit adiuuante correxeris, rectus seruabis iustitiam: placebit enim tibi Deus si rectus fueris. Non enim discrepabis à recto, nisi prauus atque peruersus. Rectus autem recto conuenies, & sine dubio tibi placebit Deus. Quando enim tibi displicebat, peruersitati tuæ displicebat. Difficile iudicat seipsum homo. super Psalmum centesimum quadragesimum septimum. Difficile est vt de se quisque perfectè iudicet. Fratres mei, quantumlibet homo proficiat, quantùlibet se ad anteriora extendat, & vt præterita obliuiscatur: Iam dicit sibi, bene est, procedit regula de thesauris Dei, examinat liquidum. Et quis gloriabitur castum se habere cor? Et quis gloriabitur mundum se esse à peccato? Iudicare & nolle iudicari est malum. In epistola ad Pascentium comitem Arrianum. Iniquum est vt quisque iudicare de alio velit, & iudicari de se nolit. Oc-

A culta cordis iudicare quis non debet. Lib. de vera innocentia, cap. xxj. De occultis alieni cordis temerè iudicare peccatum est: & eum cuius opera non videntur nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere, cum eorum quæ hominis sunt incognita, solus Deus iudex sit: quia iustus est & inspector verus. Vt enim dicit. lib. j. quæstionum veteris & noui testamenti. q. xviij. Fallimur in iudicio nostro, quia simulatio in verbis & vultu, circumuenit nos. In corde enim quid sit, videre nõ possumus. Quamobrem sequi Dei iudicium nos oportet, qui secundum cor, in quo vniuscuiusque sententia est, examinat singulos. *Tom. III.* *Tom. IIII.*

Ideo libro vigesimo secundo contra Faustũ. *Tom. VI.*
B Quoniam in magnis animis quædam virtutes vitiis prauorum animorum sunt similes, nonnulla specie, sed nulla æqualitatis cõparatione: quapropter non in quæque laudanda vel vituperanda, accusanda vel defendenda, coercenda vel relaxanda, damnanda vel absoluenda, appetenda vel vitanda temerè irruamus. Vnde de temerario iudicio. super Psal. centesimũ decimũ octauum, sermone duodecimo. Iudicia Dei vera &c. Veritatis enim amator suaue clamat esse quod verum est: hominũ autem iudicia de occultis hominum, non suauia sunt, quia temeraria. Hoc enim procliuius homo suspicatur in alio, quod sentit in seipso. Quæ sint iudicia temeraria, ostendit in homil. super illud, Nolite iudicare & non iudicabimini. In conuersatione hominum sunt *Tom. VIII.*
C aliqua, quæ rationabiliter reprehenduntur: sunt verò quædam quæ non sine peccato iudicantur. Aperta enim mala & iudicari & argui debent. Illa verò quæ ignoramus, & vtrum bono an malo animo fiant scire non possumus, iudicare penitus non debemus. Verbi gratia, Vides hominem frequentius ieiunare, congaude & noli nimis laudare, quia potest hoc pro humana gloria fieri. Sed & noli vituperare, quia potest & prò Deo & pro animæ remedio ieiunare. Vides alium indicto ieiunio publico velle prandere, cum dilectione admone. Si dixerit se pro stomachi lassitudine ieiunare non posse, crede & noli iudicare, quia vtrunque potest fieri, vt per gulam vel luxuriam prandere velit, & pro infirmitate ieiunare non possit. Vidisti alterum subditis suis cum seueritate disciplinam imponere, & indulgentiã tardius dare: noli iudicare crudelem, quia forsitan non hoc facit morbo iracundiæ, sed zelo disciplinæ & amore iustitiæ: propter illud quod scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. Forte aliquis vicinus aut amicus tuus animum suum habet in rebus sibi satis necessariis occupatum, tardius te salutauerit, aut tardius occurrerit quã debuit: noli eum superbum iudicare, noli malignum credere, sed magis hoc aut per obliuionẽ aut per negligentiam, quam per defectum vel superbiam factum crede: quia fortè & tibi hoc, vt est humana fragilitas, frequenter euenit, vt rebus aliis nimis intentus, aliquid minus cautè aut minus sollicitè fecisse videaris, & tamen noluisti te pro hac re malo animo iudicari. In istis ergo *In rebus dubiis dexterã potius declinandum.*
D

& his similibus, quæ vtrum bono an malo animo fiant scire non possumus, melius est vt ad partem dextram animum declinemus: quia tolerabilius est nos in hoc præfiniri, vt eos qui mali sunt bonos esse credamus, quàm vt consuetudine iudicandi etiam de bonis quod malum est suspicemur. De istis ergo rebus quæ sunt Deo notæ & nobis incognitæ, periculosè nostros proximos iudicamus. De ipsis enim Dominus dixit, Nolite iudicare & non iudicabimini. De illis verò quæ aperta sunt & publica mala, iudicare & redarguere cum charitate tamen & amore & possumus & debemus, odio habentes non hominem sed peccatum, non vitiosum sed vitium, detestantes morbum potius quàm ægrotum. Nam publicus adulter, raptor, assiduè ebriosus, proditor, superbus, si iudicati & castigati non fuerint, implebitur in eis illud quod beatissimus Martyr Cyprianus de talibus dixit, Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccati fomitem subministrat.

Tom.IIII. Super epistolã ad Roma. propositione septuagesima prima. In iis rebus quæ possunt & bono animo fieri & malo, iudicium Deo dimittamus: nec audeamus de alterius corde, quod non videmus, ferre sententiam. In iis verò rebus quæ ita comprehenduntur, vt eas bono animo & casto non posse fieri manifestum sit, non improbatur si iudicemus. Ergo quæcunque facta ita manifestantur, vt non possint dici bono animo fieri, iudicanda sunt à nobis. Quæcunque autem ita fiunt, vt quomodo fiant incertum sit, non sunt iudicanda, sed reseruanda iudicio Dei, sicut scriptũ est, Quæ occulta sunt Deo, quæ autem palã sunt nobis & filiis nostris erunt.

Tom.IIII. Libro secundo de sermone Domini in monte, capite sexto. Sunt quædam media, quæ ignoramus quo animo fiãt, quia & bono & malo fieri possunt: de quibus temerarium est iudicare, vt condemnemus. Horum autem veniet tempus, vt iudicent homines, cum Dominus illuminabit abscondita tenebrarum &c. Distinguit ibidem de temerariis iudiciis. De manifestis iudicemus, de occultis verò iudicium Deo relinquamus: quia & ipsa abscondi non possunt, siue bona, siue mala, cum tempus aduenerit quo manifestentur. Duo autem sunt in quibus temerarium cauere debemus iudicium: cum incertum est, quo animo quidque factum sit: vel cum incertum est, qualis futurus sit, qui nunc vel bonus vel malus apparet. Si ergo quispiam, verbi gratia, conquestus de stomacho ieiunare nolit, & tu id non credens edacitatis id vitio tribueris, temere iudicabis. Item si manifestam edacitatem ebrietatémque cognoueris, & ita reprehenderis quasi nunquam posit ille corrigi atque mutari, nihilominus temerè iudicabis. Non ergo reprehendamus quę nescimus quo animo fiant, neque ita reprehendamus ea quæ manifesta sunt, vt desperemus sanitatem: & vitabimus iudicium de quo dicitur, Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis.

Cap. 11. Tom. IX. De isto vltimo iudicio dicit libro de pastoribus. Super illud, Pascam eos in iudicio. Videte quia solus Deus pascit cum iudicio. Quis enim homo iudicat de homine? Temerariis iudiciis plena sunt omnia. De quo desperauimus, subito cõuertitur, & fit optimus: De quo multum præsumpsimus subito deficit, & fit pessimus. Nec timor noster certus est, nec amor noster certus est. Quid sit hodie quisque homo, vix nouit ipse homo: tamen vtcunque quid hodie, quid autem cras nec ipse. Pascit ergo ille cum iudicio, dispartiens propria propriis: hæc istis, illa illis: debita illis quibus debetur hoc aut illud. Nouit enim quid agat: cum iudicio pascit, quos iudicatus redemit. Temerè iudicare nocet iudicanti, vbi supra de sermone Domini in monte. Temerarium iudicium plerunque nihil nocet ei de quo temerè iudicatur, ei autem qui temerè iudicat, ipsa temeritas necesse est noceat.

Vnde infra subdit. Ij maximè temerè iudicant, qui magis amant vituperare & damnare, quàm emendare & corrigere. Et hoc vitium, vel superbia est, vel inuidia. Pro ea voluntate qua quis alterum iudicat, iudicatur. Libro de sex quæstionibus ad Deogratias, quæstione quarta. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini: tanquam si diceretur. In qua voluntate benefeceritis, in ipsa liberabimini: vel in qua voluntate malefeceritis, in ipsa puniemini. Velut si quispiam ad turpem concupiscentiam oculis vtens, excæcari iuberetur: rectè vtique audiret, In quibus oculis peccasti, in eis supplicium meruisti. Vnde in altercatione cum Pascentio comite, coram Laurentio viro clarissimo iudice ab vtroque electo, sic dixit eidem Laurentio. Rectissimam iustitiæ lineam tenens, ò nobilissime fidei vir præsidens, agnosce, rationémque perpende, quia de tuo non solum alij viri sapientissimi iudicio iudicabunt, verum etiam Deus verissimus, qui est omnium iudex, plenius iudicabit. Non differentis Dei spernendum est iudicium, qui nonnunquam etiam & in præsenti iudex vltor assurgit. Vtilem dat regulam. libro primo de origine animæ contra Vincentiũ Victorem ad Renatum, circa prin. Vbi mihi erga me animus hominis ignotus est & incertus, melius arbitror meliora sentire, quàm inexplorata culpare. In epistola secunda ad Alipium. Cauendum est ne cum rem dubiam emendari volumus, maiora vulnera faciamus. Sed spiritualis rectè iudicat. Libro de vera religione. Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur, id est, à nullo homine, sed à sola ipsa lege secundum quam iudicat omnia. Quoniam & illud verissimè dictum est. Oportet nos exhiberi ante tribunal Christi. Omnia ergo spiritualis homo iudicat: quia super omnia est, quando cum Deo est. Cum illo est autem, quando purissimè intelligit, & tota charitate quod intelligit, diligit. Ita etiam quantum potest, lex ipsa etiam ipse fit, secundum quam iudicat omnia, & de qua iudicare nullus potest.

IVDICIA Dei. Distinguitur super Ioannem, sermone vigesimo primo. Aliquando iudicium pœna dicitur, aliquando discretio. Secundũ iudiciũ discretionis dicitur, Oportet nos omnes

exhiberi ante tribunal Christi: secundum autem iudicium damnationis dicitur à Christo. Qui audit, inquit, verba mea habet vitam æternam, & in iudicium non veniet. Libro secundo de consensu quatuor Euangeliorum, capite trigesimo. Duplex est iudicium, vnum damnationis, de quo dictum est. Alij in resurrectionem iudicij: Aliud discretionis, de quo dictum est, Iudica me Deus, & discerne causam meam.

Aliter super Apocal. homil. secūda. Duo sunt iudicia, vnum quod iam per aquam factum est in diluuio: & aliud quod erit per ignem in consummatione sæculi. Hæc duo intelliguntur per similitudinem quam vidit Ioannes in solio sedentis, scilicet Iaspidis & Sardij. Iaspis enim colorem habet aquæ, & Sardius ignis. Aliter super titulum Psalmi noni. Duo iudicia insinuantur per scripturas, vnum occultum, alterum manifestum. Occultum nunc agitur: de quo Apostolus Petrus dicit, Tempus est iudiciū incipiat à domo Domini. Occultum itaque iudicium est pœna qua nunc vnusquisque hominum, aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conuersionem: aut si contempserit vocationem & disciplinam Dei, excæcatur ad damnationem. Iudicium autem manifestum, est quo venturus est Dominus iudicare viuos & mortuos, omnibus fatentibus eum esse à quo & bonis præmia, & malis supplicia tribuuntur. In communibus sermonibus, sermone quadragesimo tertio. Fit in illis contemptus præcepti Dei, qui non vident manifestationem iudicij Dei. Veruntamen etiam modo debet quisque attendere, quod quando vult Deus respicit & iudicat, & horā nō differt: quādo autē vult differt. Quid enim & vnde hoc, nisi quia si nunquam in præsenti iudicaret, non esse Deus crederetur: & si omnia in præsenti iudicaret, & nihil iudicio reseruaret, non esset cui parceret? Ad hoc enim multa reseruantur in vltimo iudicio, vt quia differuntur timeant, & etiam reuertantur. Non enim amat Deus damnare sed saluare: & ideo patiens est in malos, vt de malis faciat bonos. Contemnens autem admonetur, cum per Apostolum sibi dicitur. An ignoras quod patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam cordis tui &c. Ponitur iudicium pro damnatione, libro vigesimo de ciuitate Dei, capite quinto. Iudicium pro damnatione ponitur, vbi legitur, Qui credit in me, in iudicium non veniet. Quomodo enim in iudicio boni separentur à malis, nisi quia non venient in damnationem? Sed de iudiciis Dei in præsenti vita, eodem libro, capite primo. Ideo dicimus diem iudicij Dei vltimum vel nouissimū: quia & nunc iudicat Deus, & ab humani generis initio iudicauit, dimittens de Paradiso, & à ligno vitæ separans primos homines peccati magni patratores: imò etiam quando angelis peccantibus non pepercit, quorum princeps homines à seipso subuersus inuidendo subuertit, proculdubio iudicauit. Nec sine illius iusto altóque iudicio, & in hoc aëreo cœlo, & in

A terris, & dæmonum, & hominum misera vita est erroribus, ærumnísque plenissima. Verùm & si nemo peccasset, non sine bono rectóque iudicio vniuersam rationalem creaturam perseuerātissimè sibi suo Domino cohærentem in æterna beatitudine retineret. Iudicat etiam non solùm vniuersaliter de genere dæmonū atque hominum vt miseri sint, propter primorum merita peccatorum: sed etiam de singulorum operibus propriis quæ gerunt arbitrio voluntatis. Nam & dæmones ne torqueantur, precantur: nec vtique iniustè vel parcitur eis, vel pro sua quaque improbitate torquentur. Et homines plerunque apertè, semper occultè luunt pro suis factis Diuinitus

B pœnas, siue in hac vita, siue post mortem: quamuis nullus hominum agat rectè, nisi Diuino adiuuetur auxilio: nullus dæmonum aut hominum agat iniquè nisi Diuino eodémque iustissimo iudicio permittatur. Nec tamen est iniquitas apud Deum. Vltimus verò dies iudicij propriè iam dicitur, eo quod nullus ibi erit imperitæ querelæ locus, cur iniustus ille sit fœlix, & cur ille iustus infœlix. Omnium nanque tunc non nisi bonorum vera & plena fœlicitas, & omnium non nisi malorum digna & summa infœlicitas. Sunt autem Dei iudicia occulta nobis. ibidem capite secundo. Isto tempore & mala æquo animo ferre discimus, quæ patiuntur etiam boni: & bona non magnipendere, quæ adipiscuntur & mali. Ac per hoc etiā in iis rebus in quibus non apparet Diuina iustitia, salutaris est Diuina doctrina.

Imperuestigabile in hac vita Dei iudicium.

C Nescimus enim quo iudicio Dei bonus ille sit pauper, malus ille sit diues: Iste gaudeat quem pro suis perditis moribus cruciari debuisse arbitramur: contristetur ille, quem vita laudabilis gaudere debuisse persuadet: Exeat de iudicio nō solùm inultus, verum etiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus, aut falsis obrutus testimoniis: econtrario scelestus aduersarius eius non solùm impunitus, verū etiam vindicatus insultet. Impius optimè valeat, pius languore tabescat. Latrocinentur sanissimi iuuenes: & qui nec verbo quenquam lædere potuerunt, diuersa morborum attrocitate affligantur. Infantes vtiles rebus humanis immatura morte rapiantur: & qui videntur nec nasci debuisse, diutissimè insuper viuāt: plenus criminibus, sublimetur honoribus, & hominem sine querela tenebræ ignobilitatis abscondant: & cætera huiusmodi quis col-

D ligit? Quis enumeret? Quæ si haberent in ipsa velut absurditate constantiam, in hac vita in qua homo, sicut sacer Psalmista loquitur, Homo vanitati similis factus est, & dies eius velut vmbra prætereunt: non nisi mali adipiscerentur transitoria bona ista atq; terrena: nec nisi boni talia paterentur mala, posset hoc referri ad iudicium Dei iustum, siue etiam benignum: vt qui nō erant assequuturi bona æterna, quæ faciunt homines beatos, temporalibus his vel deciperentur pro malitia sua, vel pro Dei misericordia consolarentur bonis: & qui non erant passuri æterna tormenta, temporalibus vel pro suis quibuscunque & quà-

taliscunque peccatis affligeretur, vel propter implendas virtutes exerceretur malis. Nunc verò quando non solum in malo sunt boni, & in bono mali, quod videtur iniustum: verum etiam plerũque & malis mala eueniunt, & bonis bona proueniunt: & magis inscrutabilia fiunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius. Quamuis ergo nesciamus quo iudicio Deus ista vel faciat vel fieri sinat: apud quem summa virtus est, & summa sapiẽtia, summáque iustitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas: salubriter tamen discimus non magnipendere seu bona seu mala, quæ videmus esse bonis malísque communia: & illa bona quærere, quæ tantum bonorum: & illa mala maximè fugere, quæ propria sunt malorũ. Cum verò ad illud Dei iudicium venerimus, cuius tempus iam propriè dies iudicij, & aliquando dies Domini nuncupatur: non solùm quæcunque tunc iudicabuntur, verum etiam quæcunque ab initio iudicata, & quæcunque vsque ad tempus illud adhuc iudicanda sunt, apparebunt esse iustissima. Vbi hoc quoque manifestabitur, quã iusto iudicio Dei fiat, vt non tam multa ac penè omnia iusta Dei iudicia lateant sensus mẽtésque mortalium, cum tamen in hac re piorum fidem non lateat, iustum esse quod latet. Sunt etiam multa & stupenda. Libr. soliloquiorum ad Deũ. Magna sunt iudicia tua Domine Deus, iuste iudex & fortis, qui iudicas æquitatem & inscrutabilia facis & profunda, quæ cum considero, contremiscunt omnia ossa mea, quoniam non securatur homo viuens super terram: vt seruiamus tibi piè & castè cunctis diebus vitæ nostræ in timore, & exultemus tibi cum tremore, vt non sit seruitium sine timore, nec gaudium sine tremore, & non glorietur accinctus æquè vt discinctus, neque glorietur ante te omnis caro, sed pauescat & contremiscat à facie tua, cum ignoret homo vtrum amore an odio dignus sit, sed in futurum omnia reseruantur incerta. Vidimus enim Domine multos & audiuimus à patribus nostris, quod vtique sine magno tremore non recolo, & sine multo timore non confiteor, ascendisse primitus quidem vsque ad cœlos, & inter sydera nidum suum collocasse: postmodum autem cecidisse vsque ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse. Vidimus stellas de cœlo cecidisse ab impetu ferientis caudæ draconis: & eos qui iacebant in puluere terræ, à facie subleuãtis manus tuæ mirabiliter ascendisse. Vidimus viuos morientes, & mortuos à morte surgentes, & eos qui inter filios Dei ambulant in medio lapidum ignitorum quasi lutum ad nihilum deuenisse. Vidimus lucem tenebrasse, & de tenebris lucem processisse: quia publicani & meretrices præcedunt incolas in regnum cœlorum, filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Quare autem ista omnia, nisi quia in montem illum ascenderunt, in quem primus ascendit Angelus, & descendit diabolus? Quos autem prædestinasti, ipsos & vocasti, & sanctificasti, & mundasti, vt dignum habitaculum sint tuæ maiestatis: cum

Cap. 29. Tom. I.

Ex piis impij & contrà.

A quibus, & in quibus sunt tibi deliciæ sanctæ & mundæ: in quibus tu delectaris, & lætificas iuuentutem eorum, vt sint ipsi templum sanctum tuum, quod magnæ dignitatis, & commendatio est humanitatis nostræ. Sũt etiam iudicia penitus nobis inuestigabilia. Libro de Spiritu & litera ad Marcellium, circa finem. Aliquid est in abdito & profundo iudiciorum Dei, vt etiam iustorum omne os obstruatur in laude sua, & non aperiatur nisi in laude Dei. Hoc autem aliquid quis possit scrutari, quis inuestigare, quis nosse? tam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Libro de verbis Apostoli, sermone vigesimo. Nemo à
B me quærat occultorum rationem. Ille dicit inscrutabilia sunt iudicia eius: & tu scrutari venisti? Ille dicit inuestigabiles viæ eius: & tu inuestigare venisti? Si inscrutabilia & inuestigabilia inuestigare venisti, crede, quia peristi. Tale est velle scrutari inscrutabilia & inuestigabilia vestigare, quare est velle inuisibilia videre, & ineffabilia fari. Sunt tamen iudicia Dei iusta. Libro de vera innocentia. Nullo modo iudiciis hominum comparanda sunt iudicia Dei, quia non dubitandum est esse iustum etiam quando fecit quod hominibus videtur iniustum. Eodem libro, capite trecentesimo tertio. Iustum iu-
C dicium Dei est, vt peccato suo quisque pereat, cum peccatum Deus non faciat, sicut mortem non fecit: & tamen quem morte dignum censet, occidit. Vnde legitur, Deus mortem non fecit: & legitur, Mors & vita à Deo. Quæ duo inter se non esse contraria, profectò videt quisquis ab operibus Diuinis iudicia Diuina discernit: quia aliud est creando non instituisse mortalem, aliud vindicando plectere peccatorem. Super canticum Psalm. Solus Deus potest vindicando non labi, quia cognoscendo non potest falli. Solus potest nullius potentis suscipere personam, quia eius conscientia non deprauatur aliqua promissa pecunia. In sermone primo de Passione Domini. In terreno iudicio & iusti cõdemnantur, & iniusti effugiunt: rei dimittuntur, & innocentes puniuntur: volentes nanque & nolentes multum errant qui iudicant. Aut e-
D nim ignorantes iustitiam seducuntur, vel certè scientes per auaritiam corrumpuntur, vt sanguinem innocentium vendant. In supernis nihil est tale. Iudex enim iustus est, & iudicium eius tanquam lumen prodit, non habens tenebras, neque ignorantiam.

IVDICIVM vltimum. Certũ est quod erit. Libro primo de verbis Domini. sermone vigesimo. De omnibus rebus quæ nobis in scripturis Diuinis promissæ sunt, vna tantummodo remansit, scilicet de die iudicij, de præmiis bonorum, & de pœna malorum. Nemo se circumueniat: quomodo omnia illa venerunt quæ promissa

missa sunt, sic & dies iudicij, & malorum pœna, & bonorum præmia, sine vlla dubitatione ventura sunt. Et ideo vnusquisque nostrum dum licet, & cum Dei adiutorio in potestate nostra cōsistit, & peccata vitare, & quod bonum est exercere contendat: vt cum ille dies terribilis & metuendus aduenerit, non cum impiis & peccatoribus perenni incendio concrememur, sed cum iustis & Deum timentibus peruenire ad æternum præmium mereamur. Vnde super primā canonicā Ioannis. Qui non credunt diem iudicij, fiduciam habere non possunt in die iudicij. In sermone decimo octauo de aduentu ad iudicium. Diem nouissimum scimus venturum. Vtiliter autem scimus venturum, & vtiliter ignoramus quando venturus sit, vt paratum cor habeamus bene viuendo, & insuper amemus. Quippe dies ille sic infidelibus laborem auget, sicut fidelibus finit. Quod autem horum duorum quisque velit, nunc in nostra est potestate, cum venerit non erit. Elige ergo cum tempus est: quia Deus quod misericorditer occultat, misericorditer differt.

Sermone decimoquarto, de Ascensione Domini. Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate & curiositas abscedat, pietas succedat. Quid ad te quando veniet? Sic viue quasi hodie venturus sit, & non timebis cum venerit. Est autem illud tempus incertum. Libro vigesimo de ciuitate Dei, capite primo. Vltimum iudicium per quot dies tendatur, incertum est. Est occultum quantum distemus ab eo. super Psalmum nonum. Tam occultum est tempus iudicij, vt etiam ipsi iudici occultum esse dictum sit: non ad cognoscendum, sed ad prodendum. In epistola ad Hesychiū. Ego pro possibilitate sensus mei dico, neque mēsem, neque annum aduentus ipsius sciri posse. Quod declarat super titulum Psalmi v. Cum dicitur nescire filium diem iudicij, non est quod nesciat: sed quod nescire faciat eos quibus hoc non expedit scire, id est, vt eis non hoc ostendat. Quid sibi vult nescio quædam præsumptio, quæ annis computatis, certissimum sperat post septem annorū millia diem Domini? Nos igitur quod scire Dominus noluit, libenter nesciamus. Quanto plus differtur plus timendum. super Psalmum quinquagesimum nonum. Quanto magis differtur iudicium, tanto maiore impetu venturū est. Solicitè est expectandū. Libro quinquagesimo Homil. homil. vigesima secunda. Prudenter accipiat vnusquisq; monita præceptoris, ne perdat tempus misericordiæ saluatoris, quæ modo impenditur, quandiu generi humano parcitur. Ad hoc enim parcitur homini, vt conuertatur, & non sit qui damnetur. Viderit Deus quando veniat dies sæculi, est tamen modo tempus fidei finis sæculi. Vtrum hîc aliquem nostrum inueniat, nescio & fortassis non inueniet. Tempus vnicuique nostrum proximum est, quia mortales sumus, & inter casus ambulamus. Vnde si differtur tempus iudicij, non tamen mortis. Lib. de decem chordis. Longum videtur esse tempus quod restat ad iudicium, non tamen erit tantum quantum transactum est: & tamen ex trāsacto & præterito tempore, sperandus est finis reliqui temporis. Quantumuis tamen diem iudicij prolōga, nunquid vltimum diem tuum. i. vitæ tuæ quo exiturus es de corpore hoc, producturus es in lōgū? Incertus est enim, & ideo tanquam quotidianus sperandus est. In communibus sermonibus, sermone lij. Nouissimus dies erit finis sæculi. Nolo dicas. Quando erit? Vnicuique enim homini prope est: quia nouissimus dies cuiusque hominis, dies mortis est. Et cū hinc exieris, recipies pro meritis, & resurges ad recipiēda præmia, pro quibus egisti. Tunc Deus coronabit nō tam merita tua, quam dona sua. Quicquid tibi donauit, si seruasti, tunc recognoscet. Lib. primo de verbis Domini, sermone xxj. Propter nouissimum diem vigilemus. Vnusquisque de nouissimo suo die cogitet, ne fortè cum senseritis vel putaueritis longe esse nouissimum sæculi diē, dormiatis ad nouissimum vestrum diem. Nemo ergo quærat nouissimum diē quando futurus sit, sed vigilemus omnes bene viuendo, ne nouissima dies cuiusq; nostrum nos inueniat imparatos. Et quisq; qualis hinc exierit suo nouissimo die, talis inueniatur in nouissimo sæculi die. Nihil te adiuuabit quod hîc non feceris, vnumquenque opera sua iuuabūt, aut opera sua pressura sunt. Quę tamē ante vel circa tempus illud erūt. lib. xx. de ciuitate Dei. In illo itaque iudicio, vel circa illud iudicium, has res credimus esse venturas. Heliā Thesbitem, fidem Iudeorum, antichristū persequuturū, Christum iudicaturum, mortuorum resurrectionē, bonorū malorūque discretionē, mūdi cōflagrationē, eiusdémque renouationē. Quæ omnia quidē vētura esse credēdū est: sed quibus modis & quo ordine veniāt, magis tūc docebit rerū experientia quā nūc ad profectū hominū intelligētia valeat cōsequi. Existimo tamen eo quo à me cōmemorata sunt ordine esse vētura. Sed de ipso iudice. habetur eo. li. Super illud, Accedā ad vos in iudiciū, & ero testis velox super maleficos &c. Testem se Dominus dicit futurū, quia in iudicio suo nō indigebit testibus. Eúmque velocem, siue quia repēte venturus est, erítque iudiciū ipso inopinato eius aduētu celerrimū, quod tardissimum putabatur: siue quia ipsas conuincet sine vlla sermonis prolixitate conscientias. In cogitationibus enim, sicut scriptum est, impij interrogatio erit. Etiam sic Dominus futurus testis intelligendus est, velox, cum sine mora reuocaturus est in memoriam, vnde conuincat, puniátque conscientiam. Libro de decem chordis. Non est vnde præsumas cum venerit ad iudicium Deus, nec falsos testes adduces quibus ille fallatur, nec patronum fraudulentis circumuentionibus & linguosis artibus adhibebis, nec ambies aliquo modo, vt iudicem possis corrumpere. Quid ergo ages apud talem iudicem, quem nec fallere nec corrumpere poteris? Et tamen est quod agas. Tunc enim ipse erit iudex causæ tuæ qui modo est testis

Cap. 3. o. Tom. V.

Cap. 26.

Cap. 2. Tom. IX.

vitæ tuæ. Super titulum Psalm. centesimi quadragesimi septimi. Vnde timor? Quia iudex venturus est? Nunquid iniustus? Nunquid maleuolus? Nunq̃d inuidus? Nunq̃d postremo ab alio expectat audire causam tuã ne forte ille quem instruxisti, vel præuaricatione te decipiat, vel minore facultate deficiens innocentiæ tuæ bonum verbis demonstrare non possit? Nihil horum. Quis ergo venturus est? Quare non gaudes? Quis venturus est iudicare te, nisi qui venit iudicari pro te? Non timeas accusatorẽ de quo ipse dixit, Princeps huius mũdi missus est foras. Nõ timeas malum aduocatum. Ille enim tibi modo aduocatus est, qui tunc iudex futurus est. Ille erit, & tu, & causa tua, sermo causæ tuæ, testimonium conscientiæ tuæ. Quisquis ergo futurum iudicem times, præsentem conscientiam tuam, modo corrige. Parum ne tibi est quod præterita non requiret? Sine reliquo spatio temporis tunc iudicabit, sed quod in tanto spatio temporis modo præcipit, tunc iam corrigi non licebit. Modo quis prohibet? Erit autem hic iudex Christus. Libro vigesimo de ciuitate Dei, capite sexto. In ea carne veniet iudicaturus, in qua venerat iudicandus.

Psal.8.

Ioan.12.

Tom.V.

Eodem lib. Cũ in propheticis literis ad nouissimum iudiciũ faciendũ Deus legitur esse venturus, & si eius alia distinctio non ponatur: propter ipsum iudicium tantummodo de Christo debet intelligi: quia & si pater iudicabit, per aduentum filij hominis iudicabit. Nam & ipse per suæ præsentiæ manifestationem non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, qui manifestabitur homo iudicaturus, sicut homo est iudicatus.

Cap.30.

In tractatu de fide, sermone tertio. Qui in infirmitate venit vt redimeret, in potestate est venturus vt iudicet. Ad hunc aduentum Domini nostri Iesu Christi parati simus, & timeamus ne ille nos tales non inueniat, quales noluit inueniri, qui ideo omnia pro nobis passus est, vt nos inueniret tales quibus non supplicia inferret, sed præmia redderet sempiterna. In sermone trigesimoquarto de resurrectione Domini. Non ibi licebit decipere, non mentiri, non sub ouis pelle latere. Iudex erit de quo scriptum est. Et illuminabit abscondita tenebrarum. In sermone habito in traditione symboli. Necesse est vt hominem ille discutiat, qui creauit: ille iudicet, qui redemit. Iustum est vt omnipotens Deus mortales suos quos Diuinitatis virtute formauit, iudicis examinatione discernat. Nam quid potest esse æquius apud Deum, quam vt quorum in sæculo fuit diuersa vita, eorum post sæculum merita distinguantur? Viui referuntur ac mortui, vt omnium hominum esse apud Deum vita credatur.

1.Cor.4.

Super Ioannẽ, tract. septuagesimosexto. Iniqui Patrem & Spiritum sanctum nunquam videbunt: filium autem non vt beatificentur, sed vt iudicentur ad modicum videbunt: nec ipsum in forma Dei, vbi est cũ Patre & Spiritusancto pariter inuisibilis: sed in forma hominis, vbi esse mundo voluit patiendo contemptibilis, iudicando terribilis.

Tom.IX.

A bilis. Eodem lib. tract. nonagesimo nono. Christus in iudicio non in forma Dei qua æqualis est patri, quæ nec ab impiis videri potest: sed in forma hominis apparebit, qua minoratus est etiam modico minus ab Angelis: quamuis iam in claritate, non in pristina sit humilitate venturus, conspicuus tamen futurus bonis & malis. Et sermone trigesimo octauo eiusdem libri. Nemo iustius iudicabit quam Christus, qui iniustè iudicatus est. Et vt dicit sermone nonagesimo sexto eiusdem. Qui ceciderunt ad vnam vocem Chrsti morituri, quid faciẽt sub voce iudicaturi?

Libro tertio de verbis Domini, sermone vigesimo septimo. Ad iudicium Christus in forma hominis venturus est; quia pater omne iudicium dedit filio, quia filius hominis est. Iudex erit filius hominis: forma illa iudicabit quæ iudicata est. Sedebit iudex, qui stetit sub iudice: dãnabit veros reos, qui factus est falsus reus. Venire aũt eũ

B in ea forma oportet, vt iudicandi videant iudicẽ. Iudicandi autem erunt boni & mali. Sed bonis solis forma Dei ostendetur, malis verò forma serui: quia vt dicit Isai. Tollatur impius ne videat claritatem Dei. Libro de vera innocentia. Quamuis nunquam recedat à filio pater, ad iudicandos tamen viuos & mortuos non ipse dicitur, sed filius affuturus: quia ibi nec patris nec filij Deitas, sed illa forma videbitur filij, quam sibi per sacramentum incarnationis vniuit. Ipsa ergo erit iudex, quæ sub iudice stetit. Ipsa iudicabit, quæ iudicata est, vt videant impij eius gloriam, in cuius infirmitatem sæuierunt. Talis ergo apparebit iudex, qualis videri possit, & ab eis quos coronaturus, & ab eis quos damna-

C turus est. Pater autem non apparebit, quia forma serui non est indutus, sed filius cui cum etiam homo esset, dedit pater iudicij potestatem. Libro supputationum, parte prima. Deus pater omnipotens Dominus noster Iesus Christus constitutus est à te iudex viuorum & mortuorum. Tu verò non iudicas quenquam, sed omne iudicium dedisti filio. In eius pectore reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ. Ipse autem testis & iudex est, & iudex & testis, quem nulla peccatrix conscientia effugere poterit, omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Ipse sanè qui iniuste iudicatus est, iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iustitia. Libro de vera religione. Vt enim

D nos & omnes animæ rationales secundum veritatem de inferioribus rectè iudicamus, sic de nobis quando eidem cohæremus sola ipsa veritas iudicat. Quod Dei veritas & sapientia iudicatura sit, probatur in Enchiridion. Quod de Christo confitemur futurum, quoniam de cœlo venturus est &c. non pertinet ad vitam nostram quæ hîc geritur, quia nec in rebus gestis eius est, sed in fine sæculi gerendis. Ad hoc pertinet quod Apostolus sequutus adiunxit, Cum Christus apparuerit vita nostra &c. Duobus nãq; modis accipitur quod viuos & mortuos

tuos iudicabit:siue vt viuos intelligamus, quos hîc nondum mortuos,sed adhuc in hac carne viuentes inuenturus est eius aduentus. Mortuos aut qui de corpore prius quam veniat exierunt, vel exituri sunt:siue viuos iustos, mortuos iniustos, quoniam iusti quoque iudicabuntur. Aliquando enim iudicium Dei ponitur in malo, vt est illud,Qui autem malè egerũt in resurrectionem iudicij.Aliquando in bono,secundum quod dictum est.Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.Per iudicium quippe Dei fiet ipsa bonorum malorúmque discretio,vt liberandi à malo,non perdendi cum malis, boni ad dexteram segregentur:propter quod ille clamabat.Iudica me Deus:Et quid dixit velut exponens: Et discerne causam meam. In libro de symbolo.Super illud. Viri Galilæi &c.Repressa est multa & diuersa coniiciens humana præsumptio.In ea forma iudicabit Christus in qua iudicatus est.Sic enim eum viderunt Apostoli ascendere in cœlum quando audierunt sic esse venturum.Illa forma erit conspicua viuis & mortuis, bonis & malis.Siue bonos intelligamus nomine appellatos viuorum,malósque mortuorum: siue viuos illos accipiamus, quos nondum deseruisse istam vitam inueniet eius aduentus, mortuos autem quos eius præsentia suscitabit, sicut ipse in Euangelio loquitur. Veniet hora quando omnes qui in monumentis sunt &c.Et illi videbunt in forma hominis in quem crediderunt, & illi quem contempserunt:formam verò Dei qua æqualis est patri,impij non videbunt. Tolletur enim impius,sicut dicit Propheta, ne videat gloriam Dei:& beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Libro contra perfidiam Arrianorum.Formam in Christo filij hominis tunc ab eo iudicandi videbunt impij, de quibus dictum est. Videbunt in quem confixerunt. Dei verò formam in eodem ipso Christo qua æqualis est patri,vtique non videbunt. Vnde propheta. Tollatur impius &c.quia ad hoc pertinet, beati mundo corde &c. Quare erit terribilis iudicis aspectus.Libro meditationum, capite vigesimo secundo.Iudex terribiliter districtus, inæqualiter seuerus, immoderatè offensus, vehementer iratus: sententia immutabilis, carcer irremeabilis, tormenta sine interuallo, sine temperamento: Tortores horribiles, qui nunquam miserentur.Timor rerum conturbat,conscientia confundit, cogitationes increpant. Fugere non licet. Ecce in quo periculo incessanter consisto, nisi quia non semper hoc cogito. Ego autem miserior & miserabilior,quo obliuisci possum. Semper enim videt Deus me & peccata mea, semper mihi intimantur districta sententia,semper inuisibiles insidiatores parati, vt illuc rapiant miseram animam meam. Sic sum positus cum vigilo,cum dormio:sic sum cum rideo, cum lætor: sic sum cum superbio,cum irascor, cum contristor:sic sum cum delicias corporis miserabiliter amplector: denique sic sum semper & vbique. Heu me miserum,vbi sum,qui nescio vbi futurus sum? In sermone decimo quinto de Ascensione Domini.Sicut rege adueniente ad aliquã ciuitatem, ij qui honoribus decorantur, cum summa confidentia non expectato eius ingressu,longe ante portas occurrunt,& excipiunt venientem,rei autem & criminibus obligati, intra muros continentur, imperatoriam expectaturi sententiam:ita & quando Dominus veniet, iusti ei in ipso medio aere confidenter occurrent: iniusti verò obligati peccatis,tunc hîc remanebunt expectantes iudicium.Sed quia diem festum nolo mœrore condire, nec solennitati miscere tristitiam,parco lachrymis,parco fletibus,meorum peccatorum conscientia sauciatus. Et ideo sermonem in ista festiuitatis lætitia terminabo, illius diei memoriam derelinquens, vt nec diues suis operibus gratuletur,nec pauper sua egestate tristetur, & vnusquisque suæ conscientiæ meritum speret.Nam nec diues beatus,nec pauper miser poterit iudicari: sed qui illius merebitur nubis aspectum, ipse cacumen totius beatitudinis possidebit.Nam qui peccatis pauper est, diuitiis cœlestibus abundabit: & qui criminibus diues est,suppliciorum põdera sustinebit.Et ideo dico vt qui in peccatis sumus, lugeamus: & qui bona conscientia viuunt,gratulentur.Sed nec iusti cõfidant,sed caueant:nec illi lugeant,sed corrigantur. Nam ei licet qui malè fuerit conuersatus, mutari ac gloriam promereri,& iis parem fieri qui semper iustè vixerunt. Hoc & nos implere properemus, & qui bene viuunt, propositi & conuersationis suæ merita futuræ gloriæ applicare festinent: & qui peccatorum mole opprimuntur,celeri correctione mutentur: vt iustorum choro sociati,non indebita reuerentia imperatorem suscipiamus,& Angelorum beatitudine perfruamur. Huic iudici omnes tenentur reddere rationem.in epistola ad Madaurenses,qui non videbantur esse catholici. Non erit quisquam homo nostrorum temporum, qui se in illo iudicio de sua infidelitate possit defendere,cum Christum cantet & iustus ad æquitatem, & periurus ad fraudem,& rex ad imperium, & miles ad pugnam, & maritus propter regimen, & vxor propter obsequium, & pater propter præceptũ,& filius propter obedientiã,& dominus propter dominationem, & seruus propter famulatum,& humilis ad pietatem, & superbus ad æmulationem,& diues vt porrigat,& pauper vt sumat,& ebriosus ad phialam, & mendicus ad ianuam, & bonus vt præstet, & malus vt fallat,& Christianus venerator,& Paganus adulator.Omnes Christum cantant, & qua voluntate atque ore cantent, eidem ipsi quem cantant, rationem sine dubio reddituri sunt. De iudicis assessoribus. Libro vigesimo de ciuitate Dei, capite quinto. Non quia super duodecim sedes sessuros esse dixit discipulos suos, solos

Tom.II. Epist.42.

Tom.V.

A solos duodecim homines cum illo iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero vniuersa quædam significata est iudicantium multitudo, propter duas partes numeri septenarij, quo significatur plerunque vniuersitas: quæ duæ partes, id est, tria & quatuor, altera per alteram multiplicatæ, duodecim faciunt. Nam & quatuor ter, & tria quater, duodecim sunt: & si qua alia huius duodenarij numeri, quæ ad hoc valeat ratio reperitur. Alioquin quoniam in locum Iudæ traditoris, Apostolum Mathiam legimus ordinatum, Apostolus Paulus, qui plus illis omnibus laborauit, vbi ad iudicandum sedeat, nõ habebit: qui profecto cum aliis sanctis ad numerum iudicum se pertinere demonstrat, cum ait, Nescitis quia & angelos iudicabimus? De ipsis quoque iudicandis in hoc numero duodenario similis causa est. Non enim quia dictum est, Iudicãtes duodecim tribus Israel: & tribus Leui, quæ B tertiadecima est, ab eis iudicanda non erit: aut solum illum populum non etiam gentes cæteras iudicabunt? In homil. de pœnitentia. In numero iudicantium, omnes intelliguntur, qui propter Euangelium omnia sua dimiserunt, & sequuti sunt Dominum. Duodenarius quippe numerus, ad quandam vniuersitatem refertur. Vnde non Paulus Apostolus ibi nõ erit, q. inter illos duodecim nõ fuit. Nõ iudicabũtur mali à malis nisi comparatiuè. lib. xx. de ciuitate Dei, ca. v. Quod dixit de Niniuitis & regina Austri, quod condẽnabunt generationem istam. Non ideo dixit condemnabunt generationem istam, quia ipsi iudicabunt, sed quia ex eorum comparatione isti merito damnabuntur. Soli sancti iudicabunt. super Psal. nonagesimum, sermone secundo. Pauciores erunt qui cum Domino iudicabunt, & plures qui stabunt ante illum. Sed non vna conditio eorum. Alij enim ad sinistram, alij ad dexteram: alij vt regnent, alij vt puniantur. Super Psalm. cxxj. Iudicabunt cũ Christo sancti. Veniet enim iudiciũ cũ senioribus populi sui, ait Isai. Alij ergo sunt qui cum illo iudicabunt, alij qui ab illo iudicabuntur. Et ab illis qui cum eo iudicabunt, diuiduntur isti in duas partes, vna ponetur ad dexteram, cui enumerabuntur eleemosynæ, alia ad sinistram, cui enumerabitur crudelitas & sterilitas naturæ. Diffusius & clarius ista ponit, in sermone de instructione monachorũ. Quatuor erunt ordines in die iudicij, duorum bonorum, & duorum malorum. Primus saluabitur & non iudicabitur, hi sunt qui sua omnia reliquerunt, qui cum Domino ad iudicium venient: vt est illud Isai. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Ipsi alios iudicabunt, & non iudicabuntur ab aliis. Secundus iudicabitur & saluabitur: hi sunt boni Christiani qui res huius mundi possident, & illas quotidie pauperibus erogant. Isti tales iudicabuntur, quia eis dicturus est Dominus, Esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. & post pauca. Venite benedicti patris mei &c. Tertius ordo iudicabitur & condemnabitur: hi sunt mali Christiani, qui fidem habere videntur, sed operationem non habent. Istis ad sinistram positis dicturus est, Esuriui, & non dedistis mihi manducare & c. & post pauca ait. Ite in ignem æternum &c. Quartus ordo erit infidelium qui non iudicabuntur, sed condemnabũtur. De his dicit Psal. Impij non resurgent in iudicio. Resurgent quidem, sed non ad hoc vt iudicẽtur, scilicet, vt qui sine lege peccauerunt, sine lege pereant. Primus ordo, id est, qui sua reliquerũt & Christum sequuti sunt, iudicabunt duos ordines sequentes, id est, bonos Christianos, vt bona recipiant: & malos, vt recipiant mala. Quartus vt dictum est non iudicabitur, id est, non rectè credentium. Agite fratres Deo gratias, & seruite illi cum summo amore & cum omni fiducia, qui corda vestra misericorditer tangendo, omnia visibilia despicere vos fecit, vt ad primum ordinem pertinere possitis. Vendicate ergo bene viuendo gratiam tanti honoris, vt cum Deo in die iudicij iudices veniatis. Firmissimè hoc credere debetis, quia fidelissimus est ille qui hoc vobis promisit: veritas est, quæ falli non potest. Magna lætitia, magnum gaudium & inenarrabilis gloria vobis est promissa. Quapropter illuc assiduè attendite, illuc anhelate, illuc citius ire desiderate, quia hoc vita caduca & miserrima est: ideo de ipsa ad fœlicem migrare curate. Et si corpore illuc ire non potestis, amando, desiderando, gustando, mente illuc ascendite. Ibi Patriarchæ, ibi Prophetæ, ibi martyres, ibi virgines, ibi confessores, ibi multæ cateruæ monachorum & monacharum iam requiescunt, iam gaudent, iam lætantur, iam exultant in pratis fœlicissimis, in locis beatissimis, in vberrimis Paradisi pascuis, & C desiderant vt ad illos quanto citius festinare curemus. Et vt citius fiat, Domini clementiã quotidie humiliter exoremus, dicentes, Omnipotens Deus qui cuncta creasti ex nihilo, quique nos vnigeniti tui sanguine pretioso redemisti, & ex aqua & spiritusancto voluntariè generasti, fac nos de hac miserrima peregrinatione ad diu desideratam citius transire patriam, in qua cum beatissimis Angelis & fœlicissimis hominibus, per infinita regnemus sæcula sæculorum. De modo autem ipsius iudicij, dicit. libro vigesimo de ciuitate Dei. Deus manifestè veniet, Deus noster & non silebit. Ignis ante ipsum præibit, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocabit D cœlum de sursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius, qui disponunt testamentum eius, super sacrificia. Hoc de Domino nostro Iesu Christo intelligimus: quem speramus de cœlo esse venturum, ad viuos & mortuos iudicandos. Manifestus enim veniet inter iustos & iniustos iudicaturus iustè, qui prius venit occultus ab iniustis iudicandus iniustè. Ipse enim manifestè veniet, & non silebit, id est, in voce iudicis euidens apparebit, qui prius cum venisset occultus, ante iudicem siluit, quando sicut ouis ad immolandũ ductus

Marginal notes: T. 1.50. Hom. Homil. 50. Tom. X. — Tom. V. — Tom. VIII. — De Ciu. — Psal.

ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente fuit ſine voce. De igne & tempeſtate, pœnam iudicij ſignificat. Aduocauit cœlum de ſurſum, id eſt, ſanctos qui rectè cœlum appellantur. Nam ſecũdũ literæ ſuperficiem, quomodo aduocatur cœlum ſurſum quaſi poſsit eſſe niſi ſurſum? Quod autem adiunctum eſt, Et terram diſcernere populum ſuum: Si tantummodo ſubaudiatur, aduocabit, id eſt aduocabit & terram, nec ſubauditur ſurſum, hunc videtur habere ſurſum ſecundum rectam fidem, vt cœlum intelligatur in eis, qui cum illo ſunt iudicaturi, & terra in eis qui iudicādi ſunt. Poteſt intelligi etiam aduocabit cœlum ſurſum, id eſt, Angelos in ſupernis & excelſis locis, cum quibus deſcendat ad faciendum iudiciũ: aduocabit & terram, id eſt, homines in terra vtique iudicandos. Quod ſi in quolibet ſubauditur ſurſum, intelligitur cœlum dictum propter animas, terram propter corpora. Diſcernere porrò populum ſuum quid eſt, niſi per iudicium ſeparare bonos à malis, tanquam oues ab hœdis? Deinde fit conuerſio ſermonis ad Angelos, Cõgregate illi ſanctos eius. Profectò enim per Angelicum miniſterium tanta res peragenda eſt, qui diſponunt teſtamenta Dei ſuper ſacrificia. Hæc eſt omnis vita iuſtorum diſponere teſtamentũ Dei, id eſt, opera miſericordiæ ſuper ſacrificia, iuxta ſententiam dicentis, Miſericordiam volo magis quam ſacrificium. Aut ſuper ſacrificia, id eſt, ſuper terram, quod fit vtique in terra. Ipſa enim opera miſericordię ſacrificia ſunt quibus placetur Deus, in quibus operibus diſponunt iuſti teſtamẽtum Dei, quia propter promiſsiones quæ nouo teſtamento continentur, hæc faciũt. Vnde dicturus eſt enim Chriſtus. Venite benedicti patris mei &c. Propter hoc ſuper primã canonicã Ioannis. Ille deſiderat diem iudicij, qui fiduciam habet in illo, & eius conſcientia non trepidat.

Super Pſalm. centeſimum. Nunquid iudicium Dei tantummodo formidandum eſt, & non amãdum? Formidandum malis propter pœnam, amãdum bonis propter coronam. Sed de ipſo iudicio quam ſit timendum. dicit in ſermone ſexto de Aſcenſione Domini. Quid erit terroris, quid miſeriæ, quid mœroris, quando ſub illo admirabili Apoſtolorum martyrúmque concilio, ſub illo Angelorum ſydereo ac fulgente conſeſſu, coram rectore omnium, veterum delictorum diuerſis terra maculis anima producetur? Quando latiſsimam iniquitatum ſuarum confuſibilis totius vitæ hiſtoriam, ante ſuos, omniúmque oculos videbit? In ſermone viij. de aduentu ad iudiciũ. In illo magno & metuendo diſtrictóque iudicio, nudi, miſeri, contriſtati, contriti, humiliati, exceruicati, cum tremore & metu inclinati facie, lamentantes, mœrẽtes cũ rubore aſsiſtemus. Nobis Angeli aderunt & Throni, & libri de actibus noſtris aperientur. Iudicium mirum audire, metuendum autem videre omnem hominem ſubitò rationem reddentem de verbis, de actibus, & cogitationibus, per diẽ & noctem quemadmodũ ipſe peccauit. Magnus timor, maior tremor erit. In illa hora magnæ anguſtiæ, quando tuba canet, ſol obſcurabitur, cœli plicabuntur, terra mouebitur, virtutes cœlorũ occurrent. Seraphin mugiet, cherubin reſonabit, ſuperiora & inferiora tartara conturbabuntur, ſepulchra aperientur, corpora congregabuntur, pœnæ parabuntur. Ibi ineffabilis mugitus, inconſolabilis luctus, inenarrabiles lachrymæ. Quid ergo ſperamus ſuſtinere quando in ipſa cauſa ingrediemur, nudi aſsiſtemus, ſolum ſarcinas peccatorũ oſtẽdentes in ceruicibus: Tunc blaſphemantium linguæ exurẽtur ſine intermiſsione, nec erit qui refrigerium præſtet. Tunc malè loquentium dentes à tartareis Angelis contundentur, tũc ſuperborum ora ignibus obturabuntur: tunc cupidorum manus pendẽtes tremebunt, & extendi non poterunt: tunc oculi vigilantium effodientur: vbi tunc parentes & fratres amici & vicini? Vbi imperatorum excellentia, & principum poteſtates? Vbi litigantium ſuperbia? Vbi tunc ſerui & ancillæ? Vbi fragrantia veſtimenta, & ſplendida calciamenta? Vbi ſerica & biſſyna ornamenta? Vbi excellentia auri & ſonitus argenti? Vbi cibi & varij, & horti inſiti inſtar Paradiſi? Vbi habitationes decoratæ & ſplendidæ? Vbi tunc qui condunt theſauros, qui execrantur pauperes & abiiciunt, Deum non timentes, iudicij incredibiles? Quantum erunt ſeipſos exprobantes ac dicentes, Docebamur, & nõ attendebamus: monebamur, & contemnebamus: conteſtabamur, & non credebamus: ſcripturas audientes noſmetipſos ſeducebamus: digna ſunt iudicia Dei, verè digne de noſtris actibus recipimus. Heu propter temporalem & nephandam lętitiam colaphizamur: propter modicum tempus refrigerij perpetuo igne conſumimur, propter modicam gloriam & abominabilem, de vera gloria cecidimus: pro modica eſca Paradiſi ſyderibus priuati ſumus: propter diuitias perituras, diuitias cœleſtes amiſimus. In ſæculo ſtulto omnia poſſedimus, hîc præter pœnas nihil habemus. Illi autem qui tunc non poſſederunt, nunc exaltantur, qui ieiunauerũt, ſaturantur: qui caſtè degerunt, in cœleſti thalamo lætantur: qui ſeminauerunt in lachrymis, in gaudio metunt: qui plãxerunt, perpetuo conſolantur: qui contempſerũt terrena, perceperunt cœleſtia: ſoli nos miſeri tormentis traditi ſumus: & nunc clamamus, & non eſt qui miſereatur: ſuſpiramus, & non eſt qui adiuuet ſiue ſaluet. Et ideo fratres, ne nos cum illis talia verba in futuro ſæculo dicamus, præueniamus eundem diem, & finem anticipemus, furem animarum noſtrarum. Curramus dum tempus habemus, lugeamus, eleemoſynas faciamus, manus ad illum, qui nos ſaluare poteſt, rogando extendamus dicentes, Domine ſalua nos, ne pereamus. Feſtinemus modo chariſsimi prius quã ſol occidat, prius quã ianua claudatur, priuſquã mercatus ſæculi ſoluatur. Li. de gratia noui teſtamẽti. q. lj. c. vj. In futuro iudicio ſubſanetur oẽ ſolatiũ laudis humanæ, neq; iuuabit pro alio diſceptare, vel in alio iudicare, aut gratificari, aut ſuffragari, quãdo vnuſquiſque ꝓpriũ onus portabit, &

pro

pro suorum factorum reddenda ratione iudicabitur. In sermone secundo eiusdem temporis. Si in die iudicij iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebunt? In quo erit fletus & stridor dentium, in quo erit vlulatus & lamentatio, & tarda pœnitentia: quando mouebuntur fundamẽta montium, & ardebit terra vsque ad inferos deorsum: quando, sicut dicit beatus Petrus Apostolus, Cœli ardentes soluentur, elementa ignis ardore tabescent: quando, sicut ipse Dominus in Euangelio dicit, etiam virtutes cœlorum mouebuntur: quando sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Vbi se tũc impij videbunt? Vbi adulteri? Vbi ebriosi? Vbi maledici se cognoscent? Vbi amatores luxuriæ? Vbi raptores? Vbi superbi & inuidi apparebunt? Quid infœlices pro sua defensione dicturi sunt, quos toties admonitos, tam imparatos dies illa reperiet, cum ad illam Archangeli tubam, cum ad buccinã clariorẽ totus simul mugere cœperit mundus, cum, sicut dicit Propheta, venerit Dominus ponere orbem terrarum desertum, & peccatores perdere ex eo: quando, sicut dicit scriptura, peccatores & impij mittentur in stagnũ ignis, & fumus tormentorum illorum ascendet in sæcula sæculorum? Quis tunc tremor, quæ caligo, quæ tenebræ, criminosos quosque negligentes ac tepidos occupabunt? Ne ergo & nos in isto veniamus nimio cruciatu, expergiscamur dum corrigendi tempus est: & voluntatem Domini nostri tanquam boni serui & vtiles requiramus: vt cum dies ille iudicij tremẽdus, & nimium etiam à bonis expauescendus aduenerit, non cum carnalibus, flammis vltricibus cruciemur in inferno, sed cum spiritualibus, virtutum pennis eleuemur in cœlum, secundum illud quod ait Apostolus, Simul, inquit, rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Propterea libro de perfectione iustitiæ hominis. capite vigesimo sexto. Non intres in iudiciũ cum seruo tuo. Hoc est, Noli me iudicare secundum te, qui es sine peccato: quoniam nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Fer. 2. post 1. Dominic. in quadrages. serm. 1. & ord. serm. de temp. 67. Tom. X.

In communibus sermonibus, sermone lij. Quid est, Non intres in iudicium cum seruo tuo: nisi non stes mecum in iudicio, exigendo à me omnia quæ iussisti? Nam reũ me inuenies, si in iudicium mecum intres. Opus ergo mihi misericordia tua potius, quã liquidissimo iudicio tuo.

Item ser. in vigil. Pentecost. de expos. symboli.

Improperabit aũt tũc sua beneficia Christus. in sermone vndecimo de aduẽtu ad iudiciũ. Si ad medicamentum pœnitentiæ non fuerimus conuersi, quid faciemus in illo metuendo die iudicij, cum tremente mundo Dominus præcinentibus Angelorum buccinis, in illo maiestatis suæ throno circundatus cœlestis militiæ luce consederit: ibique de terræ gremio & antiquo puluere suscitato humano genere, adstante testimonio conscientiæ singulorum, positis in cõspectu peccatorum pœnis, iustorúmque præmiis, rationem vitæ cœperit postulare, & plus iam iustus quam misericors, seueritate iudicis contẽptæ

A misericordiæ reos cœperit accusare & dicere: Ego te homo de limo terræ manibus meis feci, ego terrenis artubus spiritum infudi, ego te ad imaginem & similitudinem meam facere dignatus sum, ego te inter Paradisi delicias collocaui, tu vitalia mandata contemnens, deceptorem sequi, quam Dominum maluisti? Sed antiqua motus postea misericordia, cum expulsus de Paradiso iure peccati mortis vinculis tenereris, virginalem vterum sine dispendio virginitatis in pariendo introiui in præsepio positus, & pannis inuolutus iacui, in facie contumelias, humanósque dolores quibus tibi similis fierem, ad hoc scilicet vt te mihi similem facerem, pertuli: irridentium palmas & sputa suscepi, acetum cum fele bibi, flagellis cæsus, spinis coronatus, affixus cruci, perfossus vulnere, vt tu eripereris morti, animã in tormentis dimisi. En clauorum vestigia quibus
B affixus pependi. En perfossum vulnere latus. Suscepi dolores tuos, vt tibi meam gloriam darem. Suscepi mortem tuam, vt tu in æternum viueres. Conditus iacui in sepulchro: vt tu regnares in cœlo. Cur quod pro te pertuli perdidisti? Cur ingrate redemptionis tuæ munera renuisti? Non te ego de morte mea quæro, redde mihi vitam tuã pro qua meam dedi. Redde mihi vitam tuam, quam vanis fallaciis perdidisti, pro qua vulneribus peccatorum tuorum meam occidi. Cur habitaculum quod mihi in te sacraueram, luxuriæ sordibus polluisti? Cur corpus meum illecebrarum turpitudine maculasti? Cur me grauiori criminum tuorum cruce, quam illa in qua quondã pro te pependeram afflixisti? Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux est, quam inuitus
C pendeo, quam illa in qua tui misertus mortẽ tuã occisurus ascendi. Cum essem impassibilis pro te factus sum homo, & pro te pati dignatus sum. Sed tu despexisti in homine Deum, in infirmo salutem, in via reditum, in iudice veniam, in cruce vitam, in suppliciis medicinam. Et quia post omnia mala tua ad medicamenta pœnitentiæ cõfugere noluisti, ab auditu malo non poteris liberari: sed auditurus es cum tuis similibus, Discedite à me maledicti &c. In sermone decimo tertio de aduentu ad iudicium. Perpẽdamus fratres quales erimus in die iudicij, Dei & Angelorum eius conspectui præsentandi, quando opera nostra ante oculos nostros erunt posita. Qualis erit illa confusio, cum continget pro peccatis suis in
D conspectu Dei, omniúmque hominum erubescere: qui hîc nec vnum quidem hominem se spectãtem vult nunc ferre? Quis pauor Deum iratum videre, quem placatum non valet vniuersitas cõprehendere? Illum ergo diem, fratres, timeamus, quem non videre suo tempore nullatenus possumus: vt vel sic actibus nos emendemus. Cõsideremus qui terror in die illo erit, cum Dominus de cœlo ad iudicandum venerit, qui metus erit Deum videre, ad cuius aduentum immensa elementa quatiuntur, cœlum contremiscet cum terrà, virtutésque cœlorum commouebuntur? Tũc nimirum præcinentibus Angelorum tubis, omnes gen

nes gentes quæcunque ſub cœlo fuerunt, & omnis homo tam viri quam fœminæ, in ſuo ſexu vnuſquiſq; quo natus fuit in mundo, boni, vel mali, ſancti & peccatores, vel quicunq; ab initio nati ſunt & mortui fuerunt, ſiue à beſtiis deuorati, ſiue ab igne conſumpti, ſiue ab aquis abſorpti omnes ſimul in momento temporis, in nictu oculi reſurgent, in ipſis ſine dubio corporibus, atque in ipſa carne quam hîc habuerunt. Sic in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, in qua & ipſe Dominus reſurrexit à mortuis, & omnes ad iudicium ipſius Chriſti venient, pariterq; electi & reprobi oculis ſuis eum videbũt, ſicut ipſe in Euangelio dicit, quod videbit eũ omnis oculus: & tunc omnibus aſpicientibus, oſtẽdet liuores fiſſuráſq; clauorũ, & in ipſo ſine dubio corpore quod pro noſtris peccatis vulneratũ eſt, ita peccatores compellãs dicet. Ego te homo de terræ limo manibus meis formaui, in Paradiſo meo, quod nõ merebaris toleraui, ſed tu mea iuſſa contemnens, deceptorẽ ſequi maluiſti, vnde & iuſta pœna dãnatus inferni ſuppliciis deputatus es. Præterea miſertus tui, carnem aſſumpſi in terris, inter peccatores habitaui, contumelias & verbera pro te ſuſtinui vt te eriperẽ, colaphos & ſputa ſuſcepi, vt tibi dulcedinem paradiſi redderem: acetum cum fele bibi pro te vepribus coronatus, crucifixus, lancea vulneratus ſum: propter te mortuus in ſepulchro poſitus ſum, & ad inferna deſcẽdi, vt te ad cœlum reducerẽ: tartara adij, vt tu regnares in cœlo. Agnoſce ergo, ò impietas humana, quæ pro te pertuli. Ecce liuores quos pro te ſuſcepi. Ecce clauorum foramina quibus affixus in cruce pependi. Suſcepi dolores tuos, vt te ſanarem: ſuſcepi pœnam, vt tibi darem gloriam: ſuſcepi mortem, vt tu viueres ſine fine: conditus iacui in ſepulchro, vt tu regnares in cœlo? Hæc omnia pro vobis hominibus ſuſtinui. Ampliusquid vobis debui facere & non feci? Dicite mihi nunc, & oſtendite quid paſsi eſtis propter me Dominum veſtrum, vel quid boni eſtis etiã pro vobis? Ego cum eſſem inuiſibilis & impaſsibilis, propter vos pati dignatus ſum, ſpõte propter vos incarnatus ſum. Cum diues eſſem, propter vos egenus factus ſum: ſed vos humilitatem meam, & præcepta mea ſemper renuiſtis, ſeductorẽ magis quã me ſequuti eſtis. Ecce modo non poteſt iuſtitia mea aliud iudicare niſi quod merentur opera veſtra. Ergo quid ipſi elegiſtis tenete. Contempſiſtis lucẽ, poſsidete tenebras. Amaſtis mortem, ite in perditionem. Sequuti eſtis diabolũ, ite cum eo in ignem æternũ. Quis putas tũc erit mœror? Quis luctus? Quæ triſtitia? Quæ anguſtia, cũ hæc fuerit aduerſus impios prolata ſentẽtia? Tũc malis dura ſeparatio à conſortio ſanctorum. Tũc impij traditi in poteſtate dæmonum, ibunt & cũ ſuis corporibus cũ diabolo in ſupplicium æternum, & permanebũt ſemper ſine fine in luctu & gemitu. Procul quippe exules à beata Paradiſi patria, cruciabuntur in gehenna perpetua, nunquam lucem viſuri, nunquam refrigerium adepturi, ſed ſemper per millia millium in inferno

A cruciandi, nec inde in ſæcula ſæculorum liberandi: vbi nec qui torquet aliquãdo fatigatur, nec qui torquetur aliquando moritur. Sic enim ignis cõſumit, vt ſemper reſeruet: ſic tormenta agunt, vt ſemper renouentur. Iuxta qualitatem verò culpę, pœnam vnuſquiſque ſuſtinebit gehennæ. Similis culpæ rei, ſuis ſimilibus iungentur cruciãdi. Non ibi audietur aliquid niſi fletus, & planctus, atque ſtridor dentium: ibi non erit aliud conſolamentum quam flammæ & terrores pœnarum, ibi ardebunt miſeri in igne æterno per infinita ſæcula ſæculorum. Iuſti autem ibunt in vitam æternam, in ipſa ſine dubio carne, quam hîc habuerunt, & ſociabuntur angelis ſanctis in gloria ſempiterna.

In ſermone ad eremitas, verſus fi. Verendum eſt autem, ne iſtam vocem reſurrectionis pretio-
B ſæ crucis veſtigia proteſtantem, etiam in iudicio ſuo ad vaſa iniquitatis prolaturus ſit. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manũ tuã, & mitte in latus meum, & cognoſce quæ pro te impio mea pietas pertulit. Illa vtique clauorũ ſigna bonis ſalutaria, malíſque terribilia, vſque ad diem iudicij non delebuntur, poſt quod quid ſequitur, niſi illud interpoſitum inter viuos ac mortuos expaueſcẽdum chaos, vaſtúmque diſcrimẽ, excluſio à terra viuẽtium, tenebræ exteriores, dura ſeparatio à dulci intuitu ſanctorum & ſocietate fœlicium? Sed cõtra excuſantes, ſancti tũc habebunt proclamare, in ſermo. iiij. eiuſdem temporis. Quid dicturi tunc ſunt miſeri pro ſua defenſione? Poterunt dicere, Neſciuimus te Dominum eſſe, non vidimus, nõ audiuimus, Prophetas
C non miſiſti, legem non dediſti, Patriarchas non vidimus, ſanctorum exempla non legimus, Chriſtus tuus in terra non fuit. Nunquid non Petrus tacuit, aut Paulus prædicauit? Euãgeliſtæ & Martyres non fuerũt, quorum exempla ſequeremur. Futurum iudicium nemo prædixit, veſtire nudũ nemo mandauit, reſiſtere libidini nemo præcepit, reſpuere auaritiam nemo perſuaſit. Ignorãtia peccauimus, meremur veniam in his quæ geſſimus neſcientes. Sed hæc non valebunt: quia ſi opus erit, quod non erit, ſurget primus Noe iuſtus, & proclamabit, Ego Domine propter peccata eorũ ne perirent, diluuium prædicaui, vt iſti agnoſcerent quæ eſſet innocentibus ſalus, & quæ pœna peccantibus. Poſt hũc veniet Abrahã & dicet, Ego pater gentium, cuius exempla ſequentes
D electi ſunt. Ego filium meum Iſaac non dubitaui tibi Domine offerre pro victima. Vt iſti cognoſcerẽt in hoc ſibi pro te Domino reſeruare, ego filio meo non peperci. Ego te Domine iubente, terram meam & cognationem meam deſerui, vt eis eſſem exemplum ſua peccata deſerere. Huic Moſes ſubſequutus dicet, Ego dixi, Non adulterabis: vt licentiam fornicationis tollerem. Ego dixi, Diliges proximum tuum: vt charitas abundaret. Ego dixi, Soli Deo ſeruies: ne idolis immolarent. Ego dixi iniquis, Falſum teſtimonium ne dicatis: vt aduerſum hominem os ſuum mentiendo clauderent: & omnia alia ſalutis præcepta te præcipiente propoſui. Poſt hunc veniet

Dauid & dicet, Ego te Domine per omnia nuntiaui. Ego cum rex essem præditus potestate, cilicio subtectus & cineri subiectus oraui, vt istis mansuetudinis ac humilitatis exemplum darem. Ego dixi, Beatus vir, cuius nomen Domini spes eius. Ego dixi, Exultabunt sancti in gloria. Ego dixi, Desideria peccatorum peribunt, vt agnoscerent & peccare desinerēt. Ego inimicis meis, qui me persequebantur, peperci, vt & isti misericordiam imitarentur. Post hunc Isaias dicet, Ego Domine per os meum eos præmonui. Ego peccantibus iram venire testatus sum, vt istos à malis suis, siue spes præmiorū, vel suppliciorū formido repelleret. Post hunc ipse Christus dicet, Ego vobis regna cœlorum promisi. Ego etiam vt malorum vestrorum pœnitentiam ageretis, in exemplum latronem, qui me sub vnius horæ momento in suo fine confessus est, in paradiso locaui, vt vel illius fidem, qui remitti sibi peccata meruerat, imitaremini. Nā & pro vobis ego passus sum, ne dubitaret homo pro se pati, quod Deus pro homine pertulit. Ego me post resurrectionem, ne fides vestra cōfunderetur, ostendi. Ego in Petro Iudęos admonui. Ego in Paulo gentibus prædicaui. Quid vobis iuuit quod labiis me honorastis, si factis & operibus denegastis? Tunc illis miseris se excusare non valentibus dicetur, Ite in tenebras exteriores, &c. Ergo fratres sanctorum imitemur exempla, & studeamus nos emendare in melius, qui pro nobis ipsis habemus reddere rationem. Erit tunc peccatoribus intolerabilis poena. super Psal. xlix. Si possemus facere vt dies iudicij non veniret, puto quia nec sic malè viuēdum esset. Si non veniret ignis Dei iudicij, & solū peccatoribus immineret separatio à facie Dei, in qualibet essent affluentia deliciarum, non videntes à quo creati sunt, & separati ab illa dulcedine ineffabilis vultus eius, in qualibet essent æternitate & impunitate peccati, plangere se deberēt. Sed quid loquar, aut quibus loquar? Hæc amantibus poena est, non contemnentibus. Qui dulcedinem sapientiæ & veritatis vtcunq; sentire cœperunt, nouerunt quanta pœna sit tantummodo à Dei facie separari. Qui autem illam dulcedinem nondum gustauerunt, si nondum desiderant Dei faciem, timeant vel ignem: supplicia terreant, quem præmia non inuitant. Vile tibi est quod Deus pollicetur, contremisce quod minatur. Nō erit iste ignis vt focus tuus: quo tamen si manum mittere cogaris, facies quicquid voluerit qui hoc minatur. Si tibi dicat, Scribe contra caput patris tui, vel capita filiorum tuorum: nam manum tuā, si non feceris, mitto in focum: tu facies ne ardeat manus tua, ne ardeat ad tempus membrum tuum, non semper in dolore futurum. Minatur ergo inimicus tam leue malum, & facis malum: minatur Deus æternum malum, & non facis bonum? Ad malū faciendum nec minę te compellere deberent: à bono faciendo, nec minæ te terrere deberent. Minis enim Dei, minis ignis æterni prohiberis à malo, & inuitaris ab bonum. Sed summa pœnarum erit separari à Christo. in sermone

Tom. VIII.

A ad Eremitas, circa fin. Inter lachrymales gemitus, planctus lugentium, & collegium triste miserorum, & ante beatam patriam æternam & teterrimū noctis auxilium, quam lugubre erit homini Deū videre, & perdere: & ante creatoris sui perire conspectum? Et ideo fratres ista dum tēpus habemus cogitantes, redemptionis nostræ beneficia recolentes, ita cum Dei adiutorio indefesso studio laboremus, vt quod pro nobis obtulit iudicatus, in nobis inueniat iudicaturus. Nec erit post iudicum misericordia. Lib. lxxxiij. quæstionum. Clausa est ianua, id est, clausus est aditus regni cœlorum. Non enim post iudicium patet precum aut meritorum locus. Ibidem infra. Magna est seueritas post iudicium, cuius ante iudiciū ineffabilis misericordia prærogata est. Vn-
B de post iudicium pœnitentia erit inutilis. super Psal. lj. Cum venerit iudicij tempus, correctionis locus nō erit, sed tātū dānationis: erit ibi pœnitētia, sed infructuosa, quia sera. Vis vt sit fructuosa? Non sit sera. Hodie te corrige. Reus es, ille iudex est: Corrige reatum, & gaudebis ad iudicem. Hodie enim hortatur te, ne iudicet te. Et qui iudex tuus futurus est, ipse est hodie aduocatus tuus.

Et ideo ante tempus facienda est pœnitentia delictorum. in sermone x. de aduentu ad iudiciū. Vt non duram & terribilem sententiam ante tribunal æterni iudicis audire mereamur, dum adhuc licet, & cum Dei adiutorio in nostra potestate sumus, consideremus conscientiam nostram: & si aliqua crimina vel peccata capitalia nondum eleemosynis & orationibus purgata, nobis
C adhuc dominari cognoscimus, portum pœnitentiæ deuictis peccatorum fluctibus, Christo gubernante festinemus intrare. Et si quid in nauicula animæ nostræ multis tempestatibus peccatorum, aut per superbiam fractum, aut per auaritiam ruptum, aut per luxuriam resolutum esse cognoscimus, componere vel reparare bonis operibus festinemus. Studeamus iugiter vitiorum exhaurire sentinam. Non enim nocent peccata præterita, si non placent præsentia. Si enim nulli iustorum sufficit iustitia sua, si non perseuerauerint vsque in finem: ita nulli peccatorum nocere poterit iniquitas sua, si antequam de corpore isto discedat, ad eleemosynarum remedia, vel ad pœnitentiæ medicamenta confu-
D gerit. Sed quia quando vel qua hora de hoc sæculo rapiamur scire non possumus, sine vlla dilatione vel mora, de sinistra fugere festinemus ad dexteram. Vnde de ipso iudicio semper meditari est vtile. in sermone tertio ejusdem temporis. & eadem homil. super illud. Cum venerit filius hominis, & cætera. Rogo vos fratres vt lectionem istam toto corde, & sensu semper vigilantissimo audiatis: quia nec laboriosa est ad sciendum, vt semper illam memoriter teneatis, & virtutem illius assiduè cogitetis. Qui enim istam lectionem diligenter attendit, etiam si reliquas scripturas legere non poterit, ad omne opus bonum faciendum, & omne malum fugiendum sufficere poterit.

Iu

IVGVM. Lib.Hypognosticon.Super illud, Graue iugum super filios Adæ,&c.Quod est graue iugũ nisi peccatũ?Et quare dictũ est iugũ, nisi quia ex duobus Adã & Eua veniat, vel duorũ premat & conterat colla,id est, masculi & fœminę,maiorũ videlicet atq; minorũ,quia in vtroq; sexu iugũ sunt? Ideo ait generaliter, Graue iugum super filios Adæ.Dicendo ergo, super filios,ætates non discernit vel sexus,& comparando iugũ peccato propter Christum: qui vt cæteri ex vsu coniugatorum natus non est,omnes cæteros esse peccatores æquauit. Hoc iugo,id est,originali peccato reuincti maiores atque minores, vitio ex ipso orti, tanquam aratrum trahimus quandiu sumus in corpore mortis, cuius cupiditatum vomere proscinditur,hoc est corrumpitur terra nostra.Propter quod in libro sapiẽtię dictũ puto, Corpus quod corrũpitur aggrauat animã. A cuius iugi labore & onere, vel aratri corruptione vt requiescat,nemo soluitur propria voluntate & potestate,nisi ab illo iuste iudicante & indebitè miserante,qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis,& o. e.tollite iugum meum.s.v.& inue.re.a.vestris.Iugum enim meum suaue est,& onus meum leue.Quomodo verò ad eum vocati eant,ipse ostendit dicens.Nemo venit ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eum: Pro iugo ergo peccati aspero & graui,quo carnaliter nati premuntur,vocatis tollendum super se iugũ suaue,& onus leue pręcepit.Iam diximus cur peccatum iugo sit comparatum: nunc spirituale iugum Christi & onus intelligere debemus, charitatem dico,qua iubemur diligere Deum & proximum:quia in his duobus præceptis tanquam in iugo, lex omnis pendet & Prophetæ.Quid enim suauius aut quid leuius charitate,qua nos diligens Deus,per mortem filij sui ex duobus populis Iudaicis,scilicet, atque gentilibus, vinculo gratiæ atque in vnitate fidei coniugauit & fecit vtraque vnum?Christi itaque iugum ceruices,quas pressferat peccati iugum,suspendit, non premit ad cœlum leuans:quia charitas, sine qua nemo poterit promereri Deum, nunquam cadit,& operit multitudinem peccatorum. Ipsa est enim onus leue, quam qui habuerit, Deum portat, quia charitas Deus est.Et Apostolus ait,Glorificate & portate Deum in corpore vestro,&c.

IVMENTVM. Lib.quæstionum in Deutero.q.xxxviij.Latinè abiuuando, iumenta dicuntur. Declarat lib.quæstionum leuitici. quæst.ij.Iumenta in Latina lingua dicuntur,quorum laboribus adiuuantur homines, maximè in portandis oneribus, sicuti sunt asini, equi, muli,cameli, & si quid est huiusmodi. Moraliter. libro hypognosticon.Rectè arbitror liberum arbitriũ iumento comparari:vnde dictum est, Vt iumentum factus sum apud te:gratiam verò sessori: quia sicut iumentum animal viuacissimum vt dometur ad opus homini necessarium de armento vagum apprehenditur, & incipit per curam domantis se ad eius proficere voluntatem: ita libe-

A rum arbitrium quod vulneratum viuit in homine,gratia Dei apprehenditur de armẽto luxurię sæculi,in quo sub pastore diabolo vagabatur per incongruas voluptates.Pastorem diabolum dixit secundum Zachariam Prophetam dicentem, O pastor & idolũ. Apprehẽditur ergo gratia ad domãdũ liberũ arbitriũ vt malæ conuersationis deposita feritate humilietur ad obediẽdum in opus Domino necessariũ & corrigatur, & ita per eius semper curã incipiat in Dei ꝓficere volũtatẽ.Sicut enim iumentũ illud dũ in via dirigitur, sessoris manu regitur, vt iter rectum siue leniter,siue cursim secundum sedentis voluntatem possit incedere,quousque ad locum perueniat destinatũ: ita & liberum arbitrium dum in via,id est,Christo esse cœperit,gratiæ regimine regitur, & in semitis Domini recto corde,seu patientia charitatis,seu feruente spiritu,id est, secundum diuisionem gratiarum possit ambulare quousq; ad promissum regnum cœlorum perueniat. Ideo Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam. Et sicut iumentum aliquoties sub sessore pastum largioribus cibariis incumbens fræno, cursu extollitur, sessoris flagello cæditur, vt secundum eius ambulet voluntatem:similiter liberum arbitrium dum homo gratiæ Dei immemor in prosperis efficitur, & tanquam de sui possibilitate gloriatus extollitur,eius flagello corripitur,cum variis tribulationibus paululum subiugatur,vt humiliatus homo in sua infirmitate ad gratiæ recurrat auxilium. Et sicut sedens iumento, cum peregerit iter quod incessit, dicit,vt puta triginta milliaria se fecisse, quę non fecisset nisi ea iumento cucurrrisset:nec iumentum,nisi à sessore directum fuisset,sed labor itineris imputatur vtrique: ita & gratia & liberũ arbitrium peragit sine dubio iter fidei liberum,dum Christianus facit Dei præcepta,sed non sine gratia dirigente & gubernante.Propter quod dicit in Psal. Dirige in conspectu tuo viam meam.Et à Domino gressus hominis diriguntur.

IVRARE. Super Psal.cxxxj. Iurare est firmè promittere. Deiuratione Dei,super Psal. lxxxviij.sermone j.Iuratio quippe Dei,promissionis est confirmatio. Bene prohibetur homo iurare,ne consuetudine iurandi, quia potest homo falli,etiam in periurium prolabatur.Deus solus securus iurare potest, quoniam falli non potest. Super Psal.xciiij. Loqui Deum magnũ est,quanto magis iurare Deum?Iurantem hominem debes timere,ne propter iurationem faciat, quod contra voluntatem eius est: quanto magis Deum, qui nihil temerè iurare potest? Iurationem ad cõfirmationem voluit esse. Et per quem iurat Deus,nisi per se ipsum?Non enim habet maiorẽ per quem iuret. Per seipsum cõfirmat promissa sua,per seipsum confirmat minas suas. Nemo dicat in corde suo, verum est quod promittit, falsum est quod minatur. Sicut enim verum est quod promittit, sic certum est quod minatur.
Super Psal.cix.Super illud.Iurauit Dominus.

Cc ij

Dominus ergo iurat,qui hominẽ prohibet à iurã do?An forte ideo magis hominẽ prohibet à iurã do ne in periuriũ prolabatur?Et ideo magis Deus iurat,quia nõ poteſt eſſe periurus? Homo enim qui per conſuetudinem poteſt lingua in periurium prolabi,bene prohibetur iurare. Tanto enim longius erit à periurio, quanto erit longe à iurando. Qui enim iurat homo, falſum & verum iurare poteſt: qui autem non iurat, falſum iurare non poteſt,quia omnino non iurat. Cur ergo non iuret Dominus: quando Domini iuramentum promiſsionis eſt firmamentum? Iuret omnino. Quid ergo tu facis cum iuras? Teſtaris

Iurare quid. Deum. Hoc eſt iurare, Deum teſtari:& ideo moleſtum,ne ad aliquam falſitatem teſtem adhibeas Deum. Si ergo tu iurando teſtaris Deum, cur nõ & Deus iurando teſtetur ſeipſum? Viuo ego dicit Dominus:iuratio Dei eſt. Sermone xvij. de aduentu in carnem. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum.t.es ſa.in æternum. Quid eſt quod iurauit Dominus,niſi inconcuſſa veritate firmauit? Et quid eſt non pœnitebit eum,niſi hoc ſacerdotium nulla omnino ratione mutabit? Neq; enim ſicut hominẽ,pœnitet & Deum: ſed Dei dicitur pœnitentia quando ab illo inſtituitur rei cuiuſcunque mutatio, quæ credebatur eſſe manſura.

Tom.V. Lib. xvj. de ciuitate Dei. cap. xxxij. Per meipſum iuraui dicit Dominus. Quid eſt Dei veri, veracíſque iuratio, niſi promiſsi confirmatio, & infidelium quædam increpatio? Quid ſit iura-

Tom.IIII. re hominis. Lib.j. de ſermone Domini in monte. cap.xv. Sicut falſum loqui non poteſt, qui non loquitur, ita peierare non poteſt, qui non iurat. Sed tamen qui iurat, adhibet teſtem Deum. Vnde timore periurij inhibetur iuratio. ibidem & ponitur in Dec. xxij. quæſtio. prima. Ita intelligitur præcepiſſe Deum ne iuretur: ne quiſquam, ſicut bonum appetat iuſiurandum, & aſsiduitatem iurandi, ad periurium per conſuetudinem dilabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſariis iurationem habendam, refrænat ſe quantum poteſt, vt ea non vtatur niſi neceſsitate, cum videt pigros homines eſſe ad credendum quod eis eſt vtile, niſi iuratione firmetur. Ad hoc itaque pertinet quod ſic dicitur, Sit autem ſermo veſter eſt, eſt: non, non: hoc bonum eſt & appetendum. Quod autem amplius eſt, à malo, id eſt, ſi iurare compelleris, ſcias de neceſsitate venire infirmitatis eorũ quibus aliquid ſuades: quæ vitique infirmitas, malũ eſt.

In expoſ. cap.1. Tom.IIII. Super epiſtolã ad Gal. & ponitur in Decretis ibidẽ. Non eſt cõtra præceptum Domini iuratio, quæ à malo non iurantus eſt, ſed increduli, à quo iurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuiſſe à iureiurando, vt quantum in ipſo eſt, quiſque non iuret: quod multi faciunt in ore iurationem habentes, tanquam magnum atque ſuaue aliquid. Nam vtique Apoſtolus nouerat præceptum Domini, & tamen iurauit: Non enim audiẽdi ſunt, qui has

1.Cor.15. iurationes eſſe non putant. Quid enim faciet de illa, Quotidie morior propter gloriam veſtram

A fratres quam habeo in Ieſu Chriſto Domino noſtro: quam Græca exẽplaria manifeſtiſsimam iurationẽ eſſe oſtendunt. Prohibemur ergo iurare aut cupiditate, aut delectatione iurandi. Quamuis enim iuramentum amplius ſit quam eſt eſt, non non: & ideo à malo ſit, non tamẽ à tuo malo, ſed à malo infirmitatis aut incredulitatis eorum qui non aliter mouentur ad fidem. In epiſtola ad Publicolam cliiij. & allegatur prædicta quæſtione & cauſ. *Tom.II. Quæſt.* Ideo dictum eſt, ne iuremus: non quia verum iurare peccatum eſt, ſed quia peierare peccatũ immane eſt: à quo longe nos eſſe voluit qui omnino ne iuremus admonuit. Quãuis tamen dictum ſit, ne iuremus: nuſquam tamen in ſcripturis legi meminerimus, ne ab alio iurationem accipiamus. Libro contra Fortunatum *Tom.VI.*

B Manichæum, diſputatione ij. in medio. Liberum voluntatis arbitrium in illo homine fuiſſe dico, qui primus formatus eſt. Ille ſic factus eſt, vt nihil omnino voluntati eius reſiſteret, ſi vellet Dei præcepta ſeruare. Poſtquam autem ipſe libera voluntate peccauit, nos in neceſsitatem præcipitati ſumus qui ab eius ſtirpe deſcẽdimus. Poteſt autẽ vnuſquiſque noſtrum mediocri conſideratione inuenire verum eſſe quod dico. Hodie nanque in actionibus noſtris antequam conſuetudine aliqua implicemur, liberum habemus arbitrium faciẽdi aliquid vel nõ faciendi: cum autem iſta libertate fecerimus aliquid, & facti ipſius tenuerit animã pernicioſa dulcedo & voluptas, ipſa eadem ſua conſuetudine ſic implicatur, vt poſtea vincere nõ poſsit, quod ſibi ipſa peccando fabricata eſt. Vi-

C demus multos iurare nolle: ſed quia iam conſuetudinem lingua tenuit, non poſſe refrenare. Et *Diſput.* infra. Si vultis experiri verum eſſe quod dico, inſtituite non iurare, & videbitis illam conſuetudinem ferri quo ſolet: & hoc eſt quod aduerſus animam pugnat conſuetudo facta in carne. Ipſa eſt nimirum carnis pudicitia, quæ tandiu legi Dei ſubiici nõ poteſt, quandiu prudẽtia carnis eſt: ſed illuminata anima deſinit illa eſſe carnis prudentia. Sic enim dictum eſt, Prudentiã carnis non poſſe legi Dei eſſe ſubiectam: quemadmodum ſi diceretur, glacialem niuem calidam eſſe non poſſe. Nullo enim pacto quandiu nix eſt, calida eſſe poteſt. Sed quemadmodum illa nix calore reſoluitur & deſinit nix eſſe, vt poſsit caleſcere, ſic illa carnis prudentia, id eſt, cõſuetudo peccandi cum

D carne, cũ fuerit mẽs noſtra illuminata, & ad arbitrium Diuinæ voluntatis totum hominem ſibi Deus ſubiecerit, pro illa conſuetudine animæ mala, facit conſuetudinem bonam. Libro de mendacio. cap. decimo quinto. *Tom.II.* Dico vobis. Nolite iurare omnino, ne ſcilicet iurando ad facilitatem iurandi veniatur, & ex facilitate ad conſuetudinem, atque ex conſuetudine in periurium decidatur. Sed quia interdum neceſſaria eſt iuratio. ideo ibidem. cap. decimo octauo. Omnis iuratio circunciſa eſt, ſed ab ore cordis: vt nunquam volũtatis approbatione fiat, ſed neceſsitate infirmitatis alterius, id eſt, malo alterius, cui non ali

aliter videtur persuaderi posse quod dicitur, nisi iurãdo fides fiat: aut ab alio malo nostro, quod huius mortalitatis adhuc pellibus inuoluti, cor nostrũ nõ valemus ostendere: quod vtiq; si valeremus, iuratione opus non esset. Libro primo de sermone Domini in monte, vt supra. Tu non malũ facis qui bene vteris iuratione, quæ & si nõ bona, tamen necessaria est, vt alteri persuadeas quod vtiliter persuades: sed à malo est illius, cuius infirmitate iurare cogeris. Libro de verbis Apostoli, & ponitur in decret. vt supra. Si peccatum esset iuratio, nec in veteri lege diceretur, Non peierabis, sed reddes Domino iuramenta tua: non enim peccatum præciperetur nobis. Item non vobis dicimus nos non iurare. Si enim hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet iuro: sed quantum mihi videtur magna necessitate compulsus. Cum video nisi faciam, mihi non credi, & ei qui mihi non credit, non expedire quod non credit, hac perpensa ratione & consideratione, librata, cum magno timore dico. Coram Deo: aut, Testis mihi est Deus: aut, Scit Christus quod sic est in meo animo: Et video quod plus est quam est est, non non. Sed quod amplius est, à malo est: non iurantis, sed non credentis. Sed de falsè iurantibus. dicit eodem libro. Homines falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Putat homo verum esse quod falsum est, & temerè iurat: aut scit: aut putat falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant tamen ista periuria duo quæ commemoraui. Fac iurare illum, qui verum putat esse pro quo iurat, & tamen falsum est, non ex animo iste peierat, sed fallitur: pro vero enim habet quod falsum est, non pro re falsa sciens iurationem interponit. Da alium, qui scit falsum esse, & dicit verum esse, & iurat tanquam verum sit quod scit falsum esse: videte quam detestanda sit ista belua, & de rebus humanis exterminanda. Quis enim hoc fieri velit? Omnes homines detestantur talia. Fac alium qui putat esse falsum, & iurat tanquam verum sit, & fortè verum est, verbi gratia, vt intelligatis. Pluit in illo loco interrogas hominem, & putat non pluisse, & dicit, Pluit: sed putet non pluisse peierans est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam nõ facit nisi rea mens.

Plus peccat iurando falsum per Deum verum, in præall. epistola ad Publicolam. Sine vlla dubitatione minus malum est, per falsum Deũ iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctũ est, tanto magis est pœnale peiurium. Propterea libro quæstionum in Deutero. quæstione duodecima. Quod ait Dominus, Et in nomine meo iurabis: non ita præceptum accipiendum est, quasi iurari iusserit: Sed in alterius alicuius Dei nomine iurari prohibuit. Melius autẽ fit, si secũdũ Euangelium nec iuraueris, non quia mala est vera iuratio, sed ne in periurium incidatur facilitate iurandi. Qui enim iurat, non solum verum, sed etiam falsum iurare potest. Qui autem omnino non iurat, à periurio longe ambulat. Non est petendum iuramentum ab eo qui scitur falsum iuraturus. in sermone quarto de decollatione Ioannis baptistæ. Scribite in cordibus vestris quod dico. Ille qui hominem prouocauit ad iurationem, & scit eum falsum esse iuraturum, vincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imo duas animas, & eius quem iurare prouocauit, & suam. Scis verum esse quod dicis, & falsum esse quod dicit ille, & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat. Ecce perit, tu quid inuenisti? Imo tu peristi, qui de illius morte satiari voluisti. Aliquid dicam charitati vestræ quod contigit in hac Ecclesia. Fuit hîc homo quidam simplex, innocens, bene fidelis, à cunctis Hipponensibus cognitus, Tutuslymeni vocatus. Ab illo audiui quod dico. Nescio quis negauit ei, vel quod commendauerat, vel quod ei debebatur, & hominis fidei se commisit. Commotus prouocauit eum ad iusiurandum. Iurauit ille, iste perdidit: sed isto perdente, ille penitus periit. Dicebat autem iste Tutuslymeni homo grauis & fidelis, ipsa nocte exhibitum se fuisse ad iudicem, & cum magno impetu atque terrore se peruenisse ad præsidentem excelsum quendam & admirabilem virum, cui parebat officium similiter excelsorum, istum fuisse perturbatum retro reuocari, & interrogatum fuisse his verbis, Quare prouocasti hominem ad iurationem quẽ sciebas falsum esse iuraturũ? Respondet ille. Negauit mihi rem meam. Responsum est ei. Et nonne melius erat vt rem tuam quam exigebas perderes, quam hominis istius animam falsa iuratione perimeres? prostratus iussus est cædi. cæsus est tam grauiter, vt in dorso euigilantis vestigia plagarum apparerent. Sed dictum est illi posteaquam emendatus es, parcitur innocentiæ tuæ, de cætero caue ne facias. Fecit equidem ille magnum peccatum, & emẽdatus est. Sed multo grauius peccatum faciet, qui post istum meum sermonem, & istam meam admonitionem & exhortationem, tale aliquid fecerit. Cauete à falsa iuratione, cauete à temeraria iuratione. Ab his duobus malis securissimè cauebitis, si consuetudinẽ iurandi à vobis abstuleritis. Libro quæstionũ super Leui. quæstione prima. super illud, Anima quę audierit falsum iurantis nocere, & cętera. Moses videtur hoc dicere, peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, & scit eum falsum iurare, & tacet. Tunc autem scit, si eius rei de qua iuratur testis fuerit, aut vidit, aut conscius fuit, id est, aliquo modo cognouit, aut oculis suis conspexit, aut ipse qui iurat illi indicauit. Ita enim potuit esse conscius. Sed inter timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum, non parua extitit plerunque tentatio. Possumus enim paratum ad periurium admonendo vel prohibendo à tam graui peccato reuocare. Sed si non audierit, & coram nobis de re quam nouimus falsum iurauerit, vtrum pro-

Tom.IIII. Leuit.5.

dendus ſit,ita vt proditus etiam periculum mortis incurrat, difficilima quæſtio eſt. Sed quia non expreſsit cui hoc indicandum ſit: vtrum illi cui iuratur,an ſacerdoti vel cuipiã qui nõ ſolum eum perſequi non poteſt irrogando ſupplicium,ſed etiam orare pro illo poteſt: videtur mihi quod ſe homo ſoluat à peccati vinculo, etiamſi indicet talibus qui magis poſſunt prodeſſe quam obeſſe periuro,ſiue ad eum corrigẽdum, ſiue ad Deum pro eo placandum, ſi & ipſe confeſsionis adhibeat medicinam. Non eſt obſeruandum iuramentum quod ſcelere adimpletur. in ſermone quarto. de decollatione Ioannis, vt ſupra. Video Dauid purum & ſanctum hominem in iurationem temerariam incidiſſe: & maluiſſe non facere quod iurauerat, quam iurationem ſuam hominis fuſo ſanguine implere. Et infra. Iurauit Dauid temerè,ſed non impleuit iurationem maiori pietate. Ecce Dauid ſanctus iuramento quidem aſtrictus,non fudit hominis ſanguinem, ſed eum falſum iuraſſe negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minus, ſed minus fuit illud in comparatione peioris. Nam per ſeipſum appenſum, magnum malum eſt falſa iuratio. Et in tertio ſermone eiuſdem diei. Quemadmodum temeritatem iurandi vitare debeamus, & ipſe in Euãgelio Dominus,& Iacobus in epiſtola ſua docet,dicens, Ante omnia fratres mei nolite iurare:neque cœlum,neque terram,neq; aliud quodcunque iuramentum. Sit autem ſermo veſter eſt eſt,non non,vt non ſub iudicio decidatis:Illo videlicet iudicio, ſub quo decidit Herodes: vt vel peierare,vel ob periurium cauendum aliud neceſſe habeatis patrare flagitium: Aut ſi aliquid forte nos incautius iuraſſe contigerit, quod obſeruatum in peius vergat exitium, liberè illud conſilio ſalubriori mutandum nouerimus, ac magis inſtante neceſsitate peierãdum nobis, quã pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Denique iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal virum ſtultum & impium, atque omnia quæ ad illum pertinerent demoliri: Sed ad primam interceſsionẽ Abigail fœminæ prudentis, mox remiſit minas, reuocauit enſem in vaginam: nec aliquid culpæ ſe tali periurio contraxiſſe doluit. Iurauit Herodes dare ſaltatrici quodcunque poſtulaſſet ab eo: & ne periurus diceretur à conuiuis, ipſum conuiuium ſanguine polluit,dum Prophetę mortem ſaltationis præmium fecit. Non autem in iurando tantum,ſed etiam in omni quod agimus, hæc moderatio ſolennius eſt obſeruanda, vt ſi in talem forte lapſum, verſuti hoſtis incideremus inſidiis,ex quo ſine aliquo peccati contagio ſurgere non poſſumus, illum potius euadendi aditum petamus,in quo minus periculi nos perpeſſuros eſſe cernamus: iuxta exemplum eorum, qui hoſtilibus clauſis muris, dum euadere deſiderant,ſed portarum omnium acceſſum ſibi interdictũ conſiderant, ibi neceſſe declinandi locum eligant, vbi muro terrę propiore, minimum

Iac. 5.

A periculum cadentes incurrant. Huius de cauſa ſic reſpondet Seuerino Miletiuano Epiſcopo, in epiſtola centeſimaquarta. Inter cætera vt rogaueras à patre noſtro Ambroſio, quęſiuiſti quid tibi chariſsime agendum ſit, de ribaldo parrochiano tuo, qui captus & timore necis impulſus, ſuæ concubinæ iuramẽti firmamento, firmauit ipſam coniugem ſuſcipere, propriámque de domo matrem cum fratribus depellere, nihílque eis alimoniæ vnquam impendere. Quia verò quam prius habuerat non eſt peccatum in coniugem ſuſcipere, matrimonium ſit in Deo firmum & ſtabile. Porrò iuramentum non ob hoc inuenitur fuiſſe inſtitutum, vt eſſet vinculum iniquitatis, vel matricidij, vel fratricidij, ſeu cuiuſcunq; criminis: nec credo ſacramẽ-

B tũ ad hoc debere fieri, vt iniuſta iuratio ſuorum bonorum ſit ab iniuſtè iurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio periurij. Nanque pœna percutietur, & velut homicida in extremo examine à iuſto iudice damnabitur ille, per quem ſacroſanctum Euangelium ad iniuſtum, & illicitum, & Deo minimè amabile quaſi teſtimonium iniuſtæ & inhumanæ petitionis adductũ. Foueat itaque ribaldus matrem & fratres, & lugeat ſe coactione & timore iuramenti, ſi aliquid defuit matri. Qui verò eum iurare coegerunt quod non debuit, reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniuſte irrogata eſt, eius infamia qui fecit. Nec enim vllo modo ad opprobrium coactę voluntatis trahitur, quod illicita conditio neceſſitatis extorſit.

C IVs. Super Ioannem. Diuinum ius in ſcripturis Diuinis habemus: humanum ius legibus regum. Vnde quiſq; poſsidet quod poſſidet. Nõne iure humano? Nã iure Diuino, Domini eſt terra & plenitudo eius. Pauperes & diuites Deus de limo vno fecit, pauperes & diuites vna terra ſupportat. Iure ergo humano dicitur. Hæc villa mea eſt, hæc domus mea eſt, hic ſeruus meus eſt. Iura ergo humana iura imperatorum ſunt. Quare? Quia ipſa iura humana per imperatores & leges ſæculi Deus diſtribuit generi humano. Vultis legamus leges imperatorum & ſecũdũ ipſas agamus de villis? Si iure humano vultis poſsidere, recitemus leges imperatorum: videamus ſi aliquid voluerint ab hæreticis poſsideri. Sed quid mihi eſt imperator? Secundum ius

Tra. Tom.

D ipſius poſsides terram. Aut tolle iura imperatorum: & quis audet dicere, Mea eſt iſta villa, aut meus eſt iſte ſeruus? & cætera. Ipſum ius non eſt ſine iuſtitia. Libro xix. de ciuitate Dei, ca. xxj. Vbi iuſtitia vera non eſt, nec ius poteſt eſſe. Quod iure fit, profecto iuſtè fit: quod autẽ iniuſtè, nec iure fieri poteſt. Non enim iura dicenda ſunt vel putanda, iniqua hominum conſtituta. Cum illud etiam ipſi ius dicant eſſe quod de iuſtitię fonte manauerit: falsúmq; eſſe, quod à quibuſdã nõ rectè ſentientibus dici ſolet: id eſſe ius quod ei qui plus poteſt, vtile eſt. Quod ius viguit apud Roman. Lib. ij. eiuſdẽ, cap. xviij. Saluſtius in laude Romano

Tom.

norũ primi tẽporis dixit. Ius bonúmq; apud eos non legibus magis quam natura valebat. In tractatu de consonantia Matthæi & Lucæ in genealogia Christi. Non ipsæ iuris erant formulæ quæ sunt modo, sed arbitrium voluntatis pro norma legis habebatur, sicut dicit Apostolus, quia gentes legem non habentes, naturaliter quæ legis sunt faciunt.

Tom.X. IVSTITIA. De iustitia Dei. Libro de verbis Apostoli, sermone xx. Fons iustitiæ non est nisi Deus. Lib. ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas, post medium. Tom.VI. Ibi est summa iustitia vbi est summa sapientia, & hoc est Deus de quo dictum est. Soli sapienti Deo, &c. Tom.VIII. Ideo super secundũ psalm. Reges eos in virga ferrea, id est, in inflexibili iustitia, & tanquam vas figuli conteres eos, id est, conteres in eis terrenas cupiditates, & veteris hominis lutulenta negotia, & quicquid de peccatore limo contractum atque inolitum est. Super psalm. trigesimũ, expositione secunda, sermone primo. Tom.VIII. In tua iustitia Domine erue me. Nam si attendas ad iustitiã, damnas me. In tua iustitia erue me. Est enim iustitia Dei: quæ & nostra fit, cum donatur nobis. Ideo autem Dei iustitia dicitur, ne homo se putet à seipso habere iustitiam. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Nullam enim meam agnosco, solius tuæ memorabor iustitiæ. A te habeo, quicquid boni habeo: quicquid autem mali habeo, à me habeo. Non meritis suppliciũm reddidisti: tuæ itaque solius iustitiæ memorabor. Vnde super psalm. centesimum quadragesimum tertiũ. In tua iustitia exaudi me. Ad me enim cum respicio, nihil aliud meum quam peccatum inuenio.

Libro de verbis Apostoli, sermone primo. Sic dicitur, Domini est salus, nõ qua saluus est Dominus, sed quam dat eis quos saluos facit. Sic & Dei gratia iustitia Dei dicitur, non qua iustus est Dominus, sed qua iustificat eos quos ex impiis iustos facit. Veruntamen vt dicit. Libro secundo de ordine rerũ. Iustitia Dei est, quæ separat inter bonos & malos, & suum cuique tribuit. Vnde Libro decimo tertio de ciuitate Dei. Cum scriptũ sit. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, nec iniusta eius gratia, nec crudelis potest esse iustitia. Est tamẽ timẽda. super psal. centesimũ Tom.VIII. decimum octauum, sermone secũdo. Iustitia Dei rectúmq; iudicium & veritas, omni est metuenda peccanti: hac enim damnatur Diuinitus quicunque damnatur: nec est omnino qui de sua damnatione contra Deum iustum rectè cõqueri possit. Inde fletus rectus est pœnitentis: quoniã si cor eius impœnitens damnaretur: iustissimè vtique damnaretur. Libro de prædestinatione & gratia, qui intitulatur etiam, de voluntate Dei. Quis ita desipiat, vel potius ita blasphemet, vt dicat de iustitia Dei, lege humanæ iustitiæ disputandum: quæ profecto si iustitiæ Dei aduersetur, iniustitia est? Ab illo enim qui summè iustus est, omne quod qualitercunque iustum est, manat.

Sed de ipsa iustitia prout est virtus in homine, dicit super psal. cxviij. sermone xvj Iustitia virtus

A est animi magna, præcipuéque laudabilis. Diffinit autem eam. Libro decimo nono de ciuitate Dei, capit. vigesimo primo. Iustitia est virtus, quæ sua cuiq; distribuit. Libro primo de libero arbitrio. Iustitia est virtus qua sua cuique tribuũtur. Tom.V. Cap.13. Tom.I.

Libro sexto musicæ. Iustitia est ordinatio animæ, qua nulli seruit nisi vni Deo, nulli æquari, nisi purissimis animis, nulli dominari appetit, nisi naturæ bestiali atque corporeæ. Lib. de quantitate animæ. Nihil aliud dicimus iustitiam nisi æquitatem. Aequitas autem ab æqualitate quadã videtur appellata: sed quæ in hac virtute æquitas nisi vt sua cuique tribuantur? Et ideo vbi sit vera iustitia, dicit Libro de ciuitate Dei, cap. vigesimo primo. Iustitia non est nisi in ea republica cuius cõditor rectórq; Christus est. Probat hoc, B Libro de perfectione iustitiæ hominis. Tunc plena est iustitia, quando plena sanitas: tunc plena sanitas, quando plena charitas: plenitudo enim legis charitas. Tunc autẽ plena erit charitas, quando videbimus eum sicuti est. Neq; enim erit quod addatur ad dilectionem, cum fides peruenerit ad visionem. Verum vt dicit eodem Libro. Post hanc vitam merces perficiẽs redditur: sed eis tantum à quibus in hac vita eiusdem mercedis meritum comparatur. Non enim ad saturitatem iustitiæ, cum hinc exierit quisque perueniet, nisi ad eum cum hîc est, esuriẽdo & sitiendo cucurrerit. Beati quippe qui esuriũt & sitiũt iustitiã, quia ipsi saturabũtur. Quandiu ergo peregrinantes à Domino per fidem ambulamus, non per speciem, vnde dictum est. Iustus ex fide viuit: hæc est nostra in ipsa peregrinatione iustitia, vt ad illam C perfectionem plenitudinémque iustitiæ tendamus, castigãdo corpus nostrum, & seruituti subiiciendo, & eleemosynas in dandis beneficiis, & dimittendis quæ in nos sunt commissa peccatis, hilariter & ex corde faciendo, & orationibus indesinenter insistendo, & hæc faciendo in doctrina sana qua ædificatur fides recta, spes firma, & charitas pura. Hæc est nunc nostra iustitia qua currimus, esurientes & sitientes ad perfectionem plenitudinémque iustitię, vt ea postea saturemur. Vnde Dominus in Euangelio cum dixisset. Nolite facere iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis: ne istum nostrum cursum fine humanæ gloriæ metiremur, non est in expositione iustitiæ ipsius exequutus nisi tria ista, ieiunium, eleemosynas, & orationes. Ieiunio, scilicet D vniuersam corporis castigationẽ significans: eleemosyna, omnem beneuolẽtiam & beneficentiã, vel dandi, vel ignoscendi: & oratione insinuans omnes regulas sancti desiderij. Quæ insuper sit nostra iustitia, dicit super canonicã primã Ioannis. Iustitia nostra modo ex fide est. Iustitia perfecta non nisi in Angelis est: & vix in Angelis, si Deo comparentur. Ibidem. Initium iustitię nostræ est confessio peccatorum nostrorũ. Cœpisti non defendere peccatum tuum, iam inchoasti iustitiam. Sed vt dicit Libro tertio contra epistolas Pellagianorũ. Qui secundũ iustitiã quæ in lege est, sine fide gratiæ Christi viuit, sicut se

Tom.I. Cap.15. Tom.I. Tom.I. Lib.19. Tom.VII. Ratiocin.8. Ratiocin.17. Mat.5. Tract.4. Tom.IX. Cap.7. Tom.VII.

Apostolus sine querela vixisse cōmemorat, nullam veram putandus est habere iustitiā:non quia lex & vera & sancta nō est, sed quia obedire velle literæ iubenti,sine viuificāte spiritu Dei,veluti ex viribus liberi arbitrij, vera non est iustitia. Iustitia verò secundum quam iustus ex fide viuit, quod per spiritum gratiæ hominibus ex Deo est, vera iustitia est.Quæ licet nō immerito in aliquibus istius pro vitæ huius capacitate perfecta dicatur,parua tamen ad illam magnam,quam capit æqualitas Angelorum. Quam Paulus qui nondū habebat,& propter illam,quæ iam ei inerat,perfectum : & propter istam quæ adhuc deerat imperfectum se esse dicebat. In communibus sermonibus, serm. viij. Iustitia vera & perfecta ipsa est,quæ non facit aliis quod sibi nō vult fieri. Sed si quis non potest omnibus hominibus benefacere, potest omnibus hominibus bene velle. Potest dicere aliquis, facilitatē non habeo.Nunquid potest dicere, bonam voluntatē habere nō possum? Ipsa est ergo vera iustitia, quæ omnibus hominibus quod sibi vellet optat, & vult illis euenire quod sibi desiderat.Ipsa est vera iustitia, quæ pro amore Dei non solum amicos, sed etiam diligit inimicos. Sed tunc aliis bene largitur, quando in seipso homo habere dignatur. Et quomodo in nobis iustitiam seruare debemus attēdite. Iustitia videtur mihi quod inde nomen accepit,qui inter duas partes diuersas & contrarias, sibi iustè iudicare consueuit. Et in nobis sunt duo quædā contraria. Nam caro concupiscit aduersus carnē:habemus dominam, habemus ancillam. Esto ergo iustus in teipso. Tribue animæ quod iustū est,serua carni quod suū est. Etsi domina humiliatur, ancilla erigitur:iam in nobis iusti non esse cognoscimur. Et quomodo causa alterius directo ordine à nobis audiretur, quando à nobis & in nostra causa nihil iustitię reseruatur?Nunquam alterius causam iustè iudicare poterit, qui inter animam & carnem iustitiam tenere noluerit. In anima ad imaginem Dei facti sumus, secundum carne de limo terræ formati sumus.Qui ergo plus amat carnem quam animam,imaginem Dei vult deponere deorsum, & terrā erigere sursum, & in seipso iniustus est. Et ideo qui iustitiā tenere desiderat, à seipso incipiat,& in se prius iustitiam teneat, & inter carnem & animam iustus iudex esse cōsuescat.

Tom.VIII. Super psal.xciij.serm.ij.Non est aliud iustitia hominis in hac vita, nisi ex fide viuere quæ per dilectionem operatur.Si autem ex fide viuit, credat sibi requiem post laborē præsentē. Super psalm.nonagesimum octauum. Debemus habere nos iudicium & iustitiam. Iudicium habes quando discernis à bono malum. Iustitiā,quando sequeris bonum & declinas à malo. Discernēdo, iudicium habes:faciendo,iustitiam habes. Primò debes habere iudicium,vt iudices quid sit malum & quid bonum:postea iustitiam,vt declines à malo & facias bonum. Sed quanta sit nostra iusti-

Tom.VIII. tia.super psalm.cxxij.Quæ est abundantia iustitiæ nostræ?Quantacunq; enim iustitia in nobis fuerit,ros est nescio quis ad illum fontem, ad saginā

A illam tantam,stillicidia quædam sunt, quæ vitam nostram molliant : & duram iniquitatem soluāt. Modo desideremus de pleno fonte iustitiæ saginari, desideremus vbertate illa satiari de qua dicitur in psal. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,&c. Super psal.cxl. Cum in sanctis scripturis contemplatus fueris normam iustitiæ, quantumcunque profeceris, inuenies te peccatorem.

In communibus sermonibus,sermon.lij. Cum fuerit illa iustitia, secundum quam viuunt Angeli, vbi nulla erit concupiscentia, inuenitur in comparatione illius istam esse damna & stercora. Quisquis autem se putat modo posse implere iustitiam,cum vixerit bene atque innocenter, secundum probabilitatē existimationis humanæ in via remanet.

B Non desiderat melius,quia implere se putat maximè quæ sibi tribuens, superbus est. Melior est peccator humilis, quàm iustus superbus. Quia vt dicit,Lib.de vera innocentia. Iustitia nostra quamuis vera sit, propter verū boni finem ad quem refertur, tamē non est tanta in hac vita, vt potius per remissionē peccatorū constet,quàm per fidem virtutum. Eodem Libro. Iustitia secundū quam iustus ex fide viuit,quoniā per spiritum gratiæ homini ex Deo vera iustitia est:quæ licet immerito in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicatur, parua tamen est ad illam magnam quam capit æqualitas Angelorum:quam Paulus quia nondum habebat, & propter illam quæ iam inerat,perfectum:& propter istam quæ adhuc deerat imperfectū se esse dicebat.Sed planè minor ista iustitia facit meritū,

C maior illa facit præmium. Vnde qui istam non sequitur,illā non assequitur. Sed de virtute morali ipsius iustitiæ quod sit necessaria. dicit Libr. iiij.de ciuitate Dei,cap. iiij. Remota iustitia,quid sunt regna nisi magna latrocinia? Quia & ipsa latrocinia quid sunt, nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominum cum imperio principis regitur,pacto societatis astringitur,placiti lege præda diuiditur. Hoc malum si intantum perditorū hominum accessibus crescit, vt & loca teneat,sedes constituat, ciuitates occupet, populos subiuget, euidentius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert non dempta cupiditas, sed addita impunitas.Eleganter enim & veraciter Alexandro illi magno quidam comprehensus pirata respondit.Nam cum idem rex hominem interro

D gasset, quid ei videretur, vt mare haberet infestum? Ille libera contumacia. Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum? Sed quia ego exiguo nauigio id facio, latro vocor : quia tu magna classe, imperator. Est autem necessaria omnibus. in tractatu de iustitia,in principio.Salomon sapientissimus præcipit huius mundi iudicibus vt diligant iustitiam, ex quibus ipse fuit qui iussit. Nec ideo contra theoricos inchoauit suam adhortationem, quia non secundum Mosen vel alios incœpit. Ille enim legē incipit ex dilectione Dei, quem sequuti Christicolæ sunt in suis opusculis, quoniam melius nihil inuenerunt. Nam si solerter quis inspiciat, vtrunque non inueniet calumniæ

lumniæ locum: quoniam is qui diligit iustitiam, diligit Deum: quoniã extra eam nihil diligitur, nec est. Sed in ipsa inceptione turbantur nonnulli cum audiunt. Diligite iustitiã qui iudicatis terram: quasi solis iudicibus diligenda sit iustitia, ac mundi huius potẽtibus, semotis popularibus turbis. Quibus hæc dicenda sunt. Certum est omnibus non esse concessum reos punire, nec propriã iniuriam vindicare, sed principibus à Deo collatum est, vt liuor tollatur vlciscẽdi. Deniq; si passim cunctis adesset facultas vindictę, modum excederet arrogantiæ tumor. Nam Diues vel minimum à paupere læsus, continuò eum etiam funditus opprimeret. Quapropter omnibus hominibus diligenda est iustitia, à quibuscunque fiat, vel per quoscunque, vel in quibuscunque sit, tantum vt iustitia sit in omnibus mentibus hominum, diligite iustitiã, omnibus dictum est. Omnes igitur iudices terræ esse oportet: & vtinam hoc esset cũ dilectione iustitiæ. Omnis nempe homo iudex esse debet vel sui, vel alterius secũdum iustitiam. Nam sicut omnis homo cõstat ex anima & corpore, ita omnis homo aut iustus est, aut iustus nõ est. Cum verò deprehenderit se iustum fore, tribunal conscientiæ ratione conscendat, & videat si per omnia iustus est, vel si deest aliquid, & à quo sit ipsa iustitia ei collata. Iniustus autem scrutetur arcanum cordis sui & meditetur quasi infinitum chaos sit iniustitia, & quã tenebrosa mansio eos consequitur, qui propria voluntate recedunt à latere iustitię, & quoniam non est pax impiis, quia in sola iustitia est tranquillitas ordinis. Cum verò manifestum fuerit iustum à Deo consistere & non à seipso, & non iustum à praua voluntate illaqueatum, qua spreuit iustitiam, ille in Deo glorietur, si vult perseuerantiam, iste suam accuset negligentiam si vult veniam. Intuendum est præterea quoniam omne iudicium fit vel ad purgãdum, vel dãnandũ: in purgatione verò necessaria est veritas, in damnatione iustitia. Est ipsa iustitia in omnibus & super omnia diligẽda. ideo in Epistola ad Anastasiũ cẽtes. quadr. quart. Iustitia sic amanda est, vt ab eius operibus etiam pœnæ corporis nos cohibere non debeant, atque inter manus etiam crudelium inimicorum luceãt opera nostra coram hominibus, vt quibus placere possunt, glorificẽt patrem nostrum qui in cœlis est. Lib. octogesimo tertio quęstionũ, quæstione lxvj. Iustitiæ non seruiliter, sed liberaliter seruiẽdum est, id est, charitate potius quam timore. Super psal. cxviij. sermone nono. In laboribus & in doloribus debet delectare iustitia: nec ita est tempore diligenda tranquillo, vt turbulento tẽpore deseratur, sed amplectenda est in omni tempore. In eodem, sermone decimo. Cordis dilatatio hoc munus est, vt in præceptis eius non timore pœnę angustemur, sed dilectione ac delectione iustitiæ delectemur. Libro de verbis Apostoli, sermone decimo septim. Inter omnia quæ delectant, plus te delectet ipsa iustitia: non vt alia nõ delectent, sed plus ipsa delectet. Hoc antẽ est à Dei gratia. Libr. xiij. de ciuitate Dei, capit. quinto. Iustitia non sic diligitur, vt peccati cupitas eius delectatione vincatur. Vt autem diligatur & delectet ipsa iustitia, non nisi diuina subuenit gratia. Est autem ipsa iustitia perpetua. Libro tertio confessionum. Iustitia non varia nec mutabilis est. Sed tempora quibus præsidet non pariter eunt, tempora enim sunt. Homines autem, quorum vita super terram breuis est, quia sensu nõ valent causas contexere sæculorũ priorum, aliarúmque gentium quas experti non sunt, cum iis quas experti sunt, in vno autem corpore, vel die, vel domo, facile possunt videre, quid cuique membro, quibus momentis, quibus partibus personísve congruat, in illis offendunt, his seruiunt. Ibidem infra. Iustitia cui seruiunt boni & sancti homines, simul omnia habet quæ præcipit Deus, & nulla ex parte variatur: & tamen variis temporibus non omnia simul, sed propria ipse distribuit ac præcipit. Debet tamen iustitia esse temperata. Libro primo quæstionum veteris & noui testamẽti, quæstione decima quinta. Cum iustum prædicet lex, & hic verè iustus sit, qui plenam habet iustitiam, quomodo contra Salomon. Noli, ait, esse iustus multum. Nimia iustitia incurrit peccatum, temperata verò iustitia facit perfectos. Non enim sine malitia est, qui multum est iustus: quia peccantibus ad singula si respondeas, non deerit vbi pecces. Denique Dei temperata iustitia. Peccãtibus enim aliquando ignoscit, aliquando irascitur, aliquando reddit non quantum digni sunt: suffert enim eos vt sint qui proficiant. Lex enim quia seipsam mollire non potest, à nobis mitiganda est, vt possit prodesse sub se agentibus. Hic est ergo iustus non multum, qui Dei imitator est. Super Ioannem. Quod legimus Diuinitus dictum. Noli effici iustus multum, non est notata iustitia sapientis, sed superbia præsumentis. Qui ergo fit multum iustus, ipso nimio fit iniustus. Multum enim se facit iniustum, qui dixit se non habere peccatum, aut qui se putat non gratia Dei, sed sua voluntate sufficienter effici iustum: nec rectè viuendo iustus est, sed potius inflatus, putando se esse quod non est. Debet tamen iustitia etiam in paruis obseruari. Libro quarto de doctrina Christiana. Non est parua iustitia, quam profecto & in parua pecunia custodire debemus, dicẽte Domino. Qui in minimo fidelis est, & in magno fidelis est. Quod ergo minimum est, minimũ est: sed in minimo esse fidelem, magnum est. Nam sicut ratio rotunditatis est, vt à puncto medio omnes lineæ partes in extrema ducantur, eadem est & in magno disco quæ in nũmulo exiguo: ita vbi parua iustè geruntur, non minuitur iustitiæ magnitudo.

Infra subdit. Iustitia, charitas, & pietas, nulla sobria mente dubitante, etiam in rebus quantũlibet paruis magna sunt. Est iustitia mẽtis illuminatiua. super psal. sexagesimũ tertiũ. Habet iustitia quandã lucẽ suam: perfundit enim & illustrat animã inhærentẽ sibi. Anima verò auertẽs se à lumine iustitiæ, quãto magis q̃rit q̃d inueniat cõtra iustitiam, tanto plus à luce repellitur, & in tenebrosa

Margin notes: Tom. V. — Cap. 7. Tom. I. — Eccl. 7. — Tract. 95. Tom. IX. — Cap. 18. Tom. III. Luc. 16. — Cap. eod. inf.

brosa demergitur. Ideo eam comparat luci in A
sermone de Iacob & Esau. Conamini cogitare
lumen iustitiæ, præsens est enim cogitanti. Quid
enim est quod cogitat, qui vult iniustè viuere?
Peccat, deserit iustitiam, diminuta est. Conuersus
est ad iustitiam, quid aucta est? deserit eam,
integram reliquit: conuertitur ad eam, integram
illam inuenit. Quid est ergo lumen iustitiæ? De
oriente hæc surgit, & in occidentem vadit. An
est alius locus vnde oritur aut quò vadit? Nonne
vbique præsto est? Homo certè qui est in occidente,
si vult iuste viuere, id est, secundum iustitiam,
nunquid deest illi quam intueatur, & viuat
secundum ipsam iustitiam? Iterum in oriente positus
si velit iustè viuere, id est, secũdum eandem
iustitiam, nunquid deest & illi? Ibi est enim iustitia.
Præsto est iustè viuenti: secundum eius re- B
gulam vident quemadmodum iustè viuant. Et
sicut iusti bene viuendo eam vident, ita & iniusti
malè viuendo non eam vident. Nam & ille iustè
viuit, cum eam videt: & ille qui ipsam videt,
vt secundum eam actus suos dirigat: quia nisi secundum
iustitiæ regulam direxerit actus suos, in
errorem iniquitatis impingit. Quia ergo & hîc
præsto esse potuit, ibi, & ibi, & sistenti in illo loco
est, & vbique est. Sic iustitia, sic sapientia, sic
veritas, sic castitas. Conemur ergo videre talem
lucem, sed non potestis: palpitat enim mentis
acies. Purgetur ergo vt videat. Vt autem purgetur
& videat, credat & oret, vt purgari mereatur.
Est omnis iniquitatis inimica. super psal.
centesimum decimum octauum, serm. vigesimo
Tom. VIII. secundo. Necesse est vt oderit iniquitatem amor C
iustitiæ. Et quãto maior est, tanto eum magis inflammat
amplius dulcedo sapientiæ, quæ præbetur
ei qui obtemperat Deo, & à mandatis eius intelligit.
Ideo concludit, Libro tertio de libero
Tom. I. arbitrio. capit. vigesimo quinto. Tanta est beatitudo
iustitiæ, vt nemo ab ea nisi ad miseriã possit
abscedere. De eius retributione distinguitur.
Libro de vera innocentia, capit. decimo
Tom. III. sexto. Duæ sunt retributiones iustitiæ cum aut
bona pro bonis, aut mala redduntur pro malis.
Tertia retributio est gratiæ, cum per regenerationem
remittuntur mala, & retribuuntur bona:
atque ita manifestantur, quia vniuersæ viæ Domini,
misericordia & veritas. Illam autẽ retributionem
impiorum, qua pro bonis mala restituũtur,
Deus nescit: qui non retribueret bona pro malis, D
si non esset cui retribueret bona pro bonis.

Tom. IIII. IVSTIFICATIO. Super epistolã ad Galat.
Ille iustificatur apud Deum, qui eum gratis
colit: non scilicet cupiditate appetendi aliquid
ab ipso præter ipsum, aut timore amittendi.
In ipso enim solo nostra beatitudo atque perfectio
est. Et quoniam inuisibilis est oculis carneis,
fide colitur, quam diu in hac vita viuimus. Est
iustificatio eius à gratia. Libro de verbis Apostoli.
sermone decimo septimo. Examinet se homo,
& quicquid in se boni inuenerit quod pertineat
ad iustificationem nostram, agat gratias illi qui
dedit: & agendo de eo quod dedit, petat & quod
A non dedit. Non enim tu in accipiendo proficis,
ille in dando deficit. Quantumlibet capaces fauces,
capacem ventrem afferas, fons vincit sitientem.
Iustificatur homo vt non peccet vlterius.
super epistolam ad Romanos. Quod ait iustificat Proph. [cut off]
impium: hoc est, ex impio facit pium, vt de cætero Tom. [cut off]
in ipsa pietate permaneat atque iustitia: quia
ideo iustificatus est, vt iustus sit, non vt peccare
sibi licere arbitretur. Nullus autem iustificatur
in conspectu Dei. super psalm. quadragesimũ
secundum. In conspectu Dei non iustificatur omnis Tom. VI
viuens. Quia quicunque hîc viuit, quãtumlibet
iustè viuat, væ illi, si cum illo intrauerit in
iudicium Deus. Num ex alio Propheta arrogantes Hier. [cut off]
& superbos sic obiurgat. Vt quid vultis, inquit,
mecum in iudicio cõtendere? Omnes dere-
B liquistis me, dicit Dominus. Noli ergo in iudicio
contendere. Da operam esse iustus, & quantumcunque
fueris iustus, confitere te peccatorem, &
semper spera misericordiam. Est autem iustificatio
perfecta in alia vita. super psalm. centesimum
decimum. Si tantum dedit huic vitæ, vt verbum
carnem factum peccator iustificatus accipiat,
quid in futuro iustificatus accipiet? Præcedit
iustificatio electionem. Libro primo de diuersis
quæstionibus ad Simplicianum. quæst. ij. Non Tom. [cut off]
electio Dei præcedit iustificationem: sed electionem
iustificatio. Nemo enim eligitur nisi iam distãs
ab illo qui reiicitur. Nullus iustificatur nisi
à Christo. Libro de natura & gratia. Sicut in Cap. [cut off]
eo quod dictum est. Per vnius iustitiam in omnes Tom. [cut off]
homines in iustificationem vitæ, nullus præter-
C missus est: non quia omnes in Christum credunt
& baptismo eius abluuntur: sed quia nemo iustificatur
nisi in eum credat, & baptismo eius abluatur.
Itaq; Omnes dictũ est, ne aliquo modo præter
ipsum quisquam saluus fieri posse credatur.
Sicut enim vno literarum magistro in ciuitate
constituto, rectissimè dicimus, omnes iste hîc literas
docet: non quia omnes ciues literas discũt,
sed quia nemo discit nisi ille quem ille docuerit:
sic nemo iustificatur nisi quem Christus iustificauerit.
Et ideo Libr. eodem, capit. trigesimo secũdo.
In iustificatione quidem operamur & nos,
sed illo operante cooperamur, quia misericordia
eius præuenit nos. Præuenit vt sanemur, quia
& subsequetur vt etiam sanati vegetemur. Præuenit
autem vt vocemur, subsequetur vt glorifice-
D mur. Præuenit vt piè viuamus, subsequetur vt cũ
illo semper viuamus: quia sine illo nihil facere
possumus.

IVSTVS. Lib. iiij. cõtra Iulianum. In nullo est Tom. [cut off]
vera virtus, nisi fuerit iustus: nec est iustus verè,
nisi viuat ex fide. Iustus enim ex fide viuit.
Lib. de vera innocẽtia, cap. cccj. Iustus ex Deo Tom. [cut off]
non ex hominibus nascitur: quoniam renascendo,
non nascendo, fit iustus. Vnde regenerati, filij
Dei vocãtur. Vnde causa animæ dicitur homo
iustus. Libro octauo de Trinitate, cap. sexto.
Cũ homo iustus dicitur, ex animo dicitur, nõ ex Tom. [cut off]
corpore. Est enim quædã pulchritudo animi iustitia,
qua pulchri sunt homines pleriq;, qui corpore

pore distorti atque deformes sunt. Ibidem infra. Non dicimus iustum esse animum, qui scientia atque ratione in vita ac moribus sua cuique distribuit: sed etiam vt ipsi iuste viuant iustéque morati sint, sua cuique distribuendo, vt nemini quicquam debeant, nisi vt inuicem diligãt. Et quia in voluntate est quis iustus. ideo Libro de vera innocentia. Quantum ad opera attinet quæ forinsecus aguntur: & qui timet pœnam, & qui amat iustitiam, non faciunt contra mandatum: & ideo pares quidẽ sunt manu, sed dispares corde: similes actione, sed dissimiles voluntate. Est iustus qui se punit. super psalm. lxxxiiij. Iustus debes esse in te, vt punias te. Ipsa prima hominis iustitia est, vt punias te malum, & faciat te Deus bonum. Et ipsa fit via Deo, vt veniat ad te Deus, ibi illi fac viam in confessione peccatorum. Et quia iustus in iustitia perseuerare debet, ideo dicit, Libro primo de prædestinatione sanctorum. Si dixerit, iustum si à sua iustitia recesserit in qua diu vixit, & in ea fuerit impietate defunctus, in qua non dico vnum annum, sed vnum diem duxerit, in pœnas iniquis debitas hinc iturũ, nihil sibi suam præteritã profuturam iustitiã. Huic perspicuæ veritati quis fidelium contradicit? porrò si quæratur à nobis vtrum si tunc esset mortuus quando erat iustus, pœnam esset inuenturus an requiẽ, nunquid respondere dubitamus? Hæc est tota causa cur dictum est, à quocũque sit dictum. Raptus est, ne malitia immutaret intellectũ eius, &c. Dictum est enim secundum pericula vitæ huius, nõ secundum præscientiam Dei qui hoc præsciuit quod futurum erat, nõ quod futurum non erat: hoc est, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, vt tentationum subtraheretur incerto: non quod peccaturus esset, qui mãsurus in tentatione non esset. De hac quippe vita legitur in Libro Iob. Nunquid tentatio est vita hominis super terram? Sed quare aliis concedatur, vt ex huius vitæ periculis dum iusti sunt auferantur. Alij verò iusti donec à iustitia cadant, in eisdem periculis vita productiore teneantur: quis cognouit sensum Domini? Et tamen hinc intelligi datur, etiam illis iustis qui bonos piósque mores vsque ad senectutis maturitatem, & diem vitæ huius vltimam seruant, non in suis meritis, sed in Domino esse gloriandum: quoniam qui vitæ breuitate rapuit iustum, ne malitia mutaret intellectũ eius, ipse in quantacunque vitæ longitudine custodit iustum, ne etiam malitia immutaret intellectum eius. Cur autem hîc tenuerit casurum iustum, quem priusquam caderet hinc posset auferre, iustissima omnino, sed inscrutabilia sunt iudicia eius. Et vnde iustus. Libro de perfectione iustitiæ hominis. Iusti in illo iudicio inuenientur omnes, qui non fallaciter dicunt, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Per hanc enim dimissionem iusti inuenientur, eo quod ea quæ hîc habebant peccata, eleemosynis diluerunt. Vnde Dominus dicit, Date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis. Probat iustos semper Deo fuisse cha-

A ros, Libro de vita Christiana. Lego post Adam qui à Deo primus formatus est in exordio mundi, Cain & Abel fuisse germanos: è quibus vnus Deo placuit, eo quod innocens esset & iustus, alter verò quia iniustus & nocens esset, Deo placere non potuit. Deinde interueniente tempore, Enoch satis iustum fuisse scriptura designat: cui tantum iustitia contulit, vt nec præsentem mortem sciret, sed ad immortalitatem de medio omnium mortalium singulariter raperetur. Cuius demonstratur exemplo, vnum esse Deo iustum peccatoribus plurimis chariorẽ. Noë quoque & ille iustus, cui iustitiæ meritum quid præstiterit nouimus: vt ipsi cum suis tantum vita daretur, mundo toto damnato. Abraham quid per fidei & iustitiæ merita consequutus sit, scriptu- B ra testatur: vt illo in tempore solus amicus Dei esset in terris, qui solus fuerit iustus inuentus. Loth verò vt pereuntibus cunctis de Sodomitarum liberaretur incendio, quid aliud quam iustitiæ meritum fuit? Longum est nos ire per singulos & omnia merita recensere. Omnes antiqui iusti non fuerunt sancti, nisi propter fidem. Libro primo contra epistolas Pellagianorum. Antiquos iustos quantalibet virtus non saluos fecit, nisi fides mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem effudit. Ipsorum enim vox est. Credidi propter quod loquutus sum.

Cap. 7. Tom. IX. *Ab exemplo Iustitia cõmendatur.* *Cap. 21. Tom. VII.* *Psal. 115.*

IVVENTVS & Iuuenis. Libro septimo confessionum, in princip. Iam mortua erat adolescentia mea mala & nefanda, & ibam in iuuentutem, quãto ætate maior, tanto vanitate tur- C pior. Probat hoc, in sermone de reprehensione iuuenum, in princip. Ad vos mihi sermo est ô iuuenes. Flos ætatis, periculum mentis. Tempus quidem omne atque omnis ætas qua corruptibilis caro ista portatur, vacare tentationibus non potest. Et tandiu quisque bonus in agone luctatur, ne ab aduersario superetur, in periculo agit, quamuis cum illo sicut in arenoso quodam stadio, sic in ista mortalitate contendit. Mox enim vt homo secundum Adam nascitur, & vitam plenam miseriæ, velut Propheta laboris futuri sui, præconio lachrymosæ vocis ingreditur, etiam si nondum in animo suo, in animo tamen parẽtum suorum vel quorumlibet hominum, in quorum manibus nutrienda eius infirmitas iacet, tentari iam potest, & diaboli circunuentionibus rapi, aut D per ligaturas execrabilium remediorum, aut per sacrilega sacra gentium, aut si forte mors vrget negligentia renuntiationis in baptismo salutari. Et vt breui complectar, tentatur illa ætas cum à suis in mundo diligitur, & in Christo negligitur. Trahit enim secum propaginem mortis, & in illo peccati vulnere radicatur, quod primo homini ex quo corruptionis originẽ duximus, veneno dente serpentis inflictũ est. Vnde sanctus Iob neminẽ mundũ esse dicit, à peccati vtique sordibus, nec infantem cuius est vnius diei vita super terram. Sed de iam nato quid loquar, cum Dauid luctuosa voce clamet & dicat. In facinore conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit?

Cap. 1. Tom. I. *Serm. 2. Domin. 3. post trinit. & ord. ser. de tempore 246. Tom. X.* *Omnis ætas tẽtationibus obnoxia.* *Psal. 15.*

aluit? Superflua enim possent videri baptismata paruulorum, nisi omnes in Adam morerētur & originale peccatum per parentum viscera vsque ad fructum prolis tramite mortalitatis excurreret: cum & mortalem creaturā Dominus omnipotens, lege sui ordinis format, & immortalitatem renouationis optimus pater misericordiæ gratia subministrat. Quod si nec infantia mortalis hominis propter corruptionis vinculū à tentationibus vacat, quid de cæteris ætatibus dicam? An fortè senectus excepta est, & in carne iam vicina cadaueri sanguis ac membra illicitæ concupiscentiæ friguerūt, & in iam fesso ac prope mortuo corpore materies tentationis emarcuit? Imò verò tantus est in malis senibus plerunque gurges auiditatis, & insatiabilis vorago ventris & gutturis, vt quanta boni senes prudentia serenantur, tanta isti vinolentia sepeliantur: quasi ad hoc in eis arida viscera & succo exhausta curuētur, vt ad vigorem pristinum reparandum ebrietatis inundatione irriganda sint. Quid auaritia, quæ radix est omnium malorum? Nonne in frigidis senibus tanto ad acquirendum feruentius inardescit, quanto citius relictura est quod acquirit, mirabili sanè dementia? Grauioribus enim sumptibus se onerare festinat, cum iam peruenerit quò tendebat. Si ergo & puerilis & senilis ætas, non est à tētationibus libera, quarum altera nondum penè ingreditur, altera iam egreditur vitā istam: & altera paulò antè nō erat, & altera paulò pòst non erit: quid sentiendum est, quid dicendum, de flagrantia iuuenilis ætatis, quæ vtriusque in medio constituta, & ab infirmitate pueritiæ iam recessit, & nondum ad torporem senectutis accessit? Hæc pluribus atque maioribus tentationum tempestatibus quatitur. Hæc fluctuum crebriore impetu sæculi exundantis operitur. Præsumit viribus, formæ dignitate iactatur, pompa rerum temporalium præfulgere aut exoptat, aut gaudet. Itaque iuuentuti malorum hominum venenū est quicquid veritas præcipit, esca est quicquid diabolus suggerit. Sed amaritudo iustitiæ, medicamentū est virilis ætatis. Dulcedo autē iniustitiæ muscipula est temeritatis. Ad hoc pertinet quod scriptum est. Dulciora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici: & illud quod Dauid dicit. Emēdabit me iustus in misericordia & arguet me, oleū autē peccatoris nō impinguabit caput meum. Vrit veritas, & tamen sanat. Nam oleum peccatoris adulatio assentatoris est. Mulcet, sed decipit. Ibi enim lenitur superbia, sed labitur vita. Loquitur enim Propheta ex persona eius qui iam medicum quærit, qui manum curantis etiam cum doloris acerbitate supportat, qui ægritudinē suam sanari potius quam laudari desiderat. Periculosum verò vlcus est iuuentutis, quod cupiditatibus ignescit, spe tumescit, voluptatibus contabescit. Sed spes ista desperatorum est, spes rerum periturarum, quæ animæ miseræ non soluit, sed inflat affectum, facitque illam tactum non ferre veritatis, vt etiam de sua immortalitate desperās, amet dicere, amet etiam

Effrenatio iuuentæ.

Prouerb. 27.

Psal. 140.

A ista sibi dici. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Oderit autem & dicere & audire, sobrij estote & iusti, & nolite peccare. Amet perniciosam inimici lenitatem, oderit salubrem medici asperitatem. Ista peruersitas, ista insania maximè in iuuenili ætate, formidanda est. Hinc ille nascitur sermo hominum in flagitia defluentium, & inde in scelera crudescentium. Dixerunt enim apud se cogitantes non rectè. Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui reuersus agnitus sit ab inferis. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguento nos impleamus, & cætera quæ in eodem loco attexuntur gestientis verba luxurię,
B hominum de vita æterna desperantium, & spem suam tanquam in arena torrentis, ita in temporali carnis corruptione ponentium. Ex hac autem enumeratione libidinum, & putrium vermium flagitiorum, videte in quæ facinora & in quam immania scelera prosilitur. Exhausti enim atque submersi immoderatarum deliciarum turpium corruptelis, dum seueritatem veritatis sibi contradicentis oderunt. Opprimamus ergo, inquiūt, pauperem & iustum, & non parcamus viduæ nec seni, nec reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ. Quod infirmum est enim inutile inuenitur. Circūueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris. Talia de Domino nostro Iesu Christo Iudæorum impietas cogitauit.
C Quod manifestius in verbis consequentibus inuenitur: paulò pòst enim dicunt. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam illius. Morte turpissima condemnemus illum. Sed attendite quam de illis ferat sententiam Spiritus sanctus, quando statim subiungit. Hæc cogitauerunt & errauerūt: excæcauit enim illos malitia eorum. Omnia igitur horrenda facinora quæ timentur in sceleratis hominibus, vide de qua labe consurgant. Quid enim mollius quam illa luxuria? Quid durius quam ista crudelitas? Iam dudum dicebant. Fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter: & non prætereat nos flos temporis, & vbique relinquamus signa lætitiæ: nunc dicunt, Opprimamus pauperem, & non parcamus vi-
D duæ, nec reuereamur senem. Circūueniamus iustum, contumelia & tormento interrogemus eum, morte turpissima condemnemus eum. Vinum sequitur furor, vnguenta tormenta, sanguis rosas, ira lætitiam. A talibus ligatus, cæsus, interfectus est Dominus Iesus. Quis de coronis florentibus cruenta vincula formidaret? Quis de suauibus poculis dolores sæuissimos præuideret? Quis de mollibus pratis tam dira ligna prænosceret? Et tamen nulla ætas, nulla luxuria, nisi iuuentus flori temporis comparata est. Sic enim dixerunt. Vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vnde subdit monendo. Vos ergo iuuenes maximè monemus, & maximè hortamur, vt vere

A rè virtutis pulchritudine capiamini. Nulla species terrena vel cœlestis corporis, nullus fulgor metallorum, nulla nemorum amœnitas, nullæ florum purpureæ coronæ, nullus vel naturalis, vel adhibitus carnis ornatus, nullus quarúlibet faucium, quarúlibet chordarum atque tibiarum sonus, nulla odorum iucunditas, nulla saporum suauitas, nulla voluptas, nulli amplexus pulchritudini, inspirationi, dulcedini, fomentis sapientiæ conferantur. Ab iis enim quę turpiter amantur, non ab ipso amore prohibemur. Amare vultis, amate sapientiam, ambite vt perueniatis ad eam, vt non vos exhorreat eius aspectus in homine, vos in timore componite. Sicut lasciui oculi ornamenta corporis, sic illa cordis inquirit. Nec de vestris diuitiis hæc ornamenta proferatis, B quia odit superbos, & quasi de suo se iactare cupientes. Quid autem habes quod non accepisti? Ipsa ergo donat, vnde illi placeas. Tantum dilige eam, & seruabit te. Circunda eam, & exaltabit te: honora eam, & te amplexabitur, vt det capiti tuo coronam gratiarum. Clara est & quæ nunquam marcescit sapientia, & facilè inuenitur ab iis qui diligunt illam. Proponite hanc adiungere vobis, in illam suspirate, in illam exardescite, in illam deperite. Teipsum abnega tibi, ne illi te abneges, dum places tibi. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius. Si amatores estis, hanc amate: Si formosi estis, Deo placete: Si iuuenes estis, diabolum vincite. Daniel ab Angelo vir desideriorum appellatus est. Quæ erãt illius desideria, nisi sapientiæ, C in cuius pulchritudinem ardenter inhiabat? Itaque & senum errorem conuincit adolescentulus, & regum superbiam pressit priuatus, & ora leonum clausit inclusus. Et propterea iuuenes fœminas adiungit, ibidem. Nec vos fœminæ adolescentulæ alienum à vobis arbitremini hunc esse sermonem. Ad vos enim, non tamen vt confundam vos hoc dico, sed vt filias charissimas moneo. Iuuenilia desideria fugite, nuptæ Susannam, vidue Annam, virgines Mariam cogitate. Nec in Dominicum templum propterea procedatis, vt florem fœni vestri oculis hominum ostentare cupientes, in domo vitæ mortem quæratis. Omnis enim caro fœnum, & charitas hominis vt flos fœni. Quid ergo facietis cum fœnum aruerit, flos deciderit? Verbum autem Domini, D quod manet in æternum, cineres nostros non facilè inuenturum putetis, quod nũc superba ætatis viriditate contemnitis. Ecce iterum dico atque contestor. Iuuenilia desideria fugite. Si auditis hoc, si obtemperatis, si tanquam Dei verbum cum honore & timore suscipitis, non solum pulchri ante oculos Dei, sed etiã sani eritis. Si autem de hac admonitione nostra etiam iocos fortasse amatorios vobis facitis, de ipsis ferramentis medici mortifera vobis vulnera infligitis. Certè Iudæi qui Dominum crucifixerunt, quod cum audimus horrescimus, & ingenti execratione persequimur, sed tamen illi cum de sua luxuria cogitarent, deliciosorum agrorum solitudines meditabantur, dicentes, Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. *Sap.2.* Quomodo ergo parceret Christo si eum inuenisset in terra, qui quidem non solitaria prata irritandis libidinibus suis, sed frequentissimas Ecclesias eliget regnantis in cœlo? Ecce tertio contestor & dico. Desideria iuuenilia fugite. Danielis desideriis æstuate. Filij à iuuentute vestra eligite doctrinam, & vsque ad canos inuenietis sapientiam.

LABOR. Distinguitur de labore, lib. de opere monachorum. *Cap.15. Tom.III.* Aliud est corpore laborare animo libero, sicut opifex si non sit fraudulentus & auarus & priuatæ rei auidus: Aliud est ipsum animum occupare curis, colligẽdæ sine corporis labore pecuniæ: sicut sunt vel negotiatores, vel procuratores, vel conductores. Cura enim præsunt, non manibus operantur: Ideóque animum occupant habendi solicitudine. In sermone de sancto Stephano. *Serm.4. Tom.X.* Dominus noster iubet nobis aliquid & promittit nobis aliquid. Quod iubet finitur, quia temporale est: quod promittit non finitur, quia æternum est. Quod iubet, opus est: quod promittit, merces est. Hîc aduertat sanctitas vestra, quanta est eius misericordia erga nos, vt laborem hîc poneret cum fine, mercedem promitteret in cœlo sine fine. Ideo debemus potius hîc laborare, & postea in cœlo mercedem sumere, quam hîc mercedem vilem accipere, & postea laborare. De quibusdam enim dicit, Amen dico vobis receperunt mercedem suam. *Mat.6.* Sed fortè auidus es ad mercedem, & piger ad laborem. Qua fronte postulas quod promisit Deus, si non facis quod iussit Deus? Prius inquam, audi iubentem, & tunc exige pollicentem. In Epistola ad Ciryllum de morte Hieronymi. Minuit laborem ponderis, spes præmiorum. Vnde contra pigros etiam monachos & religiosos, dicit de opere monachorum. *Cap.1.&2.* Respicite volatilia cœli quoniam non serunt &c. His verbis Euangelicis nonnulli non solum pigritiam, sed etiam arrogantiam suam fouent, & operari nolunt. In eo autem quod dicit Apostolus, Qui non vult operari non manducet, Opera, inquiunt, spiritualia debemus accipere quæ & nos facimus, vel egimus cum fratribus nostris, & oramus. *Cap.2.* Alloquimur eos & consolamur, & talia opera si non fecerimus, periculosè à Domino alimenta ipsa sumeremus. Sed ne cuiquam prædicta verba liceret postea pro voluntate & non pro charitate interpretari, ipse exemplo suo docuit quod præcipit, Non, inquit, panem gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore die ac nocte. Ibidem infra. *Cap.17.* Quid agant qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent scire desidero. Orationibus, inquiũt, & Psalmis, & lectioni, & verbo Dei. Sancta planè vita, & in Christi suauitate laudabilis: sed si ab his *Labor manuum.*

aduocandi non sumus, nec manducãdum est, nec ipse escæ quotidie præparandæ vt possint apponi & assumi. Si autem ad ista vacare seruos Dei certis interuallis temporum ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non & præceptis Apostolicis obseruandis aliquas partes temporum deputamus? Citius enim exauditur vna obedientis oratio, quam decem millia contemptoris. Cantica verò Diuina cantare, etiam manibus laborantes, facile possunt, & ipsum laborem tanquã Diuino celeumate consolari. An ignoramus opifices, quibus vanitatibus & plerunque etiam turpitudinibus theatricarum fabularum donãt corda & linguas suas, cum manus ab opere non recedant? Quid ergo impedit seruum Dei manibus operantem, in lege Domini meditari & psallere nomini Domini altissimi: ita sanè vt ad ea discenda, quæ memoriter recolat, habeat seposita tempora? Ad hoc enim & illa bona opera fidelium, subsidio supplendorũ necessariorum deesse non debent, vt horæ quibus ad erudiendum animum ita vacatur, vt illa opera corporalia geri nõ possint, non opprimant egestate.

Cap. eod. Ibidem contra aliter excusantes. Qui autem se dicunt vacare lectioni, nonne illic inueniunt quod præcipit Apostolus? Quæ est ergo ista peruersitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare, & vt quod bonum est diutius legatur, & ideo nolle facere quod legitur? Quis enim nesciat tãto citius quemque proficere cum bona legit, quanto citius fecit quod legit? Si autem alicui sermo erogandus est, & ita occupatur vt manibus operari non vacet, nunquid hoc omnes in monasterio possunt, venientibus ad se ex alio genere vitæ fratribus, vel Diuinas lectiones exponere, vel de aliquibus quęstionibus salubriter disputare? Quando ergo non omnes possunt, cur sub hoc obtentu omnes vacare volunt: quanquam etsi omnes possent, vicissim facere deberent, non solum ne cæteri à necessariis operibus auocarentur, sed etiam quia sufficit vt audientibus pluribus vnus loquatur.

Quibus otiũ à labore manuum conceditur.

Cap. 18.

In eodem contra non laborantes per pigritiam vel arrogantiam. Veniunt plerunque ad hanc professionem seruitutis Dei, & ex conditione seruili vel etiam liberti vel propter hoc à dominis liberati siue liberandi, & ex vita rusticana & ex opificum exercitatione & plebeio labore, tanto itaque fœlicius quanto educati fortius, qui si non admittantur graue peccatum est. Multi enim ex eo numero verè magni & imitandi extiterunt. Propterea enim & ignobilia mundi elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quę sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro coram Deo. Hæc itaque pia & sancta cogitatio facit vt etiam tales admittantur, qui nullum afferant mutatæ in melius vitæ documentum. Neque enim apparet vtrum ex proposito seruitutis Dei venerint, an vitam inopem & laboriosam fugientes, vacui pasci atque vestiri voluerint, & insuper honorari ab eis, à quibus contemni conteríque cõsueuerant. Tales ergo quoniam se quominus operentur, de infirmitate corporis excusare non

Quid, ĩ monachatũ amplectebãtur spe viuendi otiosè.

A possunt, præteritæ quippe vitæ cõsuetudine conuincũtur, sed vmbraculo malę disciplinæ se contegunt, vt ex malo intellecto Euangelio, præcepta Apostolica peruertere meditentur, verè volatilia cœli, sed per superbiam in altum se extollendo, & fœnum agri, sed carnaliter sentiendo. Atque vtinam isti qui vacare volunt manibus, omnino vacarent & linguis. Neque enim tam multos ad imitationem inuitarent, si eis nõ tantum exempla pigra, sed etiam muta proponerẽt. Verum isti qui nihil carnaliter operando volatilia cœli imitantur, cur manus otiosas, & repostoria vel horrea habere volunt? Cur ea quæ sumũt ex aliorum labore recondunt? Cur denique molunt & coquunt? Hoc enim aues nõ faciunt. Cur B volatilia cœli non sunt in exemplo ad nihil reseruandum, & sunt in exemplo ad nihil operandum? Subdit contra eosdem, exemplo sociorum maiorum & meliorum. Si ergo ad hanc vitam ex diuite quis conuertitur, & nulla infirmitate corporis impeditur, ita ne desipimus à sapore Christi, vt non intelligamus quantum prioris superbiæ tumor sanetur, cum circuncisis superfluis quibus ante animus exitiabiliter inflammabatur, ad modica quæ restant huic vitæ necessaria, etiam opificis humilitas minimè recusatur? Si autem ad hanc vitam ex paupertate conuertitur, nõ putet se id agere quod agebat, si ab amore vel augendæ quantulæcunque rei priuatæ, iam non quærens quæ sua sunt, sed quæ Iesu *Christi*, ad communis vitæ se transtulit charitatem, in eorũ societate victurus, quibus est anima vna & cor C vnum in Deum. Quamobrem etiam illi qui relicta vel distributa, siue ampla, siue qualicunque opulentia, inter pauperes Christi pia & salubri humilitate numerari voluerunt: si corpore ita valent, & ab Ecclesiasticis occupationibus vacant: quanquam eis tam magnum animi sui documentum afferentibus, & eiusdem societatis indigentiæ de his rebus quas habebant, vel plurimm vel non parum conferentibus, vicem sustentandæ vitæ eorum res ipsa communis & fraterna charitas debeat: tamen si & ipsi manibus aliquid operentur, vt pigris ex vita humiliore & ob hoc exercitatiore venientibus, auferant excusationem, multo misericordius agunt, quam cum omnia sua indigentibus diuiserunt. Illi nãque qui præter istã sanctam societatem, vitam labore corporis tran- D sigebant, ex quorum numero plures ad monasterium veniunt, quia & ipso humano genere plures sunt, si nolunt operari non manducẽt. Non enim propter hoc in militia Christiana ad pietatẽ diuites humiliantur, vt pauperes extollantur: nec vllo modo decet vt in ea vita vbi senatores sunt laboriosi, ibi fiant opifices otiosi: & quò veniũt relictis suis diuitiis qui fuerunt prædiorum domini, ibi sint rustici delicati. Testẽ inuoco Dominum Iesum Christum in animam meam, quoniam quantum attinet ad commodum meũ, multo mallem per singulos dies certis horis, quãtum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari, & cęteras horas habere liberas

liberas ad legendum & orandum, aut aliquid de Diuinis literis agendũ: quam tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotiis sæcularibus, vel iudicãdo dirimendis, vel interueniendo præcidendis. Cæterũ quis ferat homines contumaces, saluberrimis Apostoli monitis resistentes, non sicut infirmiores tolerari, sed sicut sanctiores etiam prædicari, vt monasteria sanctiore doctrina fundata, gemina illecebra corrumpantur, & dissoluta licentia vacationis, & falso nomine sanctitatis? Quid etiã iniquius quam velle sibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare maioribus? Causam dictorum ponit in eodem libro. Sanè omnibus nobis & vobis pro nostro gradu & officio laborantibus, & arcta est via in labore & ęrumna, & tamen in spe gaudentibus, iugum eius leue est, & sarcina leuis, qui nos vocauit ad requiem, quò prior transitũ fecit, à conualle plorationis vbi ipsemet sine pressuris non fuit. Discretè tamen, dicit ibidẽ. Si quis autem veram corporis infirmitatem, vt laborare non possit, ostẽdit, humanè tractandus est: qui verò falsam prætendit, & conuinci nõ potest, Deo dimittendus est. Labor tamen debet esse circa honesta. super Ioannem. Dixit Simon Petrus, vado piscari. Quid enim quod nunc quasi Apostolatu relicto fiunt quod fuerãt, & quod dimiserant repetunt: tanquam obliti quod audierant, Nemo mittens manum ad aratrũ, & respiciens retro, aptus est regno Dei? Et isti ecce subitò fiunt quod fuerant, non hominum sed piscium piscatores. His ergo quos hoc mouet respondendum est, non eos fuisse prohibitos arte sua licita atque cõcessa victum necessarium quęrere, sui Apostolatus integritate seruata: si quando vndè viuerent aliud non haberent. Nisi fortè quispiam putare audebit, aut dicere, Apostolum Paulum pertinuisse ad eorum perfectionem, qui relictis omnibus sequuti sunt Christum, quoniam ne quenquam illorum grauaret quibus Euangelium prædicabat, suum victum suis manibus transigebat: vbi magis impletum est quod ait: plus omnibus laboraui. Et adiunxit, Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Vnde supradicto lib. de opere monachorũ. Apostolus Paulus nec furta faciebat, nec effractor aut latro erat, nec auriga, aut venator, aut histrio, aut turpilucrus: sed innocenter & honestè quæ apta sunt humanis vsibus operabatur: sicut sese habent opera fabrorum, structorum, sutorum, rusticorum, & his similia. Neque enim honestas ipsa reprehendit, quod reprehendit superbia eorum qui honesti vocari amant, sed esse nõ amant. Non igitur dedignaretur Apostolus siue rusticanum aliquod opus aggredi, siue in opificum labore versari. Qui enim ait, Sine offensione estote Iudæis & Græcis & Ecclesiæ Dei, quos in hac causa reuereri posset ignoro. Si Iudæos dixerit, Patriarchæ pecora pauerunt. Si Græcos, quos etiam Paganos dicimus, etiam Philosophos multũ sibi honorabiles sutores habuerunt. Si Ecclesiam Dei, homo ille iustus & ad testimonium

A coniugalis semper mansuræ virginitatis electus cui despõsata erat virgo Maria quę peperit Christum, faber fuit. Quicquid ergo horum cum innocentia & sine fraude homines operantur, bonum est. Nã præcauet hoc & ipse Apost. ne quisquam ex necessitate vitæ sustentandæ in mala opera dilabatur. Qui furabatur, inquit, iam non furetur: magis autẽ laboret manibus suis, vt habeat vnde necessitatẽ tribuat patienti. Et infra de eodem Apost. Mirandam rẽ fecit Apost. qui reuera in tanta sollicitudine omnium Ecclesiarũ propagatarum & propagandarum, ad eius curã laborémque pertinentium etiam manibus operabatur. Non esset autem labor si non fuisset peccatum. in dialogo ad Orosium. Non erat homini in Paradiso laboris afflictio, sed voluptatis B exercitatio: maximè vt ea quę Deus creauerat, ad humani corporis adiutorium lætius beatiúsque peruenirent. Plus tamen laborant mali. super Psal. vij. Non potest noster labor finiri, nisi hoc quisque diligat, quod inuito non possit auferri. Nam cum ea diliguntur, quæ possumus cõtra voluntatẽ amittere, necesse est vt pro his miserrimè laboremus, & vt hæc adipiscamur in angustiis terrenarum ærumnarum, cum sibi quisque illa rapere & pręuenire alterum, aut extorquere alteri cupit, iniustitias machinemur. Super Psalm. cxxx. In omni opere malo labor est: Et omne opus malum cogitatum, mendacium ducem habet: Non est enim veritas nisi in omni opere bono. Et propterea quia homines laborant in mendacio, veritas clamat, Venite ad me omnes qui la- C boratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Probat ibidem. Omnis superbus fictus est, omnis fictus mẽdax: laborant homines loqui mendaciũ. Nam veritatem tota facilitate loquerentur. Ille enim laborat, qui fingit quod dicit. Nam qui vult verum dicere non laborat: ipsa enim veritas, sine labore loquitur.

Eph. 4.

Tom. IIII.

Tom. VIII.

Mat. 11.

LABIA. De labiis Dei. lib. de essent. & inuisibil. & incõmutab. Dei. Labia Dei sunt vtriusque testamenti consonantia. De quibus in Prouerbiis. Diuinatio in labiis regis. De labiis hominis. super Psal. xxxix. Dicãt labia quod habet cor. Hoc contra timorem habeat cor quod dicunt labia, hoc cõtra simulationem habeant labia, quod credit cor. Aliquando enim timor est, & nõ audes dicere, quod nosti, D aut quod credis: Aliquando autem simulatio est, dicis, & non habes in corde. Cõsentiant labia tua cordi tuo. Quærens pacem à Deo, tibiipsi esto pacatus: non sit inter os tuum & cor tuum mala rixa. Super Psal. lvij. In vita nostra inueniantur verba nostra: in factis nostris, cognoscantur labia nostra.

Tom. IIII.

Tom. VIII.

LAC. Lib. de vera innocentia. Sicut lac non transit nisi per carnem, vt paruulũ pascat qui panem edere non potest: sic nisi sapientia Dei, quæ panis est Angelorum, ad homines dignaretur venire per carnem, nemo ad contemplãdam verbi Diuinitatem posset accedere. Quia ergo lux à tenebris non poterat

Cap. 262. Tom. III.

comprehendi, ipsa lux mortalitatem subiit tenebrarum, & per similitudiné carnis peccati, participationem dedit luminis veri. Lac factus est nobis Christus. super Psal. cxxx. Ad mensam infans minus idoneus est, ad mamillá idoneus est. Panis ergo de mensa traiicitur per matris mamillam, vt sic perueniat idem alimentum ad paruũ infantem. Sic Dominus noster Iesus Christus cũ esset verbum apud patrẽ, per quod facta sunt omnia, qualem caperent pro modo suo Angeli, & vnde in cœlo potestates & virtutes intellectuales pascerentur: homo autem infirmus & carne inuolutus iaceret in terra, nec posset ad eum peruenire panis cœlestis, vt panem Angelorũ manducaret homo, & manna descenderet ad veriorẽ populum Israel, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Dicitur lac gratia eius. super Psal. lxvij Ipsum lac vnde fit caseus, miro modo significat gratiam Dei. Manat quippe ex abundantia viscerum maternorũ: & misericordia delectabili paruulis gratia infunditur. Dicitur scriptura. super primã canonicã Ioan. Mater nostra est Ecclesia. Vbera eius, duo testamenta Diuinarum scripturarum. Hinc sugitur lac omniũ sacramẽtorum, temporaliter pro æterna nostra salute gestorum: vt nutritus atque roboratus perueniat ad manducandũ cibum, quod est, In principio erat verbũ. Lac nostrum Christus humilis factus est: cibus noster, ipse idẽ æqualis patri. Lacte nutrit, vt pane pascat. Dicitur lac temporale commodum. lib. de pastorib. cap. ij. Quis pascit gregem, & de lacte eius nõ bibit? Inuenimus esse lac gregis, quicquid à plebe Dei tribuitur præpositis, ad sustentandam vitam temporalem.

Tom. VIII.

Tract. 3.
Tom. IX.

Tom. IX.
1. Cor. 9.

LACHRYMA. Lachrymãdũ propter peccata. super Psal. xciiij. Si ardet cõscientia delicti, lachrymis extingue flammam peccati. Plora ante Deum securus. Plora ante eũ qui te fecit: non enim opus manuum suarum contemnit in te. Noli putare quia potes à te refici. A te deficere potes, tu teipsum reficere non potes. Ille te reficit qui te fecit. Lib. de pœnit. Rectè pœnitentem quicquid post purificationem contraxit sordium, oportet vt abluat saltẽ lachrymis mentis. Sciat se culpabiliter durũ qui deflet mortem amici, vel damna rei temporalis, & dolorem peccati nõ ostendit in lachrymis. Non est ergo vt quis se excuset se non habere fontem lachrymarum, qui lachrymis ostẽdit dolorem tẽporalium. Quanto plus cognoscitur peccatũ, plus plorandum. super Psal. xcviij. In multis quantũ nobis innotescit voluntas Dei, etiã reatus noster innotescit nobis. Et quanto ille nobis innotescit, tanto plus imus in fletus & lachrymas. Videmus ergo quam sit iustũ quod de nobis exigat Deus, in quanta adhuc imperfectione iaceamus: & fit nobis quod dictum est, Qui apponit scientiã, apponit & dolorem. Ecce abundat in te charitas, plus dolebis peccantem. Quãto in te maior charitas est, tanto amplius te torquebit, quẽ toleras: nõ torquebit tãquã irascentẽ illi, sed tanquã dolentem pro illo. Sicut Paulus inquit, Quis infir-

Tom. VIII.

Eccl. 1.

A matur & ego non infirmor? Quanto maior ergo charitas, tanto maiores plagæ de peccatis alienis.

Sunt lachrymæ pœnitentium. lib. 50. Homil. Homil. xxvij. Sicut est testis pœnitẽtiæ dolor, ita lachrymæ testes doloris. Serm. vj. de natiuit. Dom. Vos qui pœnitentiã in Ecclesia accepistis & agitis, perseuerate in fletu & in compũctione, & doctè plangite. Doctè plangere est, nõ quærere in oratione temporales res, sed æternam beatitudinem, & remissionẽ peccatorũ. Qui sic orat, doctè plangit. Non cadet ad terrã lachryma nostra: quia verax est ille qui per Prophetam dixit, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Vos modo satis Deũ amare debetis, qui vos expectando, non puniendo, ad pœnitentiam perducere di-

B gnatus est. Vnde sunt lachrymæ orantium. super Psal. cxxvij. Dulciores sunt lachrymæ orantium, quam gaudia theatricorum. Vnde orans dicebat. lib. supputationum, parte iiij. cap. ij. Da mihi Domine amorẽ tuum sanctum & castũ, qui me repleat, teneat, totúmq; possideat. Et da mihi euidens signum amoris tui, irriguum lachrymarum fontem iugiter manantem, vt ipse quoque lachrymæ tuum in me testentur amorem: ipsę prodant, ipsæ loquantur quantum te diligit anima mea, dum præ nimia dulcedine tua nequit se à lachrymis continere. Reminiscor pie Domine istius bonæ mulieris Annæ, quæ ad tabernaculũ pro filio venit rogatura, de qua scriptura refert, quod vultus illius post lachrymas & preces non sunt in diuersa mutati. Sed memor tãtæ virtutis tantæque constantiæ, dolore torqueor & vere-

C cundia confundor: quia me miserum nimis deorsum iacere intueor. Si enim ita fleuit & in fletu perseuerauit mulier quæ quærebat filium, quomodo in plãctu persistere debet anima quæ quęrit & amat Deum, & ad Deum peruenire desiderat? Quomodo gemere & flere debet talis anima, quæ quærit Deum nocte, quę præter Christũ nihil vult amare? Mirum quippe est, si iam non sunt factæ ei lachrymæ eius panes die ac nocte. Respice ergo & miserere mei, dolores enim cordis mei multiplicati sunt. Da mihi consolationẽ tuam cœlestem, & noli spernere peccatricem animam pro qua mortuus es. Da mihi lachrymas ex toto affectu internas, quæ peccatorum meorum possint soluere maculas, & cœlesti iucunditate semper repleant animam meã. Venit quoque in

D mentem alterius mulieris mira deuotio, quę te in sepulchro iacentem amore pio quęrebat, quæ recedentibus discipulis à sepulchro nõ recedebat, quæ sedebat tristis & mœrens, & diu multúmq; flebat, & surgens cum multis lachrymis iterum atque iterum antra deserti sepulchri vigilantibus oculis explorabat, si fortè alicubi te videre posset, quem feruenti desiderio quærebat. Iam certè semel & iterum ingressa sepulchrum viderat, sed nimium amanti satis non erat: virtus enim boni operis perseuerantia est. Et quia præ cæteris dilexit, & diligendo fleuit, & flendo quæsiuit, & quærendo perseuerauit, ideo prima omnium inuenire te & videre, tecúmque loqui meruit.

ruit. Et non solùm hæc, sed etiam ipsis discipulis gloriosæ resurrectionis tuæ prænuntia extitit: te præcipiente & clementer monente, Vade & dic fratribus meis, vt eant in Galilęam, ibi me videbunt. Si igitur ita fleuit, & in fletu perseuerauit mulier, quæ viuentem cum mortuis quærebat, quæ te manu fidei tangebat: quomodo plangere & in planctu persistere debet talis anima, quæ te toto corde diligit, téque toto desiderio videre concupiscit? O solum refugium & vnica spes miserorum, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur. Præsta mihi hanc gratiam propter nomen sanctum tuum, vt quoties de te cogito, de te loquor, de te scribo, de te lego, de te confero: quoties tui reminiscor, tibi assisto, preces & sacrificium offero: toties obortis lachrymis in cōspectu tuo copiosè & dulciter fleam, ita vt efficiantur lachrymæ meæ panes die ac nocte. Tu quidem rex gloriæ & omnium virtutum magister, docuisti nos verbo & exemplo gemere & flere dicens, Beati qui lugent, quoniam consolabuntur. Tu fleuisti defunctum amicum, & lachrymatus es valde super perituram ciuitatem: rogo te per illas benignissimas tuas lachrymas, & per omnes miserationes, quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es, da mihi gratiam lachrymarum quam multum desiderat & appetit anima mea: quia sine dono tuo non possum habere eam, sed per spiritum sanctum tuum, qui dura peccatorum corda mollit & ad fletum compungit. Da mihi gratiam lachrymarum sicut dedisti patribus nostris quorum vestigia debeo imitari: vt plangam me in omni vita mea, sicut ipsi planxerunt die & nocte. Propter merita & orationes eorum qui tibi placuerunt, & deuotissimè seruierunt, miserere mei indigni serui tui, & da mihi gratiam lachrymarum. Da mihi irriguum superius, & irriguum interius, vt sint mihi lachrymæ meæ panes dię ac nocte, efficiárque in conspectu tuo per ignem compunctionis holocaustum pingue & medullatum: mactet totus in ara cordis mei, & tanquam pingue holocaustum assumar tibi in odorem suauitatis. Da mihi fontem irriguum & perspicuum, in quo lauetur assiduè illud inquinatum holocaustum. Tribue mihi gratiam lachrymarum, præcipuè ex multa dulcedine amoris tui, & commemoratione tuarum misericordiarum. Præpara hanc mensam famulo tuo, & da mihi eam in potestatem, vt quoties volo satier ex ea. Tribue mihi vt iste calix inebrians & præclarus satiet sitim meā: Vt inhiet spiritus meus, & ardeat mens mea in amore tuo, oblitus vanitatis sæculi & miseriæ.

Tom. VIII. LACVS. Super Psal. xxix. Qui sunt qui descendunt in lacum? Omnes peccatores mergentes in profundum. Lacus enim est profunditas sæculi: quæ est luxuriæ & nequitiæ. Qui ergo libidinibus se immergunt & terrenis desideriis, descendunt in lacum. *Tom. VIII.* Super Psalmum trigesimum nonum. Lacus miseriæ est profunditas iniquitatis, ex carnalibus concupiscentiis.

LANGVOR. Lāguor animæ est tētatio carnis. super Psalm. ciȷ. Post remissionem peccatorum corpus infirmum geris, necesse est sint quædam desideria carnalia, quæ te titillent, & quę tibi suggerant delectationes illicitas, sed de languore tuo veniunt: adhuc enim infirmam carnem geris, nondum absorpta est mors in victoriam, nōdum corruptibile hoc induit incorruptionem. Adhuc quibusdam perturbationibus etiā ipsa anima quatitur post remissionem peccatorum. Adhuc in periculis tentationum versatur, quibusdam suggestionibus delectatur, quibusdam non delectatur, & in eis quibus delectatur, aliquādo quibusdā consentit & capitur. Lāguor est, sanat autē omnes lāguores Deus. Sanabūtur omnes lāguores tui, noli timere. Et si magni sunt, maior est medicus. Omnipotenti medico, nullus languor insanabilis occurrit, tu tātum curari te sine. Manus eius ne repellas: nouit quid agat. Nō tantum delecteris cū fouet, sed etiam toleres cum secat. Tolera medicinalem dolorem, futuram cogitans sanitatem. *Tom. VIII.* *Reliquię peccati.*

Dicitur languor infirmitas corporis. ibidem. *Infrà.* Videte fratres mei in istis languoribus corporis, quanta homines tolerent, vt post paucos dies victuri moriātur, & hoc paucos dies incertos. Multi enim post tolerantiam magnorum dolorum, cum à medicis secarentur, aut inter manus medicorum mortui sunt, aut iam sani irruente aliqua ægritudine defuncti sunt. Si tam sibi propinquā mortem sperarent, illos immensos dolores non susciperent tolerandos. Tu non toleras ad incertum: qui promisit sanitatem, non potest falli. Fallitur medicus aliquando, & promittit sanitatem de corpore humano. Quare fallitur? Quia non hoc curat quod ipse fecit. Deus fecit corpus tuū, Deus fecit animam tuam, nouit quemadmodum recreet quod creauit: nouit quemadmodum reformet quod ipse formauit. Tu tantum sub manibus medici esto. Odit enim repellētem manus suas. Non fit hoc in medici hominis manibus. Ligari se volunt homines & secari: daturi pro incerta sanitate, certum dolorem, magnam mercedem. Deus te quem fecit, & certus curat & gratis. Ferto ergo manus eius. Sanat enim omnes languores tuos.

LAPIS. De lapide Christo. super primam canonicam Ioan. Homil. iij. Omnibus malis lapis offensionis est Christus. *Tom. VIII.* Super Psalm. ciij. sermo. iij. Nunquam fortius & firmius habitatur, quam in petra. Et in mari constituta, hoc habet magnum si tunditur fluctibus, frangit tamen fluctus, non frangitur. Quanti fluctus cōtuderunt petram nostram Dominū Christum? Elisi sunt in istum Iudæi, illi fracti sunt. Ipse integer mansit. Et vnusquisque imitās Christum ita sit in isto sæculo, id est, in isto mari: vbi non potest nisi procellas tempestatésq; sentire, vt nulli vento cedat, nulli fluctui, sed omnia excipiat & integer maneat. Super Psalm. cix. *Tom. VIII.* Offenderūt reges in lapidem offensionis, & ideo conquassati sunt cum dicunt, Quis est Christus?

neſcio quis Iudæus, neſcio quis Galilæus, ſic occiſus, ſic mortuus. Lapis eſt ante pedes tuos, quaſi viliter & humiliter iacẽs: ideo cõtemnẽdo offendis, offendẽdo cadis, cadẽdo quaſſaris. Si ergo tãta eſt ira occulti, qđ erit iudiciũ manifeſti? *Tom. VIII.* Lapis poteſt dici primus. ſuper Pſal. lxxxvj. Attendite ſimilitudinem quadrati lapidis, ſimilis debet eſſe Chriſtianus. In omni tentatione ſua Chriſtianus non cadit: & ſi impellitur, & quaſi euertitur, non cadit. Nam quadratũ lapidem quacunq; verteris ſtat. Sic ergo cõquadramini ad omnes tẽtationes parati: quicquid impulerit, non vos euertat. Stantem te inueniat omnis caſus. Exigeris ergo in hanc fabricam affectu pio, religione ſyncera, fide, & ſpe, & charitate: & ipſum ædificare ambulare eſt. In iſtis ciuitatibus alia eſt fabrica ædificiorum, alij ſunt ciues inhabitantes in fabrica. Illa ciuitas ciuibus ſuis ædificatur, ipſi ſunt ibi lapides qui ſunt ciues: lapides enim viui. Et vos, inquit, tanquã lapides viui ædificamini in domum ſpiritualẽ Domini. De lapidibus pretioſis per quos intelliguntur virtutes. in ſer. vij. de ſancto Laurentio. In ciuitate ſancta, vbi duodecim lapides fundantur atque ornantur. *De his gẽmis Apud Plin. lib. 37.* Iaſpis eſt viridis coloris & rutilans. Sapphirus coloris ſicut cœlũ cum ſerenũ eſt. Calcedonius ſpeciẽ habet lucernæ pallentis. Smaragdus nimiæ viriditatis velut gramẽ aut frondes. Sardonyx rubeus cãdens nigricãs. Sardius totus ſanguinei coloris eſt. Chryſolitus vt aurũ ſcintillans fulgens & ardens. Beryllus pallens & cum fulgore ſplendor eius acuitur. Topazius vt puriſsimum aurũ clareſcens ad æthera. Chryſopraſus purpureũ aureis guttulis mixturę viridiſsimę habet colorem. Hyacinthus floridiſsimus lucens optime clarus denſitate obtuſus. Amethyſtus roſeo nitore flammulam fundens decorus. In Iaſpide, fidei veritas ſtat. In Sapphiro, cœleſtis ſpei altitudo. In Calcedonio, flãma charitatis internæ. In Smaragdo, fidei fortis cõfeſsio. In Sardonice, virtus, humilitas ſanctorũ. In Sardio, patiẽtia eſt paſsionũ. In Chryſolito ſpiritualis mira prædicatio. In Beryllo, prædicantium perfecta operatio. In Topazio, contemplationis ardẽtior ſpeculatio. In Chryſopraſo, martyrũ pręmia & opus. In Hyacintho, cœleſtis ſubleuatio doctorũ. In Amethyſto, memoria regni amans eſt. Singuliq́ue lapides pretioſi, ſingulis ſunt fundamentis deputati: De quibus perfecta ciuitas Dei noſtri in monte ſancto eius fundatur atque ornatur, ſpiritualis gratiæ luce fulgentibus. Alij enim datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ &c. Artifex enim & conditor Deus medium † ciuitatis de nobis credentibus fidelibus fundare dignatus eſt, hoc pulcherrimo pandens myſterio.

† Aliàs, murum.

Cap. 1. Tom. IX.

LAQVEVS. In principio libri de contemplatione Ieſu Chriſti. Quoniam in medio laqueorum poſiti ſumus, facilè à deſideriis cœleſtibus frigeſcimus. Quapropter aſsiduè indigemus monimento, vt expergefacti ad Deum noſtrum ſummum & verum bonum A cum defluimus recurramus. De laqueis mundi. ſuper Pſal. cxj. In via Chriſti hinc & hinc laquei. Laquei à dextris, laquei à ſiniſtris. Laquei à dextris, proſperitas ſæculi: à ſiniſtris, aduerſitas ſæculi. Laquei à dextris, promiſsiones: laquei à ſiniſtris, terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, à via noli recedere: nec promiſsio te capit, nec terror elidit. Libro ſoliloquiorum ad Deum. Ecce Domine Deus meus, totus mundus plenus eſt concupiſcentiarum laqueis, quos parauerunt pedibus meis. Et quis effugiet hos laqueos? profecto à quo tu abſtuleris extollentiam oculorum ſuorum, vt non capiat eum concupiſcentia oculorum: & à quo tu abſtuleris animum irreuerentem & infrunitum, ne eum callidè decipiat ſuperbia vitæ. O quam fœlix cui hoc B facies, quippe tranſibit immunis. Nunc precor te per te, adiuua me ne corruam in conſpectu aduerſariorum meorum captus laqueis ipſorum quos parauerunt pedibus meis, vt incuruarent animam meam. Sed erue me virtus ſalutis meæ, ne ſibi riſum exhibeant de me inimici tui, qui oderunt te. Exurge Domine Deus meus fortis, & diſsipentur inimici tui, & pereant à facie tua. Ego abſcondar in abſcondito faciei tuæ, & gaudeam cum filiis ſatiatus omnibus bonis tuis. Extende alas tuas, vt fugiamus ſub eis à facie inimici. Turris fortitudinis, qui non dormitas neque dormies cuſtodiens Iſrael, quia non dormit neque dormitat qui impugnat Iſrael. De laqueis diaboli. in eodem libro. Inimicus vt occidat nos ſemper vigilat ſine ſomno: & nos vt cuſtodia- C mus nos, nolimus euigilare à ſomno. Ecce tetendit ante nos laqueos infinitos, & omnes vias noſtras impleuit decipulis ad capiendas animas. Et quis effugiet? Laqueos poſuit in diuitiis, laqueos in paupertate, laqueos tetendit in cibo, in potu, in voluptate, in ſomno & vigiliis, laqueos poſuit in verbo & in opere, & in omni via noſtra. Sed tu Domine libera nos de laqueis venantium. Equidem Domine reuela oculos meos, vt videam lumen tuum, & non impingar in laqueis eius. Quis enim euadet laqueos multos, niſi videat eos? Et quis videbit, niſi quem illuminaueris lumine tuo? Ipſe enim eſt pater tenebrarum, & laqueos ſuos abſcondit in tenebris ſuis, & capientur in eis omnes qui ſunt filij tenebrarum harum, non videntes lumen tuum, ſine D quo qui ambulat, in nocte offendit. Tu es lux filiorum lucis, & dies qui neſcis occaſum, in quo ambulant filij tui ſine offenſione. Ecce quotidie cernimus, quia quo magis à te vero lumine quis elongatur, eo magis peccatorum ſuorum inuoluitur tenebris, & minus vide et laqueos in via ſua: & ideo minus cognoſcit, idcirco ſæpius capitur, & cadit in eis: & quod horribilius eſt, ſe etiam cecidiſſe ignorat. Qui verò ſuum caſum ignorat, eo minus ſurgere curat, quanto ſe adhuc ſtare exiſtimat. Illumina ergo oculos meos, vt videam & cognoſcam, ne corruam in conſpectu aduerſariorum meorum.

In exter

In exterminium enim nostrum laborat inimicus noster, quē petimus vt facias liquefieri à facie nostra, sicut liquescit cera à facie ignis. Quoniā ipse est latro primus & vltimus, qui consilium fecit vt raperet gloriam tuam: quando inflatus & elatus crepuit & cecidit in foueam suā, & deiecisti eum de monte sancto tuo, & de medio lapidum ignitorum, in quorum medio ambulauit. Et nunc ex quo cecidit, non cessat persequi filios tuos. Et in odium tuum, ò rex magne, cupit perdere creaturam tuam hanc, quam creauit omnipotens bonitas tua ad imaginem tuā vt possideat gloriā tuā. Sed contere eum antequam nos agnos tuos deuoret: & illumina nos vt videamus laqueos quos ipse parauit, & euadamus. Tu omnia hæc nosti, qui melius nosti eius contentionem & eius ceruicem durissimam. Versutus est Domine iste hostis tortuosus, nec facile deprehēdi possunt circuitus viæ eius, nec cognosci species vultus eius, nisi tu illumines. Nā & nunc hîc, & nunc illic: & nūc agnū, & nunc lupum: nunc tenebras, nunc lucē se ostēdit: & singulis quibuscūque qualitatibus locis & temporibus, secūdum varias rerum mutationes, varias exhibet tentationes. Nam vt tristes decipiat, tristatur & ipse: vt gaudentes illudat, fingit se & ipse gaudere: vt spirituales defraudet, in Angelum lucis se trāsfigurat: vt fortes cōprimat, apparet vt agnus: vt mites deuoret, apparet lupus. Et hæc quidem omnia secundū similitudinē variarum tentationū effici habēt, sicut alios à timore nocturno, alios à sagitta volante in die, alios à negotio perambulāte in tenebris, alios ab incursu, alios à dæmonio meridiano. Et ad hæc quis idoneus vt cognoscat? Sagittas suas abscondit in pharetra, laqueos etiam abscondit sub specie lucis, & hęc difficilius perpenduntur, nisi à te lumē assumamus, vt videamus omnia. Nā non solū carnis operibus quæ de facili cognoscūtur, & nō tātum in ipsis vitiis, sed in ipsis quoque spiritualibus exercitiis laqueos abscondit subtiles, & sub virtutum colore ipsa vitia induit, cum se trāsmutat in Angelum lucis. Hæc & multa alia contra nos nititur ipse filius Belial, iste satan. Et nunc vt leo, nunc vt draco, manifestè & occultè, intus & extra, die & nocte, insidiatur vt rapiat animas nostras. Et tu Domine eripe nos, qui saluos facis sperantes in te, vt doleat ipse de nobis, & tu lauderis in nobis Domine Deus noster.

LARGITAS. Ab ea non debet retrahere timor inopiæ. in lib. de eleemosyna. Vereris vel metuis ne si operari plurimum cœperis, patrimonio tuo larga operatione finito, ad penuriā fortè redigaris. Esto in hac parte intrepidus, esto securus. Finiri non potest, vnde in vsus Christi impēditur, & tantum opus cœleste celebratur. Nec hoc de meo respōdeo, sed de sanctarum scripturarum fide: nec de meæ potestatis authoritate promitto. Loquitur per Salomonē Spiritus sanctus, & dicit. Qui dat pauperibus, nunquam egebit: qui autē auertit oculum suum, in magna penuria erit. Probat hoc ibidem.

A Quoniam ad Deum gratiarum actio pro eleemosynis atque operationibus nostris pauperum orationibus dirigitur, census operantis de retributione cumulatur. Ibidem. Metuis ne fortè patrimonium tuum deficiat, si operari ex eo fortiter cœperis, & nescis miser, quia dū tu times ne fortè patrimonium tuum perdas, ipse pro patrimonio tuo pereas. Et ideo bene clamat Apostolus & dicit, Nihil intulimus in hunc mundum, verum nec quid auferre possumus: habentes itaque alimenta & tegumentum, his contenti sumus. Ibidem infra. Metuis ne patrimonium tuum fortè deficiat, si ex eo operari largiter cœperis. Quando factum est, vt iusto possent deesse subsidia: cum scriptum sit: Non occidet Dominus fame animam iusti? Ab ea non debet retrahere amor filiorum. in eodem libro. Qui
B miseretur pauperis Deo fœneratur. Sed ne illa res ab omnibus operibus iustis refrænet & reuocet Christianum, quod excusari se aliquis posse existimet beneficio filiorum, in impensis spiritualibus Christum cogitare, qui se accipere professus est, debemus: nec seruos liberis nostris, sed Deum præferamus, ipso instruente & monente, Qui diligit, inquit, patrem aut matrem plus quam me, &c. In eodem infra. Est in Ecclesia qui se & filios Christo anteponens, diuitias suas seruat: nec patrimonium copiosum cum indigentium paupertate communicat. Sunt enim tibi multi in domo liberi, & retardat te numerositas filiorum quo minus largiter bonis operibus insistas: at qui hoc ipso operari am-
C plius debes, eo quod multorum pignorum pater es: plures sunt pro quibus Deum depreceris, multorum redimenda sunt delicta, multorum purgandæ conscientiæ, multorum animæ liberandæ: vt enim in hac vita sæculari alendis sustentandísque pignoribus, quo maior est numerus, hoc maior & sumptus est: ita & in vita spirituali atque cœlesti, quo amplior fuerit pignorum copia, esse & operum debet maior impensa. In eodem. Si filios tuos verè diligis, si eis exhibes bonam & plenam dulcedinem charitatis, operari magis debes, vt filios tuos iusta operatione Deo commendes. Nec cum liberis tuis te cogites patrem, qui & temporaneus, & infirmus es: sed illum putes, qui æternus & firmus illorum spiritualis pater est. Illi assigna fa-
D cultates tuas, quas hæredibus seruas. Ille sit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes iniurias Diuina maiestate protector. Patrimonium Deo creditum, nec respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit. In tuto hæreditas ponitur, quæ Deo custode seruatur. Hoc est charis pignoribus in posterum prouidere. Hoc est futuris hæredibus paterna pietate consulere, secundum fidem scripturæ sanctæ dicentis, Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quęrens panem. Lib. de vera innocent. c. nonagesimo quinto. Crescit semper charitatis facultas,

dum vſu maior,& largitate ſit ditior.

Tom.V. LATRIA. Lib.x.de ciui.Dei,c.j.Cultus qui debetur Diuinitati, vel ſi expreſsius dicẽdũ eſt Deitati,propter quẽ vno verbo ſignificandũ, quoniã ſatis idoneũ non occurrit Latinũ,Grẹco,vbi neceſſe eſt,inſinuo,quid velim dicere.

λατρεία. Latriã quippe noſtri vbicunque ſanctarum ſcripturarũ poſitũ eſt, interpretati ſunt ſeruitutẽ. Sed ea ſeruitus quæ debetur hominibus,ſecũdũ quã præcipit Apoſt. ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere:alio nomine Græcè nũcupari ſolet.

Δουλεία. Latria verò ſecundũ cõſuetudinem qua loquuti ſunt qui nobis Diuina eloquia condiderunt: aut ſemper,aut tã frequenter, vt penè ſemper,ea dicitur ſeruitus,quæ pertinet ad colẽdum Deũ. Proinde ſi tantũmodo cultus ipſe dicatur,nõ ſoli Deo deberi videtur. Dicimur enim & colere homines,quos honorificatione, vel recordatione,vel præſentia frequentamus. Nec ſolum ea, quibus nos religioſa humilitate ſubiicimus,ſed quædã etiã quæ ſubiecta ſunt nobis perhibetur coli. Nã ex hoc verbo & agricolæ,& coloni, & incolæ vocantur. Et ipſos Deos non ob aliud appellant cœlicolas,niſi quia cœlũ colant: non vtique venerando,ſed inhabitando, tanquã cœli quoſdã colonos: non ſic appellãtur coloni, qui cõditionẽ debent genitali ſolo propter agriculturã ſub dominio poſſeſſorum, ſed, ſicut ait quidam Latini eloquij magnus author,

Aeneid.1. *Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni.*

Ab ĩcolẽdo enim colonos vocauit,nõ ab agricultura. Vnde & quædã ciuitates à maioribus ciuitatibus,velut populorũ examinibus conditæ,coloniæ nũcupãtur. Ac per hoc cultũ quidẽ nõ deberi niſi Deo, ꝓpria quadã notione verbi huius omnino veriſsimum eſt. Sed quia & aliarum rerum dicitur cultus,ideo Latinè vno verbo ſignificari cultus Dei debitus non poteſt. Nã & ipſa religio quãuis diſtinctius non quẽlibet, ſed Dei cultum ſignificare videatur, vnde iſto nomine interpretati ſunt noſtri eã,quæ Græce θρησκεία dicitur: tamen quia Latina loquendi conſuetudine,non ſolùm imperitorũ, verum etiã doctiſsimorũ & cognationibus humanis atque affinitatibus,& quibuſdam neceſsitudinibus dicitur exhibenda religio:

Religio. nõ eo vocabulo vitatur ambiguũ,cũ de cultu Deitatis vertitur quæſtio:vt fidẽter dicere valeamus religionẽ nõ eſſe niſi cultum Dei:quoniã videtur hoc verbũ à ſignificãda obſeruãtia propinquitatis humanẹ inſolẽter auferri.

Pietas. Pietas quoque propriẹ Dei cultus intelligi ſolet,quã Grẹci εὐσέβειαν vocant. Hẹc tamẽ & erga parẽtes officioſè haberi dicitur. More autẽ vulgi hoc nomẽ etiã in operibus miſericordiæ frequẽtatur: qđ ideo arbitror eueniſſe,quia hæc fieri præcipuè mãdat Deus,eáque ſibi vel pro ſacrificiis,vel prẹ ſacrificiis placere teſtatur. Ex qua loquẽdi cõſuetudine factũ eſt,vt & Deus ipſe dicatur pius,quẽ Grẹci ſanè nullo ſui ſermonis vſu εὐσεβῆ vocant:quãuis εὐσέβειαν pro miſericordia illorũ etiã vulgus vſurpet. Vnde in quibuſdã ſcripturarum locis, vt diſtinctio certior appareret,nõ εὐσέβειαν quod ex

A bono & cultu,ſed θεοσέβειαν Dei,qđ ex Deo & cultu cõpoſitũ reſonat,dicere maluerunt. Vtrũlibet autẽ horũ, nos vno verbo enuntiare non poſſumus. Quæ itaq; λατρεία Græcè nũcupatur, etiã Latinè interpretatur ſeruitus, ſed ea qua colimus Deum:vel quæ θρησκεία Græcè, Latinè autem dicitur religio,ſed ea quẹ nobis eſt erga Deum:vel quã illi θεοσέβειαν,nos verò nõ vno verbo exprimere,ſed Dei cultũ poſſumus appellare:hanc ei tantum Deo deberi dicimus,qui verus eſt Deus, facítq; ſuos cultores deos. Quomodo prædicta ſeruitus fiat.in eod. libr. Nos Deo ſeruitutẽ quæ & latria Græcè dicitur,ſiue in quibuſdam ſacramentis,ſiue in nobis ipſis debemus. Huius enim tẽplum ſimul omnes,& ſinguli tẽpla ſumus:quia & omniũ cõcordiã,& ſingulos inhabitare digna-

B tur: Non in omnibus,quã in ſingulis maior:quoniam nec mole diſtẽditur,nec partitione minuitur. Cum ad illũ ſurſum eſt,eius eſt altare cor noſtrum: eius vnigenito eũ ſacerdote placamus:ei cruẽtas victimas cẹdimus,quãdo vſq; ad ſanguinẽ pro eius veritate certamus:ei ſuauiſsimũ adolemus incẽſum cũ in cõſpectu eius pio ſanctóque amore flagramus: ei dona eius in nobis, nósque ipſos vouemus, & reddimus: ei beneficiorũ eius ſolẽnitatibus feſtis,& diebus ſtatutis dicamus,ſacramúsque memoriã,ne volumine tẽporum ingrata ſubrepat obliuio: ei ſacrificamus hoſtiã humilitatis & laudis in ara cordis,igne feruidæ charitatis. Ad hũc vidẽdũ ſicut videri poterit,eíque cohærendũ ab omni peccatorũ & cupiditatũ malarum labe mundamur, & eius nomine conſecra-

C mur. Ipſẹ enim eſt fons noſtræ beatitudinis, ipſe omnis appetitionis eſt finis. Hunc eligẽtes,vel potius religẽtes,amiſeramus enim negligẽtes: hunc ergo religẽtes,vnde & religio dicta perhibetur, ad eũ dilectione tẽdimus,vt perueniẽdo quieſcamus:ideo beati,quia illo fine perfecti. Bonũ enim noſtrũ de cuius fine ĩter Philoſophos magna cõtentio eſt,nullũ eſt aliud quã illi cohærere,cuius vnius anima intellectualis incorporeo, ſi dici poteſt amplexu,veris impletur fœcũdatúrque virtutibus. Hoc enim bonũ diligere,in toto corde, in tota anima,& in tota virtute præcipimur. Ad hoc bonum debemus, & à quibus diligimur duci, & quos diligimus ducere. Sic cõplentur duo illa præcepta,in quibus tota lex pẽdet & Prophetæ, Diliges Dominum Deũ tuum in toto corde

D tuo,& in tota anima tua,& in tota virtute tua,& proximum tuum ſicut teipſum. Vt enim homo ſe diligere noſſet, conſtitutus eſt ei finis,quo referret omnia quæ ageret, vt beatus eſſet. Non enim qui ſe diligit, aliud vult eſſe quam beatus. Hîc autem finis eſt adhærere Deo. Iam igitur ſcienti diligere ſeipſum,cum mandatur de proximo diligendo ſicut ſeipſum,quid aliud mãdatur, niſi vt ei quantum poteſt, commendet diligendum Deum? Hîc eſt Dei cultus,hẹc vera religio, hæc vera pietas: hæc tantũ Deo debita ſeruitus. Quæcunque igitur immortalis poteſtas quantalibet virtute prædita,ſi nos diligit ſicut ſeipſum, ei vult eſſe ſubditos, vt beati ſimus, cui & ipſa ſubdita,

subdita, beata eſt. Si ergo non colit Deum, miſera eſt, quia priuatur Deo: ſi autem colit Deum, non vult ſe coli pro Deo. Illi enim potius Diuinæ ſententiæ ſuffragatur, & dilectionis viribus fauet, qua ſcriptum eſt, Sacrificans diis eradicabitur, niſi Deo ſoli. Nam, vt alia nũc taceã, quæ pertinent ad religionis obſequium quo colitur Deus: ſacrificiũ certè nullus hominũ eſt, qui audeat dicere deberi, niſi ſoli Deo. Multa deniq; de cultu Diuino vſurpata ſunt, quæ honoribus deferũtur humanis: ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera: ita tamen vt quibus ea deferuntur, homines haberẽtur, qui dicuntur colendi & venerandi, ſi autẽ multũ eis additur, & adorãdi. Quis verò ſacrificandũ cenſuit, niſi ei, quẽ Deũ, aut ſciuit, aut putauit, aut finxit? Quã porrò antiquus ſit in ſacrificando Dei cultus, duo illi fratres Cain & Abel ſatis indicant, quorũ maioris Deus reprobauit ſacrificium, & minoris aſpexit.

Sed nec Angeli tali adoratione volunt coli. ſu- Tom.VIII. per Pſal. cxxxv. Quod nuſquam in Diuinis eloquiis reperitur ſanctos angelos appellatos Deos, ea mihi cauſa potiſsimũ occurrit, ne iſto nomine homines ad hoc ædificarentur, vt miniſteriũ vel ſeruitiũ religionis, quæ Græcè liturgia, vel latria dicitur, ſanctis Angelis exhiberẽt: quod nec ipſi exhiberi ab hominibus volunt, niſi illi Deo qui & ipſorum & omniũ Deus eſt. Vnde multo vtilius Angeli vocantur, qui Latinè nuntij nuncupantur: vt pronomen non ſubſtantię, ſed officij, ſatis intelligamus illũ Deum à nobis coli velle, quẽ nuntiant. Nec aliqua creatura ſic debet Cont. Faul. coli vt Deus. lib. de vera relig. Hortor vos homines chariſsimi & proximi mei, méque ipſum hortor vobiſcum, vt ad id quo nos per ſapientiã ſuã Deus hortatur, quanta poſſumus celeritate curramus. Non diligamus mundum, quoniã omnia quæ in mundo ſunt, cõcupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorũ, & ambitio ſæculi ſunt. Nõ diligamus per carnis voluptatẽ corrũpere atque corrũpi, ne ad miſerabilẽ corruptionẽ dolorum tormentorúmque veniamus. Nõ diligamus certamina, ne Angelis qui talibus gaudẽt in poteſtatem demur, humiliandi, vinciendi, & verberandi. Nõ diligamus viſibilia ſpectacula, ne ab ipſa veritate oberrando, & amando vmbras, in tenebras proiiciamur. Non ſit nobis religio in phantaſmatibus noſtris: Melius eſt enim qualecũque verũ, quã omne quicquid pro arbitrio fingi poteſt. Et tamen animã ipſam, quãuis anima vera ſit cũ falſa imaginatur, colere non debemus. Melior eſt vera ſtipula, quã lux inani cogitatione pro ſuſpicantis voluntate formata: & tamen ſtipulam, quã ſentimus & tangimus demẽtis eſſet credere colendã. Non ſit nobis religio humanorũ operũ cultus: meliores enim ſunt ipſi artifices qui talia fabricantur, quos tamen colere nõ debemus. Nõ ſit nobis religio cultus beſtiarũ. Meliores enim ſunt extremi homines, quos tamen colere nõ debemus. Non ſit nobis religio mortuorũ hominũ cultus: quia ſi piè vixerint, nõ ſic habentur vt tales quærant honores, ſed à nobis illũ coli volũt,

A quo illuminante lætantur meriti ſui nos eſſe cõſortes. Honorãdi ſunt ꝓpter imitationẽ, nõ adorandi propter religionẽ. Si autem malè vixerint vbicũq; ſint, nõ ſunt colẽdi. Nõ ſit nobis religio cultus dæmonũ, quia omnis ſuperſtitio cũ ſit magna pœna hominum, & periculoſiſsima turpitudo, honor eſt ac triũphus eorũ. Non ſit nobis religio terrarũ cultus & aquarũ, quia iſtis purior & lucidior eſt aër, etiã caliginoſus, quẽ tamẽ colere nõ debemus. Non ſit nobis religio purioris aëris & ſerenioris cultus, quia luce abſente inumbratur: & purior illo eſt fulgor ignis etiã huius, quẽ tamen quoniã pro voluntate accendimus & extinguimus, colere vtique nõ debemus. Non ſit nobis religio cultus corporũ æthereorũ atq; cœleſtiũ, quæ quãuis omnibus cæteris corporibus

B rectè præponãtur, melior tamẽ ipſis eſt quæcunque vita. Quapropter ſi animata ſunt, melior eſt quęuis anima per ſeipſam, quã corpus quodlibet animatũ, & tamen animã vitioſam nemo colẽdã eſſe cẽſuerit. Nõ ſit nobis religio cultus illius vitæ qua dicũtur arbores viuere, quoniã nullus ſenſus in illa eſt. Et ex eo genere eſt iſta, qua noſtri etiã corporis numeroſitas agitur, qua etiã capilli & oſſa viuunt, quæ ſine ſenſu præciduntur. Hac autẽ melior eſt vita ſentiens, & tamen vitã beſtiarum colere nõ debemus. Nõ ſit nobis religio vel ipſa perfecta & ſapiens anima rationalis, ſiue in miniſterio vniuerſitatis, ſiue in miniſterio partiũ ſtabilita, ſiue quæ ĩ ſummis hominibus expectat cõmutationẽ, reformationémque portionis ſuę: quoniã omnis vita rationalis, ſi perfecta eſt, incõ

C mutabili veritati ſecũ intrinſecus ſine ſtrepitu loquẽdi obtẽperat, non obtẽperans autẽ vitioſa fit. Non ergo per ſe excellit, ſed per illã cui libenter obtẽperat. Quod colit ergo ſummus Angelus, id colẽdũ eſt etiã ab homine vltimo, quia ipſa hominis natura id non colendo, facta eſt vltima. Non enim aliunde ſapiẽs eſt Angelus, aliunde homo: aliunde ille verax, aliunde homo, ſed ab vna incommutabili ſapientia & veritate. Docet nos prędicta regula viuere. Lib. viij. de ciuita. Dei, c. Tom.V. xvij. Nobis vera religio præcipit, ne ira inſtigemur, ſed ei potius reſiſtamus. Præcipit ne cuiquã donorũ acceptione faueamus: ne honoribus moueamur: & vt etiã noſtros diligamus inimicos. Omnẽ motũ cordis, & ſalũ mentis, omnes turbellas & tempeſtates animi, nos deponere iubet. Illũ

D religione colas, quẽ imitari velis, cum religionis ſumma ſit, imitari quem colis. De intentione autem colentis videtur loqui, lib. iij. contra Epiſtolas Pellagianorum, c. v. Terrenã qualemcunque fœlicitatẽ non niſi à Domino creatore vniuerſitatis putet quiſquã cuiquam poſſe cõferri. Sed ſi propter illam colatur Deus, ſeruilis eſt electus pertinens ad filios ancillę. Si autem propter ipſum Deum, vt in ęterna vita ſit Deus omnia in omnibus, liberalis eſt ſeruitus pertinens ad filios liberæ, quæ eſt mater noſtra æterna in cœlis.

LATINI. Dicuntur à Latino. lib. xviij. Tom.V. de ciuita. Dei, c. xvj. Troia euerſa, & excidio illo vſquequaque cantato, puerisque

rísque notissimo: quod & magnitudine sui, &
scriptorum excellentibus linguis insigniter dif-
famatum, atque vulgatũ est: gestúmque regnan-
te iam Latino Fauni filio, ex quo Latinorum re-
gnum dici cœpit, Laurentúmque cessauit.

LATRO. De latrone bono qui fuit in
cruce. sermone primo de sabbato san-
cto. Deus Latroni donat Paradisum, q̃a
quẽ Iudas Ischarioth in hortulo Paradisi distra-
xerat, hic in crucis patibulo cõfitetur. Mira res,
confitetur latro quem discipulus abnegauit. Mi-
ra inquam res. Latro honorificat patientem, quẽ
Iudas perdidit osculantem. Ab isto pacis blãdi-
menta venduntur, ab illo crucis vulnera prædi-
cantur. Mira res. Plus in cruce latro Christum
dilexit, quam Iudas in cœna. Iste per cibum sup-
plantat magistrum, ille credidit Domino per do
lorem. Saluatur autem per fidem, in eod. ser.
Gloriam Paradisi latroni fides præstitit. Fides
enim est quę peccata cooperit, quę vincit crimi-
na, quæ facit de latronibus innocẽtes. Quamuis
enim delinquentium grandis sit culpa, fidei ta-
men maior est gloria. Plus enim est credidisse
Christo, quam sæculum dereliquisse. Et plenio-
ris est meriti veniam sperare in Deo, quam cul-
pam contraxisse de mundo. Sicut enim perfidia
criminosum facit, ita fides perficit innocentem.

Saluatur tamen in cruce. in secundo sermone
eiusdem diei. Latro de crucis ligno vindemiat
immortalitatem, & latrocinatur cœleste impe-
rium. Vim facit regno cœlorum, nõ virtute pro-
pria sed per fidem vincens, Ipso Domino dicen-
te, regnum cœlorum vim patitur, & qui vim fa-
ciunt diripiunt, hoc est, accipiunt illud. Adã eie-
ctus est de Paradiso, & latro mittitur in Paradi-
sum. Exiuit fur, & introiuit fur. Vtique exiuit
qui furatur pomum ex arbore, & introiuit latro
qui furatus est de cruce salutem. In sermone
xxxvj. de resurrectione Domini. Domine me-
mento mei dum veneris in regnum tuũ. Crux il-
la schola erat. Ibi docuit magister latronem. Li-
gnum pendentis, cathedra factum est docentis.

Cap.9. Tom. VII. Præsumitur quod fuerit baptizatus. Lib.j. de
orig. animæ cõtra Vincentium victorem, ad Re-
natũ. Ex quo à Christo dictũ est, Nisi quis rena-
tus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest
intrare in regnũ cœlorũ: & alio loco, Qui perdi
derit animam suã propter me, inueniet eã: nemo
fit membrũ Christi, nisi aut baptismate in Chri-
sto, aut morte pro Christo. Vnde & latro ille, nõ
ante crucem Domini sectator, sed in cruce con-
fessor: de quo nonnunquã præiudiciũ captatur,
siue tentatur contra baptismatis sacramentum: à
Cypriano sancto inter martyres cõputatur, qui
suo sanguine baptizantur, quod plerisq; non ba
ptizatis feruente persequutione euenit. Tanto
Fides latronis. nanque pondere appensum est, tantúmq; valuit
apud Deũ, qui hoc nouit appendere, quod cõfes-
sus est Dominũ crucifixũ, quantum si fuisset pro
Domino crucifixus. Tunc enim fides eius de li-
gno floruit, quando discipulorũ marcuit, nisi cu
ius mortis terrore marcuerat, eius resurrectione
reuiuisceret. Illi enim desperauerũt de moriẽte,
ille sperauit in cõmorientem. Refugerunt illi au
thorẽ vitæ, rogauit ille cõsortẽ pœnæ. Doluerũt
illi tanquã hominis mortem, credidit ille regna-
turũ esse post mortẽ. Deseruerunt illi sponsorẽ sa
lutis, honorauit ille sociũ crucis. Inuẽta est in eo
mensura martyris, qui tunc in Christũ credidit,
quando defecerunt qui futuri erãt martyres. Et
hoc quidẽ oculis Domini clarũ fuit, qui nõ bapti
zato, sed tanquã martyrij sanguine abluto, tãtam
fœlicitatẽ statim contulit. Sed etiam nostrũ quis
non cõsideret, quanta fide, quanta spe, quãta cha
ritate, mortem pro Christo viuẽte suscipere po-
tuit, qui vitã à moriente quæsiuit? Huc accedit,
quia non incredibiliter dicitur latronẽ qui tunc
credidit iuxta Dominũ crucifixũ, aqua illa quæ
de vulnere lateris eius emanauit, tanquã sacratis-
simo baptismo fuisse perfusum. Vt omittã quod
eũ antequã dãnaretur, baptizatũ nõ fuisse, quo-
niã nemo nostrũ nouit, nemo cõuincit. Verũ hęc
vt volet quisque accipiat, dũ tamen de baptismo
non præscribatur saluatoris præcepto, huius la-
tronis exemplo: & nõ baptizatis paruulis nemo
promittat inter damnationem regnúmque cœ-
lorum quietis, vel fœlicitatis cuiuslibet, atque
vbilibet quasi medium locum.

LAVRENTIVS. In ser. ij. de sanct. Laur.
Quã gloriosa, & quanta multitudine, &
quãta florũ varietate distincta Laurẽtij
martyris fulget corona? In iiij. ser. eiusdẽ diei.
Quomodo sanctus Laurẽtius ignes appositos ex-
trinsecus nõ timeret, nisi intus flamma charitatis
arderet? In cõparatione enim feruoris quo inte-
rius pectus ardebat, exterior persequutorũ flãma
frigebat. Quãdo enim ferret tãtorum aculeos do
lorũ, nisi æternorũ diligeret interna præmiorũ?
Postremo quãdo contẽneret istã vitã, nisi amãdo
meliorẽ? Et quis nobis nocere potest, vt ait Apo.
si boni æmulatores fuerimus? Sæuiat in te licet
persequutor malus, tu ne deficias authorẽ aman-
do bonorũ. Quid enim beato Laurẽtio illa quæ
à persequutoribus illata sunt tormẽta nocuerũt,
nisi quod animũ duriorẽ ipsis suppliciis reddide
rũt, & nobis festissimũ diẽ de pretiosa eius morte
fecerũt? In iij. ser. eiusd. diei. Ardet totis visce-
ribus fortissimus martyr & vritur, sed regnũ cœ
li pmissãq; Dei fideli mẽte pertractãs, refrigerio
cõsciẽtię victricis exultat. Nec pœnali flexus est
incẽdio, cuius in pectore insuperabilis sancti Spi
ritus flamma feruebat. Aut nunquid cedere pote
rat momẽtaneæ corporis vstioni, cuius fides æter
num gehennæ extinguebat ardorem? Superatis
itaque flammarum ministris, omne mundanæ
insanię extinxit incendiũ: & ad hoc vsque diabo
lica profecit intentio, vt & martyr fidelis, & ad
Deum suum gloriosus ascenderet, & crudelitas
persequentium cum suis ignibus confusa tor-
pesceret. In sermone secundo eiusdem diei.
Laurentius in craticula flammarum igne tor-
queretur. Audebat itaque extrinsecus beatus
martyr tyranni sæuientis incendiis, sed maior
intrinsecus Christi amoris eum flamma torre-
bat. Et

bat. Et quãuis rex improbus lingua subiecerit, & incendia maiora supposuerit, tamen sanctus Laurentius has flammas fidei calore non sentit: & dum Christi præcepta cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. Non enim potest visceribus ignium torméta sentire, qui sensibus Paradisi refrigeria possidebat. Iacebat licet ante pedes tyranni exusta caro, corpúsque exanime, nihil tamen detrimenti patitur in terris, cuius animus demoratur in cœlis. Extenditur ergo super flammarum ignitos globos, & sępius versatur in latera, & quanto plus pœnarum patitur, tanto apud Christum Dominum pertimescendum ostendit. Et nouo admirationis genere alius illũ torquet, & alij sæuientis tormenta proficiunt. Deuotiorẽ Laurentium saluatori supplicia atrociora fecerunt. In ser. ix. eiusdẽ diei. Beati Laurẽtij triũphalem diem, quo calcauit mundum gementem, & spreuit blandientẽ, & in vtroque vicit diabolum persequentẽ, hodiernum nobis Ecclesia Romana cõmendat. Quam gloriosa est, & quãta, & quantum virtutum multitudine, quasi florum varietate distincta Laurentij sit coronatio, vniuersa testis est Romana Ecclesia. In ipsa Ecclesia, sicut soletis audire, Diaconi gerebat officiũ. Ibi sanctum Christi sanguinẽ ministrauit, ibi pro Christi nomine suum sanguinẽ fudit. In ser. x. eiusd. diei. Inter laurigeros cõfessores, & quos ad cœlũ prouexit perennis gloria triumphorũ, sanctus Laurẽtius variato fulgore decorus coruscat, quoniã & leuiticam cãdidã, & martyrialem sortitus est in passione coronã. Quosdam ergo sanguis roseus cruentauit: alios flamma tãquam in fornace succendit. In his rutilus, in istis purpureus color effulsit. Inter omnes martyres Laurẽtius palma victrice radiauit. Sícque verbera, gladius, & omnis officina sæuitiæ laudis titulos martyribus non abstulit: quoniam non sunt in terra victi, sed ascendũt de sæculo coronati. Quid mœror, quid dolor, quid pœna, quid mors homines terretis? Vicit vos fides, superauit vos martyrũ fortitudo. Nõ potestis timeri post fidem. Prouexistis martyres, non vicistis. Euanuit virtus vestra, facta sunt de vobis luctatiua commercia, vt per vos iretur ad gloriam, quare tenuerũt martyres in passione constantiã. En vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Totũ frangit, qui mori non timet. Totum superat, qui ad Christum moriendo festinat. Non enim potest formidare pœnam, qui se scit à morte transiturũ ad vitã. Quando igitur beatus Laurẽtius illa supplicia, illa incendia toleraret, nisi cuperet ad cœlorum læta palatia migrare? Nouerat nãque victurum se esse post funus, post ignes refrigerium reperturum. Soluebatur nanque corpus eius, & desinebat ardentibus prunis exustum. Ibat in cineres & fauillas, quod de terra fuerat procreatum. Reddebat miseræ genitrici partum suũ, refundebat limosæ materiæ vasculũ. Quod de terra acceperat, terræ reddebat: quod de humo increuerat, flamma concremabat. Quid igitur inter hæc tormenta spiritus faciebat, nisi quod ad

A cœli partes se subleuabat? Non enim poterat anima igne torreri, quia in carne non poterat superari. Vox igitur omnium martyrum est illa, quę in psalmis canitur. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Cremata est igitur angusta & fragilis corporis cauea, & sicut passer de laqueo euasit martyris anima. Liberata est à corporis pœna, receptura in finem corpus suum: quia Deus artifex qui dignatus est hominis adnumerare capillum, spopondit nihil ei de suo corpore periturum.

LAVS DEI. Quod creatura debet laudare creatorem. Lib. supputationũ, parte iij. Iustum est vt creatura laudet creatorem. Ipse enim nos ad laudandum se creauit, qui nostris non indiget laudibus. Est autem virtus incomprehensibilis, nullius indigens, ipsa sibi sufficiens. Magnus enim Dominus noster & laudabilis valde. Hunc itaque mens diligat, lingua canat, scribat manus, atque in his sanctis studiis fidelis animus se exerceat. Ibid. Te decet laus, te decet hymnus, tibi Angeli, tibi cœli & vniuersę potestates hymnos dicunt, & laudes concinunt indesinenter. Laudant ergo te Domine illi superni ciues magnificè & mirabiliter: Laudat te homo magna portio creaturæ tuæ. Sed & ego peccator homuncio, desiderio magno cupio te laudare, & amare te opto amore pręcipuo. Dignare ergo me laudare te. Da mihi lumen in corde, verbum in ore, vt cor meum meditetur gloriam tuam, & lingua mea cantet quotidie laudes tuas. Sed quia non est pulchra laus in ore peccatoris, & quia vir pollutus labiis ego sum, munda obsecro cor meum ab omni inquinamento. Sanctifica me sanctificator omnipotens interius & exterius, & fac me dignum laudibus tuis. Suscipe benignè & acceptabiliter de manu cordis, de mentis amore, sacrificium labiorum meorum: fiátque acceptabile in conspectu tuo, & ascendat ad te in odorem suauitatis. Memoria tua sancta, & dulcedo tua beatissima, possideat totam animam meam, atq; in inuisibilium amorem rapiat eam. Quod semper laudetur, sed nunquam vt meretur. ibidem. Laudant te Domine illi populi Angelorũ tuorũ immortales, & glorificant nomen tuum cœlestes virtutes, quæ nõ habẽt opus legere scripturam nostram hãc, & cognoscere te sanctam & indiuiduã trinitatẽ. Vident enim faciem tuã semper, & ibi legunt: & quod legũt, intelligunt: semper legũt, & nunquã pręterit quod legũt: eligẽdo & diligẽdo legũt ipsam incõmutabilitatẽ consilij tui, nõ clauditur codex eorũ, nec plicatur liber eorũ, q̃a tu ipse illud habes & es in ęternũ. O beatæ nimiũ illæ cœlorũ virtutes, quæ laudare te possunt, & sanctè & piissimè cũ nimia dulcedine & ineffabili exultatione. Inde laudant vnde gaudent, q̃a semper vidẽt vnde gaudere valeant & laudare. Nos verò mole carnis pressi, & procul à vultu tuo in hac peregrinatione positi, atq; per mundanas varietates distenti, dignè laudare nequimus: laudamus tamen per fidẽ, nõ per speciẽ: illi verò per speciẽ, nõ per fidẽ. Hęc autem

caro

Marginal notes: B (beside "tus incomprehensibilis"); C (beside "toris, & quia vir pollutus"); D (beside "ciem tuã semper"); Tom. IX. (beside "dare creatorem. Lib. supputationũ"); C. sp. 32. & 33. Tom. IX. (beside "laus, te decet hymnus"); Cap. 33. (beside "meretur. ibidem.")

caro facit vt multò aliter laudemus quã illi: sed licet diuersis modis laudes dicamus, tu tamẽ vnus es Deus creator omnium, cui sacrificium laudis in cœlo & in terra offertur: peruenturi tamẽ sumus misericordia tua ad eorũ consortiũ, cũ quibus te semper videbimus, & sine fine laudabimus. Laudare seipsum Deus potest, quod est nobis gratia magna: laudare se homo vix potest sine arrogãtia. sup Psal. cxliiij. Audeo dicere charitati vestræ: vt bene ab homine laudetur Deus, quia laudauit se ipse Deus. Et quia dignatus est laudare se, ideo inuenit homo quemadmodum laudet eum. Neque enim hoc potest dici Deo, quod dictum est homini, Non te laudet os tuũ. Vt enim homo se laudet, arrogantia est: vt Deus se laudet, misericordia est. Prodest amare quem laudamus: bonum amando, nos meliores efficimur. Itaque quoniam hoc nobis prodesse nouit vt amemus eum, laudando se, amabilem se fecit: etenim in eo nobis consulit, quia se amabilem facit. Exhortatur ergo cor nostrum in laudẽ suã: & spiritu suo impleuit seruos suos, vt laudarent eum. Est laus ineffabilis. Libr. soliloquiorum ad Deum. Laus tua Domine tu ipse es. Laudent te opera tua secundum multitudinem magnitudinis tuæ. Laus tua incomprehensibilis est. Corde non comprehenditur, ore nõ mensuratur, aure non percipitur: quia ista transeunt, & laus tua manet in æternum. Cogitatio incipit, & cogitatio finitur, vox sonat, & vox transit, audit auris & auditus desinit: laus verò tua in ęternum stat. Quis est ergo qui te laudet? Hic te laudat, qui te ipsum laudem tuam credit: qui seipsum scit ad laudem tuam non posse pertingere. Laus perpetua, quæ nunquam transit. In te est laus nostra, in te laudabitur anima nostra. Non nos laudamus te, sed tu te & per te, & in te: & in nobis etiã est laus in te. Tunc enim veram habemus laudẽ, quoniam à te habemus laudem, quando lux approbat lucem, quia tu vera lux, tribuis verã laudem. Quoties ab alio quam à te quærimus laudem, toties amittimus tuam laudem: quia illa transitoria est, sed tua æterna. Sed transitoriam quærimus, æternam amittimus. Si æternam volumus, transitoriam non amemus. Ideo non sumus sufficientes eum laudare. ibidem. Laus æterna Domine Deus noster, à quo omnis laus, sine quo nulla est laus, non valeo laudare te sine te: habeam te, laudabo te. Quid sum ego per me vt laudem te? Puluis, cinis, canis mortuus & fœtens nimis, vermis & putredo ego sum. Quid sum vt laudem te fortissime spirituũ † vniuersæ carnis, qui habitas æternitatem? Nunquam tenebrę laudabunt lucem, aut mors vitam, aut vanitas veritatem? Tu lux, ego tenebræ: tu vita, ego mors: tu veritas, ego homo vanitati similis. Quid ergo Domine? laudabo te? Nunquid laudabit fœtor odorem? Nunquid mortalitas hominis qui hodie est, & cras tollitur? Nunquid laudabit te putredo, & filius hominis vermis? Nunquid laudabit te qui in peccatis genitus est & natus? Non est speciosa laus in ore peccatoris. Laudet te Domine

Præfat. in eand. Psal. Tom. VIII.

Prouerb. 17.

Cap. 10.

† Alias, spiritum.

A omnipotentia tua, & incircunscriptibilis sapientia tua, ineffabilis bonitas tua, supereminens clementia tua, superabundans misericordia tua, sempiterna quoque virtus & diuinitas tua. Laudet te omnipotentissima tua fortitudo, summa quoque benignitas & charitas tua, per quã creasti nos Domine Deus vita animæ meæ. Laudatur laude creaturarum. Libr. ij. de libero arbitrio, capit. vij. Quicquid laudabile aduertitur in rerum natura, siue exigua, siue ampla laude dignum iudicetur, ad excellentissimam & ineffabilem laudem referendum est conditoris. Super Psalmum cxliiij. Si magnitudinis Dei non est finis, capere ex eo aliquid possumus, Deum totum tamen capere non possumus: tanquam deficientes in eius magnitudine, vt reficiamur eius bonitate,

B respiciamus eius opera, & de operibus laudemus operantem, de conditis conditorem, de creatura creatorem. Ibidem. Laudatores sancti, & boni fideles, veri laudatores non ingrati gratiæ, cum laudant opera Dei hæc atque illa, summa & ima, cœlestia & terrestria, inter ipsa opera Dei quæ laudant, & seipsos inueniũt, quia in operibus Dei & ipsi sunt. Qui enim fecit omnia, ipse nos fecit inter omnia. Proinde si laudas opera Dei, & te laudaturus es, qa & tu opus Dei es. Vbi est ergo, Non te laudet os tuum? Ecce inuentum est quomodo & te laudare possis, & arrogans non sis. Deum in te lauda, non te: nõ quia tu talis es, sed quia ille fecit te: nõ quia tu aliquid potes, sed quia ille potest in te. Ibidem. Opera celebrantur & laudantur, & de operatore tace-

C tur. Ergo in operibus volo laudare creatorem, ingratum non amo laudatorem. Laudas quicquid fecit, taces de illo qui fecit? Quasi verò nisi ille tantus esset, inuenires quod laudares? In eo quod vides, quid ibi laudatur? Species, vtilitas, aliqua virtus, aliqua potẽtia rerum istarum. Si pulchritudo te delectat, quid pulchrius faciente? Si vtilitas laudatur, quid illo vtilius qui fecit omnia? Si virtus laudatur, quid illo potentius qui fecit omnia, à quo & facta nõ dimittuntur, sed reguntur, & gubernantur omnia? Non ergo quẽadmodum quidam eloquentes multi, laudantes creaturam, obliuiscẽtes creatorem, &c. Quia omnis creatura laudat eum, super Psalm. cxlviij. Quæ spiritum vitæ & intellectum ad laudãdum Deum non habent, quia & ipsa bona sunt, & in ordine suo integrè disposita, & ad pulchritudi-

D nem vniuersitatis referuntur quã cõdidit Deus, ipsa quidem per se, voce sua, & corde suo nõ laudant Deum: sed ab intelligentibus cõsiderãtur, per ipsa laudatur Deus. Ibidem infra. Omnia creata laudant Deum: quia cum ista videmus, & consideramus creatorem qui ea fecit, de illis nascitur in nobis laus Dei: & cum ipsorum consideratione laudatur Deus, omnia laudant Deum.

Tenetur ergo homo laudare Deum. ibidem. Quando hortatur nos, vt nõ simus sicut pecora sine intellectu: ostendit nobis, quia homini tribuit intellectum ad laudandum Deum. Quomodo debet laudare, super Psal. xxxiiij. sermone ij.

ne secundo. Super illud, Lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. Cuius lingua durat tota die meditari laudem Dei? Suggero remedium, vnde tota die laudes Deum si vis. Quicquid egeris, bene age, & laudasti Deum. Quando cantas hymnum, laudas Deum. Lingua tua quid agit, nisi laudet conscientia tua? Et quoties tu cessasti ab hymno cantando, discedis vt reficiaris: noli inebriari, laudasti Deum. Discedis vt dormias, Noli surgere ad malefaciendum, & laudasti Deum. Agrum colis. Noli limitem mouere, & laudasti Deum. In innocentia operum tuorum præpara te ad laudandum Deum tota die. Super Psalmũ septimum, sermone primo. Repleatur os meum laude, vt cantem tota die magnificẽtiam tuam. Quid est tota die? Sine intermissione. In prosperis, quia consolaris: in aduersis, quia corrigis. Antequam essem, quia fecisti: cum essem, quia salutem dedisti. Cum peccassem, quia ignouisti: cum conuersus essem, quia adiuuasti: cum perseuerassem, quia coronasti. Super Psal. xiij. sermone iiij. Tota vita nostra erit psallere Deo, si veniet in fastidium quod laudamus, potest venire in fastidiũ & nostra laudatio. Si semper ille amatur, semper à nobis laudatur. Super Psalm. cxlviij. & est super titulum. Quisquis non cessat bene viuere, semper laudat Deum. Tunc desinis laudare Deum, quando à iustitia, & ab eo quod ei placet declinas. Nam si à vita bona nunquam declines, lingua tua tacet, & vita tua clamat, & aures Dei ad cor tuum. Quomodo enim aures nostræ ad voces nostras, sic aures Dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri vt habeat mala facta, qui habet bonas cogitatiões. Facta enim à cogitatione procedunt. Nec quisquam potest aliquid facere, aut ad aliq̃d faciẽdum membra mouere, nisi primo processerit iussio cogitationis. Quomodo de interiori palatio quicquid iusserit imperator, per Romanum imperium emanat, quicquid videtis agi per prouincias quantus motus fit ad vnam iussionem imperatoris intus sedẽtis? Mouet solum labia quod loquitur, & mouetur omnis prouincia cum fit quod loquitur: sic etiam in vno quoque hominum intus est imperator in corde. Si bonus bona iubet, bona fiũt: si malus mala iubet, mala fiũt. Cum ibi sedet Christus, quid potest iubere nisi bona? Cum possidet diabolus quid potest iubere nisi mala? In tuo autem arbitrio Deus esse voluit, cui pares locum: Deo, an diabolo. Cum paraueris, qui possidebit, ipse impe rabit. Ergo, fratres, non tantũ ad sonum attendite cum laudatis, sed Deum toti laudate: cantet vox, cantet vita, cantent facta. Et si est adhuc gemitus, tribulatio, tentatio: sperate transitura omnia, & illum venturum diem quo sine fine laudabimus.

Debet laudari in omnibus. super Psal. liiij. Siue tribulemur & angustiemur, siue lætemur & exultemus, ille laudandus est, qui & in tribulatiõnibus erudit, & in lætitia consolatur. Laus enim Dei à corde & ore Christiani recedere non debet. Nõ vt laudet in prosperis, & maledicat in aduersis: sed quemadmodum Psalmus ille præscribit. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Gaudes, agnosce patrem blãdientem: tribularis, agnosce patrem emendantẽ: siue enim blandiatur, siue emendet, eum erudit cui parat hæreditatem. Super Psal. cxlvj. Non solũ vox tua sonet laudes Dei, sed & opera tua, cõcordent cum voce tua. *Tom. VIII.* Cum ergo voce cantaueris, silebis aliquãdo: vita sic canta, vt nunquam sileas. Negotium agis, & fraudem cogitas. Siluisti à laude Dei: & quid est grauius? Non solùm à laude siluisti, sed etiam in blasphemiam perrexisti. *Laus Dei in opere.* Cum enĩ Deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas Deum: & cum blasphematur Deus de malo opere tuo, blasphemas Deum. Itaque ad auriũ exhortationem canta voce, corde ne sileas, vita ne taceas. Non cogitas in negotio fraudem, psallis Deo. Cum manducas & bibis, psalle: nõ intermiscendo sonorum suauitates ad aures apertas, sed modestè, & frugaliter, & temperãter manducando & bibendo: quia hoc dicit Apostolus, siue manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriã Dei facite. Si ergo bene agis, quod & manducas & bibis, & ad refectionem corporis sumis, reparationémque membrorum, gratias agens ei, qui præbuit tibi mortali & fragili ista supplementorum solatia: & cibus tuus, & potus tuus laudat Deum. Si verò modũ naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites: quantaslibet laudes Dei tua lingua sonet, vita tua blasphematur. post cibum & potum req̃escas vt dormias: nec in lecto turpiter aliq̃d agas, nec excedas vltra concessam licentiam in lege Dei. Sit castus cum coniuge thorus: & si est cura propagandi liberos, non sit in effrænata luxuries libidinum. Defer in lecto tuo coniugi tuæ honorem, quia membra Christi estis ambo. Ambo ab illo cõditi, ambo sanguine ipsius reparati. hoc agens laudas Deum, nec omnino silebit laudatio tua. Quod cum somnus aduenerit, & cum dormis non te excitet mala consciẽtia à quiete tua: & innocentia somni tui laudat Deum. Si ergo laudas Deum, non tantum lingua tua canta, sed etiam assumpto bonorum operum psalterio: quoniã bonus est psalmus. Laudas cum agis negotium, laudas cum cibum & potum capis, laudas cum in lecto requiescis, laudas cum dormis. Quando ergo nõ laudas? Perficietur ergo in nobis laudatio Dei, cum ad illam ciuitatem venerimus, quando effecti fuerimus æquales Angelis Dei, quando nulla nos corporalis necessitas vlla ex parte sollicitat, non fames, non sitis interpellat, non ęstus fatigat, non frigus astringit, non febris deiicit, non mors finit. Ad illam perfectissimam laudem exerceamus nos laudatione ista in bonis operibus. Libro de vera innocentia. *Cap. 70. Tom. III.* Qui laudat Deum in miraculis beneficiorũ, laudet & in terroribus vltionum. Nam blanditur, & minatur. Si non blandiretur, nulla esset exhortatio: si non minaretur, nulla esset correctio. Laus Dei est in bene operãdo. Lib. quinquagesimo quinto Homil. homil. ij. *Tom. X.* Amatores mundi in ore suo Deum laudare vidẽtur, sed longe ab operibus Ecclesiæ probantur,

ſecundum quod ait Propheta. Populus hic labiis me honorat &c. Ibidem. Illis qui bene viuunt prodeſt quod laudant Deum:tu autem ſi laudas, & peccata nõ deſeris,nihil tibi prodeſt.Audi ſcripturam dicentem. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.Si enim malè viuis & bene doces, nõdũ laudas.Sed rurſum ſi cum cœperis bene viuere,meritis tuis tribuis,nondum laudas.Nolo te eſſe latronem inſultando cruci Domini: ſed nec te volo illum eſſe in templo iactantem merita ſua, & occultantem vulnera ſua. Non laudat qui malè viuit:nec laudat, qui quaſi de ſuo, bene viuit. Primum ergo corrige te à via peſsima, & incipe viuere bene,& intellige quia non corrigeris niſi dono Dei:A Deo enim greſſus hominis dirigũtur.Hoc cum intellexeris,faue & aliis,vt ſint qđ tu es:quia hoc eras tu,quod & illi ſunt.Faue quãtum potes,& noli deſperare. Non enim vſque ad te diues eſt Deus.Quod enim tibi dedit, crede etiam quod aliis & velit,& poſsit dare.Non ergo laudat,qui cum iam cœpit bene viuere, de ſuo putat eſſe quod viuit bene,non acceptũ à Deo. Nec ille laudat qui cum ſciat ſe bene viuere accepiſſe à Deo,tantum vſque ad ſe vult eſſe diuitem Deũ, & non vult vt aliis ſit miſericors Deus.Sic Phariſęus ille,qui de ſua iuſtitia Deum laudabat:nec tamen dicebat,Domine dona huic Publicano quod mihi donaſti.Qui laudat,bonus eſt,ſi etiam bene viuit: quia non ſolum lingua laudat, ſed & vita cum lingua conſentit. Ibidem.Rogo vos, fratres chariſsimi,quantum poſſumus cum Dei adiutorio ſtudeamus, vt quomodo Deum laudamus vocibus, ſic etiam bonis operibus collaudemus. Melius eſt enim tacere & benefacere,q̃ Deũ laudare,& peccata cõmittere.Qui enim laudat Deũ vita ſimul & lingua,vocibus pariter & bonis operibus,dupliciter in ſe prouocat gratiam Dei. Si verò non præualet Deum laudare vocibus,laudet bonis operibus,aſsiduis orationibus, cogitationibus ſanctis.Si enim hoc diligenter attendimus,& in hoc ſæculo cum ſecura conſcientia Deum laudare poſſumus,& in futuro ad æternum gaudium fœliciter veniemus. Eodem Libro,homil. xvj.

Tom.X. Cum laudatis Deum,non tantum ad ſonum attẽdite: ſed cãtet vox,cantet vita,cantent facta:Et ſi eſt adhuc gemitus,tentatio,tribulatio, ſpera trãſitoria omnia,& in illum venturum diem in quo ſine defectu laudabimus. Interim ſic agamus donec veniat ille dies,in quo cõiuncti Angelis Deũ ſine vlla fatigatione & ſine fine vllo laudare mereamur.

Tom.VIII. Super Pſalmum quadrageſimum ſextum. Ad laudandum Deum concordent manus & lingua: Lingua confiteatur, illæ operentur.

Super Pſalmum centeſimum primum,ſermone ſecundo.Quomodo Deo reſpondet laus eius? Quando ei gratias agunt vocati ab illo.Ille enim vocat,& nos reſpondemus: non voce, ſed fide: non lingua,ſed vita.Si enim vocat te Deus & præcipit,& tu malè viuis,vocationi eius non reſpondes,nec laus eius reſpondet ei de te:quia ſic viuis, vt ille non laudetur,ſed potius blaſphemetur per te.Cum autem ſic viuimus, vt per nos laudetur

A Deus,reſpondet eius laus eiſdem vocatis & ſanctis eius. Super Pſalmum cxlvj.Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.Ergo vt Deo iucunda ſit laus tua,noli bonæ cantilenæ tuæ obſtrepere moribus malis. Ibidem.O qui laudatis Deũ, bene viuite.Laudatio impiorum offendit Deum. Plus ille attendit quid viuas,quã quid ſones. Certè cum eo quem laudas,pacem habere vis. Quomodo cum illo quæris pacem,quando à teipſo diſſonas? Aliud enim ſonat lingua,aliud indicat vita.Deo ergo iucunda ſit laus:cuius aures non ad os,ſed ad cor:non ad linguam,ſed ad vitam laudatoris patent. Libro de vita Chriſtiana. Hoc eſt ſacrificium qđ Deus per omnes hoſtias quærit & diligit,vt per iuſtitiæ noſtræ opera, nomen ſuum vbique laudetur,& Deus verus eſſe ſeruo-

B rum ſuorum actu & opere comprobetur. Illi ergo Deum diligunt,qui non aliud quàm vnde nomen eius glorificetur exercent. Debet autem laudari ex corde.Libro quinquageſimo Homil. homilia xxxvj.Si corde taces,& ore clames,non ſolùm à laude Dei tacuiſti, ſed in blaſphemiam prorupiſti. Super Pſalmum ſeptuageſimum ſeptimum.Laudatur Dominus vt ametur. Quid enim ſalubrius amatur?Quando cum ſpiritu Dei cooperante, cooperatur ſpiritus hominis, tunc quod Deus iuſſerit impletur. Et hoc non fit, niſi credendo in eum,qui iuſtificat impium. Libro de gratia noui teſtamenti, capite ſecundo. Quis veraciter laudat,niſi q ſynceriter amat? Super Pſalmum cẽteſimum quadrageſimum quartum. Laudate Dominum & inuocate nomen eius.Ex-

C audit quippe inuocantem, quem laudantem videt.Laudantem autem videt, quem comprobat amantem. Cum quo voluit Deus boni ſerui amorem,circa ſe oſtendi maximè,niſi in eo quod ait Petro,Paſce oues meas? Quia vt dicit. ſuper Pſalm. 50. Domine labia mea aperies, & os meum anuntiabit laudem tuam. Laudem tuam qua creatus ſum,laudem tuam qua peccans non derelictus ſum,laudem tuam qua vt cõfiterer admonitus ſum,laudem tuam qua vt ſecurus eſſem mundatus ſum. Libro ſexto confeſsionum. Taceat Deus laudes tuas,quia miſerationes tuas non conſiderat. Laudatur autem ſecuriter. ſuper Pſalmum quinquageſimum tertium. Voluntariè

D ſacrificabo tibi ſacrificium laudis: & ideo voluntariè,quia gratis amo quod laudo.Laudo Deum, & ipſa laude gaudeo. Ipſius laude gaudeo, quo laudato non erubeſco. Super Pſalmum nonageſimum quartum.Quid magis homo debet laudare quam id,quod ſic placet vt nunquam poſsit diſplicere?Securitas ergo laudis,in laude Dei eſt. Ibi laudator ſecurus eſt,vbi non timet vt de laudato erubeſcat. Super Pſalmum nonageſimum nonum.Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus.Nolite putare quia deficitis in laudando.Laudatio veſtra quaſi manducatio erit. Quãtum laudatis, tantum vires acquiritis, & tantum dulceſcit quem laudatis. Super Pſalmum centeſimum trigeſimum quartum.Non enim laudibus noſtris ipſe creſcit,ſed nos. Deus nec melior

fit ſi

fit si laudaueris, nec deterior si vituperaueris. Tu laudando bonum, melior eris: vituperando, deterior: bonus autem ille manet vt est. Si enim seruos suos, quos bene de se meritos, prædicatores verbi sui, rectores Ecclesiæ suæ, veneratores nominis sui, obtemperatores mandati sui, id docet vt in conscientia sua habeant dulcedinem bonæ vitæ suæ, ne corrumpantur laudibus, ne frangātur vituperationibus hominum: quāto magis ipse incommutabilis super omnia qui hoc docet, non vtique maior fit si laudaueris, nec minor si vituperaueris? Sed quoniam nobis expedit laudare Dominum, misericorditer iubet vt laudemus eū, non arroganter. Super Psalmum centesimum quadragesimum sextum. Cum laudaueris hominem, fortè hoc cupis, quod ab illo præstari nō potest. Deum securus lauda: quem nemo potest dicere non posse præstare, quod tu poteris desiderare. Proposita ergo spe mercedis alicuius laudare Deum debemus, nō tamen daturum quicquid petimus. Pater est enim, & quod malè cupiunt filij, non dat. Laudemus, speremus, & desideremus, non illud aut illud, sed quod iudicat dandum esse quem laudamus. Ille enim nouit quod dari nobis expediat, nos autem intendamus quod nobis prosit accipere. Non posset laudari sine gratia sui. super Psal. lxij. Non possem laudare Deum, nisi mihi donaret se laudare posse. Laudandus est semper. super Psal. cxij. Sēper laudandus est, q. est.

Ideo Libro de verbis Domini, sermone viij. Siue nos accusemus, siue Deum laudemus, semper illi gratias agere studeamus, à quo gratia gratis datur, cuicūque datur. Bis ergo Deum laudamus, si piè nos accusamus, Deúmque laudamus. Quando Deum laudamus, tanquam eum qui sine peccato est prædicamus. Quādo autem nosmetipsos accusamus, ei per quem resurreximus gloriam damus. Hoc si feceris, nullam occasionem inuenit inimicus qui te circunueniat ante iudicem. Cum enim tuipse fueris accusator, & Dominus liberator, quid erit ille nisi calūniator? Erit finaliter laus eius beatitudo nostra. super Psalmū cxlj. Post istas corruptiones & angustias, habitabimus in domo Domini tota vita nostra. Non erit nisi laus Dei: quia recedente necessitate, omnia negotia necessitatis intercidunt: Quia non erit quid ibi agamus, nisi laudemus quem diligimus, quia & tunc eum videbimus. Modo non visum desideramus & laudamus, tunc visum quod amamus, quomodo laudabimus? Sine fine erit laus, quia sine fine amor. Super Psal. xlviij. Laudet tota creatura Dominū: q̄a hoc ibi futuri sumus, q̄d hîc prę meditamur. Libro de gratia noui testamenti, quæstione vlti. cap. iiij. In futuro sæculo perfecta & plena charitas sine vlla malorum tolerantia. Non fide credit quod non videt, nec spe desiderat quod non tenet: sed in æternum veritatis incōmutabili specie perfruitur, cuius sine fine quietum opus erit laudare quod amat, & amare quod laudat. In sermone quadragesimo quarto, de resurrectione Domini. Laudemus Deum fratres, vita & lingua, corde & ore, vocibus & moribus. A Sic enim sibi dici vult Deus, Alleluia: vt nō sit in laude discordia. Concordent ergo prius in nobis ipsis lingua & vita, os cum conscientia: concordēt voces cum moribus, ne fortè bonæ voces testimonium dicant contra malos mores. ò fœlix Alleluia in cœlo, vbi templum Dei Angeli sunt. ibi enim concordia summa laudantium, vbi exultatio secura cantantium. Ibi nulla lex repugnat legi mentis, vbi non est rixa cupiditatis, in qua periclitetur victoria charitatis. Ibidem infra. O fœlix Alleluia: ò secura & sine aduersario lætitia. Vbi nemo erit inimicus, nemo perit amicus. Ibi laudes Deo, & hîc laudes Deo. Sed hic à sollicitis, ibi à securis. Hic à morituris, ibi à superuicturis: hîc in spe, ibi in re: hîc in via, ibi in patria. Modo fratres mei cantemus, non ad delectationem q̄etis, sed ad solatium laboris. B In sermone liij. eiusdem temporis. Ibi cibus noster est, Alleluia: potus noster est, Alleluia: actio q̄etis nostræ est, Alleluia, id est laus Dei. Quis enim laudat aliquid sine defectu, nisi qui fruitur sine fastidio? Quantū ergo erit robur in mente, quanta immortalitas & firmitas corporis, vt neq; mentis deficiat tentatio in contemplatione Dei, neque membra succumbant in continuatione laudis Dei?

LAVS humana. Est inanis in Epistola ad Dioscorum. Non satiat auidum spiritum vanitas laudis humanæ: quia nihil ad cibandum affert, nisi inane & inflatum. Et ideo cogitur eam ipsa auiditas referre in aliud quasi vberius & fructuosius: quod nihilominus si tēporali lapsu præterfluit, ita est quasi si fluuius C ducat in fluuium, vt non sit finis miseriæ, quādiu finis officiorum nostrorum in re instabili collocatur. Non enim iuuat apud Deum. Libro primo de verbis Domini, sermone xxiij. Laudes humanæ in die iudicij non adiuuant. Ibidem, Lib. lxxxiij. quæstionum. Quorum facta aliena laude fulciuntur, eadem subtracta deficiunt: & de consuetudine semper inquirit id animus, vnde gaudere solet. Itaque qui hominum corda non vidēt, testimonium volunt habere apud Deum, qui cordis inspector est. Vnde responderunt sapientes virgines imprudentibus. Ne forte non sufficiat nobis & vobis oleum. Vnusquisque enim pro se rationem reddet, nec alieno testimonio quisque adiuuatur apud Deum, cui secreta cordis apparēt: & vix quisque sufficit sibi, vt ei testimonium perhibeat conscientia sua. D Est ipsa laus periculosa. Lib. ij. de sermone Domini in monte, cap. primo. Difficile est oculo cordis mundato, non surrepere sordes aliquas de iis rebus, quæ ipsas nostras actiones bonas comitari soleant, veluti est laus humana. Siquidem non rectè viuere perniciosum est: rectè autem viuere, & nolle laudari, quid aliud est quam inimicum esse rebus humanis, quæ vtique tanto sunt miseriores, quanto minus placet recta vita hominum? Si ergo inter quos viuis, te rectè viuentem non laudauerint, illi in errore sunt: Si autem laudauerint, tu in periculo es. Nisi tam simplex cor habueris & mundum, vt ea quæ rectè facis, non propter laudes hominum facias:

Tom. VIII. | Tom. X. | Tom. VIII. | Tom. II. Epist. 56. | Quæst. 58. Tom. IIII. | Tom. IIII.

A magiſque illis recta laudantibus gratuleris, quibus id quod bonũ eſt placet quam tibi: niſi quia rectè viuis, etiam ſi nemo laudaret: ipſamque laudem tuam tunc intelligas vtilem eſſe laudantibus, ſi nõ teipſum in tua bona vita, ſed Deum honorent,

Pſal. 33. cuius ſanctiſsimum templum eſt quiſquis bene viuit: vt illud impleatur quod dicit Dauid. In Domino laudabitur anima mea, audient manſueti & lætentur.

Tom. IX. Super Ioannem, Tract. lviij. Præceptum eſt homini, Non te laudet os tuum, ſed laudet te os proximi tui. Periculoſum eſt enim tibi placere, cui cauendum eſt ſuperbire.

Tract. 36. *Tom. IX.* In eodem. Omnis homo quando de ſe vult perhibere laudabile teſtimonium, arrogans & ſuperbus videtur.

Prouerb. 27. Ideo ſcriptum eſt. Nõ te laudet os tuum &c. Sed hoc homini dictum eſt. Infirmi enim ſumus, & apud infirmos loquimur, verum dicere & mentiri poſſumus cum volumus: & ſi verum dicere debemus, mentiri tamẽ poſſumus cum volumus. Chriſtus lux mentiri non poteſt. Abſit vt in lucis Diuinæ ſplendore, tenebræ mendacij reperiãtur. Loquebatur tanquam veritas, ſed lux in tenebris lucet, & te. eam non comprehen.

Tom. X. *Pſal. 17.* Et Libro primo de verbis Domini, ſermone viij. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. Lauda ergo Deum & ipſum inuoca. Si enim te laudaueris, ab inimicis tuis ſaluus nõ eris. Quicquid ergo boni putaſti te habere abs te, deuiaſti à laude Dei. Quid iam miraris ſi te ſeducit inimicus, quando tu ſeductor es tuipſius: Audi Apoſtolum. Qui enim putat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ſeipſum ſeducit.

Tom. IIII. De iis qui laudari volunt. Libro ſecundo de ſermone Domini in monte, capi. iiij. Quiſquis ſe vult videri quod non eſt: hypocrita eſt: ſimulat enim ſe iuſtum, nec exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit: quod poſſunt etiam ſimulantes percipere, dũ fallant eos quibus videntur boni ab eíſque laudantur. Sed tales ab inſpectore cordis Deo mercedem non accipient, niſi fallaciæ ſupplicium.

Cap. 36. *Tom. I.* Libr. decimo cõfeſ. Sed laudatur homo, propter aliquod donum quod tu Deus dediſti ei, at ille plus gaudet ſibi laudari ſe, quam ipſum donũ habere vnde laudatur, etiam iſte te vituperante laudatur. Et melior iam eſt ille qui laudauit, quàm iſte qui laudatus eſt. Illi enim placuit in homine donũ Dei, huic amplius donum hominis placuit quam Dei.

Tom. IX. Libro vel homil. de ouibus. Ille laudetur qui te fecit bonũ, ſi bonus es: non tu, qui per teipſum non poteras niſi malus eſſe.

Tom. V. Et ideo eſt cauenda. Lib. quinto de ciuitate Dei, capite decimoquarto. Cupiditati laudis melius reſiſtitur ſine dubitatione, quam ceditur. Tanto enim quiſque eſt Deo ſimilior, quanto ab hac immunditia mundior. Quę in hac vita, & ſi non funditus eradicatur ex corde, quia etiam bene proficientes animos tentare non ceſſat, ſaltem cupiditas gloriæ ſuperetur delectatione iuſtitiæ, & ipſe amor humanę laudis erubeſcat, & cedat amori veritatis.

Quæſt. 36. *Tom. IIII.* Quia dicit. Libro octogeſimo tertio quæſtionum. Qui boni ſunt, virtute boni ſunt. Virtus autem non appetit quod in hominum aliorum poteſtate eſt. Qui ergo imitatur bonos, nullius hominis appetit laudem. Qui malus eſt, non eſt dignus laude.

Tom. *Epiſt.* Difficile vincitur. in Epiſtola prima ad Aureliũ. Quas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non ſentit niſi qui ei bellum indixerit: quia & ſi cuiquam facilè eſt laudem non cupere dum negatur, difficile eſt ea delectari cum offertur: & tamen tanta mentis in Deum nõ debet eſſe ſuſpẽſio, vt ſi non merito laudemur, corrigamus eos quos poſſumus: ne arbitrentur aut in nobis eſſe quod non eſt, aut noſtrum eſſe quod Dei eſt, aut ea laudent, quæ quamuis non deſint nobis, aut etiam ſi ſuperſint, nequaquam tamen ſunt laudabilia: velut ſunt omnia bona quæ vel cũ pecoribus habemus communia, vel cum impiis hominibus. Si autem merito laudamur, propter Deum gratulemur eis quibus

B placet verum bonum: non tamen pro his quia placemus hominibus: ſed ſi coram Deo tales ſumus, quales eſſe nos credũt, & non tribuitur nobis ſed Deo, cuius dona ſunt omnia quæ merito veréque laudantur.

Et ideo ſuper Ioannem, ſermone vigeſimo octauo. Si ille qui cum patre æqualis eſt patri, Deus de Deo, Deus apud Deum, coæternus, immortalis, pariter ſine tempore, pariter creator & diſpenſator temporum, tamen quia venit in tempore, & formam ſerui accepit, & habitu inuentus vt homo, quærit gloriam patris non ſuam: quid tu homo facere debes, qui quãdo aliquid boni agis, gloriam tuam quæris: quando aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris? Intende tibi. Creatura es, agnoſce creatorem: ſeruus es, ne contemnas Dominum: adoptatus es, ſed nõ

C meritis tuis: quære gloriam eius à quo habes hanc gratiam.

Vnde laus noſtra referenda eſt in laudem creatoris. in eodem libro, ſermone trigeſimo quarto. Si filius Dei glorificat eum à quo miſſus eſt, quantum debet homo glorificare eum à quo creatus eſt?

Super Pſalmum cxviij. ſermo. xij. Ipſa ab hominibus laus homini iuſto quantacunque prouenerit, non ibi debet eſſe finis boni, ſed etiam ipſa referenda eſt ad laudem Dei propter quem bona faciunt verè boni: quoniam non à ſeipſis, ſed ab illo fiunt boni.

Ibidem. Non ſit finis noſtri boni operis in laudibus hominum, ſed ipſas laudes hominum corrigamus, & ad laudes Dei omnia referamus, à quo nobis datur, quicquid

D in nobis ſine laudantis errore laudatur. Porrò ſi vanum eſt propter hominum laudes bona facere: quanto vanius propter adipiſcendam pecuniã, vel augendam, ſiue retinendam, & ſi quid huiuſmodi eſt commodi temporalis quod nobis accidit extrinſecus, quæ omnia ſunt vanitas? Propter ipſam denique temporalem ſalutem, nõ debemus facere bona noſtra, ſed potius propter illam quã ſperamus æternam, vbi bono immutabili perfruamur, quod nobis erit ex Deo, imo quod nobis erit ipſe Deus. Si enim ſancti propter hanc temporalem ſalutem bona opera facerent, nunquam martyres Chriſti bonum opus confeſsionis in eiuſdem ſalutis amiſsione perficerent. Sed acceperunt auxilium de tribulatione, quia vana eſt ſalus hominis.

Non eſt tantum male viuendum vt

laus

laus fugiatur humana. Libro decimo cõfeſ. Laude verò vt careamus, atque vt eo experiamur q̃d poſſumus, nunquid malè viuendum eſt, & tam perditè atque inaniter, vt nemo nos nouerit qui non deteſtetur? Quæ maior dementia dici aut cogitari poſsit? At ſi comes bonorum operum bonæque vitæ & ſolet & debet eſſe laudatio: tam comitatum eius, quam ipſam bonam vitam deſeri non oportet. Ibidem. Nolo de meipſo à me diſſentire laudatorem. Non quia illius vtilitate moueor, ſed quia eadem quæ mihi in me placent, iucundiora mihi ſunt, cum alteri placent. Lib. ſecundo de ſermone Domini in monte, cap. ſecũdo. Laus humana non appeti debet à rectè faciẽte, ſed ſubſequi debet rectè faciẽtem. vt illi proficiant qui etiam imitari poſſunt quod laudant, nõ vt hic putet aliquid eos ſibi prodeſſe quẽ laudant.

Super primã canonicã Ioan. Cum dixit Dominus, Cauete facere iuſtitiam veſtram coram hominibus, vt videamini ab eis: non voluit dicere, vt quæcunque bona facimus abſcondamus ab oculis hominũ, & timeamus videri. Si times ſpectatores, non habebis imitatores. Debes ergo videri: ſed non ad hoc debes facere vt videaris. Non ibi debet eſſe finis gaudij tui. Non ibi terminus lętitiæ tuæ, vt putes te totum fructum conſequutũ boni operis tui, cum fueris viſus atque laudatus. Nihil eſt hoc. Contemne te cũ laudaris. Ille in te laudetur, qui per te operatur. Noli ergo ad laudẽ tuam operari bonum quod agis, ſed ad laudem illius à quo habes bene agere. A te habes malè agere, à Deo autem bene agere. Contra, peruerſi homines, videte quã præpoſteri ſint. Quod benefaciunt, ſibi volunt tribuere: ſi male faciunt, Deum volunt accuſare: Tu verò conuerte hoc diſtortũ, & præpoſterum: & fac illud quodammodo capite deorſum. Quod ſuſum, facias iuſum: q̃d deorſum, fac ſuſum. Iuſum vis facere Deum, & te ſuſum? Si non vis præcipitari, noli eleuari. Libro primo de vera religione. Iuſti homines in vno Deo habentes gaudia ſua, quando per eorum facta Deus benedicitur, congratulantur laudantibus: cum verò ipſi tanquam ipſi laudantur, corrigunt errantes quos poſſunt: quos autem non poſſunt, non eis congratulantur, ſed ab illo vitio corrigi volunt. Et ideo conſulit ſuper primã canonicã Ioannis, tract. vj. Noli ante homines iactari: quia non laudes hominum te leuant in cœlum, nec vituperationes te inde deponunt. Ille videat, qui coronat, ille ſit teſtis, quo iudice coronaris.

Pro laudãtibus, dicit ſuper Pſalm. cxix. Si laudas, hortare. Quare laudando premis: melius vituperares, quam doloſè laudares. Sed vt dicit. Libro quarto de doctrina Chriſtiana. Laudes & vituperationes quando eloquenter dicuntur, cum ſint in genere temperato, ſic afficiunt quoſdam, vt non ſolùm in laudibus & vituperationibus eloquentia delectentur, verùm & ipſi laudabiliter appetant fugiantq; vituperabiliter viuere. De laude verò defunctorum, loquitur in Epiſtola ad Cornelium. Scripſiſti mihi vt ad te aliquam conſolatoriã Epiſtolam darem, quod grauiter optimæ vxoris morte mouearis. Sed prius eſt, vt tu qui conſolari eius laude deſideras, ita viuas, vt illic, vbi ipſa eſt, eſſe merearis. Mittimus munera ſpiritalia coniugi tuæ, tu imitationem, ego laudem.

LAZARVS. De eius infirmitate. Libro tertio de verbis Domini, ſermone decimoquinto. *Tom.X. Ser.ord.52.* Inuadit Lazarum pernicies inimica lãguoris, & fornaces febris anhelo corpus exurens, miſerandi hominis robur quotidie edax incendium abſumebat. Iacebat viſceribus anhelis æſtuans, crebríſque ſingultibus corpus excuſſũm, migraturam de humani domo corporis animam promittebat. Non amici, non conſilia, non fomenta, non artis magiſterio remedia prouiſa ſuccurrunt: Omnia enim quæ pro ſalute data fuerant, in contrarium vertebantur. Languor enim iſte nõ aliquo remedio, ſed ſola morte fuerat finiendus: & mors ipſa, per reſuſcitationem Chriſti vincẽda. De ſororum verbis, ibidẽ. *Infrà.* Aderant enim duæ ſorores languenti, etiã caſum dolentes iuuenis, ægrotantis lectulo iugiter inhærebant. Fouebant verò iacentem talibus frequenter eloquiis. Patienter, inquit, ſuſtine: fortiter dura noli deſperatione corruere. Dum enim lãguorem iſtum fortitudine toleras, cum ſuſtines, cum foueris, veniet interim Chriſtus, vt credimus, forſitan & ſanaberis. Sed quid vos ò Maria & Martha pro germano tantus dolor exurit? Quid iugibus ſuſpiriis optatis mori cũ fratre? In cõtra riũ potius vota pectoris immutate, p̃camini cremẽta lãguoris, augmenta febriũ quærite, & vt in extrema vitæ limina tempeſtas morbi ſæuientis citius impingat, optate. Frater etiam veſter Lazarus, cuius ingemiſcitis tanto affectu lãguorem, niſi mortuus fuerit, non recipiet ſanitatẽ. Quid intimarunt Chriſto. ſuper Ioannem. *Tract.49. Tom.IX.* Nuntiauerunt ſorores eius Chriſto. Domine ecce quem amas infirmatur. Non dixerunt, Veni: amãti enim tantum modo nuntiandum fuit. Non auſæ ſunt dicere, Veni & ſana: non auſæ ſunt dicere, Ibi iube & hîc fiet: ſed tantummodo, Domine, ecce quem amas infirmatur. Sufficit vt noueris, non enim amas & deſeris. De morte autem eius, & ſororum gemitibus. Libro de verbis Domini vt ſupra. *Ser.ord.52. Tom.X.* Vrebat ægrotum febris aſsidua, edax flamma penetrali vapore ſiccabat. Incumbit queſtionarius corporis dolor, totus homo ſæuiẽtium morborum oneribus premitur, vt corporis vinculis anima reſoluatur. Vicit tandem ſuccum corporis ægritudo, & caminus febrium extremo diuortio, de ſede corporis animam compulit emigrare. Scindebant Maria & Martha germanæ veſtes, laniabant iratis vnguibus genas, ſpargebant euulſos crines, vlulatibus aſtra pulſabant: & tamen incumbentes funeri, amplexæque corpus exanime inania figentes oſcula, ſæpius hoc dicebant. Poteras miſer nec ægrotare nec mori, ſi nulla ratio feciſſet Chriſtum abſentem. Inter omnes enim quibus ſermone medico deſiderata conceſsit, ſi te quoque languentem contingeret aut videret, nõ te frigidi corporis ſopore oppreſſum, non ſpolia-

tum lumine videremus. Imo illo præsente non tibi febris accederet, non inuaderet dolor, non ægritudo vastaret. Tanta est enim illius omnipotentia, vt etiam iam mortuus resurgeres si veniret. Vnde subdit Christi aduentum & promissum. *Infra.* Venit igitur ad Bethaniam Christus, claustra mortis Diuina potentia destructurus. Occurrunt lachrymosæ mulieres, funus hominis contestantes, Dei auxilium requirebant. Erat enim insitus amori Lazari, erat sororum eius delectatio quædam apud Deum, de seruitiis amoris sui pignus intrinsecus deponentes, in visceribus Deum habere videbantur. Sed interrogat de lachrymis Deus, & licet sciret quod contigerat, tamen ex illarum voce optat audire. Lazarus, inquit, qué diligebas, mortuus est. Exclusit humanitatis consuetudinem, & vox illa mortalitatis dicit, Amicus Dei plus debuit viuere, sed moritur. Dominus noster Iesus Christus intendens in lachrymas mulierũ, quæ iugibus suspiriis optabant mori, cum fratre ad mausoleum Lazari, vna cum discipulis suis, vel prolixis turbis accelerat.

Tom.VII. Aliter dicit lib. Hypognosticõ, responsione j. Si Deus mortẽ fecit, cur Christus Deus mortuũ Lazarum fleuit secundũ carnem? Nõ enim quod ipse fecerat dolere debuit, sed dolens eum & plorans ostendit, quos Deus vitales fecerat diabolũ per culpã fecisse mortales. Quem ideo suscitat, vt diabolus nihil occidendo profecisse se agnoscat: ne quis homo noster ad Deum pertinens de morte desperet, quia Deo dormiunt quos diabolus perisse putabat. *Cap.4. Tom.IX.* Quare autem tunc plorauit. lib. de consolatione mortuorum, sermone j. Fleuit & ipse Dominus Lazarum sepultum, non vtique vt flendi mortuum formam daret, sed vt se per lachrymas verum corpus assumpsisse monstraret. vel certe fleuit amore humano Iudæos, qui nec tali signo mõstrato, in eũ fuerãt credituri. Neque enim mors Lazari causa esse poterat lachrymarũ Christi, qué ipse obdormisse dixerat, & resuscitaturum se promiserat sicut fecit. De modo resuscitandi, vbi supra, de verbis domini. *Ser.ord.52. Tom.X.* Iam intra cauatũ saxum quatuor dies habuit vt iacebat, iam fluescẽtium membrorum teterrimus fœtor prohibebat accessum, iam enim in concauis orbibus tabido situ marcescentes resederãt oculi, iam deficiebat narium mollitudo, iam rictus oris dentibus nudatis horrebat, iam nudata cute, laxa temporibus cerebri sedes tegimine attenuato pallescens, capillis subinde rarescentibus apparebat, iam Maria & Martha sorores Lazari, quæ Christum frequenter resuscitasse mortuos viderant, fratrem suum posse resuscitare penitus non credebant. Ibi verè Christus probatus est Deus. Ibi tantum fecit, quantum non est ausa ipsa fides optare. Et commotus spiritu dixit, Vbi posuistis eum? Non tamen locum sepulti ignorare credi debuerat, sed fidem populi approbare volebat. Venit igitur Christus ad monumentum, in quo Lazarus dormiebat, & non tanquam mortuum, sed tanquam sa-

A num, tanquam viuum, tanquam audire paratum de sepulchro protinus euocauit. Lazare, inquit, prodi foras. Ideo dicit nomen, ne omnes mortui cogerentur exire. Clamat tamen ad monumentum, turbant se inferi, expectant audientiam omnes mortui, quærebant sua nomina vocari. Ne, inquiunt, & nos Dominus suscitabit: vbicunque Christus stet, erat, patebant inferi. Subito vna vox intercipit cæteros, Lazare veni foras. Non dilatio vlla retinet resurgentem, non tardat reditus animæ, non impediunt vincula sepulturæ. Inuolutus linteis, nodísque lineis irretitus, ad vocem Christi citò egreditur. Surgit, ambulat, currit. Et nequid quisquam deesse diceret resurgenti, præsentibus cunctis agit gratias redemptori.

B Et ideo fuit miraculum maximum. Ibidem in principio. Licet omnes virtutes quas in terris Dei filius maiestatem suam proditurus impleuit, mirari tantum homines valeant, vt verbis definire non possint, excedit tamen omne miraculum quod Christus circa Lazarum fecit: cui non ægro reddidit sanitatem, nec debilitatis languore viribus medelam protinus verbo restituit. Non denique reliquias adhuc animæ possidenti vitam rursum reddidit, sed iam sepulto, iam monumento recondito, iam legitimis temporum spatiis ascripto inferis inquilino: ab ipsa sede pallente, destructa lege tartarea, mancipium mortis redire ad superos iussit: & post concilia stridentium vmbrarum, post profundas noctis æternæ ca-

C ligines, vitam ducere, in conuiuio discumbere, frui discumbentium colloquio, prandere, & gaudere fecit: atque vt miraculum Diuinæ virtutis accresceret, dum conuiuis interrogantibus tristia loca pœnarum sedésque alta nocte semper obscuras, Lazarus indicat diligenti narratione per ordinem: diu quæsiti, longísque temporibus ignorati, inuenerunt tandem inferi proditorem. Et infra subdit resurrectionis causam. *Infra.* Quem ideo Christus vitæ veræ resuscitauit, vt mutaret naturam, & vitæ ordinem verteret, & vnus homo semel nasci & bis mori disceret, & vt conditionem mortis *Tom.I.* noua resurrectionis lege turbaret.

D Differt eius resurrectio à resurrectione Christi. Libro de sex quæstionibus ad Deogratias, quæstione prima, Epistola quadragesima nona. Lazarus ita resurrexit, vt iterum moreretur: Christus autem sicut de illo scriptum est, resurgens à mortuis, iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur: quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem viuit, & cætera. Quod etiam promissum est resurrecturis in fine sæculi, & cum illo in æternum regnaturis.

LEGERE. Locum habet solum in hac vita. *Tom.VI.* Super Psalmum nonagesimum tertium, præfatione in eum psalmum. Propterea

pterea legitur lex, quia nondum venimus ad illam sapientiam, quæ implet corda & mentes intuentium: non opus erit vt aliquid nobis ibi legatur, quia in eo quod nobis legitur syllabæ sonant & transeunt: illa lux veritatis non præterit, sed fixa permanens inebriat corda viuentium. Tom.X. Propterea libro de verbis Apostoli, sermone vigesimo. Inducens illud, Qui diligit me, diligetur à patre: & ego diligam eum. Et quid illi dabis? Ostendam illi meipsum. Ibi æqualitatem Dei videbis, ibi sine codice in verbo leges. Tom.VII. Hoc autem faciendum est vt consulit, libro de correptione & gratia ad Valētinum. Quod semel lectum est, nullo modo arbitremini satis vobis innotescere potuisse. Si ergo fructuosissimum habere vultis, non vos pigeat relegendo habere notissimum: vt dilucidissimè sciatis, quibus & qualibus quæstionibus soluendis atque sanandis, non ibi humana, sed Diuina occurrat authoritas, à qua recedere non debemus si volumus peruenire quò tendimus. Nescientibus legem, prædicatores sunt lectio. super Psalmum centesimū vigesimū primū. Eis qui legere non nouerunt, aut volunt, nos sumus codex ipsorum. Sed vt dicit in sermone de timore. Quid proficit si clames surdo, non audit? Trahis tecum, & non sequitur sine impedimento. Tales sunt homines qui Diuinas legunt scripturas, & non audiunt, nec acquiescunt. Tom.VII. Libro de natura & gratia. 1.Thes.5. Non omne quod legimus, credere debemus, propter illud quod ait Apostolus. Omnia legite, quæ bona sunt tenete: & astruere aliquid quod non legimus nefas non est. Possumus enim aliquid bona fide teste astruere quod experti sumus, etiam si fortè non legimus. Tom.III. Ideo libro quarto de doctrina Christiana. Sapienter autem dicit homo tanto magis vel minus, quanto in scripturis sanctis magis minúsue profecit. Non dico in eis multum legendis memoriæque mandandis, sed bene intelligendis, & diligenter earum sensibus indagandis. Sunt enim qui eas legunt & negligunt: legunt vt teneant, negligunt ne intelligant. Quibus longè sine dubio præferendi sunt, qui verba earum minus tenent, & cor earum sui cordis oculis vident. Sed vtrisque ille melior qui & cum volet eas dicit, & sicut oportet intelligit.

LAETITIA. Lætitia sæculi vana est. Lætitia sæculi vanitas est cum magna expectatione speratur vt veniat, non potest teneri, cum venerit. Iste enim dies qui lætus est, perditis hodie in ista ciuitate, cras vtique non erit: nec idem ipsi cras erunt qui hodie sunt: & transeunt omnia, & voluuntur omnia, & sicut fumus euanescunt. Væ qui amant talia: Omnis enim anima sequitur quod amat. In sermone nonagesimo sexto, de resurrectione Domini. Quid prodest, inquis, quia bene viuo? Ecce ille male viuit, & honoratior me est. Hoc atendis, & falleris. Ille, in- A quis, male viuit, & fœlix est. Infœlix est, & te infœlicior, quo sibi fœlicior esse videtur. Insania est, quòd non cognoscit miseriam suam. Si videres febricitantem ridentem, tu plangeres insanientem. Id quod tibi promissum est, nondum venit. Ille qui tibi fœlicior videtur, visibilibus & temporalibus pascitur, ipsis lætatur, nec attulit ea, nec aufert ea: nudus ingressus est, & nudus exiturus est: à falsis gaudiis, ad veros dolores. Tibi autem quod promissum est, nondum venit: ora vt peruenias, perseuera, ne deficiendo teipsum fraudes, nam Deus te fallere non potest. Ponit huius lætitiæ tentationem & resistentiam. Libro de conflictu vitiorum, capite vigesimo primo. Tom.IX. B Inepta lætitia dicit. Vt quid gaudium animi intus abscondis? Egredere in publicum lætus, dic aliquid foris vnde vel tu, vel proximi rideant, fac eos lætos tua lætitia. Moderatus mœror respondet. Vnde tibi inest tanta lætitia? Nunquid iam diabolum vicisti? nunquid iam inferni pœnas euasisti? Nunquid iam de exilio ad patriam venisti? Nunquid iam de tua electione securitatem accepisti? An fortè in obliuionem venit quod Dominus dicit, Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium? Io.16. An forte à memoria excidit, quod alibi dicit, Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis vos? Luc.6. Quódque per Salomonem dicitur, Filius dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat? Prouerb.14. Et per Euangelistam, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabūtur? Matt.5. C Rursúmque per Salomonem. Nescit homo vtrum odio an amore dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta? Eccles.9. Comprime ergo inanem lætitiam, qui nec euasisti pœnalem ærumnam. Nōne apud omnes homines insanus iudicatur is, qui tenebris reclusus gaudere conatur? De spirituali verò lætitia, in sermone decimo nono de sancta resurrectione Domini. Exultemus in Domino sed tremore, non remissa securitate: quia & beatus Ioannes præcursor exultauit in vtero matris, sed vinum non bibit, præcepto Archangeli Gabrielis. D Nos autem quia infirmi sumus, sobriè viuamus, modum non excedamus, vt lætitia nostra cum moderatione, nullam sentiat corporis tempestatem, sed per sobrietatis serenitatem, portum intremus salutarem. Accepimus ieiuniorum palmas, festiuitatis non amittamus victoriam. De æterna. super Psalm. octogesimum quintū. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Ibi transiet labor & gemitus. Ibi non oratio, sed laudatio: ibi alleluia carmen, vbi vox consonat cum Angelis. Ibi visio sine defectu, & amor sine fastidio.

LEO. Super Psalmū quadragesimū octauum. Ponitur leo in laude: ponitur in vituperatione. Dictus est leo diabolus propter inanē sæuitiā: dicitur Leo Christus, propter ingentē fortitudinē. In ser. de ascensione Do-

Ser.2.et ord. serm. de tẽpore 164. Tom.X. mini. Christus leo dictus est, qui agnus occisus est: Leo propter fortitudinem, agnus propter innocentiam: leo quia inuictus, agnus quia mansuetus. Et ipse agnus occisus morte sua vicit leonẽ, q. quærit quẽ deuoret: dicitur enim & diabolus leo, sed feritate, non virtute. Leo significat mundum. *Tom.II. Epist.120.* Libro de gratia noui testamenti, quæstione vel capite secundo. De manu canis vnicam meã. Canem mundum appellat: non ratione, sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantem. Hæc enim canum est natura, vt cum quibus habẽt consuetudinem, siue illi boni, siue mali sint, non ad eos latrent, insolitorum autem personis visis, etiam innocentibus irritentur. Manu autem canis potestatem mundi significauit. Cuius etiam regnum infestum futurum corpori suo, id est, Ecclesiæ suæ leonis nomine figurauit in eo quod adiũxit, Salua me ex ore leonis.

Tom.IIII. LEPRA. Libro secundo quæstionum Euangeliorum. quæst. xl. Nullum eorũ quibus corporalia beneficia Christus præstitit, legitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos. Quærendum est igitur quid ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mundati dicuntur, qui ea ca ruerunt. Coloris quippe vitium est, non valetudinis, aut integritatis sensuum atque membrorum. Leprosi ergo non absurde intelliguntur, qui sciẽtiã veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. *Lepra mystice.* Nulla porrò falsa doctrina est, quæ non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis permixta inordinate, in vna disputatione vel narratione hominis, tanquam in vnius corporis colore apparentia, significant lepram tanquam veris falsísque colorum fucis humana corpora variantem atque maculãtem. Sacerdotium verò Iudæorum nemo ferè fidelium dubitat figuram fuisse futuri sacerdotij regalis quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Iesu Christi, summi & veri principis sacerdotum. Nam nunc & omnes vnguntur, quod tũc tantum sacerdotibus & regibus fiebat. Et quod ait Petrus ad populum Christianum scribens, Regale sacerdotium: vtriq; populo illud nomen cõuenire declarauit, quo illa vnctio pertinebat. *.Pet.2.* Cætera vtique vitia tanquam valetudinis & quasi membrorum animæ atque sensuum, per seipsum interius in conscientia & intellectu Dominus sanat & corrigit: doctrina verò vel imbuendi per sacramenta, vel catechizandi per sermonẽ sanantem atque lectionem, Ecclesiæ propriè contributa est. Itaque & Paulus audita voce Domini, Quid me persequeris? Et, Ego sum Christus Nazarenus, quem tu persequeris: ad Ananiam missus est, vt illo sacerdotio, quod in Ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinæ fidei perciperet, & verus eius cõprobaretur color. Non quia non potest per seipsum omnia facere Dominus: nam quis alius hoc facit, etiam in Ecclesiis? Sed vt ipsa societas congregatorum fidelium approbando inuicem atque communicando veræ fidei doctrinam in omnibus quæ dicuntur verbis, vel significantur sacramentis, tanquam vnam speciem veri coloris obducat.

A

LEX. Vnde dicitur lex. Libro quæstionum super Leuiticum. quæst. xx. In Latina lingua quid aliud negligitur, nisi illud qđ non legitur, id est non eligitur? Vnde etiam legẽ à legendo, id est ab eligendo latini authores appellatam esse dixerunt. *Tom.* Lex vniuersi. Libro octogesimo tertio quæstionum, quæstione lxviij. *Tom.* Lex vniuersitatis, est Diuina sapiẽtia. Lex Dei. *Tom.* Libro quæstionum super Exo. q. lxvij. Lex Dei sempiterna est, quam consulunt omnes piæ mentes, vt quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant, vel vetent secundum quod illa incommutabili veritate, perceperint. Distinguit esse sub lege. Libro de opere monachorum. Aliud est esse sub lege, aliud in lege aliud sine lege. Sub lege, carnales Iudæi: In lege, spirituales & Christiani: sine lege autẽ gentes quę nunquã crediderunt. *Tom.IIII.*

B

Super Psal. primũ. Iusto lex posita nõ est, vt dicit Apostolus: sed aliud est esse in lege, aliud esse sub lege: qui enim est in lege, secundum legem agit: qui est sub lege, secundum legem agitur: Ille ergo liber est, iste seruus. Deinde aliud est lex quæ scribitur & imponitur seruienti, aliud lex quæ mente conspicitur ab eo, qui non indiget literis. Videtur de lege distinguere. in Epistola prima ad Hilarium. *Tom. Epist. Gal.* Lex, vt dicit Apostolus, præuaricationis gratia posita est, donec veniret semẽ, cui promissum est, disposita per Angelos in manu mediatoris: Christum cõmendans, cuius gratia salui fiunt omnes, siue paruuli à lege peccati & mortis, cum qua nati sumus: siue maiores, qui male vtentes arbitrio voluntatis, præuaricati sunt legem naturalem ipsius rationis: siue qui legem acceperunt quæ data est per Mosen, eámque præuaricantes litera occisi sunt. Cum verò etiam Euangelica præcepta homo præuaricatur, velut quatriduanus mortuus putet: nec de illo tamen desperandum est propter eius gratiam, qui non lentè dixit, sed magna voce clamauit, Lazare veni foras. Populus non debet esse sine lege. *Tom.* Lib. de duodecim abusionibus, capite duodecimo. Duodecimus gradus abusionis, est populus sine lege: qui dum præcepta legum contemnit, per diuersas errorum vias præuaricationis laqueum incurrit. De quibus viis sub persona præuaricatoris populi humanum genus ita Propheta deplangit. *Isa.* Nos autem sicut oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit. De quibus viis etiam sapiẽtia per Salomonem loquitur, Multæ viæ videntur hominibus rectæ, & nouissima eorum ducunt ad mortem. Quæ vtique multæ perditionis viæ, tunc inceduntur, cum vna regalis via, lex Dei videlicet, q̃ neq; ad dexterã neq; ad sinistram declinat, per negligentiã deseritur. *Mat.* De quo Dominus Christus, qui est finis legis, ad iustitiam omni credenti denuntiat dicens, Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrem, nisi per me. Ad quam viam omnes homines communiter inuitat dicens, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Quia non est personarũ acceptio apud Deũ, vbi nõ est

C

D

Iudæus

Iudæus & Græcus,masculus & fœmina, seruus & liber,Barbarus & Scytha, sed omnia in omnibus Christus:omnes enim vnum sunt in Christo Iesu. Dum ergo Christus finis est legis, qui sine lege sunt,sine Christo sunt. Igitur populus sine lege, populus sine Christo est. Abusiuum ergo est in temporibus Euangelij populum sine lege fieri, quando Apostolis inter cæteras gentes prædicationis licentia data est,quando tonitruum Euangelij per cunctas sæculi partes intonuit, quando gentes quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, quando qui longe fuerant,facti prope in sanguinem Christi sunt: qui aliquando non populus Dei,nunc autē populus Dei in Christo,quando est tempus acceptabile & dies salutis, & tempora refrigerij in conspectu altissimi,quādo vnaquæque gens habet testem resurrectionis, quando ipse Dominus testatur dicens, Ecce ego vobiscum sum vsque ad cōsummationem sæculi. Non fiamus ergo sine Christo in hoc tempore transitorio,ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro. Quid sit lex peccati, Libro octauo cōfes.Lex peccati,est violentia consuetudinis, qua trahitur & tenetur etiam inuitus animus, eo merito quo in eam volens illabitur. Libro primo contra Epistolas Pellagianorum adducens illud apostoli, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.Carne seruio legi peccati, concupiscendo:mente autem legi Dei,eidem concupiscētiæ non consentiendo: Quia non damnatur qui concupiscit,sed qui concupiscentiæ carnis ad malum consentit.Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu,à lege peccati & mortis liberauit, ne scilicet consensionem tuam,concupiscentias sibi vendicet carnis. Libro octogesimo tertio quęstion. Virtus peccati lex, quia multo sceleratius & flagitiosius quæ lex prohibet committuntur,quam si nulla lege prohiberetur. In eodē libro,quæstione lxvj.Lex peccati dicitur,non quia lex ipsa peccatum est, sed quia peccatoribus imponitur. Et ideo etiam mortis, quia stipendium peccati mors. Ibidem distinguitur de lege.Lex peccati & mortis,quæ peccatoribus ac mortalibus posita est,iubet tantum ne concupiscamus:& tamen concupiscimus.Lex autem spiritus & vitæ, quæ pertinet ad gratiam, & liberat à lege peccati & mortis,facit vt non concupiscamus, & impleamus iussa legis. Infra subditur de lege & legis tempore.Quia iustū erat,vt postquam nostra natura peccauerit,amissa beatitudine spirituali,quæ nomine Paradisi significatur, animales carnalesque nasceremur,prima actio est ante legē,cum peccatū ignoramus,& sequimur carnales concupiscētias. Secūda sub lege est actio,cum iam prohibemur à peccato, & tamen eius consuetudine victi peccamus,quoniam nos nondum adiuuat fides.Tertia actio est sub lege quando iam plenissimè credimus liberatori nostro,nec nostris meritis aliquid tribuimus, sed eius misericordiam diligendo,iam non vincimur delectatione consuetudinis malæ,cum nos ad peccatum ducere nititur: sed tamē adhuc eam interpellantem patimur, quamuis ei non credamus Quarta in pace,cum omnino nihil est in homine quod resistat spiritui, sed omnia sibimet cōcorditer vnita & connexa,vnum aliquid firma pace custodiunt. Quod fiet cū mortale hoc induerit immortalitatē. Ibidem. *Infrà.* In prima actione,quæ est ante legem, nulla pugna est cum voluptatibus sæculi. In secunda quæ est sub lege, pugnamus sed vincimur. In tertia, pugnamus & vincimus. In quarta, non pugnamus,sed æterna & perfecta pace requiescimus. Subditur enim nobis quod inferius nostrum est, quod propterea nō subdebatur quia superiorē nobis deserueramus Deum. Videtur lex inducta *Cap.17.* esse rationibus seminalibus. Libro nono super *Tom.III.* Genes. Omnis istius naturæ vsitatissimus cursus quasdam habet naturales leges suas, secundum quas etiam spiritus vitæ qui creatus est, habet appetitus suos quosdā determinatos quodā modo, quos etiam mala voluntas non possit excedere. Et elementa mundi huius corporei, habent definitam vim qualitatémque suam quid vnumquodque valeat vel non valeat, quid de quo fieri possit vel non possit.Ex his velut primordiis rerum, omnia quæ gignuntur suo quoque tempore exortus processúsque sumunt,finésque & decessiones sui cuiusque generis.Vnde fit,vt de grano tritici non nascatur faba, vel de faba triticum, vel *Tom.VI.* de peccore homo,vel de homine pecus. Ideo libro vigesimosecundo contra Faustū.Lex æterna,est ratio diuina,vel voluntas Dei,ordinem naturalem conseruari iubens,perturbari vetans. *Tom.VII.*

Lex naturalis. Libro tertio contra Epistolas Pellagianorum.Erat ista lex ab initio occulta, cum homines iniquos natura ipsa conuinceret, aliis facientes quod sibi ipsi fieri noluissent. Reuelatio autem noui testamenti in Christo facta est cum est manifestatus in carne in qua apparuit iustitia Dei,id est quæ hominibus ex Deo est. Sed vt dicit Libro secundo eiusdem,capite quarto.Non solùm vt quæ facienda sunt nouerimus, sed ipsa inspiratio dilectionis vt cognita sancto amore faciamus, propriè gratia est. Nam scientia legis sine charitate inflat, non ædificat. Ibidem. Cognitio legis facit superbum præuaricatorem: per donum autem charitatis delectat legis esse factorem. Libro secundo de sermone Domini in monte,capi. *Tom.IIII.* tertio. Nulla est anima quamuis peruersa, quæ tamen ratiocinari possit,in cuius conscientia non loquatur Deus. Quis enim scripsit in cordibus hominum legem naturalem nisi Deus? De quo Apostolus.Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt &c. Li- *Tom.I.* bro primo confessionum. Non noueram iustitiam veram interiorem:non ex consuetudine iudicantem, sed ex lege rectissima Dei omnipotentis, qua formarentur mores regionum & dierum, pro regionibus & diebus: cum ipsa vbique ac semper esset, non alibi alia, nec aliàs aliter. Libro nono de Trinitate, capite sexto. *Tom.III.*

Claret

Claret semper iudicium veritatis ac sui iuris incorruptissimis regulis firmũ est. Etsi corporaliũ imaginum quasi quodam nubilo subtexitur, non tamen inuoluitur atque cõfunditur. Super Ioannem. sermone xlviij. Legem naturalem homines habent in corde defixam. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Nũquid hoc de paginis discitur, & non in natura ipsa quodam modo legitur? Furtum vis pati? Vtique non vis. Ecce lex in corde tuo est, Quod non vis pati, facere noli. Declarat diffusius. super Psal. lvij. Manu formatoris nostri, in ipsis cordibus nostris veritas scripsit, Quod tibi non vis fieri, alij ne facias. Hæc & ante quam lex daretur nemo ignorare permissus est: vt esset vnde iudicarentur & quibus non esset data lex. Sed ne sibi homines aliquid defuisse quererentur, scriptum est & in tabulis, quod in cordibus non legebant. Non enim scriptum non habebãt, sed legere nolebant. Oppositum est oculis eorum, quod in conscientia videre cogerẽtur: & quasi forinsecus admota voce Dei, ad interiora sua homo compulsus est, dicente scriptura, In cogitationibus enĩ impij interrogatio erit. Vbi interrogatio, ibi lex. Sed quia homines appetentes ea quæ foris sunt, etiam à seipsis exules facti sunt, data est eis etiam conscripta lex: non quia in cordibus scripta non erat, sed quia fugitiuus eras cordis tui, ab illo qui vbique est comprehenderis, & ad teipsum intro reuocaris. Propterea scripta lex quid clamat eis qui deseruerunt legem scriptam in cordibus suis? Redite præuaricatores ad cor. Quis enim te docuit nolle accedi ab altero ad vxorem tuam? Quis te docuit, nolle tibi furtũ fieri? Quis te docuit, nolle iniuriam pati: & quicquid aliud vel vniuersaliter, vel particulariter dici potest? Multa enim sunt de quibus singulis interrogati homines, clara voce respondeant, nolle se pati. Age, si nõ vis pati ista, nunquid solus es homo? Nonne in societate viuis generis humani? Qui tecum factus est, socius tuus est: & omnes facti ad imaginem Dei, nisi terrenis cupiditatibus conterant quod ille formauit. Quod ergo tibi nõ vis fieri, noli alteri facere. Iudicas enim malũ esse in eo quod pati non vis: & hoc te cogit nosse lex intima, in ipso tuo corde conscripta. Faciebas & clamabatur inter manus tuas: Quomodo cogeris redire ad cor tuum, cum hoc pateris inter manus alienas? Furtum bonum est? Nõ. interrogo, Adulterium bonum est? Omnes clamant, Non. Homicidium bonum est? Omnes clamant detestari se. Cõcupiscere rem proximi bonum est? Non, vox omnium est. Aut si adhuc non confiteris, accedat qui concupiscat rem tuam: placet tibi, & responde quod vis. Omnes ergo de his rebus interrogati, clamant hæc bona non esse. Rursum de beneficiis non solum de non nocendo, verum etiam de prestando, atque tribuendo. Interrogatur omnis anima esuriens, Famẽ pateris? Alius habet panem, & redundat ei vltra sufficientiã, nouit te egere, non dat. Displicet tibi esurienti: displiceat & satiato, cum alterum esurire cognoueris. Peregrinus tecto indigens venit ad patriam tuam, non suscipi-

Tom. VIII.

Lex scripta in cordibus.

Sap. 1.

A tur ille: tunc clamat inhumanam esse illam ciuitatem, facile apud Barbaros sibi esse potuisse refugium. Sentit iniquitatem, quia patitur: tu fortè non sentis, sed oportet vt & te cogites peregrinũ: & videas quomodo tibi possit displicere qui tibi non præstiterit, quod tu in patria tua non vis peregrino præstare. Super Psalmum cẽtesimum decimum octauum. Spiritu sancto lex Dei tanquam digito Dei in mente datur, & in cordibus scribitur: non quam memoria teneant, & vita negligant, sed quam sciant intelligendo, & faciãt diligẽdo in latitudine amoris, nõ in timoris angustiis. Nam qui timore pœnæ, non amore iustitiæ opus legis facit, profecto inuitus facit. Quod autem inuitus facit, si posset fieri, mallet vtique non iuberi. Ac per hoc legis, quam vellet non esse, nõ est amicus, sed potius inimicus: nec mundatur opere, qui immundus est voluntate. Super eũdẽ

B Psal. sermone vigesimo secundo. Tu Deus interior intimis meis, tu intus in corde legem posuisti mihi spiritu tuo tanquam digito tuo: vt eam non tanquam seruus sine amore metuerem, sed casto timore diligerem, & dilectione casta timerem.

Super eũdem Psal. sermone vigesimo quinto. Secũdum id quod ait Apostolus, Ipsi sibi sunt lex: non immerito præuaricatores æstimantur omnes peccatores terræ. Nullus enim est qui faciat alteri iniuriam, nisi qui fieri nolit sibi. Et in hoc transgrediatur naturæ legem, quam non finitur ignorare, dum id quod facit, non vult pati. Et vt dicit ibidem. Quanto legis maior in quocunque co

C gnitio, tanto minor peccati excusatio, tanto manifestior præuaricatio. Sed vt dicit, Libro de vera innocentia. Lex Dei secundum naturam est: & cũ homines quæ legis sunt faciunt, naturaliter faciũt superato vitio, quod nec præsidiũ legis abstulerat. Cum itaque per gratiã lex Dei in cordibus scribitur, quę legis sunt naturaliter fiũt: nõ quia per naturam præuenta sit gratia, sed quia per gratiã reparata est natura. In Epistola lxxxix. ad Hilarium. Quoniam lex est in ratione hominis qui iam vtitur arbitrio voluntatis: similiter in corde cõscripta, qua suggeritur ne aliquid faciat quisque alteri quod pati ipse nõ vult: secundam hanc legem præuaricatores sunt etiam qui legem per

D Mosen datam non acceperunt: de quibus in Psal. canitur, Præuaricatores existimaui omnes peccatores terræ. Legem per Mosen datam non præuaricauerunt: sed tamẽ nisi aliquam præuaricassent, non appellarentur præuaricatores. Vbi enim lex non est, nec præuaricatio.

LEx Diuina antiqua & scripta. Lex vetus quare data. in Epistola ad Romanos. Data est lex, ad ostendendum quantis vinculis peccatorum constringerentur, qui de suis viribus ad implendam iustitiam præsumebant. Sic abundauit peccatum ex concupiscentia, ex prohibitione ardentior facta est, & peccantibus contra legem præuaricationis crimen accessit. In homil. de pœnitentia. Ad hoc lex data est, vt vulnera ostẽderet peccatorũ, quæ gratiæ benedictio sanaret. Ad hoc lex data est, vt superbo ĩfirmitatẽ suam

suam notam faceret: infirmo pœnitētiam suaderet. Ad hoc lex data est, vt diceremus in conualle ploratiōis, Video aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ &c. Et cū ipso ploratu clamaremus, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? & succurreret nobis auxiliante illo, qui erigit elisos, q̨ soluit cōpeditos, illuminat cæcos, gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Super Ioannē sermone decimo octauo. Non ad domandam superbiam, sed ad denudandam data est lex: non adliberandos ægrotos, sed ad vincendos superbos.

Libro de spiritu & litera. Lex data est, vt gratia quæreretur: gratia data est, vt lex impleretur. Neque enim suo vitio implebatur lex, sed vitio prudentiæ carnis: quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanādum fuit. Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, misit Deus filium suū in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui nō secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Libro de perfectione iustitiæ hominis, capi. xj. Ad hoc lex præcipit, vt cū eis implendis homo defecerit, nō se extollat supra se tumidus: sed ad gratiam cōfugiat fatigatus: Ac sic eum lex terrendo ad Christum diligēdum pędagogi perducat officio. Libro vigesimo secundo contra Faustum. Ipsa enim lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est: gratia scilicet vt data indulgentia peccatorū quod præceptum erat ex Dei dono custodiretur: Veritas autem, vt ablata obseruatione vmbrarum, quod ꝓmissum erat ex Dei fide præsentaretur. Lex ipsa occasionaliter facta est causa peccati. Lib. xv. contra Faustū. Sicut cū charitate non solum non inflat scientia, sed etiam firmat: ita litera cum spiritu, & lex cum gratia non occidit, sed viuificat. Lex enim virtus peccati dicta est, cum auget eius noxiam delectationem per seueram prohibitionē. Nec tamen & iam sic mala est, sed peccatū vt appareat peccatum, per bonum operatum est mortem: ita multa sunt noxia, quāuis non sint mala. Nam vos cum oculos doletis, contra Deum vestrum solem, fenestram clauditis. Lib. iiij. cōtra Epistolas duas Pellagianorum. Non euacuamus legem per fidem: sed legem statuimus, quæ terrēdo ducit ad fidem. Ideo quippe lex iram operatur, vt territo atque cōuerso ad iustitiam legis implēdam, Dei misericordiā gratia largiatur per Iesum Christum Dominum nostrum, qui est Dei sapientia, sicut scriptum est, legem & misericordiā in lingua portat: legē, qua terreat: misericordiā, qua subueniat. Legem, per seruum: misericordiā, per seipsum. Legem, tanquam in baculo quē misit Helisæus ad filium viduæ suscitandum, & non surrexit. Si enim data esset lex quę posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Misericordiā verò tanquam in ipso Helisæo: qui figuram Christi gerens mortuū viuificando, magni sacramēti velut noui testamenti significatione cōiunctus est. Lib. de spiritu & litera. Per hæc quæ præcipit

A bona, & laudabilis est lex: sed vbi sanctus nō adiuuat spiritus, spirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est charitatem diffundēs in cordibus nostris, profecto illa lex quamuis bona, auget prohibendo desiderium malum: sicut aquæ impetus si in eam partē non cesset influere, vehementior fit obice opposito, cuius molem cū euicerit maiore cumulo præcipitatus, violentius per prona prouoluitur. Libro de perfectione iustitiæ, cap. xiiij. Lex prohibendo auget peccati cupiditatem: perficitur autem Christi charitate, quæ plena & perfecta tunc erit, quando videbimus facie ad faciem. Ideo Libro lxxxiij. quæstionum, quæstione lxvj. Vehementius peccamus lege prohibente, quam si nulla lege prohiberemur. Infra subdit ibidem causam. Etiam si nolit peccare homo, vincitur à peccato: īualuit enim consuetudo carnalis, & naturale vinculum mortalitatis, quo de Adam propagati sumus. Imploret auxilium ergo qui sic positus est, & nouerit suum esse quod cecidit, non suum esse quod surgit: & iam liberatus cognoscat gratiam liberatoris sui. Libro de vera innocentia. Legis litera, quæ docet non esse peccandum, si spiritus viuificans desit, occidit: scire enim potius peccatum facit, quam cauere. Et ideo magis augeri quam minui, quia malæ concupiscentiæ, etiā præuaricatio legis accedit. Et ideo addit ibidem. Plenitudo legis est charitas, quia per charitatem lex impletur, non per timorem. Intantum enim fiunt mandata iustitiæ, in quantum adiuuat spiritus gratiæ.

Cap. 4. Tom. III. — Tom. VII. — Tom. IIII. — Cap. 43. Tom. III. — Cap. 223.

B

Vnde in eodem lib. cap. cccxx. Qui dedit legē, C ipse dedit & gratiam: sed legem per seruum misit, cum gratia ipse descendit: vt quia lex ostēdit peccata, non tollit volētes suis viribus exequi nec valentes, cogantur ad gratiam, quæ & impossibilitatis morbum, & inobedientiæ aufert reatum.

In eodem libro. Sicut eis qui volentes in lege iustificari, à gratia exciderunt, verissime dicit Apostolus, si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus: sic eis qui gratiam commendāt, præcipit fides Christi: fidem autem Christi putant esse naturam, verissime dicitur, si per naturam iustitia est, ergo Christus mortuus est. Iam hoc D enim lex erat, & non iustificabat: Iam hoc erat & natura, & non iustificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, vt & lex per illum impleretur qui dixit. Non veni legem soluere, sed adimplere: & natura per Adam perdita, per illum reparare tur qui dixit se venisse quærere & saluare quod perierat. Causa etiam datæ legis, super Psalmum centesimum secundum. Quare lege subintrante abundauit peccatum? Quia nolebant se homines confiteri peccatores, à dira lege facti sunt & præuaricatores: Præuaricator enim non est quisque, nisi cum legem transgressus fuerit. Et hoc est in lege magnum mysterium, circa eam datā: vt crescēte peccato, humiliarētur superbi, & humiliati cōfiterētur. Ante Mosen lex fuit. Lib. quæstionū veteris & noui testamenti. q. iiij. Ante Mosen iusti reperiūtur multi. Sciētes enī Deū iudicē, timebant peccare: qd' cum cœpisset negligi, legem

Cap. 314. — Tom. IIII.

legem naturalem reuelari oportuit, vt scirent aperta ratione Deum requisiturum actus humanos.

Quæst. ead. supra.

Sed quare non ante datam, ibidem. Primū lex formata in literis dari debuit, quia in natura ipsa inserta quodam modo est, & creatoris notitia ex traduce non latebat. Nam quis nesciat, quid bonæ vitæ conueniat: aut ignoret, quia quod sibi fieri non vult, alij minime debeat facere? At vbi naturalis lex euanuit impressa consuetudine delinquendi, tunc oportuit legem manifestari, vt Iudæi omnes audirent. Non quod penitus obliterata esset, sed quia maxima eius authoritate carebāt. Idololatriæ studebatur. Timor Dei in terris nō erat, & fornicatio operabatur. Circa rem proximi auida erat concupiscentia. Danda ergo lex erat, vt ea quæ sciebantur, authoritatem haberēt: & quæ latere cœperant manifestarentur.

Cap. 118. Tom. III.

Ideo diuersificatus est status hominū, in Enchiridion. Sed cum in altissimis ignorantiæ tenebris, nulla resistente ratione secundum carnem viuitur, hæc sunt prima hominis.

Quatuor gradus ad fœlicitatem secūdū quatuor ætates.

Deinde cum per legem cognitio facta fuerit peccati, si nondū adiuuat Diuinus spiritus, secundum legem nolens viuere conuincitur, & sciens peccat, peccatóque subditus seruit. A quo enim q̄s deuictus est, huic & seruus addictus est: Id agēte sciētia mādati, vt peccatū operetur in homine omnem concupiscentiā, cumulo p̄uaricationis adiecto, atq; ita quod dictū est impleatur: lex autē subintrauit, vt abūdaret delictū. Hęc sūt secūda hominis. Si autē respexerit Deus, vt adimplenda quæ mandat ipse adiuuare credatur, & agi cœperit homo spiritu Dei, concupiscitur aduersus carnem fortiore robore charitatis: vt quāuis adhuc sit quod homini repugnet ex homine, nondum tota infirmitate sanata, ex fide tamen iustus viuat, inquantum non dedit malæ cōcupiscentiæ, vincēte dilectione iustitiæ. Hęc sunt tertia bona spei hominis. In quibus si pia perseuerantia quisq; proficiat, postrema pars restat, quæ post hanc vitam in requie spiritus, deinde in resurrectione etiam carnis implebitur. Harū quatuor differentiarum prima est ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace plena atque perfecta. Sic est & Dei populus ordinatus per interualla temporum sicut Deo placuit, qui in mensura, & numero, & pondere, cuncta disponit. Nā fuit primitus ante legem: secundo sub lege, quæ data est per Mosen: deinde sub gratia, quæ reuelata est per primum mediatoris aduentum. Quæ quidem gratia, nec antea defuit quibus eam oportuit impertiri, quāuis pro temporis dispensatione velata & occulta: Neque enim antiquorum quicunque iustorum præter fidem Christi salutem potuit inuenire. Aut verò nisi & illis cognitus fuisset, non potuisset nobis per eorum ministeriū aliàs apertius, aliàs occultius prophetari.

Tom. IIII.

Differt autem lex vetus à nouo testamento. Libro secundo quæstionum veteris & noui testamenti.

Luc. 9.

quæstione centesima secunda. Dicunt discipuli ad Iesum. Domine vis vt descendat ignis de cœlo, vt consumat eos sicut fecit Helias? Et respondet illis Dominus dicens, Nescitis cuius spiritus

A estis. Filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare. Cum dignum vtique esset vindicare in Samaritanos non suscipientes eum, Dominus tamē qui ad misericordiam dandam aduenit, sententiam amouit, vt de cętero corrigentes emendarentur. Et Propheta Helisæus indignatus pueris qui ei contumeliam faciebant, Deo iudice vindicauit in eos, vt eo loco ab vrsis comederentur, vbi sylua esse negatur. Dominus autem oblatæ sibi meretrici pepercit, ei videlicet quam in adulterio se deprehendisse maiores Iudæorū dixerunt, vt quia pia prædicatio incœperat, non condemnandum, sed ignoscendum doceret. Nā per Mosen lex data est, quia iustum vindictam in primordiis suis cum seueritate exerceri: quia & in illum q̄ sabbato exiit ligna colligere, funebriter vindicauit: & in filium Aegyptiæ qui blasphemauerat in Deum, similiter vltionem dedit: & in fabricatione cōflatilis vituli percussit filios

B Israel. Vnaquæq; ergo lex inter ipsa primordia sensum suum plenum ostendit, vt vetus lex, quia ad vindicandum promptior erat, inter initia sua asperior videretur, vt & metu incusso diligentes & sollicitos faceret auditores suos. Noua ergo propterea quod pia & ad misericordiam facilis est, primordia sua mitissima & clementissima demonstrauit, vt ipsa oblectatiōe sua, omnes ad indulgentiam prouocaret. Postea verò illa quæ asperior visa est propter fragilitatem humani generis, non solum rigorem suum molliuit, sed & humanam & piam se præstitit, & hæc quę clemēs

C est visa, aliquando vindicauit. Ananias enim cum Saphira vxore sua Diuinitus cæsi sunt, & Elimas Magus incredulus, & Dei legi repugnans, Domini iudicio & virtute cæcatus est, & Herodes rex, propterea quod honorem non dedit Deo, ab Angelo Dei percussus, scatens vermibus expirauit. Ne quia misericordia prædicatur, inultum omnino putarent homines & impunè peccare, timorem posuit, ostendens ad hoc dari veniam delictorum, vt quasi ex mortuis viuificati, postea abstinerent se à contrariis, vt id laboretur, ne quis hinc cum crimine exeat, quia ad iudicium venietur. Hæc enim vnicuique sententia imputatur, in qua defungitur. Quoniam igitur noua lex pleni-

D tudinem habet misericordiæ, ne cōtemptu induceretur ab amatoribus peccatorū, in supradictos vindicauit. Vetus verò lex, quanquam ad vindictam data sit, quibusdam tamen ignouit, ne omnino crudelis diceretur: sed in plures vindicauit, q̄a sensus eius ad vlciscendum promptus est. Sic igitur maior gratia nouæ legis est, quam fuit veteris.

Ibidem circa finem. Semper Dominus per totam legem peccatores ad se conuerti hortatur, nolēs opus suum perditioni esse obnoxium, cum non alia causa datæ legis sit, quā vt exhortati homines conuertantur ad veritatem: ita tamen, vt in nouo testamentō author legis clementior videatur, quia tempore quo sacramentum filij sui Domini nostri manifestare dignatus est, largior & vberior in misericordia esse voluit, vt plus gratiæ prædicante filio esset, quam prædicantibus

seruis

seruis fuerat. Nec immeritò. Sic enim fuit dignũ vt maiora dona per filiũ, quã per famulos largiretur. Est autem lex Diuina seruanda. Lib. j. de verbis Domini, ser. iij. Non vult deus in quenquã dominari mortem, nõ vult in pœnam deduci hominem, quẽ in vita constituit. Cæterũ homo ipse se dignum efficit morte, qui non paruit legi. Odit vitam, qui Diuinam cõtempsit disciplinam. Nam cũ Dominus vellet homini demonstrare, quę obseruãti vitã, contemnenti afferunt mortẽ, inuitauit præmio, terruit supplicio. Ita enim de contẽptu vita non poterit prouenire, vt de obseruãtia mors euenire nõ poterit: vt iam homo quod voluerit mereatur: & eo quod meruerit iudicetur: & hoc totum in hominis voluntate consistit, qui sibi ex qualitate vitæ meritum quod haberet inuenit. Quare his solicite perpensis, id est, vnde salus & vnde periculum enascatur, salutis cõmodum diligenti obseruantia teneamus, vt periculorum incommoda de legis contẽptu & prouidi caueamus, & contemnentes prospera & repellentes aduersa, in conspectu Domini inueniamur ab ipso cum omnibus sanctis in æterna sæcula sæculorum. Quomodo impletur. Lib. de catechizandis rudibus. Tunc lex impletur, dum non cupiditate rerum temporalium, sed charitate illius qui præcipit, fiunt quæcunque præcepit. In epistola ad Paulinum. Non prodest aliquid quod eam non obliuiscũtur. Aliud est enim legem Dei habere in memoria, aliud in intellectu, aliud in effectu. Ideo libr. de adulterinis coniugiis. Multa sunt facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cum licerent nobis & non impendere, tamẽ causa dilectionis impendimus. Vnde prior ipse Dominus cum se tributum non debere monstrasset, soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ob æternam salutem, gerens hominem consulebat. Tamen vt dicit, Libro vj. musicæ, c. xiiij. Cum attentio animi inquieta negotia cõtrahit, & vniuersali lege neglecta priuaticuiusdã operis amor, quod ipsum tamen ab vniuersitate quam Deus regit, non potest alienari. Itaque subditur legibus, qui non amat leges. Obseruare legem est gratia. in epist. j. ad Hilarium. Lex in hoc adiutorium data est illis qui ea legitime vtuntur, vt per illam sciãt, vel quid iustitiæ iã acceperint, vnde gratias agant: vel quid eis adhuc desit, quod instanter petant.

Et infra. Iubet Deus continentiam, dat continentiam: Iubet per legem, dat per gratiam. Iubet per literam, dat per spiritum. Lex enim sine gratia abundare facit delictum, & litera sine spiritu occidit. Iubet ideo, vt facere iussa conati, & nostra infirmitate sub lege fatigati, adiutorium gratiæ poscere nouerimus, & si quid facere potuerimus boni operis, ei qui adiuuat non simus ingrati. Et in epistola iiij. ad Paulinum. Quia lex per literam iubet, non per spiritum adiuuat, quicunq; sic audit literam legis, vt ei sufficere videatur cognouisse quid iubeat aut prohibeat, quo id se arbitrij sui virtute impleturum esse confidat, nec si de confugiat, adiuuandus ad spiritum viuificantem, ne reum factum litera occidat: is profecto zelum Dei habet, sed non secundum scientiam.

A

De præcepto verò veteris legis distinguit. super epistolã ad Gal. Opera legis bispertita sunt: nam partim in sacramentis, partim verò in moribus accipiuntur. Ad sacramenta pertinet circuncisio carnis, sabbatum temporale, neomeniæ, sacrificia, atque omnes huiusmodi innumerabiles obseruationes. Ad mores autem. Non occides. Non mœchaberis. Non falsum testimonium dices, & cætera talia. Libro de vtilitate credendi. In illis mandatis legis, quibus nunc Christianos vti fas non est, quale vel sabbatum est, vel circuncisio, vel sacrificia, & si quid huiusmodi est: tanta mysteria continentur, vt omnis pius intelligat nihil esse perniciosius, quam quicquid ibi est, accipi ad literam: id est, ad verbum: nihil autem salubrius, quam spiritu reuelari. Inde est, litera occidit, spiritus autem viuificat. Libro quæstionum super librũ Iudicũ. Ita quippe Deus legitima illa constituit, vt leges non sibi, sed hominibus daret. Vnde quodcunque præter illa ipse præcepit, non à transgressoribus, sed potius à piis & obedientibus impleta intelligendum est. Libro iij. contra epistolas Pellagianorum c. iiij. Exceptis quippe librorum veterum sacramentis, quæ sola significandi ratione præcepta sunt, quãquam & in eis spiritualiter intelligenda sunt recte lex dicitur spiritualis: cætera certè quæ ad pietatem bonósque mores pertinentia, non ad aliquam significationem vlla interpretatione sunt referenda, sed prorsus vt sunt dicta, facienda sunt: profecto illam legem Dei non solum illi tunc populo, verum etiam nunc nobis ad instituẽdam rectam vitam esse necessariam nemo dubitauerit. Si enim Christus nobis abstulit illud grauissimum multarum obseruationum iugum, ne carnaliter circuncidamur, ne pecorum victimas immolemus, ne saltem septimo dierum volumine redeunte, ab operibus etiam necessariis quiescamus, &c. huiusmodi. Sed ea spiritaliter intellecta teneamus, remotisque vmbris significantibus, in rerum ipsarum quæ significantur luce vigilemus: nunquid propterea dicturi sumus, non ad nos pertinere quod scriptum est, vt alienum quodcunque perditum quisquis inuenerit, reddat ei qui perdidit: & alia multa similia, quibus piè rectéque viuere discitur: maximè ipsum decalogum, qui duabus illis lapideis tabulis continetur, excepta sabbati obseruatione carnali, quæ spiritualem obseruationem quietémque significat? Quis enim dicat nõ debere obseruare Christianos vt vni Deo religionis obsequio seruiatur, vt idolum non colatur, vt nomen Dei veri non accipiatur in vanum, vt parentes honorentur, ne adulteria, homicidia, furta, falsa testimonia perpetrentur, ne vxor, ne omnino res concupiscatur aliena? Quis tam impius vt dicat ideo se ista legis non custodire præcepta, quia est ipse Christianus, nec sub lege, sed sub gratia constitutus? Verum hæc planè magna distantia est, quod faciunt ista sub lege positi, quos litera oc-

Tom. IIII.

B

2. Cor. 3.
Quæst. 37.
Tom. IIII.

Tom. VII.

C

Quę veteris legis ad Christianos pertineant, quæ non.

D

Ff

cidit,terrenam fœlicitatem vel cupiditate adipiscendi,vel timore amittendi:& ideo non verè faciunt,quoniam carnalis cupiditas,qua peccatum nutritur,vel potius augetur, cupiditate alia non sanatur.Hi ad vetus pertinent testamẽtum quod in seruitutem generat, quia facit eos carnalis timor & cupiditas seruos,non Euangelica fides & spes & charitas liberos. Sub gratia verò positi, quos viuificat spiritus, & fide ista faciunt, quæ per dilectionem operatur in spe bonorum, non carnalium,sed spiritalium: non terrenorum, sed cœlestium: non temporalium, sed æternorum: præcipuè credentes in mediatorem, per quem sibi non dubitant spiritum gratiæ subministrari, & bene ista faciant,& ignosci posse cum peccant: hi pertinent ad nouum testamentum filij promissionis,& regenerati à Deo patre, & Ecclesia libera matre. *Tom.VI.* De æterna autem lege. libro xxij. contra Faustum.Lex æterna,est ratio Diuina,vel voluntas Dei,ordinem naturalem conseruari iubens,perturbari vetans. *Cap.6. Tom.I.* Libro primo de libero arbitrio. Vt breuiter æternæ legis notionem, quæ impressa nobis est, quantum valeo verbis explicem,ea est,qua iustum est,vt omnia sint ordinatissima. De temporali autem lege.ibidem. *Cap.7.* Ex hominibus vna lege sociatis populus constat, quæ lex, temporalis est. *Cap.6.* Ibidem.Lex ista temporalis quanquam iusta sit, commutari tamen per tempora iuste potest.

Tom.II. Epist.54. Quorsum lex. Lex ciuilis & positiua. Lex ista vtilis. in ij.epistola ad Macedonium. Non inutiliter metu legum humana coercetur audacia,vt & tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis dum formidato supplicio frȩnatur facultas, inuocato Deo sanetur voluptas.

Cap.6. Tom.I. Libro primo,de libero arbitrio. Ista lex, quæ literis promulgatur,hominibus hac vita viuentibus, opitulatur. *Cap.5.* Comparatur autem lex hæc Diuinæ.ibidem.Lex ista quæ regendis ciuitatibus fertur,multa concedit atque impunita relinquit,quæ tamen per Diuinam prouidentiam vindicantur. *Cap.6.* Ibidem. Lex illa quæ summa ratio nominatur, cui semper obtemperandum est, & per quam mali miseram, & boni beatam vitam merentur,per quam denique illa, quæ temporalis vocatur,rectè fertur,rectéq; mutatur, nõ potest cuiquam intelligenti non incommutabilis æternáque videri:quia non potest aliquando iniustum esse,vt mali miseri: boni autem beati sint. Vnde ista æterna & incommutabilis lex est. *Cap.5.* Quia vt dicit in eodem lib. Lex mihi non videtur, quæ iusta non fuerit. De conditoribus huius legis, ibidem. *Et à malo bona lex.* Bona lex à nõ bono fieri potest.Non enim si quis verbi causa,tyrannicam potestatem nactus,ab aliquo cui hoc conducit pretium accipiat,vt statuat nulli licere vel ad coniugium fœminam rapere,propterea mala lex erit, quia ille iniustus atque corruptus hanc tulit. *Tom.II. Epist.50.* Libro de correptione Donatistarũ ad Bonifacium comitem.Imperatores quando pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes.

A Quãdo autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur persequutores,& corriguntur inobediẽtes.Quicunque ergo legibus imperatorum,quæ contra veritatem Dei feruntur,obtemperare non vult,acquirit grande præmium.Quicunque autem legibus imperatorum,quæ pro veritate Dei feruntur, obtemperare non vult,acquirit grande supplicium. Libro octogesimo tertio quæstionum. quæst. sexagesimasexta. Facere contra legem, hoc est inimicum esse Dei:non quia Deo aliquid nocere potest,sed quia sibi nocet, quisquis resistit Dei voluntati.Hoc enim est,Aduersus stimulum calces mittere.Sicut Paulo Apostolo, cum Ecclesiam persequeretur,dictum est. Libro quæstionum super Leuiticum, quæstione quinquagesima B sexta.Cum iubet ille,qui legem cõstituit,aliquid fieri,quod in lege prohibuit, iussio ipsa pro lege habetur, quoniam author est legis. Libro secundo contra Petilianum. Si in adiutorium nostrum etiam terreni imperij leges assumendas putastis,non reprehendimus.Fecit hoc Paulus,cum aduersus iniuriosos,ciuem Romanum se esse testatus est. Ibidem. Ad fidem quidem nullus est cogendus inuitus, sed per seueritatem, imo per misericordiam Dei tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur?Sed tamen malè viuendi vltrix disciplina præpostera est,nisi cum præcedens bene viuendi doctrina cõtemnitur.Si quæ igitur aduersus vos leges constitutæ C sunt,non eis bene facere cogimini, sed malefacere prohibemini.Nam benefacere nemo potest, nisi elegerit,nisi amauerit:quod est in libera voluntate.Timor autem pœnarum & si nondum habet delectationẽ bonæ consciẽtiæ,saltem intra claustra cogitationis coercet malam cupiditatem. Libro primo quæstionum veteris & noui testamenti. quæst. quarta. Nunc videamus an cõueniat iis,qui Dei iudicium audientes rident futurũ:si proderit, an oberit: si veritate minuatur, an careat ratione. Lex quidem data est mundo, sed videmus illam circa multos cessare. Non ergo iustũ videtur,vt qui hîc peccant per potentiã securi sint. Alij legibus illudunt, pauperes deprimunt.Iustis autem accusatio componitur, bene D agẽtes opprobrio sunt, pij indigent,mali florent, iniqui & corruptores in honore sunt,auari & raptores locupletantur, iudex venalis est. Nonne iniquum videtur,si conditor rerum non hoc requirat:vt qui iniustè pressi sunt, releuẽtur, & qui bene viuendo indiguerunt, remunerentur: & qui propter iustitiam opprobrio erant, honorentur? Illi autem qui per potentiam leges contempserunt, aut tergiuersatione illuserunt iniquitatem sectantes, sic gloriosi in his vt ipsi iustitiæ insultare videantur,& humiliati & confusi tormentis subiiciantur in conspectu eorum in quorum malis & despectione gaudebant, vt & ipsi de pœna illorum læti Deo gratias referant, apud quem solum personarum acceptio cessat. Libro

bro de vera religione. In istis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ atque firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Conditor tamen legum temporalium si vir bonus est & sapiens, illam legem consulit æternam, de qua nulli animæ iudicare datum est: vt secundum eius incommutabiles regulas, quid sit pro tempore iubendum, vetandúmq; discernat. Aeternam igitur legem mundis animis fas est cognoscere, iudicare non est fas. Libro contra quinque genera hæresum. Sed silent inter arma leges. Vnde prosus ad hoc laboratur, ad hoc pugnatur, vt legibus seruiatur.

LIBERTAS. Qui liberat, Deus est. libro lxxxiij. quæstionum. Deus cum liberat, non partem aliquam liberat, sed totum liberat, quod forte in periculo est. Sapientia igitur & virtus Dei, qui dicitur vnigenitus filius homine suscepto liberationem hominis indicauit. Hominis autem liberatio in vtroque sexu debuit apparere. Igitur quia oportebat virum suscipere, qui sexus honorabilior est, consequês erat vt fœminei sexus liberatio hinc appareret, quod ille vir de fœmina natus est. Libro soliloquiorum ad Deum. Ego gratias tibi agam, ne sim ingratus tibi liberator meus, quoniam liberasti me. Quoties absorbuit me ille draco? & tu ab ore eius extraxisti me. Quoties peccaui? & ipse paratus fuit deglutire me, sed tu defendisti me. Cum enim inique agebam contra te, cum tua mandata frangebam, stabat paratus ille vt me raperet ad infernum, sed tu prohibebas. Ego te offendebam, & tu me defendebas: ego non te timebam, & tu me custodiebas: à te recedebam, & tuo inimico me exhibebam: tu ipsum ne me acciperet deterrebas. Hæc beneficia mihi côferebas, & ego non agnoscebam. Sic me multoties à faucibus diaboli liberasti, de ore leonis me eripuisti, & ab inferno licet nescientem multis vicibus reduxisti. Descendi enim vsque ad portas inferi, & ne illuc intrarem tu me tenuisti. Appropinquaui ad portas mortis, & ne ipsæ me caperêt, tu fecisti. De morte etiam corporis me sæpius eripuisti, cum graues morbi me tenerent, cum fui in multis periculis, per mare, per terras: ab igne, & gladio, & omni periculo me liberans, semper mihi astans & misericorditer saluans. Sciebas quidem Domine, quia si tunc me mors occupasset, animam meam infernus suscepisset, & perpetuo damnatus fuissem: sed tua misericordia præuenit eripiens me de morte corporis, & de morte animæ meæ Domine Deus meus. In Enchiridion. Tunc vere efficimur liberi, cum Deus nos fingit, id est format & creat, non vt homines quod iam fecit, sed vt boni homines simus: quod nunc gratia sua facit, vt simus in Christo noua creatura, secundum quod dictum est, Cor mundum crea in me Deus.

Libro tertio de verbis Domini, sermone vndecimo. Veni Domine redemptor, veni. Agnoscat te captiuus, fugiat te captiuator, tu esto mihi liberator. Ille me perditum inuenit, in quod diabolus nihil quod caro agit inuenit. Ibidem, circa finem. Christus filius Dei liberos nos fecit, hoc est, liberauit nos, non à Barbaris, sed à diabolo: non à corporis captiuitate, sed ab animæ iniquitate. Solus est qui sic liberat. Nemo se liberum dicat, ne seruus remaneat. Non remanebit in seruitute anima nostra, quia quotidie dimittuntur debita nostra. Super Ioannem. Hæc spes nostra est, vt à libero liberemur, & liberando seruos nos faciat? Serui eramus cupiditatis, sed liberati serui efficimur charitatis. Non ergo dicat Christianus, Liber sum, in libertate vocatus sum: seruus eram, sed redemptus sum, & ipsa redemptione liber effectus sum: faciam quod volo, nemo me prohibeat à voluntate mea, liber sum: Sed si in ista voluntate peccatum facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum, sed vtere ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera, si fuerit pia: eris liber, si fueris seruus: liber peccati, seruus iustitiæ, dicente Apostolo. Nunc autem liberati à peccato, serui autem facti Deo. Distinguitur. super Psal. sexagesimum, sermone secundo. Est quædam liberatio sanctorum occulta, & hæc propter ipsos fit: & est quædam publica, & hæc propter inimicos eorum fit, siue puniendos, siue liberandos. Liberatio occulta, ad animam: liberatio manifesta, etiam ad corpus pertinet. In occulto enim anima liberatur, in manifesto corpus. Libro tertio, de verbis Domini, sermone vndecimo. In côsuetudine Latinę linguę, liberari duobus modis dicitur. Et maxime in eo consueuimus audire hoc verbum, vt quicunque liberatur, intelligatur periculum euadere, molestiis carere. Liberari autem proprie dicitur, liberum fieri. Quomodo saluari saluum fieri, sanari sanum fieri, sic liberari liberum fieri. Quæ sit vera. super Psal. lxvij. Vera & sana libertas est, vt bonum opus fiat non timore: sed amore: non formidine pœnæ, sed delectatione iustitiæ. Vnde Psal. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

Est autem necessaria. lib. de correptione & gratia. Maior quippe libertas necessaria est aduersus tot & tantas tentationes, quæ in Paradiso non fuerunt, dono perseuerantiæ munita atque firmata, vt cum omnibus amoribus, terroribus, & horroribus suis vincatur hic mundus: hoc sanctorû martyria docuerunt. Denique ille Adam & terrente nullo, & insuper contra Dei terrentis imperium libero vsus arbitrio, non stetit in tâta fœlicitate, in tanta non peccandi facilitate. Isti autem non dico terrente mundo, sed sæuiente ne starent, steterunt in fide, cû videret ille bona pręsentia quæ fuerat relicturus: isti futura quę fuerât accepturi nô viderût. Vnde hoc nisi donante illo à quo misericordiâ côsequuti sunt vt fideles essent: à quo acceperût spiritû nô timoris, quo persequêtibus cederêt, sed virtutis, & charitatis, & côtinêtiæ, quo cûcta minâtia, cûcta inuitantia superarêt? Illi ergo sine peccato vllo data est, cû qua côdita est voluntas libera, & eam seruire fecit peccato: horû autê cû fuisset volûtas serua peccati, libera-

Cap. 41. Tom. IX. — Rom. 6. — Tom. X. — Cap. 12. Tom. VII. — Tom. I.

ta est per filiumDei. Quorũ autẽ est hæc libertas, lib.j. de libero arbitrio. Nulla libertas vera est nisi beatorũ, & legi æternæ adhærentiũ. Ideo lib. de perfectione iustitiæ hominis. c. ix. Ipsa sanitas est vera libertas, quæ nõ perisset, si bona mãsisset voluntas: quia verò peccauit volũtas, sequuta est peccantẽ, peccatũ habendi dura necessitas.

Tom.VII.

Vnde ibidẽ, c. xvij. Aliud est exire de hoc corpore, quod omnes homines dies vitæ huius vltimus cogit: aliud est liberari de corpore mortis huius, quod sola Dei gratia per Iesum Christum sanctis & fidelibus eius impertit. Post hanc enim vitã merces perficiens redditur, sed eis tantum à quibus in hac vita eiusdem mercedis meritũ cõparatur. In cõmunibus sermonibus, ser. vj. Super illud, si veritas vos liberabit. v. l. e. Quę est ista liberatio, nisi ab omni mortalitate vanitatis, & ab omni corruptione mortalitatis? In epist. j. ad Hilarium. Libertas sine gratia nõ est libertas, sed contumacia. Vnde concludit lib. de salutaribus documentis. Libera nos deus ab omni malo, & pars nostra sit cũ omni bono. Ab omni malo, quia tunc ab omni malo liberamur, quando à diabolo & angelis eius separamur. Angeli eius sunt, qui faciunt voluntatem diaboli. Sed nos simus cum illo qui dixit, Si quis fecerit voluntatẽ patris mei, ipse meus pater, soror, & mater est. Nos enim illius pretio redẽpti sumus, & societatem malorum fugientes, bonã quæramus, summo bono inhæreamus, illi seruiamus, eius voluntatẽ faciamus, vt simus & nos Angeli Dei, de quibus dicit Propheta, Benedicite Dominũ omnes Angeli eius, ministri eius q facitis volũtatẽ eius. Quia voluntas patris nostri est, sicut Euangelium dicit, vt nõ pereat vnus ex pusillis meis, & ne pereamus & euellamur de via iusta. Lib. de oratione Dominica. Quando dicimus, Libera nos à malo: nihil remanet quod vltra adhuc debeat postulari: quãdo solũ protectionẽ Dei aduersus malum petimus, qua impetrata contra omnia quæ diabolus & mundus operantur, securi stamus & tuti. Super Psal. lxxxiiij. Si quis liberatus fuerit à peccatis suis, nõ habet vnde illi dominetur princeps peccatorum.

Tom.II. Epist.89. Cap.8. Tom.IIII.

Tom.IIII.

LIBER. Lib. j. quæstionũ Euangeliorũ. quæst. xxiij. In omni regno, intelligendũ est liberos esse regni filios, id est, non esse vectigales. Multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno, filij illius regni, sub quo sunt omnia regna terrena. Lib. iiij. musicæ. Magnũ munus est libertatis. Solus autẽ liber fit, qui errorẽ vincit. Lib. iij. contra epistolas Pelagianorũ. Quis autem dicat, quod primo hominis peccato perierit liberũ arbitriũ de genere humano? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quæ in Paradiso fuit, habendi plenam cũ immortalitate iustitiã: propter quod natura humana Diuina indiget gratia, dicẽte Domino, Si vos filius liberauit, tũc verè liberi eritis: vtiq; liberi ad bene agendũ iustéq; viuendũ. Nã liberũ arbitriũ vsq; adeo in peccatore non desiit, vt per ipsum peccent maximè omnes, qui cũ delectatione pec-

Tom.VII.

A cant, & amore peccati, & hoc eis placet quod eis libet. Vnde & Apostolus. Cũ essetis, inquit, serui peccato, liberi fuistis iustitiæ. Ecce ostẽdit etiam peccato minimè potuisse, nisi aliqua libertate seruire, liberi autem iustitia non sunt, nisi arbitrio voluntatis. Liberati autem à peccato nõ fiũt, nisi per iustitiam saluatoris. Et infra, c. v. Liberari à corpore mortis huius, est omni sanato lãguore concupiscentiæ carnis, non ad pœnam corpus recipere, sed ad gloriam. Lib. xvij. de ciuit. Dei, c. xiij. Nisi esset vnus filius hominis, per quẽ filij hominũ liberarẽtur, multi filij hominũ essent vani.

LIBERVM arbitrium. Libr. Hipognosticon. Arbitrium ab arbitrãdo rationali cõsideratione vel discernẽdo quid eligat, quídve recuset, puto quod nomẽ accepit: vel

Resp. lib.j. Tom.

B ideo dictũ liberũ quod in sua sit potestate positũ, habẽs agendi quod velit possibilitatem, quod est vitalis & rationalis animę motus. Sed huiusmodi fuit in homine protoplasto, cũ ante peccatũ maneret illæsus. Nõ enim per aliud traxit offensam, nisi per id quo potuit ne delinquere, resistere suadenti. Per velle ergo malũ, rectè perdidit posse bonũ, qui per posse bonũ potuit vincere velle malũ, quem iustè Deus iam delicto captiuum voluntati deprauatæ dimisit, vt hæc eidem esset pœna in non faciẽdo, quod velit, qui semper, si Deo fuisset obediens, sufficere potuisset ad omne bonum quod voluisset. Lib. ij. contra Felicẽ Manichæum. Per Diuinas scripturas probauimus liberum arbitrium, Deum autem liberi arbitrij iudicem, iustum remuneratorem fidelium, eíque se

C subiicientium & volentium se sanari, damnatorem autem superborũ & impiorum. Eum dedit Deus. lib. ij. de libero arbitrio. Liberum arbitrium est à Deo: quia bonum, & ad rectè viuendum datum est. Eum dedit Angelis & hominibus. lib. xxij. de ciuitate Dei, c. j. Deus qui in principio condidit mundum, plenum omnibus visibilibus atque intelligibilibus rebus, in quo nihil melius instituit, quam spiritus, quibus intelligentiam dedit, & suæ contemplationis habiles capacésq; sui præstitit, atque vna societate deuinxit, quam sanctam atque supernam dicimus ciuitatem, in qua suscitentur beatíq; sint, Deus ipse illis est tanquam vita victúsque communis. Qui liberum arbitrium eidẽ intellectuali naturæ tribuit tale, vt si vellet deserere Deum, beatitudinẽ, sci-

Tom.

D licet suam, miseria cõtinuò esset sequutura. Qui cum præsciret Angelos quosdam per elationem, quam ipsi sibi ad beatã vitã sufficere vellent: tanti boni desertores futuros, non eis ademit hanc potestatem, potentius & melius iudicans esse, & de malis bene facere, quam mala esse non sinere. Quæ omnino nulla essent, nisi natura mutabilis, quamuis bona & à summo Deo atque incommutabili bono, qui bona omnia condidit, instituta peccãdo mala ea sibi ipsa fecisset. Quo etiã suo peccato teste cõuincitur, bonã conditã se esse naturam. Qui fecit hominem, etiam ipsum rectũ cũ eodẽ libero arbitrio, terrenum quidẽ animal, sed cœlo dignũ, si suo cohæreret authori, miseria simili

militer, si eum desereret, sequutura, qualis naturæ huiusmodi conueniret. Quem similiter cum præuaricatione legis Dei, per Dei desertionẽ peccaturũ esse præsciret, nec illi ademit liberi arbitrij potestatẽ, simul præuidens, quid boni de malo eius esset ipse facturus, qui de mortali progenie merito iustéq; damnata, tantũ populũ gratia sua colligit, vt inde suppleat & instauret partem quæ lapsa est Angelorum, ac sic dilecta illa & superna ciuitas non fraudetur suorum numero ciuiũ, quin etiam fortaſsis vberiore lætetur. Ideo lib. cur, quãdo, & quomodo Deus homo. cap. ij. Quia Deus Angelũ quẽ tam egregium cõposuerat, ex copia pulchritudinis atque magnitudinis vidit superbiendi occasionẽ sumpsisse, ad restaurationem supernorum ciuium noluit iterum Angelos creare, qui simili modo possent superbire, nec ad bonum valerent vlterius redire. Ideo hominem breuiſsimum de vili luto voluit fingere, qui si velit superbire, vnde superbiret habere non posset: quẽ si forte aliquo modo contingeret superbire, ad bonũ facilius quã Angelus posset redire: licet tamẽ breuiſsimũ figmentum, spiraculo vitæ inspirauit: & sicut prius Angelos licet eos gloriosius, ita hunc rationis ac libertatis honore ditauit. O quam rationabiliter rationale animal in sua dimittitur libertate, vt ob suæ electionis meritum vel viueret fœliciter, vel infœliciter moreretur. Si enim Angelus vel homo liberi non fuissent, iam apud Deum nullius meriti essent. Sed sicut sine causa (vt ita dicam) illorum esset creatio, ita inutilis videretur ipsorũ cõuersatio. Veruntamen peritiſsimus artifex optimè omnia disposuit, & omnia valde bona fecit: & immutabilis mutabiles, atq; immutabiliter mutabilia cuncta constituit. Ille verò primus homo cum incola Paradisi esset constitutus, præceptum accepit vt cætera omnia sub manibus haberet, pomũ verò quoddã nõ cõtingeret, vt saltem in hoc minimo obediens esse disceret. Non tamẽ ab illo voluit hominẽ prohibere, quod eo plusquam alio pomo Dominus indigeret, sed aliquid profecto proponi debebat, in quo nouus homo experiendus erat, vtrum vocem sui creatoris audiret, an per liberum arbitrium sinistrorsum abiret. De Angelo quippe non inuenitur quod à Domino edoctus vel præmonitus fuerit, vt sciret quid agere & quid non agere debuerit: quia ante illũ nullius vestigium mali apparuerat, vnde cautus reddi debuisset. Homini verò quasi teneriori & imbecilliori plus voluit Diuina pietas condescendere, qui Angelo satis fragilior & indoctior erat & ante quem in angelis prauitas inuẽta fuerat. Fecit itaq; taliter homini Deus, vt si ei obediret, sine vllo dolore & carnis resolutione ascenderet superius: & si præceptum trãsgrederetur, in puluerẽ, de quo sumptus fuerat, reuerteretur. Bene quoq; edocuit eũ de obediẽtia quid boni cõsequeretur, & quid mali si præceptũ præuaricaretur. Eum dedit hominibus. lib. de agone Christiano. Deus hominẽ inæstimabilem fecit, & ei liberũ volũtatis arbitrium dedit. Nõ enim esset optimus, si Dei

A præceptis necesſitate, non voluntate seruiret.

Nõ sufficit sine gratia. lib. 50. Hom. hom. xiiij. Cum coronat Deus merita tua, nihil coronat nisi dona sua. Hãc fidem & verã pietatẽ, ne quis extollatur de libero arbitrio in bonis operibus quisquis sic accipiat vt nouerit dantem, aut quisquis datori non sit ingratus, medico nõ superbiat, vel insanus adhuc, vel non à se sanus. Hanc fidẽ nullæ argumẽtationes euellant de cordibus nostris. Hoc est quod ait Apostolus. Nos spiritum huius *1.Cor.2.* mundi non accepimus. Spiritus huius mũdi facit superbos & elatos, vt putet se quisq; aliquid esse, cum nihil sit. Cõtra quẽ spiritũ inflatũ, superbum tumidum, elatum, nõ solidũ, subdit, Sed spiritum *Ioan.15.* qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Audiamus ergo Dominum dicẽtem, Sine

B me nihil potestis facere. Vnde lib. de spiritu & *Cap.3.* litera ad Marcellinum. *Tom.III.* Nos autẽ dicimus humanam volũtatẽ sic Diuinitus adiuuari ad faciendã *Voluntas bona.* iustitiã, vt præter quod creatus est homo cũ libero voluntatis arbitrio: prætérq; doctrinã qua ei præcipitur queadmodũ viuere debeat, accipiat Spiritũ sanctũ, quo fiat in animo eius delectatio, deliciæq; summi illius atq; incommutabilis boni quod Deus est, etiã nunc cũ adhuc per fidem ambulatur, nondum per speciem: vt hac sibi velut arra data gratuiti muneris inardescat inhærere creatori, atq; inflãmetur accedere ad participationem illius veri luminis, vt ex illo ei bene sit, à quo habet vt sit. Nam neq; liberũ arbitriũ quicquam nisi ad peccãdũ valet, si lateat veritatis via: Et cum id quod agendum, & quo nitendũ est cœ

C perit nõ latere, nisi etiam delectet & ametur. nõ agitur, nõ suscipitur, nõ bene viuitur. Vt autẽ diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, nõ per liberũ arbitriũ quod surgit ex nobis, sed per spiritum qui datus est nobis. In eodem. *Cap.30.* Vt quid miseri homines, aut de libero arbitrio audent superbire antequam liberẽtur, aut de suis viribus si iam liberati sunt: nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrij, libertatem vtiq; sonare, vbi *2.Cor.3.* autem spiritus Domini, ibi libertas? Si ergo serui *2.Pet.2.* sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus est, huic & sensus addictus est. Si autẽ liberati sunt, quid se iactant velut de opere proprio, & gloriantur quasi nõ acceperint? An ita sunt liberi, vt nec illum velint habere

D Deum qui eis dicit, Sine me nihil potestis facere: & si vos filius liberauit, tũc verè liberi eritis? Ibidem. Vult Deus omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: nõ sic tamen vt eis adimat liberum arbitriũ, quo vel bene vel male vtentes iustiſsimè iudicentur. Quod cum fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Euangelio nõ credũt, nec ideo tamen eam vincũt, vnde seipsos fraudãt magno & summo bono, malisq; pœnalibus implicant, experturi in suppliciis potestatẽ eius, cuius in donis misericordiam contempserunt. Ita volũtas Dei semper inuicta est: vinceretur autem si nõ inueniret quid de contemptoribus faceret, aut nullo modo posset euadere, quod de talibus ille constituit.

Cap.4. Tom.VII.

Lib. de gratia & libero arbitrio. Illa quæ præcipiuntur in lege Dei, ne fornicationes & adulteria admittantur, non indicant aliud quam liberum arbitrium. Neque enim præciperentur, nisi homo haberet propriã voluntatem, qua Diuinis præceptis obediret. Et tamen donũ Dei est, sine quo seruari castitatis præcepta non possunt. Vnde ait in lib. Sapientiæ, Cum scirem quia nemo sapiens potest esse continens nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum.

Sap.8.

Lib. seu respon.3. Tom.VII.

Lib. Hypognosticon. Libero arbitrio vitiato, totus homo est vitiatus, per quod absque adiutorio gratiæ quod Deo placeat, nec valet incipere, nec perficere sufficit. Præuenitur autẽ medicina, id est, Christi gratia, vt sanetur, & reparetur in eodem vitiata atque præparetur voluntas, quæ semper indigens adiutorio, illuminante gratia saluatoris possit tam Deũ cognoscere, quàm secũdũ eius viuere voluntatẽ. Ibidẽ infra. In omni opere sancto prior est voluntas Dei, posterior liberum arbitrium. Ideo quia operatus est Deus, cooperatur homo. Quod si dicas, Ego prior volui, postea Deus voluit: iam meritum facis, vt gratia ex operibus iam non sit gratia, sed merces.

Lib. de prædestinatione & gratia. Liberum arbitrium quod à Deo habemus, prono ad nequitiam lapsu fluit. Et cum ad virtutis indolem Dei auxilio deserente possit nihil, ad genus omne peccati idoneè fultũ subsistit: trahit enim nos lex in membris innata peccati: & Deus à leui iugo mandatorum suorũ, leuíque sarcina recedẽtes, atque in peccati durissimam seruitutem deflectentes, liberos à iustitia voluntatis, secundum suam iustitiam derelinquet eos, qui vocationis gratiam minus congrua pietate susceperunt, qui carnalibus non subiugantur illecebris, qui iactãtiæ vitio, auaritiæ faucibus, vento superbiæ caruerunt. Et quantum in homine est Dei dona seruantes ad spiritualia exercitia omne studium contulerunt, & in agone huius vitę certantes adiuuat, & coronas vincentibus largitur æternas. Ipse rursus derelinquẽtes deserit, resistẽtes indurat, contemnentésque contemnit. Lib. iij. contra epistolas Pellagianorum. Per peccatum Adæ arbitrium liberum de hominũ natura perisse nõ dicimus, sed ad peccandum valere in hominibus subditus diabolo. Ad bene autem piéque viuendum non valere, nisi ipsa voluntas hominis, Dei gratia fuerit liberata, & ad omne opus actionis, sermonis, & gitationis adiuta. In epistola prima ad Hilarium. Valet liberum arbitrium ad opera bona, si Diuinitus adiuuetur: quod fit humiliter petendo, & faciendo. Desertum verò Diuino adiutorio, qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiæ soliditatem, sed inflationem impiæ superbiæ & exitiosum tumorem. In epistola ad Vitalem Pellagianum. Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus: & lex Dei atque doctrina quamuis sancta & iusta & bona, tamen occidit si non viuificet spiritus, per quem fit, non vt audiendo, sed vt obediendo: non vt lectione, sed vt dilectione teneatur. Quapropter vt in Deum credamus, & piè viuamus, non volentis neque currentis sed miserantis est Dei: non quia velle non debemus & currere, sed quia ipse in nobis operatur & velle & currere. Quia sine gratia nõ valuit, in pœna fuit. Euchiridion. Nam libero arbitrio male viens homo, & se perdidit & ipsum. Sicut enim qui se occidit, vtique viuendo se occidit, sed se occiso non viuit, nec seipsum poterit resuscitare cum occiderit: ita cum libero homo peccaret arbitrio, victore peccato amissum est & liberum arbitrium: A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Petri certe Apostoli est ista sententia. Quæ cum vera sit qualis quæso potest libertas esse serui addicti, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit, qui sui Domini volũtatẽ libenter facit. Ac per hoc ad peccãdum liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iustè faciendum liber non erit nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ seruus cœperit. Ipsa est vera libertas propter recti faciendi licentiã, simul & pia seruitus propter præcepti obediẽtiã. Sed ad benefaciẽdũ ista libertas vnde erit homini addicto & vẽdito, nisi redimat ille cuius vox illa est, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis? Quod antequã fieri incipiat in homine, quomodo quisquam de libero arbitrio in bono gloriatur opere, qui nondum est liber ad operandum bene: nisi se vana superbia inflatus extollat, qua omnibus Apostolus.d. Gratia salui facti estis per fidem? Libro de verbis Apostoli, sermone decimo tertio. Idonea fuit natura humana se per liberum arbitrium vulnerare, sed iam vulnerata & sauciata, non est idonea per liberum arbitrium se sanare. Si enim volueris intemperatè viuere vt ægrotes, ad hoc medicum non requiris, ad labem sufficis tibi. Cum autem intemperanter agens cœperis esse ægrotus, non sic potes ab ægritudine liberare te, quomodo potuisti per intẽperãtiã te in ægritudinem præcipitare: & tamen bonus medicus etiam sano præcipit temperantiam: non vult necessarius esse ægrotanti. Sic etiam Dominus Deus creato homini sine vitio temperantiam præcipere dignatus est, quam si ille seruasset, medicum postea morbo suo non desideraret: sed quia non seruauit, languidus factus cecidit, infirmus genuit infirmos, & tamẽ in omnibus qui nascuntur infirmis Deus quod bonum est operatur, formando corpus, alimenta præbendo, pluuiam suam & solem super bonos & malos dãdo, non est vnde accusent boni nec mali: insuper etiam genus humanum iusto iudicio suo condemnatum, noluit in interitum sempiternum relinquere, sed misit medicum, misit saluatorem, misit eum qui gratis sanaret. Qui sanus etiã mercedem daret, nihil addi ad istam beneuolentiam potest. Quis est qui dicat, Sanem te, & do tibi mercedem? Optimè fecit. Sciebat enim se diuitem venisse ad pauperem, ideóque sanat ægrotos, & donat ægrotis, & non aliud quam seipsum donat

Tom.VII.

Tom.II. Epist.89.

Tom.II. Epist.107.

donat. Saluator est adiutorium languidi, ipse saluator est præmium sanati. Apparet reprehensio. Libro de nuptiis & cōcupiscentia. Hinc erubescere debet humani libertas arbitrij, quod contemnendo imperantē Deum etiā in mēbra propria propriū perdidit dominiū. Vbi autem conuenientius monstraretur inobedientiæ merito deprauatā esse humanā naturā, quam in his non obedientibus locis, vnde per successionē subsistat ipsa natura? Ideo iuuatur à Deo. Lib. de correptione & gratia. Fit quippe in nobis per Dei gratiam in bono recipiēdo & perseuerāter tenēdo, non solum posse quod volumus, verum etiā velle quod possumus, quod nō fuit in homine primo: vnum enim horū in illo fuit, & alterū non fuit. Nanque vt reciperet bonū, gratia non egebat, quia nondū perdiderat: vt autē in eo permaneret, egebat adiutorio gratiæ, sine quo id omnino non posset: & acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quod posset, nā si habuisset, perseuerasset. Posset etiā perseuerare si vellet: quod vt nollet, de libero descēdit arbitrio, quod tunc ita liberū erat, vt bene velle posset & malē. Quid erit autē liberius libero arbitrio, quādo non potuit seruire peccato, q̄ futura erat & homini, sicut facta est & Angelis sanctis merces meriti? Nunc autē per peccatum perdito bono, merito in iis qui liberātur, factū est donum gratiæ, quæ merces meriti futura erat. Quapropter bina ista quid inter se differant, diligēter & vigilanter intuendū est: posse nō peccare, & nō posse peccare: posse non mori, & non posse mori: bonū posse non deserere, & bonum non posse deserere. Potuit etiā non peccare primus homo, potuit nō mori, potuit etiam bonum non deserere. Nunquid dicturi sumus, Nō potuit peccare, qui tale habebat liberū arbitriū? Aut nō potuit mori, cui dictum est, Si peccaueris, morte morieris? Aut nō potuit bonū non deserere, cum hoc peccādo deseruerit, & ideo mortuus sit? Prima igitur libertas volūtatis erat, posse nō peccare: nouissima erit multo maior nō posse peccare: prima erat immortalitas posse nō mori: nouissima erit multo maior non posse mori. Prima erat perseuerantiæ potestas, bonū posse non deserere: nouissima erit perseuerantiæ fœlicitas, bonū non posse deserere. Lib. de perfectione iustitiæ hominis. Per arbitrij libertatē factum est vt homo esset cum peccato: sed iam pœnalis vitiositas subsequuta, ex libertate fecit necessitatem. Vnde ad Deum fides clamat. De necessitatibus meis educ me: sub quibus positi, vel nō possumus quod volumus intelligere, vel quod intellexerimus, volumus, nec valemus implere. Nam & ipsa libertas credentibus à liberatore promittitur. Si vos, inquit, filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Victa est vitio in quod cecidit voluntate, caruit libertate natura. Lib. de vera innocentia. In primo homine patuit, quod hominis arbitriū valeret ad mortē. In secūdo autē, quod Dei adiutoriū valeret ad vitā. Primus enim homo, non nisi homo. Secundus verò, Deus & homo. Peccatū ergo

A factum est relicto Deo, iustitia non fit sine Deo.

Erit perfectum in beatis. Libr. xxij. de ciuitate Dei. Nec ideo beati liberū arbitriū non habebūt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberū à delectatione peccādi vsq; ad delectationē nō peccādi indeclinabilē liberatū. Nā primū liberū arbitriū quod homini datū est, quādo primū creatus est rectus, potuit nō peccare, sed potuit & peccare: hoc autem nouissimū eo potētius erit, quo peccare non poterit. Verū hoc quoq; Dei munere, non suæ possibilitate naturæ. Aliud enim est Deum esse, aliud participem Dei. Deus natura peccare non potest, particeps verò Dei ab illo accipit, vt peccare nō possit. Seruandi autē gradus erāt Diuini muneris, vt primū daretur liberū arbitriū quo nō peccare homo posset, B nouissimum quo peccare nō posset. Atq; illud ad comparandū meritū, hoc ad recipiendū præmiū pertineret. Sed quia peccauit ista natura cum peccare potuit, largiori gloria liberatur, vt ad eam perducatur libertatē in qua peccare nō possit. Sicut enim prima immortalitas fuit, quam peccādo Adam perdidit, posse non mori, nouissima erit non posse mori. Ita primū liberū arbitrium posse nō peccare, nouissimū non posse peccare. Sic erit inamissibilis volūtas pietatis & æquitatis, quomodo fœlicitatis. Nā vtiq; peccando nec pietatē, nec fœlicitatē tenuimus, voluntatē verò fœlicitatis, nec perdita fœlicitate perdidimus. Certè Deus ipse nunquid quia peccare nō potest, ideo liberū arbitriū habere negandus est? Erit ergo illius ciuitatis, & vna in omnibus, & inseparabilis in singu- C lis volūtas libera, ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fruens indeficiēter æternorum iucunditate gaudiorū, oblita culparū, oblita pœnarum. In Enchiridion. Primū hominē Deus cū in ea salute in qua cōditus erat, custodire voluisset, eúmque opportuno tēpore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perducere, vbi iam nō solum peccatū non cōmittere, sed nec voluntatē posset habere peccādi si ad permanendū sine peccato sicut factus erat perpetuā voluntatē habiturū esse præscisset. Quia verò eū malè vsurū libero arbitrio, hoc est, peccaturū esse præsciebat, ad hoc potius præparauit volūtatē suā, vt bene faceret ipse & de malefaciente, ac sic hominis volūtate mala nō euacuaretur, sed nihilominus impleretur omnipotētis bona. Sic enim oportebat D prius hominem fieri, vt bene velle posset & malè. Nec gratis si bene, nec impunè si malè. Postea verò sic erit, vt malè velle non possit, nec ideo libero carebit arbitrio. Multo q̄ppe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit seruire peccato. Neque enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solùm nolimus, sed nequaquam velle prorsus possimus. Sicut ergo habet anima nostra etiam nunc nolle infœlicitatem, ita tunc nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo prætermittendus non fuit, in quo voluit ostendere Deus quam

Cap. 30. Tom. V.

Cap. 104. Tom. III.

Prescientia Dei.

Voluntas nostra qualis futura.

bonũ ſit animal rationale, quod etiam nõ peccare poſsit, quãuis ſit melius quod peccare non poſſit. Sicut fuit minor immortalitas, ſed tamen fuit in qua poſſet etiam non mori, quãuis maior ſit futura in quã non poſsit mori. Illam nanque natura humana perdidit per liberũ arbitriũ, hanc eſt acceptura per gratiã quam fuerat, ſi nõ peccaſſet, acceptura per meritũ: quãuis ſine gratia nec tunc vllum meritum eſſe potuiſſet. Quia & ſi peccatũ in ſolo erat libero arbitrio conſtitutũ, non tamen iuſtitiæ retinendæ ſufficiebat liberum arbitrium, niſi participatione immutabilis boni Diuinũ adiutoriũ præberetur. Sicut enim mori eſt in hominis poteſtate cum velit, quia nemo eſt qui non ſeipſum (vt nihil aliud dicã) vel non veſcẽdo poſſit occidere: ad tenendã verò vitam, volũtas non ſatis eſt, ſi adiutoria ſiue alimentorum, ſiue quorumcunq; tutaminũ deſint. Sic homo in Paradiſo ad ſe occidendum relinquendo iuſtitiam idoneus erat per voluntatẽ, vt autem ab eo teneretur vita iuſtitiæ, parum erat velle, niſi ille qui eum fecerat adiuuaret. Sed poſt illam ruinã maior eſt Dei miſericordia, quando & ipſum arbitrium liberandum eſt à ſeruitute, cui dominatur cũ morte peccatum. Nec omnino per ſeipſum, ſed per ſolã Dei gratiã, quæ in fide Chriſti poſita eſt, liberatur: vt volũtas ipſa, ſicut ſcriptũ eſt, à Domino præparetur, qua cætera Diuina munera capiãtur per quæ veniatur ad munus æternũ. Vnde & ipſam vitam æternam, quæ certè merces eſt operum bonorũ, gratiã Dei appellat Apoſtolus. Stipendiũ, inquit, peccati mors eſt, gratia autem Dei vita æterna, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Stipendium pro opere militiæ debitũ redditur, non donatur. Ideo dixit. Stipendium peccati mors eſt: vt mortẽ pro peccato non immerito illatam, ſed debitam demonſtraret. Gratia verò niſi gratis eſt, gratia nõ eſt. Intelligendũ igitur eſt etiam ipſa hominis bona merita eſſe Dei munera, quibus cum vita æterna redditur, quid niſi gratia pro gratia redditur?

Liberum arbitrium & gratia.

LIBER libri. Libros ſcribi fuit vtile. Libr. primo de Trinitate, cap. iij. Vtile eſt plures libros à pluribus fieri, diuerſo ſtylo, non diuerſa fide, etiã de quæſtionibus eiſdẽ, vt ad plures res ipſa perueniat, ad alios ſic, ad alios ſic.

Tom.III.

Replicari libros non eſt inutile. Libro ij. de baptiſmo contra Donatiſtas, circa principium. Si qua me reſpõdendi neceſsitas ea quæ iam in aliis libris poſui, rurſus cõmemorare coegerit, quanquam id modicè faciam, iis qui iam illa legerunt & tenent, oneroſum eſſe non debet: nam ea quæ inſtructioni ſunt neceſſaria, ſæpius oportet narrare tardioribus: & cum eadem multipliciter variéque verſantur, atque tractantur, ipſos quoque capaciore intelligentia præditos adiuuant, & ad facilitatem ſciendi, & copiam diſſerendi. Noui etiam quemadmodum ſoleat contriſtare lectorem, cum ab eo libro quem gerit in manibus, quando in aliquem nodum quæſtionis inciderit, in alium mittitur vbi eius ſolutionem requirat, quem fortè non habet. Quapropter quæcunque in aliis libris iam diximus, ſi neceſsitas præſentium quæſtionum breuiter iterare cõpulerit, ignoſcant ſcientes, ne offendantur neſcientes: ſatius eſt enim offerre habenti, quam differre non habentem.

Cap.1. Tom.VII.

De libris ſcripturæ. Libro contra mendacium. Libri qui ſancti & Diuini merito nominantur, habent conſcripta & mala hominum & bona: illa vitanda, iſta ſectanda: & quædã ita poſita, vt de illis etiã ſit prolata ſentẽtia. Quædam verò tacito ibi iudicio nobis iudicanda permiſſa, quoniã non ſolũ nos nutriri manifeſtis, verum etiam exerceri opertebat obſcuris. Libro lxxxiij. quæſt. Libros quos catholica diſciplina cuſtodit, infalſatos eſſe nequaquã exiſtimemus.

In eodem Libro. Deus noſter ſic ad ſalutẽ animarum Diuinos libros Spiritu ſancto moderatus eſt, vt non ſolùm manifeſtis paſcere, ſed etiã obſcuris exercitari nos vellet. Libro annotationum in Iob. Diuini libri fixi ſunt ſuper Deũ, quia qui eos ſine illo interpretari voluerit, fluctuet atque erret neceſſe eſt. Super Ioannem. tract. cxxiiij. circa finem libri. Nec eos arbitror mundum capere, qui ſcribendi ſunt libros: non ſpatio locorum credendũ eſt mundum capere non poſſe, quæ in eo ſcribi quomodo poſſent, ſi ſcripta non ferret? Sed capacitate legentium apprehendi fortaſſe non poſſent, quãuis ſalua rerum fide, plerunque verba excedere videantur fidem. Quod non fit quando aliquid quod erat obſcurum vel dubium, cauſa & ratione reddita exponitur: ſed quando id quod apertum eſt, vel augetur, vel extenuatur, nec tamen à tramite ſignificandæ veritatis erratur: quoniam ſi verba rem quę indicatur excedunt, vt voluntas loquentis, nec fallentis appareat, qui nouit quouſque credatur, à quo vltra quã credendũ eſt vel minuitur loquẽdo aliquid, vel augetur. De quorum ſtudio. ſuper pſalm. xxxviij. Quædã gaudia ſunt ſpiritualia, ex Diuinis eloquiis, ex verbo Dei & parabola aliqua ſcripturarũ ſcripta & inueſtigata, ex dulcedine inuẽtionis, quam præceſsit labor inquiſitionis. Sunt quædam deliciæ ſanctæ & bonæ in libris: neque enim ſunt in auro & argẽto, id eſt epulis atque luxuria, in venantibus atque piſcantibus, in ludo & ioco, in theatricis nugis, in affectandis & apprehendendis ruinoſis honoribus. Neq; enim vera ſunt gaudia in his omnibus, & in his libris nulla ſunt. De libro creaturarum. ſuper pſalm. quadrageſimum quintũ. Liber tibi ſit pagina Diuina, liber tibi ſit orbis terrarum. In iſtis codicibus non legant niſi qui literas nouerũt, in toto mundo legat & idiota. De Lib. vitæ. ſuper pſalm. lxvj. ſerm. ij. Deleantur de libro viuentiũ: Non ſic accipere debemus, quod quenquã ſcripſit Deus in libro vitæ, & delet illũ. Si homo dixit, quod ſcripſi ſcripſi: de titulo vbi ſcriptum erat, Rex Iudæorum, Deus quẽquam ſcribet & delet? Præſcius eſt, prædeſtinauit omnes ante cõſtitutionẽ mũdi, regnaturos cum filio ſuo in vita æterna. Hos cõſcripſit, ipſos continet liber vitæ. Denique in Apoc. ait ſpiritus Dei, cum de preſſuris ab Antichriſto futuris loqueretur eadem ſcriptura. Cõſentient illi, inquit, omnes qui non ſunt ſcripti in libro vitæ. Proinde ſine

de fine dubitatione non erant consensuri qui scripti sunt. Isti ergo quomodo inde delētur, vbi nunquam scripti sunt? Hoc dictum est secūdum spem ipsorum, quia ibi se scriptos putabant. Lib. xx. de ciuitate Dei, cap. xiiij. Ioannes in Apoc. Vidi, inquit, mortuos magnos & pusillos: & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, q̃ est vitæ vniuscuiusque, & iudicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum secundum facta sua. Per libros quos priori loco posuit, intelligēdi sunt sancti veteres & noui: vt in illis attenderetur quæ Deus fieri sua mādata iussisset. In illo autē quod est vitæ vniuscuiusque: qui si cogitetur carnaliter, quis eius magnitudinem aut longitudinem valeat æstimare? Aut quanto tēpore legi poterit liber, in quo scriptæ sunt vniuersæ vitæ vniuersorum? An tantus Angelorum numerus aderit, quantus hominum erit: vt & vitam suam quisque ab Angelo sibi adhibito audiat recitari? Non ergo vnus liber erit omnium, sed singuli singulorum. Scriptura verò ista vnum volens intelligi. Et alius, inquit, liber apertus est. Quædam igitur vis intelligenda est, qua fiet vt cuilibet opera sua bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur: vt accuset, vel excuset scientia conscientiam: atque ita simul, & omnes, & singuli iudicentur. Quæ nimirum vis Diuina libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur, quicquid ea faciente recolitur. In eodem. Qui non sunt inuenti in libro vitæ scripti, missi sunt in stagnum ignis. Liber iste prædestinationem significat eorum, quibus æterna dabitur vita. Neq; enim nescit eos Deus, & in hoc libro legit vt sciat, sed potius ipsa eius præscientia, quæ falli non potest, liber est vitæ, in quo scripti sunt qui ante ad vitam prædestinati sunt. Super Apocalyp. Homil. xvij. Liber vitæ quem vidit Ioannes, est vniuscuiusq; memoria gestorum nostrorum, non quod librum habeat memoratorium occultorum cognitor, sed quia in die iudicij nulli latere licebit, nec vllus poterit abscondere peccata vel crimina sua. Super Apocal. Homil. iij. Per viginti quatuor seniores, possumus intelligere libros veteris testamenti, & Patriarchas, & Apostolos. Fulgura & tonitrua quæ de solio exire dicuntur, prædicationes & promissiones intelliguntur noui testamenti. Figuratur Ecclesia per librum, super Apocalyp. Homil. v. Cœlum recessit vt liber inuolutus, id est, Ecclesia quæ separatur à malis, & velut liber inuolutus cōtinet in se nota Diuina mysteria. Quod autem dicit reges terræ fugerūt & absconderūt se in speluncis terræ: hoc significauit quod totus mundus in bonis & sanctis refugium habiturus est ad Ecclesiam: vt sub eius protectione constitutus, peruenire possit ad vitam æternam.

LIBIDO. Quod cōmune nomē est hominū cupiditatū. Libr. xiiij. de ciuitate Dei, capit. xxiiij. Libido, est appetitus animi, quo æternis bonis quælibet tēporalia præponuntur. Libr. de mēdacio. Quāuis cupiditas quæ in genitalibus est, vsitatius libido nominetur, hoc ta-

A men vocabulum generale est omnis cupiditatis. Nam ira, nihil aliud esse quā vlciscēdi libidinem veteres definierūt: quāuis nonnunquā homo vel q̃bus vindictæ nullus est sensus, rebus inanimatis irascatur, vt malè scribentē stilum collidat, vel calamū frāgat iratus. Vnde ista, licet irratiōabilior, tamē vlciscendi quædā libido est: sed nescio qua, vt dixerim ita, quasi vmbra retributionis, vt qui mala faciūt mala patiantur. Est igitur libido quomodocūq; vincendi, quæ peruicacia dicitur: est libido gloriandi, quæ iactātia nūcupatur. Sunt multæ variæque libidines, quarū nonnullæ habēt iam vocabula propria, quædā verò non habent. Quis enim facilè dixerit, quomodo vocetur libido dominādi quā tamē plurimū valere in tyrānorū animo, etiam ciuilia iura testantur? Sed de carnali

B quid sit. Lib. ad Sixtū presbyterū. Dicimus libidinem nō esse naturale bonū in hominibus, sed per peccatū primorū hominū accidens malū atque pudendū, cuius nō Deus author est, sed diabolus. *Lib. 4. Hypognosticon. Tom. VII.*

Subdit ibidē. Omne quod natura bonum est, Deus summè bonus ex nihilo fecit, nō diabolus: nos autē non naturale bonū, sed naturale malum, libidinē esse dicimus credimúsque. Naturale autē malū sic dicimus, non quia sit naturæ Deo opifice congenitū, sed quod à peccante natura transeat in peccatricē naturā, id est, quod sit naturæ peccātis vitiū, nō ipsa natura. Omne enim malū natura nō est, sed actus accidēs ex defectu boni. Quāobrem quod natura non est, Deus non fecit, quia natura est omne quod fecit. Et infra. Sicut nunc homini serpentis flatu pestifero venenum infligi-

C tur, & statim pro salute eius paratur, à Marso, id est, incantatore antidotū quo possit superare venenū: ita tunc cū Adam serpēti suadēti, id est, diabolo se obedientē præbuisset, fraudifero flatu venenosa & mortifera libido inflicta est, tanto eum deinceps opprimēs dominatu, vt etiā peccare nolentē, sicut venenū trahit ad mortem, peccare, id est, malū velle, incitaret inuitū. Cōtra hoc venenatū malū, ne præualeret, inspiciente Dei misericordia remediū, velut antidotū, per Iesum Christum donata est gratia, ne omnis homo penitus interiret. Sub serpentis igitur malo intercedente peccato natura humana potuit captiuari, sicut & serpētis terreni potest flatili veneno examinari: quia sic illud potuisse transire credimus, sicut istud fieri posse cognoscimus & videmus, quod *Virus libidinis.*

D penitus nec illic potuisset, nec hîc, si natura nostra inculpabilis permāsisset. Vnde dicitur libido. ibidē. Sine dubio à libendo, id est, à libitu per nuncupationem libido est nuncupata. Sed ais mihi. Omne ergo quod libet, libido est? Respōdeo. Non omne quod libet, libido est, sed omne quod malè libet, libido est. In bono enim libitu, libido dici non potest, sed voluntas de ratione, scilicet mentis naturalis exoriens. In malo autem libitu, non voluntas, sed voluptas est, quam fecit trāsgrediens protoplasti volūtas. Cum scilicet illicitum malè libuit suadente serpentè, cuius sibilo venenoso, hunc morbū, quem nō habuit ante culpam eius delinquens natura cōcepit, & per coitum seminum *Libido vnde dicta.*

minū transmisit in posteros. Et ideo infra subdit remediū. Cur illas partes corporis texerunt, & non potius manus quibus prohibita attrectauerunt, aut ora quibus malè desiderata ederūt? Sed illa membra texerunt in quibus peccati cupiditas exardescens concupiscentiam incontinentis gutturis accusabat. Contra hoc venenum de gratiæ antidoto cōfidentes, omnes sancti castigātes corpus suum, fortiter pugnauerūt & pugnant. Vnde ait Apostolus. *1.Cor.9.* Castigo corpus meum & in seruitutē redigo. Vbi porro hostem meū & in me, pugnanti cōtra me, virtute gratiæ confortatus, repugno pro me. Sed tunc hostis potentiam destruo, *2.Cor.12.* cum castigans corpus meū infirmor in me. Cum enim infirmor, tunc potens sum. Gratias autem Deo qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominū nostrum. Declarat de libidine. *Tom.VII.* Lib.iiij. contra Iulianum. Cum natura poscit supplementa quæ desunt, non vocatur libido, sed fames aut sitis. Cum verò suppleta necessitate edendi, amor animū sollicitat, iam libido est, iam malum est: cui non credendum, sed resistendum est.

In sermone vj. de communi. Nō putemus tantum in effusione sanguinis martyrium esse. Semper est martyrium Christianis. Adolescentem libido persequitur, vult libido effundere sanguinē.

De libidinis malo. Lib. Hypognosticō, respon*Tom.VII.* sione v. De calore libidinis succensus & illectus nonnunquā pater inclinat filiam, & operatur incestū: filius etiam patris thorū maculat, cum matri vel nouercæ aliquādo miscetur. In sororē fra*Horrenda libido.* ter cupidine ductus incurrit: cognatā non erubescit opprimere. Virgo licentiam non sustinet nuptiarum, sed stuprū tempore concupiscit illicito. Maritus minimè cōtentus licitis vxoris cōplexibus, thoros contaminat alienos. Similiter & vxor immemor ꝓprij mariti cubilis, adulterino amore vxoris thorum occupat alienæ. Nam & masculi relicto vsu fœminæ, exardescunt in desideriis *Rom.1.* suis inuicem, masculi in masculos turpitudinē operantes. Horret etiam plus iis quæ diximus, dicere, quod homo immemor naturæ suæ rationalis, irrationabili naturæ, & alienæ à sua natura pecudi coire cōpellitur. Quid de ruina aliquantorū seruorū Dei, & sacrarū virginū dicā, quę hac tempestate naufragia patiantur? Quidve de diuersis immūditiis, in quibus earum authorem ipsum sibi puto diabolum displicere? Ecce quò calor libidinis in quas ignominiarum sordes humanas ire illicitè præcipitat mentes. De passa violenter *Cap.7.* libidine. Libro de mendacio. Quod violēter non *Tom.IIII.* præcedente libidine patitur corpus, vexatio potius quàm corruptio nominãda est. Aut si omnis vexatio corruptio est, non omnis corruptio turpis est, sed quam libido procurauerit, aut cui libido cōsenserit. Quanto autem præstantior est animus corpore, tanto sceleratius corrumpitur. Ibi ergo seruari potest pudicitia, vbi nulla nisi voluntaria potest esse corruptio. Quapropter quoniã nemo dubitat meliorem esse animum corpore, integritati corporis integritas animi præponenda est, quæ in æternum seruari potest. Super

A psal. lvij. Sicut ignis consumit vestem, sic libido animam. Fratres timete ignem concupiscentiæ malæ. Timete, si non vultis perire à facie Dei.

Libro quarto contra Faustum. Plus in pudendis mouendis peccantem habet libido quàm ratio. Hæc est contraria dilectioni sapientiæ, hæc virtutibus inimica.

LICITVM. De licito & expediēti. Lib.j. *Cap.* de adulterinis coniugiis, circa mediū. Po*Tom.* test aliquid licere & non expedire: expedire autem quod non licet nō potest. Ac per hoc non omnia licita expediunt, omnia verò illicita non expediunt. Sicut enim omnis qui Christi sanguine redemptus est, homo est: non tamen omnis qui homo est, etiam sanguine Christi redemptus est. Ita omne quod licet, non expedit: nec tamen B omne quod nō expedit, etiã non licet. Sunt quippe licita quæ non expediunt, sicut Apostolo teste didicimus. Sed inter id quod illicitum est, & ideo *Cap.* non expedit, atque id quod licitum est, nec tamen expedit, quid intersit aliqua vniuersali regula definire difficile est. Citius enim quisque dixerit, Omne quod fieri non expedit, peccatū est, omne autem peccatum illicitum est, omne ergo quod non expedit, illicitum est. Et vbi erunt illa quæ licita esse, sed non expedire Apostolus dixit: Si omne quod non expedit, licitum non est? Quapropter quia verum dixisse Apostolum dubitare non possumus, & aliqua peccata esse licita dicere nō audemus, restat vt dicamus fieri aliquid quod non expediat: & tamen si licitum est, non esse peccatum, quãuis quoniam non expedit, non sit vtique C faciendum. Quod si absurdum videtur, vt aliquid fiat quod non expedit, & dicatur non peccasse qui fecerit, intelligendū est hoc ex consuetudine sermonis absurdū: quæ ita late patet, vt etiã iumenta, quãuis sint rationis expertia, tamen plerunque dicamus debere vapulare cum peccant. Peccare autem propriè non est nisi eius qui vtitur rationali voluntatis arbitrio, quod in omnibus mortalibus animantibus non nisi homini est Diuinitus attributum. Sed aliud est cum propriè loquimur, aliud cum verba ex aliis rebus transferendo vel abutendo mutuamur. Vt igitur si pos*Cap.* sumus enitamur, inter id quod licet & non expedit, aliquo certo fine distinguere, ea mihi videntur licere & non expedire, quę per iustitiam quidem quæ coram Deo est permittuntur, sed propter offensionē hominum, ne ob hoc impedian-D tur à salute, vitanda sunt. Ea verò non licere, & ideo nec expedire, quæ sic ipsa iustitia vetantur, vt facienda non sint, etiamsi ab eis quibus in notitiam fuerint perlata, laudentur. Quod si ita est, ideo non nisi illicita prohibentur à Domino, vt ea quæ licita sunt & non expediunt, non legis vinculo, sed libera dilectionis beneficētia caueãtur.

Ibidē infra. Non tanto pōdere prohibēdi sunt *Cap.* homines facere licita, quãuis nō expediãt, quãto *Cap.* pōdere prohibētur illicita. Et infra. Quod Dominus iubet aut vetat, aliud facere omnino non licet. Quod au tē volentis potestati ita ꝑmittit, vt nec agatur nec ꝑtermittatur illicitè, ibi seruorū

suorum

suorum consilio locum dare videtur, vt id potius suadeant, quod viderint expedire. Teneatur ergo hic primitus ac maximè, ne committantur illicita. Vbi autem aliquid ita licitum est, vt aliud facere omnino nõ sit illicitum, fiat quod expedit, vel quod magis expedit. Illa igitur quæ Dominus ita dicit vt Dominus, id est, non monentis consilio, sed dominantis imperio, non facere non licet, & ideo non expedit. Libr.ij. quæstionũ veteris & noui testamenti, q.lxj. Quæ periculosa non sunt, sic seruanda mandata sunt, vt non obsit, si ex necessitate fuerint amissa: quia non ad salutẽ, sed ad reuerentiã mãdata sunt. Illud autem quod omnino non licet, semper non licet, nec aliqua necessitate mitigatur, vt amissum nõ obsit. Etenim semper illicitum, quod quia criminosum est, legibus prohibetur. Enchiridion. Sanè cauendum est ne quisque existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebũt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est ꝓpitiãdus Deus, non ad hoc emendus quodammodo, vt ea semper liceat impunè cõmittere. Nemini enim dedit Deus laxamentum peccandi, quamuis miserando debeat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.

LINGVA. Quæ sit lingua Dei. Libro de essentia Diuinitatis. Lingua Dei mysticè significat Spiritum sanctum, per quem Deus Pater secretum suum hominibus manifestauit. in psalm. Lingua mea calamus scribæ, &c.

Qua lingua fuerit loquutus in creando. Lib.j. de Gen. contra Manichæũ. Quæri potest, qua lingua vocauit Deus lucem diem, & tenebras noctẽ, vtrum Hebræa, an Græca, an Latina, vel aliqua alia? Sed apud Deũ purus est intellectus, sine strepitu & diuersitate linguarum. Vocauit autem dictũ est, pro vocari fecit: quia sic distinxit omnia & ordinauit, vt discerni possent, & nomina accipere. Lingua autem humana in principio vna fuit. Lib.ix. super Genes. Vnam sanè linguam primum fuisse didicimus, antequam superbia turris illius post diluuium fabricatæ, in diuersos linguarum sonos humanam diuideret societatẽ. Quæcunque autem illa lingua fuerit, quid attinet quęrere? Illa certè tunc loquebatur Adam. Et in ea lingua, si adhuc vsque permanet, sunt illæ voces articulatæ, quibus primus homo animalibus terrestribus & volatilibus nomina imposuit. Fuit peccato variata. Lib.xvj. de ciuitate Dei, cap. iiij. Quoniam dominatio imperãtis in lingua est, ibi damnata est superbia: vt non intelligeretur iubẽs homini, qui noluit intelligere, vt obediret Deo iubenti. Sic illa cõspiratio dissoluta est, cũ quisq; ab eo, quem nõ intelligebat, abscederet: vt se nisi ei, cum quo loqui poterat, aggregaret: & per linguas diuisæ sunt gẽtes, dispersæq; per terras: sicut Deo placuit, qui hoc modis occultis, nobisq; incomprehẽsibilibus fecit. Hebræa fuit prima. in eodẽ, capit. xj. Lingua prima in Heber familia remansit diuisis per alias linguas cæteris gẽtibus,

A quæ lingua prius generi humano non immerito creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebræa est nũcupata. *Ab Heber dicti Hebræi* Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio: sicut aliæ quoq; vocatę sunt nominibus propriis. Quãdo autẽ erat vna, nihil aliud quam humana lingua, vel humana loquutio vocabatur, qua sola vniuersum genus hominum loquebatur. Et ideo credenda est ipsa fuisse, prima illa communis: quoniã de pœna venit multiplicatio mutatióq; linguarũ. Et vtiq; præter hanc pœnã esse debuit Dei populus. Nec frustra linguã, hoc est, quã tenuit Abrahã, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tantũ qui propagati per Iacob, & insignius atque eminentius in Dei populũ coalescentes, Dei testamẽta & stirpẽ Christi potuerũt habere. B Vnde variata. Lib.xix. eiusdẽ, cap. vij. Linguarũ diuersitas hominẽ alienat ab homine. Nam si duo sibimet inuicem fiant obuiã, neque præterire, sed simul esse aliqua necessitate cogantur, quarũ neuter nouit linguã alterius: facilius sibi muta animalia etiã diuersi generis, quã illi cum sint homines ambo, socientur. Quãdo enim ambo quæ sentiũt inter se cõmunicare nõ possunt, propter solam diuersitatẽ linguarũ, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo naturæ, ita vt libentius sit homo cũ cane suo, q̃ cũ homine alieno. Plures tamẽ gẽtes sunt quam linguæ. Lib.xvj. eiusdẽ. Numerus gentiũ multo amplius est auctus, quàm linguarũ. *Cap.6.* Nam in Affrica Barbaras gentes in vna lingua plurimas nouimus, & homines quidẽ multiplicato genere humano, ad insulas inhabitãdas C nauigio transire potuisse quis ambigat? Quot autẽ fuerũt. Lib.j. de mirabilibus sacræ scripturæ. Linguas septuaginta duas esse plurimi authores *Cap.9.* consentiũt, quia in ædificatione illius turris in terra Sẽnaar, *Tom.III.* quæ nunc est Babilon, cõgregatos tot patres fuisse dicũt. Vnde à Domino septuaginta duo discipuli electi. In quorũ præfiguratione etiã ipse Mosi spiritus in septuaginta seniores distribuitur: & aliis duobus in castris residẽtibus, Heldad videlicet & Medad eiusdẽ prophetiæ spiritu illustratis. Quorum quasi hæreditarij successores ad Ptolomæũ Philadelphum lxx. sapientes missi sunt. Quæ principales. in eodẽ. cap. ix. Istarum omnium principatus Hebraicæ Græcę & Latinę cõmittitur: quoniã in eis crucis Christi titulus scriptus perhibetur. At verò Deus naturã in hoc non D mutauit, sed dicendi tantummodo modos & formas diuersis generibus diuisit. Latinus nanque inter Græcos vel Barbaros genitus nutritus, vel genitus Barbaricè vel Græcè loquitur: versáque vice Barbarus, aut Hebræus, aut Latinus Græcis edoctus venusto sermone fatur. Super Ioannem. Erat scriptum Hebraicè Græcè & Latinè, *Tract.* *Tom.IX.* Rex Iudæorum. Hæ quippe tres linguæ, ibi præ cæteris eminebant. Hebræa, propter Iudæos in Dei lege gloriantes. Græca, propter gentium sapiẽtes. Latina, propter Romanos multis ac penè omnibus iam tunc gentibus imperantes. Super psalm. quinquagesimũ quintũ. Tribus linguis tanquã tribus testibus, titulus Christi approbatur:

quia

quia in ore duorũ vel trium testiũ stat omne verbũ. De peccato autẽ linguæ. Libr. ij. de baptismo contra Donatistas. *Tom. VIII.* Leuius an debet putari quod gladio minãte, quam quod lingua insidiante committitur? Super Ioannem. *Tract. 5. Tom. IX.* Illi cor grauius feriunt, qui gladio linguæ feriunt. Super psal. xiiij. *Tom. VIII.* Parũ est verũ loqui, nisi etiam in corde ita sit (qui non egit dolum in lingua sua). In lingua agitur dolus, cum aliud ore profertur, aliud pectore tegitur. *Tom. VIII.* Bonus plus patitur malas linguas. super psal. cxix. Cum cœperit homo Christianus cogitare proficere, incipit pati linguas aduersantium. Quicunque illas nondum passus est, nondum proficit: quicũque illas non patitur, nec conatur proficere. Vult nosse quid dicamus? imò quid audiamus simul experiatur. Incipiat velle contemnere terrena, fragilia, temporalia, fœlicitatémque sæculi pro nihilo habere, Deum solũ cogitare, lucris non gaudere, dãnis non contabescere, omnia etiam sua velle vendere, & pauperibus distribuere, & sequi Christũ. Videamus quemadmodum patitur linguas detrahentium, & quod est grauius, quasi consulendo à salute auertentium. Qui enim consulit alicui, ad salutẽ consulit, & ad id quod prodest consulit: ille autẽ quasi consulens retrahit à salute. Quia ergo videtur habere pallium consulentis, & habet venenum perimentis: lingua dolosa dicta est: habens imaginem consulendi, & perniciem nocendi. Ipsi sunt qui dicunt. Et tu hoc facturus es quod nemo fecit? Non poteris forte implere, multum est enim quod aggrederis. Alij prohibendo deterrent, alij laudando plus premunt. Serpens est dolosa lingua: venenũ habet. Roga contra illam si vis ascendere, & dic Deo tuo. Erue me à labiis iniquis, & à lingua dolosa. De lingua virtuosa. in sermone quarto de sancto Cypriano. Fortia aduersus inimicos fabricauit arma: eos ipsos quos facit amicos. Magna framea lingua beatissimi Cypriani, splendida charitate, acuta veritate pugnantis Dei, & vibrata virtute, quæ bella confecit? Quas contradicentium cateruas superauit? Quos percussit infensos, prostrauit aduersos? In multorũ inimicorum cordibus ipsas inimicitias, quibus oppugnabatur occidit: eósq; amicos, quibus aduersus alios Deus copiosius pugnauit, effecit.

Vnde de seipso. in sermone sexto de pœnitentia. Non desit officium linguę meæ ei, qui linguas omnes indoctis etiam donauit: & linguas doctorum in omnibus gentibus subiugauit: & diuersas linguas gentium ad vnitatem fidei congregauit.

De lingua dolosa. super psal. quinquagesimũ *Tom. VIII.* primũ. Lingua dolosa est ministra fallaciæ. Lingua dolosa est aliud in corde gestantium, aliud ore promentium: sed in his subuersio, in his submersio. *Cap. 14. Tom. VII.* Libro de natura & gratia. Lingua plena veneno mortifero, vtique nocẽtior est, quàm bestiarum atque serpentum. Quia illud carnem interficit, hoc animam. Est apta lingua ad bonum sicut ad malum. ibidem. Ante te est æquitas & iniquitas. Vnam linguam habes, quauis eam vertis, Quare ergo potius ad iniquitatem & non

A ad æquitatem? Cibos amaritudinis non das ventri tuo: & cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ? Sicut eligis quo vescaris, sic elige quod loquaris. Libro de verbis Apostoli, sermone decimo octauo. Noli sæuire in animam tuam. Ab alio occidi non potest, à te potest: non lancea, sed lingua. Vnde cõsulit. super psalm. trigesimum secundum. Discite habere in corde, quod habet omnis homo in lingua. Quia vt dicit. ibidem. Ipsa lingua popularis, plerũque est doctrina salutaris. Quis nõ quotidie dicit, quod vult Deus hoc agat? Et rectus est. Vnde Libro de verbis Apostoli, sermon. decimo sexto. De corde dicit & lingua. Dominus interrogat radicem, non florem.

Non potest autem ab aliquo lingua domari. Libro primo de verbis Domini, sermone quarto.
B Linguam nullus hominum domare potest. Homo domat feram, & nõ domat linguam. Domat leonẽ, & non frænat sermonem. Domat ipse, & non domat seipsum. Domat quod timebat, & vt se domet, non timet quod timere debebat. Domatur homo à solo Deo. ibidem. Quia linguam nullus hominum domare potest, ad Deum confugiendum est, qui domet linguam nostrã. Si enim tu eam domare volueris, non potes: quia homo es, & linguam nullus hominum potest domare. Attendite similitudinem, ab ipsis bestiis quas domamus. Equus non se domat. Camelus non se domat. Elephantus non se domat. Aspis non se domat. Leo non se domat. Sic & homo non se domat. Sed vt dometur equus, camelus, elephantus, aspis, & leo, quæritur homo. Ergo & Deus
C quæratur, vt dometur homo. Libro de natura & gratia. Conetur anima domare linguã, & dum conatur, poscat auxiliũ: & oret lingua, vt dometur lingua, domante illo qui dixit ad suos, Non enim vos estis qui loquimini, &c.

LIGNVM. De lignis infructuosis, proponitur & soluitur quæstio. Libro tertio super Genes. capit. decimo octauo. De quibusdam lignis infructuosis, & de spinis & tribulis solet quæri, vel cur vel quando creata sunt, cum Deus dixerit. Producat terra herbam pabuli seminantem semen, & lignum fructiferum faciens fructum. Sed qui ita mouentur, non intelligunt saltem de vsitatis formulis humani iuris, quemadmodum appelletur vsusfructus. Vtilitas enim quædam fruentiũ vsusfructus nomine con-
D sideratur. Quãtæ autem sunt vtilitates siue manifestæ, siue occultæ, omniũ quæ terra gignens radicitus alit, & ipsi quædã intueantur, & ab expertis cætera inquirant. De spinis quidem & tribulis absolutior potest esse responsio, quia post peccatum dictũ est homini de terra. Spinas & tribulos germinabit tibi. Nec tamen facilè dicendum est tunc cœpisse ista oriri de terra. Fortassis enim quoniã in ipsis quoq; generibus seminum multæ reperiũtur vtilitates, poterãt habere locũ suũ sine vlla pœna hominis, vel ad auiũ pecorúmve pastus, vel ad ipsorũ hominũ aliquos vsus. Tũc autẽ cœperũt homini ista parere ad ærũnosum negotiũ, cũ post peccatũ cœpit in terra laborare. Non

quia

quia aliis locis antea nascerentur, & post in agris quos homo ad capiendas fruges coleret, sed & prius & postea & eisdem locis: prius tamen non homini, post autem homini, vt in hoc significetur quod additum est, tibi: quia non est dictum, spinas & tribulos pariet, sed pariet tibi: id est, vt tibi iam nasci ista incipiant ad laborem, quæ ad pastum tantummodo aliis animalibus antea nascebantur. In dialogo ad Orosium. Nullatenus dicenda sunt ligna infructuosa, quæ aliquomodo hominibus afferunt adiumenta. Quia reuera, si non inuenimus in eis aliquid ad edendū, inuenimus certè ad medicamentum, inuenimus ad adiutorium. Nam quantæ vtilitates inueniantur in eis, tu ipse considera. Proinde quia à fruendo dicitur fructus, & ab omni ligno possumus habere aliquod adiutoriū, iure nullū lignū infructuosum dicimus. Spinæ & tribuli quamuis post peccatum homini nascantur ad laborem, erāt tamen ad pastus pecorum & votatilium facta, non ad augendam hominis pœnam producta. Sed vt dicit, libr. j. contra Manichæum, super Genes. Ante peccatum hominis non est scriptum quod terra aliud protulerit nisi herbam pabuli & lignum fructiferum. Post peccatum autem videmus multa horrida & infructuosa de terra nasci, credo propter peccatum hominis. Sic enim dicitur ad primum hominem postquam peccauit, Maledicta terra, &c. De ligno vitæ, lib. ij. eiusdem. Lignum vitæ plantatum in medio Paradisi, sapientiam illam significat, qua oportet vt intelligat anima, in meditullio quodam rerum se esse ordinatam, vt quāuis subiectam sibi habeat omnem naturam corporalem, supra se tamē intelligat naturā Dei: & neque in dexteram declinet, sibi arrogando quod non est: neque ad sinistram, per negligentiam contemnendo quod est: hoc est, lignum vitæ plantatum in medio Paradisi. De ligno verò scientiæ. ibid. Lignū scientiæ boni & mali, ipsa item medietas animæ & ordinata integritas significatur: nam & ipsum in medio Paradisi plātatum est: & ideo appellatur scientiæ boni & mali, quia si anima quæ debet in ea quæ anteriora sunt se intendere, id est, in Deum: & ea quæ posteriora sunt obliuisci, id est, corporeas voluptates, ad seipsam deserto Deo cōuersa fuerit, & sua potentia tanquam sine Deo frui voluerit, intumescit superbia, quod est initium omnis peccati. Et cum hoc eius peccatum pœna fuerit consequuta, experiendo discit, quid intersit inter bonum quod deserit, & malum in quod cecidit. Et hoc erit ei gustasse de fructu arboris scientiæ boni & mali. Super Apoc. Homil. ij. Dabo ei manducare de ligno vitæ, id est, de fructu crucis, quod est, inquit, in Paradiso Dei mei: Paradisum Ecclesiam dicit: omnia enim in eius figuram facta sunt.

LITERA. Quare inuentæ sunt literæ. Libr. xv. de trini: Inuentæ sunt literæ, vt per eas possimus etiā cū absentibus colloqui. Quare addiscuntur. lib. de discip. Christiana. Quare iuisti in scholam, & vapulasti, & à

A parentibus ductus, & fugitans quæsitus, & inuentus es, & attractus es, & adductus es? Quare vapulasti? Quare tanta mala in pueritia pertulisti? Vt disceres? Quid disceres? Literas. Quare? Vt haberetur pecunia, aut cōpararetur honor, & teneretur sublimitas dignitatis. Vide quia periturus es propter perituram rem. Perituram rem cum tanto labore didicisti & in tantis pœnis, & amabat te qui in tantis pœnis te ad pœnas trahebat. Ipse qui amabat te ad pœnas trahebat vt vapulares, amando faciebat vt disceres. Quid? Literas. Bonæ sunt literæ? Bonæ. Noui, dicturus es mihi. Quare & vos Episcopi legistis literas? Quare nūc Diuinas scripturas in ipsa literatura tractastis? Ita verò: sed non ad hoc didicimus literas. Non enim parentes nostri, quādo nos in scholam mittebāt,

B hoc nobis dicebant: Discite literas, vt habeatis vnde codices Dominicos legere possitis. Nec ipsi Christiani filiis suis hoc dicūt. Sed quid? Discite literas. Quare? Vt sis homo. Quid enim? Modo pecus sum? Quod dico vt sis homo, hoc est, vt sis eminēs inter homines. Vnde & illud prouerbiū. Quantum habebis, tantum eris. Vt habeas quantum cæteri, aut quantum pauci, aut plusquā cæteri, aut plusquam pauci, habeas inde honorem, habeas inde dignitatem. Et vbi erunt omnia ista cū mors venerit? De sacris literis quo ad eorum antiquitatem. Lib. de ciuit. Dei. Non est credendum quod nonnulli arbitrantur, Hebræā tātum linguam per illū qui vocabatur Heber, vnde Hebræorum vocabulū est, fuisse seruatā, atque inde peruenisse ad Abrahā, Hebræas autē literas à le-

Lib. 18. Cap. 39. Tom. V.

C ge cœpisse quę data est per Mosen: sed potius per illā successionē patrū, memoratā linguā cū suis literis custoditam. Denique Moses in populo Dei constituit, qui docēdis literis præessent, priusquā diuinæ legis literas nossent. Hos appellat scriptura grammatō isagogos †, qui Latinè dici possunt literarum introductores vel inductores, eo quod eas inducant, id est, introducant quodam modo in corda discētium, vel in eos potius quos docēt. Nulla igitur gens de antiquitate suæ sapiētiæ super Patriarchas & Prophetas nostros, quibus Diuina inerat sapiētia, vlla se vanitate iniqua iactauerit, quādo nec Aegyptus inuenitur, quæ solet falso & inaniter de suarū doctrinarum antiquitate gloriari, qualicunque sapiētia sua Patriarcharum nostrorum tēpore præuenisse sapiētiā. Ne-

† γραμματοεισαγωγεῖς Apud septuaginta dicitur, quos Hieronymus vertit, Doctores.

D que enim quisquā dicere audebit mirabilium disciplinarum eos peritissimos fuisse, antequā literas noscerent, id est, antequā Isis eò venisset, eásque ibi docuisset. Ipsa porrò eorum memorabilis doctrina, quæ appellata est sapiētia, quid erat nisi maximè Astronomia, vel siquid aliud taliū disciplinarū magis ad exercenda ingenia, quàm ad illuminandas vera sapientia mētes, solet valere? Nam quod attinet ad Philosophiam, quæ se docere profitetur aliquid vnde fiāt homines beati, circa tēpora Mercurij, quem Trismegistū vocauerūt, in illis terris eiusmodi studia claruerūt: longè quidē ante sapientes vel Philosophos Græciæ, sed tamen post Abraham, Isaac, Iacob & Io-

Isis Aegyptiis literas tradidit.

Mercurius Trismegistus

seph: nimirum etiā post ipsum Mosen. Eo quippe tempore quo Moses natus est, fuisse reperitur *A hlas.* Athlas ille magnus Astrologus Promethei frater, maternus auus Mercurij maioris, cuius nepos fuit iste Trismegistus Mercurius. De eorū *Cap. 40.* veritate, eod. libr. Quicquid resistit Diuinæ authoritati, nō dubitamus esse falsissimū, quomodolibet sese habeāt cætera in sæcularibus literis, quæ seu vera seu falsa sint, nihil momēti afferūt, quo rectè beatéque viuamus. Lib. iiij. de bapt. *Tom. VII.* contra Donatistas. Pro salute humani generis factū est, vt inueniatur aliquid quod merito reprehendi posit, quāuis in Christianis, & piis literis oratorū: & tamē nō inueniatur ī literis piscatorū.

LITERATVS. Literati debent sacram scripturam legere, & illiterati legētes audire. In communibus sermonibus. serm. xxvj. Nemo dicat mihi non valeo legere, & ideo non possum Dei præcepta vel agnoscere, vel implere. Nec aliquis dicat, Nō noui literas, ideo mihi non imputabitur quicquid minus de Diuinis præceptis impleuero. Inanis & inutilis est ista excusatio. Quia si quis nesciens literas Diuinam lectionē non potest legere, potest tamen legentem audire: qui verò literas nouit, fieri non potest vt non inueniat libros, quibus posit Diuinā scripturam legere. Tollamus nobis fabulas varias, mordaces iocos, sermones otiosos & luxuriosos: & videamus si nobis nō remanet tempus, in quo Diuinæ lectioni vacare posimus. Fugiamus prādia luxuriosa, & cœnas quæ nos ad vitia pertrahūt: in quibus per ebrietates, turpiloquia, & scurrilitates, anima vulneratur, aut morte moritur: & tempus erit, quo de salute animæ cogitemus.

Et infra. Attendite quod dico. Nouimus aliquos negotiatores, qui cum literas nō nouerint, sibi literatos mercenarios quærunt: vt cum ipsi literas nesciant, illis scribētibus, suas rationes & lucra non perdant. Et si illi qui literas nesciunt conducunt sibi mercenarios literatos, vt terram acquirant pecunia, tu quicunque es qui literas non nosti, quare non cum pretio & mercede rogas, qui tibi Diuinas legat scripturas, vt præmia æterna conquiras? Et infra. Vos rogo fratres vt qui literas nostis, quando alij prædicant, intētis auribus audiatis. Lumen enim & cibus est animę sermo Dei. Sed dicit aliquis, Ego homo rusticus sum, & terrenis laboribus iugiter occupatus, lectionē Diuinā nec legere, nec audire possum. Sed quanti multi rustici, & quam multæ mulieres rusticanæ cātica diabolica, & amatoria, & turpia audiunt & dicunt: Et quod dico de Dei verbo, non possunt? Discunt quod docet diabolus, & non quod dicit Christus? Multo melius & celerius homo rusticus, vel mulier rustica poterat symbolum vel orationem Dominicam discere, aliqua etiam de Ecclesiastico officio discere, quā turpia cātica diabolica & amatoria & discere, & mēte retinere. Incipe velle, statī intelliges posse.

Tom. I. LITES. Non sunt habendæ. In regula. Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis: ne ita crescat in odium, &

A trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis, Qui odit fratrem suum, homicida est. Quicunque conuitio, vel maledicto, vel etiam criminis obiectu, aliquem læserit, meminerit satisfactione quātocius curare quod fecit, & ille qui læsus est sine disceptatione dimittere. Si autem se inuicem læserint, inuicē sibi debita relaxare debebunt propter orationes nostras: quas vtique quanto crebriores habetis, tanto sanctiores habere debetis. Melior est autē qui quāuis sæpe ira tentetur, tamen impetrare festinat, vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam: quam qui tardius irascitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui enim non vult dimittere fratri, non speret se accipere orationis effectum. Qui autem nunquam vult petere ve-

B niam, aut nō ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si inde non proiiciatur. Proinde vobis à verbis durioribus parcite. Quæ si emissa fuerint ex ore vestro, nō pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, vnde facta sunt vulnera.

Ideo redimendæ. in lib. de verbis Aposto. sermo. xxiiij. *To.* Redimere tempus, hoc est, quando aliquis tibi infert litem, aliquid vt Deo vaces, non litibus, perde. Ergo ex eo quod perdes pretium est temporis. Certè quando pro tuis necesitatibus procedis ad publicum, das nummos, & emis tibi panem, aut vinum, aut lignum, aut aliquā supellectilem, das & accipis, aliquid amittis & aliquid acquiris, hoc est emere. Nam si *nihil* amittas, & habeas quod nō habebas, aut inuenisti, aut donatum accepisti, aut hæreditatem acquisisti.

C Quando autē aliquid amittis vt aliquid habeas, tunc emis: quod habes emptum est, quod amittis pretium est. Quomodo ergo perdis nummos, vt emas tibi aliquid, sic perde nummos vt emas tibi quietem. Ecce hoc est tempus redimere. Prouerbium notum est Punicum, quod est antiquum: Nummum quærit pestilentia, duos illi da, vt ducat te. Nunquid hoc prouerbium de Euangelio videtur natum? Nūquid aliud dixit Deus, quam redimentes tempus, quando ait, Si quis vult in iudicio tecum contendere, & tunicam tuam vult tollere, dimitte ei & pallium? In iudicio vult tecum contendere, & tunicam tuam tollere, aduocare te habet litibus à Deo tuo, non habebis quietum cor, non habebis tranquillum animū, euerteris cogitationibus tuis, irritaris aduersus ip-

D sum aduersarium tuum: Ecce tempus perdidisti. Quanto ergo est melius, vt nummum amittas, & tempus redimas? Fratres mei in causis & in negotiis vestris, quando ad vos iudicanda veniūt, si homini Christiano dico, vt pro tempore redimendo perdat aliquid suum, quanto maiore cura & fiducia debeo dicere vt reddat alienū? Ambos enim Christianos audio. Iam ille calumniosus qui vult facere alteri causám, & tollere ab illo vel pro cōpositione, gaudet ad ista verba quæ dixi. Redimentes tempus, quoniā dies mali sunt. Facio, inquit, calumniā Christiano, ille velit nolit, dabit mihi aliquid vt tēpus redimat quia Episcopū audiui. Dic mihi, Si illi dicturus sum, per-

de

de aliquid, vt sis otiosus: Tibi non sum dicturus, calūniose, perdite, fili diaboli, quare res alienas auferre moliris? Causam non habes, & calumnia plenus es. Si ergo illi dixero, Illi da aliquid, vt recedat à calumnia, tu vbi eris, qui habebis pecuniam de calumnia? Ille qui propter vitandam calumniam tēpus à te redemit, hîc tolerat dies malos, tu autem qui de calumniis pasceris, hîc habebis dies malos, & post istos habiturus es in die iudicij peiores. Sed hoc fortè rides, quia pecuniam rapis. Ride ride, & contemne, ego erogem, veniet qui exigat. In sermo. de lite & concordia pro Donatistis. Cōcordia in rebus humanis magna res est, sed rara. Ab omnibus laudatur, à paucis custoditur. Beati qui in seipsis amplectuntur, quod etiam in aliis laudare coguntur. Nulli fratres non laudant concordiam, & tamen concordes esse difficile est: quia litigant de terra. Quare litigant de terra? Quia volunt esse terra. Audiuit ab initio peccator homo, Terra es, & in terram ibis. Et sicut peccator dicitur terra, sic iustus dicitur cœlum. Fratres ergo si volunt esse concordes, non ament terram: & si volunt non amare terram, non sint terra. Quærant autem portionē quæ diuidi non potest, & semper erunt concordes. Vnde inter fratres discordia & perturbatio? Quia licet sit vnus vterus, non est vnus animus, dum curuatur anima eorum, & partem suā quisque respicit, & parti suæ obtinēdę & exaggerādę operam impendit. In possessione sua vult habere vnitatem, qui cum fratre possedit diuisionem. Sed veri fratres sunt omnes fideles, nati ex Deo in visceribus matris Ecclesiæ per Spiritum sanctum, habent hæreditatem Domini, & vicissim ipsi hæreditas sunt Dei. In hac hæreditate concordia custoditur, propter eam non litigatur. Alia hæreditas litigando acquiritur, ista litigando amittitur. Nolentes eam perdere, vitant litigare: etsi videntur litigare, non litigant, sed volūt fratribus cōsulere. Hæc litigatio pacifica, benigna, fidelis est & iusta, sicut videmur cum Donatistis litigare. Ille litigat qui aduersario suo malè vult, eum vult pati detrimentum, & se augmentum: illi vult aliquid decidere, & sibi accedere. Non est talis lis nostra: quia non est maleuola: non tendit in aduersarij detrimentum, sed lucrum. Ideo litigamus, quia volumus eos nobiscum acquirere: Acquirere, inquam, non perdere bona quæ habent: non tollere, sed bona nostra communia facere: hoc non est litigare, sed amare.

LITVS. Super Ioan. Quod facto mane Iesus stetit in litore: quia litus finis est maris, ideo finem significat sæculi. Eundem finem sæculi ostendit, & quod Petrus rete traxit in terram: hoc est in litus. Quod ipse Dominus aperuit, vbi alio quodam loco de sagena missa in mare similitudinem dedit: Et eam trahunt, inquit, ad litus. Quod litus quid esset exponens, ait, Sic erit in consummatione sæculi.

LOCVS. Locus Dei impropriè ponitur. Libro quæstionum super Exodū. Constat inter eos qui rectè intelligunt,

A nullo Deum contineri loco: nec in aliquo velut situ corporis membra ponere: sicut nostri corporis est sedere, iacere, stare, & si quid huiusmodi est: hæc enim non nisi corporum sunt: Deus autem Spiritus est. Quod ergo se ostendit specie corporali, vel signis corporaliter expresis, non substātia eius apparet, qua est ipse quod est: sed assumptio formarum visibilium, eius omnipotentiæ subiacet. Vnde suus locus est vbique. Libro de essentia Diuinitatis Dei. Qui cœlum & terram implet, proculdubio nullus est locus ab eius præsentia absens. Super omnem quippe creaturam præsidet regēdo: subtus omnia est sustinendo atque portando, non pondere laboris, sed infatigabili virtute: quoniam nulla creatura ab eo condita per se subsistere valet, nisi ab B ipso sustentetur qui illam creauit. Extra omnia est, sed non exclusus: Intra omnia est, sed nō inclusus. Immutabilis est, quia mutari omnino ab eo quod est, non potest. Transfertur & non ipse dicitur locus. Libro iiij. super Gen. Deus manet in se, & quicquid ex illo est, retorquet ad se: vt omnis creatura in se habeat naturæ suæ terminum, quo nō sit quod ipse est: in illo autem quietis locum, quo seruetur quod ipsa est. Scio quod non propriè dixerim locum: nam propriè locus dicitur in spatiis, quæ corporibus occupantur: sed quia & ipsa corpora non manent in loco, nisi quo sui ponderis tanquam appetitu perueniūt, vt eo comperto requiescant, ideo non incongruenter à corporalibus ad spiritualia transfertur verbum loci, vt dicatur locus cum res ipsa C plurimum distet. Vnde super Ioannem. Si loca dicenda sunt, & quibus non corpora continētur, & locus est cuique rei vbi est: locus Christi æternus vbi semper est, ipse pater est: & locus patris, filius est: quia ego in patre, & pater in me est.

Possumus nos esse locus. Ibidem. Nos locus Domini sumus, quoniam templum eius sumus, sicut orat pro nobis, qui mortuus est pro nobis, viuítque pro nobis, vt in ipso & in patre vnum simus, quia factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, quæ nos sumus. Sed quis idoneus loca ista, vel quæ sunt in locis istis sine spatiosis capacitatibus, & sine corporeis molibus cogitare? Non tamen parum proficitur, si saltem quicquid tale oculo cordis occurrit, negatur, respuitur, improbatur: & lux quędam in qua D ista neganda, respuenda, improbāda cernuntur, sicut potuerit cogitatur, & quam sit certa cognoscitur & amatur, vt inde surgat, atque ad interiora tendatur. Quæ cum penetrare mens inualida, & minus quam illa sunt pura nequiuerit, non sine amoris gemitu & desiderij lachrymis inde pellatur: & patienter ferat quandiu fide mundetur: atque vt illic habitare valeat, sanctis moribus præparetur. Sed qualiter iste præparatur locus. super Psalmum septuagesimum quintum. Deum vis videre? Prius cōfitere tu, & sic in teipso fit locus Dei, quia factus est in pace locus eius. Quandiu enim non confiteris peccata tua, quodammodo rixaris cum Deo. Quomodo enim

Margin notes: Tom. IIII. — Cap. 18. Tom. III. — Tract. iii. Tom. IX. — Psal. 75. — Tom. VIII.

non cum illo litigas, qui quod displicet illi laudas? Punit ille furem, tu furtum laudas: punit ille ebriosum, tu laudas ebrietatem. Litigas cum Deo, non fecisti illi locum in corde tuo: quia factus est in pace locus eius. Sed incipis pacem habere cum Deo in confessione: quia tibi displicet, quod illi displicet. Sed esse cum Christo est beatum. vbi supra, super Ioannem. Esse cũ Christo magnum est bonum. Nam & miseri possunt esse vbi est ille, quoniam quicunque vbicunque fuerint, est & ille: sed beati soli sunt cum illo, quia beati esse non poterunt nisi ex illo. An non Deo veraciter dictum est, Si ascendero in cœlum tu illic es? &c. Aut verò Christus non est Dei sapientia, quę attingit vbique propter suam munditiã? sed lux lucet in tenebris, & tenebræ eam nõ comprehenderunt. Propterea lib. de speculo, cap. ij. Quoniam Deus spiritus est, quomodo inuocabo eũ? vtique in meipso. Et quis est locus in me, quo veniat ipse in me qui fecit cœlum & terram? Sed est in me Deus meus quicquam quod capiat te? An verò cœlum & terra & omnia quæ fecisti, & in quibus me fecisti capiunt te? An quia sine te nõ esset quicquid est, fit quicquid est vt capiat te? Cum itaque peto vt venias in me, qui non essem nisi esses in me: nonne enim ego sum in inferis, & tu tamen ibi es? Nam si descendero in infernum, ades. Non ergo essem Deus meus, non omnino essem, nisi esses in me. An potius non essem, nisi essem in te? Quomodo ergo Domine te inuoco vt in te sim, aut vnde venis in me? Quo ergo recedam? quo ibo? Extra cœlum & terram fortasse, vt inde venias in me, qui dixisti, cœlum & terram impleo. Capiunt ne te ergo cœlum & terra, quoniam tu imples ea? An imples, & restat quod non te capit? Et quo refundis quicquid impleto cœlo & terra ex te restat? Quoniam quę imples, continendo imples. Non enim vasa quæ te plena sunt, stabilem te faciunt, quia si frangantur, tu non effunderis: Et cum effunderis super nos, tu non iaces, sed erigis nos: tu non dispergeris, sed colligis nos. Sed quæ imples omnia, de toto imples omnia. An quia non possunt te totum capere omnia partem tui capiunt, & eandẽ partem simul omnia capiũt? An singuli singula, vel maiora maiores, aut minora capiunt minores? Sed vbique es totus, & res nulla te capit totum.

Tract. III. Tom. IX. — *Tom. X.*

Libr. de præsentia Dei ad Dardanum. Deus vbique præsens est, & vbique totus. Præsens, nec vbique habitans, sed in templo suo, cui per gratiam benignus est & propitius. Capitur autẽ habitans, ab aliis amplius, & ab aliis minus. Et ex eod. lib. hæc sentẽtia per multa verba colligitur. Deus est in seipso per nullius rei indigentiã: vbique per Diuinitatis præsentiam †: in sanctis per dilectionis gratiam. Est in seipso habitans ante mundi creationem: vbique post creationem, per omnium conseruationẽ: in suis fidelibus, per spiritualem regenerationem. Quia vt dicit ibid. Fatendum est vbique esse per Diuinitatis pręsentiam †, sed non vbique per inhabitationis gratiã. Sed vt dicit super Psal. xcix. Quanta miseria

Tom. II. Epist. 57. — *† Aliàs, potentiam.* — *† Aliàs, potentiam.*

A est longe esse ab eo qui vbique est? Ordinãtur homines à Deo in propriis locis moraliter, super Ioan. ser. xviij. Omnes homines in locis suis ordinantur. Sed quomodo esse debeãt, nouit artifex qui ponit. Pictorem attende. Ponũtur ante illum varij colores, & nouit vbi ponat vnumquenque colorem. Certè peccatorem coloris nigri esse voluit, ideo etiam nouit ordo artificis vbi eum ponat, cum cæteros ordinat. De nigro colore quanta ornamenta facit pictor? Facit inde capillos, facit barbam, facit supercilia: non autem facit frontem nisi de albo. Tu vide quid velis esse, nõ cures quin te ordinet quãdo nouit creare. Si enim per leges istas mundi videmus hoc fieri, verbi gratia, effractor esse voluit nescio quis, nouit lex iudicis, quia contra legem facit, nouit lex iudicis vbi illum ponat, ordinat illum optimè. Ille quidem malè vixit, sed non malè ordinauit eũ lex. Ex effractore erit metallicus. De opere metallici quanta opera construuntur? Illius pœna damnata, ornamenta sunt ciuitati. Sic ergo Deus nouit vbi te reponat. Noli putare quia turbas cõsiliũ Dei si peruersus esse volueris. Qui creare nouerat, ordinare te non nouit? Bonum est tibi vt ita coneris, vt in bono loco ponaris. Quid dictum est de Iuda Apostolo? Vt abiret in locum suum: operante vtique Diuina prouidẽtia, quia per malam voluntatem malus esse voluit: nõ autẽ Deus malum ordinando fecit. Sed quia ipse malus peccator esse voluit, fecit quod voluit, sed passus est quod noluit. In eo quod fecit quod voluit, peccatũ eius deprehẽditur: in eo quod passus est quod noluit, ordo Dei laudatur. Loca materialia mutantur in melius aliquando sicut homines. libro de verb. Aposto. sermo. iij. in princip. Si consideremus fratres ante gratiam Dei quid fuerimus, & per ipsam gratiam quid esse cœperimus, profecto inuenimus, quia sicut homines in melius commutantur, ita etiam terrarum loca quæ prius contra Dei gratiam fuerunt, nunc Dei gratiæ dedicantur. Infra subdit ibidem. Simile est se de hominibus per comparationem ad loca. Quemadmodũ cum loca ipsa terrena in melius conuertuntur, alia destruuntur, atque franguntur, alia in meliores vsus commutãtur: sic & nos sumus. Opera carnis fuerunt in nobis, quæ tanquam idola frangenda sunt. Ipsa nostri corporis membra cõmutanda, vt quæ seruiebant immunditiæ iniquitatis, seruiant gratiæ charitatis.

D LOCVLVS. Super Ioannem, ser. xlix. Quare habuit loculos cui Angeli ministrabant, nisi quia Ecclesia ipsius loculos habitura erat? Super Psalm. ciij. sermo. iij. Ipse Dominus loculos habebat, quibus mittebãtur necessaria, & possidebantur nummi propter vsus eorum, qui cum illo erant, &c.

LOQVI DEI. Quid sit loqui Dei, & quot modis. Libro de essentia Diuinitatis Dei. Loqui Dei, est inuisibiliter sine sono vocis, vel quolibet strepitu occultè in mentibus sanctorum voluntatem suam atque rectum intellectum inspirare, seu futura sicut

sanctis

Tra. — *Tom.* — *Tom.*

sanctis Prophetis reuelare. Quæ loquutio Dei, vt quidã volunt, tribus modis accipitur. Primò per subiectam creaturã, sicut in rubo ad Mosen. Secundo modo in somnis, sicut ad Iacob. Tertio modo occulta inspiratione inuisibiliter corda sanctorum tangendo, eos loquentes efficit, quẽadmodum in libro Prophetarum legitur, Hoc dicit Dominus. De modis huius loquutionis, dicit lib. viij. super Ge. Certissime tenere debemus Deum aut per substantiam suã loqui, aut per sibi subditam creaturam: sed per substantiam suã nõ loqui, nisi ad creandas omnes naturas. Ad spirituales verò atque intellectuales non solùm creãdas, sed etiam illuminandas: cum iam possunt capere loquutionem eius, qualis est in verbo eius quod in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum, per quod facta sunt omnia. Illis autem qui eam capere nõ possunt cum loquitur Deus, non nisi per creaturam loquitur, aut tantummodo spiritualem, siue in somnis, siue in ecstasi similitudine rerũ corporaliũ: aut etiã per ipsam corporalẽ, dũ sensibus corporis vel aliqua species apparet, vel insonant voces. Eod. lib. c. xxxij. Intra loquitur Deus miro & ineffabili modo, per scripturam corporalibus instrumentis affixam.

Super Psal. xlix. Loquutus est Deus multis modis. Quia per Angelos, per Prophetas, per os proprium: loquutus est per Apostolos suos, & per fideles suos. Ipse etiam loquitur per humilitatem nostram. Cum aliquod verbum dicimus, ipse loquitur. Videte itaque quod loquendo multipliciter, multis modis, per multa organa, ipse sonat, tamen vbique tangendo, modificando, & inspirando Diuersis modis loquitur Deus. lib. xvj, de ciui. Dei. c. vj. Nõ sic loquitur Deus Angelis, quomodo nos inuicẽ loquimur nobis, vel Deo, vel Angelis, vel ipsi Angeli nobis, siue per illos Deus nobis, sed ineffabili suo modo: nobis autem hoc indicatur nostro modo. Dei quippe sublimior ante suum factum loquutio, ipsius sui facti est immutabilis ratio, quæ non habet sonum strepentem atque transeuntem, sed vim sempiternè manentem, & temporaliter operantem. Hac loquitur Deus Angelis sanctis, nobis autem aliter longè positis. Quando autem etiam nos aliquid talis loquutionis interioribus auribus capimus, Angelis propinquamus. Loquitur ergo ipsa veritas aut per seipsam ineffabiliter rationalis creaturæ mentibus, aut per mutabilem creaturã, siue spiritualibus imaginibus nostro spiritui, siue corporalibus vocibus corporis sensui. Quomodo autem loquutus est primis hominibus & sanctis veteris testamenti. lib. viij. super Gen. Credamus sic Deum esse loquutũ homini in Paradiso, sicut etiã postea loquutus est patribus, sicut Abrahæ, sicut Mosi, id est in aliqua specie corporali. Hinc enim est quod audierunt eius vocem ambulãtis in Paradiso ad vesperam. Lib. xj. eiusd. Loquebatur Deus ante peccatum cum primis hominibus fortassis extrinsecus, vel ineffabilibus modis sicut etiã cũ Angelis ipsa incõmutabili veritate, illustrans mentes eorum vbi est intellectus nosse

A simul quæcunque etiam per tempora non fiunt simul. Fortè, inquam, sic cũ eis loquebatur, etsi non tãta participatione Diuinæ sapientiæ, quantam capiunt Angeli, sed tamen pro humano modulo quantũlibet minus. Sed de loquutione Dei per subiectã creaturã. super Psal. lxxvij. Ita *Tom. VIII.* se habent loquutiones Dei, quæ nobis insinuantur per sensum corporis nostri. Creaturam subiectam opere inuisibili creator mouet. Nõ enim eius substantia in aliquid corporale & temporale cõuertitur, aut corporalibus & temporalibus signis, siue ad oculos, siue ad aures pertinentibus quãtum capere homines possunt, suam faciat innotescere voluntatẽ. Si enim Angelus vti potest æthere, aëre, igne, & alia qualibet natura & specie corporali: & homo, vultu, lingua, manu, calaB mo, literis, aliísve significãtibus rebus, ad suæ mẽtis indicanda secreta: postremo cũ homo sit, nuntios homines mittit, & dicit alij vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo suo fac hoc, & facit: quanto maiore & efficaciore potestate Deus, cui tanquam Domino vniuersa subdita sunt, & ipso Angelo & homine vtitur, vt quod ei placet annuntiet? Super Psal. cxxviij. Loquebatur tũc Deus, non per substantiã suam, sed per assumptã aliquam corporalẽ creaturã, per quam voces illę fierẽt, & humanis atque mortalibus auribus personarent. Sic enim loquebatur tunc: non quomodo loquitur in substãtia sua. Quomodo enim loquitur in substantia sua? Loquutio Dei, verbum Dei est. Verbũ Dei, Christus est. Verbũ illud nõ sonat & trãsit, sed semꝑ incõmutabiliter manet:
C Verbũ est, per quod facta sunt omnia. Sed de ipsis quibus loquebatur Deus. lib. quæstio. super *Tom. IIII.* Iosue. q. ij. Non incredibile debet videri, etiam illos cũ quibus Deus loquebatur, aliquid ex humana dispositione agere voluisse, in qua sibi Deum tamẽ fiderent esse rectorẽ, eorúmque ex illius à quo regebantur prouidentia, consilia fuisse mutata. Verum, vt dicit, lib. viij. quæst. ad Dulcitium. q. vj. Per quam voluerit creaturam, & cui *Tom. IIII.* voluerit creaturę vbique præsens veritas loquitur: nec propterea magni meriti est, cui loquitur Deus. Interest enim quid loquatur: quia & imperator cũ multis innocentibus non loquitur, quibus prouidentissimè cõsulit ad salutẽ, & cũ multis nocentibus loquitur, quos iubet interfici.

Vnde lib. xv. de ciui. Dei, c. vj. Spiritus sanctus
D operatur intrinsecus, vt valeat aliquid medicina, quę adhibetur extrinsecus. Alioquin etiam si *Tom. V.* Deus ipse vtẽs creatura sibi subdita in aliqua specie humana sẽsus alloquatur humanos, siue istos corporis, siue illos, quos istis similimos habemus in somnis, nec interiore gratia mẽtẽ regat atq; agat, nihil ꝓdest homini oĩs prędicatio veritatis.

De Dei loqu. ad mẽtẽ hominis. lib. xj. eiusd. c. ij. Non loquitur Deus cũ homine per aliquam corporalẽ creaturã, corporalibus instrepẽs auribus, vt inter sonantẽ & audientẽ aërea spatia verberentur, neq; per eiusmodi spiritualẽ, quæ corporũ similitudinibus figuratur, sicut in somnis vel quolibet alio tali modo: sed loquitur ipsa ve-

ritate, si quis sit idoneus ad audiendū mente non corpore. Ad illud enim hominis ita loquitur, quod in homine cæteris quibus homo cōstat, est melius, & quo ipse Deus solus est melior. Cum enim homo rectissimè intelligatur, vel si hoc nō potest, saltem credatur ad imaginem Dei factus: profecto ea sui parte est propinquior superiori Deo, qua superat inferiores partes suas, quas etiā cum pecoribus habet cōmunes. Sed de loquutione Dei in scripturis. lib. sex quæst. ad Deogratias. q. vj. Sicut humana cōsuetudo verbis, ita Diuina potētia factis loquitur. Et sicut sermoni humano verba noua vel minus vsitata, moderatè ac decenter aspersa, splendorē addūt: ita in factis mirabilibus cōgruenter aliquid significātibus, quodāmodo luculētior est Diuina eloquētia. Loquutus est nobis Deus p̄ Christū, sanctos, & scripturā. Super illud, Sicut dixit mihi pater, sic loquor. Non accipiamus, dixit mihi: quasi per verba loquutus sit vnico verbo, aut egebat verbis Dei verbū. Dixit ergo pater filio, nō quod nesciebat, vel non habebat, sed quod ipse filius erat. Quid est autē sicut dixit mihi sic loquor? Ita ille dixit, vt verax: iste loquitur, vt veritas. Verax autem genuit veritatem. Quid ergo iam diceret veritati? Nō enim imperfecta erat veritas, cui verum aliquid adderetur. Dixit ergo veritati, quia genuit veritatem. Super Io. Porrò ipsa veritas sic loquitur vt ei dictum est: sed intelligentibus quos docet vt nata est. Vt crederent homines quod intelligere nondū valebant, ex ore carnis verba sonuerunt & abierunt: transuolantes soni strepuerunt peractis modulis tēporum suorū. Sed res ipsæ quarū signa sunt soni, traiectæ quodāmodo in eorū memoriā qui audierunt, etiā ad nos per literas, quæ visibilia signa sunt, peruenerunt. Non sic loquitur veritas. Intelligētibus mētibus intus loquitur, sine sono instruit, & intelligibili luce perfundit. Qui ergo potest in ea audire natiuitatis eius æternitatē, ipse illā sic audit loquentē, sicut ei dixit pater quod loqueretur. Excitauit nos ad magnū desiderium interioris dulcedinis suæ: sed credēdo capimus, ambulādo crescimus, proficiēdo ambulamus, vt peruenire possimus. De Mose & Helia loquentibus in monte cum Christo. Libr. contra v. genera hæresum. Loquebatur lex & gratia, asperitas & lenitas, iustitia & mansuetudo, præceptum & adiutorium, ferramenta & Medicus, vmbra & lux, præco & dux, sententia & misericordia.

Tom. II. Epist. 49.

Tract. 54. Tom. IX.

Tom. VI.

LOQVI hominis. Causa loquutionis. Lib. de magistro ad Hieronymum. Non nisi aut docendi, aut cōmemorandi causa est instituta loquutio. Loquutio hominis oritur ab auditu. Lib. de quantitate animæ. Puer infans ea lingua loquitur, qua homines inter quos natus educatúsque est. Constitue quempiā ibi natum atque educatum, vbi homines non loquerētur, sed nutu membrorum mutuo cogitationes suas sibimet exprimendas signarent, nonne censes eum talia esse facturum, neque loquuturum, qui loquentem neminem audierit? Loquendū est de Deo, vbi in multiloquio non peccatur: Libro xv. de trinitate. Scio Domine scriptum esse, In multiloquio non effugietur peccatum. Sed vtinam in prædicando verbū tuum, & laudando te tantummodo loquerer: non solùm fugerem peccatum, sed meritum bonum acquirerem, quamlibet multum sic loquerer. Neque enim de te homo beatus, peccatum præciperet germano in fide filio suo, cui scripsit dicens. Prædica verbū, insta opportunè & importunè. Nunquid dicendum est istum non multum loquutū, qui nō solum opportunè, verùm etiam importunè verbum tuum Domine non tacebat? Sed ideo non erat multum, quia tātum erat necessarium.

Tom. I.

Tom. I.

A

Sed vt dicit, in sermone iij. de nati. Ioan. Bapt. Quod supra hominem est, homo referre nō sufficit. Sed veritas dici non potest nisi à Deo & per Deum. super Psal. xlviij. serm. j. Si à me loquor, mendax sum. Ergo à te Domine dicā. Duo quędam sunt, vnum tuum, & vnum meum. Veritas tua, os meum. Sed nec proficit audire loqui sine Deo, super primam canonicam Ioannis. Nos qui forinsecus loquimur ad aures vestras, ita sumus quasi operarij adhibentes culturā forinsecus ad arborem: sed incrementum dare non possumus, nec fructus formare. Ille autē qui vos creauit, & redemit, & vocauit, per fidem & spiritum suum habitans in vobis: nisi loquatur vobis intus, sine causa nos foris perstrepimus. Vnde hoc apparet? Quia cum multi audiant, non omnibus persuadetur quod dicitur, sed illis solis quibus intus loquitur Deus. Illis autem intus loquitur Deus, qui ei locum præbēt. Illi autem locum Deo præbent, qui diabolo locum non præbent. Habitare enim vult diabolus in corda hominū, & loqui ibi omnia quæ valent ad seductionem.

B

C

Loqui tamen bene magni est meriti. lib. iij. de verb. Domi. ser. ij. circa fi. Proposuit Deus mercedem, vitam & dies bonos. Dies boni, vita sine fine, requies sine labore. In tanta mercede proposita non iussit onera grauia portare, nec aliquam machinam erigere, vel fodere. Non iussit rem laboriosam, sed membrum quod inter omnia mēbra citò moues, ipsum tibi præcepit. Cohibe, inquit, linguam tuam à malo. Non est labor erigere fabricam, & labor est tenere linguam. Cohibe linguam tuam à malo. Noli loqui mendacium, noli loqui criminationes, noli loqui calumnias, noli loqui falsa testimonia, noli loqui blasphemias. Cohibe linguam tuam à malo. Vide quomodo irasceris, si quis de te mala loquatur. Quomodo irasceris alteri quando aliter de te mala loquitur, sic irascere tu tibi, quando de altero malè loqueris. Labia tua ne loquantur dolum. Quod est intus in corde tuo, hoc dicatur foras. Non aliud pectus tegat, & aliud lingua proferat. Declina à malo & fac bonum. Nam quomodo dicturus sum ei, Vesti nudum: qui adhuc vult spoliare vestitum? Nam qui premit vicinum suum, quomodo habet suscipere peregrinum? Ergo per ordinem, prius declina à malo, & fac bonum: prius accinge lumbos, & tunc accende

D

accēde lucernam:& cum hoc feceris, securus expecta vitam & dies bonos: Quære pacē,& sequere eam, & tunc bona fronte dices Domino, Ego feci quod iussisti, redde quod promisisti. Propterea super Psal.lvij. Super illud verbū, Si verè vtique iustitiam loquimini &c. Non fit sola iustitia labiorum, sed & factorum. Si enim aliter agis quam loquaris, bona loqueris, & mala iudicas.

Loqui debemus vt doceamus. lib. de catechizandis rudibus. Quātomagis diligimus eos quibus loquimur, tantomagis eis cupimus vt placeāt quæ ad eorum porriguntur salutem. Non quia laudis humanæ nos esse auidos decet, sed quia ea quæ ministramus Dei sunt. In eod. Si verò vsitata & paruulis congruentia sæpe repetere fastidimus, congruamus eis per fraternum, paternū, maternúmque amorem, & copulatis cordi eorū etiam nobis noua videbuntur: tantū enim valet animi compatientis affectus, vt cum illi afficiuntur nobis loquentibus, & nos illis discentibus habitemus in lucē: atq; ita & illa quæ audiunt quasi loquantur in nobis, & nos in illis discamus quodammodo quæ docemus. Verū vt dicit in homil. de pœnit. Non est loquendum amplius quā opus est, aut cū etiā opus nō est. In tract. de fide, serm. ij. Cauete à malorum consortiis atq; colloquiis. Ad sola Dei verba audienda præparetur auditus, & ad res sanctas solas loquendas electorū lingua moueatur, vt auditu & sermone bono, bona opera subsequantur. Et quia sapiēter loquendū, ideo lib. j. de origine animæ contra Vincentiū Victorem ad Renatum. Quod minus habet peritia, suppleat diligentia. Et quod cruditas loquacitatis eructat, ætatis maturitas decoquat. Illud molestū est, periculosum & perniciosum, si cum laudatur eloquentia, persuadetur insipientia, & in pretioso poculo, bibatur pestifera potio. Require supra cap. Audire, & cap. Dicere, & cap. Docere, & cap. Eloquentia.

LOTH. De eius liberatione de Sodomis. lib. xvj. de ciuitate Dei, capite xxx. Liberato de Sodomis Loth, & veniente imbre igneo de cœlo, tota illa regio impiæ ciuitatis in cinerem versa est, vbi stupra in masculos in tantam consuetudinem conualuerant, quantam leges solent aliorum factorum præbere licentiam. Verum & hoc eorum supplicium, specimen futuri iudicij Diuini fuit. Nam quò pertinet quod prohibiti sunt qui liberabantur ab Angelis retro respicere, nisi quia non est animo redeundum ad veterem vitam, qua per gratiam regenerati exuimur, si vltimum iudicium euadere cogitamus? Denique vxor Loth, vbi respexit, remansit: & in salem conuersa, hominibus fidelibus quoddam præstitit condimentum, quo sapiant aliquid, vnde illud caueatur exemplum.

De eius incestu & ebrietate. libro secundo contra Faustum: & habetur xv. quæstio. j. Decr. Inebriauerunt Loth filiæ eius, & se nescienti miscuerunt. Quapropter culpandus est quidem, non tantum quantum ille incestus, sed quantum ebrietas illa meretur.

A LVCAS Euangelista. Lib. j. de consensu quatuor Euangelistarū. Lucas circa sacerdotalē Domini stirpem, atque personam magis occupatus apparet. Nam & ad ipsum Dauid non regium stemma sequutus ascendit, sed per eos qui reges nō fuerunt, exiit ad Nathan filium Dauid, qui nec ipse rex fuit. Ibid. infra. Lucas per vitulum significatur, propter maximā victimam sacerdotis. Ibi enim à sacerdote Zacharia incipit sermo narrantis, & Elisabeth commemoratur. Ibi sacramenta primi sacerdotij in infante Christo impleta narrantur, & quæcunque alia possint diligenter aduerti, quibus appareat Lucas intētionē circa psonā sacerdotis habuisse. *Cap. i. Tom. IIII.*

LVCERNA. Per lucernā significatur spes. In tract. super vlti. cap. Prouerbior. B Super illud verbū, Non extinguetur in nocte lucerna eius. Quia gustauit quod bonum est operari, non extinguitur tota nocte lucerna eius. Nemo accēdit lucernam, & ponit sub modio: & tu illuminabis lucernā meā Domine. Lucerna eius, spes eius. Ad illam operatur omnis homo, quicquid boni ad spē facit. Et in nocte ardet lucerna ista. Si enim quod nō videmus speramus, ideo nox est. Si autē & nō videmus, & nō speramus, & nox est, & lucerna nostra nō ardet. Quid infelicius talibus tenebris? Sed per patiētiā expectamus, quod nō visum speramus, tota nocte ardet lucerna. Qui enim nobis quotidie loqtur verbum, tā oleū infundit, ne lucerna extinguatur.

Dicitur lucerna sacra scriptura. Vnde super Psalm. lj. In tenebris huius sæculi modo non ambulamus, nisi ad lucernam scripturarum. C

LVCRVM. Debet cum labore parari. In serm. iij. de Natiuitate Ioannis Baptistæ. Commune lucrum fit, quod fuerit communi labore quæsitum. Omnes student lucris. in sermone vj. de vno martyre. Sunt plerique, qui cum humili loco geniti fuerint, & nullas à parentibus diuitias consequuti sint, tanta auaritiæ cupiditate iactantur, vt putent se sine causa natos, nisi aurum quoquo pacto possederint, existimantes, sicut ait Propheta, Vitam hominum compositam ad lucrum. Vnde non dubitant licet ex malo, acquirere. Et ideo dum lucrū auri quærunt, damnum salutis inueniūt. Requiramus fratres quot aut quis est, qui hoc non sit imbutus. Pauci admodum sapientes ab hac pestilentia se defendunt. Si negotiatorem cogites, D propter auaritiam primus in culpa est. Si militantem respicias, cupiditas est illi tota causa militiæ. Si officia singula perscruteris, inuenies homines non honestate adduci ad obsequium, sed præda veluti ad negotium prouocari. Omnes enim penè lucris studēt: Et cū primo surgūt diluculo, nō cogitāt nisi vt aliqd vndecūq; percipiāt. Quos si honestas cōuicit, aut redarguit iudicātis authoritas, qđ res alienas diripiāt, dānū se fecisse querūtur. Sine causa, īquiūt, militamus, sine causa laboramus, hodie domū referre nihil potui: iniqtas iudicis nihil me lucrari pmisit. Cūctos igit͂ penè hoīes sic agitat auaritia. Nemine quietū esse

permittit. Ij qui nihil habent, cupiditate torquẽtur. Qui poſsidẽt, ſolicitudine cruciatur: ſemper anxij ſunt, mœſti, & ſolliciti, ne ſeruus auferat, ne fur effodiat: atque ideo retrudẽtes illud in tenebris ita abſcondũt, vt omniũ ſubterfugiãt notionẽ: nihil ex eo aliquãdo ꝑferẽtes ad vſum, ne apertio latebrarũ ſit cauſa perdendi. Seruãt, nec vtũtur: quos cuſtodes dixerim, nõ dominos eſſe. Sed maiores ſunt diuitiæ aurũ nõ habere. Pretioſior enim mẽs eſt quæ aurũ deſpicit, quã quæ aurum requirit. Maiores ſunt diuitię quã habere aurũ, inter habẽtes aurũ eminere. Qui enim ꝓpriis abundat bonis, ſæculi lucra nõ quęrit. Bona propria ſunt, honeſtas, ſobrietas, miſericordia, caſtitas, quibus viliora ſunt metalla. Nã auri talenta emi poſſunt, & argenti vaſa comparari, honeſtas ſola non poteſt emi, quia nõ cõſtat pretio, ſed virtute.

Tract. 10. Tom. IX. Temporalia lucra nõ ſunt appetẽda. ſuper Ioan. Quid prodeſt acquirere in hoc ſæculo quodlibet tẽporale & trãſitoriũ, ſiue ſit pecunia, ſiue ſit voluptas vẽtris & gutturis, ſiue ſit honor in laude humana? Nonne omnia tranſeũt velut fumus & vẽtus? Nonne omnia trãſeunt & decurrunt? Ve iis qui inhæſerint trãſeuntibus, quia ſimul tranſeunt. Nonne omnia vt fluuius præceps currit in mare. Et væ ei q ceciderit, quia in mare trahitur. Ergo tenere debemus omnes affectus à talibus cõcupiſcẽtiis.

Tom. VIII. De malo lucro. ſup Pſal. cxxiij. Conſiderent omnes peccata ſua, & videãt ſi habeant ſubſtantiam ipſa peccata. Si non vides peccatũ tuũ antequã facias, vel quod iam feciſti conſidera. Dulcedo huius ſæculi ad tẽpus fauces indulcat, ſed in magnã amaritudinẽ poſtea conuertetur. Ecce peccaſti, lucrũ feciſti: ſed vt lucrũ faceres, Deũ offendiſti. Vt augeres pecuniã, fides diminuta eſt, & aurũ creſcit. Acquiſiuiſti aurũ, perdidiſti fidẽ. Compara fidẽ auro. Si venalis eſſet in nũdinis fides, haberet pretiũ. Lucra tua cogitas, damna nõ cogitas. De arca gaudes, de corde non plangis? Plus perdidiſti quam acquiſiſti. Et perdidiſti, quod nec naufragio tibi potuiſſet auferri.

Infrà. Ibid. infra. Quod acquiritur de peccato, videtur eſſe ſubſtantia: ſed & hoc nõ acquiritur. Ille enim habet aurũ, qui nouit vti auro: qui autem auro vti nõ nouit: habetur & non habet, poſsidetur & non poſsidet. Eſtote domini auri, & nõ ſerui auri: quia & aurũ Deus fecit, & te ſuper aurũ ipſe fecit. Aurum fecit ad ſubſidiũ tuũ, te ad imaginem ſuã. Vide quod ſupra te eſt, & calca quod infra te eſt. Quid ergo acquiſiuiſti? Vis videre qualis aqua ſine ſubſtantia ſit? Tolle tecũ ad inferos quod acquiſiſti. Quid facturus es? Acquiſiſti aurũ, perdidiſti fidem Poſt paucos dies exis de hac vita: aurum quod acquiſiſti perdita fide, auferre tecum nõ potes. Cor tuum inane fidei ad pœnas exit, quod plenum fide ad coronã exiret. Ecce nihil eſt quod feciſti, & propter nihil Deũ offendiſti, Aqua ſine ſubſtãtia eſt quæ te demerſit.

Cap. 46. Tom. VI. LVDVS. Ludus honeſtus cauſa ſocietatis fieri poteſt. lib. xxij. contra Fauſtum. Rex alienigena Rebeccã viri ſui cõiugẽ

A tunc eſſe cognouit, quia eum cum illa ludentem vidit: quod non cognouiſſet, niſi cum cõiuge ſic luderet, quomodo cũ ea quæ coniunx non eſſet ludere nõ deberet. Quod cum ſancti cõiugati faciũt, nõ inaniter faciunt, ſed prudẽter: Deſcẽdũt enim quodãmodo ad fœminei ſexus infirmitatẽ, vt aliquid blãda hilaritate vel dicãt, vel faciant, nõ eruentes, ſed tẽperãtes virilẽ rigorẽ: Qđ tamẽ ei, quę vxor non eſt, q dixerit aut fecerit, turpis eſt. Verũ hoc, qđ ad mores humanitatis pertinet, dixerim: ne qſquã durus & ſine affectu idipſum pro crimine obiiciat ſancto viro, quod cũ ſua cõiuge luſerit. Tales enim homines inhumani, ſi virum aliquem grauẽ ludicrum aliquid garriẽtem pueris etiam paruulis viderint, quo eorũ lacteũ ſenſum affabili & nutritoria facilitate permul-
B ceat, tanquam delirãtem reprehendũt: obliti vnde creuerint, aut ingrati quod creuerint.

Non eſt tamẽ turpiter ludendũ. in ſerm. j. de Decollatione Ioan. Bapt. Nec mẽbra noſtra, quæ iam cõſecrata ſunt, luſibus atque ineptis dare motibus decet. Dicit nãque Apoſt. Neſcitis quoniã corpora veſtra &c.

In ſer. ij. de Calẽdis Ianuarij. Nõ debet fidelis anima, quæ Angelorũ conſortia cõcupiſcit, dęmoniorũ luſibus delectari.

In eo. infra. Illorũ grauior, atq; immedicabilis lãguor eſt, qui ſuperſtitionũ furore, & ludorũ ſuauitate decepti, ſub ſpecie ſanctitatis inſaniũt. An non oĩa quæ à miniſtris dæmonũ illis agũtur *diebus*, falſa ſunt & inſana? Cũ viriũ ſuarum vigore mollito, vir ſe totum figit in fœminã, tantóque illud ambitu atque arte agit, quaſi pœniteat eum eſſe,
C quod vir eſt: nũquid nõ diuerſa ibi, falſa ſunt & inſana: cũ ſe à Deo formati homines, aut in pecudes, aut in feras, aut in portẽta transformãt? Nũquid verò omnem excedit inſaniam, cum decorẽ vultus humani, Dei ſpecialiter manibus, in omnẽ pulchritudinem figuratum, ſqualore ſordium & adulterina fœditate deturpant? Quomodo hoc ſanum ſapiẽtibus? Patet nihil ibi ineſſe ſanitatis, vbi impia, vbi inhoneſta vniuerſa, quæ & faciunt, & loquuntur, non audientes clamantem quotidie in Eccleſia beatum Dauid, & dicentem. Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem?

De ludorum autem ſcenicorum & reatu in eorum ſpectaculis. libro de Catechizandis rudibus. Studiis ſpectaculorum fiunt homines dæmonibus ſimiles, clamoribus
D ſuis incitando homines, vt ſe inuicem cædant, ſecúmque habeant contentioſa certamina qui ſe non læſerunt, dum placere inſano populo cupiunt: quos ſi animaduerterint eſſe concordes, tunc eos oderunt & perſequuntur, & tanquam colluſores vt fuſtibus verberentur exclamant, & hanc iniquitatem facere etiam vindicem iniquitatum cogunt. Si autem horrendas aduerſus inuicem inimicitias eos exercere cognouerint, ſiue ſint qui appellantur ſcenici & thymeliſci, ſiue aurigæ, ſiue venatores, quos miſeros non ſolum homines cum hominibus, verumetiam homines cum beſtiis in certamen pugnámque committunt: quo maiore aduerſus ſe in

se inuicem discordia furere senserint, eo magis amant & delectantur, & incitatis fauēt, & fauētes incitant, plus aduersus seipsos insaniētes ipsi spectatores alter pro altero, quā illi quorū insaniam insani prouocant, & insaniendo spectare desiderant. Talia si sunt spectāda seu vidēda. Require suprà, cap. Calendæ.

LVMEN. De lumine, & quod Deus est lumen. lib. xx. contra Faustum. Lumen quod Deus est, incōmutabili voluntate, veritate, æternitate persistit: & inde nobis est initium existendi, ratio cognoscendi, lex amādi: Inde omnibus etiam irrationabilibus animantibus natura qua viuunt: vigor, quo sentiunt: motus, quo appetunt: Inde etiam omnibus corporibus mensura, vt subsistant: numerus, vt ornētur: pondus, vt ordinentur. Itaque lumē illud trinitas inseparabilis vnus est Deus. Et ideo sine Deo tenebræ sumus. in sermo. iiij. de Dedicat. Ecclesiæ. Deus est lumen, nos sine illo tenebræ. Si ab eo recesseris, in tuis tenebris remanebis: si accesseris, non de tuo lucebis. Fuistis enim, vt ait Apost. aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Si ergo lux in Domino, ergo tenebræ sine Domino. Accedite ad eum, & illuminamini. Ideo libro de fide & symb. quod scripsit in Affricano concilio Hipponiæ celebrato. Nos naturaliter lumen non sumus, sed ab illo lumine illuminamur, vt sapientia lucere possimus. Erat enim, inquit, lumen verum, quod illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Etiam nullus sanctorū est lumen verum, sed lumē illuminatū. In ser. de Iacob & Esau. Dicit Io. Euangelista. Nō erat ille lumen, sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Non solū autem Ioannes Baptista verū lumen non erat, sed nec Paulus verū lumen erat, nec Petrus verū lumen erat, nec aliqui Apostoli verum lumen erant. Etenim verum lumen est, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Illi verò lumina erant, quia illuminabantur: Nam & oculi carnis nostræ dicuntur lumina. Sed quid sunt, si desit sol, luna, aut lucerna? Certè in tenebris remanent. Quare lumina sunt, quia possunt lumen recipere. Et infra subdit. Sed quoniā omnes sancti illuminati sunt vt viderēt, & vt quod videbāt prædicarent, ideo illis dictum est, Vos estis lux mundi. Sed lumen non verum. Quare? Quia erat lumen verū, quod illuminat o. h. ve. in hunc mun. Omnem hominē dixit. Si de isto sole diceret, non diceretur omnē hominem: quia ille sol non à solis hominibus videtur, vident illum & pecora, & minutissima animalia: & muscæ vident istum solem. Illud autem lumen est Deus, quem nemo videt, nisi de quibus dictum est, Beati mundo corde, quoniā ipsi Deū videbunt. Tamen vt dicit lib. ij. contra aduersariū legis & Prophetarū. Quem vult Deus illuminat, & quem vult excæcat. Sed non est iniquitas apud Deū, cui dicit Ecclesia. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Illuminat ergo misericordia, excęcat iudicio: vtique æquissimo, & si occultissimo. Inscrutabilia sunt eius iudicia: cui tamen dicitur, Sedisti super thronū qui iudicas æquitatē. Psal. 9. Sed non nisi ab illo lumine potest quis illuminari. lib. j. de peccatorū meritis, & remissione & baptismo paruulorum. Cap. 25. Tom. VII. Quod in Euangelio positum est, Erat lux vera quæ il. o. h. ve. in hunc mundū. Ideo dictum est, quia nullus hominum illuminatur, nisi illo lumine veritatis, quod Deus est: ne quisquam putaret ab eo se illuminari à quo aliquid audit vt discat, non dico si quenquam magnū hominem, sed nec si Angelum cōtingat eius habere doctorem. Adhibetur enim sermo veritatis extrinsecus vocis ministerio corporalis: Verūtamen neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementū dat Deus. Audit homo dicentem, vel hominem, vel Angelum, sed vt sentiat & cognoscat verum esse quod dicitur, illo lumine intus, mens eius aspergitur, quod æternum manet, quod etiā in tenebris lucet. Sed sicut sol iste à cæcis nō videtur, quamuis eos suis radiis quodammodo vestiat, sic à stultitiæ tenebris non comprehenditur. Ibidem. Homo interior cum veraciter fit sapiēs, nō nisi ab illo illuminatur, quod est lumen verum.

Et ideo consulit. lib. de vera innocent. Sequamur lumen verum, nec ambulemus in tenebris. Cap. 343. Tom. III. Tenebræ autē metuendæ sunt, morum, nō oculorum: & si oculorū, nō exteriorum, sed interiorum, vnde discernitur, nō album & nigrum, sed iustum & iniustum. Vnde sic orabat in primo cap. lib. de speculo Ecclesiæ. Tom. IX. Adesto mihi lumen verum Deus. Adesto mihi verum lumen de lumine vero, filius Dei, Deus omnipotens. Adesto mihi vera illuminatio sancte spiritus, patris & filij vnitas, sanctitas, charitas, Deus omnipotēs. Adesto mihi vna trinitas, pater et filius & spiritus sanctus, vnus Deus omnipotens. Inuocat te mens & cōsciētia mea, & suauis amor fidei meę, qua me de excussis ignorātiæ tenebris, ad veritatis intelligentiā perduxisti: quē stulta sæculi amaritudine ablata, & tuæ charitatis dulcedine adhibita, saporā mihi & mellifluā reddidisti. Ibid. infra. Illumina Domine cordis mei oculū intimæ visionis perspicua luce: velatus est enim, est & cæcus tetra caligine peccatorū & ignorātiæ. Illumina eū lumine gratiæ tuæ, vt synceris fidei oculis, inspiciā mysteria regni tui. Verū q̄a nō est pulchra laus in ore peccatoris, & fides sine operibus cōdignis non laudatur. Rogo patrē per filiū, rogo filiū per patrē, rogo spiritū sanctū per patrē & filiū, vt oīa vitia elongentur à me, & omnes sanctæ virtutes plantentur in me, quibus acceptabile tibi fiat sacrificium laudis fidei meæ Deus meus, & ascendat ad te in odorem suauitatis.

LVNA. Qualis à principio condita fuit luna. lib. ij. super Gen. Cap. 15. Tom. III. Qualis luna facta sit, multi loquacissimè inquirūt, atq; vtinā inquirētes loquātur, ac nō potius docere conantes. Dicūt eā ideo plenā factā, q̄a non decebat vt Deus imperfectū aliquid illo die faceret in syderibus quo scriptū est, quod facta sunt sydera. Qui autē resistūt, dicūt: ipsa ergo debuit prima luna dici, non quarta decima: quis enim incipit

ita nu

ita numerare? Ego verò medius inter istos ita sum, vt neutrum asseram: sed planè dicã, siue primam, siue plenam lunã Deus fecerit, fecisse perfectam. Ipsarum enim naturarũ Deus est author & conditor. Et probat ibidẽ quod dixit. Omnis res quicquid progressu naturali per tempora congrua quodãmodo prodit atque explicat, etiã ante continebat occultũ, & si non specie vel mole corporis sui, tamen cũ ratione naturæ. Quomodo secundum lunam computantur tempora. lib.ij.quæst. Veteris & Noui test.quæst. lxxxiiij. Lunam & cœli luminaria in signa tẽporũ Deus constituit. Vnde & nos numerum lunæ custodimus, non illam ipsam excolimus, vt à quartadecima luna, quæ nobis secundum legem prima est, rationem paschæ obseruemus. Omnia enim plena Deus instituit, ideo à quartadecima vsque ad vicesimam primam his septem diebus pascha nobis celebrare concessum est, vt de his septem aliqui dies à parasceue, vsque ad resurrectionẽ Domini concludantur: vt neq; tertiadecima in passione sit, neque quartadecima in resurrectione, aut quintadecima. Ne ante primã secundum nos lunam, passio Christi sit, neque resurrectio eius, non primo die quo mundus cœptus est. Omnia enim mũdi tempora vnius hebdomadæ curriculis numerantur, quia his Deus mũdi membra & ornamenta composuit. Sex enim diebus mundũ aptauit, & septima cessauit, quam sabbatum appellauit. His enim septem diebus totius mũdi ratio & numerus continetur. Semper enim in se redeuntes, multiplicãt numerum temporum. Post sabbatum enim à primo die repetit semper vsq; in diem septimum, id est, sabbatum. Vt resurrectio Domini prima die inchoati mundi facta discatur, qui dies Dominicus dicitur. Ipsum enim fecit Dominus vnum cum vespere, & in septenarium numerũ euolutus incipit iterum, vt sit post hebdomadã primus. Quod ita decretum ab initio est, propter sacramentum incarnationis Domini, & passionis, & resurrectionis. In corpore enim Domini totus propriè mundus resurrexit, & instauratus est. Absolutum est non nos lunam colere, sed numerum qui per lunæ cursum institutus est custodire. Generatio hominũ lunæ

Tom.VIII. similatur. super Psal.lx. Est generatio huius vitę, quæ comparatur lunæ, propterea quod luna nascitur, crescit, perficitur, senescit, & occidit: sicut sunt generationes istæ mortales: & generatio qua regenerabimur resurgẽdo, & permanebimus in æternũ cũ Deo: quãdo iam nõ sicut luna, sed, sicut ait Dominus, Tũc iusti fulgebũt sicut sol in

Mat.13. regno patris sui. Lunæ similatur caro nostra. su

Conc.2. per Psal.lxxxviij. Caro ista similis est lunæ, quæ

Tom.VIII. omni tempore, & omni mense patitur augmenta & detrimẽta: sed ĩ resurrectiõe caro ista erit perfecta in æternũ. Sicut ergo luna iã caro perfecta in æternũ in resurrectiõe mortuorũ: ita sol, i. animus ĩ cõspectu Dei, qa aĩm videt nemo nisi Deus.

Cap.2? Tom.V. LVPVS. Lupa dicitur meretrix, à qua lupanar. libro xviij. de ciuitate Dei. Romuli mater Ilia nomine, filia Numitoris

A fratris Amulij cõcipiens geminos, quos, vt dicitur, expositos, lupa nutriuit: quãuis nonnulli dicant cũ expositi vagientes iacerent, à nescio qua meretrice primum fuisse collectos, & primas eius suxisse mamillas. Meretrices enim lupas vocabant, vnde etiã nunc turpia loca earum, lupanaria nuncupantur. Et eos postea ad Faustulum peruenisse pastorẽ, atque ab eius Acca vxore nutritos. Lib. contra Fortunatũ Manichęũ, disputatione ij. post mediũ. Agnos suos in medio luporum misit. i. homines iustos in medio hominum peccatorũ ad prædicationẽ Euangelij tempore hominis suscepti, ab inęstimabili Diuina sapiẽtia.

In serm. x. de martyribus. Ecce ego mitto vos, inquit, sicut oues in medio luporũ. Quid est hoc? Si vnus lupus inter multas oues veniat, quanta-

B cunque sint ouiũ millia, vno lupo in medio misso turbantur: & si nõ omnes laniantur, omnes tamen terrentur. Qualis est ergo ista ratio? Quale cõsiliũ? Qualis potestas? nec lupũ ad oues mittere, sed inter lupos oues immittere? Mitto, inquit, vos sicut oues in medio luporũ. Erat ergo luporũ agmẽ, oues paucæ: & cũ multi lupi occiderẽt paucas oues, cõuersi sunt lupi & facti sunt oues.

LVCTVS. Lib. j. de serm. Dom. in monte, cap. ij. Luctus, est tristitia de amissione charorum. Quia vt dicit lib. xix. de ciuitate Dei, cap. viij. Nullo modo fieri potest, vt eius nobis amara mors non sit, cuius est vita dulcis. Propter hoc & luctus est humani cordis quasi vulnus, aut vlcus, cui sanando adhibentur officiosæ consolationes. Require de hoc suprà,

C capi. Fletus.

LVX. De luce creata. in dialogo ad Orosium. Congruit autem operibus Dei, vt prima die à luce æterna, lux primo fieret temporalis, vnde cætera quæ creata erãt apparerent: & talis erat lux, qualis erat aurora antequã sol oriatur. De eius dignitate. lib. j. super Gen. Lux quæ primũ dicta est vt fieret, & facta est, etiã prima tamen creaturæ tenere, intelligenda est.

In serm. v. de sabbato sancto. Tenebræ erant super abyssum, cum dixit Deus, Fiat lux: & facta est lux. Sed quia illa nox tenebræ nõdũ erãt, nox nondũ præcesserat diẽ: diuisit quippe Deus inter lucẽ & tenebras, & lucem vocauit diem: deinde tenebras noctem: & facta luce vsque ad alterum mane, cõmoratus est dies vnus: manifestũ est illos

D dies à luce cœpisse, & transacta luce vsq; ad mane singulos terminatos. Sed postquã orbatus homo à luce iustitiæ, ad peccati tenebras declinauit, à quibus eum Christi gratia liberat: factum est, vt nunc dies à noctibus computemus: quia nõ à luce ad tenebras, sed à tenebris ad lucem venire conamur, & Deo adiuuante fieri speramus: Sicut & Apos. dicit, Nox præcessit, dies autẽ appropinquat: abiiciamus itaq; opera tenebrarũ, & induamur nos armis lucis. Sed de luce syderũ. lib. ij. eiusd. Ideo sydera facta sunt, vt eis sup terrã lucẽtibus, habitatio quoq; illustreť ĩferior, ne habitatores eius ĩ habitationẽ tenebrosã ĩducãtur: Et ideo qa ĩfirma corpora ĩferiorũ habitatorũ, succedẽte mo::

temotibus quiete reparantur, factum est vt circumeunte sole, diei noctísque vicissitudine, propter vicissitudinem dormiendi & vigilandi potirentur: nox verò illa non indecora remaneret, sed lunæ ac syderum luce, & ipsos consolaretur homines, quibus plerunque operandi est etiam nocturna necessitas, & quibus animalibus quæ lucem solis ferre non possunt, ad sufficientia temperaretur. Dicitur autem lux ipsa nostra cognitio, vnde lib.xj. de ciuit. Dei, cap.x. Sic dicitur illuminari anima incorporea, luce incorporea simplicis sapientiæ Dei, sicut illuminatur aëris corpus luce corporea, & sicut aër tenebrescit ista luce desertus. Nam nihil aliud sunt tenebrę, quã aër carens luce: ita tenebrescere animam intelligimus, sapientiæ luce priuatam. Super Psalm. xlj. Omnis qui intelligit, luce quadam non corporali, non carnali, non exteriore, sed interiore, illustratur. Dicitur lux iustitiæ operatio. super Psal. lxij. Vos, inquit Apostolus, filij lucis estis & filij Dei, non noctis, non tenebrarum. Qui sunt filij noctis & filij tenebrarum? Qui omnia mala operantur. Vsque adeo filij tenebrarum sunt, vt timeant videri quæ operantur. Et quæ publicè operãtur mala, ideo publicè operãtur, quia multi illa operantur. Quæ pauci operãtur, in abscondito operantur. Qui autem talia operãtur publicè, sunt quidem in luce solis, sed in tenebris noctis. Nemo ergo in diluculo operatur, nisi qui in Christo operatur. Lib. de gratia noui testamẽti. Quemadmodũ in ipsis corporibus ea quæ inferiora sunt, sicut terra, & aqua, & ipse aër, meliora fiunt participatione melioris, id est, cum luce illuminantur, & feruore vegetantur: Sic incorporeæ creaturæ rationales, ipsius creatoris participatione fiunt meliores, cum ei cohærent purissima & sanctissima charitate, qua omni modo si caruerint, tenebrescẽt, & obdurescent quodãmodo. Proinde infideles homines tenebræ sunt, qui per fidem conuersi ad Deum quadã præmissa illuminatione lux fiunt. In qua proficiendo si ex fide ad speciem peruenerint, vt id quod credunt etiam conspicere, sicut tantum bonum potest conspici, mereantur, perfectam recipient imaginem Dei. Talibus enim dicit Apost. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Propterea super Psal. lxiij. Vide quid contingat animæ malæ. Recedit à luce veritatis: Et quia ipsa non videt Deum, putat se non videri à Deo. Lib. de vera innoc. Sicut palato non sano pœna est panis cibus, qui sano est suauis: & oculis ægris odiosa est lux, qua incolumis gaudet obtuitus: ita displicet iniquis iustitia Dei, cui si subiicerentur, non conturbarentur. Lib. eod. Anima recedens à luce iustitiæ, quantomagis quærit quid inueniat contra iustitiam, tanto repellitur à lumine veritatis, & in tenebrosa demergitur.

Deus autẽ verissima lux est. super primã canonicã Ioã. Deus lux est, sed etiã sol lux est, & luna: sed aliquid debet esse longè his maius, longéque præstantius, longè supereminentius, quãtũ Deus à creatura, quantũ conditor à conditione, quantum sapientia ab eo quod factum est per sapientiam, longè vltra omnia debet esse lux ista, quæ Deus est. Et fortè vicini ei erimus, si quæ sit lux ista cognouerimus, & ad eã nos applicauerimus, vt ex ipsa illuminemur: quia in nobis tenebrę sumus. Quæ lux in creata luce omnẽ facit creatã. Cap.10. Tom.VI. lib.xxij. contra Faustũ. Cum essent tenebræ super abyssum, ille q. erat lux dixit, Fiat lux. Quæ lux lucem fecerit, manifestum est. Quam tamen lucem fecerit, non ita manifestum est: vtrũ illam quæ in mentibus Angelorum est, id est, tũc ipsos spiritus rationales Deus fecerit, an corporalem quãdam lucem, remotam etiam ipsam ab aspectibus nostris in sublimibus huius mundi locis, inter studiosos Diuinarũ scripturarũ concorditer disputatur. Quarto enim die fecit ista conspicua cœli luminaria. Quæ rursus vtrum simul cũ sua luce facta sint, an ex illa, quæ facta erat, quodammodo accensa sint, similiter quæritur. Quælibet sanè lux facta sit, quãdo Deus dixit, fiat lux: creatam tamẽ lucẽ à creatrice luce factã esse non dubitat quisquis sanctas literas piè legendo fit dignus, vt intelligat. Comparatione istius lucis omnis alia lux dicitur nox. Cap.23. Tom.III. Lib iiij. super Gen. In comparatione lucis illius quæ in verbo Dei conspicitur, omnis nostra cognitio, qua creaturam quãlibet in seipsa nouimus, non immeritò nox dici potest: quæ rursus tantum differt ab errore vel ignorantia eorum, qui nec ipsam creaturam sciunt, vt in eius comparatione non incõgruè dicatur dies. Sicut ipsa vita fidelium, quæ in hac carne atq; in hoc sæculo ducitur, in cõparatione vitę infidelis atq; impię, nõ irrationabiliter lux & dies appellatur. Dicente Apost. Fuistis aliquãdo tenebræ, nũc autẽ lux in Domino. Eph.5. Et illud. Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. Rom.13. Quæ tamẽ lux & dies nisi rursus in cõparatione illius diei, quo æquales Angelis facti videbimus eum sicuti est, ipsa quoque nox esset, non hîc Prophetiæ lucerna indigeremus. Vnde Apostolus Petrus dicit, 2.Pet.1. Habemus Propheticũ certiorẽ sermonẽ, cui benefacitis intendentes, sicut lucernæ in obscuro loco lucenti, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Quapropter cum sancti Angeli, quibus post resurrectionẽ coęquabimur, si viam quæ nobis Christus factus est, vsq; in finẽ tenuerimus, semper videãt faciẽ Dei, in luce perfectissima sunt. Hoc ipsum clarius. lib.xxij. cõtra Faustũ. Cap.9. Tom.VI. Lucifica lux Deus est. Sicut enim sibi sufficit ad æternã beatitudinẽ, & ex hac abundat ad faciendos beatos: ita sibi sufficit ad æternã lucem, & ex hac abundat ad faciẽdos illuminatos: nullius bonũ cupiẽs, cum ipso fruatur omnis voluntas bona: nullius malum timens, cũ ipso deseratur omnis volũtas mala: quia nec auget eũ, qui eius dono beatus est: nec terret eũ, qui eius iudicio miser est. Lux ista corporalis quãuis & ipsam Deus fecerit, lõge incõparabilis est etiã illi luci, quam facit Deus in mentibus piorũ, quas à tenebris lucificat, sicut ab impietate iustificat: quantomagis illi inaccessibili, quæ ista omnia facit?

cit? Nec omnibus inaccessibilis est. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt. Impij verò non videbunt lumen, sicut dicit Isaias.

Tom. VIII. Nec sine luce Deo, alia lux illuminat. super Psalm. cxviij. serm. xviij. Deus per seipsum, quia lux est, illuminat pias mentes: vt ea quæ Diuina dicuntur, vel ostenduntur, intelligant. Sed si ad hoc ministro vtitur Angelo: potest quidem aliquid agere Angelus in mentem hominis vt capiat lucem Dei, & per hanc intelligat. Deus autẽ & hominis mentem rationalem atq; intellectualem fecit, quæ posset capere lumen eius, & Angelum talem fecit qui operari posset aliquid, vnde ad capiendum lumen Dei mens adiuuaretur humana, & eandem sic adiuuat mentem, vt Angelicam recipiat operationem, & eam sic illuminat de seipso, vt non solùm illa quæ veritate mõstrãtur, sed ipsam quoque proficiendo perspiciat veritatem.

Tom. IX. De eius lucis illuminatione. lib. soliloquiorum ad Deum, cap. iij. in principio. O lux quam videbat Thobias, quando oculis clausis docebat filium vitæ viam. O lux quam videbat Isaac interius, quando caligantibus oculis exterius filio futura narrabat. Lux, inquam, inuisibilis, cui abyssus humani cordis est visibilis. O lux quam Iacob videbat, quando sicut tu intus docebas filiis exterius futura prædicebat. Illuminare ergo lux mea, illuminatio mea. *Cap. 4.* Illuminare, inquam, huic cæco tuo, qui in tenebris & vmbra mortis sedet, & dirige pedes eius in viam pacis: per quam ingrediatur in via tabernaculi admirabilis vsque ad montem Dei.

Cap. 34. Tom. I. Diffusius hoc libro x. confess. O lux quam videbat Thobias cũ clausis oculis filium docebat viam vitæ, & ei præibat pede charitatis nusquam errans: aut quã videbat Isaac prægrauatis & opertis senectute carneis luminibus, cum filios non agnoscẽdo benedicere, sed benedicendo agnoscere meruit. *Lux interna quàm certa.* Aut quam videbat Iacob, cum & ipse præ grandi ętate captus oculis, in filiis præsignata futura populi genera luminoso corde radiauit: & nepotibus suis, ex Ioseph diuexas mysticè manus non sicut pater eorum foris corrigebat, sed sicut ipse intus discernebat imposuit. Ipsa est lux, vna est, & alia non est, & vnum omnes qui vident & amant eã. At ista corporalis, illecebrosa ac periculosa dulcedine condit vitam sæculi cæcis amatoribus. Qui autẽ & de ipsa laudare te norunt Deus creator omnium, assumunt eam in hymno tuo, non absumuntur ab ea in somno suo.

Cap. 13. Tom. IX. Illuminat & nihil eam obtenebrat. lib. soliloquiorũ ad Deũ. O lux quam non videt alia lux, quæ obtenebras omnem lucem, & lumen quod excęcas omne extraneum lumen. Lux à qua omnis lux, lumen à quo omne lumen. Lumen ad quod omne lumen est tenebræ, ad quod omnis lux obscuritas, lux cui omnes tenebræ lumen, cui omnis obscuritas lux: lux suprema quam cæcitas non obnubilat, quam caligo nõ hebetat, quam tenebræ non obfuscant, quam nulla obstantia claudit, quam nunquam separat aliqua vmbra: lux quæ illuminas omnia tota simul, & semel, & semper: absorbe me in tuæ claritatis abyssum, vt videam vndique te in te, & me in te, & cuncta sub te.

De eius lucis eminentia. lib. de cognitione veræ vitæ. Mens in altum se eleuet, cor suum inquantum potest dilatet, tot luces inæstimabili claritate, incomparabili magnitudine resplendentes sub se prospiciat: super se verò quãdam admirabilem lucem, quæ omnium illarum lucium lux sit, intendat, quæ sic super tot & tantas luces longe refulgeat, sicut sol super omnes stellas lucet: cuius lucis ineffabilem magnitudinem, & admirabilem pulchritudinem illæ tot & tantæ luces iugiter admirentur, & in cuius affluentissimam dulcedinem indeffessè prospicere delectentur. Hæc profecto est lux inaccessibilis, quam inhabitat essentia Dei, solis mundis cordibus visibilis. Hîc nullus cogitet luce Deum, quasi tabernaculo hominem circundatum, quasi aliud sit Deus qui lucem inhabitat, & aliud lux quam inhabitat: Sed potius ipsam lucem essentiam Dei sciat, in qua vniuersa bona simul locata intelligat. Hęc est lux quę Angelos & animas in cœlis sua visione satiat. Hæc est quæ mundos corde per contemplationem illuminat. Hæc est quæ solis lucernam in mundo cõmorantibus, vti candelæ lumen in carcere positis præstitit: qua de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de exilio ad patriam remeare possint. Ergo in oratione taliter mens nostra Deum meditetur, taliter intentio nostra imaginem eius cõtempletur, scilicet, talem lucem, quæ sic super solem, vt sol super candelam resplendeat: imo talem quæ sic super innumera Angelorum & animarum millia, præ sole centies splendida, vt sol super sydera resplendeat. Non multum quippe à veritate aberrat, qui talem Dei imaginem ante oculos cordis in oratione versat.

Sic eam contemplatur. libro supputationum, parte tertia, capite j. Transeat animus, & trãscẽdat omne quod creatum est, currat, & ascendat, volitet & pertranseat, & in eum qui creauit omnia quantum potest oculos fidei dirigat. Et ego faciam gradus ascensionis in corde meo, & per ipsos ascendam ad Deum meum, qui capiti meo desuper manet. Quicquid visibiliter cernitur, q̃cquid spiritualiter imaginatur, forti manu ab intuitu mẽtis procul remoueatur: Solus intellectus purus & simplex, incedẽs rapido volatu, ad ipsum perueniat conditorem Angelorum, & animarum, & omnium rerum. Mens ista beata quæ ima deserit, summa petit: quæ ponit in arduis sedem habitationis suæ, & de summis rupibus contemplatur solem iustitiæ aquilinis obtutibus. Nihil enim pulchrum atque iucundum, quàm ipsum solum mentis obtuitu contemplari Deum, & miro modo inuisibiliter cernere inuisibilem: sicque aliã non istam gustare dulcedinem, & inspicere aliam non istam lucem. Lux ista quæ loco clauditur, tempore finitur, noctium interruptione variatur: & quam communem cum vermibus & pecoribus habemus, in comparatione illius summæ lucis non est lux dicenda, sed nox. Quanquam autem illa summa & incõmutabilis essentia, vera;

vera, lux indeficiens, lux Angelorum, à nemine conspici in hac vita possit, quod solùm præmiũ seruatur sanctis in cœlesti gloria: illud tamen credere, intelligere, & sentire, & ardenter amare, quodammodo est cernere atque tenere. Tamen inepti sumus ad eam contemplandam. Lib. meditationum, cap. ij. Sicut infirmus oculus ad lucem solis, ita intellectus meus ad lucem tuam: nimis enim fulget. Non capit illam, nec suffert oculus animæ diu tendere in illam: reuerberatur fulgore, vincitur amplitudine, obruitur immensitate, confunditur capacitate. O summa & inaccessibilis lux, ò tota & beata veritas, quam longe es à me, qui tamen prope te sum. Quam remota es à conspectu meo, qui sic præsens sum in conspectu tuo. Ad te non possum accedere: inter me & circa me es, & te non sentio. Propterea exponit. lib. ij. contra Felicem Manichæum. Dicitur, Deus habitat lucem inaccessibilem, nunquid ad illam lucem non accedunt sancti, de quibus dicitur. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt? Sed quia ad eam non potest accedere, nisi cui Deus donauerit vt accedat, ideo per seipsam inaccessibilis est. Nemo enim potest ad eam accedere, nisi quem Deus voluerit vt accedat. Cui autem donauerit, ipse accedet. Vnde inuocat eam. Libro soliloquiorum ad Deum. cap. iij. Ecce tenebræ super faciem abyssi mentis meæ, tu es Domine lumẽ. Ecce caligo tenebrosa super aquas cordis mei, tu es veritas. O verbũ per quod facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. Verbum quod es ante omnia, ante quod nihil: verbum creans omnia, sine quo nihil omnia: verbum regens omnia, sine quo non sunt omnia: verbum qui dixisti in principio, Fiat lux: & facta est lux. Dic etiam mihi, Fiat lux, & facta sit lux: & videam lumen, & cognoscam quicquid non est lumen: quia sine te mihi tenebræ lumen, & lumen tenebræ ponuntur. Et sic sine tua luce non est veritas. Adest enim error, adest vanitas: non est discretio, adest confusio. Adest ignorantia, nõ est scientia: adest cæcitas, non est visio: Adest inuium, non est via: non est vita, adest mors: imo non est mors, quia nulla est mors: nam per ipsam ad nihilum tendimus, dum nos nihil facere per peccatum non formidamus. Et iustè quidem hoc Domine, nam digna factis recipimus, dum ad nihilum deuenimus tanquam aqua decurrens, quia sine te factum est nihil, & nos faciendo nihil, facti sumus nihil: quia sine te nihil sumus, per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. O Domine verbum, ò Deus verbum, per qđ facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. Væ mihi misero toties obcæcato, quia tu lux, & ego sine te. Væ mihi misero toties vulnerato, quia tu salus, & ego sine te. Væ mihi misero toties infatuato, quia tu veritas, & ego sine te. Væ mihi misero toties aberrato, quia tu via, & ego sine te. Væ mihi misero toties mortuo, quia tu vita, & ego sine te. Vę mihi misero toties annihilato, quia tu verbum per quod facta sunt omnia, & ego sine te, sine quo factum est nihil. O Domine

A verbum, qui es lux, per quam facta est lux: quia es via veritas & vita: in quo non sunt tenebræ, neque error, neq; vanitas, neque mors. Lux sine qua tenebræ, via sine qua error: veritas, sine qua vanitas: vita, sine qua mors. Dic verbum, dic Domine, Fiat lux: vt videã lucem, & vitem tenebras: videam viam, & vitem inuium: videam veritatem, & vitem vanitatem: videam vitam, & vitẽ mortem. Require supra, cap. Lumen. Opera bona fiunt in luce, mala in tenebris. Lib. iij. de verbis Domini, sermone vj. Adulterium tenebras quærit, castitas lucem desiderat. Quomodo vis innotescere, sic viue. Quomodo vis hominibus innotescere, etiam præter oculos hominum sic viue: quoniam qui fecit te, & in tenebris videt te. Quare laudatur castitas publicè ab omnibus? Quare non laudant adulterium nec adulteri? Qui ergo quærit veritatem, venit ad lucem. *Ser. ord. 4b. Tom. X.*

B

LVXVRIA. Detestatur hoc vitium, & dat remedium. in sermone de vitanda familiaritate mulierum. O quanta iniquitas, & quam lugenda peruersitas, vt animam quã Christus suo sanguine redemit, luxuriis propter vnius momẽti delectationem libidinis diabolo vendat. Verè plangenda nimis & miseranda conditio, vbi citò præterit quod delectat, & permanet sine fine quod cruciat. Sub momento libidinis impetus transit, & permanet sine termino infœlicis animæ opprobrium. Sed dicet aliquis, Iuuenis sum, faciam quod delectat, postea pœnitentiam agam. Quomodo si dicat, Percutio me crudeli gladio, & postea vado ad medicũ: & nescit quod in vnius horæ puncto vulnus accipitur: sed vix longo tempore ad sanitatem pristinam reuocatur. Vt quid non timet ne pereat dilatio, & succedat æterna damnatio? Ob hãc rem refrænanda est familiaritas cum mulieribus, & oculorũ incauta fragilitas, ne mors intret per fenestras nostras. Cum enim mulierẽ animo libidinoso consideras, per fenestram corporis tui, in secretum cordis venenũ cordis instillat. Talis cogitatio & si aliquo impediatur casu vt nõ impleat voluntatẽ: nihilominus actionis crimine condẽnatur à Domino, quia volũtas praua faciẽdi, reputatur pro opere facti. Sed eius suggestioni respondet, in lib. de conflictu vitiorũ: inducens castitatem luxuriæ respondentem. Luxuria dicit. Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cũ quid te sequatur ignoras? Acceptum ergo tempus in desideriis perdere non debes: quia quã citius pertranseat, nescis. Si enim Deus misceri hominem in voluptate coitus nollet, in ipso humani generis exordio masculũ & fœminã non fecisset. Castitas illibata respõdet. Nolo vt ignorare te fingas, quid post hanc vitam sine fine recipias. Si enim piè & castè vixeris, sine fine gaudebis: Si verò impius & luxuriosus eris, æternis incendiis subiacebis. Inde enim magis castus viuere debes, vnde quã citius tẽpus acceptũ pertrãseat ignorare te dicis. Quod quia in exordio humani generis, ad hoc masculum & fœminã Deũ creasse profiteris, vt mutuis se amplexibus miscere deberet, *2. serm. Domin. 25. post trinit. & d. serm. de tẽp. 250. Tom. X.* *Cap. 24. Tom. IX.*

C

D

omnino verissimè dicis.Sed quia nubendi licen
tia quibusdam tribuitur , hoc est,qui virginita-
tem & castimoniam vidualem nequaquam pro-
fessi sunt:quibusdam autem non tribuitur, sed in-
terdicitur.i.qui virgines vel continentes esse de-
creuerunt:fornicatio verò quia nulli impunè cõ
ceditur,non attendis . An contemnendum putas
1.Cor 6. quod Apostolus lubricis dicit, Fugite fornica-
tionem fratres.Omne enim quodcunque homo
fecerit peccatum,extra corpus est:qui autem for
nicatur,in corpus suum peccat.Quod si parui pẽ-
dendum existimas,audi quod postea insempiter-
num plores & gemas,Neque enim adulteri, in-
quit,neque fornicarij,neque masculorum concu
bitores,neque molles regnum Dei posidebunt.
O quam parua est concubitus hora,qua perditur
vita futura. Quod autem emolumentum affert
corpori quódve tribuit lucrum, quod tam citò
Cap.13. perducit ad tartarum? Et si persuadetur luxu-
riandum sine muliere,respondet ibid.in hæc ver
ba.Immunditia dicit.Non est grande facinus si-
ne ambitu maris & fœminæ,vel propriis, vel al-
terius inquinari manibus.Integritas carnis respõ
det.Non sic dicit Apostolus.Quid ergo ait Apo-
1.Cor.6. stolus Paulus?Neque immundi,regnum Dei pos
sidebunt. Sed nec etiã corde talia sunt facien
Cap.25. da.ibid.Spiritualis fornicatio dicit.Nunq̃d dam
nandũ aliquid agit is,qui in corde libidini cõsen-
tit,& ad opus concupitæ libidinis non pertran-
sit?Sed munditia cordis respondet.Omnino de-
linquit qui animæ castimoniã non custodit. Vn-
de & author mũditiæ in Euangelio dicit. Qui vi
derit mulierem ad concupiscendum eam,iã mœ-
chatus est eam in corde suo.Quod cõtra per bea-
tum Iob dicitur.Pepigi fœdus cum oculis meis,
vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam e-
nim partem haberet in me Deus desuper, & hæ-
reditatem omnipotens Deus in excelsis ? Nisi e-
nim authori nostro cogitatio praui sensus displi-
ceret,nequaquam per Isaiam Prophetam dice-
Isai.1. ret,Auferte malum cogitationum vestrarũ ab
Mat.9. oculis meis.Et in Euangelio Phariseis,Quid co-
Rom.2. gitatis mala in cordibus vestris?Sed nec Aposto
Cap.15. lus diceret,Cogitationum inter se accusantium
Tom.IIII. aut defendentium , in die qua iudicabit Deus
occulta hominum , sed Euangelium meum per
Iesum Christum. Veruntamen propter fra-
gilitatem contingit aliquibus , vt dicit de ca-
techizandis rudibus.Sunt homines qui nec Di-
uites quærunt esse,nec ad vanas hominum pom
pas ambiunt peruenire:sed gaudere & quiesce-
re volunt in popinis , & fornicationibus, & thea
tris , atque spectaculis nugacitatis, quæ in ma-
gnis ciuitatibus gratis habentur.Sed sic etiam
ipsi aut consumunt per luxuriam paupertatem
suam , & ab egestate sua postea in furta & ef-
fracturas , & aliquando etiam in latrocinia
prosiliunt, & subito multis & magnis timo-
ribus implentur : & qui in popina paulo ante
cantabant,iam planctus carceris somniant.

A MAGDALENA. De Ma-
eius cõuersione lib.50.
Homil.homi.xxiij. Vi
distis nõ carne,sed men
te Dominũ Iesum Chri
stũ inuitatum in domo
Pharisei recũbentem,
Vidistis nõ inuitatã ir-
ruisse cõuiuio , vbi suus
medicus recumbebat,& quæsisse pia impudentia
sanitatem.Irruens quasi importuna cõuiuio, op-
portuna beneficio.Nouerat enim quãto morbo
laboraret,& illũ ad sanandũ idoneũ esse , ad quẽ
venerat,sciebat.Accessit ergo nõ ad caput Domi
ni,sed ad pedes:& quæ malè diu ambulauerat, ve
stigia recta quærebat.Prius fudit lachrymas cor
dis,& lauit Domini pedes obsequio confessio-
nis.Capillis suis tersit, osculabatur,vnxit , tacita
B loquebatur,nõ sermonẽ promebat,sed deuotio-
nem ostendebat. Quia vt dicit. super Psal.cxl.
Illa mulier quæ erat in ciuitate peccatrix , venit
& accessit ad pedes Iesu. Illa impudica quædam
frõtosa ad fornicationẽ,frontosior ad salutẽ, ir-
rupit in domũ alienã.Sed ille qui ibi discũbebat,
nõ erat alienus.Non extraneũ quemlibet conui-
uam,sed ancilla dominũ suũ sequuta est.Accessit
ad pedes,quia eius vestigia sequi cupiebat. Vn
de contra detrahentẽ Pharisæũ.super Psal.cxxv.
O non mũde Pharisæe,caro Domini posset pol-
lui contactu mulieris, an mulier mũdari conta-
ctu Domini? Permittebat autẽ medicus ægro tã
C gere medicamẽtum, & illa quę nouerat medicũ,
& quæ solebat in sua fortasse fornicatiõe frõtosa
esse,frõtosior facta est ad salutẽ.Irruit in domũ,
quò non erat inuitata:sed vulnera habebat, & il-
luc venerat,vbi medicus discumbebat. Nã vt
dicit lib.50.homil.Accessit ad Dominũ immun
da,vt rediret munda.Accessit ægra,vt rediret sa-
na.Accessit confessa, vt rediret professa. Pro-
pterea est peccatoribus in exemplũ . in sermone
j.de assumptione virginis.Si te deliquisse memi-
nisti,suadeo vt Mariæ Magdalenæ cõuersiõis re
corderis,& tãquã ad Domini vestigia posita præ
teritas maculas lachrymarũ fontibus laues:vt &
tu merearis ab ipso Domino audire,Cõfide filia,
fides tua te saluã fecit.Allegorizat Euãgeliũ eius.
ĩ serm.de ipsa. Ingressus Christus in domũ Phari
sæi.i.Iudæorũ synagogã:Discubuit, quãdo occu-
buit:sed corpus suũ trãsmisit Ecclesiæ ad mẽsam,
D vt esset caro mãducaturis gẽtibus ad salutẽ.Que-
admodũ autẽ mãducetur eius caro & sanguis bi-
batur , norunt illi qui sunt sacramẽtis cœlestibus
instituti.Ecce mulier quæ erat in ciuitate pecca-
trix:Hæc mulier Ecclesia fuit,quæ erat in ciuita
te,de qua dicit Propheta, Vidi iniquitatẽ & con-
tradictionẽ in ci.& inui.& la.in me. eius & non
defecit de pla.eius vsura & dolus. In ciuitate er-
go perfidiæ septa muris,superbiæ turribus cõmu-
nita,distẽta iniquitatis plateis , obserata contra-
dictionũ portis,depicta doli fucis,obdurata fili-
cibus

cibus vſurarũ, negotiatorũ laboribus aggrauata, & lupanaribus idolorũ templis. Hęc mulier grauiſsimos trahebat reatus, & magna præcedentiũ peccatorum agmine ſtipata audiuit Chriſtum in ſynagoga, paſsionis ſuæ myſterium tradidiſſe, aperuiſſe ſui corporis & ſanguinis ſacramẽtũ, manifeſtaſſe noſtræ redemptionis arcanum, Scribas velut peſsimos deſpiciens ianitores, Væ vobis, inquiens, ſcribæ & Phariſæi, habentes clauẽ ſcientiæ. Irruptis contradictionum foribus, cõtempto ipſo chori Phariſaici principatu, ardens, anhelans, æſtuans, ad totum legalis conuiuij penetrale peruenit: ibique reperit Chriſtum inter amoris epulas & dulcia pocula, per fraudem occubuiſſe Iudaicam, Iuxta illud Prophetæ. Si inimicus meus maledixiſſet mihi &c. vſque cum conſenſu. Inuenit igitur Chriſtũ in ſynagoga, omni dolo, tota fraude traditum, paſſum, crucifixum, & ſepultum: & tamen à feruore fidei tanta iſta non retardatur iniuria, ſed portat vnguenta. i. Chriſtiani chriſmatis oleũ. Et quia Chriſti faciẽ corporalem non vidit, ſtetit retro: non loco, ſed tempore: eius inhærens veſtigiis, vt ſequatur. Et iam deſiderij pluſquam ſibi malæ conſciæ mentis lachrymas fudit, vt quem abeuntem videre nõ meruit, mereatur videre redeuntem. Lachrymas ergo fudit ad pedes, quos profluo amore perfudit, dum pedes Euangelizantium regnum eius, bonorũ operum manibus tenet. Lauatur lachrymis charitatis, confeſsionis labiis oſculatur, & totum miſericordiæ vnguentum effundit, donec cõuerſus ad eam, i. reuerſus dicat negantibus Iudęis, Intraui domum tuam &c. quod tunc erit quando veniet ad iudicium: quia fecit hoc minimis eius, quod ſynagoga capiti facere recuſauit. tunc dicet ad Eccleſiam, Dimittuntur tibi peccata tua, quoniam dilexiſti multum. Vade in pace. Pace ſcilicet illa, quam poſt huius mundi ſuperatos aſſultus, daturus eſt nobis. Amen.

MAGISTER. Chriſtus verus magiſter. Super j. can. Io. Magiſteria forinſecus, adiutoria quędã ſunt, & admonitiones. Cathedrã in cœlo habet q̃ corda docet. de Domino dico. Propterea ait ipſe in Euãgelio. Nolite vobis dicere magiſtrũ in terra: vnus eſt magiſter veſter Chriſtus. Ipſe vobis ergo intus loquatur, quãdo nemo hominũ illic eſt: quia etſi aliqs eſt à latere tuo, nullus eſt in corde tuo. E Super Ioannem, ſerm. xvj. Magiſtrum omnes vnũ habemus, & in vna ſchola omnes diſcipuli ſumus. Lib. de verbis Apoſtoli, ſermone j. Audiamus veracem magiſtrum, Diuinum redemptorẽ, humanum ſaluatorem. In communibus ſermonibus, ſermone xlvij. Quanquam propter cõmoditatem depromendæ vocis altiore loco ſtare videamur, & cum ipſo altiore loco vos iudicatis, & nos iudicamur, doctores dicimur, ſed in multis doctorem quærimus: nec volumus nos haberi magiſtros. Periculoſum eſt enim & prohibitum à Domino: ipſo dicente, Ne velitis dici magiſtri, vnus eſt enim magiſter noſter Chriſtus. Periculoſum eſt ergo magiſterium, diſcipulatus

A ſecurus eſt. ideo Pſal. Auditui, inquit, meo, da. ga. & exultationem. Securior eſt enim verbi auditor, quam verbi prolator: Ideo ille ſecurus ſtat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem ſpõſi. Et quia doctoris Apoſtolus ſuſceperat neceſsitate perſonam, videte quid dicit, Cum tremore, inquit, & timore fui apud vos. Tutius eſt ergo vt & nos qui loquimur, & vos qui auditis, ſub vno magiſtro & diſcipulos nos eſſe nouerimus: omnino tutius, & hoc expedit, vt nos tanquam condiſcipulos veſtros audiatis. Videte enim quia ſollicitudo nobis imperata eſt vbi dicitur, Fratres nolite plures magiſtri fieri: In multis enim offendimus omnes. Quis non contremiſcat cum Apoſtolus dicit, omnes? Et quid ſequitur? Quiſquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Quis autem audeat dicere ſe eſſe perfectum? Qui ergo ſtat & audit, in verbo non offendit: Qui autem loquitur, etiam ſi, quod difficile eſt, non offendat, tamen patitur cum timet ne offendat. Oportet ergo nos omnes eſſe non ſolum loquentium auditores, ſed & timentium miſeratores: vt in eo quod verum dicimus, quoniam omne verum à veritate eſt: non nos, ſed ipſum laudetis. Vbi autem ſicut homines offendimus, eundem ipſum prò nobis oretis. Vnde de ſuperbis magiſtris. in ſermone ſeptimo de Epiphania. Inſanis magiſtris veritas ſcandalum eſt, & cæcis doctoribus fit caligo quod lumen eſt. Libro quarto muſicæ. Laborat magiſter docens tardos. Vnde in libro de origine animæ ad Hiero. Potius magiſtrum audire, quam velut magiſtrum delectat audiri.

Pſal. 50.

B

Tom. II. Epiſt. 28.

C

MAGNVS. In ſpiritualibus debet intelligi ſecundum virtutem. libro vj. de Trinitate, cap. ſeptimo. In iis quæ non mole magna ſunt, hoc eſt maius eſſe, quod melius eſſe. Melior eſt autẽ ſpiritus alicuius creaturæ, cum adhæret Deo, quam ſi non adhæreat & ideo etiam maior quia melior. Propterea libro de ſalutaribus documentis. Tria enim ſunt in hoc mundo deteriora omni malo: Anima peccatoris cum peccato perſeuerans, quæ nigrior coruo eſt, & mali Angeli qui eam rapiunt, & infernus in quem ducitur. Non ſunt deteriora his tribus. Eadem igitur anima metu futuri iudicij expaueſcens, & putredinem ſuam inſpiciens, dicit, Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, D à facie inſipientiæ meæ. Item tria ſunt, quibus in hoc mundo non ſunt meliora. Anima ſancti in bonis operibus perſeuerans, quæ ſpecioſior eſt ſole, & ſancti Angeli qui eam ſuſcipiunt, & Paradiſus in quẽ ducitur, & expectatio regni cœleſtis. His tribus meliora non ſunt in hoc mundo. Angeli enim ſancti delectant animam ſpirituali cãtici carmine, ſicut pſalmiſta ait, Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, habitabit in atriis tuis: replebimur in bonis domus tuæ. Sanctum eſt templũ tuum, mirabile in æquitate.

Tom. III.

Cap. 50. Tom. IIII.

Tria peſsima: totidem prima.

Pſal. 37.

MAGNANIMITAS. Magnanimitas eſt contemnere mala. Libr. primo de ciuitate Dei. capit xxij. Si rationẽ

Tom. V.

diligentius consulas, nec ipsa quidem animi magnitudo rectè nominatur, vbi quisque non valẽdo tolerare vel quæque aspera, vel aliena peccata, se ipse interimit. Magis enim mens infirma deprehenditur, quæ ferre non potest, vel duram sui corporis seruitutem, vel stultã vulgi opinionem. Maior animus meritò dicendus est, qui vitam ærumnosam magis potest ferre, quam fugere: & humanum iudicium maximéque vulgare, quod plerunque caligine erroris inuoluitur, prę conscientiæ luce ac puritate contemnere. Vtile fuit vt magnanimi fingerent se nobiles. Libr. iij. eiusdem, cap. iiij. Vir doctissimus Varro, vtile esse ciuitatibus dicit, vt se viri fortes etiam si falsum sit, diis esse genitos credant: vt eo modo animus humanus velut Diuinæ stirpis fiduciam gerens, res magnas aggrediendas præsumat audacius, agat vehementius, & ob hoc impleat ipsa securitate fœlicius.

Tom. V.

MAGVS. Ars eorum detestãda. ideo lib. viij. de ciuitate Dei. cap. xix. Magicas artes, de quibus quosdam nimis infœlices, & nimis impios etiã gloriari libet in nomine Dæmonũ: non secundũ leges Christianas, sed etiã secundum Paganorum dogmata, generi humano perniciosas esse non dubiũ est. Ait enim poeta clarissimus.

Didonis verba apud Virgilium.

Testor chara Deos, & te germana tuúmque
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Illud etiam quod alio loco de iis artibus dicit.

Atque satas alio vidi traducere messes.

Eo quòd hac pestifera sceleratáque doctrina, fructus alieni in alias terras transferri perhibentur. Nonne in duodecim tabulis, id est, Romanorum antiquissimis legibus, Cicero cõmemorat esse cõscriptũ, & ei qui hoc fecerit suppliciũ constitutũ? Postremo ipse Apuleius nunquid etiã apud Christianos iudices de magicis artibus accusatus? Quas vtique sibi obiectas, si esse Diuinas & pias nouerat, non solùm eas confiteri debuit, sed etiã profiteri, leges culpans potius, quibus hæc prohibebantur, sicut martyres nostri, cum eis obiiceretur Christiana religio, non eam negando temporales pœnas euadere delegerunt, sed potius profitendo, confitendo, prædicando, & cum pia securitate moriendo, leges quibus prohibebãtur, erubescere compulerunt, mutaríque fecerunt. Huius autem Platonici Philosophi copiosissima & disertissima extat oratio, qua crimen artium magicarum à se alienum esse defendit, séque aliter non vult innocentem videri, nisi eas negando, quæ non possunt ab innocente committi. At omnia miracula Magorum quos rectè sentit esse damnandos, doctrinis fiunt & operibus dæmonum. Vnde non proficiunt ad salutem. lib. iiij. de Trinita. cap. xij. Nequaquam per sacrilegas similitudines, & impias curiositates, & magicas consecratiões, animæ purgãtur & recõciliãtur Deo: q̃a falsus mediator nõ traiicit ad viã, sed potius obsidens intercludit viã per affectus, quos tanto maligniores, quanto superbiores suæ societati inspirat: qui non possunt ad euolandum pennas nutrire virtutum, sed potius ad demergendũ põdera exaggerare vitiorum. Super Ioannem, Nepharios ritus suos sacrilega curiositate hominibus deceptis vel decipiendis magicarum artium doctrina commendat. Hinc illæ illicitæ diuinationes inspectis pecudum visceribus occisorum, aut vocibus & volatibus auium, aut signis multiformibus dæmonum, insusurrantur auribus hominum periturorũ per colloquia perditorum. De quorum miraculis, lib. iij. de Trinitate, cap. vj. Occurrit cogitationi infirmæ, cur miracula magicis artibus fiunt. Nã & magi Pharaonis serpentes sicut Moses fecerũt, & alia similia, sed amplius est admirãdũ, quomodo magorum illa potentia quæ serpentes facere potuit, vbi ad muscas minutissimas ventum est, omnino defecit: cynifes enim musculæ sunt breuissimæ, qua tertia plaga superbus Aegyptiorum populus cædebatur. Ibi certè deficientes magi dixerunt. Digitus Dei est hic. Vnde intelligi datur, ne ipsos quidem transgressores angelos, & aereas potestates, in imam istam caliginem, tanquam in sui generis carcerem, ab illius sublimis ætheree puritatis habitatione detrusas, per quas magicæ artes possunt quicquid possunt, valere aliq̃d nisi data desuper potestate. Datur autem illi vel ad fallendos fallaces, sicut Aegyptios, & in ipsos etiã magos data est, vt in eorum spirituum seductione viderentur admirandi: à quibus fiebant à Dei veritate dãnandi: vel ad admonẽdos fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent, propter quod etiam nobis scripturę authoritate sunt prodita: vel ad exercendam, probandam, manifestandámque iustorum patientiam. Neque enim parua visibiliũ miraculorum potentia, Iob cũcta quæ habebat amisit, & filios, & ipsam corporis sanitatem. Lib. lxxxiij. quæstionũ. Non oportet moueri cũ magicis artibus miracula fiunt, plerũque similia miraculis quæ fiunt per sanctos seruos Dei. Scriptum est in Exodo, Quia magi Pharaonis fecerunt nonnulla similiter sicut fecit Moses. Nõ ergo hoc oportet mirari: quia omnia quæ visibiliter fiunt, & per inferiores potestates aeris huius, non absurdè fieri posse creduntur. Sed hoc interest, quòd cum sancti talia faciunt, in nomine Domini Dei omnium rerum, sublimioribus partibus iubent inferiori creaturæ obedire. Cũ autẽ mali homines malis actibus operantur, similia in manus eorũ dantur cũ exaudiuntur à dæmonibus. Digni sunt enim qui tali exauditione decipiuntur, vt pœna illis fiat quod videntur impetrare beneficiũ: cum eis exhibent quasi priuatim inferiores potestates quædam miracula, vt eos habeant subiugatos, & permissũ Diuinæ prouidentiæ, pro meritis animarũ suarũ cuique tribuantur. Et in eod. libr. quæst. lxxix. cũ similis sentẽtia habetur super Ioannẽ, sermon. xij. Quædam miracula etiam scelerati homines facere possunt, qualia sancti non possunt: nec tamen ideo potioris loci ad Dominũ esse arbitrãdi sunt. Non enim acceptiores erant Deo, quam populus Israel Magi Aegyptiorũ, quia nõ poterat populus ille

Tom. III.

A lus ille facere q̃d illi faciebãt: q̃uis Moſes in virtute Dei maiora potuerit. Sed ideo nõ omnibus ſanctis iſta tribuũtur, ne pernicioſiſsimo errore decipiãtur infirmi, exiſtimãtes in talibus factis eſſe maiora dona, quã in operibus iuſtitiæ, quibus vita æterna cõparatur. Propterea Dominus prohibet hinc gaudere diſcipulos cum ait. Nolite in hoc gaudere quia ſpiritus vobis ſubiecti ſunt, ſed gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Sed vt dicit ibid. dicto lib. lxxxiij. quæſtionum. Aliter faciunt miracula Magi, aliter boni Chriſtiani, aliter mali Chriſtiani. Magi faciunt per priuatos contractus dæmonũ, Boni Chriſtiani per publicã iuſtitiã. i. per virtutẽ nominis Chriſti, Mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ. i. per inuocationem nominis Chriſti, qui fecit publicã iuſtitiã in reconciliatione noſtri ad Deum. Sicut Apoſtoli dixerũt. Domine vidimus quendam eiicientem dæmoniũ in nomine tuo, & prohibuimus eũ, quia nõ ſequitur nos, id eſt, malus homo eſt, non ſequitur vias noſtras quas docuiſti nos. De quibus adhuc, lib. xxj. de ciuitate Dei, cap. vj. Magorũ opera, quos noſtra ſcriptura veneficos & incãtatores vocat, in tantum dæmones extollere potuerunt, vt congruere hominum ſenſibus ſibi nobilis Poeta videretur, de quadam fœmina quæ tali arte pollebat, dicens. *Virgilius æneid.*

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes
Quas velit, aſt aliis duras immittere curas:
Siſtere aquam fluuiis, & vertere ſydera retro:
Nocturnóſque ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terrã & deſcendere montibus ornos.

C Quantomagis Deus potens eſt facere quæ infidelibus incredibilia ſunt, ſed illius facilia poteſtati, quãdoquidẽ ipſe lapidũ aliarúmque vim rerũ & hominũ ingenia, qui ea miris vtuntur modis, Angelicáſque naturas omnibus terrenis potẽtiores animantibus condidit: vniuerſa mirabilia, mirabili vincẽte virtute, & operãdi, iubẽdi, ſinẽdíque ſapientia: vtens omnibus tã mirabiliter quã creauit? Propterea. ſuper Ioannem. Præuidẽs Dominus noſter Ieſus Chriſtus impios quoſdam futuros, qui miraculis eius calũniarẽtur, magicis artibus ea tribuẽdo, Prophetas ante pręmiſit. Nũquid enim ſi magus erat, & magicis artibus fecit vt coleretur & mortuus, magus erat & antequã natus? De Magis qui adorauerunt Chriſtum, quo ad tẽpus ſtellæ, quæ apparuit eis. dicit in ſermo. xij. de Epiphania. Magi ab oriẽte venerunt,

D & hodierno die adorauerũt, quem ante paucos dies natũ eſſe, atque illã ſtellã quæ eis per biẽniũ apparuerat, eius fuiſſe didicerũt. Sed dicet hîc aliquis, Illã ſtellã biennio apparuiſſe vnde monſtratur? Euangelij verba recolamus. Herodes nempe rex Iudæorũ cũ à magis fuiſſet illuſus, quod in sõnis moniti ad eũ redire noluerũt, ne indicarẽt vbi Chriſtus fuiſſet inuẽtus, à bimatu & infra occidit infantes. Hoc autẽ qua cauſa fecerit, hoc eſt quare à bimatu & infra occidi paruulos iuſsit, Euãgeliſta nõ tacẽs, ſecundũ tẽpus, inquit, quod exquiſierat à magis. Ecce vnde oſtẽditur, nõ tũc primum apparuiſſe ſtellã, quãdo natus eſt Chri-

A ſtus, hoc eſt ante pauciſsimos dies, ſed biẽnij tẽpore prænũtiatiõe fulſiſſe ſyderea: quæ tũc eſt cognita cuius eſſet, quãdo miſsi sũt adorare in terra quẽ in cœlo iã viderãt præſignatũ. Si qs autẽ quærit, quare per bienniũ prænũtiãs Chriſtũ ſtella claruit: poſſunt videri duobus annis duo præcepta ſignificata, vnũ dilectionis Dei, alterũ proximi: in quibus duobus tota lex pẽdet & Prophetæ. Sic enim quod infinitè videbatur per multa mãdata diffuſum, iſta eſt breuitate cõcluſum. Vt hinc intelligamus dixiſſe Prophetã, Verbũ conſummãs & breuiãs faciet Dominus ſuper terrã. Ipſe igitur duobus præceptis cõſũmauit verbũ, cuius duobus annis ſtella prænũtiauit aduẽtum. Poſſunt in his *Iſai. 10. & 18*

B duobus annis etiã duo intelligi teſtamẽta: Vetus & nouũ. Nõ enim alius author eſt legis qua terremur, & alius gratiæ qua iuuamur: cũ ipſe dixerit, Si crederetis Moſi, crederetis & mihi: de me enim ipſe ſcripſit. Et ipſe ſit ſapientia Dei de qua dictũ eſt, Legẽ & miſericordiã in lingua portat. Sed quoniã per duos annos duo tẽpora ſignificata potius poſſunt accipi, poſſumus etiam duos Chriſti aduẽtus intelligere, vnũ humilitatis, alterũ claritatis: & duas noſtras generationes, quarum ipſe eſt per quẽ facta ſunt omnia, vtique eſt author ambarum: vnã qua in carne naſcimur, aliã qua in fide renaſcimur. Quomodo per ſtellã cognouerunt. in ſerm. xvj. eiuſd. diei. Viderunt quãdam ſtellã inuſitatã, mirati ſunt. Quæſierunt ſine dubio cuius eſſet ſignũ, quod tam nouum inſolitúmque audierũt profecto ab Angelica admonitione: Quãuis fortaſſe ab Angelis bonis, aut *Ioan. 5.*

C malis: nã & Chriſtũ quidem angeli mali, hoc eſt, dæmones, filiũ Dei confeſsi ſunt. Sed cur nõ à bonis audierũt? Quando Chriſtus adorãdus in muneribus eorũ quærebatur, nõ eis iniquitas dominabatur: Potuerũt ergo illis dicere Angeli, Stella quã vidiſtis Chriſti eſt: ite & adorate eum vbi natus eſt, ſimul iudicate qualis & quãtus natus eſt. Illi autẽ audito venerunt & adorauerunt, & ſecundũ conſuetudinẽ ſuã munera obtulerũt, qualia ſolebant ſuis offerre diis. Stella duce venerunt Hieruſalẽ. ibidẽ infra. Potuit eadem ſtella ſicut perduxit ad Hieruſalem, ita & perducere ad locũ vbi Chriſtus cũ matre infans erat. Poterat ſanè, ſed tamen Deus Magos voluit à Iudæis inquirere Chriſtũ, vt dũ oſtendunt ipſi Iudæi in quẽ nõ credũt, ipſa mõſtratione dãnentur.

D Venerũt Hieruſalẽ & interrogãt. in ſerm. xiij. eiuſd. diei. Multa cõſiderãda ſunt in hoc quod audiuimus Euãgelica lectione. Magi venerũt ab oriẽte regẽ Iudæorũ inquirẽtes, qui tot reges Iudæorũ nũquã antea quæſierũt. Requirebãt autẽ, nõ aliquẽ virilis ætatis, grandẽ humanis oculis, in excelſo cõſpicuũ, exercitibus imperãtẽ, armis terrẽtẽ, purpura nitentẽ, diademate refulgentẽ, vel de cruce ſibi exultãtẽ, in qua vniuerſos redimeret cõfitẽtes, vel ab inferis reſurgẽtẽ, ac in cœlos aſcẽdẽtẽ: ſed recẽter natũ, in cunis iacentẽ, vberibus inhiãtẽ, nullo ornatu corporis, nullis mẽbrorũ viribus, nullis parentũ operibus, nõ ſua ætate, non ſuorũ poteſtate præſtantẽ: Et quærũt re-

gem Iudæorum à rege Iudæorum. Ab Herode homine, Christum Deum & hominem, à terreno rege homine, regem cœlorum qui condiderat omnem hominem: à grandi, paruulũ: à claro, latentem: ab excelso, humilẽ: à sene, infantem: ab opulento, inopem: à forti, infirmum: ab Herode persequente, sibi & aliis Christum dominãtem: à contemnente, adorandum: profecto in quo nulla pompa regia videbatur, sed vera Dei maiestas adorabatur. Denique Herodes timet successorẽ, Magi desiderant redemptorẽ: vterque postremo quærunt, Magi per quem vitã possint inuenire, Herodes quẽ cupit occidere: ille in quem peccatum grande committat, illi qui omnia eorũ peccata dimittat. Necat quippe Herodes paruulos multos, dum ad vnius vult mortẽ peruenire. Et cum sæuientissimam & crudentissimam cædẽ in tot innocentibus facit, seipsum tanta iniquitate primitus interfecit. Interea rex regum, Christus verbum Dei, infans, Deus Magis adorantibus sese reuelabat, & nondum loquutus credentes inueniebat, & nondũ passus etiam martyres faciebat. O paruuli beati: modo nati, nunquam tentati, iam coronati. Ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiam baptismũ paruulis prodesse non existimat. Nõ habebatis quidem ætatẽ qua in Christũ passurum crederetis, sed habebatis carnẽ, in qua pro Christo passuro passionem sustineretis. Nullo modo istos infantes desereret gratia saluatoris infantis, qui venerat quærere quod perierat, non solum in carne nascendo, verum etiam in cruce pendendo, ad inferos descendendo, & in cœlos ascendendo, & ad dexteram patris sedendo. Nam qui potuit natus habere prędicatores Angelos, narratores cœlos, adoratores Magos, potuit & illis ne pro eo hîc morerentur præstare, si sciret illa morte morituros, & non postmodum maiori fœlicitate victuros. Absit vt ad liberandos homines Christus veniens, de illorum præmio, qui pro eo interficerentur, nihil egerit, qui pendens in ligno pro eis à quibus interficiebatur orauit. Quid dicam de infidelitate Iudæorum? Qui Christum quærẽtibus Magis, etiam Prophetiam indicem protulerunt, Bethleem ciuitatem designauerũt, quam ipsi non inuenerunt? Similes facti sunt fabris arcæ Noe, qui aliis, vbi euaderent, præstiterunt, & ipsi diluuio perierũt: similésque lapidibus milliariis: viam aliis ostenderunt, nec ambulare potuerunt: quia stolidi in via remanserunt. Abierunt Magi inquisitores, & remanserunt Iudæi doctores. Contrariis affectibus separati illi facti sunt adoratores, isti persequutores. Et in sermone decimo quarto eiusdem diei dicit. Perrexerunt Magi in Bethleem. Sed inuenta ciuitate, vnde potuerunt domum inuenire? Ecce illa stella quæ fulsit de cœlo, & deduxit in terra, stetit supra locum vbi erat puer. Quantus famulatus elemẽtorum, & nequitia Iudæorum? Turbatus est Herodes, quasi venerit Christus regnũ terrenum quærere, & non dare cœleste. Natus est cœli leo, & turbata terrena vulpecula. Dominus dicit de Herode, Ite, dicite vulpi illi. Turbata cæcidit infantes pro verbo infante. Ante martyres per effusum sanguinẽ sunt effecti, quam possent ore Dominum confiteri. Has primitias Christus misit ad patrem. Venit infans, iuerunt infantes: infans ad nos, infantes ad Dominum. Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem. De Magorũ muneribus. Ser. supradicto. Protulerunt Magi quando Christum adorauerunt, aurum, thus & myrrham. Aurum, quia regem viderunt: Thus, quia Deum intellexerunt: Myrrhã, quia cognouerunt carnem passuram, nam & myrrham obtulerunt ad sepulturam. Hoc illi secundum cõsiderationẽ suam: à nobis autẽ Christus aurũ accipit, si eleemosynas faciamus: thus, si orationes fundamus: myrrham, si pro illo moriamur.

Quo ad omnia concludit, in sermone decimo tertio supradicto. Angeli nuntiant, & pastores glorificãt: cœli enarrant, & Magi desiderant: reges formidant, Iudæi demonstrant, gentes adorant. Frustrantur sæuientes, coronantur infantes, admirãtur credentes. Quæ est ista humilis celsitudo, infirma fortitudo, paruula magnitudo? Profecto istud verbũ fecit hæc omnia, per quod facta sunt omnia. Verbum quod longe erat à nobis, factum est caro, vt habitaret in nobis. Agnoscamus itaque in hoc tempore, per quem facta sunt tempora: vt celebrantes eius festa temporalia, præmia desideremus æterna. *In sermone xvj. eiusdem diei.* In spiritu gentes hodierna solennitate celebrant, vt renouet memoriã solennitas, vigeat in deuotione pietas, ferueat in congregatione charitas, luceat in iudicio veritas.

MAIESTAS. Libr. soliloquiorũ ad Deũ. Sancte sanctorum Deus inæstimabilis maiestatis, Deus deorũ & Dominus dominorum mirabilis, & inenarrabilis, & inexcogitabilis, quẽ tremũt in cœlo Angelicæ potestates, quẽ adorãt Dominationes & throni, & omnes virtutes pauẽt à cõspectu tuo, cuius potẽtiæ & sapientiæ, nõ est numerus, qui fundasti mũdũ super nihilũ, & mare colligasti in aëre quasi in vtre omnipotentissime, sanctissime, fortissime Deus spirituũ vniuersæ carnis, à cuius cõspectu fugit cœlũ & terra, & ad cuius nutũ omnia se subiiciũt eleméta, te adorẽt & magnificẽt omnes creaturæ tuæ. Et ego filius ancillæ tuæ per fidẽ tuã flecto ceruicẽ cordis mei sub pedibus maiestatis tuę.

MALEDICTIO. De maledictiõe qua maledicũt. Lib. xvj. cõtra Faustũ. Maledicta enim cũ ex Prophetia dicũtur, nõ sunt de malo voto imprecantis, sed de præscio spiritu denũtiantis. Nam illa, quæ de malo voto sunt, prohibentur, cũ dicitur, Benedicite, & nolite maledicere. Hæ autẽ sæpe inueniuntur in sermone sanctorũ, sicut Apostolus Paulus: Alexander, inquit, ærarius multa mala mihi ostẽdit, reddet illi Dominus secundũ opera sua. Nã illud tamẽ stomachatus & indignatus, etiã malè optasse videtur Apostolus. Vtinã & abscindantur qui vos cõturbãt: quod vtique si consideres personã scribent is, magis eum elegantissimo ambiguo be...

optasse intelliges. De maledictione verò qua maledicunt homines. super Psalm. ciij. Qui iustus est, & iniustè maledicitur, præmium illi redditur. Ideo super Psal. cviij. Vna est & falsa filiorum maledictio, hominum diligentium vanitatem, & quærentium mendacium. Deus autē cum benedicit, facit quod dicit. Libro ij. contra Petilianum, responsione lj. Quære potius quid verum dicas, non vnde maledicas: & quid doceas, non quid obiicias. Propterea de Christo. In sermone decimo quinto de resurrectione Domini. Rectè sapientia Dei Christus, nulla maledicentibus maledicta referebat: quia omne maledictum patientia repercussum, in suum redit authorem. Quia vt dicit libro secundo cō tra epistolam Parmeniani. Quæ tandem, nisi cæcitas & vanitas, cum cogit homines clausis, vt dicitur, oculis, sagittam in altum iacere, quod in eū qui iecit continuò redeat, eúmque ictu reciproco affligat intacto illo quē vulnerare voluerat?

MALITIA. Quid sit malitia. Libro primo contra Iulianum allegans Ambrosium libro de Isaac. Non est aliud malitia, nisi boni indigentia. Non enim sunt mala, nisi quæ priuantur bonis: quia indigentia boni, radix malitiæ est. Libro quinquagesimo Homil. homil. xx. Malitia est nocendi amor.

Ibid. Malitia malo delectatur alieno: inuidia, bono cruciatur alieno. Lib. iij. contra epistolā Parmeniani. Pertractans illud. Non in fermento malitiæ & nequitiæ &c. Malitia q̄ppe est & malignitas velut de alieno peccato gloriari, quasi tūc debeat quisque de iustitia sua gaudere, cum alium iustum esse non conspexerit. Synceritas autem & veritas est, etiam si proficit aliquis, meminisse quid fuerit, & multomagis misereri lapsorum: quando quidem ipse erectus est à lapsu suo per Christi misericordiam, qui sine vllo peccato se pro peccatoribus humiliauit. In sermone sexto de martyribus, qui dicitur de massa candida. Malitia in Latino sermone non eam significationem habere solet, quam in ea lingua, qua scriptura loquuta est. Malitia enim dici solet in Latina lingua, qua mali sunt homines. Illa autē lingua, malitia dicitur malum quod patiuntur homines. Vnde malitia nostra non est à Deo. Libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Malum vel malitia non à Deo creata, sed à diabolo inuenta, qui & ipse bonus à Deo creatus est. Sed quia libero arbitrio vt pote rationabilis creatura à Deo commissus est, & cogitādi acceperat facultatē, scientiā boni vertit ad malū: & multa cogitādo factus est inuentor mali: & quod in se perdiderat, inuidit in aliis, nec cōtentus solus perire, suasit aliis, vt qui esset suæ malitiæ inuentor fieret & aliorum author: & ex eo malū vel malitia percurrit in cæteras rationales creaturas. Vnde cognoscimus nihil esse natura immutabile, nisi solū Deū patrē & filiū & spiritum sanctū, qui mutari non potest à bono, nec potest aliud quid esse quā bonū. Propterea super Psal. xiiij. Certissimum est malignum non esse aliquem, nisi cum animum à specie sui creatoris æterna & incommutabili, ad creaturæ speciem auertit, quæ de nihilo facta est.

Malitia non perturbat ordinem Diuinum. lib. vndecimo super Gen. Non efficiūt mali malitia sua, vt sub Dei administratoris imperio, virtute, sapientia, decus & ordo vniuersitatis aliqua ex parte turbetur vel turpetur, cum suis quibusque voluntatibus etiam malis tribuantur certi & cōgrui limites potestatum, & pondera meritorum, vt etiam cum ipsis conuenienter iustéque ordinatis vniuersitas pulchra sit. Nocet autem malitia proprio subiecto, super Psal. sermone. j. Nemo malus, nisi prius sibi noceat. Sic enim esse putate malitiā, quomodo ignem. Incendere vis aliquid aliud: illud quod admoues prius ardet: & nisi ardeat, non incendit: prius ergo ardet, vt aliud incendere possit. Malitia autem procedit ex te: & quem prius vastat nisi te? Quò profundit ramum lædit, vbi radicem habet non lædit? Equidem dico, quod malitia tua vt alteri non noceat fieri potest: vt autem tibi non noceat, fieri nō potest. Malitia tua ab interiori tuo procedit, & te prius inanem reddit. Tu putris es intus, vnde iste vermis p̄cessit, & intus nihil integrū derelinq̄t. *Super Psal. 34. Tom. VIII.*

MALVM. Eius notitia cuius sit. lib. de moribus Manichæorū, cap. j. Nulli arbitror esse dubiū cū de bonis & malis quæritur, hoc genus quæstionis ad moralē disciplinā pertinere. Diffinitur ibid. Quis est ita mē te cæcus, vt non videat id cuique generi malū esse, quod cōtra eius naturā est? Ibid. ca. iij. Malū est quod nocet. Quicquid enim nocet, bono aliquo priuat eā rē cui nocet: nā quod nullum bonum adimit, nihil prorsus nocet. Libr. de fide ad Petrum, parte ij. Nulla est mala natura: q̄a omnis natura, inquantū natura, est bona. Sed q̄a in ea bonū & minui & augeri pōt, in tātū mala dicit, inquātū bonū eius minuitur. Malū enim nihil aliud est, nisi priuatio boni. Vnde cōstat geminū esse creaturæ rationalis malū, vnū quo voluntariè deficit à sūmo bono creatore suo, alterū quo inuita punietur ignis æterni supplicio: illic passura iustè, q̄d hīc admisit iniustè: & q̄a ordinē in se nō seruauit Diuinæ institutionis, ordinē Diuinæ nō effugiet vltionis. Lib. ix. super Gen. ca. xxij. Nulla natura est mala: sed boni amissio, nomen mali accepit. Li. xj. de ciu. Dei ca. ix. Mali nulla natura est: sed amissio boni, mali nomē accepit. Li. ij. de gen. cōtra Manichęū circa finē. Nos dicimus nullū malū esse naturæ, sed oēs naturas bonas esse, & ipsū Deū summā esse naturā, cæteras ex ipso esse naturas, & oēs bonas in quātum sunt, quoniā fecit Deus omnia bona valde, sed distinctiōis gradibus ordinata, vt sit aliud alio melius: atque ita omni genere bonorū vniuersitas ista cōpleatur, quę q̄busdā perfectis, q̄busdā imperfectis, tota perfecta est. Quā Deus effector cōditórq; eius iusto moderamine administrare non cessat, qui omnia bona facit voluntate, & nihil mali patitur necessitate. Cuius enim voluntas superat omnia, nulla ex parte quicquam sentit inuitus. Libro cōtra epistolam fundamenti. Totum illud quod dici-

Tom. I. — Cap. 2. — Cap. 21. Tom. III. — Cap. 29. Tom. I. — Cap. 33. Tom. VI.

tur malum nihil est aliud quam corruptio. Possunt quidem aliis atque aliis vocabulis, alia atq; alia mala nominari, sed quod omnium rerũ malum sit, in quibus mali aliquid animaduerti potest, corruptio est. Sed corruptio peritæ animæ imperitia vocatur, corruptio prudentis imprudentia, corruptio iustitię iniustitia, corruptio fortis ignauia, corruptio quietis atque tranquillitatis cupiditas, vel metus, vel tristitia, vel iactantia. Deinde in corpore animato, corruptio sanitatis dolor & morbus, corruptio virium lassitudo, corruptio quietis labor. Deinde in ipso corpore corruptio pulchritudinis fœditas, corruptio rectitudinis prauitas, corruptio ordinis peruersitas, corruptio integritatis discissio, aut fractura, aut diminutio.

Malum corruptio boni.

Lib. contra Fortunatum Manichæũ, disputatione j. post medium. Omnia Deus & bona fecit & bene ordinauit, peccatũ autem non fecit: & hoc est solum quod dicitur malum, voluntariũ nostrum peccatum: & aliud genus mali, quod est pœna peccati. Cum ergo duo sint genera malorũ, peccatũ & pœna peccati: peccatum ad Deum non pertinet, pœna peccati ad vindicem pertinet. Etenim vt bonus est Deus qui omnia constituit: sic iustus est vt vindicet in peccatum. Cum ergo omnia optimè sunt ordinata quæ videntur nobis nunc aduersa esse, merito cõtingunt hominis lapsi, qui legem Dei seruare noluit. Animæ enim rationali quæ est in homine, dedit Deus liberũ arbitrium. Sic enim posset habere meritum, si voluntate, non necessitate boni essemus. Cum ergo oporteat non necessitate, sed volũtate bonum esse, oportebat vt Deus daret animæ liberum arbitrium. Huic autem animæ obtemperanti legibus suis, omnia subiecit sine aduersitate: vt ei cætera quæ Deus condidit seruirent, si & ipsa Deo seruire voluisset. Si autẽ ipsa noluisset seruire Deo, ea quæ illi seruiebant, in pœnam eius conuerterentur. Quare si rectè omnia à Deo ordinata sunt, & bona sunt, & Deus non patitur malum.

Tom. VI.

Propter hæc omnia, in Enchiridion. Illud quod malum dicitur, bene ordinatum, & suo loco positum, eminentius commẽdat bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens, quod etiam infideles fatentur, cui rerum est summa potestas, cum summè bonus sit, nullo modo sineret mali aliq̃d esse in opere suo, nisi vsq; adeo esset omnipotens & bonus, vt bene faceret etiã de malo. Quid est autem aliud quod malũ dicitur nisi priuatio boni? Nam sic corporibus animaliũ nihil est aliud morbis & vulneribus affici, quam sanitate priuari. Neque enim id agitur, cũ adhibetur curatio, vt mala illa quæ inerant, id est, morbi ac vulnera, recedant hinc & alibi sint, sed vtique vt non sint. Non enim vlla substantia, sed carnalis substantiæ vitium est vulnus aut morbus: cũ caro sit ipsa substãtia, ꝓfecto aliquod bonũ est cui accidunt ista mala. i. priuationes eius boni quod dicitur sanitas: ita & animorũ quæcũque sunt vitia, naturaliũ sunt priuationes bonorũ: quæ cũ sanãtur, nõ aliquo trãsferũtur, sed ea quæ ibi erãt, nusquã erũt, quãdo in illa sanitate nõ erũt. Naturæ igitur omnes, quoniã naturarũ prorsus omnium cõditor summè bonus est, bonæ sunt. Sed quia nõ sic sicut earũ conditor summè atq; immutabiliter bonæ sunt, ideo in eis minui & augeri bonũ potest. Sed bonũ minui malũ est, quãuis quãtumcũque minuatur, remaneat aliquid necesse est, si adhuc natura est: neq; enim si qualiscunque aut quãtulacũque natura est, consumi bonũ quod natura est, nisi & ipsa consumatur potest. Meritò quippe natura incorrupta laudatur. Porrò si & incorruptibilis sit quę omnino corrũpi nõ possit, multo est proculdubio laudabilior. Cũ verò corrũpitur, ideo malũ est eius corruptio, quia eã qualicũque priuat bono: nã si nullo priuat bono, nõ nocet: nocet autẽ adimẽdo bonũ. Quãdiu itaque natura corrũpitur, inest ei bonũ quo priuetur: ac per hoc si naturæ aliquid remanebit, quod iã corrũpi nequeat, profecto natura incorruptibilis erit, & ad hoc tã magnũ bonũ corruptio nõ perueniet. At si corrũpi nõ desinet, nec bonũ vtique habere desinet, quo eã possit priuare corruptio. Quam si penitus totámque cõsumpsit, ideo nullũ bonũ inerit quia natura nulla erit. Quo circa bonũ cõsumere corruptio non potest, nisi cõsumẽdo naturã. Omnis igitur natura bonũ est, magnũ si corrũpi nõ põt, paruũ si potest: negari tamẽ bonũ omne nisi stultè atque imperitè prorsus nõ potest. Quæ si corruptione cõsumitur, nec ipsa corruptio remanebit, vbi nulla esse possit subsistẽte natura. Ac per hoc nullũ erit quod dicitur malũ, si vllũ sit bonũ. Sed bonũ omni malo carẽs, integrũ bonũ est. Cui verò inest malũ, vitiatũ, vel vitiosum bonũ est: nec malum vnquã potest esse nullũ, vbi nullum bonum est. Vnde res mira cõficitur, vt quia omnis natura, inquãtũ natura est, bonũ est: nihil aliud dici videatur, cũ vitiosa natura, mala esse natura dicatur: nec malũ esse, nisi quod bonũ est, malũ esse quod bonũ est, nisi q̃a omnis natura bonũ est: nec res aliqua mala esset, si res ipsa quæ mala est, natura non esset. Nõ igitur potest esse malũ, nisi aliquod bonũ. Qđ cũ dici videatur absurdè, cõnexio tamen ratiocinationis huius velut ineuitabiliter nos compellit hoc dicere. Et cauẽdũ ne incidamus in illam sentẽtiã Propheticã, vbi legitur, Væ iis qui dicũt quod bonũ est malũ, vel quod malũ est bonũ: qui dicũt tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras: qui dicũt dulce amarũ, & amarũ dulce.

Cap. 11. Tom. III.

2. sent. dist. 34. cap. ostẽsa. & dist. 35. cap. quocirca

Lib. xiiij. de ciuitate Dei, ca. xj. Vsq; adeò mala vincũtur a bonis, vt quãuis sinatur esse, ad demõstrãdũ, quã possit & ipsis bene vti iustitia prouidẽtissima creatoris: Bona tamẽ sine malis esse possint, sicut Deus ipse verus & summus, sicut omnis super istum caliginosum aerem cœlestis inuisibilis visibilísque creatura: mala verò sine bonis esse nõ possunt, quoniam naturæ in quibus sunt, inquantum naturæ sunt, vtique bonæ sunt. Detrahitur porrò malum, non aliqua natura, quæ accesserat, vel vlla eius parte sublata, sed ea quæ vitiata atque deprauata fuerat, sanata atque correcta. Vnde non est dare summum malum. Lib. de mo

de moribus Manichæorum, capite secundo. Nõ potest esse summum malum, quod prohibetur esse substantia. Libro octogesimo tertio quæstionum. quæst. sexta. Omne quod est, sine aliqua specie non est. Vbi autem est aliqua species, ibi necessario est aliquis modus: & modus aliquid boni est. Summum igitur malum nullum modũ habet, caret enim omni bono. Non est igitur, q̃a nulla specie continetur, totúmque hoc nomẽ mali, de speciei priuatione repertum est. Probat libro de vera innocentia. Non potest esse vllum malum, nisi in aliquo bono: quia non potest esse nisi in aliqua natura. Omnis autẽ natura, inquãtum natura est, bonum est. Non est autẽ mali conditor Deus. Lib. lxxxiij. quæstionum. quæst. vigesima prima. Author mali Deus non est, qui omnium quæ sunt, author est: quia inquantum sunt, intantum bona sunt. Declarat lib. primo retractationum, capite xxvj. Videndum est ne hinc putetur non ab ipso esse pœnam malorum, quæ vtique malum est iis qui puniuntur. Sed hoc ita dixi quemadmodum dictum est, Deus mortẽ non fecit: cum alibi scriptum sit, Mors & vita à Domino Deo est. Malorum ergo pœna, quæ à Deo est, malum est quidem malis, sed in bonis Dei operibus est: quoniam iustum est vt mali puniantur, & vtique bonum est omne quod iustum est. Libro contra Fortunatum Manichæum, disputatione secunda, versus medium. Si pia fides est, vt omnia bona Deus fecerit, in quibus tamen ipse multò est excellentior, longéque præstantior: origo & caput mali, est peccatum. Lib. de moribus Manichæorum, capite secundo. In catholica Ecclesia dicimus omnium naturarum atque substãtiarum esse authorem Deum, simul intelligitur ab eis qui hoc possunt intelligere, nõ esse Deum authorem mali. Quomodo enim potest ille qui omnium quæ sunt, causa est vt sint, causa esse rursus vt non sint, idest, vt ab essentia deficiant, vt ad non esse tendant? Quod malum generale esse clamat verissima ratio. Propterea in Enchiridion, capite xxiij. Quoniam causæ cognoscendæ sunt rerum bonarum & malarum, quantum viæ satis est quæ nos perducat ad regnum, vbi erit vita sine morte, sine errore veritas, sine perturbatione fœlicitas: nequaquam dubitare debemus rerum quæ ad nos pertinent bonarum causam non esse nisi bonitatem Dei: malarum verò ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius Angeli, hominis postea. Hoc primum est creaturæ rationalis malum, id est, priuatio boni: deinde etiam iam volentibus subintrauit ignorantia rerum agendarum, & concupiscentia noxiarum, quibus comites subinferuntur error & dolor: quæ duo mala quã do imminentia sentiũtur, ea fugitantis animi motus, vocatur metus. Porrò animus cũ adipiscitur concupita, quamuis perniciosa vel inania, quoniã id errore nõ sentit, vel delectatione morbida vincitur, vel etiam lætitia ventilatur. Ex iis morborum non vbertatis sed indigentiæ, tanquam fontibus omnis miseria naturæ rationalis ema-

A nat. Quare autem, & vnde insit malum. lib. iiij. super Gene. cap. xxij. Cum homo non vult adhærere Deo, priuat se bono, & hoc malũ est ei: Vnde per iustitiã Dei cruciatus cõsequitur. Quid enim tam iniquum, quàm vt bene sit desertori boni? Neque vllo modo fieri potest, vt ita sit. Sed aliquãdo amissi superioris boni non sentitur malum, cum habetur quod amatum est inferius bonum. Sed Diuina iustitia est, vt qui voluntate amisit quod amare debuit, amittat cum dolore quod amauit. Cum naturarũ creator vbique laudetur, adhuc enim est bonum, quod dolet amissum bonum. Nam si non aliquod bonum remansisset in natura, nullius boni amissi dolor esset in pœna. Lib. xxj. contra Faustum. Perturbati homines nõ intelligũt in vno eodémque opere ma-

Mali origo.

Cap. 9. Tom. VI.

B lo, non postea consequẽte alia, quæ manifesta erit, sed quadam continuò comitante vindicta, aliud venire de astutia suadentis, aliud de nequitia volentis, aliud de iustitia punientis: cum diabolus suggerit, homo consentit, Deus deserit. Propter hæc omnia diffusius loquitur. Lib. quæstionum veteris & noui testamenti. q. j. Deus bonus est, & omnia quæ fecit bona sunt. Vnde ergo malũ? Nihil est malum, nisi priuatio† boni, dum inconcessa præsumuntur, aut concessa inordinatè fiunt: vt alibi mandatum, alibi peccatum fiat: vt quomodo quod in vxore concessum est, fit in meretrice, & quod Deo offerendum erat, offertur diabolo: & cum quis non tollit suum, sed alienum, & cum præuaricatorem occidi liceat, occiditur innocens. Nulla igitur natura proba-

Tom. IIII.

† Aliàs, præuaricatio

Malum contra naturam.

C tur malum. Voluntas autem est accidens naturę, concepta ex causis, quæ malè mouetur dum excedit modum vt illa gerat quæ naturæ suæ non sint. Causæ autem præuaricationis oriuntur ex sensibus, quando aliquid malè videmus aut audimus. Quem errorem hæc res facit, quia homo non est Deus, qui solus errare non potest. Natura ergo hominũ proprio arbitrio remissa est, vt possit facere quod vult: vt si bonũ naturæ suæ exercitatio melior & honorabilior sit: si autem infirmet vigorem suum, contumelia dignus huiusmodi habeatur: facit enim quod contra se sit. Non est minimũ quod concessum est boni, vt cũ recta sequitur, gaudeat in se, sed per id opere suo videt se meliorẽ: aut certè sibi imputet, qui cũ potuit non dedit operam vt melioraret se bonis. Si autẽ homo potestatis suæ non esset, subie-

Causæ peccati ex sensibus oriuntur.

D ctus fuerat necessitati, vt neque boni operis haberet gloriã, neque pœnam, sed fuisset vnũ ex pecoribus. Quoniã ergo ad vtrũq; facti sumus possibiles: vt per negligentiã delinquamus, si quod bene audire & videre debemus, malè. i. extra naturã audiamus: per vigilantiã autẽ naturæ bonũ custodiamus: & cauti semper esse possimus, q̃a sicut dixi ad vtrũq; facti sumus possibiles. Si peccamus, nõ iã cõdẽnamur nisi iterũ delinquamus iã quasi proditores. Qui enim semel peccauerit, reparare se debet, ne denuò peccet, ne par sit ei q̃ se vicerat, vt iterũ si nõ peccet, iã superior habeat q̃a qui semel elisus est bis triũphabit. Hęc iustitia est, vt

est, vt quia colluctatio in mundo est, qui propensior ad peccandum est, in non peccando coronetur. Nihil ergo in Dei opere malum est. At si à quibusdam mala quædam dicantur, vt venenum aut tenebræ, q̄a corpora nostra vim veneni ferre nõ possunt, malum dicant etiã ignem aut aquam: & ferrum vel plumbum, quia multũ ab auro distat, malũ dicatur. Ad cõpationem enim lucis tenebras condemnant, cum sciant pro loco suo necessarias esse, sicut plũbum aut testam. Nam vtiq; requiem dant post laborem. Igitur omnis qui colluctatur in mundo, sic eniti debet, ne in re aspera victus abscedat & fiat reus, vix aut tardè se reparans, & fortè inter hæc proueniat exitus & exeat hinc cum peccato. Qui enim omni virtute nititur, si elisus fortè fuerit, quasi vir cadit: neque succenset ei quisquam, sed hortatu quodam animum eius reparat. Videt enim eum propositum habuisse vincendi, & sperat talem proficere posse ad victoriam, quem non sine fatigatione sui hostis elisit. Qui enim facile vincitur, non habet animum resistendi: nec vincitur, sed consentit. Hic acerbius peccat. Huiusmodi vix ad veniam admittendus est, qui voluntatem habet delinquendi. Qui enim id quotidie meditatur ne peccet, etiam si peccauerit, non asperè peccat. Diligentibus enim Deum aliquando minora peccata surrepunt. Quanto enim minora sunt, tanto magis subtiliora, & dum contẽnuntur non vitantur, maiora enim longe apparent: Ac per hoc qui in maioribus peccat, voluntatis eius est crimen. Sanè quoniam superius peccata ex sensibus ortum capere diximus, dum contra legis imperium vel rationem aliquid aspicimus aut audimus, id est, si solem videntes adorandum eum putemus propter pulchritudinẽ eius, tunc malè videmus: quia ad iniuriam pertinet creatoris communis, vt quod illi soli debitum est, deputetur creaturæ. Quippe cum ab eo prohibitum sit per legem. Aut cum corpora bene cõposita & decora videmus, aut aliquid proximi cõcupiscamus, aliter ea aspicimus quam mandat lex: tunc fit peccatum, quod vocatur malum. Sed fortè dicatur, Nihil formosum debuit fieri ne nos peccaremus, vt tutela nostra ex aliorum deformitate constaret. Quod si esset, nec ferrũ esset, ne de eo fieret homicida: neque lucerna in vsu esset, ne fures lumine eius ad effringendum vterentur: vt quod magnopere omnibus vtile est, deesset propter quorũdam vaniloquia: Cum constet omnia semper nos aspicere, nec tamen semper concupiscere: quia non illorum vitium, sed nostrum est quod sumus negligentes, quod constat ex interuallo creari, quia nõ sumus quod Deus est. Sic autem malè audimus, si audientes idola Deos esse, consentiamus: aut si turpia cantantibus, aurem accommodemus. Tunc autem bene audimus, si audientes de Deo quod vnus sit, oblectemur. Si quis autem contra legem aliquid audiens assentiat, peccat, & hoc malum audire.

Peccatũ, auersio à creatore & conuersio ad creaturam.

Sed quæ dicantur mala, libro de natura boni, cap. quarto. Mala dicitur natura, quæ corrupta: incorrupta natura, vbique bona est. Sed etiã ipsa corrupta, inquantũ natura est, bona est: in quantum verò corrupta est, mala est. Fieri autem potest vt quædam natura quæ modo & specie naturali excellentius ordinata est, etiam corrupta melior sit adhuc quàm est incorrupta altera, quę minore modo & specie naturali inferius ordinata est, sicut in hominum existimatione secundum æqualitatem quæ aspectibus adiacet. Melius est itaque etiam corruptum aurum quam incorruptum argentum: & melius corruptum argentũ, quam incorruptum plumbum. Distinguitur de malo. Libro primo de libero arbitrio, capite primo. Duobus modis malũ appellare solemus, vno cum malè quenquam fecisse dicimus: alio cum mali aliquid essè perpessum. Libro contra Adimantum discipulum Manichæi. capite vigesimo sexto. Non est malum in ciuitate quod Deus non faciat. Malum hoc loco, non peccatum, sed pœna intelligenda est. Dupliciter enim appellatur malum, vnum quod homo facit, alterum quod homo patitur pœna. De pœnis ergo loquebatur Propheta cum hoc diceret. Diuina enim prouidentia cuncta moderante & gubernãte, ita homo malè facit quod vult, vt malè patiatur quod non vult. Nescire malum. libro sexto contra Iulianum capite sexto. Nescire malum, nõ semper est malum: Concupiscere autem malum, semper est malum. Bonum verò ipsum aliquando vtiliter ignoratur, vt opportune sciatur. Libro octauo super Genes. Hæc duo bonum & malum, sciuntur aliter per prudentiã boni, aliter per experientiam mali: Per prudentiam boni malum scitur, etsi non sentitur: tenetur enim bonum, ne amisione sentiatur malum. Item per experientiam mali, bonum scitur: quoniam quid amiserit sentit, cui de bono amisso fuerit malè. De malo vti. libro quinto contra Iulianum capite decimo. Malo bene vti, non est peccatũ. Nec ideo res bona est, quia ea bene vtitur homo. Nam de duobus hominibus scriptum est, Filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro vtetur. Nunquid ideo bonum est esse imprudentem, quia bene illo vtitur sapiens? In sermone sexto de Martyribus, qui dicitur, De massa candida. Mala iniustè perpesi fortiter toleremus. Sit nobis electa causa, ne nobis noceat pœna. Nam mala causa nullum præmium habet, sed iustum tormentum. Non est igitur in hominis potestate quo exitu hanc vitam finiat: sed est in hominis potestate, quomodo viuit vt securus vitam finiat. Neque hocin hominis potestate esset, nisi Dominus potestatẽ dedisset filios Dei fieri.

Propterea super Psalmum centesimum quadragesimum quartum. Quando mala accidunt impiis, infirmantur: quando mala accidunt iustis, confirmat Deus omnes decidentes. Libr. de natura & gratia. cap. vigesimo quarto. Sũt mala quæ prosunt mirabili misericordia Dei, sicut pœna qua multi emendati sunt aliqui. Vnde aliquid boni ille passus est qui dixit, Auertisti faciẽ tuam à me, & factus sum conturbatus.

Malus

MALVS. Vnde quis sit malus. Lib. ij. de ciuit. Dei. cap. iiij. Voluntate ꝓpria quisque malus est. In dialogo ad Orosium. Malũ natura nõ est, sed priuatio boni hoc nomen accepit. Denique bonũ põt esse sine malo: malũ nõ potest esse sine bono, nec potest esse nisi fuerit bonũ. Ac per hoc dicimus Angelũ bonũ & angelũ malum: hominẽ bonum, & hominẽ malũ: sed bonũ quod Angelus, malũ quod vitiosus: bonũ quod homo, malũ quod vitiosus. Ideoque quando dicimus bonum, naturam laudamus: quando dicimus malum, non naturã, sed vitium, quod est bonæ naturæ deprehendimus. Libro primo de libero arbitrio, cap. j. Non vnus aliquis est author mali, sed quisque malus sui malefacti author est. Quomodo malus debeat diligi. in epist. ad Macedoniũ. Quia homines oẽs mali possunt dici, propter vitia infirmitatis humanæ, meritò ait Seneca (qui tẽporibus Apostolorũ fuit, cuius etiam quædam leguntur ad Apostolũ Paulũ epistolæ) Omnes odit qui malos odit: & tamen ideo sunt diligendi mali, vt nõ sint mali: quẽadmodũ non vt permaneant, sed vt sanentur diligũtur ægroti. Vnde ibidem circa finẽ. Hîc nõ intercedimus pro malis, vt secundũ mores legésq; terrenas nõ restituantur aliena: quamuis placabiles velimus vos esse malis, non vt placeant vel permaneant mali, sed quia ex illis fiunt quicunque fiunt boni: Et sacrificio misericordiæ placatur Deus: quem nisi propitiũ haberent mali, nulli essent boni. Lib. 50. Homi. homil. vj. Dicis tu tibi quasi iustus, Magna est patientia Dei quæ illũ talem finit viuere. Atque vtinã solùm hoc dicas. Sed timeo quod insuper reprehẽdas dicens, Quid placuit Deo talibus parcere? Tanta mala faciunt homines & viuunt. Sic dicat alius. O Deus, quam viuit iste qui tanta dicit, & tuam iustitiam reprehendit? Non enim attẽdit quid ipse dicat, sed attendit quid alius faciat. Qui tibi displicet fortassis nõ reprehendit, nec effundit istas cõtumelias in Deũ, quomodo tu facis. Ecce putas q̃a Deus quomodo tu vis, nulli malo velit parcere, quid de te facturus est qui sine peccato esse nõ potes? Non attẽdis vbi te inueniat. Rogo ergo vt non solũ aliis, sed etiã tibi parcatur. Hoc itaque habent quasi propriũ omnes iniqui, nolũt vt parcat Deus iniquis, & non vident quod ipsi sint, etiã ex hoc ipso quod ita volũt. Sed ego iustus sum, inquis, Si tibi non parceret Deus cum esses iniquus, quomodo ad iustitiã peruenisses? An fortè volebas vt Deus vsque ad te patiens esset, quousque tu peruenires ad iustitiã? Quia Deus extẽdit pontẽ misericordiæ suæ vt tu trãsire posses, hoc vis vt iam subducatur, ne alius transeat? Lib. de vera innocentia. Nõ omnes quidem mali in hoc proficiunt vt sint boni: nemo tamen est, nisi ex malo bonus. Sunt mali tolerãdi, lib. de catechizandis rudibus. Oportet nos tolerabiliter sustinere malos, cum ignoramus quales postea futuri sint: quoniam & ille pariter sinit eos viuere, quẽ nihil futurorum latet. In sermone de Iacob & Esau. Carnales in Ecclesia per totum orbem terrarum nõ seruiunt nisi spiritualibus. Quare? Quia de illis proficiunt spirituales. Nam ideo carnales homines serui dicuntur. Et si quod volunt faciũt, prodest tamen spiritalibus mala conuersatio eorum: quia ex eadem conuersatione proficiunt, & per tolerantiam coronantur. In communibus sermonibus, sermone xlix. Si bonus es, non quidem alterius bono, sed tuo bonus es. Veruntamẽ eo ipso tuo bono quo bonus es, etiam bono alterius non mutuata bonitate, sed mutuata dilectione gaudes. Item si malus es, non malus es malo alieno, sed tuo: eodémque tuo malo non diligis ꝓximũ tuum tanquam teipsum, neque enim diligis vel teipsum diligis. Quippe iniquitatẽ acerrimam inimicam tuam, non tibi extrinsecus admotam, sed abs te tibi intrinsecus factam, quæ vt facilius vincat te, faues ei contra te: ita quod te oderis, apertè conuinceris, cum eam diligis, à qua turpiter vinceris. Neque enim Diuinum eloquiũ fallitur quo dictũ est, Qui diligit. ini. o. a. s. Hinc est quod bonus eo bono quo bonus est, & bono alterius gratulatur, & malo alterius contristatur: ac per hoc tali proximo, quoniam ipse verius dicitur proximus qui te de proximo attendit, hoc est, misericorditer respicit: tali ergo proximo vteris si sapiens fueris, & tibi & illi bonus eris: nõ quia bono tuo bonus erit, sed quia bono tuo boni tui dilector erit. Si autem malus euaseris, non cum illo, sed solus hauries mala. Neque enim malo tuo malus est, sed in tuo malo misericors erit. Mœstificat eum malitia tua, non sequitur eũ pœna tua. Irrogat illi tristitiam, non cum illo communicat iniustitiam. Malus itaque non cum proximi bono, sed solus hauriet mala: quia illa tristitiam quam de te habet bonus, suo bono habet & tuo malo. Illa tristitia illius indicat dilectionem, tua perditionem: te damnat, illum coronat: te deprimit, illum erigit. Libr. xj. super Gene. Cum per iniustos iusti, & per impios pij proficiant, frustra dicitur, Deus non crearet quos malos præsciebat futuros. Cur enim non crearet Deus quos præsciebat bonis profuturos: vt & vtiles bonis voluntatibus exercendis admonendísque nascantur, & iuste pro sua mala voluntate puniantur? Super Psalmum quinquagesimũ quartũ. Omnes mali, cum mali sint, exercent bonos. Si bonus es, inimicum non habebis nisi malum. Porrò ea tibi bonitatis regula præfixa est: vt imiteris bonitatem patris tui, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Neque tu habes inimicũ, & Deus non habet. Tu quidem habes inimicum qui tecum creatus est, ille verò quem creauit. Inimicos ergo Dei malos & iniquos sæpe in scripturis legimus, & parcit eis ille qui non habet qđ imputet illi inimicus cui inimicus, omnis ingratus est: ab illo enim habet q̃cq̃d boni habet. Ab ipso enim habet misericordiam, quicquid est etiã vnde tribulatur. Ad hoc enim tribulatur ne superbiat: ad hoc tribulatur, vt humilis agnoscat excelsum. Tu ergo inimico tuo quẽ intolerabiliter pateris quid præstitisti? Si enim ille habet inimicũ, q

Cap 6. Tom. III. Tom. VII. Tom. VIII.

ei tanta præstitit,& facit solem suum oriri super bonos & malos,super iustos & iniustos: Tu qui nec solē oriri potes facere,nec super terras pluere,aliquid vnum seruare non potes inimico tuo, vt sit pax in terra hominibus bonæ voluntatis? Ergo quoniam hæc tibi dilectionis regula figitur,vt imitans patrem diligas inimicum: Diligite,inquit,inimicos vestros:In hoc pręcepto quomodo exercereris, si nullum inimicum patereris? Vides ergo prodesse tibi aliq.d,& quod Deus parcit malis.Prosit tibi ad habendam misericordiam,quia & tu fortè si bonus es,ex malo factus es bonus: & si Deus non parceret malis, nec tu qui gratias ageres appareres. Parcat ergo aliis qui pepercit & tibi.Non enim cum transieris,intercludenda est via pietatis.

Tom.II. Epist.48 Idem Epist. 157.ad Optatum.

Non debent boni propter malos malum pati.in epistola ad Vincentium.Non propter malos boni deserēdi sunt, sed propter bonos mali tolerandi. Ostendit Deus potentiam suā,qua bene vtitur etiā malis, multa illis naturalia & temporalia bona largiēs, eorúmque malitiam ad exercendos & comparatione admonendos, bonos accommodans, vt in eis discant agere gratias Deo,quod ab eis,non suis meritis qui in eadem massa paria fuerunt,sed illius miseratione discreti sunt.

Tom.II. Epist. Ad Maximam ord.141.

In epistola. Sicut mali homines benignitate & patientia quæ sunt bona Dei malè vtuntur, dum non corriguntur:sic & contra Deus etiam malis eorum bene vtitur, non solùm ad iustitiam suam qua eis digna in fine retribuet, sed etiam ad exercitationem & profectum sanctorum suorum,vt ex ipsa etiam malorum peruersitate boni proficiant, & probentur,& manifestentur,sicut dicit Apostolus, Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant inter vos.

1.Cor.11

Nam si nullus etiam malorū bonus vsus esset Deo ad vtilitatem electorum suorum,qui etiam de malo Iudæ tantum bonum nobis præstitit, vt Christi sanguine redimeremur: poterat eos aut nasci non permittere, quos malos futuros esse præsciebat,aut in ipso eorum initio malignitatis extinguere. Sed tantum eos esse permittit quantum nouit expedire atque sufficere admonendæ atque exercendæ sanctæ domui suæ.

Tract.90. Tom.IX.

Super Ioannem.O miseros homines: qui cum esse volunt mali,nolunt esse veritatem qua damnantur mali. Nolunt enim eam esse quod est,cum seipsos debeant esse nolle quod sunt: vt ipsa manente mutentur, ne ipsa iudicante damnentur.

Et ideo sunt mali plusquam boni. in communibus sermonibus,sermone quadragesimo quarto. Si quis es bonus non de tuo bono, quia fuisti malus: sed de illius es, qui nunquā potest esse malus,& exercere te vult in mediis malis.Nec dicas,saltem si necesse est propter exercitationem nostram vt sint mali,pauci essent, & boni multi essent,multis non nocerent. Considera vir prudens quod pauci mali multis bonis nocere non audent, & si non audent non exercent: nunc verò laboratur à paucis bonis inter multos malos,& cum laboratur,sudatur: & cum sudatur,aurum purgatur.

Vnde quare permittat eos esse Deus.super Psal.liiij. Ne putetis gratis malos esse in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo viuit vt corrigatur, aut ideo viuit vt per eum bonus exerceatur. Vtinam ergo qui nos modo exercent conuertantur,& nobiscum exerceantur: tamen quandiu ita sunt vt exerceant,non eos oderimus, quia in eo quod malus est quisque eorum, vtrum sit vsque in finem perseueraturus ignoramus. Et plerunque cum te videris odisse inimicū, fratrē odisti,& nescis. Diabolus & angeli eius in scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quod ad ignem æternum sint destinati: ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus continuam luctam.

Quia vt dicit in Enchiridion.Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo vt fiat,vel ipse faciendo. Nec dubitandum est Deum facere bene,etiam fieri sinendo,quæcunque fiunt malè.Non enim hoc nisi iusto iudicio sinit. Et profecto bonum est omne quod iustū est.Quamuis ergo ea quæ mala sunt, inquantum mala sunt, non sunt bona: tamen vt non sola bona,sed etiam sint & mala,bonum est. Nam nisi esset hoc bonum vt essent & mala,nullo modo esse sinerētur ab omnipotenti bono. Cui sine dubio semper quam facilè est quod vult facere, tam facilè quod non vult esse, non sinere.Hoc si non credamus, periclitatur ipsum nostræ confessionis initium, qua nos in Deum patrem omnipotentem credere confitemur. Neque enim ob aliud veraciter vocatur omnipotēs, nisi quoniam quicquid vult potest, nec voluntate cuiuspiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus.

Et quia Deus Dominus est.ideo in eodem libr.Ad iram Dei quippe pertinet iustam,quicquid cæca & indomita concupiscentia libenter faciunt mali, & quicquid manifestis apertísque pœnis patiuntur inuiti: non sanè desistente creatoris bonitate, & malis angelis subministrare vitam, viuacémque potentiā: quæ subministratio si auferatur,interibunt:& hominum quamuis de propagine vitiata damnatáque nascentium formare semina & animare & ordinare membra per locorum spatia, per temporum ætates,vegetare sensus: alimenta donare. Melius enim iudicauit de malis benefacere, quā mala nulla permittere esse.Et si quidem in melius hominis reformationem nullam prorsus esse voluisset,sicut impiorum nulla est angelorū, nonne meritò fieret,vt natura quę deseruit Deū, quæ præceptum sui creatoris,quod custodire facillimè posset,sua malè vtens potestate calcauit atque transgressa est,quæ in se sui conditoris imaginem ab eius lumine contumaciter auersa violauit, quæ salubrem seruitutem ab eius legibus malè libero abrupit arbitrio, vniuersa in æternū desereretur ab eo,& pro suo merito pœnam penderet sempiternam? Planè ita faceret, si tantum iustus,non etiam misericors esset,suámque indebitam misericordiam, multo euidentius indignorum potius liberatione monstraret.

Libr. vigesimo secundo de ciuitate Dei.capite primo.

Deus

Deus cum præsciret Angelos quosdam per elationem, qua ipsi sibi ad beatã vitã sufficere vellent, tanti boni desertores futuros, non eis ademit hanc potestatem, potentius & melius esse iudicãs etiam de malis benefacere, quam mala esse non sinere. Quæ omnino nulla essent, nisi natura mutabilis quamuis bona, & à summo Deo atq; incõmutabili bono, qui bona omnia condidit instituta, peccando malã ea sibi ipsa fecisset. Quo etiam peccato suo teste conuincitur, bonam conditam se esse naturam. Nisi enim magnũ & ipsa licet nõ æquale cõditori bonum esset, profecto desertio Dei tãquam luminis sui malum eius esse non posset. Nam sicut cæcitas oculi vitium est, & idem ipsum indicat ad lumen videndum esse oculum creatum, ac per hoc etiam ipso vitio suo excellẽtius ostenditur cæteris membris membrum capax luminis, nõ enim alia causa esset vitium eius carere lumine: ita etiam natura quæ fruebatur Deo, optimam se institutam docet etiam ipso vitio, quo ideo misera est, quia non fruitur Deo.

Libro primo de prædestinatione sanctorum. *To. VII.* Deus bene etiam vti nouit malis: non vt sibi prosint vasa iræ, sed vt ipso illis bene vtente, prosint vasis misericordiæ.. Libro quæstionum super *Tom. III.* Exo. quæst. xxxij. Nouit Deus bene vti malis: in quibus tamen humanam naturã non ad malitiam creat, sed perfert eos patiẽter quousque scit oportere: non inaniter, sed eis vtens ad monitionem vel exercitationem bonorum. In sermone iij. de Machabæis. Pictor nouit vbi ponat nigrum colorem, vt sit decora pictura: & Deus nescit vbi ponat peccatorem, vt sit ornata creatura? Nisi Deus anterioribus sæculis seruaret sua patiẽtia peccatores, vnde nascerẽtur hodie tot fideles? Ali qui mali seruantur, vt boni inde nascantur. Boni gratia Dei, nam tota damnata est massa peccati. Quid diabolo nequius: & de eius nequitia tot bona facit Deus? Non funderetur pro salute nostra sanguis redemptoris, nisi proditus fuisset nequitia desertoris. Lege Euangelium, & vide quid ibi scriptum est. Immisit diabolus in cor Iudæ vt traderet Christũ. Malus diabolus, malus Iudas. Qualis organarius, tale organum. Vsus est ergo male suo vase: vsus est Dominus ambobus bene. Conati sunt ergo ad nostram perniciem: Deus hoc vertere dignatus est ad salutem. Tradidit Iudas Christum, tradidit & pater filium: Iudas tradidit & damnatur, tradidit filium pater & glorificatur. Tradidit, in quam, Iudas magistrum, & damnatur: tradidit seipsum ipse filius, & laudatur.

Et vt dicit libro de vera innocentia. Non omnes quidem mali in hoc proficiunt vt sint boni nemo tamen est nisi ex malo bonus. Vellet mundana sapientia vt nunquam permitteret Deus eos esse fœlices qui mali sunt, quod vtique non facit, sed sinit. Sed ideo mali cum habent quod volunt fœlices putãtur, quia quid sit fœlicitas ignoratur. Libro vndecimo, super Genes. *Cap. Tom. III.* Hinc maximè commendatur quantum bonum sit Deus, quando nulli ab eo recedenti bene est: quia & qui gaudent in mortiferis voluptatibus, esse sine dolorum timore non possunt: & qui omnino malum desertionis suæ maiore stupore superbiæ nõ sentiunt, aliis qui hæc discernere nouerunt, miseriores prorsus apparent: vt si nolunt percipere medicinam talia deuitandi, valeãt ad exemplum quo possunt talia deuitari. Super Psal. lj. *Tom. VIII.* Minaris malo. Vt eum vis mittere, in malum? Dimitte illum in se, multum sæuias, subiecturus es bestiis: in seipsum peior est bestiis. Bestia enim lacerare corpus eius potest, ipse cor suum sanum relinquere nõ potest. Interius in se ipse sæuit, & tu exterius plagas inquiris? imo ora pro illo, vt liberetur à se. Lib. de agone Christiano. *Cap. 7. Tom. III.* Quicunque mali sunt, sic ordinati sunt: quia & vnusquisque sibi, & omnes inuicem nocẽt. Hoc enim appetunt quod perniciosè diligitur, & quod eis auferri facilè potest, & hoc sibi inuicem auferũt, quando se persequuntur. Et ideo cruciantur quibus auferuntur temporalia, quia diligunt ea. Illi autem qui auferunt, gaudent. Sed talis lætitia cæcitas est, & summa miseria: ipsa enim magis implicat animas, & ad maiora tormenta perducit.

In communibus sermonibus, sermone xlviij. *Serm. 1. Dominic. 14. post trinit. & ord. 236. Tom. X.* Multum interest inter malum pati, & malum esse. Malum est tibi, quia à malo pateris, sed quod pateris non es: Ille autem malus à quo pateris, malus est. Ideo non potest fieri vt tibi malè sit quia pateris malum, & illi bene sit qui est malus. Putas quia malus non patitur: cum patitur seipsum? Tibi malum est, quia alienum pateris in corpore tuo: & illi bene est, qui seipsum malum patitur in corde suo? Tibi malè est, qui malã habes villam: & illi bene est, qui malam habet animam? Falleris ergo dicens, Quia ideo tibi malè est, quia pateris mala: & bene est illi, qui est ipsum malum.

Ideo in eodem. Dicis Deo, Libera me Domine ab homine malo. Si totis præcordiis hoc dicis, intentis oculis te prius attende, & fac respondisse tibi Deũ, A quo homine malo libero te? Si enim malus es, prius liberandus es à te ipso. Non tibi dominetur auaritia, non te calcet concupiscentia, non te trituret ira. Isti hostes sunt tui interiores, à quibus aliquando liberandus es vt non sis malus & petas liberari ab homine malo.

MAMMONA. Libro. ij. de ciuitate Dei, cap. vltimo. *Tom. V.* Non ideo putandus quisquam sceleratissimus nequaquam vel bona vita, vel tolerabiliore imitatus, recipi in æterna tabernacula, quoniam obsequutus est sanctis de mãmona iniquitatis, id est, de pecunia, vel diuitiis, quæ malè fuerant acquisitæ: aut etiã si bene, non tamen veris, sed quas iniquitas putat esse diuitias, quoniam nescit quæ sint veræ diuitiæ, quibus illi abundant, qui etiam alios recipiunt in æterna tabernacula.

MAMILLA. Super Apoca. homil. j. *Tom. V.* Duo testamenta intelligũtur per duas mamillas: quæ de pectore Domini saluatoris, tanquam de perenni fonte accipiunt. Zona aurea, chorus est siue multitudo sanctorũ. Sicut enim de cingulo pectus stringitur, ita sanctorũ multitudo Christo adhæret, & velut duas

mammillas duo testamenta complectitur, vt ex ipsis velut de geminis vberibus nutriantur.

MANDATVM. Quid sit mandatum. super Psal.ciiij. Mandatum est autem, quod facere debemus: promissum, quod accipere. Mandatum ergo fides est, vt iustus ex fide viuat: & huic fidei hæreditas æterna promittitur. Mandat Deus diuersimodè. Lib. 50. Homil. homil. xviij. Mandat aliquando non aure, sed in corde: mandat enim miris modis, qui in cogitationibus loquitur. Dicimus mandasse Deum loquendo, in corde suggerendo quod opus erat, persuadendo quod vtile erat rationali animæ. Sic enim in Prophetis legimus, quod mādasset Dominus vermi, vt roderet radicem cucurbitæ. Quid est manducauit: nisi cor præparauit? *Tom. X.*

Sunt mandata Dei vtilia. super Psal. cxviij. sermone quarto. Mādata Dei siue cum leguntur, siue cum memoria recoluntur, tanquam speculum intuendum est, secundum Apostolum Iacobum dicentem. Si quis auditor est verbi, &c. vsque in facto suo erit. Ibidem sermone quinto. Mandatis quippe Dei rectis atque arduis, humana nō contemperatur infirmitas, nisi præueniens eius adiuuet charitas. Quomodo seruanda, libro de vera innocentia. Mandatum Dei si timore fit pœnæ potius quam amore iustitiæ, seruiliter fit, non liberaliter: & ideo non bene fit. Non enim bonus fructus est, qui non de charitatis radice procedit. Libro de singularitate clericorum. Dei mandata ita sunt seruanda. Et si aliquid iusserit quod secundum homines videatur iniustum, iustum credatur & fiat, cuius voluntas est sola vera iustitia. Si enim totum quod gerimus, hoc est vt Domino placeamus, profecto hoc solum erit iustum, quod voluerit, iusserit, & probauerit Deus, cui placere gestimus. Ambulantes in tenebris sibimetipsis lumen non possunt ostendere, nisi vltroneum seipsum non videntibus lumen ostendat: ita humana cæcitas ad Dominum non dirigit viam, nisi ipse lucernam legis ostendat. Sed super Ioannem, Tract. lxxv. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui habet in memoria, & seruat in vita. Qui habet in sermonibus, & seruat in moribus. Qui habet audiendo, & seruat faciendo: aut qui habet faciendo, & seruat perseuerando: ipse est qui diligit me. Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. Quomodo studenda. libro de vera innocentia, cap. xxvj. Mādata Dei nisi quieta mens, scrutari non potest: vt ergo religiosum exerceatur studium, abigenda sunt iurgia malignorum.

Tom. VIII. *Iac. 1.* *Cap. 257.* *Tom. III.* *Apud D. Cyprianum.* *Tom. IX.* *Tom. III.*

MANDVCARE. Distinguitur de mā ducatione. Libro lxxxiij. quæstionum, quæstione. xxxix. Quid est quod accipit eam rem quam commutat? vt animal cibum. Quid est quod accipitur & commutatur? vt idem cibus. Quid quod accipitur & non commutatur? vt oculis lux, sonus auribus. Sed hæc per corpus accipit anima. Quid est autem quod per seipsam accipit, & commutat in se? vt aliam animam, quā A recipiendo in amicitiā, sui similem facit. Et quid est quod per seipsam accipit, & non commutat? vt veritatem. Quare cognoscendum est, & quid sit dictum Petro, Macta, & manduca: & quid in Euangelio, Vita erat lux hominum. Manducatio sacramentalis. super Ioannem, sermone ij. Manducare panem meum, est credere in eum. Qui credit, manducat: Inuisibiliter saginatur, quia inuisibiliter vescitur. Manducatio vitiosa. super Psal. xlviij. sermone ij. Quod manducauerat ille diues apud superos, hoc digerebat apud inferos. Iniquitatem, dico, quam epulabatur. Manducabat pretiosas epulas ore carnis, & ore carnis, iniquitatem. Quod apud superos ore carnis manduçauerat, hoc apud inferos in illis suppliciis digerebat. Et quidem temporaliter manducauerat, B & inæternum male digerebat.

Tom. IIII. *Tom. I.*

MANE. Exponitur super Ioanem, sermo. xxxij. Mane astabo tibi, &c. Quid est mane? Transacta nocte solis istius: transactis terroribus & tentationibus: superato illo Leone, qui nocte rugiens, circuit quærens quē deuoret. Super Psal. lviij. sermone ij. Exaltabo mane misericordiam tuam. Mane, transactis tentationibus. Mane, cum nox sæculi huius transierit. Mane, quando iam latronum insidias, & diaboli, & angelorum eius non expauescimus. Mane, quando iam non ad lucernam Prophetiæ ambulamus, sed ipsum verbum tanquā solem contēplabimur. Sed alio modo, super Psal. lxiiij. Mane significat prosperitatē sæculi: vespera significat tribulationē sæculi. In vtroque enim tentatur C anima humana: & prosperitate, ne corrūpatur: & aduersitate, ne frangatur. Ideo autem mane prosperitatem significat, quia mane lætum est, transacta velut tristitia noctis. Ttristes autem sunt tenebræ veniēte vespera: Ideo veniēte quasi mundi vespera, obtulit sacrificiū vespertinū. Nostrū ergo timeat vnusquisq; vesperam. Super Psal. liiij. Vespere mane & meridie. Vespere Dominus in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascensione. Enarrabo vespere patientiam morientis, annuntiabo mane vitam resurgentis, orabo vt exaudiat in meridie sedens ad dexteram patris. Ibidem. Vespere mane & meridie annuntiabo. Euangeliza ergo tu, quod accepisti. Vespere de præteritis, mane de futuris, meridie de sempiternis.

Tom. I. *Tom. VIII.* *Tom. VIII.* *Sup. i.*

D MANIFESTATIO. Super Ioannem. Tract. lxxvj. Est quædam Dei manifestatio interior, quam prorsus impij nō nouerūt, quibus Dei patris & spiritus sancti manifestatio nulla est, filij verò esse potuit, sed in carne, quæ nec talis est, qualis illa, nec semper illis adesse potest qualiscunque sit, sed ad modicum tempus, & hoc ad iudicium, non ad gaudium: ad supplicium, non ad præmium.

Tom. IX.

MANNA. Super Psal. lxxvij. Manna significat panem verum de cœlo qui verè cibus est Angelorum: Quod Dei verbum corruptibile incorruptibiliter pascit, quod vt manducaret homo, caro factum est, & habi

Tom. VIII.

habitauit in nobis. Ipse enim panis per nubes Euangelicas vniuerso orbi pluitur, & apertis prædicatorum cordibus tanquam cœlestibus ianuis, non murmuranti & tentanti synagogæ, sed credenti & in illo spem ponenti Ecclesiæ prædicatur. In sermone de Iacob & Esau. Datum est patribus manna in deserto, sicut nobis datur dulcedo scripturarum, vt duremus in ista eremo vitæ humanæ: & nouerint quale manna accipiunt Christiani quibus dixit ipse Psal. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.

MANSIO. In sermone de assumptione virginis. In domo patris mei mansiones multæ sunt: quia vnaquæque anima pro suis meritis illic honoratur. Sed tantus erit ibi charitatis perpetuæ ardor, vt vnusquisque & quod in se non habet, gaudeat se possidere in altero. In lib. Hypognosticō. Mansiones istæ multæ apud patrem nō sunt diuisæ cellulis ad habitandum iustis, sed coniunctæ charitate bonorum præmia meritorum, quæ sunt in regno cœlorum, quod est indiuisum in possessionem vnicæ cōcordiæ Diuinitatis, patris, & filij, & spiritus sancti: & non est vt quoddam grande palatium, vnde concludi & excludi possit: nec terminum habet quomodo regnum terræ, vt vltra regnandi non habeat potestatem. Ipse enim qui implet omnia, & excedit omnia, pater & filius & Spiritus sanctus, Deus vnus est, omnia in omnibus, vnum potens, atque omnia potens, cuius regni nō est finis. Vnde regnum vitæ æternæ, diuisum à gehenna esse tantummodo potest. Ideo super Ioannem, sermone xlviij. Habent omnes animæ, cū de sæculo exierint, diuersas receptiones suas. Habent gaudium bonæ, malæ tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum amplius gaudium erit: & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Lib. vij. confess. Mihi adhærere Deo bonum est: quia si non manebo in illo, nec in me manere potero: ille autem in se manens innouat omnia.

MANVS. Manus Dei multipliciter accipitur. libro de essentia Diuinitatis. Manus Dei patris filius accipitur, pro eo quod per ipsum facta sunt omnia. Sicut est illud in Isaia Propheta. Hæc omnia manus mea fecit, & sancta sunt omnia. Aliter verò manus Dei patris potestas eius intelligitur, de qua potestate in libro Hieremiæ Prophetæ scriptum est. Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea Domus Israel. Iterū manus Domini, flagellum ipsius accipitur. De cuius percussione in Sophonia Propheta scriptum est. Extendam manum meam super Iudam & super Hierusalem, & disperdam de loco hoc reliquias Baal, &c. De qua Domini percussione beatus Iob de seipso ait. Manus Domini tetigit me. Prout verò manus accipitur pro filio. super Psal. cj. sermone ij. Non putetis Deum aliud facere manu, aliud verbo: quod facit verbo, hoc facit manu: non enim distinctus est corporeis membris, qui dixit, Ego sum qui sum. Et fortè verbum eius est manus eius: certè ma-

A nus eius est virtus eius. Quia enim dictum est, Fiat, & factum est: verbo intelligitur fecisse. Ecce quod verbo fecit, vtique etiam manibus fecit. Attende potius quid fecerit, & noli quærere quomodo fecerit. Multum est enim te comprehendere quomodo fecerit, cum te ipsum sic fecerit, vt prius sis obediens seruus & postea fortasse amicus intelligens. Super Psal. ciij. sermone iiij. Quid ò Domine quod aperis manum tuam? Manus tua Christus est: & brachium Domini cui reuelatum est? Cui reuelatur, illi aperitur: reuelatio enim apertio est. Super Psal. cxviij. sermone xviij. Manus Dei sunt potestas Dei. Aut si plura- Tom.VIII.
lis numerus eos mouet, quia non dictum est, Manus tua: sed Manus tuæ: accipiant manus Dei virtutem & sapiētiam Dei: quia vtrunque vnus est
B dictus Christus. Aut accipiant manus Dei filium & Spiritum sanctum: quia & Spiritus sanctus cooperator est patris & filij. Vnde ait Apostolus. Omnia hæc operatur, &c. Liberum est igitur 1.Cor.12.
quomodo intelligantur manus Dei, dū tamē nec ea quæ facit manibus, verbo facere negetur: nec ea quæ verbo fecit manibus facere non putetur: nec propter manus forma corporis, aut alia manus sinistra, alia dextra: nec propter verbum sonus oris, vel motus animi transitorius, operanti Deo inesse credatur. Super Ioannem. Manus Tract.48.
patris est ipse filius. Quod non ita dictum est, tan- Tom.IX.
quam Deus habeat humanam formam & corporis membra, sed quod per ipsum facta sunt omnia.
Intelligitur pro potētia & potestate Dei. Lib. Tom.IIII.
lxxxiij. quæstionū. Manus Dei dicitur vis per quā Cap.23.
C operatur. Libro duodecimo, de ciuitate Dei. Tom.V.
Manus Dei potētia Dei est, qua etiā visibilia inuisibiliter operatur. Lib. loquutionum super Iu- Tom.III.
dicum. loquutione xxxviij. Per manum potentia Tom.III.
designatur. Lib. loquutionum in li. Numeri, loquutione xlix. Manus pro opere & potestate po- Tom.VII.
nitur. Super Psalm. lxxij. Manus Dei potestas Prouerb.18.
Dei est, sicut scriptum est alio loco, Mors est vita in manibus linguæ. Nūquid lingua habet manus? Sed quid est in manibus linguæ? id est, in potestate linguæ: quia ex ore tuo iustificaberis, & ex ore Cap.9.
tuo condemnaberis. Ideo libro soliloquiorum Tom.IX.
ad Deum. Omnipotens manus tua Deus semper vna & eadem creauit in cœlo Angelos, & in terra vermiculos: non superior in illis: non inferior in istis. Sicut enim nulla alia manus Angelum, ita
D nulla posset creare vermiculum. Sicut nulla cœlum, ita nulla minimum arboris folium: sicut nulla corpus, ita nulla vnum capillum potest facere album vel nigrum: Sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sunt possibilia. Nec enim ei possibilius est creare vermiculum quam Angelum: nec impossibilius est extendere cœlum quam folium: nec leuius capillum formare quam corpus: nec difficilius fundare terram super aquas, quam aquam effundere super terram: sed omnia quæcunque voluit fecit in cœlo, & in terra, & in omnibus abyssis: & me inter omnia sicut voluit, & potuit, & sciuit. Potuit quidem manus tua Domine me lapidem, vel auem, vel ser-

pentem, vel beluam creare: & sciuit, sed voluit, propter suam bonitatem. Quare ergo non lapis, vel arbor, vel alia belua? Quia omnia sic ordinauit bonitas tua. Et vt hæc ordinaret, non præcesserunt merita mea. Super Psal. lxij. de manibus Christi. Ideo extentæ sunt manus Christi in cruce, vt manus nostræ tendantur in opera bona: quia crux ipsius misericordiam nobis præbuit. Ecce leuauit ille manus, & obtulit pro nobis sacrificium Deo seipsum, & per illud sacificium deleta sunt omnia peccata nostra. Leuemus & nos manus nostras in prece ad Deum, & non cōfundentur ipsæ manus si exerceantur in bonis operibus. Apostolus enim dicit, Leuantes puras manus sine ira & disceptatione: vt cū leuas manus tuas ad Deū veniāt tibi in mentē opera tua. Quia enim manus istæ leuantur vt impetres quod vis, ipsas manus cogitas in bonis operibus exercere, ne erubescant leuari ad Deum. Intelligitur pro vindicta. Ideo super Psal. lxvij. Præueniet manus eius, id est, præueniet vindicta eius, cōuersione, scilicet, ad eum, vt peccata dimittantur, ne peccatores permanendo puniantur. Manus hominis accipitur pro opere. lib. quæstionum Deuteronomij, quæstio. liiij. Per manus significantur opera. Libro primo de sermone Domini in monte. cap. xij. Quemadmodum in oculo contemplatio, sic in manu operatio rectè intelligitur: vt sinistra manus intelligatur in operibus quæ huic vitæ & corpori necessaria sunt, dextera vidimus. Quod manus significat arbitrium, lib. Hypognosticon. responsione iij. Super illud, reliquit eum in manu consilij sui, id est, dimisit eum in possibilitate arbitrij sui. In manu enim possibilitas intelligitur.

Tom. VIII. — *1. Tim. 2.* — *Tom. VIII.* — *Tom. IIII.* — *Tom. III.* — *Lib. 3.* — *Tom. VII.* — *Cap. 16.* — *Tom. V.*

MARE. De mari materiali, an remaneat post iudicium. Libro xx. de ciuitate Dei. Vidi, inquit Ioannes, cœlum nouum, & terram nouam. Nam primum cœlum & terra recesserunt: & mare iam non est. Quomodo mare iam non est? vtrum maximo illo ardore siccetur, an per ipsum conuertatur in melius, non facilè dixerim. Cœlum quippe nouum & terram nouam futuram legimus. De mari autem nouo, nihil legimus. Aliquid me vspiam legisse non recolo, nisi quod in eodem libro tanquam mare vitreum simile crystallo reperitur. Sed tunc non de isto fine sæculi loquebatur: nec propriè videtur dixisse mare: sed tanquam mare. Potest ergo de illo mari dici, de quo supra dixerat. Mare exhibuit mortuos suos, id est, præsens sæculum. Iam enim tunc non erit hoc sæculum vita mortalium turbulentum, & procellosum: quod maris nomine figuratur. Et quia mare significat præsens sæculum, dicit ibidē. Per mare præsens sæculum intelligitur. Super Psalm. trigesimum nonum. Hoc sæculum mare est, habet amaritudinem noxiam. Habet fluctus tribulationum, tempestates tentationum: habet homines velut pisces de suo malo gaudentes, & tanquam se inuicem deuorantes. Hîc ambula, hîc calca.

Cap. 5.

A Super Psal. lxvj. Mare mundus est, amarus salsedine, turbulentus tempestate, sæuiens fluctibus persequutionum. Super Psal. xciiij. Mare mundus iste, sed & mare Deus fecit. Non sæuire fluctus possunt, nisi vsque ad littus vbi ipse terminum posuit. Nulla ergo tentatio, nisi acceperit mensuram à Domino. Sint ergo tentationes, sint tribulationes: consumptis eis non consumeris.

Super Psal. centesimumtertiū, sermone quarto. Terribile mare significat, ibi sunt reptilia quorum non est numerus. Insidiæ repunt in hoc sæculo, & incautos repente occupant. Repentes autem tentationes quis numerat? Repunt, sed caue subripiant. Vigiletur in ligno, etiam in aquis in cruce nauigamus, etiam in fluctibus tuti sumus. Non dormiat Christus, non dormiat fides, si dor-
B mierit excitetur, imperabit ventis, placabit mare, finietur via, gaudebit in patria. Propterea lib. primo de verbis Domini, sermone decimotertio. Attendite sæculum quasi mare, ventus validus, & magna tempestas. Vnicuique sua cupiditas tempestas est. Amas Deum, ambula super mare: sub pedibus tuis est sæculi timor. Amas sæculum, ab sorbet te: amatores suos vorare nouit non portare. Sed cum fluctuat cupiditate cor tuum, vt vincas tuam cupiditatem, inuoca Christi Deitatem. Putatis tunc esse ventum contrarium, quando est huius sæculi aduersitas? Quando enim bella, quando tumultus, quando fames, quando pestilentia, quando cuique hominum etiam singula euenit priuata calamitas, tunc putatur vētus aduersus, ibi putatur inuocādus Deus.
C Quando autem temporali fœlicitate sæculum ardet, quasi non est ventus contrarius. Noli huic interrogare temporis tranquillitatem, interroga, sed tuam cupiditatem. Vide si tranquillitas est in te, vide si non te subuertit vētus interior. Hoc vide. Magna virtus est, cum fœlicitate luctari, ne illiceat, ne corrumpat, ne ipsa subuertat fœlicitas. Magnæ, inquam, virtutis est cum fœlicitate luctari, magnæ fœlicitatis est, à fœlicitate non vinci. Discite calcare sæculum. Mementote fidere in Christo. Et si motus est pes tuus, si titubas, si non aquas superas, si mergi incipis, dic, Domine pereo, Libera me, dic, pereo: ne pereas. Solus enim à morte carnis liberat te, qui mortuus est in carne pro te. In sermone quinquagesimo
D tertio, de resurrectione Domini. An non est mare hoc sęculum vbi se homines quasi pisces deuorant? An paruæ procellæ & fluctus tentationis perturbant hoc mare? An parua pericula sunt nauigantium, id est, ligno crucis patriam cœlestem querētium? Manifestissima est ergo similitudo. Ideo de Christo qualiter hoc mare transit. super Psalm. quinquagesimum quartum. Ille calcat fluctus huius sæculi, qui diligit inimicos. Christus in mari ambulat interpidus, cuius omnino de corde auferri non poterat inimici dilectio: qui pendens in cruce dicebat, Pater ignosce illis, & cætera. Super Psalm. sexagesimumoctauum, sermone primo. Veni in altitudinem maris, & tem

Tom. VIII. — *Tom. VIII.* — *Tom. VIII.* — *Tom. X.* — *Sæculi pericula mare.* — *Tom.* — *Luc. 23.* — *Tom.*

pestas demersit me. Gratias ipsius misericordiæ quia venit in altitudinem maris, & glutiri à marino ceto dignatus est: sed vomitus est tertia die. Venit in altitudinem maris, in qua altitudine nos depressi eramus. Venit illuc ipse, & tēpestas demersit eum: quia fluctus ibi passus est ipsos homines, tempestates, voces dicentium, Crucifige crucifige. *Tom. VIII.* Mare significat terminum dominij. ideo super Psal. septuagesimum primum. Et dominabitur à mari vsq; ad mare. Mari magno cingitur terra, quod vocatur oceanus: de quo influuit quoddam exiguum in medio terrarum, & facit ista maria nota nobis, quæ nauigiis frequentantur. Proinde à mari vsque ad mare, id est, à quolibet fine terræ, vsq; ad quēlibet finem. *Tom. VIII.* Significat gentes mundi. super Psalm. septuagesimum sextum. Gentes omnes maris nomine nuncupātur: quia vita humana amara est, & procellis ac tempestatibus subdita. Iam & illud si attendas, quod homines se tanquam pisces deuorent, cum maior minorē absorbet? Est ergo hoc mare. *Tom. VIII.* Significatur baptismus per mare rubrum. super Psalmum septuagesimum secundum. In mari rubro moriuntur omnes inimici pōpuli illius: moriuntur in baptismo omnia peccata nostra.

Ca. 8. Tom. IX. MARIA virgo. Maria mulier dicitur singulariter mirabilis. super Ioannem. Maria dicta est mulier, secūdum fœmineum sexum, nō secundum corruptionem virginitatis: quia inde cœpit dignitas virginum.

Maria & Eua collatio. Et ideo in sermone secundo, de natiuitate Domini. Malum mundo venit per fœminam, imo & per fœminam bonum: quia si per Euam cecidimus, per Mariam stamus: per Euam prostrati, per Mariam erecti: per Euam seruituti dati, per Mariam liberi effecti: Eua nobis sustulit diuturnitatem, Maria nobis reddidit perpetuitatem: Eua nos damnari fecit per arboris pomum, Maria nos absoluit per arboris donum: quia Christus in ligno pependit vt fructus. Igitur sicut per arborem mortui, ita & per arborem viuificati. In sermone decimo septimo, de natiuitate Ioannis baptistæ. Primus noster casus fuit cum serpens peccatum persuasit, & admissus est malè suadens, & fœmina concepit in corde venena serpentis. Non ergo mirandum, quia salus nostra facta est cum fœmina cōcepit in vtero carnem omnipotentis. Vterque ceciderat sexus, vterque fuerat reparandus. Per mulierem in interitum missi eramus, per mulierem nobis reddita est salus.

In sermo. tertio, de assumptione virginis sub ditibidem. In fœlix Eua per quam data est mortis occasio, imo fœlix Maria, per quam tributa est gratia vitæ. Fœlix Eua per quam natus est populus, fœlicior Maria per quam natus est Christus. In sermone quarto, de assumptione virginis. Præcisum est in Maria illud Euæ infelicitatis elogium, de quo dicitur, In tristitia paries filios: quia ista in lætitia parturiuit. Eua enim luxit, ista exultauit. Eua lachrimas, Maria gaudium in ventre portauit: quia illa peccatorem, ista edidit innocentem. Vnde omnes mulieres debent gaudere. in sermone quarto eiusdem diei. Exultent virgines, virgo peperit Christum: Nihil in ea quod vouerunt, putēt exterminatū, quia mansit virgo post partum. Exultent coniugatæ solennia beatæ matris frequentantes: Elisabeth coniugata, à virgine Domini matre est salutata. Exultēt viduæ natalem virginis celebrantes: Anna vidua virginem matrem agnouit. Exultent pueri continentiam vouentes Christo. Ipse verò integritatem pueritiæ conseruauit, qui suæ matri fœcunditatem attulit, & virginitatem non abstulit. Et quia Christi mater. ideo in sermone primo, eiusdem diei. Magnum meritum, magnum donum, magna gratia. Ancilla peperit Dominum, creatura peperit creatorem: visceribus fœcundis & genitalibus integris, virgo mater Dominum effudit in terris: concipiens virgo, pariens virgo, permanens virgo perpetua. Quid miraris hoc homo? Deū sic nasci oportuit, quando dignatus est esse homo. Et in sermone tertio, supradictio. Mater generis nostri pœnam intulit mundo, mater Domini nostri salutem attulit mundo: Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria: Eua occidendo obfuit, Maria viuificando pro fuit: percussit illa, sanauit ista: per inobedientiam enim obedientia commendatur, fides pro perfidia compensatur. In sermone duodecimo, de ascensione Domini. Si natura mundi grauida, iussū Dei virgo parere potuit, ac nullum ibi signum corruptionis accessit, sed sine seminibus semina fecit: cur terram illam sanctam, id est, virginem Mariam, ex qua Christus & nasci voluit & exire, non credis in visceribus suis sine viro potuisse concipere, & sine corruptionis vitio generare? Ita verò Christus in matre sua conseruare non potuit, quod in terra fecit? Fuge, fuge omnino suspicionem corruptionis, vbi audis præsentiam Diuinæ maiestatis.

Et vt dicit libro de fide & symbolo, quem scripsit in Affricano concilio Hipponiæ celebrato. *Cap. 4. Tom. III.* Detestandi etiam sunt illi, qui Dominum nostrum Iesum Christum matrem Mariam in terris negant habuisse: cum illa dispensatio vtrunque sexum & masculinum & fœmininum honorauerit, & ad Dei curā pertinere mōstrauerit, nō solum quem suscepit, sed illum etiam per quem suscepit, virum gerendo, nascendo de fœmina. *Maria à Christo mulier vocata.* Nec nos ad negandum Christi matrem cogit quod ab eo dictum est, Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea: *Ioan. 2.* Sed admonet potius vt intelligamus secundum Deum, non eum habuisse matrem, cuius maiestatis personam parabat ostendere, aquam in vinum conuertendo. Quod autem crucifixus est, secundum hominem crucifixus est, & illa hora erat quæ nondum venerat, quando dictum est, Quid mihi & tibi, nondum venit hora mea, id est, qua te cognoscam, tunc enim vt homo crucifixus, cognouit homi-

nem matrem, & dilectissimo discipulo huma-
nissimè commendauit. Nec istud nos moueat,
quod cum ei nuntiarentur mater eius & fratres,
respondit, Quæ mihi mater, aut qui fratres? &c.
Sed potius doceat ministeriũ nostrum, quo ver-
bum Dei fratribus ministramus, parentes cum im
pediunt, non eos debere cognosci. In sermo-
ne quarto, de eius annuntiatione. Quomodo, in-
quit incredulus, sine viro fœta post partum in-
tegra? Ad postremum, inquit, Quomodo virgo
sit mater? Quomodo mater & virgo sit, mater
ipsa dicat, sponsa Dei, arcani conscia, ipsa quod
senserit nuntio interloquente dicat, ipsa incre-
dulos disputando conuincat, ipsa inimicos suos
infideles & rebelles tanquam potens regina pro-
sternat. Paruum est quod sponsalibus tantæ vir-
ginis & tantæ matris, non exultant, insuper & in-
sultant? Itáne verò, inquit, in principio rerum de
terra fieri potuit sine semine caro: aut de costa
viri nasci sine turpitudine caro: potest apis sine
concubitu nasci & gignere, & matrẽ simul virgi-
némque proferre Deus nõ potuit? Virga Aaronis
in lege vitalibus abscissâ ramis, sine terra, siue radi
cibus frõdescere: & non potuit Deus & matrem
facere & virginẽ consecrare? Spiritũ Angelo lo-
quente sensi, virum Deo deuota nesciui, nec do-
lores in partu sustinui: Deus me glorificare vo-
luit, non fœdare: nõ potuit lacerari pudor meus,
per quam nasci voluit homo Deus. Erubesce
iam per fide: & reginæ orbis, simul & cœli capti-
ua colla submitte. Per hanc tibi Deus succurrere
voluit, non nocere. Sic Christus nasci debuit
prout voluit: nec maiestas illa potuit polluere
quà transiuit: Mater hoc credidit quod inuenit.
Sic per vterum virginis Deus exiuit ad mun-
dum, vt pudorem virginis seruaret illæsum. Ad-
sint nunc quoque virgines simul & matres, quæ
vterum mentis fide compleant, gestúque deco-
ra modulantibus sonis celebrent festa diei, at-
que ante huius virginis thoros frequentent dul-
cia cantica dramatis. Orbis audiat, gaudeat mun-
dus, terra coniungat se cœlo, quia natus est Deus
in carne: signum virginale permansit, & omne
sæculum in Christi natiuitate reuixit. Bis na-
tus est Dei filius, & ex patre ante sæcula, &
nunc secundo in mundo qui perierat ex matre.
Age nunc familia Christi hodie quæcunque
recta cupis postula beneficia: quicquid enim in
puerperio dominæ tuæ poposceris, facilius impe
trabis. In libro de symboli expositione, & Do
minicæ orationis, serm. secundo. Secundum fi-
dem sanctarum scripturarum, Maria virgo sine
naturali semine concepit Deum. Quia qui vene-
rat abolere malum originale, quod trahimus o-
mnes nati ex commistione maris & fœminæ,
conueniens erat vt lege peccati nostri, quæ per
duorum concubitum verificatur in prole, Dei
mater non teneretur obnoxia. Virgo autem id-
circo peperit, quia sicut decebat vt vulua vir-
ginis, quæ verbum Domini vt caro fieret susce-

A perat, sicut in conceptione nullam corruptelæ
libidinem sustinuerat: sic & in parturitione nulla
experiretur virginitatis dispendia. Si enim per
verbum Dei redintegrantur corrupta, quanto
magis seruantur intacta? Si autem quomodo fue-
rit quisque requirat, agnoscat fuisse miraculum:
si quemadmodum gestum est, potuerit inueni-
re quæsitum. Exceptos ordines rerũ quos Deus
intexuit à principio creaturarum, quis possit ra-
tionis inuenire discursum? Quicquid mirabiliter
extra cursum ordinatum facere voluerit, credi
potest, inuestigari non potest. Sed quomo-
do effecta fuerit mater. in sermone secundo, de
eius natiuitate. Quia intactus permanet vterus
meus: Contingat mihi ò Gabriel Archangele se-
cundum verbum tuum. Veniat ad cubiculum
B suum, qui in sole posuit tabernaculum suum. O-
riatur mihi virgini permanenti sol iustitiæ cu-
ius est æterna & permanet sanctitas, cuius per-
petua castitas, vt florescens mea perduret inte-
gritas. Egrediatur sicut splendor iustus Deus, &
saluator sicut facula accendatur. Solis facula to-
tum orbem illustrat, & quæ forsitan obstare vi-
dentur radiis suis specularia sol penetret, & ni-
hil penitus dissipet. Procedat iam ad oculos ho-
minũ speciosus forma præ filiis hominum. Pro-
cedat velut sponsus de thalamo suo, quia se-
cura facta sum de proposito meo. Quis istã gene
rationem, fratres mei, poterit sermone narrare?
quis linguæ facundia valeat explicare? Intemera-
ta seruatur virginitas, soluuntur naturæ dum in-
fans conualescit in virgine. Dum verò imple-
C tum est tempus vt pareret, expositus est par-
tus sacer, cuius parẽtem nullus cognouerat. Hæc
est ineffabilis conditio nuptialis verbi & carnis
Dei & hominis. Itaque verè factus est inter Deũ
& hominem, mediator Dei & hominum homo
Christus Iesus: & ideo ad pretiosissimum con-
uiuij thalamum electus est virginis vterus. Et
quia ex se peccatis sordibus squalidus effectus
fuerat mundus, veniens creator mundi ex mun-
dis visceribus effusus in mundo, & nouo mira-
culo natus in mundo, vt immundum mundus red
dat mundum. Venit itaque sicut ait ipse, Filius
hominis venit, non vt iudicet mundũ, sed vt salue-
tur mundus per ipsum. Dic mihi iam quæso san-
cti sanctorum mater, quemadmodum materni
odoris lilium conuallium niuei coloris sine suc-
D co humanæ propaginis, & sine imbre carnalis
seminis in sinu Ecclesiæ germinasti? Dic mihi
quæso vnica mater, quibus manibus, vel quo
Deitatis articulo in vtero tuo formatus est fi-
lius, cuius Deus solus est pater? Dic obsecro te
per eum qui talem fecit te, vt ipse fieret in te.
Dic, inquam, mihi quid boni egisti, quantum
præmium obtulisti, per quas potestates ambisti,
quos patronos habuisti, quæ suffragia præmisi-
sti, quo sensu, vel qua cogitatione ad hoc vt ac-
ciperes peruenisti, vt & virtus & sapientia patris
quę attingit à fine vsq; in finẽ fortiter, & disponit
omnia

omnia suauiter, totus vbique manens, & sine vlla sui mutabilitate in vterum tuum veniens, ita castellum castum tui ventris incoleret, vt & ingrediens non læderet & exiens incolumem custodiret? Dic mihi quomodo ad hoc peruenisti? Et illa. Quæris à me quod obtulerim munus vt mei mater efficerer creatoris. Oblatio mea est virginitatis promissio: non à me mihi data, sed ab ipso mihi authore bonorum omnium cōcessa. Omne enim datum optimum. &c. Oblatio mea est humilitas mea: & ideo, Magnificat anima mea, &c. Non auro eleuatam tunicam meam, non pomposo cultu radiantis auri ornamētum ceruicis meæ, aut pretiosorum lapillorum aut margaritarum dependentium aspexit in auribus meis, aut gemmarum splendorem attendit, nec succi mundati colorem: sed respexit humilitatem ancillæ suæ. Venit enim ad humilem mansuetum spiritum, sicut fuerat hactenus vaticinio Prophetæ præuisum qui ait. Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus & mitis, sedens super nubem leuem, id est, super Mariam virginem, quam tibi ipse exhibuit sine corporis pondere genitricem. Venit, inquam, mansuetus, requiescens super maternum sinum humilem & quietum, trementem verba sua. Venit igitur mansuetus, implens cœlos, transiliens per humilem ad superbos, & cœlos non derelinquens: & inflatos tumore superbiæ apposito humilitatis remedio velut emplastro, vt mitis medicus ipse curaret. O profunda humilitas & excellentior altitudo sapientiæ & scientiæ Dei: Angelorum panis lactatur vberibus matris. Fons aquæ salientis in vitam æternam, Samaritanæ præfiguranti Ecclesiam aquam postulauit. Conuiuari cum peccatoribus & publicanis non recusabat, cui familiæ cœlestes cum tremore ministrant: reguli filium rex regum fecit sanum. Narrandi deficit tempus. Noua fecit in sæculo, qui nouus venit ad sæculum. Ideo in sermone secundo de eius annuntiatione. Dicat Maria filio. Ego te generaui, & virginitatem meam non violaui. Regnum teneo virginitatis, & regem genui castitatis. Ingredientem & egredientem habui in palatio ventris filium imperatoris, & de manibus meis non amisi clauem regni pudoris. Porta facta sum cœli, ianua facta sum filio Dei. Ibidem. O mira & laudabilis inter fœminas, in qua ab Angelo salutatur virginitas. Sola impregnata, nec vitiata: exonerata, nec vacuata, quia sic est ab Angelo salutata. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu, &c. Fœlix vmbilicus castitatis, quem amplexus nō tetigit maritalis. Considero conceptum tuum beata virgo, & expauesco. Intueor pratum tuum, & contremisco: adoro filium tuum, & reuiuisco. In sermone tertio de eius natiuitate. Hæc peperit non in dolore, sed gaudio, hæc nutriuit angelorum & hominum cibum. O quam beata mater ista, quæ sine contaminatione vlla concepit mundi tiam, & sine dolore peperit medicinam. Fœlix mater per quam nostri generis reparata est vita, quæ de cœlo Dei suscepit prolem, & mundo genuit liberatorem, redemptorem à peccatis, & à morte saluantem: quia mirabili & ineffabili modo, omnium rerum & suum peperit creatorem. Ibidem infra, sermone secundo de assumptione. Duobus modis dicitur Deus magnificari, id est, aut magnum facere, aut magnum adorare, magnum admirari. Magnificatur enim à nobis, cum magnificari dignatur in nobis. Sed nunquid sic magnificatur in nobis, sicut in Maria eandem carnem assumpsit, pro nobis? Vnde Libro contra quinque genera hæresum. capit. v. Solus ad virginem fabricator & Dominus venit, vestem quam non habebat, induit: eam sicut inuenit, clausam reliquit. Sicut ille solus natus est inter mortuos liber, sic & istius, ex qua natus est, matris pudor solus est integer. Eua inobediens meruit pœnam, Maria obediens consequuta est gratiam. Illa gustando prohibita, maledicta hæc credendo Angelo, benedicta. Illa nobis mortem contulit, hæc vitam peperit. In tractatu de eius virginitate. sermone primo. Dicit Iudæus. Contra naturam, inquit Manichæus, parere virgo Maria non potuit. Sed ecce virga Aaron protulit quod ante non habuit. Nam non radicata plantatione, nec defossa sarculo, nec animata succo, nec fœcundata seminario protulit quod ante non habuit. Virga ergo potuit contra naturam nuces educere, & virgo Maria non potuit contra naturæ iura filium Dei generare? Dicat mihi Iudæus incredulus, quemadmodum virga arida floruit & fronduit, & nuces protulit, & ego dicam illi quemadmodum Maria Dei filium concepit & peperit. Sed profecto nec virgæ conceptum poterit Iudæus explicare, nec virginis partum: veniat ad Ecclesiam, exponetur ei vt cognoscat verum ordinem officij naturalis. Virgo peregit tempora pariendi, virga autem non habuit tempora germinandi. Virgo enim decursis nouem mēsibus peperit, virga autē alia die quod natura non habuit, germinauit. Sed virginem dicit Iudęus, parere nullatenus natura patitur. Deus enim qui mirabile signum ostendit contra naturam, vt asina loqueretur, ipse mirabilius facere voluit, vt Christus de virgine nasceretur. Audiat & versutus ille Manichæus aliud sacramentum. Solis radius specular penetrat, & soliditatem eius insensibili subtilitate pertransit, & talis videtur intrinsecus, qualis fuerat extrinsecus. Ita nec cum ingreditur violat, nec cū egreditur dissipat, quia ad ingressum & egressum eius specular integrū perseuerat. Specular ergo non rumpit radius solis, integritatē virginis ingressus & egressus nunq̃d vitiare potuit Diuinitatis? Vnde in Enchiridiō. Virga quæ nuces produxit, imago Dominici corporis fuit. Nux enim trinam habet in suo corpore substātiæ vnionē: corium, testam, & nucleum. In corio caro, in testa ossa, in nucleo interior anima comparatur. In corio nucis, carnē significat saluatoris, quæ habuit in se asperitatem

Tom. VI.

Dominic. p̃xima ante fest. natiuit. Domini. Tom. X.

Numer. 17.

Numer. 22.

In Enchirid. nusquam quod sciam, sed ad verbū Dominic. ante festiu. Nat. Domini. ser. 1. Tom. X.

vel amaritudinem pasionis. In nucleo, interiorem declarat dulcedinem Diuinitatis, quæ tribuit pastum & luminis ministrat officium. In testa, lignum interserens crucis, quod non discernit id quod intus vel foris fuit, sed quæ terrena & cœlestia erant, mediatoris ligni interpositione sociauit.

Lib. Enchirid. Cap. 35. Tom. III.

Ibidem. Iesus Christus Dei filius est, & Deus & homo. Deus ante omnia sæcula, homo in nostro sæculo. Deus quia Dei verbum, Deus enim erat verbum: homo autem quia in vnitate personæ accesit verbo anima rationalis & caro. Quocirca inquantum Deus est, ipse & pater vnum sunt: inquantum autem homo, pater est maior illo. Cum enim esset vnicus Dei filius, non gratia, sed natura, vt etiam esset plenus gratia, factus est hominis filius: Idemque ipse vtrunque ex vtroque vnus Christus, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est quod natura erat, id est, esse æqualis Deo. Exinaniuit autem se, formam serui accipiens, non amittens vel minuens formam Dei. Ac per hoc & minor est factus, & mansit æqualis, vtrunque vnus sicut dictum est: sed aliud propter verbum, & aliud propter hominem. Propter verbum, æqualis patri: propter hominem, minor patre. Vnus Dei filius, idémq; hominis filius, vnus hominis filius, idémque Dei filius: non duo filij Dei, Deus & homo, sed vnus filius: Deus sine initio, homo à certo initio, Dominus noster Iesus Christus.

Christus Deus & homo.

Cap. 36. Gratiæ indicium, Christi humanitas.

Hic omnino granditer & euidenter gratia Dei commendatur. Quid enim humana natura in homine Christo meruit, vt in vnitate personæ vnici filij Dei singulariter esset assumpta? Quæ bona voluntas, cuius boni propositi studium, quæ bona opera præcesserunt, quibus mereretur homo iste vna persona fieri cum Deo? Nunquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficiũ præstitum est vt singulariter promereretur Deũ? Nempe ex quo homo esse cœpit, non aliud esse cœpit quam Dei filius: & hoc vnicus, & propter Deum verbum, quod illo suscepto caro factum est, vtiq; Deus: vt quemadmodum est vna persona quilibet homo, animal scilicet rationalis & caro, ita sit Christus vna persona verbum & homo. Sicut vnicus patris, ita vnicus matris. In tractatu supradicto de eius virginitate. Sunt qui dicunt, quod sancta Maria habuit filios ex Ioseph post partũ Domini, quod nephas est credere: quia ipsa est porta quam vidit Propheta in domo Domini clausam, de qua dicitur, Quod Dominus Israël ingressus est per eam, & semper erit clausa. Vbi euidenter ostendit nobis, quod sancta Maria semper virgo fuerit, virgo permanserit: virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Concepit, & virgo est: lactat, & virgo est. Sãcta Maria hæretice mulier esse potuit, mater esse non potuit? Intumescunt vbera virginis, & intacta manent genitalia matris. Vtique corrumpi non potuit, quæ integritatem genuit, Magnum meritum, magnũ donum, magna gratia. Ancilla peperit Dominũ. Creatura peperit creatorem, filia peperit patrem: filia Deitatis, mater humanitatis: quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Immutabilis est eius maternitas. vt probat Libro de sancta virginitate, capit. tertio. Cum dicit Christus. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, ipse mihi frater soror & mater est. Quid aliud nos docuit, nisi carnali cognationi genus nostrũ spirituale præponere: nec inde beatos esse homines, si iustis & sanctis carnis propinquitate iungantur: sed si eorum doctrinæ ac moribus obediendo, atque imitando cohærescant? Et subdit ibidem. Beatior Maria percipiendo fidẽ Christi, quam concipiendo carnem Christi. Nam & dicenti cuidam, Beatus venter qui te portauit, ille respondit, Imò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Denique fratribus eius, id est, secundum carnem cognatis, qui non in eum crediderunt, quid profuit illa cognatio? Sic & materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi fœlicius Christum corde quam carne gestasset.

Vnde in eodem. Non est cur Dei virgines contristentur, quod etiam ipsæ virginitate seruata, matres carnis esse non possunt. Illum enim solum virginitas parere posset decenter, qui in sua natiuitate parem habere non posset. Veruntamen ille vnius sanctæ virginis partus, omniũ sanctarum virginum est decus. Et ipsæ cum Maria matres Christi sunt, si patris eius faciunt voluntatem. Hinc enim & Maria laudabilius atq; beatius mater est Christi, quia fecit voluntatem patris eius qui in cœlis est. Quia vt dicit ibidem. Mater Christi est omnis anima pia, faciens voluntatem patris eius, fœcundissima charitate, in iis quos parturit, donec in eis ipse formetur.

Propterea, capit. sexto eiusdem: cuius est etiã sententia similis. super Ioannem sermone quarto. Maria faciẽs volũtatẽ Dei, corporaliter Christi tantũmodo mater est, spiritualiter autẽ & soror & mater. Ac per hoc vna illa fœmina non solùm corpore, verũetiam spiritu & mater & virgo. Et mater quidem spiritu non capitis nostri, quod est ipse saluator, ex quo magis illa spiritualiter nata est, quia omnes qui in eum crediderũt, in quibus & ipsa est, rectè filij sponsi appellantur. Sed planè mater membrorum eius quod nos sumus, quia cooperta est charitate, vt fideles in Ecclesia nascerentur qui illius capitis membra sunt: corpore verò mater ipsius capitis. Oportebat enim caput nostrum propter insigne miraculum secundum carnem nasci de virgine, quo significaret membra sua de virgine Ecclesia secundum spiritum nascitura. Sola ergo Maria & spiritu & corpore, & mater & virgo. Qualiter sit imitanda ista mater, diffusè ponit in primo sermone de eius natiuitate. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, &c. Notate fratres dignitatem vestram, si adimplentes volũtatem Dei frangitis voluntatem vestram. Ecce beata & venerabilis virgo Maria, secundum carnem quidem mater Christi fuit, frater non fuit, soror nõ fuit: & quicũq; aliqd horũ alicui, secundũ carnalis propinquitatis vinculum extiterit, aliud sibi esse

omnino

omnimodo nō valebit. Et nimirum si mater fuerit, frater vel soror esse non possit. Si verò frater vel soror extiterit, mater nō sit. Nos autē hoc simul omnia Christo per spiritū sumus, si voluntatē Christi, quæ illi semper cū patre cōmunis est, adimplere satagimus. Sed quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ex illa ergo parte, qua redēptor Deus noster est, propinqui sibi tam multipliciter sumus, quantum illa beata virgo, ex qua nasci dignatus est secundum carnem, esse non potuit. Propriū etiam aut singulare fuit illi beatissimæ virgini Christū in vulua concipere. Commune verò & naturale est omnibus electis in cordibus illum deuotione portare. Fœlix illa fœmina, quæ illum nouē mensibus gestauit in ventre: fœlices etiam nos si illū assiduè portare studeamus in mente. Mirabilius quidem fuit Christum cōcipi in vulua carnis, sed non inferius si deferatur in ergastulo pectoris. Hinc considerandum est quanta sit dignitas nostra, quantáq; nobis sit proportio cū Maria. Concepit Maria Christum in vulua carnis, deferimus eum & nos in visceribus mētis: reficiebat Maria Christū, cum teneris labris lac exprimeret vberum: reficimus ipsum & nos in aliis, bonorū deliciis operum. Libet autem nunc pro ædificatione nostra in regulam Diuinæ iustitiæ parumper radios mentis infigere, & qualiter omnipotēs Deus electos suos tēporaliter sanat, quos extollere decreuerit indagare. Vt enim nunc de cæteris sileã, hæc eadem beatissima virgo ante cōstitutionem mundi consilio æternæ sapientię electa & præelecta, licet & de regali fuerit stirpe progenita, nulla tamen humanæ dignitatis abundauit substantia. Hoc præsepium quippe parturientis indicat: quia diuersorium in quo pareret non habebat. Solent autē homines nascentibus pueris futuri successus læta promittere, & eorum auspiciis prospera matribus pronuntiare. Beata verò Maria cum filiū ad templū deferret, & hunc Simeon in vlnas acciperet, audiuit, Et tuam ipsius animam pertrãsibit gladius. Ac si apertè diceret. Dum filius tuus senserit passionem crucis in corpore, te etiam transfiget gladius compassionis in mente. Studeamus & nos sæculi huius blandimēta despicere, rerum terrenarum affluentiam deuitare, carnis incentiua reprimere, crucem Christi quotidie in mente portare, quatinus vt nūc anima nostra gladio Mariæ transfigitur, ita cum ipsa post modū de æternæ fœlicitatis dulcedine satietur. In tractatu de consonantia Matthæi & Lucæ, de generationibus Christi pertractans Euangelium. Cum factus esset Iesus annorum duodecim. Quod dixit Maria, Pater tuus & ego dolētes quærebamus te. Nō est prætermittendū propter disciplinam fœminarum sororum nostrarum, tam sancta modestia virginis Marię. Christum ipsa pepererat, Angelus ad eam venerat & dixerat, Ecce concipies, &c. meruerat parere filium altissimi, & erat humillima. Nec se marito, nec in ordine nominis præferebat, vt diceret, Ego & pater tuus: sed pater tuus, inquit, & ego. Non attendit sui vteri di-

A gnitatem, sed attendit ordinem coniugalem: non enim humilis Christus matrem suam superbire docuisset. Pater tuus, inquit, & ego quia caput mulieris, vir. Quanto minus debent superbire cæteræ fœminæ? Nam & ipsa Maria mulier dicta est, non corrupta virginitate, sed appellatione propria gentis suæ. In sermone tertio de eius natiuitate. Virginis Mariæ nos intercessionibus committamus, eius patrocinia omnes imploremus. Sed quid prodest nobis eam interpellare vocibus, nisi etiam humilitatis eius exempla teneamus? In eodem sermone. Ipsa certè mater Domini ideo est effecta, quia semper delectabatur ad cœlestia. Nos igitur nihil concupiscamus terrenum, nihil transitorium, nullo quod ad pręsens est delectemur, omnem risum pro luctu deputemus, & gaudium pro mœrore, & mundum pro

B carcere. Mens enim quæ solidata in Christo permanet, nullum in hoc sæculo quærit gaudium. Vnde Salomon. Nullum est, inquit, gaudium, nisi in Domino. Nam qui de præsentibus tantum exultat, & æterna non concupiscit, cum laudatur, extollitur, cum vituperatur, magnis iracundiæ stimulis exagitatur. Vnde exultationem electorum habere non poterit, quia Dominus humiles spiritu saluabit. Fuit beata virgo virtutibus dotata. In sermone primo de eius assumptione. Quid iustitię, quid sanctitatis virgo non habuit? Quo hęc indigere potuit, quæ efficacis ad omnia, gratiæ plenitudinem accepit? Aut quis potuit in eius anima vel corpore locus esse vitiorum, quando Sancti sanctorum templum est effecta? Hæc est reuera illa domus, de qua per Salomonem dicitur, sa-

C pientia ædificauit sibi domum, & erexit colūnas septem. Septem nanque virginalis huius domus columnis fulcita est: quia veneranda hæc mater Domini, septem Spiritus sancti donis dotata fuit. Quam talem vtique æterna sapientia ædificauit, vt digna omnino esset ex qua ipse carnem assūmeret, inæstimabile scilicet pretium salutis humanæ. Quid dignius in hac virgine, quid sanctius in humani generis serie potuit exoriri? Cui nullus Patriarcharum, nullus Prophetarum, nullus antiquorum sequentium sanctorum, nullus prorsus hominum poterit comparari? Nam quomodo huic quisquam æstimabitur conferendus, quãdo propter virginitatis excellentiam tantæ sublimitatis supereminet fructus? Nec mirum si virgo

D cunctorum celsitudinem transcēdit mortalium, cum hoc partu etiam beatorum excellat meritum Angelorum. In sermone quinto eiusdem diei. Omnium quidem sanctorum memoriæ mirabiles: nihil tamen tantum in gloria, quantum præsens solennitas, Abel per sacrificium nominatur, Enoch per complacentiam memoratur, Melchisedech virgo Dei prædicatur, Noe per iustitiam laudatur, Abraham per fidem approbatur, Isaac per obedientiam memoratur, Iacob per luctamen beatificatur, Moses sicut legislator laudatur Iesus naue sicut dux memoratur, Helias sic, ut zelotes testificatur, Isaias sicut loquutor Dei scribitur, Daniel sicut prudent

dentissimus prædicatur, Ezechiel sicut scriptor A arcanorum numeratur, Dauid sicut pater secundum carnem mysterij dicitur, Salomon sicut sapiens nominatur. Sed nullus talis in mundo qualis genitrix Maria. Quem enim omnes illi in ænigmate viderunt, ista in vtero incarnatum portauit.

Homil. 44. Tom. X. Ibidem. Libr. 50. Homil. O verè gratia plena, quis hanc gratiam explicet? Quis huic gratiæ gratias agendo sufficiat? Fit homo, & per liberum arbitrium perit homo, & inuenitur homo factus qui fecit, vt non periret quem fecit. Est ipsa virgo plus omnibus honorata. in prædicto sermone de assumptione. Licet omnium sanctorum veneranda solennia nostris sint studiis, præcipuè tamen gloriosæ semperque Dei genitricis Mariæ toto interius affectu est celebranda festiuitas. Vnusquisque enim sanctorum specialibus B quibusque locis, variorum auxiliorum suffragia contulit, hæc verò beatissima & singularis virgo & mater, vniuerso mundo peccato lapso generaliter salutem inuexit. Sed ad tantæ promenda laudis præconia, quãdo tenue ingenium & arens lingua sufficiat, cum ad hoc non possit sufficere Philosophorum etiam profunda loquacitas? Nec mirum si hæc virgo sanctissima suis laudibus humanæ vocis modum exuperat, quando ipsam humani generis excellentibus meritis transcendit naturam. Sed non omnino ab eius est nobis laude reticendum. Quia & si minus sufficit sensus inopia ad effectum, sufficiens tamen apud Deum est deuotæ mentis affectus. Nec ambigendũ quin valeat hæc de se loquenti, sapiẽtiæ præbere igniculum, quæ totius sapientiæ plenitudinem castis- C simo portauit in vtero. Valetque cum vult efficaciam verbi tribuere, quæ verbum, per quod facta sunt omnia, virgineis visceribus gestauit incorporatũ.

Serm. 2. & ord. serm. de sanctis. 35. Tom. X. In sermone de eius assumptione. O fœlix puerperium, lætabile Angelis, optabile sanctis, necessarium perditis, congruũ profligatis. Qui post multas assumptæ carnis iniurias, & ad vltimum verberatus flagellis, potatus fele, affixus patibulo, vt te matrem veram ostenderet, verum se hominem tormenta patiendo monstrauit. Tu verò beata gloriosáque Maria inter ista laudabilis, quæ sic fœcunditatis meruisti donum, quæ virginitatis non amisisti suffragium.

Nõnulla hic transposita. Tu es tamen beata inter mulieres. Tu prælata cunctis virginum cateruis, tu sequeris agnum quocunque perrexerit. Tu virgineos choros & D ab incentiuæ carnis illecebris alienos, per lilia rosásque vernantes ad fontem perennis vitæ potandos inuitas. Tu in illa beatorum beatifica regione primi ordinis dignitatem adepta, plantis roscidis oberrans, inter Paradisi amœnitates gramineósque crocos tenero poplite pergis fœlicíque palma violas immarcessibiles carpis. Tu concinentibus sine fine coniuncta Angelis, Archangelisque sociata, indefessa voce clamare Sanctus nõ desinis. Sed quid dicam pauper ingenio, cum de te quicquid dixero, minor laus est, quam dignitas tua mereatur? Si matrem gen-

A tium voco, præcedis. Si formã Dei appellem, digna existis. Si nutricem cœlestis panis vocitem, lactis dulcedine reples. Lacta ergo mater nostrũ cibum, lacta panem cœlestem, lacta cibum Angelorum, lacta eum qui talem fecit te, vt ipse fieret in te: qui tibi & munus fœcunditatis dedit conceptus, & decus virginitatis non abstulit natus. Probat hoc in sermone v. eiusdem diei. Sicut enim stellæ in cœlo positæ fixæ sunt & ab se inuicem distant, & per omnem terrarum splendent circuitum, & ipsæ ab cunctis videntur neq; latent, in terra splendent, & mare illuminant, & nauigantes dirigunt & gubernant, quas etsi præ multitudine ignoramus, eas tamen pro pulchritudine & splendore miramur: sic & sanctorum vniuscuiusque etsi sepulchris reliquiæ in- B cludantur, virtutes tamen eorum sub cœlo non occultantur. In eodem infra. Circunda omnem creaturam in cogitatione, & vide si est similis Dei genitrici Mariæ. Circumi terram, aspice mare, sciscitare aërem, cœlum mente scrutare, inuisibiles virtutes cogita, & vide si est aliud tale miraculum in omni creatura. Cœli quidem gloriam eructant Dei, Angeli ministrant cum timore, Archangeli adorant cum tremore, Cherubin & Seraphin volantes clamant, Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus sabaoth. Stagnum ignis ardentis sonum non sustinuit, nubes ascensionis cum tremore factæ sunt vehiculum. Sol iniuriam non sufferens obscuratus est. Infernus mortuos cum timore euomuit. Mons ascensionem suscipiens fumigauit. Iordanis tremens C reuersus est retrorsum. Mare timens scissum est per Dominicum vexillum mansuetis, virga ob virginem vltra naturam floruit. Ignis in Babylone trinitatis numerum timuit. Et tamen inter innumerabilia magis magísque mira, virginis victoria attollenda est: quoniam quem tota creatura timore & tremore laudauit, ista sola ineffabiliter thalamizauit. Propterea ineffabilis est laudis. In sermone primo de eius natiuitate. Quo pacto eius festiuitatem digne celebrare valet infirmitas hominum, quæ gaudium meruit parem Angelorum? Qualiter eam laudare poterit mortalis hominis transitorium verbum, quæ illud de se pertulit verbum quod manet in æternum? Quæ lingua in eius laude inuenitur idonea, quæ illum genuit cui omnia benedicunt, & cum D tremore obediunt elementa? Nam dum cuiuslibet martyris fortia facta extollere cupimus, dum virtutum eius insignia ad redemptoris nostri gloriam prædicamus, etiamsi ad cogitandum tardior sensus impediat, vel ad loquẽdum balbutiẽs lingua nõ suppetit, verborũ tamẽ copiã ipsius rei materia subministrat. Cũ verò beatissimæ genitricis Dei laudẽ scribere volumus, quia noua & inaudita sunt quæ tractãda suscipimus, nulla inuenimus verba, vt ad hoc dignè exprimẽda sufficere valeamus: tollit enim facultatẽ sermonis materia singularis. Quæ enim lingua explicare sufficit, vel quæ ratio humana non obstupescat, cũ cogitare

gitare cœperit quia creator oritur ex creatura, factor ex factura, quod in virginea puellæ vulua concipitur, qui vastißima totius mundi amplitudine nõ tenetur. Latet inter materna viscera parvulus, qui cum æterno patre rerum omnium iura gubernat immensus. O beata vbera quæ Dominũ tenerũ alunt, lac puerilibus labris infundunt, Angelorum cibum & hominum pascent. Exiguum exprimunt liquorem, & mundi reficiunt creatorem. Qui suæ virtutis imperio marium procellas mitigat, qui fluminibus indeficientem aquarum impetum subministrat, qui aridam terram innumeris vbique fontibus irrigat, raras de virgineo pectore guttas lactis expectat. Manat liquor ex vberibus virginis, & in carnem vertitur saluatoris. Hinc ergo perpendite quam debitores sumus huic beatißimæ genitrici, quantásque illi post Deum, de nostra redemptione gratias agere debeamus. Illud siquidẽ corpus Christi quod beatißima virgo genuit, quod in gremio fouit, quod fasciis cinxit, quod materna curauit solertia, illud, inquã, absque vlla dubietate nunc de sacro altari percipimus, & eius sanguinem in sacramentum nostræ redemptionis haurimus. Nullus ergo humanus sermo in laude eius inuenitur idoneus, de qua mediator Dei & hominum cognoscitur incarnatus. Impar illi est omne humanæ linguæ præconium, quæ de intemeritate carnis suæ visceribus cibum nobis protulit animarum, qui ait. Ego sum panis viuus, &c. Per cibum quoque sumus à Paradisi amœnitate deiecti, per cibum quoque ad Paradisi gaudia reparati. Cibum comedit Eua, per quem nos æterni ieiunij fame multauit. Maria edidit cibum, qui nobis cœlestis conuiuij aditum patefecit. In sermone tertio de eodem die. Exultas virgo per albentia lilia confessorum & rosas vernantes martyrum, in illo regnans beatorum fœlicißimo regno, quo sequeris agnum quocunque ierit. Inter Paradisi amœnitates sacris greßibus incedis, fœlicíq; & immarcesßibili palma & corona gloriæ à filio tuo Domino nostro coronaris. Angelicis iuncta choris ac sociata, gemmis & margaritis ornata, & monilibus decorata persistis: thronus regius tibi collocatur, veram matrem rex æternus præ omnibus diligens, imperiali, sed filiali amplectitur amplexu. Congaudet tibi in cœlis, quem tu paruulũ natum toties osculabaris in terris. In eodẽ. Audeo dicere fratres, quia nullum sanctorum tam potẽtem meritis inuenimus ad placandam iram æterni iudicis, quam eam quę meruit fieri mater eiusdem redemptoris, & iudicis. Digna est laudari, quia aduocata miserorum. In sermone primo de assumptione eius. Habetis adiutricem vestri certaminis gloriosißimã virginem, sub cuius protectione confugitis, quia toto mundo protulit languidis salutem. In sermone quarto eiusdem diei. Cũctis præconiis veneremur Mariam, vt ipsa nos inter procellas sæculi feruentes aspiciat, & ipsa inter cursus mundiales continua oratione confoueat. Neq; enim

A dubium, quin quæ meruit pro liberandis proferre pretium, possit liberatis impartiri suffragium.

Ipsa Dei via & hominum. In sermone secundo de natiuitate Domini. Facta est Maria fenestra cœli, quia per ipsam Deus verbum fudit sæculi lumen: facta est Maria scala cœlestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, vt per ipsam homines ad cœlos mereantur ascẽdere: ipsis enim licebit illuc ascendere, qui Deum crediderũt per virginem Mariam ad terras descendisse. Facta est Maria restauratio fœminarum quia per eam à ruina primæ maledictionis probantur esse subtractæ.

MARGARITA. Libr. quæstionũ Euangeliorum. Simile est reguum cœlorum homini negotiatori quærenti bo- *Lib. quæst. ex Mat[...] quæst 13. Tom. IIII.*

B nas margaritas, &c. vsque emit eas. Quæstio est, cur à numero plurali ad singularem transierit: vt cum quærat bonas margaritas, vnam inueniat pretiosam, vnam venditis omnibus quæ habet, emat. Aut ergo iste bonos homines quærens cum quibus vtiliter viuat, inuenit vnum præ omnibus sine peccato, mediatorem Dei & hominum Christum Iesum. Aut præcepta quærens, quibus seruatis cum hominibus recte conuersetur, inuenit dilectionem proximi, in quo vno dicit Apostolus omnia contineri: vt, Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, & si quod est aliud mandatum, singulæ margaritæ sint, quæ in hoc sermone recapitulantur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Aut bonos intellectus homo *Negotiator quęrẽs bonas margaritas. 2. Cor. 5.*

C quærit, & inuenit vnum in quo cuncta continentur: & est illud. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Est enim verbum Domini lucidum candore veritatis, & solidum firmitate æternitatis, & vndique sui simile pulchritudine Diuinitatis, qui Deus penetrata carnis testudine intelligendus est. Ille enim ad margaritam ipsam iam peruenerat, quę in tegumẽtis mortalitatis, quasi concharũ obstaculo, inter profunda huius sæculi, atq; inter duritias saxeas Iudæorum aliquando iacuerat. Ille ergo ad ipsam margaritam iam peruenerat, qui ait, Et si noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Nec vllus omnino intellectus margaritæ nomine dignus est, nisi ad quem discußis omnibus carnalibus tegminibus peruenitur, qui- *2. Cor. 5.*

D bus siue per verba humana, siue per similitudines circũpositas operitur, vt purus & solidus, & nunquam à se dissonãs, certa ratione cernatur. Quos tamẽ omnes veros & firmos & perfectos intellectus vnus ille cõtinet, per quẽ facta sunt omnia, quod est verbũ Dei. Quodlibet autẽ horũ triũ sit, vel si aliud occurrere poterit, quod margaritæ vnius & ꝑtiosæ nomine bene significetur, pretiũ eius est, nos ipsi: qui ad eam poßidendã nõ sumus liberi, nisi omnibus pro nostra liberatione contẽptis, quæ tẽporaliter poßidẽtur: venditis enim rebus nostris, nullum maius earũ accepimus pretium quam nosipsos, quia talibus implicati, nostri

strì non eramus: vt rursus nosipsos pro illa margarita demus, non quia tanti valeamus sed quia plus dare non possumus.

Serm. 3. ord. ser. de sanctis 32. Tom. X. *Μάρτυς.*

MARTYR. Quis est martyr. In sermone de sancto Laurentio. Martyr Græcè, Latinè testis dicitur. Igitur quotiescunque bonis actibus mādatum Christi facimus, toties de Christo testimoniū perhibemus. Vnde & crux Domini nō tantum illa dicitur quæ passionis tempore ligni affixione cōstruitur, sed illa quæ totius vitæ curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. *Crux qd.* De qua videtur saluator dicere, Qui vult venire post me, tollat crucē suam & sequatur me. Nunquid omnes martyres qui sequuti sunt Dominū, crucifixi sunt cum Domino? Nunquid omnes virgines, quæ iuxta Apocalypsin sequuntur agnum, crucifixæ sunt vt sequātur? Nūquid Paulus Apostolus crucifixus fuerat qui dicebat, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est & ego mundo? Hoc autē dicit, vt intelligas crucem non ligni esse patibulum, sed vitæ virtutísq; propositum. Tota igitur vita Christiani hominis, si secundum Euāgelium viuat, crux est atq; martyrium. In sermon. de sanctis Geruasio & Prothasio. Martyris nomen est Græcum, sed iam isto nomine cōsuetudo vtitur pro Latino. Latinè autem martyres dicuntur testes. Sunt ergo martyres veri, sunt & falsi: quia sunt testes veri & falsi. Sed dicit scriptura, Testis falsus non erit impunitus. Si testis falsus non erit sine pœna, nec testis verus sine corona. Et facilè quidē fuit Domino Iesu Christo & veritati quæ Deus est, testimoniū perhibere: sed vsq; ad mortem, magnum opus fuit. Martyrem facit non pœna, sed causa.

Ser. 4. & ordin. ser. de sanctis, 11. Tom. X.

In sermone de innocentibus. Quotiescunque sanctorum martyria celebramus, toties laudes saluatoris edicimus: & quoties asserimus eorum passiones, toties Christi gloriam prædicamus. Non enim suspicimus quod passi sunt, sed propter quem passi sunt, admiramur. Igitur non pœna in laude, sed fides est in honore. Magnificamus ergo martyres, non quia grauioribus subiacuere suppliciis, sed qa iustitiæ causa tolerauere supplicia. Nanq; plurimos sceleratorum peiores pœnas vidimus esse perpessos, sed nihil eis prosunt: quia martyres causa iustificat, sceleratos conscientia sua damnat.

Tom. II. Epist. 167. Tom. II. Epist. 48.

In epistola ad Festum. Martyres veros non facit pœna, sed causa. In epistola ad Vincentium. Cum boni & mali eadem faciūt, eadémq; patiuntur, non factis & pœnis, sed causis vtique discernēdi sunt. Pharao populum Dei duris laboribus atterebat. Moses eundem populum impiè agentem duris coërctionibus affligebat. Similia fecerunt, sed nō similiter prodesse voluerunt. Ille dominatione inflatus, iste dilectione† inflammatus. Ibidem. Pater tradidit filium suum, & ipse Christus corpus suum, & Iudas Dominum suum. Cur in hac traditione Deus est pius, & homo reus: nisi quia in re vna quam fecerunt, non est vna causa qua fecerunt? Tres cruces vno in loco erant, in vna

† Alias, zelo.

In simili pœna non similis corona.

A latro liberandus, in alia latro damnandus, in media Christus alterum liberaturus, alterū damnaturus. Quid similius istis crucibus, quid dissimilius istis pendētibus? Super psalm. trigesimum quartum, sermone secundo. Martyrem non facit pœna, sed causa. Nam si pœna martyres faceret, omnia metalla martyribus plena essent, omnes catenæ martyres traherent, omnes qui gladio feriuntur, coronarentur. Ergo discernatur causa. Nemo dicat, quia patior, iustus sum: quia ipse qui primo passus est, pro iustitia passus est: ideo magnam exceptionem addit Christus dicens. Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiā. In serm. vj. de martyribus. Nemo se extollat & glorietur de passione. Nam si attēdamus solas passiones, coronantur & latrones, si de passione

B gloriandum est, potest & ipse diabolus gloriari. Eius vbique templa euertuntur, idola franguntur, sacerdotes eius arrepti cæduntur. Nunquid potest dicere, Et ego martyr sum, quia tanta patior? Ergo homo Dei prius eligat causam, & securus accedat ad pœnam. Post pœnam, accipiet coronam. Et infra. Nemo explicat verbis martyrum dignitates. Non enim sine causa talia sperauerūt præmia, qui vsque ad sanguinem certauerunt pro veritate. Non eos mundus illexit, non eos terror fregit, non tormenta vicerunt, non blanditiæ deceperunt. Corpora ipsa sua magna habebunt ornamenta, in quibus passi sunt magna tormenta. Nos autem si eos amamus, imitemur, & pro qua, si opus est, patiamur, causam bonam eligamus: & pro tali causa quicquid mole-

C stum fuerit in isto sæculo, æquo animo toleremus. Multi non elegerunt causam, ideo pro causa mala mortui sunt mali. Non enim facit martyrem pœna sed causa. Nam si pœna martyrem facit, & latro quando occiditur martyr erit. Tres illas cruces attendite, vbi Dominus crucifixus est in medio duorum latronum. Pœna æqualis erat, sed causa separabat, quos pœna iungebat: vnde damnandus erat alter, alter saluandus. In medio damnator & saluator: vnum punit, alterum soluit. Crux illa tribunal fuit. Ergo certemus cum viuimus veram fidem tenere, in veritate Dei, in vnitate Ecclesiæ, vitam bonam ducere, vt si martyres amamus, cum ipsis præmiari valeamus. Libro de correptione Donatistarum ad Bonifacium comitē. Veri martyres sunt

D de quibus Dominus ait. Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Non ergo qui propter iniquitatem, & propter Christianæ vnitatis impiam diuisionem: Sed qui propter iustitiam persequutionem patiuntur, hi martyres veri sunt. Nam & Agar passa est à Sara persequutionem, & illa erat sancta quæ faciebat, illa iniqua quæ patiebatur. Nunquid huic persequutioni quam passa est Agar, comparandus est sanctus Dauid quem persequutus est iniquus Saul? Valde vtique distat: nō quia patiebatur: sed quia propter iustitiam patiebatur. Et ipse Dominus cum latronibus crucifixus est. Sed quos passio iungebat, causa separabat. Ideo in psal. Vox illa intelligenda

genda est verorum martyrum, volentium se discerni à martyribus falsis, Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta. Non dixit, pœnam meam: sed discerne causam meam. Potest enim esse impiorum similis pœna, sed dissimilis est martyrũ causa: quorũ illa vox est, Iniustè persequuti sunt me, adiuua me. Ideo dignũ se existimauit qui adiuuaretur iustè, quia illi persequebantur iniustè. Nam si iustè illi persequerentur, non fuerat adiuuandus, sed corrigendus.

In sermone primo, de decollatione beati Ioan. Baptistæ. Discernendum est quis pro quo patiatur. Erunt martyres veri, si pro veritate quæ Christus est, certent, vt legitimè coronentur.

Propterea super Psal. cxl. Ante Christum multi qui mortui sunt, & martyres sunt: non propter confessionem nominis Christi quo Christiani sumus, sed quia peccata hominum dicebant in eos, & eorum iniquitatibus liberius resistebãt, & habentur inter martyres. Iusti etenim si non pro nominis Christi confessione, tamen pro veritate occisi sunt. De martyrum pœnis atque triumphis, in sermone iiij. de sancto Laurentio. Cum omnium, dilectissimi, summa virtutum, & totius plenitudo iustitiæ de illo amore nascatur, quo Deus proximúsque diligitur: profecto hîc amor in nullis sublimius excellere clariúsque fulgere quàm in beatissimis martyribus inuenitur: qui Domino Iesu Christo pro hominibus omnibus mortuo, tam propinqui sunt imitatione charitatis, quàm similitudine passionis. Quamuis enim illi dilectioni qua Dominus nos redemit nulla humana charitas possit æquari (quia aliud est pro iusto hominem mori sua necessitate moriturum, aliud pro impiis à debito mortis alienum) multum tamen vniuersis hominibus etiam martyres contulerunt: Quorum fortitudine ita eius largitor vsus est Dominus, vt pœnam mortis & atrocitatem crucis, nulli sanctorum vellet esse terribilem, sed multis fecit imitabilem. Si ergo nullus bonus sibi soli bonus est, nec cuiquam sapienti sibi tantum amica est sapientia, & vsus harum virtutum est, vt multos à tenebroso abducat errore eius qui earum clarus est lumine, ad erudiendum Dei populum, nullorum actis magis quam martyrum est ornanda eloquentia, vt sit accommoda ad exhortandum, & efficax ad persuadendum: validiora enim sunt exempla quam verba. Super Psalm. lxix. Laborauerũt martyres, & inter magnas tempestates odiorum in hoc sæculo periclitati sunt, non tam corpore, quod quandoque posituri erant: sed ipsa fide, ne deficientes & fortè acerbis persequutionum cedentes doloribus, vel amori vitæ huius, amitterent quod promiserat Deus, qui non solùm verbo, sed etiam exemplo abstulerat omnem timorem. Verbo dicens, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: exemplo faciens, quod verbo pręcepit, vt nec eorum verberantium manus vellet deuitare, nec alapas percutientium, nec saliuas conspuẽtium, nec coronam de spinis imponentium, nec cru-

A cem interficientium. Nihil horum vitare voluit, cui nihil opus erat, propter eos quibus hoc opus erat: faciens ægrotis de seipso medicamentũ. Laborauerunt martyres, & nisi ille semper adesset, vtique defecissent. Super Psal. cxxvij. Quanta mala passi sunt martyres, quanta exitia, quanta tormenta, squalorem carcerum, stricturam catenarum, sæuitiam ferarum, ardorem flammarum, aculeos contumeliarum? Ista omnia passi sunt propter sempiternam fœlicitatem. In sermone de martyribus. Martyres redemptoris exempla sequuti, verbera & vincula sustinentes, corpora tormentis subiicientes & sanguinem fundentes, ad cœlestem meruerunt patriam pertingere, & coronam vitæ accipere. Nihil tamen in

B certamine, in verberibus, in tormẽtis, positi metuentes. Mori tamen aliquando per supplicia nolebant, sed certabant agonizantes, & nomen Domini inuocantes, Christum confitentes, ipsum Dominum prædicantes, & pro ipsius confessione etiam semetipsos tradentes ignibus, post carceres, vincula, verbera, vulnera corporibus impressa, non iam corpus, sed ipsa viscera suppliciorum telis lacerantibus tandem vel gladio trucidãtur: signis tamen & miraculis atque virtutibus coruscantes. Quia vt dicit in sermone j. eorũdẽ. Martyres cum lachrymis seminauerunt. Fortiter enim certauerunt, & in magnis tribulationibus fuerunt. Nam vt eorum lachrymas Christus consolaretur, transtulit eos in se, & transfigurauit eos, & dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Caput enim nostrũ infirmioribus suis mem-

C bris compassum est, ne de se fortè membra infirma desperantia, sicut est humana fragilitas, morte propinquante perturbarentur, & dicerent non se ad Deum pertinere: nam si pertinerent, gauderent: Ideo prius Christus dixit, Tristis est anima mea: & tamen potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. Causa verò permissionis martyrij habetur lib. xviij. de ciuitate Dei, cap. lxx. Non solùm per Apostolos qui & ante passionem, & post resurrectionem Christum viderant & audierant: verumetiam post obitum eorum per posteros eorũ inter horrendas persequutiones, & varios cruciatus ac funera martyrum, prædicatum est toto orbe Euangelium, contestante Deo signis, & ostentis, & variis virtutibus, & spiritus sancti muneribus: vt

D populi gentium credentes in eum, qui pro eorũ redemptione crucifixus est, Christiano amore venerarentur sanguinem martyrum, quem diabolico furore fuderunt: Ipsiq; reges, quorum legibus vastabatur Ecclesia, ei nomini salubriter subderentur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt: & falsos Deos inciperẽt persequi, quorum causa cultores Dei veri fuerant antea persequuti. Mors martyrum gloriosa. in sermone iij. de Apostolis Petro & Paulo. Non est dicenda mors, qua interueniente caremus persequutione, & Christo connectimur. Non est planè dicenda mors quæ Christo mortuum vnit, & lucrum efficit morientis. Super primam cano-

Tom. VIII.

Ord. ser. de sanctis 45. Tom. X.

Infirmitatẽ sanctorũ in se Christus transtulit.

Tract.8. Tom.IX. *Deus è malis eripit, quo modo.*

nicam Ioannis. Omnes martyres Deus spiritaliter liberauit, neminem spiritualiter deseruit. Visibiliter tamen quosdam visus est deseruisse, & quosdam eripuisse: sed ideo quosdam eripuit, ne putes illum non potuisse eripere: vbi nō eripuit, secretiorē intelligas voluntatem, non suspiceris difficultatem. Libro 50. Homil. Homil. xiiij. Dominus noster Iesus Christus martyribus, id est, testibus suis pro humana fragilitate sollicitis, ne fortè eum confitendo atque moriendo perirent, magnam securitatem dedit dicens, Capillus de capite vestro non peribit. Times ergo ne pereas, cuius capillus non peribit? Si sic custodiuntur superflua tua, in quanta tutela est anima tua? Non peribit capillus qui cum tondetur non sentis, & perit anima per quam sentis? Sanè multa dura passuros eos esse prædixit, vt prædicendo faceret paratiores, dicerentque illi, Paratum cor meum Deus, id est, parata voluntas mea. Super Psalm. Plus est liberari de flamma gehennæ, quā de fornace potestatis humanæ. Super Psalm. cxviij. sermone xxxij. Saluos Deus martyres fecit, cum eos in anima non permisit occidi. Nam secundum carnem, vana est salus hominis. De quorum pasionum vtilitate. Super Psal. xl. Occisi sunt martyres ad multiplicandam Ecclesiam. Valuit sanctus sanguis effusus seminationi. Accesit mors martyrū, & multiplicati sunt magis magísque Christiani. Pretiosa est enim in conspectu Domini mors sanctorum eius. Super Psalm. cxviij. sermone xxx. Purpurata est vniuersa terra sanguine martyrum, floret cœlum coronis martyrum, ornatæ sunt Ecclesiæ memoriis martyrum, insignita sunt tempora natalibus martyrum, crebescunt sanitates meritis martyrum. In sermone de pluribus martyr. Omnium quidem fidelium bonorum Christianorū, maximè tamen gloriosorum martyrum vox est, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Fremebat mundus aduersus eos, populi meditabantur inania, principes cōueniebant in vnum, excogitabantur noui cruciatus, pœnas incredibiles inueniebat ingeniosa crudelitas, obruebantur opprobriis, falsis arguebantur criminibus, custodiis intolerabilibus includebantur, vngulis arctabantur, ferro perimebantur, bestiis subigebantur, ignibus cremabantur, & dicebant, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Totus mundus est contra vos, & dicitis, quis contra nos? Respondent, Et quid est totus mundus, quando pro eo morimur per quem factus est mūdus? Dicamus & nos. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Sæuire possunt, maledicere, calumniari, falsis opprobriis agitare, postremo possunt non solùm corpus occidere, verum etiam dilaniare, & quid faciunt? Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus est susceptor animæ meæ. Quid si mundus interfector est corporis mei, quando Dominus est susceptor animæ meæ? Quando autem Dominus est susceptor animæ meæ, erit restitutor corporis mei. Quid mihi deerit si membra mea lacerat inimicus, quando capillos meos dinumerat Deus? In sermone de sanctis Geruasio & Prothasio. Via prius spinosa pedibus Apostolorum contrita, facta est lenis sequuturis: sed ante, quasi semine, impleta est martyribus terra, & de feruore sanguinis eorum, fidelis seges surrexit prædicatio Euangelica, & plures asserunt Christum mortui quam viui, & adhuc hodie prædicant: & si tacet lingua, sonant facta. Tenebantur, ligabantur, lapidabantur, percutiebantur, bestiis subiiciebantur, & in omnibus suis mortibus quasi viles irridebantur. Sed pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. In conspectu Domini tunc tantum erat pretiosa, quando opprobrium erat esse Christianum, & vilis erat in conspectu hominum mors sanctorum. Execrabantur & detestabantur, habebantur pro maledicto, & dicebatur, Sic moriaris, sic incendaris, sic crucifigaris, modo ista maledicta quis fidelis non optat? Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Nihil nisi Christo volē te aut permittente.

Psal.56.

Tom.VIII.

Tom.VIII.

Serm.4.ord. ser. de sanctis,48. Tom.X. Rom.8. Fundamentum fidei in aduersis.

In sermone de amore Dei, & amore sæculi. Martyres vicerunt, quia voluntati carnis voluntatem spiritus præposuerunt. Amabant hanc vitam, sed aliam ponderabant, & inde considerabant quantum amanda esset æterna, si sic amatur ista peritura. De quorum triumphali multitudine & societate. In sermone iiij. eiusdem. Massa martyrum, ex omni populo, tribu, & lingua, ex vtroque sexu, & ex omni ætate collecta est. Non senex districtis tyrannorum gladiis tremula colla subtraxit. Non anus infirmior sexus ætate confecta, dexteram cruentam percussoris effugit. Non iuuenes à corona vitæ huius dulcedo reuocauit. Non membra palpitantium paruulorum cruentus percussor perhorruit: sed nec infantes maternis vberibus inhiantes, ferrum potuerunt persequutoris euadere, quin oppressi ruina, cadaueribus maternis commixti inter dulces complexus occubuerint. Sed omnes pro tanto certamine coronauit, qui omnem redemit ætatem. Vnde libro xxij. de ciuitate Dei, capite vj. Quis enumeret quam multi quantalibet sæuitia crudelitatis occidi, quam Christum negare maluerunt? A Christo enim non solùm colendo, verumetiam confitendo tantam per orbem terræ martyrum multitudinem metus reuocare non potuit: non leuis offensionis animorū, sed immensarum variarúmque pœnarum: & ipsius mortis, quæ plus cæteris formidatur. Neque tunc ciuitas Christi quamuis adhuc peregrinaretur in terris, & haberet tam magnorū agmina populorum, aduersus persequutores suos pro temporali salute pugnauit, sed potius vt obtineret æternam, non repugnauit. Ligabantur, includebantur, cędebantur, vrebantur, torquebantur, laniabantur, trucidabantur, & multiplicabātur. Non erat eis pro salute pugnare, nisi salutem pro saluatore contemnere. Propterea dicit libro de vera innocentia. Orans cum sudore sanguineo Dominus noster Iesus Christus, significabat de toto corpore suo, quod est Ecclesia, emanaturas martyrum pasiones. De quorum honorabili dignitate. Super Psalmum lxvij. Martyres in

res in Ecclesiis locum summum tenent, atque apice sanctæ dignitatis excellunt. Tamen non eis, sed Christo offertur sacrificium. libro viij. de ciuitate Dei, capite xxvij. Nos nostris martyribus non templa, sacerdotia, & sacrificia constituimus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sanè memorias eorum tanquam sanctorum hominum Dei, qui vsque ad mortem corporum suorum pro veritate certarunt, vt innotesceret vera religio, falsis religionibus, fictisque conuictis. Quis autem fidelium audiuit aliquando stantem sacerdotem ad altare, etiam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultúmque constructum, dicere in precibus, Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines fecit & martyres, & sanctis suis Angelis cœlesti honore sociauit: vt ea celebritate, & Deo vero de illorum victoriis, gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoriæ renouatione adhortemur? Quæcunque igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum tanquam deorum. Nos itaque martyres nostros nec Diuinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, sicut colunt aliqui deos falsos suos: nec sacrificia illis offerimus, nec eorum probra in eorum sacra couertimus. Libro xx. contra Faustum. Populus Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memoriis martyrum constituamus altaria. Quis enim Antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit, Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit, vt ex ipsorum corporum admonitione maior affectus exsurgat, ad acuendam charitatem, & illos quos imitari possumus, & illum quo adiuuante possimus. Colimus ergo martyres, eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tanto deuotius, quanto securius post incerta omnia superata: quanto etiam fidentiore laude prædicamus, tam in vita fœliciore victores, quam in ista adhuc vsque pugnantes. At illo cultu qui Græcè latria dicitur, Latinè vno verbo dici non potest, cum sit quædam proprie Deitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, vnde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctę animæ, vel cuiquam Angelo: & quisquis in hunc errorem

A delabitur, corripitur per sanam doctrinam, siue vt corrigatur, siue vt caueatur. Ibidem. Qui se in memoriis martyrum inebriant, quomodo à nobis approbari possunt, cum eos, etiam si in domibus suis id faciant, sana doctrina condemnet? Sed aliud est quod docemus, aliud quod sustinemus: aliud quod præcipere iubemur, aliud quod emendare præcipimur, & donec emendemus, tolerare compellimur. Tamen vt dicit libro de verbis Apostoli, sermo. xvij. Habet Ecclesiastica disciplina quod fideles nouerunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi nõ pro ipsis oretur, pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur. Iniuria est enim pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari.

Cap. eod. inf.

Tom. X. 4. sciet. di. 45. est quidi.

De quorum corporibus post resurrectionem. lib. xxij. de ciuitate Dei. Vulnerum cicatrices in
B corporibus martyrum, quæ pro Christi nomine pertulerunt: in illo regno fortasse videbimus. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit: & quędam quamuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit: nec ideo tamen si aliqua martyribus sunt amputata vel ablata mẽbra, sine ipsis erunt in resurrectione mortuorũ, quibus dictum est, Capillus de capite vestro non peribit: sed si hoc decebit in illo nouo sæculo, vt indicia gloriosorum vulnerum in illa mortali carne cernantur, vbi membra vt præciderentur percussa vel secta sunt, ibi cicatrices, sed tamen eisdem membris redditis non perditis, apparebunt. Quamuis itaque omnia quæ acciderunt corpori vitia, tunc non erunt: non sunt tamen
C deputanda, vel appellanda vitia virtutis indicia. Absit autem, vt ad resuscitanda corpora, vitæq; reddenda, non possit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quæ vel bestia, vel ignis assumpsit, vel in puluerem cinerémque collapsum, vel in humorem solutum, vel in auras est exhalatũ. Absit, vt sinus vllus secretúmque naturæ ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris vt omnium creatoris, aut lateat cognitionem, aut effugiat potestatem. Dignè autem merentur honores, quia vt dicit super Psalmum xxxix. Mortes in quas Pagani sæuierunt, in illis hodie reficimur. Natalem martyrum celębramus, exempla martyrum nobis proponimus. Attendimus fidem, quomodo inuẽti, quomodo attracti, quomodo steterunt ante iudices. In Ecclesia catholi-
D ca nihil habentes simulationis, compaginati iunctura vnitatis, confessi sunt Christũ: caput quod præcesserat, sicut membra sequi concupierunt. Sed qui concupierunt? In tormentis patientes, in confessione fideles, in sermone veraces. Sed de martyribus qui sunt germani fratres. In sermone ij. de septem fratribus Machabæis. Fratres in fide, fratres in genere, fratres in passione. In his enim erat vna mens, & vna congressio, vna victoria, vna corona, vna habitatio in terris, & vna in cœlis. Impares fuerunt ætate, sed pares fuerũt in charitate. O beati fratres. Sed de martyribus quorum reliquiæ habentur. in sermone tertio eorumdem. Cum omnium sanctorum mar-

Cap. 20. Tom. V.

Nulla corporib. deformitas in resurrectione.

Tom. VIII.

A tyrum fratres charissimi natalem deuotissimè celebremus, tamen pręcipuè eorum solennitas nobis veneranda est, qui in nostris domiciliis proprium sanguinem fuderunt. Nam licet vniuersi sancti vbique sint & omnibus prosint, specialiter tamen illi pro nobis interueniunt, qui supplicia apud nos pro Christo pertulisse probantur. Martyr enim cum patitur, non sibi solùm patitur, sed omnibus. Sibi enim patitur ad meritum, omnibus ad exemplum: sibi patitur ad requiem, omnibus ad salutem. Exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumeliis vitam æternam quærere, didicimus mortem nō timere. Videte ergo quid martyribus debeamus. Nam alius tortus est, vt alius saluetur: alter carnificem pertulit, vt alius cognosceret Christum:
B alter morti addictus est, vt alius vita potiretur æterna: & ad postremum sanctus occisus est, vt peccator euaderet. Beati igitur martyres sibi vixerunt, & mortui exemplum nobis reliquerunt, & bene viuendo, & tolerando fortiter passiones. Nam ideo Dominus per totum mundum diuersis pœnis pati martyres voluit, vt tanquam idonei testes, nobis Christianam fidem exemplo suæ confessionis suggererent: vt humana fragilitas quæ nudæ prædicationi Dominicę vix audet credere, vel propter præsentia testimonia martyrum crederet. Cuncti igitur martyres deuotissimè percolendi sunt, sed specialiter ij venerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus: illi enim nos orationibus suis adiuuant. Cum his autem nobis familiaritas quædam est: semper enim
C nobiscum sunt, hoc est, & corpore viuentes custodiunt, & de corpore exeuntes excipiunt: hîc ne peccatorum lues nos absumat, ibi ne infernus horror inuadat. Nam ideo à maioribus hoc prouisum est, vt sanctorum ossibus corpora nostra socientur, vt dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat: dum illos Christus illuminat, à nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes euadimus inferni tenebras, & eorum propriis meritis consequimur consortij sanctitatem. De martyre Pontifice, dicit in sermone ij. de sancto Cypriano. Vicina corporis morte, non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis: & cura tuendi Dominici gregis vsque ad extremum vitæ huius diem mente sobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris, manus
D tam proxima cruenti carnificis. Ita se martyrem cogitabat futurum, vt esse non obliuisceretur Episcopum: magis curans quam rationem pastorum principi de commissis sibi ouibus redderet, quam quid infideli proconsuli de fide propria responderet. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat, Amas me? Pasce oues meas. Et pascebat oues eius, pro quibus sanguinem fudit. De martyre verò doctore, dicit in sermone primo, eiusdem. Docuit fideliter quod facturus erat, fecit fortiter quod docuerat. Ad pretiosam mortem iustè viuendo, ad gloriosam verò vitam iniustè moriendo peruenit, atque adeptus est triumphale nomen: quia vsque ad sanguinem pro veritate certauit. Verùm quia non solùm dixit quæ audirentur, sed scripsit etiam quæ legerentur: & ad alia loca per alienas linguas, ad alia loca verò per suas literas venit & innotuit regionibus multis: & partim per famam fortissimæ passionis, partim per dulcedinem suauissimæ lectionis. Deuotè igitur celebremus hunc diem, & ita omnes vnanimiter supplicemus, vt in Ecclesia maiore communem patrem audire & videre mereamur, habituri & de sermone eius gaudium, & de passione gloriæ profectum. De muliere autem martyre, dicit in sermone de sanctis Perpetua & Felicitate: & etiam in sermone de sancta Victoria. Quid gloriosius iis fœminis, quas viri mirantur facilius quam imitantur? Sed hoc illis potissimæ laudis est quod martyres credentes, & in eum fideli studio concurrentes secundum interiorem hominem, in quo nec masculus, nec fœmina inueniuntur: vt etiam in iis quę sunt fœminæ incorruptæ, virtus mentis sexum carnis abscondat. Calcatus est draco pede casto, & victore vestigio caput serpentis concutitur: & quod fuit præcipitium fœminæ cadenti, gradus factum est ascendenti. In eodem sermone de sancta Victoria, & sermone secundo, de sanctis supradictis. Ibi est corona gloriosior, vbi Christus infirmior: quia profecto virilis animus in fœminis maius aliquid fecit, quando sub tanto pondere fragilitas fœminea non defecit. Bene inhæserat vni viro cui virgo casta vnica exhibetur Ecclesia. Bene, inquam, inhæserant vni viro, à quo virtutem traxerunt, qua resisterent diabolo: vt fœminæ prosternerent inimicum, qui per fœminam prostrauerat virum. Ille in eis apparuit inuictus, qui pro eis factus est infirmus. Ille eas vt vincerent fortitudine impleuit, qui vt eas fortes efficeret semetipsum exinaniuit. Ille eas ad hos honores laudésque perduxit, qui pro eis opprobria & crimina audiuit. Ille fecit fœminas viriliter & fideliter mori, qui pro eis dignatus est de fœmina misericorditer nasci. In sermone tertio, eorumdem sanctorum. Muliebris infirmitas inimicum antiquum miraculo maiore deuicit. In sermone prædicto de sancta Victoria. Meritò ille verus ac veterator inimicus, ne vllas præteriret insidias, qui per fœminam vicerat virum, quia viriliter secum agentem fœminam sensit, per virum eam superare tentauit. Sed illa interioris hominis cautissimo & firmissimo robore, omnes eius irritas fecit insidias impetúsque confregit. In eodem, infra. In hoc ergo tanto agone, ista sancta non sexu inualido retardata, non fœminea cogitatione eneruata, non mundo blandiente emolita, non minante perterrita, infirma firmiter certauit, fortiter spiritu carnem, spe timorem, diabolum fide, mundum charitate vincens. In sermone de sanctis. Beata Agnes sancta, cuius passionis hodiernus est dies, virgo quod vocabatur erat. Agnes Latinè, significat Græcè castam. Erat quod vocabatur, meritò igitur coronabatur. Et infrà.

Veri pastoris ingeniū.

Agnes

Agnes puella tredecim annorũ vicit diabolum. Eum puella ista vicit qui herculem multósque decepit. De martyribus verò qui fuerunt in veteri testamento, dicit in sermone decimo nono, de natiuitate Ioannis Baptistę. Quid est quod Ecclesia ipsa non defert iis natalitij solennitatem quorum suscipit atque amplectitur passionem? Illud fratres dilectissimi, quia priores populi dies illos, quibus Prophetas persequuti sunt & interfecerunt, tradere cultui ac memoriæ noluerunt: ne scilicet religiosa posteritas, dum passiones sanctorum coleret, scelus persequutorum semper horreret. Ac sic obliuiscendo martyrij dies, fecerunt memoriam sanctorum natalium non esse diuturnam, dum timerent recordationem malorum suorum esse perpetuam: sed tamen nihil profecerunt hoc faciendo. Quid enim eis prodest quod dies istos martyrij eorum ignoramus, dum ipsos martyres nouimus? Nihil ergo profecerunt. Natales quidem omnium sanctorum pro Christo passorum scire non possumus, sed tamen quotidie Prophetas qui pro Deo passi sunt honoramus: ac sic grandi compendio detrimenta exigua pensantur, cum, quibus singuli dies sublati sunt per obliuionem, tempus omne tribuitur ad honorem. De solennizandis autem martyribus, dicit in sermone xj. de sancto Cypriano. Diei tam grandis lætíque solennitas, & coronæ tanti martyris tam fœlix & iucunda festiuitas, sermonem à me debitum flagitat: sed tantam sarcinam illius orationes mecum portent, vt si quid minus quod debetur exoluero, non me despiciat loquentem vobis, sed omnes reficiat precando pro omnibus nobis. Faciam sanè quod ei certus sum esse gratissimum, vt eum in Domino laudem, cum de illo Dominum laudo. In eodem infra. Illi laus, illi gloria, qui dignatus est illum martyrem prædestinare inter sanctos suos ante tempora, creare inter omnes opportuno tempore, vocare errãtem, mundare sordidum, formare credentem, docere obedientem, regere docentem, adiuuare pugnantem, coronare vincentem. Illi laus, illi gloria, qui hunc talem fecit, in quo voluit maximè ostendere Ecclesiæ suæ quantis malis opponenda, quantis esset charitas hominis præponenda, & quam nulla esset charitas Christi, à quo non custodiretur veritas Christi: quam sic ille dilexit, vt malis pro charitate non parceret, & malos pro pace toleraret, & liber in dicendo quod ipse sentiret, & pacificus in audiendo quod fratres piè sentire cognosceret. In sermone quarto. de vno martyre. Die solenni sanctorum martyrum debitus sermo reddendus est de gloria martyrum. Loquuturos breuiter iuxta causam martyrum, adiuuent nos orationes martyrum. Hoc est quod istas solennitates commemorantes debet sanctitas vestra: primo ne arbitremur aliquid nos & ferre martyribus, quia eorum dies solennissimos celebramus. illi nostris festiuitatibus non egent, quia in cœlis cum Angelis gaudent, cõgaudent autem nobis, non si honoremus eos, sed si imitemur eos: quanquam & quod honoramus eos, nobis prodest non illis: sed quòd honorare & non imitari nihil aliud est quam mendaciter adulari. Ad hoc ergo istæ festiuitates in Ecclesia constitutæ sunt, vt per eas congregatio membrorum Christi admoneatur imitari martyres Christi: nec est alia festiuitatis vtilitas. In sermone quinto, de eodem. Solennitas beatissimorum martyrum lætiorem nobis reddit diem. Lætamur, quia de terra laboris ad regionem quietis martyres transierunt: sed hoc non saltando, sed orando: non potando, sed ieiunando: non rixando, sed tolerando meruerunt. Quid Petro dixit, Petre amas me, pasce oues meas? Hoc semel, hoc iterum, hoc tertio. Interrogabatur amor, & imperabatur labor: quia vbi est maior amor, minor est labor.

MARTYRIVM. Computatur martyrium pro baptismo. libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, & interrogandus respondet: hoc & martyr coram persequutore facit, qui & confitetur fidem, & interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua, vel intingitur: & hic vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum: hic habitaculum efficitur spiritus sancti, dum nõ est ipse qui loquitur, sed spiritus patris qui in illo loquitur. Ille communicat eucharistiæ in commemoratione mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se immundis actibus renũtiaturũ: hic ipsi renuntiat vitæ. Illi peccata omnia dimittuntur, in isto extinguuntur. *Cap. 74. tom. III.* *Martyrij & Baptismi collatio.*

Nullum martyrium æquatur Christi passioni. Super Ioannem. Nullo modo Christo Domino pares esse possumus etiam si pro illo vsque ad sanguinem martyrium duxerimus. Ille enim potestatem habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam: nos autem nec quantum volumus, viuimus: & morimur etiam si nolumus. Ille moriens mox in se occidit mortem: nos eius morte liberamur à morte. Illius caro non vidit corruptionem: nostra post corruptionem in fine sæculi per illum induetur incorruptione. Ille nobis non indiguit vt nos saluos faceret: nos sine illo nihil possumus facere. Ille se nobis præbuit palmitibus vitem: nos habere præter illum non possumus vitam. Postremo & si fratres pro fratribus moriamur, tamen in peccatorum fraternorum remissionem nullius sanguis martyris funditur, quod fecit ille pro nobis: neque in hoc quid imitemur, sed quid gratularemur contulit nobis. Sed vt dicit super Psalmum centesimum decimum octauum, sermone nono. Ecce martyrium Christi, & apud homines in hoc mundo non solùm non est opprobrium, sed magnum est ornamentum. Ecce non solum in conspectu Domini, verumetiam in conspectu hominum iam pretiosa est mors sanctorum eius. Ecce non solum non contemnuntur, verumetiam magnis honoribus præferuntur martyres eius *Tract. 84. Tom. IX.* *Tom. VIII.*

Mē. in martyrium, & corporis.

A Diſtinguitur de martyrio,in ſermone viij. de ſancto Stephano. Duo ſunt genera martyrij:vnū in mente,aliud in mente ſimul & in actione. Antiquo enim aduerſario nos contentante martyrium ſuſtinemus in mente, ſi eius tentationibus ſtudeamus reſiſtere:in ꝓximo autē cū perſequutionem patimur,martyrium eſt in actione. Vigilanti ergo animo noſmetipſos mente ſimul & corpore debemus circunſpicere,ne propter mala proximi quæ ſuſtinemus,ad retribuendum mala pro malis pertrahamur,nec tentamētis aduerſarij ad conſenſum delicti ſeducamur. De ſpirituali verò martyrio. In ſermone de vitanda familiaritate mulierum. Nemo dicat,fratres,quòd temporibus noſtris martyrum certamina non ſunt. Nam iracundiam mitigare, libidinem fugere,iuſtitiam cuſtodire,cupiditatem contemnere, ſuperbiam humiliare, magna pars eſt martyrij.

Serm.2.Dominic.25.post trinit.et ord. serm.de tēpore,250.

Tom.X.

B Contemnenda eſt cupiditas,quæ velut ignis quāto plus accipit,tanto plus requirit. Iracundia mitiganda eſt quæ prius nocituris impendit quam nocendis. Libido fugienda penitus. Reliquis vitiis reſiſtendum:libido fuga ſuperanda eſt. Contra libidinis impetum, apprehende fugam, ſi vis habere victoriam. Nec tibi ſit fugere verecūdū,ſi caſtitatis palmam deſideres obtinere. Qui enim familiaritatem vitare non vult mulierum, citò labitur in ruinam. In ſermone ſexto de martyribus. Nemo dicat,Non poſſum martyr eſſe,quia non eſt modo perſequutio. Non enim ceſſant tentationes:pugna & corona parata eſt. Tentatur anima Chriſtiana,& ꝓpitio Deo vincit,& facit magnam victoriam. Nemine vidēte,in corpore incluſa,pugnat corde:& coronatur in corpore ab illo qui videt in corde.

1.Pet.5.

C Dicit Petrus Apoſtolus aduerſarium noſtrum ſicut leonem rugiētem circumeūtem & quærentem aliquid de ouili tollere. Hoc facere non ceſſat vſque in finem, nec ab inſidiis ſe nouit abſtinere. Si ergo aduerſarius noſter non dormit,quotidie pugnamus:eū non videmus,& vincimus. Sed vnde vult nos vincere? Intus eſt:ſentimus,& domamus. Non vides inimicum tuum diabolum,ſed ſentis in te auaritiam tuam,vel libidinem tuam, vel iracundiam tuam. Vince quæ intus ſentis, & vincuntur quæ inſidiantur foris. Hoc eſt martyres amare. Hoc eſt dies martyrum deuota pietate celebrare: non vino ingurgitari,ſed illorum fidem & patientiā imitari. In fine ſermonis de Iacob & Eſau. Nō deeſt perſequutio diaboli. Perſequutor adeſt,nūquam deficit occaſio coronæ: Tantum miles Chriſti intelligat pugnam,& hoſtem non negligat.

D Nunquid quia non te vrget hoſtis manifeſtus corporis,non te vrget perſequutor occultus illecebris carnis? Quanta ſuggerit mala? Quāta per cupiditatē? Quanta per timorē? Et infra ſubdit. Multi coronati ſunt in amphiteatro pugnantes ad beſtias. Multi in lecto vincentes diabolum coronantur. Vidētur non ſe mouere poſſe,& intus in corde tantas vires habent, tantam pugnam exercent:Sed vbi eſt occulta pugna, ibi eſt occulta victoria. Quare iſta diximus fratres?

A Vt quando celebratis natalia martyrum, imitemini martyres: Nec putetis ideo vobis deeſſe poſſe occaſiones coronæ,quia modo deſunt tales perſequutiones:nec enim modo deſunt. Quotidie perſequutiones à diabolo fiunt,ſiue per ſuggeſtionem,ſiue per moleſtias aliquas corporis. Sed memento te habere imperatorem qui iam præceſsit in cœlum:dedit tibi viam quam ſequaris: Tene te ad illum. Noli cum viceris per ſuperbiam tibi tribuere,quaſi de viribus tuis luctatus fueris:ſed agnoſce præſtitum eſſe à Deo, qui dedit vires vt vinceres,qui & ipſe vicit ſæculum. Sic ſemper coronaris,& martyr hîc eris, ſi omnes tentationes diaboli ſuperaueris. In ſerm. De ebrietatis malo. Nemo dicat fratres chariſsimi,quod iſtis temporibus martyres nō ſint,quotidie martyres fiunt. Martyr enim teſtis interpretatur.

B Quicunque ergo pro veritate teſtimoniū dederit, & omnes cauſas cū iuſtitia iudicauerit, q̃cquid pro teſtimonio veritatis vel iuſtitię pertulerit,totū ei Dominus ꝓ martyrio cōputabit.

MATERIA. Quid ſit prima materia. Lib.xij.cōfeſ. Nōne tu Domine docuiſti me,quòd priuſquam iſtā informem materiam formares atque diſtingueres, nō erat aliquid: non color,non figura, non corpus, non ſpiritus,non tamen omnino nihil erat? Quædam enim informitas ſine vlla ſpecie erat. Ibidem. Duo quædam feciſti Domine: vnum prope te, id eſt,Angelicam naturam,aliud prope nihil, id eſt informem materiam: vnum quo ſuperior tu eſſes, alterum quo inferius nihil eſſet. Infra ſubdit ibidem. Duo reperio quæ feciſti Domine carentia temporibns,cum tibi neutrum coæternum ſit.

C Vnum quod ita formatum eſt,vt ſine vllo defectu contemplationis,ſine vllo interuallo mutationis, quamuis mutabile, tamen non mutatum,tua æternitate atque incommutabilitate perfruatur. Alterum quod ita informe erat,vt ex qua forma,in quā formam vel motionis vel ſtationis mutaretur,quo tempori ſubderetur non haberet. Libro vigeſimo contra Fauſtum. Hylen nanque Græci cum de natura diſſerunt, materiem quandam rerum definiunt, nullo prorſus modo formatam,ſed omnium corporalium formarum capacem:quæ quidem incorporū mutabilitate vtcunque cognoſcitur,nā per ſeipſam nec ſentiri, nec intelligi poteſt. Verùm in hoc errant quidam gentilium,quod eam tanquā coæternam Deo coniungunt:

D vt hæc ab illo non ſit, quamuis ab illo formetur. Quod alienum eſſe à veritate,ipſa veritas docet. Creata eſt ipſa materia à Deo. Libro primo ſuper Gene. Catholica fides præſcribit,& certiſsima ratio docet,nullarum naturarum materiam eſſe potuiſſe, niſi ab hominum,rerum non ſolum formatarum,ſed etiam formabilium inchoatore Deo atque creatore. Libro primo de Gen. contra Manichęū. Ligna adiuuant fabrum,& argentum adiuuat argentarium,& aurum aurificem, & terra adiuuat figulum,vt poſsit perficere opera ſua. Si enim nō adiuuarentur ipſa materia vnde aliqui faciunt,nihil

hil possent facere, cum materiam ipsam non ipsi faciant. Non enim facit faber lignum, sed de ligno aliquid facit. Sic & cæteri omnes opifices huiusmodi. Omnipotens autem Deus nulla re adiuuandus erat quam ipse non fecerat, vt quod volebat efficeret. Libro ad Orosium contra Priscilianistas & Origenistas, circa prin. Materies quippe mundi, quæ in rebus mutabilibus vtcunque dignoscitur, ab ipso Deo constituta est, à quo constitutus est mundus. Qua propter & si fecit Deus aliquid aut facit ex qua cunque alia re: non ex ea re fecit aut facit, quam ipse non fecerit. In paruo libro de symbolo. Mementote ita credere omnipotentem Deum, vt nulla omnino natura sit quam ipse non condidit. Et ideo peccatum punit, quod ipse non fecit, quia eo fœdatur natura quam fecit. Omnes ergo condidit creaturas visibiles inuisibilésque, vel quicquid rationabili mente potest esse particeps incommutabilis veritatis, sicuti Angelus & homo: quicquid viuit & sentit, quamuis careat intellectu, sicut sunt cuncta animalia in terra, in aquis, in aere, gradientia, reptilia, natatilia, volatilia: quicquid sine intellectu, sine aliquo sensu quoq; modo dicitur viuere, sicut sunt ea quæ radicibus figuntur in terra, & in auras germinando erūpunt atque consurgunt: quicquid sola corpulentia locum occupat, sicut lapis, atque ipsius mundanæ molis quocūque cernuntur vel etiā tanguntur elementa: hæc omnia fecit omnipotens, mediis ima & summa coniungens, & vniuersa quæ creauit locis congruis temporibúsque deponens. Fecit autem non ex aliqua materie quam ipse non fecit: non enim aliena formauit, sed ipse quam informauit, instituit. Qui enim dicit quod aliquid facere de nihilo non potuerit, quomodo credit quod omnipotens fecerit? Sine dubio negat omnipotentem, qui dicit quod mundum Deus facere non posset, si vnde faceret non haberet. Nam quæ omnipotentia, vbi tanta indigentia, ad operis effectum (quemadmodum faber) peruenire non posset, nisi cum materies quam ipse non instituit, adiuuaret? Ab his igitur opinionibus & erroribus purget animum, qui credit omnipotentem Deum. Illa enim quæ dicitur informis rerum materies, formarum capax est, & subiecta operi creatoris, in omnia conuertibilis, quæ placuerit facere conditori. Non enim Deus velut sibi coæternam vnde mundum fabricaret inuenit: sed eam ipse ex omnino nihilo, cum rebus quas de illa fecit, instituit. Nec fuit ante res ipsas, quæ factæ fuerunt ex ipsa. Ac per hoc omnipotens ex nihilo primitus cuncta fecit, cum quibus fecit pariter vnde fecit. Materies itaque cœli & terræ, sicut hæc in principio sunt creata, simul cum ipsis est concreata: nec fuit vnde fierent, quæ Deus in principio fecit: & tamen facta sunt quæ omnipotens fecit, quæ facta compo suit, impleuit, ornauit. Sic quæ in principio fecit, ex nihilo vtique fecit. & ex iis quæ fecit, quicquid voluit facere fecit, quia omnipotens est. Li.

A contra Fortunatum Manichæum, disputatione prima. Cōfiteor Deum esse omnipotentem. Omnipotens autem non est, qui quærit adiuuari aliqua materia vnde faciat quod velit. Ex quo est consequens, vt secundum fidem nostram omne quod Deus fecit, per verbum & sapientiā suam de nihilo fecerit. Sic enim legimus, Ipse iussit & facta sunt, ipse mandauit & constituta sunt. Libro de vera religione. Mutabilia deficiunt, quia mutabilia sunt. Quare mutabilia sunt? Quia non summè sunt. Quare non summe sunt? Quia inferiora sunt eo à quo facta sunt. Quis ea fecit? Qui summè est. Quis hic est? Deus incommutabilis Trinitas, quoniā & per summā sapientiā ea fecit, & summa benignitate conseruat. Cur ea fecit? Vt essent, ipsum enim quantulumcunque esse, bonum est: quia summum bonū est summè esse. Vnde fecit? Ex nihilo. Quoniam quicquid est, quātulacūque specie sit necesse est: ita & si bonū minimū, tamē bonū erit, & ex Deo erit. Nam quoniam summa species, summum bonum est, minima species minimum bonum est. Omne autem bonum, aut Deus, aut ex Deo est. Ergo ex Deo est etiam minima species. Sanè qđ de specie dicitur, hoc etiam de forma dici potest. Neque enim frustra tam speciosissimum quam formosissimum in laude ponitur. Id ergo est vnde fecit Deus omnia, quod nullam speciē habet, nullámque formā, quod nihil aliud est quam nihil. Nam illud quod in comparatione perfectorū informe dicitur, si habet aliquid formæ, quāuis exiguum, quamuis inchoatum, nondum est nihil, ac per hoc id quoque inquantum est, nō est nisi ex Deo. Quapropter si de aliqua inferiori materia mūdus factus est, hæc ipsa facta est omnino de nihilo. Nā & quod nōdū formatū est, tamē aliquo modo vt formari possit inchoatū est, Dei beneficio formabile est: bonū est enim esse formatū. Nōnullū ergo bonū est & capacitas formæ, & ideo bonorū omniū author q̃ præstitit formā, ipse fecit etiā posse formari. Ita omne qđ est, inq̃tū est: & omne qđ nōdū est, inquātū esse pōt, ex Deo habet. Quod alio modo sic dicitur: Omne formatū, inquātū formatū est: & omne qđ nōdū formatū est, inquātū formari potest, ex Deo habet. Nulla autē res obtinet integritatē naturæ suæ, nisi in suo genere salua sit. Vnde & quomodo ac quādo facta materia. Li. j. de Gen. cōtra Manichęū. Prima materia facta est cōfusa & informis, vnde omnia fierent, quæ distincta atq; formata sūt. qđ credo à Græcis chaos appellari. Sic enim & alio loco legimus dictū in laudibus Dei, Qui fecisti mūdū de materia informi. Quod alij codices habēt, de materia inuisa. Et ideo Deus rectissimè creditur de nihilo omnia fecisse, quia etiam si omnia formata de ista materia sunt, hæc ipsa tamen materia de omnino nihil facta est. Li. j super Gen. ca. xv. quanquā diffusius sit. li. v. eius. ca. viij. Materia informis suam formationem nō præcessit tēpore, sed origine, sic & illud vnde fit aliud, & si nō tēpore, tamē quadā origine prius est, q̃ illud quod inde fit. De ipsius aute materiæ

Tom. VI.
Psal. 148.
Cap. 18. Tom. I.
Creaturę quare mutabiles.
Cap. 5. Tom. I.
χάος.
Tom. III.

B

C

D

Cap.7. Tom.I. nominibus. Lib. j. de Gen. cōtra Manichæū. Hæc nomina omnia, siue cœlum & terra, siue terra inuisibilis & incōposita, & abyssus cū tenebris, siue aqua super quam spiritus ferebatur, nomina sunt informis materiæ: vt res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitioribus, & non vno vocabulo, sed multis: ne si vnū esset, hoc esse putaretur, quod cōsueuerunt homines in illo vocabulo intelligere. *Diuersis nominibus [?] appellat [?].* Dictū est cœlū & terra, quia inde futurum erat cœlū & terra. Dicta est terra inuisibilis & incōposita, & tenebræ super abyssum: quia informis erat, & nulla specie cerni aut tractari poterat, etiamsi esset homo qui videret atque tractaret. Dicta est aqua, quia facilis & ductilis subiacebat operanti, vt de illa omnia formarentur. Sed sic sub his omnibus nominibus materia erat inuisa & informis, de qua Deus cōdidit mundū.

Cap.2. Tom.III. MATTHAEVS. Libr. j. de consensu quatuor Euangelistarum. Matthæus scripsisse intelligitur incarnationem Domini secundū stirpē regiā, & pleraque secundū hominum præsentē vitā & facta & dicta eius.

MATHIAS. In sermone quem de ipso fecit. Cū præclara beati Mathię Apostoli festiuitas per anni cursus reuolutionem se repræsentet, maximè iucunditatis gaudium nobis merito multiplicat. Cur enim homo detrectet gaudere cum carnis suæ portionē per misericordiam mediatoris Dei & hominum cognoscat in cœlo collocari? In hac siquidem die sanctus Mathias Apostolus carneæ habitationis ergastulo solutus, in cœlestis regni aulam lætantibus Angelis fœliciter est susceptus. Hodie iuxta vocem Psalm. in pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Denique vt Aposto. actus edocent scripta, postquam Iudas pœnam suis sceleribus dignam suspendio suscepit, ne Apostoli vndenarij in perfectione velut voluntatis Diuinæ transgressores remanerent, Barsabam & Mathiam eligentes, in medio statuerunt, atque fusa ad Deum prece, sortes super eos dederunt. Legimus enim in veteri testamento Ionā prophetam cum fugere mallet, quam Niniue subuersionem prædicare, ob maris tempestatis periculum, sortis agitatione deprehensum: quod secundum dispensationem Diuinam credimus cōtigisse. Non tamen trahere debemus in exemplum, quod à viris gentilibus constat peractum. Sed cū lege Domini summus sacerdos sorte quærebatur, sicut de Zacharia dictum est, quod secundum consuetudinem sacerdotij sorte exiit, vt incensum adoleret. Qua in re mysticè monstrabatur verum sacerdotem superesse quęrendum, donec ille veniret in carnem, vt ait Apost. Non per sanguinem hircorum aut taurorum, sed per propriū sanguinem introiuit semel in sancta &c. *Heb.9.* Et quia saluator non venit legē soluere sed adimplere: Apost. non debuerunt subito à mādato veteris legis discrepare, donec radiante lumine Euangelicæ prędicationis, paulatim euanesceret vmbra veritatis, vt sicut magister sua circuncisione ac legalibus bestiis pro se Deo patri oblatis, finem impo- *Mat.5.* *Sors abolita.*

A suit veteri legi ac circūcisioni: ita & discipuli sorte vsi sunt, vt finē imponerēt antiquarū sortium inquisitioni. Hinc est quod postmodū septē diaconi nequaquā ad opus ministerij venisse sorte leguntur, sed tantū oratione Apostolorū pariter & manuū impositione venerabiliter ordinātur. Hoc idcirco proferre dignum duximus, ne simpliciores quique Apostolorum ac Prophetarum Deū putent hoc tēpore sortibus cōsulendū, cum Magos, Ariolos, & Sortilegos sacræ scripturę authoritate certissimè sciamus esse dānātos: quanquā & præcedentiū sanctorū sortes meritò mundissimæ intelligantur propter preces, quibus Diuinæ clementiæ iudiciū de re dubia postulabāt. Quo sortiū genere Mathias electus, Apostolorum cōsortio est sociatus. Mathias autē Dei par-

B uus interpretatur. Cū auditis paruū, nō corporis quantitatem, sed motū animi attendite humilitatem. Dei paruus intelligitur humilis & quietus. Vnde & Dominus in Euangelio, Discite à me, quia humilis sum, &c. & alibi, Sinite paruulos venire ad me: taliū est enim re. cœ. Per hāc voluntatem Dei, hic paruulus auditu intelligēs, atq; actu intellecta perficiens, numerum duodenarium superbi apostatæ mutilatum abiectione, suę paruitatis cōpleuit adiectione: vt per ipsum tunc perficeretur in re, qđ olim prædixerat Dauid in spe, Fiat, inquit, habitatio eius. s. Iudæ traditoris deserta: & non sit qui inhabitet in ea. & ep. e. ac. alt. quē iste sanctus suscipiens obediendo, honorificè decorauit Euangelizando. Nec vacat mysterio duodenus Apostolicæ dignitatis ordo. Duo-

C denarij igitur summa, quæ tribus à quatuor inuicē multiplicatis succrescit (siue enim tria per quatuor, vel quatuor per tria multiplices, eādē duodenarij formā procreatā cōspicis) significat fidē sanctæ trinitatis, per voces quatuor Euāgelistarū atque eorundē Apostolorū per latitudinē terræ prædicādā. Possumus & aliud intueri. Nā idē duodenarius æqualibus suarū partiū quantitatibus mēsuratus, in seipsum duodenariū resurgit: nā duodenarij medietas sunt, sex: tria autē quater: quater tria: sex duo: duo sex: vnū duodenariū constituunt: vnū autē & sex & quatuor & tria & duo faciunt sexdecim: & decē quidē ad decalogi mādata pertinēt: senarius verò qui nullo suo damno minuitur, aut superflua adiectione augetur, sed ęqualibus suorū mēbrorū partibus arithme-

D tica lege pfectus pronūtiatur, perfectā dicti decalogi significat impletionem, quā beatus Mathias cōsequutus, talētum sibi creditū à Domino per coapostolos suos, nō vt seruus piger in terrā abscōdit, sed per fideliū corda voce & opere distribuēdo, velut prudēs seruus cumulare nō cessauit. Quapropter ex Dominica voce hodierno die p̄meruit audire, Euge serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa &c. Iste sanctus, dilectissimi, ideo ītrare in gaudiū Domini sui potuit, quia super pauca fidelis extitit. Ergo summopere nobis est cauēdū, ne lucro cōmissi talēti neglecto, ab æterni gaudij arceamur ingressu. Quicunque enim in matre Ecclesia in fide sanctæ

ctæ trinitatis baptizati sumus, ac eiusdem sacramenta fidei cognouimus, donum intelligentiæ adsequuti sumus, proculdubio talentum à Domino percepimus: sed hoc in terra abscondimus, si bona quæ intelligimus, per compassionem charitatis proximis non distribuimus: ac contra, de accepto negotio lucrum facimus, si ea quæ intelligimus, etiam audire volentibus fideliter ministramus. Digne itaque hodie iste sanctus immenso laudis celebratur præconio, quando suo Domino talentum reportauit cum lucro. Ipse olim inter coapostolos constitutus audire à Domino meruit, Beati qui vident quæ vos videtis: hodie multo beatior cum cæteris sanctis cantare fœliciter potuit, Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum in aula sancta eius. Verè fœlix ac beatus, quia vt concinit propheta, Beati qui habitāt in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te: quia hic discipulus Christi sorte, vt paulò antè prælibauimus, est electus, congruit hoc nomen Christianis, & maximè in dignitate positis: eo quod sors vel hæreditas Latinè, Græcè cleros dicitur. An clerici non dicuntur qui in sorte Dei delegati, ab omni turpitudine & actu ambitionis student esse alieni, vt in domo Dei mereātur fieri hæredes, hęredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ore & corde cantantes idem quod Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ? &c. Igitur, dilectissimi, si ad hanc hæreditatem prospero successu volumus peruenire, interim in hac conualle lachrymarum boni operis affectu curemus nos exercere, & hodiernæ festiuitatis huius sancti venerationem cum debita laude celebremus, vt eius precibus & meritis apud eum adiuuemur, qui mirabilia in sanctis suis operatur Christus Dominus noster qui est benedictus in sæcula.

MATRIMONIVM. Libro xix. contra Faustum. Matrimonium quippe ex hoc appellatum est, quod non ob aliud debeat fœmina nubere, quā vt mater fiat.

De causa institutionis. in Homi. de pœnitentia. Sola generandi causa est inculpabilis sexus vtriusque commixtio. Quam multa sunt alia peccata, siue in loquendo de rebus & negotiis alienis, quæ non ad te pertinent, siue in vanis cachinnationibus cum scriptum sit, Stultus in risu exaltat vocem suam, sapiens autem vix tacitè ridebit: siue in ipsis escis quæ ad necessitatem sustentandæ huius vitæ præparantur, auidior atque immoderatior appetitus, sæpe excessum modum posttriduana cruditate contestans: siue in vendendis & emendis rebus, caritatis & vtilitatis nota peruersa? Piget cūcta colligere, quæ quisque in seipso citius comprehendit, atque reprehēdit, si Diuinarum scripturarum speculum non negligenter attendat. Quæ quamuis singula non letali vulnere ferire sentiātur, sicuti homicidiū, & adulterium, & cætera huiusmodi, tamen simul omnia congregata velut scabies, quo plura sunt necant, & nostrum decus ita exterminant, vt ab illius sponsi speciosi forma præ filiis hominum

A castissimis amplexibus separent, nisi medicamēto quotidianæ pœnitentiæ dissecetur. Sed de ipso matrimonio quia à principio mundi fuit, ideo dicit lib. xv. de ciui. Dei. c. xvj. Cū genus humanum, post primam copulam viri facti ex puluere & coniugis eius ex viri latere, mariū fœminarúmque coniunctione opus haberet vt gignēdo multiplicaretur: nec vlli homines essent, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas coniuges acceperunt: quo profecto quanto est antiquius, cōpellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius, religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines quibus esset vtilis ac honesta concordia, diuersarum necessitudinum vinculis necterentur: nec vnus in vna multas haberet, sed singulæ spar

Non omni tempore eadem licita connubia.

B gerentur in singulos: ac sic ad socialem vitam diligentius colligendam, plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe & socer duarum sunt necessitudinū nomina. Vt ergo aliū quisque habeat patrem, alium socerum, numerosius se charitas porrigit. Vtrunque autem vnus Adam esse cogebatur, & filiis & filiabus suis, quando fratres sororésque connubio iungebantur. Sic & Eua vxor eius vtrique sexui filiorum, fuit & socrus & mater. Quæ si duæ fœminæ fuissent, mater altera, & socrus altera, copiosius se socialis dilectio colligaret. Ipsa denique iā soror quæ vxor etiā fiebat, duas tenebat vnà necessitudines: quibus per singulas distributis vt altera esset soror, altera vxor, hominum numero socialis propinquitas augeretur. Sed hoc vnde fieret tūc nō erat,

C quando nisi fratres & sorores ex illis duobus primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit, quando potuit, vt existente copia inde ducerētur vxores, quæ non erant iam sorores: & nō solum istud vt fieret nulla necessitas esset, verum etiam si fieret nephas esset. Propterea infra subdit ibidē. Genere humano crescēte & multiplicato, etiam inter impios multorum falsorúmque deorū cultores obseruari cernimus, vt etiam si peruersis legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen cōsuetudo ipsam malit exhorrere licentiā: & cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit, sic auersetur, quasi nūquam licere potuerit. Ad humanū enim sensum, vel alliciendū, vel offendendū, mos valet plurimū. Qui cū in hac causa in mo

Cap. eod.

D derationē cōcupiscētię coerceat, eū designariatq; corrūpi merito esse nephariū iudicatur. Si enim iniquum est auiditate possidendi transgredi limitē agrorū, quanto est iniquius libidine concūbēdi subuertere limites morū? Experti sumus in cōiugiis cōsobrinarū etiā nostris tēporibus propter gradū propinquitatis fraterno gradui proximū, quā raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat: quia id nec Diuina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana. Verūtamen factū etiā licitū, propter vicinitatē horrebatur illiciti: & quod fiebat cū cōsobrina, penè cū sorore fieri videbatur: q̄a & ipsi inter se ꝑpter tā propinquā consanguinitatē fratres vocātur, & pene germani sunt.

ni sunt. Fuit autem antiquis patribus religiosæ curæ, ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimens longius abiret, & propinquitas esse desisteret, eam nondum longe positam rursus matrimonij vinculo colligare, & quodammodo reuocare fugientem. Vnde iam pleno hominibus orbe terrarum, non quidem sorores ex patre vel matre, vel ex ambobus suis parentibus natas, sed tamen amabant de suo genere ducere vxores. Veruntamen quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse coniugia: non solùm propter multiplicandas affinitates, ne habeat duas necessitudines vna persona, cum duæ possint eas habere, & numerus propinquitatis augeri: sed etiã quia nescio quomodo humanæ verecundiæ quiddam naturale atque laudabile: vt cui debet causa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat, quamuis generatricem, tamen libidinem de qua erubescere videmus & ipsam pudicitiam coniugalem? De ignorantiæ peccato in ipso matrimonio. Libro de fide & operibus. Si virgo nesciens viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera: si autẽ sciat, iam ex hoc esse incipiet, ex quo cum alieno viro sciens cubauerit. Sicut in iure prædiorum, tandiu quisque bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, quandiu se possidere ignorat alienum: Cum verò scierit, & ab aliena possessione non recesserit, tunc malæ fidei perhibebitur, tunc iustè iniustus vocabitur.

Consobrinorum connubia.

Cap. 7. Tom. IIII.

Bonæ fidei possessor.

MEDICINA & Medicus. Quid propriè sit medicina. Libro de moribus Ecclesiæ. Homo vt homini apparet, anima rationalis est, mortali atque terreno vtens corpore. Partim ergo corpori, partim verò animæ hominis bene facit, qui proximum diligit. Ad corpus quod pertinet, medicina nuncupata est, ad animam autem, disciplina. Sed medicinam nunc voco, quicquid omnino corporis vel tuetur, vel instaurat salutem. Ad hanc itaque pertinent, non ea tantum quæ ars exhibet eorum, qui propriè medici nominantur: sed etiam potus & cibus, tegmen & tectum, defensióque omnis atque munitio, qua corpus nostrũ aduersus etiam externos ictus casúsque seruatur. Nam fames, & sitis, & frigus, & æstus, & quicquid extrinsecus grauiter infligitur, salutem de qua nunc agitur, manere non finit. Quare omnia illa, quibus huiusmodi malis incommodísve resistitur, qui officiosè atque humaniter præbent, misericordes vocantur. Ibidem infra. Aliud est morbos & vulnera curare, quod pauci homines benefacere possunt: aliud famem sitímque sopire, &c. in quibus subuenire homini vulgo passímque conceditur.

Cap. 27. Tom. I.

Ars medica Augustino quid.

Cap. 28.

Libro sexto confessionum. Euenire assolet, vt malum medicum expertus, etiam bono timeat se committere. De chirurgia dicit, libro primo musicæ. Chirurgiæ nomine, significatur operatiua quædam in manibus medendi consuetudo.

Cap. 4. Tom. I.

Tom. I. Chirurgica.

Libro contra Epistolas Pellagianorum, circa finem allegat Ambro. super Isaiam. Quia huma

A na cura sine Diuina ope imbecilla est ad medendum, Deum auxiliatorem requirit. Libro de natura & gratia, cap. xxvj. Medicus ad curandum iam vulneratum paratus esse debet: non autem debet, vt sanus vulneretur, optare. Vnde medicus est Christus. In sermonibus communibus, sermone secundo. Medicina ideo inuẽta est, vt pellatur vitium, & sanetur infirmitas. Venit ergo saluator ad genus humanum: nullũ sanum inuenit, ideo magnus medicus venit. Super Psalmum septimum. Duo sunt officia medicinæ, vnum quo sanatur infirmitas, alterum quo sanitas custoditur. Si ergo Deus medicinam exhibet qua sanemur infirmi, quantomagis eam qua custodiamur sani? Quoniam si cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: quanto magis iustificati erimus salui ab ira per ipsum?

B Libro de natura & gratia. cap. xxvj. Medicus homo cum sanauerit hominem, iam de cætero sustentandum elementis & alimentis corporalibus, vt eadem sanitas apto subsidio conualescat atque persistat, Deo dimittit: qui præbet ista in carne viuẽtibus, cuius etiam erant illa, quæ dum curaret, adhibebat. Non enim quenquam medicus ex iis rebus, quas ipse creauerit sanat, sed ex illius operibus qui creat omnia necessaria sanis atque vitiosis. Ipse autem Deus cum per mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, spiritualiter sanat ægrũ, vel viuificat mortuum, id est, iustificat impium, & cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam iustitiámque perduxerit, non deserit si non deseratur, vt piè semper iustéque viuatur. Sicut enim

C oculus corporis etiã plenissimè sanis, nisi candore lucis adiutus non potest cernere: sic & homo perfectissimè iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ Diuinitus adiuuetur, rectè non potest viuere. Sanat ergo Deus, non solũ vt deleat quod peccauimus, sed vt præstet etiam ne peccemus. Propterea libro de vera religione. cap. decimo septimo. Quisque ideo negat vtrunque testamentum ab vno Deo esse posse, quia non eisdem sacramẽtis tenetur populus noster quibus Iudæi tenebãtur: vel adhuc tenentur, potest dicere non posse fieri, vt vnus paterfamiliâs iustissimus, aliud imperet eis quibus seruitutem duriorem vtilem iudicat, aliud eis quos in filiorum gradum adoptare dignatur. Si autem præcepta vitæ mouent quod in veteri lege minora sunt, in Euangelio

D maiora, & ideo putatur non ad vnum Deum vtraque pertinere: potest qui hoc putat perturbari, si vnus medicus alia per ministros suos imbecillioribus, alia per seipsum valentioribus præcipiebat ad reparandam vel obtinendam salutem. Vt enim ars medicinæ cum eadem maneat, neque vllo pacto ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis est nostra valetudo: ita Diuina prouidentia cum sit ipsa omnino incommutabilis, mutabilis tamen creaturæ variè subuenit, & pro diuersitate morborum aliis alia iubet aut vetat, vt à vitio vnde mors incipit, ea quæ deficiunt, id est,

id est, ad nihilum tendunt, reducat & firmet. De cuius medicina. Lib. de symbol. tract. iij. Quid fecit medicus in phrenetico Saulo? Prostrauit sæuientem, erexit credentem: prostrauit persequutorem, erexit prædicatorem. Prostratus ad terram dormiuit phreneticus: surrexit & factus est medicus. Cœpit curare in aliis morbũ quo ipse laborabat, & effectus discipulus cœlestis archiatri, antidotum bibit confectum ex sanguine medici: prior ipse bibit, & bibendum amatoribus præbuit. Lib. de verb. Apost. sermo. viij. Qualis eius insania qui medicum occidit? Quanta verò bonitas & potentia medici, qui de sanguine suo, insano interfectori suo, medicamentũ fecit? Lib. de vera religione. De peccato nostro, quod in homine peccatore ipsa natura nostra cõmisit, & genus humanum factum est magnũ decus ornamentúmque terrarum, & tam decenter Diuinæ prouidentiæ procuratione administratur, vt ars ineffabilis medicinæ ipsam vitiorũ fœditatem in nescio quam sui generis pulchritudinem vertat. Gratia confertur medicinæ. Lib. de vera innoc. Sicut sunt duo officia medicinæ, vnum quo sanatur infirmitas, aliud quo custoditur sanitas: ita sunt duo dona gratiæ, vnũ quod aufert carnis cupiditatem, aliud quod facit animæ perseuerare virtutem. Et verbum Dei dicitur medicina. Lib. de consolatione mortuorũ, libr. j. in princ. Præbete silentium fratres, ne vos prætereat sermo vtilis, & in tẽpore necessarius. Nam tunc vel maximè opus est medicina, quando grauis nascitur ægritudo. Et tunc solicitè collyrium exhibendum est, cum fuerit oculus dolore turbatus. Quicunque ergo non habent hũc dolorem, nõ extrepant, sed potius audiant, quia non impedit sanam scire medicinã quæ prosit.

MEDIVM. Quis in medio dicatur. Super Psalm. cviij. In medio esse dicitur, cui honor præcipuus exhibetur. Deus est in medio. Super Psal. xlv. Deus in medio eius, hoc significat, quod æquus sit omnibus Deus, & personam non accipit. Quomodo enim illud quod in medio est, paria habet spatia ad omnes fines ita Deus medius esse dicitur, æqualiter omnibus consulens. Libro de gratia noui testamenti, quæst. vel cap. xvij. In medio Ecclesiæ laudabo te. Mediũ Ecclesiæ ad eminentiam licet referas & ipsam manifestationem, quia omnia quanto clarius nota sunt, tanto magis in medio esse dicuntur: vel certè ad interiores Ecclesiæ, quia interiora sunt media. Medium debet cõuenire cum extremis. Libro j. musicæ. Quælibet rerum copulatio atque connexio tunc maximè vnum quoddam efficit, cum media extremis, & mediis extrema consentiunt. Vnde veritas est in medio, super Psalm. lxxv. Communis est omnibus veritas. Non est mea, neque tua: non illius, aut illius: omnibus est cõmunis. Et fortasse ideo media est, vt in circuitu eius omnes sint qui diligunt veritatem. Quicquid enim omnibus commune est, in medio est: Et ideo in medio, vt tantum distet ab omnibus, & tantum propinquet

A omnibus. Quod non est in medio, quasi priuatum fit. Quod publicum est, in medio ponitur: vt omnes qui veniunt percipiant, & illuminentur. Distinguitur de medio, super Ioannem, sermone xl. Est medium separans, & mediator reconcilians. Medium separans, est peccatum: mediator reconciliãs, est Dominus Iesus. Vnde Christus fuit medium. Libro ix. de ciuit. Dei. *Cap. 15. Tom. V.* Quia omnes homines quandiu mortales sunt miseri sunt: iam oportuit esse medium, qui non solùm homo, verum etiam Deus esset: vt homines ex mortali miseria, ad beatam immortalitatem interueniendo perduceret: quem neque non fieri mortalẽ oportebat, neque permanere mortalem. Mortalis quippe factus est, non in infirmata verbi Diuinitate, sed carnis infirmitate suscepta. B Non autẽ permansit in ipsa carne mortali quam suscitauit à mortuis: quoniã ipse est fructus mediationis eius, vt nec ipsi propter quos liberandos mediator effectus est, in perpetua vel carnis morte remanerent. Proinde mediatorem inter nos & Deum, & mortalitatem oportuit transeũtem, & beatitudinem permanentem: vt per id quod transit, congrueret morituris: & ad id quod permanet, transferret ex mortuis. Boni autem angeli inter miseros mortales, & beatos immortales medij esse non possunt, quia ipsi quoque & beati, & immortales sunt. Possunt medij esse Angeli mali, quia immortales sunt cum illis, & miseri cum istis. Sed quia mali sunt, ideo his contrarius est mediator bonus, qui aduersus eorum immortalitatem & miseriam, & mortalis ad tempus esse voluit, & beatus in æternitate C persistere potuit. Ac si eos & immortales superbos, & miseros noxios, ne per immortalitatis iactantiam seducerent ad miseriam, & suæ mortalitatis humilitate, & suæ beatitudinis benignitate destruxit in eis, quorum corda per suam fidem mundans, ab illorum immundissima dominatione liberauit. Ideo Christus fuit in medio. Libro de symbolo legendo in aduentu Domini. In medio duorum animalium cognosceris. Quid est in medio duorum animalium? Reuera aut in medio duorum testamentorum, aut in medio duorum latronum, aut in medio Mosi & Heliæ cum eo in monte sermocinantium.

Mediator bonus. *Mediator malus.*

MEDIATOR. De mediatoris causa. Libro primo de consensu quatuor Euangelistarum. *Cap. 15. Tom. IIII.* D Quia omnia quæ in contrarium pergũt, per aliquod medium reducuntur, ab æterna iustitia temporalis iniquitas nos alienabat. Opus ergo erat media iustitia temporali, quæ medietas temporalis esset de imis mixta & summis, atque ita se nec abrũpẽs à summis & contemperans imis, ima redderet summis. Ideo Christus mediator Dei & hominum dictus est inter Deum immortalẽ, & hominem mortalem, Deus & homo, reconcilians hominem Deo, manens id quod erat, factus quod non erat. Ipse est nobis fides in rebus ortis, qui est veritas in æternis. Hoc magnum & inenarrabile sacramentum, *Opus mediatoris.*

tum, Hoc regnum & ſacerdotium antiquis per Prophetam reuelabatur, poteſtas eorũ per Euãgelium prædicatur. Libro Enchiridion. Sic factus eſt homo rectus, vt & manere in ea rectitudine poſſet, non ſine Diuino adiutorio, & ſuo fieri peruerſus arbitrio: vtrumlibet elegiſſet horum, voluntas Dei fieret, aut etiam ab illo, aut certè de illo. Proinde quia ſuam maluit facere quam Dei, de illo facta eſt voluntas Dei, qui ex eadem maſſa perditionis quæ de illius ſtirpe perfluxit, facit aliud vas in honorem, aliud in cõtumeliam: in honorem per miſericordiam, in cõtumeliam per iudicium: vt nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in ſe. Nam neque per ipſum liberamur vnum mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum, niſi eſſet & Deus. Sed cum factus eſt Adam homo ſcilicet rectus, mediatore non opus erat. Cum verò genus humanum lõge peccata ſeparauerunt à Deo, per mediatorem qui ſolus ſine peccato natus eſt vixit, & occiſus eſt: reconciliari nos oportebat Deo vſque ad carnis reſurrectionem in vitam ęternam: vt & humana ſuperbia per humilitatem Dei argueretur & ſanaretur, & demonſtraretur homini quàm longe à Deo receſſerat, cum per incarnatum Deum reuocaretur, & exemplum obedientiæ per hominem Deum contumaci homini præberetur, & vnigenito ſuſcipiente formam ſerui, quæ nihil ante meruerat, fons gratiæ pãderetur, & carnis etiam reſurrectio redemptus promiſſa in ipſo redemptore præmonſtraretur, & per eandem naturam quam ſe decepiſſe lætabatur, diabolus vinceretur: nec tamen homo gloriaretur, ne iterũ ſuperbia naſceretur: & ſi quid aliud de tanto mediatoris ſacramento à proficiẽtibus videri & dici poteſt, aut tantum videri, etiã ſi dici non poteſt.

Cap. 107. Tom. III. — Cap. 108.

Super Pſal.xc.ſermo.ij. Ad hoc mediator eſt Chriſtus, vt eos qui receſſerãt per ſe reconciliet: medius enim non eſt niſi inter duos. Receſſeramus à maieſtate Dei, & peccato noſtro offenderamus eum, miſſus eſt filius mediator, qui ſanguine ſuo ſolueret peccata noſtra, quibus ſeparabamur à Deo, & interpoſitus redderet nos ei & reconciliaret, à quo auerſi in peccatis noſtris & delictis tenebamur.

Tom. VII.

Libro de fide ad Petrum, parte j. Idcirco mediator Dei & hominum Chriſtus dicitur, quia idem Deus atque homo verus habens cum Deo vnam Diuinitatis naturam, & humanitatis vnam cum mãtre ſubſtantiam: habens ex nobis vſque ad mortẽ iniquitatis noſtræ pœnam, habens incommutabilem de Deo patre iuſtitiã: propter iniquitatẽ noſtram temporaliter mortuus, propter iuſtitiã ſuã & ipſe viuus: ſemper & mortalibus immortalitatem largiturus. Qui perfectam quidam humanitatem ſuam in ipſa Diuinitatis ſuæ perfectione ſeruauit: veritatem verò mortalitatis noſtræ per ſuſceptionem mortis, veritate atque incommutabilitate ſuæ immortalitatis abſorbuit.

Cap. 2. Tom. III.

Libro vel Homil. de ouibus, poſt me. Inde eſt mediator Dei & hominum, quia Deus cum patre: quia homo cum hominibus. Non mediator homo præter Deitatem, nõ mediator Deus, præter humanitatem. Ecce mediator. Diuinitas ſine humanitate non eſt mediatrix, humanitas ſine Diuinitate nõ eſt mediatrix: ſed inter Diuinitatem ſolam & humanitatem ſolam, mediatrix eſt humana Diuinitas, & Diuina humanitas Chriſti.

Cap. 12. Tom. IX.

Lib.xj.de ciui. Dei.c.ij. Quia mens noſtra cui ratio & intelligẽtia naturaliter ineſt, vitiis quibuſdã tenebroſis & veteribus inualida eſt, nõ ſolùm ad inhærendum fruendo, verũ etiam ad perfruendum incommutabile lumẽ, donec fide purgaretur ipſa veritas, filius Dei homine aſſumpto, non tamen Deo conſumpto, eandem fundauit atque cõſtituit fidem, vt ad Deum iter eſſet homini per hominem ad Deum. Per hoc enim mediator, per quod & homo, ꝑ hoc & via. Quia ſi inter eũ qui tendit, & illud quo tendit, via media eſt, & ſpes perueniendi eſt. Si autem deſit aut ignoretur qua eundum ſit, quid prodeſt noſſe quo eundum ſit? Sola eſt autem aduerſus omnes errores via munitiſſima, vt idem ipſe ſit Deus & homo, quo itur Deus, qua itur homo.

Vnde de mediatore Chriſto. Lib.iiij.confeſſ. Mediator inter Deum & homines, oportebat vt haberet aliquid ſimile Deo, aliquid ſimile hominibus: ne ſi in vtroque hominibus ſimilis, longe eſſet à Deo: aut in vtroque Deo ſimilis, longe eſſet ab hominibus: atque ita mediator non eſſet.

Super epiſt.ad Gal. Mediator inter Deum & Deum eſſe non poſſet, quia vnus eſt Deus: mediator autẽ vnius non eſt, quia inter aliquos medius eſt. Angeli porrò, qui nõ lapſi ſunt à cõſpectu Dei, mediatore opus non habent, per quẽ reconciliẽtur. Item angeli qui nullo ſuadente ſpontanea præuaricatione ſic lapſi ſunt, per mediatorem nõ reconciliantur. Reſtat ergo vt qui mediatore ſuperbo diabolo ſuperbia per ſuadẽte deiectus eſt, mediatore humili Chriſto, humilitatem perſuadente erigatur. Nã ſi filius Dei in naturali æqualitate patris manere vellet, nec ſe exinaniret, formam ſerui accipiens, non eſſet mediator Dei & hominum. Quia ipſa trinitas vnus Deus eſt, eadẽ in patre filio & Spiritu ſancto Diuinitatis æternitate & æqualitate conſtante. Sic itaque vnicus filius Dei mediator Dei, & hominũ homo factus eſt, cum verbum Dei Deus apud Deum, & maieſtatem ſuam vſque ad humanam depoſuit, & humilitatem humanam vſque ad Diuina ſubuexit, vt mediator eſſet inter Deũ & homines.

Libr. de ver. Apoſt. ſer. viij. Nouimus & tenemus mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtũ Ieſum, in quantum homo erat, eius eſſe naturæ cuius & nos ſumus. Non eſt alterius naturę caro noſtra quam caro illius, non alterius naturæ anima noſtra quam anima illius. Hãc ſuſcepit naturam quam ſaluandam eſſe iudicauit. Nihil minus habebat in natura, ſed nihil habebat in culpa. Natura pura, ſed non ſola humana. Ibi erat Deus, ibi erat verbum Dei. Et ſicut vnus homo anima eſt & caro, ſic & ille vnus Chriſtus Deus & homo.

Super Pſalm. cij. ſer. iiij. Arbiter quis eſt? Medius ad componẽdam cauſam. Chriſtus inter Deum

Deum & hominem. Nō quia Deus ęqualis patri, si æqualis patri, non mediator. Vt autē si mediator, descendat à superiore ad inferiorē, ab æqualitate patris: faciat quod ait Apostolus, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens &c. Fundat sanguinem suum, deleat chirographum nostrum, componat pacem inter nos & Deum, nostram volūtatem erigens †ad iustitiam, illius sententiam flectens ad misericordiā. Super Psal. cxxxiiij. In magna separatiōe missus est hominis à Deo mediator. Nō poteras ad Deū homo, Deus factus est homo, vt quoniam homo potes ad hominem qui non posses ad Deum, per hominē venires ad Deum: & factus est mediator Dei & hominū homo Christus Iesus. Sed si homo solū esset, hoc sequendo quod es, nunquam peruenires. Si Deus solum esset, non comprehendendo quod non es, nunquam peruenires. Deus factus est homo, vt hominem sequendo quod potes, ad Deum peruenias quod nō poteras. Ipse est mediator, ipse est panis Angelorum, quem manducauit homo. Non enim aliunde viuit homo, & aliunde viuit Angelus. Ipse est veritas, ipse est sapientia, ipse est virtus Dei. Sed quomodo eo perfruuntur Angeli tu non potes scire, sicuti est, In principio erat verbum &c. Tu autē quomodo contingis? Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vt autē panem Angelorum manducaret homo, creator Angelorum factus est homo. Vnde super titulum Psal. xxix. Deus est pater & filius & spiritus sanctus. Homines, sunt peccatores, impij mortales. Inter illā trinitatē, & hominū infirmitatē & iniqtatē, mediator factus est homo, nō iniquus, sed tamē infirmus: vt ex eo quòd nō iniquus, iūgeret te Deo: ex eo quod infirmus, propinquaret tibi: atque ita vt inter Deum & hominem mediator existeret, verbum caro factū est, id est, verbū homo factū est. Nomine enim carnis appellati sunt homines. Inde est, Et videbit omnis caro salutare Dei. Omnis caro dictū est, omnes homines. Lib. iiij. de trinita. Hæc est vera pax, & cū creatore nostro nobis firma connexio, purgatis & reconciliatis per mediatorem vitæ, sicut maculati & alienati ab eo recesseramus per mediatorē mortis. Propterea in Enchiridiō. Quod per mediatorem reconciliamur Deo, & accipimus spiritum sanctū, vt ex inimicis efficiamur filij. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt: hæc est gratia per Iesum Christum Dominum nostrum. De quo mediatore longum est, vt quanta dignū est, tāta dicantur: quamuis ab homine digna dici non possunt. Quis enim hoc solū congruentibus explicet verbis, quòd verbum caro factū est, & habitauit in nobis, vt crederemus in Dei patris omnipotētis vnicū filium natum de spiritu sancto ex virgine Maria? Ita quippe verbum caro factum est, à Diuinitate carne suscepta, nō in carnē Diuinitate mutata. Carnē porrò hîc hominē debemus accipere, à parte totū significāte loquutione, sicut dictum est, Quoniā ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro, id est omnis homo. Nā nihil humanæ naturæ in illa susceptio-

A ne fas est dicere defuisse, sed naturæ ab omni peccati nexu omnimodo liberæ: non qualis de vtroque sexu nascitur per concupiscentiam carnis cū obligatiōe delicti, cuius reatus per regeneratione diluitur: sed qualē de virgine nasci oportebat, quē fides matris, non libido conceperat. Quòd si per nascentem corrumperetur eius integritas, non iā ille de virgine nasceretur: eúmq; falsò, quod absit, natum de virgine Maria tota confiteretur Ecclesia, quæ imitans eius matrem, quotidie parit membra eius, & virgo est.

MEDITATIO. Qualis meditatio esse debet in præsenti vita. super Psa. cxviij. sermone xix. Lex tua meditatio mea est. Hæc meditatio amantis est cogitatio: & tantū amantis, vt charitas non frigescat huius medita- *Tom. VIII.*
B tionis suæ, quantalibet abundantia cōstipetur iniquitatis alienæ. Aliter super titulū Psal. cxlviij. *Tom. VIII.* Meditatio præsentis vitæ nostræ in laude Dei esse debet: quia exultatio sempiternæ futuræ vitæ nostræ, laus Dei erit. Et nemo potest idoneus fieri futuræ vitæ, qui non se modo ad illam exercuerit. Modo ergo laudamus Deū, sed & rogamus Deū. Laus nostra lætitiam habet, oratio gemitū. Promissum est enim nobis aliquid quod nondum habemus: & quia verax est qui promisit, in spe gaudemus: quia tamen nondum habemus, in desiderio gemimus. Bonū est nobis perseuerare in desiderio, donec veniat quod promissum est: & trāseat gemitus, & succedat sola laudatio. Sed de meditatione ꝓprij status. lib. meditationū, capi. viij. Nihil morte certius, nihil incertius hora mortis,
C Cogitemus quàm vita nostra sit breuis, quàm via lubrica, quā mors certa, & hora mortis incerta. Cogitemus quantis amaritudinibus admixtū sit, si quid dulce aut iucundum in via huius vitæ occursu suo nobis alludit: quàm fallax & suspectum, quàm instabile & transitorium est, quicquid huius mundi amor parturit, quicquid species aut pulchritudo temporalis promittit. Cōsideremus etiā quæ sit patrię cœlestis suauitas aut dulcedo, & attendamus & perpendamus vnde cecidimus, & vbi iacemus: quid perdidimus, & quid inuenimus: vt ex vtroque intelligamus quātum nobis in hoc exilio lugendum sit. Hinc Salomon ait, Qui apponit scientiam, apponit dolorē: quia quāto magis homo intelligit mala sua, tanto amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidē parit scientiam:
D scientia compunctionem: compunctio deuotionem: deuotio cōmēdat orationem. Meditatione assidua homo ad cogitationē suam illuminatur: in compunctionem ex consideratione malorum suorū ducitur, & occulto, sed magno cordis dolore tāgitur. De meditatione cœlelestis præmij. *Cap. 40.* lib. de salutaribus documētis. Semper cor nostrū *Tom. IIII.* promissa cœlestia meditetur, omnia terrena quæ possidemus in futuras cœlestes mansiones transferamus, vt cum ibi profecti fuerimus, fruamur bonis cœlestibus. Nam credimus quia cum à carnis vinculo anima nostra fuerit absoluta, si bene & rectè coram Deo vixerimus, mox in occursum nostrum Angelorum chorus occurret, om-

niúmque ſanctorum agmina in noſtros miſcebũtur amplexus, & ad adorandum verum iudicem perducent. Sed dum in corpore viuimus, ſicut dixi, quæ Deo ſunt placita faciamus, tunc erit nobis pax in circuitu & ſumma ſecuritas: nec timebimus vltra diaboli ignita iacula, nec vllum quemlibet inimicum qui cupiat animas noſtras ad periculum iaculare: non ferrum, non ignem, non faciem truculentam tortoris, non famem, non ſitim, non vllam ægritudinem carnis: non aduerſabitur vltra caro ſpiritui, nec vllum timebimus periculum: Sed cum carnis abiecerimus ſarcinã, tunc ſpiritus ſanctus tribuet nobis in cœleſtibus manſionem, cui nos paulo ante intra corporis noſtri hoſpitium feceramus manſionem: & læti gaudẽtéſque futuri iudicij diem expectabimus, in quo ſingulorum animæ pro ſuis actibus recipient merita. Econtra impij & peccatores peribunt. Tunc fruſtra rapaces & auari, ſuperbi & adulteri, iracundi & cupidi, maledici & periuri, amariſsime flebunt, quia ſuorum malorum veniam non conſequẽtur. In luctu maximo detinebuntur omnes qui carnis ſuæ voluptates ſequuti ſunt: in mœrore & gemitu ſempiterno erunt, qui vitiis & paſsionibus ſeruierunt. Et cum hi omnes pro ſuis criminibus & ſceleribus gehennæ ignibus deputãdi erunt, nos ſi Deo dũ in hoc corpore ſumus placuerimus, cum ſanctis ſempiterna præmia accepturi ſumus. Ideo contemnamus cuncta quæ vana ſunt & caduca, & tantam gloriam, Chriſto miſerante adipiſci mereamur.

Cap.41.

Lib.medit. cap.35. Tom.IX.

Vnde libro ſupputationum, parte iiij. cap. j. Diligo te ſuper cœlum & terram, & cætera omnia quæ in eis ſunt, imò niſi amore nominis tui quæ tranſitoria ſunt proculdubio amanda non ſunt. Amo te Deus meus amore magno, ſed magis magíſque amare te cupio. Da mihi vt amem te ſemper quantum volo, quãtum debeo, vt tu ſolus ſis tota intentio mea & omnis meditatio mea: te mediter per dies ſine ceſſatione, te ſentiam per ſoporem in nocte, te alloquatur ſpiritus meus, tecum fabuletur mens mea, lumine ſanctæ viſionis tuæ illuſtretur cor meum: vt te rectore, te duce ambulem de virtute in virtutem, tandem videam te Deum deorum in Sion, nũc quidẽ per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, vbi cognoſcam te ſicut & cognitus ſum. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Rogo te itaque Domine per omnes miſerationes tuas, quibus de morte æterna liberati ſumus, mollifica cor meũ durum & lapideum, ſaxeum & ferreum, tua ſacratiſsima & potenti vnctione: & fac me per ignem compunctionis coram te hoſtiam viuam fieri omni hora. Fac me in tuo conſpectu cor contritum & humiliatum ſemper habere. Fac me ex tuo deſiderio huic mundo funditus extingui, & tranſeuntium rerum obliuiſci præ magnitudine timoris & amoris tui: vſqueadeo vt de temporalibus nec lugeam, nec gaudeam, nec metuam aliquid temporale, nec diligam, nec

Mat.5. Psal.83.

A blandis corrumpar, nec aduerſis concutiar. Et quia tua valida eſt vt mors dilectio, abſorbeat quæſo mentem meam ab omnibus quæ ſub cœlo ſunt ignita & melliflua vis amoris tui: vt tibi ſoli inhæream, ſoláque ſuauitatis tuæ memoria paſcar. Deſcendat Domine, deſcendat in cor meũ odor tuus ſuauiſsimus: ingrediatur amor tuus mellifluus. Veniat mihi tui ſaporis mira & inenarrabilis fragrantia, quæ ſempiternas in me ſuſcitet concupiſcentias: & ex corde meo producat venas ſalientis aquæ in vitam æternam. Eſt autem in oratione neceſſaria meditatio. Libro de orando Deum. Orationi ſanctæ, ſancta meditatio neceſſaria eſt, & omnino oratio perfecta nequit eſſe ſine ea: oportet enim eam comitetur atque præcedat. Ibidem infra. Neceſſe eſt ſi B prudenter & vtiliter Deum orare volumus, iugi meditatione animum noſtrum exercere, vt ex malorum noſtrorum circunſpectione diſcamus quid neceſſe ſit petere, & ex conſideratione noſtri quo deſiderio debeamus poſtulare.

Et infra ſubdit. Sancta meditatio aſsidua ſcientiam parit, ſcientia parta ignorantiam expellit, vel compunctionem ingerit: compunctio ingeſta deſidiam fugat, deſidia fugata deuotionem generat: deuotio perficit orationem. Scientia eſt, quando homo illuminatur ad cognitionem ſui: compunctio eſt, quando ex malorum ſuorum conſideratione interno dolore tangitur animus: deuotio, eſt pius & humilis in Deum affectus. In compunctione humanus itaque animus malorum ſuorum magnitudine territus, & propriis C diffidens viribus ſe ad Deum conuertit: & eo ardentius eius patrocinium expetit, quo nihil extra ipſum ſibi rectum videt, in quo confidere poſsit. Eſt ergo deuotio mentis, conuerſio in Deum pio & humili affectu: humili, quantum ad conſiderationem propriæ infirmitatis: pio, quantum ad dulcedinem Diuinæ clementiæ.

MEMORIA. De memoria Dei. Super Pſal. lxxxvij. Tunc dicitur Deus meminiſſe, quando facit: tunc obliuiſci, quando non facit. Nam neque obliuio cadit in Deum, quia nullo modo mutatur: neque recordatio, quia non obliuiſcitur. Quid noſtrũ memorari. lib. vj. muſicæ. Quid aliud agimus cum D reuocamus nos in memoriam, niſi quodammodo quod repoſuimus quærimus? Recurrit autem in cogitationem occaſione ſimilium motus animi non extinctus, & hæc eſt quæ dicitur recordatio. Vnde ſimilatur ventri. Lib. x. confeſ. Memoria quaſi venter eſt animi, lætitia verò atque triſtitia quaſi cibus dulcis & amarus: cum memoriæ commendantur, quaſi traiecta in ventrẽ recondi illuc poſſunt, ſapere non poſſunt: Ridiculũ eſt hæc vel ſimilia putare, nec tamen ſunt omnino diſsimilia. Libro 50. homil. Memoria hominis ſic eſt, quomodo venter pecoris. Noſtis quia in lege immunda dicta ſunt animalia quæ non ruminant: quæ autem ruminant, munda ſunt: & quæ habẽt vngulam fiſſam, pertinent ad diſcernendum verum & falſum. Fiſſa vngula pertinet

tinet ad discernendum quid dextrum, quid sinistrum. Ruminatio enim pertinet ad eos qui cogitant postea quod audierint & tenuerint. Nam modo manducamus, & in memoriam tanquam in ventrem mittitur. Sed quid facit pecus quando ruminat? Illud quod in præsepe iactatum fuerat & in ventre repositum, reuocat ad os, & in ipsa dulcedine conquiescit. Hoc dixi vt commendarem vobis ne sitis immundi tanquam pecora. Accepit illud in ventre, postea non ruminat, & transit tota dulcedo. Audite illud expresse & aperte dictum. Alia sententia quod obscure & mystice de ruminantibus animalibus dictum, alio loco aperte expositum est, vt intelligamus quid sit, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, stultus autem glutit illud. Est autem memoria vtilis. Libro vj. musicæ. Memoria est quoddam magnum adiutorium in vitæ huius negotiosissimis actibus. In communibus sermoni. serm. ij. Recolite quod audistis, memoriæque commendate quæ didicistis. Eadē repetere non est vitium verbositatis, sed vt velut ruminantes ad interiora trāsmittatis. Et est memoria eorum quæ in pueritia discuntur. Libro primo de ciuitate Dei, capite tertio. Secundum illud Horatij,

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Sed est memoria etiam præsentiū. Lib. xiiij. de Trinitate. Nō solum præteritorum est memoria sed etiā præsentiū. Vnde Virgilius de Vlysse ait,

Nec talia passus Vlysses,
Oblitúsve sui est Itachus discrimine tanto.

Cum enim sui nō oblitum diceret Vlyssem, quid aliud intelligi voluit, nisi quòd meminerit sui? Cum sibi ergo præsens esset, nullo modo sui meminisset, nisi ad res præsentes memoria pertineret. Quæ sit memoria vtilis. Libro xj. super Gene. Necessarium fuit cum in Psal. diceretur. In memoria retinentibus mandata eius: addere, vt faciant ea. Multi enim retinent memoria, vt cōtemnant ea, præuaricationis maiore peccato, vbi obliuionis nulla est excusatio. Super Psal. cij. Vide vt præcepta teneas, & quomodo teneas: non memoria, sed vita. Memoria retinentibus mandata eius: non vt reddant ea, sed vt faciant ea. Iam forte modò perturbatur vniuscuiusque anima. Quis tenet omnia mandata Dei? Quis tenet omnes literas Dei? Ecce volo non solum memoria tenere, sed & operibus etiā facere. Sed quis tenet omnia mandata memoria? Noli timere, non te onerat. In duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Sed totam legem volo tenere. Tene si potes. Quomodo potes? Quamcunque paginam interrogaueris hoc tibi respondebit, Quod tenes, tene: Charitatem tene, finis præcepti est charitas. Noli cogitare de multitudine ramorū: radicē tene, & tota arbor in te est. Libro septimo de ciuitate Dei. capite tertio. Quis dubitat multo esse melius habere bonam mentem, quam memoriam quantumlibet ingentem? Nemo enim malus est, qui bonam habet mentem.

A Quidam verò pessimi, memoria sunt mirabili, qui tanto peiores, quāto minus possunt quæ malè cogitant obliuisci. Vnde lib. super Genes. Ideo prius interrogauit serpens, & respondit mulier, vt præuaricatio esset inexcusabilis, neque enim vllo modo dici posset, id quod præceperat Deus oblitam fuisse mulierem, quanquam maximè obliuio præcepti vnius & tam necessarij, ad maximam culpam damnabilis negligentiæ pertineret: verūtamen euidentior transgressio eius est cum memoria retineretur, & tanquam in illo Deus assistens præsénsque contemnitur. *Lib. xi. cap. 30. Tom. III.*

Vnde libro de vera innocentia. Reuocandus est animus ad recordādum cum quadam delectatione de præteritis, ne sub repente concupiscentia redeamus corde in Aegyptum. *Cap. 208. Tom. III.* De dubiis B & obscuris debet esse memoria. Nulla sanè magis sunt mādanda memoriæ, quam illa verborum loquutionúmque genera quæ ignoramus, vt cum vel peritior occurrerit, de quo quæri possint, vel talis lectio, quæ vel præcedentibus, vel sequentibus vel vtrisque ostendat quā vim habeat, quídve significet quod ignoramus, facilè adiuuāte memoria possimus aduertere & discere. *Lib. 2. de doct. Christiana, cap. 14. Tom. III.*

MEMBRVM. De mēbris Dei. Lib. quæstionum super Leuit. Cum corporalia membra Deus se dicit habere, non tamen eum accipimus forma corporis esse definitum, sed illa omnia membrorum nomina non intelligimus, nisi effectus operum atque virtutum: & cum dicit, Anima mea: voluntatem eius debemus accipere. Perfectè quippe simplex illa natura, C quæ Deus dicitur, non constat ex corpore & spiritu: nec ipso spiritu mutabilis est, sicut anima: sed spiritus est Deus, & semper idem ipse, apud quem non est commutatio. *Quæst. 93. Tom. IIII.* Declarat hoc lib. de essentia Diuinitatis Dei. Vbiq; scriptura sparsim per Diuinos libros, in Deum motus animæ seu humana membra describit: id est caput, capillos, oculos, palpebras, nares, os, labia, linguā, cor, imaginem, vterum, manus, dexterā, sinistram, digitos, seu digitum, brachium, alas, posteriora, pedes: Item motus animæ, iram, furorem, obliuionem, recordationem, pœnitentiā: hæc & alia his similia, non carnaliter iuxta historiā rectè intelligentibus sentienda sunt, sicut à Iudæis, & plerisque hæreticis carnaliter sapientibus qui Deū corporeum atque localem † opinantur, sed spiritualiter D omnia de Deo intelligenda & confitēda sunt. Si quis autem humana in Deo membra, seu motus animæ more humano inesse credit, pro culdubio in corde suo idola fabricat. *Tom IIII. Mēbra Dei quomodo intelligenda.* *† Aliàs, carnalem.* *Idola fabricare.* Super Psal. xxx. expositione ij. sermone j. Nō quasi istis corporeis mēbris determinatis finitus est Deus. Omnino nihil horum cogitent humana phantasmata. Veritas enim est Deus. Veritas autem nec quadrata est, nec rotunda est, nec longa: vbique præsens est, si cordis oculus ad eam pateat. *Tom. VIII.*

Super Ioannem. Humanam formā humanorum lineamenta membrorum, figuram carnis humanæ, sensus istos conspicuos, staturā motúsque corporis linguæ officium, distinctiones *Tract. 40. Tom. IX.*

sonorũ,nolite ita in Deitate cogitare ne idola in corde vestro fabricetis. Nolite in illa trinitate cogitare:nisi quod pertinet ad formã serui quam accepit vnigenitus filius,cum verbum caro factũ est & habitauit in nobis. Eorũ magnitudo nihil confert animæ.Lib.de quantitate animæ. Mẽbrorũ magnitudo,ideo nihil affert argumenti cur animã adiuuet, quod multi exilioribus breuioribúsque membris prudentiores inueniuntur, quibusdã magna mole corporis præditis:ita cum iuniores nonnullos senioribus plerisque magis industrios atque strenuos videmus, non video cur putãda sint spatia tẽporis incremẽtũ animis dare:

Ioan.1.

Cap.16.
Tom.I.
Anima nec mole, nec tẽpore crescit.

Non fecit Deus membra de quibus erubescere homo:sed ipsa membra pudẽda facta sunt hominis vitio.Lib.iij.de verbis Domini.Non Deus vilia membra:sed ipsi sibi pudenda fecerũt. Non erubescẽdum est de opere Dei, sed confusionem præcessit causa peccati. Si nõ præcessisset iniquitas,nũquam erubesceret nuditas.Nudi enim erãt & non confundebantur:non enim commiserant vnde cõfunderentur. De vsu mẽbrorũ. In sermone vij.de pœnitentia.Obsecro vos,charissimi, vt fide integra vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate credatis:ne pedes vestrorũ sensuũ claudicẽt,aut oculi parum videant,aut manus aridæ fiant.Omnis enim qui fidẽ catholicam non bene sequitur,pedes debiles habet:& qui veritatis lucẽ non videt,oculorũ caliginẽ patitur:& qui misericordiæ fructum nõ affert, manuũ ariditate siccatur.Id ergo agite,& laborate, ne aliqua mẽbrorum vestrorũ portio vitietur,id est ne aut gula horreat, aut auaritia arescat,aut infidelitate lãgueat, vt emũdati penitus ac purificati habitaculũ Dei efficiamini:& Spiritussanctus qui descendisse hodie legitur,in vobis semper esse dignetur.

Vnde de membris sanctorum. Lib.xxix.cõtra Faustum. Absit autem vt sit in membris sanctorũ etiam genitalibus aliqua turpitudo. Dicũtur quidem inhonesta,quia non habẽt eam speciem decoris, quam mẽbra quæ in promptu locata sunt. Sed videte quid dicat Apostolus,cum ex ipsa mẽbrorum corporis nostri vnitate atq; cõpage,charitatem persuadet Ecclesiæ. Multo magis, inquit, quæ videntur mẽbra corporis infirmiora esse,necessaria sunt, & quæ videntur viliora esse corporis, his abundantiorem honorem circũponimus: & quæ inhonesta sunt nostra abundãtiorẽ honestatẽ habẽt:quæ autẽ honesta sunt nostra,nõ opus habẽt:sed Deus temperauit corpus ei cui deerat maiorem honorẽ dãs,vt nõ essent scissuræ in corpore.Illicitus itaq;,& tẽperãtiæ legibus nõ subiectus,mẽbrorũ illorũ vsus est turpis:nõ ipsa mẽbra quæ nõ solũ in excellenti integritate cœlibes & virgines seruãt,sed ipsi coniugati sancti patres ac matres,sic eis generationi tantummodo consulẽtes vtebãtur,vt ille naturalis motus nullo modo turpis esset, qui nõ libidini, sed rationi seruiret. Quanto magis ergo in sancta virgine Maria, quæ Christi carnem fide concepit,nihil habuerũt turpitudinis mẽbra,quæ nõ humano licitóque conceptui,sed Diuino tãtum partui serui erunt?Me-

Cap.4.
Tom.VI.

1.Cor.12.

A rito planè sic honestata,vt nobis Christum,quem cordibus integris credẽdo cõciperemus,& cõfitẽdo quodãmodo pareremus,etiã corporaliter seruata integritate trãsfunderet.Nullo modo Christus matrẽ nascendo faceret deteriorẽ:& cui munus fœcũditatis attulerat,decus virginitatis auferret. Hæc veraciter,non fallaciter facta sunt: sed noua sunt, sed insolita sunt, sed contra naturæ cursum notissimum sunt:quia magna, quia mira, quia Diuina, & eo magis vera, certa, & firma.

Membrorũ similitudine debemus nos diligere.Lib.50.Homi. homil.50 Qualiter nos inuicẽ diligere debeamus,fratres charissimi mei, etiã de sanitate vel infirmitate mẽbrorũ animaliũ possumus euidenter agnoscere. Si enim sic nos amare voluerimus quomodo se amãt inuicem membra
B corporis nostri,perfecta in nobis charitas poterit custodiri.Cõsiderate & videte quid fiat in nobis carnaliter,quando sanũ est caput,quomodo congaudent omnia mẽbra, & placent sibi de singulis cætera membra.Econtrario autẽ quando aliquid mali patitur vnum membrum,compatiuntur omnia membra.Ecce spinam cauet pes.Quid tã lõgè ab oculis quàm pes?Lõgè est loco,proximus charitatis affectu. Modicum pungit spina,& perparuum locũ tenet in pede,vide quomodo illuc cõuertuntur omnia mẽbra. Primò ipsa spina dorsi incuruat se,& deponunt se omnia mẽbra.Nũquid oculi cessant quærere?Nunquid aures cessant audire?Forte alij qui vident vbi sit,dicunt, Ecce ibi est.Statim hoc audiunt aures,& sequuntur consilium:& manus operãtur,& totũ corpus illuc in-
C curuatur, & nihil vacat in homine ad subueniẽdum.Et solum in pede factum est vulnus,& totũ quod est in homine operatur.Nũquid omnia pũcta sunt?Nũ omnia dolent? Sana est manus, sani sunt oculi,sanum caput,sana omnia membra,ipse pes sanus est,ibi tantum dolet vbi punctus est.Nõ est ergo communis calamitas omnibus,sed per compassionem charitatis omnia veniunt ad subueniendum,& omnia volunt succurrere: vt impleatur quod ait Apostolus,Si patitur vnũ membrũ,cõpatiuntur omnia mẽbra:& si glorificatur vnũ mẽbrũ, cõgaudẽt omnia mẽbra.Quid ergo? Nescio qs habet donũ Dei in virtutibus,nõ habes tu,noli inuidere,ne præcidaris de corpore.Videte, Qui inuidet, sic est quomod tabes, quomodo vulnus,quomodo apostema. Non vis congaudere glorificato.Videt in te inuidiæ morbũ cœle-
D stis ille medicus, & præcidet te de corpore. Noli ergo inuidere, sed gaude.Noli dicere in animo tuo,Ego si Christianus essem,& ad Christũ vtiq; pertinerem,possem facere quod alius facit. Tale est enim ac si diceret auris,si ego ad corpus pertinerem,possem videre lunam & solem,& non illud tantum habet nec auris nec manus, sed faciũt singula quod possunt,& cum concordia seruiunt
sibi inuicem omnia membra.Sic ergo & tu con-
gaude illi cui Deus aliquam gratiam dedit,& po-
tes in illo,quod in te non potes.Ille habet virgi-
nitatem,ama illum & tua est.Tu fortè potes am-
plius ieiunare:si amat te,suum est ieiunium tuum.
Hoc

ideo,quia in illo tu es non per proprietatem, sed per charitatem. In sermone contra Arrianos, de Christo. Quomodo membra Christi sumus, Apostolus apertissime dicit. Vos, inquit, estis corpus Christi & membra. Corpus ergo sumus omnes simul: non qui hoc loco tantum sumus, sed per vniuersam terram:nec qui tantū hoc tempore,sed ab Abel iusto,vsque in finē sæculi quādiu generant & generātur homines, quisquis iustorum per hāc terrā transitū facit, quisquis post nasciturus est,totū hoc vnum corpus est Christi: singuli autē mēbra Christi.Si ergo omnes corpus, & singuli mēbra:est vtiq; caput,cuius hoc sit corpus.Et ipse est,inquit,caput corporis Ecclesiæ primogenitus ipse primatū tenēs. Et quia est etiā caput omnis principatus & potestatis:adiūgetur ista Ecclesia,quæ nunc peregrina est,illi cœlesti Ecclesiæ:quia æquales nos futuros post resurrectionem corporum speramus:quod impudenter nobis arrogaremus,nisi veritas promisisset dicens, Erunt æquales Angelis Dei: & fiet vna Ecclesia ciuitas regis magni.

Tom.IIII. MENDACIVM. Definitur.Lib.ij.quæstionum Euangeliorum, quæstione lj. & Libro contra mendacium. Mendacium est quippe falsa significatio cum voluntate fallendi. Lib.de mendacio,cap.iij.Mendacium est enuntiatio cum voluntate falsum enuntiandi. Ibidem. Est quælibet enuntiatio cum voluntate fallendi. Ibidem. Est enūtiatio falsum enuntiare volentis vt fallat. Et quia mendacium consistit in voluntate, ideo non omne falsum est mendaciū. Lib.eodē. Non omnis qui falsum dicit mentitur,si credit aut opinatur verū esse quod dicit.Inter credere atque opinari huius distat,quod aliquādo ille qui credit,sentit se ignorare quod credit,quamuis de re quam se ignorare nouit,omnino non dubitet, si eam firmè credit: qui opinatur aut putat se scire quod nescit. Quisquis autem hoc enuntiat vel quod creditum animo,vel putatum tenet,etiam si falsum sit non mentitur: Hoc enim debet enuntiationi suæ fidei,vt illud per eam proferat,quia animo tenet, & sic habet vt profert.Nec ideo tamē in nullo vitio est,quāuis non mentiatur,si aut non credenda credit,aut quod ignorat se nosse se putat, etiam si verum sit:incognitum enim habet pro cognito. Quapropter ille mentitur qui aliud habet in animo,& aliud in verbis,vel quibuslibet significationibus enuntiat. Vnde an duplex cor dicitur esse mentientis,id est duplex cogitatio:vna rei eius quam veram esse vel scit vel putat & non profert: altera eius quam profert sciens falsum esse vel putans. Ex quo fit vt possit falsum dicere non mentiens, si putat ita esse vt dicat, quamuis non ita sit:& vt possit verum dicere mentiens, si putat falsum esse & pro vero enuntiat,quamuis reuera ita sit vt enuntiat:Ex animi enim sui sententia,non ex rerum ipsarum veritate vel falsitate, mentiens aut non mentiens iudicandus est. Potest itaque ille qui falsum pro vero enūtiat,quod tamē verum esse opinatur,errans dici & temerarius: mentiens autem non rectè dicitur,quia cor duplex cum enuntiat non habet, nec fallere cupit sed fallitur. Culpa verò mentientis est, in enuntiando animo suo fallēdi cupiditate,siue fallat,siue non. Libro Enchiridion. capite xviij. *Tom.III.* Nonnulli eo vsque progrediuntur,vt & peierare & de rebus ad Dei cultum pertinentibus, ac de ipsa Dei natura falsum aliud dicere, nōnunquam bonum piúmque esse contendāt.Mihi autem videtur peccatum quidem esse omne mendacium: sed multum interesse quo animo,& de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim sic ille peccat qui consulendi, quomodo ille qui nocendi voluntate mentitur:Aut non tantū nocet qui viatorem mentiendo in diuersum iter mittit, quātum is qui viam vitæ, mendacio fallendo deprauat. *Mendacia, peccata non æqualia.* Nemo sane mētiens iudicādus est,qui dicit falsum quod putat verum,quoniam quantum in ipso est,non fallit ipse,sed fallitur. Ideo itaque non mendacij sed aliquando temeritatis arguendus est,qui falsa incautius credita pro veris habet. Potius econtrario,quantum in ipso est,ille mentitur qui dicit verum,quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius attinet,quia non quod sentit hoc dicit, non verum dicit: quamuis verum inueniatur esse quod dicit:nec vllo modo liber est à mendacio, qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis igitur rebus ipsis de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione dicentis, melior est qui falsum dicit nesciens,quoniam id verum putat,quàm qui mentiendi animum gerit, nesciens verum esse quod dicit. *Verum dicens aliquādo mentitur.* Ille nanque non aliud habet in animo,aliud in verbo: huic verò qualecūque per ipsum fit quod ab eo dicitur, aliud tamē clausum in pectore, aliud in lingua promptum est:quod malū proprium est mētientis. Eodē lib. *Cap. 22.* Porrò autem omne mendacium ideo dicendum est esse peccatum,quia homo non solū quādo scit ipse quod verum sit,sed etiam si quando errat & fallitur sicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit.siue illud verum sit,siue putetur & non sit.Omnis autem qui mentitur,contra quod animo sentit loquitur, voluntate fallendi. *Omne mendacium peccatum. Vsus verborum.* Et vtique verba propterea sunt instituta,non per quæ se inuicem homines fallant, sed per quæ in alterius quisque notitiam cogitationes suas perferat. Verbis ergo vti ad falsum,nō ad quod sunt instituta,peccatum est. Nec quælibet fictio dicitur esse mēdacium.lib.ij. quæstionū Euāgeliorum quæstione lj.Finxit se longius ire Dominus: non ad mendacium pertinet. *Non omnis fictio mēdacium.* Non enim omne quod fingimus, mendacium est: sed quando id fingimus quod nihil significat, tunc est mendaciū.Cum autem fictio nostra refertur ad aliquā significationem,non est mendacium,sed aliqua figura veritatis.Alioquin omnia quæ à sapientibus & sanctis viris,vel etiam ab ipso Domino figuratè dicta sunt,mendacia deputabuntur, quia secundum vsitatum intellectum,non subsistit veritas in talibus dictis. Nec semper cum veritas tacetur,est mendacium. Super Psal.v. Perdes o-

mnes qui loquuntur mendaciū:hoc eſt enim veritati cōtrarium. Sed ne quis putet aliquam ſubſtantiam vel naturam veritati eſſe contrariā, intelligat ad id quod nō eſt pertinere mendacium, nō ad quod eſt. Si enim hoc dicitur quod non eſt, mendaciū eſt. Ideo, inquit, perdes qui loquuntur mendacium:quia recedentes ab eo quod eſt, ad id quod non eſt declinant. Multa quidem videntur pro ſalute ac commodo alicuius, non malitia, ſed benignitate mendacia:Quale illarum obſtetricū fuit in Exodo, quæ Pharaoni falſum nūtiauerūt, ne infantes filiorum Iſrael necarentur. Sed etiam iſta non iure ſed in dolo laudantur. Quoniam qui tantū hoc modo mētiuntur, merebuntur aliquādo ab omni mendacio liberari. Nā in iis qui perfecti ſunt, nec iſta mendacia inueniuntur. Quibus dictum eſt, ſit in ore veſtro eſt eſt, nō non. Quicquid amplius eſt, à malo eſt. Nec immerito alio loco dictū eſt, Os quod mentitur, occidit animā. Ne quis arbitretur perfectum & ſpiritualē hominem, pro iſta temporali vita, in cuius morte non occiditur anima, ſiue ſua, ſiue alterius, debere mentiri. Sed quoniam aliud eſt mentiri, aliud verum occultare:Siquidem aliud eſt falſum dicere, aliud verum tacere: vt ſi quis fortè non velit ad iſtam viſibilem mortem hominem prodere, paratus eſſe debet verū occultare, nō falſum dicere: vt neque prodat, neque mētiatur, ne occidat animam ſuam pro corpore alterius. Si autem hoc nondum poteſt, vel ſola huius neceſſitatis habeat mendacia, vt etiam ab iſtis, ſi ſola remanſerint, liberari mereatur:& ſancti ſpiritus robur accipere quo quicquid perpetiendum eſt pro veritate, cōtemnat. Duo verò ſunt omnino genera mendaciorum in quibus non eſt magna culpa, ſed tamen non ſunt ſine culpa:cum aut iocamur, aut proximo conſulendo mentimur. Illud autē primum in iocando, ideo non eſt pernicioſiſſimum quia non fallit:nouit enim ille cui dicitur, ioci cauſa fuiſſe dictū. Secundū autem ideo mitius eſt, quia retinet nonnullam beneuolentiam. Illud autem quod nō habet duplex cor, nec mendaciū quidem dicendū eſt, Verbi gratia, Tanquam ſi cui gladius commendetur, & promittat ſe redditurum, cum ille qui cōmendauit popoſcerit:ſi fortè gladiū ſuum repetat furens, manifeſtum eſt tunc non eſſe reddēdū, ne vel ſe occidat, vel alios, donec ei ſanitas reſtituatur:hoc ideo non habet duplex cor, quia ille cui commendatus eſt gladius, cum promittebat ſe redditurum poſcenti, non cogitabat furentem poſſe repetere. Verùm autem occultauit & Dominus, cū diſcipulis nōdū idoneis dixit, Multa habeo vobis dicere, ſed nūc non poteſtis illa portare. Et Apoſtolus Paulus cū ait. Nō potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus. Vnde manifeſtum eſt non eſſe culpandum, aliquādo verū tacere:falſum autem dicere, non inuenitur ſanctis cōceſſum. Nec quælibet iocoſa ſunt putāda mēdacia. Lib. quæſtionū ſuper Geneſ. quæſtione xlv. Quod ait fratribus ſuis Ioſeph, Neſciebatis quia nō eſt in augurio homo qualis ego ſum: de hoc augurio mādauit eis dicendū per hominē ſuū:q d ſibi velit, quæri ſolet an quia nō ſerio:ſed io

Sap.1. *Mat.5.* *Aliud mētiri, aliud verū occultare* *Leuiora mēdacia.* *Ian.16.* *1.Cor.3.* *Tom.IIII.*

A co dictū eſt, vt exitus docuit, nō eſt habēdū mēdaciū. Mēdacia enim à mēdacibus ſerio agūtur, nō ioco. Cū autē quæ nō ſunt tāq̄ ioco dicūt, nō deputantur mēdacia. Sed de veritate quæ aliquādo tacetur nec mēdaciū dicitur. eodē lib. quæſtione xxvj. Quare ſi Patriarcha mētiri noluit, dixit Sarram ſuam ſororē, & non potius Deo cōmiſit, qui ſi vellet, eius pudicitiam apud Pharaonem ſeruare poſſet? Sed veritatē voluit cælari, nō mendaciū dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc oſtēditur q̄a nemo debet tētare Dominū ſuū, dū habet quod rationabili cōſilio faciat. Fecit quod potuit, cætera Deo cōmiſit in quē ſperauit, nec eum fides aut ſpes fefellit. Si autē interrogatus, illam vxorē ſuā indicaret, duas res periculo cōmitteret, & vitā ſuā, & vxoris pudicitiā.

B Lib. Contra mendacium. Non eſt hoc occultare veritatem, quod eſt proferre mendacium. Quamuis enim omnis qui mentitur velit cælare quod verum eſt, nō tamen omnis qui vult quod verū eſt cælare, mentitur:plerūque enim vera nō mētiendo occultamus, ſed tacendo. Non eſt ergo mendaciū cū ſilēdo abſconditur verum, ſed cum loquendo promittitur falſum. Lib. de vera innocentia, cap. cclvj. Quāuis omnis qui mētitur velit cælare quod verū eſt, tamē non omnis qui vult verum cælare mentitur:plerunque enim verū nō fallendo occultamus, ſed tacēdo:neque enim mētitus eſt Dominus, qui ait. Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo. Eodem lib. capite cclv. Incredibile eſt non mētiri hominē, ne capiatur qui mētitur vt capiat. Tamē vt dicit, lib. primo quæſtionum veteris & noC ui teſtamēti, quæſtione xliiij. Nihil peius eſt quā ſi neget quis verum eſſe quod non intellgit nō eſſe mendacium. In ſermone primo de decollatione Ioannis Baptiſtæ. Si Chriſtus eſt veritas, profecto Chriſtum negat qui veritatem: omnis autem negat verum, qui mēdaciū loquitur. Figurata loquutio non eſt mendaciū. Lib. de mendacio, cap. v. Quicquid figuratè fit aut dicitur, nō eſt mēdacium. Omnis enim annuntiatio, ad id quod enūtiat, referēda eſt. Omne autem figuratè aut factum, aut dictū, hoc enūtiat quod ſignificat eis quibus intelligēdū prolatū eſt. Diſtinguitur de mēdacio. Lib. eodem. Primū genus eſt capitale mendacium, longéque fugiendum, quod fit in doctrina religionis: ad quod mendacium nulla conditione quiſquam debet adduci. Secundū eſt autē vt aliquē lædat iniuſtè, quod tale eſt,
D vt & nulli proſit, & obſit alicui. Tertiū eſt quod ita prodeſt alteri, vt obſit alteri, quāuis nō ad immūditiā obſit corporalē. iiij. quod fit ſola mētiēdi fallēdíq; libidine, quod verū mēdaciū eſt. v. quod fit placendi cupiditate de ſuauiloquio. vj. quod nulli obeſt, & prodeſt alicui: quocunque interrogante. vij. quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui, excepto ſi iudex interrogat. viij. genus quod & nulli obeſt, & ad hoc prodeſt, vt ab immunditia corporali aliquem tueatur, duntaxat ea quam ſuperius commemorauimus. Nam etiam non lotis manibus manducare immunditiam putabāt Iudæi. Non eſt autem aliquo iſtorum

Tom.II *Tom.III* *Tom.* [illegible]

genere mentiendum.lib.eod. Nõ est mẽtiẽdũ in doctrina pietatis. Magnũ enim scelus est, & primũ genus detestabilis mẽdacij. Nõ est mẽtiẽdũ genere secũdo, quia nulli facienda est iniuria. Non est mẽtiẽdũ genere iij. q̃a nulli cũ alterius iniuria cõsulendũ est. Nõ est mẽtiẽdũ iiij. genere, propter libidinẽ, quæ per seipsam vitiosa est. Nõ est mẽtiẽdũ v. genere, quia nec ipsa veritas fine placẽdi hominibus enũtiãda est: quãtominus mẽdaciũ, quod per seipsum quia mẽdaciũ est, vtiq; turpe est. Nõ mẽtiendũ vj. genere: neque enim rectè etiam testimonij veritas pro cuiusquam corporali commodo ac salute corrumpitur. Ad sempiternam verò salutem nullus ducendus est opitulante mẽdacio. Non enim malis conuertentium moribus ad bonos mores conuertendus est: quia si erga illum faciendum est, debet etiam ipse conuersus facere erga alios. Atque ita nõ ad bonos, sed ad malos mores conuertitur, cum hoc ei præbet imitãdum conuerso, quod ei præstitum est conuertendo. Neq; vij. genere mentiendum est. Non enim cuiusquã cõmoditas aut salus tẽporalis, perficiendæ fidei præferenda est. Nec si quisquã in rectè factis nostris tam malè mouetur, vt fiat etiam animo deterior, lõgéq; à pietate remotior, propterea rectè facta deserenda sunt: cum id nobis præcipuè tenendũ sit, quo vocare atque inuitare debemus, quos sicut nosmetipsos diligimus, fortißimóq; animo bibẽda est illa Apostolica sententia, Aliis quidẽ sumus odor vitæ in vitã: Aliis odor mortis in mortem. Et ad hoc quis idoneus? Nec viij. genere mẽtiẽdũ est, quia & in bonis castitas animi, pudicitia corporis: & in malis id quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus maius est. In his autẽ viij. generibus tãto quisq; minus peccat cum mẽtitur, quãto emergit ad octauũ, tãto amplius, quanto deuergit ad primũ. Quisquis autẽ esse aliquod genus mẽdacij quod peccatũ nõ sit putauerit, decipiet seipsum turpiter, cũ honestũ se deceptorẽ arbitratur aliorũ. Tãta porrò cæcitas hominũ animos occupauit, vt eis parũ sit si dicamus quædã mẽdacia nõ esse peccata, nisi etiã in q̃busdã peccatũ dicãt esse, si mẽdaciũ recusemus. Quod nullũ mẽdaciũ est quod nõ sit peccatũ. Lib. cõtra mẽdaciũ. Mẽdaciorũ genera sunt multa, quæ quidẽ omnia, vniuersaliter odisse debemus. Nullum enim mẽdaciũ est, quod nõ sit contrariũ veritati. Nã sicut lux & tenebræ, pietas & impietas, iustitia & iniquitas, peccatũ & recte factum, sanitas & imbecillitas, vita & mors: ita inter se sunt veritas mendaciúmque cõtraria. Vnde quanto amamus istã, tãto illud odisse debemus: verumtamen sunt quędã mendacia, quæ credere nihil obsit, quãuis etiam tali mẽtiẽdi genere fallere voluisse, mentiẽti sit noxiũ, non credẽti. Si autem hoc quisque mẽtiatur, quod si q̃s crediderit, aduersus doctrinã Christi hæreticus erit, tãto est nocentior mẽtiẽs, quãto miserior credẽs. Vide ergo quale sit, si aduersus doctrinam Christi mẽtiti fuerimus, quod quisquis crediderit, interibit. Et in eodem infra. Nihil aliud iudicãdus est dicere, qui dicit aliqua iusta esse mendacia, nisi aliqua iusta esse

A peccata, ac per hoc aliqua iusta esse quæ iniusta sunt. Quo quid absurdius dici potest? Vnde enim est peccatum, nisi quia contrarium iustitiæ est? Ea verò quæ cõtra legẽ Dei fiũt, iusta esse nõ posũt. Dictũ est autẽ Deo, Lex tua veritas. Ac per hoc quod est cõtra veritatẽ, iustũ esse non potest. Quis autẽ dubitet cõtra veritatẽ esse omne mẽdaciũ? Nullũ igitur iustũ potest esse mẽdaciũ. Et infra. Ioã. Apos. reclamante, & mẽdaciũ nõ est ex veritate. non est igitur verũ, aliquãdo esse mẽtiẽdũ. Et quod nõ est verũ, nemini est omnino suadẽdũ. Cap. 16. Cap. 19. 1. Ioan. Cap. 21.

Et in eo. cõcludit circa fi. Incõcussè teneas & defendas in Diuina religione nũquã omnino esse mẽtiẽdũ. Et in Enchirid. probãdo dicit. Neq; ideo nullũ mẽdaciũ putãdũ est, nõ esse peccatũ, q̃ possumus aliquãdo alicui prodesse mẽtiẽdo. Possumus & furando alicui prodesse: si pauper cui palã datur, sentit cõmodũ, & diues cui clã aufertur, nõ sentit incõmodũ: nec ideo tale furtũ quisquam dixerit non esse peccatũ. Possumus prodesse & adulterãdo, si aliqua, nisi ad hoc ei cõsentiatur, appareat amando moritura, & si vixerit pœnitendo purgãda: nec ideo peccatũ negabitur tale adulteriũ. Si autem merito nobis placet castitas, quæso quid offendit veritas, vt propter alienã vtilitatẽ illa non violetur adulterando, & violetur ista mẽtiẽdo? Nõ ideo mẽdaciũ poterit aliquãdo laudari, quia nõnũquã pro salute quorũdã mẽtimur. Peccatũ ergo est, sed veniale quod beneuolentia excusat & ideo fallacia dãnat. Plurimum quippe profecisse ad bonũ homines, qui nõ nisi pro salute hominis mẽtiti sunt nõ est negãdũ: sed in eorũ tali profectu merito laudatur, vel etiã tẽporaliter remuneratur beneuolẽtia, non fallacia: quæ vt agnoscatur satis est, nõ vt etiã prædicetur, maximè in hæredibus testamẽti noui, quibus dicitur, sit in ore vestro est est, nõ nõ: Quod enim amplius est à malo est. Propter quod malũ, quia subrepere in hac mortalitate non desinit, etiam ipsi cohæredes Christi dicunt, Dimitte nobis debita nostra. Cap. 22. Tom. III B C

Ideo omne peccatũ dicitur esse mendaciũ. Super psal. xcj. Dicitur omne peccatũ esse mẽdaciũ. Cõtra legem enim & contra veritatem quicquid est, mẽdaciũ est. Vnde li. de sancta virginitate. Ioã. in Apoca. in hoc eos laudat, quia in eorũ ore nõ sit ĩuẽtũ mẽdaciũ: meminerat enim in hoc eos esse veraces, ne se audeãt dicere habere peccatũ. Idẽ q̃ppe Ioã. q̃ illud vidit hoc dixit, si dixerimus q̃a peccatũ nõ habemus &c. Nõ est aũt mentiẽdũ pro alterius salute, li. de mẽdacio. Qui nocẽdi causa mẽtiri solet, si iã cõsulẽdi causa mẽtiatur, multũ proficit. Sed aliud est quod per seipsum laudabile proponitur, aliud quod in deterioris cõparatione p̃ponitur, aliter enĩ gratulamur, cũ sanus est homo: aliter cũ melius se habet infirmus. Nã in scripturis ipsis, iustificata etiã Sodoma dicitur, in cõparatione scelerũ populi Israel. Ibidẽ, Cũ scriptũ sit, Os quod mẽtitur occidit animã: Quomodo non peruersißimè dicitur: vt alter corporaliter viuat debere alterũ spiritualiter mori? Nã & ipsa dilectio proximi ex sua cuiusq; dilectiõe terminũ accepit. Diliges inquit proximũ tuũ tãquã teipsum. Tom. VIII. Cap. 49. Tom VI. D Cap. 5. Tom II. I. Ezech. 16. Cap. 6. Sap. 1. Leuit. 19.

Quomodo diligit tanquã ſeipſum, cui vt præſtet vitam temporalem,ipſe amittit æternam? Quandoquidem ſi pro illius temporali vita, ſuam ipſe temporalem perdat:non eſt iam diligere ſicut ſeipſum,ſed pluſquam ſeipſum: Quod ſanè doctrinæ regulam excedit. Multominus æternam ſuam pro alterius temporali mentiendo amiſſurus eſt. Temporalẽ planè vitam ſuã pro æterna vita proximi, non dubitabit Chriſtianus amittere.

Cap.13. Vnde ibidem.Si pro alterius ſalute mẽtiri aliquis debeat,ergo ꝑ alterius ſalute iniquus aliquis eſſe debet. Vnde inducit exemplum in eodẽ. *Firmi Episcopi Tagastensis firmitudo.* Epiſcopus Tagaſtenſis Eccleſiæ, Firmus nomine, firmior voluntate.Cum ab eo quæreretur homo, iuſſu imperatoris per apparitores ab eo miſſos, quem ad ſe confugientem diligentia quanta poterat occultabat,reſpondit quærentibus,nec mentiri ſe poſſe,nec hominem prodere:paſſuſq; multa tormenta corporis (nondum enim erant imperatores Chriſtiani) permãſit in ſentẽtia.Deinde ad imperatorem ductus, vſqueadeo mirabilis apparuit,vt ipſi homini quem ſeruabat,indulgentiam ſine vlla difficultate impetraret. Quid hoc fieri poteſt fortius atque conſtantius? Vnde nõ eſt mentiendum pro alterius damno. In eodem.

Cap.9. Nunquam pro alio mentiendum eſt, eo mendacio quod alterum lædat:& ſi leuius læditur,quàm ille niſi ita mentireris læderetur. Quia nec panis alienus inuito quamuis relentiori auferendus eſt vt alatur infirmior, nec innocens inuitus virgis cædendus eſt, ne alius occidatur.Planè ſi velint,fiat,quia nec læduntur cum ita volunt. *Cap.11.* Et in eodem infra.Remouenda ſunt omnia mendacia quæ aliquem iniuſtè lædent:quia nulli eſt iniuria vel leuiter inferenda,vt ab alio grauior repellatur.Nec illa ſunt admittenda mendacia, quæ quamuis non obſint alteri, nulli tamen proſunt, & obſunt eis ipſis qui gratis mentiũtur.Ipſi enim propriè mendaces ſunt dicendi.Intereſt enim inter mentientem atque mendacem. *Differentia mentiẽtis & mendacis.* Nam mentiẽs eſt etiam qui mentitur inuitus:mẽdax verò amat mentiri,atque habitat animo in delectatione mẽtiendi.Iuxta ponendi ſunt & qui mendacio volũt placere hominibus,non vt alicui faciant iniuriã, vel inferãt cõtumeliã,ſed vt ſuaues ſint in ſermonibus ſuis.Iſti ab illo genere in quo mendaces poſuimus hoc differũt,quòd illos mentiri delectat, gaudẽtes de ipſa fallacia:iſtis autẽ placere de ſuauiloquio, qui tamẽ veris mallẽt placere,ſed quãdo nõ facilè inueniunt vera quæ grata ſint audiẽtibus,mẽtiri eligunt potius quàm tacere. *Cap.10.* Maximè non eſt mentiendum in doctrina fidei. Ibidem.A doctrina religionis non eſt mentiendum, atque ab eis omnino enuntiationibus quæ propter doctrinam religionis enuntiantur, cum illa docetur & dicitur omnia penitus mendacia remouenda ſunt. Nec vlla omnino cauſa inueniri poſſe credatur cur in rebus talibus mentiendum ſit,vt ad eam ipſam quiſque facilius perducatur. *Nullo prætextu in doctrina mentiendum.* Fracta enim vel leuiter diminuta authoritate veritatis, omnia dubia remanebunt: quæ niſi vera credantur,teneri certa non poſſunt. Licèt igitur vel diſſertori ac diſputatori atque prædicatori rerum æternarum,vel narratori aut pronuntiatori rerum temporalium ad ædificãdam religionem atque pietatem pertinentium,occultare pro tempore quicquid occultandum videtur, mentiri autem nunquam licet,ergo nec occultare mentiendo. Vnde propudiatio ſeruanda eſt. in eodem lib.Mendaciũ quod non violat doctrinã pietatis neque ipſam pietatẽ, neque innocẽtiã,neq; beneuolẽtiã,pro pudicitia corporis admittẽdũ putatur.Et tamẽ ſi quiſquã poneret ſibi ſic amãdã veritatẽ, vt eã omni corporis bono præponeret, neſcio vtrũ ſapienter errare à quoquã diceretur.

In libro contra mendaciũ. Vbi nos occultabimus ab ira veritatis,ſi non ſolũ negligimus cauere mẽdacia,ſed audemus inſuper docere periuria? Viderint enim aſſertores defenſoréſq; mẽdacij, quale genus, vel qualia genera mẽtiẽdi eos iuſtificare delectet. Saltem in Dei cultu concedant non eſſe mentiendum:ſaltem ſeſe à periuriis blaſphemiíſque contineant: ſaltem vbi nomen Dei, vbi Deus teſtis,vbi Dei ſacramentum interponitur,nemo mentiatur,nemo laudet, nemo doceat & præcipiat,nemo iuſtum dicat eſſe mẽdacium.

Quia in mendacio beatitudo nõ poteſt haberi.Lib. de mendacio, cap.vij.Nemo poteſt conuincere aliquãdo eſſe mentiendũ,niſi qui poterit oſtendere æternum aliquod bonum obtineri poſſe mendacio.Sed cum tanto quiſque ab æternitate diſcedat,quanto à veritate diſcedat:qui autem mentitur à veritate diſcedit: abſurdiſsimum eſt dicere, diſcedendo inde ad boni aliquid poſſe aliquem peruenire.Aut ſi eſt aliquod bonum æternum quod non complectatur veritas, non erit verum:& ideo nec bonum erit, quia falſum erit. Eſt autem mendacium non à Deo. libro de ciuitate Dei.Cum viuit homo ſecundum hominem non ſecundum Deum, ſimilis eſt diabolo:quia nec angelo ſecundum angelum, ſed ſecundum Deum viuendum fuit, vt ſtaret in veritate, & de illius veritatem, non de ſuo mendacium, loqueretur. Nam de homine, Apoſtolus ait,Si autem veritas Dei in meo mendacio abundauit.Meum dixit mendacium, veritatem Dei. Cum itaque viuit homo ſecundum veritatem, non viuit ſecundum ſeipſum,ſed ſecundum Deũ, qui eſt veritas.Ipſe eſt qui dixit,Ego ſum via veritas & vita.Cùm verò viuit ſecundum ſeipſum, hoc eſt,ſecundum hominem,non ſecundum Deũ profecto ſecũdũ mẽdaciũ viuit:non quia homo eſt, cum mendacium ſit eius author & creator Deus, qui non eſt author creatórque mendacij: ſed quia homo factus eſt rectus,vt nõ ſecundum ſeipſum,ſed ſecundũ eũ à quo factus eſt, viueret: id eſt illius potius quam ſuam faceret voluntatem:non ita viuere,quemadmodum factus eſt vt viueret,hoc eſt mẽdaciũ.Beatus quippe vult eſſe etiam nõ ſic viuendo vt poſsit eſſe. Quid eſt hac voluntate mendacius?Vnde nõ fruſtra dici poteſt omne peccatum eſſe mẽdaciũ.Nõ enim fit peccatũ niſi ea volũtate,qua volumus,vt bene ſit nobis: vel nolimus, vt malè ſit nobis.ergo mendacium

eſt quod

est quod cum fiat, vt bene sit nobis, hinc potius male est nobis: vel cum fiat vt melius sit nobis, hinc potius peius est nobis. Vnde hoc, nisi quia de Deo potest bene esse homini, quē delinquēdo deserit: nō de seipso, secūdū quē viuēdo delinquit?

Super Ioannē. Qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Nemo habet de suo nisi mendaciū & peccatum. Si quid autem habet homo veritatis & iustitiæ, ab illo fonte est quem debemus sitire in hac eremo vt ex eo quasi guttis quibusdā irrorati, & in hac peregrinatione interim consolati deficiamus in via, venire ad eius requiem satietatémque possimus. Vita præsens, Domini est mandatum. In sermone lij. de resurrectione Domini. Quid estis filij hominum? Quousque graui corde diligetis vanitatē & quæretis mēdaciū? Da mihi hominē latronē, sceleratū, fornicatorem, maleficiū, sacrilegū, omnibus vitiis inquinatū, omnibus fallaciis seu facinoribus obrutū. Quis enim non velit beatè viuere? Scio quod vultis omnes. Sed vnde homo potest beatè viuere, non vultis quærere. Quare quæris aurum? Quia putas te auro beatum futurum. Sed aurū non facit beatū. Quare ergo quæris mendacium? Quare vis in isto sæculo esse sublimatus? Quia honore hominum & pompa sæculi putas te futurum beatū. Sed hæc pompa non facit beatum. Quare ergo quæris mēdacium? Quæris propterea terram, vt beatus, sed nulla terrena res te facit beatum: nō cessas quærere mēdaciū, diligis vanitatē: eā enim rem quæris, quæ te miserū facit. Quæris lætitiam, vitā summam non quæris. Quære à Christo qui omnibus dicit. Venite ad me: Ad vitam meā vos inuito, vbi nemo morietur, vbi vita beata est, vbi cibus non corrumpitur, vbi quisque reficitur, nemo deficit: ecce quò inuito. Ad regionem Angelorum, & ad amicitiam patris & sancti spiritus, ad cœnam sempiternam, ad fruitionem meam, & postremo ad meipsum ad vitam meam. Nō vultis hoc credere? Tenete pignus, mortē meā. Modo ergo dum in ista carne corruptibili viuimus, morum mutatione cum Christo moriamur, vt cum ipso beatā vitā accepturi sine fine viuamus.

MENS. De mētis nomine atque virtute. Lib. de spiritu & anima. Mens dicitur à μήνη. Μήνη autē Græcè, Latinè dicitur luna. Et sicut luna crescit & deficit, & varia vicissitudine commutatur, in id tamen quod fuit quadam perfecta nouitate se restituit: sic mens nunc caput summis inserit, nunc decidit in infimis, nunc sese inferens sibi veris falsa redarguit: modo ad corporalia regēda deflectitur, modo æternis rationibus inspiciendis vel consulendis adhærescit. Ratio si quidem est, mentis aspectus quo bonum malúmque discernit: virtutes eligit, Deúmque diligit: Mens vniuersorum capax, & omnium rerum similitudine insignita, omnia dicitur esse naturali quadam potentia, & naturali dignitate. Idcirco inuisibiles rerum causas per intelligentiam comprehendit, & visibiles actualiū formas per sensuū passiones colligit. Et siue per sensum ad sensibilia exeat, siue per intelligētiam

A ad inuisibilia ascendat, rerum similitudines ad seipsam trahit, præsentia cognoscit, absentia intelligit, ignota inquirit, & in inuentis versatur: Rationale & intellectuale lumē, quo ratiocinamur, intelligimus & sapimus, mentem dicimus quæ ita facta est ad imaginem Dei, vt nulla interposita natura ab ipsa veritate formetur. Mens enim ex eo dicta est, quod in anima emineat: præstantior siquidem vis animæ est, à qua procedit intelligentia. Per intelligentiam vtique ipsam veritatem intelligit, per sapientiam diligit. Sapientia nanque est amor boni siue sapor boni, à sapore siquidem dicitur. Mentis visio est intelligentia, gustus, sapientia. Illa contemplatur, ista delectatur: Cum ab inferioribus ad superiora ascendere volumus, prius occurrit nobis sensus, deinde
B imaginatio, postea ratio, intellectus & intelligentia, & in supremo est sapientia. Summa nanque sapientia ipse Deus est. Sapientia hominis est pietas, id est cultus Dei. De mentis dignitate. eodem libro. Oculus animæ est mens ab omni labe corporis pura, mentis aspectus est ratio, intellectus visio. In ipsa consistit Dei imago Libro de symbolo, tractatu primo. Ideo mens hominis non potest comprehendi nec à seipsa, quia in ea est imago Dei. Ad hoc facti sumus, vt cæteris creaturis dominemur, sed per peccatum in primo homine lapsi sumus, & in mortis hæreditatem deuenimus. Facti sumus humiles mortales, impleti sumus timoribus & erroribus: hoc merito peccati, cum quo merito & reatu nascitur omnis homo. Solus Deus præ
C est menti. Super epistolam ad Romanos. Super humanas mentes quæ rationales sunt, nulla creatura, sed solus Deus est. Vnde superior cupiditatibus. Libro primo de libero arbitrio, capite decimo. Putásne ista mente cui regnum in libidines æterna lege concessum esse cognoscimus, potentiorem esse libidinem? Ego enim nullo pacto puto. Neque enim esset ordinatissimum, vt impotentiora potentioribus imperarēt. Quare necesse arbitror esse, vt plus mens possit quàm cupiditas, eo ipso quo cupiditati rectè, iustéq; dominatur. Sed nec vincitur ab alia mēte. Ibidem infra. Animus iustus, ménsq; ius propriū imperiúmque custodiens, num potest aliam mētem pari æquitate ac virtute regnantem, ex arce deiicere, atque libidini subiugare? Nullo modo,
D non solùm propter eandem in vtraque excellentiam, sed etiam quòd à iustitia prior decidet, fiétque vitiosa mens, quæ aliam facere conabitur, eóque ipso erit infirmior. Tamen vt dicit in communibus sermonibus, sermone primo. Si spiritus tuus à carne contra mētem concupiscēte nō discrepet: vide ne fortè ideo non sit bellū quia pax peruersa est. Fortè in totū carni consentis, & ideo nulla est rixa. Quā spē habes quod possis aliquē vincere, qui nōdū cœpisti pugnare? In lib. de Agone Christiano. Multū lugenda est mens humana, si vincitur à corpore. Quia vt dicit super Psal. cap. iij. Mens humana caput animæ nō absurde intelligitur. Tamē est mēs nostra mutabilis

Prius dicebatur à μένω.

Cap. 10.

Cap. 1. Tom. IX.

Tom. IIII.

Tom. I. Dominium mentis.

Tom. eod.

Tract. 99. Tom. IX. tabilis. Super Ioannem. Mutabilis est quippe mēs nostra, quæ percipit discendo quod nesciebat: & amittit, dediscendo quod sciebat: & verisimilitudine fallitur: vt pro vero approbet falsum, & obscuritate sua quasi quibusdā tenebris impeditur, ne perueniat ad verū. Vnde inuocat Christū.

In præf. lib. qui dicitur Manuale. Tom. IX: Lib. de cōtemplatione Christ. Mens mea tibi deuota, tuo amore accensa, tibi suspirans, tibi vacās, te solum videre desiderans, nihil habet dulce nisi de te solū loqui, de te audire, de te scribere, de te conferre, tuam gloriam frequenter in corde reuoluere, vt tua suauis memoria sit inter hos turbines aliqua repausatio mea. *Tom. IIII.* Quia, vt dicit, Lib. v. super Genes. cap. xv. Vita erat lux hominum. Mentes quippe rationales purgatæ gratia eius, possunt peruenire ad huiusmodi visionem, qua nec superius quicquam sit, nec beatius.

Cap. 5. Tom. VI. Mensium nomina vnde. MENSIS. De mensiū nominibus. Lib. xviij. contra Faustum. Mensibus imposuerunt nomina deorum suorum. Propter honorem quippe Romuli, quia eū Martis filium crediderunt, primum mensem Marti dicantes, Martium vocauerunt. Et inde Aprilem nullo Dei sui nomine, sed à reipsa, quasi aperilē, quòd tunc primū germen aperiatur in florē. Inde tertiū mēsem Maiū, quia Maiā matrē Mercurij deā colant. Inde quartum Iunium, à Iunone. Inde cæteros vsque ad Decembrem, à numeris nominarunt. Sed ex eis, Quintilis atque Sextilis nominibus hominum, quibus Diuinos honores decreuerāt, appellati sunt, Iulius & Augustus: nam septimus, Septembris & cæteri vt dixi, vsque ad Decembrem numerorū ex ordine nominibus enūtiantur. Porrò Ianuarius à Iano appellatus est. Februarius à Febrius sacris lupercorum.

Tom. III. MENSVRA. Quod omnia facta sunt in mēsura, & quod Deus est mēsura omniū. Lib. eodē super Gene. cap. iij. Secūdum id quod mensura omni rei modū præfigit, & numerus omni rei speciem præbet, & pondus omnē rē ad quietē ac stabilitatem trahit, ille primitus, & veraciter & singulariter, iste est Deus qui terminat omnia, & format omnia, & ordinat omnia: nihilq; aliud dictū intelligitur, quomodo per cor vel linguā humanā dici potuit, Omnia in mēsura & numero & pōdere disposuisti, nisi omnia in te disposuisti. Magnū est paucisq; cōcessū, mēsura excedere omnia quæ metiri possunt, vt videatur sine mēsura excedere omnia quæ numerari posūt, vt videatur numerus sine numero excedere omnia quæ appēdi posūt, vt videatur pōdus sine pondere. *Cap. 4. Modus in rebus etiam spiritalibus.* Neque enim mensura & numerus & pondus & lapidibus tantummodo & lignis atque huiusmodi molibus, & quantiscunque corporalibus vel terrestribus vel cœlestibus animaduerti vel cogitari possunt. Est etiam mensura aliquid agendi, ne sit irreuocabilis & immoderata progresio, & est numerus & affectionum animi, & virtutum, quo à stultitiæ deformitate, ad sapientiæ formam decúsque colligitur: & est pondus voluntatis & amoris vbi apparet quanti quidque in appetendo, fugiendo, præponendo,

A postponendóque pendatur: sed hæc animorum atque mentium mensura, alia mēsura cohibetur, & numerus alio numero formatur, & pōdus alio pondere capitur. Mensura autem sine mēsura est, cui æquatur quod de illa est, non aliūde ipsa est. Numerus sine numero est, quo formantur omnia: nec ipse formatur: pondus sine pondere est, quo referuntur vt quiescant, quorum quies purum gaudium est, nec illud tamen refertur ad aliud. Et infra subdit. An fortè putabimus illud esse dictum omnia in mensura & numero & pōdere disposuisti: quasi dicat omnia disposuisti, vt haberent mensuram numerum & pondus? Super Psal. cliij. In qua mēsura mensi fueritis, ea remetietur vobis. Ad hoc enim in qua mēsura: Nō enim mensura eiusdem generis est: sed ad hoc

B eadem mensura, ignosce & ignosco. Est apud te mensura veniæ dandæ, inuenies apud me mensuram veniæ accipiendæ. Est apud te mensura tribuendi quod habes, inuenies apud me mensuram accipiendi quod non habes. Libro de sex quæstionibus ad Deogratias. quæstiōe iiij. In voluntate quippe propria metitur bonus homo bona facta, & in ea metietur ei beatitudo. Itémque in voluntate propria metitur malus homo mala opera, & in ea metietur ei miseria: quoniam vbi quisque bonus est cum bene vult, ibi etiam malus cū malè vult. Ac per hoc ibi etiam fit vel beatus vel miser, hoc est in ipso suæ voluntatis affectu, quæ omniū factorū meritorúmque mensura est. Ex qualitatibus quippe voluntatum, non ex temporum spatiis, siue rectè facta, siue peccata meti-

C mur. Ibidem. Volūtas quippe ipsa punitur, siue animi supplicio, siue corporis, vt quæ delectat in peccatis, ipsa plectatur in pœnis, & vt qui iudicat sine misericordia, sine misericordia iudicetur. Et hac quippe in sentētia, ad hoc solum eadē mēsura est, vt quod nō præstitit, nō ei præstetur: Atq; ita quod ipsa iudicatur, æternū erit quāuis quod iudicauit, æternum esse nequiuerit. In eadem igitur mensura, quamuis non æternorū malefaciorum, supplicia æterna remetiuntur, vt quia æternam voluit habere peccati perfruitionem, æternam inueniat vindictæ sententiam.

D MERCENARIVS. Super Ioānē. Mercenarius non dicitur accipere à conducente mercedem. Declarat ibidem. Sunt in Ecclesia aliqui præpositi, de quibus Apostolus dicit, sua quærentes: non Christum gratis diligētes, nō Deū propter Deū quærētes, tēporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honorē ab hominibus appetentes. Hæc quando amātur à præposito, & propter hæc seruitur Deo: quisquis talis est, mercenarius est: De ver. Domini. ser. xij. Dictū est de mercenario, qui videt lupū veniētē & fugit &c. Si viderit mercenarius aliquē peccare, aut sentire secundū perniciē animæ suæ, aut aliquid facere sceleratū & obscœnū & tamē quia videtur haberi alicuius momenti in ecclesia, vnde sibi sperat commoda, videt & tacet, mercenarius est. Et cum videt hominem perire in peccato, videt illum sequi lupum, & videt illius

illius guttur morsu trahi ad suppliciũ:non illi dicit,Peccas,nõ illum obiurgat,ne perdat commoda sua.Hoc est ergo,cum viderit lupum fugit:nõ illi dicit,scelerate facis.Non corporis sed animæ hæc fuga est.Quẽ videt corpore stare, fugit animo, cum videt peccatorem & non illi dicit,Peccas,cum etiam consilium cum illo habet.

MERCES. Temporalem mercedem pro temporali iustitia retribuit Deus. Lib.de ciuitate Dei.Infidelibus hominibus qui bonis artibus,id est virtutibus ad terrenam gloriam peruenire nitebantur, Deus hanc terrenam gloriam concessit, vt reciperent mercedẽ suã:quia ipsi priuatas res suas pro re cõmuni,hoc est republica,& pro eius ærario contẽpserunt:auaritiæ restiterunt,consuluerũt patriæ cõsilio libero:neque delicto secũdũ suas leges, neq; libidini obnoxij: his omnibus artibus tanquam vera via nisi ad honores,imperium,gloriam: honorati sunt in omnibus ferè gentibus: & multis imperij sui leges imposuerũt. Nõ est ego quod de summi & veri Dei iustitia conquerantur: quia receperunt mercedem suam. Merces autem sanctorum longe alia est etiam hîc opprobria sustinentium pro ciuitate Dei,quæ mundi huius dilectoribus odiosa est. Proinde non solum vt talis merces talibus hominibus redderetur, Romanum imperium,ad gloriam humanam dilatatum est, verùm etiam vt ciues æternæ illius ciuitatis quandiu hîc peregrinantur, diligenter & sobriè illã intueantur exepla,& videant quanta dilectio debeatur supernæ patriæ propter vitam æternã, si tantum à suis ciuibus terrena dilecta est propter hominũ gloriã. Deus erit merces & gloria. Super Psal.xxxvij.Nostis operarios mercenarios vel operarios diuersis temporibus ductos ad vineam, mercedem tamen pariter accepisse. Et Prophetæ ergo & Apostoli,& martyes,& nos, & qui post nos erunt vsque in finem sæculi,in ipso fine accepturi sumus salutem sempiternam: vt contemplantes gloriam Dei, & eius faciem intuentes,eum laudemus in æternum,sine defectu, sine aliqua pœna iniquitatis,sine aliqua peruersitate peccati:laudantes Deum & non iam suspirãtes,sed inhærentes illi cui vsque in finem suspiramus, & in spe lætati sumus. In illa enim ciuitate erimus,vbi bonum nostrum Deus est,lumẽ Deus est,panis Deus est,vita Deus est:quicquid est bonum nostrum à quo peregrinantes laboramus, in illo inueniemus.In illo erit quies,quam modo recordantes necesse est vt doleamus. Super Psal. x.Deum gratis ama,quasi proposita acceptione mercedis:quia ipsa merces tua summa Deus ipse erit,quem gratis diligere, & sic amare debes, vt ipsum pro mercede desiderare non sinas,qui solus te beatum faciet. Libro soliloquiorum ad Deum.Ego,inquit,merces tua magna nimis. Magnum enim magna decent. Vere Domine magnus es tu nimis super omnes deos,& merces tua magna nimis.Neq; enim magnus es tu,& parua merces tua: sed vt magnus es tu, ita magna est merces tua, quoniam non aliud es tu, & aliud merces tua.

A Sed tu ipse magnus nimis, tu ipse merces magna nimis,tu ipse præmiator es & præmiũ fœlicitatis æternæ, tu ipse coronator es & corona, tu ipse promissor Deus es & promissio,tu remunerator es & munus. Tu ergo coronator es, & corona Deus meus, & diadema speciei meæ quæ ornata es gloria,lumen lætificans,lumen renouans, decor adornans, spes mea magna, desiderium cordis sanctorum, & desideratus eorum. Visio ergo tua tota merces est,totũ præmium,totũ gaudium quod expectamus, hoc est, vita æterna. Quia vt dicit super Psal.cxviij. sermone xxvj.Omnis præ ipsis mãdatis Dei terrena vilis est merces:nec vlla ex parte comparantur alia quæcunque hominis bona, iis bonis quibus ipse homo fit bonus.

Deus merces.

Tom. VIII.

MERIDIES. Lib. de pastoribus. Meridies est vbi feruet media dies: ibi autem eremus plena millibus seruorum

B Dei. Et subdit exponendo.Et meridiem intelligo feruorem spiritualium, flagrãtem igne charitatis,splendentem lumine veritatis. Nam dicitur in quodã Psal.Dexteram tuam notam fac mihi,& eruditos corde in sapientia:ipsi sunt meridies.Vnde dicitur à Propheta.Et tenebræ tuæ sicut meridies erunt. Et similis sententia habetur in epistola ad catholicos de testimoniis contra Donatistas.

Cap.15. Tom.IX. Psal.89.

Isai.58. Lib Hypognostic. seu respon.4. Tom.IX.& Tom.II.

MERITVM. Non sunt hominis merita sine gratia.Ad Sixtum.Propriè voluntatis tunc est meritum bonũ, quan-

C do gratiæ donum præcedit vniuscuiusque volũtatem,& operatur vt meritum faciat homo per propriam voluntatem. Declarat in eodem infra.Quid est meritũ hominis ante gratiã,quo merito percipiat gratiam:cum omne bonum meritũ nostrum nõ in nos faciat nisi gratia:& cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet nisi munera sua?Sicut enim ab initio fidei misericordiam consequuti sumus,quia non fideles eramus, sed vt fideles essemus:sic in fine,quod erit in vita æterna,coronabit nos,sicut scriptum est, In miseratione & misericordia.Non itaque frustra Deo cãtamus,Misericordia eius præueniet me, & misericordia eius subsequetur me:Vnde & ipsa vita æ-

D terna quæ vtique in fine sine fine habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur,tamen quia eadem merita quibus redditur,non à nobis parata sunt per nostrã sufficientiam,sed in nobis facta per gratiam,etiam ipsa gratia nuncupatur, nõ ob aliud,nisi quia gratis datur:nec ideo quia meritis nõ datur,sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur:vbi autẽ inueni mus etiam vitã æternã gratiam nuncupari,habemus apud eundẽ gratiæ magnificũ defensorẽ Apostolũ Paulũ:Stipẽdiũ, inquit,peccati mors,gratia autẽ Dei vita æterna. Vide obsecro te in quãta breuitate verba posuerit, & quã cõgruẽter.Cũ enim dixisset,Stipẽdiũ peccati mors:quis non eũ cõgruẽtissimè & consequenter addere iudicaret, Stipendium iustitiæ vita æterna? Et verũ est,quia sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merit

Epist.105.

Ead. Epist.

2. sentent. dist. 27. Ex muneribus.

Lib. de gratia & libero arbit.cap.15

rito iustitiæ vita æterna. Aut si nollet dicere iustitiæ, diceret fidei: quoniã iustus ex fide viuit. Sed beatus Apostolus aduersus hæreticã pestem vigilantissimè militans: Stipendium, inquit, peccati, mors. Rectè stipendium, quia debetur, quia dignè retribuitur, quia merito redditur: Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono merito, non dixit, Stipẽdium iustitiæ vita æterna: sed gratia, inquit, Dei vita æterna. Quapropter ò homo, si accepturus es vitã æternam, iustitiæ equidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est, & ipsa iustitia. Tibi enim tãquam debita redderetur si ex te tibi esset iustitia cui debetur. Nũc ergo de plenitudine eius omnes accipimus, non solum gratiam, qua nunc iustè in laboribus vsque in finem viuimus, sed etiam gratiã pro hac gratia, vt in requie postea fine fine viuamus.

Omissa pacula.

Libro de verbis Apostoli, sermone xv. Non putes te promerendo accepisse, qui non promereres nisi accepisses. Gratia præcessit meritum tuũ, non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Nam si gratia ex merito, emisti, non gratis accepisti. Pro nihilo, inquit, saluos facies illos. Quid est pro nihilo saluos facies illos? Nihil in eis inuenis vnde salues, & tamen saluas. Gratis das, gratis saluas. Omnia merita præcedis, vt dona tua consequãtur merita tua. Prorsus gratis das, gratis saluas, qui nihil inuenis vnde salues, & multum inuenis vnde dãnes.

Tom. X.

In epistola iij. ad Innocentium Papam de duobus conciliis. Dicitur gratia Dei qua creati sumus, vt nonnihil essemus, ne ita essemus aliquid vt cadauer quod non viuit, aut arbor quæ non sentit, aut pecus quod non intelligit, sed homines, qui & essemus, & viueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere debeamus: vnde merito & ista gratia dici potest, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita bonitate Dei donata est: alia est tamen qua prædestinati vocaremur, iustificaremur, glorificaremur, vt dicere possimus: Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Tom. II. Epist. 95.

Gratia natura dicitur

In epistola iiij. ad Paulinum. Cum fides impetrat iustificationem, sicut vnicuique Deus partitus est etiam ipsius mẽsuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, concomitante non ducente, pedissequa non præuia voluntate. Vnde ille qui dixit, fortitudinem meam ad te custodiam: cuius causam reddit dicens, Quoniam Deus susceptor meus es: tanquam requirens quibus id meritis fuerit consequutus, nihílque in se inueniens ante gratiam Dei: Deus meus, inquit, misericordia eius præueniet me. Quantumcunque, inquit, cogitauero antecedetia merita mea, misericodia eius præueniet me.

Tom. II. Epist. 106.

Psal. 58.

Soluit autem de hoc dubium in supradicto libro ad Sixtum. Quòd autem personarum acceptorem Deum se credere existimant si credant quòd sine vllis præcedẽtibus meritis, cuius vult miseretur, & quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit, parum attendunt quod debita reddatur pœna dãnato, indebita gratia liberato,

Tom. II. Epist. 105.

A vt nec ille se indignum queratur, nec dignum se iste glorietur, atque ibi potius acceptionem nullã fieri personarum, vbi vna eadémque massa damnationis & offensionis inuoluit, vt liberatus de non liberato discat quod etiam sibi supplicium conueniret, nisi gratia subueniret. Si autem gratia, vtique nullis meritis reddita, sed gratuita bonitate donata. Sed iniustum est, inquiunt, in vna eadémque mala causa hũc liberari, illum puniri. Nempe ergo iustum est vtrunque puniri. Quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias saluatori, dũ nobis redditum nõ cernimus, quod in damnatione similium etiã nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim vtrique liberarentur, lateret quid peccato per iustitiam debeatur: si nemo, quid gratia largiretur. Hinc Apostolus, Volens Deus ostendere iram, & demonstrare suam potentiam, attulit in multa patientia vasa iræ quæ perfecta

B sunt in perditionem: & vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Vbi quia vniuersa massa merito damnata est, contumeliam debitam reddit iustitia, honorem indebitum dat gratia: non meriti prærogatiua, non fati necessitate, nõ temeritate fortunæ, sed altitudine diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, qua cuius vult miseretur, non iustitiæ, sed misericordiæ gratia: & quẽ vult obdurat, non iniquitate sed veritate vindictæ. Quæ tamen misericordia & veritas ita sibi occurrunt, vt nec misericordia impediat veritatẽ qua plectitur dignus, nec veritas misericordiam, qua liberatur indignus. Quæ igitur sua merita iactaturus est liberatus, cui si digna suis meritis

C redderentur, non esset nisi damnatus? Nullane igitur sunt merita iustorum? Sunt planè, quia sunt iusti. Sed vt iusti fierent, non merita præcesserunt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt: sed sicut dicit Apostolus, Iustificati gratis per gratiã ipsius.

Reddit in vsu per causam, lib. iij. de libero arbitrio. Deus nulli debet aliquid, quia omnia gratuita præstat. Et si quisquam dicat aliquid ab illo deberi meritis suis, certè vt esset nõ ei debebatur. Nõ enim erat cui deberetur. Et tamẽ quod meritũ est, conuertere ad Deũ ex quo es, vt ex ipso etiã melior sis, ex quo habes vt sis. Sed aliter, super Psal. xiij. Quid dicturi sumus ei qui gratis nos fecit

D & bonus est? An quia ab illo aliquid meruimus? Deinde de ipsa reparatione. De secũda, inquã, nostra natiuitate, quid dicturi sumus? Merita nostra fecisse vt nobis illa salus perpetua mitteretur à Domino? Absit, vt merita nostra id facerent. Nõ venit ille ad inspectionem meritorũ, sed ad remissionẽ peccatorum. Non fuisti, & factus es: malus fuisti, & liberatus es. Quid Deo dedisti? Quid nõ ab eo gratis recepisti? Merito gratia nominatur: quia gratis datur. Exigitur ergo, vt & tu gratis colas eum. Contra contrarium opinantes. In homilia de pœnitentia. Quam vehementissimam pœnã sibi timere debẽt illi, qui seruare in regnum nolunt quod acceperũt? Quæ ergo spes illorum est qui hoc impiè & scelerate dispergunt? Vnde merita nostra sunt Dei dona. libro nono confessio. Quisquis tibi Domine enumerat vera merita

rita sua nisi munera tibi enumerat bona tua? Libro de gratia & libero arbitrio. Merita tua, sunt Dei dona, non tamen Deus coronat merita tua, tanquam merita tua, sed tanquam dona sua. Super Psal. Attende ad teipsum. Quid merebaris peccator contemptor Dei: quid merebaris? vide si occurrit tibi nisi pœna: si occurrit tibi nisi supplicium. Vides ergo quid tibi debebatur, & quid dederit, & qui gratis dederit. Data est venia peccatori, datus est spiritus iustificationis, data est charitas & dilectio in qua bona omnia facta: & insuper dabit & vitam æternam, & societatem Angelorum. Totum hoc de misericordia sua. Nũ quid iaces: quia & ipsa tua merita, illius dona sunt?

METVS. Quid sit metus. Lib. lxxxiij. quæstion. Nullus est metus nisi futuri & imminentis mali. Necesse est autem vt qui metuit aliquid fugiat. Ibidem. Quoniã non metuitur nisi ne aliquid mali accidat, metuere ne accidat metus, nihil aliud est quam amplecti quod respuis. Ibidem. Nulli dubium est non aliam metuendi causam esse nisi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratum. De effectu metus, subdit. Iam quem non exanimat metus, nec cupiditas eum vastat, nec ægritudo macerat, nec ventilat gestiens vana lætitia, sed enim cupit, quia nihil aliud est cupiditas nisi amor rerum trãseuntium, necesse est metuat, ne aut amittat eas cũ adeptus fuerit, aut non adipiscatur: non autem metuit, non ergo cupit. Iterum angitur animi dolore, necesse est etiam metu agiteтur: quoniam quorum malorum præsentium est anxietudo, eorum est imminentium metus. Metu autem caret, ergo & anxietudine. Item si lætetur inaniter, de iis rebus lætatur quas potest amittere, quare metuat necesse est ne amittat. Sed nullo modo metuit, nullo igitur modo lætatur inaniter. Sed non metuere simpliciter non est virtutis. lib. eodem. Non metuere, commune est beatissimo & audaci & cadaueri: sed beatissimus id habet per tranquillitatem animi, audax per temeritatẽ, cadauer quia omni sensu caret: neque non amandum est non metuere, quoniam beati esse volumus: neque solum amandum, quoniam audaces & exanimes esse nolumus. In metu spes roboratur. Lib. de quantitate animæ. In metu cum aliqua spes subest, vehementiores vires apparere solent. Infra subdit in eodem de metu mortis. Nihil difficilius quam & metuere mortem, & ab illecebris huius mundi, sicut pericula ipsa postulant, temperare.

MEVS. Nullus debet dicere, Ego sum meus. super Psal. cxviij. sermone xxj. Tuus sum ego, saluum me fac: hoc dicit intelligi volens, quod malo suo suus esse voluerit, quod est inobedientiæ primum & maximum malum. Et tanquam dicens meus esse volui, & perditum me feci: tuus sum, inquit, saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui: non voluntates meas quibus fui meus: sed iustificationes tuas, vt essem iam tuus. Lib. primo retractationum, cap. viij. Magis mihi me debeo quã

A hominibus cæteris, quamuis Deo magis quam mihi. Cum Deus sit omnium, tamen dici potest alicuius Deus. Lib. siue homil. de ouibus, versus finem. Super omnes est Deus. Tamen nescio quomodo non facile quisquã audet dicere, Deus meus, nisi qui in eum credit, & qui eũ diligit: ipse dicit, Deus meus. Tu fecisti tibi cuius es. Hoc amat ipse, prorsus dulcedine affectus tui, & secura & præfidenti dilectione dic, Deus meus. Securus dicis, verum dicis quia tuus est: & non fecisti vt non sit alterius. Non enim sic dicis, Deus meus: quomodo, equus meus. Equus enim tuus est, non equus alterius. Deus & tuus est, & eius qui sic dixerit, Deus meus, quomodo dicis tu. Singuli dicunt, Deus meus & Deus meus: ille omnium est, communiter se omnibus ad fruendum præbens, B in omnibus integer, in singulis integer. Nõ enim qui dicunt, Deus meus, singuli diuidunt inter se. Si sermo iste quem iacto lingua, & sono constante literis & syllabis, totus ad singulos peruenit, nec diuidunt illum inter se qui audiunt: si sermo ad aures corporis corporaliter sonãs, in propinquo clarius, in loginquo languidius, ab omnibus tamẽ audientibus totus excipitur, non inter se syllabatim eum diuidentibus, sed omnibus totum accipientibus: quanto magis ille Deus vbique præsens, implens omnia, non propinqua clarius, & longinqua languidius, sed pertendẽs à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter, æqualiter possideтur ab omnibus? Lux ista, fratres mei, certe corporea de cœlo fulget, oritur, occidit, circũit, de loco in locũ mutatur, tamẽ procedũt in ea & dirigũtur omnium oculi, & omnium C oculi pariter eam possident, non eam diuidunt: nullus in ea diues limitem fixit, nec prior præoccupando vt videret, oculos pauperis aut exclusit aut angustauit. Dicat ergo pauper, Deus meus: dicat diues, Deus meus. Minus ille habet, plus hic habet: sed argentum, non Deum. Vt perueniret ad Deum Zachæus diues, dedit dimidium patrimonij sui: vt perueniret Petrus, retia & nauem dimisit: vt perueniret vidua: duo minuta dedit: vt perueniret pauperior, calicem aquæ frigidæ porrexit: vt perueniret penitus pauper & egenus, solam bonam voluntatem tribuit. Diuersi diuersa dederunt, sed ad vnum peruenerunt: quia non diuersa amauerunt. Sic & vos homines oues Dei, D oues gregis Dei, nolite perturbari temporalibus diuersitatibus vestris: quod alij in honore, alij sine honore: alij cum pecunia, alij præter pecuniam: alij pulchri corpore, alij minus pulchri: alij ætate fessi, alij iuuenes, alij pueri: alij viri, alij fœminæ: Deus omnibus æqualiter adest. Ille apud eum plus habet loci, qui plus attulerit, non argenti, sed fidei.

Cap. 16. Tom. IX.

Deus omniũ & singulorum Deus.

Dei benignitas omnibus æqua.

MILITIA & Miles. Qualis esse debeat temporalis militia. Libro primo, de verbis Domini. Nonnulli fratres qui aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu sunt publico constituti, cum peccant grauiter, hac solent à peccatis suis se prima voce excusare, quod militant: & ne bene aliquando faciant, & occu-

Serm. 19. Tom X.

A patos se actibus malis conqueruntur: perinde quasi militia hominum non voluntas in culpa sit, ita quod ipsi gerunt, officiis suis ascribunt. Non enim militare delictum est, sed propter prædam militare peccatum est. Nec rempublicam gerere criminosum est, sed ideo rempublicam agere vt rem familiarem potius augeas, videtur esse damnabile. Propterea enim prouidentia quadã militantibus sunt stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur, præda grassetur. Illud autem quale est, cum ob errorem aliquem à senioribus arguuntur, & imputatur alicui de illis cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaserit, cædem cur turbulentus admiserit: statim respondeat, quid habebam facere homo sæcularis aut miles? Nunquid monachũ sum professus aut clericum? quasi omnis qui clericus non est aut monachus, possit ei licere quod non licet. Cunctis igitur officiis sacris literis præscribitur norma viuendi, omnis ad bene viuendum prouocatur sexus, ætas, & dignitas. Ergo nemo se excuset publicis actibus, nemo de occupatione militiæ conqueratur. Apud omnem Christianum prima honestatis debet esse militia. Nam vt id quod dicimus authoritate Euangelica comprobemus, videamus lectionem quæ paulo ante decursa est: ait enim Euangelium, Venerunt autem & publicani ad Ioannem vt baptizarentur ab eo, & dixerunt ad eum. Magister quid faciemus? At ille dixit. Nihil amplius exigatis quam quod constitutum est vobis. Honesta planè publicanorum interrogatio, ac sancti Prophetæ iusta responsio. Illi enim sollicitè interrogant, ne aut ignorantes plus exigendo incidant in peccatum, aut cessantes publicam decipiant functionem. Hic autem moderatè præcepit, vt iniquitas locum non habeat, & constitutum habeat vectigal effectum. Non enim dixit, Nihil exigatis, sed nihil amplius exigatis. Vnde intelligamus quòd apud Deum non tam actio quam exactio iniqua damnetur: dicit enim ipse Dominus, Reddite quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari. Igitur quod Cæsar præcipit, ferendum est: quod imperator indicit, tolerandum est: sed fit intolerabile, dum illud præda exactionis accumulat. Hoc autem quale est, quod idem ipsi qui huiuscemodi necessitates procurant, peccatis suis peccata congeminant, hoc est, quod fraudes suas ac rapinas commodum vocant, cum ipsa præda inferatur incommodum. Illud autem addunt sceleribus suis, vt quos indefensos viderint, ipsos potius persequãtur, & putent se necessitates decepisse publicas, nisi domos decreperint orphanorum: ita quorum pater ante biduum forsitan fuerit amicus, vel collega, vel frater, interueniente morte, eiusdem liberi habeãtur ignoti, viles & miseri. Cum his ergo fraudibus impleuerunt sacculos suos, videas illos lætos & accuratos ad Ecclesiam properare, & Deo gratias agere, quasi ab illo ipsis hæc pecunia conferatur, illud quoque peccantes, quod rapinarum suarum Deum volunt esse par-

Luc. 3.

Canon viuendi milit.

Actio. Exactio.

ticipem: dicit enim sanctum Euãgelium. Interrogauerunt eum milites, quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed contenti estote stipendiis vestris. Hîc iã cognoscere se debet omnis homo qui militat. Non enim tantum de iis militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur, sed quisquis cingulo militiæ suæ vtitur, dignitatis suæ miles ascribitur, atque ideo hæc sententia potest dici: verbi gratia, militibus, protectoribus, cũctísq; rectoribus. Quicũq; stipẽdia sibi publicè detenta cõsequitur, si amplius quærit, tãquã calumniator & concussor, Ioannis sententia condemnatur: vsque adeo autem hoc inoleuit malum, vt iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa B venalis sit, & nulla iam causa possit esse sine causa. Differentia inter militem temporalem & spiritualem. Libro de salutaribus documentis. Si quis militãs imperatori terreno omnibus iussis eius obedire decertat, quanto magis militaturus imperatori cœlesti, debet custodire præcepta cœlestia? Frater mi, charissime frater mi, animam tuam ad vigilandum excita, & nullus eã prægrauet somnus. Miles terrenus quocunque mittitur paratus & promptus est, neque se vxoris aut filiorum gratia excusare poterit: multo magis miles Christi sine impedimento huius sæculi imperatori suo Iesu Christo debet obedire, qui ipsum pretioso sanguine suo redemit. Tu miles terrenus contra hostem visibilem pergis ad pugnam, cum illo autem hostis inuisibilis dimi- C care quotidie non cessat. Tu contra corporis tui inimicos pugnare decertas, armis vtens carnalibus: illius verò aduersus diabolum est colluctatio cum armis spiritualibus. Tu in prælio galeam ferream gestas in capite, illius verò galea Christus est. Tu ne vulnereris lorica indutus es, sed ille pro lorica, Christi charitate est vestitus. Tu cõtra inimicum tuum lanceas & sagittas emittis, ille contra inimicum suum humilitatem & salubria verba dirigere studet. Tu donec pugnã perficias, arma à temetipso non proiicis, ne ab aduersario vulnereris: ille nunquã debet esse inermis, quia illius hostis tuo est calidior. Tuus hostis ad tempus dimicat: illius verò hostis quandiu in corpore persistit, nunquam cum illo pugnare cessat. Tua arma laboriosa sunt & grauia ad portãdum, D illius verò arma suauia & leuia. Tu pro labore terreno terrenum accipis donatiuum: ille verò pro spirituali labore cœleste accipit præmium. Tu ornamento armillarum brachia decoras, ille virtutum ornamentis animæ suæ à Christo decorem accipit. Semper enim cœleste donum à Christo expectat, qui terrenam huius sæculi pompam proiicit. Debet autem Christi miles patienter ferre aduersa. In tractatu de non cogitando in crastinum. Cultores Dei milites Christi, nullis sollicitudinibus frangi, non diaboli facinoribus vinci, non lucris sæcularibus labi, non egestatibus subdi, non damnis moueri, non ipsius

mor

mortis aduentu flecti: aduersis occurrere, robore fidei stabilitatem tenere, tribulationibus non succumbere, casus asperos non curare, mundi sæuientis impetus sustentare: angustum pro latitudine accipere, inopiam pro abundantia habere, iniuriam obsequium esse putare, pro Deo tribulationes varias tolerare, omni quæ occurrerit tentationi animam præparare. Nam dignatus est nos de paterno affectu, loquente Spiritu sancto, confirmare. Fili, inquit, accessisti ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Milites dicuntur Angeli. In sermone.xv. de ascensione Domini. Iacob, inquit, vidit castra Angelorum. Nam sicut imperatoris optimi prouisione vrbes omnes & castella singula manu militari aduersus hostilem muniuntur aduentum, & omnia loca diligenter armantur, ne à Barbarorum incursione deleantur: ita & Deus, quoniam & agresti mente rabientes dæmones ad pacis euersionem vbique versantur, ad tutelam nostram instituit exercitus Angelorum: vt eorum præsentia dęmonum fugetur audacia, & per eos nobis pacis gratia ministretur.

MINISTER. Diuersimode Christo Domino ministramus. In serm. de sancto Laurentio. Variis modis fideles Christo ministrāt: alij benedicendo, vt confessores: alij pro eius nomine moriendo, vt martyres: alij iustas eleemosynas tribuendo, vt fideles laici. Sed qui Christo ministrant, Christum debēt sequi: quia sicut Apostolus ait. Qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut & ipse ambulauit. Tūc enim Domino ministramus, quā do nudos vestimus, & sitim pauperibus extinguimus, & cætera opera pietatis pro Domino agimus, & præcepta Domini implemus: luxuriam in castitatem, falsitatem in veritatem, auaritiam in largitatem vertimus. Qualem autem remunerationem pro tali imitatione recipiet, ipse declarat cum subiungit, Et vbi ego sum, illic & minister meus erit. Quid amplius potest promitti fideli ministro quàm vt mereatur esse cum Domino suo: nec solum videre eius humanitatem, sed etiam contemplari Christi Diuinitatem?

Super Ioan. Tract. 51. In IV. Tom. IX. Comministri Christi dicuntur etiam boni laici. Cum audis Dominum dicētem, Vbi ego sum, illic & minister meus erit: nolite tantummodo bonos Episcopos & clericos cogitare. Etiam vos pro modulo vestro, ministrate Christo, bene viuendo, eleemosynas faciendo, nomē doctrinámque eius quibus potueritis prædicando: vt vnusquisque etiam patrisfamiliâs, hoc nomine agnoscat paternū affectū suæ familiæ se debere. Pro Christo & pro vita æterna, suos omnes moneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat disciplinam: ita in domo sua Ecclesiasticum & quodammodo Episcopale implebit officium, ministrans Christo vt in æternum sit cum ipso. Nam & illam maximam passionis ministrationem, multi ex vestro numero ministrauerunt: multi non Episcopi neque clerici, iuuenes & virgines, seniores cum iunioribus, multi coniugati & coniugatæ, multi patres matrésque familiâs ministrantes Christo, etiam animas suas in eius martyrio posuerunt, & honorificāte patre coronas gloriosissimas receperunt.

MINIMVM. Qui dicūtur minimi Dei. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis &c. Minimi Christi sunt, qui omnia sua dimiserunt & sequuti sunt eum, & quicquid habuerunt pauperibus distribuerūt, vt Deo sine sæculari compede expediti seruirent, & ab oneribus mundi liberatos velut pēnatos humeros tollerēt: hi sunt minimi. Ergo minimi. Quare minimi? Quia humiles, quia non elati, non superbi. Appēde minimos istos & graue pōdus inuenies. *Lib. 2. de verb. Domini, ser. 11. & ord. 35. Tom. X.*

MIRACVLVM. Distinguitur de miraculis. Lib. de vtilit. creden. Miraculū voco, quicquid arduum aut insolitū supra spē aut facultatē mirantis apparet. In quo genere nihil est populis aptius, & omnino stultis hominibus, quam id quod sensibus admouentur. Sed rursus in duo hæc diuiduntur. Quædam enim sunt quæ solam faciunt admirationem, quædam verò magnam etiam gratiam beneuolentiámque conciliant. Nam si quis volantem hominem cernat, cum ea res nihil spectatori afferat commodi præter ipsum spectaculum, miratur tantūmodo. Si quis autem graui & desperato morbo affectus, mox vt iussum fuerit conualescat, admirationem sanitatis suæ, sanantis etiam charitate superabit. Talia facta illo tempore, quo Deus in vero homine, quantum sat erat hominibus appareat: & sic in se tunc animas errantes mortalium, Diuina commouebat authoritas. Cur, inquis, ista modo non fiunt. Quia non mouerent nisi mira essent. At si solita essent, mira non essent. Facta sunt igitur illa opportunissimè, vt his multitudine credentium congregata atque propagata, in ipsos mores vtilis conuerteretur authoritas. Mores autem quilibet tantum valēt ad obtinendas hominum mentes vt etiam quæ in his praua sunt, quod ferè superantibus libidinibus euenit, improbari citius & detestari, quā deserere aut mutare possimus. Parúmne consultū rebus humanis arbitraris, quod nihil terrenum, nihil igneum, nihil denique quod corporis sensus attingit, pro Deo colendum esse, ad quem solo intellectu ambiendum est, non pauci doctissimi disputant: sed imperitum vulgus etiam marium fœminarúmque in tam multis diuersis generibus & credit & prædicat, quod continentia vsque ad tenuissimū victum panis & aquæ: & non quotidiana solum, sed per contextos plures dies perpetua ieiunia: quod castitas vsque ad coniugij prolísque contemptum: quod patientia vsque ad cruces flammásque neglectas: quod liberalitas vsque ad patrimonia distributa pauperibus: quod denique totius huius mundi aspernatio vsque ad desiderium mortis intenditur? Pauci hoc faciunt, pauciores bene prudentérque faciunt: sed populi probant, *Cap. 16. Tom. VI.* *Cap. 17. Consensus gentium in Christum.*

laudant,fauent,diligunt.Postremò populi suam imbecillitatem, quod ista non possunt, nec sine prouectu virtutis in Deum, nec sine quibusdam scintillis virtutis,accusant.Hoc factum est Diuina prouidentia per Prophetarum vaticinia, per humanitatem doctrinámque Christi, per Apostolorũ itinera,per martyrum contumelias, cruces,sanguinem,mortes: per sanctorum prædicabilem vitam,atque in his vniuersis digna rebus tantis atq; virtutibus pro temporum opportunitate miracula.Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructúmque videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiæ cõdere gremio, quæ vsque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede per successiones Episcoporum, frustra hæreticis circunlatrantibus,& partim plebis ipsius iudicio,partim consiliorum grauitate,partim enim miraculorum maiestate damnatis culmen authoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare,vel summæ profecto impietatis est,vel præcipitis arrogantiæ. Super Psal.lxxxviij.sermone

Tom. VIII. j.In omni misericordia perditorũ,in iustificatione impiorum quid laudamus nisi mirabilia Dei? Laudas quia resurrexerunt mortui, plus lauda quia redempti sunt perditi. Quæ gratia, quæ misericordia Dei? Vides hominem heri cœnum luxuriæ, hodie decus temperantiæ: videmus hominem heri blasphematorem Dei,& hodie laudatorem Dei: vides hominem heri seruum creaturæ,& hodie cultorem creatoris.Ab istis omnibus desperationibus ita homines conuertuntur.

Lib.10. Cap.12. Tom.V. Deus est quo miracula fiunt. Lib. de ciuitate Dei.Quæcunque miracula siue per Angelos, siue quocunque modo ita Diuinitus fiunt, vt Dei vnius in quo solo vita beata est, cultum religionémque commendent, vere ab eis, vel per eos qui nos secundum veritatem pietatémque diligunt,fieri Deo ipso in illis operante credendum est.Neq; enim audiendi sunt qui Deũ inuisibilem visibilia miracula operari negant,cum ipse etiam secundum ipsos mundum fecerit,quem certè visibilem negare non possunt. Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo, profecto minus est, quã totus hic mundus, id est, cœlum, & terra, & omnia quæ in eis sunt, quæ certè fecit Deus. Sicut autem ipse qui fecit, ita modus quo fecit occultus est,& incomprehensibilis homini. Quamuis itaque miracula visibilium naturarum videndi

Quorsum miracula. assiduitate viluerint,tamen cum ea sapienter intuemur, insitatissimis rarissimísque maiora sunt.Nam & omni miraculo quod fit per hominem, maius miraculum est homo. Quapropter Deus qui fecit visibilia cœlum & terram,non dedignatur facere visibilia miracula in cœlo, vel in terra,quibus ad se inuisibilem colendum excitet animam adhuc visibilibus deditam: vbi verò & quando faciat, incommutabile consilium penes ipsum est,in cuius dispositione iam tempora facta sunt,quæcunque futura sunt. Nam temporalia mouens,temporaliter non mouetur: nec aliter nouit facienda,quam facta: nec aliter inuo-

A cantes exaudit,quàm inuocaturos videt. Nam & cum exaudiunt Angeli,ipse in eis exaudit,tanquã in vero nec manufacto tẽplo suo, sicut in omnibus sanctis eius quæ temporaliter fiunt iussa, æterna eius lege conspecta. Vnde lib. xxj.eiusdem,c.viij.Sicut non impossibile fuit Deo quas voluit instituere naturas, sic ei non est impossibile in quicquid voluerit quas instituit mutare naturas.Vnde illorum quoque miraculorum multitudo syluescit, quæ monstra, ostenta, portenta, prodigia nuncupantur. Monstra sanè dicta perhibent à monstrando,quod aliquid signando demonstrent: & ostenta ab ostẽdẽdo, & portenta à portendendo,id est,præostendendo: & prodigia, quod porrò dicãt, id est,futura prædicant. Lib. super Genes.Super motum cursúmque rerum na-

B turalem potestas creatoris habet apud se posse de omnibus his facere aliud,quam eorum quasi seminales rationes habẽt:non tamen id quod in eis posuit,vt de his fieri vel absque ipso possit. Neque enim potentia temeraria, sed sapientiæ virtute omnipotens est:& hoc de vna quaque re in suo tempore facit,quod ante in ea fecit vt possit. Alius est ergo rerum modus quod illa herba sic germinat,illa sic:illa ætas parit,illa non parit:homo loqui potest,pecus non potest.Horum & talium modorum rationes nõ tantum in Deo sunt, sed ab illo etiam rebus creatis inditæ atque concretæ.Vt autem lignum de terra excisum, aridũ perpolitum, sine radice vlla,sine aqua,sine terra, repente floreat & fructum gignat,vt per iuuentam sterilis fœmina in senectute pariat, vt asina

C loquatur, & si quid huiusmodi est, dedit quidem naturis quas creauit,vt ex eis & hęc fieri possent.Neque enim ex eis vel ille faceret, quod ex eis fieri non posse ipse pręfigeret,quoniam seipso non est nec ipse potentior. Veruntamẽ alio modo dedit, vt non hoc haberent in motu naturali, sed in eo quod ita creata essent, vt eorum natura, voluntati potentiori amplius subiaceret. Habet ergo Deus in seipso absconditas quorundam factorum causas,quas rebus conditis non inseruit, eásq; implet non illo opere prouidẽtię quo naturas substituit vt sint, sed illo quo eas administrat vt voluerit,quas vt voluit cõdidit. Vnde in ser. xlj.de resurrectione Domini.Supernæ volũtatis ac dispositionis profunda nisi fide sequamur nó

D intelligentia,mẽs turbatur humana: & in magnitudine operum Diuinorũ nisi omnipotẽtis Dei cesserimus arbitrio,mortalis ingenij ratio velut infirma succumbit. Et ideo non sunt rimãda intelligentiæ infirmitate, sed cum deuotione credenda. In serm.xiij.eiusdem. Tantum abest ab operibus Dei intelligentia mortalis ingenij,quãtum distare potest ab æternitate mortalitas. Sed quid? Optima bonis ratio est, vt iis quæ non potest mente complecti,cedat mentis authori. In epistola ad Consentium. Sunt autem quædam quæ cum audiuerimus,non eis accomodamus fidem:ratione nobis reddita vera esse cognoscimus, quæ credere non valemus.Et vniuersa Dei

mira

miracula ideo ab infidelibus non creduntur, quia eorum ratio non videtur. Et reuera sunt de quibus ratio reddi non potest, non tamen non est. Quid enim est in rerum natura quod irrationabiliter fecerit Deus? Sed quorundam mirabilium operum eius, etiam expedit tantisper occultam esse rationem: ne apud animos fastidio lãguidos, eiusdem rationis cognitione vilescant. Sunt enim, & multi sunt, qui plus tenentur admiratione rerum quam cognitione causarum, vbi miracula mira esse desistunt: & opus est eos ad inuisibilium fidem visibilibus miraculis excitari, vt puritate purgati, eò perueniant vbi familiaritate veritatis mirari desistant. Sed vt dicitur libro primo de mirabilibus sacræ scripturæ. capi. primo. Omnium mirabilium velut principale quoddam fundamentum Deus instituit, quando omnes quas condidit creaturas ex nihilo fecit.

Sunt quædam miracula à natura. Lib. de ciuitate Dei. Deus est qui tam miras & varias naturas tot rebus indidit, quas vt eas videmus, quia multæ sunt, non miremur. Quis enim nisi Deus creator omnium dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Quod cum auditu incredibile videretur, euenit vt apud Chartaginem cocta nobis apponeretur hæc auis: De cuius pectore pulparũ quantum visum est decerptum seruare iussimus. Quod post dierum tantum spatium quantũ alia caro quæcunq; cocta putresceret prolatum atq; oblatum, nihil nostrum offendit olfactum. Itémque repositum post dies amplius quam xxx, idem quod erat inuentum est. Idémque post annum, nisi quod aliquãtum corpulentiæ siccioris, & cõtractioris fuit. Quis paleæ dedit vel tam frigidam vim, vt obrutas niues seruet: & tam feruidam, vt poma immatura maturet? De ipso igne mira quis explicet, quo quæcunque adusta nigrescent cum ipse sit lucidus, & penè omnia quæ ambit, & lambit colore pulcherrimus decolorat, atque ex prima fulgida carbonem teterrimum reddit? Neque quasi regulariter diffinitum est. Nam econtrario lapides igne candente percocti, & ipsi fiunt candidi, & quamuis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant, cõgruit tã luci, quod album est, sicut nigrũ in tenebris. Cu itaque ignis in lignis ardeat vt lapides coquat contrarios habet nõ cõtrariis rebus effectus. Etsi enim lapides & ligna diuersa sunt, contraria tamen nõ sunt, sicut album & nigrum, quorum in lapidibus vnum facit, alterum in lignis, clarus illos clarificans, hæc obfuscans cum in illis deficeret, nisi in istis viueret. Quid in carbonibus? Nónne miranda est, & tanta infirmitas, vt ictu leuissimo frangãtur, pressũ facilimo cõterantur: & tanta firmitas, vt nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur, vsque adeo vt eos substernere soleant qui limites figunt, ad conuincendum litigatorem, quisquis post quantalibet tempora extiterit, fixúmque lapidem limitem non esse contenderit? Quis eos in terra humida infossos, vbi

A ligna putrescunt, tamdiu durare incorruptiliter posse, nisi ille rerum corruptor ignis effecit? Intuemur miraculum calcis: quę cum extinguitur, tunc accenditur. Vt enim occulto igne careat, aquæ infunditur, aquáve perfunditur, & cum ante sit frigida, inde ferueſcit, vnde feruentia cuncta frigescunt. Quid est quod huic miraculo addi posse videatur? Et tamen additur. Nã si nõ adhibeas aquam, sed oleum, quod magis est fomes ignis, nulla eius perfusione feruescit. Hoc miraculum si de aliquo Indico lapide legeremus siue audiremus, & in nostrum experimentum venire non posset, profecto aut mẽdaciũ putaremus, aut grãditer miraremur. Quarũ verò rerũ ante oculos nostros quotidiana documẽta versantur, nec genere minus mirabili, sed ipsa assiduitate vilescunt, ita vt ex ipsa India, quæ remota est B pars orbis à nobis desierimus nonnulla mirari quę ad nos potuerũt mirãda perduci. Adamas lapis nec ferro, nec igne, ne aliqua alia vi perhibetur præter hircino sanguine vinci. Magnetem lapidem nouimus, mirabilem ferri esse raptorem, quod cum primum vidi, vehementer inhorrui. Cernebam quippe à lapide ferreum annulum raptum atque suspensum, deinde tanquam ferro quod rapuerat vim dedisset suam communémque fecisset, idem annulus alij amotus est, eúmq; suspendit, atque vt ille prior lapidi, sic alter annulus priori annulo cohærebat. Accessit eodem modo tertius, accessit & quartus. Iámq; sibi per mutua circulis cõnexis, nõ implicatorũ intrinsecus, sed extrinsecus adhærentium, quasi catena C pependerat annulorum. Quis istam vim lapidis non stuperet, quæ illi non solum inhærat, verum etiam per tot suspensa transibat, & inuisibilibus ea vinculis subligabat? Veruntamen homines infideles, quibus cum Diuina vel præterita vel futura miracula prædicamus, quæ illis expedienda non valemus ostendere, rationem à nobis earum flagitant rerum, quas non possumus reddere: excedunt enim vires mentis humanæ, existimant falsa esse quæ dicimus: ipsi de tot mirabilibus rebus, quas vel videre possumus, vel videmus deberent reddere rationem. Quod si fieri ab homine non posse viderint, fatendum est eis, non ideo aliquid non fuisse, vel non futurum esse, quia ratio non potest inde reddi, quandoquidem sunt ista de quibus similiter non potest. Non itaque D pergo per plurima quæ mandata sunt literis, non gesta atque transacta, sed in locis quibusque manentia, quo si quisquam ire voluerit & potuerit, vtrum vera sint explorabit. Sed pauca commemoro. Agrigentinum Siciliæ salem perhibent cum fuerit admotus igni, velut in aqua fluescere: cum verò aquæ velut in igne crepitare. Apud Garamantas quendam fontem tam frigidum diebus vt non bibatur, & tam feruidum noctibus vt non tangatur. In Epiro alium fontem in quo faces vt in cæteris extinguũtur accensæ: sed non vt in cæteris, accenduntur extin-

Calcis miraculum.

Adamas.

Magnes.

Cap. 5.

Plin. lib. 21.

Plin. lib. 5.

Mela lib. 2.

Asbestos. Plin.lib.38.

A ctæ. Asbeston Arcadiæ lapidem propterea sic vocari, quod accensus semel iam non posit extingui.

Plin.lib.13. cap.7.

Lignũ cuiusdã ficus Aegiptiæ non vt ligna cætera in aquis natare, sed mergi: & quod est mirabilius, cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ superficiem rursus emergere, quando madefactum debuit humoris pondere prægrauari.

Poma Sodomorum.

Poma in terra Sodomorum gigni quidem & ad maturitatis faciem peruenire, sed morsu pressúve tentata in fumum & fauillam corio fatiscente vanescere.

Pyrites.

Pyriten lapidem Persicum tenentis manum, si vehemẽtius prematur, adurere: propter quod ab igne nomen accepit.

Selenites.

In eadem Perside gigni etiam lapidem Seleniten cuius interiorem candorem, cum luna crescere atque deficere.

Equæ Cappadociæ.

In Cappadocia etiam vẽto equas concipere, eosdémque fœtus non amplius triennio viuere.

Tilon insula.

Tylon Indiæ insulam eo præferri cæteris terris, quia omnis arbor quæ in ea gignitur, nunquam nudatur tegmine foliorum. De his atque aliis innumerabilibus mirabilibúsque, historia non factorum & transactorum, sed manentium locorum tenet. Reddant rationem si possunt infideles isti, qui nolunt Diuinis literis credere quid aliud, quam non putantes eas esse Diuinas, eo quod res habeant incredibiles, de quibus nobis petunt rationem? Sed nos non posse cõfitemur, eò quod istis & similibus Dei miris operibus, infirma mortaliũ ratiocinatio vincitur: fixam tamen rationem apud nos esse, non sine ratione omnipotentem facere, vnde humanus animus infirmus rationem non potest reddere: & in multis quidem rebus incertum nobis esse, quid velit, illud tamen esse certissimum, nihil eorum illi esse impossibile, quæcunque voluerit. Sed nullum facit Deus miraculum contra naturam. eodem libro, capi. octauo. Omnia portenta contra naturam dicimus esse, sed non sunt. Quomodo enim est contra naturam, quod Dei fit voluntate: cum voluntas tanti vtique conditoris cõditæ rei cuiúsque natura sit? Portẽtum ergo quod eius voluntate fit, contra naturam non fit, sed cõtra quam nota est natura.

Tom.VI.

Libro vigesimonono, contra Faustum. capi. secundo. Miracula Dei magica non sunt, quia singulariter facta sunt: sed verè facta sunt, verũque ostenderunt, non oculos hominum præstigiis fallacibus illuserunt, quæ quidem contra naturam plerunque appellantur: non quod naturę aduersentur, sed quod naturæ modum, qui nobis est vsitatus, excedant.

Tom.III.

Libro de vera innocentia. capit. centesimo octogesimo tertio. Naturarum conditor Deus nihil in miraculis cõtra naturam facit, nec quod nouum est consuetudini, est repugnans rationi. Nobis ergo contra naturam videntur insolita, quibus aliter naturæ cursus innotuit: non autem Deo, cui est hoc natura quod fecerit. Sunt ipsa miracula vtilia.

Cap.109.

Eodem lib. Hinc vident Dei miracula quibus prosunt: nam quod non intelligitur vel vnde non proficitur, nõ videtur. In eodem.

Visibile miraculum ad illuminationem vocat: Inuisibile autem eum qui vocatus venit illuminat: Omnia narrat mirabilia Dei, qui credens visibilibus, ad intelligenda inuisibilia transitum facit. Quod autem dicit in sermone de tẽtatione Christi. Inane est omne miraculum, quod vtilitatem salutis non operatur humanæ. Sed de miraculis factis à Christo, super Ioannem.

Tract.[...] Tom.I[...]

Miracula quæ fecit Dominus noster Iesus Christus, sunt quidem Diuina opera, & ad intelligendum Deum de visibilibus admonent humanam mentem. Quia enim ille non est talis substantia quæ videri oculis posit, & miracula eius quibus totũ mundum regit, vniuersámque creaturam administrat, assiduitate viluerunt, ita vt pene nemo dignetur attendere opera Dei mira & stupẽda in

B quolibet seminis grano: secũdũ ipsam suã misericordiam seruauit sibi quædã, quæ faceret opportuno tempore pręter vsitatum cursum, ordinémque naturæ, vt non maiora, sed insolita videndo stuperent, quibus quotidiana viluerunt.

Mir[...] [...] scopus

Maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinque millium hominum de quinque panibus: & tamen hoc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est. Quis enim & nunc pascit vniuersum mundum, nisi ille qui de paucis granis segetes creat? Fecit ergo quomodo Deus. Vnde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinq; panes, potestas enim erat in manibus Christi. Panes autẽ illi quinq; quasi semina erant, non quidẽ terræ mandata, sed ab

C eo qui terram fecit multiplicata. Hoc ergo admotum est sensibus quo erigeretur mens, & exhibitum oculis vbi exerceretur intellectus: inuisibilem Deum per inuisibilia opera miraremur, & erecti ad fidẽ, & purgati per fidẽ, etiã ipsum inuisibiliter videre cuperemus, quem de rebus visibilibus inuisibiliter nosceremus

Tom.III.

Libro de vera innocentia, cap. centesimo vndecimo.

Imitatio Christi.

Tentatio Christi, eruditio Christiani est. Imitatores enim magistri debent esse discipuli, non in faciendis miraculis, quæ nemo exigit, sed in custodienda humilitate atque patientia, ad quam nos Dominus suo inuitauit exemplo.

Tom.[...]

Super Psal. nonagesimum septimum. Multo maiora sunt mirabilia quod totum orbem terrarum à morte sempiterna erexit Christus, quam quod vni-

D cum filiũ viduæ matris resuscitauit. Sed quare nõ nũc miracula fiunt.

Lib.[...] Cap.[...] Tom.[...]

Lib. de peccatorũ meritis & remissione peccatorum, & de baptismo paruulorũ. Quãuis Dominus multa visibilia miracula fecerit, vnde ipsa fides velut quibusdã primordiis lactescẽtibus germinaret, & in suũ robur ex illa teneritudine coalesceret: tanto est enim fortior, quanto magis iam ista non quærit: tamen illud quod promissum speramus inuisibiliter voluit expectari, vt iustus ex fide viueret, in tantum vt nec ipse qui die tertio resurrexit inter homines esse voluerit, sed eis demonstrato in sua carne

carne resurrectionis exemplo, quos huius rei testes habere dignatus est, in cœlum ascenderit, illorum quoque se oculis auferens, nihílque tale cuiusquam eorum carni iam tribuens, quale in propria carne demonstrauerat: vt & ipsi ex fide viueret eiúsque iustitiæ, in qua ex fide viuitur, præmium quod postea erit visibile, nunc interim per patientiam inuisibiliter expectarent. Libro primo retractationum, capit. decimo tertio. Hoc verum est quidem: non enim nunc vsque, cum manus imponitur baptizatis, sic accipiunt Spiritum sanctum, vt loquantur linguis omnium gentium: aut nunc vsque ad vmbram transeuntium prædicatorum Christi sanantur infirmi, & si qua talia tunc facta sunt, quæ postea cessasse manifestum est. Sed non sic accipiēdum est quod dixi, vt nunc in Christi nomine fieri miracula nulla credantur. Nam ego ipse quando istum scripsi librum ad Mediolanensium corpora martyrum, in eadem ciuitate cæcum fuisse illuminatum iam noueram, & alia nonnulla, qualia tam multa etiam istis temporibus fiunt, vt nec omnia cognoscere, nec ea quæ cognoscimus enumerare possimus. Et capit. eod. eiusdem Libri similem ponit sententiam. Libro de vera religione. capit. vigesimo quinto. Accepimus maiores nostros eo gradu quo à temporalibus ad æterna conscenditur visibilia miracula, non enim poterant aliter sequutos esse: per quos id actum est, vt necessaria non essent posteris. Cum enim Ecclesia catholica per totum orbem diffusa atque fundata sit, nec miracula illa in nostra tempora durare permissa sunt, ne animus semper visibilia quæreret, & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit: nec iam nobis dubium esse oportet iis esse credendum, qui cum ea prædicent, quæ pauci assequuntur, se tamen sequendos populis persuadere potuerunt. Nunc enim agitur quibus credendum sit, antequam quisque sit idoneus ineundæ rationi de Diuinis & inuisibilibus rebus: nam ipsi rationi purgatioris animæ quæ ad perspicuam veritatem peruenit, nullo modo authoritas humana præponitur, sed ad hanc nulla humana superbia perducit. Quæ si non esset, non essent hæretici, nec schismatici, nec carne circuncisi, nec creaturæ simulachrorúmque cultores. Hi autem si non essent ante perfectionem populi quæ promittitur, multò pigrius veritas quæreretur. Sed de miraculis sanctorum quæ fiunt virtute Christi. super psalm. centesimum vigesimum. Ad vocem Domini surrexerunt mortui. Ad vmbram transeuntis Petri, surrexit mortuus. Maius hoc videtur quam illud. Sed Christus facere sine Petro poterat, Petrus non nisi in Christo poterat: quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Super Ioannem tract. septuagesimo secundo. Dominus ait. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Nam maius fuit vmbræ suæ transitu, quod discipuli fecerūt: quam fimbriæ suæ tactu, quod ipse Dominus fecit, sana-

A ri lãguores. Et quia plures Apostolis, quam ipso per os proprium prædicante Domino crediderunt, vt hæc viderentur opera intelligenda esse maiora: non quo maior esset magistro discipulus, vel Domino seruus, vel adoptatus vnigenito, vel homo Deo: sed quod per illos ipse dignaretur eadem maiora facere, qui dicit eis alio loco. Sine me nihil potestis facere. Ipse quippe, vt alia omittam, quæ sunt innumerabilia, sine ipsis fecit eos, sine ipsis fecit hunc mundum: & quia homo etiam ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit & seipsum. Quid autem illi sine ipso, nisi peccatum? Ibidem infra. Cum maiora facit per seruos suos Deus, quam preter eos, non est defectio, sed dignatio. Quid enim retribuant serui Domino pro omnibus quæ retribuit eis? Quandoqui-

Quemodo credē es maiora crediderunt quam Christus.

Ioan. 15.

B dem inter cætera bona, etiam hoc eis donare dignatus est, vt maiora faceret per illos, quam præter illos. Nonne ab ore illius diues ille tristis abscesit, qui vitæ æternæ consilium quæsiuit? Audiuit, abiecit. Et tamen postea quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerunt multi cū loqueretur per discipulos magister bonus: contemptibilis ei quem diuitem per seipsum monuit, amabilis eis quos ex diuitibus pauperes, per discipulos pauperes fecit. Ecce maiora fecit prædicatus à credentibus, quàm loquutus audientibus. Verum hæc maiora fieri non tantum per Apostolos, sed & per omnes qui ad suam familiam pertinent intelligi volens, ait. Qui credit in me, opera quæ ego &c. Et vt infra subdit ibidē. Nūquid inter credentes in Christum computandus non

C est, qui non fecerit opera maiora quam Christus? Durum est, absurdum est, Apostolum audiamus. Credēti, inquit, in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. In hoc opere facimus opera Christi, quia & ipsum credere in Christū, opus est Christi. Hoc operantur in nobis, nō vtique sine nobis. Audi ergo & intellige. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet: prius ego facio, deinde ipse faciet, quia facio vt faciat. Quæ opera, nisi vt ex impio iustus fiat? Et maiora horum faciet. Quorum obsecro? Nūquid nam omnium operum Christi maiora facit, qui cum timore & tremore suam ipsius salutē operatur? Quod vtique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quam est cœlum & terra, & quæ cernuntur in cœlo &

D in terra. Et cœlum enim & terra transibit, prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit. In illis tantum opera Dei, in his autem etiā imago Dei. Sed in cœlo Sedes, Dominationes, Principatus, Potestates, Archangeli, Angeli opera sunt Christi. Nūquid etiā his operibus maiora facit qui operante in Christo cooperatur æternam salutem, ac iustificationem suam? Non hìc audeo præcipitare sententiā: intelligat qui potest, iudicet qui potest, vtrum maius sit iustos creare, quam impios iustificare. Certè enim si æqualis est vtrūq; potētiæ, hoc maioris est misericordiæ: hoc est enim magnū pietatis sacramentum,

quod manifeſtum eſt in carne, &c. In ſerm. de
1. Tim. 3. ſanctis Geruaſio & Prothaſio. Non ceſſat Deus atteſtari per miracula ſanctos: ſed per ipſa nobis cōmendat eos. Voluit enim facere vt magnificentur, voluit agere ne vileſcāt. Sed ſi nō omnibus donat per martyres ſanitates, omnibus tamē promittit imitatoribus martyrū immortalitatē: & quod nō omnibus dat, nemo murmuret aduerſus eum quia non dat: vt quod in fine promiſit det. Nam & qui modo ſanantur, paulò pòſt moriuntur: qui autē in fine reſurgēt, cū Chriſto viuēt in æternū.

Sed non in miraculis cōſiſtit perfectio. Super primā canonicā Ioannis. In miraculis aliquando
Tract. 1. Tom. IX. curioſitas eſt, hoc eſt, deſideriū oculorum, & hoc deſideriū à Deo nō eſt. Non enim omnes qui miracula non fecerūt, ad regnū Dei nō pertinebūt. Nam cum gauderent Apoſtoli quia dæmonia eis
Luc. 10. ſubiecta erāt, ait Dominus. Nolite in hoc gaudere: ſed gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Inde voluit gaudere Apoſtolos, vnde gaudere debes & tu. Væ tibi enim, ſi nomē tuum non eſt ſcriptū in cœlo. Nunquid væ tibi, ſi nō ſuſcitaueris mortuos? Nunquid væ tibi, ſi non ambulaueris in mari? Nunquid væ tibi, ſi non excluſeris dęmonia? Si accepiſti vnde hoc facias: vtere humiliter, nō ſuperbè. Nam & de quibuſdam pſeudoprophetis dixit Dominus, quod facturi ſunt ſigna
Cap. ſeu reſponſ. 55. Tom. VII. & prodigia. Lib. ij. contra Petilianū. De potentia miraculorū, quoniā pleriq; talia non faciūt, & tamē ad regnū Dei pertinēt: pleriq; autē faciunt, & non pertinent: nec noſtri, nec veſtri debēt gloriari, ſi qui fortè iſta poſſunt: quandoquidem nec Apoſtolos, qui verè iſta ſalubriter atque vtiliter poterāt, noluit Dominus gaudere de talibus. Ait
Luc. 10. enim eis. Nolite in hoc gaudere, quod dæmonia vobis ſubiecta ſunt, &c. Sed quia non vbique
Tom. II. Epiſt. 137. & ab eodē miracula eadē fiunt. In epiſtola ad clerum & ſeniores vniuerſæ plebis Eccleſiæ Hipponenſis. Non ſemper eadē miracula fiūt in memoria cuiuſlibet ſancti in quolibet ſancto loco. Sicut enim dicit Apoſtolus. Non omnes ſancti dona habēt curationū, nec habēt omnes diiudicationes ſpirituū, ita nec in omnibus memoriis ſanctorum miracula voluit fieri ille, qui diuidit propria vnicuiq; vt vult. Verùm, vt dicit de iis quæ fiūt ad ſepulchrū ſanctorū. Libr. xxij. de ciuitate Dei.
Cap. 9. Tom. V. Miracula quę ad ſepulchra vel memorias ſanctorum martyrū fiunt, veritatem Dei atteſtātur qua Chriſtus prędicatur. Nam ipſi martyres, huius fidei martyres, id eſt, huius fidei teſtes fuerūt, huic fidei teſtimoniū perhibentes, mundū inimiciſſimum & crudeliſſimū pertulerunt, eúmque non repugnando, ſed moriēdo vicerunt, pro iſta fide mortui ſunt, qui hæc à Domino impetrare poſſunt, propter cuius nomen occiſi ſunt. Pro hac fide præceſſit eorū mira patiētia, vt in his miraculis tanta iſta potētia ſequeretur. Siue enim Deus per ſeipſum miro modo, quo res tēporales operatur æternus, ſiue per ſuos miniſtros iſta faciat: & eadem ipſa quæ per miniſtros facit, ſiue quædā faciat etiā per martyrū ſpiritus, ſicut per homines

A adhuc in corpore cōſtitutos: ſiue omnia iſta per Angelos, quibus inuiſibiliter, immutabiliter, incorporaliter imperat, operetur: vt quæ per martyres fieri dicuntur, eis orantibus tantum & impetrantibus, non etiam operantibus fiant: ſicut alia fiant iſtis, alia illis modis, qui nullo modo cōprehendi à mortalibus poſſunt: & tamen atteſtantur hæc fidei, in qua carnis inæternum reſurrectio prædicatur.

MISSA. Quid propriè ſit miſſa. In cōmunibus ſermonibus, ſermone xix. Si diligenter attenditis, cognoſcetis quia nō tūc eſt quādo Diuinæ lectiōes in Eccleſia recitantur, ſed quando munera offeruntur, & corpus & ſanguis conſecrātur. Nam lectiones ſiue Propheticas, ſiue Apoſtolicas, ſiue Euangelicas, etiam in
B domibus veſtris legere vel audire poteſtis: conſecrationem verò corporis & ſanguinis Chriſti, nō alibi niſi in domo Dei videre vel audire valetis. Ideo qui vult miſſam ad integrum cum lucro ſuę animæ celebrare, vſquequo oratio Dominica dicatur, & benedictio populo detur, humiliato corpore & compuncto corde ſe debet in Eccleſia continere. Et infra ſubdit contra non expectantes finem miſſæ. Quid de ſe cogitāt illi, quos aut inſatiabilis cupiditas, aut amor huius ſæculi ſic detinet implicatos, vt vnius horæ momēto in Eccleſia ſtare non poſsint? Quibus non ſufficit quod toto tēpore pro corporali neceſsitate, aut quod verius eſt, pro cupiditate iugiter occupantur, & per duarum horarum ſpatium, quo magis corpore quam corde conueniunt ad Eccleſiam
C non morantur: ſed vertentes dorſa ſacrificiis vel ſacerdotibus Dei, ad explendam voluptatem ſæculi, ſine mora aliqua reuertuntur, non agnoſcentes quid expectant & quid requirant. Sequuntur enim tenebras, & deſerunt lucem: amplectuntur vmbram, & deſpiciunt veritatem: dimittunt dulcedinem, & requirunt amaritudinem: diligentes vanitatem, & quærentes mendacium, & ignorantes quantum bonum in celebrandis miſſis agatur. Cum tamen ſi rex aut potens perſona vocaſſet ad prandium, nullus diſcederet niſi prius totum compleretur. Et ſi de conuiuio hominis non diſcedimus niſi ventrem pluſquam expedit implemus, & hominem lædere formidamus, cur de conuiuio Diuino tam citò diſcedimus?

Et infra. Nihil illis prodeſt quod Diuinas le-
D ctiones audiunt, qui antequam Diuina miniſteria compleantur abſcedunt: illis tamen qui in publicis neceſsitatibus occupantur, & eis qui aliqua infirmitate prohibente expectare non poſſunt, imputare non poſſumus, nec debemus. Ipſi tamen in conſcientia ſua videant, vtrum neceſsitas retrahat, aut voluptas. Et infra. Moneo & paterna charitate conteſtor, vt ſaltem quolibet dominico die & præcipuis feſtiuitatibus, donec ſacra myſteria cōpleantur, de Eccleſia nullus abſcedat, niſi quos, aut infirmitas, aut publica neceſsitas, ſtare diutius non permittit. Iterum quod rogo vt dum Diuina celebrantur myſteria, nullus

lus se otiosis vel terrenis fabulis occupet, sed humiliter & deuotè cum cõtrito corde benedictionem accipiat, attendens, quod si quis me contẽnit præconem, Christum senserit iudicem.

MISER. De peccatoribus miseris. Libro meditationum. Heu me miserũ, & nimis miserum, quem torquet conscientia sua, quam fugere non potest: nimis miserum, quem expectat damnatio sua, quam vitare non potest. Nimium infœlix est, qui sibi ipsi est horribilis: multò infœlicior, cui mors æterna erit sensibilis. Nimium ærumnosus, quem terrent continui de sua infœlicitate horrores: multò ærumnosior, quem torquebunt æterni pro sua iniquitate dolores. Malum hoc, malum hoc, sed nimis hoc.

Quæ miseria à peccato habet principium. Libro contra epistolam fundamenti, capit. vigesimo septimo. Peccatum efficit animam miseram, quæ honestate rectæ voluntatis beatitudinẽ obtinebat, nulla addita detractáue substãtia. Libro contra Fortunatum, circa finem. Peccauit anima, & ideo misera est. Liberum arbitrium accepit, quo vsa est, quemadmodum voluit: lapsa est, eiecta de beatitudine, implicata est miseriis.

Non prodest misero fœlicitatis nomen. Libro vigesimo secundo contra Faustum. Nihil prodest alicui misero si fœlix aut fortunatus vocetur. Dei solius misericordia, miseria tollitur. Lib. de vera innocentia, capit. ducentesimo vndecimo. Nullus miser de quantacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur.

Nullius est optanda miseria, vt fiat misericordia. super psalm. centesimum vigesimum quintũ. Melius est, fratres, vt nullus sit miser, quam vt tu facias misericordiam. Qui enim vt faciat misericordiam optat esse miseros, crudelem habet misericordiam: quomodo si medicus vt exerceret artem suam, optaret esse multos ægrotos, crudelis medicina esset. Melius est vt omnes sani sint, quam vt exerceatur ars medici. Melius est ergo vt omnes beati regnẽt in illa patria, quam vt sint quibus impendatur misericordia. Tamen quandiu sunt quibus impẽdatur misericordia, non deficiamus in ista ærũna mittere semina. Et si cum fletu seminamus, tamen cum gaudio metemus.

Quia vt dicit. Libro tertio confessionum, capit. secundo. Omnis homo gaudere vult. An cum miserum esse neminem libeat, libet tamen esse misericordem? Propterea dicit in eodem Libro. Et si approbatur officio charitatis, qui dolet miserum, mallet tamen vtique non esse quod doleret, qui germanitus misericors est.

MISERICORDIA Dei. De eius misericordia circa peccatores. Libro de spiritu & anima. Nemo de Dei pietate diffidat, quoniã maior est eius misericordia quã nostra miseria: & quisquis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet illum, quia misericors est. Tardius siquidem videtur ei peccatori veniam dare, quã ipsi peccatori accipere. Sic enim festinat absoluere eum à tormento conscientiæ suæ, quasi

A plus cruciet eum cõpassio miseri, quã ipsum miserum passio sui. In sermone quarto de natiuitate Domini. Ille negat Deum, qui eum peccata dimittere non credit. Super psal. trigesimum secundum, sermone primo. Misericordiæ tempus modo est, iudicij tempus post erit. Vnde nunc misericordiæ tempus? Vocat auersos, donat peccata cõuersis. Patiens est super peccatores, donec conuertantur. Quandocunque conuersi fuerint: præterita obliuiscitur, futura promittit. Hortatur pigros, cõsolatur afflictos, docet studiosos, adiuuat dimicantes, neminem deserit laborãtem & exclamãtem ad se: donat vnde sibi sacrificetur, ipse tribuit vnde placetur. Hoc magnum misericordiæ tempus, non nos transeat. Venturum est enim iudicium. Et tunc erit pœnitẽtia, sed iam infructuosa. B Dicent intra se per angustiam spiritus gementes. Quid nobis ꝓfuit superbia? &c. Super psal. quadragesimum quartum. Quid misericordius Deo, qui tantum parcit peccatoribus, & qui in omnibus ad se conuersis non curat præterita? Sic tamen eum dilige misericordem, vt velis esse veracem. Non enim misericordia potest illi auferre iudicium, neque iudiciũ misericordiã. Libr. vel Homil. de ouibus, circa principiũ. Magna est lenitas, magna misericordia, magna mansuetudo Dei: sed si nos abutamur patiẽtia eius ad nostram nequitiam, & illo nostra portante peccata, nos quasi faciendo ei onus augeamus peccata peccatis, quasi vt ille plus portet qui non laborat cum portat peccata nostra, quibus adhuc parcit, quia adhuc sustinet, & illius ostendunt patientiã, nostram cumulant sarcinam. C Super psalm. quinquagesimum. Magna est misericordia tua Deus: & de magna misericordia tua, multæ sunt miserationes tuæ. Attendis contemptores, vt corrigas. Attendis nescientes, vt doceas. Atttendis confitentes, vt ignoscas. Causam huius misericordiæ ponit. super psalm. centesimum. Misericordiæ tempus nunc est, nondum iudicij. Non enim primo Deus per misericordiam parceret, non inueniret quos per iudicium coronaret. In sermone v. de passione Domini de parasceue. Quantum possumus totis viribus laboremus, vt beneficia Dei non pereant, sed proficiant: vt cum tremendus iudicij dies & tempus reddendæ rationis aduenerit, & quicquid nobis Dominus cõtulit iudicatus, integrum inueniat iudicaturus. Equidem D cum ille venerit, redditurus est quod promisit, sed & requisiturus quod redemit: & quod in primo aduentu contulit, exacturus est in secundo. Quãuis multũ præsumere debeatis de misericordia Dei, non tamẽ negligenter debetis eius timere iustitiã. Cũ iustitia enim te iudicabit, qui cũ misericordia te redemit. Nam quod tam longo tempore peccamus & parcit, non negligentia est, sed patientia. Non ille potentiã perdidit, sed ad misericordiam reseruauit. Timeamus ergo iustitiam eius, si misericordiam desideramus. Parcit modo & tacet, sed nõ semper tacebit. Audiamus eũ dum tacet in pręcepto, si volumus vt nobis parcat cum non

Tom. VIII. Tempus misericordiæ. Sap. 5. Cap. 4. Tom. IX. Tom. VIII.

non tacuerit in iudicio. Modo enim prorogatur
misericordia Dei, tũc à nobis exigetur iustitia, &
reddetur vnicuique secundum opera sua: fiétque
illud quod Apostolus ait. Iudiciũ sine misericor-
dia fiet illi, qui nõ fecit misericordiã. Simus ergo
misericordes, vt misericordẽ Deum mereamur
habere propitium. Super psal. xciiij. Dei mise-
ricordia est, vt peccata nostra dimittat. Nam si
vellet pro meritis agere, non inueniret nisi quos
Tom. VI. damnaret. Ideo Libro primo contra aduersa-
rium legis & Prophetarum. Misericordia Dei, est
bonitas opitulandi. Vnde à Deo est expectan-
Cap. 195. da. Libro de vera innocentia. Sicut terra de cœlo
Tom. III. expectat pluuiã & lucem, sic homo de Deo de-
bet expectare misericordiã & veritatem. Pro-
Tom. IX. pterea petebat misericordiam. Libro meditatio-
num. Ecce misericors Domine corã te exhibeo
animam meam internis virtutibus destitutam, ca-
tenis vitiorum ligatam, pondere peccatorũ gra-
uatam, delictorum sordibus fœdatam, discissam
vulneribus dæmonum, putridam & fœtidã vlce-
ribus criminum: iis & aliis grauibus malis, quæ
melius me vides obtritam, oppressam, circunda-
tam & inuolutam, bonorum omnium releuami-
ne destitutã. Ecce quãta coarctat me miseria, suc-
curre ò vniuersa misericordia. Aduẽtus Chri-
sti in mundum, & ea quæ sustinuit ad Dei miseri-
cordiam reducũtur. In sermone xviij. de quadra-
gesima & ieiunio. Quæ maior esse misericordia
super miseros potuit, quam illa quæ cœli creato-
rem de cœlo deposuit, & terreno corpore terræ
induit cõditorem, & quæ in æternitate patris ma-
net æqualis, mortalibus coæquauit, & formã ser-
ui mũdi Domino imposuit, vt ipse panis esuriret,
saturitas sitiret, virtus infirmaretur, sanitas vul-
neraretur, vita moreretur? Hoc autem ideo, vt
nostra pasceretur fames, rigaretur ariditas, conso
laretur infirmitas, extingueretur iniquitas, arde-
sceret charitas. Quæ maior misericordia quam
creari creatorem, seruire dominatorem, vendi
redemptorem, humiliari exaltatorem, occidi su-
scitatorẽ? Nobis in eleemosynis præcipitur vt pa
nem demus esurienti: ille seipsum vt nobis daret
esurientibus, prius pro nobis se tradidit sæuienti-
bus. Pręcipitur nobis vt peregrinum recipiamus:
ille pro nobis in sua propria venit, & sui eum nõ
receperunt. Ipsum igitur benedicat anima nostra,
qui propitius fit omnibus iniquitatibus eius. Sanat
lãguores eius, redemit de corruptione, coronat
misericordia & miseratione, replet in bonis desi-
derium eius. Est autem ipsa misericordia gra-
tuita, sine nostro merito. Ideo Libro de salutari-
bus documentis, loquens Deo in persona animæ.
Cap. 65. Quia redemisti me Domine, in æternum miseri-
Tom. III. cordia tua: in tua misericordia reuixi perdita pec
catis, & surrexi à mortuis: quoniã segregasti me
à peccatis adolescentiæ meæ, & egi pœnitentiam
coram te: quia seruasti mihi tempus conuersio-
nis, quo considerans peccata mea cõpuncta sum,
& te inspirante egi pœnitentiam coram te. Læta
iam inde tibi, nunc & semper innumeras gratias
refero, quia vt inuenirem te, prius quæsisti me: &

A vt redirem ad te, tu cõpulisti: vt vererer, tu sicut
pius pastor & pater respexisti: vt confiterer, tu Tom.
es operatus. Super psal. quinquag. octauũ, ser-
mone secundo. Deus meus misericordia mea. Nõ
inuenit impletus bonis Dei quid appellaret Deũ
suum, nisi misericordiam suam. O nomen sub
quo nemini desperandum. Deus meus, inquit, mi
sericordia mea. Quid est, misericordia mea? Si sa-
lus mea dicas, intelligo, quia dat salutem: si dicas,
refugium meum, intelligo, quia cõfugis ad eum.
Si dicas fortitudo mea: intelligo, quia dat fortitu
dinem. Sed misericordia mea quid est? Totum
quicquid sum, de misericordia tua est. Sed pro-
merui te, inuocando te. Vt essem, quid feci? Vt
essem qui te inuocarem, quid egi? Si enim egi ali
quid vt essem, iam eram antequam essem. Porrò
B si omnino nihil eram antequam essem, nihil te
promerui vt essem. Fecisti vt essem, & non tu fe-
cisti vt bonus essem? Mihi dedisti vt sim, & alius
mihi potuit dare vt bonus sim? Melior est ille qui
dedit mihi vt bonus sim, quam ille qui mihi dedit
vt sim. Porrò quia nemo te est melior, nemo te
potentior, nemo te in misericordia largior: à
quo accepi vt essem, ab illo accepi vt bonus es-
sem. Deus meus misericordia mea. Aliter ta- Cap.
men dicit in tractatu de visitatione infirmi. ser- Tom.
mone primo. Deus meus misericordia mea. Pec-
camus grauiter, inhęremus peccato pertinaciter,
gaudemus de peccato, post peccatũ ambulamus.
Extenso collo peccatum nostrum prædicamus,
nec abscondimus, & tu placatus es. Nos te prouo
camus ad iram, tu autem conducis nos ad miseri-
C cordiam: nos irritamus te ad furorem, tu autem
differs vindictam. Iusto exterminio punire pote-
ras peccantes, subuertere negligentes: sed patien-
tia tua expectat vt corrigamus pœnitentes. Deus
ergo meus misericordia mea. Nunquid non hæc
est iniustitia? Sed nũquid est iniustitia apud Deũ?
Absit. Quod enim sustinet Deus, iudex iustus pa-
tienter: quod iusta seueritas flectit, misericordi-
ter: totũ Deus est. Neq; enim aliter Deus esses nisi
flectereris, nisi patereris, nisi misereris. Quod-
cunque igitur facis, tuum est: quod tuum est, bo-
num est. Quod igitur facis bonum est Deus meus
misericordia mea. Vnde respondet ad rationẽ Cap.
quare non omnibus hæc misericordia largiatur.
Libro de prædestinatione & gratia. Quod Deus
aliis gratuita vocatione cõuersis misericordiam
D largitur indebitam, non ad dispensatoris iniusti-
tiam, sed ad donantis misericordissimam libera-
litatem, veritatis ratione referendum est. An au-
debit debitor creditorem iniquitatis arguere, si
alteri donans, ab eo quod debitum exegerit? Si
ergo inter contractus hominum, nullus ex hoc
præsumptionis locus est, vt à se dicat debitor in-
iustè exigi, quia scit alij debitori ab eodem quod
debebat creditore donatum, quis in tantam insa-
niam prophanæ vocis erumpat, vt iniustitiæ Deũ
arguat si vni indebitam donauerit gratiam, & al-
teri reddiderit debitã pœnã? Ostẽditur Dei mi
sericordia in virtute humilitatis. Ideo super psal.
octogesimũ quartũ. Fœlix est ei cui Deus osten- Tom. VIII.
dit

dit misericordiam suam. Ipse est qui superbire non potest. Ostédendo enim illi misericordiam suã, persuadet illi, quia quicquid boni habet ipse homo, non habet nisi ab illo: quia omne nostrum bonum ipse est. Et cum viderit homo quicquid boni habet, nõ se habere à se sed à Deo suo: videt quia totum quod in illo laudatur, de misericordia Dei est, non de meritis eius. Et videndo ista non superbit, non superbiédo non extollitur, non extollendo non cadit, non cadendo stat, stando inhæret, inhærendo manet, manendo perfruitur & lætatur in Domino Deo suo. Erũt illi deliciæ qui fecit illum: & delicias ipsas nemo corrumpit, nemo aufert: quia inimicus malus etsi potest tollere totum quod possides corpore, non tibi tollit eum quem possides corde. Ipsa est misericordia quam vtinam Deus donet nobis. In serm. con tra idololatras de deo Herculis. Irascitur Deus & miseretur. Irascitur ad percutiendum, miseretur ad sanandum: irascitur ad mortificandum, miseretur ad viuificandum. In vno homine hoc facit, non quasi alios mortificans, alios viuificans. Sed in eis ipsis & irascitur, & mitis est. Irascitur enim erroribus, mitescit correctis moribus. Ego, inquit, percutiam, & ego sanabo: ego occidam, & ego viuere faciam. vnum prostrauit, & Paulum erexit. Prostrauit infidelem, & erexit fidelẽ: prostrauit persequutorem, & erexit prædicatorem. Ergo cum irascitur, miseretur. Ostenditur in disciplina flagellantis. super psal. lxxxviij. sermone ij. Non est tantum misericordia Dei vocantis, sed & verberantis & flagellantis. Sit itaque manus paterna super te: & si filius bonus es, noli repellere disciplinam. Quis est filius cui non debet disciplinam pater eius? Det disciplinam, dummodo non auferat misericordiam: cædat contumacem, dum tamen reddat hæredẽ. Et tu si promissa patris bene agnouisti, nõ timeas flagellari, sed exhæredari. Quem enim diligit Deus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recepit. Pecca tor filius dedignatur flagellari, cum sine peccato videat vnicum flagellatum? Nemo potest se dice re esse sine peccato: quia si dixerit, mentietur. Ergo vnusquisq; pro peccatis suis necessario flagellatur: sed ab eo si Christianus est, Dei misericordia non dispergitur. Planè si in tantas ieris iniquitates, vt repellas à te virgam verberantis si repel las manum flagellantis, & de disciplina Dei indigneris, & fugias à patre cædente, & nolis eum ver berantem patrem pati, quia non parcit peccanti, tu te alienasti ab hæreditate, ipse te non abiecit: nam si maneres flagellatus, nõ remaneres exhæredatus. Non est misericordia Dei sine iustitia. Lib. de vera innoc. cap. xxviij. Si omnes homi nes cõsideremus, quorum alij misericordia salui fiũt, alij veritate dãnantur: vniuersę viæ Domini, id est, misericordia & veritas suo fine distinctæ sunt. Si autẽ solos sanctos intueamur, non discernuntur hæ viæ Domini. Indiuidua enim ibi est & à misericordia veritas, & misericordia à veritate: quia beatitudo sanctorum & de munere gratiæ est, & de retributione iustitiæ. Eodẽ Libr.

Tom. VIII. *[...]agella [...] miseri[...]* *[...]m. III.* *[...] VIII.*

A Non auferat veritas misericordiam, nec misericordia impediat veritatẽ. Si enim pro misericordia iudicaueris contra veritatem, aut quasi rigida veritate oblitus fueris misericordiæ: non ambulas in via Domini, in qua misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Super psal. ciij. Miserator & misericors Dominus, longanimis & multæ misericordiæ. Quid tam longanimum? Quid tam multum in misericordia? Peccatur & viuitur, accedũt peccata, & augetur vita: blasphematur quotidie, & facit solem suum oriri super bonos & malos. Vocat vndique ad correctionem, vocat vndique ad pœnitentiam, vocat beneficiis creaturæ, vocat impartiendo tempus viuendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem, vocat per intimam B cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis. Longanimis est ergo & multæ misericordiæ. Sed obserua ne longitudine misericordiæ Dei male vtẽdo, thesaurizes tibi iram in die iræ. Quòd tibi parcit, putas quia places ei? Hæc fecisti, inquit, & tacui: suspicatus es iniquitatem, quod ero tibi similis. Non mihi placent peccata, sed longanimitatem quæro rectè factam. Si punirem peccatores, non inuenirem cõfessores. Ergo te Deus longanimitate sua parcendo ad pœnitentiam adducit: tu autem quotidie dicis. Finitur hodiernus dies, & sic ero & crastino die, nõ enim cras erit vltimus: & tertio die, & subito venit ira eius. Non tardes ergo conuerti ad Deum. Sunt enim qui præparant conuersionem & differunt, & fit in illis vox coruina, cras cras. Coruus de arca missus non est re- C uersus. Nõ quærit Deus dilationem in voce coruina, sed confessionẽ in gemitu columbino. Missa columba reuersa est. Quãdiu cras, cras? Obserua vltimum cras: quia ignoras quod sit vltimum cras. Sufficiat quia vixisti vsque in hodiernum diem. Audisti, Sæpe soles audire, audisti & hodie: quam quotidie audis, tam quotidie non corrigeris. Tu enim secũdum duritiam cordis tui & cor impœnitẽs, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundũ opera sua. Nõ tibi sic videatur Deus misericors, vt non videatur iustus. Audis misericors & miserator Dominus: & in extremo verax. Gaudes ad verba superiora, ad vltimũ treme. Sic misericors & longanimis est, vt sit & verax. Cũ tibi thesaurizaueris iram in die iræ, nonne experieris D iustum, quem cõtempsisti benignum? Libr. secundo de baptismo contra Donatistas. Misericors est & miserator Dominus, longanimis & multum misericors & verax. Amplectuntur homines in hac vita præsenti misericordem Deum & longanimẽ: sed & timeant in futuro veracẽ.

Vnde probat quod apud damnatos non sit misericordia Dei, super psal. centesimũ quintũ. Misericordia eius vsq; in sæculũ, id est, vsq; in finẽ sæculi, in quo nõ deerũt miseri quibus misericordia præbeatur: nisi fortè quis audeat dicere, etiam iis qui damnabuntur cum diabolo & angelis eius, aliquam misericordiam Dei minimè defuturã: non quia ex illa damnatione liberẽtur, sed vt eis aliquat

Tom. III. *Tom. VIII.* *Dilata resipiscentia.* *Tom. VII.* *Tom. VIII.*

aliquatenus mitigetur, atque ita æternam posse intelligi Dei misericordiam, super æternam illorum miseriam. Sed tolerabiliorem quosdam excepturos damnationẽ in quorũdam comparatione legimus: alicuius verò mitigari eam cui est tra ditus pœnam, vel quibusdam interuallis habere aliquam pausam, quis audacter dixerit, quandoquidẽ vnam stillam diues ille nõ meruit? Ideo consulit, super psal. lx. Misericordia Dei dicitur, quia non merita nostra Deus attendit, sed bonitatem suam: vt peccata nobis omnia dimitteret, & vitam æternam promitteret. Veritas autem dicitur, quia nõ fallit reddere quod promisit. Agnoscamus hîc eam & nos: faciamus vt quomodo nobis Deus exhibuit misericordiam suam dimittendo peccata nostra, & veritatem exhibendo promissa sua: sic & nos faciamus hîc misericordiam circa infirmos, circa egẽtes, circa inimicos etiam nostros: veritatem, non peccando, nec adiiciendo peccatum super peccatum. Super psalm. lxxxviij. sermone primo. Sicut Dominus exhibuit misericordiam, vt deleret peccata nostra, & veritatẽ vt impleret promissa sua: sic & nos ambulantes in via eius, debemus ei reddere misericordiam & veritatem: misericordiam, vt miserorum misereamur: & veritatem, vt nõ iniquè iudicemus. Si enim per misericordiã iudicaueris contra veritatẽ, aut quasi rigida veritate oblitus fueris misericordiam: non ambulabis in via Dei, vbi misericordia & veritas obuiauerunt sibi.

Tom. VIII.

Misericordia & veritas.

Tom. VIII.

MISERICORDIA hominis. Describitur misericordia. Libro ix. de ciuitate Dei, cap. v. Cicero in Cæsaris laude loquutus est, dicẽs. Nulla de virtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior est misericordia. Quid est autem misericordia, nisi alienæ miseriæ quædam in nostro corde compassio, qua vtique si possumus, subuenire compellimur? Seruit autem motus iste rationi, quãdo ita præbetur misericordia, vt iustitia conseruetur: siue cum indigenti tribuitur, siue cum ignoscitur pœnitenti. Lib. de moribus Ecclesiæ. Misericordia appellata est ex eo, quod miserum cor faciat condolentis alieno malo. Quis tamen non concedat ab omni miseria liberum esse debere sapiẽtem, cum subuenit inopi, cum esurienti cibos præstat potúmque sitienti, cum vestit nudum, cum peregrinum tecto recipit, cum oppressum liberat, cum denique humanitatẽ suã vsq; ad sepulturã porrigit mortuorum? Etiãsi id faciat mente tranquilla, nullis aculeis doloris instinctus, sed adductus officio bonitatis, misericors tamen vocandus est. Huic enim nihil obest nomen, cum absit miseria. Distinguitur de misericordia, in sermone xxxiiij. de resurrectione Domini. Misericordia gemina est in Ecclesia, vna in occulto, qua nemo impendit pecuniam, nemo etiam vel laborem. Altera quæ de nobis exigit aut officium operis, aut impendia pecuniæ. Et illa quæ à nobis non exigit pecuniam, qua nihil impendimus, nihil laboris, nihil erogationis, in anima constituta est: vt ignoscas ei qui in te peccauit. Ad hanc impẽdendam, thesaurus

Tom. V.

Cic. in orat. pro Q. Ligario.

Cap 27. Tom. I.

In St icos.

Gemina misericordia.

A tuus in corde tuo est: ibi te explicas coram Deo. Nõ tibi dicitur. Profer sacculũ, aperi arcam, resigna horreũ. Neq; etiã tibi dicitur, Veni, ambula, curre, festina, incede, loquere, visita, labora. Stans enim in vno loco si proiecisti de pectore tuo quod tenes contra fratrẽ tuum, fecisti misericordiam in eum, nullo labore, sola volũtate, sola misericordiæ cogitatione. Dimittis, & dimittitur tibi. Vbi vide si non magnam Deus tibi dat misericordiæ mercedẽ. Si dimittis homini in quo te læsit homo hominem: & Deus tibi ignoscit, in quo offendisti homo Deum. Nunquid enim hoc est hominẽ lædere, quod est Deum offendere? Ergo plus tibi dedit. Quia homini dimisisti in quo homo læsus est: hoc ille dimittit in quo Deus offensus est. Attendite aliam misericordiam dispensa-

B tionis. Tu das panem, ille dat salutẽ: tu das sitienti potum alicuius liquoris, ille dat tibi potũ sapientiæ suæ. Nunquid vel ista comparanda sunt quod das, & quod accipis? Ecce quomodo fœnerandũ est. Si quis vult esse fœnerator, isto modo non prohibetur. Qui sic miseretur pauperi, plura & maiora recipit quam dederit. Sed illud admoneo vt cum sciatis duplam esse misericordiam, non sit sola benignitas largiẽtis, sed humilitas ministrantis. Laudatur misericordia. In tractatu de oratione & misericordia. Misericordia laborãs, semper vigilans, tantum efficaciæ obtinet, vt authorẽ suum sine præmio esse non patiatur. Ibidẽ infra. Sola misericordia tantummodo est ab excessibus liberata: dum omnia odiosa sint, cũ transcenderit modum. Sola misericordia terminum non

C habet. Ipsius enim nimietas placet, eius oblectat enormitas, eius laudabilis potest esse profusio. Sola itaq; misericordia est, quæ quãto ad maiora incrementa processerit, tanto ampliorem & sibi laudẽ, & in Domino tribuit charitatẽ. In sermone de misericordia. Nec ipsa pœnitentia videtur aliquid profutura, si ab operibus misericordiæ sterilis fuerit. Nõ potest haberi nisi à Deo. super psal. lxxviij. A te in alterũ nulla est misericordia, nisi eam tibi Deus donet. Ipsa misericordia præcipitur. Libr. de eleemosyna. Nunquã admonitio Diuina cessauit, nunquam tacuit, quominus in scripturis sanctis tam veteribus quã nouis, semper & vbique ad misericordiæ opera Dei populus prouocaretur. Libr. ij. de peccatorum meritis & remissione & baptismo paruulorum.

D Aliqua pręcipit seu cõsulit Deus homini, ad nonnulla superanda, vel quæ malè cupiuntur, vel quę malè metuuntur, magnis aliquando & totis viribus opus est voluntatis, quas nos non perfectè in omnibus adhibituros præuidit, qui per Prophetam veridicè dici voluit, Nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tales itaque nos futuros Dominus præuidens, quædam salubria remedia contra reatum & vincula peccatorum etiam post baptismum dare ac valere dignatus est, opera scilicet misericordiæ cum ait. Dimittite, & dimittetur vobis: date & dabitur vobis. Vnde inducamur ad misericordiam. super epistolã ad Galat. Nihil ad misericordiã sic inclinat quã proprij pericu

Luc. 6.

Tom. III.

periculi cogitatio. Inducimur & à natura. Lib. de correptione Donatistarum ad Bonifacium comitem. Quid de opere misericordiæ, quæ pro vita æterna adipiscenda, & pœna æterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandū est, si pro salute ista non solùm temporali, sed etiam breui, ad ipsum tempus exiguum liberanda, sic nos hominibus subuenire ratio vera & benigna compellit? Fefellit autem misericordia cordis obdurationem. Lib. de conflictu vitiorum. Cordis obduratio dicit. Si ea quæ possides egentibus tribuis, vnde subiectos absque penuria nutris? Misericordia respondet. Si Apostoli Pauli modum in hac parte tenueris, vtraque perficere valebis. Hinc enim idem ipse ad Corinthios dicit, Si volūtas prompta est, ex eo quod habet accepta est, non secundum id quod non habet: non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex ęqualitate in præsenti tēpore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt sit æqualitas, sicut scriptum est, Qui multum habuit, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Hinc quidam iustus prolem dilectam admonet dicens, Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem exiguum, & hoc ipsum libenter impartire. Hinc quoque incarnata veritas dicit, Verūtamē quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Audite obdurata præcordia. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non facit misericordiam. Quos contra per Prophetam Dominus admonet dicens, Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuam, cum videris nudum cooperi eum, & carnem tuam ne despexeris. Memento quid purpurato diuiti contigerit, qui non ideo damnatus est, quod aliena abstulerit, sed quod paupe ri sua minima minimè tribuerit: & in inferno positus ad petenda minima peruenerit, nec accepit, quia hîc parua negauit: Quid etiam ad sinistram positis iudex cœlestis dicturus sit, Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius: esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: & cætera quæ ibi terribiliter enumerantur. Vnde fit ipsa misericordia Christo. In tractatu de auaritia & luxuria, cap. j. Nemo timeat erogare pauperibus. Nemo putet eum accipere cuius manum videt. Ille accipit, qui iussit vt dares. Ibidem. Mendicat pauper, accipit diues. Das ei qui consumat, accipit ille qui reddat. Neque hoc redditurus quod accepit quia fœnerari te voluit. Et ideo plus promittit quam dederis. Et in eodem infra. Ego, inquit Dominus, accepi, ego reddam. Ego quid accepi, & quid reddo? Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare &c. Terram accepi, cœlum dabo: temporalia accepi, æterna restituam: panem accepi, vitam dabo: imo etiam hoc dicamus, Panem accepi, panem dabo: potum accepi, potum dabo: hospitium accepi, domum dabo: æger visitatus sum, salutem dabo: in carcere missus sum, libertatem dabo: panis quem dedistis consum-

A ptus est, panis quem dabo, & reficit, & non deficit. Ego, inquit tibi Deus, omnia quæ dedisti, in melius commutabo. Si ei dares libram argenti, & reciperes libram auri, quanto capereris gaudio? Inspice & interroga auaritiam. Libram argenti dedi, libram auri accipio. Quid? Simile argentum & aurum? Magis ergo inspice. Quid? Simile terra & cœlum: vt aurum & argentum? Hîc eras relicturus, tu autem hîc non perpetuo mansurus. Ego melius dabo, quia æternū dabo. In sermone xxxiiij. de resurrectione Domini. Medicina quotidianis adhibenda vulneribus, est misericordia. Si enim vis impetrare misericordiam Dei, esto misericors. Si tu negas homini cum homo sis humanitatem, negabit & tibi Deus Diuinitatem. Nequaquam indiget Deus te: tu autem
B indiges Deo. Nihil à te petit ille vt beatus sit: tu autem nisi ab eo acceperis, beatus esse non poteris. Quid ab illo accepturus es quæris? Nihil ex iis quæ condidit, sed tibi dat ad fruendū seipsum conditorem. Quid enim ex iis quæ facta sunt pulchrius & melius potest esse eo qui fecit? Si quæris quare tibi dabit: scito quod non meritis tuis. Quid enim merueris, attende peccata: audi sententiam in transgressorem latam: Terra es, & in terram ibis. Si ergo peccatoris quæris meritum, quid occurrit nisi supplicium? Obliuiscere ergo merita tua, ne tibi faciant in corde tumorem: at noli obliuisci potius, ne per superbiam repellas misericordiam. Ibidem. Homo homini filium suum plangenti compatitur amarissimè qui aliquando tale aliquid planxit. Ergo
C quantamuis duritiam cordis humani soluit similitudo miseriæ. Si ergo tu, qui aut miser fuisti, aut times ne miser sis (quandiu enim hîc viuis, & timere debes quod non fuisti, & meminisse quod fueris, & cogitare quod sis) positus in memoria præteritarum miseriarum, & in timore futurarum, & in afflictione præsentium, non misereris calamitatis hominis egentis ope tua: quomodo expectas vt misereatur tibi ille, quem nunquam tangit miseria? Tu nō das quod à Deo accepisti, & vis vt det tibi Deus ex eo quod à te non accepit? In sermone xxxj. de resurrectione Domini. In fractione panis agnoscitur Christus. Discite hospitem suscipere, vbi cognoscitur Christus. An nescitis si quem Christianum susceperitis quod Christum suscipiatis? Nonne ipse
D dicit hospes fui, & suscepistis me? Cum ergo Christianus Christianum suscipit, membra membris seruiunt: & gaudet caput & sibi imputat datum, quod membro eius fuerit erogatum. Hîc ergo pascatur Christus esuriens, potum sitiens accipiat, vestiatur nudus, suscipiatur peregrinus, visitetur ægrotus. Hoc habet necessitas itineris: sic in ista peregrinatione viuendum est vbi eget Christus. Eget in suis plenus in se. Sed qui eget in suis, & plenus est in se, egentes adducit ad se vbi non est fames, non est nuditas, non est ægritudo, non est peregrinatio, non est labor, non est dolor: scio quia ista non erunt ibi. Illud autem quod ibi inuenturi sumus, nec oculus vidit, nec

auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Amare possumus, desiderare possumus: in hac peregrinatione suspirare possumus, sed dignè cogitare, & verbis explicare non possumus nisi sicut scriptum est, Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Totum ergo negotium nostrum, laus Dei est: sed quid laudabimus si non amabimus? Ergo amabimus quod videbimus: Ipsum totum Deus est, quem laudabimus. Ibi inueniemus quod hîc cantamus alleluia, id est, laudate Dominum. Vtilis est misericordia pro futura vita. in sermone de Definitis. Facite misericordias in hoc sæculo quæ deleant peccata, vt succurrant vobis in die iudicij: quia quod manducatis, perditis: quod laboratis, relinquitis: quod verò pauperibus erogatis, hoc firmiter possidebitis. Antecedat vos misericordia vestra in die iudicij, & ipsa interpellet pro vobis in conspectu Domini, vt misericordes misericordiam consequantur. Libro quinto Homil. Homil. xviij. in principio. Cum nobis tempus est, cum Dei adiutorio in nostra potestate consistit, bona opera faciamus. Cum enim transierit tempus bene operandi, non restat nisi recipiendi. Nemo tibi dicturus est post resurrectionem mortuorum in regno Dei, Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuam: quia non inuenies esurientem, neque egentem. Nemo dicturus est, Vesti nudum: vbi omnium tunica immortalitas erit. Nemo dicturus est, Suscipe peregrinum: vbi omnes in patria sua viuēt. Nam modo sumus inde peregrini. Nemo dicet, Visita ægrum: vbi est sempiterna sanitas. Nemo dicet, Sepeli mortuum: vbi mors morietur. Ista omnia pietatis officia in vita æterna necessaria non erunt, vbi sola pax erit & lętitia sempiterna. In isto autem tempore, vt nouerimus quantum commendat Deus opera misericordiæ, ipsos sanctos suos egere fecit: vt cum fiunt hîc amici de mammona iniquitatis, recipiant & ipsi amicos suos in tabernacula æterna, id est, vt cum serui Dei pij, dum iugiter Deo vacant, aliquoties indigent, illi qui habent mundi diuitias, eleemosynas largiantur: vt quomodo eos participes faciunt in terrena substantia, sic cum illis partem merebuntur in vita æterna.

Tom. X.

Ibidem subdit. Manifestum est quod aliquando serui Dei ideo non habent, vt probentur qui habent. Super Psalmum centesimum quadragesimum tertium. Superexaltat misericordia iudicium, id est, superponitur misericordia iudicio. In quo inuentū fuerit opus misericordiæ, & si habuerit aliquid fortè in iudicio quo puniatur, tanquam vnda misericordiæ peccati ignis extinguatur. Simile est de misericordia spirituali. Ibidem. De nulla re sic vincitur inimicus, quam cum misericordes sumus. Omnino parat calumnias ad iudicium, & non potest falsa obiicere, quia non est apud quem. Si enim apud hominem iudicem nobiscum ageret, posset eum fallere mentiendo, & nos grauare criminationibus falsis. Quia verò apud talem iudicem causa nostra

Tom. VIII.

Infrà.

A cum illo est qui falli non potest: ideo ambit vt ad peccatum seducat, & habeat vera quæ obiiciat. Et vbi fortè aliquibus eius fraudibus succumbit humana fragilitas: sequatur in confessione opus humilitatis, & exerceatur in operibus misericordiæ, & pietatis. Omnia delentur, cum ex vero corde & plena fiducia dicimus illi qui videt, Dimittite nobis sicut & nos dimittimus. Libro secundo contra Epistolam Parmeniani. Peccatum quod alter in te commisit dimitte, vt tibi dimittat Deus: magnum opus misericordiæ est.

Valet misericordia pro tribulationis tempore. In Epistola ad Clerum & vniuersam plebem Hipponensem. Tempore tribulationis non minus debetis facere opera misericordiæ, sed etiam

B debetis amplius quam soletis. Sicut enim ad loca munitiora festinantius migrant qui ruinam domus vident contritis parietibus imminere: sic corda Christiana quanto magis sentiunt mundi huius ruinam crebrescentibus tribulationibus propinquare, tantomagis debent bona quæ in terra recondere disponebant, in thesaurum cœlestem impigra sceleritate transferre: vt si aliquis humanus casus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoso emigrauit: Si autem nihil tale fuerit subsequutum, non contristetur qui quandoque moriturus, immortali Domino ad quem venturus est bona propria commendauit. Valet misericordia pro fructibus terræ. In sermone quarto de aduentu ad iudicium. Ideo flagellamur in frugibus, quia egentibus non benefacimus. Dicit enim tibi Deus, Si consideras homo, interroga

C teipsum. Ego te feci, quod viuis meum est, quicquid habes ego tibi dedi, & ingratus es. Ecce ea quæ tibi dedi auferam à te: & si potes, viue sine me. Tibi dedi vt haberes. Pauperi non dedi, vt te probarē. Non quia vnde darem non habui, sed quia per pauperem te probare volui. Ego sum Deus qui diuitem & pauperem feci: per te diuitem, pauperem pascere volui: prærogatorem te in meis bonis constitui. Fac ergo misericordiam: quia nihil perdis: & me qui tibi dedi non offendis. Nec tuum solum dicas, quod ambobus dedi: nec solus comedas, quod ambobus creaui. Quod te filiis tuis fingis seruare, potest omnibus sufficere. An si tuo labore hoc habes experire. Si tuos esse putas ipsos fructus quos terra producit, proba. Ecce aufero auxilium meum: habeto tu labo-

D rem tuum. Subduco pluuiam meam, & arefaciam terram tuam. Auferam misericordiam meam: & apparebit miseria tua. Si tua est terra, mea est pluuia. Plue super terram si potes, vt producat germen suum. Si vales fac oriri solem, vt excoquat messem tuam. Ecce nunc spargo pluuiam meam, vt producat panem terra tua. Et ipsa terra non est tua, sed mea: Domini enim est terra & plenitudo eius. Valet pro admittenda oratione. Libro de eleemosyna. Neque misereri Dei misericordia poterit ei, qui misericors ipse non fuerit: aut impetrabit de Diuina pietate aliquid in precibus, qui ad preces pauperis non fuerit humanus. Propter hæc omnia. Su-

per

per Psalmum nonagesimum quintum. Si vis habere misericordiam, esto misericors: dimitte, si quid in te commissum est: da ex eo quod abundas. Et de cuius das nisi de bonis Dei? Si de tuo dares, largitio esset: cum verò de illius das, redditio est. Quid enim habes quod non accepisti? Hæ sunt hostiæ Deo gratissimæ, misericordia, humilitas, confessio, pax & charitas. Has apportemus, vt securi expectemus aduentum iudicis, qui iudicabit orbem terrarum in æquitate.

Omnibus exhibenda est misericordia, etiam inimicis. Libro primo de doctrina Christiana, capite trigesimo. Nullum exceptum esse cui misericordiæ denegetur officium, quis non videat? quando vsque ad inimicos etiam porrectum est eodem Domino dicente, Diligite inimicos vestros, & benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij &c. Super Psalmum centesimum secundum. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Non ergo putet aliquis futuram in se esse misericordiam Dei, si non est ipse misericors. Sed audi quæ sit mensura misericordiæ, ne quasi in amicum sit, & non sit in inimicum. Dictum est, Diligite inimicos vestros. Satiari vis bonis Dei, satiata sit in te misericordia Dei. Plena misericordia, ipsa est perfecta misericordia: ipsa est quæ amat, quæ diligit etiam habentem se odio. Nam quid faciam, inquis? Si cœpero diligere inimicum meum, iniurias accipiam, & iniurias perferam, & non me vindicabo cum adsint leges. Iustum est, vt vindices te. Conceditur, quia iustum est. Vide vtrum in te non habeas quod in te vindicetur, & vindica: Sic enim dicis, Ita ne me non vindicabo, quasi Deus iustitiam vindictæ reprimat, & non superbiam vindicantis extingat? Super Psalmum centesimum decimum octauum, sermone octauo. In facienda misericordia neminem alienum putandum est ab eo qui diligit proximum. Sed multi nec seipsos nouerunt: quia & seipsum nosse quemadmodum homo sibi debet innotescere, non omnium hominum est. Quomodo ergo diligit proximum tanquam seipsum, qui nescit seipsum? Quapropter vt sciamus diligere Deum, sciendus est Deus: & vt sciat homo diligere proximum tanquam seipsum, prius debet diligendo Deum, diligere seipsum: quod non poterit scire si nescit Deum, si nescit & seipsum. Sed non valet misericordia extra fidem catholicam. Libro duodecimo, de Trinitate, capite septimo. Opera misericordiæ nihil prosunt siue Paganis, siue Iudæis qui in Christum non credunt, siue quibuscunque hæreticis vel schismaticis, vbi fides & dilectio & sobria sanctificatio non inuenitur. Non valet si est coacta. In tractatu de oratione & misericordia, circa principium. Non est illa misericordia deputanda, quæ clamoribus extorquetur: aut non ille mercedem operis sui percipit, qui diu se patitur deprecari. Quando non id effecit Dei mandato, sed precibus præstitit: misericordiam suam lachrymis vendidit.

MISSIO. Super Ioann. sermo.xxxix. Missio verbi est incarnatio. Libro supputationum, parte prima, cap. ij. Qualiter humano generi in fine sæculorum subuenire dignatus es, sicut corde credo ad iustitiam, ita ore coram te confiteor ad salutem. Tu quidem pater Deus solus, nunquam legeris missus: de filio autem tuo ita scribit Apost. Cum venit plenitudo tẽporis, misit Deus filiũ suũ. Cum dicit, Misit: satis ostendit quia in hunc mundum missus aduenit, cum de beata Virgine natus, verus & perfectus homo in carne apparuit. Sed quid est quod de illo Euangelistarum pręcipuus ait, In mundo erat, & mundus per ipsum factus est? Illuc ergo missus est per humilitatem, vbi semper fuit & est per Diuinitatem: quam videlicet missionem opus esse totius Trinitatis toto corde & ore confiteor.

MITIS. Libro primo de sermone Domini in monte, capite secundo. *Tom.IIII.* Mites sunt qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum. Rixentur ergo immites, & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus. Beati autem mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram, de qua pelli non possunt. In secunda Epistola ad Macedonium. *Tom.II. Epist.54.* Vir bonus quanto melior, tanto mitior: quanto fuerit celsior potestate, tanto humilior pietate. Libro de salutaribus documentis. Vir mitis & benignus, & si patiatur malum, *Tom.IIII.* pro nihilo ducit. Iniquus autem & paruum malum audiens à proximo suo, contumeliam arbitratur. Qui charitate plenus est, tranquillo animo & serenissimo vultu procedit. Vir odio plenus ambulat iracundus.

MODESTIA. Libro de beata vita. *Tom.I.* disputatione tertia. Modestia dicta est à modo: & à temperie temperantia. Vbi autẽ modus est atq; temperies, nec plus quicquam nec minus. Ipsa est plenitudo, quæ egestati magis est contraria, quam abundantia. In abundantia enim intelligitur affluentia & quasi rei nimium exuberantis effusio. Quod cum euenit vltra quam satis est, etiam ibi desideratur modus: & res quæ nimia est, modo & mensura eget. Ergo nec ab ipsa redundantia egestas *Abũdãtia.* est aliena: à modo autem, & plus & minus aliena *Modus.* sunt. Ipsa autem opulentia si discutias, inuenies eam nihil aliud tenere, quam modum. Nam non nisi ab opere, dicta est opulentia: quomodo autem opitulatur quod nimium est, cum incommodius sit sæpe quam parum? Quicquid igitur vel parum vel nimium est, quia modo eget, obnoxium est egestati. Modus ergo animi est sapientia. Etenim sapientia contraria stultitiæ non negatur, & stultitia egestas, egestati autem contraria est plenitudo. Sapientia igitur plenitudo. In plenitudine autem est modus. Modus ergo animi in sapientia est. Vnde illud præclarum est,

Terent. in And. & non immerito diffamatur hoc primum in vita esse vtile, Vt ne quid nimis. Commendat eam modestiam verbo Tullij, in eodem libro & disputatione. *Suprà. Cicero.* Tullius in populari oratione ait, Vt volet quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam iudico. Prorsus doctisimè ac docentisimè.

Tom.I. MODVS. Libro de beata vita, disputatione tertia. Summus modus necesse est vt verus modus sit. Vt igitur veritas modo gignitur, ita modus veritate cognoscitur. Neque enim veritas sine modo, neque sine veritate modus vnquam fuit. *Tom.VI.* Libro de natura boni, capite vigesimo secundo. Omnia moderata, modesta, modificata, dici sine laude non possunt: quia omnis modus, inquantum modus, bonus est. Vnde in eodem libro, capite trigesimo septimo. Si custodiant omnes naturæ modum, speciem & ordinem proprium, nullum erit malum. *Tom.I.* Sed vt dicit, libro de moribus Ecclesiæ. Difficilimum est hîc tenere optimum vitæ modum, & animum pacatum atque tranquillum. A modo dicitur modicum. Libro quarto de doctrina Christiana, capite decimo o*Tom.III.*ctauo. Modica, moderata dixerunt. Modicis enim modus nomen imposuit. Nam modica pro paruis abusiuè non propriè dicimus.

Tom. VI. MOSES. Describitur & commendatur. Libro vigesimo secundo contra Faustum, capite sexagesimo nono. Mosen famulum Dei viui, Dei veri, Dei summi fabricatoris cœli & terræ, Hunc, inquam, Mosen *Mosi cōmēdatio.* humilem in recunctando tam magnum ministerium, subditum in suscipiendo, fidelem in seruando, strenuum in exequendo: in regendo populo vigilantem, in corrigendo vehementem, in amando ardentem, in sustinendo patientem: qui pro eis, quibus præfuit, Deo se interposuit consulenti, opposuit irascenti. Hunc itaque talem ac tantum virum, amamus, & admiramur, & quantum possumus imitamur. *Tom.IIII.* Quod fuerit sacerdos. Libro quæstionum, super Leuiticum, quæstione vigesima tertia. Cum videatur ab Aaron cœpisse summum sacerdotium, quid putemus fuisse Mosen? Si ergo sacerdos non fuit, quomodo per illum omnia illa gerebantur? Si autem fuit, quomodo summum sacerdotium ab eius fratre cœpisse definimus? Quanquam etiam Psalmus ille, vbi dictum est, Moses & Aaron in sacerdotibus eius: auferat dubitationem, quod sacerdos fuerit & Moses: vestem tamen illam sacerdotalem, quæ magnum continet sacramentum, Aaron iubetur accipere & successores eius summi sacerdotes.

Tom.VI. Quod fuerit fortis. Libro contra quinque genera hæresum. Moses Diuino imperio tumentis ponti fluctuosissimas vndas vnius virgæ percussu traiiciendo populum, aridos vertit in campos. *Tom.III.* Quod Deum viderit. libro duodecimo super Genesim, capite vigesimo septimo. Nisi concupitam & desideratam Dei charitatem

A Moses videre meruisset: non in libro Numerorum diceret Deus ad Aaron & Mariam fratres eius, Audite fratres eius, audite verba mea. Si fuerit Propheta inter vos, in visione illi cognoscar, & in somnio loquar illi: non ita quomodo famulus meus Moses in tota domo mea fidelis est, Os ad os loquar ad illum in specie, & non per ænigmata, & claritatem Domini vidit. Neque hoc secundum substantiam corporis, quæ carnis sensibus præsentatur, intelligendum est. De eius facie gloriosa. Lib. primo quæstionum Veteris & Noui testamenti, quæstione octaua. Moses accepta potestate in peccatores cum honorificentia descendit de monte, facie gloriosa. Lex enim contra peccatores data est. Moses ergo quia non peccauerat gloriosus apparuit, & in tātum, B vt à peccatoribus videri non posset. Ostensum est enim in eo, quia peccatores gloriam Dei non merentur aspicere. Sed de prædicta facie velata. libro tertio, de verbis Domini, sermone duodecimo. Personam Christi gerebat Moses: & ideo velum ante se ponebat, quando loquebatur populo: quia quandiu illi in lege carnalibus gaudiis & voluptatibus dediti erant, & regnum terrenum quærebant, velamen positum erat contra faciem eorum: ne viderent Christum in scripturis. Ablato enim velamine postquam passus est Dominus, visa sunt secreta templi. Ideo cum in cruce penderet, scissum est velum templi à summo vsque deorsum: Et aperte dicit Apostolus, Cum autem transieris ad Christum, auferetur velamen. Qui autem non transierit ad Chri- C stum, quamuis legat Mosen, velamen est positum super cor eius. De eius autem dubitatione. Libro decimo sexto contra Faustum. Arguitur Moses voce Diuina, quod eius fides ad quam de petra eliciendam aliquātulum titubauerit: quod ei cum peccato Petri potest esse commune, qui in medijs fluctibus simili fidei defectu dubitauit. Verumtamen absit vt hinc credamus eum esse alienatum ab æterna societate piorum, qui cum sancto Helia, sicut Euangelium loquitur, Meruit clarificato in monte Domino assistere.

Ibidem infra. Sicut Moses petram virga percutiens, de Dei virtute dubitauit: ita ille populus qui sub lege per Mosen data tenebatur, Christum ligno crucis affigens, eum virtutem Dei esse non credidit. Sed sicut percussa petra manauit D aqua sitientibus, sic plaga Dominicæ passionis effecta est vita credentibus. Et infra subdit ibidem de eius doctrina siue lege. Super cathedram Mosi sederunt Scribæ, & Pharisæi, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere. In his Dominicis verbis vtrunque debetis aduertere: & quantus honor delatus sit doctrinæ Mosi, in cuius cathedra etiam mali sedentes, bona docere cogantur: & vnde fieret proselytus filius gehennæ, non scilicet, à Pharisæis verba legis audiendo, sed eorum facta sectando. Sed quare non intrauit terram promissionis. Libro quæstionum, super Iosue, quæstione prima. In Mose

qui non

qui non intrauit terram promissionis: datur intelligi Dominum etiam bonis seruis suis in aliquo succensentem etiam temporaliter vindicare, & tamen in eorum habere numero, qui sunt in domo eius vasa in honore vtilia Domino, quibus daturus est promissa sanctorum. Aliter dicit in tractatu secundo de pœnitentia. Voluit Deus vt non per Mosen, sed per Iesum: id est non per legem, sed per gratiam populus terram promissionis intraret: vt Christum figuraret & cœlestem patriam.

MOLESTIA. Libro octogesimo tertio quæstionum, quęstione sexagesima sexta. Satis apparet quandiu in hac vita sumus, non deesse molestias per mortalem carnem, neque titillationes quasdam delectationum carnalium. Quamuis enim non cedat, qui sub gratia constitutus, mente seruit legi Dei, tamen carne seruit legi peccati.

MONACHVS. De nomine monachi ac eius significato. Super Psalm. centesimum trigesimum secundum. Nos appellamus monachos, cum dicit Versus, Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Μόνος enim, vnus dicitur. Et non vnus quomodocunque: nam & in turba vnus est, sed vna cum multis vnus dici potest, μόνος nō potest, id est, solus: μόνος enim, vnus solus est. Qui ergo sic viuunt in vnum vt vnum hominem faciant, vt sit illis verè quod scriptum est, Vna anima & vnum cor: multa corpora, sed non multa corda: rectè dicitur μόνος, id est, vnus solus. Vnde ille vnus sanabitur in piscina. Respondeant nobis & exponant qui insultant nomini monachorum, quare ille qui inuentus est triginta octo annos habens in infirmitate, hoc respondisset Domino: Cum mota fuerit aqua non habeo qui me deponat, alius ante me descendit. Descenderat vnus, iam alius non descendebat. Vnus solus sanabatur, vnitatem Ecclesiæ figurabat. Meritò insultant nomini vnitatis, qui se ab vnitate præciderunt. Merito illis displicet nomen monachorum, quia nolunt in vnum habitare cum fratribus. Vnde super eūdem Psalmum, circa principium. Consideremus vtrum de omnibus Christianis dictum sit, Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum: an aliqui sint certi atque perfecti qui habitant in vnum: nec ad omnes pertineat ista benedictio, sed ad quosdam à quibus tamen descendat ad cæteros. Ista enim verba Psalterij, iste dulcis sonus, ista suauis melodia, tam in cantico, quam in intellectu, etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt. Iste versus fuit tuba ipsorum, sonuit per orbem terrarum, & qui diuisi erant, congregati sunt in vnum. Clamor Dei, clamor Spiritus sancti, clamor Propheticus non audiebatur in Iudæa: & auditus est in orbe terrarum. Ideo sic incipit suam regulam. Ante omnia, fratres charissimi, diligatur Deus, deinde proximus: A quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Hæc igitur sunt, quæ vt obseruetis præcipimus in monasterio constituti. Primùm propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis cor vnum, & anima vna in Deo. Propterea dictus fuit ipse Augustinus institutor eorum. Libro tertio contra Petilianum, post medium. Perrexit ore maledico Petilianus in vituperationem monasteriorum & monachorum, arguens etiam me, quod genus huius vitæ à me fuerit institutum: quod genus vitæ omnino quale sit, vel potius toto orbe notissimum, nescire se fingit. Debet in monacho esse obedientia. In sermone de obedientia. In vobis summa & sola virtus est obedientiæ. Si ieiu- B naueritis diebus ac noctibus, orationémque feceritis, siue sacco fueritis humiliati vel cinere, si nihil aliud feceritis nisi quod præceptum est in lege, & tibi fueris quasi sapiens & non obediens patri: omnes virtutes tuas perdidisti. Vna obedientia plus valet quam omnes virtutes. Ieiunium, vel continentia, nisi diligenter attenderis, superbiam tibi facit. Superbia autem est inimica Deo: & nihil sic odit Deus quomódo superbiam. Quicunque non obedit, non facit de sanctitate, sed de superbia. Ideo enim non obedit, quia meliorem se putat illo cui non obedit. Omnia peccata Deus habet odio, & superbiam magis. Qui fornicatur potest aliquando dicere, vicit me caro mea: superauit me adolescentia mea: non dico quod hoc facere debeat, quia hoc habet odio Deus: sed quicunque peccauerit, potest se excu- C sare. Verbi gratia, de furto. Propterea, inquit, furtum feci, quia algebam, quia fame moriebar, quia ægrotabam. Superbus verò quid dicere potest? Ideo magnum malum est, quia excusationem non habet. Cætera verò vitia ei nocent qui ea committit, sed superbia plus omnibus nocet. Superbus semper sibi sapiens videtur. Si quis de fratribus dederit ei consilium, non eum dignabitur audire, quia sapientiorem se putat: quasi dicat, Ego sum sapientior, & tamen mihi das consilium? Et licet non dicat, tamen ex eo quod contemnit sic in corde suo loquitur. Qui superbiam habet, forsitan alias habet virtutes, imo non habet, sed habere videtur. Qui enim hoc habet quod Deo est contrarium, quomodo potest aliquid habere quod Deo sit amicum? Et ideo mo- D nachus si superbus est, multo ei melius esset si monachus non foret. Simpliciter dico, & libera fronte. Quicunque superbus est, melius ei erat ad comparationem mali, vt omnia alia vitia haberet: quia ex aliis malis inclinaretur ad pœnitentiam, & consilium salutis non despiceret: Si autem post peccata ageret pœnitentiam, vtique Dei misericordiam mereretur. Qui autem superbus est, omnium malorum habet principium: & non agit pœnitentiam pro malis suis, tanquam iustus sit. Propterea Deo superbia est contraria, quia ei non vult esse subiecta. Et infra subdit ibidem. Propterea venimus ad monasterium, &

sæculi libertatẽ perdidimus, vt seruitutem Christi accipiamus. Debent monachis esse omnia
Tom II. Epist. 109. cõmunia. vnde in regula, & habetur in Decr. xij. quæst. j. Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia cõmunia. Et distribuatur vnicuiq; vestrum à præposito vestro, victus & tegumentum: non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes: sed potius vnicuique sicut cuique opus fuerit. Et infra subdit. Qui aliquid habebant in sæculo, quando ingressi fuerint monasterium, libenter velint illud esse commune: Qui autem non habebant, non ea quærant in monasterio, quæ nec foris habere potuerunt. Sed tamen infirmitati eorum quod opus est tribuatur, etiã si paupertas eorum quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire. Non tamen ideo putent se esse fœlices, quia inueniunt victum & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt: nec erigant ceruices, quia associantur eis ad quos foris accedere non audebant: sed sursum cor habeant, & terrena vana non quærant: ne incipiant monasteria vtilia esse diuitibus, non pauperibus: si diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. In serm. ij. ad Iouinianum monachũ. Intelligimus, ô monache quid petas. An ignoras? Audi ergo terram fluentem lac & mel vitam æternam. Hanc require. Illud pete quod à te auferri non possit. An forsitam petis facultates huius sæculi perituras ac sordidas, & pro honore huius sæculi multũ suspiras, feruens & anxius in amo-
Peculiaritatis, antiquè satis dixit. re peculiaritatis, & delectaris multiplicare argentum, & ditari in vestibus, vt appareas in oculis hominum gloriosus pro omnibus diuitiis tuis? huc atque illuc mens tua discurrit? Et gemes ô miser de malis ac caducis rebus quas cõgregas: quia cũ ipsis omnibus demergeris in profundum inferni. Forsitan times ne pecuniam amittas, & non metuis animam tuam infernali pœna detrudi. Ecce enim cœlorũ regnum promissum est tibi. Ecce vita æterna præparata est tibi. Et non exardescis ô homo pro tali regno: & non suspiras pro vita æterna quæ tibi promissa est: & non contremiscis pro supplicio quod tibi paratum est pro nequissima delectatione pecuniarum, vel vestiũ,
Mat. 25. vel lucro appetendo. Audi nunc vocem Domini tui dicentis, Venite benedicti patris mei percipite paratum vobis regnum ab origine mundi. Audite hoc fratres charissimi, & tale regnum amate, pro tali speciosa patria suspirate. Amorem pecuniæ, vel vestium affluentiam, vel peculiaritatem radicitus de cordibus vestris festinate euellere. Si hæc enim caduca quæ inimica sunt animæ amaueritis, ad illam cœlestem patriam peruenire minimè potestis. Ecce fratres, multi fortè ex vobis qui hoc morbo detinentur dicunt. Ego ad Ecclesiam curro, genua flecto, in orationibus persisto, vigil permaneo. Ergo quod bonum est confiteris, & quod malum est furtim abscondis. Ecce concupiscis rem peculiarem, delectaris in amore pecuniæ, locupletaris in vestibus vt orneris, & congregas sordidissimas res & caducas,

A sicut ij qui congregant vxoribus & filiis: & super iis malis inuides, detrahis, odis, superbis: huc illucque discurris vt fratri tuo nocere possis. Si ergo cum his malis actibus ad Ecclesiam curris, & non prius te per pœnitentiam ablueris, nihil boni in Ecclesia consequeris, sed magis Dei iram incurris. Melius est enim tibi dormire, quam in Ecclesia vigil assistere, & odio habere fratrem tuum, aut detrahere, aut nocere. Si malum facis, ad Ecclesiam confuge, pœnitentiam agere festina, & malum quod perpetrasti ne vlterius incurras ingemisce: & tunc securus poteris dicere, Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Hoc est vnum Deum diligere & nihil præter illum: neque alium plus illo amare. Vnde de ipso. Sermo-
B ne primo de communi vita clericorum. Nostis omnes aut penè omnes, sic nos viuere in ea domo quæ dicitur domus Episcopi, vt quantum possumus imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apostolorum, capite secundo & quarto. Nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia. Et in eodem sermone circa medium. Sanè hoc etiam nouerit charitas vestra dixisse me fratribus meis qui mecum manent, vt quicunque habet aliquid, aut vendat & eroget, aut donet, & commune illud faciat. Ecclesiam habet, per quam nos Deus pascit. Et dedi dilationem vsque ad Epiphaniam, propter eos qui vel cum fratribus suis non diuiserunt. Faciant inde quod volunt, dum tamen sint pauperes me-
C cum, simul expectantes Dei misericordiam. Si autem nolunt qui fortè nolunt: certè ego sum qui statueram, sicut nostis, nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere: aut si vellet discedere à proposito, rectè illi tollerem clericatum: quia desereret sanctæ societatis promissum cœptúmque consortium. Ecce in conspectu Dei & vestro, muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus & Ecclesia eius, maneant vbi volunt & vbi possunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas. Malum enim esse quis nesciat? Malum est cadere à proposito, sed peius est simulare propositum. Ecce dico, audite. Qui societatem communis vitæ iam susceptam, quæ laudatur in Apostolorum Acti-
D bus, deserit, à voto suo cadit: à professione sua sancta cadit. Obseruet iudicem, scilicet Deum, non me. Ego enim nõ aufero clericatum. Quantum sit periculum, ante oculos eius posui: faciat quod vult. Noui enim quia si aliquem hoc facientem degradare voluero, non ei deerunt patroni: non ei deerunt suffragatores: & hîc & apud Episcopos qui dicant, Quid mali fecit? Non potest tecum tolerare vitam istam. Extra Episcopatum vult manere, & de proprio viuere, ideo non debet perdere clericatũ. Ego scio quantũ mali sit profiteri sanctũ aliquid, nec implere. Vouete, inquit, & reddite Do

te Domino Deo vestro. Et, Melius est nō vouere quā vouere & non reddere. Virgo etsi nunquam fuit in monasterio, & virgo sacra est, nubere illi nōn licet, quamuis esse in monasterio non cōpellitur. Si autem cœperit esse in monasterio & deseruit, & tamen virgo est: dimidia ruit. Sic & clericus duas res professus est, & sanctitatem, & clericatum. Interius sanctitatem: nam clericatum propter populum suum Deus imposuit ceruicibus ipsius: magis onus est quam honor. Si quis sapiens est, intelliget hæc. Ergo professus est sanctitatem, professus est communiter viuendi societatem: professus est quam bonum & quam iucūdum habitare fratres in vnum. Si ab hoc proposito ceciderit, & extra manens clericus fuerit: dimidius & ipse cecidit. Quid ad me? non eum iudico. Si foris seruat sanctitatem, dimidius cecidit: si verò intus habuit simulationem, totus cecidit. Nolo hanc necessitatem simulādi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo volenti mecum communiter viuere: habet Deum qui mecum manere vult. Si paratus est pasci à Deo per Ecclesiam ipsius, nō habere debet aliquid proprium: sed aut erogare pauperibus aut in commune mittere mecum. Qui hoc non vult, habeat libertatem, & videat vtrum habere possit fœlicitatis æternitatem. Sed spero bona de fratribus meis. Omnes mihi libenter obediunt, nec inuenturus sum aliquos habere aliquid nisi aliqua necessitate religionis, non occasione cupiditatis. In ij. sermo. de eadem re. Ipsi qui nullas habent facultates, finierunt mundi cupiditates. Viuunt nobiscum in societate communi, & nemo eos distinguit ab eis qui aliquid attulerūt. Charitatis vnitas, est præponenda terrenæ commodo hæreditatis. Vnde in regula. Epistola centesima nona. Omnes vnanimiter & concorditer viuite, & honorate in vobis inuicem Deum cuius templa facti estis. Tamen vt dicit ibidem infra. Ne contingat detestanda peruersitas, vt in monasterio vbi quantum possunt fiunt diuites laboriosi, fiant pauperes delicati. De eorum moribus atque vita. Libro de moribus Ecclesiæ. capite trigesimo primo. Quisquis non miretur & prædicet eos, qui contemptis atque desertis mundi huius illecebris, in omnem vitam sanctissimam & iustissimam congregati simul ætatem agunt: viuentes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus: nulla superbia tumidi, nulla pertinacia turbulenti, nulla inuidia liuidi: sed modesti, verecundi, pacati, concordissimam vitam & intentissimam in Deum agunt, & gratissimum munus ipsi offerunt, à quo ista posse meruerunt. Nemo quicquam possidet proprium, nemo cuiquā onerosus est. Ij verò qui eis præsunt, quos patres vocant, non solum sanctissimi moribus, sed etiā diuina doctrina excellentissimi, omnibus rebus excelsi, nulla superbia consulunt iis quos filios appellant: magna sua in iubendo authoritate, magna filiorum in obtemperando voluntate.

A A quibus sanctis ista sumpserunt principia. In sermone de instructione monachorum. Longum est in scripturarum campo omnium sanctorum virtutes laudare, in quibus omnium monachorum vita potest instrui. Fratres dilectissimi, si vobis amor parentum vel amicorum carnalium ad memoriam redierit, imitari studete vaccas quæ arcam Domini portantes, in Bethaniis pergunt: quarum filij domi recluduntur, vt ob eorum amorem à recto itinere non declinent. Quibus corda fidelium, maximéque monachorum designantur: qui quamuis affectum parentum sentiant: à cœpto tamen itinere gressus non deflectunt. Heliam quoque & Helisæum, filiósque Prophetarum, quos constat veraciter veteris testamenti monachos fuisse, imitari curate. Melius est enim cum Helia Carmelum, & cum Helisæo ac filiis Prophetarum Iordanis ripas frequentare, quam cum quibusdam Israëliticis carnalibus Betel & Samariam & Bersabee ciuitates inhabitare. Melius est cum Helia in deserto subcineritium accipere panem & vas aquæ, quam post monachi professionem delicias desiderare carnales. Melius est etiam vobis cum Helia Dominicas audire blanditias, cui Dominus ait, Quid hic agis Helia? quam cum Israëliticis obiurgari, quos per Propheticas voces Dominus arguit, quod recesserint à vestigiis patrum suorum. Nullus denique vestrum ignorat melius esse cum filiis Prophetarum aridis oleribus vesci, quam cum diuitiis Giezi varietate lepræ fœdari. Rechabitæ verò qui quantum in eis fuit, in veteri testamento vitam monasticam duxerunt, eo quod præcepto patris sui Ioiadab obedierunt, à Domino collaudantur. Ipsi enim, sicut Hieremias Propheta narrat, præcepta patris sui seruare curauerunt. Præcepit nanque eis vt vinum non biberent, & domos non ædificarent, & vineas non plantarent, & remota cæterorum hominum conuersatione seorsum viuere studerent: qui & ita præcepta patris sui seruauerunt, quousque post hostium incursum licentiam habuerunt. Babylonico enim exercitu appropinquante Hierusalem sunt ingressi. Hos Rechabitas dilectissimi fratres imitari studete: vt sicut illi præcepta patris sui seruauerunt, & vos præceptis regularibus, & monitis magistrorum spiritualium sitis obedientes. Deueniamus ergo ad monachum noui testamenti Ioannem, scilicet Baptistam: qui propter sanctitatem & munditiam vocatus est à Domino Angelus: propter ariditatem vitæ potest dici monachus: quem nos dicere possumus Angelum terrenum, & hominem cœlestem: quem Dominus plus quam Prophetam esse dicit: quem à vento agitatam arundinē, & mollibus vestitum, negat: qui ab Angelo in spiritu & virtute Helię Dominū præcursurus prędicatur: & vt ab ipso Domino Deo dicitur, Si vultis scire, Ioannes ipse est Helias. Hos enim duos viros ma

gnificos exordium monaſtici ordinis prætuliſſe A
credimus: quorum vnus: vt legimus, igneis equis
in cœlum eſt raptus: alter verò ante prophetaſ-
ſe quàm natus. Quorum exempla, fratres chariſ-
ſimi, in ordine monaſtico, quia imitari cœpiſtis,
debetis ſolicitè curare vt ab eius recto tramite,
id eſt, monaſtica vita, nullatenus recedatis. Qui
enim ait, Parate viam Domino, rectas facite ſe-
mitas Dei veſtri: omnes deflexiones à recto iti-
nere excludit. Hos ſequuti ſunt Paulus, & Anto
nius, & multi huius propoſiti ſectatores: qui id-
circo laudibus extolluntur, quia à cœpto itinere
nullatenus leguntur deuiaſſe. Qui ergo eorum
frui conſortio in æterna patria deſiderat, & ma-
iores pugnæ curſus in hac vita quam alij fideles
ſuſcipit, ſciat ſe, ſi legitimè certauerit, ad maio-
ra præmia peruenturum. Tamen vt omnibus B
occaſionibus excluſis, à tramite recti itineris nō
recedat, hæc eſt via de qua ait Propheta, Non
declinabitis neque ad dexteram, neque ad ſini-
ſtram. Hanc viam profitentur Iſraëlitæ ſe per-
recturos, dum dicunt, Via regia gradiemur. Ne-
Tom. I. quaquam igitur tepidè, ſed ardenter in hac vita
nobis incedendum eſt. Sed quales debent eſſe
exēpla, dicit in regula. Quando proceditis, am-
bulate ſimul: cum veneritis, quo itis ſimul ſta-
te. In inceſſu, in ſtatu, in habitu, in omnibus mo-
tibus veſtris, nihil fiat quod cuiuſquam offendat
aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem.

Et in eodem infra. Nec eant ad balnea, ſiue
quocunque ire neceſſe fuerit, minus quam duo
vel tres. Et ille qui habet aliquo eundi neceſsita-
Cap. 28. tem, non cum quo ipſe ire voluerit, ſed cum quo C
Tom. III. præpoſitus iuſſerit ire debet. Vnde intus &
extra debent eſſe ſine ſcandalo. Libro de opere
monachorum. O ſerui Dei, milites Chriſti, ita ne
diſsimulatis callidiſsimi hoſtis inſidias, qui bo-
nam veſtram famam, tam bonum Chriſti odo-
rem, ne dicant animæ bonæ, Poſt odorem vn-
guentorum tuorum curremus, & ſic laqueos e-
ius euadant, omnimodo cupiens obſcurare pu-
toribus ſuis, tam multos hypocritas ſub habitu
Reliquia. monachorum vſquequaque diſperſit, circũeun-
tes prouincias, nuſquam miſſos, nuſquam fixos,
nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes. Alij mem-
bra martyrum, ſi tamen martyrum, vendicant:
alij fimbrias & phylacteria ſua magnificant: alij
parentes vel conſanguineos ſuos in illa vel in il
la regione ſe audiſſe viuere, & ad eos pergere D
mentiuntur: & omnes petunt, omnes exigunt,
aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ pre-
tium ſanctitatis. Cum interea vbicunque in fa-
ctis ſuis malis deprehenſi fuerint, vel quoquo
modo innotuerint, ſub generali nomine mona-
chorum, veſtrum propoſitum blaſphematur,
tam bonum, & tam ſanctum, quod in Chriſti no
mine cupimus, per omnes terras pullulare. Nón-
ne ergo inflammamini zelo Dei? Nónne conca-
leſcit cor veſtrum intra vos, & in meditatione
veſtra exardeſcit ignis, vt iſtorum mala opera
bonis perſequamini, vt eis amputetis occaſio-
nem turpium nundinarũ, quibus exiſtimatio ve

A ſtra læditur, & infirmis offendiculum ponitur?

Delinquens monachus humiliter debet por-
tare correctionem. Vndè dicit in regula. Conui-
ctus ſecundum arbitrium præpoſiti, vel etiam
presbyteri, ad cuius diſpenſationem pertinet,
debet emendatoriam ſubire vindictam. Quam ſi
ferre recuſauerit, etiam ſi inde non abſceſſerit,
de veſtra ſocietate proiiciatur. Non enim hoc fit
crudeliter, ſed miſericorditer: ne contagione pe-
ſtifera plurimos perdat. Debet humiliter exe-
qui impoſitam ſibi miniſtrationem. in Epiſtola
ad Eudoxium abbatem, & qui cum eo ſunt fra-
tres, quæ allegatur in Decre. decima ſexta quæ-
ſtione prima. Vos autem fratres exhortamur in
Domino vt propoſitum veſtrum cuſtodiatis, &
vſque in finem perſeueretis: ac ſi qua opera ve-
B ſtra mater Eccleſia deſiderauerit, nec elatione a-
uida ſuſcipiatis, nec blandiente deſidia reſpua-
tis, ſed miti corde obtemperetis Domino, cum
manſuetudine portantes eum qui vos regit, qui
dirigit mites in iudicio, qui docet manſuetos
vias ſuas. Nec veſtrum otium neceſsitatibus Ec-
cleſiæ præponatis, cui parturienti ſi nulli boni
miniſtrare vellent, quomodo naſceremini non
inueniretis. Sicut autem inter ignem & aquam
tenenda eſt via, vt nec exuratur homo, nec de-
mergatur: ſic inter apicem ſuperbiæ & voragi-
nem deſidiæ iter noſtrum temperare debemus,
ſicut ſcriptum eſt, Non declinantes neque ad
dexteram neque ad ſiniſtram. Sunt enim qui-
dam qui dum nimis timent ne quaſi in dexteram
rapti extollantur, in ſiniſtram lapſi demergun-
C tur. Et ſunt rurſus qui dum nimis ſe auferunt à
ſiniſtra, ne torpida vacationis mollitie ſorbean-
tur, ex altera parte iactantiæ faſtu corrupti at-
que conſumpti, in fumum fauillámque euane-
ſcunt. Sic dilectiſsimi diligite otium, vt vos ab
omni terrena delectatione refrænetis, & memi-
neritis nullum locum eſſe vbi nō poſsit laqueos
tendere qui timet ne reuolemus ad Deum, & ini
micum omnium bonorum, cuius captiui fui-
mus vindicemus, nullámque eſſe nobis requiem
perfectam cogitemus, donec tranſeat iniqui-
tas, & in iudicium iuſtitia cōuertatur. Item cum
aliquid ſtrenuè atque alacriter agitis & impi-
grè operamini, ſiue in orationibus, ſiue in ieiu-
niis, ſiue in eleemoſynis, vel tribuentes aliquid
indigentibus, vel donātes iniurias, ſicut & Deus
in Chriſto donauit nobis, ſiue edomantes per-
D niciosas conſuetudines, caſtigantéſque corpus,
& ſeruituti ſubiicientes, ſiue ſufferentes tribula-
tionem, & ante omnia voſmetipſos inuicem in
dilectione: quid enim ſufferat qui fratrē nō ſuf-
fert? ſiue proſpicientes aſtutiam atque inſidias
tentatoris, & ſcuto fidei iacula eius ignita re-
pellentes & extinguentes, ſiue cantantes & pſal-
lētes in cordibus veſtris Domino, vel vocibus à
cordis nō diſſonis, omnia in gloriā Dei faciētes,
qui operatur omnia in omnibus. Atq; ita ferueti
ſpiritu, vt in Domino laudetur anima veſtra: ipſa
eſt enim actio recti itineris, quæ oculos ſemper
habet ad Dominũ, quoniā ipſe euellet de laqueo
pedes

pedes. Talis actio frangitur negotio, nec frigida est otio, nec turbulenta, nec marcida est, nec audax, nec fugax, nec præceps, nec iacens. Hoc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Desertores autem monasteriorum, ad curam animarum poni non debent. In Epistola septuagesima sexta ad Aurelium Episcopum Carthaginens. & allegatur in Decretis vt supra. Legi Epistolam benignitatis tuæ de Donato & fratre eius, & quid responderem, diu fluctuaui. Sed tamen etiam atque etiam cogitanti quid sit vtile saluti eorum quibus nutriendis in Christo seruimus, nihil mihi occurrere aliud potuit, nisi nō esse istam viam dandam seruis Dei, vt facilius putent se eligi ad aliquid melius si facti fuerint deteriores. Et ipsis enim facilis lapsus, & ordini clericorum fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorū ad militiam clericatus eligantur, cum ex iis qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores ac meliores, in clerum assumere soleamus: nisi fortè, vt vulgares dicunt, Malus choraula, id est, in choro primus, bonus symphoniacus est: ita iidem ipsi vulgares de nobis iocabuntur, dicentes, Malus monachus, bonus clericus est. Nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiam monachos erigimus, & clericos tam graui contumelia dignos putamus, in quorum numero sumus, cum aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, & tamen desit instructio necessaria, aut personæ regularis integritas. Sed de istis credo arbitrata sit beatitudo tua, quod nostra voluntate, vt suis potius corregionalibus vtiles essent, de monasterio recessissent, sed falsum est, sponte enim abierunt, sponte deseruerunt, nobis quantum potuimus pro eorum salute renitentibus. In Epistola ad Quintianum. Recedenti concilio statutum est, vt de aliquo monasterio qui recesserint vel proiecti fuerint, non fiant alibi clerici, aut præpositi monasteriorum. Debent monachi non otiose viuere. require supra cap. Labor. In Homil. super illud Apocal. Vtinam frigidus esses, &c. Sunt aliqui qui opes terrenarum facultatum dimittunt, & ad monasterium venientes habitum religionis sumunt, deinde torpentes hoc sibi ad salutem sufficere credunt, quod sua dimiserunt, quod varia crimina sub habitu religionis constituti non admittunt, atque idcirco dormiunt, bibunt, & secure viuunt, dúmque hoc faciunt, tepidi existūt. Melius fuerat illis vt in sæculo morarentur, & peccata sua recognoscerent, & aliquando per Dei misericordiam compuncti bonis operibus studerent, quam in monasterio manere, & ita à bonis operibus cessare. Alij quoque sunt, qui ab infantia sua in monasteriis consistunt, bonis operibus abundant, & in feruore spiritus manēt: sed circa vltimū tēpus vitæ suæ torpescunt, & tepidi efficiuntur. Et talibus vtique omnibus sanctius esset vt vel perfectè boni essent, vel ex toto maliquam nec boni nec mali. Monachos à sancto proposito parentum amor non debet retrahere. In Epistola trigesima octaua ad Lætum diaconum. In eo quod Dominus dixit, Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: etiam illud continetur, vt oderit patrem & matrem & vxorem & filios, fratres & sorores, adhuc & animam suam. Omnia enim hæc propria eius sunt, quæ plerunque implicant, & impediunt ad obtinenda, non ista propria temporaliter transitura, sed in æternum mansura communia. Quo enim modo tibi nunc mater est quædam mulier, eo vtique non est & mihi. Quapropter hoc temporale & transitorium est: sicut transisse iam vides quod te concepit, quod gestauit in vtero, quod peperit, quod lacte nutriuit. Quod autem soror in Christo est, & mihi & tibi est, & omnibus quibus est vna cœlestis hæreditas, & pater Deus, & frater Christus, in eadem charitatis societate promittitur. Hæc æterna sunt, quæ nulla temporis labe tolluntur. Hæc tanto firmius tenenda sperantur, quanto minus priuato, sed communi potius iure obtinenda prædicantur. Potes hoc facillimè in tua matre cognoscere. Nam vnde te nunc irretitum inuoluit, & ab instituto cursu retardatum inflectit & curuat, nisi ex quo tua propria mater est? Nam ex quo soror est omnibus, quibus est Deus pater, & mater Ecclesia, tam te non impedit, quàm neque me, neque fratres nostros, qui eam non priuata sicut tu in domo vestra, sed publica in domo Dei charitate diligimus. Quod ergo tu illi ex carnali necessitate annecteris, ad sortem debet valere familiarius colloquendi, & apertiore ianua consulendi, vt hoc ipsum quo te priuatim diligit, interficiatur in ea, ne quod ex vtero suo te genuit, plus pendat quam quod ex vtero Ecclesiæ genita est tecum. Quod autem de matre dixi, hoc de tali cætera propinquitate intelligendum est. Hoc etiam de anima sua quisque cogitet, vt etiam in ipsa priuatum affectum oderit, qui proculdubio temporalis est. Diligat autem in ea communionem societatémque illam, de qua dictum est, Erat illis cor vnum & anima vna. Sic enim & anima tua non est propria, sed omnium fratrum, quorum etiam animæ tuæ sunt, vel potius quorum animæ cum tua non animæ, sed anima vna est Christi vnica, quæ de manu canis vt eruatur, canitur in Psal. Inde ad cōtemptum mortis facillimè peruenitur. Nec succenseant parentes hoc præcipere Dominū, vt eos oderimus, quando nobis hoc de anima nostra præcipitur. Nam sicut nunc de anima iubetur, vt eam propter Christum cum parentibus oderimus: ita quod alio loco de anima idem Dominus dicit, in parentes quoq; potest congruentissimè conuenire: qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Dicat etiam fidenter, Qui amat parentes suos, perdet eos. De anima quippe hoc ibi dixit, oderit: quod hîc, perdet. Sicut autem præceptum quo perdere iubemur animam nostram, non ad id valet vt se quisque

Tom. II. — *Gemin. propinquitas.* — *Act. 2. & 4.* — *Ioan 12.* *Odire, Perdere.*

A que interimat, quod inexpiabile nefas est: & tamen valet vt interimat in se carnalem animæ affectum, quo cum impedimento futuræ vitæ præsens hæc vita delectat. Hoc est enim quod dictum est, Oderit animam suam: &, Perdet eam. Quod tamen diligendo fit, quãdoquidem apertissimè fructum eiusdem animæ acquirendæ in eodem præcepto commemorat dicens: Qui perdiderit eam in isto sæculo, in vita æterna inueniet eam: ita de parentibus rectissimè dicitur, Qui eos amat, perdet eos: non more parricidarum interficiens, sed spirituali gladio verbi Dei carnalem affectum eorum, quo & seipsos & eos quos genuerunt implicamentis huius sæculi obligare conantur, piè fidentérque percutiens & occidens, illud in eis viuere faciat, quod fratres
B sunt, quod cum filiis suis temporalibus, parentes æternos Deum & Ecclesiam cognoscunt. Ecce rapit te studium veritatis cognoscẽdæ & percipiendæ voluntatis Dei in scripturis sanctis. Rapit Euangelicæ prædicationis officium. Dat signum Dominus vt vigilemus in castris, vt ædificemus turrim, de qua hostem sempiternæ vitæ & prospicere, & propellere valeamus. Rapit militem Christi tuba cœlestis ad bellum, & retinet mater. Non planè talis, qualis Machabæorum fuit, nec saltem similis Lacedæmoniis matribus, de quibus memoriæ traditum est, quod filios suos, vt pro terrena patria sanguinem funderent, multo amplius atque ardentius in certamina bellica, quam signorum sonitus excitabant. Nam mater quæ te ad discendam vitam remoue-
C ri à curis sæcularibus non permittit, satis ostendit quemadmodum te, si opus esset, ad subeundam mortem, penitus sæculum repudiare permitteret. Sed quid dicit aut quid allegat? Fortè nouem illos menses, quibus viscera eius onerasti, & dolores parturitionis, ac labores educationis? Hoc interfice verbo salutari, hoc perde matris, vt in vitam æternam inuenias eam. Hoc memento vt oderis in ea si diligis eam, si tyro Christi es, si turris fundamenta posuisti. Ne dicant transeuntes, hic homo cœpit ędificare, & non potuit perficere. Carnalis enim est affectus iste, & adhuc veterem hominem sonat. Hunc carnalem affectum, & in nobis, & in nostris, militia Christiana vt perimamus, hortatur: nec tamen ita, vt ingratus sit quisque parentibus, & ea-
D dem ipsa beneficia, quibus à parentibus in hac vita editus, susceptus, ac nutritus est, enumerata derideat: seruet potius vbique pietatem. Habent hæc locum, vbi maiora non vocant. Mater Ecclesia, mater est matris tuæ. Hæc nos de Christo concepit, hæc martyrum sanguine parturiuit, hæc fidelitatem nutrit, cibósque maiores præparans, & quod adhuc paruuli & sine dentibus vagire vultis, horrescit. Hæc mater toto orbe diffusa, tam variis & multiplicibus errorum infestationibus agitatur, vt abortiui iam filij eius aduersus eam infestis armis belligerari non dubitent. Ignauia etiam atque torpore quorundam quos gremio continet, membra sua frigescere plurimis locis & fouendis paruulis minus idonea fieri dolet. Vnde nisi per alios filios, vnde nisi per alia membra, quorum è numero tu es, iustum ac debitum poscit auxilium? Huiúsne tu necessitates deserens, ad carnalia verba conuertaris? Nonne hæc grauioribus querelis insonat auribus? Nónne hæc chariora viscera, & cœlestia vbera ostendit? Adde viri eius susceptionem carnis, ne carnalibus inhæreres, & à verbo æterno vniuersa quæ tibi tua mater improperat, ne his implicareris assumpta: Adde contumelias, flagella, mortem, & mortem crucis. Talibus concepit te seminibus, talíque in vitam nouam connubio procreat: languescis & contabescis in veterem hominem? Ita ne matrem terrenam, non habebat imperator tuus? Qui tamen cum ei nuntiaretur agenti cœlestia, respondit, Quæ mihi mater, aut qui mihi fratres? Et extendens manus in discipulos suos, non pertinere dixit ad cognationem suam, nisi qui facerẽt voluntatem patris eius. In quo numero profecto etiam ipsam Mariam matrem suam benignius inclusit: faciebat enim & illa voluntatem patris eius. Ita optimus magister atque Diuinus, & maternum nomen quod ei quasi priuatum propriúmque nuntiauerãt, quia terrenum erat, comparatione cœlestis propinquitatis abiecit: & eandem cœlestem propinquitatem, in discipulis suis commemorans, quo sibi rursum consortio generis, cum cæteris sanctis virgo illa cohæreret, ostendit. Et ne isto saluberrimo magisterio, quo contemni affectum in parentibus docuit, adminiculum error acciperet, quo matrem habuisse à quibusdam negatur, alio loco discipulos monuit, ne se patrem in terris dicant habere: vt quomodo illos manifestum est habuisse patres, sic se habuisse matrem manifestaret, cuius tamen terrena cognatione contempta, contemnendarum talium necessitudinum discipulis præberet exemplum. Hæc ergo interrumpuntur vocibus matris tuæ, & inter hæc locum inuenit commemoratio prægnantis atque nutrientis, vt de Adam & Eua, alius Adam nascereris & nutrireris. Respice potius, respice secundum Adam de cœlo, & portata iam imaginem cœlestis sicut terreni portasti: imo & hîc habeant locum materna ipsa beneficia, quæ tibi ad eneruationem cordis enumerantur. Habeant prorsus locum, noli esse ingratus, repende gratiam matri tuæ, repende spiritualia pro carnalibus, pro temporalibus sempiterna. Et si ipsa non vult sequi, non impediat: si non vult conuerti in melius, caue ne in deterius te peruertat & conuertat. Quid interest vtrum in vxore, an in matre, dum tamen in qualibet muliere Eua caueatur? Nam ista vmbra pietatis de foliis illius arboris venit, quibus se primum parentes nostri, in illa damnabili nuditate texerunt. Et quicquid in illis verbis atque suggestione, quasi officium tibi charitatis obtendit, vt te à germanissima & syncera

ſima Euangelij charitate detorqueat, ad aſtutiam ſerpentis pertinet. Sed qualis circa ſe & parẽtes eſſe debeat monachus quo ad tẽporalia, infra ſubdit in eadem Epiſtola. Intende chariſsime, & tolle crucem tuam, & ſequere Dominum. Nam cum præſens te animaduerterẽ domeſticis curis à Diuino ſtudio retardari, ferri te potius & duci à cruce tua, non eam te ferre ac ducere ſentiebam. Crucem enim noſtram quam Dominus portari à nobis iubet, vt eum expeditiſsimi ſequamur, quid aliud quam mortalitatem carnis huius ſignificat? Ipſa enim nos cruciat donec abſorbeatur mors in victoria. Crux ergo hæc ipſa crucifigenda eſt, & transfigenda clauis timoris Domini, ne ſolutis & liberis membris reluctantem portare non poſsis. Sequi enim Dominum niſi eam portans, omnino non vales. Nam quomodo eum ſequeris, ſi non es eius? Qui autem Ieſu Chriſti ſunt, ait Apoſtolus, carnẽ ſuam crucifixerunt cum paſsionibus & deſideriis ſuis. Siquid ſanè pecuniæ res tua familiaris habet, cuius te implicari negotio nec oportet nec decet, reuera tribuendum eſt matri & domeſticis tuis. Horum quippe indigentia ſi pauperibus vt ſis perfectus inſtituiſti diſtribuere talia, tui primũ apud te locum obtinere debent. Si quis enim ſuis, & maximè domeſticis, ait Apoſtolus, non prouidet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

In ſermone primo ad Sauianum monachum. In primis ſi vis Domino placere, & ad beatitudinem cœleſtis regni peruenire, obediẽs eſto. Si vis obediens eſſe, humilis eſto. Si vis eſſe humilis, rem peculiarem quaſi venenum in omnibus fuge. Si vis peculiaritatem non habere, cupidus eſſe noli. Si vis cupiditatem vincere, amorem Chriſti te indue. Si vis amorem Chriſti induere, amorem vitiorum de corde tuo radicitus amputa. Si optas odire vitia, fratrem tuum etiam malè meritum dilige. Si certè fratrem tuum cupis diligere, noli ei detrahere, aut cum detrahentibus commiſceri: noli eum odire, noli ei nocere. Rem peculiarem omnino fuge, ad commodum acquirere noli, & vt tua non acquiras, aliena intermitte. Conſidera Giezi diſcipulum Heliſæi, qui commoda ſua quærendo, & pecuniam à Naaman poſtulando, æterna lepra per maledictionem percuſſus eſt. Poſt hunc Iudas Iſcarioth amando pecuniam temeritate vel cupiditate traditoris, pro auiditate pecuniæ tradidit ſaluatorem: & quali morte finiuit, Euangeliſta teſtatur. Abiens, inquit, laqueo ſe ſuſpendit. Tertius verò Ananias Eccleſiam fraudauit propriam pecunia, conſcia vxore ſua, quam ſimul vouerant Deo, cupiditatẽ ſeducti, & Apoſtolica ſentẽtia morti ſunt addicti. Quod etiam nunc monachorum ordo id facere videtur, qui amorem pecuniæ vel peculiarem in corde tenere delectantur. Vide quanti & quales de hoc peſtifero morbo peculiaritatis perierint, & quanti ab iſto laqueo mortis capti fuerint, & capiuntur, & deducuntur in profundum inferni. De radice peculiaritatis vel amore pecuniæ gignuntur vitia huiuſcemodi, inobedientia,

A ſuperbia, auaritia, contumacia, vana gloria, voracitas, mendacium atque luxuria. Pelluntur virtutes vitio peculiaritatis, & homines demerguntur in baratrum infernale. Vnde ſcriptum eſt, Væ vobis monachi, qui diuites eſſe cupitis in pecuniis, & locupletes in veſtibus, & amittitis regna cœlorum. Qui ſponte Domino promiſſum dediſtis obſeruare normam patrum ſanctorum, quorum exemplis & actu radicaremini in cœlis: & modo per cupiditatem pecuniæ negotiis ſæcularibus dediti, intrabitis in ignem æternum. Quid proficit vobis orare, vigilare, ieiunare, & militiam monachi habere, ſi omni hora mens veſtra in vanis & caducis rebus & peculiaribus reuoluitur? Quid miſeri dicturi in die iudicij eritis, quando hæc ante oculos veſtros in teſtimonium

B ante tribunal æterni iudicis aſsignata erunt? Tunc audire merebimini, Ite in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. *Mat. 25.* Videte, fratres dilectiſsimi, ne quis vos decipiat malæ rei exemplo, & dicatis, Sicut illi fecerunt aut faciunt, ita nos faciamus. Obſecro atque admoneo obſerua & cuſtodite ab iſto malo, illecebroſo & peſtifero morbo peculiaritatis, ſi non vis amittere beatitudinem ſempiternam. Audi fili Dominum dicentem. Beati pauperes *Mat. 5.* ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum. & iterũ Dominus ait, Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas habeatis, neque æs in zonis veſtris. Age ita vt delectetur in Deo vita tua. Ama eſſe pauper: quia Dominus Ieſus Chriſtus pauper factus eſt.

Relinquenda ſunt à monachis temporalia. *Tom. II. Epiſt. 34.*

C In Epiſtola ad Paulinum & Theraſiam. Piſcatores vocante Domino quod nauiculas & retia dimiſerunt, omnia dimiſiſſe, & Dominũ ſequutos eſſe etiam commemorando lætati ſunt. Et reuera omnia contemnit, qui non ſolùm quantum potuit, vel habuit, ſed etiam quantum voluit habere contemnit. Sed in eo quod cupiebatur, oculi Dei teſtes ſunt, in eo quod habebatur, & hominum. Neſcio quo autẽ modo, cũ ſuperflua & terrena diliguntur, arctius adepta quàm concupita conſtringunt. Nam vnde triſtis ille diſceſsit, qui conſilium conſequendæ vitæ æternæ quærebat à Domino, cum audiſſet vendenda eſſe omnia, & diſtribuenda pauperibus, & habendum theſaurum in cœlo, ſi vellet eſſe perfectus: niſi quia

D magnas, vt Euangeliũ loquitur, habebat diuitias? Aliud eſt enim nolle incorporare quæ deſunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa velut cibi repudiantur, iſta velut membra præciduntur. Quanto igitur & quantum mirabili gaudio noſtris temporibus Chriſtiana charitas conſpicit, per Domini Euangelium cum lætitia fieri quod ore Domini cũ triſtitia diues audiuit?

In Epiſtola tertia ad Alipium. *Tom. II. Epiſt. 239.* Cum quiſque ad monaſterium conuertitur, ſi veraci corde conuertitur, auaritiam non cogitat, maximè admonitus quantum malum ſit. Si autem fallax eſt, & ſua quærit, non quæ Ieſu Chriſti, non habet vtique charitatem. Et quid ei prodeſt ſi *1. Cor. 13.*

diſtrib

distribuerit omnia sua pauperibus,&c. Et in-
fra. Videtur mihi itaque hæc regula esse in rebus
huiuscemodi retinenda, vt si quis in monasterio
constitutus re sua non vendita, nec per manife-
stam donationẽ in quempiam translata morere-
tur, non nisi hæredes eius in eam succederent.
Et infra subdit. Eo iure tributum Christus
per Petrum soluebat, quo iure diximus hæredẽ
presbyteri successurum fuisse, si antequam rem
suam vel donaret, vel vẽderet, moreretur. Ha-
bent monachi spiritualia martyria. In sermo-
ne de persequutione Christiana. Frequenter di-
ximus, fratres charissimi, quia semper Christia-
nus persequutionem patitur. Mundus enim iste
in maligno positus est. Aduersarius noster dia-
bolus regnat in mundo: & nos putamus quod
non patiamur persequutionem. Quæ enim res
non persequuntur Christianum? Parentes nostri
nos persequuntur: & quicunque dissimiles no-
bis sunt nos persequuntur & odio nos habẽt. Ne
miremur si alij nos persequuntur, cum & ipsum
corpus nostrum nos persequitur. Si enim come-
dero paululum, & corpusculũ meum robustum
fuerit: sanitas corporis mei persequetur animam
meam. Quocunque me vertero, persequutio mi
hi est. Si videro mulierem, oculus meus me per-
sequitur, & cupit interficere animam meam. Si
videro diuitias, si aurum, si delicias corporales, si
pulchra vestimenta, quodcunque videro & desi
derauero, hoc persequitur animam meam. Non
ergo putemus tantum effusionem sanguinis esse
martyrium: semper est enim martyrium Chri-
stianis ac religiosis. Adolescentem libido perse-
quitur, & vult sanguinem eius fundere: sed Chri
stus stat à dextris patris, & pugnat pro adolescẽ-
tulo suo. Si ergo sunt martyria pacis tempore,
sunt & negationes. Nemo dicat nunc, Non est
martyrium negationis: & martyrium est, & ne-
gatio est. Ego qui hodie videor esse monachus, si
rupero propositum meum, Christum negaui. Si
in pace nego, in persequutione quid facerẽ? Non
torqueor, non exuror, & denego. Qui in perse-
quutione negat, veniam habet: plagæ pro eo pre
cantur: Dicere potest, Volui pugnare, & in collu
ctatione defeci: non cessat animus, sed cessat cor-
pus: Aliud mens cogitat, aliud corpus compel-
lit. Tamen nõ habet excusationem. Nulla enim
plaga est, quæ debeat amorem Christi superare.
Et quomodo sustinuit Petrus, quomodo Pau-
lus, quomodo cæteri martyres qui habuerũt cor
pora sicut & tu? O monache qui ieiunium fugis,
putas te ignem effugere? Hoc dico quia omni tẽ-
pore sunt martyria, & sunt negationes. Et in-
fra subdit. Siue sancti sumus, siue peccatores, nõ
nobis licet mutare propositum. Si sanctus es, bea
tus es monachus: si peccator es, miser es mona-
chus. Non licet mutare propositum, licet perdi-
deris propositi dignitatem. Sed quia in hac vita
constitutus es, esto patiens & pœnitens quasi mo
nachus, non quasi sæcularis: & ad pœnitentiam,
quæ medicina lapsorum est, tota animi auiditate
confugias. In supradicta Epistola ad Lætum.

Ad fratres in eremo, serm. 60. Tom. X.

A Si te profiteris tyronem Christi, castra ne dese-
ras, in quibus tibi etiam ædificanda est turris, illa
de qua Dominus in Euangelio loquitur. In ea
quippe stantem, & sub armis verbi Dei militan-
tem, nulla ex parte penetrare vllæ valent tenta-
tiones. Inde & iactata in aduersarium tela graui
pondere veniunt, & prospecta firmo munimine
deuitantur. In Epistola ad Armentarium &
Paulinam. Possum pro modulo meo eosdem ip-
sos pertinentes ad dexteram regnúmque cœlo-
rum in suis gradibus meritísque distinguere, at-
que ostendere quo differat vita coniugalis filios
procreantium, patrum matrúmquefamiliâs, &
religiosorum ac piorum vita, quam vos Deo vo
uistis, si nunc ad eam vouendam exhortandus es
ses, sed quia iam vouisti, iam te obstrinxisti, a-
B liud tibi facere non licet. Priusquam esses voti
reus, liberum tibi fuit quo esses inferior: quam-
uis non sit gratulanda libertas, qua fit vt non de-
beatur quod cum lucro redditur. Nunc verò
quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad
magnam iustitiam inuito, sed à magna iniquita-
te deterreo. Nõ enim talis eris, si nõ feceris quod
vouisti, qualis mansisses, si nihil tale vouisses. Mi-
nor enim tunc esses, non peior. Nunc autem tan
to (quod absit) miserior, si fidem Deo fregeris:
quanto beatior si persolueris. Nec ideo te vouis-
se pœniteat, imò gaude tibi iam non sic licere,
quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere
itaque intrepidus, & dicta imple factis: ipse adiu-
uabit, qui vota tua expetit. Fœlix est necessitas,
quæ in meliora compellit. Non est monachis
C detrahẽdum. in sermone secundo, de communi
vita clericorum. Nemo laceret seruos Dei, quia
non expedit lacerãtibus. Seruorum quidem Dei
merces falsis detractionibus crescit, sed crescit
etiam pœna detrahentium. Nam non sine causa
dictum est, Gaudete & exultate quando detra-
hunt de vobis dicentes falsa, quia merces vestra
multa est in cœlis. Nolumus cum detrimento ve
stro magnam habere mercedem. Minus ibi ha-
beamus, & tamẽ vobiscum ibi regnemus. Sed
vt dicit in Episto. ad Felicem & Hilarium. Quid
mirum si homines mundi seruis Dei detrahunt,
& qui eorum vitam peruertere non possunt, fa-
mam decolorare conantur, cum ipsum Deum &
Dominum eorum quotidie blasphemare nõ ces
sent, cum eis displicet quicquid contra eorum
voluntatem, iusto & occulto iudicio facit? A-
D liter dicit in Epistola ad clerum & seniores v-
niuersæ plebis Hipponensis Ecclesiæ. De iis
qui detrahunt seruis Dei in persona corpo-
ris Christi ante prædictum est, Aduersum me
insultabant qui sedebant in porta, & in me psal-
lebant & bibebant vinum: ad quid enim aliud se-
dent isti, & quid aliud captant, nisi vt cum quis-
quis Episcopus, vel clericus, vel monachus, vel
sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse cre-
dant, sed non omnes posse manifestari? Et tamen
etiam ipsi cum aliqua maritata inuenitur adulte
ra, nec proiiciunt vxores suas: cum autem de ali-
quibus qui sanctum nomen profitentur, aliquid
crimінis

criminis vel falsi sonuerit vel veri patuerit, instāt, satagūt, ambiūt, vt de omnibus hoc credatur.

MONIALIS. De hoc require infra, capite Virginitas & Virgo. Admonet tamen eas in communi. Lib. de cōmunibus sermonibus, serm. xxij. Si diligēter attēditis, nullus hominum sibi soli viuit, & solus sibi moritur: q͞a, vt ait Apostolus, Nemo sibi viuit, & nemo sibi moritur. Et ideo quātiscūque exēplū sanctæ cōuersationis præbuerit, cū tātis & ꝑ tātis prēmia æterna habebit. Econtrario qui exemplū malæ vitæ & peruersæ actionis aliis ostēderit, quantoscunque suis malis moribus ad iniqua opera prouocauerit, cum tantis & pro tantis perpetua supplicia sustinebit. Non ergo exemplū male viuendi cæteris præbeamus, sed sancta & salubri ad humilitatē & obediētiā iugiter prouocemus. Non simus de illis qui fratribus aut sororibus solent malis consiliis pabulum superbiæ ministrare: & non solum volunt vulnerata curare, sed etiam que sana sunt persuas amarissimas linguas contendunt vulnerare: quia murmurādo & detrahendo, per inobedientiam vel iracundiam, non Christo seruire, sed magis consueuerūt diabolo militare. Astutus enim & crudelis hostis diabolus, calliditate veteris artificij ac multiformis ingenij, animas quas semel persuasione nequissima desides & tepidas, vel negligentes effecerit, etiam in aliarum subuersione eas sibi seruire cōpellit. Et tales ad inobedientiam præparatas, diabolus omni lumine veritatis & charitatis excæcat: & quasi venator robustissimus & auceps callidissimus, ad capiendas sanctas animas præparat. Auceps enim colūbas quas primo cœperit, excæcat: vt dum ad illas reliquæ conuenerint, præparatis retibus capiantur: sic hostis antiquus de negligentibus monachis, & desidiosis virginibus facere consueuit: & cū eis oculos patientiæ clauserit, ignem compunctionis, vel flammā veræ charitatis extinxerit, & de solo habitu religionis persuaserit gloriari: ad aliorum perniciē velut in exemplum proponit: vt dum simplices tales imitantur diuersis laqueis vel retibus capiātur. Antiquus enim hostis, qui bonis semper inuidere consueuit, seruos & ancillas Dei quos tepidos & negligētes esse cognouerit, persuadet otiosis fabulis sese occupare: aut murmurando & detrahendo, ad contumaciam prouocare: & cum in eorum cordibus velut callum (vt ita dixerim) scoriam temporis induxerit, tanquam ad quælibet opera mala præparatos, omnibus vitiis seruire compellit. Sicut enim sanctæ animæ feruore charitatis accensæ Spiritu sancto aguntur, & ad omne opus bonum præparantur: ita quę à contrario spiritu per negligentiam possidentur, ad vitia quæ deseruerant remeantes, redire ad vomitum compelluntur. Quia post abstinentiam, ad gulam: post vigilias, ad somnolentiam: post humilitatē, ad superbiam: post obediētiā, ad cōtumaciam: post patientiam, ad iracundiam velut canis ad vomitum, & sues reuertuntur ad luxuriæ volutabrum. Et ideo quæ tales esse cognouerint dum corrigendi tempus est, cum gemitu cōtra vulnus superbiæ, humilitatis medicamentū contendant apponere: cōtra murmurationis vel iracundiæ venenum, antidotum obedientiæ festinent accipere: & antequam anima talibus peccatis obnoxia de hac luce discedat, remedium sibi necessarium acquirat: vt inter sanctas virgines atque prudentes, accensa virginitatis lampade, oleum ei humilitatis & charitatis infundat: quia penitus virginitas in corpore nihil proderit, si charitas vel humilitas à corde discesserit. Et infra subdit ibidem. Quæ in primordiis conuersationis suæ, relictis sæculi fluctibus ad quietem monasterij confugerunt, & postea nimio furore superbiæ & procellis iracūdiæ in ipso portu naufragare probantur, talibus meliores sunt quæ sæculo seruire videntur: quia multo melior est humilis coniugalitas, quam superba virginitas: & plus laudabiles sunt quæ se in medio pelago Deo auxiliante custodiunt, quam quæ in portu sunt & nimia negligentia vel securitate merguntur. Fœlices ergo illæ animæ, quæ ita cor suum diuersis virtutum aromatibus Christo donante replere contendunt: vt ex earum ore nunquam nisi charitas & humilitas, nunquam nisi castitas & mansuetudo atque obedientia proferatur: Vnde sibi æterna præmia, & aliis præbent sanctæ conuersationis exēpla. Et ideo in quadam admonitione quæ intitulatur, Regula ad virgines, increpādo scribebat. Sicut parata est seueritas peccati quæ inuenerit vindicare: ita non vult charitas quod vindicet inuenire. Hæc causa fecit vt ad vos non venirem cum meam præsentiam quæreretis: non ad pacis vestræ gaudium, sed ad dissēsionis augmentum. Quomodo enim contemnerem & impunitum relinquerem, si & me præsente tantus tumultus vester existeret, quantus fuit me absente: & si oculos meos latuit, aures tamen meas vestris vocibus verberauit? Nam fortassis etiam maior esset vestra seditio in præsentia mea, cum necesse est vobis non concedi, quod in perniciosissimum exemplum contra sanam disciplinam, quod non expedit petebatis, ac sic quales non volo inuenirem vos, & ipse inuenirer à vobis qualem non volebatis. Quod ergo scribit Apostolus ad Cor. dicens, Parcēs vobis nondum veni, nō quia dominamur fidei vestræ, sed cooperatores sumus gaudij vestri: hoc etiam ego dico vobis, quia parcens vobis non ad vos veni. Peperci etiam mihi, ne tristitiam super tristitiā de vobis haberem: & elegi non vt exhiberē faciem meam vobis, sed effunderem cor meum Deo pro vobis: & causam magni periculi vestri, non apud vos verbis, sed apud Deum lachrymis agerem, ne conuertat in luctum gaudium meū, quo soleo gaudere de vobis, & inter tanta scandala quibus abundat vbique hic mundus aliquantulum consolari, cogitans copiosam congregationem, & castam dilectionem, & sanctam conuersationē vestram, & largiorem gratiam Dei, quæ data est vobis, vt non solum nuptias carnales contemneretis, verum etiam eligeretis socie-

Cōiugalitas, durinsculè procōiugio.

Tom. II. Epist. 109.

tatem in domo vnanimes habitandi vt sit vobis anima vna & cor vnũ in Deũ. Hęc in vobis bona, hæc Dei dona considerans, inter multas tempestates, quibus ex aliis malis quatitur cor meum, solet vtcunque requiescere. Currebatis bene, quis vos fascinauit? Suasio illa non ex Deo est qui vocauit vos. Modicum fermenti: nolo dicere quod sequitur. Hoc enim magis cupio & oro & hortor, vt ipsum fermentum conuertatur in melius, ne tota massa, sicut iam penè fecerat, cõuertatur in peius. Si ergo repullulastis sanũ facere, orate ne intretis in tentationem, ne iterum in contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones & susurrationes incurratis. Et infra subdit ibidem. Non enim sic plantauimus & rigauimus hortum Dominicum in vobis, vt spinas istas metamus ex vobis. Si autẽ adhuc vestra tumultuatur infirmitas, orate vt eruamini à tentatione. Quæ autem conturbant vos, nisi se correxerint, portabunt iudicium suum quæcunque illæ fuerint. Cogitate quid mali sit, vt in dogmatis vnitate gaudeamus, interna schismata in monasterio lugeamus. Perseuerate in bono proposito, & non desideretis mutare præpositam, quam in monasterio illo per tam multos annos matrem habuistis, sub cuius obedientia perseuerantes numero & ætate creuistis, quæ vos vt mater non vtero, sed animo suscepit. Omnes enim quæ illuc venistis, ibi eam aut sanctæ præpositæ sorori meæ seruientem, aut etiam ipsam præpositam, quæ vos suscepit inuenistis; sub illa estis eruditæ, sub illa velatæ, sub illa multiplicatæ, & sic tumultuamini vt vobis eam mutare velitis. Ipsa est quam nostis, ipsa est ad quam venistis, ipsa est quam per tot annos habendo creuistis. Concludit ibidem circa finem. Tranquillet Deus & componat animos vestros, vt non in vobis pręualeat opus diaboli: sed pax Christi vincat in cordibus vestris: nec dolor animi, quia non fit quod vultis, vel quia pudet voluisse quod velle non debuistis, erubescendo curratis in mortem, sed potius pœnitendo resumatis salutem: nec habeatis pœnitentiam Iudæ traditoris, sed potius lachrymas Petri pastoris.

MONICA mater beati Augustini. Quia ipse dicit in sermone quinto de passione vel Parasceue. In Ecclesia gloria radicis pollet. Ideo de eius matre, quæ ipsius fuit radix scripsi. Et quod ipsa fuit deuotior viro suo, dicit libro primo confessionũ. Mater carnis meæ, sempiternam salutem meam charius parturiebat corde casto in fide tua.

Cap.11. Tom.I.

Et infra subdit. Illa satagebat vt tu pater mi hi Deus esses potius quam vir eius: & in hoc adiuuabas eam, vt separaret virum cui melior seruiebat, quia & in hoc tibi vtique id iubenti seruiebat. Libro secundo eiusdem, capite tertio. In matris pectore iam inchoaueras templum tuum, & exordium sanctæ habitationis. Et infra subdit. Pia trepidatione ac tremore, mihi

A quamuis nondum fideli, timuit tamen vias distortas, in quibus ambulant qui ponunt ad te tergum, & non faciem. Heu mihi, & audio dicere tacuisse te Deus meus, cum irem abs te longius. Ita ne tacebas tunc mihi? & cuius erant nisi tua verba illa per matrem meam fidelem tuam quæ cantasti in aures meas? Nec inde quicquam descẽdit in cor meum vt facerem illud. Volebat enim illa, & secreto memini vt monuerit cum sollicitudine ingenti ne fornicarer. Vnde. Libro tertio eiusdem. Misisti manum tuam de alto, & de hac profundissima caligine eruisti animam meam, cum pro me fleret ad te mater mea fidelis tua, amplius quam flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam ex fide & spiritu quem habebat ex te, & exaudisti eã Domine. Exaudisti eam, nec despexisti lachry-
B mas eius, cum profluentes rigarent terram sub oculis eius, in omni loco orationis eius, & exaudisti eam. Et narrato somnio quod vidit mater, vt vbi erat illa esset & ipse: infra subdit. Nouem fermè anni sunt sequuti, quibus ego in illo limo profundi ac tenebris falsitatis, cum sæpe surgere conarer, & grauius allidere, volutatus sum: cum illa tamen vidua casta, pia, sobria, quales amas, iã quidem sæpe alacrior, sed fletu & gemitu non segnior, non desineret horis omnibus orationũ suarum de me plangere ad te, & intrabant in conspectum tuum preces eius, & me tamen dimittebas adhuc volui & inuolui illa caligine. Et dedisti alterum responsum interim quod recolo, per sacerdotem tuum quendam Episcopum nutritum in Ecclesia, & exercitatum in libris tuis: quem cum fœmina rogasset, vt dignaretur me-
C cum colloqui, & refellere errores meos, & dedocere me mala, ac docere bona (faciebat enim hoc, si quos fortè idoneos inuenisset) noluit ille, prudenter sanè, quantum sensi postea. Et infra. Cum illa nollet acquiescere, sed magis instaret deprecando & vbertim flendo vt me videret & mecum dissereret, ille iam substomachans tædio. Vade, inquit, à me: ita viuas: fieri enim non potest, vt filius tantarum lachrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse inter colloquia sua mecum sæpe recordabatur, ac si de cœlo sonuisset.

Et lib. quinto eiusdem. Manus enim tuæ Deus meus, in abdito prouidentiæ tuæ, non deserebant animam meã, & de sanguine cordis matris meæ per lachrymas eius diebus ac noctibus sacrifica-
D batur tibi, & egisti mecum miris & occultis modis. Tu illud egisti Deus meus. Nam à Domino gressus hominis dirigentut, & viam eius volet. Aut quæ procuratio salutis præter manum tuam reficientem quæ fecisti? Egisti ergo mecum, vt mihi persuaderetur Romam pergere, & potius ibi docere, quod docebam Chartagine. Et causam ponit. Non ideo Romam pergere volui, quod maiores quæstus maiórque mihi dignitas ab amicis, qui hoc suadebant, promittebatur: quanquam & ista ducebant animum tũc meum: sed illa erat tunc maxima causa & penè sola, quod audiebam

audiebam quietius ibi studere adolescentes,& ordinatiore disciplinæ coerctione sedari. Et infra, capite octauo. Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu sciebas Deus, nec indicabas mihi nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & vsque ad mare sequuta est: sed fefelli eam violenter me tenentem, vt aut reuocaret, aut mecum pergeret:& finxi me amicum nolle deserere, donec vento facto nauigaret. Et mentitus sum matri, & illi matri,& euasi. Quia & hoc dimisisti mihi misericorditer seruans me ab aquis maris, plenum execrandis sordibus vsque ad aquam gratiæ tuæ, qua me abluto, siccarentur flumina maternorum oculorum, quibus pro me quotidie rigabat terram sub vultu tuo: & tamen recusanti sine me redire vix persuasi, vt in loco qui proximus erat naui memoria beati Cypriani, maneret ea nocte. Sed ea nocte clanculo profectus sum: illa autem remansit orando & flendo. Et quid à te petebat Deus meus tantis lachrymis nisi vt nauigare me non sineres? Sed tu altè consulens & exaudiens cardinem desiderij eius, non curasti quod tunc petebat, vt in me faceres quod semper petebat. Flauit ventus,& impleuit vela nostra,& littus subtraxit aspectibus nostris: in quo mane illa insaniebat, dolore & querelis & gemitu implebat aures tuas contemnẽtes ista, cum & me cupiditatibus meis raperes ad finiendas ipsas cupiditates,& illius carnale desiderium iusto dolorum flagello vapularet. Amabat enim secum præsentiam meam more matrum, sed multis multo amplius,& nesciebat q.d tu illi gaudiorũ facturus esses de absentia mea. Nesciebat, ideo flebat & eiulabat, atque illis cruciatibus arguebatur rea reliquiarum Euæ, cum gemitu quærens quod cum gemitu pepererat. Et tamẽ post accusationem fallaciarum & crudelitatis meæ conuersa rursus ad deprecandum te pro me, abiit ad solita,& ego Romam. Et narrata ægritudine quam passus est Romę, dicit ibidẽ infra, capite nono. Ingrauescẽtibus febribus iam ibam & peribam. Quò enim irem, si tunc hinc abirem, nisi in ignem atque ad tormenta digna factis meis in veritate ordinis tui? Et hoc illa nesciebat, & tamen pro me orabat absens. Tu autẽ vbiq; præsens, vbi erat exaudiebas eam, & vbi eram miserebaris mei, vt recuperarem salutem corporis, adhuc insanus corde sacrilego.

Et infra, capite eodem. Non fiuisti me talem bis mori. Quo vulnere si feriretur cor matris, nunquam sanaretur. Non enim satis eloquor quid erga me habebat animi, & quanto maiore solicitudine me parturiebat spiritu quam carne pepererat. Non itaque video quomodo sanaretur, si mea talis illa mors transuerberasset viscera dilectionis eius. Et vbi essent tantæ preces & tam crebræ & sine intermisione? Nusquam, nisi ad te. An verò tu Deus misericordiarum sperneres cor contritum & humiliatum viduæ castæ ac sobriæ, frequentantis eleemosynas, obsequentis atque seruientis sanctis tuis, nullum diem prætermittentis oblationem ad altare tuum: bis in die mane & vespere ad Ecclesiam tuam sine vlla intermisione venientis, non ad vanas fabulas & ad aniles loquacitates, sed vt te audiret in tuis sermonibus,& tu illam in suis orationibus? Huiúsne tu lachrymas, quibus non à te aurum aut argentum petebat, nec aliquod mutabile aut volubile bonum, sed salutem animæ filij sui, tu cuius munere talis erat, contemneres, & repelleres ab auxilio tuo? Nequaquam Domine: imò verò aderas,& exaudiebas,& faciebas ordine quo prædestinaueras esse faciendum. Absit vt falleres eam, in illis visionibus & responsis tuis, quæ iam commemoraui, quæ illa fideli pectore tenebat,& semper orans tanquam chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris enim, quoniam in sæculum misericordia tua, eis quibus omnia debita dimittis, etiam promisionibus tuis debitor fieri. Recreasti ergo me ab illa ægritudine, & saluum fecisti filium ancillæ tuæ, tunc interim corpore, vt esset cui meliorem salutem atque certiorem dares. Et infra subdit, quod iuit Mediolanum. capite decimo tertio. *Cap. 13.* Itaque postquam missum est à Mediolano Romam ad præfectum vrbis, vt illi ciuitati artis rhetoricæ magister prouideretur, impartita etiam euectione publica, ego ipse ambiui per eos ipsos Manichæis vanitatibus ebrios, quibus vt carerem, ibã, sed vtrique nesciebamus, vt dictione proposita me probatum prefectus tunc Symmachus mitteret. Vnde illuc mater accessit. Libro sexto eiusdem, in principio. *Cap. 1. Tom. eod.* Iam venerat ad me mater pietate fortis, terráque maríque me sequens, & in periculis omnibus de te secura. Nam per marina discrimina ipsos nautas consolabatur, à quibus rudes abyssi viatores, cum perturbantur consolari solent, pollicens eis peruentionem cum salute, quia hoc tu ei per visum pollicitus eras. Et inuenit me periclitantem quidem grauiter desperatione indagandæ veritatis. Sed tamen ei cum indicassem, me quidem iam non esse Manichæum, sed neque catholicum Christianum, non quasi inopinatum aliquid audierit, exiliuit lætitia, cum iam secura fieret ex ea parte miseriæ meæ, in qua me tanquam mortuum, sed resuscitatum tibi flebat, & feretro cogitationis efferebat, vt diceres filio viduæ: Iuuenis, tibi dico, Surge: & inciperet loqui, & redderes illum matri suæ. Nulla ergo turbulenta exultatione trepidauit cor eius, cum audisset ex tanta parte iam factum, quod tibi quotidie plangebat vt fieret, veritatem me nondum adeptum, sed falsitati iam ereptum: imo verò quia certa erat, & quod restabat te daturum, qui totum promiseras, placidissimè & pectore pleno fiduciæ respondit mihi credere se in Christum, quod priusquam de hac vita emigraret, me visura esset fidelem catholicum. Quod *Cap. 11. Tom. eod.* sic euenit. Libro octauo eiusdem, circa finem,

vbi dicit se conuersum lecto codice Apostolico cum Allipio:& adiungit. Inde ad matrem ingredimur, indicamus, gaudet, narramus queadmodũ gestum sit, exultat & triumphat & benedicebat tibi qui potens es vltra quam petimus aut intelligimus facere, quia tanto amplius sibi à te concessum de me videbat, quod petere solebat miserabilibus eius flebilibúsque gemitibus. Conuertisti enim me ita ad te, vt nec vxorem quærerem, nec aliquam spem sæculi huius, stans in ea regula fidei, in qua ei me tot annos ante reuelaueras. Et conuertisti luctum eius in gaudium multo vberius quam voluerat, & multo charius atque castius quam de nepotibus carnis meæ requirebat. Et libro nono eiusdem, capite primo, narrans de sua conuersione, & tempore quo catechumenus factus est, dicit. Iam liber erat animus meus à curis mordacibus ambiendi & acquirendi & volutandi atque scalpendi scabiem libidinum, & garriebam tibi claritati meæ, & diuitiis meis, & saluti meæ Domino Deo meo. Et placuit mihi in conspectu tuo non tumultuosè abripere, sed leniter subtrahere ministerium linguæ meæ à nundinis loquacitatis, ne vlterius pueri meditantes, non legem tuam, non pacem tuam, sed insanias mendaces, & bella forensia mercarētur ex ore meo arma furori suo. Et opportunè iam paucissimi dies supererant ad vindemiales ferias, & statui tolerare illos vt solenniter abscederē, & redemptus à te iam non redirem venalis. Et infra subdit, capite quarto. Quas tibi Deus meus voces dedi, cum legerem Psalmos Dauid, cantica fidelia, & sonos pietatis excludentes turgidum spiritum, rudis in germano amore tuo catechumenus in villa, cum catechumeno Allipio feriatus, matre adhærente nobis muliebri habitu, virili fide, ciuili securitate, materna charitate, & Christiana pietate. Quas tibi voces dederam in psalmis illis? Et infra describens tempus sui baptismi, capite quinto. Renuntiaui peractis vindemialibus feriis, vt scholasticis suis Mediolanēses venditorem verborum alium prouiderent, quod & tibi ego seruire delegissem, & illi professioni præ difficultate spirandi ac dolore pectoris non sufficerem.

Tom. sed.

Cap. 1

Hoc ideo addit, quia dicit eodem libro, capite secundo, Ipsa æstate literatorio labori nimio pulmo meus cedere cœperat, & difficulter trahere suspiria, doloribúsque pectoris testari se saucium, vocémque clariorem productiorémque recusare. Sed prædicto capite sexto subiungit. Inde vbi tempus aduenit, quo me nomen dare oporteret, relicto rure, Mediolanum remeauimus. Placuit & Allipio renasci in te mecum, iam induto humilitate sacramentis tuis congrua, & fortissimo domitore corporis, vsque ad Italicum solum glaciale nudo pede obterendum insolito ausu. Adiunximus etiam puerum Adeodatum ex me natum carnaliter ex peccato meo. Tu benefeceras eum. Annorum erat

Adeodatus filius Aug.

A ferme quindecim, & ingenio prȩueniebat multos graues & doctos viros. Munera tua tibi confiteor Domine Deus meus, creator omnium, & multum potens reformare nostra deformia: Nã ego in illo puero prȩter delictum non habebam. Quod enim enutriebatur à nobis in disciplina tua, tu inspiraueras nobis, nullus alius. Munera tua tibi confiteor. Est liber noster, qui inscribitur, de magistro. Ipse ibi mecum loquitur. Tu scis illius esse sensa omnia quæ inseruntur ibi ex persona colloquutoris mei, cum esset in annis sedecim. Multa eius mirabiliora expertus sum. Horrori mihi erat illud ingeniũ. Et q̃s præter te aliũ miraculorũ opifex? Citò de terra abstulisti vitã eius, & securior eũ recordor, nõ timés q̃cq̃d pueritiȩ, nec adolescẽtiȩ, nec omnino homini illi. Sociauimus eũ coæuum nobis in gratia tua, B educandum in disciplina tua, & baptizati sumus, & fugit à nobis solicitudo vitæ præteritæ. Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilij Diuini super salutem generis humani. Hoc ascribebat meritis matris. Ideo dicit in fine, de ordine rerum. Oremus, vt non nobis diuitiæ, vel honores, vel huiusmodi res fluxæ atque nutantes & transeuntes, sed vt ea proueniant quæ nos bonos faciant ac beatos. Quæ vota vt deuotissime impleantur, tibi maximè hoc negotium mater iniungimus, cuius precibus indubitanter credo, atque confirmo mihi istam mentem Deum dedisse, vt inueniendæ veritati nihil omnino præponam, nihil aliud velim, nihil cogitem, nihil amem. Nec desino credere nos hoc tantum bonum, quod te promerente concupiuimus, eadem te petente adepturos. C Vnde libro sexto confess. capi. secundo. narrans de beato Ambrosio dicit. Ambrosium propter salutem meam maximè diligebat, eam verò ille propter religiosissimã cõuersationem qua in bonis operibus tã feruẽs spiritu frequẽtabat Ecclesiam, ita vt sæpe erumperet cum me videret in eius prædicatione, gratulans mihi quod talem matrem haberem, nesciens qualẽ illa me filium. In fine noni lib. confes. instat eius laudibus. & ca. octauo, ponit quomodo fuit à parẽtibus modestè educata, dicens sic, Non præteribo quicquid mihi anima parturit de illa famula tua, quæ me parturiuit: vt carne & in hanc temporalem, & corde vt in æternam lucem nascerer. Non eius, sed tua dicam dona in ea: neque D enim seipsam fecerat, aut educauerat seipsam Tu creasti eam, nec pater nec mater sciebat qualis ex eis illa fieret. Et erudiuit eam in timore tuo virga Christi tui regimen vnici filij tui in domo fideli bono membro Ecclesiæ tuæ. Nec tantam erga suam disciplinam diligentiam matris prædicabat, quantam famulæ cuiusdam decrepitæ, quæ patrem eius infantem portauerat, sicut dorso grandiuscularum puellarum paruuli portari solẽt. Cuius rei gratia & propter senectam & mores optimos in domo Christiana

na satis à dominis honorabatur. Vnde etiam curam dominicarum filiarum commissam sibi diligenter gerebat, & erat in eis coercendis, cum opus esset sancta seueritate vehemens, atque in docendis sobria prudentia. Nam eas præter illas horas quibus ad mensam parentum moderatissimè alebantur, etiam si exardescerent siti, nec aquam sinebat bibere, præcauens consuetudinem malam, & addens sanum verbum. Modo aquam bibitis, quia vinum in potestate non habetis: cũ autem ad maritos veneritis, factæ dominæ apothecarum & cellariorum, aqua sordebit, sed mos potandi præualebit. Hac ratione præcipiendi & authoritate imperitandi frænabat auiditatem tenerioris ætatis, & ipsam puellarum sitim formabat ad honestum modum, vt iam non liberet quod non deceret. Et infra subdit, capite nono. quomodo maritata vixit. Educata itaque pudicè ac sobriè, potiúsque à te subdita parentibus quam à parentibus tibi, vbi plenis annis nubilis facta est, tradita viro seruiuit veluti domino, & sategit eum lucrari tibi, loquens te illi moribus suis, quibus eam pulchram faciebas & reuerenter mirabilem atque amabilem viro. Ita autem tolerauit cubilis iniurias, vt nullam de hac re iniquam haberet cum marito simultatem. Expectabat enim misericordiam tuam super eum, vt in te credens castificaretur. Erat ille verò præterea sicut beneuolentia præcipuus, ita ira feruidus. Sed nouerat hoc non resistere irato viro, non tantum facto, sed nec verbo quidem. Iam non refracto & quieto cum opportunum videret, rationem facti sui reddebat, si fortè ille inconsideratis cõmotus fuerat. Denique cum matronæ multæ & doctæ quarum viri mitiores erant, plagarum vestigia, quæ etiam dehonestata facie gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam, hæc earum linguam, veluti per iocum grauiter admonens, ex quo illas tabulas quæ matrimoniales vocantur, recitari audissent tãquam instrumenta, quibus ancillæ factæ essent, deputare debuissent: proinde memores conditionis, superbire aduersus dominos non oportere. Cũque mirarentur illæ scientes quem ferocem coniugem sustineret, nunquam fuisse auditum, aut aliquo indicio claruisse, quod Patricius cæciderit vxorem, aut quod à se inuicem vel vnam diem domestica lite dissenserint, & cum causam familiariter quæreret, docebat illa institutum suum, quod supra memoraui. Quæ obseruabant, expertæ gratulabantur: quæ non obseruabant, subiectæ vexabantur. Socrum autem suam primo susurris malarum ancillarum aduersus se irritatam, sic vicit obsequiis, perseuerans tolerantia & mansuetudine, vt illa vltro filio suo medias linguas famularum proderet, quibus inter se & nurum pax domestica turbabatur, expectarétque vindictam Itaque postquã ille & matri obtemperans, & curans familiæ disciplinam, & concordiæ suorum consulens,

A proditas ad prodentis arbitrium verberibus coercuit, promisit illa talia de se præmia sperare debere, quæcunque de sua nuru sibi, quo placeret, mali aliquid loqueretur: nulláque iam audente, memorabili inter se beneuolentiæ suauitate vixerint. Hoc quoque illi bono mancipio tuo, in cuius vtero me creasti, Deus meus, misericordia mea munus grande donaueras, quia inter dissidentes atque discordes quaslibet animas, vbi poterat tam se præbebat pacificam, vt cum ab vtraque multa de inuicem audiret amarissima, qualia solet eructare turgens atque indigesta discordia, quando præsenti amicæ de absente inimica per acida colloquia cruditas exhalabatur odiorum, nihil tamen alteri de altera proderet, nisi quod ad eas reconciliandas valeret.

B Paruum hoc mihi bonum videretur, nisi turbas innumerabiles tristis experiretur, nescio qua horrenda pestilentia peccatorum latissimè peruagante, non solùm iratorum inimicorum iratis inimicis dicta prodere, sed etiam quæ non dicta sunt addere, cum contra animo humano parum esse debeat inimicitias hominum nec excitare nec augere malè loquendo nisi eas bene loquendo etiam extinguere studuerit, qualis illa erat docente te magistro intimo in schola pectoris. Denique etiam virum suum iam in extrema vita temporali lucrata est tibi, nec in eo iam fideli planxit, quod in nondum fideli tolerauerat. Erat etiam serua seruorum tuorum. Quisquis eorum nouerat eam,

C multum in ea laudabat & honorabat & diligebat te: quia sentiebat præsentiam tuam in corde eius sanctæ conuersationis fructibus testibus. Fuerat enim vnius viri vxor, mutuam vicem parentibus reddiderat, domum suam piè tractauerat, in operibus bonis testimonium habebat. Nutrierat filios, toties eos parturiens, quoties abs te deuiare cernebat. Postremo Domine nobis omnibus qui ex munere tuo sinis loqui seruis tuis, qui ante dormitionem eius in te iam consociati viuebamus, percepta gratia baptismi tui ita curam gessit quasi omnes genuisset, ita seruiuit quasi ab omnibus genita fuisset. Fuit naturali sapientia perillustrata. In principio secundi libri de ordine rerum, Tom. I. capite primo. Nobiscum mater nostra erat cuius ingenium, atque in res Diuinas inflammatum animum, cum antea conuictu diuturno &

D diligenti consideratione perspexeram: tum verò in quadam disputatione non paruæ rei, quam die natali meo cum conuiuis habui, atque in libellum contuli, tanta mihi mens eius apparuerat, vt nihil aptius veræ philosophiæ videretur. Itaque instituueram cum abundaret otio, agere vt colloquio nostro non deesset. Fuit in contemplatione eleuata. Prædicto libro confession. capi. vndecimo. Prouenerat (vt credo) procurante te occultis tuis modis, vt ego & ipsa soli staremus incumbentes ad quandam fenestram, vnde

ortus intra domum quæ nos habebat proſpectabatur, illic apud hoſtia Tyberina, vbi remoti à turbis poſt longi itineris laborem inſtaurabamus nos nauigationi. Colloquebamur ergo ſoli valde dulciter, & præterita obliuiſcentes, in ea quæ ante ſunt extenti, quærebamus inter nos apud præſentem veritatem quod tu es, qualis futura eſſet æterna vita ſanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit. Sed inhiabamus ore cordis in ſuperna fluẽta fontis tui, fontis vitæ quæ eſt apud te, inde pro captu noſtro aſperſi, quoquo modo rem tantam cogitaremus. Cúmque ad eum finem ſermo perduceretur, vt carnalium ſenſuum delectatio quãtalibet in quantalibet luce corporea præ illius vitæ iucunditate, non comparatione, ſed nec cõmemoratione quidem digna videretur: erigentes nos ardentiore affectu in idipſum, perambulauimus gradatim cuncta corporalia, & ipſum cœlum, vnde ſol & luna & ſtellæ lucent ſuper terram. Et adhuc aſcendebamus interius cogitando & loquendo te, & mirando opera tua, & venimus ad mentes noſtras, & tranſcendimus eas, vt attingeremus regionẽ vbertatis indeficientis, vbi paſcis Iſrael inæternum veritatis pabulo, & vbi vita ſapientia eſt per quam fiunt omnia iſta, & quæ fuerunt, & quæ futura ſunt: & ipſa nõ fit, ſed ſic eſt vt fuit, & ſic erit ſemper: quin potius fuiſſe & futurum eſſe non eſt in ea, ſed eſſe ſolum, quoniam æterna eſt. Nam fuiſſe & futurum eſſe non eſt æternum. Et dum loquimur & inhiamus illi, attigimus eam modicè toto ictu cordis, & ſuſpirauimus & reliquimus ibi religatas primitias ſpiritus, & remeauimus ad ſtrepitum oris noſtri, vbi verbum & incipitur & finitur. Et quid ſimile verbo tuo Domino noſtro in ſe ſemper manẽti ſine vetuſtate, atq; innouanti omnia? Dicebamus ergo: Si cui ſileat tumultus carnis, ſileant phantaſiæ terræ & aquarum & aeris, ſileant & poli, & ipſa ſibi anima ſileat, & tranſeat ſe non ſe cogitando, ſileant ſomnia & imaginariæ reuelationes, omnis lingua & omne ſignum, & quicquid tranſeundo fit, ſi cui ſileat omnino: quoniam ſi quis audiat, dicunt hæc omnia. Non ipſa nos fecimus, ſed fecit nos qui manet in æternum. His dictis ſi iam taceant, quoniam erexerunt aurem in eum qui fecit ea, & loquatur ipſe ſolus, non per ea ſed per ſeipſum, vt audiamus verbum eius, non per linguam carnis, nec per vocem Angeli, nec per ſonitum nubis, nec per ænigma ſimilitudinis, ſed ipſum quem in his amamus, ipſum ſine his audiamus, ſicut nunc extendimus nos, & rapida cogitatione attingimus æternam ſapientiam ſuper omnia manentem: Si continetur hoc, & ſubtrahantur aliæ viſiones longe imparis generis, & hæc vna rapiat, & abſorbeat & recondat in interiora gaudia ſpectatorem ſuum, vt talis ſit ſempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiæ, cui ſuſpirauimus: nónne hoc eſt, Intra in gaudiũ Do-

A mini tui? Et iſtud quando? An cum omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur? Dicebamus talia, & ſi non iſto modo & his verbis, tamen Domine tu ſcis quod in illo die cum talia loqueremur, & mundus iſte nobis inter verba vileſceret cum omnibus delectationibus ſuis: tunc ait illa, Filij, quantum ad me attinet, nulla re iam delector in hac vita. Quid hîc faciam adhuc, & cur hîc ſim neſcio, iam conſumpta ſpe huius ſæculi. Vnum erat propter quod in hac vita immorari aliquantulum cupiebam, vt te Chriſtianum catholicum viderem priuſquam morerer. Cumulatius hoc Dominus Deus mihi præſtitit, vt te etiã contempta fœlicitate terrena, ſeruum eius videã. Fuit de ſuo fine certificata, & religiosè obiens tumulata. Ibidem. Decubuit febribus. Et cum ægrotaret, quodam die defectum animæ B paſſa eſt, & paululum ſubtracta à præſentibus. Nos concurrimus, ſed citò reddita eſt ſenſui, & aſpexit aſtantes me & fratrem meum, & ait nobis quaſi quærenti ſimilis: vbi eram? Deinde nos intuens mœrore attonitos: Ponetis, inquit, hîc matrem veſtram. Ego ſilebam, & fletum frænabam. Frater autem meus quidam loquutus eſt, quo eam non peregrè, ſed in patria ſua defungi tanquam fœlicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio, reuerberãs eum oculis quod talia ſaperet, atque inde me intuens, Vide, ait, quid dicit. Et mox ambobus: Ponite, inquit, hoc corpus vbicunque volueritis, nihil vos eius cura conturbet: tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei vbi fueritis. Cúmque hanc ſententiam verbis quibus poterat explicaſſet, cõticuit, & ingraueſcente morbo, exercebatur. Ego verò C cogitans dona tua Deus meus, inuiſibilis quæ immittis in corda fidelium tuorum, & proueniunt inde fruges admirabiles: gaudebam & gratias agebam tibi, recolens quod noueram quanta cura ſemper æſtuaſſet de ſepulchro, quod ſibi prouiderat & præparauerat iuxta corpus viri ſui. Quia enim valde concorditer vixerant, id etiam volebat, vt eſt animus humanus minus capax Diuinorum, adiungi ad illam fœlicitatem, & commemorari ab omnibus, conceſſum ſibi eſſe poſt tranſmarinam peregrinationem, vt coniuncta terra amborum coniugum terra tegeretur. Quando autem iſta vanitas †plenitudine bonitatis tuæ cœperat in eius corde non eſſe, neſciebam, & lætabar admirans quod ſic mihi apparuiſſet: quan-D quam & illo ſermone noſtro ad feneſtram cum dixit, iam quid hic facio: non apparuit deſiderare in patria mori. Audiui etiam poſtea, quod iam cum hoſtiis eſſemus, cum quibuſdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodam die de contemptu vitæ huius & bono mortis, vbi ipſe non aderam: illíſque ſtupentibus virtutem fœminæ, quam tu dederas ei, quærentibúſque vtrum non formidaret tam longe à ſua ciuitate corpus relinquere, Nihil, inquit, longe eſt Deo, neque timendum eſt ne ille non agnoſcat in fine ſæculi,

sæculi, vnde me resuscitet. Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, tricesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa & pia corpore soluta est. Et infra cap. duodecimo. Neque decere arbitramur funus illud questibus lachrymosis fletibúsque celebrare: quia his plerunque solet deplorari quædam miseria morientiũ, aut quasi omnimoda extinctio. At illa nec miserè mouebatur, nec omnino moriebatur. Hoc & documẽtis morũ eius, & fide nõ ficta, rationibúsque certis tenebamus. Narrata sepultura dicit infra. Libuit flere in conspectu tuo de illa & pro illa, de me & pro me. Et dimisi lachrymas quas continebam, vt effluerent quantum vellent, substernẽs eas cordi meo: & requieui in eis, quoniam ibi erant aures tuæ non cuiuscunque hominis superbè interpretantis ploratũ meum. Et nunc Domine confiteor tibi in literis. Legat qui volet, & interpretetur vt volet. Et si peccatum inuenerit me fleuisse matrem exigua parte horæ, matrem oculis meis interim mortuam, quæ me multos annos fleuerat, vt oculis tuis viuerem: non irrideat, sed potius si est grandis charitate, pro peccatis meis fleat ipse ad te patrem omnium fratrum Christi tui. Ego autem iam sanato corde ab illo vulnere in quo poterat redargui carnalis affectus, fundo tibi Deus noster pro illa famula tua longe aliud lachrymarum genus, quod manat de concusso spiritu consideratione periculorum omnis animæ quæ in Adam moritur. Quanquam illa in Christo iustificata, etiam nondum à carne resoluta sic vixerit vt laudetur nomen tuum in fide moribúsque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per baptismum regenerasti, nullum verbum exisse ab ore eius contra præceptum tuum. Et dictum est à veritate filio tuo: Si quis dixerit fratri suo, Fatue: reus erit gehennæ ignis. Et væ etiam laudabili vitæ hominũ, si remota misericordia discutias eã. Quia verò non exquiris delicta vehementer, fiducialiter eam speramus aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ. Quisquis autem tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscant se omnes homines: vt qui gloriantur, in Domino glorientur. Vnde supplicat pro ea ibidem infra in fine. Nunc pro peccatis matris meæ deprecor te, exaudi me per medicinam vulnerum nostrorum quæ pependit in ligno, & sedens ad dexteram tuam, te interpellat pro nobis. Scio misericorditer operatam, & ex corde dimisisse debita debitoribus suis: dimitte illi & tu debita sua, si qua contraxit per tot annos post aquam salutis. Dimitte Domine, dimitte obsecro, ne intres cum ea in iudicium. Superexaltet misericordia iudicium, quoniam eloquia tua vera sunt, & promisisti misericordiam misericordibus. Quod vt essent, tu dedisti eis, qui misereberis cui misertus eris, & misericordiam præstabis cui misericors

A fueris. Et credo iam feceris quod te rogo, sed voluntaria oris mei approba Domine. Nam illa imminente die resolutionis suæ non cogitauit corpus suum sumptuosè contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit aut curauit sepulchrum patrium. Non ista mandauit nobis sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermissione seruierat, vnde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chyrographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, & quærens quid obiiciat, & nihil inueniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem sanguinem? Quis ei restituet

B pretium quo nos emit vt nos auferat ei? Ad cuius pretij nostri sacramentum ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo à protectione tua eam. Non se interponat nec vi nec insidiis leo & draco: neque enim respondebit illa nihil se debere, ne conuincatur & obtineatur ab accusatore callido: Sed respondebit dimissa sua debita ab eo, cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit. Sit ergo in pace cum viro suo antequam nulli, & post quem nulli nupta est, cui seruiuit fructum tibi afferens cum tolerantia, vt eum quoque lucraretur tibi. Et inspira Domine Deus meus, inspira seruis tuis fratribus meis, quibus & corde & voce & literis seruio, vt quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ, cum Patricio quondam eius coniuge, per

C quorum carnem me introduxisti in hanc vitam, quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria, & fratrum meorum sub te patre in matre catholica, & ciuium meorum in æterna Hierusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu vsque ad reditum, vt quod à me illa poposcit extremum, vberius ei præstetur in multorum orationibus: tam per confessiones, quam per orationes meas.

MONS. De montis naturalis singularitate. Libro primo de Genes. contra Manichæum. Mons est in Macedonia qui Olympus vocatur, tantæ altitudinis, vt in eius cacumine nec ventus sentiatur, nec nubes se colligant: quia excedit altitudine sua totum

Cap. 15. Tom. I.

Olympus mons.

D istum aerem humidum in quo aues volant, & ideo nec aues ibi volare asseruntur. Quod ab eis probatum dicitur, qui per singulos annos solebant, nescio quorum sacrificiorum causa, memorati montis cacumen ascendere, & aliquas notas in puluere scribere, quas alio anno integras inueniebant. Quod fieri non posset, si ventũ aut pluuiã locus ille pateretur. Deinde quia tenuitas aeris illius qui ibi est, eos nõ inspirabat, durare ibi non poterant, nisi spongias humectatas naribus applicarent, vnde crassiorem & consue-

tum spiritum ducerent. Montium nomine significantur boni & mali,& aliter tamen & aliter. Super Ioannem, tractatu primo. Suscipiant montes pacem populo,& colles iustitiam. Montes,excelsæ animæ sunt:Colles, paruulæ animæ sunt. Sed ideo montes excipiunt pacem,vt colles posint excipere iustitiam. Quæ est ista iustitia quam colles excipiunt?Fides: quia iustus ex fide viuit. Non autem acciperent minores animæ fidem,nisi maiores animæ,quæ montes dictę sunt, ab ipsa sapientia illustrarentur: vt posint paruulis traiicere quod posint paruuli capere, & viuere ex fide colles,quia montes pacem suscipiũt. Ab ipsis montibus dictum est Ecclesiæ: pax vobiscum:Et ipsi montes pacem annuntiando Ecclesiæ,non se diuiserunt aduersus eum à quo susceperunt pacem,vt veraciter non fictè nuntiarent pacem. Sunt autem alij montes naufragosi, quò quisque nauim cum impulerit,soluitur. Facilè est enim cum videtur terra à periclitantibus,quasi conari ad terram:Sed aliquando videtur terra in monte, & saxa latent sub monte, & cum quisque conatur ad montẽ, incidit in saxa, & non ibi inuenit portum,sed planctum. Sic fuerunt quidam montes, & magni apparuerunt inter homines: & fecerunt hæreses & schismata,& diuiserunt Ecclesiam Dei. Isti qui diuiserunt Ecclesiam Dei, non erant illi montes de quibus dictum est,Suscipiant montes pacem populo:Quomodo enim pacem susceperunt, qui vnitatem diuiserunt?Qui autem susceperunt pacem nuntiandam populo,cõtemplati sunt ipsam sapientiam:quantum potuit humanis cordibus contingi. Maiores de Ecclesia per montes significantur. Super Psalmum trigesimum nonum. Montes intelligimus claros quoscunque & magnos Ecclesiæ spirituales viros: magnos soliditate non tumore. Per ipsos nobis scriptura omnis dispensata est, Prophetæ sunt, Euangelistæ sunt,doctores boni sunt. Super Psalmum septuagesimum primũ. Excellenti sanctitate eminentes,montes sunt: qui idonei sunt etiam alios docere sic loquendo,vt fideliter instruantur: sic viuendo,vt salubriter imitentur. Colles autem sunt, illorum excellentiam, sua obedientia subsequentes. Possunt tales montes dici valles. Super Psalmum centesimum tertium, sermone secundo. Non repugnat vt sancti qui sunt montes,sint & conualles. Sicut enim montes dicuntur propter spiritualem magnitudinem: ita conualles propter spiritus humilitatem. Propriè montes dicuntur Prædicarores. Super Psalmum centesimum vigesimum quartum. Montes amabiles, sunt excelsi prædicatores veritatis: siue Angeli,siue Apostoli, siue Prophetæ, qui illuminantur à Deo primitus, vt ab ipsis lumen descendat ad valles, vel ad colles: quia non tantæ sunt altitudinis sicut montes. Ipsi sunt,per eos prærogatur nobis scriptura. Ideo libro de pastoribus, capite vndecimo. Pascam eam super

Tom.IX. Psal.71.

Tom.VIII.

Tom.VIII.

A montes Israel. Cõstituit montes Israel authores Diuinarum scripturarum. Ibi pascite, vt securè pascatis. Quicquid inde audieritis, hoc vobis bene sapiat: quicquid extra est, respuite: ne erretis in nebula. Audite vocem pastoris: colligite vos ad montes scripturæ sanctæ. Ibi sunt deliciæ cordis vestri, ibi nihil venenosum, nihil alienum,vberrima pascua sunt. Mons est diabolus. Super Apocalyp. homil. sexta. Mons autem ardens cecidit in mare. Mons ille diabolus est. Mare mundus iste intelligitur. Tertia pars maris,omnes sunt iniqui & impij.

MONVMENTVM. Libro de cura pro mortuis agenda. Monumenta dicũtur ea quæ insignita fiunt sepulchra mortuorum:nisi quia eos,qui viuentium oculis morte subtracti sunt,ne obliuione etiam cordibus subtrahantur,in memoriam reuocant,& ad-

B monendo faciunt cogitari: nam & memoriæ nomen id apertisime ostendit, & monumentũ, eo quod moneat mentem,id est,admoneat,nuncupatur. De monumento verò Christi. Libr. de symbolo,tractatu tertio. Homo nouus sine vlla corruptione ex virgine procreatus, in monumento nouo positus est,in quo nondum positus erat mortuus:vt sanctitas virginalis vteri in omnibus ornaretur ex conuenientia inuiolabilis sepulchri. De hac materia tota require infra,capite Sepultura.

MORS. Quid sit mors & vnde dicatur. Libro Hypognosticõ,responsione prima. Mors priuatio vitæ est, nomen tantum habens,nõ essentiam:& ideo Deus eius author dici nõ potest. Quicquid enim Deum

C fecisse dicimus,habet essentiam, id est, species est. Essentia enim dicitur ab eo quod est,quæ tantum de solo Deo dici debet,secundum quod dictum est in Exodo Mosi: dices eis,id est populo:Qui est misit me ad vos. Tamen & de cæteris creaturis dici potest quod habeant essentiam, sed non sicut de Deo qui initium non habet quod est,sed ex quo accipientes initiũ quod sunt esse cœperunt. Mors ergo nihil est nisi nomen
recedente vita:sicut fames, escarum defectus:sitis,egentia potus:inopia,priuatio facultatum: & si qua sunt alia quæ rerum priuatione nihil esse nisi nomen inueniuntur. Nam, vt opinor, ideo mors hoc vocabulum accepit, eo quod morsu quodammodo venenosi serpentis,id est, diaboli

D in Paradiso Adam fuerit interemptus. Tunc enim serpentis morsu decepit Adam,quando per concupiscentiam mordere,hoc est, edere suasit illicita,& vt dixi,propterea mors quasi à morsu nomen accepit. Vnde mors non est à Deo. Libro primo quæstionum veteris & noui testamẽti, quæstione trigesima quarta. Non est Deus mortis inuentor,sed iudex: quia mortis author peccatum est. Quomodo autem Deus poterat facere mortem qui nescit peccare?Sed dum peccatis retribuit,ab ipso dicta est esse mors,cum nõ ex ip

ex ipso sit, sed ex hoc qui peccauit. Dum enim vnumquenque adiudicat quid mereatur, ab ipso est, siue absolutio ad vitam, siue reatus ad mortem. Declarat hoc libro de vera religione, capite vndecimo. Nulla vita est quæ non sit ex Deo, quia Deus vtique summa vita est, & ipse fons vitæ nec aliqua vita inquantum vita est, malum est, sed inquantum vergit ad mortem: mors autem vitæ non est nisi nequitia, quæ ab eo quod nequicquam sit dicta est: & ideo nequissimi homines nihili homines appellantur. Vita ergo voluntario defectu deficiens ab illo qui eam fecit, & cuius essentia fruebatur, & volens contra Dei legem frui corporibus quibus eam Deus præfecit, vergit ad nihilum: & hæc est nequitia, non quia corpus iam nihilum est, nam & ipsum habet aliquam concordiam partium suarum, sine qua omnino esse non posset. Ergo ab eo factum est & corpus, qui omnis concordiæ causa est. Habet corpus quandam pacem suæ formæ, sine qua prorsus nihil esset. Ergo ille est & corporis conditor, à quo pax omnis est, & qui forma est infabricata atque omnium formosissima. Habet aliquam speciem sine qua corpus non est corpus. Si ergo quæratur quis instituit corpus, ille quæratur qui est omnium speciosissimus. Omnis enim species ab illo est qui est. Quis est autem hic, nisi vnus Deus, vna veritas, vna salus omnium, & prima atque summa essentia, ex qua est omne quicquid est, inquantum est: quia inquantum est, quicquid est, bonum est? Et ideo ex Deo non est mors. Non enim mortem Deus fecit, nec lætatur in perditione viuorum: quoniam summa essentia facit esse omne quod est, vnde & essentia dicitur. Mors autem non esse cogit quicquid moritur, inquantum moritur. Nam si ea quæ moriuntur, penitus morerentur, ad nihilum sine dubio peruenirent: sed tantum moriuntur, quantum minus essentiæ participant. Quod breuius ita dici potest: tanto magis moriuntur, quanto minus sunt. Corpus autẽ minus est quam vita qualibet, quoniam quantulumcunque manet in specie, per vitam manet, sine qua vnumquodque animal non viuit, & sine qua vniuersa natura mundi administratur. Corpus ergo magis subiacet morti, & ideo vicinius est nihilo. Quapropter vita quæ fructu corporis delectata negligit Deum, inclinatur ad nihilum, & ista est nequitia. Diffinitur mors corporis, libro secũdo soliloquiorum suorum, capite decimo tertio. Omnis mors extinctio quædam est animæ in corpore vel vitæ. Libro de bono coniugali, capite secundo. Mors hominis dicitur, qua corpus ab anima deseritur. Super Ioannem tractatu quadragesimo tertio. Quid est mors ista, nisi relictio corporis, depositio sarcinæ grauis? Libro de consolatione mortuorum, sermone secũdo, capite primo. Quid est mors, nisi separatio corporis & animæ? Recedente enim anima quæ semper viuit, quæ mori nescit, quæ de flatu Dei est inspirata, solum corpus emoritur: quia aliud in nobis mortale est, aliud immortale est. Sed recedens anima, quæ carnalibus oculis non videtur, ab Angelis suscipitur & collocatur aut in sinu Abrahæ, si fidelis est, aut in carceris inferni custodia, si peccatrix est: donec veniat statutus dies quo suum recipiat corpus, & apud tribunal Christi iudicis veri reddat suorum operum rationem. Libro contra Felicianum, capite decimo sexto. Quidam sane communem mortem etiam hoc pacto definiunt dicentes: nihil aliud hanc esse, quam cum diuersarum rerum consensu vitam facientium, velut per dissidium quoddam ab inuicem fuerit facta discessio. Et vt dicit libro de prædestinatione & gratia. Mors non naturæ est conditio, sed pœna peccati. *Tom.VI.* *Tom.VII.*

Distinguitur de morte in dialogo ad Orosium. Quatuor esse mortes sacra scriptura euidenter ostendit. Prima est mors animæ quæ suum deserit creatorem: cum enim eum deserit, peccat. Secunda, est mors corporis. Tertia, est mors solius animæ, quam cum ex hoc corpore exierit, patitur. Quarta, est mors corporis cum anima, sicut erit post iudicium. Alia distinctio habetur in eodem libro. Duplex est mors hominis, scilicet, animæ & corporis. Mors animæ est, dum per peccatum quodlibet Deus qui est vita animæ eam deserit. Mors corporis est, dum per necessitatem corpus quodlibet deseritur ab anima. Vnde libro quarto de Trinitate, capite tertio. Nos certè, quod nemo Christianus ambigit, & anima & corpore mortui sumus, anima propter peccatum, corpore propter pœnam peccati: vtrique autem rei nostræ, id est, & animæ & corpori, medicina & resurrectione opus erat, vt in melius renouaretur, quod erat in deterius commutatum. Mors autem animæ impietas est, & mors corporis corruptibilitas, per quam fit & animæ à corpore abscessus. Sicut enim anima Deo deserente, sic corpus anima deserente, moritur: vnde illa fit insipiens, hoc examine. Resuscitatur enim anima per pœnitentiam, & in corpore adhuc mortali renouatio vitæ inchoatur à fide, qua creditur in eum qui iustificat impiũ, bonisq; moribus augetur & roboratur de die in diẽ, cũ magis magisque renouatur interior homo. Corpus verò tanquam homo exterior, quanto est hæc vita diuturnior, tanto magis magisque corrumpitur, vel ætate, vel morbo, vel variis afflictionibus, donec veniat ad vltimam afflictionem, quæ ab hominibus mors vocatur. Eius autem resurrectio differtur in finem: cum & ipsa iustificatio nostra perficietur ineffabiliter. Tunc enim similes ei erimus, quoniam videbimus eũ sicuti est. In serm. de amore Dei & sæculi. Moriturus homo mori non vult, & tamẽ erit necessario moriens: quamuis quotidie mori nolẽs, nihil agis cũ mori nõ vis, nihil efficis, nihil extorques: nullã iã habes potestatẽ tollẽdi mortis necessitatẽ: veniet te nolẽte, & qđ times aderit te *Quæst. 32.* *Tom. IIII.* *Tom. III.* *Mors duplex.* *1. Ioan. 3.*

re

recuſante. Satagis vt mortem differas, nunquid
vt auferas? Si ergo ab amatoribus huius vitæ tan
tũ de differẽda morte ſatagitur, quãtũ de auferẽ
da laborandũ eſt? Mori certè nõ vis? Muta amo
rem, & oſtendetur tibi mors, non quæ te nolen-
te aderit, ſed quæ ſi nolueris, non erit. Vide ergo
ſi aliquis in corde tuo amor Dei euigilauit, ſi
ſcintilla de cinere carnis emicuit, ſi aliquid ro-
boris in corde tuo comprehenditur, quod ven-
to tentationis non ſolùm non extinguatur, ſed
etiam vehementius accẽdatur: ſi non ardes vt ſtu
pa, quæ vno leui flatu extinguitur: ſed ardes vt
rubus & vt carbo, qui flatu potius excitatur. Vi-
de duas mortes, vnam temporalem, eãdémque
primam, alteram ſempiternam eãdémque ſecun
dam. Prima mors omnibus præparata eſt: ſecun-
da ſolis malis, impiis, blaſphemis, & quibuſcun-
que aliis qui ſanæ doctrinæ aduerſantur. Intẽde
& propone tibi iſtas mortes duas ſi fieri poteſt.
Ambas non vis pati. Si enim viuere amas, nõ vis
mori: & de hac vita in aliam vitam ſic tranſire
velles, vt non mortuus reſurgeres, ſed viuus in
melius mutareris. Hoc velles, hoc habet huma-
nus affectus, hoc ipſa anima neſcio quomodo ha
bet in voluntate & cupiditate: quoniam diligen-
do vitam, odit mortem: & quoniam carnem
ſuam non odit, nec ei vult accidere quod odit.
Nolumus, inquit Apoſtolus, expoliari, ſed ſuper-
ueſtiri. Non vis homo expoliari? Sed expolian-
dus es. Hoc tamen agas, vt expoliatus per mor-
tem carnea tunica, inueniaris indutus virtutum
lorica: quia prima mors expoliatura eſt te car-
ne interim reponenda, & ſuo tempore recipien-
da. Secundam ergo mortem, quæ eſt æterna, po-
tius time, à qua, ſi vis, poteris liberari. Tolle cru-
cem tuam, & ſequere Dominum: quia ille tulit
ſuam, & quæſiuit ſeruum, quem vult à ſecunda
morte liberare. Accipitur mors in bono. Su-
Tract. 65. Tom. IX. per Ioannem. Nemo ibi moritur quò nemo per-
uenit, niſi huic ſæculo moriatur: non ea morte
omnium, qua corpus ab anima deſeritur: ſed
morte electorum, qua etiam cum in carne mor
Col. 3. tali adhuc manetur, cor ſurſum ponitur. De qua
morte dicebat Apoſtolus, Morrui enim eſtis, &
vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.
Tom. X. Libro quinquageſimo Homiliar. Sed illud
quod Apoſtolus ait. Mortui enim eſtis &c. quia
qui ad Chriſtum veniunt moriuntur præteritis
vt viuant futuris, pereunt diabolo vt Chriſto
acquirantur: moriuntur morti, & fœliciter vitæ
Tom. VIII. inſeruntur. Super Pſalmum ſexageſimum ſe-
ptimum. Hæc eſt mors optima, vt in cupidita-
tum cohibitione à terrenis, in ſpe cœleſtis hære
ditatis homo vſque in finem perſeuerans, diem
Cap. 15. vitæ huius vltimum claudat. Vnde libro de
Tom. IIII. ſalutaribus documentis. Quamuis ex Adam ſi-
mus carnaliter nati, non ipſum tantum imitari
debemus: ſed Chriſtum, in quo renati ſumus per
Chriſtus imi tandus non Adam. baptiſmum & viuimus. Quid eſt imitari Adam,
niſi carnalibus concupiſcentiis ac deſideriis mor

A te nos perpetua occidere? Et quid eſt imitari
Chriſtum, niſi carnales concupiſcentias ac deſi-
deria in nobis mortificare, & cnm ipſo qui pre-
tio ſui ſanguinis nos redemit, fœliciter regnare?
Et ſicut quandiu in Adam fuimus, omnes in il-
lo cecidimus: ita iam in Chriſto eſſe cœpimus, vt
omnes cum illo ſpiritualiter reſurgamus. Et vt
totum dicam, Adam nobis abſtulit Paradiſum,
& Chriſtus donauit regna cœlorum, & corpus
ſuum pro nobis peccatoribus tradens, mortuus
eſt pro peccato, non ſuo, ſed noſtro, vnuſquiſque
autem noſtrum non pro omnium peccato mo-
ritur, ſed ſuo. Et quid eſt peccato mori, niſi ope Cap
ra maligna in nobis damnare, & hoc miſerabile
ſæculum fugere? Vt ſicut homo carne mortuus Mo
in ſepulchro nulli detrahit, nemini violentus ex-
iſtit, neminem calumniatur, neminem oppri-
mit, non inuidet bonis, non inſultat malis, non
B luxuriæ carnis ſeruit, non bibendo magis ac ma
gis in ſe ſitim accendit, non odiorum flamma in-
ardeſcit, non potentes ac diuites huius ſæculi a-
dulatur, non inquieta curioſitate raptatur, non
turbæ maximæ ſibi aſtantis curam gerit: non au-
ro argentóque ſiue palliis circundatus diſtendi-
tur, non ſalutationibus potentum delectatur:
non ſe iniuriis fatigat, non eum ſuperbia inflat,
non ambitio huius ſæculi necat, non vana glo-
ria turpiter iactat: non aurum ſiue armillæ at-
que huius falſæ omnes ſæculi diuitiæ inflam-
mant, non rabies inſani furoris exagitat: non
equorum craſsitudo & amor inuitat, non pul-
cherrima ſpecies fœminarum auidum reddit:
non hiſtrionum miſerabiliũ verba in riſum ex-
citant, non contentiones huius ſæculi pertur-
C bant, non audacia extollit, non temporalia
gaudia delectant, non iracundum animoſitas,
non ſuſpicioſum peruerſitas, non verboſum va-
nitas, non riſorem malignitas, non mobilem
inſtabilémque amor huius ſæculi verſatilis fa-
cit. Hæc & alia huiuſmodi enumerando pro-
telaui, vt intelligat dulciſsima fraternitas tua,
quatenus homo carne mortuus, nec facere po-
teſt iſta, nec pati. Et in his talibus non tor-
queamur, ſed ſtudeamus quantum poſſumus,
cum Dei adiutorio corpora noſtra cum vitiis
& concupiſcentiis mortificare, & induamus no-
uum hominem, qui ſecundum Deum creatus
eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Nec huma-
nis laudibus delectemur, nec detractionibus li-
D benter aurem præbeamus, nec adulatoribus no-
ſtris credamus, nec diſcordes ſimus, ſed potius
quos valemus ad concordiam prouocemus: nec
ſimus carnales, hoc eſt, in hoc ſæculo carnaliter
viuentes: quia vt Apoſtolus dicit, ſi ſecundum
carnem vixeritis, moriemini. Et quia mors
in bono & in malo accipitur, ideo libro vigeſi- Tom
mo de ciuitate Dei, capite decimo quinto. Su-
per illud. Mors & infernus reddiderunt mor-
tuos. Hoc loco mors accipitur propter bo-
nos, qui mortem tantummodo perpeti potuerũt

& non

A &non infernum. Infernus autem propter malos, quoniam etiam pœnas apud inferos pendunt. Cum autem dixit, Mors & infernus missi sunt in stagnum ignis: his nominibus significat diabolum: qui mortis est author infernarúmque pœnarum: vniuersámque simul dæmonum societatem. Sed de morte animæ quæ mala est, dicit super Apoca. homil. tertia. Non moritur, nisi qui mortale crimen commiserit: secundum illud quod scriptum est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Quod peius est, multi in corporibus viuis animas mortuas portare noscuntur.

Libro primo de verbis Domini, sermone decimo octauo. Sicut visibiliter plerunque in domo integra & salua, Dominus eiusdẽ mortuus iacet: sic in corpore integro multi habent intus animã mortuã: & hos sic excitat Apostolus, Surge q̃ dormis, exsurge à mortuis &c. Quomodo autem moriatur anima. dicit libro primo contra aduersarium legis & Prophetarum. Non magnum erat Deo, alio quolibet modo vitã subtrahere homini quem viuere noluisset: Sed quoniã rationales animæ de sapientia viuunt, quarum mors est insipientia: huius rei signi ficandæ gratia, lignum vitæ in Paradiso fructu suo mori hominem nec corpore sineret. Quia ergo inde separatus traditus est morti, consumendus ætate, quod nequaquam illi accidisset si semper eodem cibo frueretur, significatum est, quod à spiritali vitæ ligno propter peccatum anima eius exclusa est, & ita quadam sua interiori morte iam mortua. Nam de sapientia scriptum est, Lignum est vitæ amplectentibus eam. Super Ioannem, sermone quadragesimo sexto. Quomodo moritur caro amissa anima, quæ vita eius est: sic moritur anima amisso Deo, qui vita eius est. Sed vt dicit in eod. lib. Omnis qui peccat, moritur. Sed mortem carnis omnis homo timet, mortem animæ pauci. Pro morte carnis, quæ sine dubio quandoque est ventura, curant omnes ne veniat, inde est quòd laborant. Laborat ne moriatur homo moriturus, & non laborat ne peccet, in æternum victurus: & cum laborat ne moriatur homo, sine causa laborat. Id enim agit vt multum viuat, vt mors differatur, non vt euadatur. Si autem peccare nolit non laborabit, & viuet in æternum.

In epistola ad presbyterum Manichæum. Bene est quia times mortem: sed eam mortem debes timere, quam tibi ipse facis, talia de Deo blasphemando. De morte verò damnatorum. Libro de vera innocentia. De prima corporis morte dici potest, quia bonis bona fit, malis mala: secunda verò sine dubio, sicut nullorum bonorum est, ita nulli bona. Et in eodem libro. Prima mors animam nolentem pellit è corpore, secunda animam nolentem tenet in corpore. Ab vtraque morte id habetur, vt quod non vult anima de suo corpore patiatur. Libro de mirabilibus sacræ scripturæ. De continua morte nullus ad vitam indeciduam, nisi Dominus vsque ad nouissimam diem reuertitur: & à vera resurrectione in mortem nunquam iterum aliquis retrudetur. De corporis morte quo ad eius causam. Libro Hypognostico, responsione prima. *Tom. VII.* Mors ex inuidia diaboli veniens, introiuit in orbem terrarum: & Deo iudice iusto pro pœna in peccatorem permissa est dominari. Rectè enim perdidit vitam, qui mortem noluit, ne vitam perderet, cauere prædictam. Ibidem infra. Nulli itaque fidelium dubium esse potest, primos homines sic fuisse vitales, vt si in libertate animæ qua immaculati creati sunt, serpentis contempsissent seductionem mortiferam, vita fruerentur æterna: Si verò seducti essent, amitterent. Quibus propterea prædixit Deus, ne vetita contingerent, vt quicquid victis postea contigisset aduersi, non præmonenti, sed sibi inobedientibus imputarent.

B In sermone quinquagesimo secundo de resurrectione Domini. Mortis originem si quæramus, pater mortis peccatum est. Si enim nunquam peccaretur, nemo moreretur. Legem Dei, hoc est, præceptum Dei homo primus accepit, vt si seruaret, viueret: si corrumperet, moreretur. Non se credendo moriturum, fecit vnde moreretur: & inuenit verum fuisse quod dixerat qui legem dederat. Inde mors, inde mortalis, inde labor, inde miseria, inde etiam post mortem primam mors secunda: id est post mortem temporalem mors sempiterna. Huic ergo conditioni mortis, his legibus inferni obstrictus nascitur omnis homo præter illum, qui factus est homo, ne periret homo. Non enim legibus mortis venit obstrictus. Ideo dicitur in Psalmis. Inter mortuos liber. Quem sine concupiscentia virgo concepit, quem & peperit & virgo permansit: qui vixit sine culpa, qui non est mortuus propter culpam: communicans nobiscum pœnam, non communicans culpam: pœna autẽ culpæ mors. Dominus Christus mori venit, peccare non venit. Communicando nobiscum sine culpa pœnam, & culpam soluit & pœnam.

C Mors quæ ad tempus, est incerta. Libro de spiritu & anima. *Cap. 31. Tom. III.* De anima quando facta est, vel quando de corpore egredietur dicere non possum: quia nec initium meum nec finem scio. Nescio vnde venio, aut quo vado: hoc planè scio, quod mortales sumus: & quod velimus nolimus omnes morimur. Nihil enim morte certius, nihil hora mortis incertius. Nam nescimus quomodo, aut quando, aut vbi moriemur: quoniam mors vbique expectat nos. Idcirco semper debemus esse parati, vt cum corpus reuertetur ad terram, de qua sumptum est, spiritus redeat ad eum qui dedit illum.

D Libro primo de verbis Domini, sermone vigesimo primo. *Tom. X.* Necesse est vt moriamur, sed quãdo nescimus. Pœna certa est, hora incerta: & de ista pœna solum certi sumus in rebus humanis. Cætera nostra & bona & mala incerta sunt, sola mors certa est. Respice omnia mala, vbique est, fortè erit, fortè nõ erit. Nunquid potes dicere fortè non morietur? Quomodo medici quando inspexerint valetudinem, & mortiferã esse cognouerint, hoc pronũtiãt, Moritur, inde nõ euadit: ita

diuita ex quo nascitur homo dicendum est, non euadit. Quando natus est, ægrotare cœpit. Quando mortuus fuerit, finit quidem ægritudinẽ, sed nescit vtrum pergat ad peiorem. Finierat diues ille ægritudinem deliciosam, sed venit ad tortuosam. Pauper ille finiuit ęgritudinẽ, & peruenit ad sanitatẽ. Et qđ postea haberet hîc elegit: & qđ ibi messuit, hîc seminauit. Ideo cum viuimus, vigilare debemus, & eligere quod in futuro teneamus. Causam huius incertitudinis ponit. Libr. quinquagesimo. Homil. homi. decima tertia, circa principium. Deus diem mortis incertum salubriter constituit: diem vltimum suum quisque salubriter cogitet. Misericordia Dei est, quia nescit homo quando moriatur: latet enim vltimus dies, vt obseruentur omnes dies. Sed tenet te mundus, illecebræ circunquaque blandiuntur, delectat pecuniæ magnitudo, delectat honoris fulgor, delectat potentiæ terror. Delectant ista, sed audiatur Apostolus, nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus. Ideo consulit libro de salutaribus documentis. Ne de misericordia Dei tantum securi existamus, vt peccata peccatis augeamus, neque dicamus, donec viget ætas carnis nostræ, concupiscentias nostras exerceamus, & postremo in senectute malorum nostrorum pœnitentiam agamus: pius est enim Dominus & misericors, nec vltra facinorum nostrorum recordabitur. Ne quæso talia cogitemus, quia summa stultitia est: cum & impium sit talem licentiam à Deo postulare quempiam velle, cuius initium est separare nos à Deo. Ideo, inquam, ne talia cogitemus, cum nesciamus qua die morituri sumus. Nemo enim hominum nouit diem exitus sui. Non omnes moriuntur in senectute, sed in diuersis ætatibus de hoc sæculo migrant. Et in quibus actibus vnusquisque homo inuentus fuerit, & in eisdem iudicabitur, quando anima exierit de corpore. Dicit enim Psal. Nemo in inferno confitebitur tibi. Ideo festinemus ad pœnitentiam conuerti. Semper ante oculos nostros versetur vltimus dies: & cum diluculo surrexerimus, ne ad vesperam nos confidamus peruenire: & cum in lecto membra deposuerimus, de lucis non confidamus aduentu: & facilimè poterimus cor nostrum à vitiis & concupiscentiis malis refrænare. Acceleratur quibusdam mors ipsa vtiliter. Lib. quæstionũ super Ios. Mors quippe ista quæ omnes manet, quamuis de primo peccato veniat, tamen quia ita nati sumus vt neccessario moriendum sit, accelerata quibusdam est vtilis. Vnde legitur de quodam. Raptus est, ne malitia &c. Nunquam tamen est putanda tarda. Libro de verbis Apostoli, sermone v. Separatio mentis à carne quandoque vẽtura est, propter breuitatem vitæ nunquam longe est, propter quotidianos casus quando fit nescis. Ergo siue festines, siue tardes, omnis vita humana breuis est. Quare moriendi perseuerat necessitas, dicit libro duodecimo de ciuitate Dei, capi. iij. Ob hoc relinquitur animæ experimẽtum separationis à corpore, quamuis ablato iam

Cap. 39. Tom. IIII. — *Dilata pœnitent. a.* — *Quæst. 9. Tom. IIII.* — *Sap. 4.* — *Tom. X.* — *Tom. V.*

A criminis nexu, eius pœna mors ipsa fuerat: quia si regenerationis sacramentum cõtinuo immortalitas corporis sequeretur, ipsa fides euacuaretur, quæ tunc est fides, quando expectatur in spe, quod in re nondum tenetur. Si Dei autem robore atque certamine, in maioribus duntaxat ætatibus, etiã mortis fuerat superandus timor, quod in sanctis martyribus maximè emicuit: Cuius profecto certaminis nulla esset victoria, nulla gloria: quia nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lauachrum regenerationis iam sancti non possent mortem perpeti corporalẽ. Cũ paruulis autem baptizandis quis non ad Christi gratiam propterea potius curreret, ne à corpore solueretur? Atque ita non inuisibili pręmio probaretur fides: sed iam nec fides esset, confestim sui operis quærendo & sumendo mercedẽ. Nũc verò maiore & mirabiliore gratia saluatoris in

B vsus iustitiæ, peccati pœna conuersa est. Tunc enim dictum est homini, Morieris, si peccaueris. Nunc dicitur martyri, Morere ne pecces. Tunc dictum est: Si mãdatum transgresi fueritis, morte moriemini. Nũc dicitur: si mori recusaueritis, mandatum transgredimini. Quod tunc timendũ fuit, vt non peccaretur: nunc suscipiendum est, ne peccetur. Sic per ineffabilem Dei misericordiã, & ipsa pœna vitiorum transit in arma virtutis, & fit iusti meritum etiam suppliciũ peccatoris. Tunc enim mors est acquisita peccando, nũc impletur iustitia moriendo. Verum hoc in sanctis martyribus, quibus ad alterutrum à persequutore proponitur, vt aut deserant fidem, aut sufferant mortem. Iusti autem malunt credendo perpeti, quod sunt primi iniusti non credendo perpessi.

C Nisi enim peccassent, non morerentur: peccabũt autem isti, nisi moriantur. Mortui sunt illi, quia peccauerunt: nec peccant isti, quia isti moriuntur. Factum est per illorum culpam, vt venirent in pœnam: fit istorum pœna, ne veniatur in culpam: non quia mors bonum aliquod facta est, quæ antea malum fuit: sed tantam Deus præstitit fidei gratiam, vt mors quam vitæ constat esse cõtrariam, instrumentum fieret, per quod transiretur in vitam. Mors in bonum vsum à bonis suscipitur, Libro de vera innocentia. Mors piorum, etiam pœna peccati est. Sed ideo bona ipsis dicitur, quia illa bene vtuntur, quibus finis est ad mala temporalia & transitus ad vitam æternam. Sicut enim iniustitia non tantum malè vtitur ma-

D lis, sed etiam bonis: ita iustitia bene vtitur non tantum bonis, sed etiam malis. Libro decimo tertio de ciuitate Dei, capite octauo. Si diligentius consideremus, etiam cum quisque pro veritate fideliter & laudabiliter moritur, mors cauetur. Ideo quippe aliquid eius suscipitur, ne tota contingat, & secunda insuper, quæ nunquam finiatur, accedat. Suscipitur enim animæ à corpore separatio, ne Deo ab anima separato, etiam ipsa separetur à corpore, ac sic totius hominis prima morte completa, secunda excipiat sempiterna.

Mors etiam mala, non obest bonis. Libro primo de ciuitate Dei, capite vndecimo. Sed dicitur

citur, Multi Christiani interfecti sunt, multi multarũ mortiũ fœda varietate cõsumpti sunt. Hoc si ęgrè ferẽdũ est, omnibus qui in hanc vitam procreati sunt, vtique cõmune est. Hoc scio, neminẽ fuisse mortuum, qui non fuerat aliquando moriturus. Finis autem vitæ tam longam quam breuem vitam hoc idem facit. Neq; enim aliud melius, & aliud deterius, aut aliud maius, & aliud breuius est, quod iã pariter nõ est. Quid autẽ interest quo mortis genere vita ista finiatur, quãdo ille cui finitur, iterũ mori nõ cogitur? Cum autem vnicuique mortalium sub quotidianis vitæ huius casibus, innumerabiles mortes quodãmodo cõminentur, quandiu incertum est, quænam illarũ ventura sit: quæro vtrum satius sit vnam perpeti moriendo, an omnes timere viuendo? Nec ignoro quam inertius eligatur diu viuere sub timore tot mortium, quam semel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pauidus refugit, aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuincit. Mala mors putanda non est, quam bona vita præcessit. Non enim facit malam mortẽ, nisi quod sequitur mortem. Non itaque multum curandum est eis, qui necessario morituri sunt, quid accidat eis vt moriantur: sed moriendo quo ire cogantur. Cum igitur Christiani nouerint longe meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter lingentium canum linguas, quam impij diuitis in purpura & bysso, horrẽda illa genera mortium, quid mortuis obfuerunt, qui bene vixerunt? Libr. secundo. de verbis Domini, sermone xj. Non probat malam mortem, nisi tempus post mortem.

In epistola ad Victorianum. Nihil interest, vtrum seruos Dei sanctos & fideles febris an ferrum de corpore soluat. Non qua occasione exeant, sed quales ad se exeant Deus attendit in seruis suis, nisi quod maiorẽ habet pœnam languor diuturnus, quam citissimus exitus: & tamen etiam ipsum languorem diuturnum & horrendum legimus qualem passus est Iob ille cuius certè iustitiæ Deus ipse, qui falli non potest, tale perhibet testimonium. Libro de quantitate animæ. Tanta Dei prouidentia iustitiáque gubernantur omnia, vt nulli mors iniquè accidere possit, etiã si fortè eam iniquus intulit. Libro de verbis Apostoli, sermone xviij. Si quis percusserit carnem, tu fugis, tu exis, tu migras, iacet terra in terra. Vbi erit quod animauit terram, quod flatu Dei tibi datum est, vbi erit? Si non efflauit vitam, id est, Deum suum, in illo erit quem nõ perdidit, in illo erit quem non à se exclusit. Concludit super Psalm. trigesimum tertium. Secundum animam intelligenda est mors aut pessima aut optima: non secundum corpus, aut contumelias, aut honores, quos homines vidẽt. Sed mors mala insuper prodesse potest. Libro decimo tertio, de trinitate, cap. decimo sexto. Quamuis ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter venerit, tamen bonus eius vsus gloriosissimos martyres fecit. Et ideo non solum ipsa, sed omnia sæculi huius mala, dolores, laborésque hominum, quanquam de peccatorum, & maximè de peccati originalis meritis veniant, vnde facta est & ipsa vita vinculo mortis obstricta, tamẽ remissis peccatis remanere debuerunt, cum quibus homo pro veritate certaret, & vnde exerceretur virtus fidelium: & nouus homo per testamentum nouum inter mala huius sæculi nouo sæculo præpararetur, miseriam quã meruit vita ista damnata sapienter tolerans, & quia finietur prudenter gratulans, beatitudinem verò quam liberata vita futura sine fine habitura est, fideliter & patienter expectans. Diabolus enim à dominatu & à cordibus fidelium foras missus, iniquorum damnatione atque infidelitate licet damnatus etiam ipse regnabat, tantum pro conditione mortalitatis huius aduersari finitur, quantum eis expedire nouit ille de quo sacræ literæ personant per Apostolum, Fidelis, inquit, Deus, qui nõ permittit vos tentari super id quod potestis, sed facit cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere. Prosunt autem ista mala quæ fideles piè perferunt, vel ad emendanda peccata, vel ad exercitandam probandámque iustitiam, vel ad demonstrandam vitæ huius miseriam, vt illa vbi erit beatitudo vera atque perpetua, & desideretur ardentius, & instantius inquiratur. Sed circa eos ista seruantur, de quibus Apostlus dicit. Scimus quoniam diligentibus Deum, &c. Libro secundo, de pecatorum meritis & remissione & baptismo paruulorum. Ante remissionem illa sunt supplicia peccatorum, post remissionem autem, certamina exercitationésque iustorum: ita & de morte corporis similiter dicimus, vt eam peccato accidisse fateamur, & post pecatorum remissionem, vt magnus timor eius à proficientibus superetur, ad certamen nobis relictam esse non dedignemur. Sed vt dicit, libro quæstionum super Iudicũ. Mors sicut nec sibi à quoquam sponte, nec cuiquam sponte inferẽda est, ita Deo iubente recusanda non est, cuius constitutione quocunque tempore obeunda est: nec quisquam qui eam perpeti detractat vt omnino euitetur, sed tantummodo vt differatur laborat. Et quia naturaliter mors ipsa timetur. super Ioannem. Tract. cxxiij. Infirmitatis affectus, quo nemo vult mori, vsque adeo est naturalis, vt eum beato Petro nec senectus auferre potuerit, cui dictum est, Cum senueris, duceris quò non vis. Propter nos consolandos hunc etiam in se figurauit ipse saluator dicens, Pater si fieri potest, transeat calix iste à me: Qui vtique mori venerat, nec habebat mortis necessitatem, sed voluntatem. Sed molestia quantacunque sit mortis, debet eam vincere vis amoris: quo amatur ille, qui cum sit vita nostra, etiam mortem voluit perferre pro nobis. Nam si nulla esset mortis vel parua molestia, non esset tam magna martyrum gloria. Et eodem libro dixerat. Tractatu sexagesimo. Nõ sunt Christo Christiani firmiores. Quid est quod ille morte imminente turbatus est, nisi quia infirmos in suo corpore, hoc est, in sua Ecclesia suæ infirmitatis voluntaria similitudine consolatus est: vt si

[Margin notes: Dura ipso rum mors. — Tom.II. epi.... — Tom.I. — Tom.X. — Tom.III. — 1. Cor. 10. — Rom. 8. — Cap. 34. Tom. VII. — Quæst. 49. Tom. IIII. — Tract. 123. Tom. IX. — Horror mortis. — Mat. 26.]

nata carnalium? Omnis enim caro fœnum. Dicitur autem mors ipſa ſomnus. Super Pſalm. centeſimum vigeſimum nonum. Omnis mors noſtra carnalis ſomnus eſt.

Tom. IX.

Sed in reſurrectione mors ipſa deficiet. Libro quarto de ſymbolo. capi. nono. Quem non mouet cum videt tantam ſpeciem, tantam pulchritudinem, tantum decorem hominem formatum reſolui in pulueres, oſſa diſpergi, terram terræ mandari? Non te iſta Chriſtiane deterreant. Seminatus eſt homo, non perditus. Anima quidem diſcedẽte habitaculum eius ſoluitur: non enim eſt præſto illa domina quæ curam gerit luteæ domus atque eius inſtauret ruinas. Vadit enim vt magno præmio regnum comparet ſempiternum. Quid ergo metuis, ò anima? Chriſto Domino dicata es: atque ipſo donante bene viuis, & ad regnum Dei peruenire contendis. Vt quid formidas vehiculum mortis? Proficiſceris quidem, & iniuriam patietur ad tempus caro tua, reuerteris cum ſummo rege regnans, & talis tibi ipſa reddetur quæ nequeat corrumpi, & tecum maneat ſempiterna. Si ad hoc pergis vt melior efficiaris, non credis, quoniam meliori & in regno cœlorum quodammodo adminiſtraſti, melius tibi præparabitur hoſpitium. Si hoc terrena lutea & fragilis domus tantam tibi exhibuit pulchritudinem: reſtaurata & cœleſtis effecta qualem tibi exhibebit decorem? Si hanc tantũ diligis, quæ paululũ manet & tranſit in tempore: illam quantum amabis, quæ decore ſuo nunquam carebit, quoniam in æterna vita manebit?

Tom. X.

Erit inſuper tunc perfecta cum carne concordia. Libro de verbis Apoſtoli, ſermone ſexto. Sic liberaberis de corpore mortis huius non corpus non habendo, vel alterum habendo, ſed non vlterius moriendo. Si enim non adderet, Mortis huius: & diceret, Quis me liberabit de corpore: fortè ſuggereretur error cogitationi humanæ, & diceretur, vides quia non vult Deus nos eſſe cum corpore? De corpore, inquit, mortis huius. Mortem tolle, & bonum eſt corpus. Detrahatur mors nouiſſima inimica, & erit mihi in æternum caro mea amica. Nemo enim ſuam carnem odio habuit vnquam. Et ſi ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem, & caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſi modo rixa eſt in iſta domo, maritus litigans non perniciem, ſed concordiam quærit vxoris. Abſit fratres mei, abſit, vt ſpiritus concupiſcendo aduerſus carnem, oderit carnem. Vitia carnis odit, cõtentionem mortis odit. Corruptibile hoc induat incorruptionem, & inde plena perfectáque concordia videbis creaturam laudare creatorem.

Liberari de corpore mortis huius.

Cap. 11.
Tom. VII.

Propterea dicit. Libro tertio de peccatorum meritis & remiſſione & baptiſmo paruulorum. Vbi eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors victoria tua? Morti corporis hæc dicentur. Hanc enim abſorbebit victorioſa immortalitas, cum mortale hoc induetur immortalitate. Morti, inquã, corporis ſic dicetur, vbi eſt victoria tua, qua

Mortis victoria.

A hîc omnes ſic viceras, vt etiam Dei filius tecum confligeret, téque non vitando, ſed ſuſcipiendo ſuperaret? Viciſti in morientibus, victa es in reſurgentibus. Victoria tua, qua abſorbueras corpora morientium temporalis fuit: victoria noſtra, qua in corporibus abſorpta es reſurgentium, æterna conſtabit. Vbi eſt aculeus tuus? hoc eſt peccatum, quo puncti & venenati ſumus, vt etiam in noſtris corporibus fieres, & ea tam longo tempore poſſideres? Sed quare non nunc eſt. Ibidem infra, & libro decimo tertio de ciuitate Dei. capit. xiij. Deus noſter ipſam mortem, quamuis peccati merito inflicta ſit, non aufert in hoc ſæculo eis, quibus peccata dimittit, vt etiam cum eius timore ſuperando ſuſcipiant pro fidei ſynceritate certamen: & in quibuſdam etiam iuſtos
B ſuos, quoniam adhuc extolli poſſunt, non adiuuat ad perficiẽdam iuſtitiã, vt dũ non iuſtificatur in conſpectu eius omnis viuẽs, actionem gratiarum, ſemper indulgentiæ ipſius debeamus, & ſic ab illa prima cauſa omnium vitiorum, hoc eſt, à timore ſuperbiæ, ſancta humilitate ſanemur. Et ideo in ſecundo libro de peccatorum meritis, aſsignat cauſam quare Chriſtus non hoc conceſsit. Neque præuaricationis tranſgreſsio plus nobis nocuit, quam incarnatio vel redemptio profuit ſaluatoris. Et infra ſubdit. Quomodo plus nocuit nobis ille peccando, quam iſte profuit redimendo, cum per illius peccatum temporaliter moriamur, per iſtius autem redemptionem, non ad temporalem vitam, ſed ad perpetuam reſurgamus? Noſtrum ergo corpus mortuum eſt propter peccatum, Chriſti autem corpus
C ſolum mortuum eſt ſine peccato: vt fuſo ſanguine ſine culpa, omnium culparum chirographa delerentur, quibus debitores qui in eum credunt à diabolo antea tenebantur. Et ideo, Hic eſt ſanguis meus, inquit, qui pro multis effundetur, in remiſsionem peccatorum. Poterat autem etiam donare hoc credentibus, vt nec iſtius experirentur corporis mortem: ſed ſi hoc feciſſet, carni quædam fœlicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. Si enim homines mortem iſtam timent, vt non ob aliud dicerẽt fœlices eſſe Chriſtianos, niſi quod mori omnino nõ poſſent. Ac per hoc nemo propter illam vitam, quæ poſt iſtam mortem beata futura eſt, per virtutem e-
D tiam contemnẽdæ iſtius mortis ad gratiam Chriſti feſtinaret, ſed propter remouendam mortis moleſtiam delicatius crederetur in Chriſtum. Plus ergo gratiæ præſtitit, plus fidelibus ſuis ſine dubitatione donauit. Quid enim magnum erat videndo non mori eos qui crederent credere ſe non moriturum? Quanto eſt maius, quanto fortius, quanto laudabilius ita credere, vt ſe ſperet moriturus ſine fine victurum? Sed de morte Chriſti quod fuerit ſibi voluntaria. Super Ioannem, Tractatu centeſimo decimo nono. Quis ita dormit quando voluerit, ſicut Chriſtus mortuus eſt quando voluit? Quis ita veſtem deponit

ponit quando voluerit, sicut se carne exuit quando voluit? Quis ita cum voluerit abit, quomodo cum voluit obiit? Quanta speranda vel timenda est potestas iudicantis, si apparuit tanta morientis? Sed mortuus est carne tantum. In dialogo ad Orosium. Mors Domini nostri Iesu Christi non fuit in anima, sed in carne sola: mors verò nostra, non solum est in carne, sed in anima: in anima propter peccatum, in carne propter pœnam peccati. Ille verò quia peccatum non habuit, in anima non est mortuus, nisi tantum in carne: & hoc propter similitudinem carnis peccati, quam de Adam traxerat: quia simpla mors eius profuit duplæ nostræ. Libro contra Felicianum. capite decimo octauo. Credo mortuum esse filium Dei, non secundum pœnam iniustitiæ, quam ex toto non habuit: sed secundum legem naturæ, quam pro humani generis redemptione suscepit: illa morte qua dicitur, Quis est homo qui viuet & non videbit mortẽ? Non illa de qua Isai. dicit, Mortui autem vitam non videbunt. Illa quæ secundum naturam generalis est cunctis, non illa quæ specialis est malis. In sermone trigesimo quinto de resurrectione Domini. Non erat illi verbo vnde haberet mortem: & nos non habebamus vnde haberemus vitam. Accepit ille mortem de nostro, vt daret nobis vitam de suo. Sed qualis illa? Mors fuit dignatione, non conditione: quia dignatus est, quia voluit, quia misericordia motus est. Potestate, non necessitate mortuus est. Potestatem, inquit, habeo ponendi animam & cætera. Libro quarto contra epistolas Pellagianorum. cap. quarto. Sicut Christus solus factus est hominis filius, vt nos per illum Dei filij fieremus: ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis pœnam, vt nos per illum sine bonis meritis consequeremur gratiam. Quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Commendans ergo dilectionem suam in eos, quibus erat daturus indebitam vitam, pati pro eis voluit mortem indebitam. In sermone quarto de sancto sabbato. Scimus fratres, & fide firmissima retinemus, semel Christum mortuum esse pro nobis: pro peccatoribus iustum, pro seruis dominum, pro captiuis liberum, pro ægrotis medicum, pro miseris beatum, pro egenis opulentum, pro perditis quæsitorem, pro venditis redemptorem, pro grege pastorem, & quod est omnibus mirabilius, pro creatura creatorem: seruantem semper tamen quod semper est, tenentem quod factus est: Dominum latentem, hominem apparentem: virtute viuificantem, infirmitate morientem: Diuinitate immutabilem, carne passibilem. Vnde ait Apostolus, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. In serm. vigesimo nono de resurrectione. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi eum cepisti, possedisti, vicisti, & tibi addidisti, percussisti, & cecidisti. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Nonne confregit illum Dominus meus? O mors quando Deo meo hæsisti, tunc & mihi periisti. *Tom.VI.* Libro primo contra Maximinum Arrianum, cap. primo, siue respõsione. Non potuisset vllo modo mori Dei filius, nisi carnem mortalem suscepisset à nobis. Denique caro in illo mortua est, non ipse est mortuus, quantum ad Deum pertinet, quantum ad Diuinitatem attinet, qua est æqualis patri. *Tom.III.* Vnde mors eius meritoria valde fuit. Libro quarto de Trinitate, capi. duodecimo. Vt ergo, sicut per vnum hominem mors: ita per vnum hominem resurrectio fieret mortuorum: quia magis vitabant homines quod euitare non poterant, mortem scilicet carnis, quam mortem spiritus, id est, magis pœnam, quam meritum pœnæ. Nam non peccare, aut non curatur, aut parum curatur: non mori autem, quamuis non obtineatur, vehementer satagitur: vitæ mediator ostendens quam non sit mors timenda, quæ per humanam conditionem iam euadi non potest, sed potius impietates quæ per fidem caueri potest, occurrit nobis ad fidem quo venimus, sed nõ qua venimus. Nos enim ad mortem per peccatũ venimus, ille per iustitiã: ideo cũ sit mors nostra pœna peccati, mors illius facta est hostia pro peccato. Libro xiij. *Tom.eod.* capite decimo sexto. Peccata nostra diabolus tenebat, & per illa nos merito figebat in morte. Dimisit ille ea qui sua non habebat, & ab illo immerito est perductus ad mortem. Tantum valuit sanguis ille, vt neminem Christo indutum in æterna morte debita detinere debuerit, qui Christum morte indebita vel ad tempus occidit.

Tom.V. Libro vigesimo de ciuitate Dei, c. sexto. Omnes mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto: siue originalibus, siue etiam voluntate additis, vel ignorando, vel sciendo nec faciendo quod iustum est: & pro omnibus mortuis viuus mortuus est vnus, id est nullum habẽs omnino peccatum: vt qui per remissionem peccatorum viuunt, non iam sibi viuant, sed ei qui mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: vt credentes in ipsum, qui iustificat impium, ex impietate iustificati, tanquam ex morte viuificati, ad primam resurrectionem quæ nunc est, pertinere possimus. *Resurrectio prima, & secunda.* Ad hanc enim primam non pertinent, nisi qui beati erunt in æternum. Ad secundam verò, beati & miseri pertinebunt. Libro tertio. de verbis Domini, sermone sexto. *Ser.ord. 43. Tom.X.* O mors vbi est victoria tua? Percussisti, vulnerasti, defecisti: sed vulneratus est propter me qui fecit me. O mors, ò mors, vulneratus est pro me qui fecit me, & de morte sua vicit te. Super Psalmum quinquagesimũ primũ. Mortuus est Christus mortis interfector. Fuit autem magis in illo mors mortua, quàm ipse in morte mortuus. In sermone nono. de aduentu ad iudicium. Ideo mori voluit Christus vt mortem nostram moriendo

destrueret,& vitam resurgendo repararet. Vnde libro de vera innocentia. capi. trecentesimo decimo tertio. *Tom. III.* De vno solo mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu,catholica fides nouit,quod pro nobis mortem,id est,peccati pœnam sine peccato subire dignatus sit. Sicut enim solus ideo factus est hominis filius, vt per illum nos Dei filij fieremus:ita solus suscepit sine malis meritis pœnam, sicut nos per illum sine bonis meritis gratiam. Quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Commendans ergo dilectionem suam in eos, quibus daturus erat indebitã vitã,vita pro eis voluit indebitam mortem. *Cap. 11. Tom. VII.* Ideo libro de correptione & gratia.Quãuis die tertio resurrexerit Christus nunquam moriturus vlterius: pertulit tamen pro mortalibus mortem, qui mortuus præstat vitam: vt redempti eius sanguine tanto talíque pignore accepto dicerent, *Rom. 8.* si Deus pro nobis,quis contra nos?Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.

Tom. VIII. Super Psalm. centesimum nonum. Vt resurgeres Christe, mortuus es: vt ascenderes, resurrexisti: vt sederes ad dexteram patris, ascendisti: ergo vt ad dexteram patris sederes, mortuus es. De morte eius, resurrectio: de resurrectione, ascensio:de ascensione, ad dexteram Dei sessio: Hoc totum à morte cœpit. Excellentia huius claritatis, principium habet humilitatis. *Tom. V.* Vnde probat non aliter esse debuisse.Libro decimo septimo de ciuitate Dei, capit. decimo octauo. Quia non oportuit Christum saluatorem de hac vita alios exitus habere nisi mortis, ideo dictum est,Deus noster,Deus saluos faciendi: & Domini exitus mortis:vt ostenderetur moriendo saluos esse facturus.Sed mirando dictum est, Domini:tanquam diceretur,Talis est vita ista mortalium, vt nec ipse Dominus aliter ab illa exiret, nisi per mortem. *Tom. IIII.* Aliter dicit. Libro octogesimo tertio quæstionum, quæstione vigesima quinta.Sapientia Dei hominem, ad exemplum quo rectè viueremus, suscepit. Pertinet autem ad vitam rectam,ea quæ non sunt metuenda non metuere.Mors autem metuenda non est:oportuit igitur id ipsum illius hominis, quam Dei sapientia suscepit,morte monstrari. *Cur morte crucis mortuus Christus.* Sunt autem homines qui quamuis mortem ipsam non metuant, genus tamen alicuius mortis horrescunt.Nihilominus autem vt ipsa mors metuenda non est, ita nullum genus mortis bene & rectè viuenti homini metuendum est. Nihilominus igitur hoc quoque illius hominis cruce ostendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius & formidolosius. *Cap. 7. Tom. VII. Rom. 8.* Propterea libro primo, de peccatorum meritis & remissione,vt supra. Si Christus autem, inquit Apostolus, in vobis est, corpus quidem mortuũ est propter peccatũ, spiritus autem vita est propter iustitiam. Hoc dictum est, ne ideo putarent homines vel nullum, vel paruum se habere beneficium de gratia Christi,quia necessa-

A rio mortui sunt corpore. Attendere quippe debent corpus quidem adhuc peccati meritum gerere,quod conditioni mortis obstrictum est, sed iam spiritu cœpisse viuere propter iustitiam fidei,qui & ipse in homine fuerat quadam morte infidelitatis extinctus. In epistola prima ad Hilariũ.Regnũ mortis in eis tantũ non est, qui *Tom. Epist.* Christi gratia renati,ad eius pertinẽt regnũ:quoniã mors tẽporalis, quamuis & ipsa de originali peccato propagata sit, corpus in eis interimit,animam verò ad pœnam non trahit: vbi voluit Apostolus regnum mortis intelligi, vt anima renouata per gratiam,iam non moriatur in gehennam,id est, à vita Dei non alienetur, non separetur. Temporalis autem mors corporis, etiam in his qui Christi morte redimũtur, relinquitur, B interim ad exercitationem fidei & agonem luctaminis præsentis, in quo & martyres certauerunt:absumetur verò & ipsa in renouatione corporis,quoniam resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus absorbebitur mors in victoriam, cui modo Christi gratia adimit regnum,ne suorum animas ad pœnas tartari trahat. Ibidem infra. Tẽporaliter valet forma mortis ex Adam, in æternum autem valebit vitæ forma per Christum.

Vnde mors ipsa corporis exemplo Christi est humiliter supportanda. Super Psal. sexagesimum septimum. *Tom. II.* Domini exitus mortis. Tanquam diceret, Quid indignaris humana conditio,te habere exitum mortis?Et Domini tui exitus non alius quam mortis fuit. Potius ergo cõsolare,quam indignare: nam & Domini exitus C mortis. Patienter ergo ipsam mortem feramus illius exemplo,qui licet peccato nullo esset debitor mortis,& Dominus esset,à quo nemo animam tolleret,si non eam ipsam à semetipso poneret, etiam ipsius fuit exitus mortis. Super Ioannem, Tractatu quadragesimo tertio. Natus es homo, moriturus es. Quo ibis vt non moriaris? *Tom. IX.* Vt Dominus tuus necessitate moriturum consolaretur, voluntate mori dignatus es. Quando vides Christum mortuum, dedignaris mori?Ergo moriturus es:qua euades non habes. Hodie sit,cras sit, futurum est, debitum est reddendum. Quid ergo agit homo timens, fugiens, occultans se ne inueniatur ab inimico? Non agit vt non moriatur, sed vt paulo serius moriatur. Non accipit debiti securitatem,sed postulat dila- D tionem. Quãtumlibet diu differatur, veniet quod differtur. Mortem igitur animæ, non corporis timeamus. Propter hæc omnia, libro tertio de verbis Domini,sermone quinto,circa finem. *Ser. Tom. X.* Suscepit Christus quod noueramus in hac terra: quod hîc abundat nasci & mori. Sed resurgere & inæternum viuere non hîc erat. Inuenit hîc viles merces terrestres, attulit peregrinas cœlestes. Si expauescis mortem, ama resurrectionem. Dedit tibi auxilium de tribulatione sua, nam vana remanserat salus tua. Salutem itaque in hoc mundo peregrinam, hoc est, sempiternam, fratres agnoscamus & diligamus,

& in

& in hoc mundo tanquam peregrini viuamus. Transire nos cogitemus, & minus peccabimus. Agamus potius Domino Deo nostro gratias, quia huius vitæ vltimum diem & breuem esse voluit & incertum. A prima infantia vsque ad decrepitam senectutem, breue spatium est. Quod tandiu vixerat, quid ei profuisset si Adam hodie mortuus esset? Quid diu est, vbi finis est? Hesternum diem nemo reuocat, hodiernus crastino vrgetur vt transeat. Ipso paruo spatio bene viuamus, vt illò eamus vnde non transeamus. Sed vita damnatorum erit mors perpetua. Libro hypognosticon, responsione prima. Peccator recipit vitam, non autē redit ad vitam. Reditus enim vitę in regno cœlorum est, quod omnis in peccatis suis, vel sine baptismo moriēs non potest possidere. Recipit enim vitam in corpore non moriturus, sed ita victurus in corpore, vt sit mortuus vita, vel corpore viuens semper in pœna & vita & corpore cum diabolo mortis authore damnato. Vnde de morte secunda. Libro decimo tertio de ciuitate Dei, capit. secundo. Quamuis anima humana veraciter immortalis perhibeatur, habet tamen & ipsa quandam mortē suam. Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodā quantulocunq; non desinit viuere, atque sentire. Corpus autem ideo mortale, quia à vita quam habet deseri potest, neque per seipsum aliquatenus viuit. Mors igitur animę fit, cum eam deserit Deus, sicut corporis, cum id deserit anima. Ergo vtriusque rei, id est, totius hominis mors est, cum anima à Deo deserta, deserit corpus. Ita enim nec ex Deo viuit ipsa, nec corpus ex ipsa. Huiusmodi autem totius hominis mortem illa sequitur, quam secundam mortem Diuinorum eloquiorum appellat authoritas. Et infra. In illa damnatione nouissima, quamuis homo sentire non desinat, tamen quia sensus ipse nec voluntate suauis, nec quiete salubris, sed dolore pœnalis est, non immerito mors est potius appellata quā vita. Ideo autem secunda, quia post illam primam, qua fit cohærentium diremptio naturarum, siue Dei & animæ, siue animæ & corporis. De prima igitur corporis morte dici potest, quod bonis bona sit, & malis mala. Secunda verò sine dubio sicut nullorum bonorum est, ita nulli bona. Eodem Libro, cap. vigesimo tertio. Cum dixit Deus, Adam vbi es? mortem significauit animæ, quæ facta est illo deserente. Et dicendo. Terra es, & in terram ibis: mortem significauit corporis, quæ illi fit anima deserente. De secunda verò morte propterea nihil dixisse credendum est, quia occultam esse voluit propter dispēsationem testamenti noui: vbi secunda mors apertissimè declaratur, vt prius ista mors prima quæ communis est omnibus, proderetur ex illo venisse peccato, quod in vno cōmune factum est omnibus: mors verò secunda non vtique communis est omnibus propter eos, qui secundum propositū vocati sunt sancti, quos ante præsciuit, & prædestinauit, sicut

A ait Apostolus, conformes fieri imagini filij sui.

In epistola prima ad Euodiū ponit exemplū quod anima viuat post corporis mortē, sic dicendo. Narrabo vnum aliquid breuiter vnde cogites. Frater noster Gennadius notissimus ferè omnibus, nobisque charissimus medicus, qui nunc apud Chartaginē degit, & Romæ suæ artis exercitatiōe præpolluit, vt hominē religiosum nosti, atq; erga pauperū curā impigra misericordia, facillimóq; animo benignissimum, dubitabat tamē aliquādo, vt modo nobis retulit, cum adhuc esset adolescens, & in eleemosynis feruētissimus, vtrū esset vlla vita post mortem. Huius igitur mētem & opera misericordiæ quoniam Deus nullo modo desereret, apparuit ei in somnis conspicuus Iuuenis & dignus intēdi, eíque dixit. Sequere me: B quem dum sequeretur venit ad quandam ciuitatem, vbi audire cœpit à dextera parte sonos suauissimæ cantilenæ vltra solitam, notámque suauitatē. Tunc ille intendendo quid nam esset, ait, hymnos esse beatorum atque sanctorum. Sinistra autem parte quid se vidisse retulit, non satis memini. Euigilauit, & somnium fugit, tātúmque de illo, quantum de somnio cogitauit: alia verò nocte, ecce idem ipse iuuenis eidem rursus apparuit, atque ab illo vtrum cognosceretur interrogauit: respondit iste, quod eum bene planéque cognosceret. Tunc ille quæsiuit, vbi se nosset. Nec memoriæ defuit, quod iste identidem responderet, totúmque visum illud, hymnósq; sanctorum, ad quos audiendos eo duce venerat, qua recentissimos recordabatur facilitate narrauit. C Hîc ille percunctatus est, vtrumnam id quod narrauerat in somnis vidisset, an vigilans: respondet, in somnis. Ait ille: bene, inquit, recolis: in somnis illa vidisti. Sed etiam nunc in somnis te videre scias. Hic cum audisset ista, ita esse credidit. Tunc qui hominem docebat, adiecit, & ait. Vbi est modo corpus tuum. Ille respondit. In cubiculo meo. Scisne, inquit ille, in eodem corpusculo nunc esse illigatos & clausos & otiosos oculos tuos, nihílque illis oculis te videre? Respondit: scio. Tunc ille: qui sunt ergo, inquit, isti oculi quibus me vides? ad hoc iste non inueniens quid responderet, obticuit. Cui hæsitanti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur, apparuit: & continuò, Sicut, inquit, illi oculi carnis tuæ vtique in dormiente atque in lectulo iacente D nunc vacant, nec aliquid operantur, & tamē sunt isti quibus me intueris, & ista vteris visione: ita cum fueris defunctus, nihil agentibus oculis carnis tuæ vita tibi inerit qua viuas, sensúsque quo sentias. Caue iam deinceps, ne vitam manere post mortem dubites. Ita sibi homo fidelis, ablatam dicit huius rei dubitationem.

Tom. II. Epist. 100.

Visio.

MORTVVS. Dum moritur quisque aggrauatur & timorosa videt. In sermone de aduentu ad iudiciū. Magnus tremor tunc est, fratres charissimi, quando anima à

corpore videtur ſeparari. In illa enim hora anguſtiæ, vox detinetur, & lingua verbum excutere non valet: reuoluit hinc & inde oculos frequenter, videt aſsiſtentes amicos vel parentes, filios vel fratres. Agnoſcit, & loqui non valet: lamentantes audit, & conſolari non poteſt. Venit enim hora quando non eſt cogitatio filiorum nec amicorum, & nullum interuenit negotium niſi cogitatio delictorum, quo vadat, qualem remiſsionem accipiat, qualis locus eum ſuſcipiat. Aſsiſtunt ſubito angeli tartarei à Deo tranſmiſsi: tunc ſi impræparata erit, quomodo conturbabitur? & de ſtrato fugam petere non poterit, ſed tunc oculis miſeris & vultu plorabili rogans, deprecans, adorans & dicens. Miſerere mei amator humani generis, & vos Angeli miſeremini: non me nudam & ſine fructu ad iudicem deportetis, non me peccatorem à corpore ſegregetis. Rogo dimittite per modicum tempus me pœnitere, ſuſpirare, lamentari, eleemoſynas facere: deprecor deprecemini pro me & intercedite: quia malè vitam expendi. Hæc audientes tales Angeli dicunt. O miſera anima, omnes dies tuos in peccato vixiſti, & modo vis pœnitere: ſol tuus occubuit, finis tuus aduenit, Deus iuſsit. Egredere, à corpore ſeparare, & cruciare in æterno igne ſecundum opera tua. Non eſt tibi decætero ſpes ſalutis, ſed perpetua damnatio. Iſta ſcientes, ante illam horam curramus ad pœnitẽtiam. Suſcipiet enim nos, qui ſuſcepit latronem & adulteram mulierem. In ſermone de reſurrectione Domini. ſermone quinquageſimo quinto. Homines propter eos quos hîc relinquunt, teſtamenti curam gerunt imminente die mortis ſuæ: quantomagis deberent de anima ſua aliquid cogitare? Ecce habebunt filij tui quod dimittis: tu nihil habebis. Tota cogitatio tua in eo conſumitur, vt peregrini poſt te tranſeant, non quò tranſeuntes perueniant. Nulla eſſet cogitatio de morte, ſed cum efferuntur mortui, cogitatur mors, & dicitur. Væ miſero mihi. Talis heri ambulabat, aut ante ſeptem dies illum vidi: illud atque illud mecum loquutus eſt: nihil eſt homo. Murmurat iſta: ſed fortè cum mortuus plangitur, cum funus curatur, cum exequiæ præparantur, cum effertur, cum itur, cum ſepelitur, eum vrget iſte ſermo: ſepulto autem mortuo, etiam talis cogitatio ſepelitur: recedunt iſtæ curæ mortiferæ, obliuiſcitur quæ dudum dixerat, de ſucceſsione cogitat deceſſurus, reditur ad fraudes, ad rapinas, ad periuria, ad violentiam, ad infinitas corporis voluptates, non dico perituras cum exhauſtæ fuerint, ſed cum hauriuntur pereuntes: & quod eſt pernicioſius, de ſepulto mortuo, argumentum ſepeliendi cordis aſſumitur, & dicitur. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. In ſermone decimo tertio de aduentu ad iudicium. In hac vita poſiti fratres ita agite, vt cum hinc migraueritis, & caro veſtra à vermibus cœperit deuorari, in ſepulchro anima do-

A nata bonis operibus, cum ſanctis omnibus leuetur in cœlis. Retrahat vos à malis operibus vel peccatis interitus eorum quos præmiſiſtis. Attendite eorum calamitates, & conſiderate diuitum ſepulturas, vt eorum qui ante pauca tempora nobiſcum erant, quid ſunt, vel quid fuerunt, vel quid eis diuitiæ & cupiditates ſæculi profuerunt, teneatis. Ecce nihil ex eis niſi ſoli cineres remanſerunt: qui ſi modo loqui poſſent, hoc nobis dicerent. Vt quid infœlices tantum pro ſæculi vanitate diſcurritis? Vt quid vos vitiis & criminibus repletis? Conſiderate oſſa noſtra, & vel ſic horreat vobis cupiditas & miſeria veſtra. Quod vos eſtis, nos fuimus: quod nos ſumus, vos eritis. Iſta omnia fratres ſollicita conſideratione penſate: & hæc conſiderãtes, expaueſcite.

B Diem mortis ante oculos ſemper ponite, & ad emendationem quantum poteſtis feſtinate. Nolite negligere quod vos pius Dominus peccãtes ſuſtinet: quia quanto diutius expectat vt mores emendetis, tanto grauius iudicabit ſi neglexeritis. Si fortè putatis quia finis mundi tardius veniat, vel ſuum vnuſquiſque conſideret finem. Ecce dum libenter ac iucundiſsimè moratur homo in mundo, multáque in longa tempora diſponit agenda, repente rapitur in morte, improuisò aufertur à corpore: ſed ille eſt beatus, qui ſemper illam ante oculos habuit, & ſollicitus extitit in illa mortis hora paratus inueniri. Si vultis ſcire chariſsimi, cum magno metu magníſque doloribus anima ſeparatur à corpore: veniunt enim angeli, aſſumunt eam, vt perducant ante

C tribunal iudicis metuendi: & tunc illa memorans opera ſua mala, quæ die noctéque geſsit, contremiſcit: quærit ea effugere, & inducias petere: Date, inquiens, mihi vel vnius horæ ſpatium. Tunc opera ſua quaſi loquentia in conſcientia dicent. Tu nos egiſti, tua opera ſumus, non te deſeremus, ſed ſemper tecum erimus: tecum pergemus ad iudicem. Hæc enim peccatoris anima ait, cum horrendo cum timore ſeparatur à corpore, plena peccati, & ingentis confuſionis. Iuſti verò anima non timet cum ſeparatur à corpore, ſed magis cum magno gaudio egreditur, & cum exultatione pergit ad Deum, deducẽtibus illam Angelis ſanctis. De apparitionibus mortuorum viuis exhibitis. Libro de cura pro mortuis agenda, capite decimo, Tom. III

D circa medium. Ferũtur mortui nonnulli in ſomnis vel in alio quocunque modo apparuiſſe viuentibus, atque vbi eorum corpora iacerent inhumata neſcientibus, locíſque monſtratis admonuiſſe vt ſibi ſepultura quæ defuerat præberetur. Hæc ſi falſa eſſe reſponderimus, cõtra quorundã ſcripta fidelium, vel contra eorum ſenſum qui talia ſibi accidiſſe cõfirmant impudẽter venire videbimur. Sed reſpondendum eſt, non ideo putandum eſſe mortuos ita ſentire, quia hoc dicere vel iudicare vel petere videntur in ſomnis. Nam & viuẽtes apparẽt ſępe viuẽtibus dormiẽtibus, dũ ſe ipſi

ipsi nesciunt apparere: & ab eis hæc qui somniauerint audiũt dicẽtibus, quod eos in somnis agentes aliquid vel loquẽres viderint. Sic ergo me potest aliquis in somnis videre sibi aliquid quod factum est indicantem, vel etiam quod futurum est prænuntiantem: cum id ergo prorsus ignorẽ, & omnino non curem, nõ solùm quid ille somniet, sed vtrum dormiente me vigilet, an vigilante me dormiat, an vno eodémque tempore vigilemus ambo siue dormiamus, quando ille somnium videt in quo me videt: quid mirum si nescientes mortui nec ista sentientes, tamen à viuentibus videntur in somnis, & aliquid dicunt, quod euigilantes verum esse cognoscant? Angelicis igitur operationibus fieri crediderim, siue permittatur desuper, siue iubeatur vt aliquid dicere de sepeliendis corporibus suis videantur in somnis, cum id penitus nesciant quorum illa sunt corpora. Id autem aliquando vtiliter fit, siue ad viuorum qualecunque solatium, ad quos pertinent illi mortui, quorum apparẽt imagines somniantibus: siue vt his admonitionibus generi humano sepulturæ commendetur humanitas. Quæ licet defunctis non opituletur, culpanda tamen irreligiositate negligitur. Aliquando autem fallacibus visis homines in magnos mittuntur errores, quos talia perpeti iustum est: velut si quisquã videat in somnis, quod Aeneas vidisse apud inferos poëtica falsitate narratur: & vt ei cuiuspiam non sepulti appareat imago loquatúrque talia, qualia fertur loquutus illi fuisse Palinurus: & cum euigilauerit, ibi corpus eius inueniat vbi iacere inhumatum somniaret audiuit, admonitus & rogatus vt sepeliret inuentum: & quia id verum esse comperit, credat ideo mortuos sepeliri vt eorum animæ ad loca transeant, vnde in sepultorum animas inferni prohiberi lege somniauit. Nonne ista credens plurimum à tramite veritatis exorbitat? Si autem infirmitas humana sese habet, vt in somnis si quem viderit mortuum, ipsius animam se videre arbitretur: cum autem viuum similiter somniauerit, non eius animam, neque corpus, sed hominis similitudinem apparuisse non dubitet: quasi non possint & mortuorum hominum, eodem modo nescientium, non animæ sed similitudines apparere dormientibus. Et subdit exempla. Pro certo cum Mediolani essemus, audiuimus quod cum debitum repeteretur à quodam, defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente à patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissimè cœpit atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit quid deberet, cum fecisset etiam testamentum. Tunc ei anxio apparuit idem pater eius in somnis, & vbi esset recautum quod illa cautio vacuata fuerat, indicauit. Quo inuento iuuenis atque monstrato, non solùm falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum accepit chirographum, quod pater non receperat, quando est pecunia persoluta. Hîc vtique

A putatur anima hominis curam gessisse pro filio, & ad eum venisse dormientem, vt docens quod ignorabat, à magna eum molestia liberaret. Sed eodem ipso fermè tempore, quo id audiuimus: id est, nobis apud Mediolanum constitutis, Carthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut ipse mihi postquam in Affricam remeauimus retulit, cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum. Quo non intellecto, vix potuit dormire solicitus: qua nocte somnianti, ego illi quod non intelligebat exposui: imò non ego, sed imago mea nesciente me, & tam longè trans mare aliquid aliud, siue agente, siue somniante, & nihil de illius curis omnino curante. Quomodo fiant ista, nescio: *Aliud exemplum.*

B sed quomodolibet fiant, cur non eodem modo fieri credimus, vt in somnis quisque videat mortuum, quomodo fit vt videat etiam viuum? ambobus vtique nescientibus, neque curantibus, quis, vel vbi, vel quando eorum imagines somniet. Similia sunt autem somniis nonnulla etiam visa vigilantium, qui turbatos habent sensus, sicut phrenetici vel quocunque furentes modo: Nam & ipsi loquuntur secum, quasi cum verè præsentibus: loquuntur etiam cum absentibus, quasi cum præsentibus, quorum imagines cernunt, siue viuorum, siue mortuorum. Sed quemadmodum ij qui viuunt, ab eis se videri & cum eis se loqui nesciunt: neque enim reuera ipsi adsunt aut ipsi sermocinantur, sed turbati sensibus *Cap. 12.*

C homines talia visa imaginaria patiuntur. Eo modo & ij, qui ex hac vita migrauerunt, sic affectis hominibus videntur quasi præsentes, cum sint absentes, & vtrum aliquis eos imaginaliter videat omnino nescientes. Huic rei simile est etiam illud, cum homines altius quam si dormirent, subtrahuntur corporis sensibus, & occupantur talibus visis. Et his enim apparent imagines viuorum atque mortuorum: & cum fuerint sensibus redditi, quoscunque mortuos se vidisse dixerint verè cum eis fuisse creduntur: nec attendunt qui hæc audiunt, similiter ab eis absentium atque nescientium quorundam etiam imagines visas esse viuorum. Ibi ergo sunt spiritus defunctorum, vbi non vident quæcunque aguntur, aut eueniunt in ista vita hominibus. *Cap. 13.*

D Quomodo ergo vident tumulos suos, aut corpora sua, vtrum abiecta iaceant, an sepulta? Quomodo intersunt miseriis viuorum, cum vel sua ipsi mala patiantur, si talia merita contraxerunt: vel in pace requiescant, sicut Iosiæ promissum est, vbi mala vlla nec patiẽdo nec cõpatiẽdo sustineant, liberati ab omnibus malis, quæ patiendo & compatiendo cum hîc viuerent sustinebãt? Et probat hoc ibidẽ quodãmodo demonstratiuè, quod mortui ignorant quid agamus, aut quid eueniat nobis. De apparitionibus mortuorum, quibus secundum dispensationem Diuinæ *Eod. cap. 3. sup.*

næ prouidentiæ mentes mortalium siue fallantur, siue consolentur, siue terreantur: sicut vnicuique vel præbenda est misericordia, vel irroganda vindicta, ab eo cui misericordiam & iudicium non inaniter cantat Ecclesia. Vt volet accipiat quisque quod dicam. Si rebus viuentium interessent animæ mortuorum, & ipsæ nos quando eas videmus alloquerentur in somnis, vt de aliis taceam, meipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra marique sequuta est, vt mecum viueret. Absit enim, vt facta sit vita fœliciori crudelis, vsqueadeo, vt quando aliquid angit cor meum, nec tristem filium consoletur, quem dilexit vnicè, quem nunquam voluit mœstum videre. Sed profecto quod sacer psalm. personat verum est. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus assumpsit me. Si ergo dereliquerunt nos parentes nostri, quomodo nostris curis & rebus intersunt? Si autem parentes non intersunt, qui sunt alij mortuorum, qui nouerunt quid agamus, quídue patiamur?

Si mortuorum animæ sentiant res viuentium.

Psal. 26.

Et respondet ibidem, capit. decimo quarto, in contrarium argumentum. Fatendum est ibi esse spiritus defunctorum, vbi non vident quæcunque aguntur, aut eueniunt in vita ista hominibus. Si dixerit aliquis si nulla est mortuis cura de viuis, quomodo ille diues qui apud inferos torquebatur, rogabat Abraham patrem, vt mitteret Lazarum ad quinque fratres suos nondum mortuos, & ageret cum eis, ne venirent & ipsi in eundem locum tormentorum? Sed nunquid quia hoc & ille diues dixit, ideo quid fratres agerent, vel quid paterentur, in illo tempore sciuit? Ita illi fuit cura de viuis, quamuis quid agerent omnino nesciret: quemadmodum nobis est cura de mortuis, quamuis quid agant omnino vtique nesciamus. Nam si nihil de mortuis curaremus, non vtique pro illis Deo supplicaremus. Denique Abraham nec Lazarum misit, & Mosen & Prophetas hîc eos habere respondit, quos audire deberent, vt ad illa supplicia non venirent. Vbi rursus occurrit, quomodo quid hîc ageretur Abraham pater nesciebat, vbi esse sciebat Mosen & Prophetas, id est libros eorum, quibus homines obediendo tormenta inferni euitarent: vbi denique nouerat diuitem illum in deliciis, pauperem verò Lazarum in doloribus, laboribúsque vixisse: nam & hoc illi ait. Memento filij quia percepisti bona in vita tua, Lazarus autem mala. Sciebat ergo hæc quæ apud viuos, non apud defunctos gesta fuerant. Verum non cum agerentur in viuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit quod ait Propheta, Abraham nesciuit nos. Proinde fatendum est, nescire quidem mortuos quid hîc agatur, postea verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt. Non quidem omnia, sed quæ sinuntur indicare, qui sinuntur etiam ista meminisse: & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Possunt & ab Angelis, qui re-

Cap. 14.

Obiectio ad superiora.

Solutio.

Alia obiectio.

Solutio.

Cap. 15.

A bus quæ hîc aguntur, præstò sunt, audire aliquid mortui, quod vnumquenque illorum audire debere iudicat, qui cuncta subiecta sunt. Nisi enim essent Angeli, qui possent interesse & viuorum & mortuorum locis, non dixisset Dominus Iesus. Contigit autem mori inopem illum, & ferri ab Angelis in sinum Abrahæ. Nunc ergo hîc, nunc ibi esse potuerunt, cui hinc illum quē Deus voluit abstulerunt. Possunt etiam spiritus mortuorum aliqua quæ hîc aguntur, quæ necessarium est eos nosse, & quæ necessarium non est eos non nosse, non solùm præsentia vel præterita, verumetiam futura spiritu Dei reuelante cognoscere: sicut non omnes homines, sed Prophetæ dum hîc viuerent cognoscebant, nec ipsa omnia, sed quæ illis esse reuelanda Dei prouidentia iudicabat.

B Sed quomodo ipsi mortui ad viuos veniant, & qua ratione etiam quo ad sanctos. Addit ibidem. Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, sicut econtrario Paulus ex viuis in Paradisum raptus est, Diuina scriptura testatur. Hinc & illa soluitur quæstio, quonam modo martyres ipsis beneficiis quæ dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant viui. Non enim solis beneficiorum affectibus, verumetiam & ipsis hominum conspectibus confessorem apparuisse Felicem, ciuibus vel inquilinis piè à se dilectis cum à Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis. Verum ista Diuinitus exhibentur, longe aliter quam sese habet vsitatus ordo creaturarum generibus

C attributus. Non enim quia aqua in vinum, cum voluit Dominus repente conuersa est, ideo non debemus, quid aqua valeat in elementorum ordine proprio, ab istius Diuini operis raritate, vel potius singularitate discernere. Nec quoniam Lazarus resurrexit, ideo mortuus omnis resurgit quādo vult, aut eo modo exanimis à viuēte, quomodo viuus dormiens excitatur. Alij sunt humanarū limites rerum, alia Diuinarum signa virtutum: alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt: quamuis & naturæ Deus adsit vt sit, & miraculis natura non desit. Non igitur putandum est viuorum rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdam sanandis vel adiuuandis martyres adsunt: sed ideo potius intelligendum est, quod per Diuinam potentiam mar-

D tyres viuorum rebus intersunt, quoniā defuncti per naturam propriam viuorum rebus interesse non possunt. Quanquam ista quæstio vires intelligentiæ meæ vincat, quemadmodum opituletur martyres iis quos per eos certum est adiuuari: vtrum ipsi per seipsos adsint vno tempore tam diuersis locis, & tanta inter se longinquitate discretis, siue vbi sunt eorum memoriæ, siue præter suas memorias vbicunque adesse sentiuntur, an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortalium conuersatione semotis, & tamen generaliter orantibus pro indigentia supplicantium,

cantium, ſicut nos oramus pro mortuis, quibus vtique non præſentamur, nec vbi ſint, nec quid agant ſcimus, Deus omnipotens qui eſt vbique præſens, nec concretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiens martyrum preces per Angelica miniſteria vſquequaque diffuſa, præbeat hominibus iſta ſolatia, quibus in huius vitæ miſeria iudicat eſſe præbēda: & ſuorum merita martyrum vbi vult, quando vult, quomodo vult, maximéque per eorum memorias, quoniã hoc nouit expedire nobis ad ædificandam fidem Chriſti, pro cuius illi confeſsione ſunt paſsi, mirabili atque ineffabili poteſtate ac bonitate commendet. Res hæc altior quam vt à me poſsit attingi, & obſtruſior quam vt à me valeat perſcrutari: & ideo quod horum duorum fit, an verò fortaſsis vtrunque fit, vt aliquando iſta fiant per ipſam præſentiam martyrum, aliquando per Angelos ſuſcipientes perſonam martyrum definire non audeo, mallem à ſcientibus iſta perquirere. Neque enim nemo eſt qui hęc ſciat, niſi qui ſibi ſcire videatur & neſciat: dona enim Dei ſunt, his alia, & aliis alia largientis, ſecundum Apoſtolum qui dicit, Vnicuique dari manifeſtationem ſpiritus ad vtilitatem. Omnium prædictorum ſummatim concluſio habetur. Libro de ſpiritu & anima, capit. vigeſimo nono. Cum homines mortui ſiue viui hominibus dormientibus ſiue vigilantibus apparent, non in ipſis rebus vt ſunt videntur, ſed in quibuſdã ſimilitudinibus rerum. Illud autem Angelicis operibus fieri credimus, per diſpenſationem prouidentiæ Dei bene vtentis bonis vel malis, ſecundum inſcrutabilem altitudinem iudiciorum ſuorum: ſiue hinc inſtruantur mentes mortalium, ſiue fallantur, ſiue teneantur: ſicut vnicuique vel præbenda eſt miſericordia, vel irroganda iuſtitia, ab eo cui miſericordiam & iudicium non inaniter cantat Eccleſia. Ibi ſiquidem ſunt ſpiritus defunctorum, vbi non vident, neque audiunt quæ aguntur aut eueniunt in iſta vita hominibus. Ita tamen cura eſt eis de viuis, quanquam quid agant omnino neſciant, quemadmodum nobis cura eſt de mortuis, quanuis quid agant vtique neſciamus. Neſciunt quidem mortui quid hîc agatur: ſed dum hîc agitur, poſtea audire poſſunt ab eis, qui hinc moriendo ad eos pergunt: non quidem omnino, ſed quantum ſinitur eis indicare & eos oportet audire. Scire etiam poſſunt ab Angelis, qui hîc nobis præſtò ſunt, & animas noſtras ad illos deferunt. Spiritu etiam Dei reuelante cognoſcere poſſunt, quæ hîc aguntur quæ neceſſarium eſt eos noſcere. Quidam etiam ex mortuis ad viuos rapi poſſunt: non per propriam naturam, ſed per Diuinam potentiam. Vtrum tamen iſta fiant per eorum præſentiam, aut per Angelos ſuſcipientes eorum perſonam, affirmare non audeo. Deus enim omnipotēs qui eſt vbique præſens, per Angelica miniſteria vſquequaq; diffuſa, poteſt iſta hominibus præbere ſolatia, quibus in huius vitæ miſeria iudicat eſſe præbenda. Sed tamen vt dicit, ſuper pſalm. centeſimum octauum. Si ſentiūt

Tom. III.

Ipſa Angelorum miniſteria in apparitionibus.

A mortui mala ſuorum quæ patiuntur, cumulus malorum eſt: ſi hoc non ſentiūt, eſt fortitudo viuorum. De ſuffragiis autem quæ per viuos fiunt, an proſint defunctis dicit. Libr. de cura pro mortuis agenda, circa principium. Quodam genere vitæ acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent iſta defunctos. Ac per hoc ſecundum ea quæ per corpus geſſerunt, eis quæ poſt corpus religioſè pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sunt enim quos nihil adiuuant iſta: ſiue pro eis fiant, quorum tam mala ſunt merita, vt neque talibus digni ſint adiuuari: ſiue pro iis, quorum tam bona, vt talibus non indigeant adiumentis. Genere igitur vitæ, quam geſsit quiſque per corpus, efficitur vt proſint vel non proſint, quæcunque pro illo fiunt piè, cum reliquerint corpus. Cap. 1. Tom. IIII.

B Nam meritum, per quod iſta proſint, ſi nullum comparatũ eſt in hac vita, fruſtra poſt hanc quæritur vitam. Diffuſius declarat in Enchiridiõ, capite nonag. & habetur in Dec. xiij. q. xj. ſed require infra, capit. Suffragium. De plorandis mortuis loquitur. In ſermone decimo quinto de martyribus. Vita corporis anima eſt: vita animæ Deus eſt. Sicut adeſt vita corporis anima, ne moriatur corpus: ſic debet adeſſe vita animæ Deus, ne moriatur anima. Anima deſerente, corpus moritur & iacet cadauer paulò antè appetibile. Inſunt membra, oculi, aures: ſed hæc feneſtræ ſunt domus, habitator abſceſsit. Qui plangit mortuum, ad feneſtras habitaculi fruſtra clamat: non eſt intus qui audiat. Quanta plangentis affectus, quanta enumerat, quanta cõmemo-

C rat, quanta, vt ita dixerim, doloris inſania quaſi conſentiente loquitur, & loquitur cum abſente? enumerat mores, enumerat indicia beneuolētiæ iuxta ſe, circa ſe. Tu es, inquit, qui mihi illud & illud dediſti, illud & illud præſtitiſti. Tu es qui ſic & ſic me dilexiſti. Si attendas, ſi intelligas, ſi inſaniã doloris reprimas, qui te dilexit, abſceſsit: fruſtra te domus patitur pulſatorē, in qua non potes inuenire manſorem. Ecce vita corporis eſt anima: & tamen ſi quis eſt impius & infidelis, & ad credendum durus, & ad corrigendos mores ferreus etiã viuente corpore, mortua anima eius eſt. Tanta enim res eſt anima, vt idonea ſit præſtare vitã corpori, etiã mortua. Sed quomodo mortua eſt anima: audi ſcripturam. Mortua, inquit, eſt vidua, quæ in deliciis viuit. Si anima quæ

D in deliciis viuit eſt mortua, quæ viuit in adulterio, quomodo non eſt mortua? Quare mortua eſt anima? Quare deſeruit eam vita eius, id eſt, Deus? Breuiter ergo his cognitis, ſcitote certúmq; retinete, corpus mortuum ſine anima: animam mortuam eſſe ſine Deo. Omnis homo ſine Deo morttuã habet animã. Plangis mortuũ corpore: magis plange mortuũ impium in fide: ſcriptum eſt enim. Luctus mortui ſeptem dies, fatui autem & impij omnes vitæ illorum. An non ſunt in te viſcera miſerationis, vt plangas corpus à quo diſceſsit anima: & non plangas animam, à qua receſsit Deus? Timeat ergo anima mortem ſuam, & non timeat mortem corporis ſui:

A fui: quia fi timet mortem fuam, & inferitur in Deo fuo eum non offendendo, & à fe non repellendo, merebitur in fine recipere corpus fuum: non ad pœnam æternam, ficut impiorum: fed ad vitam æternam, ficut iuftorum. Iftam mortem timentes martyres, & illam vitam diligentes, promiffa Dei exoptantes, minas perfequutorum contemnentes, & ipfi apud eum coronam vitæ meruerunt: & nobis celebranda ifta folennia reliquerũt. In fermo. feptimo de fancto Laurentio. Apparet quam verum fit quod fcriptum eft, Vita noftra vapor eft. Viuebat ille heri, non eft hodie. Paulò antè videbatur, modo nõ eft. Qui videbatur heri, deducitur hodie ad fepulchrum. Redeunt propinqui triftes domum, obliuifcentes quod dicitur, quia nihil eft homo: & hoc dixit ipfe homo, & non fe corrigit homo, vt B non nihil fed aliquid fit homo. Si malus eft mortuus, bis eft dolendus: quia bis mortuus, & temporaliter, & in æternum. Nam fi bonus mortuus effet, affectu humano doleremus: quia deferuit nos, quia volebamus eum nobifcum viuere. Mali plus dolendi: quia poft hanc vitam à pœnis æternis non excipiuntur.

Tom.I.

MORES. Libro primo de Genef. contra Manichæum, cap. fecundo. Nullus amicus Dei efficitur, nifi purgatiffimus moribus & illo fine præcepti, de quo Apoftolus dicit. Finis autem præcepti charitas de corde puro, & confcientia bona & fide non ficta.

Tom.II.

Vnde in epiftola ad Bonifacium comitem. & eft ducentefima quinta. Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet fobrietas & frugalitas. C Valde enim turpe eft, vt quem non vincit homo, vincat libido: & obruatur vino, qui non vincitur ferro. Vnde mores fpectant ad animam. Libro de moribus Ecclefiæ, capit. quinto.

Tom.I.

Cum de moribus agitur, & cum quærimus quinam modus vitæ tenendus fit vt beatitudinem poffimus adipifci, non corpori præcepta dantur, & non corporis inueftiganda eft difciplina. Poftremo bonos mores ea noftra pars actura eft, quæ eos inquirit & difcit: & hæc animę funt propria. Mores diftinguũt merita. Lib. tertio contra Crefconium grammaticum.

Tom.VII.

Boni mores, vitam bonorum malorûmque difcernunt, & ad diuerfa perducunt, ficut palea & triticum.

Tom.III.

MOTVS. Libro octauo, fuper Gen. Ea quę mouentur, non nifi ab eis quæ fixa D funt moueri poffunt. Diftinguitur de motu caufa termini ad quem. Libro octogefimo tertio quæftionum.

Quæft.29. Tom.IIII.

In fex partes motus fieri videtur, qui rectus dicitur: id eft, qui circularis nõ eft, in anteriora & pofteriora, in dexteriora & finifteriora, & fuperiora & inferiora. Aliter caufa mobilis. Libro de vera innocentia.

Cap.341. Tom.III.

Aliud eft migrare corpore, aliud corde. Migrat corde, qui motu cordis mutat affectum: migrat corpore, qui motu corporis mutat locũ. Si aliud amas quam amabas, nõ es nifi vbi eras. Quod etiam anima & fpiritualis fubftantia mouetur. Libro de vera religione.

Cap.10. Tom.I.

Nifi Deus permaneret incõmutabilis, natura nulla mutabilis remaneret. Mutari animam poffe, non quidem localiter, fed tamen temporaliter, fuis affectionibus quifque cognofcit. Corpus verò & tẽporibus & locis effe mutabile, cuiuis aduertere facile eft. Libro de fpiritu & anima. Anima inter Deum & corpus pofita per tempus mouetur, vel reminifcendo quod oblita fuerat, vel difcendo quod ignorabat, vel nolendo quod volebat: per locum autem non mouetur, quoniam per loci fpatia non diftenditur. Deus autem corpore nõ eget vt fit, nec locó, vt alicubi: nec tempore, vt aliquando: nec caufa, vt aliunde: nec forma, vt aliquid: nec aliquo genere fubiecti in quo cõfiftat vel cui afsiftat. Propter hoc. Libro octauo fuper Genef. Spiritualis creatura per tempora tãtummodo mutatur: corporalis autem, per tempora & loca. Exempli gratia. Per tempus mouetur animus, vel reminifcendo quod oblitus fuerat, vel difcendo quod ipfe nefciebat, vel volendo quod nolebat. Per loca autem corpus vel à terra in cœlum, vel à cœlo in terram, vel ab Oriente in Occidẽtem, vel fi quo alio fimili modo. Omne autem quod mouetur per locũ, non poteft nifi & per tempus fimul moueri: non autem quod mouetur per tempus, neceffe eft per locum etiã moueri. Sicut ergo fubftantia quæ tantum per tempus mouetur, præcedit fubftantiam quæ per tempus & locum mouetur: ita ipfam præcedit illa quæ nec per tempus, nec per locum. Vnde eodem Libro. Creatura fpiritualis non per locum mota mouet corpus per locum: & Deus non per tempus motus mouet creaturam fpiritualem per tempus. A motu tempus incepit. Libro quinto eiufdem, capit. quinto. Motus fi nullus effet, vel corporalis, vel fpiritualis creaturæ, quo per præfentia præteritis furura fuccederent, nullum effet tẽpus omninò. Potius ergo tempus à creatura, quàm creatura cœpit à tempore: vtrunque autem ex Deo.

Solus Deus verè non mouetur. Libro duodecimo confefsionum. Tu folus Deus æternus es, folus habens immortalitatem: quoniam ex nulla fpecie motus mutaris, nec temporibus variatur voluntas tua: quia non eft immortalis voluntas, quæ alia & alia eft. In ferm. fuper Exodũ, Ego fum qui fum. Ego fum qui fum. Dices filiis Ifraël. Qui eft, mifit me ad vos. Effe nomen incommutabilitatis. Omnia enim quæ mutantur, definunt effe quod erant, & incipiunt effe quod non erant. Effe verum, effe fyncerum, effe germanum, non habet nifi qui non mutatur. Ille habet effe cui dicitur. Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem es. Quid eft ergo, Ego fum qui fum: nifi æternus fum? Et quid eft, Ego fum qui fum: nifi qui mutari non poffum? Nulla creatura, non cœlũ, non terra, non Angelus, non Virtus, non Sedes, non Dominationes, nõ Poteftates. Cum ergo fit hoc nomen æternitatis, plus eft quod dignatus eft habere nomen mifericordiæ. Ego fum Deus Abraham, Deus Ifaac, & Deus Iacob: illud in fe, hoc ad nos. Ego, inquam, fum qui fum. Et ego fum Deus Abraham, Deus Ifaac, & Deus Iacob. Ac fi dicat, Sic

Sic ſum ipſum eſſe, vt nolim hominibus deeſſe. Quomodo autem ſapientia Dei mobilis dicatur. Lib. iiij. ſuper Gen. De Dei ſapientia ſcribitur, quod motus eius agilior celeriórque ſit omnibus motibus: vbi ſatis apparet rectè intuentibus, hunc ipſum eſſe incomparabilem & ineffabilem, & ſi poſsit intelligi, ſtabilem motum ſuũ, rebus eam præbere ſuauiter diſponẽdis, quo vtique ſubtracto, ſi ab hac operatione ceſſauerit, eas continuo perituras. Ilico quod ſunt amitterent, & eſſe omnino deſinerẽt, ſi eis ſubtraheretur motus ille ſapientiæ Dei, quo omnia diſponit ſuauiter. Sed de motu moraliter. Lib. de vera innocentia. Ab eo quod formauit Deus, mutatus eſt Adam, ſed in peius propter iniquitatem ſuam. Ab eo quod operata eſt iniquitas, mutantur fideles, ſed in melius per gratiã Dei. Illa ergo fuit præuaricatoris mutatio primi, hæc mutatio eſt dexteræ excelſi. Tamen vt dicit ſuper Pſalm. xij. Idipſum quod non mouetur homo, & fixus in Domino permanet, non ſibi debet tribuere: ne cum ſe gloriatur non eſſe motum, ipſa ſuperbia moueatur.

MVLIER. De cauſa creationis mulieris. Lib. ix. ſuper Gen. Mulier facta eſt in adiutorium viri cauſa gignendi filios, non vt ſimul operarẽtur terram: quia nondum erat labor, vt adiumento indigeret: & ſi opus eſſet melius adiutorium maſculus fieret: hoc & deſolatio dici poteſt, ſi ſolitudinis fortaſſe tædebat. Quanto enim congruentius ad conuiuendum & colloquendum duo amici pariter, quam vir & mulier habitarent? Quod ſi oportebat alium iubendo, alium obſequendo pariter viuere, ne contrariæ voluntates pacem cohabitantiũ perturbarent: nec ad hoc retinendũ ordo defuiſſet, quo prior vnus, alter poſterior, maximè ſi poſterior ex priore crearetur ſicut fœmina eſt creata. An aliquis dixerit, de coſta hominis Deũ fœminam tantum, non autem maſculum, ſi hoc vellet, facere potuiſſe? Quapropter non inuenio ad quod adiutorium facta ſit mulier viro, ſi pariendi cauſa ſubtrahitur. Qualiter vt ſubiecta foret intelligatur. In dialogo ad Oroſium. Mulier fuit ſubiecta viro ante peccatum, ſed ea virtute quæ per dilectionem operatur, & foras mittit timorem: poſtea verò conditionaliter ſeruit, vt timore, qui diſciplinam operatur. Mulier fuit cauſa ruinæ. In ſermone de Adam. Nemo eſt qui neſciat in principio hominem Adam plaſmatum vt inſtrueretur prudentia, conſilio firmaretur rationis, capax Diuina prudentia redderetur: prudentia inquam, qua hoſtis caliditatem vitaret: conſilio, quo ſalutaria ſacramenta requireret: ratione, qua Deo creatori parendum eſſe cognoſceret. Etenim Dominus Deus videns hominem innocentem quem fecerat, inſtruxit, muniuit, & armauit: Quippe cum diabolo erat pugnaturus, ideo quibuſdam armis, hoc eſt prudentia, conſilio, ratione, fuerat inſtruendus. Addidit præterea legem, qua Dei voluntatem cognoſceret, & quid ex cõtumacia eueniret diſce-

A ret. Quia enim homo incautus libentius diabolo ſuadenti, quam Deo iubenti conſenſit, & vitam quam habuit perdidit, & mortem quam ignorabat accepit. Stabat Adam inter vxorem & diabolum, inter Euam & hoſtem, inter mulierem & ſerpentem. Diabolus ſuaſit vt noceret, Eua conſenſit vt periret: Diabolus vt mulierem aſtutia ſua falleret eam circumuenit, mulier incauta ſerpentinum virus accepit: diabolus quod per ſe non potuit, per mulierẽ effecit. Adam verò per vxorem inuenit interitum, quam à Deo acceperat in auxilium. Prò dolor, proſpera in contrarium cedunt, vtilia perniciem operantur. Deinde Adam plus domeſtici quam inimici iaculis læditur, plus proprio quam hoſtili enſe perimi- B tur, plus mulieris quam extero gladio vulneratur. Acceſsit enim ſerpens ſubtilis vt falleret: acceſsit, non vt viro, ſed vt mulieri ſerpentinum virus infigeret: Acceſsit, inquam, vt vnius conſenſu vtroſque perimeret. Serpens perſuaſit vni, quod ambobus obeſſet. Vtrique obfuit, quod vnius animum malitia ſerpentis infecit. Denique conſentiens mulier talis circa virum extitit, qualem circa ſe malitiam ſerpentis inuenit. Perſuaſa eſt enim, & perſuaſit: infecta eſt, & infecit: decepta eſt, & decepit. Quæ quidem mulier feritur ſententia duplici, altera propria, altera communi: propria, qua filios parere in dolore præcepta eſt: cõmuni, qua cum viro morti addicta eſt: altera, qua ſerpenti aſſenſit: altera, qua marito perſuaſit: De conſenſu enim, mortis ſententiam accepit: de perſuaſu, in dolore filios parere meruit. C Hanc igitur ſententiam, & quæ non nouit dum patitur diſcit: & quæ neſcit, dum imprægnatur ſentit: & quæ ignorat, dum experitur agnoſcit. Per nephas præceptum Dei contemnitur, & perſuaſio ſerpentis auditur. Deſpicitur Deus prouidens, ſerpens auditur decipiens: & ſpernuntur ſalutaria monita, & recipiuntur colloquia venenata. Mulierem reſpicere eſt periculoſum. Libro 50. Homil. Homil. xxj. De longe vidit Dauid illam, in qua captus eſt. *Tom. X.* Mulier longe, libido prope. Attendenda eſt ergo hæc infirmitas carnis. Et infra ſubdit. Carnalis delectatio præſertim vſque ad illicita & aliena progrediẽs, frenanda eſt, non relaxanda: imperio domanda, non in imperio collocanda. Attendis ſecurus, ſi non habes vnde monearis. Sed tu reſpondes for- D titer teneo. Nunquid tu fortior Dauid? Dixi enim quòd nec Dauid fortior, nec Salomone potes eſſe ſapientior. Si enim illos tam ſanctos viros incauta familiaritas mulierum, & pernicioſa blandimenta vicerunt, quid de ſe cogitant illi, qui cum extraneis mulieribus non ſolum conuerſari, ſed etiam in vna domo manere, conuiuio earum aut frequenter aut ſemper intereſſe, nec metuunt, nec erubeſcunt? De talibus & poteſt & debet illud dici, quod de vidua delicioſa dixit Apoſtolus, Quia viuens mortua eſt. *1. Tim. 6.* In ſermone xvij. de natiuitate Domini. Si pudicitiam coniugalem quæris, habes Suſannam: ſi vidualem, habes Annam: ſi virginalem, habes

Mariam. Aduentus Christi in carnem mulierum remouit opprobrium. In sermone de natiuitate Domini. Dominus noster nasci voluit de Virgine, vt quia per mulierē mors in hunc mundum venerat, salus per virginem redderetur. Denique & quando Christus tertia die ab inferis resurrexit, primum mulieres adorantes occurrunt: quibus ideo iubetur resurrectionem Apostolis nuntiare, quasi ostenderet hominibus dicens, Ecce per quam cecidistis in mortem, per ipsam vobis mortuorum resurrectio nuntiatur. Mulier enim ideo prior resurgentem vidisse monstratur, vt non perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret: & quæ culpam nobis transfuderat, transfunderet & gratiam. De hac materia require supra Clericus, & capite Fœmina.

MVNDVS. Quod mundus fuerit factus, & sit finiendus. *Cap.4. Tom.IIII.* Libro de incarnatione verbi ad Ianuarium. Est prætere etiam illud in Ecclesiastica prædicatione, quod mundus iste factus sit, & à certo suo tempore cœperit, & sic pro ipsa sui corruptione soluendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, iam non pro manifesto multis innotuit. *Cap.8. Tom.VI.* Libro contra Priscillianistas & Origenistas ad Orosium. Factum mundum credimus Dei bonitate, magnum, bonum, à summo & non facto bono, in quo fierent omnia bona valde secundum naturam, & aliis alia meliora, à summis creaturis vsque ad infima distinctis gradibus ordinata, vt eo modo essent omnia, dum non essent sola potiora, & haberent eius numeri terminum, quem constituendum apud se vidit omnium naturarum creaturarúmque conditor Deus, qui ea non facta didicit, sed nouerat esse facienda. Sed si quæritur causa quare Deus fecerit mundum, sic respondet *Quæst.28. Tom.IIII.* libro octogesimo tertio quæstionum. Qui quærit cur Deus mundum facere voluerit, causam quærit voluntatis Dei. Sed omnis causa efficiens est: Omne autem efficiens maius est quam id quod efficitur: Nihil autem maius est voluntate Dei: non ergo eius causa quærenda est. Libro primo de Gene. contra Manichæum, circa *Cap.2. Tom.I.* principium. Si isti dixerint, quare placuit Deo facere cœlum & terram? Respondendum est eis, vt prius vim discant voluntatis humanæ, qui voluntatem Dei nosse desiderant. Causas enim voluntatis Dei scire quærunt, cum voluntas Dei omnium quæ sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas Dei, est aliquid quod antecedit voluntatem Dei, quod nefas est credere. Qui ergo dicit, Quare fecit Deus cœlum & terram? *Voluntas Dei omnium causa.* Respondendum est illi, quia voluit. Voluntas enim Dei causa est cœli & terræ, & ideo maior est voluntas Dei quam cœlum & terra. Qui autem dicit, Quare voluit facere cœlum & terram? Maius aliquid quærit quam est voluntas Dei: nihil autem maius inueniri potest. Compescat ergo se humana temeritas, & id quod non est nō quærat, ne id quod est non inueniat. Et si volun-

A tatem Dei nosse quisque desiderat, fiat amicus Dei: quia si voluntatem hominis nosse vellet, cuius amicus non esset: omnes eius impudentiam deriderent: non autem quisque amicus efficitur Dei, nisi purgatissimus moribus. Causam tamen creationis mundi assignare videtur. Libro primo quæstionum Veteris & Noui testamenti, quæstione secunda. Fecit Deus mundum, quia est opifex. Aut negetur si non est. Sed esse, ipsa manifestant opera. Fecit ergo vt esset quod ante non erat, quia sine dubio melius est esse quam non esse. Si dicatur, Nunquid inane fuit aliquid vbi faceret, aut quid prius erat vbi fecit? Hoc vas electionis paucis verbis absoluit. Ait enim cum de Deo esset sermo. In ipso viuimus, & mouemur, & sumus: hoc est omnia in Deo: quia vbi- B que est, & ante omnia, solus, æternus, inuisibilis omni creaturæ. Et ne mysterium prætermisisse videamur, aut potius ignorasse cur mundus factus sit, dicimus diaboli apostasiam multos Angelos, id est, spirituales potentias secum in præuaricationem traxisse, dum voluit regnum impia præsumptione defendere: quod Propheta Isaias significat dicens, Quomodo cecidit de cœlo lucifer, qui mane oriebatur, id est, qui cæteris lucidior apparebat? Erat enim quasi princeps multorum, inter quos clarior erat, & cum quorum societate ad impium descendit certamen. Videns enim infra se multas spirituales potētias: quippe cum in Paradiso Dei esset prętantior cognitione mysterij cœlestis, ipsa elatione inflatus voluit dici Deus: hac, scilicet ratione, qua etiam C in præsenti vita exemplum eius quosdam voluit imitatos videmus, qui contemplatione agregatorum circa se militum elati, satellitibus in hac re fomitem conspirationis præbentibus, imperium sibi vendicare voluerunt. Hinc est vnde Deus vt eius præsumptionem non potestate, sed ratione destrueret, materiam condidit quæ esset rerum confusio, ex qua faceret mundum. Distincta enim quæ simul confusa erant, hunc præstiterunt quem videmus ornatum. Discretis enim ab inuicem substantiis, facta compaginatione mundus vocatur: quia vna quam res ab altera segregata ad mundum apparuit: vt hic homo positus, creatus ex supernis & inferis, id est, ex cœlestibus & terrenis, vnius Dei dominium non tantum voce, sed & imagine, quia vnus ab vno Deo factus est ex quo cæteri orirentur ostenderet. D Ideo enim vnus vnum fecit, vt doceret ab vno esse omnia: ac per hoc vnum esse Deum, vt superior creatura ad suam confusionem, suam in homine disceret, qui de terra conditus est veritatem. Ex eo diabolus inimicus extitit hominis. Præuidit enim quia ad accusationem eius factus est homo: vnde subtilitate sua id egit, vt in eādē illum præuaricationem in quam ipse ruit, induceret, vt accusatorem suum participem suæ damnationis efficeret. Ex transgressione enim mandati Deitatem illi spopondit, ad quam dum ipse affectaret, deiectus est. Et quia omnis natura à crimine libera est, ex accidenti sunt nomina: ante enim

enim res est, postea significatio. Ac per hoc satanas & diabolus ex actu eius composita sunt nomina, vt sit non naturæ sed voluntatis significatio. Itaque vt propositum Dei quod in causa creati hominis decreuit maneret, & factum diaboli per quod hominem circumuenit, ad cumulum reatus eius proficeret, Christus de sacris sedibus ad terras venire dignatus est: vt & hominem à transgressionis sententia liberaret, & diaboli futuram perditionem, ne quis factum eius imitaretur, ostenderet. Propterea dixit Ioannes Apostolus. Ideo venit filius Dei, vt solueret opera diaboli. Est ergo conclusio eius, vt in eodem libro, quæstione tertia. Constat mundum hominis causa fabricatum. Distinguitur autem de significato huius nominis, super primam canonicam Ioannis. Mundus appellatur non solùm ista fabrica quam Deus fecit, scilicet, cœlum terra & mare, visibilia & inuisibilia: Sed habitatores mundi mundus vocantur, sicut domus non solùm dicuntur parietes, sed inhabitantes. Et aliquando laudantur parietes, & culpantur habitatores. Ibidem. Mundus quando in malo ponitur, dilectores mundi intelliguntur: quando in laude ponitur, cœlum & terra est quę sunt opera Dei. Vnde de his duobus dicitur, Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Item mundus est plenitudo terræ. Vnde Ioannes, Non solùm autem nostrorum peccatorum propitiator est, sed totius mundi. Mundi dicit, omnium fidelium per orbem sparsorum. His simile dicit. Libro de vera innocentia, capite trecentesimo quinquagesimo quarto. Duo hominum genera sub vno mundi nomine nuncupantur. Sicut enim mundus in impiis: ita dicitur mundus in sanctis. Vnde cum totus à semetipso, & in odio & in amore discordet, nos eum & odisse iubemur & amare: cum nobis dicitur, Nolite diligere mundum: & cum dicitur, Diligite inimicos vestros: vt quorum execramur iniquitatem, optemus salutem. Moraliter de mundo super Ioannem, tractatu centesimo septimo. Nomine mundi intelliguntur qui viuunt secundum concupiscentiam mundi. De præsentia verò Christi in mundo. Ibidem, tractatu centesimo secundo. Exiui à patre & veni in mundum &c. Non debet propterea incredibile videri, quia sic veniens ad mundum à patre exiit, vt non desereret patrem: & sic vadit ad patrem relicto mundo, vt non deserat mundum. Exiit enim à patre, quia de patre est: in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit, quod de Virgine assumpsit. Reliquit mundum corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione, nec mundum deseruit præsentiæ gubernatione. Propterea tamen non debuit materialiter mundum per vnitatem, in Epistola secunda ad Volusianum. Non homine assumpto alium mundum facere debuit, vt eum esse crederemus per quem factus est mundus: sed nec maior mundus, nec isti æqualis in

A hoc mundo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoque parum putaretur. Quia ergo non oportebat vt nouum faceret mundum, noua fecit in mundo. Homo enim de Virgine procreatus, & à mortuis in æternam vitam resuscitatus, & super cœlos exaltatus, potentius fortasse opus est quam mundus.

Deus conditor mundi regit mundum. Libro nono de ciuitate Dei. Prudentia Dei summi, non fortuita temeritate, regitur mundus. Vnde *Tom.V.* inuehit contra opinantes vana. Lib. vndecimo eiusdem, capite quarto. Qui dicunt mundum æternum sine vllo initio, & ideo nec à Deo factum videri volunt, nimis auersi sunt à veritate, & lætati morbo impietatis insaniunt. Exceptis enim Propheticis vocibus, mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate & mobilitate, visibilium omnium pulcherrima specie quodãmodo tacitus, & factum se esse, & non nisi à Deo ineffabiliter atque inuisibiliter magno & pulchro fieri se potuisse proclamat. Qui autem à Deo quidem factum fatentur, non tantum eum temporis volunt habere, sed suæ creationis initium, vt modo quodam vix intelligibili semper sit factus, dicunt quidem aliquid, vnde sibi Deum videntur velut à fortuita temeritate defendere, ne subito illi venisse credatur in mentem, quod nunquam ante venisset, facere mundum: & accedisse illi voluntatem nouam, cum in nullo sit omnino mutabilis. Concludit in fine capitis. Credant & mundum ex tempore fieri potuisse, nec tamen ideo Deum in eo faciendo æternum consilium voluntatémque mutasse. Quod mun- *Cap.I.*
C dus mutabilitate instabilis est, & aduersitate pœ- *Tom.IX.*
nalis. Libro de symbolo, tractatu quarto. Ecce ruinosus est mundus, ecce tantis calamitatibus repleuit Deus mundum, ecce amarus est mundus, etsi sic amatur. Quid faceremus si dulcis esset? O munde immunde, teneri vis periens, quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris? In Epistola ad Armentarium & Paulinam. Mundus iste tanta *Tom.II. Epist.45.* rerum labe contritus est, vt etiam speciem seductionis amiserit. Nam quantum illi laudandi atque prædicandi sunt, qui dignati non sunt cum mundo etiam florente florescere: tantum increpandi & accusandi sunt, quos perire cum pereunte delectat. In sermone primo de Letaniis.
D Quid faceret si maneret, quem non deciperet si dulcis foret, si amarus alimenta mentitur? In Epistola ad Probam. In hoc mundo & in hac vita, nulla anima potest esse secura. Libro pri- *Tom.V.* mo de ciuitate Dei, capite vigesimo septimo. Viuis in mundo tot impuris voluntatibus illecebroso, tot nephandis crudelitatibus furioso, tot erroribus & terroribus inimico. In sermone quinto de aduentu ad iudicium. In molendino autem duas dixit, non duos: credo quia hoc fieri ad plebes pertineat, quæ à præpositis reguntur: & molendinum puto dici mundum istum, qui quasi rota voluitur, & amatores suos corruere

facit. Sunt ergo in molendino, qui de mundi actionibus non recedunt: sed aliqui ibi bene operantur. Alij enim ibi faciunt amicos de mammona iniquitatis, à quibus recipiantur in æterna tabernacula: quibus dicetur, Esuriui, & dedistis mihi quod manducarem, sitiui & dedistis mihi bibere &c. Alij ista negligunt: quibus dicetur, Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c. Proinde quia de iis qui versantur in negotiis & operibus huiusmodi, & alij discunt benefacere indigentibus, alij negligunt: tanquam de duabus in molendino, vna assumetur, & vna relinquetur. Sed vt dicit in Epistola ad Anastasium. Cum molestiæ huius vitæ fragilitate crebrescunt, æternam requiem nos desiderare compellunt. Mundus quippe iste periculosior est blandus, quam molestus: & magis cauendus cum se illicit diligi, quam cum admonet cogítque contemni. Nam cum omnia quæ in illo sunt concupiscentia sint carnis, & concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi, sæpe etiam iis qui talibus spiritualia, inuisibilia, æterna præponunt, inserit se terrenæ suauitatis affectus, & delectationibus suis nostra comitantur officia. Quanto enim sunt charitati futura meliora, tanto sunt infirmitati violentiora præsentia. Et vtinam ij qui ea videre & gemere nouerunt, vincere & euadere mereantur. Quod sine Dei gratia nullo modo voluntas implet humana. Probat hoc libro secundo de trinitate, capite decimoseptimo. Intantum carnalibus affectibus morimur: vt mortuum nobis hunc mundum deputátes, nos quoque huic mundo moriamur, & dicamus quod Apostolus ait, Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. In sermone decimoseptimo de natiuitate Ioannis Baptistæ. Crucifigatur nobis mundus, crucifigamini mundo. Quid est hoc? Fœlicitatem non quæratis de mundo, abstinete vos à fœlicitate mundi. Blanditur mundus, caueatur corruptor. Minatur mundus, non timeatur oppugnator. Si bona mundi non te corrumpunt, & si mala mundi non te corrumpunt, crucifixus est tibi mundus, & crucifixus es mundo.

Mat. 25.

Mūdus periculosior blādus, quàm molestus.

Tom. III.

In sermone decimo tertio, de pluribus martyribus. Lætamini in Domino & exultate iusti. Si iusti in Domino lætantur, iniusti non nouerunt lætari nisi in hoc sæculo. Sed ipsa est prima acies debellanda. Primo vincendæ sunt delectationes, postea dolores. Quomodo potest superare mundum sæuientem, qui non potest superare blandientem? Blanditur hîc mundus & suauia pollicetur, sed & minatur dolores, egestates, humilitates. Qui non contemnit quod pollicetur, non potest superare quod minatur. In communibus sermonibus, sermone quinquagesimo primo. Migrandum est de mundo, non est amandus mundus. Ecce turbatur mundus & amatur. Quid si tranquillus esset mundus? Formoso quomodo hæreres, qui sic amplecteris fœdum? Flores eius quomodo colligeres, qui à spinis non reuocas manus? Non vis relinquere mundum,

A relinquet te mundus, etiam si sequaris mundum.

Vnde libro de ciuitate Dei, capite vigesimo sexto. Nos animum quærimus, qui vera religione confixus, non tanquam Deum suum adoret mundum, sed tanquam opus Dei propter Deum laudet mundum: & mundanis sordibus expiatus, mundus perueniat ad Deum mundum, qui condidit mundum. Ideo amans mundum est immundus, super Ioannem, tractatu trigesimo octauo. Si delectat te mundus, immundus es, quia vis semper esse in mundo: Si autem iam te non delectat, iam tu es mundus. Verumtamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus, habitet in te qui mundat, & eris mundus. Si autem fueris mundus, non remanebis in mundo.

B Verumtamen vt dicit ibidem. Nullus est in hac vita sic mundus, vt non sit magis magísque mundandus. Nam si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus &c. Vnde non est amandus. Libro primo de verbis Domini, sermone vigesimo. Non sic amemus ista terrena, vt perdamus cœlestia. Mutandum est cor & leuandum. Iam non hîc habitemus corde. Mala regio est amor mundi. Sufficiat quod hîc adhuc in carne esse videmur. Audiamus Apostolum dicentem, Si consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite: non quæ super terram. In sermone tertio de Pentecoste. Nos à Domino nostro, ex quo inspirauit primo homini flatum vitæ, peregrinantes omnes nati sumus. Patria nostra in cœlis est.
C Ciues Angeli de patria nostra, vt ad reditum festinemus, exhortantur. Literæ nobis missæ sunt, quæ quotidie in populis recitantur. Vilescat mundus, ametur à quo factus est mundus.

Quia vt dicit super Psalmum octogesimum octauum, sermone primo. Malitia quidem sua, per suæ voluntatis peruersitatem sæuire potest mundus, sed non excedere modum positum à creatore, qui fecit omnia. Probat super Psalmum septuagesimum sextum. Cum inspicitur mundus, & ponitur ante oculos spectaculum naturæ rerum, & in his quæritur artifex, & inuenitur nusquam displicens, & super omnia placens.

Sed in hoc differunt à malis boni. Libro quæstionum, super Genesim. Boni quippe ad hoc vtuntur mundo, vt fruantur Deo. Mali autem
D econtra, vt fruantur mundo, vti volunt Deo.

Qualiter autem deficiet hic mundus. Libro de ciuitate Dei, capite decimoquarto. Mutatione rerum, non interitu transibit hic mundus. Vnde Apostolus dicit, præterit enim figura huius mundi. Figura ergo præterit, non natura.

MVNDITIA. Quomodo mundis sint omnia munda. Libro trigesimo primo contra Faustum. Omnia munda mundis, secundum naturam in qua creata sunt, non tamen omnia secundum significationem munda primo Iudæorum populo: nec vobis omnia, vel propter salutem corporis, vel

propter

propter consuetudinem humanæ societatis, apta sunt: sed cum sua cuique redduntur, & naturalem ordinem seruant, omnia munda sunt mundis: immundis autem & infidelibus, quales præcipuè sunt hæretici, nihil est mundum. Non potest haberi munditia absque Deo. Libro soliloquiorum ad Deum, capite vigesimo octauo. Quæ tibi deliciæ Domine Deus cum homine? Quæ conuentio lucis ad tenebras? Vbi sunt deliciæ tuæ in homine? Vbi præparasti tibi in me dignum seruum maiestatis tuæ, ad quod introiés habes delicias dilectionis tuæ? Mundum enim cœnaculum decet te mundum mundans virtus, quæ non nisi à mundis cordibus videri potes, multo magis nec haberi. In homine autem vbi templum tam mundum vt te suscipiat, qui regis mundum? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es mundus? Ab immundo enim quis mundabitur? Nam & secundum legem, quam dedisti patribus nostris in igne comburente montem, & in nube tegentem tenebrosam aquam, quicquid tetigerit immundus, immundum erit. Omnes autem nos quasi pannus menstruatæ de massa corrupta & immunda venientes, maculam immunditiæ nostræ, quam cælare saltem tibi, qui omnia vides, non possumus, in fronte portamus: quare mundi esse non possumus, nisi tu mundaueris, qui solus es mundus. Mundas autem de nobis filiis hominum eos, in quibus tibi placuit habitare: quos ab inaccessibilibus, profundis secretísq; iudiciorum incomprehensibiliũ sapientiæ tuæ, semper iustorum, licet occultorum, sine eorum meritis prædestinasti ante mundum, vocasti de mundo, iustificasti in mundo, & magnificas eos post mundum. Sine munditia non potest gloria possideri, in sermone de ascensione Domini. Quantum nitorem, quantam debent habere munditiam, qui iustorum cupiunt intrare religionem: qui attingere audent Christi aulam & cœli regiam curiam? Si aliquis ciuitatem magnã nobilibus viris splendidam immundis vestigiis, aut horridis adire præsumpserit indumentis, si eam pannis obsitus ac seminudus intraret, si dilacerata facie, vel si liuore fœdata, seu vulnere, quanta illum confusio pudoris operiret? Quantum verecundiæ pondus obrueret? Nonne illum circunstans venerandæ congregationis cœtus de conspectu reuerendi iudicis præcipitem deturbaret? Et putamus animam peccatis horridam & cœno corruptionis inspersam perferentem luxuriæ fœditates, & dedecoras impudicitiæ cicatrices, capere poterit splendor cœlestium mansionum: & non potius illam ex Euangelio sententiam damnationis excipiet, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem: ligatis, inquit, manibus & pedibus, id est, damnatis operibus & cursum totius vitæ, proiicite eum in tenebras exteriores? Satagamus ergo vt nihil in nobis iniustitiæ vel malitiæ tempus metuendæ discussionis inueniat. Quandiu in

A hoc corpusculo sumus, conceditur nobis discissa redintegrare, maculata diluere, vulnerata sanare: quicquid hîc retinuerimus mortifera securitate decepti, integrum in nobis insatiabili cum dolore portabimus ad sanctorum præsentiam, atque ipsam tremendi iudicis maiestatem. Sed nec potest videri Deus sine hac munditia. Libro de videndo Deum ad Paulinam, vbi allegat Ambrosium. Non in loco, inquit, Deus videtur, sed mundo corde. Quid euidentius, quid expressius dici potuit? Ab hac ergo visione diabolus & Angeli eius, & omnes cum eis impij, sine vlla nebula dubitationis exclusi sunt, quoniam mundo corde non sunt. Nec ideo videbunt, quia pauperes spiritu in hac vita fuerunt, quia mites, quia lugentes, quia esurientes & sitientes iustitiam, quia B misericordes & pacifici, quia persequutionem passi propter iustitiam, quamuis & hæc omnia idem ipsi sint: sed quia mundo sunt corde. Vnde ita dicit circa finem dicti libri. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Non tamen eis sicut corpus ex aliquo loci interuallo apparebit, sed cum venerit ad eos & mansionem fecerit apud eos, qui sic implebuntur in omnem plenitudinem Dei, non cum fuerint ipsi plenus Deus, sed cum perfecti fuerint, pleni Deo. Si autem non nisi corporalia cogitamus, & nec illud saltem dignè cogitare possumus, vnde vel ipsa corpora cogitamus, non quæramus quid aduersus nosipsos loquamur, sed ab hac potius carnali consuetudine orando, & in anteriora nos extendendo corda mundemus.

Tom. II. Epist. 112. cap. 11.

Cap. 23. Mat. 5.

C MVNVS. Quid sit munus accipere. Super Psalmum vigesimum quintum. Munera non sola pecunia est, non solum aurum & argentum, non sola xenia sunt, neque omnes qui accipiũt ea, accipiunt munera: Aliquando enim accipiuntur ab Ecclesia. Quod dico, Petrus accepit, Dominus accepit, loculos habuit, ea quæ mittebantur Iudas ferebat. Sed quid est accipere munera? Propter munera iustificare † hominem, adulari homini, palpare blandiendo, iudicare contra veritatem propter munera. Propter quæ munera? Non solùm propter aurum & argentum & huiusmodi aliquid, sed etiam propter laudem qui iudicat malè, munus accipit, & munus quo nihil inanius. Patuit enim illi manus ad accipiendum iudicium linguæ alienæ, & perdidit iudicium conscientiæ D suæ.

Expositione 2. in eund. Psal. Tom. VIII.

† Aliàs, laudare.

MVRMVRATIO. Murmurans aduersus Deum blasphemat. Super Psalmum nonagesimum tertium. Murmuras aduersus Deum, quia fur non moritur. Appende in statera æquitatis, furem & blasphemum. Iam dicis quia fur non es: sed murmurando aduersus Deum blasphemus es. Ille captat somnum hominis vt aliquid inuolet, & tu dicis quod dormit Deus & hominem non videt. Ergo vis vt ille corrigat manum, tu prior linguam corrige. Vis vt ille corrigat cor aduersus homi-

Ser. 2. Tom. VIII.

Fur & blasphemus.

nem, tu corrige cor aduersus Deum: ne fortè cum optas vindictam Dei, si venerit, te priorem inueniat. Culpatur murmurans. Super Psalmum centesimum trigesimum secundum. Omnes murmuratores magnificè descripti sunt quodam loco scripturarum. Præcordia fatui sicut rota carri. Carrum fœnum portat, & murmurat. Non enim potest rota quiescere à murmure, sicut sunt multi fratres qui non habitant in vnum nisi corpore.

Tom. VIII. *Eccles. 33.*

MVRVS. Murus est Christus, super Ioannem, sermone septimo. Tenete Christum in corde vestro. Murus est enim aduersus omnes impetus & insidias inimici.

Tom. IX.

MVSICA. Libro primo musicæ. Musica est scientia bene modulandi. Musicę scientia in scriptura sancta est necessaria. Libro secundo de doctrina Christiana, capite decimo sexto. Non pauca claudit, atque obtegit in scripturis nonnullarum rerum musicarum rerum ignorantia. Nam & de Psalterij & citharæ differentia, quidam non inconcinè aliquas rerum figuras aperuit: & de decem chordarum Psalterio non importunè inter doctos quæritur vtrum habeat aliquam musicæ legem quæ ad tantum neruorum numerum cogat, an verò si non habet, eoipso magis sacratè accipiendus sit ipse numerus: vel propter decalogum legis: de quo item numero si quæratur, non nisi ad creatorem creaturámque referendus est. Et ille numerus ædificationis templi commemoratur in Euangelio quadraginta, scilicet, & sex annorum, nescio quid musicum sonat, & relatus ad fabricam Dominici corporis, propter quam templi mentio facta est, cogit nonnullos hæreticos confiteri filium Dei non falso, sed vero & humano corpore indutum: Et numerum quippe & musicam plerisque locis in sanctis scripturis honorabiliter posita inuenimus. Non enim audiendi sunt errores gentilium superstitionum, qui nouem Musas Iouis & Memoriæ filias esse finxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio vtrum apud eos quisquam talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim ciuitatem nescio quam, non enim nomen recolo, locasse apud tres artifices terna simulachra Musarum, quod in templo Apollinis dono ponerent, vt quisque artificum pulchriora formasset, ab illo potissimum electa emeret. Itaque contigisse vt opera sua quoque illi artifices æquè pulchra explicarent, & placuisse ciuitati omnes nouem, atque omnes emptas esse vt in Apollinis templo dedicarentur: quibus postea dicit Hesiodum poëtam imposuisse vocabula. Non ergo Iuppiter nouem Musas genuit, sed tres fabri ternas creauerunt. Tres autem non propterea illa ciuitas locauerat, quia in somnis eas viderat, aut tot se cuiusquam illorum oculis demonstrauerat: Sed quia facilè

Tom. I. *Tom. III.* *Commendatur musica in scripturis.* *Cap. 17.* *Simulachra Musarũ & origo eorum.*

A erat animaduertere omnem sonum, qui materies cantilenarum est, triformem esse natura: Aut enim voce editur, sicut eorum est qui faucibus sine organo canunt: aut flatu, sicut tubarum & tibiarum: aut pulsu sicut in citharis & tympanis & quibuslibet aliis quæ percutiendo canora sunt. Sed siue ita se habeat quod Varro retulit, siue non ita, nos tamen non propter superstitionem prophanorum debemus musicam fugere, si quid inde vtile ad intelligendas sacras scripturas rapere potuerimus: nec ad illorum theatricas nugas conuerti, si aliquid de citharis & organis quod ad spiritualia capienda valeat, disputemus. Neque enim & literas discere non debemus, quia earum Deum esse dicunt Mercurium: aut quia iustitiæ virtutíque templa dedicauerunt, &
B quæ corde gestanda sunt in lapidibus adorare maluerunt, propterea nobis iustitia virtúsque fugienda est: imo verò quisque bonus verúsque Christianus est, Domini sui esse intelligat vbicunque inuenerit veritatem, quam confitens & agnoscens, etiam in literis sacris superstitiosa figmenta repudiet: doleátque homines atque caueat, qui cognoscentes Deum non vt Deum glorificauerunt &c. Vnde sua conclusio est, libro quarto eiusdem. Potest exerceri sapienter à sapientibus musica. Ars ipsa moraliter docet hominem. Libro de origine animæ ad Hieronymum. Musica, id est, scientia sensúsve bene modulandi, ad admonitionem magnæ rei, etiam mortalibus rationabiles habentibus animos Dei largitate concessa est. Vnde si homo faciendi car-
C minis artifex, nouit quas quibus moras vocibus tribuat, vt illud quod canitur decentibus ac succedentibus sonis pulcherrimè currat & transeat: quantomagis Deus, cuius sapientia per quam fecit omnia, longè omnibus præferenda est, nulla in naturis nascentibus & occidentibus temporum spatia, quæ tanquam syllabæ ac verba ad particulas huius sæculi pertinent, in hoc labentium rerum tanquam mirabili cantico, vel breuius, vel productius, quam modulatio præcognita & præfinita deposcit, præterire permittit? Hoc cum etiam de arboris folio dixerim, & de nostrorum numero capillorum, quantomagis de hominis ortu & occasu, cuius vita temporalis breuius productiúsve non tenditur, quàm Deus dispositor temporum nouit vniuersitatis mode-
D ramini consonare? De hac materia require suprà, vbi Alleluia, vbi Cantus.

MVTATIO. Naturaliter pot est esse mutatio bona. Libro de moribus Manichæorum, capite sexto. Quædam mutantur in meliora, & propterea tendunt ad esse: nec dicuntur ista mutatione peruerti, sed reuerti atque conuerti. Peruersitas enim contraria est ordinationi. Hæc verò quæ tendunt ad esse, ad ordinem tendunt: quem cum fuerint consequuta, ipsum esse consequuntur, quantum id creatura consequi potest

poteſt. Ordo enim ad conuenientiam quandam
quod ordinat redigit. Nihil eſt autẽ eſſe, quã v-
num eſſe. Itaque inquantum quodque vnitatem
adipiſcitur, intantum eſt. Vnitatis eſt enim ope-
ratio, conuenientia & concordia, qua ſunt in-
quantum ſunt ea quæ compoſita ſunt. Nam ſim-
plicia per ſe ſunt, quia vna ſunt: quæ autem non
ſunt ſimplicia, concordia partium vnitatem imi
tantur, & in tantum ſunt, inquantum eam aſſe-
quuntur. Quare ordinatio eſſe cogit, inordina-
tio verò non eſſe, quæ peruerſio etiam nomina-
tur atque corruptio. Libro de natura & gra-
tia, cap. quinto, vel quæſtione quinta. Animæ ra
tionalis mutabilitas admonetur, quo nouerit niſi
participatione incommutabilis boni, iuſtam, ſal
uam, ſapientem, beatam ſe eſſe non poſſe: nec ſi-
bi bonum eſſe poſſe propria voluntate, ſed ma-
lum. Ipſa quippe voluntate auertitur à bono in-
cõmutabili: eáque auerſione vitiatur, nec ſanari
per ſemetipſum poteſt, ſed gratuita miſericordia
ſui creatoris, qui in hac vita eã conſtituit ex fide
viuentem, in ſpe ſalutis æternæ. Mutatio po-
teſt eſſe moraliter. Super Pſalmum quinquage-
ſimum nonum. Qui à vetere vita in nouam trãſ-
eunt, abſit vt hîc culpanda mutatio intelligatur:
non quomodo mutatus eſt Adam de iuſtitia ad
iniquitatem, à deliciis ad laborem: ſed quomo-
do mutantur illi quibus dictum eſt, Fuiſtis enim
aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domi-
VII. no. Libro ſecundo contra Creſconium gram
maticum. Qui conuerſione voluntatis ab errore
ad veritatem, à diuiſione ad vnitatem, à diſceſ-
ſione ad pacem, ab inimicitiis ad charitatem, ab
humana præſumptione ad Diuinarum ſcriptu-
rarum authoritatem mutantur, non ante inci-
piũt eſſe noſtri, quam eſſe deſtiterint veſtri. Hęc
conuerſio voluntatis repente mutauit, nõ ſolùm
in telonio peccatorem, verum etiam in cruce la-
tronem: niſi putes quod Chriſtus in Paradiſo ſe-
cum eſſe voluiſſet cruentum ſceleratúmque ho-
minem, ſi non cordis illa conuerſio continuo fa-
ceret innocentem: vt eo die ex eo loco, ex eo li-
gno tranſiret ad immortale fidei præmium, in
quo exceperat mortis pro iniquitate ſuppliciũ.
Siue enim ad malum, ſiue ad bonum, paruo mo-
mento animus commutatur: ſed non ideo par-
uum eſt quod meretur. In ipſis corporalibus &
temporalibus pœnis & beneficiis, diu nutritam
quamlibet ætatem vnus ictus interimit: & trigin
ta octo annorum ægritudinem Dominus, mox
vt dignatus eſt, ſanauit. Nihil mutabile eſt in
Deo. in prologo quarti libri, de trinitate. in fin.
Nihil eſt mutabile in Deo: non locis & tempori-
bus, ſicut corpora: nec ſolis temporibus & quaſi
locis, ſicut ſpirituũ noſtrorũ cogitationes: nec ſo
lis temporibus & nulla vel imagine locorum, ſi-
cut quædam noſtrarum mentium ratiocinatio-
nes. Omnino enim Dei eſſentia, qua eſt, nihil ha-
bet mutabile, nec in æternitate, nec in veritate,
nec in voluntate: quia æterna ibi eſt veritas, &
æterna charitas: & vera ibi eſt charitas, & vera æ-

A ternitas: & chara ibi eſt æternitas, & chara veri-
tas. In Epiſt. prima ad Nebridium. Eſt natu-
ra per loca nullo modo, ſed tantum per tempora
etiam ipſa mutabilis, vt anima: Et eſt natura quę
nec per loca nec per tempora mutari poteſt, hoc
Deus eſt. Vnde omnia mutabilia ab eo ſunt.
Libro primo contra aduerſarium legis & Pro- *Tom.VI.*
phetarum, capit. ſexto. Mutabis ea & mutabun- *Pſal.101.*
tur, tu autem idem ipſe es. Nec fecit igitur, nec
regit mutabilia bona, niſi immutabile bonum,
quod Deus eſt. Porrò bona mutabilia propterea
bona ſunt, quia à ſummo bono facta ſunt. Quã-
obrem & ipſa mortalia, quãuis ex alia parte pœ-
nalia ſint, eis quidem ſola immortalitas poteſt
perfectæ beatitudinis implere menſuram: habẽt
tamen proprium decoris locum in pulchritudi-
B ne temporum, ſed maiorem quam humanus eſt
ſenſus, quo talis pulchritudo ſentitur. Fides ta-
men illa, quæ Deo ſuo dicit. Omnia in menſura *Sap.11.*
numero & pondere conſtituiſti: quamuis amore
viuendi conditionem mortis exhorreat, creato-
rem tamen omnium bonorum etiam de bonis
mortalibus laudat. In vita æterna nulla erit
mutabilitas. Super Pſalmum trigeſimum octa- *Tom.VIII.*
uum. Omnia quæ hîc ſunt, in comparatione il-
lius eſſe non ſunt. Illa permanent, iſta mutabilia
ſunt & mortalia, & fragilia: & dolor ipſe æter-
nus plenus corruptionis, ad hoc non finitur, vt
ſine fine finiatur. Reſpicienda eſt ergo beata illa
regio, beata patria, beata domus, vbi participes
ſunt ſancti vitæ ſempiternæ atque incommuta-
bilis veritatis: & timendum eſt extra ire vbi
C non eſt eſſe, & deſiderandum eſt vbi eſt ſummum
eſſe. Hîc autem non omnia inæqualia poſ-
ſunt mutari. Libro ſeptimo ſuper Geneſim, ca- *Tom.III.*
pite vigeſimo. Omne quippe corpus in cor-
pus omne mutari poſſe credibile eſt: quodli-
bet autem corpus mutari poſſe in animam, cre-
dere abſurdum eſt. Libro tertio contra Ma-
ximinum, capite duodecimo. In omni mutabi- *Tom.VI.*
li natura vel creatura nonnulla mors eſt ipſa
mutatio, quia facit aliquid in ea non eſſe quod
erat. Proinde quoniam anima humana, quæ pro- *Animæ mors.*
pterea dicitur immortalis, quoniam qualitercun
que ſecundum modum ſuum nunquam deſi-
nit viuere, habet tamen pro ipſo ſuo modo quan
dam mortem ſuam: quia ſi iuſtè viuebat & pec-
cat, moritur iuſtitiæ: ſi peccatrix erat & iuſtifi-
D catur, moritur peccato: vt alias eius mutatio-
nes taceam, de quibus longum eſt diſputare. Et
creaturarum natura cœleſtium mori potuit,
quia peccare potuit: Nam & Angeli peccaue-
runt, & dæmones facti ſunt, quorum eſt diabo-
lus princeps: Et qui non peccauerunt, pecca-
re potuerunt: & cuique creaturæ rationali præ-
ſtatur vt peccare non poſsit, non eſt hoc autem
naturæ propriæ, ſed Dei gratiæ. Ac per hoc ſo-
lus Deus habet immortalitatem, qui non cuiuſ-
quam gratia, ſed natura ſua, nec potuit, nec po-
teſt aliqua conuerſione mutari: nec potuit nec
poterit aliqua mutatione peccare.

Tom. IX.

NATIVITAS Christi. Distinguitur de Christi natiuitate, super Ioãnem. Duæ sunt natiuitates Christi: Vna Diuina, altera humana: vna per quam efficimur, altera per quã reficimur. Ambæ mirabiles, illa sine matre, ista sine patre. In sermo. secundo de purificatione virginis. Debemus cũ fide catholica retinere duas esse natiuitates Domini, vnam Diuinam, alteram humanam: illam sine tempore, hanc in tempore: ambas autem mirabiles: Illam sine matre, istam sine patre: si istam non comprehendimus, illam quomodo enarrabimus? Quis comprehẽdat natiuitatem nouam, insitatam, vnicam in mundo, & credibiliter factam, & toto mundo incredibiliter creditam, vt virgo conciperet, virgo pareret, virgo pariens permaneret? Quod humana ratio non inuenit, fides capit: & si humana cogitatio deficit, fides hominum proficit. In sermone nono de natiuitate Domini. Natus est Christus, Deus de patre, homo de matre: de patris immortalitate, de matris virginitate: de patre sine matre, de matre sine patre: de patre sine tempore, de matre sine semine: de patre principium vitæ, de matre finis mortis: de patre ordinans omnem diem, de matre consecrans istum diem. Libro de duabus natiuitatibus Christi, circa princ. Secundum authoritatem omnium scripturarum, duæ sunt natiuitates in Christo: vna ex patre initium nesciens, quia legimus, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: vt qui in principio erat, in se concludat omne principium: ex matre verò initium sumpsit, sicut legimus per Isaiam, Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emanuel: quod est interpretatum, nobiscum Deus, id est, latens in humana fragilitate maiestas, sicut in Ioanne Euangelista legimus, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, id est, fragilitate corporis nostri. In paruo libello de symbolo. Credimus in Iesum Christum filium Dei patris vnicum Dominum nostrum. Sed quia ille (qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo) per quem creati sumus vt quod perierat quæreret & saluaret, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: sic in eum credimus, quod natus sit de Spiritu sancto ex Maria virgine. Vtraq; enim eius natiuitas mira est, & Diuinitatis, & humanitatis. Illa est de patre sine matre, ista de matre sine patre: Illa est sine aliquo tempore, ista in acceptabili tempore: illa æterna, ista opportuna: illa sine corpore in sinu patris, ista cum corpore quo non violata est virginitas matris: illa sine vllo sexu, ista sine vllo virili complexu. Ideo autem dicimus natum de Spiritu sancto ex Maria virgi-

Serm. 19. de nat. Domini & ord. serm. de temp. 23. Tom. X.

Phil. 2.

A ne: quia cum sancta virgo inquisiuisset ab Angelo, quomodo fiet istud: ille respõdit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: Deinde addidit, propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Non ait, Quod nascetur ex te, vocabitur filius Spiritus sancti. Susceptus est quippe à verbo totus homo, id est, anima rationalis & corpus, vt vnus Christus, vnus Deus Dei filius, non tantum verbum esset, sed verbum & homo. Totum hoc Dei patris est filius propter verbum, & hominis filius propter hominem. Per id quod verbum est, ęqualis est patri: per id quod est homo, minor est patre: Et simul cum homine filius Dei est, sed propter verbum à quo susceptus est homo: & simul cum verbo filius hominis est, sed propter B hominem qui susceptus est à verbo. Propter eius sanctam in virginis vtero conceptionem, non concupiscentia carnis vtente factã, sed fidei charitate feruente, ideo dicitur natus de Spiritu sancto ex Maria virgine: vt vnum eorum pertineat, non ad gignentem, sed ad sanctificantem: alterũ verò ad cõcipientem atque parientẽ. Propterea, inquit, Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: quia sanctum, ideo de Spiritu sancto: quia nascetur ex te, ideo de virgine Maria: quia filius Dei, ideo verbum caro factum est. Oportebat autem vt in homine assumpto non solũ inuisibilis videretur, & patri coęternus temporaliter nasceretur: verum etiam incontrectabilis teneretur, insuperabilis ligno suspenderetur, inuiolabilis clauis configeretur, & vita & immorta-C lis in cruce moreretur, & in monumento sepeliretur. Hoc totum Dei filius Dominus noster Iesus Christus. Vnde cõsequens est vt eundẽ ipsum nõ solùm hominem ex homine natũ, verũ etiam vsque ad mortẽ & sepulturam humanat passum: & corde credamus ad iustitiam, & ore confiteamur ad salutem. Cum enim sit totus filius vnicus Dei verbum & homo, atque, vt expressius dicã, verbum anima & caro: ad totum refertur, quod in sola anima tristis fuit vsque ad mortem: quia filius Dei vnicus Iesus Christus tristis fuit. Ad totum refertur, quod in solo homine crucifixus est: quoniam filius Dei vnicus Iesus Christus crucifixus est. Ad totum refertur quod in sola carne sepultus est: quoniam filius Dei vnicus Iesus Christus sepultus est. Ex quo enim cœpimus cre-D dere dicere, Credo in Iesum Christum filiũ eius vnicum Dominum nostrum: ex illo quicquid de illo dicimus, non subauditur nisi, Iesus Christus filius Dei Dominus vnicus noster. Serm. decimo septimo. de natiuitate Domini. Natiuitates Domini Iesu Christi duæ sunt, vna Diuina, altera humana, ambæ mirabiles. Illa sine fœmina matre, ista sine viro patre. Quod autem dicit Isaias Propheta. Generationem eius quis enarrabit? Ad ambas generationes referri potest. Quis dignè narret virginis partum? Illud sine die, hoc certo die, vtrunque sine humana æstimatione & cum magna admiratione.

Luc. 1.

Illam primam attendite generationem. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Cuius verbum? Ipsius patris. Quod verbum? Ipse filius. Nunquam pater sine filio, & tamen genuit filium, & sine initio, quia eius generatio nullum habet initium: & tamen filius genitus est. Dicturus est homo, Quomodo genitus, si nõ habet initium? Quæris quomodo? Hoc nescio. Quęris enim ab homine quomodo sit genitus Deus. Interrogatione tua laboro, sed Prophetam appello. Generationem eius quis enarrabit? Veni mecum ad istam humanam generationem, in qua seipsum exinaniuit formam serui accipiens, si fortè vel ipsam capere possimus, vt de ipsa aliquid loqui valeamus. Sed quis capiet eum, qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æquale Deo? Quis digne hoc cogitet? cuius mens hoc audeat perscrutari? cuius lingua audeat pronuntiare? cuius valet cogitatio capere? Hoc omittamus: Multum est ad nos. Vt autem non multum esset ad nos, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, &c. Vbi hoc? In virgine Maria. Inde aliquid loquamur, si fortè possimus enarrare. Angelus annuntiat, virgo audit, credit, & concepit. Fides in mente, Christus in ventre. Miraris quia sic Maria concepit? Mirare potius quia virgo peperit: & adhuc amplius, quia post partum virgo permansit. Ergo generationem tam istam, quam illam, quis enarrabit? In sermone decimo quinto de natiuitate Ioannis Baptistæ. Duas natiuitates Domini accepimus, vnam Diuinam, alteram humanam: tamen vtranque mirabilem. Illam sine matre, istam sine patre: illam æternam, vt crearet temporales, hanc temporalem, vt præstaret esse nos æternos. Ille est de quo Ioannes, non Baptista, sed Euangelista dicit, In principio erat verbum. Ille tantus in forma Dei æqualis patri, ille sine tempore fabricans tempora, ille ex nullo sæculo ante omnia iudex sæculi, factus est tam paruus vt de fœmina nasceretur, sed mansit tam magnus vt à patre non separaretur. Libro de fide ad Petrum, parte prima. Vnigenitus Dei filius semel natus est ex patre, semel ex matre: natus est enim ex patre Deus verbum, natus ex matre verbum caro factum. Vnus igitur atque idem Dei filius natus ante sæcula, & natus in sæculo, & vtraque natiuitas vnius est filij Dei. Diuina, secundum quod creator ĩ forma Dei coæternus patri Deus est: humana, secundum quod seipsum exinaniẽs & formam serui accipiens, non solum in conceptu materni vteri semetipsum dum homo fieret, eadem seruilis formæ susceptione formauit: verum etiam de eodem matris vtero idem Deus factus exiuit, & in cruce idem Deus homo factus pependit, & in sepulchro idem Deus homo factus iacuit, & ab inferis idem Deus homo factus die tertio resurrexit. Sed in sepulchro idem Deus secundum solam carnem iacuit, & in infernum secundum solam animam descendit.

Cap. 2. Tom. III.

Vtraque Christi natiuitas.

A Qua de infernis ad carnem die tertio reuertente idem Deus, secundum carnem, quæ in sepulchro iacuit, & de sepulchro resurrexit: & quadragesimo post resurrectionem die, Deus idem homo factus in cœlum ascendens in dextera Dei sedit, inde in fine sæculi ad iudicãdos viuos mortuósque venturus. Ex hoc probat eum mediatorem. Ibidem. capite eodem. Idcirco mediator est: quia idem Deus atque homo verus, habens cum patre vnam Diuinitatis naturam, & humanitatis vnam cum matre habens substantiam: habens ex nobis vsque ad mortem iniquitatis nostræ pœnam, habens incommutabilem de Deo patre iustitiam: propter nostram iniquitatem temporaliter mortuus, propter suam iustitiam semper viuus, & immortalitatem mortalibus largiturus. B Qui perfectam quidem humanitatem suam in ipsa Diuinitatis suæ perfectione seruauit: veritatem verò mortalitatis nostræ per susceptionem mortis, veritate atque incommutabilitate suæ immortalitatis absorbuit. Hoc est quod beatus Petrus testatur, quia Christus deglutiuit mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. Beatus quoque Paulus docet, quia Christus mortem deglutiuerit, donauerit autem vitam & incorruptionem. Christus igitur mortem gustauit, quia verus homo est: idémque mortem deglutiuit, quia verus Deus est. Idem quippe sicut Apostolus dixit, Mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei, vnus atque idẽ, qui secundum prophetiam beati Dauid, & homo factus est in Sion, & ipse fundauit eam altissimus. C Itaque neque Diuinitas Christi aliena est à natura patris, secundum id quod in principio erat verbum: Nec humanitas eius aliena est à natura matris, secundum id quod verbum caro factum est. Illa enim natura quæ semper genita manet ex patre, naturam nostram sine peccato suscepit, vt nasceretur ex virgine. Neque natura æterna atque Diuina temporaliter concipi & temporaliter nasci ex natura humana vllatenus posset, nisi secundum susceptionem veritatis humanę, naturalem temporaliter conceptionem atque natiuitatem ineffabilis in se Diuinitas accepisset. Sic est Deus æternus ac verus veraciter secundum tempus & conceptus & natus ex virgine. Dum enim venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant D redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus: illo, scilicet, Deo naturaliter facto filio hominis, qui vnus est naturaliter filius vnigenitus Dei patris. Hoc vtique Ioannes Euangelista confirmans, postquam dixit, Verbum caro factum est & habitauit in nobis: consequenter ait, Et vidimus gloriam eius quasi gloriam vnigeniti, &c. Sic ille omnium spirituum omniúmque corporum, id est, omnium naturarum creator & Dominus, creauit virginem, creãdus ex virgine, & cuius iste factor est, fecit sibi matrem, quando de eius carne concipiendus atque pariendus, veram

Vtriusque naturæ opa.

1. Pet. 3. 2. Tim. 1.

Psal. 86.

Gal. 4.

Ioan. 1.

veram materiam carnis, Deus immensus atque sempiternus accepit: vt & secundum veritatem formæ seruilis, Deus homo misericorditer fieret, & secundum formam Dei, naturali veritate idem Deus homo permanens non careret.

Propterea singulariter fuit conceptus & natus. Ibidem infra. capit. eodem. Beatus Dauid, quamuis de legitimo natus iustóque coniugio, in quo, scilicet nec infidelitatis culpa, nec fornicationis macula potest inueniri: propter originale tamen peccatum, quo naturaliter obstricti sunt filij irę, non solùm impiorum filij sed etiam omnes qui de iustorum sanctificata carne nascuntur, exclamat & dicit, Ecce in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea. Sanctus etiam Iob dicit, mundum à sorde non esse hominem: nec si vnius diei sit vita eius super terram. Dei ergo filius vnigenitus qui est in sinu patris, vt carnem hominis naturámque mundaret, susceptione carnis atque animæ rationalis incarnatus est: & qui est verus Deus, homo verus factus est. Non autem vt alter Deus esset, alter homo: sed idem Deus, idem homo. Qui vt illud peccatum quod in concubitu mortalis humana carnis generatio nostra contraxit, auferret, conceptus nouo more, Deus incarnatus est in matre virgine, sine coitu viri, sine libidine concipientis virginis: vt per Deum hominem, quem absque libidine conceptum inuiolatus edidit virginis vterus, ablueretur peccatum quod nascentes trahunt omnes: quibus in corpore mortis huius talis est nascendi conditio, vt matres eorum fœcunditatis opus implere non possint, nisi prius virginitatem carnis amiserint. Sed istam Dei substantiam carnis accepit ex virgine, & cum nasceretur, integritatem seruauit in matre. Ista est causa qua Deus factus est filius virginis Mariæ, & Maria virgo facta est vnigeniti Dei: vt quem pater genuit ex æternitate, ipsum virgo conceptum proferret in tempore. Illa vtique est virgo quam Deus qui de ea fue rat nasciturus, ita singulari gratia præuenit atque repleuit, vt ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex initio habet vniuersitas Dominum: & ipsum sibi videret nascendi solennitate subditum, quem in vnitate paternæ substantiæ non solùm humana, sed etiam Angelica creatura cognoscit & adorat altissimum. Et subdit causam. capite eodem. Sic ergo peccatum & pœna peccati, quæ per scelus corruptæ mulieris intrauit in mundum, per inuiolatæ virginis partum auferetur à mundo. Et quia in conditione generis humani per meliorem quæ de solo viro facta est, contigit vt mortis vinculo teneremur obstricti: hoc in redemptione humani generis Diuina bonitas egit, vt per virum qui de sola muliere natus est, vita hominibus redderetur. Illic humanam naturam nequissima deceptione sibi diabolus in peccati similitudine sociauit: humanam hîc Deus naturam in vnitate personæ suscepit. Ibi fœmi-

Conce: tio in peccatis.

Psal. 50.

Conceptio Christi, sine peccato quid confert.

A na decepta est vt fieret filia diaboli: hîc virgo gratia repleta est, vt fieret mater summi atque incommutabilis vnigeniti Dei. Ibi Angelus deiectus per superbiam, seductæ mulieris animum obtinuit: hîc Deus humilians se per misericordiam, incorruptæ virginis vterum ex ea nasciturus impleuit. Dei enim filius Iesus Christus qui in forma Dei erat, quia nisi ex natura patris esset natus, esse non posset, ipse secundum Apostolicam doctrinam, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Formam ergo serui: id est, naturam serui in suam accepit ille Deus personam: atque ita hominum factor in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, ipse humiliauit semetipsum factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem

B crucis. Et addit quod perfectus Deus perfectus homo fuit. capite eodem. Intentè hanc sententiam Apostoli cogita, & in ea cognosces quomodo Dominum nostrum Iesum Christum eundem Deum atque hominem credas. Nec tamen in eo veritatem vtriusque naturæ in vna persona, aut confundas aut diuidas. Cum ergo primo audis, quod in forma Dei erat: oportet te agnoscere firmissiméque tenere, in illo formæ nomine, naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma igitur Dei Dominus Iesus Christus erat: quia in natura Dei patris semper erat, de quo natus erat. Vnius ergo naturæ cum patre est, æqualitérque cum eo sempiternus atque immensus, æqualiter immortalis & incommutabilis, æqualiter inuisibilis & in-

C enarrabilis, æqualiter bonus & iustus, æqualiter miserator & misericors, patiens & multum misericors & verax, æqualiter fortis & suauis, æqualiter sapiens atque omnipotens. Proinde hæc omnia quæ diximus de Dei filio, firmissima fide retine, qui hæc vtique omnia in vnitate naturæ habens cum patre, sine dubio æqualis est patri. Propter quod & Apostolus continuo adiungens ait, Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Non enim rapina fuit illa filij cum patre Diuinitatis æqualitas, sed natura. Etiam illa, quæ consequenter adiungit Apostolus dicens, quod semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, &c. vsque ad mortem, mortem autem crucis. Om-

D nia hæc de illo vero vnigenito Dei filio atque Deo, de illo verbo Deo, de quo dicit Euangelista, In principio erat verbum: de illa Dei virtute Deíque sapientia. de qua Deo dicitur, Omnia in sapientia fecisti: de illo principio cum quo vnum est pater ipse principium, & in quo sibi coæterno fecit cœlum & terram, id est, omnem spiritualem corporalémque naturam: de Deo vnigenito, qui est in sinu patris, omnia hæc personaliter accipere, salua tamen immensitate, æternitate, immortalitate, incommutabilitate, inuisibilitate Diuinitatis eius. Quæ ita naturaliter & æqualiter communia cum Deo patre

patre habet Dei filius, vt licet homo pro nobis factus fuerit veraciter, permanserit tamen æqualis vero Deo patri, de quo natus est verus & veritas Deus. Semetipsum ergo exinaniuit, sed de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quam plenitudinem, si exinanitus amitteret, quid de ea nobis daret, vtique non haberet. Eodem autem non habente, nos proculdubio nihil possemus accipere: De plenitudine autem eius nos omnes accepimus. Ex eo autem quod de plenitudine sua dedit, ostendit etiam cum se exinaniuit, plenitudinem non amisisse quam habuit: quia si plenitudinem suam amitteret, dare de illa nullatenus posset. Formam ergo serui accepit, neque enim aliud fuit illa Dei summi exinanitio non formæ seruilis, id est, naturæ humanæ susceptio. Vtraque est igitur in Christo forma, quia vtraque & vera & plena est in Christo substantia. Ideo sanctus Euangelista, plenum gratiæ & veritatis prædicat: quia in Diuina natura, in qua Deus veritas est, plenus est: & in humana natura, in qua homo verus gratia factus est, plenus est. In illa plenitudine Deus est, in forma Dei æqualis Deo. In ista plenitudine seruus, in forma serui, quia in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Exinaniens ergo semetipsum formam serui accepit, vt fieret seruus. Sed quod formæ Dei plenitudinem non amisit, in qua semper æternus est atque incommutabilis Deus: factus secundum formam serui homo verus eiusdem naturæ cuius est ancilla mater, & manens in forma Dei Deus verus, cuius est Dominus pater. In forma Dei cum patre & Spiritu sancto vnus est solus formator omnium Deus: secundum formam serui, solus ipse sua & patris & Spiritus sancti operatione formatus: quia creator est, commune habens naturaliter cum patre & Spiritu sancto, quod autem creatus est, solus habens personaliter in seipso. Ideo de natiuitate Diuina. dicit in sermo. vj. de natiuitate Domini. Quomodo natus est Christus de patre in cœlo, quis potest explicare, quis potest enarrare vel inuestigare? Libro primo contra Maximinum Arrianum. Qui autem dicit propterea quia natus est; ideo alterius eum naturæ: negat verum filium. Habemus autem scriptum, Vt simus in vero filio eius Iesu Christo, ipse est Deus verus & vita æterna. Quare verus Deus? Quia verus Dei filius. Si enim Deus animalibus dedit, vt non generent nisi quod sunt, homo hominem generat, & canis canem, & Deus Deum non generat? Libr. tertio contra eũdem. Ad hunc articulum res colligitur, vt Deus pater æqualem generet sibi filium, aut non potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infirmus: si noluit, inuidus inuenitur. Sed vtrunque falsum est: patri igitur Deo, filius verus & æqualis est. In sermone duodecimo. de natiuitate Domini. Iam dixi vobis, quod firmissime tenere debetis, totum quod est filius, pater dedit: sed nascenti, non indigenti. Aequalitatem sine dubio dedit: æqualitatem dando, æqualem genuit. Et licet alius sit il-

A le, alius iste: non tamen aliud ille, aliud iste: sed quod & ille, hoc & iste. Non qui ille, hic & iste: sed quod ille, hoc & iste. Vnde libro contra quinque genera hæresum, contra Arrianum sic dicit. *Tom.VI.* Dic mihi, quia te video calculari velle æternitatem: quot annis præcedit Deus pater filium suum? Vbi diem natiuitatis filij Dei legisti? Filij Dei dico, non dico filij Dei & hominis. Vbi ergo diem natiuitatis eius ex patre legisti? Cum quo Mathematico creatoris syderum constellationem quæsisti atque tractasti? Quæ tempora, quas horas, quæ momenta, quos numeros, quas minutas momentorum natiuitatis illius, qui omnia cõdidit, collegisti? Conquiescat rogo hæretica, non religio, sed superstitio: de Christi initio deficit calculatio. Quia cum auditur sine initio æternitas, nulla ibi quæritur ætas.

B Libro de symbolo, tractatu secundo, capite tertio. *Tom.IX.* Diuinam illam natiuitatem qua filius processit ex patre, qua natus est Deus de Deo, sine initio, sine tempore, sine matre, sine aliqua fragilitate, sine vlla sui diminutione, non possumus explicare. Natiuitatem enim eius, ait propheta, quis enarrabit? *Isai.53.* Et reuera quis comprehendere vel dicere poterit quomodo natus sit, qui semper est in patre, & nunquam recedit à patre? Et ideo in eodem libro, tractatu primo, capite tertio. *Tom.eod.* In ipsa natiuitate qua est filius Dei omnipotentis, nolite cogitare initium temporis. Nolite cogitare vllum spatium æternitatis, quando erat pater & non erat filius. Ex quo pater, ex eo filius. Sed hic coæuos pater filio,

C vel filius patri, quomodo potest esse? *Omissa hic pauca.* Occurrat nobis ignis pater, splendor filius, ecce inuenimus coæuos. *Simile.* Ex quo ignis esse cœpit, continuo splendorẽ gignit: nec ignis ante splendorem, nec splendor post ignem. Et si interrogemus, quis quem generet, ignis splendorem, aut splendor ignem: continuo vobis occurrit sensu naturali prudentia insita mentibus vestris: omnes clamatis ignis splendorem, non splendor ignem. Ecce pater incipiens, ecce filius simul incipiens, nec antecedens, nec sequens. Vnde substantialiter est à patre. Libro contra Felicianum, capite sexto. *Tom.VI.* Natiuitatem filij Dei ortúmque rimantibus, hæc, nisi fallor, occurrunt, id est, vt aut ex patre sit, aut ex nihilo, aut ex altero, aut ex seipso. Si ex seipso, non rectè filius dicitur, qui

D non natus, sed ingenitus prædicatur. Si ex nihilo: creatura cum cæteris non creaturæ author ostenditur. Si ex altero: non eius cui credimus, sed nescio cuius incogniti patris filius prædicatur. Quod si præter hæc quatuor, inueniri non potest quintum: nec de his propter euidentem blasphemiam tria prædicari penitus possunt: restat vt substantialiter de patre sit genitus. Ideo libro primo contra Felicem Manichæum. *Tom.VI.* Multum interest inter natum de substantia Dei, & factum à Deo quod non est substantia Dei. Quicquid fecit Deus, potest esse mutabile: ipse autem Deus nõ est mutabilis, quia nõ potest æquari opera artifici & cõditori. Et libro

Cap 19. Tom. eod.

bro secundo contra eundem. Omnipotens Deus & de se potuit generare, & de nihilo facere, & ex eo quod iam fecerat, aliquid formare. De se filium æqualem sibi: de nihilo, mundum & vniuersam creaturam: Ex aliquo, de terra hominem, quia omnipotens est. Quod de seipso est, pollui nūquam potest, quomodo nec ipse. Quod autem ab illo factum est, non de illo factum est, & pollui potest, per liberum arbitrium, & emendari per ipsius misericordiam, condemnando quod peccauit, & agnoscendo qui eum creauit.

Natiuitas ex matre, tollit admirationem illius ex patre. Eodem libro. Sicut sine exemplo mater genuit authorem suum, sic ineffabiliter pater genuisse credendus est. Coæternus patri de matre natus est: qui aliquando de matre nō fuit, de patre aliquando non defuit. Hoc fides credat, intelligentia non requirat: ne autem inuentū putet incredibile: aut repertum non credat singulare. Ecce enim de matre natus est Christus, nec ideo tamen per contactum viri matris pudor est diminutus. Virgo peperit, quia virgo concepit: & non seruato communi rerum ordine, ex integro matris corpore, integrum corpus Christus assumpsit. Si ergo nouo more, nullo exemplo secundum carnem natus docetur ex corpore, quid mirum si non secundum consuetudinem humani partus processit ex patre? Nouimus quia ex substantia patris sola genitus est filius, & sine dāno corporis parientis natum filij nouimus corpus: & non minuisse incorporalem patris substātiam creditur, cum ex eodem ipso substantialiter atque incorporaliter prolatus dicitur genitus. Ergo si naturam rerum intelligentia duce perpendimus, demus initium: si non negamus occasum: Alioquin ideo filium non habere dicamus initium, quia non per gratiam, sed per naturam fatemur esse perpetuum. Ad summam, maior & minor tribus modis dici potest, id est, ætate, forma, & potentia. Aetate, si senior puero: forma, si longior paruo: potentia, si fortior imbecilli. Videamus vtrum aliquid horum accidat filio. Nam nec ætate minor est, quod de æterno patre constat extitisse principium. Nec forma, quem non aliud fas est prædicare quam Deum: Nec potentia, à quo totum nouimus esse perfectū. De natiuitate verò ex matre secundum carnē, quod fuit mirabilis & noua. Lib. cur, quando & quomodo Deus homo. c. viij. Quoniam Deus potest quatuor modis homines facere, aut de viro & fœmina, sicut assiduus indicat vsus: aut nec de viro nec de fœmina, sicut creauit Adam: aut de viro sine fœmina, sicut Euam: aut de fœmina sine viro, quod nondum fecerat, quomodo saluatoris aduentum. Vt igitur hunc quoque modum suæ subiacere potestati monstraret, & adhuc ipsum opus dilatum esse, virum fecit de virgine sine viri commixtione & absque peccati contagione. Sicut enim mulier quam fecit Deus de viro, sine fœmina facta fuit de virgine: ita conueniens fuit vt vir quādoque sine viro, de fœmina fieret virgine, & non de alia esset. Super hoc etiam sicut virgo fuit humano generi causa totius mali, multo magis decuit vt virgo foret, quæ esset causa totius boni. Illum itaque in integra fide natum de virgine credimus. quæ sic fuit immunis ab omni dolore, sicut à viri cōmixtione, vt & salua virginitate de spiritu sancto cōcepit: ita inuiolata fuit dū peperit, & absque dubio talis permāsit. Verū si quis præsumat vel cogitare velit, quia tantum secretum humanus intellectus valet penetrare & inuestigare, quam sapienter, quam inscrutabiliter opus factum sit, sufficiat sibi tantillum de illius generatione dictum esse. Eius inenarrabilis generatio creditur, qui minimè vult ab hominibus inquiri ea, quæ ab illis iure debent nesciri.

In sermone tertio de purificatione virginis. Hæc est prima conditio hominis, Adam de terra. Secunda conditio est hominis, qua creauit fœminam de latere viri. Tertia conditio est hominis, qua natus est homo ex viro & fœmina. Quarta cōditio est Dei & hominis, qua natus est Christus sine viro de fœmina. In istis quatuor conditionibus, vna sola nobis vsitata est, cæteræ tres non sunt in oculis carnis, sed in fide cordis. De terra factum hominem sine patre sine matre fide nouimus. Fœminam factam de latere viri nunquā vidimus, lecta & audita credimus. Tertiam illam vsitatam omnibus notam nouimus, ipsa est qua de complexu maris & fœminæ quotidie nascuntur homines. Iam ergo erat vnus vir sine fœmina, & fœmina iam erat de viro tantum, tertia est assidua de viro & fœmina, quarta restabat de fœmina sine viro: sed ista quarta tres alias liberauit. Prima enim & secunda ruerūt, tertiam de ruina genuerunt, in quarta salutem inuenerunt. Exultent virgines, virgo Maria peperit Christum. Exultēt viduæ, Anna vidua suscepit infantē Christum. Exultent coniugatæ, Helizabeth maritata nasciturum prophetauit Christū. Nullus gradus prætermissus est, de quo non haberet testimonium salus omnium nostrum. Exultent pueri, quia ipse Dominus noster puer natus est. Exultent senes, quia Simeon senex videre & accipere dignatus est. Hæc nouitas tamē Deo fuit possibilis. In sermone xij. de resurrectione Domini. Ita incomprehensibiliter caro est in Deo, & in carne Deus, vt neque Deum ab homine passio superaret, neque per hominem Deus humanis passionibus subiaceret. Quod annuntiatur filius Dei natus de virgine, tanto miraculo non debet humana fluctuare fragilitas: quia stupendæ huius nouitatis Deum, cui omne opus possibile est, confitemur authorem. Beatus nanque Dauid omnipotentiam Dei sancto Spiritu reuelante decantat dicens, Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra. Qui ergo fecit quod voluit, fecit quod virgo conciperet: Qui fecit omnia quæ voluit, fecit quod nobis omnibus subueniret. Omnia, inquit, quæ voluit Dominus fecit. Voluit ex nihilo formare mundum, fuit tam magni operis effectus in verbo. Voluit hominem formare de puluere, virtus tantæ non defuit volūtati. Voluit inter ipsa cœli

terræque

terræque primordia virili de corpore educere fœminam: è latere mox Adæ mater humani generis Eua processit. Voluit de viro & fœmina vtriusque sexus homines nasci: lege voluntatis eius repleuit orbem iussa fœcunditas. Voluit, vt dictũ est, virginem parere obumbratione maiestatis eius: nullo virginei pudoris damno Christus processit ex Maria. Et inde est quod Philosophantes prudentésq; mũdi qui omnia sibi volunt propria disceptatione cõstare, dum terreno sensu omnia discutiunt, sapientia sua decipiuntur. Ad plenitudinem non perueniunt veritatis, qui hanc iugiter desudant habere doctrinam, qua quod ipsi aduertere nequeunt, superbo tumentéque spiritu Deum aut non recte velle, aut non posse contendunt: qui, vt ait Apostolus, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quis enim est ita demẽs, vt illo conceptu virgineo factum quærat humanum, vbi agitur cœleste mysterium? Quanta verecundia in illo nascendi genere generalitas mortalis contunditur, vbi opere omnipotentis pro vita pereuntium partus saluatoris effloruit? Miraculosa tamen natiuitas ipsa valde fuit. Super Ioannem. Omnia quidem cæterorum miracula superat quod est de virgine natus, matrísque integritatem solus potuit nec conceptus violare nec natus. In sermone de symbolo. Si autem vis cogitare quemadmodũ æternus filius de æterno patre sine tempore natus sit, redarguit te Isaias Propheta qui dicit, Generationem eius quis enarrabit? Natiuitatem itaque ex Deo, nec cogitare poteris, nec narrare: credere tantum tibi permittitur, vt saluus esse posis, sicut Apostolus dicit: credere enim oportet qui ad Deum accedit, quia est inquirentibus eum mercedis redditor. Si autem natiuitatem eius secundum carnem, quam pro nostra salute dignatus accepit, scire desideras: audi & crede natum de Spiritu sancto ex Maria virgine: quanquam & hanc ipsam natiuitatem eius quis enarrabit? Quis enim digne existimare potest Deum propter homines hominem nasci voluisse, sine virili semine virginem concepisse, sine corruptione peperisse, & post partum in integritate mansisse? Dominus enim Iesus Christus vterum virginis humiliatus intrauit, membra fœminæ immaculatus impleuit, matrem, virginem manentem sine corruptione fœcundauit, à semetipso formatus exiuit, atque integra genitricis viscera reseruauit: vt eam de qua nasci dignatus est, & matris honore, & virginis sanctitate perfunderet. Quis hoc cogitat? Quis enarrat? Ergo & hanc natiuitatem quis enarrabit? Cuius enim mens ad cogitandum, cuius ad enuntiandum lingua sufficiat, non solum quod in principio erat verbum, non habens vllum nascendi principium: verum etiam quod verbum caro factum est, eligens virginem quam sibi faceret matrem, quam seruaret & virginem Dei filius fœmina concipiente nullo homine seminante, fœcunditatem fœminæ veniendo afferens, integritatem nascendo non auferens? Quid est hoc? Quis dicat? Quis taceat? Et mirum est quod Deum quẽ

A eloqui non valemus, silere non sinimur. Sonando prædicamus, quem nec cogitando comprehendimus. Tantum quippe Dei donum nec effari possumus, quoniam sumus ad eius enarrandam magnitudinem paruuli: & tamen laudare compellimur, ne tacendo remaneamus ingrati: sed Deo gratias: quia id competenter non potest dici, potest tamen & debet fideliter credi. In sermone v. de parasceue. Generationem eius quis enarrabit? Quam generationem? Ante luciferum genui te. Ecce vna generatio, ante luciferum. Ante omnia quę facta sunt, ante omnes Angelos, ante omnem creaturam. Quare? Quia omnia per ipsum facta sunt. Sed forte eius secunda generatio narratur. Quis illam narrat? Fide concipitur, masculus non accedit, vterus virginis
B tumet, procedit tanquam spõsus de thalamo suo. Mirabilis ista generatio, quia sine patre: mirabilis illa, quia sine matre. In sermone xx. de natiuitate Domini. Natus est de patre & de matre, & sine patre & sine matre: de patre Deus, de matre homo: sine matre Deus, sine patre homo. Generationem ergo eius quis enarrabit, siue illam sine tempore, siue istam sine semine? Illa fuit sine initio, ista sine exemplo. Illa est quæ nunquam non fuit, ista quæ nec ante, nec post fuit: Illa quæ nec initium habet, nec finem, ista quæ initium illic habet vbi finem. In sermone vj. de natiuitate Domini. Hodie peperit virgo filium, qui Deo filios faceret, qui sententiam præuaricationis Adæ excluderet, vt pœnam mortis eriperet, & vitam perpetuam credentibus condonaret.
C Portauit in vtero filium mater, omnibus quę sunt ante nutrimenta maiorem, & hunc fudit forma serui in terris, quem habẽt Angeli imperatorem in cœlis. Peperit filium mater, à quo ipsa nutriretur potius quam nutriret. Mortali aluo immortalem suscepit hospitem, & in terrestri hospitio cœlestem virgo imperatorem excepit. Beata virginitas desinit iam esse mortis ancilla, quia illum intra se gestat in mente, quem Maria portauit in ventre. Nulli virginitas seruituti succumbit, quia illum diligit qui humano generi attulit libertatem. Cœlestis propago germinabat in vtero, & in eximio partu virginea viscera coruscabant. Humanis greßibus portabatur creatura Deifica, & in angusto pudoris cubiculo, eum quem cœli
D non capiunt, sancta virgo portabat inclusum, & peperit eum, non qui nascendo pollueret parientem, sed qui à pollutione sæculum delauaret. Sancta credidit, sancta concepit, sanctior efficitur post partum. Extitit autem ipsi virgini ipse filius, qui erat sponsus. Ipse genitus, qui erat genitor. Illic fuit paranympha credulitas, paranymphus Archangelus. Mater sponsa, & ipse quem peperit Christus sponsus, quem Spiritus sanctus copulauit: Gabriel Angelus nuntiauit, Angelorum exercitus decantauit, & stella fulgida demonstrauit. Fecit grauidam virginem, ipse qui erat ex virgine nasciturus. Expauit in partu suo mater, Deus per Angelum loquebatur, & virgo auribus imprægnabatur. Audiat omnis ætas quod

O d. ser. de temp. 10. Tom. X.

nunquam audiuit. Virgo partu suo nupsit, virginitatem dum pareret duplicauit, & filium quem genuit adorauit. In sermone octauo eiusdem diei. Maiore præconio omnipotentia panditur, quando partu virgineo iste qui nascitur Dei esse filius declaratur, canentibus Angelis, pastoribus admirantibus, stella fulgente, Herode persequente, Simeone cognoscente, Ioanne ostendente, cœlis est patentibus declaratus, & voce patris filius appellatus. Spiritus sanctus illum in columbæ specie de cœlo veniens demonstrauit, & claritas Diuina splẽdore cœlesti reuelauit, vt Deum inter homines cœli & terra ostenderent, & salutem humano generi Dei filium edocerent. In sermone primo de accedẽtibus ad gratiam. Hæc natiuitas mira est, quia talem genuit, talis genuit. Ideo virgo mater, quia verbum caro factum est. Si enim hæc quæ genuit talis est, illud quod genuit quale est? Vis nosse qualis est qui sic natus est? Audi quis & quantus est. Verbum patris, artifex mundi, lumen cœli, pax terræ, integritas virginis, fœcunditas matris, Angelorum laus, hominum salus, desertorum via, errantium via, vulneratorum medicina, bonorum iucunditas, martyrum victoria, infantium palma. Adhuc amplius audi. Qui sic natus, est extinctor mortis, oppressor diaboli, petra fundamenti, lapis angularis, mons Dei, scala cœli, ianua Paradisi, ciuitas regis magni, agnus & pascha, sponsus & sponsa, resurrectio & vita æterna: quoniam per ipsum, & ex ipso: & in ipso sunt omnia: hæc & quæcunque alia dixerimus de eo, parua sunt. Non enim sufficit lingua narrare vel laudare, quem mens pauida & infirma non valet comprehendere. Hæc tamen Maria quæ talem peperit virgo & mater, gratia fœcundata, spiritu sancto impprægnata: Nouum germen nouus partus agnoscit, videt oculis, miratur mente, integra perseuerat in carne: Amplectitur manibus continentem mundum lac ministrat cœlesti pani, quoniam misericordia & veritas occurrerũt sibi: figit dulcissima oscula pia mater verbo, quia iustitia & pax osculatæ sunt: Et quem oculis carnis intuetur filium, mente conspicit Deum. Suscepisse se gaudet perpetuã posteritatem, non amissa integritate. Vitam fert in gremio, veritatẽ portat in corde: quoniam veritas de terrra orta est, & iustitia de cœlo prospexit: Maria de homine patre terra: Christus ex Maria sine homine patre, veritas de cœlo. In sermone ij, de natiuitate Domini. Natalis Domini & saluatoris nostri Iesu Christi, quo veritas de terra orta est, & dies ex die in nostrum natus est diem, anniuersario reditu nobis hodie celebrandus illuxit: exultemus & iucundemur in eo. Quid enim nobis præstiterit tantæ sublimitatis humilitas, fides habet Christianorum sed remotum est à cordibus impiorum: quoniam abscondit Deus hoc à sapientibus & prudentibus: & reuelauit ea paruulis. Teneant ergo humiles humilitatem Dei: & in hoc tanto adiumento, tanquam infirmitatis suæ fulcimento perueniant ad altitudi-

A nem Dei. Sapientes autem illi & prudentes dum alta Dei quærunt & humilia non credunt, ista prætermittentes, & propter hoc nec ad illa peruenientes, inanes & leues, inflati & elati, tanquam inter cœlum & terram in ventoso medio pependerunt. Sunt enim sapientes & prudentes, sed huius mundi, nõ huius à quo factus est mũdus. Nam si esset in eis vera sapientia quæ Dei est & Deus est, intelligerẽt carnẽ à Deo potuisse suscipi, nec tamen eum in carnẽ potuisse mutari: intelligerent eũ assumpsisse quod nõ erat & permãsisse quod erat: & in homine ad nos venisse, & à patre non recessisse: & in id eũ perseuerasse quod est, & nobis aperuisse quod sumus: & corpore infantili eius potẽtiã esse indutã, & mundanæ moli non esse substratam. Eius opus est apud patrem

B manentis mundus vniuersus, eius opus est apud nos venientis virginis partus. Libro de symbolo. tractatu secundo. Miraris, quia genitrix suũ genuit genitorem, quia creauit creatura factorem? Sic voluit nasci excelsus humilis, vt in ipsa humilitate ostenderet maiestatem. Portabat filium mater intacta, mirabatur & ipsa in aspectu suæ prolis, quam amplexus non strinxerat maritalis. Sed incredibile audi prædictum, cognosce impletum. Dauid Propheta dicit, Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea & ipse fundauit eam altissimus. Ipse qui fundauit eam altissimus, ipse in ea factus est homo altissimus, quia talem matrem creauit altissimus: quia sic se in ea formauit vt procedens ex eius vtero, & filium ei redderet, & integritatem non corrumperet.

C Quæ est ergo gratia matris huius & virginis? Quæ est gratia huius fœminæ, quæ virũ nesciens filium portat? Quæ est gratia? Audite Gabrielem Archangelum eam salutantem, Aue, inquit, gratia plena Dominus tecum. Quando Angelus istã virginem sic salutauit, tunc eam Spiritus sanctus fœcundauit: Tunc illa fœmina virum sine viro concepit, tunc repleta est gratia, tunc Dominum suscepit, vt esset in ea qui fecit eam. Neque enim dilectissimi credendum est, quod illo iam præsente ac protegente, poterat illi fœminæ Dominari corruptio, in qua non erat ardoris libido: nouerit tamen quem portauit virgo, mater nouerit. Stupor abscedat, fides accedat. Ecce quæ portat nascitur: nondum loquitur, & totum concutit mundum. Clamat cœlum noui syderis radians

D fulgorem, clamat terra turbata per Herodẽ, veniunt Magi admoniti, inquirunt Iudæi turbati, quærunt vbi esset qui vbique totus est, quæritur in mundo fabricator mundi. Ad hoc autem quærebatur, non vt agnosceretur, sed vt occideretur: quia mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. O munde immunde, venit qui te redimat, & turbaris: & tu vis eum perdere, quando ipse disposuit te liberare. O Iudęorum terra impia, non congruis cœlo. Cœlum demonstrat vt adoretur, & tu quæris vt infans occidatur. Ille tibi annuntiat Deum hominem suscepisse pro te, & tu vis perdere eum qui venit redi-

redimere te. Eodem libro, tractatu quarto. Quis non expauescat cum audit Deum natum? Audis nascentem, vide in ipso ortu mirabilia facientem: aluus tumescit virginis, claustrum permanet pudoris. Impletur vterus matris sine vllo complexu patris. Sentit prolem, quæ se ignorauerat coniugem. Angelus ad virginem loquitur, à virgine cor præparatur, Christus fide concipitur. Miraris hæc? Adhuc mirare. Parit mater & virgo, fœta & intacta: nascitur filius sine homine patre, qui fecit & ipsam matrem: factor omnium fit inter omnia, portatur manibus matris rector totius orbis. Lambit vbera, regēs sydera: tacet, & verbum est. Nec dum per linguam se demōstrabat quis esset, & vniuersa creatura suum natum indicat creatorem. Angeli pastoribus annūtiant, stella Magos inuitat. Rusticitas pastorum admonitionem exigit Angelorum, curiositas Magorum instructa est lingua cœlorum. Mirabilis fuit hæc natiuitas ipsi dæmoni. In sermone super illud, Ductus est Iesus in desertum, circa principium. Cum videret inimicus Dei filium tanta per miracula procreatum, voluebat secum, vt arbitror, atque admirans dicebat: Quis est iste qui nesciente me hunc ingressus est mundum? Noui quidem quia de fœmina natus est, sed nescio vnde conceptus. Adest ecce mater, sed patrem inuestigare non possum. Partum video, sed non agnosco nascentem. Et quod stupori meo accessit incōsueta lege pariēdi & edito filio, mater exultat vt virgo. En iacet in cunabilis paruulus, infundit lachrymis vultum, similémque esse mortalium vagitus prodit: & cum nihil ei de infantia desit, nulla tamen est illi velut infantiæ corruptio. Pannis obsitus sordet, & cœlum illi radio stellæ lætioris arridet, atque in honorem ipsius ministrātes ei Angeli inter sydera terrásque concurrunt exultantes, & annuntiant quam non intelligo nouitatem. Quid hoc miraculi? Video quod aduertere nequeo, audio quod sustinere nō possum, vt homo natus, honoretur vt Deus. A sæculis nunquam hoc mihi contigit, vt quisquam vnquam nasceretur homo qui humani vitij nihil haberet. Quæ hæc tam noua poténsque generatio est? Inter peccatores & impios natus, mortali de matre progressus, purgatior cunctis nascentibus, & ipso mihi cœlo purior apparet. Auaritiæ in eo radix nulla consurgit, nulla cor eius pulsat inuidia, nescit eius lingua loqui mendacium, oculi eius concupiscentiam non admittunt, nulla aurium voluptate mouetur, luxuries certè per quam mihi humanum subieci genus, pectus eius non potest penetrare: nulla illi iactātia inest, nulla malitia. Et quid plura? Nihil in eo reperio quod me delectet, omnes meos conatus euacuat. Quid agam? Quo me conuertam? Eum fortiorem me sentio esse: puto illum regno meo velle regnare. Ne fortè Deus sit iste, quem nullum potest maculare delictum? Sed si Deus esset, quomodo indignitatem partus fœminei sustineret? Quomodo esset cunis pannísque contentus? Quis credere posSit

A infantiæ vagitus in Deo? Cui audienti credibile est Deum fœmineo lacte nutriri? Post hæc omnia, ecce esurit, cum esurire Deum ratio nulla persuadeat. Ignorabat nimirum diabolus, quia quod Christus rudimenta præferebat infantiæ, quódque esuriebat vt homo, non tam erat fragilitas corporea, sed cœlestis gratiæ sacramentum: Dei enim filius cuius cum sempiterno patre intemporalis constat æternitas, qui cum suo genitore naturaliter impassibilis incorrupto regnat imperio, egit in carne nostra salutare mysteriū: & ob hoc communionem mortalium subiit passionum, vt de inimico generis humani, hominis certamine triumpharet. Et ideo ipsa natiuitas rationabiliter sic fuit. Libro decimo tertio de Trinitate, capi. decimo octauo. Poterat Deus hominem aliunde suscipere, in quo esset mediator *Tom. III.*

B Dei & hominum, non de genere illius Adam, qui peccato suo genus obligauit humanum, sicut ipsum quem primum creauit, non de genere creauit alicuius. Poterat ergo vel sic, vel alio quo vellet modo creare vnū aliū, de quo vinceretur victor prioris: sed melius iudicauit vt de ipso quod victum fuerat genere assumeret hominem Deus, per quem generis humani vinceret inimicum: & tamen ex virgine cuius conceptum spiritus non caro, fides non libido, præuenit. Nec interfuit carnis concupiscentia, per quam seminantur & concipiuntur cæteri qui trahunt originale peccatum: sed penitus ea remotissima, credendo, non concumbendo, facta est fœcundata virginitas, vt illud quod nascebatur ex *Cur Christus ex virgine.*

C propagine primi hominis, tantummodo generis non etiam criminis originem duceret. Nascebatur nanque non transgressionis contagione vitiata natura, sed omnium talium vitiorum sola medicina. Nascebatur, inquam, homo nullum habens, nullum habiturus omnino peccatum, per quem renascerentur liberandi à peccato, qui nasci non possent sine peccato. In sermone vigesimosexto de Natiuitate Domini. Emanuel, interpretatur nobiscum Deus. Ergo saluator noster ab effectu rerum etiam hoc nomen accepit vt vocaretur nobiscum Deus. Verè enim & propriè tunc Deus cum hominibus esse dignatus est, quando suscepit hanc carnem, vt per hominem qui visibilis erat, Deus qui inuisibilis est, conuersari videretur in terris. Et infra subdit

D ibidem. Duplex est principaliter ratio ob quam Dei filius hominis filius factus est: vna vt secundum hominem omnia patiendo pro nobis à peccatorum nos vinculis liberaret, sicut Isaias Propheta prædixerat, Ipse, inquiens, vulneratus est propter peccata nostra &c. Alia verò causa est, vt nos quos sanguine suo redemit, à vitiis atque criminibus, non solùm doctrina & auxilio gratiæ, sed etiam exemplo, ad studiū sanctitatis adduceret: & non modo præcipientem Dominum, sed conuersationis exemplo ad virtutis fastigia prouocantem, maiori alacrita-

te sequeremur: ac vt iustissimum Dominum & pium patrem, vt serui & filij per obedientiam & sequelam, nos monstraremus habere. Hac de causa dicit in sermone ij. de purificatione virginis. In nullo sexu debemus facere iniuriam creatori: Vtrunque enim ad sperandum salutem cōmēdat nobis natiuitas Domini. Honor masculini sexus est in carne Christi: honor fœminini est in matre Christi. Vicit serpentis astutiam gratia Iesu Christi. In sermone xj. de natiuitate Domini. Misericors Deus post lapsum generis humani Christum filium suum carne vestiens, huic mundo destinauit, vt hominis forma in Deo posita ferret de morte victoriam: vt eadem mortis dispositione versa vice liberaret, quem diabolus dudum seductione deceperat seruitutis. Denique sicut tunc per Euam adhuc virginē nequam spiritus humanum genus destituit à salute: ita nunc per virginem Angelicus spiritus bonis nuntiat aduenisse saluatorem. Crediderat Eúa tunc serpenti, credidit nūc Maria Angelo. Quod illa diabolo credendo deliquit, hæc Angelo credendo correxit. Suscepit Eua mali semen per diabolum, dum cognoscens virum concepit & peperit fratricidam: concepit ergo Maria Dei verbum & peperit Iesum omnium saluatorem, qui passione sua nos liberauit à morte secūda. In sermo. eiusdem diei. Hodie veritas de terra orta est, Christus de carne natus est. Gaudete solenniter, & sempiternum diem hodierno quoque admoniti die cogitate, æterna dona spe firmissima concupiscite, filij Dei esse accepta potestate præsumite. Propter vos temporalis effectus est temporū effector, propter vos in carne apparuit mundi conditor, propter vos creatus est creator. Quid adhuc mortales rebus mortalibus oblectamini, & fugatiuam vitam, si fieri posset, tenere conamini? Spes longe clarior effulsit in terris, vt terrenis vita promitteretur in cœlis. Hoc vt crederetur, res incredibilior prærogata est. Deos facturus qui homines erant, homo factus est qui Deus erat, nec amittēs quod erat, fieri voluit ipse quod fecerat. Ipse fecit quod esset, quia hominē Deo addidit, non Deum in homine perdidit. Miramur virginis partum, & nouum ipsum nascendi modum incredulis persuadere conamur, quod in vtero non seminato germen prolis exortum est: & à complexu carnis viscera immunia filium hominis protulerunt, cuius patrem hominē non tulerunt: quod virginitatis integritas & in conceptu clausa, & in partu incorrupta permansit. Mira est ista potentia, sed plus est admirāda misericordia, quod ille qui sic nasci potuit, sic nasci voluit. Erat enim iam vnicus patri, qui vnicus natus est matri, & ipse factus est in matre, qui fecerat matrem: sempiternus cū patre, hodiernus ex matre. Post matrē de matre factus est, ante omnia de patre natus est, sine quo pater nunquam fuit, & sine quo mater nunquam fuisset. Exultate virgines Christi, consors vestra est mater Christi. Christū parere nō potuistis, sed propter Christum parere noluistis. Qui non ex vobis natus

Serm. 12. & ord. serm. de temp. 16. Tom. X.

A est, sed vobis natus est. Veruntamen si verbi eius memineritis, sicut meminisse debetis, estis etiam matres eius, quia voluntatem facitis patris eius. Ipse enim dixit, Quicunque fecerit voluntatem patris mei, ipse mihi frater soror & mater est. *Matt. 12.* Exultate viduæ Christi, quia qui fœcundam fecit virginitatem, illi vouistis continentiæ castitatem. Exulta etiam castitas nuptialis, omnes fideliter viuentes cum coniugibus vestris, & quod amisistis in corpore, seruate in corde. Vbi iam non potest esse à concubitu caro integra, sit in fide virgo conscientia, secundum quā virgo est omnis Ecclesia. In Maria Christū pia virginitas peperit, in Anna Christum viduitas paruum grandęua cognouit, in Helizabeth Christo coniugalis castitas, & anilis fœcunditas militauit. B Omnes gradus fidelium membrorū Christo capiti contulerunt, quod ipsius gratiæ conferre potuerunt. Proinde quia veritas: & pax, & iustitia Christus est, hunc fide concipite, operibus edite, vt quod egit vterus Mariæ in carne Christi, agat cor vestrum in lege Christi. Quomodo autem non ad partum virginis pertinetis, quando Christi membra estis? Caput vestrum peperit Maria, vos Ecclesia. Nam ipsa quoque & mater & virgo est, mater visceribus charitatis, virgo integritate fidei. Pietatis populos peperit, sed eius membra sunt cuius ipsa est corpus, & coniunx, etiam in hoc sæculo similitudinem gerens illius virginis, quia & in multis mater est vnitatis. Et ideo hæc natiuitas sancta fuit, quia conceptus & natus sanctè, cum matris puritate, sine C peccati contagione. Libro primo contra Iulianum allegans Ambrosium super Lucam. Solus per omnia ex natis de fœmina sanctus Dominus Iesus: qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non senserit, & cœlesti maiestate depulerit. Libro decimo tertio de Trinitate. *Cap. 18. Tom. III.* Oportebat vt carnalis concupiscētia nulla ibi esset omnino, quando concipiebatur virginis partus, in quo nihil morte dignum fuerat inuenturus, & eum tamen occisurus author mortis, authoris vitę morte vincēdus: victor primi Adā, & tenens genus humanum, victus est à secundo Adā, & amittēs genus Christianū, liberatū ex humano genere, ab humano crimine: quāuis esset ex genere, vt deceptor ille ab eo vinceretur genere, D quod vicerat crimine. Et hoc ita gestū est, vt homo non extollatur, sed qui gloriatur, in Domino glorietur. Qui enim victus est, homo tātum erat: & ideo victus est, quia superbe Deus esse cupiebat. Qui autē vicit, & homo & Deus erat: ideo sic vicit natus ex virgine, quia Deus humiliter, non quomodo alios sanctos regebat illū hominē, sed gerebat. In serm. iij. de assump. virg. Quid mirū si sine corruptione nascitur, qui de sanctificatione concipitur? Non enim decebat vt ille qui nobis afferebat salutem, matris præriperet integritatis dignitatem. Nam qui terra, cœlo, mari non capitur, inter vnius corpusculi membra suscipitur. Lib. de symbolo, tractatu iij. *Cap. 4. Tom. IX.* Nascitur Christus ex virgine, sicut flos ex virga, sine vl

lo com

lo composito semine. Nascitur infans paruulus, rex magnus. Procedunt certa indicia & signa magni regis: pastoribus nuntiant Angeli, per stellam velut per linguam nouam clamãt cœli. Adducuntur de longinquo Magi, veniunt vt adorẽt adhuc in præsepe iacentem, sed iam in cœlo & in terra regnantem. Lib. de symbolo legendo & de aduentu Domini. Natus ex Maria virgine. Hæc natiuitas perturbat omnem cogitationem humanam, quoniam virtus est eam operata Diuina. Nam quando admittit ratio nostræ generationis, vt virgo concipiens, virgo post partũ permanens, filius videatur, integritas matris inuiolata seruetur? Hoc non potest implere quilibet natus homo: ille autem potuit, quia non erat solus homo, sed Deus & homo: qui propterea voluit nasci homo, quia perierat omnis homo. Ibidẽ. Solus Christus de virgine natus est: quia solus sine amplexu maris & fœminæ de Spiritu sancto conceptus est. Solus fine corruptione impleuit vterum virginis matris: quia solus pro nobis ascẽdit super cœlos, vt sederet ad dexteram patris.

In sermone facto in traditione symboli. Partum illum mirabilem simul & inculpabilem recognoscas. Cœleste est enim quod spiritus agit: inuiolatum quod sanctus operatur. Nam cũ vnigenitum Dei hominem fieri redemptionis nostræ necessitas flagitaret, hoc natiuitati suæ priuilegiũ propriæ Diuinitatis authoritate inuexit vt de virgine nasceretur. Qui enim veniebat inueteratam peccatis hominum renouare naturam, nouam legem voluit habere nascendi. Vnigenitus Dei filius igitur, factus est filius hominis, vt qui creator mundi fuerat, fieret & redemptor.

Cap. Tom. VII. Libro cõtra quinq; genera hæresum. Verbũ erat, caro factus est. Filius Dei erat, filius hominis factus est. Deus erat, homo factus est. Suscepit humanitatem, non amisit Deitatem, factus humilis, mansit sublimis: natus est homo, & non destitit esse Deus: natus est paruulus, latens magnus. Qui libenter amplectitur Deum natum, non horreat virginis partum. Dicit tibi Deus creator hominis, filius hominis. Quid est quod te permouet in mea natiuitate? Nõ sum libidinis cõceptus cupiditate. Ego matrẽ de qua nascerer feci: ego viam meo itineri præparaui atque mũdaui. Hanc quã despicis Manichæe, mater mea est, sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cum eam facerẽ, potui in illa inquinari cum ex ea nascerer. Sicut in transitu meo illius non est corrupta virginitas, sic mea ibi non est maculata maiestas. Si solis radius cloacarum sordes siccare nouit, eis inquinari non nouit: multo magis splendor lucis æternæ, in quo nihil inquinamenti incurrit, quocunque radiauerit, mundare potest, ipse pollui nõ potest. Stulte vnde sordes in virgine, vbi non est cõcubitus cum homine patre? Vnde sordes in ea, quæ nec concipiendo libidinem, nec passa est pariendo dolorem? Vnde sordes in domo ad quam nullus habitator accesserit? Solus ad eam fabricator eius & Dominus venit, vestem quam non habebat, induit, eámque sicut inuenit clausam reliquit. Libro primo de peccatorum meritis, & remissione & baptismo paruulorum. Solus sine peccato est natus, quem sine virili complexu, non concupiscentia carnis, sed obedientia mentis, virgo concepit. Sola nostro vulneri medicinam parere potuit, quæ non ex peccati vulnere germen piæ prolis emisit. *Tom. VII.* Libro secundo eiusdem. Nos quidem nati sumus in carne peccati, ille autem in similitudinem carnis peccati: nos non solùm ex carne & sanguine, verum etiã ex voluntate viri & ex voluntate carnis: ille autem tantum ex carne & sanguine non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo natus est. Et ideo nos in mortem propter peccatum, ille propter nos in mortem sine peccato. *Cap. 24. Tom. eod.* Sicut autem inferiora eius, quibus ad nos descendit, non omnino coæquata sunt inferioribus nostris, in quibus nos hîc inuenit: sic & superiora nostra, quibus ad eum ascendimus, non coæquabuntur superioribus eius, in quibus eum illic inuenturi sumus. Nos enim ipsius gratia facti erimus filij Dei, ille semper natura erat filius Dei. Nos aliquando conuersi impares adhærebimus Deo: ille nunquam auersus manet æqualis Deo. Nos participes æternæ vitæ, ille vita æterna. Solus ergo ille etiam homo factus manens Deus, peccatum nullum vnquam habuit, nec sumpsit carnẽ peccati quamuis de natura carnis peccati. Quod enim carnis inde suscepit, id profecto, aut suscipiendũ mundauit, aut suscipiẽdo mundauit. Ideo virginem matrem non lege carnis peccati, id est, non concupiscentiæ carnalis motu concipientem, sed pia fide sanctum germen in se fieri promerentem quam elegerat creauit, de qua crearetur elegit. Quanto magis ergo caro peccati baptizanda est propter euadendum iudicium, si baptizata est caro sine peccato propter imitationis exẽplum? *Quo distet Christi natiuitas à nostra.* Natus est totus homo. Lıbro de fide & symbolo, quem scripsit in Affricano concilio Hipponiæ celebrato. Qui natus est per Spiritum sanctũ ex Maria virgine. Dono enim Dei, hoc est Spiritu sancto concessa est nobis tãta humilitas tãti Dei, vt totum hominem suscipere dignaretur in vtero virginis, maternum corpus integrum inhabitans, integrum deserens. Cui temporali dispensationi multis modis insidiantur hæretici. Sed quisquis tenuerit catholicam fidem, vt totum hominem credat à verbo esse susceptum, id est, corpus, animam, & spiritum, satis contra illos munitus est. *Cap. 5. Tom. III.* Et fuit natus humiliter. Libro de symbolo, tractatu primo. Natus est Christus de spiritu sancto ex virgine Maria, humilis vnde sanaret superbos. Exaltauit se homo, & cecidit, humiliauit se Deus, & exexit. Humilitas Christi quid est? Manum Deus homini iacenti porrexit. Nos cecidimus, ille descendit; nos iacebamus, ille se inclinauit. Prendamus & surgamus, vt non in pœnã cadamus. Ergo inclinatio ipsius hæc est, Natus de Spiritu sancto ex virgine Maria. *Cap. 3. Tom. IX.* Ibid. Et ipsa natiuitas hu-

mana, humilis & excelsa. Vnde humilis? Quia homo natus est ex hominibus. Vnde excelsa? Quia de virgine. Virgo cõcepit, virgo peperit, & post partum virgo permansit. In sermo. secundo de purificatione virginis. In præsepe iacet, sed mundum continet: vbera sugit, sed Angelos pascit: pannis inuoluitur, sed immortalitate nos vestit: lactatur, sed adoratur: locum in diuersorio non inuenit, sed templum sibi in credentium cordibus facit: vt enim fieret fortis infirmitas, infirma facta est fortitudo. Magis ergo miremur, quã cõtemnamus eius etiam carnalem natiuitatem. Ibi agnoscamus tantam propter nos celsitudinis humilitatem. Inde accendamur charitate, vt perueniamus ad æternitatem. Et ideo pia & ad magnam gratiam nobis fuit. Libro decimo de ciuitate Dei, capite vigesimo nono. Gratia Dei, non potuit gratius commendari, quam vt ipse vnicus Dei filius in se incommutabiliter manens, indueret hominem, & speciem dilectionis suæ daret hominibus homine medio: qua ad illum ab hominibus veniretur, qui tamen longe erat immortalis à mortalibus, incommutabilis à commutabilibus, iustus ab impiis, beatus à miseris. Et quia naturaliter indidit nobis, vt beati immortalésque esse cupiamus: manens beatus suscipiénsque mortalem, vt nobis tribueret quod amamus, perpetiendo docuit contemnere quod timemus. Ibidem. An offendit fortè aliquos inusitatus partus ex virgine? Neque hoc debet offendere, imò potius ad pietatem suscipiendam debet adducere, quod mirabilis mirabiliter natus est. An verò, quod ipsum corpus morte depositum, & in melius resurrectione mutatum, iam incorruptibile atque immortale in superna subuexit? Et ideo super primam canonicam Ioannis, tractatu quarto. Duæ sunt natiuitates: vna qua per hominem, homines peccatores sumus: altera per hominem Deum, qua iustificamur. Natiuitas illa deiecit ad mortem: natiuitas ista erexit ad vitam. Natiuitas illa trahit secum peccatum: natiuitas ista liberat à peccato. Ideo enim venit Christus homo, vt solueret peccata hominum.

Lib.10. cap.29. Tom.V.

Gratiæ Diuinæ indiciũ Christi incarnatio.

Tract.4. Tom.IX.

Vnde hæc natiuitas Christi est lætitiæ. In sermone iij. de natiuitate Domini. Saluator noster hodie natus est, gaudeamus. Neque enim locum oportet esse tristitiæ vbi natalis est gaudiorum. Ad omnes itaque gaudium istud peruenit, quia Christus pro omnibus venit. Nullus ergo à lætitia huius diei se arbitretur alienum. Si sanctus est gaudeat, quia accipiet remuneratiõẽ. Si peccator est gaudeat, quia inuitatur ad veniam. Si gẽtilis est gaudeat, quia mittitur ad salutem. Carnem humani generis pro nobis Deus suscepit, si ipsi nos alienos à Christo non facimus. In sermone quarto eiusdem diei. Hodie natus est Christus, illuminatus est mundus. Hodie Christus nobis per virginem apparuit, quem Gabriel Angelus annuntiauit, & Maria virgo concepit. De pa-

A tre Deus, de matre homo. Exultate ergo virgines, sancta virgo vobis peperit cui sine corruptione nubatis. Exultate omnes Christiani, natalis est Christi. Exultate serui, natalis est dominantis. Exultate liberi: natalis est libertatis. Exultate debiles & ægroti, natalis est redemptoris. Ibidem infra. Hodie Christus in lętitia est, & diabolus in luctu. Hodie Angeli in exultatione, & dæmones in confusione. Hodie nauis Domini in portu venit, & hæreticorum furor iactatur fluctibus. Hodie Christiani in exultatione, & hæretici in cõturbatione. Hodie nobis apparuit verum lumen, cuius regni non erit finis.

In sermone de annuntiatione virginis. Ecce iam claustra virginis pulsat infans. Quid igitur agam? Quo me conuertam? præfocatur hîc sermo, titubat mecum ratio. Succurre fides, Succurre. O ineffabilis partus. Exiit per signaculum virginis corpus, & pudor perseuerat illæsus. Adsunt sodales Angeli, cantant canticum nouum lyris, tubis & tympanis cœlestem harmoniam melósque canunt. Nupsit virgo, peperit virgo, mater est virgo. O virginem virginum, minima sunt terrena gaudia, descendunt Diuina mysteria. Egerunt Angeli in cœlo festa, dum Gabriel rediit, & virgo concepit. Agant homines in terris gaudia noua, quia virgo peperit quod concepit. Quis nobis hæc nuntiet? Quis ista solennia dicat? Pastores referant quod viderunt. Dum circa gregem suum excubarent, facta est cum eis multitudo militiæ cœlestis dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ille in præsepe iacet, & cœlum tripudiat. Ille obuolutus est pannis, & Angeli laudantes indicant mundo quid agatur, quo credat, & subito totum quod agitur prodesse cognoscat. In sermone vigesimo tertio de natiuitate Domini, pertractans illud, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Festiua vox & gratulatio, non nisi fœminæ, cuius vterus ediderat prolem & humano generi pepererat saluatorem, fieri decebat. Dignum enim erat vt ei fœminæ quæ Dominum cœli & terræ procreauerat, & post editum fœtum integra manserat, non muliereulæ humanis solennitatibus, sed Angeli Diuinis laudibus festa celebrarent. In sermone de natiuitate Ioannis Baptistæ. Beata natiuitas Christi celebratur, quod stella prodidit, & Herodes expauit: quod denique sanctus Ioannes ex vtero in vtero salutauit, & per oculos matris, Spiritu sancto repletus agnouit. Et ideo hæc natiuitas est vtilissima. In sermone quarto de natiuitate Domini. Nascitur Christus, vt nascendo nostram redintegraret naturam. Infantiam suscepit, accepit nutrimenta, creuit per ætates, vt totam humanam restauraret naturam. Portat hominem, ne inde cadere possit. Hominem quem terrenum fecerat, eum fecit esse cœlestem. Animatum corpus humanum Spirit

Spiritus sanctus viuificat in Diuinum, & sic eum totum tollit in Deum: ideo quod laboris, quod doloris, quod terræ est, nihil reliquit. In sermone sexto eiusdem diei. Cesset omnis solicitudo, Christus nobis securitas venit. Cesset omnis infirmitas, hodie saluator apparuit. Cessent bella, desinant lites, hodie pax vera de cœlo descēdit. Cesset omnis amaritudo, hodie per totum mundum melliflui facti sunt cœli. Fugiat mors, quia vita nobis est data de cœlis. Hodie super terram gaudent Angeli, lætantur Archangeli, gloriantur Prophetæ, inuitantur sancti, turbantur mali, gratulantur boni: visum cæci recipiunt, surdi auditum, claudi gressum, leprosi mundantur, tristes lætificantur, infirmi sanantur, mortui suscitantur. Solus diabolus & omnia cum eo dæmonia contremiscunt: quia restauratur humanum genus per interitum diaboli. Christus enim nobis hodie redemptor apparuit. In sermone eiusdem diei. Veritas de terra orta est. Veritas quæ est in sinu patris, de terra orta est, vt esset etiam in sinu matris. Veritas qua mundus continetur, de terra orta est, vt fœmineis manibus portaretur. Veritas qua beatitudo Angelorum incorrupubiliter alitur, de terra orta est, vt carnalibus vberibus lactaretur. Veritas cui cœlum non sufficit, de terra orta est, vt in præsepio poneretur. Cuius bono in tanta humilitate venit tanta sublimitas? Nullo vtique suo, sed magno, si credimus, nostro. In sermone de natiuitate virginis. Iubilate Deo in voce exultationis: quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnes cœlos, & super omnem terram, ex virgine Maria nasci dignatus est: & creator & creatura, regali trabea carnis indutus, ex virginis palatio visitare dignatus est mundum. O mira circa nos omnipotentis patris & ineffabilis pietatis dilectio. Quis vnquam credere posset vt Deus de fœmina nasceretur? O ineffabilis dilectio charitatis, vt Deus filiū suum pro salute humani generis pati permiserit, sicut scribit Apostolus. Quia proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quis ad tantæ pietatis diuitias nō obstupescat? quis ad tam ineffabilem charitatem non cōtremiscat? Quis vnquam posset existimare vt portaretur manibus fœmineis portator orbis: panis Angelorum aleretur: virtus cœlorum infirmaretur: potestas cœlorum humiliaretur: creator Angelorum in præsepe poneretur: & vita omnium moreretur? O vera charitas & summa dilectio. Vt seruus redimatur, filio non parcitur. Audenter dicam fratres. Quia fœlix & necessaria fuit culpam primi hominis, quæ ipsum Dominum suum meruit habere redemptorem. Anguis inuidus in Paradiso lethale virus effudit, sed agnus placidus de veneno fecit medicinam, de terra cœlum, de arbore crucem, de interitu vitam, de terreno cœlestem. Super Ioannem, tractat. secundo. Vt homines nascerentur ex Deo, primo ex ipsis natus est Deus. Ibidem. Prius ipsum verbū voluit nasci ex homine, vt tu securus nascereris ex Deo: & diceres tibi non sine causa Deus nasci ex homine voluit, nisi: quia alicuius momenti æstimauit me, vt immortalem me faceret, & pro me mortaliter nasceretur. In sermone de natiuitate Domini. In hac die misericordia tangitur ipsius. Veniam sperat compunctus, reditum non desperat captiuus, remedium habet vulneratus: quia nascitur agnus, qui tollit peccata mundi. Hoc à gratia fuit. Libro de correptione & gratia ad Valentinum. Natiuitas Christi profecto gratuita, cōiunxit in vnitate personæ hominē Deo, carnem verbo. Istam natiuitatem bona opera sequuta sunt, non bona opera meruerunt. Libro de Symbolo, tractatu quarto. Christus venit regnare, vt suscipiat credentes, irrideat persequentes, faciat certantes, adiuuet laborantes, coronet vincentes, donet sanctitatem, amet castitatem, remuneret virginitatem. Gaudete virgines sanctæ, virgo peperit Christum. Non vos contristet sterilitas, quarum fides magna est fœcunditas. Nec doleatis vos nō esse matres, quæ spiritualiter generatis: virgines permanetis, filios suscipitis, integritatem non amittitis. Accepistis ab illo nomen maternum, vt decus virginitatis in vobis permaneat sempiternum. Amate quod estis, seruate quod accepistis. Imitamini fideles matrem capitis vestri, sponsi vestri: non vobis denegabit pignora, qui natus est de virgine Maria. Quod tantæ matri cōtulit, & in sua carne seruauit: hoc etiam virgo donauit, virgo mater sancta caro Christi, ab omni cōtagione integra. Vnde in ipsa virgine factæ nuptiæ Dei & hominis. Libro de Symbolo legendo & de aduentu Domini. Ipse Christus processit ex vtero virginali tanquam sponsus de thalamo suo: in quo vtero spiritales nuptiæ sunt celebratæ. Deus coniunctus est carni, & caro cohæsit Deo, vt esset vnus Christus & Deus & totus homo. Hic ergo processit tanquam sponsus de thalamo suo, ad cuius nuptias commota vniuersa exultare visa est creatura. Nanque chorus Angelorū ex his nuptiis pacem designat hominibus bonæ voluntatis: quia qui erat Dei filius, factus & hominis filius, suscipiens quod non erat, non amittens quod erat. His cœli nouam stellam, nouum splendidum lumen, illo sponso in se operante producunt, vt lumen verum sedentibus in vmbra mortis nuntiarent natum: & veluti lingua sua cœli laudarent hunc sponsum procedentē, quem sciebant ad hoc suscepisse hominem mortalem, vt faceret immortalem. Ad hunc sponsum Magi ab extremo terræ veniunt: cōmoniti requirunt: vocati munera offerunt: infantem natum necdum quidem videntes, sed stella indice regem adorare cupientes.

Talem virginem & talem locum ad hanc natiuitatem elegit. In sermone de purificatione virginis. Christus sibi antequam nasceretur, & vterum de quo nasceretur, & ciuitatem de

Tom. VII. Cap. 4. Tom. IX.

qua nasceretur, & diem quo nasceretur, elegit: & ipse condidit quod elegit. In sermone de natiuitate Domini. Dominus noster Iesus Christus qui erat apud patrem, antequam natus esset ex matre, non solùm virginem de qua nasceretur, sed & diem quo nasceretur elegit. Errantes autem homines plerunque eligunt dies, alius nouellandi, alius ædificandi, alius proficiscendi, & aliquando alius etiam vxorem ducendi. Quod cum facit, ideo facit, vt ibidem aliquid natum fideliter nutriatur. Nemo tamen potest eligere diẽ, quo ipse nascatur, sed ille potuit vtrunque eligere, qui vtrunque potuit & creare. Nec ita elegit diem, sicut eligunt qui fata hominum de syderum dispositione suspendunt. Non enim propter diem factus est fœlix quo est natus, sed fœlicem fecit diem quo nasci ipse est dignatus.

Sed de ipsa natiuitate. Libro primo contra Iulianum allegans Gregorium Nazianzenum, capit. ij. *Tom. VII.* Venerare natiuitatem, qua à terrenæ natiuitatis vinculis liberatus es. Honora Bethleẽ pusillam & minimam, per quam tibi regressus ad Paradisum patefactus est. Et quare in presepe. In sermone de purificatione virginis. In præsepe dignatus est poni, vt esset piorum cibaria iumentorum. De tempore autem huius natiuitatis. *Cap. 7. Tom. IIII.* Lib. de catechizandis rudibus. Christus in opportuno tempore, quo ipse sciebat oportere fieri homo factus & de fœmina natus est. A carne quippe contaminari non poterat, ipse carnem potius mũdaturus. Ipsum etiã antiqui sancti věturum in reuelatione cognouerũt & prophetauerũt: & sic salui facti sunt credendo quia veniet, sicut nos salui efficimur credendo quia venit: vt diligeremus Deum qui sic nos prius dilexit, vt vnicum filium suum mitteret, qui humilitate nostræ mortalitatis indutus, & à peccatoribus, & pro peccatoribus moreretur. Cuius dominij těpore natus sit. *Cap. 46. Tom. V.* Libro xviij. de ciuitate Dei. Regnante Herode in Iudæa, apud Romanos autem iam mutato reipublicæ statu, imperante Cæsare Augusto, & per eum orbe pacato, natus est Christus secundũ precedentem Prophetiam in Bethleem Iudæ, homo manifestus ex homine virgine, Deus occultus ex patre Deo. Et quando dies incipiunt crescere. *Tom. IIII.* Libro secundo quæstionum veteris & noui testamenti. quæst. lij. Si omnia ratione facta sunt, quid est vt octauo Calendas Ianuarias saluator natus dicatur? Nemo sic poterit hebetari, vt neget omnia facere Deum cum ratione. Ideo ergo Christus descendens de sacris sedibus ad salutem mundo tribuendam, vt etiam mundum ipsum & tempora à se instituta doceret, tamen nasci homo voluit, ad diminutionem humani generis augmentandam in Deum quando ex magna diminutione lux quæ dies est, crementum incipit accipere: vt tempus natiuitatis eius ratione congruat Diuinæ doctrinæ, quæ ex vmbra mortis homines cœpit multiplicare ad vitam. *Cur diebus crescentibus Christus natus.* In sermone de natiuitate Ioannis baptistæ. Iure nascente Domino abreuiata dies ad incrementum describitur luminis:

A quia ille nimirum apparuit, qui lucem suæ cognitionis, quam sola Iudęa, & hoc ex parte, habebat, cunctis gentibus demonstraret: & suæ calorem dilectionis in totam mundi latitudinem diffunderet. In serm. de natiuitate Domini. Oriente hodie saluatore, non solùm humani generis salus, sed etiam solis ipsius claritas innouatur: sicut ait Apostolus, vt per ipsum restaurẽtur omnia, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra. *Col. 1.* Si enim obscuratur sol cum Christus moritur, necesse est illum plus solito lucere cum nascitur. Natus est de nocte. In sermone de natiuitate Domini. Nondum contemplari possumus quomodo genitus sit ante luciferum à patre: frequentemus quod nocturnis horis est genitus ex virgine. Nondũ capimus quod ante solẽ permanet nomẽ eius: agnoscamus in sole positum tabernaculum eius. B Nondum contuemur vnicum permanentem in patre suo: recordemur sponsum procedentem de thalamo suo. Nondum idonei sumus conuiuio patris sui: agnoscamus interim præsepe Domini nostri Iesu Christi. Et ideo, super psalm. centesimum nonum. Ante luciferum genui te. Lucifer pro syderibus positus est, tanquam à parte totum *Tom. [illegible]* significante scriptura, & ex eminẽti stella omnia sydera. Sed in signis, & in temporibus posita sunt sydera, & Lucifer nominatus est pro syderibus: ergo ante Luciferum, hoc est, ante sydera. Quod *Locus Ps. 109. [illegible] tur.* est ante sydera, hoc est ante tempora: si ante tempora, ergo ab æternitate. Nolite quærere quando, æternitas non habet quando. Quando & aliquando aduerbia sunt temporis. De patre non est C natus in tempore, per quem facta sunt tempora. Dictũ est ergo vt dici oportuit, figuratè & propheticè, vt vterus pro secreta substantia, & lucifer pro temporibus poneretur. Sed ipsum Dauid respiciamus, qui Dominum suum dixit filium suum. Ipse fortè dicere potuit ex vtero ante Luciferum genui te: ex vtero virginali. Si enim illa virgo ducens propaginem de carne Dauid, ex illo vtero natus est Christus, tanquam ex vtero genitus à Dauid. Ex vtero prorsus propriè: ex vtero, quia solus ex solo vtero. Ex vtero ante Luciferum. Et hoc ipsum ante Luciferum signatè dictum, & propriè dictum, & sic impletum. Noctu enim natus est Dominus de vtero virginis Mariæ. Indicant testimonia pastorum, qui vigilias exercebant super gregem suum.

D NATIVITAS virginis. In sermone primo de natiuitate virginis. Merito hodie profusis gaudiis totus vbique terrarum orbis exultat. Merito vniuersa sancta Ecclesia nascente sponsi sui genitrice, vt ita prægaudio dixerim fœminini carminis laudes alternat. Exultate igitur in hac die charissimi in qua dum beatissimæ veneramur virginis ortũ cunctarum etiã noui testamẽti festiuitatũ celebramus initiũ. Exultemus, inquã, in hac die præcipua, & totis visceribus in Domino delectemur: in quo dum redẽptoris nostri recolimus matrẽ, reliquarũ festiuitatum celebramus originem. Quæ enim cũctis

solennit

A solénitatibus est antiquior tempore, nequaquam esse debet inferior dignitate. Nam si Salomon cum Israelitico populo in dedicatione templi ex lapidibus facti, tam copiosum & magnificum sacrificium solenniter celebrauit, quale quantúmque gaudiũ beatæ Marie natiuitas populo Christiano debet afferre, in cuius vterum, velut reuera sacratissimum templum, Deus ipse descendens, & humanam naturam ex ea suscipere, & cum hominibus dignatus est visibiliter habitare? In sermone secundo eiusdem diei. Hæc, inquam, speciosa à Domino electa, si pio corde sanctitatis cõspexerit nos suum exordiũ celebrare, ita profecto vt prauitas conscientiam non accuset: credendum est & sperandum, quia non abnuet quin pro nobis ad Dominum Deum nostrũ intercedere dignetur: & cuius natiuitatem solenni celebramus obsequio, eiusdem perpetuæ virginis veniam, precaminum obtinebit intercessio. O quam beata Dei genitrix virgo, cuius natiuitas gaudium annuntiauit vniuerso mundo: ex ea enim ortus est sol iustitiæ Christus: qui soluens maledictionem, dedit benedictioně, & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam. Et ibidem infra. Dignum est vt natiuitatis die tantæ genitricis, laudes Domini non sileat lingua carnis.

NATIVITAS hominis. De hominis natiuitate distinguitur, in sermone primo de ieiunio quadragesimæ. Prima vice nascitur homo de matre sua: secũda, per baptismi gratiam: tertia, per pœnitentiam. Super Ioannem, sermone quadragesimo primo. Duę sunt natiuitates: vna de terra, alia de cœlo: vna de carne, alia de spiritu: vna de mortalitate, alia de æternitate: vna de masculo & fœmina, alia de Deo & Ecclesia. Et hoc ideo dicit. Libr. de vera innocentia, capit. trecẽtesimo trigesimo. *Tom.III.* Sed ipsæ duæ natiuitates singulares sunt. Quomodo enim vterus non debet repeti, sic nec baptismus iterari.

Et quo ad vtrunque potest valere distinctio quam infra subdit ibidem. super Ioannem. *Tom.IX.* In omnibus Christianis, aut per bonos nascuntur boni, aut per malos mali, aut per malos boni, aut per bonos mali. Sed de carnali quæ non est nobis ad votum. Libro octogesimo tertio quæstionum. *Tom.IIII.* Quemadmodum nos voluntate non morimur, sic voluntate non nascimur. Sed nemo est sine peccato. Libro primo contra Iulianum, allegans Ambrosium in apologia Dauidica. *Cap.2. Tom.VII.* Antequam nascimur, maculamur contagio, & ante vsuram lucis, originis ipsius excipimus iniuriam & iniquitate concipimur. Libro secundo contra epistolas Pellagianorum, capit. secundo. *Tom.VII.* Propterea quippe natus est Christus, non vtique in carne peccati, sed in similitudinem carnis peccati: quia cæterorum hominum nascitur caro peccati. Vnde dies nostræ natiuitatis non debet esse nobis festiuus. in sermone de decollatione Ioannis Baptistæ. Nõ debemus festum diem nostri natalis in memoriam reuocare: non per illud tempus illecebris indulgere carnalibus: Sed diem potius exitus nostri debemus lachrymis, precibus, & crebris præuenire ieiuniis. Hinc vir sapiẽs admonet dicens. In omnibus operibus tuis memorare nouissima, &c. In sermone primo de sancto Cypriano. Spiritus sanctus doceat nos in hac hora quæ oporteat dicere. Dicturus enim sumus aliquid de laude Cypriani gloriosissimi martyris: cuius natalem, sicut nostis, hodie celebramus. Quod nomen sic frequentat Ecclesia, id est, natales, vt natales vocet pretiosas martyrũ mortes. Sic, inquam, hoc nomen frequentat Ecclesia, vt etiam qui non sunt in illa, hoc dicant cum illa. Quis enim hodie non dicat, non dico in hac nostra ciuitate, sed planè per Aphricam totam trãs- B marinásque regiones, si Paganus, aut Iudæus, aut erit hęreticus, poterit inueniri, quis, inquam, non nobiscum dicat, natalẽ martyris Cypriani? Quid est hoc fratres? Quando natus est ignoramus, & quia hodie passus est, natalem eius hodie celebramus: sed illum diem non celebraremus, etiam si nossemus. Illo enim die traxit originale peccatum: isto autem die vicit omne peccatum. Illo die ex fastidioso matris vtero istam processit in lucem quæ oculos carnis illecebrat: isto autem die ex obscurissimo carcere hinc ad illam discessit lucem, quæ visum mentis fœliciter & beatè illustrat. Sed de secunda natiuitate. Libro de præsentia Dei ad Dardanum. *Tom.II. Epist.57.* Nemo nascitur nisi operante concupiscentia carnali, quæ tracta est ex primo homine, qui est Adam: & nemo renascitur, C nisi operante gratia spiritali, quæ data est per secundum hominem, qui est Christus. *4.sent.dist. 6.cap.illud.* Quapropter si ad illum nascẽdo pertinemus ad hunc renascendo, nec renasci quisquam potest antequam natus sit, profecto Christus singulariter natus est, cui renasci non opus fuit: quia non ex peccato, in quo nunquam fuit, transitum fecit, neque in iniquitate conceptus est, aut eum in delictis in vtero mater eius aluit: quia spiritus sanctus superuenit in eam, & virtus altissimi obumbrabit eam: ideóque quod natum est ex ea, sanctum vocabitur filius Dei. *Renãscirvnde & quàm necessariũ.* Nuptiarum enim bonum non extinguit, sed modificat inobedientiam membrorum malam, vt limitata quodammodo concupiscentia carnalis, fiat saltem pudicitia coniugalis. Virgo autem Maria cui dictum est. Et virtus D altissimi obumbrabit tibi: in cõcipiendo prolem sanctam sub tali vmbraculo, nullo ardore concupiscentiæ huius æstuauit. Hoc ergo excepto lapide angulari, non video quomodo ædificentur homines in domum Dei ad habendum in se inhabitantem Deum, nisi cum fuerint renati, quod non possunt esse antequam nati. Et in eodem infra. In compagem corporis Christi tanquam in viuam structurã templi Dei, quæ est eius Ecclesia, nati homines nõ ex operibus iustitię quę fecerunt, sed renascendo per gratiã trãsferuntur, tanquã de massa ruinæ ad ædificij firmamentum. Præter hoc enim ædificium quod beatificandum

const

constituitur ad æternam habitationem Dei, vita omnis hominis infœlix, & mors est potius appellanda quam vita. Quisquis ergo inhabitabitur à Deo, ne ira Dei maneat super eum, ab hoc corpore, ab hoc templo, ab hac ciuitate, non erit alienus. Omnis autem non renatus alienus est.

Tom. II. Epist. 89

In epistola prima ad Hilarium. Sicut non inuenitur homo, qui præter Adam carnaliter generetur: † sic non inuenitur homo, qui præter Christum spiritualiter regeneretur. Carnalis autem generatio delicto vni illo & damnatiõi eius obnoxia est: spiritualis verò regeneratio non solùm illud vnum propter quod baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quæ homines malè viuendo ad illud in quo generati sunt, addiderit. Et infra subdit. Adam est ex quo consistit generatio carnalis, & Christus, ex quo regeneratio spiritualis. Sed quia tantum ille homo, iste autem & Deus & homo, non quomodo illa generatio vno delicto obligat, quod est ex Adã, ita regeneratio ista vnum delictum soluit, quod est ex Adã. Sed illi quidẽ generationi sufficit ad condemnationem vnius delicti connexio, quicquid enim postea homines ex malis suis operibus addunt, non pertinet ad illam generationem, sed ad humanam conuersationem. Huic autem regenerationi nõ sufficit illud delictum tantummodo soluere, quod ex Adam trahitur, sed quicquid etiam postea ex iniquis operibus humanæ conuersationis accedit. Ideo iudicium ex vno in condemnationẽ, gratia autẽ ex multis delictis in iustificationẽ.

† Apud Aug. est, & sicut non inuenitur homo, qui ab eadem condemnatione soluatur: sic &c. Nolui tamen quicquam huic nostro addere, cũ constet ἀντίθεσις.

Cap. 38. Tom. VII.

Libro secundo de gratia & peccato originali cõtra Pelagium & Celestinum ad Albinam Parmenianum, &c. In stirpe damnata tenet hominem generatio carnalis, vnde sola liberat generatio spiritualis.

Cap. 39.

Et infra capit. sequenti. Obesset carnalis concupiscentia, etiam tantummodo quod inesset, nisi peccatorum remissio sic prodesset, vt quæ in eis est, & nato, & renato: nato quidem & inesse & obesse, renato autem inesse quidem sed non obesse posit. Intantum enim obest natis, vt nisi renascantur, nihil posit prodesse si nati sunt de renatis. Manet quippe in prole, ita vt reatum faciat originis vitium, etiam si in parente reatus eiusdem vitij remissione ablutus est peccatorum, donec omne vitium cui consentiendo procreatur, regeneratione nouissima consumatur, id est, ipsius etiam renouatione carnis, quæ in eius resurrectione futura promittitur. Et infra. cap. quadragesimo. Regeneratus quippe non regenerat filios carnis, sed generat, ac per hoc in eos non quod regeneratus sed quod generatus est traiicit. Sic igitur, siue reus infidelis, siue absolutus fidelis non regenerat absolutos vterque, sed reos: quomodò non solum oleastri, sed etiam oleæ semina, non oleas generant, sed etiam oleastros. Sic itaque in damnatione hominem prima natiuitas tenet, vnde nisi secunda non liberat. Tenet ergo diabolus, liberat Christus: tenet deceptor Euæ, liberat filius Mariæ: tenet qui per coniugem venit ad vi-

A rum, liberat qui de coniuge natus est, quæ non pertulit virum: tenet qui causam libidinis intulit fœmine, liberat qui sine libidine est conceptus in fœmina. Omnes ille prorsus per vnum tenere potuit, nec ab eius dominatione liberat nisi vnus, quem tenere non potuit. Et infra subdit ibidem. Nec quisquam miretur & dicat, Cur hoc creat bonitas Dei, quod possederat malignitas diaboli. Hoc enim suæ creaturæ seminibus ex illa bonitate largitur, qui etiam facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hac quippe bonitate etiam ipsa semina benedixit, vel benedicendo constituit. Quam benedictionem naturæ laudabili damnabilis culpa non ademit. Quæ licet per Dei punientis iustitiam valuerit, vt ho-
B mines cum peccati originalis vitio nascerentur, non tamen valuit vt homines non nascerentur. Sicut in ipsis ætate maioribus quælibet vitia peccatorum non ex homine hominem tollunt, sed permanet Dei bonum opus, in quantiscunq; malis operibus impiorum.

NARES. De naribus Dei. Libro de essentia Diuinitatis. Nares Dei, inspiratio eius in corda fidelium, de quibus dicitur in Libro Regum. Ascendit fumus de naribus eius, id est, lachrymosa compunctio pœnitentiæ per inspirationem eius.

NATVRA. Libro secundo de origine animæ, contra Vincentium victorem. Omnis quippe natura, vel Deus est, qui nullum habet authorem: vel ex Deo est, quia
C illum habet authorem. Libro de vera innocentia, cap. centesimo sexagesimo. Est natura in qua nullum malum est, vel etiam nullum malum esse potest. Esse autem natura in qua nullum sit bonum, non potest. In epistola ad Celestinum, epistola sexagesima tertia. Est quædã natura per loca & tempora mutabilis, vt corpora: & est natura per loca nullo modo, sed tantum per tempora mutabilis, vt anima: & est natura quæ nec per loca, nec per tempora mutari potest, & hæc est Deus. Libro de natura boni, cap. vj. Omnis natura quæ corrumpi non potest, summum bonum est: sicut Deus est. Omnis autem natura, quę corrumpi potest, etiam ipsa aliquod bonum est.

Quod quælibet est à Deo. Libro xj. de ciuitate Dei, capit. xv. Non est vlla natura etiã in extre-
D mis infimisque bestiolis, quam ille non cõstituit à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: sine quibus nihil rerum inueniri vel cogitari potest: quantomagis Angelica creatura, quę omnia cætera quæ Deus condidit naturæ dignitate præcedit? Et ipse Deus dicitur natura. Libro decimo quinto de trinitate, capit. primo. Supra hanc nostram naturam si quærimus aliquid & verum quærimus Deus est, natura scilicet non creata, sed creatrix. Et omnis natura ab eo est bona. Ideo Lib. dę vera religione, cap. ij. Socrates audacior cæteris philosophis fuisse phibetur, iurando per carnẽ quẽlibet, & lapidẽ quemlibet, &

quicq

quicquid iuraturo esset in prōptu, & quasi ad manum occurrisset. Credo intelligebat qualiacunq; opera naturæ, quæ administrante Diuina prouidentia gignerentur, multo quā hominū & quorumlibet opificum esse meliora. Quomodo Deus non facit contra naturam. Libro vigesimo sexto contra Faustum. Dici humano more contra naturam solet, quod est cōtra naturæ cursum mortalibus notum. Deus autem creator & conditor omnium naturarum, nihil contra naturam facit: id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, à quo est omnis modus, numerus, & ordo naturæ. Sed nec ipse homo contra naturam quicquam facit, nisi cum peccat, qui tamen supplicio redigitur ad naturam: ad naturalem quippe iustitiæ ordinem pertinet, vt aut peccata nō fiant, aut impunita esse non valeant. Vexant enim peccata conscientiam, ipsíque animo nocent, cum luce iustitiæ peccando priuatur, etiam si non consequantur dolores: qui vel corrigendis ingeruntur, vel non correctis vltimi reseruantur. Sed contra naturam non incongruè dicimus Deum aliquid facere, quod facit contra id quod nouimus in natura. Hanc enim etiam appellamus naturam, cognitum nobis cursum solitúmque naturæ, contra quem Deus cum aliquid facit, magnalia vel mirabilia nominantur. Contra illam verò summam naturæ legem à notitia remotam, siue impiorū, siue adhuc infirmorum, tamen Deus nullo modo facit, quam contra seipsum non facit. Spiritualis autem eadémque rationalis creatura, in quo genere & anima humana est, quanto amplius illius incommutabilis legis lucísque fit particeps, tanto magis videt quid fieri posit, quídve non possit: quanto autem inde remotior fuerit, eo magis miratur insolita, quo minus cernit futura. Inculpandum est vitium, nō natura. Super Ioannē, sermone quadragesimo primo. Bona est omnis natura, sed vitiata est omnis natura per voluntatem malam. Quod fecit Deus, non potest esse malum: sed ipse homo à seipso fit malus. Libro de ciuitate Dei, capit. primo. Cuius rectè vituperatur vitium, proculdubio natura laudatur. Nam recta vitij vituperatio est, quod illo dehonestatur natura laudabilis. Sicut cæcitas vituperatur, quando ipsa natura oculorum dehonestatur: & ipse visus laudatur, cū cęcitas vituperatur. Probat quasi, in Libro de vera innocentia, capit. centesimo quadragesimo quarto. Vitium esse nec in summo potest bono, nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi esse possunt, sola autem mala nusquam. Quoniam naturæ etiam illæ quæ ex malæ voluntatis vitio vitiatæ sunt, inquantum vitiosæ sunt, malæ sunt: inquātum autem verè sunt, bonæ sunt. Eodem Libro. Quantumlibet vitiis turpetur quæcunque natura, institutio eius semper est bona. Nam sicut corporis institutio bona est, etiam quando nascitur fatuus: sic institutio ipsius hominis bona est quando nascitur etiam peccati originalis obnoxius. Libro eodē, cap. trecētesimo octogesimo secūdo. Dubiū

A non est, contra naturam esse omne vitium, etiam eius rei cuius est vitium. Quapropter quoniam in quacunque re non vituperatur nisi vitiū, ideo vitium est, quia cōtra naturam est, nullius rei rectè vituperatur vitium, nisi cuius natura laudatur. Non enim in vitio displicet, nisi quia corrumpit quod in natura placet. In eodem, cap. centesimo trigesimo nono. In creatura quæ arbitrio suo peccat, prior est natura quam vitium. Quod ita contra naturam est, vt non posit nisi nocere naturæ: quod ita non esset vitium recedere à Deo, nisi naturæ cuiuslibet vitium esset, cui potius competeret esse cum Deo. Dicit tamen in epistola ad Paulinum contra Pellagium. *Tom. II. Epist. 106.* Natura humana etiam si in illa integritate in qua

B cōdita est permaneret, nullo modo seipsam creatori suo non adiuuante seruaret. Cum ergo sine Dei gratia salutem nō posset custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia potest reparare quam perdidit? Ibidem infra. Quid debet esse iucundius infirmis gratia qua sanantur: vel pigris, gratia qua excitantur: vel volentibus, gratia qua iuuantur? Et ideo causa huius. Libro tertio confessionum, capit. octauo, trigesima secunda quæst. septima. *Tom. I.* Flagitia quæ sunt contra naturam, vbique ac semper detestanda ac punienda sunt: qualia Sodomitarum fuerūt. *Flagitia duplicia.* Quæ si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu Diuina lege tenerentur, quæ non fecit sic homines, vt illo se vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura cuius ille author est, libidinis peruersitate

C polluitur. Quæ autem contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate vitanda sunt, vt pactum inter se ciuitatis aut gentis consuetudine vel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est vniuerso suo congruens. Ibidem, cap. eodem. Peccant homines peruertendo naturam suam, quam tu Deus fecisti & ordinasti, vel immoderatè vtendo concessis rebus, vel in non concessa flagrando in eum vsum qui est contra naturam.

NAvis & nauigare. Per nauim intelligitur Ecclesia. super psal. centesimum tertium, sermone quarto. *Tom. VIII.* Illic naues pertransibūt. Naues Ecclesias intelligimus. Commeant inter tempestates, inter procellas tentationum, inter fluctus sæculi, inter animalia pu-

D silla & magna. Gubernator est Christus in ligno crucis suæ. Non timeant naues: non valde attendant vbi natent, sed à quo gubernentur. Per nauim intelligitur fides. Vnde Libro de substantia dilectionis circa finem, cap. septimo. Vniuersus mundus quasi quoddam diluuium est, quod omnia quæ in hoc mundo sunt ad similitudinem atque incertis euntibus fluctuando decurrāt. Vera autem fides, quæ non transitoria, sed æterna promittit, quasi à quibusdam fluctibus, sic à mundi huius cupiditate in superna animum tollit: & portari quidem ab aquis potest, sed mergi omnino

omnino non poteſt: quia ad neceſsitaté hoc mundo vtitur, ſed eius deſideriis per affectum nõ implicatur. Quiſquis ergo æterna non credens, ſola quæ tranſeunt appetit: hunc quaſi ſine naui laborantem in fluctibus, impetus aquæ decurrentis ſecum trahit. Quo verò æterna credendo, tranſitoria diligit, hic iuxta nauim naufragium facit: qui autem æterna bona & credit & diligit, hic in naui poſitus, fluctuantis maris vnda ſecurus pertranſit: quia qui per deſiderium fidei nauem non tranſgreditur, iam quodammodo in fluctibus terræ ſtabilitatem imitatur. Primum ergo ſi hoc mare magnum illæſi pertranſire volumus fabricemus nauem, vt fidem integram habeamus: deinde nauem fidei inhabitemus per charitatem, vt credamus quod diligere debemus, & diligamus quod credimus: ſicque & lex Dei in corde noſtro ſit per rectè fidei cognitionem, & cor noſtrum ſit in lege Dei per dilectionem. Sed vt facilius cognoſcas, quomodo vel vnde hanc quam dixi nauem ſiue arcam, in corde tuo ædificare debeas, per quam huius diluuij naufragio eductus, ad portum quietis peruenias, duo opera Dei conſidera, videlicet opus conditionis, & opus reſtaurationis. Opus autem conditionis, eſt creatio cœli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt & continentur, quæ ſex diebus facta ſunt. Opus verò reſtaurationis, incarnatio verbi, & omnia quæ à principio mundi vſque ad finem, vel ad ipſam prænuntiandam præceſſerũt, vel ad ipſam confirmandam ſequuta ſunt, quæ à ſex ætatibus fiunt. Sed opera reſtaurationis magis pertinent ad fidem catholicam, quæ idcirco ſancti amplius diligunt, quia in eis ſuæ ſalutis remedia agnoſcũt. Hæc autem partim per homines, partim per Angelos, partim per ſeipſum operatus eſt Deus: vt in arca ſpirituali prima ſit manſio opera hominum, ſecunda opera Angelorum, tertia opera Dei: ſupremus cubitus, author vniuerſorũ Deus.

Qui naufragium miſerę huius vitę euadant.

Sed qualiter ſit nauigandum. Libro de nouo cantico, circa principium. Fratres mei ardenter deſideremus propriam patriam: peregrinationem iſtam, quæ nos ab ea adhuc detinet, toleremus, non amemus. Feſtinemus tamen. Non eſt quare hîc ſtare, Nec inuenis in ſæculo quod iam poſsis amare. Ipſe eſt amor parentum, cõiugum, filiorum, facultatum, aut magnum quibuſdã incuſſerunt laborem, aut magnum pariunt timorem: non eſt quare hîc ſtare. Melius enim feſtinando appetimus ſempiterna, quam hîc remanendo ſæculi nos apprehendit ruina. Præparemus ſitartias, apprehendamus & aſcendamus nauem fidei ſimul & crucē, nec deſit anchora ſpes noſtræ ſalutis. Extendamus funes diuerſas virtutes, vela charitatis colligamus, inuocemus vẽtum proſperum verbum Dei, exhauriamus ſentinam à peccatis, per eleemoſynam mundetur conſcientia noſtra. Non impediatur huius noſtri curſus nauigij. Operemur manibus vt poſſumus. Manibus ſuis ſentinam exhauriebat qui dicebat. Manibus meis coram eo nocte, & non ſum deceptus. Non negligamus noſtra peccata: minuta ſunt, ſed

Cap. 2. Tom. IX.

Pſal. 76.

multa. Fluctus vnus validus irruens obruit nauem, minatúrq; naufragium. Humor autem per rimas influens, & in ſentinam veniens niſi ſubinde ſiccetur, hoc idem facit. Ergo exhauriatur ſentina, non negligatur miſericordia: quia eleemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata. Adſit noſtra tutela Chriſti gratia, celeuma noſtrum cantemus alleluya: vt læti ac ſecuri ingrediamur ſempiternam ac fœlicißimam patriam. Non metuat anima mare hoc magnum, ſæculum ſcilicet, cuius fluctus ac turbines ſentimus inimicas ſæculi poteſtates. In Deo ſperantes multi calcauerũt: multi ſuper aquas ambulantes ſecuri ad patriam peruenerunt. Sed exurgit ventus validus, magna tempeſtas, ſua cuiuſque cupiditas, titubat fides in mari. Clamet in te Petrus, Domine pereo: dabit manum mergenti, nec ſinit perire ille, qui propter nos ſuper aquas dignatus eſt ambulare.

Contra nauigantis periculum dat remediũ. Libro primo de verbis Domini. ſermone decimo quarto. Dum orat Chriſtus in monte, nauicula turbatur fluctibus in profundo: quia inſiſtunt fluctus, poteſt nauicula turbari: ſed Chriſtus orat, non poteſt mergi. Nauiculam quippe illam fratres Eccleſiam cogitate, turbatum mare hoc ſæculum. Quando rex aliquis impiè voluntatis, maximæ poteſtatis perſequutionem indicit Eccleſiæ, quantũ in ipſo eſt, Chriſtianum nomẽ conatur extinguere: ſuper nauiculam Chriſti grandis vnda conſurgit. Sed in his tentationibus erigatur antemna, vt ſuſpẽſa arbori crucem figuret. Hanc Chriſtianus reſpiciat & non deficiat. Huic antemnæ, id eſt, cruci Chriſti, ſimplex conuerſatio & pura confeſsio tanquam cadentia vela religentur. Et hæc vela noſtra fluctibus abluantur, vt ſine macula & ruga inueniantur. Quantũlibet mare ſæuiat, ventus incumbat, inter flatus & fluctus, nauis iſta turbetur tantum, non mergatur, & currit. Denique fratres poſteaquam ædificata eſt nauis hæc in Hieruſalē, atq; in medio pelagi huius frementis emiſſa eſt æſtuantiũ volumina vndarum, & flantium flabra ventorum, dum iactando ea per diuerſa circunferunt, omnium gentium littoribus appulerunt, peregrinas merces quacunque venit aduexit. Quid enim tam peregrinũ in terra noſtra, quã per pœnitentiã remiſsio peccatorum regnúmque cœlorum: & tamen oportebat, ait ipſemet, Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitẽtiam & remiſsionẽ peccatorum in omnes gentes incipiẽtibus ab Hieruſalẽ? Ab ipſo enim portu nauis hæc primam anchoram ſoluit. Nauiget ergo hæc Dominica nauis inter procellas ſæculi Chriſto protegente ſecura, Chriſto docente ſolicita. Non enim quia in naui nauclerus vigilat, ideo debet & nauta dormire. Vigilat ille de quo veraciter ſcriptum eſt. Non dormiet neque dormitabit qui cuſtodit Iſrael. Sed etiam ipſe nobis præcipit dicens. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Vnde ergo debemus eſſe ſoliciti & vnde ſecuri? Solliciti, quia dixit nobis. In hoc mundo preſſuras habebitis. Securi, quia mox addidit

didit, confidite quia ego vici mundũ. Soliciti, quia A tentationes futuras prænuntiauit nobis: Securi, quia non definit interpellare pro nobis. Cautè itaque ac solicitè inter sæculi fluctus gubernate nauigium in bonis actibus vestris: nec dens obtrectatoris vos frangat, nec adulatoris lingua decipiat. Adulatores vestros tanquam latentes sub vndis scopulos obseruate. Quando enim mare tranquillum est, tunc saxa latentia non videntur: sed cum tribulationis procella cõsurgit, tunc inter vndarũ mõtes verticem tollunt, tunc in imo apparet periculũ quod latebat. Neq; enim sufficit talibus deserere tribulantes, nisi etiã oppugnare conarẽtur & premere. Hoc ergo genus humanũ velut asperrimas cautes, pacata superficie pelagi, ventis placidis obtrectas, Christianus euitet. Obtrectatores autem omnino cõtemnendi sunt, B qui canes marini sunt, & de profundo amaritudinis latrare possunt: sed tandiu mordere nõ possunt, quandiu in naui sedens ligno hæres, id est crucem Christi tenes. Ab eius nauicula non recedentes, erigamus in cœlum mentem, & nõ curemus inuidam mentem. In hoc sanè procelloso & turbulento mari, etiam diabolus archipirata bacchatur armata classe terribilis, & circunquaque discurrens commeatus obsidet innocentum. In hoc labore, & in hoc certamine constitutos, illa nos Apostolica sententia consoletur, Dominus in proximo est, nihil solliciti sitis.* Venit ergo ad nauem suam quarta vigilia noctis. Quarta vigilia noctis, est extrema pars noctis. Vigilia vna, tres horas habet: Ac per hoc nox quatuor vigilias habet, & vigilia tres horas habet, ternis horis per C singulas vigilias distributis. Quarta ergo vigilia noctis, hoc est, peracta iam nocte, iam cõsumpto tempore tenebrarum, venit Christus ad discipulos qui turbabantur in naui. Sic venit in fine sæculi iniquitatis nocte transacta, ad iudicandos viuos & mortuos. Venit modo valde mirabiliter, quia ambulans super aquas. Surgebant fluctus, sed calcabantur. Fremens pelagus sub Domini vestigia murmurabat, sed tamen volens nolens portabat. Quantumlibet enim tumores sæculi potestatésque consurgant, premit eorum caput, nostrũ caput, Christus Dominus. Ibidẽ. Si nos dũ in his fluctibus nauigamus, vel conatur vnda submergere, vel ventus subuertere, clamemus ad Christum, id est, oremus. Porrigit enim manum & eruet de profundo. Etenim manus eius deducet nos, & tenebit dextera eius, donec ad sempiterna nos sua promissa perducat. Vnde nauigantes multũ distamus à sanctis qui sunt in portu gloriꝫ. Lib. soliloquiorũ ad Deũ. Fœlices qui de naufragio vitæ præsentis ad sempiterna gaudia perueniremeruerũt. Infœlices heu nos & miseri, qui per huius maris magni fluctus procellosásque voragines nauem trahimus, ignorantes an ad portum salutis peruenire valeamus: infœlices, inquam, quorum est vita in exilio, via in periculo, finis in dubio, nescientes finem & terminum. O patria nostra, patria secura, à longe te videmus, ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus,

A & nitimur cum lachrymis si quomodo ad te perueniamus. Spes humani generis Christe Deus de Deo, refugium nostrum & virtus, cuius lumen à longe inter caliginosas nebulas super maris procellas, quasi stellæ maris radius oculos nostros irradiat, vt dirigamur ad te portum. Guberna nauem nostram tua dextera, clauo crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempestas aquæ, ne absorbeat nos profundum: sed vncino crucis tuæ trahe nos ab hoc pelago ad te solamen vnicum nostrum, quem lònge quasi stellam matutinam & solem iustitiæ vix lachrymantibus oculis in littore cœlestis patriæ nos expectantem videmus. Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè. In mari turbulento versamur, tu in littore *Psal. 64.* B stans aspicis pericula nostra. Saluos nos fac propter nomen tuum. Da nobis Domine inter Scyllam & Carybdin ita tenere medium, vt vtroque periculo euitato, salua naue & mercibus, securi perueniamus ad portum.

NECESSITAS. Super Psalmũ lxxxiij. Omnium actionum humanarum mater est necessitas. De necessitatibus *Tom. VIII.* distinguitur. Super Psalmum trigesimum, ex- *Homo non vult subdi necessitati.* positione secunda, sermone primo. Saluam fecisti de necessitatibus animam meam. Primo in genere humano dura necessitas est, nescire cor alterius, male sentire plerunque de amico fideli, bene sentire plerunque de amico infideli. O dura necessitas. Et quid facis vt cor inspicias? Quem oculum affers infirma & plangenda mortalitas? Quid facis vt videas hodie cor fratris tui? Non habes quid facias. Alia maior necessitas, nec tuum vides quale erit cras. Quid iam dicam de necessitatibus ipsius mortalitatis? Mori necesse est, & nemo vult quod necesse est. Nemo vult, quod erit velit nolit. Dura necessitas, nolle quod non potest vitari. Nam si fieri posset nollemus vtique mori. Et effici quod Angeli sunt vellemus, sed commutatione quadam, non morte. Volumus peruenire ad regnũ Dei, sed per mortẽ nolumus. Et tamẽ dicit tibi necessitas. Hàc venies. Hàc venire dubitas homo, cũ hàc ad te venerit Deus? Quæ sunt etiã necessitates vincendarũ D cupiditatum vetustissimarum, & nostrarum malarum consuetudinum? Quàm durum est vincere consuetudinem duram? Pro necessitate nullum malum est perpetrandum. Super Psalmum septuagesimum secundum. Ferenda est potius omnis necessitas quàm perpetranda aliqua iniquitas: tamen aliud est de necessitate peccare, aliud de abũdãtia. Vltra necessaria pauperibus est dandum. Super Psalmum centesimum qua- *Tom. VIII* dragesimum septimum. Videte quia non solum pauca sunt, quæ nobis sufficiant, sed nec ipse Deus nobis multa à vobis quærit. Quære quantum tibi dederit, & ex eo tolle quod sufficit. Cætera quæ superflua iacent, aliorum sunt necessaria. Superflua diuitum, necessaria sunt pauperum. Res alienæ possidentur, cum superflua possidentur.

Tract.74. Tom.IX.

NEGATIO. De negatione dicitur super Ioannem. Vt dicit Apostolus, Multi dicunt, Dominus Iesus: voce, corde autem & factis negant, sicut de talibus ait, Confitentur enim se nosse Deum, factis autem negant. Si negatur factis, proculdubio etiam dicitur factis. Nemo itaque dicit Dominus Iesus animo, verbo, facto, corde, ore, opere, nisi in spiritu sancto: & nemo sic dicit, nisi qui diligit.

Tit.1.

Tom. VIII.

NEGLIGENTIA. De negligentia quid sit, require supra, Lex. Sed contra eam in Homil. super illud, Vtinã calidus esses. Sunt quidam iusti intra sanctam Ecclesiam constituti, qui vitam quidem ab omni crimine custodiunt, sed tamen in agenda quælibet bona non assurgunt. Et hi tales nec frigidi nec calidi sunt, quia non sufficit mala cauere, nisi studeat quis bona facere.

NEGOTIATOR. De negotiatione. Super Psalmum septuagesimum. sermone primo. Auiditate nescio qua acquirendi, ò negotiator, quando damnum passus fueris, blasphemas: & non erit in te quod dictum est, Tota die laus Dei. Quando autem pro pretiis rerum quas vendis, non solùm mentiris verumetiam falsum iuras, quomodo in ore tuo erit tota die laus Dei? Quando si Christianus es, etiam ex ore tuo blasphematur nomen Dei, vt dicatur, Ecce quales sunt Christiani? Ergo corrigant se Christiani, non negotientur. Sed ait mihi negotiator. Ecce ego affero quidem ex longinquo merces ad ea loca, in quibus non sunt ea quæ attulero, vnde viuam, tanquam mercedem laboris mei peto vt carius vendam quàm emero. Vnde enim viuam cum scriptum sit, Dignus est operarius mercede sua? Sed agitur de mendacio, de periurio. Hoc vitium meum est, non negotiationis: neque enim non si vellem possem agere sine isto vitio. Non ergo meam culpam author ad negotium transfero: sed si mentior, ego mentior, non negotium. Possem enim dicere tantum emi, sed tantum vendam: si placet eme. Non enim ipsam veritatem audiens emptor repelleretur, & non potius omnes accurrerent, quia plus fidem quàm mercedem diligerent. Hoc ergo, inquit, me mone, ne mentiar, ne periurem: non vt abiiciam negotium vnde me transigo. Quò enim vocas, quando hinc reuocas? Forte ad artem aliquam? Ero sutor, calceamenta faciam hominibus. Mendaces enim ipsi non sunt? Nónne locatis ab alio calceamentis, cum acceperint ab alio pretium, dimittunt quod faciebant, & suscipiunt alteri facere, & fallunt eum cui promiserant citò se facturos? Nónne sæpe dicunt, hodie facio: hodie impleo? Deinde in ipsa sutura tantas fraudes non faciunt? Faciunt ista, & dicunt ista: sed ipsi mali sunt, non ars quam profitentur. Omnes ergo artifices mali Deum non timentes, vel pro lucro, vel pro timore damni, vel egestatis mentiuntur, peierant: non est ego continua laus Dei in eis. Quomodo ergo reuocas à negotiatione? An vt sim agricola, & aduersus Deum tonantem

Vbique vi&.

A murmurem, vt grandinem timens sacrilegum consulam, vt quæram quid faciam contra cœlum, vt optem pauperibus famem, quo possim vendere quod seruaui? ad hoc me adducis? Sed non ea faciunt, inquis, agricolæ boni. Nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filium habere malum est, quia quando eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas sacrilegas & incantationes quærunt. Ista hominum, non rerum peccata sunt. Potest mihi dicere nogotiator. Quare ergo Episcope quemadmodum intelligas negotiationes quas legisti in psalterio: ne fortè tu non intelligas, & me à negotiatione prohibeas. Mone ergo quemadmodum viuam. Si bene, bene mihi erit: vnum tamen scio, quia si malus fuero, non negotiatio mihi facit, sed iniquitas mea.

B Quando verum dicitur, non est quod contra dicatur.

NEQVITIA. De nequitia. Libro de Agone Christiano circa medium. Cũ igitur cognitio & actio bona sint Dei, & beatum faciant hominem: sicut in cognitione cauendus est error, sic in actione cauenda est nequitia. Errat autem quisque putans veritatem cognoscere, cum adhuc nequiter viuat. Nequitia autem est mundum istum diligere, & ea quæ nascuntur & transeunt, pro magno habere: & ea concupiscere, & pro iis laborare, vt acquirantur: & lætari cum abundauerint, & timere, ne pereant: & contristari, cum pereunt. Talis vita non potest puram illam & synceram & incommutabilem videre veritatem, & inhærere illi, & in æ-

C ternum iam non moueri †. Itaque prius quàm mens nostra purgetur, debemus credere quod intelligere nondum valemus: quoniam verissimè dictum est per prophetam, Nisi credideritis, non intelligetis. Super Psalmum septimum. Videtur consummata nequitia hominum qui crucifixerunt filium Dei: sed eorum est maior, qui nolunt rectè viuere, & oderunt præcepta veritatis, pro quibus crucifixus est filius Dei.

NERVVS. Libro de quantitate animæ. Nutus animæ ad mouendum corporis pondus, neruis quasi instrumentis vtitur: Neruos autem vegetat mobilioresque efficit siccitas calórque moderatus, contra eos laxat atque infirmat humidus rigor. Ibidem infra. Mihi maximè videtur in neruis esse omne quod miramur, cum præter spem vires in quo-

D piam reperiuntur.

NESCIRE. Quid sit nescire Dei. Libro octogesimo tertio quæstionum. Nescio vos. Ex illa scilicet regula, qua non habet ars Dei, hoc est sapientia Dei, vt intrent in gaudium eius, qui non coram Deo, vt placerent hominibus, visi sunt aliquid secundum præceptum eius operari. Eodem Libro. Ignorare se peccatores ostendit Dominus dicens. Non noui vos: quia in disciplina & in præceptis eius non sunt peccata. Libro secundo de sermone Domini in monte. capite quadragesimo. Discedite à me, & cætera. Non ergo cognoscit nisi eum

eum qui operatur æquitatem. In epistola secunda ad Valentinum de gratia & libero arbitrio. Quid est non noui vos: nisi quia ego tales vos non feci? Libro primo de verbis Domini, sermo. vigesimo tertio. Non noui vos, id est, improbo vos. Ars mea nescit vitia, & iudicat vitia: nescit faciendo, iudicat arguendo & puniendo. Super Psalmum centesimum. Discedite à me operarij iniquitatis, non noui vos. Ille non nouit aliquẽ. Sed quid est non noui vos? In regula mea non vos agnosco. Noui enim regulam iustitiæ meæ. Non illi congruitis, declinastis ab ea, distorti estis. Libro de gratia noui testamenti. Et similis sententia habetur in epistola ad Euodiũ. Ille quippe dicit, quem non latet aliquid, Nescio vos: quod nihil est aliud dicere quàm, nescitis me, quando de vobis eligitis potius cõsiderari, quàm de me. Ideo concluditur super primum Psalmum. Nesciri à Domino, est perire: sciri verò à Domino, est manere. Vnde ad scientiam Domini esse pertinet, ad ignorantiam verò non esse: quia Dominus dicit, Ego sum qui sum. Et, Qui est, misit me. Distinguitur de nescire nostro. Libro de vtilitate credendi. Tria sunt hominũ genera, profectò improbanda ac detestanda. Vnum opinatiũ, id est, eorũ qui se arbitrãtur scire quod nesciunt. Alterum eorum, qui sentiunt quidem se nescire, sed non ita quærunt vt inuenire possint. Tertium eorum qui neque se scire existimant, neque quærere volunt. Aliter distinguitur Libro de sententia Iacobi ad Hieronymũ. Aduersus eos qui sibi vidẽtur scire quod nesciũt, hoc tutiores sumus, quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim, quod nescire malum est, aliud, quod sciri vel non potest, vel non opus est, vel ad vitam quam quærimus indifferens est. Contra præsumptuosos se nescientes nescire. lib. xvj. contra Faustum, dicens de ipso Fausto. Cur non intelligat, de hæretico dicit, quisquam si quærit: respondebo, quia inimico, quia aduerso animo legit: quia non ideo scrutatur, vt sciat: sed quod nescit, scire se putat. Hæc præsumptio tumidæ arrogantiæ oculum claudit, vt omnino non videat: vel distorquet, vt peruersè videat: & aliud pro alio probet, aut improbet. Vnde dicit Libro tertio. de verbis Domini, sermone sexto. Rectum est quidem homini, vt quando nescit, dicat, Nescio: Quando autẽ scit, & dicit, Nescio, testis est contra se. In epistola ad Optatum episcopum. Non erubescendum est homini confiteri se nescire quod nescit: ne dũ se scire mẽtitur, nunquã scire mereatur. Et Lib. j. de origine animæ cõtra Vincẽtiũ Victorem, circa finem. Melius est homini fateri se nescire quod nescit, quàm in hæresim condemnatam incurrere, vel nouam condere, dum temere audet defensare quod nescit. Vnde consulit. Libro quarto eiusdem circa finem. Caue ne quando aliquid nescis, existimes scire: sed vt nescias disce nescire.

NIHIL. De hoc nomine. Libro hypognosticon. responsione prima. Nihil, nomen insubstantiale est: tamen aliquoties dicimus, nihil est: pro consuetudine loquutionis ad nihil addimus, est: ad, nihil cum nomen tantũ sit nihil, & non res. Declarat quid sit nihil. super Ioannem. Solent multi male intelligentes, Sine ipso factum est nihil: putare aliquid esse nihil. Peccatum quidem non per seipsum factum est, & manifestum est quo peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Ergo peccata non sunt facta per verbum. Ideo Libro soliloquiorum ad Deum. Nihil est quod ad nihilum ducit. Omnia per verbum facta sunt, quæcunque facta sunt. Et qualia facta sunt? Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Omnia quæcunque sunt, per verbum facta sunt: & quæcunque per verbum facta sunt, valde bona sunt. Quare bona sunt? Quia omnia per verbum facta sunt. Et sine ipso factum est nihil, quia nihil bonum sine summo bono est. Sed malum est, vbi non est bonum, quod vtique nihil est, quia nihil aliud malũ est quã priuatio boni: sicut nihil aliud cæcitas, quàm priuatio luminis. Malum itaque nihil est: quod vtique sine verbo factum est, sine quo factum est nihil. Illud autem malum est quod priuatur illo bono, per quod facta sunt omnia bona, scilicet verbo, per quod facta sunt omnia, quæcunque sunt. At quæ nõ sunt, per ipsum facta non sunt: & ideo nihil sunt. Nihil igitur malum est. Sed qualiter malum est, si factum non est? Quia malum priuatio boni est.

Vnde ibidem. Esse ergo sine verbo malũ est, quod esse non est, quia sine ipso nihil est. Sed quid est separari à verbo? Si hoc velis scire, audi quid sit verbũ. Verbum Dei dicit, Ego sum via veritas & vita. Separari ergo à verbo, est esse sine via, sine veritate, sine vita: & ideo sine ipso nihil, & ideo malum, quia separatur à bono per quod facta sunt omnia valde bona. Separari ergo à verbo per quod omnia facta sunt, nihil est aliud quàm deficere, & à facto transire in defectũ: quia sine ipso est nihil. Quoties ergo à verbo deuias à verbo te separas, quia ipsum est bonum: & ideo nihil efficeris, quia sine verbo es, sine quo factũ est nihil. Ideo nihil est homo sine Deo. Ibidẽ. Toties nihil factus sum, quoties à te separatus sũ qa bonũ quod tu es oblitus sum: ideo malus effectus sum. Super Psal. lxxv. Tandiu est aliquid homo, quãdiu hęret illi à quo factus est homo. Nã recedens ab illo nihil est homo. Sed nihil sine Deo potest homo. Super Psal. xxx. expositione ij. sermone primo. Sine me, inquit, nihil potestis facere. Domine sine te nihil, totum in te. Etenim quicquid ille operatur per nos, nos videmur operari. Potest ille multum & totum sine nobis, nos nihil sine ipso. Similiter creatura sine Deo nihil est. Lib. iiij. super Genes. Quicquid erit vniuersa creatura quibuslibet mutationibus sui non vtique nihil erit, ideo creatura vniuersa in crea-

tore suo semper manebit.

NIx. In Homil. de trãsfiguratione Domini. Nix & candorem nimium habet, & calorem omnino non recipit: sic electi cum peruenerint ad claritatem Dei, obtinebunt munditiæ candorem, & nullum sentient aliquando de criminis corruptione calorem.

Tom. VIII. NOBILITAS. Nobilitas terrena à Deo confunditur. super Psal. xxviij. Conteret Dominus cedros libani, id est, conteret Dominus per pœnitentiam elatos nitore terrenæ nobilitatis, cum ad eos confundendos ignobilia huius mundi elegerit, in quibus ostendat nobilitatem suam. Et comminuet eos tanquã vitulum libani, id est, amputata superba celsitudine illorum, deponet eos ad mutationem humilitatis suæ, qui tanquam vitulus per ipsam huius sæculi nobilitatem ad victimam ductus est. In sermone de natiuitate Ioannis Baptistæ. Homo attende quod natus es. Si nobilis natus, nudus natus es. Quid est nobilis natiuitas? Pauperis & diuitis æqualis est nuditas. An forte quia nobilis natus es, quantum vis viuus es? Quando natus es, hãc vitam intrasti, quando nõ vis, egredieris. Sepulchra inspiciantur, & ossa nobilium inspiciantur.

Cap. 8. Tom. IIII. Vera nobilitas est in amicitia Dei. Libro de salutaribus documentis. Ne quæso de terrena fœlicitate gloriantes confidamus, sed gratias agamus ei, & qui dum homines esse voluit rationales, nõ superbia, sed humilitate prosequi se rogauit. Quæ ergo maior esse nobis gloria poterit vel sublimior honor, quàm illius imperatoris esse amicos, qui super omnes imperatores est? Et quanto ille sublimior est & omnipotentia & virtute, tãto nos maioris esse debemus diligẽtiæ in sanctitate, & iustitia, & humilitate, & obseruantia mandatorum eius. In epistola ad Valerium comitem, nobilis viri mores innuit per hæc verba. Audiuimus quàm fides tua sit sana & catholica, quã pia expectatio futurorum, quàm Dei, fratrúmq; dilectio, quam non superbe sapias in excelsis honoribus, nec speres in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo & vero, vt diues sis in operibus bonis: quàm sit domus tua requies solatiúmque sanctorum & terror impiorum, quantæ tibi curæ sit nequis insidietur membris Christi, coopertus velamine nominis Christi, siue in veteribus eius, siue in recentioribus inimicis, quámque sis eorundẽ inimicorum saluti prouidus, infestus errori.

Hanc ad Valerium Epistolam Apud August. reperies loco præfationis in lib. I. de nuptiis & concupisc. Tom. VII.

Tom. VI. NOCERE. Lib. xxij. cõtra Faustum. Nõ sunt amplius quàm duo genera inutilia hominum generi humano, vnum nocentium, alterum præstare beneficium nolentiũ, & si quid boni habẽt in hac terrena vita perdentiũ: sed in malo prior est qui nocet, quàm ille qui nõ prodest. Quia vt dicit. Lib. j. de sermone Domini in monte. cap. xvj. Parum est nõ nocere, nisi præstes beneficium quantum potes. Nocens tamẽ alteri, nocẽs prius est sibi. Super Psal. xxxvj. serm. ij. Quid enim? Iniustitia iniusti tibi nocet, & illi nõ nocet? Vnde fieri potest vt iniqtas eius quę

Tom. IIII. Tom. VII. *Aliorum persequutor grauius se ipsum ledit.*

A per eius indignationẽ & odiũ procedit ad lædendum te, non prius ipsum vastet intus, quàm te tentet foris? Tuũ corpus premit aduersitas, illius animum putrefacit iniquitas. Nam & quicquid profert in te, in illum redit. Eius persequutio te facit purgatum, illũ reum. Cui ergo plus nocet? Ecce sæuiendo expoliauit te. Quis grauiori damno percutitur, qui amittit pecuniam, an qui amittit fidem? Lib. j. retractationũ, cap. x. Quod dixi lib. de Genes. contra Manichæũ. Nulli naturæ nocere peccata nisi sua: ideo dixi, quoniam iusto qui nocet, non ei verè nocet, quandoquidem etiam mercedem eius auget in cœlis: sibi autem peccado verè nocet, quia propter ipsam voluntatẽ nocendi, recipiet id qđ nocuit. Possunt sanè Pellagiani ad suum dogma trahere istam sententiã, &

B ideo dicere paruulis aliena non nocuisse peccata, quia dixi nulli naturæ nocere peccata nisi sua: non intuentes ideo paruulos, qui vtique pertinẽt ad humanam naturam, trahere originale peccatũ, quia in primis hominibus natura humana peccauit, ac per hoc naturæ humanæ nulla nocuerunt peccata nisi sua. Per vnum quippe hominem, in quo omnes peccauerunt, peccatũ intrauit in mũdum: non enim nulli homini, sed nulli naturæ dixi nocere peccata nisi sua. Sed nihil nocere potest nisi Deo permittẽte. Lib. de natura boni. cap. xj. Nulla natura nocere alicui sub Deo iniustè potest. Aliquãdo iniuste mali nocẽt, & volũtas iniusta eis ĩputatur, potestas tamẽ qua nocere permittuntur, nõ est nisi à Deo, qui & ipsis nescientibus nouit, quid illi pati debeant, quibus eos nocere

C permittit. Ibidẽ, cap. xxxij. Impiis nocendi potestas datur, aut vt bonorum patientia probetur, aut malorum iniquitas puniatur. Nam per potestatem diabolo datam, Iob probatus est, vt iustus appareret: & Petrus tẽtatus est, ne de se præsumeret: & Paulus colaphizatus est, ne se extolleret: & Iudas dãnatus est vt se suspenderet. Lib. lxxxiij. quæstionum. Vt autem mali bonis sæpe tẽporaliter noceant, potestatem in eos accipiunt ad maiorum bonorum vtilitatem propter exercitationẽ patientiæ. Itaque anima Christiana semper inuigilet in tribulationibus suis sequi voluntatẽ Domini sui, vt non ordinationi Dei resistẽdo, acquirat sibi grauius iudicium. Quod enim ipse Dominus agẽs hominẽ Pontio Pilato dixit, hoc & Iob diabolo posset dicere. Nõ haberes in me potestatẽ, nisi data esset tibi de super. Nõ ergo eius volũ-

D tas cuius malitiæ est potestas in bonos datur, sed eius volũtas à quo hæc potestas datur, debet esse nobis charissima. Super Psal. xxix. Vnusquisq; apud se habet voluntatem nocendi. Vt autem possit nocere, non habet potestatem. Vt velit iã reus est, vt possit occulta dispensatione prouidentiæ Dei in alium permittitur ad pœnam, in alium permittitur ad probationem, in alium permittitur ad coronam. Libro vndecimo super Genesim. Cupiditas potest esse à suo cuiq; animo prauo, non est autem posse nisi à Deo. Et hoc eius abscondita altáque iustitia, quoniam non est iniquitas apud Deum.

Noẽ

NOE. Quid noë significet. In sermone primo de aduentu ad iudicium. Noe eos significat per quos Ecclesia regitur: sicut per illum in aquis arca gubernata est, quæ figuram gestabat Ecclesiæ. De ipso quia in arca. Libro de quatuor virtutibus charitatis. Non expauescit Noë quod cum eo in arca sunt feræ: imo ibi agnoscit ordinem suum feritas, quia se cognouit humanitas: & iubenti homini obediunt, quia hominem superiori Domino obedisse cognoscunt. Ostensum est in Noë, quid Adam præceptum contemnendo perdiderit: & demonstratum est posse homines etiam bestiis dominari, si subdant se obedientiæ conditoris.

NOMEN. De nominis necessitate & eius deriuatione. Libr. super Gene. quē reliquit imperfectum. Enuntiari aliter non posset res, nisi aliquo vocabulo. Et vocatio accipienda est ipsa distinctio. Omne quippe vocabulum ad distinctionem valet. Vnde etiam nomē quod rem notat, appellatum est quasi notamen.

Libro secundo musicæ. Non sunt contemnēda vetusta vocabula: nec facile à consuetudine recedendum, nisi quæ rationi aduersatur. Et infra subdit ibidem. Non quæramus origines nominum: multū enim habet res ista loquacitatis, vtilitatis autem parum. Libro tertio eiusdem. Nō vt de rebus ad disciplinam pertinētibus, ita de nominibus possumus respondere interrogati: propterea quod res omnium mentibus communiter sunt insitæ, nomina verò vt cuiq; placuit imposita, quorum vis authoritate atque consuetudine maxime nititur. Vnde etiam esse linguarum diuersitas potest, rerum autem in ipsa veritate constitutarum profecto nō potest. Nomina sunt ad placitum. Libro lxxxiij. quæstionum. In potestate constituentis vocabulum est: quo volet q́sque appellet rem quam cognouerit. Causam subdit ibidem. Licet cuiq; rei incognitæ, quæ nullum habeat vsitatum nomen, quodlibet nomen imponere. Locorum & gentium nomina permutantur. Libro xvj. de ciuitate Dei, cap. xj. Antiquarum gentium vocabula partim manserūt, ita vt hodie appareat vnde fuerunt deriuata: sicut ex Assur Assyrij. & ex Heber Hebræi: partim temporis vetustate mutata sunt: ita vt vix homines doctissimi antiquas historias perscrutantes: nec omnium, sed aliquorum ex istis origines gētium potuerint reperire. Nam quod ex filio Cham, qui vocabatur Mesrain, Aegyptij perhibētur exorti, nulla hîc resonat origo vocabuli: sicut nec Aethyopum qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere, qui Chus appellatus est. Et si omnia cōsiderentur, plura mutata, quam manentia nomina apparent. Res vna potest habere nomina plura. Libro de quantitate animæ, Innumerabilibus modis eædem res appellari & diuidi possunt rectissimè ac subtilissimè. Super titulum Psalmi quadragesimi sexti Vna eadémque res ideo multis modis dicitur, vt ipse modus dicendi propter fastidium varietur, sed propter concordiam vna teneatur. De nomine Dei in lamina sculpto. Lib. Exo. Quomodo formetur in lamina sanctitas Domini, non video, nisi aliqbus literis, quas quidem quatuor dicunt esse Hebręas: quod & Græci appellant τετραγράμματον nomen Dei ineffabile credunt fuisse, vel esse adhuc vsq;.

Quomodo eius nomen per nos sanctificatur. Libr. quinquagesimo Homil. super illud, Sanctificetur nomen tuum. Sanctificatio nominis Dei est qua efficimur nos sancti: nam nomen semper est sanctum. Libro octogesimo tertio quæstionum. Sanctificetur nomen tuum, id est sanctū esse innotescat. Super Psalmum ciij. sermone primo. Quid est sanctificetur nomen tuum? Hoc est sanctum sit apud homines nomen tuum. Sanctum enim est semper nomen tuum, sed quibusdā immundis nondū est sanctū nomē tuū. Quid ergo rogamus? Sanctificetur nomen tuum, in illis hominibus qui per infidelitatem nondum habēt nomen Dei sanctum: quibus nōdum est ille sanctus, qui per se & in se & in sanctis suis sanctus est. Rogamus pro genere humano, pro orbe terrarum, pro omnibus gentibus quotidie sedentibus & disputantibus, quia nō est rectus Deus, & non recte iudicat Deus, vt aliquando ipsi se corrigant & iterum cor ad illius rectitudinem ducant: & adhærentes eidem de recto ad rectum, non iam vitupe rent, sed placeat rectis rectus, quia Quam bonus Israel Deus, sed rectis corde. In sermone de oratione Dominica. Cum rogas vt sanctificetur nomen ipsius, non pro illo rogas, sed pro te: quia rogas vt quod semper est sanctum, sanctificetur in te, hoc est, vt sanctum habeatur, nec cōtemnatur à te. Tibi ergo optas bonum, quia malum tibi est si contempseris nomen Domini: quod nihil aliud est quam ipsum cōtemnere Deū. De nomine Christi. Libro secundo contra Maximinum Arrianum, capit. v. In qua forma crucifixus est Christus, ipsa exaltata est, ipsi donatum est nomen quod est super omne nomen: vt cū ipsa forma serui nominatur, filius vnigenitus Dei intelligitur. Non est vanè dicendum. Libro primo quæstionum veteris & noui testamenti. q. vij. Nō assumes nomen Dei tui in vanum: hoc est, non in mendacio nomen Domini tui assumes vt periures per illud. Christianitatis nomen absque opere est inane. Libro de vita Christiana. Nec in hoc nobis nomine tantum quod Christiani dicimur, blandiamur: sed propter hoc etiam iudicandos nos credamus, si nomen nobis frustra vendicemus alienum. Aut si aliquis tam incredulus est, tam infœlix tam pertinax, tam obstinatus, tam audax, vt quæ quandoque ventura est, Dei iudicis iram indignationémque non metuat, vel saltem humanam consuetudinem erubescat: & videat q̄ brutus, quam insipiens ille, quam stultus ab ipsis etiam gentibus iudicetur, cuius tanta est vanitas tantáque dementia, vt sibi nomen adipiscat alienum. Quis enim tam vanus & tam miser est, qui aduocatum se cum literas nesciat audeat profiteri? Quis tam insanus & excors, vt profiteatur se militem qui nesciat arma gestare? Nemo enim quodcunque nomen sine causa sortitur. Sutor vt

Margin notes: Tom. IX. — Tom. IIII. — Tom. I. — Tom. — Tom. I. — Tom. IIII. — Tom. V. — Assyrij. Hebræi, à quo. — Aegyptij. — Tom. I. — Tom. VIII. — Quæst. 120. Tom. IIII. — יהוה. — Homil. 42. Tom. X. — Tom. IIII. — Tom. VIII. — Sanctificari nomen Dei. — Tom. VI. — Tom. IIII. — Cap. 6. Tom. IX. — Menimenta nominum.

dicatur,necesse est vt calciamenta conficiat:vt vocetur quis faber aut artifex, artis peritia facit: vt negotians nuncupetur quis,carius quod vilius emerat distrahit.Huiusmodi exemplis agnoscimus nullum sine actu nomen, sed omne nomen ex actu. Tu ergo quomodo Christianus diceris, in quo nullus Christiani actus apparet? Christianus iustitiæ,bonitatis,integritatis,patientię,castitatis, prudentiæ,humilitatis,innocentię, pietatis est nomen :& tu illud tibi quomodo defendis & vendicas,cui de tam plurimis rebus nec pauca subsistũt?

Tom. VIII. Quid sit in Libro vitæ nomina scribi. Super Psal.cxxx.Omnium fidelium qui diligunt Christum,qui ambulant viam eius humiliter quã ipse docuit humilis, nomina scripta sunt in cœlo.Cuiusuis contẽptibilis in Ecclesia qui credit in Christum & diligit Christum & amat pacem Christi, nomen scriptum est in cœlo.Ipsa est perfectio nostræ humilitatis.

Tom. VIII. NOSSE & Notitia.De notitia Dei. Super Psalmum xxxvj sermone secundo. Deus nouit omnia in tanta manifestatione,in quanta non possumus dicere, etiam cum æquati Angelis erimus.Non enim nobis manifesta erunt,quæ erunt manifesta,quam sunt manifesta illi qui nec commutari potest,tamen & de nobis
1. Ioan. 3. dictum est, Dilectissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus &c. Super Psal.quadragesimũ nonum.Nouit Deus omnia:
Tom. VIII. Sed & si alicui dedit notitiã omniũ, nõ sicut ipse nouit vt dat nosse homini.Alia est notitia Dei, alia hominis,sicut alia est possessio Dei,alia hominis, id est aliud est possidere Dei, aliud possidere hominis.Non enim tu quod possides, totũ habes in potestate,aut quãdiu viuat bos tuus in tua potestate est: aut vt non pereat, aut non pascatur. Apud quem summa potestas est,summa & secreta cognitio est: & tribuamus hoc Deo laudantes Deum.Non audeamus dicere, quomodo nouit Deus?Quomodo cognoscit, dicere non audeo, quoniam & scire non possum.Vnum tamen scio, quia antequam essent omnia,nouerat Deus quod fuerat creaturus.Tanta est ergo notitia Dei,vt apud ipsum essent quodam ineffabili modo antequam creata essent. Sed nosse Deum.super Psal.
Ser. ord. 43. Tom. X. cxxj.Qui confitetur se nosse quod Deus est, & ab illo habere quod bonum habere potest:à se autem non esse nisi peccatum, ab illo sibi esse iustitiam: talis est in quo dolus non est. Sed innotescere alijs velle.Libro tertio de verbis Domini,sermone sexto.Quomodo vis innotescere hominibus etiam præter oculos hominum,sic viue: quoniã qui fecit te,etiam in tenebris videt te.Quare laudatur castitas publicè ab omnibus?Quare nõ laudatur adulterium nec adulteri? Qui ergo quærit
Tract. 90. Tom. IX. veritatem venit ad lucem. Alios verò & alia nosse super Ioannem.De nobis hominibus fieri potest,vt eos sæpe quos nunquam vidimus,diligamus:ac per hoc nec illud à contrario impossibile est,vt eos quos nunquam vidimus,oderimus. Fama quippe de aliquo sermocinante seu bene seu malè,fit non immeritò vt amemus vel oderimus

A ignotum.Sed si fama sit verax, quomodo est de quo vera dicimus,dicendus ignotus?An quia eius faciem non vidimus? Quam cum & ipse non videat,nulli tamẽ potest esse notior quam sibi. Nõ igitur in eius facie corporali nobis intimatur cuiusque notitia:sed tunc nobis ad cognitionem patet,quando eius mores & vita nõ latent:Alioqui nec seipsum nosse quisquam potest,qui videre faciem suam non potest. Sed vtique tanto certius quam notus est aliis ipse se nouit,quanto certius interiore conspectu potest videre quod sapit,videre quod capit,videre quod viuit:quæ cum aperiuntur & nobis,tunc vere fit cognitus nobis.Hęc itaque quoniam plerunque ad nos de absentibus vel etiam mortuis,siue fama,siue literis perferũtur,hinc fit vt sæpe quos nunquam facie corpo-
B ris vidimus,non tamen quos omnino nescimus, vel oderimus homines vel amemus. Sed plerunque in eis ipsa credulitas fallitur: quia nõnunquã & historia & multomagis fama mentitur. Pertinet autẽ ad nos ne perniciosa opinione fallamur, vt quia non possumus indagare conscientiam, de ipsis rebus habeamus verã certámq; sentẽtiã: hoc est, vt si ille vel ille homo, vtrũ sit impudicus pudicúsue nescimus,oderimus tamẽ impudicitiam, & pudicitiam diligamus: & si illũ vel illũ iniustũ esse iustúmue nesciamus,amemus tamen iustitiã, & iniustitiam detestemur:non quas nobis ipsi errando confingimus,sed quas fideliter hanc appetendam,illámque vitandam in Dei veritate conspicimus: vt cum de ipsis rebus quod appetẽdum est appetimus,quod deuitandum est deuitamus,
C ignoscatur nobis quod de occultis hominum aliquando,imo assiduè non vera sentimus. Hoc enim ad humanam tentationem pertinere arbitror,sine qua ista duci non potest vita,ita vt Apostolus diceret, Tentatio vos non apprehẽdat nisi humana.Quid enim tam humanum, quam non posse inspicere cor humanum:& ideo non eius latebras perscrutari sed plerunq; aliud quã id quod ibi agitur, suspicari? Quanquam & in iis rerum tenebris humanarum,hoc est,cogitationum alienarum, & si suspiciones intelligere nõ possumus, quia homines sumus,iudicia tamen, id est, definitas firmásque sententias continere debemus: nec ante tempus quicquã iudicare,donec veniat Dominus,& illuminet abscondita tenebrarum,& manifestet cogitationes cordis:& tunc laus erit vnicuique à Deo. Quando ergo non erratur in re-
D bus,vt recta sit improbatio vitiorũ, virtutúmq; approbatio:profectò si erratur in hominibus venialis est humana tentatio.Per has autem humanorum cordium tenebras, res multum miranda & multũ dolenda contingit: vt eum nonnunquã quem iniustum putamus,tamen iustus est,& iustitiam in eo nescientes diligimus, deuitemus,auersemur,à nostro prohibeamus accessu, cõmunem cum illo vitam victúmque habere nolimus, eúque etiam si disciplinæ imponendæ necessitas cogat,siue ne aliis noceat,siue vt fiat ipse correctior asperitate salubri persequamur:& hominem bonum tanquam malum affligamus, quem nescientes

tes amamus. Hoc fit si quis, verbi gratia, cum sit pudicus, à nobis creditur impudicus. Sine dubio enim si pudicum diligo, hoc est ipse quod diligo: ergo etiam ipsum diligo & nescio. Et si impudicum odi, non ergo ipsum odi: & tamen dilecto meo cum quo semper in charitate pudicitiæ habitat anima mea, facio ignarus iniuriam, non errans in discretione virtutum atque vitiorũ, sed in cordium tenebris humanorum. Proinde sicut fieri potest vt homo bonus hominem bonum oderit nesciens, vel potius diligat nesciens: ipsum enim diligit, cum bonum diligit, quia id quod est ille, hoc iste diligit: oderit autem nesciens non ipsum, sed quod putat esse ipsum: ita fieri potest, vt etiam homo iustus hominem oderit iustum: & tamẽ dum eum credit iniustum, diligat nõ ipsum, sed quod putat esse ipsum.

Tract. 97. Tom. IX.

NOVITAS. Non omnis nouitas mala est. Super Ioannem. Non omnis nouitas verborum prophana est. Nam si omnis nouitas prophana esset, non à Domino diceretur: Mãdatum nouum do vobis: nec testamẽtum appellaretur nouum: nec cantaret vniuersa terra canticum nouum: sed prophanæ sunt verborum nouitates falsæ scientiæ hæreticorum.

NOVVS. Nouus homo dicitur Christus. In sermone de resurrectione Domini. Non immerito semper nouus credendus Dei filius: quia nullam sentit prætereuntium temporum vetustatẽ. Nouus quippe est, in quo ætatis nulla est mutatio: nec aliquando aliud nouit esse quam notus est. Deus enim procedens de Deo vt nouitatis non habet tempus, ita finem non potest habere viuendi, vt ait ad eum gloriosissimus Patriarcha Dauid, Tu autẽ idem ipse es &c. Nouus homo. Super Ioannem. Quid est homo nouus? A vetustate innouatus: Ad quam rẽ innouatus? Ad desideranda cœlestia, ad concupiscẽdam sempiternam patriam, quæ de sursum est, & hostem non timet. Vbi nõ perdimus amicum, non timemus inimicum: vbi viuemus cum bono affectu, sine vllo defectu: vbi nemo nascitur, quia nemo moritur: vbi nemo iam proficit, & nemo deficit: vbi non esuritur & non sititur, sed satietas est immortalitas, & cibus veritas.

Cap. 12. Tom. III.

NOX. De nocte quid sit. Libro primo super Genes. Nox dicitur, quando vmbra mole corporis tam magna fuerit, vt occupet spatium terræ quantum ex altera parte dies occupat. Sed non omnes tenebræ nox. Nã & in speluncis amplis in quarum abdita lux irrũpere per oppositam molem non sinitur, sunt vtique tenebræ, quia lux non est ibi, totúmque illud spatium locus est carens luce, nec tamen tales tenebræ acceperunt vocabulum noctis, sed illæ quæ in eam terræ partem succedunt, vnde remouetur dies: sicut nec omnis lux dies appellatur, nam & lunæ lux est, & syderum, & lucernarum, & coruscationum, & quaruncunque rerum refulgentiũ:

Tenebræ, Nox.

A sed illa lux appellatur dies, cui nox præcedenti recedentíque succedit. Quod necessaria & decora est. Quarto die fiunt sydera, quibus super terram lucentibus habitatio quoque illustretur inferior, ne habitatores eius in habitationem tenebrosam inducerentur: Et ideo quia infirma corpora inferiorum habitatorum, succedente motibus quiete reparantur, factum est, vt circũeunte sole, diei noctísque vicissitudine, propter vicissitudinem dormiendi & vigilandi potirẽtur. Nox verò illa non indecora remaneret, sed lunæ ac syderum luce, & ipsos consolaretur homines quibus plerunque operandi est etiam nocturna necessitas, & quibusdam animalibus quæ lucem solis ferre non possunt, ad sufficientiam temperaretur. De nocte spiritualiter & moraliter. super

Lib. 2. de Gen. cap. 13. Tom. III.

B Psalmum cẽtesimum decimum octauum, sermone decimo quinto. Nox est illa humilitas vbi est mortalitatis ærumna. Nox est in superbis iniquè agentibus vsq; valde. Nox in tædio à peccatoribus relinquentibus legem Dei. Nox est postremò in loco peregrinationis huius, donec veniat Dominus & illuminet abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. In hac ergo nocte memor esse debet homo nominis Dei, vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Super Psalmum centesimum trigesimum octauum. Nox est quandiu ista vita agitur: & nox est illuminatio, quando Christus descendit in nocte. Accepit carnem Christus de isto sæculo, & illuminauit nobis noctẽ. Quod in nocte gesta vel acta iuridicè tenent. Libr. post

Tom. VIII.

C collationem contra Donatistas, ante medium. Quis enim ferat victos homines conqueri, quod nocte contra eos est prolata sententia: quasi non sæpe iudices audiendi necessitas teneat vt vsque ad multam partem noctis sedere cogantur? Aut ideo non est verum quod dicitur, quia per noctẽ dicitur? Nec audiunt scripturam clamantem, Per diem mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte declarauit. Et iterum, Ad annuntiãdum mane misericordiã tuã, per noctẽ & veritatẽ tuã. At quod dixerunt, nocte venisse ad Dominum tenendum persequutores, non attendunt, quoniã ipsis nocturnis horis etiam Dominus veritatem suis discipulis prædicauit: nec aduertere volunt, quod scriptum est, Apostolum Paulum vsque ad medium noctis produxisse sermonem. Si haberent verum quod dicerent, nox eos impedire

Cap. 12. Tom. VII.

D non posset.

NVBES. Per nubes intelliguntur prædicatores. Super Psalmum trigesimum quintum. Reuera nubes sunt prædicatores verbi Dei. Quando minatur per predicatores Deus, tonat per nubem: Quando miraculum facit per prædicatores Deus, coruscat per nubem: terret per nubem, & irrigat per pluuiam. Prædicatores ergo isti per quos prædicatur Euangeliũ Dei, nubes Dei sunt. Super Psalmum nonagesimũ sextũ. Apparuerunt fulgura orbi terræ. Vnde fulgura? De nubibus. Nubes Apostoli & præ-

Tom. VIII.

Tom. VIII.

dicatores. Misit Christus Apostolos suos prædicatores suos velut nubes. Videbantur homines & contemnebantur, sicut nubes contemnuntur antequam de eis exiliat quod mireris. Erant enim illi primum homines carnē portantes infirmi, deinde idiotæ, indocti, ignobiles: sed erat in illis qđ fulguraret, quod coruscaret. Accedebat Petrus homo piscator, orabat, & surgebat mortuis. Forma humana nubes erat, splēdor miraculi coruscatio erat. Sic in verbis, sic in factis, cum mirāda dicunt & miranda faciunt, apparuerunt fulgura eorum orbis terræ. Intelliguntur per nubes sæculi errores. Libro de pastoribus. Pluuia & nebula, error est sæculi huius: caligo magna surgens de cupiditatibus hominum, est nebula valida cōtegens terrā. Et difficile est vt non errent oues in ista nebula, sed pastor nō deserit eas. Inquirit eas, penetrat nebulam oculis acutisimis, non impeditur caligine nubium. Videt errātem, reuocat vndique, in tantum vt fiat quod dicit in Euangelio, Quę sunt oues meæ audiunt vocem meam, & sequuntur me.

Cap. 11. Tom. IX.

NVDITAS. Lib. xiiij. de ciuitate Dei cap. xvij. De primis hominibus scribitur, quod post peccatum cognouerunt quia nudi erant: nudati, scilicet ea gratia, qua fiebat vt nuditas corporis nulla eos lege peccati mēti eorum repugnāte confunderet. Hoc itaque cognouerunt, quod fœlicius ignorarent, si Deo credentes & obedientes non committerēt, quod eos cogeret experiri, infidelitas & inobedientia quid nocerent. Proinde confusi inobediētia carnis suæ tanquā teste pœna inobedientiæ suæ, consuerunt folia fici, & fecerunt sibi campestria, id est succinctoria genitalium. Quod itaque aduersus damnatam culpam inobedientiæ voluntatem libido inobedientem mouebat, verecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes, quoniam ab illa stirpe procreatæ sunt, vsque adeo tenent in situm pudēda velare, vt quidem Barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lauent. Per opacas quoque Indię solitudines, cum quidam nudi philosophentur, vnde Gymnosophistæ nominantur, adhibent tamē genitalibus tegmina, quibus per cætera membrorum carent.

Tom. V. — Nuditas pudori omnibus.

NVMERVS. Oritur numerus ab vnitate. Libro sexto musicæ. Numerus ab vno incipit, & æqualitate ac similitudine pulcher est, & ordine copulatur. Ideo in dialogo ad Oros. Vnū in numeris diuidi non potest: ab ipso enim surgit omnis numerus, qui diuidi potest. Libro primo musicæ. Ista vis numero inest, vt omnis numerus dictus finitus sit, non dictus autem infinitus: & qui æqualibus euenit, hic etiam inæqualibus euenire potest. De numero perfecto. Libro quarto, super Genes. Ii numeri, qui suis partibus in summam redactis ad seipsos recurrunt, dicuntur perfecti: quorum verò numerorum tales partes ductæ simul non implent eosdem numeros quorum partes sunt, imperfecti nominantur: quorum autem etiam excedunt, plus quam perfecti appellantur. Sed in Deo sit numerus, uper Ioannem. Deus non recedit à numero, nec capitur numero. Quia tres sunt, tanquam est numerus: si quæris qui tres, non est numerus. Vnde dictum est, Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Ideo in dialogo ad Orosium. Numerus & mensura & pondus ipse Dominus est. Ipse est numerus sine numero, à quo est omnis numerus: Ipse mensura sine mensura, à quo est omnis mensura: Ipse pondus sine pondere, à quo est omne pondus. Omnia ergo in numero mensura & pondere fecit, vel quia omnia quæ fecit, numerum & mensuram & pondus habent &c. Ibidem. Quidam poëta de Deo dicit, Numero Deus impare gaudet. Libro primo musicæ. In ternario numero quandam esse perfectionem vides, quia totus completus est: habet enim principium, medium & finem.

Tom. I. — Tom. IIII. — Tom. I. — Cap. 2. Tom. III.

Omnia sunt sibi numero nota. Super Psalmum centesimum quadragesimum sextum. Quicquid finitum mundus iste complectitur, & si non homini, est tamen Deo: parum dico Deo, Angelis numeratum est. De numero verò electorum. Libro de correptione & gratia. Horum qui prædestinati sunt in regno Dei, ita certus est numerus, vt nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis. Ibidem subdit. Numerus sanctorum per Dei gratiam Dei regno prædestinatus, donata sibi etiam vsque in finem perseuerantia, illuc integer perducetur, & illic integerrimus iam beatissimus sine fine seruabitur, adhærente sibi misericordia saluatoris sui, siue cum conuertuntur, siue cum præliantur, siue cum coronantur. Vnde super Psalmum trigesimum nonum. Numerus super numerum, numerus certus est, pertinēs ad illam cœlestem Hierusalem: Nouit enim Dominus qui sunt eius, Christianos timentes, fideles, præcepta seruantes, Dei vias ambulantes, à peccatis abstinentes, si ceciderint confitentes, ipsi ad numerum pertinent. Sed nunquid soli sunt? Sunt & super numerum. In sermone quadragesimo sexto de resurrectione Domini. Cum congregatio sanctorum erit, diuisiones & scissuræ hæreticorum non erunt: pax erit, & perfecta vnitas erit. Nemo minus, nemo plus erit, quia integer numerus erit. In sermone xlvij. eiusdem rei pertractans illud multiplicati sunt super numerum. Numerus ad sanctos pertinet qui sunt regnaturi cum Christo. Super numerum modo in Ecclesia intrare possunt, in regnum cœlorum non possunt.

Et vt dicit in sermone de innocentibus. Si bonorum operum ad Deum iustitia nostra præcederet, iam conseruorum numerus qui expectatur esset completus.

NVPTIAE. De nuptiarum causa. Libro de bono coniugali. Nuptiæ eadem sunt in omnibus gentibus procreandorum filiorum causa institutæ: qui qualeslibet postea fuerint, ad hoc tamen institutæ sunt nuptiæ, vt ordinatè honestéque nascantur.

Libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Bonæ sunt

sunt nuptiæ, sed causa filiorum & compescendæ fornicationis obtentu. Melior est continētia, sed sibi nō sufficit ad beatitudinem, si pro solo amore pudicitiæ retinetur, sed si & cum hoc affectu causa vacandi Domino eligatur, alioquin diuortium magis coniugij videbitur esse, quàm appetitio castitatis. Virginitas vtroq; bono præcelsior est, quia naturam vincit & pugnā. Lib.iiij. contra epistolas Pellagianorū. Nuptiarū laus, est iusta copulatio sexuum, non iniqua defensio vitiorū. Lib.ij. de nuptiis & concupiscentia. Nuptiæ institutæ sunt causa generandi, nō peccandi: propter quod illa est à Domino benedictio nuptiarum, Crescite & multiplicamini & replete terram. Peccatum autē quod à nascentibus trahitur, non ad nuptias pertinet, sed ad malum quod accidit hominibus, quorum coniūctione sunt nuptiæ. Nā malum pudendæ libidinis & potest esse sine nuptiis, & nuptiæ potuerunt esse sine illo. Nā vtique sine nuptiis pudenda est carnis concupiscē tia, quando adulteria & quæque stupra atque immunda committit, longe contraria pudicitiæ nuptiarum. Vnde fuissent ante peccatum. Lib.j. eiusdē, circa principiū. Pudēda concupiscētia nulla esset, nisi ante homo peccasset: nuptiæ verò essent, etiam si nemo peccasset: fieret sine isto morbo seminatio filiorum in corpore vitæ illius, sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius. Lib.ij. contra Pellagianū & Celestium, de gratia Christi & peccato originali. Essent pculdubio nuptiæ etiam non præcedēte peccato, quia ob aliam causam viro adiutorium, non alius vir, sed fœmina facta est. Et illa Dei verba, Crescite & multiplicamini: non est damnatorū prædictio peccatorum, sed fœcundarum benedictio nuptiarū. His enim Deus ineffabilibus suis verbis, id est Diuinis rationibus in suæ sapientiæ, per quā facta sunt omnia, veritate viuentibus vim seminis indidit primis hominibus. Si autem peccato nō fuisset dehonestata natura, absit vt opinentur tales futuras fuisse nuptias in Paradiso, vt in eis ad prolē seminandā nō natura voluntatis, sicut pes ad ambulandum, manus ad operandū, lingua ad loquēdum, sed æstu libidinis mēbra genitalia mouerētur: nec sicut nunc fit, virginitatis integritas ad cōcipiendos fœtus, vi turbidi vitiaretur ardoris, sed obsequeretur imperio trāquillissimæ charitatis. Et eo modo nō esset dolor & cruor virginis cōcumbentis, quomodo non esset etiam matris gemitus parientis. Hæc ideo non creduntur, quia in ista mortalitatis conditione inexperta sunt. In deterius quippe vitio mutata natura, non inuenit primæ illius puritatis exemplū. Sed fidelibus loquimur, qui nouerunt credere Diuinis eloquiis, etiam nullis adhibitis ex parte veritatis exēplis. Quomodo enim nunc ostendam sine vllis parentibus de puluere hominem factum, eiq; de suo latere coniugem? Et tamen quod oculus iam non inuenit, fides credit. Sic ergo & primarum nuptiarum sine libidinis passione tranquillitas, & motus genitalium sicut aliorum membrorum

A non ad effrænati caloris incitamētum, sed ad voluntatis arbitrium (quales nuptiæ perseuerassent, si peccati non interuenisset opprobrium) ostendi nunc non potest, sed ex iis quæ Diuina authoritate conscripta sunt, nisi ibi merito credi potest. Sic enim modo non inuenio sine pruriente libidine concumbentem, sicut non inuenio sine dolore & gemitu parturientem, sine futura morte nascentem: & tamen secundum scripturarum sanctarum veritatem, gemitus parturientis, & mors hominis non fuissent, si peccatum non præcessisset. Sic nec illud vnde erubuerunt, qui membra illa texerunt, quia & hoc in eisdem literis sanctis præcedente peccato scriptum est consequutū. Membra quippe illa nisi indecens motus oculis eorum, non vtique clausis, sed in hoc B non apertis, hoc est non attentis, animaduertenda nuntiasset, nisi in suo corpore, quod vtique totum Deus laudabile fecerat, pudendum velandúmque sensissent: quia nisi præisset facinus, quod inobedientia est ausa committere, non sequeretur dedecus, quod verecundia vellet abscōdere. Libro nono super Gene. Nihil prohibere potuit vt essent in Paradiso honorabiles nuptiæ & thorus immaculatus: hoc Deo præstante fideliter iustéque viuentibus, eíque obedienter sanctéque seruientibus, vt sine vllo inquieto libidinis ardore, sine vllo labore atque dolore pariēdi fœtus ex eorum semine gigneretur: non vt morientibus parentibus filij succederent, sed vt illis qui genuissent in aliquo formæ statu manentibus, & ex ligno vitæ, quod ibi plantatum erat corporalem vigorem sumentibus, & illi qui gignerentur C ad eundem perducerentur statum: donec certo numero impleto, fieret illa permutatio, vt sine vlla morte corpora cōuersa in aliam qualitatē eo quod ad omnē nutū regenti spiritui deseruirēt, & solo spiritu viuificante, sine vllis alimentorum corporalibus sustentaculis viuerent, spiritalia vocarentur. Potuit hoc fieri si non præcepti transgressio mortis supplicium mereretur. Lib.xiiij. de ciuitate Dei, cap.xxj. Absit vt dicamus primos coniuges in Paradiso constitutos per ipsam libidinem, de qua erubescendo eadem membra texerunt, impleturos fuisse quod in sua benedictione Deus dixit, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Post peccatum quippe orta est hæc libido: post peccatum eam natura non impudēs, D amissa potestate cui corpus ex omni parte seruiebat, sensit, attendit, erubuit, operuit. Illa verò benedictio nuptiarum, vt coniugati crescerent, & multiplicarentur, & replerent terram: quamuis in delinquentibus manserit, tamen antequam delinquerent, data est, vt cognosceretur procreationem filiorum ad gloriam connubij, nō ad pœnam pertinere peccati. Sunt ergo & fuerunt nuptiæ semper bonæ. Lib. de sancta viduitate. Nuptiarū bonum semper quidem bonū: sed in populo Dei fuit aliquādo legis obsequiū nunc est infirmitatis remedium, in quibusdam verò humanitatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare non

Libido & labor parturiēdi ex peccato.

Cap.x. Tom.III.

Nuptiæ in statu naturæ integræ.

Tom.V. Libido concubitus post peccatum.

Cap.8. Tom.IIII.

re, non canino more per vsum promiscuum fœminarum, sed honesto ordine coniugali, non est in homine improbandus affectus: & ipsum tamen laudabilius transcédit & vincit cœlestia cogitans animus Christianus. Sed quoniam, sicut ait Dominus, Non omnes capiunt verbum hoc, qui potest ergo capere capiat: quæ se non continet, nubat: quæ nõ cœpit, deliberet: & quæ aggressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio. In cõiugali quippe vinculo, si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur. Sed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur. Qua expetita, & electa, & voti debito oblata, iam nõ solum non capessere nuptias, sed etiam si non nubatur nubere velle damnabile est. Nam vt demonstraret Apostolus, non ait, cum in deliciis egerint, in Christo nubunt, sed nubere volunt: habentes, inquit, damnationem, quoniã primam fidem irritam fecerunt, & si non nubendo, sed tamen volendo: non quia ipsæ nuptiæ vel talium damnandæ iudicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta voti fides, damnatur nõ susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremo damnantur tales, non quia cõiugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt.

Cap. 9.

Quæ post votũ nubũt.

Libro de fide ad Petrum, parte ij. Nuptiæ Diuinitus institutæ sunt & benedictæ: sed melius est, si quisquam sine coniugio sit, vt liberius atque plenius cogitet quæ sunt Dei, & quomodo placeat Deo: tamen illis qui continentiam non vouerũt, nullum est peccatum si vel mulier nubat, vel vir vxorem ducat. Neque solas primas nuptias à Deo institutas, sed etiam secundas & tertias, pro eorũ qui se continere non possunt infirmitate concessas tenendum est. Eis verò qui siue coniugati, siue coniugio liberi continentiam Deo vouerunt, admodum esse damnabile, si vel illi coniugale opus voluerint appetere, quo se non accessuros, vel illi repetere à quo se recessuros, illi libera, illi communi professi sunt voluntate.

Cap. 42. Tom. III.

Secundæ & tertiæ nuptiæ.

Libro supradicto contra Pelagium & Celestinum. In hac quæstione vbi quæritur non cui rei creator, sed cui saluator sit necessarius, non intuendum est quid boni sit in procreatione naturæ, sed quid in peccato mali, quo certum est vitiatam esse naturam. Simul autẽ vtrunque propagatur, & natura, & naturæ vitium, quorum est vnum bonum, & alterũ malum. Illud de cõditoris largitate sumitur, hoc de origine damnationis contrahitur. Illi est causa bona voluntas Dei summi: huic mala voluntas hominis primi. Illud indicat Deum naturæ institutorem, hoc indicat Deum inobedientiæ punitorem. Denique idem ipse Christus propter illud creandum factor est hominis, propter hoc sanandum factus est homo. Bonum ergo sunt nuptiæ in omnibus, quæ sunt propria nuptiarũ. Hæc autem sunt tria, generandi ordinatio, fides pudicitiæ, cõnubij sacramentum, Propter ordinationem autem generandi scriptum est, Volo iuniores nubere filios procreare, matres familiâs esse. Propter fidem pudicitiæ, vxor non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Propter connubij sacramentum, Quod Deus coniunxit, nemo separet. Propter hæc omnia, honorabiles sunt nuptiæ in omnibus, & thorus immaculatus. Inquantum enim nuptiæ bonæ sunt, in tantum faciunt plurimum boni etiam de libidinis malo: quoniam libidine nõ bene vtitur libido, sed ratio. Libido est autem illa, quam vocat Apostolus repugnantem legi mentis inobedientium lege mẽbrorum. Ratio verò bene vtens libidine, ipsa est in lege nuptiarum. Nam si nullum de malo bonum fieri posset, nec Deus ex adulterino concubitu hominem conderet. Sicut ergo adulterij damnabile malum, quando etiam inde homo nascitur non imputatur Deo, qui certè in opere hominũ malo facit ipse opus bonum: ita quicquid est pudendum, in membrorum illa inobedientia, de qua erubuerunt, qui post peccatum foliis ficulneis eadem membra texerunt, nõ nuptiis imputatur, propter quas concubitus coniugalis non solum est licitus, verum etiam vtilis & honestus: sed imputatur peccato inobedientiæ, cuius hæc pœna est consequuta, vt homo inobediens Deo, sua quoque sibi inobedientia mẽbra sentiret: de quibus erubescens quod non ad arbitriũ voluntatis eius, sed ad libidinis incentiuum velut arbitrio proprio mouerentur, quæ pudenda iudicauit, operienda curauit. Non enim cõfundi debuit homo de opere Dei, aut vllo modo fuerant creato erubescenda, quæ instituenda visa sunt creatori. Itaque nec Deo, nec homini illa simplex nuditas displicebat, quando nihil erat pudendum, quia nihil præcesserat puniendum.

Cap. 33. Tom. VII.

Cap. 4. Bona tria coniugij.

1. Tim. 5.

Et infra subdit. Clarum est igitur, hoc nõ esse nuptiis imputandum, quod etsi non esset, nuptiæ tamen essent: quarum bonum non aufertur isto malo, sed ab eis & hoc malum in vsum vertitur bonum. Verum quia ista iam conditione mortalium, nunc simul aguntur concubitus & libido, eo fit, vt cum libido reprehenditur, etiam nuptialis concubitus licitus & honestus reprehendi putetur ab eis, qui nolunt discernere ista, vel nesciunt. Nec attendũt illud esse nuptiarũ bonũ, vnde gloriantur nuptiæ, id est, proles, pudicitia, sacramentum: illud autem non esse nuptiarum, sed carnalis concupiscentiæ malum, de quo erubescunt & nuptiæ. Sed quia sine illo malo fieri non potest nuptiarum bonum, hoc est propagatio filiorũ vbi ad huiusmodi opus venitur, secreta quæruntur, arbitri remouentur, filiorum quoque ipsorũ si iam inde aliqui nati sunt, cum per ætatem sentire ista vel cœperint, præsentia deuitatur. Atque ita nuptiæ sinuntur exercere quod licet, vt non negligat occultare quod dedecet. Hinc est quod infantes etiam qui peccare non possunt, non tamen sine peccati cõtagione nascuntur, nõ ex hoc quod licet, sed ex eo quod dedecet. Nã ex hoc quod licet natura nascitur, ex illo quod dede-

dedecet, vitiū. Naturæ naſcentis eſt author Deus, qui hominem condidit, & qui virum ac fœminam nuptiali iure coniunxit: vitij verò author eſt diaboli decipientis calliditas, & hominis conſentientis voluntas. Vbi nihil Deus fecit, niſi quòd hominem voluntate peccantem iuſto iudicio cum ſtirpe damnauit: & ideo ibi quicquid etiam nondum erat natum, merito eſt in præuaricatrice radice damnatum. Libro de bono coniugali. Cum dicat Apoſtolus, Quod vult faciat: non peccat, ſi nubat, & ſi acceperis vxorem, non peccaſti &c. Hinc dubitare iam fas non eſt, nuptias non eſſe peccatum. Non itaque ſecundum veniam nuptias concedit Apoſtolus. Nam quis ambigat abſurdiſsimè dici, non eos peccaſſe quibus venia datur? Sed illum concubitum ſecundum veniam concedit, qui fit propter incontinentiam, non ſola cauſa procreandi ſed etiam nulla cauſa procreandi, quem nuptiæ non fieri cogunt ſed ignoſci impetrant: ſi tamen ita non ſit nimius, vt impediat quæ ſepoſita debent eſſe tempora orandi. Eodem libro. Bonæ ſunt nuptiæ, & contra omnes calumnias poſſunt ſana ratione defendi. Libro de ſancta viduitate. De tertiis & quartis & de vltra pluribus nuptiis ſolent homines mouere quæſtionem. Vnde vt breuiter reſpondeam, nec vllas nuptias audeo damnare, nec eis verecundiam numeroſitatis auferre. Quis enim ſum qui putem definiēdum, quod nec Apoſtolum video definiuiſſe: Ait enim, Mulier alligata eſt quandiu viuit vir eius. Non dixit primus, aut ſecūdus, aut tertius, aut quotuslibet: ſed Quandiu vir eius viuit. Quapropter nec contra humanæ verecundiæ ſenſum audeo dicere, vt quoties voluerit, viris mortuis nubat fœmina: nec ex meo corde præter ſcripturæ ſanctæ authoritatem, quotaslibet nuptias audeo condemnare. Probat clarius Libro ad Sixtum presbyterum. Nuptiæ, authore Deo, valde bonæ ſunt, nec damnantur prorſus, cum voluptuoſa libido damnatur. Nuptiæ procreandorum filiorum cauſa inſtitutæ ſunt, ſicut ſcriptum eſt, Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Poſt peccatum verò, ſibilo venenoſi ſerpentis hanc libidinis inquietam & mortiferam peſtem, eorum corpora conceperunt: & per legitimum vſum, poſtquam de Paradiſo proiecti ſunt, in poſteros trāſmiſerunt, tanquam peccati ſui teſtimonium hæreditario iure dimittentes nobis, vt ex hoc præuaricatorum nos eſſe filios cognoſcentes, non gloriemur de nobis id eſt de natura peccatrice in conſpectu iuſti iudicis Dei, ſed eius miſericordiæ, quæ non in meritis conſtat ſemper colla flectamus, quo dignetur nos in Paradiſum reuocare, vnde illos merito exules fecit. Et in coniugatis igitur & in omni homine libido mala eſt: nonnunquam enim ad illicita trahit. Fit enim voluntas incontinens, dum illecta vincitur voluptate ſed venialis eſt in coniugatis, malo bene vtentibus. Quod oſtendit Apoſtolus cum dicit, Nolite fraudare inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. Et iterum in id ipſum reuertamini, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram. Hoc autem dico ſecundum veniam, non ſecūdum imperium. Damnabilis eſt verò in adulteris & fornicatoribus malo malè vtentibus. Iam verò cognoſcite. Vtrum Apoſtolus de malo abſtinere præciperet, an de bono? Erratis prorſus, quia Deus qui iuſsit fieri bonum, nunquam prohibuit à bono, ſed à malo, dicens per Dauid, declina à malo & fac bonitatē. Incunctanter enim omnino dicitur vti bene hoc malo coniugatos filiorum gignendorū videlicet cauſa, qui naſcuntur Deo opifice, non de accidentis libidinis malo, ſed de bona licentia nuptiarum. Nunquid enim cum vitis vndique deſerente agricola fuerit ſentibus occupata & tempore ſuo iacens in dumis produxerit botros, de contrariis ſibi ſpinis quibus premitur vuam produxit? Abſit, ſed de naturæ ſuæ bono, licet ſpinarum aculeis corruptos, bonos attulit fructus. Similiter & triticum natum circunquaq; zizaniis operiatur, in quantum ſpicam produxerit, de naturæ ſuæ bono, non zizaniorum malo, quibus impeditur, bonum intulit germen: ſic filij de naturæ ſuæ bono boni ſunt fructus, non de malo libidinis corrumpentis & vitiantis, cum quo naſcitur omnis homo. Omnis ergo res manens in naturæ ſuæ bono accidentibus ſibi aduerſitatibus areſcit atque torpeſcit, cultoris indigēs ſemper manu vel diligentia, vt naturæ ſuæ, cui nihil eſt contrariū ab authore ſuo congenitū, valeat reſpondere. Hoc agitur & in noſtra peccatrice natura: ſemper indiget authore ſuo & conſeruatore ſuo, vt ſpinis & tribulis zizaniiſque libidinis, vel omnium malarum concupiſcentiarum quæ nō authore Deo, ſed peccando contraxit manu gratiæ ſuæ per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum experietur. Itaque libido mala nihil bonis impendit nuptiis, quia non ab initio in ſordibus eius ſunt ordinatæ. Deus enim qui ſine concubitu apes fœtare creauit, & agrorum ſemina cuncta abſque libidine ſeminari vel naſci decreuit, hominem quoque ex homine ſi non peccaſſet, per concubitum voluntatis, non libidinis ſcortū exoriri in Paradiſo permiſiſſet. Ideóq; licentiam bonam nuptiarum valde fatemur, & concupiſcentiam malam in coniugatis damnabilem & voluptuoſam eſſe catholico ore clamamus. Si igitur in vobis vultus pudor eſt, ſi honeſtas aliqua, ſi caſtitatis intentio tātam mali neceſsitatem, id eſt, concupiſcentiam carnis ſordibus libidinis mixtam, bonum dicere & laudare deſinite: cuius authorem non Deum, ſed diabolum eſſe credite, præcedente protoplaſti peccato: & quod eā voluntas humana in turpiſsimis motibus refrænare nō valeat, ſingularis niſi gratia per Chriſtum Dominum noſtrum ſubueniat ſalutaris. Tamen vt dicit Lib. de ſancta virginitate. Habeant coniugia bonum ſuum, non quia filios procreāt, ſed quia honeſtè, quia licitè, quia pudicè, quia ſocialiter procreāt, & proceatos pariter, ſalubriter, inſtanterque educant, quia thori fidem inuicem ſeruant, quia ſacramentum connubij non

1.Cor 7. — Psal.36. — Libido mala. — Cap.12. Tom.VI.

non violant. Hæc tamen omnia humani officij
Cap.13. sunt munera. Virginalis autem integritas & per
piam continentiam ab omni cõcubitu immunitas, Angelica portio est, & in carne corruptibili
Cap.12. incorruptionis perpetuæ meditatio. Eodem
Lib. Nos secundum scripturarum sanctarum fidem sacrámque doctrinam nec peccatum esse dicimus nuptias, earum tamen bonum non solum infra virginalem, verum etiam infra vidualem
Cap.8. continentiam constituimus. Sed de nuptiis vbi
Tom.VII. plures acceptæ sunt vxores. Lib. j. de nuptiis & concupiscentia. Quando quibusdam etiam singulis plures habere coniuges concessum est, vbi ratio fuit prolis multiplicandæ, non variandæ ap-
Cap.9. petitio voluptatis. Nam si Deo patrum nostro-
Vnius mul- rum, qui etiam noster est, illa numerositas cõiu-
ta vx.res. gum propterea non displicuisset, vt copiosius se libido iactaret, ita etiam sanctæ fœminæ seruissent pluribus singulæ: quod si aliqua faceret, quid eam nisi concupiscentiæ turpitudo compelleret, vt plures viros haberet? Veruntamen magis pertinere ad nuptiarum bonum, nõ vnum & multas, sed vnum & vnã, satis indicat ipsa prima Diuinitus facta coniugum copula, vt inde connubia sumerent initium, vbi honestius attenderetur exẽ-
Cap.eod. plũ. Et subdit ibidem. Plures fœminæ vni viro nunquam licitè iungerentur, nisi ex hoc plures filij nascerentur. Vnde si vna concũbat cum pluribus, quia non est ei hinc multiplicatio prolis, sed frequẽtatio libidinis, coniunx non potest
Cap.10. esse, sed meretrix. In eodem. Quoniam sanè non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius vinculum fides est, verum etiam quoddam sacramentũ nuptiarũ commendatur fidelibus coniugatis, vnde dicit
Col.3. Apostolus, Viri diligite vxores vestras, sicut &
Coniugium Christus dilexit Ecclesiam. Huius proculdubio
insolubile. res est sacramenti, vt masculus & fœmina connubio copulati, quandiu viuunt inseparabiliter perseuerent, nec liceat excepta causa fornicationis, à coniuge coniugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & Ecclesia, vt viuens cum viuente nullo in æternum diuortio separetur. Cuius sacramenti tanta obseruatio est in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, hoc est, in Ecclesia Christi, vt filiorum procreandorum causa vel nubant fœminæ, vel ducantur vxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, vt alia fœcunda ducatur. Quod si quisquam fecerit, non lege huius sæculi, vbi interueniẽte repudio sine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia, quod etiam sanctum Mosen Dominus propter duritiam cordis illorũ, Israelitis permisisse testatur: sed lege Euangelij reus est adulterij, sicut etiã illa si alteri nupserit. Et vsq; adeo manet inter viuentes semel inita iura nuptiarum, vt potius sint inter se coniuges, qui ab alterutro separati sunt, quàm cum iis, quibus aliis adhæserunt. Cum aliis quippe adulteri non essent, nisi ad alterutrum coniuges permanerent. Denique mortuo viro cum quo verum connubium fuit, fieri

A verum connubium potest, cum quo prius adulterium fuit: ita inter viuentes manet quoddã cõiugale, quod nec separatio, nec cum altero copulatio, possit auferre. De iis qui bene vtũtur nuptiis. Eodem Lib. Quando vxores tales sunt, vt eis mariti iam non placeant, quia diuites, quia sublimes, quia genere nobiles, quia carne amabiles, sed quia fideles, quia religiosi, quia pudici, quia viri boni sunt, optimè est. Verũ in coniugatis, vt hæc optanda & laudanda sunt, sic alia toleranda sunt: ne in damnabilia flagitia, id est, in fornicationes vel adulteria corriuantur. Propter quod vitandum malum, etiam illi concubitus coniugũ, qui non fiunt causa generandi, sed vitiatrici concupiscentiæ seruiunt, in quibus iubentur non fraudare inuicem ne tentet eos satanas propter in-
B temperantiam suam non quidem secũdũ imperiũ præcipiuntur, tamen secundum veniam conceduntur. Et in eodem infra. Bonæ nuptiæ thorum habeant immaculatum, non solum à fornicationibus & adulteriis, quæ sunt flagitia damnabilia, verumetiam ab illis excessibus concũbendi, qui non fiunt causa prolis dominante voluntate, sed causa voluptatis vincente libidine, quæ sunt in cõiugibus peccata venialia. De iis qui male, in eodem Lib. versus principium. Copulatio maris & fœminæ generandi causa, bonum est naturale nuptiarum: sed isto bono malè vtitur, qui bestialiter vtitur, vt sit eius intentio in voluptate libidinis, non in voluntate propaginis. Et subdit ibidem. Illam concupiscentiam carnis qua caro concupiscit aduersus spiritum, in vsum iustitiæ
C conuertunt fidelium nuptiæ. Habent quippe intentionem generandi regenerandos, vt qui ex eis sæculi filij nascuntur, in Dei filios renascãtur. Quapropter qui non hac intentione, non hac voluntate, non hoc fine generant filios, vt eos ex membris hominis primi, in membra transferant Christi, sed infideles parentes de infideli prole glorientur, etiam si tanta sit obseruantia, vt secũdũ matrimoniales tabulas non nisi liberorum procreandorum causa concumbant, nõ est in eis vera pudicitia coniugalis. Cum enim virtus sit pudicitia, cui vitium contrarium est impudicitia, omnésque virtutes etiam quæ per corpus operãtur, in animo habitent, quomodo vera ratione pudicum corpus asseritur, quando à vero Deo ipse animus fornicatur? Vera enim pudicitia siue
D coniugalis, siue vidualis, siue virginalis, dicenda non est, nisi quæ veræ fidei mancipatur. Et in eodem infra. Aliquando ita libido crudelis est, vt etiam sterilitatis venena procuret, & si nihil valuerit, conceptos fœtus aliquando intra materna viscera extinguat ac fundat, mallendo suam prolem interire quàm viuere. Aut si in vtero viuebat iam, occidit antequam nascatur. Prorsus si ambo tales sunt, coniuges non sunt. Et si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum coierunt. Si autem non ambo tales sunt, audeo dicere, aut illa est quodãmodo meretrix mariti, aut ille adulter vxoris. Libro de mor

de moribus Manichæorũ. cap.xviij. Nuptiæ autem, vt ipsæ nuptiales tabulæ clamãt, liberorum procreandorum causa marem fœminámque cõiungunt. Quisquis ergo procreare liberos quam connubere grauius dicit esse peccatum, prohibet vtique nuptias: & non iam vxorem, sed meretricem fœminam facit, quæ donatis sibi certis rebus viro ad explendam eius libidinem iungitur. Si enim vxor est, matrimonium est. Non autem matrimonium est, vbi datur opera ne sit mater: non igitur vxor. De bonis verò nuptiarum. Libr. de bono coniugali. Nuptiarum bona sunt proles, fides, & sacramentum. Declarat libro secundo de nuptiis & concupiscentia. In nuptiis nuptialia bona diligantur, proles, fides, sacramẽtum. Sed proles non vt nascatur tantum, verum etiam vt renascatur. Nascitur nanque ad pœnam, nisi renascatur ad vitam. Fides autem non qualem habent inter se etiam infideles zelantes. Quis enim vir quãlibet impius, vult adulteram vxorem: Aut quæ mulier quamlibet impia vult adulterum virum? Hoc quidẽ in connubio bonum naturale est, carnale tamen: Sed membrum Christi coniugis adulterium coniugi debet timere, non sibi, & à Christo sperare fidei præmium, quam exhibet cõiugi. Sacramentum verò, quod nec separati & adulterati amittunt coniuges, qui concorditer castéque custodiunt. Solum est enim quod etiam sterile coniugium tenet iure pietatis, iam spe fœcunditatis amissa, propter quam fuerat copulatum. Hæc bona nuptialia laudet in nuptiis, qui laudare vult nuptias. Carnis autem concupiscentia non est nuptiis imputanda, sed toleranda. Non est enim ex naturali connubio veniens bonum, sed ex antiquo peccato accedens malum. Libro tertio contra Iulianum. Omnino in genere suo nuptiæ bonum sunt: sed ideo bonum quia fidẽ thori seruant, quia prolis suscipiendæ causa sexum vtrunque commiscent, quia impietatem separationis exhorrent. Hæc sunt bona nuptialia, quibus nuptiæ bonum sunt, & fuissent, etiam si nemo peccasset. Post peccatum autem accessit eis non de fœlicitate, sed de necessitate certamen, vt suo bono pugnent etiam ipsæ contra concupiscentiæ malum, ad nihil eam finentes illicitum perueniře, quamuis ipsa in hæc nũc remissioribus, nunc concitatioribus motibus instigare non cesset, & eius malo bene vtentes in propagatione filiorum. Libro ix. super Gene. Bonum quod habent nuptiæ tripertitum est, fides, proles, sacramentum: In fide attenditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera vel altero concumbatur. In prole vt amanter suscipiatur, benignè nutriatur, religiosè educetur. In sacramento vt coniugium non separetur, vt dimissus aut dimissa nec causa prolis alteri coniungatur. Hæc est tãquam regula nuptiarum, qua vel naturæ decoratur fœcunditas, vel incontinentiæ regitur prauitas.

Vnde fuerunt veræ nuptiæ inter Christi parentes. Lib. j. de nuptiis. Omne nuptiarũ bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, & sacramentum. Prolẽ cognoscimus ipsum Dominum Iesum: fidem, quia nullum adulteriũ: *Coniugium perfectum inter Ioseph & Mariam. Cap. 12.*

A sacramẽtum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine vlla carnis cõcupiscentia, quæ est ex peccato: sine qua cõcipi voluit, qui futurus erat sine peccato: non in carne peccati, sed in similitudinẽ carnis peccati. De nuptiis verò spiritualibus, lib. iij. de verbis Domini, ser. xiij. *Ser. ord 59. Tom. X.* Nuptiæ spirituales, in quibus nobis magna castitate viuendum est, sunt Christi & Ecclesiæ: quia Ecclesiæ concessit Deus in spiritu, quod mater eius habuit in corpore, vt mater & virgo sit. Super titulum Psal. xliiij. *Tom. VIII.* Coniunctio nuptialis, verbum & caro. Huius coniunctionis thalamus virginis vterus. Etenim caro ipsa verbo

B est coniuncta: vnde etiam dicitur, Iam non duo, sed vna caro. *Gen. 2.* Quàm honestè debent nuptiæ celebrari. In sermone de nuptiis, in principio. Non debemus mirari si præconio fratrum Christiana deuotio crescat, & cum sermone Dominico Christiana disciplina proficiat: gaudendum est & exultandum toto animo, odisse aut damnasse quæ diligit sæculum. Amat enim sermones impudicos, diligit saltationes & motus incompositos: ista si fugiat Christianus, etiam qui matrimonio iungitur, magnã gloriam sibi acquirit, & inter sanctos Domini connumeratur. Nos enim coniunctionem istam à Deo concessam non vetamus, sed Christianorum quales debeãt esse nuptiæ, ostendimus. Absit triumphus ethnicorum, absit saltatio, absit impudicitia verborũ, & propi-

C tio Deo honestè nascũtur soboles Christianorũ: Saltationes enim mundi sunt commercia dæmoniorum. In commercio quid facit negotiator? dat & accipit. Videamus ergo quid in tali commercio diabolus det, vt accipiat. Ipse nanque spargit dulcedines luxuriarum, vt seruitutem innocentium sibi cõparet animorum. Sed volo vt dicas, Et si alij saltauerint, tamen ego qui sum vocatus ad conuiuium, modestius me habui, & cum disciplina exercui. Quid interest vt lingua taceat, cũ per aures, quo ad animum via est, qua impudicitia descendat? Redit matrona malis vocibus stimulata, redit virgo inquinatis auribus, nec virgo integra, nec mulier maritata. Redit turba adolescentium necdũ mulieribus coniuncti conscientia lacerata. Tot itaque & talibus cõuiuiis interes-

D se fratres non debetis, vbi est diaboli pompa, cui iam per sacramẽtum baptismi renuntiastis. Omnimodo talia non audiatis. Sed forte fortasse aliquis dicit, antiqua est hęc consuetudo, Quid? Tu nescis antiquitatem esse errorum omnium matrem? Quid enim si antiqui sacrificiis coluere figmenta: modo Christianorum noua lex nonne gaudet damnasse immundissimas eorum ceremonias? Sed ego antequam ista idola fingerentur, antiquos & probos viros ostendam, qui fuerunt disciplinæ Dei subiecti. Quibus & qualibus nuptiis assueuerunt iungi? Nupsit Abrahæ Sarra de regione Chaldęa. Accepit Isaac Rebeccam filiam Batuelis de Sina. Duxit Iacob filias

Laban de Mesopotamia. Accepit Moses Sephoram de regione Madian. Accepit filius Tobiæ hortante Angelo alteram Sarram filiam Raguelis de regione Medorum. Ecce tot nuptiæ antiquorum, & vt verius dicam, amicorum Dei, in quibus nullus inuenitur saltator, nec organum palpare, nec citharas percutere, nec tibias inflare. Ideo fratres exhortamur vestram deuotissimam conuersationem, vt de Christiana saltatione eradicentur saltationes & omnes immunditiæ seculares: vbi enim collecta fuerit adolescentium turba, iam non sunt vota, sed crimina. Despondi, inquit Apostolus, vos vni viro virginem castã exhibere Christo: sed timeo ne quomodo serpens seduxit Euam astutia sua eo modo seducamini, ab eo qui vos vocauit in gloriã. Ergo ne seducamini à cautela iustitiæ. Quæ dico in memoria figite. De salute cogitantes non decet dormitare.

Tom.IX. NVTRIMENTVM. Deus est qui nos nutrit. Libro soliloquiorum ad Deum.cap.vij. Intona mihi Domine voce grãdi & forti in interiorem aurem cordis mei: doce me & salua me, & collaudabo te, qui creasti me cum nihil essem, qui resuscitasti me cum mortuus essem, qui pascis me à iuuentute mea omnibus bonis tuis. Hunc inutilem vermen fœtentem peccatis, nutris optimis bonis tuis. De hac materia require supra, capit. Cibus, & Alimentum.

Tom.VI. OBEDIENTIA. Ab antiquo fuit imposita. Libro de natura boni. capit.xxxv. Non prohibuit Deus hominem tangere arborem tanquam mala esset, sed vt ostenderet animæ rationalis naturam non in sua potestate, sed Deo subiectam esse debere: & ordinem suę salutis per obedientiam custodire, per inobedientiam corrumpere. Ideo eam appellauit, scientiæ boni & mali, quia eam cum contra vetitum tetigisset, experiretur pœnam peccati, & eo modo dignosceret, quid interesset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum.

Cap.6. Tom.III. Libro viij. super Genes. Arbor illa non erat cibo noxia: neque enim qui fecerat bona omnia valde, in Paradiso instituerat aliquid mali: sed malum fuisse homini transgressione præcepti. *Probatio obedientię in ligno scientiæ boni & mali.* Oportebat autem vt homo sub Domino Deo positus alicunde prohiberetur, vt ei promerendi Dominum suum virtus esset ipsa obedientia, quam possum verissime dicere solam esse virtutem omni creaturæ rationali agenti sub Dei potestate, primúmque esse & maximum vitium tumoris, ad ruinam sua potestate velle vti, cuius vitij nomen est inobedientia. Non esset ergo vnde se homo Dominum habere cogitaret atque sentiret, nisi ei aliquid iuberetur. Arbor itaque illa non erat mala, sed appellata est scientiæ digno-

A scendi bonum & malum: quia si post prohibitionem ex illa homo ederet, in illa erat præcepti futuri transgressio, in qua homo per experimẽtum pœnæ dignosceret, quid interesset inter obediẽtiæ bonum, & inobedientiæ malum. Lib. de ciuita. Dei. Si quem mouet, cur aliis peccatis sic natura non mutetur humana, quemadmodum illa duorum priorum hominum præuaricatione mutata est, vt tantæ corruptioni, quantam videmus atque sentimus, & per hanc subiaceret morti, ac tot & tantis támque inter se contrariis perturbaretur & fluctuaret affectibus, qualis in Paradiso ante peccatum, licet in corpore esset animali, vtique non fuit: si quis hoc mouetur, non ideo debet existimare leue ac paruum fuisse illud commissum, quia in esca factum est, non quidem ma-

B la nec noxia, nisi quia prohibita. Neque enim Deus quicquam mali in illo tantæ fœlicitatis Paradiso crearet atque plantaret. Sed obediẽtia cõmendata est in præcepto, quæ virtus in creatura rationali, mater quodammodo omnium custosque virtutum: quando quidem sic facta est, vt ei subditam esse sit vtile: perniciosum autẽ suã, non eius à quo facta est, facere voluntatem. Hoc itaque de vno cibi genere non edendo, vbi aliorum tanta copia subiacebat, tam leue præceptum ad obseruandum, tam breue ad memoria retinendum, vbi præsertim nondum voluntati cupiditas resistebat, quod de pœna trãsgressionis postea subsequutum est, tanto maiore iniustitia violatum est, quanto faciliori posset obseruantia custodiri. In Epist. quæ præmittitur. Lib. de mi-

C rabilibus sacrę scripturę. Maior vindicta iussionum refugum inobedientem cõsequitur, quam præcepto obtemperantem, pro imperfecto opere vituperantium accusatio comitatur. Plus nanque periculi fugiens Ionas Propheta in maris fluctibus reperit, quam accusationis, si quod iubebatur impleret, sicq; quod minabatur Deus populo suo, pateretur. Quod meruit Propheta quoque altaris Bethel. quoniam laboriosi itineris famem & sitim, vt sibi iussum fuerat, nõ pertulit, inobedientiæ vindictam mortẽ ipsam paulò post in via saturatus inuenit. Hieremias verò adhuc puer, nec literarum doctrinam, nec virilis prudentiæ vigorem, quando à Domino iussus est prophetare, habuit: sed quod præcepto obedierat, scientiam quam non habuerat, accipere promeruit. Lib.ij. de verbis Domini, sermon.

D xj. & super Psal.lxx. sermo.ij. Non potuit Deus perfectius demonstrare quantum sit bonum obedientia, nisi cum prohibuisset hominem ab ea re quæ non erat mala. In qua obediẽtia tenet palmam, sola ibi inobediẽtia inuenit pœnã. Exemplum obedientiæ fuit Christus. Libro viij. super Gene. Singulare exemplum obedientiæ in Christo, quippe qui non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius à quo missus est: non sicut homo qui eligit facere voluntatem suam, non eius à quo factus est. Merito ergo sicut per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam iusti cõstituuntur

tur multi: quia ſicut in Adam omnes moriũtur, ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur. Non eſt autem exigenda niſi ab habente. Lib. de opere monachorum. Quid iniquius quam velle ſibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare maioribus? Probat ſuper Pſal. lxx. ſerm. ij. Ipſa eſt prima captiuitas noſtra, qua concupiſcit aduerſus ſpiritum caro. Venit autem hoc de pœna peccati, vt homo aduerſus ſeipſum diuideretur, qui vni ſubditus eſſe noluit. Nihil enim tam expedit animæ quam obedire. Si expedit animæ obedire, in ſeruo vt obediat domino, in filio vt obediat patri, in vxore vt obediat viro, quantomagis in homine vt obediat Deo? Expertus ergo malum Adam, & in eo omnis homo, quod nõ debuit experiri, ſi crederet dicenti, Noli tangere. Expertus ergo malum, poſtea ſaltem obtemperaret præceptis medici vt ſurgat, qui noluit credere medico vt non ægrotaret. Commendatur autem hæc virtus. Libro de ſancta virginitate. Quis neſciat obedientem mulierem inobedienti virgini præponendam? Lib. de vera innocentia. Magna vtilitas eſt hominis, iubenti Deo, etiam incognita iuſsionis ratione ſeruire. Iubendo enim Deus vtile facit quicquid iubere voluerit: de quo metuendum non eſt, ne nõ profutura præcipiat: nec fieri poteſt, vt volũtas propria non grandi ruinæ pondere ſuper hominem cadat, ſi eam voluntati ſuperioris extollendo præponat. Vnde de Chriſto dicit. Lib. de Deitate & incarnatione verbi. Vnigenitus filius Dei, qui erat verbum & ſapientia patris, cum eſſet in ea gloria, quam habuit antequam mundus eſſet, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, effectus obediens vſque ad mortem: vt obedientiam doceret eos, qui non aliter, niſi per obedientiam ſalutem conſequi poterant: in ſemetipſo prius complens, quod ab aliis volebat impleri.

OBLIVIO. Quomodo dicatur Deus obliuiſci. Super Pſal. cxviij. ſerm. xv. Sicut Deum pœnitere dicitur, quando præter hominum ſpem res mutat cõſilio non mutato, quia conſilium Domini manet in æternum: ita dicitur obliuiſci, quando tardare vult adiutorium, vel promiſſum, vel non retribuere digna peccantibus, vel ſi quid huiuſmodi tanquam eius memoriæ ſit elapſum, quod ſperatur, ſiue timetur, & non fit. Dicuntur iſta loquutione morali, qua humanus mouetur affectus: quãuis hoc Deus faciat certa diſpoſitione, non deficiente memoria, nec obſcurata intelligentia, nec voluntate mutata. Libro de eſſentia Diuinitatis Dei. Obliuiſci dicitur Deus, cum quibuſdam impiis & peccatoribus non miſeretur: quod vtique non facit per crudelitatem quæ in Deo non eſt, licet per occultum iuſtũmque iudicium ſuũ.

Non tamen obliuiſcitur operum ſuorum. Super Pſal. cxliiij. Omnis caro oblita erat Deum, ille tamen opera ſua non eſt oblitus. Hæc memoria eius ſuper nos, quia nõ nos oblitus eſt. Ideo ſuper Pſalmum cij. Ad ipſum Deum conuerſus ait: Memẽto: quaſi obliuiſcatur Deus: ſic cogno-

A ſcit, ſic nouit, vt non obliuiſcatur. Sed quid eſt memento? Perſeueret erga nos miſericordia tua.

Quid ſit obliuio noſtra. Libro quarto confeſſionum. Obliuio, eſt priuatio memoriæ. De mala obliuione, ſuper Pſalmum lviij. ſermone primo. Occidi eſt obliuiſci legis Domini. Ipſa eſt vera mors, in profundum ire peccati. Super eũdem Pſalmum, ſermone ſecundo. Non tamen memoria tenere legem, id eſt, non obliuiſci legem iam perfectio eſt & quaſi ſecuritas de præmio, & nulla ſolicitudo de ſupplicio. Sunt enim qui tenent legem memoria, & non implent vita: Qui verò implent vita, non poſſunt non tenere memoria. Ergo qui moribus præcepta Dei facit, & quodammodo viuendo, ſemper in corde ſuo non deleatur, agit quod tenet, viuendóque ſemper commemorat quid ei in corde ſcriptum ſit de lege Dei, ipſe fructuosè tenet legem Dei. Tom. I. Tom. VIII.

B De bona verò obliuione. Super Pſalmum lvij. Obliuiſcere præterita quibus male vixiſti, contemne præſentia quibus temporaliter viuis, ne te alligando præſentia non permittant te peruenire ad futura. Si enim præſens vita te delectat, aurem in terra poſuiſti: ſi tuis præteritis etiam retro labentibus delectaris, aurem de cauda obturaſti: & ſic es velut aſpis ſurda. Debes ergo exire in lucem, exire de tenebris, audita voce incantantis ſapienter, vt iam in luce ambulans & exultãs dicas, Quæ retro oblitus, in ea, quæ ante ſunt extentus ſum. De obliuione ſanctorum. Libro xxij. de ciuitate Dei. Omnium beatorum erit voluntas libera, ab omnĩ malo liberata, & impleta Tom. VIII. Cap. 30. Tom. V.

C omni bono, fruens indeficienter æternorum iucunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita pœnarum, nec tamen ideo ſuæ liberationis oblita, vt liberatori ſuo ſit ingrata. Quantum ergo attinet ad ſcientiam rationalem, memor etiam præteritorum malorum ſuorum, quantum autem ad experientis ſenſum, prorſus immemores. Nam & expertiſsimus medicus, ſicut arte ſciuntur, omnes ferè morbos corporis nouit: ſicut autem corpore ſentiuntur, plurimos neſcit, quos ipſe non paſſus eſt. Vt ergo ſcientiæ malorũ duæ ſunt, vna, qua potentiam mentis non latent: altera, qua experientis ſenſibus inhærent. Aliter quippe ſciuntur omnia vitia per ſapientiæ doctrinam, aliter per inſipientis peſsimam vitam. Ita & obliuiones malorum duæ ſunt. Aliter ea Præteritorũ malorũ obliuio quatenus in vita beata.

D nãque obliuiſcitur eruditus & doctus, aliter expertus & paſſus. Ille ſi peritiam negligat, iſte ſi miſeria careat. Secundum hanc obliuionẽ quam poſteriore loco poſui, non erunt memores ſancti malorum præteritorum. Carebunt enim omnibus malis, ita vt penitus deleantur de ſenſibus eorum. Ea tamen potentia ſcientiæ, quæ magna in eis erit, non ſolum ſua præterita, ſed etiã damnatorum eos miſeria ſempiterna non latebit. Alioquin ſi ſe fuiſſe miſeros neſcituri ſunt, quomodo ſicut ait Pſalmus: Miſericordias Domini in æternum cantabunt? Quo cantico in gloriam gratiæ Chriſti, cuius ſanguine liberati ſumus, nihil profecto erit illi iucundius ciuitati.

Tom. VIII.

OPPROBRIVM. Super Pſal. cxxij. Omnes qui ſecundum Chriſtum piè volunt viuere, neceſſe eſt vt patiantur opprobria: neceſſe eſt vt contemnantur ab iis qui volunt impiè viuere, quorum fœlicitas tota terrena eſt.

Tom. II. Epiſt. 119. Cap. 18.

OBSERVANTIA. De obſeruantiis Eccleſiarum. Libro ij. ad Ianuarium de diuerſis conſuetudinibus Eccleſiæ. Miror sane quid ita volueris, vt de iis quæ variè per diuerſa loca obſeruantur, tibi aliqua conſcriberem, cum & non ſit neceſſarium, & vna in his ſaluberrima regula retinenda ſit, vt quæ nō ſunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolùm non improbemus, ſed etiā laudando & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum ſit. Si enim eo modo impedit, vt maiora ſtudioſorum lucra ſperāda ſint quam calumniatorum detrimenta metuenda, ſine dubitatione faciendum eſt, maximè illud quod de ſcripturis defendi poteſt, ſicut de hymnis & pſalmis canendis, cū & ipſius Domini & Apoſtolorum habeamus exempla & documenta & præcepta. *Cap. 19.* Sed hoc nimis doleo, quoniam multa quæ in Diuinis libris ſaluberrimè præcepta ſunt, minus curantur, & tam multis præſumptionibus ſic plena ſunt omnia, vt grauius corripiatur qui per octauas ſuas terram nudo pede tetigerit, quam qui mentem vinolētia ſepelierit. *Præpoſtera animaduerſio.* Omnia itaque talia, quę neque ſanctarum ſcripturarum authoritatibus cōtinentur, nec in conciliis Epiſcoporum ſtatuta inueniuntur, nec conſuetudine vniuerſæ Eccleſiæ roborata ſunt, ſed diuerſorum locorum diuerſis moribus innumerabiliter variantur: ita vt vix omnino aut nunquam inueniri poſsint cauſæ, quas in eis inſtituendis homines ſequuti ſunt: vbi facultas tribuitur, ſine vlla dubitatione reſecanda exiſtimo. *12. diſt. omnia.* Quamuis enim neque hoc inueniri poſsit, quomodo contra fidem ſint: ipſam tamen religionem, quam pauciſsimis & manifeſtiſſimis celebrationum ſacramentis miſericordia Dei eſſe liberam voluit, ſeruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui etiam ſi tempus libertatis non agnouerint, legalibus ſarcinis tamen, non humanis præſumptionibus ſubiiciuntur. *Eccleſia multa tolerat.* Sed Eccleſia Dei inter multam paleam multáque zizania conſtituta multa tolerat, & tamen quæ ſunt contra fidem vel bonam vitam, nec approbat, nec tacet, nec facit. *Cap. 20.* Itaque illud quod ſcripſiſti quoſdam fratres ita temperare à carnibus edendis, vt immundas arbitrentur, † apertiſsimè contra fidem ſanámque doctrinam eſt. *† Aliàs, vt immūdos qui comederint arbitrētur.* Omnia enim munda mundis: immundis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed polluta ſunt eorum mens & conſcientia. *Tit. 1.* Tu ipſe lege cætera, & recita quibus potes, ne in ſe irritam faciant gratiam Dei, quia in libertate vocati ſunt, tantum ne libertatem in occaſionem carnis aſſumant. Et ideo iam voluit refrænandæ car-

A nalis concupiſcentię cauſa à quibuſlibet cibis tēperari, quia non eis permittitur ſuperſtitioſè, atque infideliter facere. Ii verò qui de paginis Euangelicis ſortes legunt, etſi optādum eſt vt hoc potius faciant, quàm vt ad dæmonia conſulenda concurrant, tamen etiam mihi iſta diſplicet conſuetudo, ad negotia ſæcularia & ad vitæ huius vanitatem, propter aliam vitam loquentia oracula Diuina velle conuertere. Hæc quæ obſeruamus in nouo teſtamento fuerunt in veteri figurata. Libr. ij. quæſtionū veteris & noui teſtamenti. quæſtio. xcv. Non eſt ambiguum cuncta religionis noſtræ vero teſtimonio roborari, & legis veteris prærogatiua figurari. Omnia enim prętерita legis veteris, in figura futuræ fidei noſtræ geſta & deſignata noſcuntur, vt verum nos tenere

B non ambigeremus, quando nunc ea quę nunc & audimus & credimus, ante ſæcula prædeſtinata videmus, nō ſolùm vocibus, verum etiam ſignorum virtutibus commendata. De obſeruantiis verò temporum ſecundum ſtellarum curſus. In prędicto libro ad Ianuarium. Non itaque dies obſeruamus, & annos, & menſes, & tempora, ne audiamus ab Apoſtolo, Timeo ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Eos enim culpat qui dicunt, Non proficiſcar, quia poſterus dies eſt, aut quia luna ſic fertur: vel, proficiſcar vt proſpera cedant, quia ita ſe habet poſitio ſyderum. Non agam hoc menſe commercium, quia iſta ſtella mihi agit menſem: vel agam, quia ſuſcepit menſem. Non plantem hoc anno vineam, quia biſſextus eſt. Non autem quiſquam ſapiens

C arbitretur obſeruatores temporum reprehendendos, quia dicunt, Non proficiſcar hodie, quia tempeſtas exorta eſt: aut non nauigem, quia adhuc ſunt hybernæ reliquię: aut tempus ſeminandi eſt, quia imbribus autumnalibus terra ſatiata eſt: vel ſi qui fortè alij naturales effectus circa motus aëris & humoris, ad variandas temporū qualitates, in ſyderum ordinatiſsima conuerſatione notati ſunt: de quibus dictum eſt cum conderentur. Et ſint in ſignis, & temporibus, & in diebus, & in annis. Si quæ autem figuræ ſimilitudinum non tantum de cœlo & ſyderibus, ſed etiam de creatura inferiore ducuntur ad diſpenſationem ſacramentorum, eloquentia quædam eſt doctrinæ ſalutaris, mouendo affectui diſcentium accommodata, à viſibilibus ad inuiſibilia, à corporali-

D bus ad ſpiritualia, à temporalibus ad æterna.

Et infra ſubdit. Sed quātum interſit inter obſeruationes ſyderum, ad aëreas qualitates accōmodatas, ſicut agricolæ, vel nautę obſeruant: aut ad notandas partes mundi curſúmque aliquò & alicunde dirigendum, quod gubernatores nauium faciunt, & ij qui per ſolitudines arenoſas in interiora auſtri nulla certa ſemita gradiuntur: aut cum ad aliquid in doctrina vtili figuratè ſignificandum, fit nonnullorum ſyderum aliqua commemoratio. Quantum ergo interſit inter has vtilitates, & vanitates hominum ob hoc obſeruantium ſydera, vt nec aëris qualitates, nec regionum vias, nec ſolos temporum numeros, nec

nec ſpiritualium ſimilitudines, ſed quaſi fatalia rerum euenta perquirant, quis non intelligat? Quod autem certo tempore paſcha celebratum eſt, non eſſe fruſtra factum credendum eſt ab illo qui eſt ante tempora, & per quem facta ſunt tempora, & qui venit in plenitudine temporum, & qui poteſtatem habebat ponendi animam & iterum ſumendi eam, & ideo non fatalem, ſed opportunam ſacramento, quod commendare inſtituerat, horam expectabat, cum diceret, Nondum venit hora mea.

OBSCVRITAS. De obſcuritate ſcripturarum. Super Pſalmum lxxiiij. Sic ſe habet obſcuritas ſcripturarum, difficile eſt vt vnum pariant intellectum. Quicunque tamen intellectus exierit, opus eſt regulæ fidei congruat. Super Pſalmum cxl. Sunt in ſcripturis ſanctis profunda myſteria, quæ ad hoc abſconduntur, ne vileſcant: ad hoc quæruntur, vt exerceant: ad hoc aperiuntur, vt paſcãt. Super Pſalmum cxlvj. Honora ſcripturam Dei, honora verbum Dei, etiam nõ apertum: differ pietate intelligentiam. Noli proteruus eſſe, accuſare aut obſcuritatem, aut quaſi peruerſitatem ſcripturæ. Peruerſum hîc nihil eſt, obſcurum autem aliquid eſt: non vt tibi negetur, ſed vt te exerceat accepturum. De obſcuritate oculorum mentis. Super Pſalmum lvij. Obſcuratio cordis & excæcatio mentis, magna pœna eſt. Si quis furtum faciens ſtatim oculum perdidiſſet, omnes dicerent Deum præſentem vindicaſſe: Oculum cordis amiſit, & ei peperciſſe putatur Deus.

OCCIDERE. Quod poteſt occidere eſt timendum. Super Pſal. lxxxvij. Omne quod occidere poteſt, etiamſi non occidat, prudenter timetur. Nullus debet ſeſpſum occidere. Libro primo de ciuitate Dei. Quæ ſe occidere noluerunt ne ſuo facinore alienum flagitium deuitarent, quiſquis eis hoc crimini dederit, ipſe crimine inſipientiæ nõ carebit. Nam vtique ſi non licet priuata poteſtate hominem occidere vel nocentem, cuius licentiam occidendi lex nulla concedit, profecto etiam qui ſeipſum occidit homicida eſt. Et tanto fit nocentior cum ſe occiderit, quanto nocentior in ea cauſa fuerit, qua ſe occidendum putauit. Nam ſi Iudę factum merito deteſtamur, eúmque veritas iudicat, cum ſe laqueo ſuſpendit, ſceleratę illius traditionis auxiſſe potius quam expiaſſe commiſſum, quoniam Dei miſericordiam deſperando exitiabiliter pœnitens, nullius ſibi ſalubris pœnitentiæ locum reliquit: quanto magis à ſua nece ſe abſtinere debet, qui tali ſupplicio, quid in ſe puniat non habet? Iudas enim cum ſe occidit, ſceleratum hominem occidit: & tamen non ſolùm Chriſti, verum etiam ſuæ mortis reus finiuit hanc vitam: quia licet propter ſuum ſcelus, alio ſcelere ſuo occiſus eſt. Cur autem homo qui mali nihil fecit, ſibi malefaciat, & ſeipſum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocẽtem: atque in ſe perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur

A alienum? Vnde in eod. libr. cap. xx. Non fruſtra in ſanctis canonicíſque libris nuſquam nobis Diuinitus præceptum permiſſúmve reperiri poteſt, vt vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis, vel vllius carendi cauendíque mali cauſa, nobiſmetipſis necem inferamus. Nam & prohibitos nos eſſe intelligendum eſt, vbi lex ait, Non occides: præſertim quia non addidit proximum tuũ: ſicut falſum teſtimonium cum vetaret, Falſum, inquit, teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum. Nec ideo tamen ſi aduerſus ſeipſum quiſquam falſum teſtimonium dixerit, ab hoc crimine ſe putauerit alienum: quoniam regulam diligendi proximum: à ſemetipſo dilector accepit, Diliges, inquit, proximum tuum tanquam teipſum. Porrò ſi falſi teſtimonij non minus reus
B eſt qui de ſeipſo falſum fatetur, quam ſi aduerſus proximum hoc faceret: cum in eo præcepto, quo falſum teſtimonium prohibetur, aduerſus proximum prohibeatur, poſsítque rectè non intelligentibus videri non eſſe prohibitum, vt aduerſus ſeipſum quiſquam falſus teſtis exiſtat: quanto magis intelligendum eſt, non licere homini ſeipſum occidere, cum in eo quod ſcriptum eſt, Non occides: nihil deinde addito: nullus, nec ipſe vtique cui præcipitur, intelligatur exceptus? Vnde quidam hoc præceptum etiam in beſtias ac pecora conantur extendere: vt ex hoc nullum etiam illorum liceat occidere. Cur non ergo & herbas, & quicquid radicitus humo alitur ac figitur? Nam ex hoc genus rerum, quamuis nõ ſentiat, dicitur viuere: ac per hoc, poteſt & mori:
C proinde etiam cum vis adhibetur, occidi. Vnde & Apoſtolus cum de huiuſcemodi ſeminibus loqueretur, Tu, inquit, quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur. Et in Pſalmis ſcriptũ eſt, Occidit vites eorum in grandine. Nunquid igitur ob hoc cum audimus, Non occides: virgultum vellere nefas dicimus, & Manichæorum errori inſaniſsimè acquieſcimus? His ergo deliramentis remotis, cum audimus, Non occides: Si propterea non accipimus hoc dictum eſſe de frutetis: quia nullus eis ſenſus eſt, nec de irrationabilibus animalibus, volatilibus, natatilibus, ambulantibus, reptilibus: quia nulla nobis ratione ſociantur, quam non eis datum eſt nobiſcum habere communem: vnde iuſtiſsima ordinatione creatoris & vita & mors eorum noſtris vſibus ſubdi-
D tur: reſtat ergo vt de homine intelligamus, quod dictum eſt, Non occides: non alterum, ergo nec te. Neque enim qui ſe occidit, aliud quam hominem occidit. Et ſoluit de hoc dubiũ propter eos qui contra fecerunt. Ibid. c. xxj. Quaſdã exceptiones eadem Diuina fecit authoritas, vt liceat hominẽ occidi. Sed iis exceptis quos Deus occidi iubet, ſiue data lege, ſiue ad perſonã pro tẽpore expreſſa viſione. Non autẽ ipſe occidit, qui miniſterium debet iubenti, ſicut adminiculum gladius eſt vtenti. Et ideo nequaquã contra hoc pręceptum fecerunt, quo dictũ eſt, Non occides: qui Deo authore bella geſſerunt, aut perſonã gerẽtes publicæ poteſtatis ſecundum eius leges, hoc eſt

Præceptum non occides: explicatur.

Pſal. 77.

Occidere & præceptũ nõ tranſgredi.

iustissimæ rationis imperium, sceleratos morte punierunt, & Abraham non solùm est culpatus crudelitatis crimine, verum etiã laudatus est nomine pietatis, quod voluit filiũ nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito quæritur vtrum pro iussu Dei sit habendum quod Iepte filiã quæ patri occurrit, occidit, cum se id vouisset immolaturum Deo, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sãpson aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus ruina domus oppresit: nisi quod latenter spiritus hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. His ergo exceptis, quos nec lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ Deus spiritualiter occidi iubet, quisquis hominẽ, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Soluit dubium quod nec hoc faciendũ est vt vitetur aliud peccatum. Ibid. ca. xxv. Qui dicunt timendum esse & cauẽdũ, ne libidini hostili subditum corpus, illecebrosa voluptate animũ alliciat consentire peccato. Et proinde, inquiunt, non iam propter alienũ, sed propter suum peccatũ, antequam hoc quisquam cõmittat, se debet occidere. Nullo modo quidẽ hoc faciat animus, vt consentiat libidini carnis suæ, aliena libidine concitatę, qui Deo potius eiúsque sapientię quam corporis concupiscentiæ subditus est. Verũtamen si detestabile facinus & damnabile scelus est etiã seipsum hominem occidere, sicut veritas manifesta proclamat, quis ita desipiat vt dicat, Iam nũc peccemus, ne fortè postea peccemus: iam nunc perpetremus homicidiũ, ne fortè postea incidamus in adulterium. Nónne si tantum dominatur iniquitas, vt non innocentia, sed potius peccata eligantur, satius est incertũ de futuro adulterium, quam certum de præsenti homicidium? Nonne satius est flagitiũ cõmittere, quod pœnitendo sanetur, quã tale facinus, vbi locus salubris indulgentiæ nõ relinquitur? Hæc dixi propter eos vel eas, quæ non alieni sed proprij peccati deuitandi causa, ne sub alterius libidine excitatæ suæ fortè consentiant, vim sibi qua moriantur inferẽdam putant. Cæterum absit à mente Christiana, quæ in Deo suo fidit, in eóque spe posita eius adiutorio nititur: absit, inquam, vt mẽs talis quibuslibet carnis voluptatibus ad consensum turpitudinis cedat. Quia si illa concupiscentialis inobediẽtia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem quasi lege sua mouetur: quãto magis absque culpa est in corpore nõ consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis? Vnde ibid. ca. xxvj. Sed quædam, inquiunt, sanctæ fœminæ tempore persequutionis vt insectatores suæ pudicitiæ deuitarẽt, in rapturum atque necaturum se in fluuium proiecerũt: eóque modo defunctæ sunt, earum martyria in catholica Ecclesia veneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temerè audeo iudicare. Vtrum enim Ecclesię aliquibus fide dignis testificationibus, vt earũ memoriam sic honoret, Diuina persuaserit authoritas, nescio, & fieri potest, vt ita sit. Quid si hoc fecerunt non humanitus deceptæ, sed Diuinitus iussæ: nec errantes, sed obedientes: sicut de Sampsone aliud nobis nõ est fas credere? Cum autem Deus iubet, séque iubere sine vllis ambagibus intimat, quis obediẽtiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset? Sed non ideo sine scelere facit, quisquis Deo filium immolare decreuerit, quia hoc etiã Abraham laudabiliter fecit. Nam & miles cum obediens potestati sub qua legitimè constitutus est, hominẽ occidit, nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij: imo nisi fecerit, reus est imperij deserti atque contempti. Quod si sua sponte atque authoritate fecisset, in crimẽ effusi humani sanguinis incidisset. Itaque vnde punitur si fecit iniussus, inde punietur nisi fecerit iussus. Quod si ita est iubente imperatore, quanto magis iubente creatore? Qui ergo audit, non licere se occidere, faciat si iussit, cuius nõ licet iussa contẽnere. Tantummodo videat, vtrũ Diuina iussio nullo nutet incerto. Nos per aurẽ conscientiam cõuenimus, occultorum nobis iudiciũ nõ vsurpamus. Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiẽdo molestias tẽporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quẽ nõ polluebat alienũ: neminẽ propter peccata sua præterita, propter quæ magis hac vita opus est, vt possint pœnitendo sanari. Neminẽ velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortẽ speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit: neminem etiam propter euitanda peccata, ne certum committat homicidium, propter vitandum incertum adulterium. Nulla igitur causa quisquam se debet occidere. Non ergo vobis ò fideles Christi sit tædio vita vestra, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Libro secundo contra Petilianum, responsione xlix. Duæ sunt maximè viles atque vsitatæ mortes qui seipsos interimunt, laqueus & præcipitium. Probat insuper hæc omnia. Libro de patientia. cap. decimo tertio. Si parricida eo sceleratior est quam quilibet homicida, quia non tantum hominem, verum etiam propinquum necat: & in ipsis parricidiis, quanto propinquiorem quisque peremerit tanto iudicatur immanior: sine dubio peior est qui se occidit, quia nemo est homini se ipso propinquior. In Epistola ad Dulcitium Tribunum, contra Donatistas. De mortibus furiosissimis, quas quidam eorum ipsi sibi inferunt, de quibus solent detestabiles & abominabiles esse multis etiam suis quorum mentes dementia non tanta possedit, eis secundum scripturas rationémque Christianorum sæpe respondimus, quoniam scriptum est: Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Aut certè in eisdem positum tentationibus, mori volentem occidat & proximum, qui sibi expedire & licere putat occidere seipsum, quoniam scriptura dicit. Dilige proximum sicut teipsum. Nullis

Abraham.

Iepte.

Peccatum peccato non debere declinari.

Circũspectè imitãdi sancti.

lis autem iubentibus legibus vel legitimis potestatibus, non licere alterum occidere, etiam volentem & petentem,& viuere iam non valentem, satis indicat scriptura regnorũ, vbi rex Dauid regis Saul interfectorem iussit occidi, cum ille dixisset ab eo iam saucio atque semiuiuo petitum se fuisse vt hoc faceret, & animam corporis nexibus obluctantem, soluíque cupientem, vno ictu vulneris ab illis cruciatibus liberaret. Et proinde quia omnis qui sine vlla legitimæ potestatis authoritate hominem occiderit, homicida erit: quisquis seipsum occidit non sit homicida, si homo non est. Hæc omnia multis modis in aliis pluribus nostris sermonibus & literis diximus. Veruntamẽ quid sentiendũ est de Razio seniore, quem summa exemplorũ inopia coarctati se in Machabæorum libris, quasi ad authoritatem sceleris quo seipsos perdunt, perscrutatis omnibus Ecclesiasticis authoritatibus, vix aliquando inuenisse gloriantur, adhuc eis nunquam respondisse me recolo: sed quod tuæ charitati & prudentibus quibus sufficiat ad istos factorum redarguendos, si ad vitam Christianorum de Iudæa gente, atque illis literis omnium sanctorum exempla transferre, tunc & hoc transferant. Si autem sunt illic plurima eorum quoque hominũ, qui literarum illarum veritate laudati sunt, vel huic iam tempori non conuenientia, vel etiam illo tempore non rectè facta, tale etiam hoc est quod in seipsum Razius iste commisit: qui cum esset & apud suos nobilis, & multum in Iudaismo profecisset, quę sibi in comparatione iustitiæ Christianæ, damna & stercora fuisse, ait Apostolus: & propter hoc idem Razius pater Iudæorũ appellatur, quid mirum est, si tanquam homini elatio superba surrepsit, vt mallet manu propria perimi, quàm post illam in suorũ aspectibus celsitudinem, sustinere indignam in hostium manibus seruitutem? Solent in literis gentium ista laudari. In his autem Machabæorum libris, quamuis homo fuerit ipse laudatus, factum tamen eius narratum est non laudatum, & iudicandum potius, quàm imitandum quasi ante oculos constitutum: nõ sanè nostro iudicio iudicandum, quod nos quoq; vt homines habere possemus, sed iudicio doctrinæ sobriæ, quæ in ipsis quoque libris veteribus data est. Lõge quippe fuit ipse Razius à verbis illis, vbi legitur. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Non ergo iste fuit vir eligendæ mortis sapiens, sed ferendæ humilitatis impatiẽs. Nobiliter, vt scriptum est, Voluit mori, & viriliter, sed nunquid ideo sapienter? Nobiliter, ne libertatem sui generis captiuus amitteret. Viriliter autem, quod tantas vires animi haberet, quibus idoneus esset vt ipse se perimeret, quod gladio cum implere non posset, de muro se præcipitem dedit, & sic adhuc viuus abruptam cucurrit ad petram, atq; ibi iam exanguis intestina sua produxit, quæ vtraq; manu dissipata spargebat in populũ, ac deinde postea defessus occubuit. Non enim bonũ est omne quod magnũ est, quoniam sunt etiam magna mala. Deus dixit: Innocentem & iustũ ne occidas. Si ergo iste innocens & iustus non fuit, cur ponitur imitandus? Si autem innocens & iustus fuit, quare innocentis & iusti, id est, suiipsius interfector putatur esse laudandus? Hæc interim ne nimium prolixa fiat, huic Epistolæ implendæ satis sint. Nec occidere quis debet, ne occidatur. Super Psalmum lxxix. Quicunque te vult occidere, vsq; ad corpus ei licet: vsque ad animam non licet. Anima tua non morietur, nisi tu eam volueris occidere. Perimat aliena iniquitas carnem tuam, dum seruet veritas animam tuam. Si autem à veritate resilieris, quid tibi amplius facturus est inimicus, quam tu tibi ipse facis? Inimicus sæuiens carnem potest occidere, tu autem falsum testimonium dicendo, animam occidis. Audi scripturam, Os quod mentitur occidit animam suam. Libro primo de libero arbitrio, capite v. Quamuis lex det potestatem occidere hominẽ pro rebus quas inuitè quis amittere potest: tamen lex non cogit occidere, sed relinquit in potestate. Liberũ eis itaque est neminem necare pro iis rebus quas inuiti possunt amittere, & ob hoc amare non debent. Nec occidendus est homo innocens per iudicem. Super Ioannem. Plus peccat qui potestati innocentem occidẽdum liuore tradidit, quam potestas ipsa si eum timore alterius potestatis occidit. Nec iudex debet occidere innocentẽ timore. ibidem. Nec timendo quidem, præsertim innocentẽ homo hominẽ debet occidere, sed tamen id zelando facere multo maius malum est quam timendo. Sed si iustè occidit iudex, tũc lex occidit, vt dicit libro quæstionum, super Leuiti. quæst. lxviij. Quando homo iustè occiditur, lex eum occidit, non tu.

OTIVM. Distinguitur de otio, & quomodo in otio faciendum. Lib. de vera relig. Vnum certè quęrimus, quo simplicius nihil est. Ergo in simplicitate cordis quęramus illum. Agite otium, inquit, & agnoscetis quia ego sum Dominus: non otium desidiæ, sed otium cogitationis, vt à locis & temporibus vacetis. Hæc enim phãtasmata tumoris & volubilitatis, constantem vnitatem videre non sinũt. Loca offerunt quid amemus, tẽpora surripiũt quod amamus, & relinquunt in anima turbam phantasmatum, quibus in aliud atque in aliud cupiditas incitetur. Ita fit inquietus & ærumnosus animus, frustra tenere à quibus tenetur exoptans. Vocatur ergo ad otium, id est, vt ista nõ diligat, quæ diligi sine labore non possunt. Sic enim eis dominabitur, sic non tenebitur, sed tenebit. Iugũ meũ, inquit, leue est. Huic iugo qui subditus est, subiecta habet cætera. Non ergo laborabit, non enim resistit quod subiectum est. Sed miseri amici huius mundi, cuius domini erunt si filij Dei esse noluerint, quoniam dedit eis potestatem filios Dei fieri? Amici ergo huius mundi tam timent ab eius amplexibus separari, vt nihil eis sit laboriosius quam non laborare. Ideo libro de vera innocentia, capite ccxviij. Qui otiosus &

Marginalia: 2. Reg. 1. — Mac. 14. — A — B — C — D — Tom. VIII. — Sap. 1. — Tom. I. — Tract. 116. Tom. IX. — Tom. IIII. — Cap. 35. Tom. I. — Vacandum vt Deum cognoscamus. — Mat. 11. — Tom. III.

quietus nõ cogitat Deum, quomodo inter actus multos & laboriosa negotia de illo poterit cogitare? Meditentur quæ Dei sunt fideles dum vacant, & bene operandi substantiam, ne in actione deficiant. Super Psal.lxij. Qui otiosus est, non cogitat Deum in actibus suis. *Cap.:: Tom.I.* Propterea dicit de seipso in Prologo secundi libri de Academicis. De otio meo gaudeo, quod à superfluarũ cupiditatum vinculis euolaui, quod depositis oneribus mortuarum curarum, respiro, resipisco, redeo ad me, quod quæro intentissimus veritatem, quod inuenire iam ingredior, quod me ad ipsum summum bonum peruenturum esse confido. *Tom.V.* Vnde lib.xix.de ciuitate Dei, cap. xix. Nec sic debet esse aliquis otiosus, vt in eodẽ otio non cogitet vtilitatẽ proximi: nec sic actuosus, vt contemplationem non requirat Dei. In otio non iners vacatio delectare debet, sed aut inquisitio, aut inuentio veritatis: vt in ea quisque proficiat, vt quod inuenerit teneat, & alteri non inuideat. Et infra subdit ibidem. Quamobrẽ *Otium proborum.* otium sanctorum quærit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Quã sarcinam si nullus imponit, percipiendę atque intuendæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Sed nec sic omnimodo veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suauitas, & opprimat ista necessitas. Sed de otio quietis sanctorum loquitur. *Tom.II. Epist.119.* Libro de diuersis inquisitionibus ad Ianuarium.lib. ij. Inest in illa requie non desidiosa segnitia, sed quædam ineffabilis tranquillitas actionis otiosæ. Sic enim ab huius vitæ operibus in fine requiescitur, vt in alterius vitæ actione gaudeatur. Sed quia talis actio in Dei laude agitur, sine labore membrorũ, sine angore curarum, non ad eam sic transitur per quietem, vt ipse labor succedat: id est, non sic esse incipiat actio, vt esse desinat quies. Neque enim reditur ad labores & curas, sed permanet in actione quod ad quietem pertinet, neque in opere laboratur, neque in cogitatione fluctuatur. Quia ergo per requiem ad primam vitam reditur, vnde anima lapsa est in peccatum, propterea sabbato requies significatur. Illa autem prima vita, quæ de peregrinatione redeuntibus, & primam stolam accipientibus redditur, per vnam sabbati, quem diem *Sabbati mysterium.* Dominicum dicimus, figuratur. Quære septem dies Genesim legens, inuenies septimum sine vespera, quia requiem sine fine significat. Prima ergo vita non fuit sempiterna peccati, requies autem vltima sempiterna est, ac per hoc & octauus sempiternã beatitudinem habebit, quia requies illa quæ sempiterna est, excipitur ab octauo, non extinguitur; neque enim esset aliter sempiterna. Ita erit ergo octauus qui primus, vt prima vita *Cap.10.* non tollatur, sed æterna reddatur. Sabbatum tamen commendatum est priori populo in otio corporali temporaliter, vt figura esset sanctificationis in requie Spiritus sancti. Nusquã enim legimus in Genesi sanctificationem per omnes priores dies, sed de solo sabbato dictum est, Et

A sanctificauit Deus diem septimum. Amant enim requiem siue piæ animæ, siue iniquæ, sed qua perueniant ad id quod amant plurimum, nesciunt: nec aliquid appetunt etiam ipsa corpora ponderibus suis, nisi quiescere à motibus suis. Nam sicut corpus tandiu nititur pondere siue deorsum versus, siue sursum versus, donec ad locum quo nititur veniens, conquiescat: pondus quippe olei si dimittatur in aërem, deorsum: si autẽ sub aquis, sursum nititur: sic animæ ad ea quæ amant propterea nituntur, vt perueniendo requiescant. Et multa quidem per corpus delectãt, sed non est in eis æterna requies, nec saltem diuturna, & propterea magis sordidant animam, & grauant potius, & syncerum eius pondus, quo in superna fertur, impediunt. Cum verò anima se-B ipsa delectatur, nondum re incommutabili delectatur, & ideo adhuc superba est, quia se pro summo habet, cum superior sit Deus. Nec in tali peccato impunita relinquitur, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Cum autem Deo delectatur, ibi veram, certámque inuenit requiem, quam in aliis quærebat, nec inueniebat: proinde admonetur in Psalm. Delectare in Domino & dabit tibi petitiones cordis tui. Quia ergo charitas diffusa est per Spiritum sanctum qui datus est nobis, ideo sanctificatio in septimo die commemorata est, vbi requies commendatur. Quia verò nec bene operari possumus, nisi dono eius adiuti, sicut Apostolus dicit, Deus est enim qui operatur in nobis & velle, & operari pro bona voluntate: nec agere, nec re-C quiescere poterimus post omnia bona opera nostra quæ in hac vita gerimus, nisi eius dono ad æternitatem sanctificati atque perfecti. Propterea de ipso Deo dicitur: Cum fecisset omnia bona opera valde, septimo die requieuit ab omnibus operibus suis quę fecit. Futuram enim requiem significabat, quam post bona opera daturus erat nobis hominibus. Sicut enim cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere bene operamur: ita cum requiescimus, ipse requescere dicitur, quo donante requiescimus.

OCVLVS. Quid sit oculus Dei. Lib. lxxxiij. quæstionum. Oculus Dei dicitur vis in qua omnia percipit atque intelligit. Libro de essentia Diuinitatis Dei. Oculos dicitur habere Deus, quia omnia videt, & nihil eum latet, Omnia enim nuda &c. vel o-D culi eius, sunt respectus gratiæ eius, de quibus, Oculi Domini super iustos &c. Super Apoc. Homil.j. In oculis Dei, Dei præcepta dicit, sicut scriptum est, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Oculorum sensus excellit cæteris. Lib. ij. de trinitate, capi.j. Oculorum sensus corporis maximè excellit, & est visioni mentis pro sui diuersitate generis vicinior. Sed quare dicitur sensus, subdit ibidem, cap. ij. Sensus oculorum non ob aliud sensus corporis dicitur, nisi quia & ipsi oculi sunt membra corporis. Et quamuis non sentiat corpus exanime, anima tamen commixta corpori per instrumẽtũ sentit corporeum,

& idem

& idem instrumentū sensus vocatur. Approximatur ipse sensus oculorum cæteris sensibus. Lib.x.confess.& super Ioan.serm.cxxj. ac etiam lib.de verb.Domini,serm.x. Ad oculos propriè videre pertinet. Vtimur autem hoc verbo etiam in cæteris sensibus,cum eos ad cognoscendū intendimus. Neque enim dicimus. Audi quid rutilet,aut olfac quam niteat,aut gusta quam splendeat,aut palpa quam fulgeat. Videri enim dicuntur hæc omnia. Dicimus autem non solum, vide quid luceat,quod soli oculi sentire possunt: sed etiam,vide quid sonet,vide quid oleat,vide quid sapiat,vide quam durum sit. Ideóq; generalis experientia sensuum,concupiscentia oculorum vocatur,quia videndi officium, in quo primatum tenent oculi,etiam cæteri sensus sibi de similitudine vsurpant, cum aliquid cognitionis explorant. De quorum passione dicit. Lib.de quantitate animæ. Ideo patiuntur oculi vbi non sunt: Nam vbi vident,ibi sentiunt: ipsum enim videre,sentire est: sentire autem, pati: quare vbi sentiunt, ibi patiuntur. Alibi autem vident quam sunt,ibi igitur patiuntur,vbi non sunt. De oculis primorum parentū. Lib.xj. super Gen. Aperti sunt oculi eorum ad aliquid intuēdum vel cognoscendum, quod antea nunquam aduerterant. Vbi enim ad transgrediendum præceptum audax curiositas mota est,auida experiri latētia, quid nā tacto vetito sequeretur,& noxia libertate habenas prohibitionis rumpere delectata,probabilius existimans non esse mortem quam timuerant sequuturam. Tale quippe pomum credendum est fuisse in illa arbore,cuius generis poma iam & alij arboribus innoxia senserant: vnde magis crediderunt Dominum posse peccantibus facile ignoscere, quod patienter tulerint non cognoscere quid nam esset,vel cur eos inde cibum sumere vetuisset. Mox ergo vt præceptū transgressi sunt,intrinsecus gratia deserente omnino nudati,quam typho quodam & superbo amore suæ potestatis offenderant, in sua membra oculos iniecerunt, eáque motu quem non nouerant,concupiuerūt. Ad hoc aperti sunt oculi, ad quod antea non patebant,quamuis ad alia paterent. De interioribus autem oculis, libro de videndo Deo ad Paulinam: Cum interiores oculi iudices sint exteriorum oculorum, isti autem illis quodam officio nuntiandi & ministerio famulentur,multáque illi videant quæ isti non vident,nihil isti videant, vnde non illi tanquam præsides iudicent, quis non illos istis incomparabili æstimatione præponat? Ideo super Psalmum cxlv. Omnino oculos habet fides,& maiores oculos,& potentiores,& fortiores. Hi oculi neminem deceperunt. Hi oculi sint semper in Deū,vt ipse euellat de laqueis pedes tuos. De purgando mentis oculo. In sermone de Iacob & Esau. Tota fratres opera vestra in hac vita,est sanare oculū cordis,vnde videatur Deus. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur, ad hoc sermo Dei prædicatur, ad hoc exhortationes Ecclesiæ

A morales, id est, pertinētes ad corrigendū mores, ad emendandas carnales concupiscentias, ad renuntiandum non voce tantum, sed mutata vita huic sæculo,ad hoc agunt quicquid agunt Diuinæ sanctæque literæ, vt purgetur illud interius, ab ea re,quæ nos impedit ab aspectu Dei. Sicut enim oculus factus ad hanc lucem videndā temporalem,& quamuis cœlestem, tamen corporalem atque conspicuam nō solum hominibus, sed etiam vilissimis animantibus. Ad hoc enim factus est,vt hanc lucem videat: tamen si aliquid iniectum fuerit,vel irruerit vnde turbetur,secluditur ab hac luce,& quamuis eum sua præsentia circumfundat,ille tamen se auertit atque absens est. Non solùm absens est perturbatione sua à luce *Aegritudo vtriusq; oculi quid efficiat.*
B præsenti,sed etiam pœnalis illi est lux ad quā videndam factus est. Sic oculus cordis perturbatus atque sauciatus,auertit se à luce iustitiæ, nec audet eam contemplari,nec valet. Quid turbat oculum carnis? Aut humor, aut aliquid irruens terrenorum,cupiditas,auaritia,iniquitas,concupiscentia carnalis,turbat, claudit, excæcat oculum cordis. Et tamen quomodo quæritur medicus,cum oculus carnis turbatus est, quomodo non differtur vt aperiatur atque purgetur & sanetur, vnde lux ista videatur? Curritur, nemo requiescit,nemo differt,si vel stipula in oculum cadit. Solem terræ,quem sanis oculis videre volumus,Deus fecit: Multo est vtique lucidior ille qui fecit. Nec huius generis lux est illa quæ pertinet ad oculum mentis. Lux illa est æterna sapiētia. Fecit autem te Deus ô homo ad imaginem
C suam,daret ne tibi vnde videres solem quem fecit,& non tibi daret vnde videres eum qui te fecit? Cum te ad imaginē suam fecerit,dedit & hoc. Vtrunque dedit tibi. Sed multum hos oculos exteriores diligis,& multum illum interiorem negligis. Detritum portas atque sauciatum: pœna tibi est,si se noluit ostendere fabricator tuus, pœna est oculo tuo,antequam curetur atque sanetur. Nam & in Paradiso peccauit Adam, & abscondit se à facie Domini: Cum haberet ergo oculum sanum puræ consciētiæ,gaudebat ad præsentiam Domini. Postquam peccato oculus ille sauciatus est,cœpit lucem formidare Diuinam, refugit in tenebras atque in densa lignorum,veritatem fugiens, vmbras appetens. Ergo fratres mei,quoniam & nos inde nati sumus: & sicut ait
D Apostolus,In Adam omnes moriuntur: Omnes enim nos,duo homines aliquando fuimus: si noluimus obtemperare medico vt non ægrotaremus, obtemperemus vt ab ægritudine liberemur. Vnde sunt iudices mentis,super Psalmum *Tom.VIII.* cxviij. sermone vigesimo. Lingua, non oculi loqui solent: & tamen dicitur, Defecerunt oculi mei &c. quia oculorum quodammodo vox est, desiderium orationis. Vnde subdit in regula. *Tom.II. Epist. 09.* Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia pudicus oculus impudici cordis est nuntius. Et cum se inuicem etiā tacente lingua conspectu mutuo corda nunti

Oculus cordis nuntius.

nuntiant impudica, & ſecundum concupiſcentiam carnis alterutro delectâtur ardore, & intactis ab immũda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus. Nec putare debet qui in fœminam figit oculũ, & in ſe illius diligit fixum, ab aliis ſe non videri cum hoc fecerit. Videtur omnino, & à quibus ſe videri non arbitratur. Sed & ſi latet, & à nemine hominum videatur, quid faciet de illo ſuperno inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideo putandus eſt non videre, quia tanto videt patientius, quanto ſapientius? Illi ergo vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit fœminę malè placere. Illius nãque in hac cauſa commendatus eſt timor, vbi ſcriptum eſt, Abominatio eſt Domino defigens oculum. De oculorum

Tom. I.

verò peccato libro x. confeſſ. Pulchras formas & varias, nitidos & varios & amœnos colores amãt oculi. Non teneant hæc animam meam, teneat eam Deus, qui fecit hæc bona quidem valde, ſed ipſe eſt bonum meum, non hoc. Vnde lib. j. de

Tom. X.

verb. Domini. ſerm. xviij. Tota opera noſtra in hac vita eſt, ſanare oculum cordis vnde videtur Deus. Ad hoc ſacroſancta myſteria celebrantur, ad hoc ſermo Dei prędicatur, ad hoc exhortationes Eccleſiæ morales, id eſt, pertinentes ad corrigendos mores, ad edomandas carnales concupiſcentias, ad renuntiandum non voce tantum, ſed mutata vita huic ſæculo, ad hoc agunt quicquid agunt Diuinæ ſanctæq; literæ, vt purgetur il-

Vterq; oculus donum Dei.

lud interius ab ea re quæ nos impedit ab aſpectu Dei. Cupiditas, auaritia, iniquitas, concupiſcentia ſæcularis, turbat, claudit, excæcat oculum cordis. Fecit autem te, ô homo, Deus ad imaginem ſuam, vt daret tibi vnde videres ſolem quem fecit, & non tibi daret vnde videres eũ qui te fecit? Cum te ad imaginem ſuam fecerit, dedit & hoc. Vtrunque dedit tibi, ſed multum hos oculos exteriores diligis, & multum interiorem negligis. Et ideo ſicut oculo exteriori pœna eſt lux iſta corporalis, quando turbatur: ita fabricator tuus pœna eſt oculo tuo ſauciato & infirmo ac culpa turbato, antequam ſanetur. Nam Adam cum haberet cor ſanum puræ conſcientiæ, gaudebat ad præſentiam Domini, poſtquam verò peccato oculus ille ſauciatus eſt, cœpit lucẽ formidare Di-

Cap. 32. Tom. IX.

uinam: aufugit in tenebras, atq; in denſa lignorum, veritatem fugiens, vmbram appetens. Et ideo orat. lib. ſoliloquiorum ad Deum. Domine pater & Deus, vita per quam omnia viuunt, & ſine qua omnia mortua computantur: ne derelinquas me in cogitatu maligno, & extollentiam oculorũ meorũ ne dederis mihi. Aufer à me concupiſcentias malas, & animo irreuerenti & infrunito ne tradas me: Sed poſſide cor meum vt cogitet te ſemper. Illumina oculos meos vt te videat, & non extollantur ante te gloria ſempiterna, ſed humiliter ſentiant, & non in mirabilibus ſuper ſe: & quæ à dextris ſunt videant, & non quæ à ſiniſtris abs te. Et palpebræ tuæ præcedant greſſus meos. Nam & palpebræ tuæ interrogant filios hominum. Et in eodem libro. O lumen veridicum, illuminans omnem mundum, cuius lux implet mundum. Væ cæcis oculis qui te non vident, ſol illuminans cœlum & terram. Væ caligantibus oculis, qui te videre non poſſunt. Væ non auertentibus oculos, vt non videant vanitatem. Nequeunt enim oculi aſſueti tenebris, tuæ veritatis radios intueri: nec ſciunt de lumine aliquid æſtimare, quorum eſt in tenebris habitatio. Tenebras vident, tenebras approbant, tenebras diligunt. De tenebris euntes in tenebras, vbi corruant neſciunt. Miſeri qui neſciunt quid amittant: & miſeriores vtique, qui ſciunt quid amittunt: qui cadunt apertis oculis, & deſcendunt in infernum viuentes. O lux beatiſsima, quæ non niſi à purgatiſsimis oculis videri poteſt. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Munda me mundans virtus, munda oculos meos, vt ſanis te contempler oculis, quem non niſi ſani oculi intuentur. Aufer ſquamas caliginis antiquæ radio illuminationis tuæ ſplendor inacceſsibilis: vt te videre valeam irreuerberatis obtutibus, & in lumine tuo videam lumen.

ODIVM. Odire Dei. Libro de decem chordis. Odit te Deus qualis es, ſed amat te qualem vult te eſſe. Et tu debes te odiſſe qualis es, ſicut te talem odit Deus, vt diligas Deum qualis eſt. Aegrum enim attende. Aeger ægrotantem ſe odit qualis eſt: inde incipit concordare cum medico, quia & medicus odit eum qualis eſt. Nam ideo vult ſanum eſſe, quia odit eum febricitantem: & eſt medicus febris perſequutor, vt ſit hominis liberator. Sic auaritia, ſic libido, ſic odium, concupiſcentia, luxuria: Sic nugacitas ſpectaculorum, febres ſunt animæ tuæ, & ideo debes eas cum Deo medico odiſſe. Super Ioannem. Merito quippe odit Deus, & velut à regula ſuæ artis alienum improbat vitium: amat tamen ſuum etiam in vitioſo vel ſanationis beneficium, vel damnationis iudicium. Ita Deus & nihil odit eorum quæ fecit, naturarum enim non vitiorum conditor, mala quæ odit ipſe non fecit: & de malis eiuſdem vel ſanando ea per miſericordiam, vel ordinando per iudicium, bona ſunt ipſa quæ fecit. Cum igitur eorum quæ fecit nihil oderit, quis dignè poſſit eloqui quantum diligat membra vnigeniti ſui? Odium bonorum quo peccata odiunt. Super Pſalmum lxxxiiij. Cum cœperimus odiſſe peccata, iam ipſum odium peccatorum ſimiles nos incipit facere Deo: quia hoc odimus quod odit & Deus. Cum ergo cœperis odiſſe peccata, & confiteri Deo, cum te delectationes illicitæ rapiunt, & ducunt te ad ea quæ tibi non proſunt, ingemiſce ad Deum: & confitens illi peccata tua mereberis ab illo delectationem, & ſuauitatem iuſtitiæ faciendæ dabit tibi, vt incipiat te delectare iuſtitia, quem primo delectabat iniquitas.

Sed de odio quo odiunt malos. libro de vera innoc. Perfectum odiũ eſt quod nec iuſtitia nec ſcientia caret, id eſt, vt nec propter vitia oderis homines, nec vitia propter homines diligas. Recte er

ctè ergo in malis odimus malitiam & diligimus creaturam, vt nec propter vitium creatura damnetur, nec propter naturã vitium diligatur. In ferm.ij. super illud Micheę, Indicabo tibi homo quid sit bonum. Noli propter hominẽ diligere vitium, nec propter vitium odisse hominẽ. Homo proximus tuus est: Vitium inimicum proximo tuo. Tunc amicum tuum amas, si oderis quod ei nocet. Super Psal. cxxxviij. Perfecto odio oderam illos. Quid est perfecto odio? Oderam in illis iniquitatem ipsorum, diligebam conditionẽ tuã. Hoc est perfecto odio odisse, vt nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. De odio verò quo mali odiũt bonos. Super Psal. lxviij. ser. j. Si necesse est Christiane vt mundus oderit te, quare nõ facis vt gratis te oderit? Quod fiet, si nihil vnquã noceas, & sic odio habearis. Hoc est enim gratis, sine causa. Parum sit tibi sine causa odio haberi, insuper & præsta, vt retribuãtur tibi mala pro bonis. Vnde de malo odio, super Ioan. super illud, Odio habuerunt me gratis. Gratis odit, qui nullũ ex odio commodum quærit, vel incõmodum fugit. Sic oderunt Deũ impij, sic diligunt iusti, hoc est, gratis: vt alia præter illum non expectẽt bona, quoniam ipse erit in omnibus omnia. Et lib. j. de verb. Dom. serm. xvj. Qui odit fratrem suum in tenebris est vsque adhuc. Odium tenebræ sunt. Non potest autem fieri vt qui odit alterum, non sibi prius noceat. Illum enim lædere conatur extrinsecus, se vastat intrinsecus. Quantum autem animus noster maior est corpore, tantum ei prospicere debemus ne ipse lædatur. Lædit autẽ animum suum, qui odit alterũ. Et quid facturus est ei quem odit? Tollit pecuniã, nũquid fidem? Lædit famam, nunquid conscientiam? Quicquid nocet, forinsecus nocet. Sibi attẽde quid noceat. Intus enim sibi ipse inimicus est, qui alterum odit. Sed quia non sentit quid sibi mali faciat, in alterum sæuit, eo periculosius viuens, quo non sentit quid sibi mali agat, quia & sæuiendo sensum perdit. Sæuisti in inimicum tuum, te sæuiente, ille nudatus est, tu iniquus es. Multum interest inter nudum & iniquum. Ille perdidit pecuniam, tu innocẽtiã. Quære quis grauius dãnum perpessus est? Ille perdidit rem perituram, tu factus es periturus. Ideo debemus amando † corripere, nõ nocendi auiditate, sed studio corrigẽdi. In ser. iij. de sancto Stephano. Nemo se circũueniat, nemo se seducat. Qui vel vnum hominem in hoc mundo odio habet, quicquid Deo in operibus bonis obtulerit totum perdet. Lib. 50. Homil. Homil. v. Qui odit fratrem suum homicida est. Nondum manus armata est, nondũ faucem obsedit, nondum insidias præparauit, nondum venena quæsiuit & reus in oculis Domini concepto odio iam tenetur. Adhuc viuit quem quærit occidere, & occidisse iam iudicatur. Eodem lib. Qui odit fratrem suum, homicida est. Gladium non eduxisti, non vulnus in carne fecisti, cogitatio sola odij in corde tuo est, & teneris homicida. Reus es ante oculos Dei. Ille viuit, & tu occi-

A disti. Quantum enim ad te pertinet, occidisti quem odisti. Emenda te, corrige te. Si in domibus vestris scorpiones essent aut aspides, quantum laboraretis, vt domos vestras purgaretis, & securi habitare possetis? Inueterantur iræ in cordibus vestris, fiũt tot odia, tot trabes, tot scorpij, tot serpentes, & domum Dei, id est, cor vestrum, purgare nõ vultis? Ergo facite quod dictum est, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Differt autem odium ab ira. Eodem lib. Homil. Homil. v. Appende in statera considerationis iram & odium. Quid est ira? Feruor quidam animi. Ad præsens displicet tibi. Iam in te ira ista inueterata est, ideo fecit odium. Ira festuca est, trabes futura crescendo. Sicut enim festuca crescit in trabẽ, sic ira inueterata fit odium. Odij suggestio confutatur. Lib. de conflictu vitiorum. *Cap. 7. Tom. IX.*
B Odium dicit. Absit vt illum ames, quem in omnibus contrarium habes, qui tibi derogat, qui tibi insultat, qui te conuitiis exasperat, qui tibi peccata tua improperat, qui te dictis, operibus, atque honoribus semper præuenire festinat: nisi enim tibi inuideret, nequaquã se tibi ita præferret. Vera charitas respondet. Nunquid quia hæc quæ narras odio habenda sunt in homine, propterea non est amanda Dei imago in homine? Sic Christus qui in cruce positus inimicos dilexit, & ante crucis tormẽtum admonuit dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequẽtibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Et sicut per Salomonem & Apostolum dicitur, Si esurie *Rom. 12.*
C rit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres super caput eius. Cui sententiæ idẽ Apostolus ex proprio subiunxit dicens, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Quo contra de iis qui fratres odisse noscuntur, per Ioannem dicitur, Qui fratrem suum odit, homicida est. Et scitis quod omnis homicida non habet in seipso vitam ęternam manentem. Et rursum, Qui odit fratrem suum in tenebris ambulat, & in tenebris est vsque adhuc, & nescit quo eat, quia tenebrę obcęcauerunt eius oculos. At, inquis, Sufficit mihi quod amantes me amo. Sed Dominus econtra. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & Publicani hoc faciunt? Quid tu quoque ad hoc obiicere vales? Certè qui odit fratrem suum, manet in morte: sed qui diligit, in
D Deo manet, & Deus in eo. Omnem ergo amaritudinem felis euome, & quoquo pacto valueris, charitatis dulcedinem sume. Nihil enim suauius, nihil ea beatius. Deus, inquit Ioannes, Charitas est. Et egregius prædicator Paulus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Vnde nec immerito delictorum facinora tegere dicitur. Vniuersa delicta operit charitas.

Prouerb. 25. 1. Ioan. 3. 1. Ioan. 2. 1. Ioan. 4. Rom. 5.

ODOR. Quid sit odor bonus. Super Ioannem. Odor bonus, fama bona est. Qui malè viuunt & Christiani vocantur, iniuriam Christo faciũt: de qualibet dictum est, quod *Tract. Tom. X.*

eſt, quod per eos nomen Domini blaſphematur. 2. Cor. 2. Per bonos nomen Domini laudatur, audi Apoſtolum, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.

Libro de vera innocentia. Odor bonus, fama bona eſt, quam quis bonæ vitæ operibus habuit: Cap. 263. Tom. III. dum Chriſti veſtigia ſequitur, pedes quodammodo eius pretioſi vnguenti odore perfundit.

Aliter dicit eodem libro. Bonus Chriſti odor, Cap. 352. eſt prædicatio veritatis, quo odore vitam capit, qui Euangelio bonis moribus ſeruit. Mortem *Odor bonus & malus.* autem incurrit, omnis qui ab iis quæ dum loquitur, vita diſſentit: quæ conditio & auditores conſtringit, cum recta prædicatio ab his per incredulitatem auditur in mortem, ab aliis per fidem ſuſcipitur in ſalutem. De malo odore peccatorum. Super Pſalmum xxxvij. Qui habet ſanum olfactum animæ, ſentit quomodo puteant peccata: cui putori peccatorum contrarius eſt odor ille, de quo dicit Apoſtolus, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco, iis qui ſalui fiunt.

OFFERRE. Lib. quæſtionum, ſuper Geneſim. Rectè quippe offertur Deo vero, cui vni tantummodo ſacrificandum eſt. Non autem rectè diuiditur, dum non diſcernuntur rectè, vel loca, vel tempora, vel res ipſæ quæ offeruntur, vel qui offert & cui offertur, vel in quibus ad veſcendum diſtribuitur quod oblatum eſt: vt diuiſionem hîc diſcretionem intelligamus: ſiue cum offertur vbi non oportet, aut quod non ibi, ſed alibi oportet: ſiue cum offertur quando non oportet, aut quæ non tunc, ſed aliàs oportet: ſiue cum offertur id quod nuſquam & nunquam penitus debuit: ſiue cum electiora ſibi eiuſdem generis rerum tenet homo, quam ſunt ea quæ offert Deo: ſiue eius rei, quæ oblata eſt, fit particeps prophanus, aut quilibet quem fas non eſt fieri. Aliter dicit, ſuper Pſal- Tom. VIII. mum 50. Holocauſtis non delectaberis. Nihil ergo offeremus? Sic veniemus ad Deum? Et vnde illum placabimus? Offer, Sanè in te habes quod offeras. Noli extrinſecus thura comparare: ſed dic, In me Deus ſunt vota tua, quæ reddam laudes tibi. Noli extrinſecus pecus quod mactes inquirere, in te habes quod occidas: Quia ſacrificium Deo eſt ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Prorſus ſpernit taurum, hircum, & arietem: Iam non eſt tempus vt hæc offerantur. Oblata ſunt cum aliquid indicarent, cum aliquid promitterent, venientibus rebus promiſſis, promiſſiones ablatæ ſunt.

OLEVM. Significat charitatem, ſuper Ioannem, ſermone vj. Oliuæ fructus charitatem ſignificat. Quomodo enim oleum nullo humore premitur, ſed diſruptis omnibus exilit & ſupereminet: ſic eſt charitas. Non poteſt premi in ima: neceſſe eſt vt ad 1. Cor. 13. ſuperna emicet. Propterea Apoſtolus de illa dicit, Adhuc ſupereminentiorem viam vobis de- Tom. X. monſtro. Libro primo de verbis Domini, ſermone xxiij. Ipſa ſupereminens via, id eſt, charitas merito oleo ſignificatur: omnibus enim hu-

A moribus oleum ſupereminet. Mitte aquam, & ſuperinfunde oleum, ſupereminet. Si ordinẽ ſeruaueris vincit: ſi ordinem mutaueris, vincit: charitas nunquam quatitur. Oliua tamen ſignificat pacem. Lib. ij. de doctrina Chriſtiana. Nec ob aliam cauſam facile eſt intelligere pacem perpetuam ſignificari oliuæ ramulo, quem rediens ad arcam columba pertulit, niſi quia nouimus & olei leuem contactum non facile humore corrumpi, & arborem ipſam frõdere perenniter. Quid ſit in Chriſto vnctum eſſe oleo lætitiæ. Lib. ad Ianuarium de incarnatione verbi. Oleo lætitiæ vngitur, cum verbo Dei immaculata fœderatione cõiuncta eſt. Et per hæc ſola omnium animarum peccati incapax fuit, quia filij Dei bene & B plene capax fuit.

OMNES. Quomodo hæc dictio accipitur. Lib. vj. contra Iulianum. Poſſunt aliqua eſſe omnia, quæ non ſunt multa: ſicut omnia dicimus Euangelia: & tamen breui numero. i. quaternario continentur. Et rurſus poſſunt aliqua eſſe multa, non tamen omnia: ſicut multos dicimus credere in Chriſtũ, nec tamen omnes credunt: non enim omniũ eſt fides, ait Apoſtolus. Libro primo de peccatorũ meritis & remiſſione & baptiſmo paruulorum. Poſſunt quippe in aliqua re oẽs eſſe, qui pauci ſunt: ſed multos habet generatio carnalis, & multos generatio ſpiritualis, quamuis non tam multos hæc ſpiritualis, quam illa carnalis. Veruntamen quemadmodum illa omnes habet homines, ſic iſta omnes habet iuſtos homines: quia ſicut ne- C mo præter illam homo, ſic nemo præter iſtam iuſtus homo: & in vtraque multi. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita per obedientiam vnius hominis iuſti cõſtituuntur multi. Omnia ſimul melius ſunt, quam ab inuicem ſeparata. Lib. de ſancta viduitate. Habent oculi in corpore magnum honorem, ſed minorem haberent ſi ſoli eſſent, & alia minoris honoris membra non eſſent. In cœlo ipſo ſua luce ſol lunam ſuperat, non vituperat: Et ſtella à ſtella differt in gloria, non diſcedit in ſuperbia. Ideo facit Deus omnia, & ecce bona valde: non tantum bona, ſed etiam valde. Nõ ob aliud, niſi quia omnia. Nam & per ſingula opera dicebatur, Vidit Deus quia bonum eſt: vbi autẽ omnia nominata ſunt, additum eſt, Valde: & di- D ctum eſt, Vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde. Meliora enim ſunt quædã ſingula, quã alia ſingula. ſed meliora ſimul omnia, quam quælibet ſingula. Deus eſt nobis oĩa. Lib. de verb. Apo. ſer. xvj. Super illud, Deus erit oĩa in oĩbus. Quid eſt omnia? Quicquid hîc quærebas, quicquid hîc pro magno habebas, ipſe tibi erit. Volebas manducare, bibere, ipſe erit tibi cibus & potus. Volebas ſanitatem corporis, fragilẽ, traſeuntem: ipſe tibi immortalitas erit. Quærebas diuitias? Auare. Quid enim tibi ſufficit, ſi Deus non tibi ſufficit? Ambibas gloriam? honores? Deus eſt tibi gloria, cui modo dicitur, Gloria mea exaltãs caput meum. Caput tuum, Chriſtus eſt. Sed quid

miraris

miraris? Vbi caput, & cætera membra. Tunc erit Deus omnia in omnibus.

OMNIPOTENS. Quomodo Deus sit. Libro de symbolo, tractatu primo. Deus omnipotens est: & cum sit omnipotens, mori non potest, mentiri non potest, & quod ait Apostolus: negare seipsum non potest. Quam multa non potest, & omnipotens est. Et ideo omnipotens est, quia ista non potest. Nã si mori posset, omnipotẽs nõ esset: si mẽtiri, si falli, si fallere, si inique agere, non esset omnipotẽs: q̃a si hoc in eo esset, nõ fuisset dignus q̃ esset omnipotens. Prorsus omnipotens est, qui facit quicquid vult. Ipsa est omnipotentia facere quicq̃d bene vult, quicquid iuste vult. Quicquid autẽ male fit, non vult. Eodem libro, tractatu ij. Deus est omnipotens, quia de nihilo fecit quæcunque fecit. Non enim eum aliqua materies adiuuit, ex qua demonstraret artis suę potentiam: Sed de nihilo cuncta creauit. Hoc est enim esse omnipotentem, vt non solum fabrica ipsa, sed etiam materies ab illo inueniatur esse, qui non habuit initium vt esset: & id qui sempiternus est, crearet nõ id quod ipse esset, sed quod ab illo esse iam accepisset. Omne enim quod est, ab illo est: ipse autẽ à seipso est, qui non ab aliquo factus est. Fecit ergo facta non factus, creauit creaturam non creatus: qui etiam ipsi creaturæ conuenientibus gradibus per diuersas ordinationes constituit potestates. Potest quippe secundũ datam potestatem quilibet Angelus vel homo dici potens, sed nunquid potest dici omnipotens? Potest dici rex, vel imperator, quod multa quæ velit posit, non tamen eũ qui sanè sapit audebit dicere omnipotentem: nam si voluerit eum adulando ita laudare, incipit & illum & seipsum fallendo decipere. Quomodo enim audebit dicere omnipotẽtem, quem videt multum velle viuere, & vitam succedente morte finire? Si omnipotens est, à morte excludatur: si autem mors terminum dabit, omnipotentem eum non fuisse ipsa mors demonstrauit. Nõ ergo audebit quispiam quãlibet creaturam siue cœlestem, siue terrestrem dicere omnipotentem, nisi solam trinitatẽ patrem. s. & filiũ & spiritum sanctum. In sermone de symbolo. Ipse quippe Deus est omnipotens, qui in principio mundi cuncta de nihilo fecit, qui est ante sæcula, & qui fecit & regit sæcula. Non enim tẽpore augetur, aut loco distenditur, aut aliqua cõclu ditur, aut terminatur materia, sed manet apud se, & in seipso plena & perfecta æternitas, quã nec cõprehendere humana cogitatio potest, nec lingua narrare. Nã si munus quod promittit sanctis suis, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quomodo potest ipsum q̃ promittit, aut mẽs concipere, aut cor cogitare, aut lingua narrare? Quod ad Christũ. Li. de Deitate & incarnatione verbi. Vt autẽ manifestius intelligatur quæ sit gloria omnipotentiæ, hoc addimus Deus pater omnipotẽs est, eo quod potentatũ omniũ tenet. i. cœli & terræ, & maris, & omniũ quæ in eis sunt. Horũ autem potentatum gerit per verbũ suum, quia in nomine Iesu omne genu flectitur &c. Et si omne genu flectitur Iesu, sine dubio Iesus est omnipotens cui subiecta sunt omnia. Et ipse est q̃ potẽtatũ agit in omnibus, & per quẽ subiecta sunt patri omnia. Per sapientiã nanque. i. verbo ac ratione, non vi ac necessitate subiecta sunt. Et ideo in eo ipso quod obtinet omnia, gloria sua est: & hæc est omnipotentiæ purissima ac limpidissima gloria. Purissima verò ac limpidissima sapientia satis conuenienter dictum est, ad distinctionem eius gloriæ quæ non pura nec syncera dicitur gloria. Omnis enim natura quę conuertibilis & commutabilis est, si glorificetur in operibus iustitiæ vel sapientiæ per hoc ipsum quod accidentem habet iustitiam vel sapientiam, & quod accidit etiam discedere potest, gloria eius syncera dici ac limpida non potest. Sapientia verò Dei, qui est vnigenitus filius, quoniam in omnibus inconuertibilis est & incõmutabilis, & substantiale in eo omne bonum est, quod vtique mutari, ac conuerti nunquã potest, idcirco pura eius ac syncera gloria prædicatur. Sẽpiternũ enim vel æternũ propriè dicitur, quod neque initium vt esset, habuit, neque cessare vnquam potest esse quod est. Lib. ij. contra Felicem Manichæum. Accipe quomodo intelligas Deum omnipotentem factorẽ. Omnia quæ fiũt, & quod quisque facit, aut ex se est, aut ex aliquo, aut ex nihilo. Homo q̃a nõ est omnipotens, de se filiũ facit: ex aliquo, sicut artifex ex ligno arcã, ex argẽto, vasculũ. Potuit enim facere vasculũ, sed non potuit facere argẽtũ: potuit facere arcã, sed non potuit facere lignum. Ex nihilo autem, aut ex eo quod prorsus non est aliquid, facere vt sit, nullus hominum potest. Deus autem quia omnipotens est, & de se filium genuit: & ex nihilo mundum fecit: & ex limo hominem fecit: vt per istas tres potentias ostenderet effectionem suam in omnibus valentem: quia de se quod fecit, non fecisse dicendus est, sed genuisse: quod autẽ ex aliquo, sicut de terra hominem, nõ sic fecit, vt alius ei faceret terram vnde faceret hominem, quo modo ipse Deus fecit argentum argentario, vnde faceret vasculum: sed ipse fecit, & quod non erat vt esset, & quod inde rursus aliquid esset, quod ipse iam de nihilo creauerat vt esset. Sic ergo corpus, sic anima, sic intelligitur vniuersa creatura facta à Deo, non genita de Deo, vt hoc sit quod Deus omnipotens. Soluit de omnipotẽtia dubiũ in paruo libello de symbolo. Nec ideo credant iniqui Deum non esse omnipotentem, quia multa contra eius voluntatem faciunt: quia & cum faciunt quod nõ vult, hoc eis faciet quod ipse vult. Nullo igitur omnipotentis vel mutant vel superant voluntatem. Siue enim homo vel iuste damnetur, siue misericorditer liberetur, voluntas omnipotentis impletur. Quod ergo non vult omnipotens, hoc solum non potest. Vtitur ergo malis non secundum eorum prauam, sed secundum suam rectam voluntatem Nam sicut mali natura sua bona, hoc est, bono eius opere malè vtuntur: sic ipse bonus etiam eorum malis

Phil. 2.

Christi omnipotẽtia.

Cap. 18. Tom. VI.

Fieri tribus modis.

operibus bene vtitur, ne omnipotens voluntas
eius aliqua ex parte vincatur. Si enim non habe-
ret quod bonus de malis iuste ac bene faceret, nul
lo modo eos nasci vel viuere fineret, quos malos
ipsos non fecit, quia homines. Quia non peccata
quæ sunt contra naturam, sed naturas ipsas crea
uit: malos tamen eos futuros omnium præscius
ignorare non potuit. Sed si vt nouerat quæ ipsi
essent mala facturi, sic etiam nouerat quæ bona
de illis esset ipse facturus. Quis verbis explicet,
quis æquiparet laudibus, quantum nobis bonum
contulerit passio saluatoris: cuius in remissione
peccatorum sanguis effusus est? Et tamen tantum
bonum per malitiam diaboli, per malitiam Iu-
dæorum, per malitiã Iudæ traditoris impletum
est. Nec eis iuste retribuitur bonum, quod per
illos Deus, non ipsi, hominibus contulit: sed eis
iuste retribuitur supplicium, quoniam nocere vo
luerunt. Sicut autem aliquid inuenire potuimus,
quo manifestum esset nobis quemadmodũ Deus
etiam malis operibus & Iudæorum, & Iudæ tra-
ditoris, bene vsus est ad nostram redemptionem
ac salutem: Sic in vniuersa creatura occultis at-
que abditis finibus, quos nec oculorum, nec men
tis acie penetramus, nouit quemadmodũ malis
Deus bene vtitur: vt in omnibus quæ nascuntur
& administrantur in mundo, voluntas omnipotẽ
tis impleatur. Sed quoniam dixi hoc solum om-
nipotentem non posse quod non vult: ne quis me
temere dixisse arbitretur aliquid omnipotẽtem
non posse, hoc & beatus Apostolus dixit, Si nos
credimus, ille qui fidelis permanet, negare sei-
psum non potest: quia & velle non potest. Non
enim potest iustitia velle facere, quod iniustum
est: aut sapientia velle, quod stultum est: aut veri-
tas velle, quod falsum est. Vnde admonemur
Deum omnipotentem, non hoc solùm quod ait
Apostolus, negare seipsum non posse: sed multa
non posse. Ecce & ego dico, & eius veritatem di
cere audeo, quod negare non audeo. Deus omni-
potens non potest mutari, non potest falli, nõ po
test miser fieri, non potest vinci. Hæc atque hu-
iusmodi absit, vt possit omnipotens. Ac per hoc
ostendit veritas omnipotentem non esse qui hoc
possit: Volens enim Deus est quicquid est. Aeter
nus ergo & incommutabilis, & verax & beatus,
& insuperabilis volens est. Si ergo potest esse qđ
non vult, omnipotens non est: est autem omnipo
tens. Ergo quicquid vult potest: & ideo quod nõ
vult, esse non potest. Qui propterea dicitur om-
nipotens, quoniam quicquid vult potest. De quo
& Psal. dicit. Quoniam quæcunque voluit fecit
omnia: Genuit vnicum verbum per quod facta
sunt omnia. Sed hoc non de nihilo, sed de seipso:
ideo non fecit, sed genuit. Vnde super Psalm.
Tom. VIII. cx. Eligat sibi homo quodlibet. Non sic constitu
ta sunt opera Domini, vt creatura in libero arbi-
trio cõstituta, creatoris superet voluntatẽ: etiã si
cõtra eius faciat voluntatem. Non vult Deus vt
pecces, nã prohibet: tamen si peccaueris, ne putes
hominẽ fecisse quod voluit, & Deo accidisse qđ
noluit. Sicut enim vult vt homo non peccet, ita

A vult peccanti parcere vt conuertatur & viuat: ita
vult postremo in peccato perseuerantẽ punire,
vt iustitiæ potentiam contumax non euadat. Ita
quicquid elegeris, omnipotenti non deerit vnde
suam de te compleat voluntatẽ. Libr. de fide
ad Petrum, parte prima. In eo Dei omnipotẽtia
intelligitur, quod omnem creaturã visibilẽ atq;
inuisibilem.i. corporalẽ & spiritualem de nihilo
facit: in quibus ipsa rerum diuersitas multo ma-
gis commendat bonitatem atque omnipotentiã
creatoris. Nisi enim omnipotens esset, non vna
eadémque facilitate summa atque ima fecisset.
Et nisi summe bonus esset, non se gubernãdis re-
bus quoque infimis præfecisset. Igitur tam in ma
gnis, quam in paruis quibuscunque rebus cõditis,
magna est bonitas atque potẽtia creatoris. Lib.
v. de ciuitate Dei. Non minuitur Dei potestas,
B cũ dicitur mori fallíque non posse. Sic enim hoc
nõ potest, vt potius si posset, minoris esset vtique
potestatis. Rectè quippe omnipotens dicitur, qui
tamen mori & falli nõ potest. Dicitur enim om-
nipotens faciendo quod vult, non patiendo quod
non vult. Quod si ei accideret, nequaquam esset
omnipotẽs. Vnde propterea quædam nõ potest,
quia omnipotens est. Concludit lib. xxj. eius.
cap. vij. Deus non ob aliud vocatur omnipotens,
nisi quod quicquid vult potest. Libr. de beata
vita, disputatione iij. Totum & omne perfectũ
simúlque omnipotentissimus Deus est.

ONVS. Distinguitur de onere. super
Psal. lix. Alia sarcina premit te, Chri-
sti sarcina subleuat te. Alia sarcina põ-
dus habet, Christi sarcina pennas habet. Nam &
aui si pennas detrahas quasi onus tollis, & quo
C magis onus abstulisti, eo magis in terra remane-
bit. Quoniã exonerare voluisti, iacet, non volat,
qa tulisti onus: redeat onus, & volat. Talis Chri-
sti sarcina. Portent illã homines, non sint pigri.
Nõ attendantur illi qui eã ferre nolunt. Ferãt il-
lã qui volunt, & inueniẽt quam sit leuis, quã sit
auis, quã iucunda, quam rapiens in cœlũ, & à ter-
ra eripiens. Aliter distinguitur de consensu
Euangelistarũ. Lib. ij. cap. ij. & similis sententia
habetur lib. iij. contra Petilianũ. Alia sunt onera
participandæ infirmitatis, de quibus Apostolus.
Alter alterius onera portate. Alia sunt reddendę
rationis Deo de actibus nostris: De quibus idẽ di
cit. Vnusquisque propriũ onus portabit. Illa cum
fratribus sustentãda cõmunicantur, hæc propria
D ab vno quoque portãtur. Vnde diffusè loqui-
tur, lib. de verbis Apostoli, serm. xxj. Onera, quia
vnusquisque sua portat peccata. Sũt onera, quæ
inuicẽ portare debemus. Quæ sunt præcepta cha
ritatis implere: vt diues & pauper onus pauperta
tis inuicẽ portent, & vt inuicẽ se supportẽt. Sicut
de ceruis nõnulli taliũ cognitionũ studiosi scri-
psérũt, cũ fretũ ad insulã transeũt pascuarũ gra-
tia, sic se ordinãt, vt onera capitũ suorũ quę in cor
nibus gestant super inuicẽ portẽt, ita vt posterior
super anteriorẽ ceruice proiecta caput collocet.
Et quia necesse est vnũ esse qui cæteros præcedẽs
non ante se habeat cui caput incliner, vicibus di-
cuntur

cuntur id agere, vt lassatus sui capitis onere, ille qui præcedit post omnes redeat, & ei succedat cuius ferebat caput cum ipse præiret: Ita inuicem bestiæ mutæ onera sua portantes, fretum transeunt, donec veniant ad terræ stabilitatem. Istam ceruorum naturam fortasse intenderat Salomon cum ait. Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum colloquatur tecum. Nihil enim sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. Nec tamen inuicem onera nostra portaremus, si vnum tempus esset infirmitatis amborum qui onera sua sustinent, aut vnum infirmitatis genus: sed diuersa tempora, aut eadem tempora & diuersa genera infirmitatis faciunt vt onera nostra inuicem portare valeamus. Verbi gratia. Irã fratris tui tunc portabis, si tu aduersus eum non irasceris: vt rursum eo tempore quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & trãquillitate supportet. Hoc exemplum ad illud pertinet, cum diuersa sunt tempora portantium onera sua quamuis ipsa non sit diuersa infirmitas. In ambobus enim ab inuicem ira portatur. Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum videndum est, veluti, Si quis in se loquacitatem vicerit nõ pertinaciam, alius verò sit adhuc loquax, sed etiam non sit pertinax: ille debet huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & illud in isto sanetur, charitate portare. Par quippe infirmitas in duobus si vno accedit tempore, tolerare se inuicem non valent, cum aduersus se intenditur. Nam aduersus aliquem tertiũ, & duo irati sibi conueniunt & se tolerant: quanquam nec tolerare se inuicem dicendi sunt, sed potius se inuicem consolari: Sicut & tristes de re vna magis se portant, & quasi incumbunt sibi, quam si vnus tristis esset, & alius gauderet. Si autẽ aduersus se tristes sint, prorsus se tolerare non possunt. Et ideo in huiuscemodi affectionibus suscipienda est aliquantulum ipsa ægritudo, de qua vis per te alium liberari, & sic suscipienda, vt ad auxilium, non ad æqualitatem miseriæ valeat: quemadmodum se inclinat qui manum iacenti porrigit. Non enim se proiicit vt ambo iaceant, sed incuruat tantum, vt iacentem erigat. Neque vlla res officiosum istum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, nisi quod cogitamus quanta pro nobis pertulerit Dominus. Hinc nos admonens Apostolus ait. Hoc sentite in vobis qđ & in Christo Iesu qui cũ in for. dei.e.nõ ra.arbi.est esse æqua.Deo sed se.exi.for. ser. ac.in si. ho.f.& ha. in. vt homo.H. se. factus o.vsque ad mor.mor.autem crucis. Cum enim superius dixisset, Non quæ sua sunt vnusquisque intẽdens sed quæ aliorũ, statim subdit, Hoc sentite in vobis, quod in Christo Iesu: ad hoc dũtaxat intendite, ad hoc ipsum respicite, vt quẽadmodum ille in eo quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset, peccata nostra suscepit, non attendit sua, sed nostra: ita & nos libenter ad eius imitationẽ inuicem onera nostra portemus. Huic cogitationi accedit etiam illa cogitatio, qua ille suscepit hominem nos autem homines sumus, & considerare debemus quod ægritudinem siue animæ, siue corporis, quam in alio homine videmus, etiam nos habere potuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus ei cuius infirmitatem portare voluimus, quod ab illo nobis vellemus exhiberi: Si forte nos in ea essemus, & ipse non esset. Ad hoc pertinet quod ipse idem Apostolus ait. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem: cogitando scilicet in eo vitio etiam se esse potuisse, vnde cupiebat alium liberare: compatiendo enim potius id agebat, non mentiendo, sicut quidam suspicantur, & ij maximè qui mẽdaciis suis defendendis quæ negare non possunt, alicuius magni exempli patrocinium requirunt. Dein de & illud cogitandum, nullum esse hominem qui non posit habere aliquid boni, quod tu nondum habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit te esse superior, quæ cogitatio ad conterendã & edomandam superbiam valet. Ne arbitreris quoniam quædam bona tua eminent & apparent, ideo alterum nulla habere quæ lateant, & fortasse maioris ponderis bona quibus te superat nescientem. Non enim falli nos aut adulatione potius vti Apostolus iubet, cum nobis dicit. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriã, sed in humilitate mentis alter alterum existimãtes superiorem sibi. Non hoc ita debemus existimare vt non existimemus, sed nos existimare fingamus: sed verè existimemus, posse esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmus nos superiores esse, non sit occultum. Nam istæ cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes charitatẽ, faciunt onera fraterna inuicem, non solùm ęquo animo, sed etiam libentissimè sustineri. Ipsa est ergo lex Christi vt inuicem onera nostra portemus, Christum autem diligendo, facilè sustineamus infirmitatem alterius, etiam quem nondum propter sua bona diligimus: cogitamus enim, qa ille quem diligimus, Dominus propter eum mortuus est. Ipsius Domini charitatem nobis Apostolus ingessit cum diceret, Et peribit in tua conscientia infirmus frater, propter quem Christus mortuus est: vt si illum infirmum propter vitiũ quo infirmus est, minus diligimus, illum in eo cõsideremus, qui propter ipsum mortuus est. Christum autem non diligere, nõ infirmitas, sed mors est. Quapropter ingenti cura & implorata Dei misericordia cogitandum est, ne Christum negligamus, propter infirmum, cum infirmum debeamus diligere propter Christum.

OPERATIO. Operari ipsius Dei. Li. j. super Gen. Non operatur Deus temporalibus aut corporalibus motibus sicut homo vel Angelus, sed æternis atque incõmutabilibus & stabilibus rationibus coæterni verbi sui, quodam, vt ita dixerim, flatu pariter coæterni sancti spiritus sui. Lib. iiij. eiusd. Fas non est dicere aut credere Deum laborasse in operãdo cum omnia condidit, quando dicebat, Fiat, & fiebat: rerum enim condendarum tam facultas, Tom. III. Tom. eod.

quam facilitas incomparabilis & ineffabilis est apud Deum. Lib.viij.eius. In mundo gemina operatio prouidentiæ reperitur, partim naturalis, partim voluntaria. Naturalis quidem, per occultam Dei administrationem, quæ etiam lignis & herbis inserta est: voluntaria per Angelorum opera & hominum. Secundum illam primã cœlestia superius ordinari inferiúsque terrestria, luminaria syderáque fulgere, diei noctísque vices agitari, super aquis terram fundatam interlui atque circumlui, aerem altius superfundi, arbusta & animalia concipi & nasci, crescere & senescere, occidere, & quicquid aliud in rebus interiore naturalíque motu geritur. In hac autem altera signa dari, doceri & discere, agros coli, societates administrari, artes exercere, & quæque alia siue in superna societate aguntur, siue in hac terrena atque mortali, ita vt bonis cõsulatur etiã per nescientes malos, ínque ipso homine eandem geminam prouidentiæ vigere potẽtiam. Primo erga corpus naturale, scilicet eo motu quo fit, quo crescit, quo senescit. Voluntarium verò quo illi ad victum, tegumentum, curationémque cõsulitur. Similiter erga animam naturaliter agitur vt viuat, vt sentiat: voluntariè verò, vt discat, vt cõsentiat.

Cap.9. Tom.eod.

Gemina Dei operatio.

Operari non possumus bonum sine Deo. Super epistolam ad Romanos, propositione liij. Nemo sibi audeat tribuere quia misericorditer operatur: quia Deus illi per spiritum sanctum dilectionem dedit, sine qua nemo potest esse misericors. Lib.de vera innocentia. Ad peccatũ homo abundat propria facultate: ad agendum autem bonum sibi non sufficit, nisi ab illo iustificetur, qui solus est iustus. Eodem lib. Nõ sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est: & parum est nemini nocere, nisi studeas multis prodesse. Ideo super Psal.cxliiij. Quid tibi prodest abundare operibus Dei, si te deserit ipse operator? Certè ama & hoc, sed plus illum ama: & hoc propter illum ama.

Tom.IIII.

Tom.III.

Quæ sint dicenda opera bona. Super Psal.lxvij. Ea quippe sola bona opera sunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. Hoc autem necesse est vt antecedat fides, vt inde ista, non ab istis incipiat illa: quoniam nullus operatur per dilectionem Dei, nisi prius credat in Deum. Super Psal.lxxxix. Tunc recta sunt opera, cum in illum finem dirigũtur, qui est Christus: finis enim præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Vnde etiam Dominus in Euangelio, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem ille misit. Quod vt dicit. Super Psal.lxxix. Ad omne rectè factum, amor & timor ducit. Vt facias bene, amas Deum & times Deum: vt facias malè, amas mundum & times mundum. Hęc duo conuertantur ad bonũ. Amas terram: ama vitam æternã. Timebas mortem: time gehennam.

Tom.VIII.

Opera bona ex fide.

Tom.VIII.

Ioan.6.

Tom.III.

Operandum est autem voluntariè. Lib.de vera innocentia. Nemo inuitus benefacit, etiam si bonum est quod facit: quia nihil prodest spiritus timoris, vbi non est spiritus charitatis. Operandũ est cũ hilaritate. Eodem li. Cũ bonũ operaris, hilaris operare. Nã si quid

A boni tristis feceris, fit de te magis quam facis.

Operandum est licitè sine pigritia. In epistola ad clerum & vniuersam plebem Hipponẽsem. Si vos aliqua molestia temporalis exagitat, ipsa vos magis admonere debet, quemadmodum de illa vita cogitare debeatis, vbi sine aliquo labore viuatis, euadentes non molestas angustias tẽporis parui, sed horrendas pœnas ignis æterni. Nam si modo tanta cura, tanto labore agitis, ne in aliquos cruciatus transitorios incidatis, quantum vos oportet esse solicitos, vt sempiternas miserias fugiatis? Et si mors sic timetur, quæ finit temporalem laborẽ, quomodo timenda est quæ mittit in æternum dolorem? Et si deliciæ sæculi huius breues & sordidæ sic amantur, quanto vehementius futuri sæculi gaudia pura & infinita quærenda sunt? Ista cogitantes nolite esse pigri B in operibus bonis, vt ad vestri seminis messem suo tempore veniatis.

Tom.X. Epist.

Et quia operandum est bene in præsenti vita. Ideo lib.50.Homil.homil. xvj. Vt ad illud ineffabile gaudium venire possimus, bonis operibus studeamus insistere: ac quotidie conscientias nostras intus aspicientes, si aliquid in stola animæ nostræ aut per negligentiã diffusum, aut per luxuriam sordidatum, aut per iracundiam combustum aut per inuidiam cócisum aut per auaritiam tenebrosum esse cognoscimus, dum adhuc in nostra potestate est, cum Dei adiutorio festinemus vulnerata curare, reparare perdita, & ad candorem iustitiæ ea quæ obscura fuerant reuocare: ne fortè si bonis operibus nudi, & vitiorum pannis sordentibus inuoluti, ante tribunal æterni iudicis venerimus, illa ad nos terribilis sententia dirigatur, Discedite à C me maledicti in ignem æternum. Et ideo quantum possumus fructum iustitiæ studeamus afferre: timentes illud. Omnis arbor quæ non facit bonos fructus excidetur & in ignem mittetur. Hæc sententia euidenter ostendit, quia non solùm malum fecisse, sed etiam bonum non egisse, damnabile est.

Tom.X.

Matt.

OPINIO. Lib.iij.de libero arbitrio. Opinio, aut in errore, aut in veritate ratiocinantis est, vel credentis: Sensus autem, aut consuetudine, aut natura valet. Posse autem fieri vt in opinione sit aliud, & in sensu aliud, vel ex hoc cognoscere facilè est, quod plerunque aliud faciendum esse credimus, & aliud facere delectat. Et aliquando veracior est sensus D quã opinio, si illa de errore, ille de natura est: velut cũ æger plerunque frigida conducibiliter delectatur, quã tamen si biberit, credit esse nociturã. Aliquando veracior est opinio quam sensus, si credit arti medicinæ, obesse frigidã, cum reuera oberit, & tamen bibere delectat. Aliquãdo vtrũque in veritate est, cũ id quod prodest, non solũ ita creditur, sed etiam libet. Aliquando vtrunque est in errore, cum id quod nocet, & prodesse creditur, & libere non desinit. Solet autẽ & recta opinio prauã corrigere consuetudinẽ, & praua opinio rectam deprauare naturã. Tanta vis est in dominatu & principatu rationis. In episto. ad

Nebridium

Nebridium. Falsis opinionibus tanto quisque inseritur magis, quanto magis in eis, familiariúsque volutatur. Multo id facilius in rebus veris animo accidere solet.

ORATIO. Quid sit oratio. In sermone de ieiunio & oratione. Oratio est ascensio animæ de terrestribus ad cœlestia, inquisitio supernorum, inuisibilium desiderium. Abeat dissensio sæcularium morũ, quibus premitur mens humana quotidie. Vnde eam commendando sic describit, in tractatu de misericordia, in fine. Quid est oratione præclarius? Quid vitæ nostræ vtilius? quid animo dulcius? quid in tota nostra religione sublimius? Oratio est quæ ad bonum nos Christianos prouocat. Oratio est, qua cum Deo loquimur, qua patrem eum dicimus, qua vniuersa desideria nostra in conspectu maiestatis eius effundimus. Oratio est quæ cœlos penetrat, nubes transit, Dei aures attingit. Hæc in Ecclesia vniuersis gradibus necessaria est. Hæc catechumenis spiritũ, fidelibus præsidium, pœnitentibus solatium præstat. Hæc iustos continet, subleuat peccatores. Per hanc etiam qui stãt, non cadunt: & qui elisi sunt, eriguntur. Hac vtitur ætas omnis & sexus, hac conditio omnis & dignitas. Hæc magna seruat, hæc tutatur & minima. Per hanc diuites tuti sunt, per hanc pauperes non deficiunt. Hæc pro illorum abundantia excubat: hæc vt ab istis penuria expellatur, exorat. In hac gubernamur in prosperis, per hanc fiduciã gerimus in aduersis. Hæc nobis in gaudiis iucunda est, hæc in luctibus suauis. Per hanc lætitiam percipimus, per hanc tristitiã declinamus. Huic animi nostri pondus & tædium nociuáque omnia commendamus. Hanc quasi idoneam quandam & tutissimam nauem, vniuersorum desideriorum nostrorum mercibus oneramus, quæ ad omnipotentem Deum precamur expansis manibus fusísque precibus prospero fœlicíque cursu perueniat. Per hanc omnia timoris Domini ornamenta percipimus. Per hanc quicquid fides inchoat, spes cumulat, charitas decorat assidua deprecatione seruamus. Per hanc castitate tuemur, continentia virtutéque omni gubernamur. Per hãc in cõfessione persistimus, in tentatione duramus. Per hanc pro Christo corporis vincula sustinemus. Per hanc postremo, beata martyria consummamus. Sed quare oramus si Deus omnia nouit. Lib. ij. de serm. Domini in monte, cap. iij. Quæri potest cur opus sit verbis ad Deũ orare, qui omnia scit antequam fiant, & nouit quid nobis sit necessariũ antequam petamus ab eo. Hîc respondetur non verbis nos agere debere apud Deum vt impetremus quod volumus, sed rebus quas animo gerimus, & intentione cogitationis, cum dilectione pura & simplici affectu: sed res ipsas verbis nos docuisse Dominum nostrum, quibus memoriæ mandatis eas ad tempus orandi recordaremur. Sed rursus quæri potest, siue rebus, siue verbis orandum est, quid opus sit ipsa oratione, si Deus iam nouit quid nobis necessariũ sit, nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrũ serenat & purgat, capaciúsque efficit ad excipienda Diuina munera, quæ nobis spiritualiter infunduntur? Nõ enim ambitione precũ nos exaudit Deus, quia paratus est suam lucem dare nobis, non visibilem, sed intelligibilem & spiritualem: sed nos non semper parati sumus accipere, cũ inclinamur in alia, & rerum temporalium cupiditate tenebramur. Sit ergo in oratione conuersio cordis ad Deum, quia semper dare paratus est, si nos accipimus quod dederit.

Ideo super epist. ad Romanos, propositione xlvj. Deus nouit quid in hac vita expediat, quid post hanc vitam daturus sit. Oramus autẽ cõuersi ad Orientem. vbi supra de serm. Domini in monte. Cum oramus, ad Oriẽtem conuertimur, vnde cœlum surgit: non tanquã sit ibi Deus, & quasi cæteras mundi partes deseruerit, qui vbique præsens est, non locorum spatiis sed maiestate potentiæ. Sed vt admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad Dominum, cum ipsum corpus eius quod terrenum est, ad corpus excellentius. s. cœleste cõuertitur. Conuenit etiam gradibus religionis & plurimũ expedit, vt omnium sensibus & magnorum & paruulorũ bene sentiatur de Deo. Sed de modo orandi. Lib. de cura pro mortuis agẽda. Quod orantes de membris sui corporis faciunt, supplicationibus congruit, cũ genua figunt, extendunt manus, vel etiam prosternuntur solo, & si quid aliud faciunt visibiliter, quamuis eorum inuisibilis volũtas & cordis intentio Deo nota sit, nec ille indigeat iis indiciis vt animus ei pandatur humanus: sed hinc magis seipsum excitat homo ad orandum, gemendúmque humilius atque feruentius. Et nescio quomodo hi motus corporis, nisi præcedẽte motu in animo fieri possint, eisdẽ rursus exterius visibiliter factis ille interior inuisibilis, qui eos fecit augetur. Ac per hoc, cordis affectus, qui vt fierẽt ista, præcessit: quia facta sunt, crescit. Verũ si eo modo quisque teneatur, vel etiã ligetur, vt hoc de suis mẽbris facere nequeat: nõ ideo non orat interior homo, & ante oculos Dei, in secretissimo cubili verbi cõpungitur, sternitur. Lib. ij. quæstionũ ad Simplicianũ, quæstione iiij. Nõ præscriptũ quomodo corpus cõstituatur ad orãdũ, dũ animus Deo præsens peragat intentionẽ suã. Nã & stantes oramus, sicut scriptũ est, Publicanus autẽ de longe stabat, & fixis genibus: sicut in actibus Apostolorũ legimus, Et sedentes: sicut Dauid, & sanctus Helias quando pluuiã orando impetrauit. Nisi etiã iacentes oraremus, nõ scriptũ esset in Psal. Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis &c. Cum enim quisque orationẽ quærit, collocat mẽbra sua sicut ei occurrerit, accõmodata pro tempore positi corporis admouendum animũ. Cũ autẽ nõ quærit, sed infert appetitus orandi: hoc est cũ aliquid repente venit in mentẽ, quo supplicãdi moueatur affectus gemitibus inenarrabilibus, quocũque modo inuenerit hominẽ, nõ est vtique differenda oratio, vt quæramus quo recedamus, aut

vbi ſtemus, aut vbi proſternamur. Gignit enim ſibi mētis intētio ſolitudinē,& ſæpe etiā obliuiſcitur ſe,vel quā cœli partē,vel in qua poſitiōe corporis mēbra illud tēpus inuenerit. Lib.de oratiōe Dominica. Orādi formā Chriſtus ipſe dedit, ipſe quid precemur monuit & inſtruxit. Qui fecit viuere docuit & orare:ea benignitate,qua cætera dare & conferre dignatus eſt. (Tom.IIII.) Sed vt dicit lib.de prædicto ſermo.Domini in monte. Clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Parum eſt intrare cubiculum,ſi pateat importunis inquietationibus oſtium per quod ea quæ foris improbè ſe immergūt,& interiora noſtra irrūpūt. Hæc ſunt temporalia & viſibilia,quæ per carnales ſenſus cogitationes noſtras penetrant, & turbam variorum phantaſmatum orantibus generāt. (Tom.II. Epiſt.121. Cap.9.) De orationis verò tempore. In epiſtola ad Probam. Per certa interualla horarum & temporum verbis rogamus Deum:vt illis rerum ſignis noſipſos admoneamus,quantúmque in hoc deſiderio profecerimus nobiſipſis innoteſcamus, & ad hoc augendum noſipſos acrius excitemus. Dignior enim ſequetur effectus, quem feruētior præcedit affectus. (Cap.10.) Et infra ſubdit quantum ſit orandum. Diu orare cum vacat.i.cum aliarū bonarum & neceſſariarum actionum nō impediūtur officia,quamuis & in eis,deſiderio ſemper orandum ſit:non eſt improbū nec inutile. Neque enim,vt nonnulli putant,hoc orare eſt in multiloquiis, ſi diutius oretur. Aliud eſt enim ſermo multus,aliud diuturnus affectus. Nam & de ipſo Domino ſcriptum eſt, quod pernoctauerit in orādo,& quod ꝓlixius orauerit: vbi q.d aliud quā nobis præbebat exemplū,in tēpore precator opportunus,cum patre exauditor æternus? (Luc.6.) Dicūtur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes,ſed eas tam breuiſsimas & raptim quodāmodo iaculatas,ne illa vigilanter erecta, quæ orāti plurimum neceſſaria eſt,& per productiores moras euaneſcant, atque hebetetur intentio. (Breuis & crebra oratio.) Ac per hoc etiam ipſi ſatis oſtendunt, hanc intētionem,ſicut nō eſt obtundenda,ſi perdurare nō poteſt,ita ſi perdurauerit non citò eſſe rumpendam. Abſit enim ab oratione multa loquutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruens perſeuerat intentio. Concludit autem in regula. Orationibus inſtate,horis & tēporibus cōſtitutis. (Tom.II. Epiſt.109) Lib. de hæreſibus. Quod ait Apoſtolus, ſine intermiſſione orate. Saniſsimè ſic accipitur, vt nullatenus intermittātur certa tēpora orādi. (Tom.I.) Dicit autē li. ij. cōtra Maximinū cap.ix. (Tom.VI.) Nullus dies,nulla hora, nullū momentū tēporis inuenitur, quo non à ſanctis orationes Deo vbique fundantur, ab aliis hîc,ab aliis alibi:cū tamen ab orationibus nullū ſit tēpus immune,quando quidē diebus & noctibus,cū alij cibo accepto reficiūtur, alij quodlibet aliud agūt,alij dormiunt,non vtique deſunt quos deſideriū ſanctum orare cōpellat. (Tom.X.) Debet fieri oratio cū charitate. lib. de verbis Domini, ſerm.xviij. Clamare ad Chriſtū,eſt gratiæ Chriſti cōgruere bonis operibus. Hoc dico ne fortè ſtrepētes ſimus vocibus, & muti moribus. Qui

A clamat ad Chriſtū,vox eius in factis ſit, incipiat mundū contemnere,copiā ſuam diſtribuere,pro nihilo habere quæ homines amant: contemnat iniurias, non appetat vindicari,paret maxillam percutienti,oret pro inimicis,ſi quis ei abſtulerit ſua non repetat,ſi quid alicui abſtulit, quadruplū reddat. Vnde in epi.ad Antoninū. Gratior eſt Deo pro fratre deprecatio,vbi ſacrificiū charitatis offertur. Propterea lib.de orando Deum. In verà charitate ad Deum noſtrū perueniamus, vt ab eo petitionem obtineamus. Beatificemus amicos Dei,indulgeamus inimicis,eius laudemus potentiā,admiremur ſapientiā, prædicemus bonitatē, approbemus æquitatem: oſtendamus ei neceſsitatem noſtrā,indicemus ei miſeriā noſtrā, detegamus ei infirmitatem noſtrā, confiteamur ei culpam noſtram,offeramus ei obedientiā noſtram,

B manifeſtemus ei aduerſariorū noſtrorū, dæmonum & prauorum hominū malitiā, iniquitatē,crudelitatē,aſtutiā,& tyrannidem, & qui ei aduerſantur,qui nos perſequūtur, qui nobis hoſtes ſunt,qui ei contradicunt. Malimus nos iram inimicorum propter eum,quam cum eis abire cōtra eum. Debet eſſe oratio cum ſobrietate. in prædicta epiſt.ad Probam. Ieiunia,& ab aliis voluptatibus ſine ſalutis neglectu carnalis concupiſcentiæ refrænatio, maximéque eleemoſynæ multum adiuuant orationem, vt poſsimus dicere, In die tribulationis meæ Deum exquiſiui manibus & nocte coram eo, & non ſum deceptus. Quomodo enim Deus incorporalis & inpalpabilis manibus exquiritur,niſi operibus exquiratur? Debet eſſe cum omni puritate. Lib.de vita Chriſtiana. Apoſtolus dicit, Volo autē viros

C orare in omni loco,leuantes ſanctas manus. Ille enim ad Deum merito extollit manus: ille preces bonæ conſcientiæ fundit, qui poteſt dicere. Tu noſti Domine,quam ſanctæ,quam innocentes,quam puræ ſint ab omni fraude,& iniuria,& rapina,quas ad te expando manus: quam iuſta, quam immaculata labia,& omni mendacio libera, quibus tibi vt mihi miſerearis preces fundo.

Ideo lib.de oratione Dominica. Quando ſtamus ad orationem,fratres dilectiſsimi, vigilare & incūbere ad preces debemus,cogitatio omnis carnalis abſcedat,ne quicquam tunc animus quā id ſolum cogitet quod precatur. Ideo & ſacerdos ante orationē præfatione præmiſſa parat fratrū mētes dicendo,Surſum corda:vt dum reſpondet

D plebs,Habemus ad Dominū: admoneatur nihil aliud ſe, quam Deū cogitare debere. Claudatur contra aduerſariū pectus,& ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem Dei tempore orationis adire patiatur:obrepit enim frequenter & penetrat, & fallens ſubtiliter preces noſtras à Deo abuocat, vt aliud habeamus in corde,aliud in voce, quādo intētione ſyncera Dominū debeat nō vocis ſonus, ſed animus & ſenſus orare. Quæ autē ſegnitia eſt alienari & capi ineptis cogitationibus & ꝓphanis,cū Dominū deprecaris:quid aliud eſt qđ mnis debeas cogitare, quā id quod cū Deo loqueris? Quomodo te audiri à Deo poſtulas,cū te ipſe non

nõ audias? Vis esse Dominum memorem tui cũ rogas, quando tu ipse memor non sis? Hoc est ab hoste in totũ non cauere: hoc est quando oras Deũ, maiestatem Dei negligentia orationis ostẽdere: hoc vigilare oculis, & dormire corde: cum debeat Christianus cum dormit oculis, corde vigilare. In tractatu super vltimũ Prouerbiorũ. In orando Deo, in omni deprecatione sua nõ debet homo habere firmam conscientiam suam de opere futuro, sed de præterito: ex eo quod fecit, non ex eo quod facturus est, petere debet. Vnde lib. de salutaribus documentis. Hoc mi frater stude in vita tua, vt orationem tuam puram offeras Domino Christo, ne cogitationes huius sæculi conturbent animum tuum, neque in diuersa rapiatur mens tua. Memento enim te sub Dei stare conspectibus, qui occulta cordis prospicit, & secreta tuæ mentis nouit. Vigilanter igitur & assidue asta in conspectu Dei in tẽpore orationis, vt imminentem diaboli tentationẽ facilius possis euadere. Si enim cogitationes huius sęculi malæ & sordidæ turbant cor tuũ, & cogunt illicitũ aliquid perpetrare, per orationes puras & vigilias sanctas depellantur ab anima tua. Oratio nãque iugis munitio est animæ. Per orationes purissimas omnia nobis vtilia tribuuntur à Domino, & cuncta noxia effugantur. Et ne diutius de hoc disputem vel immorer, sicut ex carnalibus escis alitur caro, ita ex Diuinis eloquiis & orationibus interior homo nutritur & pascitur.

Debet esse cũ affectus voluntate. lib. vj. de baptismo contra Donatistas. Plerunque meritum orationis superat affectus precantis: clamor etiã ad Deũ, non vocis est, sed lachrymarũ. Quia vt dicit super Ioan. serm. ix. Quid prodest strepitus oris muto corde? Vnde super Psalm. lxv. Quandiu hîc sumus, rogemus Deum vt non à nobis amoueat deprecationem nostram, & misericordiam suam. i. vt perseueranter oremus, & perseueranter misereatur. Multi enim languescunt in orando, & in nouitate suæ conuersionis feruenter orant, postea languide, postea frigide, postea negligenter. Quasi securi fiunt. Vigilat hostis, dormis tu. Ipse Dominus præcepit in Euãgelio, Quia oportet semper orare, & non deficere. Ergo non deficiamus in oratione. Ille quod concessurus est, etsi differt, non aufert. Securi de pollicitatione ipsius, non deficiamus orãdo. Vnde in regula dicit. Psalmis & hymnis cum oratis Deũ, hoc versetur in corde, quod profertur in voce. Super Psalm. cxxix. In corde precantis est Deus. Vbique enim Deũ præsentẽ habet, cuius fidelis est vox. In serm. ij. de oratione. Cũ quis orat, sanctũ in se spiritũ aduocat. Ideo oratio magis est agẽda corde quã voce. Melius enim est orare corde sine sono vocis, quam solis verbis sine intuitu mẽtis. Assignat autẽ huius rei causam. Lib. de Orando Deũ. Quo studio, & quo affectu à nobis orãdus sit Deus, ex nostra miseria simul & ex cõditoris misericordia considerare possumus. Quid enim affectius hominẽ ad orãdi studiũ excitaret, quã miseria & calamitas tãtorũ malorũ quibus premitur? Aut quid iucundius ad affectũ traheret, quã misericordia cõditoris, quã toties inter mala sua experitur? Ne ergo mẽs humana ad orandũ sit pigra, illic ex vna parte necessitate cõpellitur: & ne aut diffidens oret, aut trepidans, illic misericordia Dei prouocatur. Debet esse oratio cũ cordis humilitate. super Ioan. *Tract. 10. Tom. IX.* Mũda cubiculũ cordis. Vbi fueris, vbicũque oraueris, intus est qui exaudit. Nã qui te exaudit, nõ est præter te. Nõ longe vadas, nõ te extollas, vt quasi attingas illũ manibus. Magis si te extuleris, cades: si te humiliaueris, ipse appropinquabit tibi. Vnde lib. de vera innocentia, ca. cccxxxiij. *Tom. III.* Quid supplicaturus Deo locũ sanctũ & aptũ requiris? Interiora tua munda, & inde omni mala cupiditate depulsa, præpara tibi in cordis tui pace secretũ. Volens in tẽplo orare, in te ora, & ita age semper, vt templũ Dei sis. Ibi enim Deus exaudit, vbi habitat. Ideo lib. de oratione Dominica. Sit orantibus sermo & precatio cũ disciplina, quietẽ continens & pudorẽ. Cogitemus nos sub cõspectu Dei stare. Placẽdũ Diuinis oculis, & habitu corporis, & modo vocis. Nã vt impudentis est clamoribus strepere: ita congruit verecundiorẽ modestis precibus orare. Denique magisterio suo Dominus secreto nos orare præcipit, in abditis & secretis locis, in cubilibus nostris: quod magis congruit fidei, vt sciamus Deũ vbique esse præsentem. Debet esse cum gestus maturitate. Ibidẽ. Quando in vnũ cum fratribus conuenimus, & sacrificia Diuina cum Dei sacerdote celebramus, verecundiæ & disciplinæ memores esse debemus, non passim ventilare preces nostras incõditis vocibus, nec petitionẽ commendandã immodeste Deo, aut tumultuosa loquacitate iactare: q̃a Deus non vocis, sed cordis auditor est. Nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes videt. Debet esse cũ eleemosynarũ largitate. Eodẽ lib. versus finem. Orantes non infructuosis, nõ nudis precibus ad Dominum veniant: inefficax petitio est, cũ precatur Dominũ sterilis oratio. Ibid. Citò orationes ad Dominũ ascendũt, quas ad Dominũ merita nostris operibus imponũt, sicut Raphael Angelus orationes Tobiæ. Propterea lib. de salutaribus documẽtis. *Cap. 45. Tom. IIII.* In omni oratione & obsecratione, Domini volũtatẽ in te, nõ tuã deprecare fieri: & secundũ Apostoli præceptũ, orare sine intermissione oportet & sanctas manus sine ira & disceptatione ad Deũ leuare. Misericors est Dominus, & misericordiã in se sperãtibus præstat. *Cap. 46.* Non illi misericordia opus erat, qui nullũ habuit peccatum, qui Angelos fecit, & Archãgelos præposuit, sed vt nos ab illo misericordiã cõsequamur, eleemosynas dedit. *Eleemosynæ cũ oratione.* Non quod eleemosyna illi necessaria fuit, cuius sunt omnia regna cœlorũ, qui cõstituit Dominationes, Principatus, Virtutes, Potestates, sed vt nos eleemosynis nostris participes regni cœlorũ efficeret. Patiẽs & pacificus est Dominus, vt patiẽtia & pace sua, mũdũ totũ, qui in maligno positus erat, recõciliaret Deo. Et nos patientes pacifici, sine ira & disceptatione simus.

In ſerm.x.de nati.Ioan.bapt. Nimirum verba deuotæ orationis, adiuuat manus piæ operationis. Sed non valet oratio ſine Chriſti gratia. Vnde in epiſt.ad Roma. Nos quid oremus & ſicut oportet, neſcimus. Duas ob res, & quod illud quod futurũ ſperamus, & quò tendimus nondũ apparet: & in hac ipſa vita multa poſſunt nobis proſpera videri quæ aduerſa ſunt, & aduerſa quæ proſpera. Nam & tribulatio quando accidit ſeruo Dei ad probationem vel emendationẽ, videtur nonnunquam minus intelligentibus inutilis: ſed ſi referatur ad illud quod dictũ eſt, Da nobis auxiliũ de tribulatione, & vana ſalus hominũ: intelligitur quod plerũque de tribulatiõe nos adiuuat Deus: & fruſtra ſalus optatur, quæ aliquã do aduerſa eſt, cũ delectatione & amore huius vitæ implicat animã. Vnde eſt etiã illud, Tribulationẽ & dolorẽ inueni, & nomen Domini inuocaui. Ideo lib.de perfectione iuſtitię hominis. cap.xxvj. Ideo orando petimus, nõ quia hoc ſine volũtate noſtra agitur, ſed quia voluntas nõ implet quod agit, niſi Diuinitus adiuuetur. Hæc eſt fidei ſanitas quæ nos facit orare & quærere, vt inueniamus, petere vt accipiamus, pulſare vt aperiatur nobis. Super Pſal.cviij. Oratio nõ eſt iuſta, niſi per Chriſtum. Oratio autẽ quæ non fit per Chriſtũ, nõ ſolũ non poteſt delere peccatũ, ſed etiã ipſa fit in peccatũ. Lib.ij.quæſtionum Euangeliorũ.q.j. Nemo orat accipere, quod ſe acceptur ũ eſſe deſperat. Vnde ſic orabat libr. de Speculo. Deus infinitæ miſericordiæ, & maieſtatis immẽſę pietatiſque gratuitæ, qui ſeruos tuos inter aduerſa & proſpera mirabiliter dirigis atq; cuſtodis, ſicque moderaris vitã illorũ in vtraque parte, vt aduerſa proſperis, & proſpera ſuccedant aduerſis. Confiteantur ergo tibi Domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi: nec taceãt laudes tuas ipſi etiã peccatores. Quorũ vnus ego licet in peccatis pronior, corde tamẽ deſideranti tuas decanto laudes: ſi nõ ea qua debeo laude vel dignitate, facio qua valeo facultate: reſpice quæſo ſereno vultu ad huius meæ exiguitatis obſequium, & propitiabili dignatione accipe tantillũ ſacrificiũ confeſſionis fidei meæ, vt ad te redeat quod à te venit: non reſpiciens tantum ad id quod deuotus affero, quantũ ad ea quæ dicere volui. Nã volui quicquid dedecet: & quod te offendit abhorret anima mea. Vtinã poſſem talia qualia illi Angelici chori. O quã libẽter totũ me in laudibus tuis effunderem, & luculenter in medio Eccleſiæ canticũ gloriæ tuæ infatigabiliter perorarem. Sed quia illud nequeo, penitus tacebo? Væ Domine tacentibus de te, quia ora mutorũ reſoluis & linguas infantium facis diſertas. Verũ quia paruulis licet laudes tuas vel balbutire, ſuſcipe ſacrificiũ precor de manu linguæ meę, de cordis amore. Sed ignoſce rogo Domine indigniſſimo & infœlici tecum de te diutius loquẽdi ſeruo. Ignoſce pie, nõ temeritate præſumptionis, ſed auiditate tui deſiderij, huic defloratiunculæ operã dedi. In ſerm.ij.de oratione. Oratio pura cœlorum altitudinẽ penetrat, & vſque ad con-

Propoſ.54. Tom. IIII.

Pſal.59.

Tom. VII.

Tom. IIII. Cap.3. Tom. IX.

A ſpectũ Diuinæ maieſtatis aſcendit. Orationibus liberamur nõ ſolũ à vitiis, ſed etiã à pœnis æternis. Orationibus noſtri proſternũtur inimici, & fideles Deo efficiũtur amici. Orationibus cõuincũtur tentamenta diaboli, & æternæ beatitudinis dona acquiruntur. Per orationes omnia nobis à Domino vtilia tribuuntur, & cũcta nobis noxia procul effugãtur. Sed tribus modis orationes impediuntur, aut cũ quis à Deo petit, quod ſuæ ſaluti reſiſtit: aut cũ orat & ab iniquitate non ceſſat: aut ſi delinquenti in ſe debita nõ relaxat. Quod triplex malum dum à ſe vnuſquiſque ſtudioſius abſtraxerit, ſecurus ſtudio orationis incumbat, & ea quæ petit precibus, ſe impetrare libera mente confidat. Propterea orauit Chriſtus vt nos orare doceret. Super Pſal.lvj. Ad hoc orauit Chriſtus, vt doceret orare: ad hoc paſſus eſt, vt doce-

B ret pati: ad hoc reſurrexit, vt doceret ſperare reſurrectionem. Libro de oratione Dominica. Quando Chriſtus orabat, qui ſine peccato erat: quantomagis peccatores oportet orare? Et ſi ille per totã noctem iugiter vigilans precibus orabat, quãtomagis in frequẽtanda oratione debemus vigilare? Ideo in ſerm.de oratione. De Domino noſtro ſcriptũ eſt, quod procidẽs in terrã ita orauerit, vt ab eo guttæ ſanguinis ſtillarent. Quid autẽ indigebat Chriſtus vt taliter ſupplicaret? Non ille quicquã indigebat, ſed nobis exẽplo ſuo orationis remedia præparabat. Orat miſericordia, & nõ orat miſeria: orat charitas, & non *humiliatur* iniquitas: proſtratus in terra orat medicus, & nõ humiliatur ægrotus. Orat innocẽtia, & non orat nequitia: orat qui peccatũ non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius, & non ſe proſternit multis

C obnoxius: orat iudex, & deſiderat parcere, & nõ orat reus, vt indulgentiã mereatur accipere: orat iudicaturus, & orare diſſimulat iudicandus. Non ergo pigeat noſtram infirmitatem, quod vnuſquiſque proſtratus in terra ſe pro ſe humiliet.

Sed quid in oratione ſit petendum. Libro ſupradicto de ſermone Domini in monte. Orandũ eſt vt non ſolũ liberemur à malo quo caremus, ſed etiam ab illo quo iam inducti ſumus: quod cũ factũ fuerit, nihil remanebit formidoloſum, nec omnino metuẽda erit vlla tentatio. In ſupradicta epiſtola ad Probam. Ora beatã vitã. Hanc enim habere omnes homines volunt. Nã & qui peſſimè & perditè viuũt, nullo modo ita viuerẽt, niſi eodem modo ſe eſſe vel poſſe beatos putarẽt.

D Quid igitur te aliud oportet orare, niſi id quod cupiũt mali & boni: ſed ad quod perueniunt non niſi boni? Super Ioannẽ. Quid oramus cũ dicimus, Dimitte nobis debita noſtra: niſi vt vulnera noſtra ſanẽtur? Et q̃d aliud petimus cũ dicimus, Et ne nos inferas in tẽtationẽ: niſi ille qui inſidiatur vel certat extrinſecus, nulla irrumpat ex parte, nulla nos fraude, nulla nos poſſit virtute ſuperare? Libro de natura & gratia, capite decimo octauo. Oratio Dominica vtrunque petendũ cõmonet, & vt dimittantur nobis debita noſtra, & vt nõ inducamur in tẽtationẽ: illud vt prę terita expiẽtur, hoc vt futura vitentur. Quod li-

cet non

cet non fiat, nisi voluntas adsit, tamen vt fiat, voluntas sola nõ sufficit: ideo pro hac re nec superflua, nec impudens Domino immolatur oratio. Nã quid stultius, quã orare vt facias quod in potestate habeas? Lib. ij. de verbis Domini, serm. vij. Conuersi ad Dominum Deum patrem omnipotentem puro corde, ei quantũ potest paruitas nostra, maximas atq; vberes gratias agamus, precantes toto animo singularẽ mansuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicũ quoque à nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidẽ, mentem gubernet, spirituales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat. Vnde lib. soliloquiorum ad Deũ, ca. ij. Ecce ad te clamo factura tua. Vita es, viuifica me. Ecce ad te respiro tuum plasma. Plasmator es, restaura me. Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo vt possit alloqui Deum factorẽ suum? Parce mihi colloquenti tibi: ignosce seruo, qui præsumit Deo suo loqui. Legẽ non habet necessitas, dolor me compellit dicere: & exclamare me compellit calamitas quã patior. Aeger sum, ad medicum clamo: cæcus sum, ad lucem propero: mortuus sum, ad vitam suspiro. Tu es medicus, tu lux, tu vita Iesu Nazarene. Miserere mei fili Dauid, miserere mei fons misericordiæ: audi qui ad te clamat infirmum. Lux quæ transis, expecta cæcum: præbe manum, vt ad te veniat, & in lumine tuo lumen videat. Vita viuens, reuoca mortuum. Sed vt dicit libro de vera innocentia, capite octogesimo octauo. Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius vitæ, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit vtile, magis nouit medicus quàm ægrotus. Si enim postulat quod Deus & præcipit & promittit, fiet omnino quod poscit, quia accipiet charitas quod parat veritas.

Qualiter sit orandum ad sanctos, docet libro supputationum, parte ij. capit. ij. Fœlices vos sancti Dei omnes, qui pertransistis huius mortalitatis pelagus, & peruenire meruistis ad portũ perpetuæ quietis, securitatis & pacis: securi & tranquilli sempérque festiui atque gaudentes estis. Obsecro per vestram charitatem, qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, solliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satiamini, de cuius immortalitate facti estis immortales, de cuius beatissima visione semper gaudentes, estote iugiter memores nostri: subuenite nobis miseris, qui adhuc in salo huius vitæ circunstantibus agitamur procellis. Vos portæ pulcherrimæ, quæ in magnam surrexistis altitudinem: adiuuate nos vile pauimentum, longe inferius iacentes. Date manum, & erigite iacentes, vt conualescentes de infirmitate fortes efficiamur in bello. Intercedite atque orate constanter & indesinenter pro nobis miseris, multùmque negligentibus peccatoribus, vt per

A vestras orationes vestro sancto consortio coniungamur, quia aliter salui esse non possumus. Sumus nanque valde fragiles & nullius virtutis homunciones: animalia ventris, & carnis mancipia, in quibus vix probitatis apparet vestigiũ. Veruntamen nisi finiatur nostra miseria, non complebitur totaliter fœlicitas vestra: & vos ex nobis fuistis, ex hominibus homines. Et nos sub confessione Christi positi, ligno crucis ferimur: nauigantes per hoc mare magnum & spatiosum, vbi sunt reptilia quorum non est numerus, vbi animalia pusilla cum magnis, vbi est draco sæuissimus semper paratus ad deuorandum, vbi sunt loca periculosa Scylla & Carybdis, & alia innumerabilia in quibus naufragantur incauti,
B & in fide dubij. Orate Dominum piissimi, orate omnia agmina beatorum, & vniuersus cœtus sanctorum, vt vestris precibus adiuti, salua naue & integris mercibus, peruenire mereamur ad portum perpetuæ salutis & quietis, & continuæ pacis, & nunquam finiendæ securitatis. Vnde pro virtutibus est orandum. Libr. de salutaribus documentis. Quapropter charissime in Christo frater, deprecanda est nobis Diuina clementia, vt desideria carnalia delectatio spiritualis minuat, & pietas in nobis crudelitatis iram restringat, & malignitatẽ patientia coerceat, & libidinẽ prudentia vincat, animositatẽ tranquillitas toleret, scurrilitatem & verbositatẽ taciturnitas moderata compescat, curiositatẽ studium spirituale in vigiliis & orationibus & eleemosynis
C succidat, ebrietatẽ sobrietas domet, iræ & furori mansuetudo dominetur, leuitatem maturitas regat, luxuriam vera castitas excludat, mundi cupiditatem Dei & proximi charitas refrænet, iactãtiam & superbiam conculcet profunda humilitas. Quia humilitas homines sanctos Angelos facit, & superbia dæmones ex Angelis fecit. Et in fine eiusdẽ libri sic orat. Pone Domine lachrymas meas in cõspectu tuo, & perueniat ad te in cœlũ deprecatio mea: Adesto precor & subueni, atque in manibus tuis commendatã tibi temetipsam suscipe: liberans me de ore sæuissimi draconis, & de manu atrocissimi inferni, cum acceperis me, & auferes de medio vmbræ mortis: imo deduces in semitam lucis, & in clarissimã regionem viuentium. Colloca me in caulis tutissimis gregum tuorum, quia tu es pastor bonus, qui re-
D quiris & reducis perditam ouem, tueris & saluas inuentam, foues & sanas languidam. Tu es misericors Dominus, quia sperantes in te non confundis: requirentes te, non derelinquis: reuertentes ad te, non respuis: sed exaltando & laudando suscipis, atque in æterna beatitudine vna cũ sanctis tuis æternaliter regnare cõcedis: quia est tibi cum æterno patre & spiritu sancto vna Diuinitas, gloria, virtus, imperium, & potestas in sæcula sæculorum, amen. Libro annotationum in Iob. Immunda est oratio, optando terrena. Propterea vt dicit libro Enchiridiõ, ca. centesimo decimo quinto. Proinde

Cap. 18. Tom. IIII.

Vitiorum remedia.

Cap. 65.

Tom. III.

apud Euangelistam Matthæum septē petitiones continere Dominica videtur oratio: quarum in tribus æterna poscūtur, in reliquis quatuor tēporalia, quæ tamen propter æterna consequenda sunt necessaria. Nam quod dicimus, Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: quod non absurdè quidam intellexerunt in spiritu & corpore: omnino sine fine retinenda sunt: & hîc inchoata, quantumcunque proficimus augentur in nobis: Perfecta verò, quod in alia vita sperandū est, semper possidebuntur. Quod verò dicimus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus &c. Quis non videat ad præsentis vitæ indigentiam pertinere? In illa itaque æterna vita vbi nos semper speramus futuros, & nominis Dei sanctificatio, & regnum eius & voluntas eius in nostro spiritu & corpore perfectè atque immortaliter permanebunt. Panis verò quotidianus ideo dictus est, quia hîc est necessarius quantus animæ carníque tribuendus est, siue spiritualiter, siue carnaliter, siue vtroque intelligatur modo. Hîc † est etiam quam poscimus remissio, vbi est omnis remissio peccatorū. Hîc tētationes quæ nos ad peccādū vel illiciūt vel impellūt: hîc deniq; malū vnde cupimus liberari, illic autē nihil horū est. Et subdit concludendo Lucam. Euangelista verò Lucas in oratione Dominica petitiones non septem, sed quinque complexus est: nec ab isto vnquam discrepauit, sed quomodo istæ septem sunt intelligendæ, ipse sua breuitate nos commonuit. Nomen quippe Dei sanctificatur in spiritu, Dei autem regnum in carnis resurrectione venturum est. Ostendens ergo Lucas tertiam petitionem duarum superiorum esse quodammodo repetitionem, magis eam fecit intelligi. Deinde tres alias adiungit de pane quotidiano, de remissione peccatorum, de tentatione vitanda. At verò quod ille in vltimo posuit. Sed libera nos à malo: iste non posuit vt intelligeremus ad illud superius quod de tentatione dictum est, pertinere. Ideo quippe ait, Sed libera nos à malo, non ait, & libera: tanquam vnam petitionem esse demonstrans, non hoc, sed hoc, vt sciat vnusquisque in eo se liberari à malo, quod non infertur in tentationem. Non erit autem in cœlo hec oratio necessaria. Libro de verbis Apostoli, sermone decimo septimo. In patria orandi locus nullus erit, sed tantum laudandi: quia nihil deerit. Quod hîc creditur, ibi videbitur, quod hîc speratur, ibi tenebitur: quod hîc petitur, ibi accipitur. Sed pro quibus sit orandum vel non orandum. Libro vigesimo primo de ciuitate Dei, capite vigesimo quarto. Qua de causa fit vt nūc Ecclesia nō oret pro malis Angelis quos nouit inimicos esse, eadē ipsa causa fit, vt in illo iudicio etiam pro hominibus æterno igne cruciandis, quamuis perfecta sit sanctitate, nō oret. Nunc propterea pro eis orat quos in genere humano habet inimicos, quia tempus est pœnitentiæ fructuosæ. Nam quid maximè pro eis orat, nisi vt det illis Deus, sicut dicit Apostolus, pœnitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem? Denique si de aliquibus ita Ecclesia certa esset, vt qui sunt illi, etiam nosset, qui licet in hac adhuc vita sint constituti, tamen prædestinati sunt in ignem æternum ire cum diabolo: tam pro eis non oraret, quam nec pro ipso. Sed quia de nullo certa est, orat pro omnibus duntaxat hominibus inimicis suis in hoc corpore constitutis, nec tamen pro omnibus exauditur. Pro iis enim solis exauditur, qui etsi aduersantur Ecclesiæ, ita tamen sunt prædestinati, vt pro eis exaudiatur Ecclesia & filij efficiantur Ecclesię. Si qui autem vsque ad mortem habebunt cor impœnitens, nec ex inimicis conuertuntur in filios, nunquid iam pro eis, id est talium defunctorum spiritibus orat Ecclesia? Cur ita, nisi quia iam in parte diaboli computantur, qui dum essent in corpore non sunt trāslati ad Christum? Eadem itaque causa est, cur non tunc oretur pro hominibus æterno igne puniendis, quæ causa est, vt neque nunc neque tunc oretur pro angelis malis: quæ itidem causa est, vt quamuis pro hominibus nunc viuis oretur, etiam malis, tamē iā nec nunc oretur pro infidelibus impiísque defunctis. Nā pro defunctis quibusdā, vel ipsius Ecclesię, vel quorūdā piorū exauditur oratio: sed ꝓ iis quorum in Christo regeneratorū, nec vsq; adeò vita in corpore malè gesta est, vt tali misericordia iudicentur digni non esse: nec vsque adeò bene, vt talem misericordiam reperiantur necessariam non habere. Sicut etiam facta resurrectione mortuorum, non deerunt quibus post pœnas, quas patiuntur spiritus mortuorū, impertiatur misericordia, vt in ignē non mittantur æternū. Neque enim de quibusdā veraciter diceretur, quod eis nō remittatur neque in hoc sæculo neque in futuro: nisi essent quibus & si non in isto, tamen remittetur in futuro. Sed cū dictū fuerit à iudice viuorū atque mortuorū. Venite benedicti patris mei. Percipite paratū vobis regnū à cōstitutione mūdi: Et aliis ecōtrario, Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius: & ibūt isti in suppliciū æternū, iusti autē in vitam æternā: nimiæ pręsumptionis est dicere, cuiquam eorū supplicium non futurū, quos Deus ituros in supplicium dixit æternum: & per huius præsumptionis persuasionē facere, vt de ipsa quoque vita, vel desperet, vel dubitet æterna. Orādū est pro cōmunitate. Li. de oratione Dominica. Propterea debet esse nobis cōmunis oratio. Et quādo oramus, nō ꝓ vno, sed pro populo toto oramus: quia populus totus vnus sumus. Deus pacis & concordiæ magister qui docuit vnitatem, sic orare vnum pro omnibus voluit, quomodo in vno omnes ipse portauit. In sermone de sanctis Fructuoso & Augurio & Eulogio. Cum beato Fructuoso Episcopo qui dū diceret & peteret vt eū in mēte haberet & orar

Oratio Dominica.

† Aliàs, hæc.

Cap.16.

Ead. oratio secundū Lucam.

Tom.X.

Tom.V.

& oraret pro eo, me dicit orare necesse est pro Ecclesia catholica ab oriente vsque in occidentem diffusa. Quis enim orat pro singulis, & neminem singulorum præterit? Qui orat pro vniuersis, ab eo nullum membrum prætermittitur: eius oratio pro toto corpore funditur. Orare debet populus pro prædicatore. Libro de nouo cantico in fine. Reddite nobis fructum laboris nostri. Reddite fratres, reddite. Exigimus à vobis. Talis est enim merces nostra quam à vobis exigimus, vt nec nos pudeat petere, nec vos pigeat erogare. Hoc quod exigimus, erogando cumulabitis magis, quam detrimentum patiemini. Si non erogaueritis, quæ est ergo merces nostra? Non quærimus aurum vestrum, non argentum vestrum, nec quicquam de rebus vestris: sed merces nostra est vt in illo sancto fonte adiuuetis nos orationibus vestris. Vnde sicut dicebat, sermone de sancto Stephano, in principio. Iesus filius Naue in eremo pugnabat, & Moses orabat: Non quia ambo pugnabant, nec ambo orabant, sed vnus pugnabat & alius orabat. Merito qui pugnabat, non deficiebat, quia ille orando vincebat. Ita & ego loqui quidem videor, sed aliis orantibus loquor, vt precibus eorum contingat mihi quod Dominus ait, Aperi os tuū, & ego adimplebo illud. Si ille ab vno tantū ore iuuabatur & non superabatur, quantomagis ego, vbi non vnus sed multi rogant Deum mecum? Loquendo iam non timebit cor meum, quia laudem Dei loquetur os meū. Orare etiam debet prædicator quādo debet vel vult prædicare. Circa finē libri de doctrina Christiana. Siue autē apud populum, vel apud quoslibet iā iámq; dicturus aliq́s, siue quod apud populum dicendum, vel ab eis qui voluerint aut potuerint legendum est dictaturus, oret vt Deus sermonem bonum det in os eius. Si enim regina orauit Hester pro suæ gentis tēporali salute loquutura apud regem, vt in os eius Deus congruum sermonem daret: quantomagis orare debet, vt tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in verbo & doctrina laborat? Illi verò qui ea dicturi sunt quæ ab aliis acceperunt, & antequam accipiant orent pro eis à quibus accipiunt, vt eis detur quod per eos accipere volunt: & cum acceperint, orent vt & ipsi bene proferant, & illi ad quos proferunt sumant: & de prospero exitu dictionis eidem gratias agant, à quo id se accepisse non dubitant, vt qui gloriatur, in illo glorietur, in cuius manu sunt nos & sermones nostri. Sed de orationis vtilitate. In sermone tertio Apostolorum Petri & Pauli. Omnis sanctus quando orat, relinquens humilia vel terrena in altum mentis extollitur, & in sublime rapitur, & cogitatione sancta cœlo efficitur vicinior. Ideo in communibus sermonibus, sermone sexto. Grande miraculum, vt homo terra & cinis in sua purissima oratione cū Deo fabuletur. Beatus homo qui habet compunctionem iugiter secundum Deum: quia compūctio vnigenitum habere facit in nobis, cum eum desideramus & quærimus. Vtilis etiam est in præsenti toti Ecclesiæ. Super Apocalyp. homilia decima. *Tom. IX.* Quoties persequutiones irrogantur Ecclesiæ: sanctæ terræ precibus, id est, omnium sanctorum orationibus aut amouentur, aut temperantur. Est autem ipsa quotidie nobis necessario. Libro de oratione Dominica. Opus est nobis quotidiana oratio, vt qui quotidie delinquimus, delicta satisfactione assidua repurgemus.

Tom. V. Diffusius hoc dicit libro vigesimo primo de ciuitate Dei, capite vigesimo septimo. Oratio quotidiana, quam docuit ipse Dominus, vnde & Dominica nominatur, delet quidem quotidiana peccata, cum quotidie dicitur, Dimitte nobis debita nostra: quando id quod sequitur non solùm dicitur, sed & fit: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: sed quia sunt peccata, ideo dicitur, non vt ideo fiant quia dicitur, per hanc enim voluit nobis ostendere saluator, quod quantumlibet iustè in huius vitæ caligine atque in infirmitate viuamus, non nobis deesse peccata pro quibus dimittēdis debeamus orare, & eis qui in nos peccant, vt nobis ignoscantur ignoscere. Non itaque propterea Dominus ait, Si dimiseritis hominibus peccata, dimittet vobis & pater peccata vestra: vt de hac oratione confisi, securi quotidiana scelera faceremus, vel potentia qua non timeremus hominum leges, vel astutia, qua ipsos homines falleremus: sed vt per illam disceremus, non putare nos esse sine peccatis, etiam si à criminibus essemus immunes, sicut etiam legis veteris sacerdotes hoc ipsum Deus de sacrificiis admonuit, quæ iussit eos primū pro suis, deinde pro populi offerre peccatis. *Quæ debita dimittantur dimittentibus.* Nam etiam ipsa verba tāti magistri Domini nostri vigilanter intuēda sunt. Non enim ait, Si dimiseritis peccata hominibus, & pater vester dimittet vobis qualiacūq; peccata: sed ait, peccata vestra. Quotidianam orationē quippe docebat, & iustificatis vtique discipulis loquebatur. Quid est ergo peccata vestra, nisi peccata sine quibus nec vos estis qui iustificati & sanctificati estis? Si enim consideremus qualibus loquebatur, & audientes dictum, Peccata vestra: nihil aliud debemus existimare quā parua, quoniā talium non erant magna. Verúmque nec ipsa magna dimittuntur orantibus, nisi fiat quod ibi subditur, Sicut & nos di. debi. no. Si minima peccata, sine quibus etiā nō est vita iustorū, aliter non remittūtur: quantomagis multis & magnis criminibus inuoluti, etiam si ea perpetrare iā desinant: nullam indulgentiam consequentur, si ad remittendum aliis, quod in eos quisque peccauerit inexorabiles fuerint? Et quomodo semper est orādum dicit. super Psal. xxxvij. *Tom. VIII.* Dicit Apostolus, sine intermissione orate. Nunquid sine intermissione genua flectimus, corpus prosternimus, aut manus leuamus, vt dicat sine intermissione orate? Hoc puto sine intermissione non possūmus facere. Est alia interior ratio sine intermissione, quæ est desiderium. Quicquid aliud agas, si desideras supernam quietem, non inter

intermittis orare. Si non vis intermittere orare, noli intermittere desiderare. Continuum desiderium tuum, continua est vox tua. Tacebis si amare destiteris: sed si semper manet charitas, semper clamas: Si semper clamas, semper desideras: Si semper desideras, semper oras.

Tom.V.

ORDO. Definitur ordo, libro decimo nono de ciuitate Dei, capite decimo tertio. Ordo est pariũ dispariúmque rerum sua cuique loca distribuens dispositio.

Tom.I. *Cap.1.* *Cap.7.*

Libro primo de ordine rerum. Ordo, est per quē aguntur omnia quæ Deus constituit. Libr. secũdo eiusdem. Ordo, est quo Deus agit omnia quæ sunt. Vnde nunquã est sine ordine Deus. In eodem infra. Semper ordo fuit apud Deum: & aut semper fuit nihil quod dicitur malum: aut si aliquãdo inuenitur cœpisse, quia ordo ipse aut bonus est, aut ex bono est: nunquam aliquid sine ordine fuit, nec erit aliquando. Ideo libro primo confessionum. Domine Deus ordinator & creator omnium rerum naturalium: peccatorum autem tantum ordinator. Et vt dicit lib. quæstionum. Summo Deo cuncta administrante quę fecit, nihil inordinatum in vniuerso, nihílque iniustum est, siue scientibus, siue nescientibus nobis: sed in parte offenditur anima peccatrix: tamē quia pro meritis est ibi, vbi esse talem decet, & ea patitur, quæ talē pati æquum est, vniuersum Dei regnum nulla sui fœditate deformat. Quamobrē quia non omnia nouimus quæ de nobis bene agit ordo Diuinus, in sola bona volũtate secũdũ legem agimus, in cæteris autem secundum legem agimur, cum lex ipsa incommutabilis maneat, & omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderetur. Eodem libro. Quod in vno homine rectè educato ordine naturæ disciplina contingit, hac proportione in vniuerso genere humano fieri & per Diuinam prouidentiã peragi pulcherrimum est. Distinguitur autem de ordine libro de trinitate, capite secundo. Alius est ordo naturalis in conuersione & mutabilitate corporum, qui quamuis etiam ipse ad nutum Dei seruiat, perseuerantia tamen consuetudinis amisit administrationem: sicuti sunt quæ vel breuissimis, vel certè non longis interuallis temporum cœlo terra, marique mutantur, siue nascentibus, siue occidentibus rebus, siue aliàs aliter atque aliter apparentibus. Alia verò quamuis ex ipso ordine venientia, tamen propter nimia longiora interualla temporum minus vsitata. Quæ licet multi stupeant, ab inquisitoribus huius sæculi comprehensa sunt, & progressu generationum quo sæpius repetita sunt & à pluribus cognita, eo minus mira sunt. Sicuti sunt defectus luminariũ, & raro existentes quædam species syderum, & terremotus, & monstruosi partus animalium, & quæque similia, quorum nihil fit, nisi Dei voluntate, sed plerisque non apparet. Omnia bona causa ordinis sunt meliora. Libro de natura boni, capite tertio. Omnia quantomagis moderata & ordinata sunt: tanto magis vtique bona sunt.

Tom.I. *Lib.83.quæst. quæst.27.* *Tom.IIII.* *Omnia ordine administrari.* *Lib.3.* *Tom.III.* *Miracula vnde videantur.* *Tom.VI.*

A Quanto autem minus moderata, minus speciosa, minus ordinata sunt, minus bona sunt. Vnde ordo non potest esse malus. eodem libro, capite vigesimo tertio. Malus modus, vel mala species, vel malus ordo, aut ideo dicuntur, quia minora sunt quam esse debuerint, aut quia non iis rebus accommodantur quibus accommodanda sunt.

Libro de vera religione. Nihil est ordinatũ, quod non sit pulchrum. Et sic vt ait Apostolus, Omnis ordo à Deo est. Ideo libro sexto contra Faustũ. Omnia quippe quæ naturaliter sunt, in ordine suo bona sunt: & nemo in eis peccat, nisi qui ordinem suum in Dei obedientia nõ custodiens, eorum quoque ordinem malè vtendo perturbat. Sed vt dicit libro primo confessionum. Iussisti Domine, & ita est, vt pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus. Cuius rationem ponit super epistolam ad Gal. Conturbatio B ordini contraria est: ordo autem est à carnalibus ad spiritualia surgere, non à spiritualibus ad carnalia cadere. Vnde libro sexto musicæ. Amor inferioris pulchritudinis animam polluit: cum ipsum ordinem diligat, amisit ipsa ordinem suum: nec tamen excessit ordinem rerum, quandoquidem ibi est, & ita est, vbi esse, & quomodo esse talem, ordinatissimum est. Aliud est enim tenere ordinem, aliud ordine teneri. Tenet ordinem, se ipsa tota diligens quod supra se est, id est, Deum: socias autem animas tanquam seipsam. Hac quippe dilectionis virtute inferiora ordinat, nec ab inferioribus ordinatur. Quod autem illam sordidat, non est malum, quod etiam corpus creatura Dei est, & specie sua quamuis infima decoratur, sed præ animæ dignitate contem C nitur: sicut auri dignitas, etiam purgatissimi argenti commixtione sordescit. Et ibidem dicit. Inhæreamus Deo, non teneamur tantum illius ordinatione, sed nostrum etiam ordinem inconcussum certúmque teneamus.

Vnde quam sit vtilis ipse ordo. Lib. primo de ordine rerum. Ordo est, quem si tenuerimus in vita, perducit ad Deum: & quem nisi tenuerimus in vita, non peruenimus ad Deum. Lib. primo soliloquiorum suorum vltra medium. Ordine quodam ad beatitudinem peruenire bonæ disciplinæ officium est, sine ordine autem vix credibilis fœlicitatis. Est autem vtilis in scientia addiscenda. Lib. ij. de ordine rerum. Illud à me accipiatis volo. Si quis temerè ac sine ordine in disci D plinarum & rerũ cognitionē audet irruere, pro studioso illum curiosum, pro docto credulũ, pro cauto incredulum fieri. Et ideo magis debet esse in moribus & vita, quam in verbis. In epistola ad Licentium. Si versus tuus momētis inordinatis peruersus esset, si suis legibus non staret, si mēsuris imparibus aures auditoris offēderet, pudere te certè, nec differres nec desisteres donec versum tuũ, discēdo & agēdo artē metricã acerrimo studio, & labore quolibet. Qđ cũ inordinatus ipse peruerteris, cũ legibus Dei tui ipse nõ stas neq; in agenda

agenda vita honestis tuorum votis, & huic ipsi eruditioni tuæ conciuis, abiiciendum post tergũ putas & negligendum, quasi præ sono linguæ tuæ, & voce sis tibi vilior, & incompositis moribus quod aures Dei offendis leuius sit, quã si incompositis syllabis tuis grammatica succenseret authoritas. De ordinis sacramento. Lib. de bono coniugali. Si fiat ordinatio cleri ad plebẽ cõgregandam, etiam si plebis congregatio nõ subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramẽtum ordinationis: & si aliqua culpa quisquam ab officio remoueatur, sacramento Domini semel imposito non carebit, quamuis ad iudicium permanente.

ORIGENES. De Origenis erroribus. Lib. xj. de ciuitate Dei, capit. xxiij. Quidam dicunt animas à Deo quidẽ factas, sed à conditore recedẽdo peccasse: & diuersis progressibus pro diuersitate peccatorũ, à cœlis vsq; ad terras, diuersa corpora quasi vincula meruisse. Et hunc esse mundum, eámque causam mũdi fuisse faciendi, non vt conderentur bona, sed vt mala cohiberẽtur. Hinc Origenes iure culpatur. In iis enim libris quos appellauit περὶ ἀρχῶν, id est de principiis, hoc sensit, hoc scripsit. Vbi plus quàm dici potest, miror hominem in Ecclesiasticis literis tam doctum & exercitatum, non attendisse, primum quam hoc esset contrarium scripturæ huius tantæ authoritatis intentioni: quæ per omnia opera Dei subiungit, Vidit Deus qđ esset bonum: & completis omnibus infert, Vidit omnia quæ fecit, & erant valde bona: nullam aliã causam faciendi mundi intelligi voluit, nisi vt bona fierent à bono. Vbi si nemo peccasset, tantũmodo naturis bonis esset mundus ornatus & plenus. Et quia peccatum est, non ideo cuncta sunt impleta peccatis, cum bonorum longè maior numerus in cœlestibus suæ naturæ ordinem seruet. Nec mala voluntas, quia naturæ ordinem seruare noluit, ideo iusti Dei leges omnia bene ordinantis effugit. Quoniam sicut pictura cum colore nigro loco suo posito, ita vniuersitas rerum, si quis possit intueri, etiam cum peccatoribus pulchra est, quamuis per seipsos consideratos sua deformitate turpet. Deinde debuit considerare Origenes, quam stultum est dicere solem vnum in mundo ideo factum, non ad decorem pulchritudinis, vel salutem rerum corporalium consuluisse artificem Deum, sed hoc potius euenisse quia vna anima sic peccauerat, vt tali corpore mereretur includi. Ac per hoc si contigisset, vt non vna sed duæ, imo non duæ sed decem, vel centum, similiter æqualitérque peccassent, centum soles haberet hic mundus. Quod vt non fieret, non opificis prouisione mirabili ad rerum corporaliũ salutem decorémque consultum est, sed contigit potius tanta vnius animæ progressione peccã tis vt sola tale corpus mereretur. De alio errore. Lib. xxj. eius. cap. xvij. Contra eos disputandũ est, qui dicunt nulli nullam pœnam sempiternam futuram: sed post certi temporis metas, pro cuius-

A que peccati quantitate longioris siue breuioris eos inde existimant liberandos. Qua in re misericordior profecto fuit Origenes, qui & ipsum diabolum & angelos eius post grauiora pro meritis, & diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos, & sanctis Angelis sociandos credidit. Sed illum & propter hoc & propter alia nõnulla, & maximè propter alternantes sine cessatione beatitudines & miserias, & statutis sæculorũ interuallis, ab istis ad illas, atque ab illis ad istas itus & reditus interminabiles, non immerito reprobauit Ecclesia.

B ORIGINALE. Originale malũ cõtinet peccatum atque suppliciũ. Libr. xxij. de ciuitate Dei, cap. xxiiij. Benedictionem illam quam Deus protulerat ante peccatum dicens, Crescite & multiplicamini & replete terram: nec post peccatum voluit inhibere, mansítque in stirpe damnata donata fœcunditas, nec illam vim mirabilem seminum, imo etiam mirabiliorem qua efficiuntur & semina, inditam corporibus humanis, & quodam modo intextam vitium peccati non potuit auferre, quo nobis impacta est etiam necessitas mortis: sed vtrunque simul currit isto quasi fluuio atque torrente generis humani: malum quod à parentibus trahitur, & bonum quod à creatore tribuitur. In originali malo duo sunt, peccatum atque suppliciũ. In originali bono alia duo, propagatio & formatio. Et infra. Malorum vnum de natura venit audacia i. peccatum: alterum de iudicio Dei, id est supplicium. Ideo libro quarto contra epi- *Tom. eod.*

C stolas Pellagianorum, capite quinto. Propter originale peccatum, reconciliatio necessaria est omnibus per vnum, qui sine peccato venit in mundum. Sic enim inimicitiæ factæ sunt per vnum, per quem peccatum venit in mundũ, quod catholicè creditur, pro saluanda natura hominũ. *Tom. VII.*

Ibidem versus finem allegat Ambrosium dicentem in apologia Dauid. Antequã nascamur, maculamur contagione: & ante vsurã lucis, origi nis ipsius excipimus iniuriam, dũ iniquitate concipimur. Itẽ idẽ Ambrosius de Domino loquẽs: Dignum etenim fuit, vt qui non erat habiturus corpore peccatum prolapsionis, nullum sentiret generationis naturale contagium. Merito ergo Dauid flebiliter in se deplorauit ipsa inquinamẽta naturæ, & quod prius inciperet in homine *Cap. II.* *Ambrosij verba.*

D macula quam vita. Et addit allegans eundem, libro de arca Noe. Per vnum igitur Dominum Iesum salus ventura nationibus declaratur, qui solus potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi esset natus ex virgine, qui generationis obnoxiæ priuilegio minimè teneretur. Item super Isaiam Prophetam dicentem. Ipse tamen Christus immaculatus est, quia nec ipsa quidem nascendi conditione pollutus est. *Verba eiusdem Amb.*

ORNATVS. Contra indecentẽ mulierum ornatum dicit. libro quarto de doctrina Christiana allegans Cyprianum in hæc verba. Si quis pingendi artifex *Cap. xi. Tom. III.*

vultum

Cyprianus in Epist. de habitu virginum

vultum alicuius & speciem & corporis qualitatem æmulo colore signasset, & à signato iam cõsummatóq; simulachro manus alius inferret, vt iam formata, iam picta quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impunè laturam tam improbæ temeritatis audaciã, Dei artificis offensam? Vt enim impudica circa homines & incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis violatísque quæ Dei sunt, peior adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio est ista Diuini operis, præuaricatio est veritatis. Monentis Apostoli vox est, Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio sicut estis azimi. Nam pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festa celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azimis synceritatis & veritatis. Neque synceritas & veritas perseuerat, quando quæ syncera sunt polluuntur, & colorum adulterinis medicaminũ fucis in mendacium vera mutantur. Dominus tuus dicit, Non potes facere vnum capillum album aut nigrum: & tu ad vincẽdam Dei vocem vis te esse potiorem audaci conatu, & sacrilego contemptu. Crines tuos inficis malo præsagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auspicaris. Et subdit ibidem allegans Ambrosium in hæc verba. Hinc illa nascuntur incentiua vitiorum, vt quæsitis coloribus ora depingant, dum viris displicere formidant, & de adulterio vultus, meditantur adulterium castitatis. Quanta hæc amentia effigiem mutare naturæ, picturam quærere? Et dum verentur maritale iudicium, perdidere suum. Prior enim de se pronuntiat, quæ cupit mutare quod nata est: ita dum alij studet placere, prius ipsa sibi displicet. Quem iudicem mulier veriorem requirimus deformitatis tuæ, quam teipsam quæ videri times? Si pulchra es, quid absconderis? Si deformis, cur te formosam esse mentiris, nec tuæ conscientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alteram diligit, tu alteri vis placere: & irasceris si amet aliam, qui adulterare in te docetur. Mala magistra es iniuriæ tuæ. Lenocinari enim refugit, etiam quæ est passa lenonem. Ac licet vilis mulier, non alteri tamen, sed sibi peccat. Tolerabilia prope modũ in adulterio crimina sunt: ibi enim pudicitia, hîc natura adulteratur. Satis, vt existimo, apparet fœminas ne suã fucis adulterent formã, & ad pudorem & ad timorem hac facundia vehementer impelli. Verumtamen de ipsis ornamentis. in epistola ad Possidonium. Nolo de ornamentis auri vel vestis præproperam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eos qui neque coniugati neque coniugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo. Illi autem cogitant quæ sunt mundi, quomodo placeant vel viri vxoribus, vel mulieres maritis, nisi quod capillos nudare fœminas (quas etiam velare caput Apostolus iubet) nec maritata decet. Fucari autem pigmentis,

2. Cor. 5.

Mat. 5.

Cap. eod. Ambro. lib. 1. de virginibus.

Tom. II. Epist. 73.

A quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari, secundum veniam, non secundum imperium. Nam verus ornatus maximè Christianorum & Christianarum, non tãtum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem vestísque pompa, sed mores boni sunt.

Sed de ornamento spirituali animæ quod est verbum Dei, dicit libro quinquagesimo quarto Homilia. homil. vigesima sexta in medio. Vellem scire si ab illa hora qua verbum Dei cœpit prædicari, semper pretiosissimas gemmas & inaures, vel annulos aureos erogare vellemus, vtrum stare aut accipere vellent filiæ vestræ. Sine vlla dubitatione cum grandi ambitione quæ illis offerrentur acciperent. Nos ergo quia ornamenta corporalia offerre non possumus, nec de-B bemus, ideo non libenter audimus. Sed non est iustum vt spiritualia ministrantes superflui iudicemur. Qui enim verbum Dei libenter audit, inaures animæ de patria Paradisi transmissas suscepisse non dubitet. Qui admonetur vt pauperi aliquid tribuat, dum manus ad eleemosynas expandit, dextralia à Christo transmissa percipiet. Quomodo enim terrenis ornamentis caro luxuriosa paruo tempore ornatur, vt carnalibus oculis, aut ad suam aut ad aliorum malè concupiscentium ruinas placere possit: sic anima sancta Diuinis sermonibus, tanquam spiritualibus & æternis bonorum operum margaritis componitur, vt ad illius cœlestis sponsi consortium & nuptiale conuiuium fœliciter ornata perueniat.

C OS ORIS. Os Dei sunt prædicatores, In Homil. super illud Apocalyp. Vtinam frigidus esses aut calidus. Os Dei sunt prædicatores. Vnde Prophetæ sæpe dicebant, Os enim Domini loquutum est, quia tanta sanctitas erat in illis, vt in eorum cordibus Deus habitaret & per eos loqueretur. Sed aliter dicit libro de essentia Diuinitatis Dei. Os Dei est Christus filius eius: de quo Hieremi. dicit, Os eius ad iracundiam prouocauimus. Vel est sermo eius de quo dicit Propheta, Os Domini loquutum est. Debet cor nostrum os habere. Super Psalm. cxxxvij. Est os nobis intus: ibi rogamus. Et si hospitium vel domum Deo præparauimus: ibi loquimur, ibi exaudimur. Non e-D nim est ille longe positus ab vno quoque nostrũ: in quo viuimus, mouemur & sumus. Longe te à Deo non facit, nisi iniquitas sola. Deiice medium parietem peccati, & cum illo es quem rogas.

De ore corporis malo dicit. Super Psalmum quinquagesimum sextum. Noli attendere inermes manus, sed os armatũ. Inde gladius processit, quo Christus occideretur. Ideo quomodo debeat aperiri & claudi. Super Psal. cxl. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis. Non dixit claustrum, sed ostium. Ostiũ aperitur & clauditur. Ergo si

ostium

ostium est,& claudatur & aperiatur. Aperiatur ad confeſsionẽ peccati, claudatur ad excuſationem peccati. Ita erit oſtium continentiæ, non ruinæ.

OSANNA. Super Ioannem. Oſanna vox eſt obſecrantis, ſicut nonnulli dicunt qui Hebræam linguam nouerũt, magis affectum indicans, quam rem aliquam ſignificans: ſicut ſunt in lingua Latina quas interiectiones vocant, velut cum dolẽtes dicimus, heu: vel cum delectamur, dicimus, vah: vel cum miramur, dicimus, ò rem magnam: tunc enim ò nihil ſignificat, niſi mirantis affectum. Quod ideo credendum eſt ita eſſe, quia neque Græcus, neq; Latinus hoc interpretari potuit: ſicut illud. Qui dixerit fratri ſuo racha. Nã & hæc interiectio eſſe perhibetur, affectum indignãtis oſtendens.

OSSA. Lib. de gratia noui teſtamenti. Diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Quid ſunt oſſa niſi corporis firmamẽta, corpus autem Christi Eccleſia? firmamẽta ergo Eccleſiæ qui ſunt, niſi Apoſtoli, qui etiam columnę alibi appellantur? Hi vtique diſperſi fuerunt, cũ ad paſsionẽ Chriſtus ipſe duceretur, vel cum eſſet paſſus vel mortuus.

OVA. Quod aues fuerunt ante oua, nõ e conuerſo. Lib. iiij. ſuper Geneſ. Non oua ante creata ſunt, quàm aues volarent, aut à ſuis primordiis exiſtẽtes, ad plumas & pennas per naturæ ſuæ numeros peruenerunt, ſed creator omnium in ictu omnia completè cõdidit, cum dixit, & facta ſunt.

OVES. Quid pertineat ad oues, & q.d ad paſtores. Lib. iij. de verbis Domini, ſermone xxv. Cum obedientia audite oues vos eſſe Christi: quia & nos cum timore audimus, Paſce oues meas. Si nos cum timore paſcimus, & timemus pro ouibus, ipſæ oues quomodo per ſe debent timere? Pertineat ad nos cura, ad vos obedientia: ad nos vigilantia paſtoralis, ad vos humilitas gregis: Quanquam & nos qui vobis videmur loqui de ſuperiore loco cum timore ſub pedibus veſtris ſumus, quoniam nouimus quam periculoſa ratio de iſta quaſi ſublimi ſede reddatur. Proinde, chariſsimi, catholica germina, membra Chriſti, cogitate quale caput habeatis. Filij Dei cogitate qualem patrem inuenetitis. Chriſtiani cogitate quæ vobis hæreditas promittitur: quia ipſe pater hæreditas veſtra erit. In ſermone de Cain & Abel. Sancti Patriarchæ & prophetæ merito innocentiæ oues & arietes nuncupantur. De ipſis enim ſcriptum eſt, Induti arietes ouium. De hoc grege ſancto, immaculata & intacta ouis proceſsit, id eſt, ſancta Maria, quæ nobis contra naturam purpureũ illum agnum, id eſt, regẽ Chriſtum generauit. Rectè autem purpureus agnus Chriſtus Dominus intelligitur, quia rex non factus, ſed natus eſt. Omnis rex, non ſtatim rex naſcitur: ſed poſtquã natus fuerit, rex efficitur, & ipſe indumentum

A ſuſcipit regum purpureum, atque regiam dignitatem. Dominus autem ſaluator noſter de virginali vtero cum regia authoritate proceſsit: q.a rex erat etiam antequam de virgine naſceretur: De Deo patre rex & Dei filius natus extitit. Audi hoc ipſum in Euangelio declarantem. Cum enim interrogaſſet eum Pilatus. Tu es rex? Ait, Ad hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundũ &c. Cuius regis dignitatem, etiam Magi illi in oriente ipſo ortu natiuitatis corporeæ cognouerunt. Vnde dicunt ad Iudæos, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Et vt dicit libro de ieiunio diei ſabbati ad Caſulanum. Ouium vitam certum eſt arbitrio pendere paſtorum. Non nocet bonis ouibus malos habere paſtores. Lib. de paſtoribus, cap. viij. Furantur lupi inſidiantes, rapiunt leones frementes, cum oues non hærent paſtori. Nam præſens eſt paſtor, ſed malè agentibus non eſt paſtor: & inhærent paſtoribus, ſed paſtoribus ſeipſos, non oues paſcẽtibus, & lethalis error cõſequitur. Eunt poſt veſtigia deprædantis ſe, & de eorum morte ſatiari cupientis. Tales enim ſunt omnes, qui gaudent de erroribus alienis, quales beſtiæ morſibus diſperſorum. Vnde bonæ oues non ſequuntur exempla malorum. Ibidem. Audite & diſcite oues Dei. A malis paſtoribus inquirit Deus oues ſuas, & de manibus eorũ inquiret mortem earum. Dicit enim per Prophetam. Fili hominis ſpeculatorem dedi te, domui Iſrael &c. vſque tu animam tuã liberabis. Quid fratres? Videtis quã ſit tacere periculoſum. Moritur ille & rectè moritur, in impietate ſua & ĩ peccato ſuo moritur. Negligentia enim eius occidit eum. Nam paſtorem inueniet viuentem, qui ait, Viuo ego dicit Dominus: ſed cum fuerit negligens, non admonente illo qui ad hoc præpoſitus eſt & ſpeculator, vt admoneat, & ille iuſtè moritur, & iſte iuſtè damnatur. Si autem dixeris, inquit, impio &c. vſque tu animam tuam liberaſti. Propter hoc pertinet quidem ad nos non tacere, ad vos autem ſi taceamus, de ſcripturis ſanctis verba paſtoris audire. Et ſubdit ibidem. Admonuit oues Deus, cum ait, Matth. vigeſimo tertio. Quę faciunt nolite facere. Cum enim non facitis quæ faciunt mali paſtores, non vos ipſi paſcunt: cum autem facitis quæ dicunt, ego vos paſco: mea enim dicunt, & non faciunt. Securi inquiunt, Sequimur Epiſcopos noſtros. Dicunt hoc ſæpe hæretici, quando veritate manifeſtiſſima conuincuntur. Nos oues ſumus, illi de nobis reddent rationem. Reddent planè malam de morte veſtra. De morte ouis malignæ, reddet malus paſtor malam rationem. Nunquid ideo viuit ouis, quia aſsignatur pellis ipſius? Increpatur paſtor, quia neglexit ouem errantem: & propterea in fauces lupi irruit vt deuoretur. Quid illi prodeſt, quia affert pellem ſignatam? Paterfamiliâs vitam ouis inquirit. Sed ecce malus paſtor attulit pellem: Reddat de pelle rationem. Fortè mentiturus eſt. Videbat deſuper, qui poſtea iudicat. Cui verba illa ficta nume

Margin notes (right column): Tom. IX. — Cap. 9. — Ezech. 3. — Cap. 10.
Section letters: B, C, D

numerat, cogitationes inſpicit. Reddat paſtor malus de pelle ouis mortuæ rationem. Clamaui ei verba tua & ſequi noluit: Dedi operam vt à grege non oberraret,& non obtemperauit: Plane ſi hoc dicat, & verum dicit: nouit autem ille vtrum verum dicat; reddit bonam rationem de oue mala. Si autem inſpicit Deus quia neglexerit errantem, quia non quæſiuit pereuntem, quid prodeſt quod inuenit pellem quam referret? Ipſam reuocaret, ne pellem mortuæ demonſtraret. Si ergo non reddit bonam rationem, quia non quæſiuit errantem, qualem reddet quia fecit errantem? Hoc eſt quod dico. Si in catholica Eccleſia Epiſcopus conſtitutus non bonam rationem reddit de oue, ſi non quæſierit errantem à grege Dei, qualem rationem redditurus eſt hæreticus, qui non ſolùm reuocauit ab errore, ſed etiam compulit in errorem? Maximè errantes paſtores debent attendere. Ibidem. Omnis cuiuſlibet author erroris terrena elatio-

A ne intumeſcens, promittit ouibus requiē, paſcua bona: & aliquando inueniunt ibi oues paſcua de pluuia Dei, non de duritia montis: Habent enim & ipſi ſcripturas, habent ſacramenta. Propterea in epiſtola ad Donatiſtas. Epiſcopi veſtri ſi nobiſcum nolunt pro ſalute veſtra loqui: quale ſit hoc ipſum cogitate quod nobiſcum loqui nolunt. Si lupi conſilium fecerunt vt paſtoribus nō reſpondeant, quare oues conſilium perdiderunt, vt ad luporum ſpeluncas accedant? Tales debent eſſe oues, vt poſsint fieri paſtores. Libro de paſtoribus. Si bonæ ſunt oues, ſunt & boni paſtores: nam de bonis ouibus fiunt boni paſtores. Sed omnes boni paſtores in vno ſunt, vnum ſunt. Illi paſcunt, Chriſtus paſcit. Non enim vocem ſuam dicunt amici ſponſi, ſed gaudio gaudent propter vocem ſponſi. Idem ergo ipſe paſcit, cum ipſi paſcunt: quia in illis vox ipſius, in il-
B lis charitas ipſius.

Pau

PATIENTIA. Quod patientię virtus attribuitur Deo, libro de Patiētia, in principio. Virtus animi quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, vt etiā ipsius qui nobis eam largitur, qua malos vt corrigātur expectat, prædicetur patientia. Vnde ibidem infra. Patientia à patiendo nomen accepit: Patiētem tamen Deum conuertemur, & patientissimū dicimus. Declarat eam libro de vera innocentia, capi. iiij. Patientia Dei magna est, qua parcit contemptus, parcit etiam negatus: & magis vult vitam peccatoris quam mortem. Eruditio est pœnitudinis, & oblatio correctionis: nec vlla Christi opera à misericordia vacāt, quoniam homini & indulgentia consulit, etiam flagello. Libro de vita Christiana. Sed plerosque incredulos & imprudentes & perfidos misericordis Dei longa patientia peccare facit intrepidos: vt ex hoc peccatorum suorum Deum non arbitrentur vltorem, quia non statim velit punire peccatores. Miseri & ingrati, suæ salutis improuidi, quod hoc etiam Deo imputant quod eorum differatur interitus. Ignorantes hoc Dei prouidentia duplici ratione seruari, vt & humano generi longa eius patientia consulatur, & ne ille iudicetur impatiens si ilico voluerit damnare peccantes. Nā si tam patiens non esset, iam dudum humani generis origo defiisset. Nec iustos de peccatoribus haberemus, si confestim Deus vellet punire qui peccāt. Nōnullos enim scimus & legimus qui antea, aut ignorantię cæcitate, aut causa perfidię aut adolescentiæ vanitate decepti, multiplici peccatorum genere tenebantur obnoxij: & per sustentātis Dei clemētissimam patiētiam postmodum ab errore conuersi, maiores adhuc operas fecisse iustitiæ, quam ante peccata commiserant. Deus enim non donat peccata, sed differt: Nec perseuerantem peccatorem à morte liberat, sed vt vel sero conuertatur & viuat, patienter expectat. Sic beatus Petrus Apostolus dicit, Non tardat Dominus promissionem, sed patiēter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Ille enim te quasi pius, benignus & clemens, ilico idcirco non percutit, vt tu quanta illius erga salutem tuam pietas, quanta clementia sit recognoscas, qui te peccatorem & impium expectare magis vult, & seruare conuersum, quam punire peccantem: sicut per Prophetam ipse Dominus loquitur, & quantum homini velit misericordiæ pietatísque largiri propriæ vocis benignitate depromit, dicēs, Et iniquus si cōuertat se ab omnibus iniquitatibus quas fecerit, & custodiat omnia mandata mea, & faciat iudiciū & iustitiā & misericordiam: vita viuet, & non morietur. Omnia delicta eius quæcunque fecit non erunt in memoria. In sua iustitia quam fecit viuet. Et nunquid voluntate volo mortem iniusti, dicit

A Adonai Deus, quā vt auertat se à via mala sua, & viuere eum faciam? Et alibi, Iniquitas iniqui non nocebit ei, in quacunque die auerterit se à sua iniquitate: Et iterum, Conuertimini filij conuertentes, & ego sanabo contritionem vestram. Ecce quomodo te Deus, vt à peccatis tuis vel sero conuersus saluus esse possis, monet & prouocat. Super Psal. lxxx. Quanta patientia est Domini erga inimicos eius? Quare non prosternuntur? Quare non trucidantur? Quare non terra dehiscente sorbentur? Quare non cœlo flagrante incenduntur? Quia magna est patientia Domini. Et erunt impuniti? Absit. Non sibi tantum de Dei misericordia blandiantur, vt sibi eius iniustitiam polliceantur. Ignoras quia patientia Dei ad pœnitētiam te adducit? Tu autem secundum du- *Tom. VIII.* *Rom. 2.*

B ritiam cordis tui, &c. Propterea libro quæstionum super Exodū. Patientia Dei secundum corda hominum quibusdam est vtilis ad pœnitendum, quibusdam inutilis ad resistendum Deo, & in malum perseuerandum: non tamen per seipsa inutilis est, sed secundum cor malum, sicut Apostolus dicit. Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam cordis tui & impœnitens cor tuum, thesaurisas tibi irā in die irę, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secūdū opera eius. Est autē patiētia donū Dei. Li. de patiētia. Vnusquisque malorum, tanto ad mala ferenda fortior est, quanto in eo maior est cupiditas mundi: & quisquis iustorum tanto est ad quæcunque fortior, quanto in eo est maior charitas Dei. Sed cupidi- *Quæst 24.* *Tom. IIII.* *Rom. 2.* *Cap. 17.* *Tom. IIII.*

C tas mundi initium habet ex arbitrio voluntatis, progressum ex iucunditate voluptatis, firmamētum ex vinculo consuetudinis. Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris: non vtique ex nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Proinde ab illo est patiētiā iustorum, per quē diffunditur charitas eorum. Vnde infra subdit. Quoniam cōcupiscentia, qua fit vt peccātes omnia pertinaciter patiantur, ex mundo est: charitas autem, qua fit vt rectè viuentes omnia fortiter patiantur, ex Deo est. Et ideo illi falsæ patientię potest sine adiutorio Dei voluntas humana sufficere: tanto durior, quanto cupidior: & eo tolerabilius mala sustinens, quo ipsa fit peior. Huic autem, quæ vera patiētiā est, ideo voluntas

D humana, nisi desuper adiuta & inflammata, non sufficit, quia spiritussanctus est ignis eius: quo nisi accensa, diligat impassibile bonum, ferre non potest quod patitur malū. Quisquis ergo cōtēdit haberi posse Dei charitatē sine Dei adiutorio, quid aliud cōtēdit, nisi haberi Deum posse sine Deo?

Et infra. Nequaquā dubitāt piæ mentes, sicut charitas sanctè amantium, ita patientia piè tolerantium Dei donum esse. Vnde qualis patientia laudabilis esse debeat. Dicit in eodem libro. Patientia hominis quæ recta est atque laudabilis, & vocabulo digna virtutis, ea perhibetur, qua mala æquo animo toleramus, nec animo iniquo bona desideramus, per quę ad meliora per- *Cap. 26.* *Cap. 2.*

ueniamus. Quapropter impatientes dum mala pati nolunt, non efficiunt vt à malis eruantur, sed vt mala grauiora patiantur. Patientes autem qui mala malunt non committendo ferre, quam non ferendo committere, & leuiora faciunt, quam quæ per patientiam patiuntur, & peiora euadunt quibus per impatientiam mergerentur. Bona verò æterna & magna non perdunt, dum malis temporalibus breuibúsque non cedũt. Ideo infra subdit. Tanto rectius maiore supplicio dignum iudicabis animũ, quanto magis vitiis subdit instrumenta virtutum. Patientia est comes sapientiæ, non famula concupiscentiæ. Patientia amica est bonæ conscientiæ, non inimica bonæ innocentiæ. Cum ergo quenquam videris patienter aliquid pati, noli continuo laudare patientiam, quam non ostendit nisi causa patiendi. Quando illa bona est, tunc ista vera est. Quando illa nõ polluitur cupiditate, tunc à falsitate ista distinguitur. Cum verò illa tenetur crimine, tunc huius multum erratur in nomine. Non enim sicut omnes qui sciunt sunt participes scientiæ: ita omnes qui patiuntur sunt participes patientiæ: sed qui passionibus rectè viuunt, ij patientię veritate coronantur. In ser. sexto de vno martyre: Tunc erit vera patientia, si fuerit iusta: & in eis est iusta patientia, quorum mentis inuicta constantia, nec doloribus, nec voluptatibus cedit.

Cap.5.& 6.

Tom.X. Debet patientia esse voluntaria. Libro quinquagesimo Homil. homil. xiiij. In patientia vestra posidebitis animas vestras. Non est patientia tua si non est voluntas tua. Debet esse charitate sociata. lib. de patient. Si quis non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus: & vinculũ pacis, quo catholica Ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne ipsum Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, persequutionem, nuditatem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennarum & ignis æterni: nullo modo ista culpanda sunt, imo verò & hæc laudanda patientia est. Non enim dicere poterimus, Melius ei fuisse, vt Christum negando nihil horum pateretur quæ passus est confitendo: sed existimandum est fortasse tolerabilius ei futurum iudicium, quem si Christum negando cuncta illa vitaret: vt illud quod ait Apostolus. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest: nihil prodesse intelligatur ad regnum cœlorum obtinendum, non ad extremi iudicij tolerabilius supplicium subeundum. Vnde asimilatur patientiæ mundi. In eodem libro. Patientia mundi quando sustinet onera cuiuslibet calamitatis gloriatur de viribus propriæ voluntatis, tanquam de stupore morbi, non de robore sanitatis. Insana est enim ista gloriatio. Non est patiẽtiæ sed demẽtiæ. Volũtas illa tãto videtur patiẽtior acerborũ malorũ quãto est auidior temporalium bonorum, quia inanior æternorum. Ideo de ea distinguitur in

Cap.26. Tom. IIII.

Cap.23.

A eodem libro circa medium. Quamuis patientia sit virtus animi, partim tamen ea vtitur animus in se ipso, partim verò in corpore suo. In seipso vtitur patientia, quando illæso & intacto corpore, aliquid quod non expediat, vel nõ deceat facere aut dicere, quibuslibet aduersitatibus aut feditatibus rerum seu verborum stimulis incitatur, & patienter mala omnia tolerat, ne ipse mali aliquid opere vel ore committat. Per hanc patientiam sustinemus dum corpore sani sumus, quod inter huius sæculi scandala, beatitudo nostra differtur. Et infra. Alius est patiendi modus, quo idem ipse animus quæcunque molesta & grauia in sui corporis passionibus perfert, non sicut stulti & maligni homines propter adipiscenda vana vel scelera perpetranda, sed sicut

Cap.

B à Domino definitum est propter iustitiam. Vtroque modo sancti martyres certauerunt. Nam & impiorum opprobriis saturati sunt, vbi animus corpore intacto, quasdam veluti plagas suas integer sustinet: & in corporibus vincti sunt, secti sunt, & pietate immobili subdiderunt Domino mentem cum paterentur in carne quicquid exquirenti crudelitati venit in mentẽ. Et infra. Maius sanè patientiæ certamen est, quando non visibilis inimicus persequendo atque sæuiendo vrget in nefas, qui palam & apertè à non consentiente vincatur. Sed ipse diabolus, qui etiam per filios infidelitatis tanquam per sua vasa filios lucis insequitur, per seipsum occultus impugnat, sæuiendo instans, vt contra Deum aliquid fiat vel dicatur. Vnde contra superbè patien-

Psalm.

Cap.

C tes. Ibidem infra. Sicut superborum falsa est sapientia, sic & eorum falsa est patientia. A quo est enim vera sapientia, ab illo est & vera patientia. Hinc cãtat Psal. Deo subiecta est anima mea, quoniã ab ipso patientia mea. Ideo super Ioannem, Tractatu centesimo vigesimoquarto. In malis quæ quisque patitur, non in bonis quibus fruitur, opus est patientia. Sed de laude patientiæ. Supradicto libro de patientia circa finem, capi. vigesimo nono. Hæc patientia pauperum non peribit in finem: non quia & illic patientia erit, vbi quod toleretur nõ erit: sed, Non peribit: dictum est, quia infructuosa nõ erit: fructũ autẽ habebit æternum. Ideo super Psal. nonagesimum sextum. Ponite vobis ante oculos hominem iniquum, commotum animo, trucem vultu,

Cap. Psalm. Tom. Tom. IX.

D flammantibus oculis, scintillantibus verbis, ferri in hominis necem, in deprędationem, in iniurias, in contumelias, non se capere, non se tenere. Alterum patienter excipientem verbera ac plagas, quicquid ille inferre voluerit, & percutienti maxillam parantem alteram: cum videris hinc furias, inde lenitatem: hinc iram, inde patientiam: hinc flammas, inde tolerantiam: dubitabis pronuntiare quis eorum ardeat pœnámque patiatur: illéne cuius corpus vexatur, an cuius animus vastatur. Propterea & Isaias Propheta dixit, Et nunc ignis aduersarios consumet. Quia & antequam veniat dies ille iudicij magnus, iam no

Tom.

furore suo ardent, qui postea supplicio sempiterno illius ignis arsuri sunt. De patientia verò qua expectamus Diuina promissa. libro de verbis Apostoli, sermone vigesimo tertio. Patientiam quippe in laboribus huius vitæ, sine qua non potest custodiri spes futuræ vitæ, nemo potest perpetuo retinere, nisi mitis atque mansuetus: qui non resistit voluntati Dei, cuius iugum leue est, & sarcina leuis, sed credentibus Deo, & sperantibus in eum, & diligentibus eum. Itaque mites & mansueti non solùm consolationes eius amabitis, sed etiã flagella eius, tanquam boni filij tolerabitis: vt quoniam quod non videtis speratis, per patientiam expectetis. In epistola ad Paulinum, Epistola trigesima secunda. Hierusalem futuram desideramus. Et quanto impatientius desideramus ipsam, tanto patientius sustinemus omnia propter ipsam. Sed de patientia Christi. Super Ioannem. Tractatu centesimo decimo tertio. Vnus ministrorum dedit Iesu alapam. Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne vellemus eum qui percussit, aut cœlesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut aliqua huiusmodi qualibet pœna, vel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset, per quẽ factus est mundus nisi patientiã nos docere maluisset, per quam vincitur mundus? In eodem libro, Tractatu centesimo decimosexto. Et dabant ei alapas. Sic implebant quod de se dixerat Christus. Sic martyres informabantur ad omnia quæ persequutoribus libuisset facere perferenda. Sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat. Sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, vt mirabili pullularet in gloria. Libro de verbis Apostoli, sermone decimo quinto. Si in te fuerit charitas Dei, communicabis passionibus Christi, & verus martyr eris. In quo enim charitas coronatur, ipse est verus martyr. Patiens fuit ad nostrum exemplũ. eod. lib. ser. vigesimo tertio. Traditus est ille excelsus per quẽ facta sunt omnia. Traditus propter formam serui in opprobrium hominum, & abiectionem plebis, in contumelias, in flagella, in mortem. Docuit nos exemplo passionis, cum quanta patientia in illo ambulemus: & firmauit nos exemplo suæ resurrectionis, quid ab illo patienter sperare debeamus. Vnde concludit libro de patientia circa medium, capite nono. Oportet patienter ferri, quod festinanter non oportet auferri. Huius patientiæ Christus præbuit & demonstrauit exemplum, quando ante corporis sui passionem, discipulum Iudam priusquam ostenderet proditorem, pertulit furem: & ante experimentum vinculorum crucis & mortis, labiis eius dolosis non negauit osculum pacis. Veruntamen dicit in epistola prima ad Marcellinum, quæ est quinta. Præcepta patientiæ sunt semper in cordis præparatione retinenda: ipsáque beneuolentia ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda. Agenda sunt multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis, quorum potius vtilitati consulendum est, quam voluntati.

PACTVM. Libro loquutionum super Genes. loquutione sexagesima quinta. Amat scriptura testamenti nomine, pactum appellare. Libro loquutionum in Iosue, loquutione decima tertia. Pactum, pacis testamentum vocat scriptura.

PAGANVS. Libro retractationum, cap. quadragesimo tertio. Deorum falsorum multorúmque cultores, vsitato nomine Paganos vocamus.

PALPEBRAE. Libro de essentia Diuinitatis Dei, & inuisibilitate Dei. Palpebræ Dei, sunt occulta ac incomprehensibilia eius iudicia: de quibus in Psal. dicitur, Palpebræ eius interrogant filios hominum. Tom. IIII.

PALLIVM. Libro de essentia Diuinitatis Dei. Pallium Dei, est Ecclesia. Ideo in Libro Genes. dicitur. Lauabit in vino stolam suam, hoc est, in sanguine passionis carnem suam: & in sanguine vuæ pallium suum, id est, Ecclesiam suam purificabit in sanguine suo. Tom. IIII.

PANIS. De pane distinguitur in tractatu de misericordia, & quod homo eget pane. Est panis cœlestis animæ necessarius, & est panis iste terrenus terræ necessarius, quia caro nostra terra est. Fieri autem non posset vt panem suum caro nostra haberet, & panem suum anima non haberet: etenim & anima nostra in quadam egestate in hoc sæculo eget pane suo, sicut caro. Nam quis non eget pane? Deus solus nõ eget pane. Ipse est enim panis animæ, qui pane non eget: sed sufficienter sustentat nos. In sermone de oratione Dominica. Quia panem visibilem accipiunt boni & mali, ideo est alius panis de quo Dominus in Euangelio, Non est bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus. Et ille & iste dicitur quotidianus: quia sine illo viuere non possumus. Imprudentia est à Deo petere diuitias, sed non vt panem quotidianum petas. Aliud est enim petere vnde viuas, aliud vnde superbias. Tamen iste panis visibilis datur bonis & malis, & panis quotidianus est: sed panem quem petunt filij, est sermo Dei, qui nobis quotidie erogatur. Panis est noster quotidianus vnde viuunt non ventres, sed mentes. Necessarius est operariis in vinea, quia nunc cibus est, non merces. Operario autem duas res debet, qui illum conducit ad vineam: & cibum ne deficiat, & mercedem vnde gaudeat. Cibus noster in hac terra est sermo Dei, qui semper erogatur: & post labores merces nostra, vita æterna nominatur. Item in illo pane quotidiano intelligas sacramentum, quod accepturi sunt baptizandi. Bene rogamus & dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, id est, concede vt sic viuamus, ne ab illo aliquando separemur. Pa-

Mat. 15.

nis nomine intelliguntur omnia. Lib. loquutio. in Genes. loquut. clxxiij. In pane, omnes escæ intelligũtur. Eodem libro, loquutione cẽtesima sexagesima nona. Cum dixit Ioseph fratribus suis, Mecum comesturi sunt panes: nunquid panes tantum? Sed ab eo quod excellit cætera, est complexa loquutio. Et eodem libro, loquutione centesima trigesima quarta. Per panem intelliguntur omnia ad victum pertinentia. Vnde pro quotidiano victu, solus panis positus intelligitur in oratione Dominica. Panis est Christus. In sermone nono de natiuitate Domini. Vnde enim panem Angelorum manducaret homo, creator Angelorum factus est homo. Illi laudant videndo, nos credendo: Illi fruendo, nos petendo: illi capiendo, nos quærendo: illi intrando, nos pulsando. Super Psal. centesimum nonum. Panis ille Angelorum, in principio erat verbum. Et tamen vt panem Angelorum manducaret homo, creator Angelorum factus est homo. Ita nobis verbum incarnatum factum est receptibile.

Tom VIII.

Super Psal. cxliij. Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cœlo descendi. Hæc autem annona præliantium de horreis inuenta Dominicis, vnde pascuntur Angeli, quia panem Angelorum manducauit homo: Post prælia verò, & hanc annonam quid seruat & dabit victoribus, nisi quod in alio Psalm. legitur, Vnam petij à Domino, hanc requiram? & cætera. Libro quinquagesimo Homil. homil. decima quarta. Panis noster æternus Christus in patris æqualitate. Panis noster quotidianus, Christus in carne: æternus sine tempore, quotidianus in tempore. Tamen ipse est panis qui de cœlo descendit, quo martyres firmi & fortes sunt: quia panis cor hominis cõfirmat. Ibidem, Homil. quadragesima secunda, quod panis est eucharistia. Non miremur si nominato pane, cætera necessaria intelliguntur. Quomodo? Quando Ioseph inuitauit fratres suos, Homines, inquit, illi manducabunt mecum hodie panem. Quare panem solum manducaturi erant? Sed à solo pane intellecta sunt cætera. Sic quando rogamus, Panem quotidianum: quicquid nobis propter carnem nostram in terra necessarium est, postulamus: secundum quod ait Dominus Iesus Christus. Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis. Intelligitur etiam hoc valde bene. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, eucharistiam tuam, quotidianum cibum. Norunt enim fideles quid accipiant, & bonum est eis accipere panem quotidianum huic tempori necessarium. Pro se rogant vt bona faciant, vt in bonitate & fide & bona vita perseuerent. Hoc optant, hoc orant: quia non perseuerant in bona vita, separabuntur ab illo pane. Ergo panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quid est? Sic viuamus, vt ab altari tuo non separemur: & verbum Dei quod quotidie nobis aperitur, & quodam modo frangitur, panis quotidianus est. Et quomodo illum panem ventres, sic istum mentes esuriunt. Et hunc ergo petimus simpliciter, &

Ioan. 6.

Tom. X.

Nomine panis quid sibi velit scriptura.

A quicquid animæ nostræ & carni nostræ in hac vita necessarium est, quotidiano pane concluditur. In sermone xxviij. de resurrectione Domini. Panis ille quem videtis in altari sanctificatum per verbum Dei, corpus Christi est. Calix iste, imo quod habet calix sanctificatum per verbum Dei, sanguis Christi est. Per ista voluit Dominus Christus commẽdare corpus & sanguinem suũ, quem pro nobis fudit in remissionem peccatorum. Si bene accipitis, vt Apostolus dicit, Vnus panis vnum corpus multi sumus: sic enim exponit sacramentum mensæ Dominicæ. Vnus panis & vnum corpus multi sumus. Commendatur vobis in vno pane quomodo vnitatem amare debeatis. Nunquid enim panis ille de vno grano factus est? Nonne multa erant tritici genera, sed B antequam ad panem venirent separata erant, & per aquam coniuncta sunt post contritionem? Panis enim, nisi moletur triticum, & aqua conspergatur, ad istam formam minimè venit, qui panis vocatur. Sic & vos ante ieiunij humiliationem, exorcismi sacramento quasi molebamini: Accessistis ad baptismum, & aqua quasi conspersi estis, vt ad formam panis veniretis: sed nondum panis sine igne. Quid ergo significat ignis? Hoc chrisma & oleum, est ignis vnde Spiritus sancti est sacramentum. Et infra. Magna ergo sacramenta, & valde magna vultis nosse. Quomodo commendantur, ait Apostolus, Qui manducat corpus Christi, aut bibit indignè calicem Domini, reus est corporis & sanguinis Domini. Quid est indigne accipere? Contẽptibi- C liter accipere, irridenter accipere. Nõ tibi videatur vile quod vides. Quod vides, transit: sed quod signatur inuisibile, non transit, sed permanet. Ecce accipitur, comeditur, consumitur. Nunquid corona Christi consumitur? Absit. Hîc mundaretur, ibi coronaretur. Manebit ergo quod significatur æternaliter, quanquam transire videatur. Sic ergo accipite & sic vos cogitetis, vnitatem in corde habeatis, sursum cor semper figatis, spes vestra non sit in terra, sed in cœlo, fides vestra firma sit in Deum, quia quod modo hîc non videtis & crêditis, visuri estis illic vbi sine fine gaudebitis. In sermone vigesimo sexto eiusdem resurrectionis. Eia fratres vbi voluit Dominus agnosci in fractione panis, securi sumus. Panem D frangimus, & Deum cognoscimus. Noluit ibi agnosci nisi propter nos, qui eum non eramus in carne visuri: & tamen eius carnem eramus manducaturi. Quisquis ergo fidelis es, quisquis non inaniter Christianus, quisquis Ecclesiam non sine causa ingrederis, quisquis verbum Dei cum timore & sæpe audis, consoletur te fractio panis in absentia Domini. Habeto fidem, & tecum est quem non vides. Libro quarto contra epistolas Pellagianorum, capite nono, allegat Cyprianum dicentem. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum absentes & nõ cõmunicantes à cœlesti pane pro

prohibemur, à Christi corpore separemur. Vnde diffuse dicit Libro tertio de libero arbitrio. Quid enim tam opus habens misericordia, quam miser, & quid tam indignū misericordia quàm superbus miser? Ex quo factum est, vt illud Dei verbum, per quod facta sunt omnia, & quo fruitur omnis Angelica beatitudo, vsq; ad miseriam nostram clementiam suam porrigeret, & verbū caro fieret, & habitaret in nobis. Sic enim posset panem Angelorum manducare homo, nondum Angelis adæquatus, si panis ipse Angelorum hominibus dignaretur adæquari. Nec sic descendit ad nos, vt illos desereret: sed simul integer illis, integer nobis, illos intrinsecus pascens per id quod Deus est, nos forinsecus admonens per id quod nos sumus, idoneos facit per fidem, quos per spē pascat æqualiter. Quia enim rationabilis creatura verbo illo tanquam optimo cibo suo pascitur, humana autē anima rationalis quæ mortalibus vinculis peccati pœna tenebatur, ad hoc diminutionis redacta, vt per coniecturas rerum visibilium ad intelligenda visibilia niteretur, cibus rationalis creaturę factus est visibilis, non commutatione suæ naturæ, sed habitu mortalitatis nostræ, vt visibilia sectantes, ad se inuisibilem reuocaret. Sic eum anima, quem superbiens intus reliquerat, foris humilem inuenit, inuitatura eius humilitatem visibilem, & ad inuisibilem altitudinem reditura. Super Ioannem, sermone quinquagesimo nono. Manducabant Apostoli panem Dominum: manducabit Iudas panem Domini contra Dominum. Illi vitam, iste pœnam. Qui autem manducat indignè, vt ait Apostolus, iudicium sibi manducat. Vnde libro secundo quæstionum Euangeliorum. quæst.lj. Voluit agnosci Dominus in fractione panis. Securi simus. Panem frangimus & Deum agnoscimus. Noluit agnosci ibi nisi propter nos, qui non eum visuri eramus in carne, & tamen manducaturi eius carnem. Quisquis fidelis es, quisquis non inaniter Christianus vocaris, quisquis Ecclesiam non sine causa ingrederis, quisquis verbum Domini cum spe & timore audis, consoletur te fractio panis. Absentia Domini non est absentia. Habeto fidē, & tecum est quem non vides. Est panis verbum Dei & sancta scriptura. super Psalm. trigesimum sextum, sermone tertio. Panis noster est verbum Dei: quem quando audis, aut quando legis, manducas: quando eum recogitas, ruminas, vt sis animal mundum non immundum: Quod significat etiam sapientia per Salomonem. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus glutit illum. Ille glutit, vt non in illo appareat quod vorauit, oblitus est quod audiuit. Qui cogitat, & cogitando ruminat, ruminando delectatur. Vnde dicitur, Cogitatio sancta conseruabit te. De pane pœnitentiæ. Libro meditationum. Da mihi Domine in hoc exilio panem doloris & lachrymarum, quem esurio super omnem copiam deliciarū. Sint mihi Domine infra lachrymæ meæ panes die ac nocte, donec dicatur mihi. Ecce Deus tuus: donec audiam. Ecce sponsus tuus. Pasce me Domine interim singultibus meis, refocilla me doloribus meis.

PAPA. Ad papam sunt referenda fidelium pericula, quæ emergere dignoscuntur. In Epistola prima ad Innocentium papam de concilio Mileuitano. Quia te Dominus gratiæ suæ præcipuo munere in sede Apostolica collocauit, talémque nostris temporibus præstitit, vt nobis potius ad culpam negligentię valeat, si apud tuam venerationem, quæ pro Ecclesia suggerenda sunt, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiosè, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi, pastoralem diligentiam quæsumus adhibere digneris. Ad papam hoc pertinet. Ibidem infra. Arbitramur adiuuāte misericordia Domini Dei nostri, qui te regere consulentem, & orantem exaudire dignatur, authoritati sanctitatis tuæ, de sanctarum scripturarum authoritate deprompta, facilius eos qui tam peruersa & perniciosa sentiunt esse cessuros, vt de correptione potius eorum gratulemur, quam contristemur interitu. Tom.II. Epist.92.

Et libro secundo de gratia Christi, & peccato originali contra Pellagium & Celestium ad Albinam, capit. sexto, scribit dictum fuisse à Papa Innocentio. Si fortè vt hominibus quispiam ignorantiæ error obrepserit, nostra sententia corrigatur. Roma est sedes. In Epistola ad Glororium, Eleusium, Felicem, Donatistas. In Romana Ecclesia semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus. Ei subiicitur imperium: Ideo in Epistola ad Madaurenses. Videtis imperij nobilissimi eminentissimum culmen, ad sepulchrū piscatoris Petri submisso diademate supplicare. Tom.VII. Tom.II. Epist.161. Tom.II. Epist.42.

Papæ etiam malo obediendum est: & quod quilibet est catholicus. In epistola ad Generosum. Ab ipso Petro numeramus Episcopos: cui totius Ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam & portæ infernorum non vincent eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euaristus, Euaristo Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Thelesphorus, Thelesphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrbanus, Vrbano Pōtianus, Pōtiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Xystus, Xysto Dionysius, Dionysio Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Eusebius, Eusebio Miltiades, Miltiadi Siluester, Siluestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, Siricio Anastasius. In hoc ordine successionis Episcoporum, qui ducitur à beato Petro vsque ad Anastasium, qui nunc eandem cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christianis: quibus Dominus prouidens, ait de præpo- Tom.II. Epist.165. Mat.16.

sitis malis. Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite, &c. Vt certa sit spes fidelibus quæ non in homine, sed in Domino collocata, nũquã tempestate sacrilegij schismatis dissipetur.

Tom.II. Epist.57. Cap.34. Tom.III. PARADISVS Libr. de præsentia Dei ad Dardanum. Paradisi nomen generale est, vbi fœliciter viuitur significans. Diuersimode intelligitur Paradisus. Lib. xij. super Genes. ad literam. Paradisus propriè est nemorosus locus: translato autẽ verbo, omnis etiã spiritualis quasi regio, vbi animæ bene est, merito Paradisus dici potest, non solum tertium cœlum, quicquid illud est, quod profectò magnũ sublimitérque præclarũ est, verumetiam in ipso homine lętitia bonæ conscientiæ Paradisus est. Vnde & in sanctis Ecclesia temperanter & iustè & piè viuẽtibus, Paradisus rectè dicitur: pollens affluentia gratiarum, castísque deliciis: quandoquidẽ in tribulationibus gloriatur de ipsa patientia plurimũ gaudens, quia secundum multitudinem dolorum in corde consolationes iucundant eius animam. Quanto magis ergo post hanc vitam etiam sinus ille Abrahæ paradisus dici potest, vbi iam nulla tentatio, vbi tanta requies post omnes dolores vitæ huius? Lib. viij. eiusdem, cap. j. Non ignoro de Paradiso multos multa dixisse, tres tamen de hac re quasi generales sunt sententiæ. Vna eorum qui tantummodo corporaliter Paradisum intelligi volunt. Alia eorum qui spiritualiter tantum: tertia eorum qui vtroque modo Paradisum accipiunt, aliàs corporaliter, aliàs spiritualiter. Breuiter ergo vt dicam, Tertiam

Cap.eod.inf. mihi fateor placere sententiam. De Paradiso terrestri deliciarum. Ibidem. Paradisus in quo Adam collocauit Deus, nihil aliud quàm locus quidam intelligatur, terra scilicet, vbi habitaret homo

Li.11. Cap.40. terrenus. Lib. eiusdem. Per cœlestes vtique potestates in paradiso visibili factum esse credendum est, vt per Angelicum ministerium esset illic ignea quædam custodia: non tamen frustra factum esse, nisi quia significat aliud etiam de Paradiso spirituali, non est vtique dubitandum.

Tom.V. De hominis verò vita in Paradiso. Libro decimo quarto de ciuitate Dei, cap. xj. Viuebat homo secundum Deum in Paradiso, & corporali & spirituali. Neque enim erat tantum Paradisus corporalis propter corporis bona, & propter bona mentis non erat spiritualis. Aut verò erat spiritualis, quo per interiores, & non corporalis quo per exteriores sensus homo frueretur? Erat

Cap.40. planè vtrunque propter vtrunque. Sed post peccatum expulsus inde. ideo lib. xj. super Genes. Super illud. Emisit illum Deus de Paradiso &c. Alienatus à vita, non solum quam fuerat si pręceptum seruasset cum Angelis accepturus, sed ab illa quam ducebat in Paradiso, fœlici quodam corporis statu, separari vtique debuit à ligno vitæ. Siue quod ex illo ipso subsisteret fœlix ipse status corporis, ex re visibili, virtute inuisibili. Siue quod in eo esset sacramentum visibile inuisibilis sapientiæ. Alienandus inde vtique fuerat, vel iam moriturus, vel etiam tanquam excõ-

A municatus, sicut etiam in hoc Paradiso, id est, Ecclesia solent à sacris altaris visibilibus homines disciplina Ecclesiastica remoueri. Et infra subdit. Factũ est vt cõtra Paradisum quo beata vita (Cap...) etiam spiritualiter significabatur, habitaret peccator vtique in miseria. Quia verò status eius erat per gratiã, & casus per liberũ arbitrium. Ideo lib. xiiij. de ciuit. Dei c. xxvij. Nec tamen ideo ab his Diuinæ gratiæ beneficiis sibi placendo, recedere non habebat in potestate. Nam sicut in hac carne viuere sine adiumentis alimentorũ, in potestate non est: non autẽ in ea carne viuere in potestate est: quod faciunt, qui seipsos necant: ita bene viuere sine adiutorio Dei, etiã in Paradiso, in potestate nõ erat: erat autẽ in potestate malè viuere: sed beatitudine etiam permansura, & pœna iu-

B stissima sequutura. De hoc require infra, c. status. De paradiso verò cœlesti. Lib. xiij. eiusdem, c. xxj. Potest intelligi Paradisus, vita beatorum: flumina quatuor, quatuor virtutes, prudentia, fortitudo, tẽperãtia, atq; iustitia: & ligna eius, omnes vtiles disciplinæ: & lignorũ fructus, mores piorum: & lignum vitæ, ipsa bonorum omnium mater sapientia: & lignũ scientiæ boni & mali, transgressi mandati experimentum. Possunt hæc etiã in Ecclesia intelligi, vt ea melius capiamus tanquam prophetica indicia præcedentia futurorũ. Paradisum scilicet, ipsam Ecclesiam, *sicut de ea* legitur in cantico canticorum: quatuor autẽ flumina Paradisi, quatuor Euangelia: ligna fructifera, sanctos: fructus autem eorum, opera eorum: li-gnum vitæ, sanctum sanctorum, vtique Christũ:

C lignum scientiæ boni & mali, proprium voluntatis arbitrium. Nec se ipso quippe homo Diuina voluntate contempta, nisi perniciosè vti potest: atque ita discit, quid intersit, vtrum inhæreat cõmuni omnibus bono, aut proprio delectetur. Se quippe amans donatur sibi: vt inde, timoribus, mœroribus completus cantet in Psalm. si tamen mala sua sentit. Ad meipsum turbata est anima mea: correctúsque iam dicat, Fortitudinem meam ad te custodiam. Super Psal. xxxix. Hodie mecum eris in Paradiso. Paradisus habet ligna fœlicia. Hodie mecum es in ligno crucis, hodie mecum eris in ligno salutis.

PARACLETVS. Super Ioannem. Paracletus est ipse Christus. Paracletus enim (Tract... Tom.II...)

D Latinè dicitur aduocatus. Et dictum est de Christo. Aduocatum habemus ad patrem Iesum (1.Ioan.) Christum. Est etiam Spiritus sanctus. In sermone iiij. de fide. Quod paracletus dicitur Spiritus sanctus, proprietas operationis eius exprimitur. Paracletus enim Grecum verbũ est, quod Latinè dicitur cõsolator. Et bene pro Christo ad discipulos mittitur, vt eos cõsoletur inter omnes tribulationes, quas pro Christi erant cõfessione passuri.

PARCERE. Quod, & qualiter Deus parcit. Libro quæstionum super Exodũ. Nouit Deus cui parcat vsque ad commutationem in melius: & cui parcat ad tempus, quamuis eum præscierit in melius non mutari: & cui non parcat vt mutetur in melius, & cui non (Quæst... Tom.I...)

parcat

parcat ita vt mutationem vitæ eius expectet. Et hoc totum ad id redit quod clamat Apostolus. Quã inscrutabilia sunt iudicia eius, &c. Libro quinquagesimo Homil. Quod tam lõgo tẽpore peccamus & parcit Deus, non est negligẽtia, sed patiẽtia: non ille potẽtiam perdit, sed nos ad pœnitẽtiam reseruat. Teneamus ergo iustitiã, cuius misericordiã desideramus. Super psal. septuagesimum septimum. Quis non videat quanta misericordiæ patientia malis parcat Deus, sed ante iudicium? Debemus inuicẽ parcere. In serm. ij. de quadrag. Lex fixa est, cõditio posita est, ius, pactum, chirographum recitatum est. Dimitte mihi dicis Domino, sicut dimitto. Ergo non dimittit, si non dimittis. Si vis vt tibi dimittatur, ignosce fratri tuo, qui ad te reuertitur. Hanc precem iuris peritus cœlestis dictauit. Non te fallit, si facis quod te docuit. Omnis qui contemnit Domini disciplinam, perdit sententiam, & inuenit pœnam. Ibidem. Septem quippe diebus venientibus euntibus & redeuntibus, totum voluitur tempus: qui enim septies in die dimitti iussit, totius temporis peccata indulgeri præcepit. Libro quinquagesimo Homil. Qui vult dicere efficaciter, Dimitte nobis debita nostra: dicat veraciter, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si hoc quod est posterius, aut non dicit, aut fallaciter dicit, illud quod superius est inaniter dixit.

In Homil. de debente decem millia talenta. Numerus vndenarius, transgressor legis est. Lex enim denarius, peccatum vndenarius: lex enim per decem, peccatum per vndecim: quia transgressio denarij est. Vnde quando tabernaculum iussum est fabricari, in magno sacramento inter cætera, vela cilicina iussa sunt fieri non decem, sed vndecim: quia per cilicium ostenditur confessio peccatorum, & omnia peccata continentur isto numero septuagesimo septimo. Septuplũ enim solet pro toto computari, quoniam septem diebus voluitur tempus: & finito septenario, rursus ad caput reditur, vt eadem forma voluatur. Per huiusmodi formæ reuolutiones sæcula trãseunt: à septenario tamen numero non receditur. Omnia ergo peccata dixit, quando septuagies septies dixit: quia illud vndecim ductum septies, fiunt septuagies septies. Igitur omnia peccata dimitti voluit, quia ea septuagesimo septimo numero præsignauit. Super psalm. centesimum tertium, sermone primo. Interrogate quando rogatis Deum, corda vestra. Videte quomodo transmittatis versum istum, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non eris orans, nisi ista dicas: si alia dicas, non te exaudit ille, quia nõ ipsa tibi dictauit iuris peritus quem misit. Necesse est ergo, vt & quando verba nostra dicimus in oratione, secũdum ipsam dicamus: & quando ipsa dicimus, bene intelligamus quod dicimus, quia manifestã illam esse voluit. si ergo non oraueritis, spem non habebitis: si aliter quã magister veritatis docuit oraueritis, nõ exaudiemini: aut si in oratione mẽtiti fueritis, non impetrabitis. Ergo orandũ & verum dicendũ est: &

A sic orandum est, quomodo ille docuit. Velis nolis quotidie dicturus es. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vis securus dicere? Fac quod dicis. In serm. de Iacob & Ioseph. Qui in nos peccauerunt, debemus nõ ipsos, sed eorum peccata odire. Velimus culpæ meritũ durissima castigatione corripere, vt eos semper studeamus diligere. In veritate hoc si facimus, fratres charissimi, impletur in nobis id quod scriptũ est. Inuicẽ onera vestra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Ad extremum autẽ, vt totum quod dixi breui sermone concludam. Taliter indulgeamus eis qui in nobis peccauerũt, qualiter volumus vt nobis indulgeat Deus quoties peccamus in illo. Hoc si facimus securè dicere possumus, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus.

B In serm. de oratiõe Dominica. Qui vult dicere efficaciter, Dimitte nobis debita nostra: dicat veraciter. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si hoc quod est posterius aut non dicit, aut fallaciter dicit, illud quod prius est inaniter dicit. Maximè vobis dicimus, Dimittite omnia de cordibus vestris, q ad sanctũ baptismũ accessistis. Et vos fideles qui per hanc occasionẽ audistis hanc orationẽ & nostrã expositionẽ, Dimittite totũ, quicquid aduersus aliquẽ habetis de cordibus vestris. Ibi dimittite, vbi Deus videt. Aliquando enim homo dimittit ore cũ tenet corde. Dimittit ore propter homines, & tenet corde nõ timẽs oculos Dei. Prorsus dimittite quod vsque ad istos dies tenuistis, saltem his diebus dimittite. Non debuit occidere sol super

C iracundiã vestrã, & multi soles transierũt. Transeat aliquando & iracundia vestra, dies magni solis modo celebramus. Illius solis de quo scriptum est. Orietur vobis sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Quid est in pennis eius? In protectione eius. Vnde in psalm. dicitur. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Aliud autem de is qui in die iudicij futuri sunt sero pœnitentes & infructuosè dolẽtes, prædicti à sapiẽtia. Et tunc dicturi sunt pœnitentiã agẽtes & præ angustia spiritus gemẽtes. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarũ iactãtia quid cõtulit nobis? Transierunt omnia tanquã vmbræ. Et inter cætera. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitię lumẽ nõ illuxit nobis, & ille sol nõ ortus est nobis. Sol ille iustis oritur, istũ autẽ solẽ visibilẽ, facit Deus quotidie oriri super

D bonos & malos. Ad illũ videndũ solẽ iusti pertinẽt, modo in cordibus nostris habitat sol iste per fidem. Si ergo irasceris, nõ occidat sol iste in corde tuo super iracundiam tuam. Parcendum est ex corde. Libro de vera innocentia. Non vincit in bono malum, qui in superficie bonus est, & abdito malus: ore parcens, corde sæuiens: manu mitis, & voluntate crudelis. Non est verecundia petere veniam. In tractatu de concordia fratrum. Multi sunt qui sciunt se peccasse in fratribus suis, & nolunt dicere, Dimitte mihi. Non erubescunt peccare, & erubescunt rogare: non erubescunt de iniquitate, & erubescunt de humilitate. Ipsos in primis admoneo quicunque habe-

Li. 50. Homil. Homil. 42. Tom. X.

Ex corde remittendum proximo.

Mala. 4.

Sap. 5.

C. 45. 147. Tom. III.

Libr. 50. Homil. Homil. 40. Tom. X.

tis diſcordiam cum fratribus veſtris, & reuocatis ad vos, & conſideratis vos, & iuſtum iudiciũ fertis in vobis, intus, in cordibus veſtris, & inuenietis vos non debuiſſe facere quod feciſtis, non debuiſſe dicere quod dixiſtis. Petite veniam fratres à fratribus veſtris: facite, nolite erubeſcere. Nolite rei eſſe ante oculos Dei, nolite erubeſcere. Proinde omnibus dico maioribus & minoribus, viris & fœminis, laicis & clericis, & mihi ipſi. Sed non decet dominum veniam petere à ſeruo. *Infrà.* Ibidem infra. Forte dominus peccauit in ſeruum iniuſte cædendo, iniuſtè litigando, dicat ille, Ignoſce mihi: da mihi veniam. hoc vt fiat durum videtur: Non quod debeat facere, ſed ne ille incipiat ſuperbire. Quid ergo? Ante oculos Dei pœniteat eum, ante oculos Dei puniat cor ſuum: & ſi non poteſt ſeruo ſuo dicere, quia non oportet dicere, Da mihi veniam, blande illum alloquatur. Blanda enim alloquutio veniæ eſt poſtulatio. Simile de prælato eſt cum ſubdito. *Tom.II. Epiſt.109.* In regula. Quando autem neceſsitas diſciplinæ in moribus coërcendis dicere vos verba dura compellit, ſi etiam vos ipſi modum exceſsiſſe ſentitis, non à vobis exigitur, vt à vobis ſubditis veniam poſtuletis: ne apud eos quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas. Sed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos quos plus iuſto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis. Non autem carnalis, ſed ſpiritualis debet inter vos eſſe dilectio. Parcendum eſt ex charitate. *Tom.II.* In epiſtola ad Macedonium, & eſt numero quinquageſima quarta. *Miſericordia puniẽs, Crudelitas parcens.* Plurimũ intereſt quo animo quiſque parcat. Sicuti enim eſt aliquando miſericordia puniens, ita & crudelitas parcẽs. Nam, vt exempli gratia aliquid ponam. Quis non crudelem verius dixerit eum, qui puero pepercerit volenti obſtinatiſsimè cum ſerpentibus ludere? Quis autem non miſericordem qui talia prohibens, contemptorem verborum etiam verberibus emendauerit? Et ideo non vſque ad mortem protẽdenda eſt diſciplina, vt ſit cui prodeſſe poſsit. Require de hac materia ſupra, Abſolutio, & cap. Dimittere, & cap. Indulgere.

PARS. Aliquando per partem intelligitur totum & econuerſo. Libro primo de origine animæ contra Vincentium victorem *Tom.VII.* ad Renatum. Ex parte totum, & ex toto partem Diuina eloquia ſignificare cõſueuerunt. Ex parte enim totum ſignificatum eſt vbi legitur. Ad te omnis caro veniet: quia ex carne intelligitur omnis homo. Ex toto autẽ pars cum dicitur. Chriſtus ſepultus: cum ſola eius caro ſepulta ſit. De partibus mũdi ſiue terræ habitabilis. Libro de ciuitate Dei, cap. decimo ſeptimo. *Lib.16. Tom.V.* Qui orbem diuiſerunt, in Aſiam, Europam, & Africã, non æquali diuiſione fecerunt. Nam Aſia à meridie per orientem vſque ad ſeptemtrionem peruenit. *Orbis diuiſio.* Europa verò à ſeptemtrione vſque ad occidentem: atq; inde Africa ab occidente vſq; ad meridiem. Vnde videntur dimidium orbem duæ partes tenere, Europa & Africa: aliud verò dimidium, ſola Aſia: non illa, quæ eſt pars huius maioris Aſiæ. Sed ideo illæ duæ partes factæ ſunt, quia inter vtranque ab Oceano ingreditur, quicquid aquarum terras interluit & ab hoc mare magnũ nobis facit. Quapropter ſi in duas partes orbem diuidas Orientis & Occidentis, Aſia erit in vna: in altera verò, Europa & Africa.

PARVVLVS. Paruulus cum naſcitur incipit à ploratu. Libr. de verbis Apoſtoli, ſermone vigeſimo quarto. *Tom.I.* Qui naſcuntur, à ploratu incipiunt, qui & ridere poſſunt. Naſcitur, & ſtatim plorat: poſt neſcio quot dies ridet. Quando plorabat naſcens, propheta ſuæ calamitatis erat, lachrymæ enim teſtes ſunt miſeriæ. Nondum loquitur, & iam prophetat, ſe in labore eſſe futurum in timore, etiam ſi bene vixerit & iuſtus fuerit, certè in tentationibus ſemper timebit. Afficiuntur nimis ad exteriora. Libro decimo quarto de Trinitate, capit. quinto. *Tom.III.* Paruuli res, quas per corporis ſenſus ſentire poſſunt, non ignorare poſſunt, ſed cogitare non poſſunt. Quanta porrò intentione in iſta quæ foris ſunt ſenſibilia ferantur, hinc ſolùm conuinci poteſt: quod lucis huius hauriendæ ſic auida eſt eorum anima, vt ſi quiſquam minus cautus aut neſciens quid inde poſsit accidere, nocturnum lumen poſuerit vbi iacet infans, in ea parte ad quam iacentis oculi poſsint retorqueri, nec ceruix eius poſſit inflecti, ſic eius inde non remoueatur aſpectus, vt nonnullos ex hoc etiam ſtrabones fieri nouerimus, eam formam tenẽtibus oculis, quam teneris & mollibus conſuetudo quodammodo infixit. Ita & in alios corporis ſenſus, quantum ſinit illa ætas intentione ſe quaſi coarctat animæ paruulorum, vt quicquid per carnem offendit aut allicit, hoc ſolùm abhorreant vehementer aut appetant: ſua verò interiora non cogitent, nec poſſunt admoneri vt hoc faciant: quia nondum admonentis ſigna nouerunt, vbi præcipuum locum verba obtinent, quæ ſicut alia prorſus neſciunt. Quomodo paruuli eſſe debemus. Libro de ſalutaribus documentis, capit. quadrageſimo tertio. *Tom.II.* Simus in malitia paruuli, & viri perfecti in ſenſu. In quibuſdam verò nos exhibeamus ſenes, in quibuſdam verò iuuenes: quia paruulis eſt ludere, perfectis autẽ viris lugere. Nam præſens luctus lætitiam generat ſempiternã. Omne autem quicquid immoderatum eſt, diſſolutionem efficit animæ, & negligentem erga Domini præcepta: nec delicta ſua poteſt facilè ad memoriam reuocare, & obliuiſcens ea, non ſe inſtigat ad pœnitentiam, & ita paulatim ab omnibus bonis cadit. Nullum habebit acceſſum cordis compunctio, vbi fuerint immoderata vitia & concupiſcentiæ malæ. Vbi autem fuerint lachrymæ, ibi ſpiritalis ignis accenditur, qui ſecreta mentis illuminat. Nullus nos ſæculi amor ab amore Chriſti ſegreget, & totæ noſtræ cogitationes ad præmia futuræ patriæ tendant, & de cœleſtibus meditentur. Hæc gloria tua, hæc eſt pfectio curſus certaminis tui. Perfectus enim dicitur, nõ qui in ætate, ſed qui in ſenſu perfectus eſt

est. Nulli nocet puerilis ætas, si fuerit mente vel sensu perfectus: nec senilis proderit ætas, si fuerit paruulus mente & sensu. Nam Dauid cum puer esset & perfectus, cor suum & mentem suam habebat in Domino defixam, & ob hoc in regẽ eleuatus est. Et Saul cum esset in senili ætate, quia in se malignam nequitiam habuit, de culmine regali expulsus est. Dominus verò ac saluator noster à senioribus crucifigitur, & ingressus Hierosolymam, à paruulis collaudatur. Nã & arbor si multorum annorum fuerit infructuosa, exciditur. Si autem fuerit nouella & fertilis colitur, vt magis ampliorem proferat fructum. Ideo has similitudines pono, vt nec iuuenis, nec senex in domo tua, de salute sua, vel etiam de operibus suis confidat: sed qui gloriatur, in Domino glorietur.

Super psalm. sexagesimum secundum. Paruuli sumus. Ergo protegat nos Deus sub vmbraculo alarum suarum. Quid enim cum maiores facti fuerimus? Bonum est nobis vt & tunc protegat nos, vt sub illo maiore semper nos pusilli simus. Semper enim ille maior est quantumcunque creuerimus. Nemo dicat, protegat me cum paruulus sum, quasi aliquando ad tantam magnitudinem possit peruenire, qua sibi sufficiat. Sine protectione Dei nihil es, semper ab illo protegi velimus. Tunc semper in illo magni esse poterimus, si semper ab illo paruuli simus. Vnde damnantur si non baptizantur. Libro Hypognosticon, Responsione quinta. Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Intrare quippe in regnũ cœlorum non est aliud quam vita beata viuere quæ permanet in sæcula sæculorum. Ecce non baptizatus, vitali etiam cibo potúque priuatus, diuiditur à regno cœlorum, vbi fons viuentium permanet Christus. Da mihi præter hunc alterum locum, vbi vitæ requies possit esse perennis. Primum enim locum fide catholica Diuina authoritate regnum creditur esse cœlorum, vnde non baptizatus excipitur. Sed gehenna, vbi omnis apostata vel à Christi fide alienus, æterna supplicia experietur. Tertium penitus ignoramus, imò nec esse in scripturis sanctis inuenimus, vel reperimus. Finge ergo hæretice locum ex officina dogmatis tui, vbi alieni à Christi gratia vitam requiei & gloriæ possint paruuli possidere. Sedentis iudicis dextera & sinistra, est regnum & gehenna, vita & mors, iusti & iniqui. In dextera igitur iusti sunt constituti: in sinistra operarij iniquitatis. In regno requies baptizatorum, in gehenna pœna incredulorum. Vita ad lætitiam gloriæ: mors ad fletum & stridorem dentium. Iusti in regno patris cum Christo: iniqui in igne æterno parato diabolo & Angelis eius. Quomodo sacramenta prosunt eis dato quod nesciant. Libro de præsentia Dei ad Dardanum. Dicimus in baptizatis paruulis, quamuis id nesciant, habitare Spiritum sanctum. Sic enim eum nesciunt, quamuis in eis sit, quemadmodũ & nesciunt mentem suam: cuius in eis ratio qua vti nondum possunt, velut quædam scintilla sopita est, excitanda ætatis accessu. Ibidem infra. Paruuli si antequã veniant ad spiritalem mentis ætatem, vbi non lacte aluntur, sed solido cibo, dies vitę huius extremus inuenerit, perficiet in eis habitator illorum, quicquid hîc intelligentiæ minus habuerũt, quoniam & ab vnitate corporis Christi, qui nobis via factus est: & à templi Dei societate non recesserunt. Probat Libr. de verbis Apostoli, sermone xiiij. Respondetur à portante paruulũ, ad verba aliena, & sanatur: quia ad factum alienum vulneratus est paruulus. Respondetur pro non loquente, & valet. Conspiratione quadam communicat spiritus, credit in altero, quia peccauit in altero: an verò inuenit vita præsentis sæculi, quem parturiuit infirmitas, & nõ inuenit vita futuri sæculi, quem parturiuit charitas? Ibidem infra. Si in altero credit qui peccauit in altero, valet, & inter fideles baptizatos computatur. Hoc habet authoritas matris Ecclesiæ, hoc funditus veritatis obtinet canon. Libro primo contra epistolas Pellagianorũ. In Ecclesia saluatoris per alios paruuli credũt, sicut ex aliis ea quæ illis in baptismo remittuntur peccata, traxerunt. Diffusius declarat ista. Libro tertio de libero arbitrio. Perscrutari solent homines sacramenta baptismi Christi, quid paruulis prosit, cum eo accepto plerunque moriuntur, priusquam ex eo quicquã cognoscere potuerint. Qua in re satis piè rectéque creditur, prodesse paruulo eorum fidem à quibus consecrãdus offertur. Et hoc Ecclesiæ commendat saluberrima authoritas, vt ex eo quisque sentiat quid sibi profit fides sua, quando in aliorum quoque beneficium qui proprium nondum habent, potest aliena commodari. Quid enim filio viduæ fides sua profuit quam vtique mortuus nõ habebat, cui tamen profuit matris, vt resurgeret? Quanto potius fides aliena poterit cõsulere paruulo, cui sua perfidia nõ potest imputari? De cruciatibus autem corporis, quibus affliguntur paruuli, quorum per ætatem nulla peccata sunt, si animæ quibus animantur, non priusquam ipsi homines esse cœperunt, maior querela & quasi misericors deponi solet cum dicitur. Quid mali fecerunt vt ista paterentur? Quasi possit esse innocentiæ meritum, antequam quisque aliquid nocere possit. Cũ autẽ boni aliquid operatur Deus in emẽdatione maiorum, cum paruulorum suorum qui eis chari sunt, doloribus ac mortibus flagellantur: cur ista non fiant, quando cũ trãsierint pro non factis erunt in quibus facta sunt: propter quos autem facta sunt, aut meliores erunt, si temporalibus incommodis emendatis rectius elegerint viuere: aut excusationem in futuri iudicij supplicio non habebunt, si vitæ huius angoribus ad æternam vitam desiderium conuertere noluerint? Quis autem nouit quid paruulis, de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut misericordia probatur: quis ergo nouit quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonæ compensationis referuet Deus? Qui quanquam nihil rectè fecerint, tamen nec peccãtes aliquid, ista perpessi sunt. Non enim

Tom. VIII. Tom. X. Tom. VII. Cap. 23. Tom. I. Tom. II. Epist. 57. *Cur infantes & innocẽtes hîc affligantur.*

enim frustra infantes illos, qui cum Dominus Iesus Christus necādus ab Herode quæreretur, occisi sunt, in honore martyrum receptos commendat Ecclesia. Soli ipsi non egent pœnitētia. Libro Homil. de pœnitentia. Præter paruulos nullus hominū transit vt incipiat esse quod non erat, nisi eum pœniteat fuisse quod erat. Require supra, capit. Infantia, & infra, cap. Puer.

Lib. 50. Hom. Homil. 50. Tom. X.

PASCHA. Lib. xvj. de ciuitate Dei. Pascha Hebræa lingua, trāsitus nūcupatur. Sed Græcè aliter interpretatur. super Ioannē, sermone lv. Pascha Græcè dicitur passio. Quia enim pati Græcè dicitur πάσχειν, ideo pascha passio putata est, cum Græcum nomen sit non Hebręum: opportunissime tamē in hoc nomine occurrit congruentia quædam vtrarumque linguarum. In sermone 50. de resurrectione Domini. Cum Christus sit pascha nostrum sanctum & Diuinum, & sanctis & Diuinis gaudiis esse celebrandum Apostolus dicit. Si inquit consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, &c. Ergo & nos spiritualibus spiritualia comparantes expurgemus vetus fermentum, id est, exuentes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, contemnamus mundum & cuncta terrena, & in imo iacentia despiciamus, qui & inuitamur ad ea quæ sursum sunt. Omnem nostram intentionem ad æterna & cœlestia dirigamus, & cursu præcipuo de huius peregrinationis exilio ad paradisum illam nostrā fœlicissimam patriam festinemus, vbi conciues Angelos, vbi sanctos omnes socios consortes inueniemus. Nam pascha Hebræa lingua, transitus dicitur esse Latina. Ergo fratres transeamus de vitiis ad virtutes, de temporalibus ad æterna, de caducis ad perpetua. Tali enim modo Hebræi dici & esse merebimur: quia Hebræus transitor interpretatur. Et tunc dignè pascha celebrare poterimus, si hunc transitum in nobis ipsis perficere studuerimus. Modus sanè quo pascha solennizandum est, sicut in lege Mosi Iudæis præscribitur obseruandum; sed in nobis spiritualiter. Verba ipsa discutiamus, & quid agendum, qualitérque verum celebrandum sit videamus. Ait enim inter cætera. Sic autem comedetis illud, haud dubium pascha. Renes vestros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter. Qui ergo pascha dignè vult agere, renes accingat, hoc est, peccata carnalium voluptatum castitatis zona coërceat. Calciamēta in pedibus habeat, hoc est, sanctorum patrum exemplis gressus suorum operum muniat, quo impedimenta obuiantium tentationum tanquam asperitates itinerum illæsus pertranseat: & vt venenata animalia calcaneo nostro insidiantia, securo pede proculcans, innocuus euadat. Baculum in manu teneat, hoc est, pastorali moderamine sibi & iis quibus præest inuigilare satagat. Considerandum attentius quod sequitur, Comedetis festinanter: præcepta enim Dominica non desidiosè, aut negligenter, & A quasi transeundo sunt audienda: sed studiosè memoriæ commendanda, & tota boni operis festinatione complenda sunt. Scriptum est enim. Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Hinc per prophetam de conuersis gentibus, & panem verbi Dei summa auiditate gustare quærentibus dicitur, Aperiet ora sua, sicut pauper edens in occulto. Taliter ergo nobis pascha celebrantibus, ipse Dominus ac redemptor noster nostris gaudiis delectabitur interesse, & sacrosanctum corpus suum suo corpori, nobis videlicet, dignabitur salubriter ministrare. Curramus ergo, qui summe huic festiuitati Dominicæ resurrectionis intersumus, ne ab illo cœlestis lætitiæ gaudio separemur. Quid enim proderit interesse festis hominum, si, quod Deus auertat, deesse contingat festis Angelorum? B Omnia quæ temporaliter celebramus, imago sunt quædam illius supernæ solennitatis & gaudij, quod ab Angelis in cœlis colitur. Non anniuersario temporum recursu, sed continuè sempérque manentis lætitiæ statu. Nam & ideo resurrectionem Christi, vel aliquas festiuitates celebramus, vt his admonitus animus, illam supernæ patriæ beatissimam festiuitatem cogitare incipiat, vbi est plena & perfecta lætitia, & gaudium indeficiens, quod nullus timor deterret, nulla solicitudo confundit, vbi requies secura, & securitas sancta, & omni delectatione plenissima. Ibi dabitur nobis cernere regem nostrum ad paternæ maiestatis dexteram consedentem, atque ad thronum gloriæ eius cum fiducia poterimus accedere, in quo carnem nostram C iam immortalem atque Deificam subiectis virtutibus & potestatibus videbimus imperare. Ipse enim est Deus Dei filius, ipse mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Super psalm. lxviij. sermone primo de vtraque. Pascha Latinè trāsitus interpretatur. Non enim pascha est Græcum nomen, sed Hebræum. Resonat quidem in Græca lingua passionem, quia πάσχειν dicitur pati. Sed consultum Hebræum eloquium aliud indicat. Pascha transitum commēdat. Quod admonuit etiā Ioannes Euangelista, qui imminente passione, cum veniret Dominus ad cœnam, qua commendauit sacramentum corporis & sanguinis sui, ita loquitur. Cum autem venisset hora qua transiret D ipse ad patrem. Expressit ergo transitum paschæ. Sed nisi hinc trāsisset ipse ad patrem qui propter nos venit: nos transire hinc quomodo possemus, qui non propter aliquid leuandū descēdimus, sed cecidimus? Ipse autem non cecidit, sed descendit: vt eum qui ceciderat, subleuaret. Transitus ergo est & illius & noster hinc ad patrē, de hoc mūdo ad regnū cœlorū, de vita mortali ad vitam æternam, de vita terrena ad vitam cœlestem, de vita corruptibili ad incorruptionem, de tribulationum conuersatione ad perpetuam securitatem.

Similiter super psalm. cxx. Pascha Hebræum verbū est, & transitus interpretatur. Per passionē enim Dominus trāsiuit de morte ad vitā, & fecit nobis

Col. 3.

nobis viam credẽtibus in resurrectione vt trãseamus & nos de morte ad vitam. De tẽpore verò paschæ, dicit Libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Pascha, id est, Dominicæ resurrectionis solennitas, ante transgressum vernalis æquinoctij & quartæ decimę lunæ perfectionem, non potest celebrari in eodem mense natæ. De eius solennitate, in sermon. xvj. de resurrectione Domini. Pascha Christi regnum est cœlorum, salus mũdi, casus inferni, gloria supernorum, vita credentiũ, resurrectio mortuorum. In sermon. xxiij. eiusdem diei. Solennitas paschalis demonstrat Christianorum agmina Apostolorum, hæc confundit tenebras Iudæorum, hæc euertit idola Paganorum. Require de hac materia infra, cap. de resurrectione Domini.

PASSER. Libro 50. Homil. In turture & passere saluator noster significatur. Passer enim, vt scitis perparua auis est: turtur, vt legimus, pudicissima. Et ideo saluator noster passer dicitur, quia docuit primus humilitatẽ: turtur dictus est, quia docuit primus castitatẽ. Vnde in cãticis canticorũ. Vox turturis in terra nostra audita est. Vox turturis doctrina intelligitur saluatoris. Audire cœpit, castitatis puritatẽ adamauit.

PASSIO Christi. Quod necessaria fuit homini. Lib. cur, quando, & quomodo Deus homo, cap. ix. Indagandum mihi videtur, quando Christus mori voluerit: quia non ex necessitate mortem subiit, quia omnipotẽs erat: nec ex debito, quia absque omni peccato erat. Sed si primi parentis culpam ante mentis oculos reuocemus, citò saluatoris mortem humano generi nimis fuisse necessariam cognoscemus: ille enim tam grauiter deliquit, quod nullo modo emẽdare potuit: quia Deo abstulit quicquid de humana natura facere disposuerat. Si cui verò Adæ delictum leue videtur fuisse, nõdum cognouit quanti ponderis peccatum sit: quia non dico pomi vetiti gustum, sed quãlibet quoque contra Dei volũtatem, peccatum dicunt viri sancti grauissimũ. Ponamus modo hominem ante conspectũ creatoris, cui omnis honor & obedientia à creatura sua debetur: & suadet quis homini aliorsum aspicere, cui creator interdicat, ne id velit aspicere: nónne si aspexerit, Deum offendet & exhonorabit non mediocriter? Patet sufficiẽter verè intelligentibus, quod si tota creatura periret aut periclitaretur non deberet contra volũtatem creatoris aliquorsum aspicere, etiam si omnia posset ab interitu defendere. Sic quoque Dei sapientes nos grauiter dicunt peccare, quotiescunque scienter quantumlibet parum contra Dei voluntatem facimus: quoniam semper in conspectu eius sumus, & semper præcipit nobis ne peccemus. Sed videamus postquam homo peccator effectus est, quid reddet pro peccato suo. Forsitan dicat aliquis pœnitentiam: cor cõtritum & humiliatum, & multimodos labores corporis, atque misericordiam dandi & dimittendi, & obediẽtiam. Verum quid in his omnibus dat ipse Deo? Cũ enim aliquid horum reddis, reddis quod debes Deo.

A Nam etiam si non peccasti, non debes illi computare pro debito, quod debes quãdo peccasti? Deo enim totũ debes quicquid es, & quicquid habes, & quicquid potes. Tantus nanque debet esse in hanc vita amor & desideriũ perueniẽdi ad quod factus es, & dolor quod nondum ibi es, & timor ne non peruenias, vt nullam lætitiam sentire debeas, nisi de iis quæ tibi aut auxilium, aut spem dant perueniendi. Reddere ergo homo pro peccato nihil potest: quia & si non peccet, tamẽ totũ debet Deo quicquid est. Sed si quis velit dicere, misericors Deus dimittit supplicãti quod debet, idcirco quia reddere nequit: quid est aliud quam dimittit Deus quod habere non potest? Verũ derisio est vt talis misericordia Deo attribuatur.

B Quid ergo de misero homine erit, qui pro peccato nihil habẽt quod reddat, quod tamẽ inultũ, vel sine satisfactione spontanea dimitti nequit, & quo non indulto beatitudinem nullatenus consequi poterit? Peribit planè, nisi aliam Dei misericordiam inueniamus, qua omnibus Deus propitietur iniquitatibus. Et nisi ille veniat qui de proprio nihil habeat, & pro aliis debita multa habentibus sponte satisfaciat. Sed ecce gratia Dei dum per Christum satisfactionem habemus: quid est, vt ita dicam, vt tam asperam satisfactionẽ videamus, scilicet per mortem ipsius Christi & per innumera opprobria? Ad quod ita respondendum videtur. Sicut enim primus homo per suauitatẽ peccauit, sic peccatum ipsius per asperitatem reparari debuit: & qui tam facilè victus est à diabolo, vt Deum peccãdo exhonorarit, tam facilè vt

C facilius non posset: dignũ fuit vt satisfaciens Christus pro peccato, tanta difficultate ad Dei honorem diabolum vinceret qua maiori non posset. Nihil asperius potest homo ad honorem Dei pati quam mortem sponte, non ex debito: & nihil maius potest homo dare Deo, quam cum se sua sponte & non ex debito morti tradidit ad honorem eius. Quantum autem sit quod se filius dedit, non est opus exponere, quia sufficienter patet. Cum verò qui tantum donum dat sponte Deo, sine retributione esse debere non iudicabitur: necessarium videtur vt pater retribuat filio. Alioquin aut iniustus esse videtur, si nollet: aut impotens, si non posset: quæ à Deo sunt aliena. Verum qui retribuit aliquid alicui, aut dat quod ille non habet, aut dimittit quod ab illo potest exigi. Prius

D autem quam tantã rem faceret filius, omnia quæ patris erant sua erãt: nec vnquam aliquid debuit, quod illi dimitti posset. Quid ergo retribueretur nullius rei egenti, cui non est quod dari aut dimitti posit? Ex vna itaque parte retribuendi necessitas patet, & ex altera impossibilitas: quia necesse est Deum patrem reddere quod debet, & non est quod ei reddat cui prius omnia dederat. Sed si tanta & tam debita merces nec illi, nec alij redditur, in vanum eius filius tantam rem fecisse videbitur. Necesse est ergo vt alicui reddatur: quia & illi reddi non potest. Sed si filius voluerit quod sibi debetur alij dare, poterit ne pater iure prohibere; aut alij cui dabit negare? Quin potius

necessar

necessariũ videtur, vt cui voluerit dare filius, à pa
tre reddatur: quia & filio quod suũ est dare licet:
& pater quod debet non nisi alij reddere potest.
Quibus autem conuenientius fructum & retribu
tionẽ suæ mortis attribueret, quam propter quos
hominem se fecit: & quibus moriendo exem-
plum moriendi propter iustitiam dedit? Frustra
itaque imitatores eius erunt, si meriti eius partici
pes non fuerint. Aut quos iustius faciet hæredes
debiti, quo ipse non eget ex abundantia suæ ple-
nitudinis, quam parentes & fratres suos, quos vi-
det & tot & tantis debitis obligatos, egestate ta-
bescere in profundũ miseriarũ, vt eis dimittatur
quod pro peccato deberent, aut detur quo pecca
to carerẽt? Nihil enim rationabilius, nihil dul
cius, nihilque desiderabilius mundus audire po-
test. Tantámque fiduciam iam ex hoc valet cõci
pere, vt confidendo cogitet, quod nullum homi-
nem Deus reiiciat à se sub hoc nomine acceden-
tem, si tamen ad tantæ gratiæ participationẽ, con
uenienter ac sicut oportet accedat. Gratias igitur
omnipotenti Deo agimus, quia sicut cecidimus
grauiter, releuati sumus mirabiliter, & misericor
diam omne debitum transcẽdentem, pro media-
toris morte reperimus. Nempe quid misericor-
dius intelligi valet, quam cum peccatori damna-
to æternis tormentis, & vnde se redimat non ha-
bẽti, Deus pater dicit, Accipe vnigenitũ meum,
& da pro te: & ipse filius, Tolle me, & redde pro
te? Quasi enim hoc dicunt, quando homines ad
Christianam fidem vocãt & trahunt. Quid vtiq;
iustius, quam vt id cui datur pretium maius omni
debito, omne peccatum dimittat illi, qui hoc de-
bito donat effectum? Hoc verò pretium Angeli
habere nequiuerunt, sed solis hominibus conces-
sum fuit. Quisquis enim humanam reconciliatio-
nem diligenter considerat, Angelorum imposi-
bilem fuisse deprehendere potest. Quia sicut nõ
potuit homo recõciliari nisi per hominẽ Deum
qui mori posset: & sicut homo per aliũ hominẽ
qui nõ esset eiusdem generis, quamuis esset eius-
dem naturæ non debuit releuari: ita nullũ Ange-
lũ per Angelũ saluari oportet, quasi sint omnes
vnius naturæ sicut homines. Non enim sic sunt
Angeli de vno Angelo, quemadmodũ homines
de vno homine. Hoc quoq; remouet eorum re-
staurationem. Quia sicut ceciderunt nullo alio
nocente vt caderent: ita nullo alio adiuuante sur-
gere debẽt, quod est illis impossibile. In hoc verò
homini Diuina pietas bene prouidit, quãdo de di
uersis materiis illum composuit, hoc est, de spiri-
tu & luto: quatinus si peccaret per materiam in-
feriorem, restauraretur per superiorẽ, & per eam
quæ mori posset, illa quæ mori non posset. Ange
li autẽ quoniam de spiritu tantũmodo sunt, mori
nullo modo possunt, quod eorum quoq; repara-
tioni non minimum obstat. Quapropter si quis
opinatur saluatoris nostri redemptionem vsq; ad
illos aliquando debere extẽdi, rationabiliter con
uincitur, quia irrationabiliter decipitur. Quod
tẽpus passionis fuit congruitatis. Libr. ij. quæstio-
T.m.IIII. num veteris & noui testamenti. q. lv. Quid causæ

A fuit vt illo tẽpore crucifigi se permitteret Domi
nus, quo octauo calend. April. Pascha acturi erãt
Iudæi? Omnia propriis locis & temporibus gessit
saluator. Vt enim omnia se nutu patris recte con
didisse doceret, tunc voluit passione sua mũdum
redimere, quãdo eum creauerat, id est, in æquino
ctio, vnde mũdus initium cœpit, & dies super no
ctem increscere. In regno itaque agens Roma-
no, non nisi octauo calẽd. April. pati debuit, quan
do æquinoctium habẽt Romani. Tunc enim vti-
que primum hæc pars mundi illuminata est, & ex
eo dies incrementum cœpit accipere. Ideóque &
passione saluatoris à morte liberata, & à tenebris
ad lucem perducta est. Nulla itaque vituperatio
poterit videri authoris, quando lapsam creaturã
tunc reformauit, quãdo & fecerat nec reprehen
B di poterit rei lapsæ initium creationis, cum ad id
redeat instauratio paschæ. Eadem enim die vo-
luit esse renouationis gaudium, quo fuerat & de-
dicationis. Quod modus passionis fuit æquita-
tis. Lib. xiij. de Trinitate, capit. xiij. Diabolus non
potẽtia Dei, sed iustitia superãdus fuit. Nam quid
omnipotente potẽtius? Aut cuius creaturæ pote-
stas potestati creatoris cõparari potest? Sed cum
diabolus vitio peruersitatis suæ factus sit ama-
tor potẽtiæ, & desertor oppugnatórque iustitiæ:
sic enim & homines tantomagis eum imitantur,
quantomagis neglecta, vel etiã perosa *iustitia* po
tentiæ student, eiúsq; adeptione lætantur, *vel in-*
flammantur cupiditate: placuit Deo, vt propter
eruendũ hominẽ de diaboli potestate, nõ poten-
tia diabolus, sed iustitia vinceretur, atq; ita & ho-
C mines imitantes Christum, iustitia quærerẽt dia-
bolum vincere, non potẽtia. Non quod potentia
quasi aliquid mali fugienda sit, sed ordo seruãdus
est, quo prior est iustitia. Nam quanta potẽtia po
test esse mortalium? Teneant ergo mortales iu-
stitiam, potentia immortalibus debetur: cui com
parata quantalibet hominum eminentia qui po-
tentes vocantur in terra, ridicula infirmitas inue
nitur: & ibi foditur peccatori fouea, vbi videntur
mali plurimum posse. Cantat autem iustus & di-
cit, Beatus homo quẽ tu erudieris Domine, & de
lege tua docueris eum: vt mitiges eum à diebus
malis, donec fodiatur peccatori fouea. Quoniam
non repellet Dominus plebem suam, & hæredi-
tatem suam non derelinquet, quo ad vsque iusti-
tia conuertatur in iudicium, & qui habent eam
D omnes recto sunt corde. Hoc igitur tempore
quod differtur potentia Dei populi, non repellet
Dominus plebem suam, & hæreditatem suam nõ
relinquet, quãtalibet acerba & indigna, ipsa humi
lis atque infirma patiatur: quoadusque iustitia,
quam nunc habet infirmitas impiorum, cõuerta-
tur in iudicium, hoc est, iudicandi accipiat pote-
statẽ. Quod iustis in fine seruatur, cum præceden
tem iustitiã ordine suo fuerit potentia subsequu-
ta. Potentia quippe adiuncta iustitiæ, vel iustitia
accedens potentiæ, iudiciariam potestatem facit:
pertinet autẽ iustitia ad volũtatẽ bonã. Vnde di-
ctũ est ab Angelis nato Christo. Gloria in excel-
sis Deo & in terra pax hominibus bonæ volun-
tatis.

tatis. Potentia verò debet sequi iustitiam, non præire: ideo & in rebus secundis ponitur, id est, prosperis. Secundæ autem à sequendo sunt dictę. Cum enim beatum faciant duæ res, bene velle, & posse quod velis, non debet esse illa peruersitas, vt & posse quod velit homo eligat, & velle quod oportet negligat, cum prius debeat habere bonā voluntatem, magnam verò postea potestatem. Bona porro voluntas purgāda est à vitiis, à quibus si vincitur homo, ad hoc vincitur vt malè velit, & bona iam voluntas eius quomodo erit? Optandum est itaque vt potestas nunc detur, sed contra vitia, propter quæ vincenda potentes esse nolunt homines, & nolūt propter vincendos homines, vt quid hoc, nisi vt verè victi falso vincāt, nec sint veritate, sed opinione victores? Velit homo prudens esse, velit fortis, velit temperans, velit iustus: atque vt hæc veraciter posit, potentiā planè optet, atque appetat vt potēs sit in seipso, & miro modo aduersus seipsum pro seipso. Cætera quæ bene vult, & tamen non potest, sicut est immortalitas, & vera ac plena fœlicitas, desiderare non cesset & patienter expectet. Et in eod. lib. cap. xiiij. Quæ est iustitia qua victus est diabolus, nisi iustitia Iesu Christi? Et quomodo victus est? Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamē. Et vtique iustum est, vt debitores quos tenebat liberi dimittantur, in eum credentes quem sine vllo debito occidit, hoc est quod iustificari dicimur Christi sanguine. Sic quippe in remissionem peccatorum nostrorum innocens ille sanguis effusus est. Vnde se dicit in Psalm. Inter mortuos liberum: solus enim à debito mortis liber est mortuus. Ideo infra subdit ibidem. Nunquid iure æquissimo diabolus vinceretur, si potentia Christus cum illo agere, non iustitia voluisset? Sed postposuit quod potuit, vt prius ageret quod oportuit. Ideo autem illum esse opus erat, & hominem, & Deum. Nisi enim homo esset, non posset occidi: nisi & Deus esset, non crederetur noluisse quod potuit, sed non potuisse quod voluit. Nec ab eo iustitiam potētiæ prolatā fuisse, sed ei defuisse potētiā putaremus. Nūc verò humana pro nobis passus est, quia homo erat: sed si voluisset etiam hoc non pati potuisset, quia & Deus erat. Ideo gratior facta est in humilitate iustitia, quia posset si noluisset humilitatē non perpeti tanta in Deitate potentia, ac sic à moriente tam potente, nobis mortalibus tam impotentibus, & commendata est iustitia, & promissa potentia. Horum enim duorum vnum fecit moriendo, alterum resurgendo. Quid enim iustius quam vsque ad mortem crucis pro iustitia peruenire: & quid potentius, quam resurgere à mortuis, & in cœlum cum ipsa carne, cum qua est occisus, ascendere? Iustitia ergo prius, & potentia postea diabolum vicit. Iustitia, scilicet, quia nullum peccatum habuit, & ab illo est iniustissimè occisus: potētia verò, quia reuixit à mortuis nūquam postea moriturus. Sed potentia diabolum vicisset etiam si ab illo nō potuisset occidi: quāuis maioris sit potentiæ etiam ipsam mortē vincere resurgendo, quam vitare viuendo. Sed aliud est propter quod iustificamur in Christi sanguine, cum per remissionem peccatorum eruimur de diaboli potestate, hoc ad id pertinet, quod à Christo iustitia diabolus vincitur, nō potentia. Ex infirmitate quippe quā suscepit in carne mortali, non ex immortali potentia crucifixus est Christus. De qua tamen infirmitate ait Aposto. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. *1. Cor. 1.*

Propterea diabolus est debellatus. In eod. lib. ca. xv. Nō est itaq; difficile videre diabolū victū, quādo qui ab illo occisus est resurrexit. Illud est maius & ad intelligendū profundius, videre diabolum victū, quādo sibi vicisse videbatur. i. quādo Christus occisus est. Tunc enim sanguis ille, quoniam eius erat qui nullū habuit omnino peccatum, ad remissionem nostrorum fusus est peccatorum, vt quia eos diabolus merito tenebat, quos peccati reos conditione mortis obstrinxit, hos per eum merito dimitteret quem nullius peccati reum immerito pœna mortis affecit. Hac iustitia victus, & hoc vinculo vinctus est fortis, vt vasa eius eriperentur, quæ apud eum cum ipso & Angelis eius fuerant vasa iræ, & in vasa misericordiæ verterentur. Sed homo est liberatus. *Cap. eod.* Ibid. infra. Pro nobis datus est sanguis Christi, quo accepto diabolus nō est ditatus, sed ligatus: vt nos ab eius nexibus solueremur, nec quenquā secum eorū, quos Christus ab omni debito liber indebitè fuso sanguine suo redemisset, peccatorū retibus inuolutum traheret ad secundę ac sempiternæ mortis exitium: sed hactenus morerentur ad gratiam Christi pertinētes, pręcogniti & prędestinati & electi ante constitutionē mundi, quatenus pro illis ipse mortuus est Christus, carnis tantum morte non spiritus. Quia eius passio nostrum fuit pretium. Super Psal. xxj. ser. ij. Ecce Christus passus est, ecce mercator ostendit merces, ecce pretiū quod dedit, sanguis eius fusus est. In sacco ferebat pretium nostrum, percussus est lancea, fusus est sanguis, & manauit pretium orbis terrarum. In Epist. ad Donatistas. Passio Domini, pretiū est orbis terrarū: passus enim, totum orbem redemit. Passus est propria voluntate. lib. iiij. de Trinit. c. xiij. Cum spiritus corpori præponatur, mors quæ spiritus sit à Deo deseri, mors autem corporis à spiritu deseri: eáque sit pœna in morte corporis vt quia spiritus volens deseruit Deum, deserat corpus inuitus: vt sicut Deū deseruit quia voluit, sic corpus deserat etiā si noluerit: nec deserat cum voluerit, nisi aliquā sibi vim qua ipsum corpus perimatur, intulerit: Demōstrauit spiritus mediatoris, quod nulla pœna peccati vsque ad mortem carnis accesserit, qa non eam deseruit inuitus, sed quia voluit, quādo voluit, quomodo voluit. Quippe Dei verbo ad vnitatē cōmixtus est homo. Hinc ait, Potestatē habeo ponendi animā meā, & potestatē habeo iterū sumendi eam. Nemo tollet eam à me, sed ego pono eam à me, & iterum sumo eam. Et hoc maximè mirati sunt, sicut Euangelium loquitur, Qui præsentes erant, cum post illam vocem, in qua fi-

Tom. III.

Commixtus vtitur et lib. epistolarum vocabulo commixtus, satis duriter. vide Epist. 3.

guram peccati nostri edidit,cōtinuò tradidit spiritum. Longa enim mora cruciabantur ligno suspensi. Vnde latronibus,vt iam morerētur, & de ligno ante sabbatum deponerentur,crura cōfracta sunt.Ille autem quia mortuus est inuentus, miraculo fuit.Hoc etiā Pilatū legimus fuisse miratum,cum ab illo corpus Domini sepeliendum peteretur. In eodem circa medium.Dominus pro nobis indebitam mortem reddidit,vt nobis debita non noceret.Neque enim cuiusquam iure potestatis exutus est carne,sed ipse se exuit.Nā qui posset non mori si nollet, proculdubio quia voluit,mortuus est.Et ideo principatus & potestates expoliauit fiducialiter triumphans eas in semetipso.Morte sua quippe vno verissimo sacrificio pro nobis oblato, quicquid culparū erat vnde nos principatus & potestates ad luēda supplicia iure detinebant,purgauit,aboleuit, extinxit,& sua resurrectione in nouam vitā nos prædestinatos vocauit,vocatos iustificauit,iustificatos glorificauit. Probatur quodammodo,super Ioan. Vbi ergo dixit,Ego sum: abierunt retrorsum,& ceciderunt in terram. Vbi nunc militum cohors, & ministri principum & Pharisęorum? Vbi terror & munimē armatorum? Nempe vna vox dicentis, Ego sum:tantā turbā odiis ferocem armísque terribilem,fine telo vllo percussit,repulit,strauit.Deus enim latebat in carne,& sempiternus dies ita membris occultabatur humanis,vt laternis & facibus quæreretur occidendus à tenebris.Ego sum,dicit,& impios deiecit.Quid iudicaturus faciet, quando iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit?Et nunc vbique per Euangeliū, Ego sum:dicit Christus: & à Iudæis expectatur Antichristus,vt retro redeant,& iterum † cadāt: quoniam deserentes cœlestia, terrena desiderāt.

Tract. 112. Tom. IX.

† Aliàs, in terram.

Super Psal.xxxiiij.serm.ij.Dominus voluntate passus est,nos necessitate:ille miseratione, nos conditione.Proinde illius voluntaria passio nostra est necessaria consolatio,vt quando fortè talia perpetimur,intueamur caput nostrū,& exemplo cōmoniti dicamus nobis,Si sic ille,quid nos? & quemadmodum ille,ita & nos. Lib.ij.cōtra Felicem Manichæum.Non est passio Christi ex indigētia,sed ex misericordia.Præbuit enim exēplum patientiæ nobis de nobis, i. homini de homine,carni de carne,non tamen in illa carne ipse deterior factus,sed caro in illo melior facta est.

Tom. VIII.

Tom. VI.

In serm.iiij.de Parasceue. Multas & diuersas Christus pro nobis sustulit iniurias,nō suis exigentibus culpis,qui nullum vnquam peccatum fecit:sed nostra tātū necessitate,quia tā duris fuimus vinculis catenati, & in tam profundū mortis aratro deuoluti,vt nisi per eius immensam clementiam,per eiúsque humanā passionem & mortem nō possemus absolui:Et nisi ipse suo pretioso sanguine redimeret,& morte sua tēporali ęternam nobis mortem auferret,& diaboli vires suis viribus frangeret, atque ad cœlestia secū regna perduceret,non esset nobis omnibus tā suaue & leue volentibus in sua voluntate manere, vnde

A nobis cœlestia donaret. Ideo dicit super Psal. lxviij.ser.j.Passus est Christus,quia voluit: Martyres verò etiam si noluerunt. Petro nanque ita prædixit passionem suam,Cum senueris, inquit, alius te præcinget,& feret quò tu non vis.Quanquam enim Christo inhærere cupiamus,mori tamen nolumus:& ideo libenter vel potius patienter patimur,quia alius transitus non datur, per quem Christo cohæreamus. Nā si possemus aliter peruenire ad Christū.i.ad vitā æternam, quis vellet mori?Naturam quippe nostrā,id est, consortium quoddam animæ & corporis & quandā in his duobus familiaritatem conglutinationis, atque cōpaginis,exponens quodam loco Apostolus ait,Habere nos domum non manu factam æternam in cœlis:id est,immortalitatem præparatam nobis,qua induendi sumus in finē cum re-

B surrexerimus à mortuis:Et ait, in quo nolumus expoliari sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita.Si fieri posset,sic vellemus,ait, fieri immortales,vt iā veniret ipsa immortalitas:& modo sicut sumus mutaret nos,vt mortale hoc nostrum à vita absorberetur,nō per mortem corpus puniretur,vt in fine iterū reciperetur. Quāuis ergo à malis ad bona transeamus, tamen ipse transitus aliquantulum amarus est: & habet fel quod dederūt Domino in passione Iudæi. Passus est propter peccatorum salutem.*Lib.vj.*contra Iulianum.Nusquam legi in Diuinis authoritatibus mortuum esse Christum pro eis,qui nullum omnino habuerunt peccatum. Vnde lib. contra quinque genera Hæresum.Ego cum esses

C longe,veni vt reducerem te:cum inter montes & syluas errares,quęsiui te:inter lapides & ligna inueni te:in lapidibus offendebas, & in his errabas, quia ligna & lapides adorabas. Ne luporum ferarúmque auido ore laniareris,collegi te: humeris meis portaui te: patri meo reddidi te: laboraui,sudaui,caput meum spinis supposui, manus meas clauis obieci, lancea latus meum aperui: tot non dicam iniuriis, sed asperitatibus laceratus sum:sanguinem meum fudi, animam posui, vt mihi coniungerē te,& tu recedis à me†? Propterea sic orabat.lib.supputationum, parte j. O immensa pietas,ò inæstimabilis charitas, vt liberares seruum,filium tradidisti.Deus factus est homo, vt perditus homo de potestate dæmonum erueretur. Quam benignissimus amator homi-

D num filius tuus Deus noster, cuius piis visceribus nō satis visum est vt se inclinaret factus homo de virgine Maria,nisi etiam subiret crucis patibulum effuso sanguine,propter nos & propter nostram salutem. Venit pius Deus,venit pro pietate sua & bonitate,quærere & saluum facere qđ perierat. Quæsiuit ouem perditam, quæsiuit & inuenit:& humeris suis reportauit ad caulas gregis. Pius Deus, & verè multum misericors pastor.O charitas,ô pietas,quis vnquam audiuit talia? Quis super tanta misericordiæ viscera non obstupescat?Quis non miretur? Quis non collętetur propter nimiam charitatem tuam qua dilexisti nos?Misisti filium tuum in similitudinem

carnis

carnis peccati, vt de peccato dānaret peccatum, vt nos efficeremur iustitia tua in ipso. Ipse enim verus est agnus qui abstulit peccata mundi, qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Fuit enim passio ignominiosa. Super Ioānem, super illud, Ecce homo. Si regi inuidetis, iam parcite: quia deiectum videtis. Flagellatus est, spinis coronatus est, ludibriosa veste amictus est, amaris conuitiis illusus est, alapis cæsus est: feruet ignominia, frigescat inuidia. Sed non frigescit, inardescit potius & increscit. Clamant dicentes, Crucifige, crucifige eum.

In eodem libro, sermone cxvj. Ibat ad locum vbi fuerat crucifigendus, portans crucem suam Iesus. Grande spectaculum. Si spectet impietas, grande ludibrium, si pietas, grande mysterium. Si spectet impietas, videt regem pro virga regni lignum sui portare supplicij: si pietas, videt regem baiulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum. In eo spernendus oculus impiorum, in quo erant gloriatura corda sanctorum. Fuit eius passio dolorosa. Lib. de quatuor virtutibus charitatis. Deus homo, verbum caro factum est, multa bona fecit & mala perpessus est, qui mortuos suscitauit mortuus est: singularis illa patientia pertulit diabolum tentatorem, discipulum traditorem, ipsum Iudam prius quam ostenderet traditorem, pertulit furem: & ante experimentum vinculorum crucis & mortis, labiis eius dolosis non negauit osculum pacis. In ipsa autem morte quanta sustinuit? Pertulit odiorum flammas, ministras pessimi cordis linguas. Clamauerunt Iudæi, Crucifige, crucifige: vt rei remanerēt Iudæi, innocens ab eis crucifixus est filius Dei. Ad crucem ducitur, expalmatur, qui est vera palma victoriæ. Spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit confringere. Ligatur, qui soluit compeditos. Ligno suspenditur, qui erigit elisos. Aceto potatur fons vitæ, disciplina cæditur, salus vulneratur, vita moritur: occidit ad tempus vitam mors, vt in perpetuum à vita occideretur mors.

Vnde omnis creatura fuit ei compassa, & miraculosè mutata. In sermone ij. de resurrectione Domini. Mortem Domini omnis creatura, ne videret, effugit. Texit faciem suam lugubre cœlū, & totus orbis tenebris obuolutum occultauit vultum suū, ne videret in cruce Dominum suū. Elementa ipsa turbantur, sepulchra patescunt, mortui reuiuiscunt, ad antiquum chaos reuocari timet omnis natura. In sermone v. eiusdem tēporis. Vbi pascis, vbi cubas, id est, vbi pateris? Et Dominus respondet, In meridie, cum in sexta hora medium cœli spatium sol igneus peragraret, & axe flāmigero dimisso, pro mēsura cœli subiectas vmbras giro breuiore colligeret, cum mundi penderet vmbra, & totus esset in nocte, sicut omnis Iuda affecta est cæcitate, quando furibundo impetu clamant, Crucifige, crucifige eum.

In eodem, infra. Pependit in cruce sexta hora Christus, & Dominus pependit vt famulus: cum latus Christi lancea perforatur, ab hora sexta vsque in nonam solis claritas offuscatur. Luget cœlum authorem, perdidit oculum dies, & orbatus iubare cœli, velut nox facta est dies. Et in eodem infra. Pallent astra, tremit terra, turbantur elementa, procedunt ex suis tumulis funera. Neque enim sepulchra aliquam partem corporis tenere potuerunt, quando gehenna simul crepuerat tota. In sermone xij. eiusdem temporis. Sol ab hora sexta obscuritate se induit, dies se in noctem mutauit, terra se tremore concussit. Sol, scilicet, ne videret Deum crucifixum, dies vt lugeret occisum, terra ne occisi corpus acciperet. Metuebat enim terra corpus accipere, ne non resurrecturum videretur sepulchro seruare, sed claudere: ne tumulo mortalium honorare, sed remorari carcere proditurum. Sol igitur à scelere dum declinat, declinat spectaculum. Dies cum tenebrescit, obsequium negat. Terra dum contremiscit, excusat sepulchrum. Omnia enim elementa officia sua deserunt, ne videantur Iudaico sceleri præbuisse consensum, si solitis fungerentur obsequiis. Libro de symbolo, tractatu primo. Deus Deus meus vt quid me dereliquisti? Verba sunt Domini pendentis in ligno. Quasi reliquit illum ad præsentem fœlicitatem, sed non eum reliquit ad æternam immortalitatem. Ibi est finis Domini. Tenent Iudæi & insultant, ligant, spinis coronant, sputis dehonestant, flagellant, opprobriis obruunt, ligno suspendunt, lancea fodiunt, postremò sepeliunt: quasi relictus est, sed quibus? Illis insultantibus. Resurrexit postmodum à mortuis: & iam non moritur &c. Sed de ligno in quo passus est. super Ioannem. Creator hominis, homo esse dignatus est: factus est qui fecerat, ne periret quem fecerat. Quid huic misericordiæ addi potest? Et tamen additur, Parum fuit ei hominem fieri, sed voluit etiam ab iniquis reprobari: & parum erat exhonorari, & occidi: sed & hoc parum est, addit mortem crucis. Illa morte peius nihil fuit inter omnia genera mortium. Denique vbi dolores acerrimi exagitant, cruciatus vocantur, à cruce nominantur: pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibúsque confixi producta morte necabantur. Non enim crucifigi hoc erat occidi: sed diu viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Mori voluit pro nobis. Parum dicimus, Crucifigi dignatus est, vsque ad mortem crucis obediens factus. Elegit extremum & pessimum genus mortis, qui hominum ablaturus fuerat mortem. De morte pessima occidit omnem mortem: pessima enim erat non intelligentibus † Iudæis: nam à Domino electa erat. Ipsam enim crucem suam signum habiturus erat, ipsam crucem de diabolo superato tanquam trophęum in frontibus fidelium positurus, vt diceret Apostolus, Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifi. &c.

Cap. 3. Tom. IX.

Tract. 36. Tom. IX.

† Aliàs, eligentibus.

Gal. 6.

Nihil erat in carne intolerabilius, nihil est nunc in fronte gloriosius. Quid seruat fideli suo, qui talem honorem dedit supplicio suo? Denique modo in pœnis reorum non est apud Romanos: vbi enim crux Domini honorata est, putatū est, quod & reus honoraretur, si crucifigeretur. Et in ser. viij. prędicti tēporis. Nisi in ligno Christus figeretur, ligni illius præuaricatio non tolleretur: sed ideo ille se percuti voluit, ne nos diutius peccata percuterent: innocentem tradidit, vt reum solueret. Quis tantam dignè posit eloqui pietatem? Innocens affligitur vt noxius liberetur: vt redimatur seruus, occiditur filius. In quo ligno miracula fecit. Libro de symbolo, tractatu tertio. Videte Dominum virtutum in ipsa morte miracula facientem. Tunc latro confitebatur, quando Petrus turbabatur. Tunc iste agnouit, quando ille negauit. Sed nunquid quando aquisiuit latronem, Petrum perdidit negatorem? Absit, absit. Agebat mysterium qui fundebat pretium, in Petro demonstrans non in se quenquam iustum debere præsumere: in latrone nullū impium conuersum posse perire. Timeat bonus, ne pereat per superbiam, non desperet malus de multa malitia. In sua pasione humilis apparuit. In sermone xv. prædicti temporis. Videte quale sit in Christi humilitate ministerium. Qui cum æternus sit ac Dominus vniuersi, vt seruorum tamen suorum perficiat libertatem, gaudet iniuriis, exultat opprobriis omníque pœna, triumphus in cruce est. Admirandi remedij genere diabolum patiendo superat, & hominem moriendo viuificat. Quæ omnia pro nobis vnigenitus Dei pietate aggressus est, virtute sustinuit, humilitate perfecit. Ibidem infra. Quod inter opprobria & maledicta tacuit Christus, non fuit miseriæ sed virtutis. Tali enim proposito Dei filius mundum redempturus aduenit, vt inter superbos humilitate, contumaces modestia, maledicentes silentio triumpharet.

Cap. 6. Tom. IX.

Libro iij. de consensu Euangeliorum, capite iiij. Pater, si posibile est &c. Oportuit vt bonus magister & verus saluator infirmioribus compatiens, in seipso demonstraret, non debere suos martyres desperare, si qua fortè cordibus eorum irreperet sub tempus pasionis ex humana fragilitate tristitia: cum eam vincerent voluntati suæ præponendo voluntatem Dei, quia ille scit quid expediat quibus consulit. Super Ioannem, tractatu primo. Pendebat, & insultabatur ei. De cruce descendere poterat, sed differebat, vt de sepulchro resurgeret. Pertulit superbos Dominus, medicus ægrotos. Non est autem eius passa Diuinitas. Libro de agone Christiano. Nec eos audiamus, qui propterea volunt cogere vt inter creaturas filium Dei numeremus, quia passus est. Dicunt enim, Si passus est, & mutabilis est: si mutabilis est, creatura est: quia substantia Dei non potest immutari. Cum quibus etiam nos dicimus, & Dei substantiam non posse commutari, & creaturam esse commutabilem. Sed

Tom. IIII.

Tom. IX.

Cap. 23. Tom. III.

A aliud est esse creaturam, & aliud suscipere creaturam. Filius ergo Dei vnigenitus, qui est virtus atque sapientia Dei, & verbum quo facta sunt omnia, quia omnino mutari non potest, suscepit humanam creaturam: quam lapsam erigere, atque inueteratam renouare dignatus est. Nec in ea per pasionem ipse in deterius commutatus est, sed eam potius in melius commutauit. Nec propterea verbum patris, id est, vnicum filium patris, per quem facta sunt omnia, negandum est natum & passum esse pro nobis. Et martyres enim passos dicimus, & mortuos propter regna cœlorum, nec tamen in ea pasione & morte, animæ eorum occisæ sunt. Dicit enim Dominus, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animæ

B autem nihil possunt facere. Sicut ergo martyres passos & mortuos dicimus in corporibus quæ portabant, sine animarum interfectione vel morte: sic & filium Dei & passum, & mortuum dicimus in homine quem portabat, sine Diuinitatis aliqua commutatione vel morte. Est autem eius pasio nobis exemplum. Super Psalmum xxxvj. sermone primo. Non promisit tibi Deus fœlicitatem, nisi in resurrectione mortuorum. Quid dedignaris serue discipule si pateris, quod Dominus, quod magister? Nonne ab ipso audis, Non est seruus maior Domino suo? Ille pro te ... dolores, flagella, opprobria, crucem & mortem passus est. Et quid horum iusto debebatur? Quid non tibi peccatori debebatur. Vnde super Psalmum sexagesimum tertium. Parum erat Domino hortari martyres verbo, ni firmaret exem-

C plo. Passus est etiam ad nostræ spei fulcimentum. In sermone secundo de Ascensione Domini. Putamus non eum nobis redditurum vitam suam, qui pro nobis iam erogauit mortem suam? Humilitatem pasionis, iniurias, contumelias, omnes indignationes in terra suscepit pro nobis: regnum, fœlicitatem, immortalitatem, æternitatem non dabit nobis? Ad hanc spem, quia promissor est verax, securi ambulemus: sed sic viuamus, vt secura fronte illi dicamus. Fecimus quod iusisti, redde quod promisisti. Libro secundo quæstionum Euangeliorum, quæstione quadragesima septima. Facilius est Christum pati pro dilectoribus sæculi quam dilectiones sæculi ad Christum posse conuerti. Allegorizat pasionis mysterium, in sermone sexto de Para-

D sceue. Dominus noster Iesus Christus in ipsa carne mortali, quia nihil necesitate sed omnia voluntate perpessus est, rectè creditur etiam significare aliquid voluisse in singulis quibusque factis, quæ circa eius pasionem gesta atque conscripta sunt. Ac primum, Quod traditur vt crucifigeretur, & crucem suam ipse portauit, continentiæ signum dedit & demonstrauit, ostendens quid facere debeat qui eum sequi voluerit. Hoc etiam verbo commonuit vbi ait, Qui diligit me, tollat crucem suam & sequatur me. Tollit enim quodammodo crucem suam, qui regit mortalitatē. Quod in loco Caluarię crucifixus est, si

est, significauit in passione sua remissionem omnium peccatorum, de quibus in Psalmis dicitur, Multiplicatæ sunt iniquitates meæ super capillos capitis mei. Quod duo cum illo ab vtroque latere crucifixi sunt, ostendit alios sibi dextros, alios sinistros esse passuros: dextros, de quibus dicitur, Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam: Sinistros autem, de quibus dicitur, Et si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Quod titulus est positus super eius crucem, in quo scriptum erat, Rex Iudæorum, ostẽdit quod nec occidendo efficere potuerunt vt eum regem non haberent eum, qui eis manifestissimè, eminentissima potestate, secundum sua opera redditurus est. Vnde in Psalmis canitur, Ego constitutus sum rex ab eo &c. Quod tribus linguis titulus conscriptus est, Hebræa, Græca, & Latina, non solùm Iudæis, sed etiam Gentibus omnibus eum regnaturum esse declarat. Non quia Græca & Latina solæ sunt Gentium linguæ: sed quia ipsæ maximè excellunt, Græca propter studium literarum, Latina propter potentiam Romanorum. Quamuis illis tribus linguis Christo subiuganda vniuersitas Gentium monstraretur, nõ tamen illic scriptum est, Rex Gentium: sed tantummodo, Iudæorum: vt commendaretur origo seminis in proprietate nominis. Quod suggesserunt principes Iudæorum Pilato, ne absolutè scriberet quod sit rex Iudæorum, sed quod ipse se regem dixit Iudæorum: ramis illis fractis, ita Pilatus inserendum figurabat oleastrum: quia homo erat ex Gentibus, Gentium scribens confessionem. De quibus merito ipse Dominus dixit, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus eius, id est, iustitiam. Nec ille tamen non est rex Iudæorum: radix enim portat oleastrum, non oleaster radicem. Et quamuis illi rami fracti sint, non ideo Deus repulit plebem suam quam præsciuit. Ego, inquit, Israelita sum. Et quamuis regni filij, qui noluerunt Dei filium regnare sibi, eant in tenebras exteriores, tamen multi ab oriente & occidente venient, & recumbent, non cum Platone & Cicerone, sed cum Abraham Isaac & Iacob in regno Dei. Pilatus quippe regem Iudæorum scripsit, non regem Græcorum aut Latinorum, quamuis Gentibus regnaturum: & quod scripsit scripsit, neque infidelium suggestione mutauit. Cui tanto ante tempore prædictum erat, in Psalmis, Tituli inscriptionem ne corrumpas. Omnes Gentes credunt in regem Iudæorum: omnibus gentibus regnat: & tamen rex Iudæorum. Tantum valuit illa radix, vt insertum oleastrum in se possit ipsa mutare: oleaster autem oliuæ nomen non possit auferre. Quod in quatuor partes diuisa vestimenta eius milites abstulerunt: per quatuor orbis partes portãdum per verbũ & sacramẽta eius significauerunt. Quod vnam tunicam inconsutilem desuper contextam sortiti sunt potius quã partitis latis demonstratum est sacramenta visibilia,

A quãuis & ipsa indumenta sint, posse tamen quoslibet habere siue bonos, siue malos: syncerissimã verò fidem, quæ per dilectionem operatur, vnitatis integritatem (quia dilectio Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis) non pertinere ad quemlibet, sed occulta Dei gratia tanquam sorte donari. Vnde Simoni, qui baptismum habebat, & istam non habebat, à Petro erat dictum, Non est tibi sors neq; pars in ista fide. *Act. 8.* Quod in cruce cognitã matrem dilecto discipulo commendauit: congruenter tunc humanum affectum, quando vt homo moriebatur, ostendit. Ista hora nondũ venerat, quando aquam in vinum conuersurus, ita matri dixerat, Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Nõ enim de Maria assumpserat quod B habebat in Diuinitate, sicut de ea sumpserat qđ pendebat in cruce. Quod dixit, Sitio: fidem quærebat à suis: Sed quia in propria venit, & sui eum non receperunt, pro suauitate fidei, acetum perfidiæ dederunt, & hoc in spongia: Verè spongiæ comparandi, quia non solidi, sed tumidi: non rectæ confessionis aditu aperti, sed insidiarum tortuosis anfractibus cauernosi. Sanè & ille potus habebat hysopum, quæ etiam humilis herba, radice fortissima petræ dicitur inhærere: erãt quippe in illo populo, quibus postea pœnitẽtibus, ab humili Deo venia seruabatur. Nouerat eos ipse, qui hysopum cum aceto accipiebat: nam & pro eis orauit, sicut alius Euangelista testatur, cum pendens in cruce dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quod ait, Perfectum est: C & inclinato capite tradidit spiritum: non necessitatem, sed potestatem suæ mortis ostendit: Donec omnia de illo quæ prophetata fuerant, perficerentur expectans, tanquam potestatem habens ponendi animam suam, sicut ipse testatus est. Quod reddit spiritum per humilitatem, hoc est, capite inclinato: indicat quod recepturus sit eum per resurrectionem capite subleuato. Istam mortem & capitis inclinationem magnæ potestatis fuisse, Iacob ille Patriarcha in Iudæ benedictione pronuntians, Ascendisti, inquit, recumbens, dormiuisti sicut leo: Per ascensionem, mortem: per leonem, significans potestatem. Iam verò quod illis duobus crura confracta sunt, isti autem non, quia definitus est, quare factum sit: ipsum Euangelium declarat. Oportebat enim vt D isto etiam signo demonstraretur in cuius prophetiam commendatum esset Pascha Iudæorum: vbi hoc præceptum est, vt eius ossa non frangerent. Quod latus lancea percussum, in terram sanguinem & aquam manauit, proculdubio sacramenta sunt, quibus formatur Ecclesia, tanquam Eua facta de latere dormientis Adæ, qui erat forma futuri. Quod Ioseph & Nicodemus eum sepeliunt: sicut nonnulli nomina interpretati sunt, Ioseph interpretatur auctus: Nicodemus autem, *Nicodemi vocabulum.* quia nomen est Græcum, pluribus est notum quod ex victoria & populo sit cõpositum, quia νίκη victoria est, δῆμος populus. Quis est ergo mo

riendo auctus, nisi qui dixit, Nisi granum tritici moriatur solũ remanet, si autem morietur multiplicabitur: et quis etiam modo persequutorum populum vincit, nisi qui eos resurgendo iudicabit? De cruce verò in qua passus est loquitur in sermone octauo de passione Domini. Celebrandum nobis est sanctæ crucis colendúmque mysterium, cui propter nos Christus affixus est. Quanta enim per crucem beneficia in nos conferret, ostendit. Hæc est propter quam Deus mortalitatem carnis indutus est. Hęc est propter quam genus humanum spem desideratæ immortalitatis inuenit. Deus enim & de nostro vnde moreretur assumpsit, & de suo nobis vnde viueremus indulsit. Hæc sola arbor in qua peccatum humani generis expiaretur inuenta est, qua crimen nostrum non cruore pecudis ablueretur, sed sanguine saluatoris, dicente beato Paulo, Pascha nostrum immolatus est Christus. Tanta enim circa nos Dei monstrata clementia est, vt necessariam nobis veniam per suum sanguinem condonaret. O lignum salutis fœcunditate plenissimum, cuius fructus est absolutio peccatorum, quod prioris ligni pœnam resoluit. Nam sicut primus homo propter ligni gustum nos de paradisi possessione deiecit: ita per lignum crucis Christus nos vnde ille eiecerat reuocauit, & per suam mortem catenas mortis abrupit. Excussa sunt enim de sepulchris suis corpora mortuorum, vt etiam inferos tremuisse mortui faterentur. Qualis mors crucifixi nostri est, qui mortuos reuocauit ad vitã, vt viuificando defunctos agnosceretur non mors esse sed vita? Incredulitatem vestram Iudæi omnia pariter elementa conuincunt. Lux refugit, absconditur dies, & quem vos putatis crucifigere, passionem ipsius se confitetur mundus, cum suam mutat faciem, formidare. Ad opprobrium vestrum vel inferis credite, si supernis non creditis elementis: & si non fides ipsis adhibetur operibus, adhibete saltem vel testibus mortuorum. Quem negatis viui, mortui confitentur. Videte quantus terror cuncta confundat. Obscuratur cœlum, terra con tremuit, reserari se tartarus recognouit. Per tremorem se cuncta dissoluerent, nisi hæc ipsius præsentia contineret, vt seruatur orbis qui crucifixum videre non potuit, susciperet resurgentem. Vt illorum ergo sunt certa supplicia qui Dominum minimè cognouerunt, ita manifesta sunt præmia credulitatis nostrę, & impietatis Iudaicæ. Crux Domini testis est, credenti solutura præmium, supplicium incredulo tributura per mortem: & eius mortis vincula soluuntur, vt per resurrectionem ipsius nobis æterna vita reddatur. Tunc te perfidiæ tuæ gens Iudaica pœnitebit, cum eum quem cruci ausa es affigere, videbitis de viuis & mortuis iudicare. In sermone de traditione symboli. Nulla nobis sit de Christi cruce confusio, quia habemus de eius passione victoriam. Sicut enim sempiternus Dei filius non sibi, sed nobis est natus: ita immaculatus Dei

A agnus non sibi, sed nobis est passus. Quis autem nõ mirificum Dei aduertat esse mysterium, vbi ipse homo prædicatur qui Deus est, & vbi idem Deus annuntiatur qui asseritur crucifixus? Non incogitata ei qui peremptus est, aut impulsa res accidit, qui Diuinitatis suæ consilio idcirco susceperit hominem, vt pro homine posset occidi. Supplicium autem crucis elegit, vt sublimiorem victoriam pareret pœna deterior: & qui ꝑ vniuersitatis bono patiebatur, quasi in cõspectu mũdi in altũ sublatus recũberet: Simul vt qui crucifixum videbant, mirabilia cernerent crucifixi. Nam satis abundéque gloriam patientis ostendunt, repentina solis obscuritas, tremor terrarum, diuisio saxorum, & resurrectio mortuorum. Illud autem quanti est testimonij, quod

B etiam pariter crucifixus latro, memoriam sui in cœlesti regno fieri à consorte supplicij precabatur? Hinc est charissimi quod illusiones & probra quæ Christus pertulit, mortémque eius non suspiriis ingemiscimus, sed continuis laudibus celebramus. De bono latrone, & de eo quod Christo dixit, & quod Christus respondit. In sermone de bono latrone. Iudæa iustum confusioni & opprobrio tradidit, vt latronem glorificaret. Sed si bene respicimus non illi solum hoc præstitum deprehendimus. Nam dum tam insignem reum relaxat, dum tanto debitori refundit immanis debiti cautionem, humano generi conscripsit securitatem: vt consolatio ac spes totius populi fieret, absolutio vnius desperati: & priuatum donum, in publicum cresceret

C beneficium. Quare indubitanter credendum est, vt quod latroni illi ad commendationem fidei suæ venerat, etiam causa spei nostræ & vtilitatis accesserit. Immensa enim Dei nostri bonitas libenter vni tribuit, quæ etiam generaliter pro futura prænoscit. Et ideo iuxta fiduciam tantæ clementiæ, si quis nostrum crimina sua probabili conuersatione damnauerit, & in Christum toto corde crediderit, etiam cum latrone in semetipso ingressum Paradisi apparuisse se nouerit. Quantum autem sit in spe salutis humanæ magnitudo fidei, & altitudo diuitiarum misericordiæ Dei, ostenditur, cum hominem sceleribus inuolutum pœna misit ad innocentiam, & offensa perduxit ad gloriam. Quem saluti culpa perdidit, prædicatio inue-

D nit, cruciatus absoluit, damnatio consecrauit. Sed non sine causa tantum meruit. Videamus quo tempore fidelis apparuit. Ecce inter signa atque virtutes attestantibus miraculis & acclamantibus, aliquoties in discipulis iam mens robusta titubauit, nunc Christi suppliciis quodammodo contradicentibus in latrocinio fides nouella conualuit. Sub ipso passionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex discipulis beatus Petrus peculiarius Christo cognitus, respondit, Non noui istum hominem: & iste, qui antea non nouerat, exclamat, Memento mei Domine dum veneris in regnũ tuũ. Quam singu

laris

laris, & quam stupenda deuotio. Sub illo tempore credidit reus, quo negauit electus. Laudabilius hoc itaque in latrone ac magnificentius fuit, quod hominem morti addictum & inter extrema deficientem supplicia credidit Deū, quàm si inter virtutum opera credidisset. Non itaque sine causa tantum meruit. Aduertamus plenius quo tempore Deum confitetur. Feruebat impietas persequentium, exultabat impietas blasphemantium, contritio, liuores, crux, vulnera, solum hominem Christum demonstrabant. Sacrarum manuum in crucis ligno extensio, & reuerenda confixio, quæ condemnabat Adæ & Euæ manus, ad interdictum ligni cibum ingemiscenda sæculi transgresione porrectas. Hæc, inquam, confixio per omnia infirmitatem hominis afferebat. Illisæ per latus lanceæ tremenda confossio, quantum ostendebat hominem, tantum abscondebat Deum Apostolis post Diuina miracula desperantibus, solus hîc non acquiescit scandalo crucis & mortis. Solus hîc testis est maiestatis, qui socius probabatur doloris. Illuminauerat credo nascentem fidem, lateri iam credentis in Christum propius corpore admota Diuinitas, quæ se largius sub momento illo pro peragenda redemptione infuderat. Videamus autem qualis fuerit deprecatio ipsius confitentis. Meměto, inquit, mei Domine, dum veneris in regnum tuum. Non dixit, Si Deus es, de præsenti supplicio eripe me: sed magis, quia verè Deus es, de futuro iudicio libera me. Quam citò eum repleuerit Spiritus sancti eruditio, per quam futuri examinis diem cogitat. Nondum vocatus est, & iam electus: Nondum famulus, & iam amicus: nondum discipulus, & iam magister, atque ex latrone confessor. Memento, inquit, mei. Hac gloriosa voce præsentes temperat cruciatus: quia & si pœna cœpit in latrone, nouo genere cōsummatur in martyre. De cruce clamat, sed videamus quid ad ista respondeat diues & larga Dei bonitas, quæ sicut excedit vota, ita gratiam iungit ad merita. Hodie, inquit, Tanquam si diceret. Quid me, inquit, ô fidelissime comes & vnice tanti testis triumphi, quid me tātopere exoptandum putas, vt in die iudicij mei meminerim tui? Quid me ad præsentem retributionem paratum, in tempora tam longa dissimulas? Quid in futura sæcula fidem in te perfectam fatigas? Hodie mecum eris in Paradiso. Tanquam diceret, hæreditaria & paterna sedes, quæ expulso Adam, expulsisque duobus est clausa, innumeris populis te introeunte reserabitur. Ingredere illuc primus, sed ingressu fœlicior quam primus. Intra in Paradisum, nequaquam cum Adam visurus infernum. Nullum illic cibum lethalē, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas. Ego ero illic tibi victus & vita: & ne fortè verearis ne tibi aliquis hostis in illo bono nemore, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illic me introducente firmabitur. Recedat ergo infidelitas quæ Deum &

A hominem non recognoscit. Nam sicut diabolus est qui de Paradiso expulit, ita Deus est qui reducit. Hæc, charissimi, per omnem gestorum ordinem, Deum sub homine agnoscamus operantem. Positus in patibulo verus arbiter in medio damnatorum, negantem repulit, confidentem suscepit. Hunc deputat regno, illum reliquit in inferno. Per hoc credamus in maiestate iudicaturum, quem iam in cruce videmus exercere iudicium. Credamus, inquam, Deum: vel ex sola virtute patientiæ qui dum ab homine cruci & neci traditur, sic quoque homini gloriam pollicetur: qui illas iniurias & plagas congestas in corpus suum, conuertit in pretium nostrum. Sed & ipsa totius mundi irrationabilis creatura, motibus suis Deum loquitur.
B Nam in media passione Domini saluatoris cœlestia & terrestria turbantur. Lux nocte vestitur, elementa quatiuntur, & ab antiquis ministeriis effugantur. Apertè rerum natura prospicitur commoueri, velut in vindictam authoris sui velit armari. Terra ipsa concussa à fundamentis suis, quasi quæ super se crucem Domini vix sustineat, tanquam ad scelus proprium contremiscit. Dies fugato lumine quomodo potest sumit lamentum, & fusco tristium tenebrarum habitu more lugentis induitur: & sicut tota cœli facies Dominicæ natiuitatis gloriam noua luce testatur, ita crucis iniuriam nouis tenebris detestatur. Et quæ duritia cordis humani? Væ eis qui inter ista non credunt, quandoquidem creatura insensibilis, quæ recipere non potest cre-
C dulitatis affectum, dat tamen Deo confessionis obsequium: & cum pro solo homine Christus mortuus sit, perhibet tamen ei etiam pars illa mundi testimonium Diuinitatis; ad quam non peruenerunt beneficia passionis. Quæ cum ita sint charissimi, agnoscat homo, quantum valeat, & quantum illum obnoxium faciat vel natura vel gratia. Agnoscat homo quantum ab illo expectet Deus, & quem tanta dignatione habuit charum, quàm velit in conuersatione pretiosum. Agnoscat homo quantum valeat & quātum debeat, & dum pretium suum cogitat, vilis esse sibi desistat, & potius vicem muneris saluatori ex ipso bono suo, id est, conseruata salute restituat. Custodiamus ergo solicitè, quod tanti sui cruoris commercio Christus redemit. Reus itaque erit nō pretij parui, & sanguinis Christi, qui
D violat & commaculat animam, Christi sanguine & passione mundatam. De planctu verò virginis causa dictæ passionis diffusè loquitur, in tractatu de ipsa re, & quod ipsa virgo inter plangentes Christum fuerit, præmittit dicens sic, Currite omnes ad virginem, quæ genuit Christum: ipsa enim genuit regem gloriæ. Ipsa portauit illum omni cordi petenti datura. Ipsa enim genuit & lactauit eum, & die octauo circuncidit eum, & quadragesimo præsentauit eum in templo, duas columbas vel turtures offerens pro eo in holocau-

stum, fugiens ab Herode eum portauit in Aegyptum lactans & nutriens eum, curam illius habens sequebatur eum ferè quocunque pergebat. Credo quod etiam ipsa erat inter illas, quæ Christum sequebantur ministrantes illi. Nullus debet ex hoc admirari. Sequebatur eum cum ipse esset totum eius & desiderium & solatium. Nunc igitur arbitror affuisse inter illas dolentes atque gementes, quæ lamentabantur ad monumentum flentes Dominum. Poterat etiam esse inter illas fœminas filias Hierusalem, ad quas Iesus non clarus imperio, sed plenus opprobrio, spinis coronatus, flagellatus, afflictus, in angustia mortis crucem baiulans dixit, Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vosmetipsas flete, & super filios vestros. Ibidem infra inducit eam narrantem seriosæ compasionis causam. Dic mater Angelorum, si in Hierusalem eras, quando captus fuit filius tuus vnicus, ad Annam ductus, à Pilato crucifixus? Tunc illa respondet, In Hierusalem eram, quando audiui hoc: & gressu qualicunque potui ad Dominum meum perueni: cúmque illum fuissem intuita pugnis percuti, alapis cædi, spinis coronari, & opprobrium hominum fieri, commota sunt omnia viscera mea, & defecit spiritus meus, & non erat in me vox neque sensus: erántque mecum meæ sorores & aliæ fœminæ multæ plangentes eum quasi vnigenitum: inter quas erat Maria Magdalene, quæ semper vltra omnes, excepta me, plorabat. Dum igitur Christus præcone clamante, Pilato imperante, sibi baiulans crucem ad supplicium traheretur, factus est concursus populorum post ipsum. Alij euntes super eum ridebant illudentes illi. Alij proiiciebant lutum & fimum & alias immunditias super caput eius. Sequebar autem ipsum & ego mœstissima mater cum mulieribus, quæ sequutæ fuerant eum à Galilæa ministrantes ei, à quibus velut mortua tenebar & sustentabar, quousque peruentum est ad locum vbi crucifixerunt eum ante me: & ipse vidente me fuit in cruce eleuatus, & in ligno durissimis clauis confixus. Ego astabam videns illum & ipse videns me plus dolebat de me, quam de se. Ipse verò tãquam agnus coram tondente, vocem non dabat, nec aperiebat os suum. Subdit compassionis formam. Aspiciebam ego infœlix & misera Dominum & filium meum in cruce pendentem, & morte turpissima morientem & tanto dolore vexabar in mente, vt non possit explicari sermone. Nec mirum, erat enim aspectu dulcis, colloquio suauis, & in omni conuersatione benignus. Discurrebat sanguis ex quatuor partibus rigantibus vndiq;, ligno manibus pedibúsque confixis, de vultu eius omnis pulchritudo aufugerat, & qui erat præ filiis hominum decorus, videbatur maximè omnium indecorus. Videbam enim quia in eo complebatur illud propheticum, Vidimus eum, & non erat ei species neque decor: quia vultum illius iniquorum liuor verberibus fœdauerat.

A Iste dolor erat maximus, quia videbam me deseri ab ipso, quem genueram. Non supererat alius, quia mihi erat vnicus: Et ideo non poterat in me finem capere dolor meus. Vox in me ferè omnis perierat, sed dabam suspiria & gemitus doloris. Volebam loqui, sed dolor verba rumpebat: quia dum iam mente conceptum ad formationem procederet, omnis ad se imperfectum reuocabat dolor nimius cordis. Vox tristis sonabat foris vulnus nuntians mentis, verba dabat amor nihil sonantia: nam lingua vocis magistra, perdiderat vsum loquendi. Videbam morientem, quem diligit anima mea, & tota liquefiebam præ doloris angustia. Aspiciebat & ipse, vt est benignissimo vultu, me matrem plorantem, & verbis paucis me voluit consolari, sed
B non potuit. Flebam dicendo, & dicebam plorando, Fili mi, fili mi: væ mihi. Quis dabit mihi vt ego moriar pro te? O misera, quid faciam? Moritur filius, Cur secum non moritur hæc mater mœstissima: Fili mi, fili mi: vnice fili dulcissime, noli me derelinquere post te. Trahe me ad teipsum, perimatur ista tua genitrix. O mors misera, noli mihi parcere: Tu mihi sola præ cunctis places explica vires, trucida matrem cum filio. Fili dulcor vnice, singulare gaudium vitæ meæ, & animæ meæ omne solatium, fac vt ego ipsa quæ ad mortem te genui, nunc moriar. O fili recognosce miseriam, exaudi matrem desolatam, exaudi me obsecro, & tuo me suscipe patibulo, vt qui vna carne viuunt, vnóque amore se diligunt, vna morte transeant.

C Addit alloquentem eam Iudæos ostendens dolorem Mariæ. O Iudæi miseri, ò Iudæi impij, nolite mihi parcere. Ex quo natum vnicum crucifigitis, & me crucifigite, aut quacunque morte sæua punite, dum modo simul mori possim, malè solus moritur. Orbatis orbem radio. Me viduam occidite: quia vita moritur mea, & de terra tollitur spes mea. Cur ergo post filium viuit mœstissima mater in dolore? Tollite, suspendite matrem cum filio, suo pignore. Non parcatis mihi, qui nõ parcitis proli. Tu mihi adesto mors sæua. Tunc summè gauderem, si simul cum filio meo mori possem.

Dulce mori miseris, sed mors optata recedit.

Væ mihi, Infœlix mater tua, tibi Iesu præcipitata venit.

D *Morte mori melius quam vitam ducere mortis.*

Sed fugit à misera & me infœlicem relinquit,
cui nunc optima mors est. O fili chare, ò beni-
gne, Miserere matris eius, suscipe preces. No-
li matri nunc esse durus, quia cunctis semper fui-
sti benignus. Suscipe matrem tecum in cruce, vt
viuam post mortem tecum semper. Nihil ve-
rè dulcius est mihi quam te amplecti in cru-
ce, & tecum mori: & nihil certè amarius est mi-
hi quam viuere post tuam mortem. O ve-
rè nate, Tu mihi pater, tu mihi mater, tu mi-
hi sponsus, tu mihi filius, tu mihi omnia e-
ras. Nunc orbor patre, viduor sponso, deso-
lor

lor prole, omnia perdo. O fili mi, quid vltra faciam? Væ mihi. Fili nescio quid faciam. Quo vadam charissime? Vbi vertam me dulcissime? Quod mihi solatium piissime, quis mihi de cætero subsidium & consilium præstabit? Fili dulcissime omnia possibilia sunt tibi: Sed si non vis vt moriar tecum, mihi relinque aliquod solatium benignum. Ibidem responsionem describit Christi ad matrem suam, quando eam discipulo commendauit. Cui Dominus iam anxius in cruce, oculis & vultu annuens de Ioanne ait, Mulier, ecce filius tuus. Erat ipse Ioannes præsens, vultu tristis, corde mœstissimus, lachrymis semper madidus, ac si dulcissimus filius dulcissimæ matri diceret, O mater dulcissima, ad flendum mollis, tu scis quia ad hoc veni, de te carnem assumpsi, vt per crucis patibulum saluarem genus humanum. Quomodo implebuntur scripturæ? Scis enim quod oportet me pati pro salute generis humani. Die tertia resurgam: tibi & discipulis meis patenter apparebo. Desine flere, dolorem depone: quia ad patrem vado, ad gloriam participandam ascendo: imo congratulare, quia nunc inuenio ouem quæ perierat. Moritur vnus, vt inde totus reuiuiscat mundus.

Vnius ob meritum cæteri periere parentis.

Cuncti saluantur per vnius meritum. Quod placet Deo patri, quomodo displicet tibi dulcissima mater? Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Noli flere mulier, noli plangere dulcissima mater. Non te desero, non te derelinquo, tecum sum, tecum ero omni tempore sæculi. Si secundum carnem subiaceo mortis imperio, secundum Diuinitatem sum & ero semper immortalis & impassibilis. An non scis, vnde processi & veni? Quare ergo tristaris, si illuc ascendo vnde descendi? Tempus est vt reuertar ad eum qui misit me: & quo ego vado, non potes venire modo, venies autem postea. Interim Ioannes qui est nepos tuus, reputabitur tibi filius: curam habebit tui, & erit ipse fidele solatium tibi. Inde Ioannem Dominus intuitus ait, Ecce mater tua. Ei seruias, & curam illius habe. Eam tibi commendo. Suscipe matrem tuam, imo magis suscipe meam. Ibidem dicit quare non responderunt tunc Christo loquenti. Ille hæc pauca dicens, illi duo dilecti semper lachrymas fundere non cessabant. Tacebant isti martyres ambo, & pro dolore immenso loqui non poterant. Isti virgines duo audiebant Christum rauca voce loquentem, nec ei poterant respondere verbum: quia illum videbant iam mortuum. Erántque illi duo quasi mortui, vnde voces spiritus illorum exhalare nequibant: defecerant spiritus eorum, & amiserant virtutem loquendi, audiebant & tacebant, & præ angustia loqui non poterant. Solus illis dolor luctúsque remansit. Amabant flere, & flebant amarè. Amarè flebant, quia amarè dolebant. Nam gladius passionis Christi animas eorum pertransibat siue

A perimebat. Vterque quo magis amabat eo amplius flebat. Christi morientis vulnera, matris erant dolores: sæui fuerunt tortores in anima matris. Adiungit eam plus doluisse omni creatura. Mater erat transuerberata pignoris morte, mente mater erat percussa doloris cuspide: reliqua membra Christi, sæui fodere maligni. Interim Christus commendata nutrice Ioanni, dixit, Sitio: & dederunt ei qui crucifixerunt eum acetum cum fele mixtum, & cum gustasset, noluit bibere, sed dixit, Consummatum est: & exclamauit voce magna Iesus, Eli, eli, lamasabachthani: hoc est, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et sic Dominus expirauit. Tunc tremuit terra, tunc sol lumina clausit, mœrebant poli, mœrebant sydera cuncta: Omne suum amisit iubar luna, dolendo secessit omnis ab alto

B æthere fulgor, scinduntur duri lapides, scinduntur fastigia templi: surrexerunt multi apertis tumulis, fatentur Christum voce publica. Cogitare libet quantus dolor tunc affuit matri, cum sic dolebant quæ insensibilia erant. Non lingua loqui, vel mens cogitare valebit, quanto dolore tunc tenebatur anima Mariæ. Iuxta crucem Christi stabat emortua mater, quæ illum conceperat virgo de Spiritu sancto. Vox non erat illi: dolor abstulit vires: imo prostrata moriebatur viuens, viuebat moriens. Ibi stabat vulnerata sæuo dolore, expectans Christi corpus deponi de cruce. Hæc plorabat dicens, O me, O me, reddite nunc corpus illud exanime: complestis vota, contritum deponite, & vel sic

C me mortuo iungite. Deponite mihi quæso vt habeam eius exanime corpus, mihi solatium erit vel saltem defunctus. Inducit ibidem actus matris quos fecerat pro mortuo Christo. Iuxta crucem stabat Maria, considerans vultu benigno Christum pendentem in crucis patibulo, pedibus innitens, manus leuabat & amplectebatur crucem ruens in oscula eius, qua parte Christi sanguis rigabat. Vt Christum valeret amplecti, quò non poterat, sursum volebat ascendere. Sperat amor nonnunquam quæ vel raro fieri possunt: sibi credere cuncta amor impatiens credit. Volebat amplecti Christum in alto pendentem, sed manus complosæ redibant. Se leuans sursum à terra erigebat ad Christum, sed quia tangere illum nequibat, malè col-

D lidebat ad terram. Prostrata iacebat immensitate doloris depressa, sed eam erigere magis vis amoris immensa compellebat. Impetu igitur amoris surgebat intensisque manibus attractare cupiebat Christum: cum verò vis non esset, victa dolore terrã iterum petere cogebatur. O quam malè tunc erat illi. Grauius illi erat viuere in tali vita, quam mortis gladio ab impiis sæuis necari. Tanquam mortis pallor eius perfuderat vultum, cum genis & ore, quæ rubra erant, in Christi cruce cadentes guttas sanguinis tangebat, terram deosculans, quam crebra vnda rigabat. Interim quidam nobilis nomine

mine Ioſeph, qui erat diſcipulus Ieſu occultus, ad Pilatum confidenter ingreditur, ſibi dari poſtulans corpus Domini: quo conceſſo, vocauit ad ſequendum virum ſapientem diſcipulũ Chriſti occultum Nicodemum, & venerunt ad locum vbi Chriſtus erat crucifixus, ſecum inſtrumenta ferentes, quibus euulſum de cruce poſſent deponere eum. Addit ibidem quod ipſa fuit præſens quando de cruce deponitur. Ibi dolor eius renouatur. Tunc quaſi de morte conſurgẽs, paululum reuiuiſcit ſpiritus eius, & illis quod poterat adiutorium miniſtrabat: clauos de manibus trahebat, alius ne caderet corpus exanime ſuſtẽtabat, & Maria brachia tendens in altum & caput & manus dependentis Chriſti corporis ſupra pectus triſte trahebat. Quem cum attingere voluit, in oculos & amplexus ruebat, à ſuo dilecto diſſociari non poterat. Tanti enim candoris, tanti ſplendoris & pulchritudinis erat corpus Ieſu, vt lingua fari non poſsit nec litera declarare. Erat nanque candidius niue, ſplendidius ſole, & ſuper balſami odorem redolens: Sed cum de cruce depoſitus fuit, ſuper illum ruẽs incontinentia doloris, & immenſitate amoris, quaſi mortua ſtetit, & tranſire viſa eſt. Stabat ad caput extincti filij mater, amaris lachrymis faciem eius rigans, per diuerſa torquebatur ſuſpiria: toties caput tangebat, & amariſsimè plangens ſe palmis percutiebat dicens, Quid feciſti fili chariſsime? Quare te crudeliſsimè crucifixerunt? In gremio enim meo tenui te triſtiſsima mater tua. Fili mi quid faciet iſta mater miſera? Væ mihi, fili mi. Vbi tantum gaudium quod in natiuitate tua habui? Væ mihi. In quantam triſtitiam & dolorẽ verſum eſt gaudium meum fili mi? Nihil aliud reſtat, niſi vt me interficiam, quia verè plus viuere non poſſum. Succurre mihi, & tuum ſanctum ſpiritum iterum refunde, quia illum quem per Angelum dediſti, præ dolore tui amiſi. Iterum frontem genas & oculos ſimúlque & naſum óſque frequenter oſculabatur ipſius, lachrymarúmque tanta vbertas fluebat, vt carne cum ſpiritu in lachrymis reſolui putares. Rigat lachrymis extincti filij corpus, & vbi poſitus fuerat lapis madebat, in quo eius lachrymæ adhuc apparere dicuntur, & illi facta opprobria reuocant ad mentem. Quis vel qualis fuerat, quem ipſa virgo concepit ſine libidine, & peperit ſine dolore? erat omnia quę ipſa volebat, tãquam Deus, & Deus ſuus, & vnicus filius: & ſic malè ei erat ſicut eſſe poterat, & eſſe debebat. Dicebat, Dic mihi dulciſsime, dic mihi amor vnice, ſingulare gaudium & vnicum ſolatium, quare me ſic dolere permittis? Cur tam lõge factus es à me Deus conſolans animam meam? Reſpice in me & miſerere mei. Subdit ibidem quod homines & Angeli plorabant compatientes virgini. Dicat quiſque quod poteſt. Qui cum dicere cupit, virginis dolorem poſſe narrare non credo. Tamen tectus erat amor, continens modum. Non deſperabat, ſed piè iuſtéque dolebat, quia

A quem genuerat virgo, iniuſtè morte peribat. Sperauit tamen illum tertia die reſurgere. Quædam cum illa plorabant fœminæ ſanctæ, quarum paruus erat numerus, paruúsque virorum qui lugerent Chriſtum: ſimúlque cum virgine matre fuerunt & Angeli ſimul dolentes cum ea. Dolebant autem pro amore Chriſti, compatiebantur in morte Chriſti dolendo, gaudentes tamen, quia redimebatur genus humanum. Flebant, vt arbitror, amariſsimè mente turbati, quia matrem Chriſti tanto videbant dolore teneri. O quis Angelorum & Archangelorum contra naturam illic non fleuit, vbi contra naturam immortalis Deus homo mortuus iacebat? Videbant Chriſtum ſicut malè contractum ab impiis, ſic malè laceratum iacere, & Mariam totam illius

B cruentatam cruore, illámque piam, illámque ſanctam, totam pulchram, totam bonam, totam dulcem, totam dilectam beatiſsimam matrem, tantis cruciari ſingultibus, tam amariſsimis doloribus repleri, ſic amariſsimè flere, nullo modo ſuas lachrymas refrænare, fiebat mœror & luctus ab Angelis præſentibus, qualis decebat luctus ſpiritus, & non alius: imò mira res ſi Angeli cuncti non flerẽt, nam & in illa beatitudine, vbi impoſsibile eſt flere, credo propter hoc & loquor quia dolebant, ſi dolere valebant. Sicut poſsibile eſt Deum per aſſumptum hominem mori, poſſibile fuit Angelos bonos in morte dolere Domini ſui. Ioſeph Abarimathia, vnus ſanctus & iuſtus, qui cum Nicodemo depoſuerat corpus Ieſu de cruce, ſicut Euangelium eius teſtatur, po-

C ſuit in monumentum nouũ quod fecerat. Addit ibidem matris planctum quando corpus ponitur in ſepulchro. Tunc illius exequias Angelorum millia millium decantabant, qui conuenerant ad ſepulchrum. Ibi cantabant laudes, Maria dabat gemitus atque clamores. Iſti laudes extollebant ad cœlum, Maria plorabat amare iuxta ſepulchrum Domini. Ioſeph & Nicodemus corpus poſuerunt in ſepulchrum: volebat mater ſimul ſepeliri cum illo. Hæc illa ſuper dilectum ſuum, amplectens illum, & cum amoris dulcedine deoſculans dicebat, Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltẽ vos amici mei. Illum adhuc paululum relinquite mihi, vt faciem illius ſubtracto velamine valeam contemplari. Nolite eum tam citò tradere ſepulturæ. Date illum

D miſeræ matri ſuæ, vt habeam illum mecum, vel ſaltem defunctum: aut ſi illum ponitis in ſepulchrum, me miſeram ſepelite. Illi ponebant Chriſtum in tumba, & ipſa trahebat ad ſe, & volebat ipſum retinere, dum illi volebant eum tradere ſepulturæ: & ſic erat hæc pia, ſed miſerabilis contentio inter eos: omnes tamen ſic amariſsimè flebant matrem Dei ſolatio deſtitutam, & ſuper illam dabant planctum magis quam ſuper extinctũ Ieſum Dominum. Maior erat illis dolor de matris dolore, quã de ſui Domini morte. Flebãt tanti miſerando dolore gementes, & ſic Dominum vitæ mortis dederunt ſepulturę. Adiungit

git ibidem quod planxit ad sepulchrum. Sepulto Domino, sepulchrum mater amplectés, omni corde, & qua poterat voce filium suum, benedicebat ad sepulchrum sedens, iuxta illum extendebat manus, desuper osculans illum, amarè nimis Dominum deplorans. Accessit Ioannes, cui matrem commendauerat Christus: & lugens ipse ipsam leuabat lugentem, sed cruciata gemitibus, fatigata doloribus, afflicta ploratibus, pedibus ferè stare nequibat. Concludit quod reuertitur Hierusalem, & Ioãnes curam eius egit. Tunc sicut poterat à mulieribus sanctis adiuta, cunctis plorantibus simul Hierusalem ingrediuntur. Quam fœminæ multæ videntes, motæ pietate super illius dolore, ad luctum conuertebantur amarum, & illarum quædam ambulantes post eam, etiam lamentabantur plorantem. Plorabant multæ, & condolebant Mariæ. Iam dolor eius multos faciebat esse dolentes. Vix poterant lachrymas continere quæcunque videbant eam lachrymantem. Tam pie plorabat, vt ex suo ploratu multos traheret ad luctum. Maria ergo plorabat ipsa, & ipsi plorabant cum ipsa: plorabant multi venientes obuiam ei. Sic deducitur à plorantibus plorans, quousque peruenit ad domum Ioannis, ibíque resedit. Ibi in domo remansit, ipsam Ioannes retinuit, & super matrem suam eam omni corde dilexit. O fœlix & beatus Ioannes. Vbi talem commendauit Dominus Iesus, reddat tibi mercedem amoris, quia tu eius matrem dilexisti tibi commendatam ab ipso. Benedictus tu à Christo qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

PASSIO HOMINIS. De passione naturali. Libro duodecimo super Genesim. Passio corporalis, vt pallor, rubor, tremor, vel etiam morbus, aliquando à corpore habet causas, aliquando ab anima. A corpore quidem cum vel humor diffunditur, vel cibus, vel aliquid aliud corpori iniectum extrinsecus. Ab anima verò, cum timore turbatur, vel pudore cõfunditur, vel irascitur, vel amat, vel si quid huiusmodi. De passione mentali. Libro nono de ciuitate Dei, capit. quinto. Passiones mentis ita sunt moderandæ atque frænandæ, vt in vsum iustitiæ conuertantur. Denique in disciplina nostra, non tam quæritur, vtrum pius animus irascatur, sed quare irascatur: nec vtrum sit tristis, sed vnde sit tristis: nec vtrum timeat, sed quid timeat. Irasci enim peccanti, vt corrigatur: contristari pro afflicto vt liberetur: timere periclitanti, ne pereat: nescio vtrum quisquam sana consideratione reprehendat. In Epist. iiij. ad Paulinum contra Pellagium. Quid vberius & veracissima confessione plenius, quã id quod est in quadam epistola tua, vbi nostram naturam non mansisse vt condita est, sed vitiatam esse per illum generis humani patrem humiliter deplorasti dicens, Pauper ego & dolens, quia adhuc terrenę imaginis squalore contritus sum, & plus de primo, quam de secundo Adam, & carnis sensibus & terrenis affectibus refero, quomodo tibi audebo me pingere, cum cœlestis imaginis inficiator prober corruptione terrena? Vtrinque me cõcludit pudor. Erubesco pingere quod sum, non audeo pingere quod non sum: odi quod sum, & non sum quod amo. Sed quid mihi misero proderit odisse iniquitatem & amare virtutem, cum id potius agam quod odi, nec laborem piger id potius agere quod amo, ipse discors & intestino bello distrahor dum spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum dimicat, & lex corporis lege peccati legem mentis impugnat? Infœlix ego, qui in me venenatum inimicæ arboris gustum, nec digessi crucis ligno. Dominatus est mihi illud per Adam virus paternum † quo vniuersitatem generis sui pater pręuaricatus infecit, &c. quæ de hac miseria multa connectis ingemiscendo, expectans redemptionem corporis tui, & nondum re sed spe saluum te esse cognoscens. Sed fortassis tu alium in te transfigurasti cum hoc diceres, nec aliquas de carne concupiscente aduersus spiritum, quamuis ei non consentias, molestias pateris importunas & odiosas: verumtamen & tu & quisquis hęc patitur, & gratiam Christi per quam de corpore mortis huius liberari expectat, nondum quidem euidenter in seipso, sed in illo homine latenter ibi erat, quando cibus vetitus tangebatur, & concupiebatur longe latéque per cunctos itura perditio. De passione pœnali. Lib. j. eiusdem c. xix. Deus cum me aduersis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata castigat, mercedémque mihi æternã, pro toleratis piè malis temporalibus seruat. Et vt dicit in sermo. j. de sancto Paulo. Si attenderis quid sis accepturus, omnia tibi erunt vilia quæ pateris: nec digna æstimabis, pro quibus illud accipies. Miraris tãtum pro tãtillo labore? Vita nostra Christus est. Christum attende. Pati venit, sed etiã glorificari: contemni, sed etiam exaltari: mori, sed etiam resurgere. Ista cogitantes fratres charissimi, nõ desperemus: quia & si peccatores sumus, magnum medicum habemus, qui non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Sed de passione malorum. Super Psalmum centesimum trigesimum quartum. Quando tu vides quæ facta sunt in impios, caue ne fiant in te. Ad hoc enim & in illos facta sunt, vt tu transires, & eos non imitareris, & talia non patereris. Tamen vide quia flagellum Domini est super omnem carnem. Ne putes te non videri quando peccas, ne putes te contemni, ne putes Deum dormire: attende exemplum beneficiorum Dei cum ea quę recolis, & cum vindictam Dei recolis, time. Omnipotens est, & ad consolandum, & ad castigandum, ideo sunt ista vtilia cum leguntur. Quando autem pius videt quid passus est impius, purgat se ab omni impietate, ne veniat & ipse in talem pœnam, talémque vindictam. Libro de vera innocentia, capite clxxxvj. Non conquerātur homo qui in iis, quæ iustè habet, patitur aliquas aduersitates. Per amaritudinem enim

† Aliâs, Durat enim mihi illud per Adam &c.

Tom. V. · Tom. VIII. · Tom. III.

enim inferiorũ, docetur amare meliora: ne viator tendens ad patriam, stabulum pro domo diligat. Ibidem. Non sunt condignæ passiones *Cap.272.* huius temporis, ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sæuiat mundus & fremat, increpet linguis, coruscet armis, quicquid fecerit, quantulum erit ad id quod accepturi sumus? Appendo quod patior cõtra id quod spero: hoc quidem sentio, id verò spero, & tamen incomparabiliter maius est quod speratur, quam quod aufertur. Quicquid est quod contra Christi nomen sæuit, si potest vinci, tolerabile est: si nõ potest, proficit præmio citius consequendo, & fides temporalis mali transit in perceptionẽ ęterni boni. Et in eodem infra. *Cap.275.* Labor piorũ exercitatio est, non damnatio. Nec enim conturbari debemus, cum aliquis sanctus grauia & indigna perpetitur, si obliti non sumus quanta pertulit iustus iustorum, sanctúsque sanctorum, cuius passio omnes superat passiones: quia cum authore vniuersitatis nulla cuiusquam est comparatio creaturæ. *Tom. VII.* Lib. iiij. cõtra Cresconiũ grammaticum. Non debet quid quisque patiatur attendi. Libr. annotationum in Iob. c. xxxviij. *Tom. IIII.* Nemo se immeritum pati aliquid asperum dicat: quia si non factis, saltem verbis peccatur: & si non verbis, saltem temeraria præsumptione intus in corde, vel sermonibus cogitationum, & Deum nõ latet: Nemo flagellatus dicat indignè se accipere disciplinam, quasi vltra non sit quo per illam proficiat. Sciendũ est enim, sic in principio libri huius diabolo laudatum Iob testimonio Dei, & in fine tribus amicis eius, vt tamen nosset Deus, quantum ei deesset ad perfectionem, quo etiam laudabiles secundum hanc vitam viros, & Deo iam placentes paterna flagella perducunt, quæ noluit ab Apostolo remouere dicens, *2.Cor 12.* Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libro ij. contra Petilia- *Respons.84.* num. *Tom. VII.* Quicquid homo durum & molestum patitur, admonetur vt cogitet quare patiatur: vt si pro iustitia se pati prospexerit, idipsum bonũ eligat, pro iustitia talia sustinere. Si autem viderit iniquitatem esse pro qua patitur, se infructuosissimè laborare atque cruciari considerans, mutet in melius voluntatem, simúlque careat & molestia sterili, & ipsa iniquitate, multo vtique grauius & perniciosius nocitura. In Epistola ad catholicos de testimoniis contra Donatistas. Quapropter & vos sine tumultu animi, sine turbulenta contentione, sine amaritudine odiorum, considerate diligenter ea quæ contra vos reges nostræ communionis constituunt, qua causa patiamini: & si vos in Ecclesia Christi esse inueneritis, gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in cœlis. Vos enim tanquam martyres coronamini, illi autem tanquã persequutores martyrum iudicantur. Si autem vos contra Ecclesiam Christi altare erexisse, & à Christiana vnitate, quæ toto orbe diffunditur, sacrilego schismate se paratos esse, & corpori Christi, quod est Ecclesia toto orbe diffusa, & rebaptizando, &

A blasphemãdo & postremo expugnando aduersari, sancta & canonica scriptura cõuincit: vos impij atque sacrilegi. Illi autem qui vos tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecuniæ priuatione, deterrendos coercendósque decernunt, vt cogitantes quare ista patiamini, sacrilegium vestrum, quare ista patimini, fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini: & rectores diligentissimi, & consultores piissimi deputantur.

PASTOR. Christus verus pastor. Libro tertio de verbis Domini. Tu Christe es bonus pastor, qui bonus es agnus: idem pastor & pascua, idem agnus & leo. Ibidem infra. Dixit Christus, Ego sum pastor bonus: quia omnes cæteri pastores boni membra sunt B eius. Nam vnum caput, vnum corpus, & vnus spiritus. Ergo pastor pastorum, nos pastores pastoris, & oues cum pastoribus, sub pastore vno. Ideo super Ioannem. Magis debent imitando pastori inhærere pastores: sic cum multæ etiam imitatæ sunt oues, sub quo pastore vno, sub grege vno, & pastores ipsi sunt oues. Omnes quippe fecit suas oues, pro quibus est omnibus passus: quia ipse vt pro omnibus pateretur, ouis est factus. Et quia bonus pastor. Ideo in communibus sermonibus, sermone xvj. Vere bonus est pastor & piissimus, quia vt nos de interitu eriperet, suo corpori non pepercit. Verè pastor bonus, quia plus suas oues, quam se amauit: & morti se tradidit, vt nos à morte reuocaret. Ipse est pastor & ianua, super Ioannem. Christus est C ostium & pastor. Ostium pandẽdo se, pastor intrando per se. Equidem quod pastor est, dedit & in membris suis. Nam & Petrus Pastor, & Paulus pastor, & cæteri Apostoli pastores, & boni Episcopi pastores. Ostium verò nemo nostrum se dicit, sed sibi ipse propriè tenuit, qua intrẽt oues.

Vnde orans apud Christum dicebat. Libro de salutaribus documentis. Deprecamur Domine bone summe optime pastor, ne pereat ouis, imple officium summi pastoris. Persequere leonem qui rapit ouem de grege tuo. Leo interficiatur, & oues de faucibus eius eruantur. Tu enim es pastor omnium rex noster potens, cõtere satanam sub pedibus nostris. Et nunc Domine pastor noster, rex noster, tot de grege tuo quotidie rapiuntur oues: & quare tandiu taces? Responde quare D tantum taces? Ecce per diuersa præcipitia rapiuntur oues tuæ, & inimici tui, qui te oderunt, leuãt caput cõtra te, & tu taces? O domine Deus, quare tandiu taces? Ad hoc Dominus per Prophetam clamat & dicit, Tacui, tacui: sed semper non tacebo. Aget iudicium manus mea. Ergo Domine Iesu pastor noster, rex noster, accipe arma tua & progredere, vt pugnes contra leonem aduersarium nostrum, qui circuit quærens deuorare nos. Esto nobis Domine turris fortitudinis a facie inimici. Petimus, & instantissimè petimus, vt liberes nos: Mũdus enim in maligno positus est. Ecce sæuiunt mala, & pereunt dilectores mundi, blasphemant, insaniunt, & aduersum te murmurant,

rant, non solum misericordiam tuam non precantur, verum etiam iudicium tuum reprehendunt. Quis in eis talia operatur, nisi author mali angelus superbus & perditus, & omnes ꝑdere cupiés? Libera nos Deus ab omni malo, & pars nostra sit cũ omni bono. Qualis debet esse pastor, quia charitate diligens. Super Ioan. serm. cxxiij. Qui hoc animo pascunt oues Christi, vt suas velint esse, non Christi: se conuincuntur amare, nõ Christum: vel gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate, non obediẽdi, & subueniẽdi, & Deo placendi charitate. Contra hos vigilat toties inculcata vox Christi ad Petrum. Nam quid est aliud, diligis me, pasce oues meas: quàm si diceretur, Si me diligis, non te pascere cogita, sed oues meas: & sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis quære, non tuam: dominium meum, non tuum: lucrum meum nõ tuum? Ideo contra malos pastores dicit lib. de pastoribus, c. j. Arguuntur pastores, quia seipsos non oues pascũt. De quibus dicit Apostolus ad Phil. ij. Omnes enim quæ sua sunt quærunt. In eodem. Cum præpositi ad hoc sint, vt eis, quibus præsunt, consulant, nec in eo quod præsunt omnino vtilitatem suam attendant, sed eorum quibus ministrãt: quisquis ita præpositus est, vt in eo quod præpositus est, gaudeat, & honorem suum quærat, & cõmoda sua sola respiciat, se pascit non oues. Exponit quodammodo eodem libro. Duo sunt quæ à populis quærunt qui seipsos pascunt, non oues: Cõmodum supplendæ necessitatis, & fauorem honoris & laudis. Super Ioannem. & ponitur in decretis viij. quæst. j. Sunt in Ecclesia quidam præpositi, de quibus Apostolus Paulus dicit. Sua quærentes, non quæ Iesu Christi, quid est sua quærentes? Non Christum gratis diligẽtes. Non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc seruitur Deo: quisquis talis est, mercenarius est, inter filios Dei se non computet. Debet esse sciens. In Episto. ad Paulinum. Ad eosdem pertinet pastores esse & doctores. Ideo intelligant pastores, ad eorum officium pertinere doctrinam. Et lib. iij. de verbis Domini, sermone vj. Pertinet ad officium pastoris opertos fontes aperire, & aquam puram & innoxiam sitientibus quibusque ouibus ministrare. In sermone de gratia. Oportet nos qui præesse populo & pastoris nomen, quamuis indigni, tenemus, vt vobis administrare Diuini verbi pabula curemus: & ita vos solicita mente tractare, vt quod malum in vobis videmus, cum fraterno amore redarguamus, & quod bonum est fructificare & enutrire laboremus. Beatus est qui se solummodo Domino adiuuante saluat: sed multo beatior est, qui secum alios ad cœleste regnum trahere festinat, dicente scriptura, Qui audit, dicat, Veni. Ne respiciatis in vos, neque quis est qui loquitur requiratis, sed potius quis & quãtus est, de quo loquitur, inquiratis. Nec despiciatis præcepta mandãtis propter vilitatem personę

A dicentis. Propterea dixit Dominus, Super cathedram Mosi, &c. In sermone de die ordinationis suæ. Quid retribuemus Domino pro eo quod nos fecit esse pastores? Mali nanq; pastores, quod à nobis absit, nostra malitia sumus: boni autem nisi eius gratia esse non possumus. Vnde nos fratres mei præcipiẽtes rogamus vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Facite vnũ ministeriũ fructuosum. Dei agricultura estis, extrinsecus accipite plantatorem atque rigatorem, intrinsecus verò incrementum dantem. Corripiendi sunt inquieti, pusillanimes consolandi, infirmi suscipiẽdi, contradicentes redarguendi. Non enim est sequendus malus pastor in vita & moribus. lib. de pastoribus. Attendit ouis etiã fortis plerunq; præpositũ suum malè viuentem. Si declinet oculos à

B regulis Domini, & intendat in hominẽ incipit dicere in corde suo, Si ꝑpositus meus, sic viuit, ego quid sum qui nõ faciã quod facit? Sic ergo occidit ouem fortem. Si fortem occidit ouẽ, iam de cæteris quid faciet qui illud quod ipse non fortificauerat, sed fortè aut robustum inuenerat, malè viuendo interfecit? Dico charitati vestræ, & si viuunt oues, & fortes sunt in verbo Domini, & tenent illud quod audierunt à Domino suo. Mat. xxiij. Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt facere nolite. * Insidiantes cauendi, imperiti docẽdi, desidiosi excitandi, contentiosi cohibendi, superbientes reprimendi, litigantes pacandi, inopes adiuuandi, oppresi liberandi, boni approbandi, mali tolerandi, omnes amandi. In hac tanta & tam multiplici ac varia rerum diuersarum actio-

C ne: adiuuate nos, & orando, & obtemperando: vt nos vobis nõ tã præesse delectet, quã prodesse. Sicut enim nobis hoc expedit, vt pro salute vestra Dei misericordiam studeamus orare: ita & vos oportet pro nobis preces ad Dominum fundere. Nec hoc incogruum iudicemus, quod Apostolum fecisse cognoscimus. Nam intantum se apud Dominum commẽdari orationibus cupiebat, vt propterea ipse omni populo supplicaret. Et ideo hoc debemus loqui, quod & nos ipsos cohortari, & vos possit instruere. Et sicut est nobis cum grandi timore ac solicitudine cogitandum, qualiter pontificatus officium sine reprehensione possimus implere, ita & à nobis obseruandum est, vt ad omnia quæ vobis fuerint imperata, humilem studeatis habere obedientiam. Oremus er-

D go pariter dilectissimi, vt Episcopatus meus & mihi prosit, & vobis. Mihi autem enim proderit, si facienda dicam: vobis, si facienda audiatis. Si enim & vos pro nobis, & nos pro vobis cum perfecto charitatis amore indesinẽter orauerimus, ad æternam beatitudinem auxiliãte Domino fœliciter veniemus. Non est sequendus malus pastor in vita & moribus. Libro de pastoribus. Attendit ouis etiam fortis plerunq; præpositum suum malè viuentẽ. Si declinet oculos à regulis Domini, & intẽdat in hominẽ: incipit dicere in corde suo. Si præpositus meus sic viuit, ego quis sum, qui nõ faciã quod ille facit? Si ergo occidit ouem fortẽ, iam de cæteris quid faciet, qui

Margin notes: Tom.IX. — Tom.IX. — In eod. inf. — Tract. 46. Tom.IX. — Ser. ord. 45. Tom.X. — Mat. 23. — Cap. 4. Tom. IX. — A stella quæ sequũtur, non habentur lib. de pastoribus. — Cap. 9. Tom. IX.

illud quod ipſe non fortificauerat,ſed forte ac robuſtū inuenerat,malè viuēdo interfecit?dico charitati veſtræ, & ſi viuunt oues, & fortes ſunt in verbo Domini,& tenent illud quod audierunt à Domino ſuo,Mat.xxiij. Quæ dicunt facite, quæ autē faciunt facere nolite:tamē qui in conſpectu populi malè viuit,quātū in illo eſt,eum à quo attenditur occidit.Non ſibi ergo blandiatur quia ille mortuus non eſt.Et ille viuit,& iſte homicida eſt.Quomodo cum laſciuus homo intēdit in mulierem ad concupiſcendam eam, ecce illa caſta eſt,& mœchus eſt iſte.Domini enim vera & aperta ſententia. Quiſquis viderit mulierem ad concupiſcēdum eam,&c. Non peruenit ad illius cubiculum,& interiore iam ſuo cubiculo volutatur. Sic omnis qui malè viuit in conſpectu eorum quibus præpoſitus eſt,quantum in ſe eſt, occidit & fortes oues.Qui ergo imitatur præpoſitum malum,moritur:qui non imitatur, viuit: tamen quantum ad illum pertinet, ambos occidit.

Mat.5.

Ser.ord.49. Et lib.iij.de verbis Domini, ſermone duodecimo. Tres perſonas inuenit ſanctitas veſtra, & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caueatis.Diligendus eſt paſtor,tolerandus eſt mercenarius,cauendus eſt latro. Paſtor eſt, qui ſalutem ouis quærit,& non cōmodū ſuum.Mercenarius,qui occaſione Euangelizat quærens ab homine commoda ſua,ſiue pecuniaria,ſiue honoris vel laudis humanæ. Latro verò non quærit niſi mortē ouiū. In epiſt.ad Feliciā. Alij ſunt qui propterea tenēt paſtorales cathedras,vt Chriſti gregibus cōſulāt:Alij qui propterea in eis ſedēt, vt ſuis honoribus tēporalibus & cōmodis ſæcularibus gaudeāt.Iſta duo genera paſtorum,aliis morientibus,aliis naſcētibus,in ipſa catholica Eccleſia neceſſe eſt vſq; ad finem ſæculi,& vſq; ad Domini iudicium perſeuerent. Si enim temporibus Apoſtolorū fuerūt tales,inter quos falſos fratres Apoſtolus gemeret & diceret, Periculū in falſis fratribus:nec eos per ſuperbiam ſepararet,ſed per tolerantiam ſuſtineret: quanto magis temporibus noſtris neceſſe eſt vt ſint,cum de tēpore huius ſæculi,quod appropinquat ad finem,apertiſsime Dominus dicat,Quoniam abundabit iniquitas,& refrigeſcet charitas in cordibus multorū: Sed quod ſequitur nos debet conſolari & exhortari. Qui autē perſeuerauerit,&c.Sicut autē ſunt paſtores boni & mali, ſic & ipſis gregibus ſunt boni & mali. Boni ouium nomine ſignificantur: mali vero hœdi appellantur.Sed commixti pariter paſcūt, donec veniet princeps paſtorum, qui dictus eſt vnus paſtor: & quemadmodum ipſe promiſit,ſeparet ſicut paſtor oues ab hœdis.Nobis enim imperauit congregationem, ſibi autem ſeruauit ſeparationem: quia ille debet ſeparare, qui neſcit errare. Nec eſt ſequendus paſtor hæreticus.ideo in epiſtola ad Donatiſtas & eſt clxxj. Si lupi conſilium fecerunt vt oues paſtoribus nō reſpondeant:quare oues conſilium perdiderunt, vt ad luporum ſpeluncas accedant? In ſermone j.de accedentibus ad gratiam.Illi magis quam Iudæi & Pagani coercendi ſunt,qui ſe volunt di-

Tom.II. Epiſt.209.

Matt.24.

Tom.II. Epiſt.171.

A ci paſtores,cum non ſint paſcētes,ſed animas deuorantes.Volūt videri ſacerdotes,cum non ſint colligentes,ſed ſpargentes. Cum ipſis agendum eſt qui fallunt in nomine,aliud agentes in opere.

Difficilior & periculoſior eſt vita paſtoris.Li. de paſtoribus c.j.Nos qui ſumus in loco iſto, de quo periculoſa ratio redditur, Dominus ſecundum dignationem ſuam,non ſecūdum meritum noſtrum conſtituit,habemus duo quædam planè diſtinguenda:vnum quod Chriſtiani ſumus,aliud quod præpoſiti ſumus.Illud quod Chriſtiani ſumus, propter nos:quod autem præpoſiti ſumus, propter vos eſt.In eo quod Chriſtiani ſumus, attendatur vtilitas noſtra : in eo quod præpoſiti ſumus, non niſi veſtra:ſunt autem multi Chriſtiani & non præpoſiti,qui perueniunt ad Deum B faciliori fortaſſe itinere, & tanto fortè expeditius ambulantes,quanto minorem ſarcinam portant.Nos autem excepto quod Chriſtiani ſumus, vnde rationem reddemus Deo de vita noſtra:ſumus etiam præpoſiti, vnde rationem reddituri ſumus Deo de diſpenſatione noſtra. *Tom.II.*

PATER. Quod pater eſt in Diuinis principium.Lib.iiij.de Trinitate.Totius Deitatis principiū pater eſt. Eſt etiam principalis bonitas.De incarnatione verbi ad Ianuarium.Principalis bonitas in Deo patre ſentienda eſt, ex quo vel filius natus, vel Spiritus ſanctus procedēs.Iā verò ſi qua alia bona in ſcripturis dicūtur,vel Angelus,vel homo,vel ſeruus,vel theſaurus,vel cor hominis, vel arbor bona: hæc omnia abuſiue dicūtur,accidētē, & non ſubſtātialem in ſe continentia bonitatem. Eſt Deus pa- C ter noſter in cōmuni,ſed Chriſti in ſpeciali.Lib. ij.de verbis Domini,ſerm.v. Prædicare quod acceperis non eſt ſuperbia,ſed deuotio.Ergo attolle oculos ad patrē, qui te per lauachrum genuit: ad patrem,qui per filium te redemit,& dic, Pater noſter. Bona præſumptio, ſed moderata. Patrem dicis,quaſi filius, ſed noli tibi aliquid ſpecialiter vendicare.Solius Chriſti ſpecialis eſt pater, nobis autem in commune eſt pater:quia illum ſolū genuit,nos creauit. Ideo omnes ſumus fratres, ſub tali patre.Lib. lix. Homil. Inuenimus patrē in cœlis,attendamus quemadmodum viuamus in terris.Sic enim debet viuere qui talē inuenit patrem, vt dignus ſit venire ad hæreditatem. Dicimus autem communiter,Pater noſter.Quanta di- D gnatio.Hoc dicit imperator,hoc dicit mendicus, hoc dicit ſeruus,hoc dicit dominus eius.Simul dicūt,Pater noſter qui es in cœlis.Intelligūt ergo ſe eſſe fratres,quando vnum habent patrem.Sed nō dedignetur fratrē habere ſeruū ſuū dominus eius, quē fratrē voluit habere Dominus Chriſtus.

Tom.I. *Cap.15. Tom.I.* *Ser.5. Tom.I.* *Hom. Tom.X.*

Lib.de expoſi. ſymb. & Dominicæ orationis, ſer.j. Nolite fieri terreni,qui patrem inueniſtis in cœlis. Dicturi eſtis, Pater noſter qui es in cœlis. Ad magnū genus pertinere cœpiſtis.Sub iſto patre,fratres ſunt diues & pauper:ſub iſto patre fratres ſunt dominus & ſeruus:ſub iſto patre, fratres ſunt imperator & miles.Omnes Chriſtiani fideles diuerſos in terra habēt patres,alij nobiles, alij

igno

biles: vnum verò patrem vocant qui in cœlis est.

Tom.VIII. Sub tali patre Christus est nobis frater: super Psal. xlviij. serm. j. Qui dicit Deo, Pater: Christo dixit, frater: Ergo qui patrẽ Deũ & Christum fratrẽ habet, nõ timeat in die mala. Ideo semper

Tom.VIII. amãdus talis pater. super Psal. lxij. Non hîc potuimus semper habere patrem, ibi autem semper habemus patrem viuum præsentem, habentes patriã nostram. Quæcunq; autẽ terrena est, semper ibi esse non possumus, & necesse est vt alij nascãtur: & ad hoc nascuntur filij, vt excludant inde parẽtes suos. Ad hoc enim nascitur puer, vt dicat maiori, Quid hîc facis? Necesse est vt q. succedũt & qui nascuntur excludãt eos, qui se præcesserunt. Ibi autẽ omnes pariter viuemus: nõ ibi erit successor, q̃a nullus decessor. Qualis illa patria? Si diuitias hîc amas, ipse Deus tibi erit diuitię tuę. Sed amas fontẽ bonum. Quid præclarius illa sapiẽtia? Quid lucidius? Quicquid hîc potest amari pro omnibus, tibi erit qui fecit omnia. Plus honorã-

Tom.VIII. dus. super Psal. lxxvij. Et patrẽ nolite vocare vobis in terra, &c. Quod nõ ideo dictum est, vt hoc vocabulum honoris humani de loquendi cõsuetudine tolleretur: sed ne gratia Dei, qua in æternam vitam regeneramur, ne vel potestati, vel sanctitati cuiusquam hominis tribueretur. In cõmunibus sermonibus, ser. xlvj. Duo parentes genuerunt nos ad mortem, Adam & Eua: & duo parentes genuerunt nos ad vitã, Christus & Ecclesia. Pater meus qui me genuit, Adam mihi fuit, & Eua mater mea mihi fuit. Nati sumus secũdũ istã progeniem carnis, ex munere quidem Dei: quia & istud munus non est alterius, sed Dei: & tamẽ fratres hîc nati sumus certè vt moriamur. Prędecessores genuerũt sibi successores, nũquid genuerunt sibi cũ quibus hîc semper viuãt vel viuerẽt? Non, sed tanquã decessuri genuerunt discessuros qui ipsis succederent. Deus autem pater & Ecclesia mater, non ad hoc genuerunt, sed ad vitã æternam: quia & ipsi æterni sunt, & habemus hæreditem à Christo promissam, vitam æternam. Et nõ aliquid in ęternum promisit suis, & aliquid tẽporale minatus est impiis: sed quomodo vitam, beatitudinem regni, hæreditatẽ sempiternã, sine fine promisit sanctis: sic ignem æternum minatus est

Tom.X. impiis. Si quod promisit nõdum amamus, saltem quod minatus est timeamus. Vnde sibi magis est obediendũ. Lib. j. de verbis Domini, serm. vij. Honorandus est pater, sed obediendum est Deo. Amandus est generator, sed præponẽdus est creator. Facite gradus, & quod cuicunque debetur, restituite. Nolite autẽ minora posterioribus subdere. Amate parentes: sed præponite parentibus Deũ. Lib quæstionũ contra manichæos, c. xxv. Sed dicũt, Quare Christus negauit matrẽ suã quãdo ei dixit, Quid mihi & tibi est mulier: & quãdo, cũ ei quidã nũtiasset quod eũ vellet videre, respondit, Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei: & eos potius in hũc affectũ cõputauit, qui facerẽt volũtatẽ patris eius? Quia exẽplo suo iã docebat negãdos esse terrenos parẽtes ꝓpter Deũ. Opera enim Diuina faciẽti, parentũ affectus ob-

A strepere nõ debebat. Nam si propterea nõ habebat matrẽ, quia negauit matrẽ: nec Petrus & cæteri Apostoli habebãt patres: quia monuit eos dicẽs, Et patrẽ ne vocaueritis vobis super terrã, vnus enim est pater vester qui in cœlis est. Quod ergo eos monuit de patre terreno, hoc de matre prior fecit. Ideo lib. de salutaribus documentis, circa mediũ. Væ nobis si iugũ Christi suaue à nobis repellimus: & quicquid graue ac onerosum est animæ nostræ, supponamus nos ad portandũ, & dũ diligimus periculũ, incidimus in mortẽ. Ideo frater charissimè, cõsideremus quis est qui pretioso sanguine nos redemit, & quid ei debeamus qui nos cũ tanta penuria redemit. Si terrenos parentes cũ tãto affectu diligimus, qui paruo tẽpore pro nobis sustinuerũt labores: nonne nobis cœ *Cap. 20. Tom.IIII.*

B lestis pater magis amãdus est, qui ꝓ nobis crucifixus est? Nam quicquid parẽtũ nostrorũ circa nos fuit obsequiũ, eius est beneficiũ: qui & antequã nasceremur in hoc sæculo, sua prouidentia parẽtes nobis præparauit, quorum obsequio nutriremur: & vbera matris lacte repleuit vnde nutriremur. Ergo magis omnibus diligamus redẽptorẽ nostrũ, qui nos & parentes nostros propriis manibus finxit, & cuncta bona quæ erga nos geruntur, quotidie eius misericordiæ nõ nostris viribus ascribamus. Iubet enim scriptura parẽtes nostros vt propria viscera diligere, si tamẽ nos ad seruitiũ Christi accedere nõ prohibeant: si autẽ prohibuerint, nec sepultura à nobis illis debetur. Christus diligendus est super parẽtes nostros, quia nõ nobis ea tribuũt parẽtes, quæ Christus. Ipse enim *Christus quam amãdus.*

C dixit in Euãgelio, Qui amat patrẽ, aut matrẽ, aut filios, aut fratres, aut agros plus quam me, non est me dignus. Quanto quis eũ plus amat, tanto fœlicior & beatior efficitur. Intãtum enim nos amauit, vt etiã pro nobis mori dignatus sit: & manus eius quæ plurima signa faciebãt, clauis pro nostra redẽptione affixæ sunt. & ori mellifluo quo salutaris doctrina profluxit, fel pro cibo impij porrexerũt: & qui neminẽ læsit, cæsus est: & qui nullũ maledixit, opprobria & maledicta pro nobis ꝑtulit. Hæc omnia perpessus est, vt nobis vitã æternam donaret. Et cũ nobis tanta beneficia præstet, nihil quærit à nobis, nisi vt diligamus eum, & animas nostras & corpora nostra ei seruemus: vt ille in nobis semper habitet, & nos in illo permaneamus. De patre homine distinguitur lib. de duo- *Tom IX.*

D decim abusionibus, c. iij. Et quod sit honorandus vterq;. Quatuor modis per scripturas Diuinas patres vocãtur, hoc est natura, gẽte, admonitione, & ætate. De patre nãq; naturali Iacob ad Laban loquitur, Nisi timor patris mei Isaac affuisset, tulisses omnia quæ mea sunt. De gente verò pater dicitur, quãdo Dominus ad Mosen de nube loquebatur, Ego sum, inquiẽs, Deus patrũ tuorũ, Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob. Aetate autẽ & admonitione pariter pater dicitur cũ Moses in cãtico Deuteronomij loq̃tur, Interroga patrẽ tuũ & reliqua. Quod si ergo naturalis pater superstes nõ fuerit, aut indignus fuerit, tamẽ admonẽti seniori adolescentis obedientia prębẽda erit. Quo- *Pater quatuor modis. Gen. 31. Exod. 3. Deut. 32.*

modo ergo in ſenectute honoratus apparebit, qui diſciplinæ laborē in adoleſcētia nō ſuſtinuerit? Quodcunq; enim homo laborauerit, hoc & metet. Omnis nāq; diſciplina in præſenti nō videtur eſſe gaudij, ſed mœroris: poſtea verò fructū paca tiſsimū exercitatis per eā reddet iuſtitiæ. Sicut enim fructus nō inuenitur in arbore in qua pāpinus aut flos nō apparuerit: ſic cū ſenectute honorē legitimū nō poterit cōſequi, qui adoleſcētia diſciplinæ alicuius exercitatione nō laborauerit. Diſciplina igitur abſq; obedientia qualiter fieri poteſt? Adoleſcēs ergo ſine diſciplina, adoleſcēs ſine obedientia eſt: quoniā & ipſa obediētia quæ omniū diſciplinarū mater eſt, magna exercitatione indiget, & ſui normā ſtudij à Chriſto Domino ſumpſit, qui obediēs patri vſq; ad mortē, crucis ignominiā libēter ſuſtinuit. De amore parentū dicit de amore Dei & ſęculi. Amorē parētū, vxoris & filiorū Chriſtus nō abſtulit, ſed ordinauit. Nō dixit qui amat: ſed qui amat ſuper me, nō eſt me dignus. Hoc eſt quod Eccleſia loquitur in cāticis cāticorū, Ordinate in me charitatē. Ama genitorem, ſed non ſuper creatorem. Pater genuit, ſed nō ipſe formauit. Nā quis aut qualis ſibi naſciturus eſſēs cū ſeminauit, ignorauit. Pater nutriuit, ſed nō de ſuo: pater panē eſurieti porrexit, ſed de alieno: Poſtremo quicquid pater tibi reſeruat in terra, relinquit, vt poſsideas: recedit, vt ſuccedas: vitæ ſuæ locū faciet morte ſua. Pater autem Deus, quod tibi ſeruat, ſecū ſeruat, vt hæreditatē cū ipſo poſsideas patre. Nec eū deceſſorē quaſi ſucceſſurus expectes, ſed inhæreas ſemper māſuro ſemper māſurus. Ama ergo patrē, ſed noli ſuper Deū tuū. Ama matrē tuā, ſed noli ſuper Eccleſiā, quæ te nutrit ad vitā æternā. Deniq; ex parētū amore perpende, quātū diligere debeas Deum & Eccleſiā. Si enim tātū diligēdi ſunt qui genuerūt moriturū, quātū qui genuerūt ad æternitatē vēturū, in æternitate māſurū? Ama vxorem, ama filios ſecūdū Deū, vt cōſulas eis ad Deū colēdū tecū: cui iūctus cū fueris, ſeparationē nullā timebis. Ideo nō debes illos plus Deo diligere: quos omnino malè diligis, ſi eos tecū ad Deū ducere neglexeris. Cauſa iſtius honoris, dicit lib. de decē chordis. Ad parētes ſuos homo debet oculos ſuos aperire. Hæc vita ab eorū amicitia ſumit exordiū. Quiſquis ſuis parētibus nō defert honorem,
Tom. VIII. quibus parere potuerit? Tenetur pater docere filiū. Super Pſal. 50. Propter mala inter quę viuimus, reſtat paucis vos alloqui: Neq; enim viuētes in rebus humanis, migrare poſſumus à rebus humanis. Cum tolerantia viuendum eſt nobis inter malos: quia cū mali eſſemus, cū tolerātia vixerūt boni inter nos. Nō obliuiſcētes quid fuerimus, nō deſperabimus de iis qui nunc ſunt quod fuimus. Veruntamē chariſsimi in tāta morū diuerſitate, & tā deteſtabili corruptela, regite domos veſtras, regite filios veſtros. Quomodo ad nos ptinet in Eccleſia loqui vobis: ſic ad vos pertinet in domibus veſtris agere, vt bonā rationē reddatis de iis qui ſunt vobis ſubditi. Amat Deus diſciplinā. Peruerſa autē & falſa innocētia eſt, laxare

A habenas peccatis. Valde inutiliter, valde pnicioſe ſentit filius patris lenitatē, vt iuſtè poſtea ſentiat Dei ſeueritatē. Et hoc non ſolus, ſed cū diſſoluto patre ſuo. Quid enim? Si ipſe nō peccat & nō facit quod filius eius, ideo nō debet ab ipſa nequitia filiū prohibere? An fortè vt videatur filio eius, quia & pater talia faceret, niſi ſenuiſſet? Peccatū quod tibi nō diſplicet in filio tuo, delectat te: ſed ætas deſeruit nō cupiditas. Maximè, fratres mei, filios veſtros fideles attēdite, quos fide dixiſtis vt baptizarentur. Sed fortè neglexit malus filius vel monita patris, vel obiurgationē, vel ſęueritatem. Tu imple perſonā tuā, Deus de illo exigit ſuam.

Qualiter ſe habuerūt antiqui patres, dicit libr. xix. de ciuitate Dei, c. xvj. Etiā ſi habuerūt ſeruos iuſti patres noſtri, ſic adminiſtrabāt domeſticā pa- Tom. I.
B cē, vt ſecūdū hæc tēporalia bona, filiorū fortē à ſeruorū cōditione diſtinguerēt: ad Deū autē colēdū, in quo æterna bona ſperāda ſunt, omnibus domus ſuæ mēbris pari dilectione cōſulerēt. Quod naturalis, ordo ita pręſcribit, vt nomen, patrefamiliâs hinc exortū ſit, & tam latè vulgatū, vt etiā iniquè dominantes hoc ſe gaudeāt appellari. Qui autē veri patresfamiliâs ſunt, omnibus in familia [illegible] ſua tanquā filiis ad colendū & promerendū Deū conſulūt: deſiderātes atq; optantes venire ad cœleſtē domū, niſi neceſſariū non ſit officiū imperandi mortalibus, quia neceſſariū non erit officiū cōſulēdi, iam in illa immortalitate fœlicibus: quo donec veniatur, magis debēt patres quod dominantur, quā ſerui tolerare, quod ſeruiunt. Si quis autē in domo per inobedientiā domeſticæ paci
C aduerſatur, corripitur, ſeu verbo, ſeu verbere, ſeu quolibet alio genere pœnæ iuſto atq; licito quātum ſocietas humana cōcedit pro eius qui corripitur vtilitate, vt paci vnde diſsiluerat coaptetur. Sicut enim nō eſt beneficientiæ adiuuādo efficere, vt bonum quod maius eſt amittatur: ita nō eſt innocentiæ parcendo ſinere vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocētis officiū: nō ſolū malū nemini inferre, verū autē cohibere à peccato, vel punire peccatū: vt aut ipſe qui plectitur corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. Quia igitur omnis domus initium ſiue particula debet eſſe ciuitatis, omne autem initiū ad aliquē ſui generis finē, & omnis pars ad vniuerſitatis cuius pars eſt integritatē refertur: ſatis
D apparet eſſe conſequens, vt ad pacē ciuitatis pax domeſtica referatur, id eſt, vt ordinata imperādi obediendíque concordia cohabitantium, referatur & ordinetur ad imperandi obediendíq; concordiā ciuium. Ita fit vt ex lege ciuitatis præcepta ſumere patremfamiliâs oporteat, quibus domū ſuam ſic regat, vt ſit paci accommodata ciuitatis.

Non obeſt peccatū patrū filiis niſi patres imitantibus. Super Pſalm. lxxxiiij. Illi qui nati ſunt, ſi tenuerint vias parentum ſuorum malas, neceſſe eſt portent & merita ipſorum. Si autem mutauerint ſe, & nō fuerint imitati parentes malos, incipiunt habere meritum ſuum non meritum parentum ſuorum. Vſqueadeo autem non tibi obeſt peccatum patris tui ſi te mutaueris, vt nec ipſi

ipsi patri tuo obsit, si se mutauerit. Vnde de adulterio natis, dicit Libro secundo contra Cresconium grammaticum. Membra humana cognosco: nec curo per quem fuerint seminata, sed à quo creata. Quibus si malè vti voluerit, eo ipso malus fit, quia creatorem de bonis eius offendit: si autem bene vti cœperit, se corriget, non illa mutabit.

PATRIA. Super Ioannem, sermone xvj. Excelsa est patria, humilis via. Patria est vita Christi, via est mors Christi. Patria est mansio Christi, via passio Christi. Qui recusat viam, vt quid quærit patriam? Libro primo de prędestinatione sanctorum. Cur non properamus & currimus, vt patriam nostram videre, & parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum fratrum & filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, & adhuc de nostra salute solicita. Libro de nouo cantico, versus finem. Festinate ad illam patriam, cuius ciues Angeli sunt, cuius templum Deus, cuius splendor filius, cuius charitas Spiritus sanctus, ciuitas sancta, ciuitas beata, ciuitas vbi nullus perit amicus, quo nullus admittitur inimicus: ciuitas vbi nullus moritur, quia nullus oritur: nullus infirmatur, quia incorrupta salute lætatur. Cum illuc venerimus, non ibi esuriemus aut sitiemus. Visio ipsa nostra satietas erit. Non ibi dormiemus, quia non ibi laborabimus. Nulla cuiuslibet rei necessaria erit refectio, vbi nulla est defectio. Viuemus, regnabimus, lætabimur. Si tantum delectat cum de ea loquimur, quid erit & videre? Videre Deum, viuere cum Deo, viuere de Deo. Vita enim nostra erit laudare Deum, & fine defectu amare. Ait enim Propheta, Beati qui habitant in domo tua Domine.

PAVLVS Apostolus. De eius cõuersione. In epistola ad Donatum presbyterum Donatistarum. Quia voluntas mala suæ non est permittenda libertati, ideo Paulus non est permissus vti pessima voluntate qua persequebatur Ecclesiã, sed prostratus est vt excęcaretur, excęcatus vt mutaretur, mutatus vt mitteretur, missus vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur. In primo sermone de eius conuersione. Apostolus Paulus ex persequutore Christianorum, annuntiator factus est Christi: Percutiens eum Christus & sanans, occidens & viuificans, occisus agnus à lupis, & faciens agnos de lupis. In eodem infra. Ex persequutore prędicator, ex lupo ouis, ex hoste miles. Dei gratia conuersus. Libro de gratia & libero arbitrio. Inuenimus Paulum Apostolum sine vllis meritis bonis, imo etiam cum multis meritis malis, Dei gratiam cõsequutum, bona pro malis. Libro primo de prædestinatione sanctorum, capi. secundo. Scripta sunt Apostoli Pauli fidei initia, súntque Ecclesiastica celebratione notissima. Auersus quippe à fide quam vastabat, eámque vehementer affligens, repente est ad illam gra-

A tia potentiore conuersus: conuertente illo, cui hoc ipsum facturo per Prophetam dictum est, Tu conuertens viuificabis nos: vt non solùm ex nolente fieret volens credere, verum etiam ex persequutore persequutioné pro eius fidei, quam persequebatur, defensione pateretur. Donatum quippe illi erat à Christo, non solùm vt crederet in eum, verumetiam vt pateretur pro eo. Ideo in persona Christi loquitur ei. Libro de verbis Apostoli, sermone decimo. De cœlo vocaui, vna voce percussi & deieci, alia erexi & elegi, tertia impleui & misi, quarta liberaui & coronaui. Et libro eodem, sermone decimo quinto. Super illud, Saule quid me persequeris, & cętera. Possem ego te dimittere, tu enim vexareris punctionibus meis, non ego frangerer calcibus tuis,

B sed te non dimitto. Sæuis & misereor. Quid me persequeris? Non enim te timeo, ne iterum crucifigas me, sed volo, vt agnoscas me, ne occidas, non me, sed te. Horruit ergo Apostolus percussus & prostratus erectus & instructus. Factum est in illo, Ego percutiam, & ego sanabo. Non enim ait, Sanabo & percutiam, sed Percutiam & sanabo. Percutiam te, & dabo tibi me. Tamen licet malus ante conuersionem fuerit, postmodum cæteros superauit. super Psalm. lxx. sermone primo. Parum est vt illud quod in te est bonum agnoscas quod à Deo fit, nisi etiam inde te extollas super illum qui nondum habet: qui fortasse cum acceperit, transiet te. Quando enim erat Saulus Stephani lapidator, quam multi erant Christiani, quorum ille erat persequutor?

C Tamen quando conuersus est, omnes qui se præcesserant superauit. Probat hoc in sermone primo de Apostolis Petro & Paulo. Patitur Paulus, quod fecerat Saulus. Saulus lapidauit, Paulus lapidatus est: Saulus Christianos virgis affecit, Paulus pro Christo quinquies quadragenas vna minus accepit: Saulus persequutus est Ecclesiam Dei, Paulus propterea submissus est in sporta. Saulus vinxit, Paulus vinctus est. Et dum Saulus quęrit minuere numerum Christianorum, etiam ipse accessit ad numerum confessorum. Et dum infert aliis necem, ipse suscepit pro eo mortem. Dum intrat lupus rapax in stabula quieti pecoris, subito & factus est & ipse ouis. Itaque quis iam desperet de magnitudine sui criminis? In sermone vndecimo de sancto Stephano. O Saule, audiuisti vocem, Quid me persequeris? pro-

D stratus es, erectus es: prostratus es persequutor, erectus prædicator. Dic, nunc te audiemus. In quis, Paulus seruus Iesu Christi per voluntatem Dei. Nunquid per voluntatem tuam? Iam scimus quis es, vidimus fructus tuos. Occisus est Stephanus per volũtaté Dei. Vidimus fructus tuos. Vbique legeris, vbique recitaris, vbique ad Christum aduersantia corda conuertis, vbique pastor bonus magnas greges colligis. Cum eo quem lapidasti, cum Christo regnas: Ambo ibi vos videus, ambo modo sermonem nostrum auditis: Ambo pro nobis orate: ambo vos exaudiet, qui vos co-

Psal. 84. *Tom. X.* *Ser. de sanctis, ord. 25. Tom. X.*

ronauit: vnum prius, alterum postea. Vnum qui persequutionem passus est, aliũ qui persequutus est. Iste tunc agnus erat, ille tũc lupus erat, modo ambo sunt agni. Agnoscant nos, & in grege Christi videant nos, orationibus suis commendent nos, vt quietam & tranquillam vitam impetrent Ecclesiæ Domini sui. Vnde vtilis fuit eius cõuersio. Libro quinquagesimo Homil. hom. xiiij. in medio. Ecce vnus homo Saulus & Paulus, persequutor & prædicator. Oculi eius ad huius mũdi vanitatem clauduntur, alij interiores illuminantur. Vas paulo ante perditionis, nunc vas electionis. Mane rapuit, ibat, sæuiebat, cædes & sanguinem anhelabat. Fit vespera quando cæcitate percutitur, vt intus illuminetur. Diuisiones escarum eius quotidie recitantur. Videte quemadmodum diuidat escas. Nouit quid cui congruat. Diuidit, non passim, non confusè erogat. Diuidit, distribuit, distinguit, dispensat, loquitur sapiẽtiam inter perfectos. Quibusdam non valentibus capere solidum cibum diuidens dicit, Lac vobis potum dedi. Ecce quid facit, qui paulo ante faciebat: quid? Nolo recordari, imò recorder hominis nequitiam, vt approbem Dei misericordiam. A quo patiebatur Christus, patitur pro Christo. Fit Paulus ex Saulo. Qui spargebat, colligit: qui oppugnabat, defendit. Quæris, vnde hoc? Ipsum audi, Misericordiam, inquit, consequutus sum. De eius verò nomine Pauli, quare dictus est Paulus. libro octauo confess. cap. quarto. Minimus Apostolorum, cum Paulus proconsul per eius militiam debellata superbia, sub leui iugo Christi tui missus esset, regis magni prouincialis effectus, ipse quoque ex Saulo priore Paulus vocari amauit, ob tam magnæ insigne victoriæ: Plus enim hostis vincitur in eo quem plus tenet, & de quo plures tenet. Plus autem superbos tenet nobilitatis nomine, & de his plures nomine authoritatis. Libro quinquagesimo Homil. homil. xvij. Ipse fecit Deus, vt Saulus deposita tunica veteris peccati pannosa, cædibus sanguinea, acciperet tunicam humilitatis, & fieret de Saulo Paulus. Quid est Paulus? Minimus. Ego sum minimus Apostolorum. Ecce quid est Paulus. Paulum enim, Latinè modicum est. Sic loquimur quando dicimus, Post Paulum video, Paulo post facio. Istud quid est, Paulo post? Modico post. Post paulum, post modicum. Quid est Paulus? Quia modicus, quia nouissimus. Ego enim, inquit, sum minimus Apostolorum, &c. Super primã canonicã Ioãnis. De Saulo factus est Paulus. Quid est Paulus? Modicus. Ergo quando Saulus, superbus, elatus: quando Paulus humilis & modicus. Audi quia modicus factus. Ego, inquit, sum nouissimus Apostolorũ: & alio loco inquit, Mihi minimo omnium Apostolorum. Libro de spiritu & litera. Paulus Apostolus, qui cum Saulus prius vocaretur, non ob aliud, quantum mihi videtur hoc nomen elegit, nisi vt se ostenderet paruum, tanquam minimum Apostolorum: multum contra arrogantes & superbos de suis operibus præsumentes, pro

Tom.X. — *Tom.I.* — *Paulus à paruitate dictus.* — *1.Cor.15.* — *Tract.8.* — *Tom.IX.* — *Cap.7.* — *Tom.III.*

A commendanda ista Dei gratia fortiter atque acriter dimicans, quia reuera in illo euidentior & clarior apparuit: qui cum talia operaretur vehemẽter Ecclesiam Dei persequens, pro quibus summo supplicio dignus fuit, misericordiam Dei pro damnatione suscepit, & pro pœna consequutus est gratiam. Super Psal. lxxij. Paulus primo Saulus, postea Paulus, id est, primo superbus, postea humilis. Saul enim, vnde dictum est nomen Sauli, nostis quia rex superbus & infrænis fuit. Non quasi aliqua iactantia nomen sibi mutauerit Apostolus: sed ex Saulo factus est Paulus, ex superbo modicus. Paulum enim modicum est. Ideo libro primo de verbis Domini, sermone xiij. Tu es ipse Paulus, in te paruus, in Domino magnus, in te infirmus, in Domino firmissimus. Eris exalta-

B tus, quia non es ingratus. De eius vita virtuosa. Lib. xiiij. de ciuitate Dei, cap. ix. Illum optimum & fortissimum virum, qui in suis infirmitatibus gloriatur, potissimum commemoremus doctorem gentium in fide & veritate, quia & plus omnibus suis coapostolis laborauit, & pluribus epistolis populos Dei, non eos tantum, qui præsentes ab illo videbantur, verum etiam illos qui futuri præuidebantur instruxit. Illũ, inquã, verum athletã Christi, doctum ab illo, vnctũ de illo, crucifixũ cũ illo, gloriosum cũ illo, in theatro huius mũdi, cui spectaculũ factus est, & Angelis & hominibus, legitimè magnũ agonem certantem, & palmam supernæ vocationis in anteriora sectantem, oculis fidei libentissime spectemus, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, foris ha-

C bentem pugnas, intus timores, cupientem dissolui & esse cum Christo, volentem manere in corpore propter salutem fidelium: desiderantem videre Romanos, vt aliquem fructum habeat in illis sicut & in cæteris gentibus: æmulantem Corinthios, & in ipsa æmulatione metuentem, ne seducantur eorum mentes à castitate quæ in Christo est: magnam tristitiam & continuum dolorem cordis de Israelitis habentem, quod ignorãtes Dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non essent subiecti: nec solum dolorem, verum etiam luctum suum denuntiantem quibusdam qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super immunditia & fornicationibus suis: & suum gaudium reputantem, qui proficiebant verbis suis ad salutem pro animabus suis.

D Erat vita conformis doctrinæ. Super Ioãnem, sermone xlix. Paulum Apostolum bene agẽtem, bene viuentẽ, iustitiam verbo prædicantẽ, opere demõstrantẽ, doctorẽ mirabilem, fidelem dispensatorem, famam vsquequaque disseminabat.

De eius doctrina quod sit lex Christianorum. Libr. iij. de verbis Domini, ser. xxvj. Paulũ recito idoneum iuris Diuini cõsultum. Nam & causidici habent hodie Paulũ dictantem iura litigatorũ, non Christianorum. Recito, inquã, Paulũ dictãtem pacis iura, non litis. Quod legẽ dat omnibus. In ser. ij. de sancto Paulo. Leges dat Paulus seruis & dominis, principibus & subiectis, viris & mulieribus, parentibus & liberis, nuptis & innuptis

Tom. — *Tom.X.* — *Tom.I.* — *Athleta rectissi[illegible]* — *Serm.[illegible]* — *Tom.I.*

ptis, continẽtibus & luxuriosis, sapiẽtibus & insipiẽtibus, circũcisioni & præputio, Ecclesiæ & sæculo, viduis & virginibus, spiritui & carni. Pro aliis q delectantur, gratias agit: alios verò castigat & corripit, alios gaudiũ & coronam nominat. Alios verò stultitiæ notat: cum aliis quidẽ bene currentibus currit, alios male currentes refrænat & reuocat: nunc separat ab Ecclesia, nunc recipit & charitatem confirmat: nunc luget aliquos, nunc lætificatur ex aliis: nunc lacte potat, nunc mysteria reuelat: nunc se deiicit & æquat humilibus, nunc secum erigit humiles & exaltat: nunc proponit spiritum mansuetudinis, nunc superbis & arrogãtibus Apostolicæ potestatis virgam minatur: nunc erigitur aduersus erectos, nunc efficitur discipulus, tanquam si nutrix foueat paruulos suos: nunc Apostolorũ est omniũ minimus, nunc documentum sui pollicetur per eum qui in se loquitur qui est Christus: nunc dissolui desiderat & esse cum Christo, nunc permanere in carne propter eos qui indigent necessarium probat: non enim quærit quæ sua sunt, sed eorum quos in Christo per Euangelium genuit. Quod vtique singulariter obseruandum est iis, qui spiritu populis præsunt, vt in omnibus quæ sua sunt negligant & contẽnant, pro vtilitate cæterorum. Gloriatur ergo Paulus, sed in infirmitatibus ac tribulationibus suis, & velut quodã pretioso monili, mortificatione Christi adhortatur excelsiores supra omne quod carnale est. Exultat autem in spiritualibus & gloriatur, & cum nõ sit imperitus scientia, tamen per speculum & in ænigmate videre se dicit. Confidit spiritui, & tamen corpus affligit velut clandestinum aduersarium destruens. Quid nos edocẽs per hoc & quid erudiens, nisi nihil ex iis quæ deorsum sunt præsumere, neque inflari per scientiam, neque carnẽ aduersus spiritũ erigere? Pugnat ergo pro omnibus, orat pro omnibus, zelatur omnes Dei zelo, accenditur pro omnibus & inflammatur, pro iis qui extra legem sunt, & pro iis qui in lege sunt, magister gentium, Iudæorũ aduocatus: pro quibus etiam audet aliquid vltra quam fas est pro fratribus, scilicet secundum carnem, vt & ego audeo simile aliquid dicere, vltra mãdatum Dei nititur. Nam proximos suos, non sicut se, sed plusquam se diligit. Denique etiam se abiecto, illos se introduci orat ad Christum. O singularem mentis magnificentiam. O cœlestis spiritus calorem. D Imitatur & in hoc exemplo, qui factus est pro nobis maledictum, qui infirmitates nostras tulit, & languores nostros portauit, & elegit, vt ita dicã, extra pietatem fieri, pro pietate, dum anathema à Christo esse cupit, tantum vt isti salui fiant. Et quid immorer per singula? Viuit, nõ sibi, sed Christo: & pro prædicatione verbi, mundum sibi crucifixit, & se mundo. Omnia parua duxit & exigua, pro desiderio Christi, etiam si ab Hierusalẽ in circuitũ vsq; ad Illyricum repleuerit Euangelio. Sed etsi vsque ad tertium cœlum raptus ascendat, etiam si in paradisum deducatur, & ibi audiat verba, quæ non licet hominibus loqui: in his o-

A mnibus non gloriatur, nisi tantum in infirmitatibus suis. Sed hoc Paulus egit: & si qui forte sunt in spiritu similes ei. Et ideo in sermone secundo de Apostolis Petro & Paulo. Vbi verba Pauli Apostoli non leguntur? quis locus ea literis non scribit, corde retinet, cõuersatione custodit? Qui Paulus à Domino vas electionis est nominatus. Bonum vas, in quo pretiosa mandatorum Christi præcepta conduntur. Bonum vas, de cuius plenitudine, substãtia vitæ populis semper erogatur, & plenum est. Vnde super psalm. centesimum quadragesimum septimum. Paulum Apostolum intueamur. Nihil nobis isto viro notius, nihil suauius, nihil in scripturis familiarius. In sermon. j. de accedentibus ad gratiam. Optime doctor, optime docuisti: languentibus mẽbris vitia B abscidisti, virtutes inuexisti: diabolum superari docuisti, ad Christum peruenire fecisti. Ex hoc merito quia in cœlo didicit. in tractatu secundo de bono disciplinæ. De scientia Pauli quid nos dicimus, cum omnes eum nouerint in cœlestibus didicisse quæ doceret in terris? Ibi talia se memorauit vidisse, qualia loqui mortalibus non liceret. In epistola prima ad Hilarium. epistola octogesima nona. Clamat vas electionis, doctor gẽtium, tuba Christi. In sermone de sectis Philosophorũ. Erat reuera Paulus seminator verborum, messor morum. Et nos, licet nequaquam illius excellentiæ comparandi, in agro Dei, quod est cor nostrum, verba Dei seminauimus, & vberem messem de nostris moribus expectamus.

Et ord. sermon. de sanctis. 26.

Tom. IX.

Tom. II.

De eius raptu dicit. Lib. duodecimo super Ge C nes. ad literam, capit. trigesimo sexto. Denique quamuis abrepto Apostolo à carnis sensibus in tertiũ cœlum & paradisum: hoc ipsum certè defuit ad plenam perfectámque cognitionem rerum, quæ Angelis inest, quia siue in corpore, siue extra corpus esset, nesciebat. Hoc vtique non deerit, cum receptis corporibus in resurrectione mortuorum, mortale hoc induet immortalitatem Omnia enim euidentia erunt, sine vlla falsitate, sine vlla ignorantia suis ordinibus distributa, & corporalia, & spiritualia, & intellectualia in natura integra & perfecta beatitudine. *Tom. III.*

Propterea sibi maximè est credendum. Eodem Libro. Credamus quod Apostolo doctori gentium rapto vsque ad excellentissimam visionem, voluit Deus demonstrare vitam, in qua post hanc vitam viuendum est in æternum.

Vnde in epistola ad Hieronymũ, epistola decima nona. Ego magis credo Apostolo Paulo in suis & pro suis literis iurãti, quam cuique doctissimo de alienis literis disputanti. Libro secundo contra Faustum. Ne Paulus mendax sit, Manichæus anathema sit. Et Libro tertio contra Epistolas Pellagianorum, capit. septimo. Idem pertractat diffusè. Quoniam est non dico impudens, sed insana superbia, nondum esse æqualem Angelis Dei, & putare se iam habere posse iustitiam æqualẽ Angelis Dei: nec intueri tam magnũ & verũ Apostolũ, qui vtiq; ipsam iustitiæ perfectionẽ esuriebat atq; sitiebat, quãdo magnitudine

Tom. II.

Tom. VI.

Tom. VII.

reuelationum nolebat extolli: nec tamen vt non extolleretur, arbitrio suo voluntatíque commissum est, sed accepit stimulum carnis angelum satanę qui eum colaphizaret. Propter quod ter Dominũ rogauit vt discederet ab eo; & dixit ei Dominus. Sufficit tibi gratia mea: nã virtus in infirmitate perficit. Quæ virtus, nisi ad quã pertinet nõ extolli? Et quis dubitat hoc ad iustitiã non pertinere? Huius ergo iustitiæ perfectione sunt pręditi Angeli Dei, qui semper vidẽt faciẽ patris, ac per hoc totius trinitatis, quia per filiũ vidẽt in Spiritu sancto. Nihil est autẽ ista reuelatiõe sublimius, nec tamẽ Angelorũ quisquam illa contẽplatione lætantiũ necessariũ habet angelũ satanæ, à quo colaphizetur, ne eũ magnitudo reuelationũ extollat. Hanc perfectionẽ virtutis vtiq; nondũ habebat Apostolus Paulus, nondũ æqualis Angelis Dei, sed inerat illi extollẽdi se infirmitas, quæ per angelũ satanæ etiam fuit cõprimenda, ne magnitudine reuelationũ extolleretur. Quanquam itaq; ipsum satanã elatio prima deiecerit, tamen summus ille medicus, qui bene vti nouit etiã malis, de angelo satanæ adhibuit cõtra elationis vitiũ salubre, quãuis molestũ medicamentũ, sicut fieri cõsueuit antidotũ etiã de serpentibus, contra venena serpentiũ. Quid est ergo, Sufficit tibi gratia mea: nisi ne deficiẽdo succumbas colapho angeli satanæ? Et quid est, Virtus in infirmitate perficitur: nisi quia in isto loco infirmitatis hactenus perfectio potest esse virtutis, vt in ipsa infirmitate præsente elatio reprimatur? Quæ vtiq; infirmitas, in futura immortalitate sanabitur. Quomodo est enim dicenda sanitas plena, vbi etiã de Angeli satanæ colapho adhuc est necessaria medicina? Ex quo factũ est virtutẽ, quæ nunc est in homine iusto, perfectam hactenus nominari, vt ad eius perfectionẽ pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate cõfessio. Tunc enim est secundũ hãc infirmitatẽ pro suo modulo perfecta ista parua iustitia, quando etiã quid sibi desit intelligit. Ideóq; Apostolus & perfectũ & imperfectũ se dicit. Imperfectũ scilicet cogitãdo, quantum illi ad iustitiã desit, cuius plenitudinẽ adhuc esurit ac sitit: Perfectũ autem, quod etiã suam imperfectionẽ cõfiteri non erubescit, & vt perueniat bene procedit. Sicut possumus dicere perfectũ esse viatorẽ, cuius bene promouetur accessio, quãuis nõ perficiatur intentio, nisi fuerit facta peruẽtio.

Quæ virtus perfectio accipienda in hac vita.

De eius passionibus. Lib. j. de verbis Domini. serm. ix. Omnia illa quæ commemorauit Apostolus aspera & grauia, frequentius & abundantius sustinebat, sed profecto aderat ei Spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diẽ, & gustata requie spirituali in affluentia deliciarũ Dei, in spe futuræ beatitudinis omnia pͤsentia deliniret aspera, & omnia grauia releuaret. Ecce quã suaue iugũ Christi portabat, & quã leuem sarcinã, vt omnia illa dura & immania, quæ omnis auditor horrescit, leuem tribulationẽ diceret, intuens interioribus & fidelibus oculis, quanto pretio temporaliũ emẽda sit futura vita iustorum.

Tom. X.

Lib. de verbis Apostoli, serm. iij. Super illud. Ne magnitudo reuelationũ, &c. caput cædebatur, ne caput extolleretur. O antidotum, quod quasi de serpẽte conficitur, & propterea theriacũ nuncupatur. Serpens ille superbiã persuasit. Vnde cecidit, inde deiecit. Merito ergo venenũ serpentis de serpente sanatur. Ideo super epistolã ad Gal. in fine. Omnes tribulationes quas sustinebat Paulus, non ei valebãt ad perniciem, sed ad coronam victoriæ perferebat. De eius martyrio & morte. in sermone de Apostolis Petro & Paulo. De Pauli ceruice cum eã persequutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis vnda magis quã sanguinis, & mirũ in modum sanctũ Apostolum baptismi gratia in ipsa cæde fecisse splendidũ potius quã cruentũ. Quæ quidẽ res in sancto Paulo stupenda nõ est. Quid enim mirũ si abundat lacte nutritor Ecclesiæ, sicut ipse ad Corinth. ait. Lac vobis potũ dedi non escam? Hæc est plane repromissionis illa terra, quam patribus nostris Deus promisit dicendo. Dabo vobis terrã lacte & melle manantẽ. Non enim de hac terra loquutus est, quæ manãtibus aquis cœnũ inuoluit lutúmq; permiscet: sed de illa terra Pauli, & similium Pauli, quæ iugiter potũ purum suauémq; distillat. Quæ enim Pauli epistola iam non melle dulcior est, & lacte cãdidior? Quæ epistolę tanquã vbera Ecclesiarum populos enutriunt ad salutem. *De ceruice ergo Apostoli pro sanguine lac manauit.* Legimus in ipsius epistola, quoniam caro & sanguis impediunt regnaturum. Adhuc ergo in terris positus, in regni cœlestis substantiã transformatur.

PAVPERTAS & Pauper. Christus pro nobis factus est pauper Libr. de verbis Apostoli, serm. xv. Si ille paupertatem vitaret, nos paupertate nõ careremus. Pauper autẽ ille factus est cum diues esset, vt illius paupertate ditaremur. Diuitiæ illius quid nos facturę sunt, si eius paupertas nos diuites facit? In cõmunibus sermonibus. serm. lxj. Qui ꝑpter nos pauper factus est cum diues esset. Vide illũ diuitẽ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Plus est autẽ facere, quã habere. Diues es auro, argẽto, pecore, familia, fundis, fructibus, tibi ista creare nõ potuisti. Vide Deũ diuitẽ. Omnia per ipsum facta sunt: vide Deũ pauperẽ, Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Quis dignè cogitat diuitias quomodo faciat, quomodo creat? Nõ creatus nõ formatus immutabilis manens mutabilia creat, & tẽporalia sempiternus. Quis ergo dignè cogitat diuitias eius? Paupertatem cogitemus, si fortè pauperes vel ipsam capiamus. Cõcipitur in vtero virginali, includitur in visceribus matris. O paupertas. In angusto diuersorio nascitur Dei filius, in præsepio ponitur orbis Dominus. Fit cibaria pauperibus. Deinde cœli & terræ Dominus, creator Angelorum, omniũ visibilium & inuisibiliũ effector & cõditor, surgit, vadit, nutritur, crescit, tolerat ætates, occultat maiestatem: postea tenetur, contemnitur, flagellatur, illuditur, cõspuitur, colaphizatur, coronatur, ligno suspẽditur, lancea perforatur. O paupertas. Ecce caput pauperum. In

Tom. X.

In ferm.50. de eifdem. Paupertate Chrifti puto non nobis addi pecuniã, fed iuftitiam. Paupertas autẽ illius viuit, quia immortalis effectus eft. Ergo diuitiæ veræ immortalitas: vbi enim vera copia, ibi nulla indigentia. Quilibet eft pauper. Libro foliloquiorum ad Deum. Soli illi qui fe cognofcunt pauperes, & confitentur tibi Domine Deus paupertatem fuam, ditabũtur à te: quoniam qui fe diuites exiftimant cum fint pauperes, à tuis diuitiis inuenientur exclufi. Ego igitur tibi confiteor paupertatem meam: & fit tibi tua gloria tota: quoniam tuum eft omne bonum per me geftũ. Domine fateor vt docuifti me, nihil aliud fum quam vniuerfa vanitas & vmbra mortis, & abyffus quædam tenebrofa, & terra inanis & vacua, quæ fine tua benedictione nihil germinat, fructúmque non facit, nifi confufionem, peccatũ & mortem. Si quid, inquam, boni habui, à te recepi. Quicquid bonum habeo, tuum habeo. Si quando fteti, per te fteti: fi quando cecidi, per me cecidi: & femper in luto iacuiffem, nifi tu me erexiffes: femper cæcus fuiffem, nifi tu me illuminaffes. Quoniam cecidi nunquam furrexiffem, nifi tu mihi porrexiffes manum. Poftquam me etiam erexifti continuò cecidiffem, nifi tu me fuftinuiffes: fæpius periiffem, nifi tu me gubernaffes. Sic femper Domine, fic femper gratia & mifericordia præuenit me liberans me à malis omnibus, faluans me à præteritis, fufcitans me à præfentibus, & muniẽs me à futuris, præcidens etiã ante me laqueos peccatorum, tollens occafiones & caufas peccandi: quia nifi hoc tu mihi feciffes, ego omnia peccata mundi feciffem: quoniam fcio Domine, quod nullum peccatum eft quod vnquam fecit homo, quod non pofsit facere alter homo, fi defit creator à quo factus eft homo. Sed non vt facerem, tu fecifti: & quod abftinerem, tu iufsifti: & quod tibi crederem, tu gratiam infudifti. Tu nanq; Domine regebas me tibi, & feruabas me tibi, & mihi, vt adulteriũ & omne aliud peccatum nõ committerem. Pauperibus eft fubueniendum. Libro 50. Homil. Homil. viij. Quod vni ex minimis, &c. Forte contemnebas nefcio quem pauperem & egenum. Noli contemnere Chriftum in cœlo fedentem, in terra egentem. Veniet cum retributione, & vita æterna, & igne ęterno. Quilibet fubuenire poteft. fuper pfalm. cxxv. Nolite eos tantum putare pauperes, qui non habent pecuniam. In quo quifque pauper eft, ibi illum vide: quia fortè tu in eo diues es, in quo ille pauper, & habes vnde accommodes. Forte membra tua accommodas, & plus eft quam fi pecuniam accommodares. Confilio indiget, & tu plenus confilio. In confilio ille pauper, tu diues es. Ecce nec laboras, nec aliquid perdis: Das confilium, & præftitifti eleemofynam. In communibus fermonibus, fermone lix. de eifdem. Sunt quidam diuites huius fæculi, qui & ipfi membra funt illius pauperis facti: quibus Apoftolus fcribit, Præcipe non fuperbe fapere, neq; fperare in incerto diuitiarum. Inde fuperbit diues, quia fperat in incerto diuitiarum. Nam fi in incerto diuitiarũ prudẽter attenderet, nunquam fuperbiret, fed femper timeret: quãto eflet ditior, tanto fieret folicitior, etiam fecundũ hanc vitã, non folùm fecundũ illam: multi enim in iftius fæculi perturbationibus fecuriores pauperes fuerũt: multi autẽ propter fuas diuitias quæfiti, torti funt: multi fe habuiffe planxerunt, quia femper habere minimè potuerunt: multos pœnituit cõfiliũ fui Domini nõ recepiffe, qui dixit. Nolite vobis thefauros condere in terra, vbi tinea, &c. Nõ dico vt perdatis, fed migretis. Multi hoc facere noluerũt, & non fe obediffe doluerunt, quãdo nõ folùm fua perdiderũt, fed propter illa & ipfi perierunt. Plus ergo gaudeat diues huius fæculi, quia Chriftianus eft, quã quia diues eft. Nõ infletur, non extollatur, attendat pauperẽ fratrem, non dedignetur frater pauperis appellari. Quantũcũq; enim diues fit, ditior eft Chriftus, q̃ fratres fuos effe voluit, pro quibus fuũ fanguinẽ fudit. Et ne dicerẽt diuites non fe habere quid faciant de diuitiis fuis, admonuit vt facilè cõmunicent, & thefaurizẽt fibi fundamentũ bonũ in futurum, vt apprehendãt verã vitã. Nam ifta vita falfa eft: cuius falfitate deceptus ille in purpura & byffo, iacentẽ vlcerofum pauperẽ ante fuam ianuam contẽnebat, fed ille linctus à canibus thefaurũ fibi æternũ in Abrahæ gremio cõparabat, etfi non abundãte facultate, pia tamen & optima volũtate. Ille autẽ diues, qui fibi magnus videbatur mortuus & fepultus, inuenit æternã fitim, indeficientes flãmas, fuccefsit ignis purpuræ & byffo. Ea tunica ardebat, quia fe expoliare non poterat. Pro epulis auiditas & defideriũ guttæ de digito pauperis, ficut illi micarum de menfa diuitis. Quod illius egeftas præteriens, huius pœna permanẽs: hîc attẽdant huius diuites mũdi. Sunt etiã diuites nõ huius mũdi: vnde intelligere debemus ex alia paupertate pauperẽ, & ex diuitiis aliis diuitem. Altius enim diuites in corde, diuites pleni fortitudine, optimi pietate, abundãtes charitate, fecũ funt diuites, interius funt diuites. Sunt autem qui fe diuites clamãt, cum fint pauperes. Qui iufti fibi videtur cũ fint iniqui, diuites fe volũt videri, cum in cella cõfcientiæ non habeãt aurũ iuftitiæ. Tales funt hypocritæ. Sed diuites verè pleni, tanto humiliores, quãto ditiores: de quibus dictũ eft. Beati pauperes fpiritu, &c. Quid ergo quæritis diuitias, quæ oculis humanis & carnis blandiuntur? Lucet aurũ, fed plus lucet fides. Intus efto plenus, vbi diuitias tuas vides omnes quas non tollit inimicus. Diues fuperbire non debet. Lib. de oratione Dominica. Chriftiani diuites vel genere nobiles non fuperbire cõtra pauperes & ignobiles admonentur: quia fimul ab vtrifque, Pater nofter dicitur: Quod vtiq; verè & piè dicere nõ valerent, nifi fe fratres effe cogitarẽt. Quam enim, ò diues, frontem habes petendo ad Dominum tuum, cum non agnofcis comparem tuum? Ego nunc interrogo te, diuitem fericatum, & pauperem pannofum, non quales veftibus fitis, fed quales nati fueritis. Ambo certè nudi, ambo infirmi, ambo in terra miferiam inchoantes, & ob hoc ambo plorantes. Quando nafcuntur infantes,

Mat. 6. Mat. 5.

tes recedant de medio parẽtes, serui, clientes, re-
cedant turbæ obsequentes, & agnoscantur pueri
diuites flentes. Quod autem dixi de natis, idem
dico de mortuis. Cum aliquo casu vetera sepul-
chra franguntur, ossa diuitis non agnoscuntur.

Super psalm. centesimum quintum. Pauperes
Dei verè dicuntur, qui non nisi in illo solo spem
habẽt, in quo solo spes non fallitur, cui nunquam
succeditur, quia non potest mori, nec ipse falli
aut fallere potest. Tales etsi vidẽtur habere mul
ta secundum sæculum, bene tamen ea gubernãt
ad refectionem pauperum, vt inter Domini pau-
peres numerẽtur. Sed & pauperes virtuosi di-
cendi sunt diuites. In sermone de dedicatione Ec-
clesiæ. Audi quisquis de paupertate conquereris,
& ideo ad ædificandum domum Deo te inualidũ
protestaris. Quare solam attendis paupertatem
tuam, & despicis interiorem substãtiam? Ibi enim
oportet domum Deo construere, ibi te oportet
spiritualibus diuitiis abundare. Proinde si pauper
es inopia terrenæ facultatis, esto diues abundan-
tia charitatis. Non posides villã, posside sapien-
tiam. Non tibi est nummus in sacculo, sit Deus in
animo. Esto nitidus paupertate mentis, quia mul-
tò melius est, quam si pretiosis splẽdeas indumen
tis. Non habes deliciosos cibos quibus corpus pa-
scitur, sint tibi boni mores, quibus anima sagina-
tur. Deliciosi enim cibi quid aliud nouerũt quam
in corpore nutrire libidinem? Boni autem mo-
res, sanctam nutriunt in corde charitatem. Noli
ergo pro magno quærere diuitias quæ hîc rema-
nebũt. Spirituales diuitias si habueris, pauper nũ-
quam eris: imo si talis fueris, vt corporales diui-
tias respuas, & spirituales inquiras, in eo verè di-
ues eris: quia pauper laudabilis eris. Sic verè do-
mum Deo ędificabis, quia ipsa domus Dei tu eris.
In ædificãdo quippe domum Dei, non est neces-
saria abundantia nummorũ, quia non placet Deo
numerositas solidorum, sed puritas animorum.
Verè ergo domum Dei charitas ædificat, non fa-
cultas. In sermone tertio de sancto Cypriano.
Aduersus Dominum nolite murmurare. Audite
me ò pauperes. Quid non habetis, si Deum habe-
tis? Audite me diuites. Quid habetis, si Deum nõ
habetis? In sermone secũdo de verbis actuum
lib. de verbis Apostoli, serm. 26. Tom. X. Apostolorũ, vbi Petrus dixit claudo, Aurum &
argentum, &c. Verborum ipsorum ordinem de-
bemus diligenter exponere. Neque enim perti-
nebat ad rem, cum virtutum diuitię sequerentur,
vt census pauperies narraretur, nisi ipsam virtu-
tem voluisset Apostolus cũ sui attestatione pro-
ferre. Ne enim mireris possessorem virtutum,
ante professus est abrenuntiatorem diuitiarum.
Iustè nanque sequebatur vt largiretur signa, qui
opes contempserat. Quid hac paupertate ditius?
Quid hac virtute pauperius? Testimonium er-
go virtutis consequuta est professio paupertatis.
Vnde & Apostolus loquebatur. Tanquam nihil
1. Cor. 6. habentes, & omnia posidentes. Quid ergo hac
paupertate ditius? Aurum & argentum non ha-
beo. Sed quid habet, qui argentũ non habet? Elo-
quium vehemens, eloquium igne purgatũ. Quid

A autem non habet, qui fidem habet? Videamus
quid amplius coruscet, virtus an aurum quod
ita in abscondito est, & illud videatur prouidens
hominibus natura damnasse, nec exposuisse in
rem successuram oculos cupidorum: atque vt ad-
iuuaretur paupertas difficultate parandarum di-
uitiarum, cum labore fecit quæri, quod noluerat
inueniri. Ergo videamus qui aurum non habet,
quid habet. Virtutem habet, fidem habet. Ex-
ponamus quod diximus, quid amplius coruscet.
Aurum quod ærumna perquirit, quod auaritia cu
pit, quod solicitudo custodit: aurum materia la-
borum, periculum posidentium: aurum enerua-
tio virtutum, aurum malus dominus, proditor ser
uus. Ergo qui aurum non habet, quid habet? Fi-
dem habet. Videamus, vt diximus, quid amplius
B coruscet, aurum quod nemo tutum habet, nisi
qui semper abscondit? Aurum quod in perniciẽ
Domini fulget? Aurum quod per tenebras quæ-
ritur, per tenebras custoditur? Aurũ cuius inqui-
sitio damnatos habet, cuius amor Iudam facit, &
ne alicui sit nomen ignotum, de Apostolo prodi
torem, aurum quod apud auarum pręfertur Chri
sto? In cuius appetitu congrua magister gentium
authoritate detonuit dicens, Auaritia, quæ est
idolorum seruitus. Quid ergo amplius refulget,
aurum quod sordidus dominus habet, aurum
quod amplius cruciat, apud quem largius fuerit,
aurum quod amanti se nihil de sua possessione
permittit, refundens ei reatum suum, cui vsum
suum negat, grauis acquisitio, ærumnosa posses-
sio? Nec tamen cum hæc dicimus, Dei creatu-
C ra damnatur: sed quoniam obcæcata prudentia
hominum id in magnum pretium receptum est,
iam in infamiam redundat, quicquid de mala cu-
piditate suscipitur. Ideo ergo res illa vituperatur,
vt auaritia condemnetur. Cæterùm Dominus ait
per Prophetam. Aurum atque argentum meum
est. At si per se mala res esset, Dei esse non posset.
Cuius vsus præbet materiam misericordiæ apud
bonos animos, & nouo genere, tunc magis pro-
dest quando contemnitur, vt ipsa sua conditio-
ne testetur, quoniam mala est rei eius possessio,
cuius abdicatio fructuosa est. Præbet ergo mate-
riam subueniendi. Dispersit dedit pauperibus, iu-
stitia eius manet in ęternum. Vis ergo nosse quo-
niam iusti iudicis res sint aurum atque argẽtum?
Auarus inde torquetur, inde miser adiuuatur.
D Exerceatur ergo huius rei contẽptus, ad cõtem-
ptum vtilis. Ad possessionem eius non sumus o-
mnes idonei: ad contemptum verò omnes ido-
nei. Nemo ergo nõ potest inter eos deputari qui
dispersserunt tribuerúntq; pauperibus, iustitia eo-
rũ manet in æternũ. Nemo nõ inter eos reputari
potest, qui bene voluerit per fugaciũ rerũ despe
ctũ placere Deo. Magnæ fœlicitatis est conditio
Christianorũ, quibus claritudo regni in pauperta
te posita est. Posidere quod cũ labore requirit,
paucorũ est, contemnere quod cum fructu con-
tẽnas, omniũ est. Fœlicitas ergo magna Christia-
norũ, quibus datũ est, vt per paupertatem faciant
pretium regni cœlorum. Nõ tibi displiceat pau-
pertas

pertas tua, nihil ea potest ditius inueniri. Vis nosse quam locuples sit? Cœlum emit. Quibus thesauris conferri possit, quod paupertati videmus indultũ. Vt ad regnum cœlorum veniret diues, possessione sua obtinere possit? nunc obtinet, vt contemptu perueniat. Multo ergo plus fulget fides quam aurum: aurum latebris tenebrescit animum, fides ingenito splendore conspicuat. Aurum tuto perdi non potest, fides bono publico semper fulget, dignitatem fidei fiducia ipsa testatur. Aurum nec inter cognatos tutum est, fides etiam inter pugnantes secura est. Quid ergo donauit Apostolus, pauper censu, diues fide, lectionis ordo proloquitur. Aurum & argentum non est mihi: sed pro his quid habet? Quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge & ambula. De effectibus pretia rerum æstimentur. Qui aurum donabant, implebant pauperis ventrem, maius onus debilibus pedibus futurum: solabantur infirmitatem, sanitatem reddere non valebant. Ille autem qui aurum non possidebat, sanitatem dedit. Ideo diues est inops auri. Aurum & argentum non habeo. Ideo igitur tantas virtutum opes prætulit. Quod habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Pauperem hominem expauit infirmitas, æqua lege, & æqua potentia reges, captiuósque cõstringens. Non potuit sustinere visionem pauperis regibus dominans. Parum est quod infirmitatem nominauimus. Pauperis imperium etiam natura non pertulit. Ille enim claudus erat, ex vtero matris suæ. Debilitas itaque qua ei inuexerat natiuitas, in pauperis iubentis virtute exclusa est. Quod profecto non fieret, nisi pauper Apostolus plenus esset illo Deo, qui est victor † naturæ. Nihil ergo hac ditius est paupertate. Quid donat qui æs non habet? Virtutem largitur, & gratis confert. Quid enim potest? In nomine Iesu Christi surge & ambula. Obedientiæ subditur quod ex necessitate veniebat. Nec pauper debet esse superbus. Libro de duodecim abusionibus, capit. octauo. Octauus gradus abusionis, est pauper superbus, qui nihil habens, in superbiam extollitur, cum econtrario diuitibus sæculi non superbè sapere per Apostolum Paulum imperatur. Quid ergo stolidius fieri potest, quam illum qui per infimã miseriámue vt in terra abiectus, extremus & humilis incedere debuerat, superciliosō superbiæ tumore inflatam mentem contra Deum erigere? Per quod vitium lapsi corruerunt, qui in summo cœli conditi erant culmine. Quid ergo vult quasi potens in terra superbire, qui præ omnibus hominibus debuerat humilis apparere? Sed ne de paupertate tristentur, quid à Deo accepturi sint pauperes attendant. Ipse inquit. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Recta nanque dispensatione misericors iudex cœli regnum illis cõmittit, quibus regni terrarum participationẽ abstulit: vt ipse diues in cœli sede appareat, qui in terra positus nihil apparebat. Cauendum ergo pauperibus est, ne dum per necessitatem terrenum regnum perdũt,

† Alias, author.

Tom. X.

Pauper superbus.

A etiam regna cœlorum per mentis imprudentiam amittant. Cum enim Dei dispẽsationem, paupertatem, necessitatem acceperint, in ipsorum arbitrio pendet, vtrum pauperes spiritu sint. Non enim quibuscunque pauperibus regna cœlorum promittuntur, sed iis tantummodo, quibus diuitiarum inopiam, animi humilitas comitatur. Pauper enim humilis, pauper spiritu appellatur. Qui cum egenus foris cernitur, nunquam intus per superbiam eleuatur: quoniam ad obtinenda regna cœlorum plus valet mentis humilitas, quam præsentium diuitiarũ temporalis paupertas. Etenim humiles qui bene diuitias possessas habẽt, possunt pauperes spiritu appellari: superbos autẽ nihil habentes haud dubium est beatitudine paupertatis B priuari: de quibus vtrisque sancta scriptura ita loquitur. Est quasi diues nihil habens, & est quasi pauper in multis diuitiis. Quasi pauper ergo in multis diuitiis, est diues humilis spiritu: & nihil habẽs quasi diues, est pauper superbus mẽtis affectu. Nobilis ergo inopia est mentis humilitas, & ineptæ diuitiæ sunt animorum enormitas. Prouidendum est ergo pauperibus, vt semetipsos quales sunt intelligant: & quia rebus consequi quod cupiunt non valent, mentis tumore superbire desistant. Et ideo humilitas causa. super psalm. cxlj. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati ergo pauperes spiritu suo, diuites spiritu Dei. Omnis enim homo qui spiritum suum sequitur, superbus est. Subde spiritum tuum, vt capiat spiritum Dei. Ibat in culmen, resideat in valle. Si ierit in culmen, denatat ab eo C aqua: si in valle resederit, implebitur ea, & fit ille venter de quo dictum est. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. De dilectione fidelis amici. Quando amicus pauper est, non ei est frangenda fides: permanendum est cum illo nec mutanda amicitia facultate mutata, sed seruanda fides voluntate firmata. Amicus enim meus, si cum diues esset amicus fuit, cum pauper est autem, non est: non ipse mihi amicus, sed aurum eius fuit. Si autem amicus meus ipse homo fuit: & manente auro, & recedente auro, ipse est qui fuit. Quare ergo non mihi sit amicus, nisi quia si perdiderit thesaurum, perdiderit amicũ? Equum si emerem detractis ornamẽtis nudum fortè non despicerem. Et amicus mihi vestitus placuit, nudus autem displicuit? Bene ergo præcepit scriptura Diuina sa- D lubriter omnia, & accommodatissimè moribus hominũ: Fidem posside cũ proximo in paupertate ipsius, vt bonis eius perfruaris. Ista vltima sententia est pertractãda, non quomodo vulgariter intelligi potest, sed quomodo Diuina authoritate cõdita est ad aliquid magnũ insinuandũ, præcipiendũ, imperandũ nobis, vbi spes nostra non fallatur, nec pœniteat fidẽ possedisse. Ad quã sententiã sic poteris peruenire, attendendo illũ pauperẽ iacentẽ ante ianuã diuitis. Pauper iste miserabiliter fuit infirmus, nec saltẽ ipsius tenebat sanitatẽ corporis, quod est patrimoniũ pauperis. Vlcerosus enim fuit, vnde & canes lingebãt vulnera eius. Erat autẽ in illa domo diues, qui induebatur purpura

Prouerb. 13.

Tom. VIII.

Ioan. 7.

pura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, & nolebat fidem possidere cum paupere. Merito Dominus Iesus fidei amator & dator, plus attendit ipsam fidem in paupere, quam aurum & delicias in diuite. Plus attẽdit pauperis deiectionem, quam diuitis elationem: nam illum pauperem nominauit, illius autem diuitis nomẽ tacendum esse iudicauit. Erat, inquit, diues quidam, &c. Nonne videtur vobis de libro recitasse, vbi nomen pauperis scriptum inuenit? Liber enim ille viuorum erat atque iustorum, nõ iniquorum. Nominabatur diues ab hominibus: pauper tacebatur. Econtra Dominus pauperem nominauit, diuitem tacuit. Noluit ergo fidem possidere cum paupere diues ille. Mortui sunt. Mortuus est diues & sepultus est; pauper fortasse nec sepultus: Sed ille in inferno, iste leuatus in Abrahæ sinum. Et non potuit diues cum paupere habere communẽ requiem, cum quo noluit fidem habere communem: sed vidit sibi negari misericordiã, quia ipse eandem negauerat. Vidit quam verum esset iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Sed & confratrum suorum sero misertus est. Credo enim, imò non dubito, quia ipsis fratribus suis loquens de Prophetis monentibus bona, prohibentibus mala, terrentibus de tormentis futuris, & futura præmia promittentibus, irridebat hæc omnia dicens cum fratribus suis, Quæ vita post mortem? quæ memoria putredinis? Quis sensus carnis? Omnes feruntur & sepeliũtur. Quis inde reuersus auditus est? Hæc recolens volebat Lazarum ad fratres mitti. Videtur iste fuisse Iudæus & propterea dixisse. Pater Abraham. Remansit ergo sine adiutorio finitis deliciis tẽporalibus in pœnis æternis. Fecit enim iniusta, audiuit digna. Grande pondus plumbi & sarcina grauis diuitem ad ima depressit: sed sarcina Christi pennæ sunt quibus pennis ille pauper in sinũ Abrahæ volauit. Nõ sis ergo diues pauperis contẽptor, sed posside fidẽ cũ proximo in paupertate eius, & frueris bonis eius. Sed fortè de paupere, quem suscepisti in domum tuam, dubitat aliquando & hæsitat animus tuus, vtrum verax homo sit an forte fallax & simulator hypocrita: titubat animus in facienda misericordia. Quia cor inspicere non potes, fac & cum malo, vt peruenias ad bonum. Qui timuit ne semina sua in via, in spinis, vel lapidibus caderent: piger seminare hyeme noluit, esuriuit æstate. Nõ debet esse cupidus. Super psalm. nonum. Si pauperes esse delegerint homines: nihil amando quod vel hîc viuentem aut amantem deserit, vel à moriente deseritur. Tali enim pauperi refugium factus est Dominus. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Sic enim pauperes facit, quoniam flagellat omnem filium quem recipit. Nam quid sit adiutor in opportunitatibus, exponit cum addidit, in tribulatione. Non enim conuertitur anima ad Deũ; nisi dũ ab hoc sæculo auertitur. Nec opportunius ab hoc sæculo auertitur, nisi nugatoriis & noxiis & perniciosis voluptatibus, labores dolorésque misceantur. Super psal. lj. Non

Tom. VIII.

A tibi prodest si eges facultate, & ardes cupiditate.

Debet esse patiens. in sermone de natiuitate Domini. Vobis dico pauperes qui mẽdicatis, qui de eleemosyna Christianorum viuitis. Consolamini, consolamini, tribulatio vestra conuertetur in lætitiam, & dolor vester in gaudium. Non vobis sit ingratum quod mẽdicatis, nec ideo in corde vestro aliquid contra Deum dicatis, quia ille iustus, & pius in omnibus operibus suis. Et ideo te fecit pauperem, vt sufferendo breuem inopiã, æternam vitam acquireres. Et diuitem ideo fecit, vt dum tibi superflua daret, remedium peccatis suis acquireret. Et ideo patiẽtes estote & expectate Dominũ. Et vt dicit super psal. cxxvij. Abundantius habent pauperes in hac vita: plus est enim pauperi videre cœlum stellatum, quam B diuiti tectum inauratum. Non autem soli pauperes erunt beati. Libro quinto cõtra Faustum. Non illi soli, qui vt sint perfecti, vendunt vel dimittunt omnia sua, & sequuntur Dominũ, pertinent ad regnum cœlorum: sed huic militiæ Christianæ propter quoddam quasi commercium charitatis subiungetur etiam quædam stipendiaria multitudo, cui dicetur in fine. Dedistis mihi manducare, &c. Alioquin damnandi erunt illi quorum domos tam diligenti & solicita cura composuit Apostolus, monens mulieres subditas esse viris suis, viros diligere vxores suas, filios obtemperare parentibus, parentes filios nutrire in disciplina & correptione Domini, seruos obedire cũ metu dominis carnalibus, dominos quod iustum est & æquum seruis præstare. Sed absit vt istos à C mandatis Euangelicis alienos, & à vita æterna separandos iudicet: quia vt ait Dominus. Si quis non tulerit crucem suam & sequutus fuerit me, non potest esse discipulus meus: exhortans firmiores ad perfectionem, ibi statim & istos consolatus est dicens. Qui receperit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, &c. vsque, non perdet mercedem suam. Ideo super psalm. lxxj. Sunt quidã qui facilius omnia sua pauperibus distribuunt, quam ipsi pauperes Dei fiant. Inflati sunt enim iactantia, qua putãt sibi esse tribuendũ, non gratiæ Dei, quod bene viuant: & ideo iam nõ bene viuunt, quantacũq; opera facere videantur. De suo quippe se habere gloriantur, quasi nõ acceperint: diuites sui, non pauperes Dei: abundantes sibi, non egẽtes Deo. Super psal. lxxiij. D Dulcis debet esse paupertas, quia pauperes & inopes pertinent ad Deum. Nam, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Pauperes spiritu, sunt humiles trementes verba Dei, confitentes peccata sua, non de suis meritis, nec de sua iustitia superbientes. Qui quando faciunt aliquid boni, Deum laudant: quando mali, se accusant. Super psal. cxxxj. Pauperies Dei in animo est, non in sacculo. Procedit aliquando homo habens plenam domũ, vberes terras, multa prædia, multum auri & argenti, nouit quia in ipsis non est præsumendum, humiliat se Deo, facit inde bene, ita cor ipsius erigitur ad Deum, vt nouerit quod non solùm nihil illi prosunt diuitiæ

tiæ ipse, sed impediunt pedes ipsius, nisi ille regat, ille subueniat: & numeratur inter pauperes. Inuenis alium mendicum inflatum, aut ideo non inflatum quia nihil habet, quærentem vnde infletur. Non attendit Deus facultatem, sed cupiditatem: & iudicat eum secundum cupiditatem, qua inhiat temporalibus rebus, non secundum facultatẽ, quã non ei contingit adipisci. In cõmunib. sermoni. sermone. liij. Quicunque de paupertate gloriamini, cauete superbiam, ne vincant vos humiles diuites: cauete impietatem, ne vincant vos pij diuites: cauete ebrietatem, ne vincant vos sobrij diuites. Nolite de paupertate gloriari. Sed audiant diuites Apostolum. Præcipe, inquit, diuitibus huius sæculi. Sũt ergo diuites alterius sæculi & pauperes, sicut erant Apostoli qui dicebant, Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Vt sciatis qđ diuitibus huius sæculi ꝑceptũ est, Non superbe sapere. Primus vermis diuitiarum, superbia est. Mala tinea quæ totum rodit, & ad cinerem vsq; perducit. Præcipe ergo, non superbè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, ne fortè diuites dormiant, & pauperes resurgant: sed sperare in Deo viuo. Fur enim tibi tollit aurum, sed nemo tollit Deum. Quid habet diues, si Deum non habet? Et quid non habet pauper, si Deum habet? Non ergo in diuitiis sperandum, sed in Deo viuo, q̃ præstat omnibus omnia abundanter ad vtẽdum, cum quibus omnibus & seipsum ad fruendum.

PAX. Commendatur pax. Lib xix. de ciuitate Dei. Tantum est pacis bonum, etiã in rebus terrenis atque mortalibus, vt nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inueniri. Vnde de ea diutius loquentes onerosi non erimus legẽtibus, propter ipsam dulcedinem pacis quæ omnibus chara est. Commendatur & describitur, Libro tertio de verbis Domini, sermone xx. De pace dicturi prius quæ pacis sunt commoda videamus. Est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis. Hæc est quæ simultates tollit, bella cõpescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita, cunctis benigna. Non quærit alienum, nihil deputat suum: docet amare, quæ odisse non nouit. Nescit extolli, nescit inflari. Hanc ergo qui accepit teneat, qui perdidit repetat, qui amisit exquirat: quoniã qui in eadẽ non inuenitur, abdicatur à patre, exhæredatur à filio, & nihilominus à Spiritu sancto alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum, qui datæ legis cõtempserit bonum. Nec poterit ad hæreditatem Domini peruenire, qui testamentum noluerit obseruare. Non potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumaciæ ergo crimen est, quod iubetur contemnere, quod præcipitur nolle, quod imperatum est declinare. Quid tibi commune cum discordia Christiane? Quid simultates amas, qđ authori pacis placere nõ potuit? Quid exerces inimicitias, quas euadere non potuit nec ille qui eas primitus adinuenit? Initio

A nanque inimicitias in protoplastum dum serpens exerit, interficitur: dum homini inuidet, ipse prosternitur: dum Adam cupit decipere, ipse primitus iugulatur. Quare aut Christi charitatem amplectere Christiane, aut discordiæ authori de similitudine operum parẽ te esse cognosce. De multiplici acceptione pacis & eius definitione. Libro decimo nono de ciuitate Dei, capite xiij. Pax corporis est ordinata temperatura partium. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, ordinata cognitionis, actionísque consensio. Pax corporis & animæ, ordinata vita & salus animantis. Pax hominis mortalis & Dei immortalis ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperãdi

B atque obediẽdi concordia cohabitantiũ. Pax cœlestis ciuitatis, ordinatissima & concordissima societas fruendi Deo, & inuicem in Deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Pax ciuitatis, ordinata imperandi atque obediendi concordia ciuium. Vnde quilibet vult pacem. Eodem Libro, capite duodecimo. Sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit: Quandoquidem & illi qui bella volunt, nihil aliud quam vincere volunt: ad gloriosam ergo pacem cupiunt bellando peruenire. Nam quid est aliud victoria, nisi subiectio repugnantium? Quod cum factum fuerit, pax erit. Pacis ergo intẽtione geruntur & bella: ab iis etiam qui virtutem bellicam student exercere in operando atque pugnãdo. Vnde & pacem constat esse belli optabilem

C finem. Omnis enim homo etiam belligerãdo, pacem requirit: nemo autem bellum pacificando. Nam & illi qui pacem in qua sunt perturbari volunt, non pacem oderunt, sed eam pro arbitrio suo cupiunt commutari. Non ergo vt sit pax nolunt, sed vt ea sit quam volunt. Denique & si per seditionem se ab aliis separauerint, cum eis ipsis conspiratis vel coniuratis suis, nisi qualẽcunque speciem pacis teneant, non efficiunt quod intendunt. Proinde & latrones ipsi, vt vehementius & tutius infesti sint paci cæterorum, pacem habere volunt sociorum. Sed & si vnus sit tam præpollens viribus & consocios ita cauens, vt nulli socio se committat, solúsque insidians & præualens, quibus potuerit oppressis & exti nctis prædas agat, cum eis certè quos occidere non potest, &

D quos vult latere quod facit, qualemcunque vmbram pacis tenet. In domo autem sua cum vxore & cũ filiis, & si quos alios illic habet, studet profecto esse pacatus: eis quippe ad nutum obtemperantibus sine dubio delectatur. Nam si non fiat, indignatur, corripit, vindicat: & domus suæ pacẽ, si ita necesse fit, etiam sæuiendo componit: quem sentit esse non posse, nisi cuidam principio, quod ipse in domo sua est, cætera in eadem domestica societate subiecta sint. Ideóq; si offerretur ei seruitus plurium vel ciuitatis, vel gentis: ita vt sic ei seruirent quemadmodum sibi domi suæ seruiri volebat: non se in latronem latebris conderet, sed regem conspicuum sublimaret, cum eadem in il-

DD

Marginalia: Tim. 6. — Tom. V. — Ser. de. V. 17. Tom. X. — Munera pacis. — Tom. V. — Omnia pace perfici. — Rerũ omniũ finis & appetitus pax.

lo cupiditas & malitia permaneret. Pacem itaque cum suis omnes habere cupiunt, quos ad arbitriũ suum volunt viuere. Nam & cum quibus bellum gerunt, suos facere si possunt volunt, eisque subiectis, leges suæ pacis imponere. Vnde animalia irrationabilia & praui homines quandã pacẽ seruant. Ibidem. Ipsæ sæuissimæ feræ, genus proprium quadam pace custodiunt coeundo, gignẽdo, pariendo, fœtus fouendo, atque nutriendo, cũ sint pleræque insociabiles & soliuagæ: non scilicet vt oues, cerui, columbi, sturni, apes: sed vt leones, vulpes, aquilæ, noctuæ. Quæ enim tigris non filiis suis mitis immurmurant, & pacata feritate blandiũtur? Quis miluus, quãtumlibet solitarius rapinis circũuolet, non coniugium copulat, nidũ congerit, oua confouet, pullos alit, & quasi cum sua matrefamiliâs societatem domesticam quãta potest pace conseruat? Quanto magis homo fertur quodammodo naturæ suæ legibus ad ineundam societatem pacémque cũ hominibus, quantum in ipso est, omnibus obtinendam: cum etiam mali pro suorum pace belligerent, omnésque si possint, suos facere velint, vt vni cuncti & cũcta deseruiant: quo pacto, nisi in eius pacem, vel amãdo, vel timendo consentiant: sic enim superbia peruersè imitatur Deum. Odit nanque cum sociis æqualitatem sub illo: sed imponere vult sociis dominationem suam pro illo. Odit ergo iustam pacem Dei, & amat iniquam pacem suam. Non amare tamen qualécunque pacem nullo modo potest. Nullum quippe vitium ita contra naturã est, vt naturæ deleat etiam extrema vestigia. Itaque pacem iniquorum in comparatione pacis iustorum, ille videt nec pacem esse dicẽdam, qui nouit præponere recta prauis, & ordinata peruersis. Quod autẽ peruersum est, etiã hoc necesse est, vt in aliqua, & ex aliqua, & cũ aliqua rerũ parte pacatum sit, in quibus est, vel ex quibus cõstat, alioquin nihil omnino esset. Ideo pax sine bello esse potest, sed non ecõtra, eodem libro, capite decimo tertio. Sicut est quædã vita sine dolore, dolor autem sine aliqua vita esse non potest: sic est quædam pax sine aliquo bello, bellum autem sine aliqua pace esse non potest: non secundũ id quod bellum est, sed secundum id quod ab eis vel in eis geritur, quæ aliquæ naturæ sunt: quæ nullo modo essent, si non qualicunq; pace subsisterent. Vnde distinguitur de pace temporali & æterna: Ibidem. Deus naturarum omnium sapientissimus cõditor, & iustissimus ordinator, qui terrenorum ornamentorum maximum instituit mortale genus humanum, dedit hominibus quædam bona, huic vitæ congrua, id est pacem temporalem pro modulo mortalis vitæ, in ipsa salute & incolumitate ac societate sui generis: & quæcunque huic paci vel tuendæ vel recuperandæ necessaria sunt sicut ea quæ aptè & cõueniẽter adiacẽt sensibus, vt lux ista visibilis, auræ spirabiles, aquæ potabiles, & quicquid ad alendum, tegendum, curandum, ornandúmque corpus congruit: eo pacto æquissimo, vt quicunque mortalis talibus bonis paci mortalium accomodatis recte vsus fuerit, acci-

Et in brutis & feris p. cũ appetitus.

Cap. eod. inf.

A piat ampliora atque meliora, ipsam, scilicet immortalitatis pacem, eique conuenientem gloriã & honorem in vita æterna ad fruendum Deo, & proximo in Deo: qui autem perperã, nec illa accipiat, & hæc amittat. Et ideo subdit infra, cap. decimo quarto. Omnis ergo vsus rerum temporalium refertur ad fructum pacis terrenæ in terrena ciuitate: in cœlesti autem ciuitate refertur ad fructum pacis æternæ. Quapropter si irrationabilia essemus animalia, nihil appeteremus præter ordinatam temperantiam partium corporis, & requiem appetitionum: nihil ergo præter quietẽ carnis, & copiam voluptatum, vt pax corporis prodesset paci animæ: si enim desit pax corporis, impeditur etiam irrationalis animæ pax: quia requiem appetitionum consequi non potest. Vtrũ-

B que autem simul paci prodest, quam inter se habent anima & corpus, id est ordinatæ vitæ ac salutis. Sicut enim pacem corporis amare ostendunt animantia cum fugiunt dolorem: & pacem animę cum propter explendas indigentias appetitionũ voluptatem sequuntur: ita mortem fugiendo satis indicant quantum diligant pacem, qua sibi conciliantur anima & corpus. Sed quia homini rationalis anima inest, totum hoc quod habet cómune cum bestiis subdit paci animæ rationalis, vt mente aliquid contempletur: & secundum hoc aliquid agat vt sit ei ordinata cognitionis actionísque consensio: quam pacem rationalis animæ dixeramus. Ad hoc enim velle debet nec dolore molestari, nec desiderio perturbari, nec morte dissolui vt aliquid vtile cognoscat: & secũdum eam

C cognitionem vitam moresque componat. Sed ne ipso studio cognitionis propter humanæ mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurrat, opus habet magisterio Diuino, cui certus obtẽperet, & adiutorio vt liber obtemperet. Et quoniã quandiu est in isto mortali corpore, peregrinatur à Domino, per fidem ambulat, non per speciem: ac per hoc omnem pacem vel corporis, vel animæ, vel simul corporis & animæ ad illam pacem refert, quæ homini mortali est cum immortali Deo: vt sit ei ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Causa huius distinctionis. dicit Libro secundo quæstionum veteris & noui testamenti, quæstione nonagesima secunda. Quomodo intelligitur quod dicit saluator, Pacem do vobis, pacem relinquo vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Qui pacem suscipit saluatoris, inimi-

D citiam contrahet mundi. Nisi enim discordauerit cum diabolo, pacem non habebit cum Christo. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Hic ergo cum mundo discordat, qui legem Dei fideliter seruat. Christi pace munitus, omnium aduersariorũ comprimit tela. Quis enim audeat aduersus eum quem scit regis amicum? Aliter tamen mundus pacem dat quam se saluator dare promisit. Mundus enim aut pacem dat metu aut prece. Saluator autem cum sit fortissimus omnium, nullum vtique metuens, non rogatus dat pacem. Saluatoris ergo huius pax est, quæ idcirco datur, vt munimentum sit contra hostes. Pax quidem vno

nomine

nomine appellatur, sed longo interuallo discernitur Dei & mundi. Hæc enim fragilis est, illa fortis: hæc terrena, illa cœlestis: hæc de necessitate est, illa de volũtate. Christus enim nullius egens, pacẽ offert inualidis & inermibus, Dominus seruis, bonus malis, Deus hominibus. Recte ergo ait, Non sicut hic mũdus, ego do vobis. Hoc enim dicẽs intelligi voluit clementiã bonæ volũtatis suæ. Cum enim omnis idcirco det pacem vt proficiat sibi, hic ad hoc dat, vt prosit non sibi, sed eis quibus dat. Aliter ergo mundus dat pacem, quam dedit saluator. Et mũdi pax non docet bonam vitã, non suadet ad patientiam, non prouocat ad iustitiam, non hortatur ad misericordiam, nõ promittit æternam vitam. Quicunque autem acceperit pacem Christi, alienus erit à vitiis huius mundi, quæ militant aduersus animam. Et super Ioannem. Pacem suam Christus nobis reliquit iturus, pacem suam dabit nobis in fine venturus. Pacem nobis reliquit in hoc sæculo, pacem suam nobis dabit in futuro sæculo. Pacem nobis reliquit, in qua manentes hostem vincimus: pacem nobis dabit, quando sine hoste regnabimus. Pacem reliqt nobis, vt etiam hîc inuicem diligamus: pacem suã dabit nobis, vt nunquam dissentire possimus. Pacem reliquit nobis, ne de occultis nostris inuicem iudicemus cum in hoc sumus mundo: pacem suam dabit nobis, cum manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à Deo. In illo tamen, atque ab illo nobis est pax, siue quam nobis reliquit iturus ad patrem, siue quam nobis dabit nos perducturus ad patrem. Vnde de pace tẽporali, Libro tertio de ciuitate Dei, capite nono. Magnum beneficium Dei veri est, pax etiam tẽporalis, & plerunque sicut sol, sicut pluuia, sicut alia beneficia & subsidia super ingratos & nequã.

Sed vt dicit Libro contra Adimantum discipulum Manichæi, capite vigesimo. In natura humana, quæ peccato in inferiora defluxit, ita Deus pace delectatur, vt non relinquat libramenta iustitiæ, nec pacem quam diligit velit calcari à peccãtibus, sed amari à certantibus, apprehendi à victoribus, & ea carnalibus signata, promittere, spiritualibus aperta monstrare. In communibus sermonibus, sermone quadragesimo septimo. Videbimus eum sicuti est. Quo merito? Quia filij Dei sumus: & hoc non ex nostris meritis, sed gratia illius misericordiæ. Pluuiam enim voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est: non de se præsumendo videre quod non videt, sed credẽdo quod videre desiderat. Tu verò perfecisti eam: Perfecta hæreditas eius & filij eius. Videbimus eum sicuti est. Sed de filiis quid dixit Dominus? Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Ergo de tam abditis & difficilimis quæstionibus, si quid minus intelligimus, pacificè requiramus. Non infletur alter ab altero aduersus alterum. Nam si zelum amarum habetis, & contentiones in vobis sunt, non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena animalis & diabolica. Filij ergo Dei sumus. Nam vnde videamus Deum non habemus, si contemnendo in nobis ipsum oculum extinxerimus. Attende quid dicã cum timens & tremens loquor, Pacem sectamini cum omnibus & sanctificationem, sine qua nemo poterit videre Deũ, cõtremiscite amatores, & nõ nisi amatores. Nunqd dixit, Pacẽ sectamini cũ omnibus & sanctificationẽ, quã qui nõ habuerit in ignem mittetur: quia æterno igne cruciabitur, infatigabilibus tortoribus dabitur? Et verba hęc vera sunt, sed non hoc dixit. Amatorem te voluit esse boni, non formidatorem mali: & ex eo ipso, quod desiderabas, inde te terruit. Deum non videbis. Propterea cõtemnis, propterea rixas, propterea turbas moues? Pacem secteris cum omnibus & sanctificationem, sine qua nemo poterit videre Deum. Quam stulti essent duo volentes videre solem oriturum, si contẽnerent inter se, qua parte oriturus esset, & quomodo videri posset, & mota inter se controuersia litigarent, litigando se cæderent, cædendo oculos suos extinguerent, vt illum ortum videre non possent? Ergo vt Deum videre possimus, fide corda mundemus, charitate sanemus, pacem seruemus, quia hoc ipsum vnde inuicem diligimus, iam ex illo est, quod videre desideramus. Vnde temporalis pax referri debet ad æternam. Libro decimo nono de ciuitate Dei, capite decimo septimo. Cœlestis ciuitas in hac peregrinatione vtitur pace terrena, & de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus, humanarum voluntatum compositionem quantum salua pietate ac religione conceditur, tuetur atque appetit, eámque terrenam pacem refert ad cœlestem pacem: quæ vere ita pax est, vt rationalis creaturæ duntaxat sola pax habẽda atque dicenda sit, ornatissima, scilicet atque concordissima societas fruendi Deo, & inuicem in Deo: quò cum ventum fuerit, nõ erit vita mortalis, sed planè certéque vitalis: nec corpus animale, quod dum corrumpitur, aggrauat animam: sed spirituale, sine vlla indigentia & omni parte subditum voluntati. Hanc pacem dum peregrinatur in fide habet: atque ex hac fide iustè viuit, cum ad illam pacem adipiscendam refert, quicquid bonarum actionum gerit erga Deum & proximum, quia vita ciuitatis vtique socialis est. Eodem libro, capite vigesimo sexto. Vt vita carnis anima est: ita beata vita hominis Deus est. Vnde beatus populus cuius est Dominus Deus eius. Miser igitur populus ab isto alienatus Deo: diligit tamen etiam ipse quandam pacem suam non improbandam, quamuis non illam vltimam beatam: quam quidem non habebit in fine, quia ista temporali non bene vtitur ante finem. Hanc autem vt interim habeat in hac vita, etiam interest nostra: quoniam quandiu permixtæ sunt ambæ ciuitates, vtimur & nos pace Babylonis: ex qua ita per fidem Dei populus liberatur, vt apud hanc interim peregrinetur. Propter quod & Apostolus admonuit Ecclesiam vt oraret pro regibus eius atque sublimibus, addens & dicens, vt tranquillam & quietam vitam agamus cum omni pietate & charitate. Et Propheta Hieremias cũ populo veteri Dei venturã prænuntiaret captiuitatem, & Diuinitus

Margin notes: Tract. 77. Tom. IX. — Tom. V. — Tom. VI. — Formidator, pro formidoloso. — Tom. V. — Pax beatorũ & æterna. — Pax temporalis.

imperaret, vt obediēter irent in Babyloniā, Deo suo etiam ista patientia seruientes, monuit & ipse vt orarent pro illa, dicens: qa in eius pace erit pax nostra, vtique interim temporalis, quæ malis bonísque communis est. Et ideo de pace æternitatis. Eodem libro, capite xxvij. Pax autem nostra propria & hîc est cum Deo per fidē, & in ęternum erit cum illo per speciem. Sed hîc sine illa communis, sine nostra propria talis est pax, vt solatiūmiseriæ sit potius quam beatitudinis gaudiū. Ipsa quoque iustitia nostra, quamuis vera sit propter veri boni finem ad quē refertur: tamen tanta est in hac vita, vt potius remissione peccatorū constet, quam perfectione virtutum: testis est oratio totius ciuitatis Dei, quę peregrinatur in terris. Per omnia quippe membra sua clamat ad Deum,

Mat.6. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nec pro eis efficax est hæc oratio, quorum fides sine operibus mortua

In hac vita nequaquam homini perfecta pax. est: sed pro eis, quorum fides per dilectionem operatur. Quia enim Deo quidem subdita, in hac tamen conditione mortali, & corpore corruptibili, quod aggrauat animam, non perfectè vitiis imperat ratio: ideo necessaria est iustis talis oratio. Nam profecto quāquam imperetur, nequaquam sine conflictu vitiis imperatur. Et vtique subrepit aliquid infirmitatis in hoc loco etiam bene cōfligenti, siue hostibus talibus victis subditísque dominanti, vnde si non facili operatione, certè labili loquutione aut volatili cogitatione peccetur. Et ideo quandiu vitiis imperatur, plena pax non est: quia & illa, quæ resistunt, periculosè debellantur prælio: & illa, quæ victa sunt, nondum securo triumphantur otio, sed adhuc solicito premuntur imperio. In his ergo tentationibus, de quibus omnibus in Diuinis eloquiis breuiter dictum est, Nūquid non tentatio est tota vita humana super terram? Quis ita viuere se præsumat, vt dicere Deo, Dimitte nobis debita nostra, necesse non habeat, nisi homo elatus? Nec verò magnus, sed inflatus ac tumidus: cui per iustitiam resistit, qui gratiam largitur humilibus. Hîc itaque in vno quoque iustitia est, vt obedienti Deus homini, animus corpori, ratio autem vitiis, etiam repugnantibus imperet, vel subigendo vel resistendo: atque vt ab ipso Deo petatur meritorum gratia, & venia delictorum, ac de acceptis bonis gratiarum actio persoluatur. In pace verò illa finali quo referēda est, & cuius adipiscendæ causa habēda est iustitia ista: quoniam sanata immortalitate atq; incorruptione, natura vitia non habebit: nec cuiquam nostrū vel ab alio, vel à seipso quicquam repugnabit: non opus erit vt ratio vitiis, quæ nulla erunt, imperet: sed imperabit Deus homini, animus corpori: tanta obediendi ibi erit suauitas & facilitas, quanta regnandi viuendíque fœlicitas. Et hoc illic in omnibus atque in singulis æternum erit, æternúmque esse certum erit: & ideo pax beatitudinis huius, vel beatitudo pacis huius, summum bonum e-

Tom. VII. rit. Libr. Hypognosticon, Responsione quarta. Visionē pacis Paradisum dicimus. Ante enim quam peccasset homo, in visione pacis erat, hoc

A est, in Paradiso: vbi quicquid videbat, pax erat & lætitia. Libro decimo septimo de ciuitate Dei, cap. xij. Ipse Deus erit in pace præmium, qui fuit virtus in bello. Super Ioannem, sermone ciiij. Pax Christi finem temporis non habebit: & omnis piæ nostræ intentionis & actionis finis ipsa erit. Propter hanc sacramentis eius inbuimur, propter hanc innumerabilibus eius operibus & sermonibus erudimur, propter hanc spiritum eius pignus accepimus, propter hanc in eum credimus & speramus, & eius amore quātum donat accendimur. Hac pace in pressuris omnibus cōsolamur, hac pace in pressuris omnibus liberamur, per hāc omnem tribulationem fortiter sustinemus, vt in hanc fœliciter sine vlla tribulatione regnemus.

Et ideo non est perfecta pax ista temporalis. *Tom.VIII.*

B Super Psalmum lxxxiiij. Qualis est ista pax quam hîc habent homines tantis resistētibus molestiis, cupiditatibus, indigentiis, lassitudinibus? Non est ista vera, non est ista perfecta pax: sed perfecta erit, cum corruptibile hoc induet incorruptionem *1.Cor.* &c. Habenda est tamen. Libro de vera innocētia, cap. xxix. Christianæ perfectionis est, pacatū esse etiam cū pacis inimicis, spe correctionis, non consensu malignitatis: vt si nec exemplum nec exhortationem dilectionis sequuntur, causas tamen nō habeant, quibus nos odisse debeant. Libro de correptione & gratia, versus finem. Ad nos qui nescimus quisnam sit filius pacis, aut non sit, pertinet nullum exceptum habere, nullúmque discernere: sed velle omnes saluos fieri qbus prædicamus hanc pacem. Neque enim metuendū est

C nę perdamus eam, si ille cui prædicamus, non fuerit filius pacis ignorantibus nobis. Ad nos enim reuertetur, id est nobis proderit hæc p̄dicatio, & non illi: si autem super eum pax prædicata requieuerit, & nobis, & illi. Quia ergo nos qui salui futuri nescientes, omnes quibus prædicamus hanc pacem saluos fieri velle Deus iubet, & ipse in nobis hoc operatur, diffundendo istam charitatem in nobis per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

Sed de pace quam cum Angelis habemus, dicit in Enchiridiō, cap. lxiij. Pax ista, sicut scriptū est, præcellit omnem intellectum, neque sciri à nobis potest, nisi cum ad eam venerimus. Quomodo enim pacificantur cœlestia nisi in nobis, id est nisi concordando nobiscum? Nam ibi semper est pax, & vniuersis inter se intellectualibus creaturis, etiam cum suo creatore. Quæ pax præcellit, vt di-

D ctum est, omnem intellectum: Sed vtique nostrū, non eorum, qui semper vident faciem patris. Nos autem quantuscunque sit in nobis intellectus humanus, ex parte scimus, & videmus nunc per speculum in ænigmate. Cum verò æquales Angelis Dei fuerimus, tunc quemadmodum & ipsi, videbimus facie ad faciem, tantāque pacem habebimus erga eos, quantam & ipsi erga nos, quia tantū eos dilecturi sumus, quantum ab eis diligimur. Itaque pax eorum nota nobis erit, quia & nostra tanta ac talis erit, nec præcellet tunc intellectum nostrum. Dei verò pax quæ illic est erga eos, & nostrum & eorum intellectum sine dubitatione præcel-

præcel

præcellet. De ipso quippe beata est rationalis creatura quæcunq; beata est, non ipse de illa: vnde secundum hoc melius accipitur quod scriptũ est, Pax Dei quæ præcellit omnem intellectum: vt in in eo quod dixerit, omnem, nec ipse intellectus Angelorum esse possit exceptus, sed Dei solius. Neq; enim ipsius intellectum pax eius excellit. Vnde Libr. de continentia, circa mediũ. Pax tunc erit perfecta in nobis, quãdo natura nostra creatori suo inseparabiliter cohærente, nihil nobis repugnabit ex nobis. Libro quinquagesimo Homil. Pax quæ promittitur, est quã non habet mundus, quam non habet vita ista, quæ in vitæ comparatione nec vita est. Sed de pace oris. Libro de vera innocentia. Quærens à Deo pacem, sit ipse sibi pacatus, ne aliud in professione oris, aliud sit in cordis arcano. Nihil enim prodest hoc esse in corde quod verũ est, si hoc quod dicitur in ore & voce falsum est: quia veritas & credenda est & loquenda. Ideo super Ioannẽ. Quod ait Dominus de pace, Non quomodo mũdus dat, ego do vobis: quid est aliud nisi non quomodo homines dant qui diligunt mundum, ita do vobis? Qui propterea sibi dant pacem, vt sine molestia litium atque bellorum, non Deo, sed amico suo mundo perfruantur: & quando iustis dant pacem vt non eos persequantur, pax esse non potest vera, vbi non est vera concordia, quia disiuncta sunt corda. Quomodo enim consors dicitur, qui sortem iungit: ita ille concors dicendus est, qui corda iungit. In sermone vigesimo octauo de resurrectione Domini. Cum dicitur, Pax vobis: osculantur se Christiani in osculo sancto, quod est signum pacis. Sic ostendunt labia fratris conscientiam, id est quomodo labia tua ad labia fratris tui accedunt, sic cor tuum à corde eius nõ recedat. Propterea. Libro contra quinque genera hæresum. Leges habent, vt testatoris voluntati in omnibus pareant. Si quis contra voluntatem testatoris facere voluerit, careat hęreditate. Christus fuit testator, & ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Testamentum quod fecit, fuit, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Hæredes quibus diuisit fuerunt homines bonę voluntatis. vnde qui hanc hęreditatem voluerit diuidere, non poterit hæreditatem possidere: non poterit possidere pacem, qui voluerit diuidere pacem.

Vnde Libro de catechizandis rudibus, circa medium. Sanitatem pacis tenere animus non potest, qui discordiis & certaminibus pascitur. Qualis enim cibus sumitur, talis valetudo cõsequitur.

Fit autem pax mentis mediante iustitia. Super Psalmum octogesimum quartum. Iustitia & pax osculatæ sunt. Fac iustitiam, & habebis pacẽ: quia osculãtur se, vt qui fecerit iustitiam, inueniat pacem osculãtem iustitiam. Duæ amicæ sunt: tu fortè vnam vis, alteram non facis. Nemo est qui nolit pacem, sed non omnes volunt operari iustitiã. Ama pacem, ama & iustitiam. si amicam pacis non amaueris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Bona res est pax, sed fac iustitiam, quia iustitia & pax osculatæ sunt. Fit etiam mediante

A misericordia. Super Psalmum centesimum vigesimum primum. Pax Hierusalem est, vt opera misericordiæ corporalia, iungantur operibus prædicationis spiritualibus, & fiat pax dando & accipiendo. Sed non habetur in hac vita interioris hominis pax perfecta. Libro primo de sermone Domini in monte, capite secundo. In pace perfectio est, vbi nihil repugnat. Et ideo filij Dei pacifici, quia in eis nihil resistit Deo: & vtique filij Dei similitudinem patris debent habere. Pacifici autem in semetipsis sunt, quia omnes animi sui motus componentes & subiicientes rationi: id est menti & spiritui, carnales concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum Dei. In quo ita sunt ordinata omnia, vt quod est in homine præcipuum & excellens, hoc imperet cæteris non reluctantibus quæ sunt nobis bestiísque communia. Atque B idipsum quod excellit in homine: id est mens & ratio subiiciatur potiori, quod est ipsa veritas vnigenitus Dei filius. Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superiori se subiiciat. Et hæc est pax quæ datur hominibus bonæ voluntatis, hæc vita consummati perfectíque sapientis est. Emendat. Libro primo retractationum, capite decimo nono. Intelligendum est id nunc agentibus pacificis domando concupiscentias carnis, vt ad istam pacem plenissimam quandoque veniatur. *Tom.I.*

Et ideo in vitiosis pax mentis esse non potest. In communibus sermonibus, sermone octauo. Pax vera non est illa quam sibi inuicem videntur adulteri præbere, & quam sibi præstare videntur raptores & ebriosi, maledici & superbi. Ista non C est dicenda pax, quia non procedit à radice charitatis. Qui veram desiderat, prius cum Deo habere consuescat. Sed dicis, Et quis est qui cũ Deo pacem habere non velit? Ille vtique qui non sic viuit quomodo Deus præcipit esse viuendum. Quis est qui pacem cum Deo non habet? cui displicet Deus. Sed dicis, Et quis est ita insanus, vt illi displiceat Deus? Fortè tibi displicet. Nã si murmurasti contra abundantiam pluuiarum, iratus es contra violentiam ventorum, contra ariditatem & siccitatem æstus, contra fœlicitatem malorũ hominum: si blasphemasti, quando vinearũ fructus non amplius collegisti, in omnibus istis displicet tibi Deus: & intelligis te pacem cum Deo non habere. Nam si quando tibi bene est, laudas Deũ: & quando male, murmuras contra Deum: non haD bes pacem cum Deo: nec potes dicere cum Psal. Benedicam Dominum in omni tempore. Ille benedicit Deum in omni tempore, quem non fœlicitas corrumpit, nec aduersitas terret. Ergo vera pax est, vt cum Deo pacifici simus: quia tũc in nobis ipsis pacem habere poterimus. fit ergo pacifica cum Deo anima, & animæ erit subdita caro. Nam si te regit superior, non te cruciat & affligit inferior: & si cum Deo coniunctus eris, diabolũ non timebis: quia sub tali rege militas, vt de victoria dubitare non possis. Et, vt dicit super Psalmum trigesimum tertium. In ista vita pax vera nõ est, nec tranquillitas, sed vbi gaudium immortalitatis & societas Angelorum promittitur,

Sed quiſquis illam, cum hîc eſt, non quæſierit, illã
Tom. VIII. non habebit cum venerit. Vnde concludit ſuper Pſalmum octogeſimum quartum. Pax plena & æterna erit cũ abſorpta fuerit mors in victoriam. Erimus in quadam ciuitate: de qua, q̃do loquor, finire volo,& maxime quando ſcandala crebreſcunt. Quis non deſideret illam pacem, vnde amicus non exit, quò inimicus non intrat, vbi nullus tentator eſt, nullus ſeditioſus, nullus diuidens populum Dei, nullus fatigans Eccleſiam in miniſterio diaboli, quando ipſe princeps ipſorum mittetur in ignem æternum, & ii cum illo quicũque illi conſentiunt, & recedere ab eo nolunt? Erit ergo pax purgata in filiis Dei, omnibus amantibus ſe, videntibus ſe plenos Deo, cum erit omnia in omnibus. Cõmune ſpectaculum habebimus Deum, communem pacem habebimus & communem poſſeſsionem Domini. Quicquid enim eſt quod nobis modo dat, ipſe nobis erit pro omnibus quæ dat. Ipſa erit perfecta & plena pax.

Propterea exhortãdo: in communibus ſermonibus, ſermone decimo octauo. Illud fratres chariſsimi cum grandi timore conſiderare debemus, quod in Pſal. Spiritus ſanctus, quando illam cœleſtem Hieruſalem, id eſt congregationem omnium ſanctorum, quæ cum Chriſto eſt regnatura, ad Deum laudandum prouocaret dicẽs, Lauda Hieruſalem Dominum. Protinus addidit, Qui poſuit fines tuos pacem. Ergo illius cœleſtis Hieruſalem murus de pace conſtructus eſt. Qui igitur talem pacem & talem charitatem habet, vt omnes diligat, & pro bonis orat vt meliores fiant: & pro malis ſupplicat vt citò ſe corrigant. De qua parte ſi quis voluerit intrare cœleſtem Hieruſalem, portas apertas merebitur inuenire: qui autem econtrario fuerit, ex omni parte clauſas portas reperiet: & quia oleum charitatis habere noluit, ideo clauſis ianuis domus ſponſi, cum fatuis virginibus extra manebit. Vnde nimis dolendum eſt, cum legamus Apoſtolicos viros terribilia mundi mala à Chriſti charitate non potuiſſe ſeparare, & nos interim otioſis fabulis ſeparamur: & nonnunquam propter prauiſsimum conuitium, & cuiuſcunque miſeri hominis detractionẽ ita derelinquimus charitatem, vt cum eo non ſolum multis diebus, ſed etiam menſibus fortaſsis & annis non loquimur: & non attendimus, quia dum nos inuicem odio habemus, muros ciuitatis ſanctæ Hieruſalem ſic cõtra nos claudimus, vt nullus nobis remaneat aditus, per quem intrare poſsimus. De qua dicitur, Quoniam confortauit ſeras portarum ſuarum. Clauſis portis & confirmatis ſeris, nunquam inde exiet amicus, nec intrabit inimicus: quia quomodo iuſtus nunquam erit exiturus à gloria, ita peccator nunquam poterit liberari à pœna. Et q̃a ciuitas habitatorẽ & Dominũ habet Deũ, qui charitas eſt, qua frõte vel cõſcientia qui charitatem habere noluerit, ad ipſum Deum accedere præſumit? In ſermone de pace. Tempus eſt exhortari charitatẽ veſtram pro viribus quas Dominus donat, ad pacem amandam, & pro pace Dominum deprecandum. Sit ergo

A pax dilecta noſtra & amica, cum qua ſit caſtum cubile cor noſtrum: cũ qua ſit fida requies, & non amara conſortia: cum qua ſint dulces complexus, & inſeparabilis amicitia. Pacem laudare difficilius eſt quam habere. Si enim eam laudare volumus, vires optamus, ſenſus quærimus: ſi autem habere velimus, ſine aliquo labore habemus & poſſidemus. Laudandi ſunt qui amant pacem: qui autem oderunt, melius interim ſunt tacendo pacãdi, quam vituperando prouocandi. Verus pacis amator inimicorum eius eſt miſerator. Quemadmodum enim ſi lucem iſtam amares, cæcis nõ iraſcereris, ſed eos doleres (quale enim bonum tu caperes, noſſes: & ideo quãto bono illi fraudarẽtur, conſpiceres) miſericordia tibi digni viderentur, & ſi opes haberes, ſi artem, ſi medicamẽtum,
B potius ad eos ſanandos curreres quam damnandos: ita ſi pacis es amator, miſereare eius qui non amat quod amas, qui non habet quod habes: talis quippe res eſt quam diligis, vt non inuideas cõpoſſeſſori tuo: quia licet ſit numeroſiſsimus compoſſeſſor, non tibi anguſtat poſſeſsionem. Lib. geſtorum cum Emerito. Vbi perceptio charitatis dilatauerit corda, poſſeſsio pacis non fit anguſta. Tom.

Et in ſermone vigeſimo ſeptimo de communibus ſimiliter dicit. Pacem quæ ſit vera debetis cognoſcere. Nõ enim vera qua ſibi inuicẽ paciſci videntur adulteri, raptores, ebrioſi & *ſuperbi*: q̃a non de radice charitatis & iuſtitiæ *ſtirpe* conſurgit. Qui pacem veram habere deſiderat, primum cum Deo habere contendat: quam non habere cõuincitur, qui non ſic viuit, quomodo non Deus p̃cipit eſſe viuendum: nec velle habere videtur, cui
C Deus diſplicere probatur. Quod ſi quis hoc negare præſumat tanquam nemo ſit cui Deus diſpliceat, videat ſi vnquam murmurauit contra abundantiam pluuiarum, ſi vnquam fuit iratus contra violentiam ventorum, ſi nunquam queſtus eſt contra ariditatem ſiccitatum, nunquam murmurauit contra fœlicitatem malorum, & vt amplius dicam, nunquam blaſphemauit quando vinearũ fructus amplius non collegit: ſi talis fuerit, pacem veram cum Deo ſe habere probabit. Clamat ille Iob. 1. vir beatus Iob & dicit, Dominus dedit, Dominus abſtulit &c. Nam quando tibi bene eſt, laudare Deum vis: & quando malè, murmurare non erubeſcis. Pacem cum Deo non habes, nec cum Pſal. dicere potes, Benedicam Dominum in omni tempore: quia ille veraciter dicit, quem nec corrum-
D pit fœlicitas, ner terret aduerſitas. Prima ergo pax eſt, cum Deo pacifici ſimus, deinde nobiſcum. Sit ergo pacifica anima noſtra cum Deo, vt animæ noſtræ ſit ſubdita caro noſtra. Nam ſi te non regat ſuperior, cruciat & affligit inferior. Inclinet ſub iugo Dei ceruicem anima tua, vt ſub iugo animæ tuæ collum ſubmittat caro tua: & tunc erit pax vera atque perfecta. Et ſi adhuc in prælio ſumus, non tamen de victoria deſperemus. Sub regenim Chriſto militamus, qui plus valet ad erigendum, quam diabolus ad deprimendum. Et ſi talem pacem toto corde ſeruemus, tunc verum gaudium habere poterimus, quod eſt ipſe Chriſtus:

ſtus: qui pacificos dicit eſſe bonos, quoniam filij Dei vocabuntur: quod ſi filij, & hæredes in regno cœlorum.

Tom.IIII. PECCATVM. Definitur ſic Libro primo de diuerſis quæſtionibus ad Simplicianum, quæſtione ſecunda Peccatum eſt hominis inordinatio atque peruerſitas, id eſt à præſtantiore conditore auerſio, & ad condita inferiora conuerſio. Super primã canonicã Ioannis. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: omne enim peccatum iniquitas eſt. (Tom.IX.) Libro vigeſimo ſecundo contra Fauſtum. (Tom.VI.) Peccatum eſt dictũ, vel factum, vel cõcupitum aliquid cõtra æternam legem. (Definitiones peccati.) Lex verò æterna, eſt ratio Diuina vel voluntas Dei ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans. Libro contra Felicianum. Ille ſine dubio peccauit, qui præcepta contempſit, qui quod prohibetur admiſit. Libro primo de libero arbitrio. (Tom.I.) Peccata omnia hoc vno genere continentur, cum quiſque auertitur Diuinis veréque manentibus, & ad mutabilia atque incerta conuertitur. Libro de duabus animabus. (Tom.VI.) Peccatum eſt retinendi voluntas vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere. Libro de natura & gratia, capite decimo nono. (Tom.VII.) Non eſt peccatum aliqua ſubſtantia, ſed tantum hoc nomine perperam facti actus exprimitur. (Tom.IIII.) Diſtinguitur de peccatis. Libro lxxxiij. quæſtionum, quæſtione xxvj. Alia ſunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. (Differentia peccatorum.) Infirmitas enim & imperitia contraria ſunt virtuti & ſapientiæ: malitia verò contraria eſt bonitati. Quiſquis igitur nouit quid ſit virtus & ſapientia Dei, poteſt exiſtimare quæ ſunt peccata venialia. Et quiſquis nouit quid bonitas Dei, poteſt exiſtimare quibus peccatis certa pœna debeatur & hîc & in futuro ſæculo. Quibus bene tractatis, probabiliter iudicari poteſt, qui non ſunt cogendi ad pœnitentiam luctuoſam & lamentabilem, quãuis peccata fateantur, & quibus nulla omnino ſalus ſperanda ſit, niſi ſacrificium obtulerit Deo, ſpiritum contribulatum per pœnitentiam. (Tom.IIII.) Libro primo de ſermone Domini in monte, cap. quarto. Peccata gradus habent. Alia diſtinctio in ſermone de igne purgatorij. (Ord. ser. de sanctis 14. Tom.X.) Per ignem purgatorij non capitalia, ſed minuta peccata purgantur. Capitalia peccata ſunt, ſacrilegium, homicidium, adulterium, furtum, rapina, ſuperbia, inuidia, auaritia: & ſi longo tempore teneatur iracundia, & ebrietas ſi aſsidua ſit, in eorum numero computantur. Quicũque enim ex iſtis peccatis in ſe dominari agnouerit, niſi dignè ſe emendauerit, & ſi habuerit ſpatium longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & à peccatis ipſis ſe abſtinuerit, illo trãſitorio igne purgatorij purgari non poterit, ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio cruciabit. Quæ autem ſunt minuta peccata, licet omnibus nota ſint, tamen quia lõgum eſt vt omnia replicentur, opus vt ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo aut in potu

A plus accipit quam neceſſe eſt, ad minuta peccata nouerit pertinere. Quoties loquitur plus quam oportet, & plus tacet quam expedit. Quoties pauperem importunè petentem exaſperat: quoties dum ſit corpore ſanus, aliis ieiunantibus prandere voluerit, & ſomno deditus tardius ad Eccleſiã ſurgit. Quoties excepto deſiderio filiorum, vxorem ſuam agnouerit. Quoties in carcerem clauſos tardius requiſierit. Quoties infirmos tardius viſitauerit. Si diſcordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut vxorem, aut proximum, aut filium, aut ſeruum exaſperauerit quã oportet. Si amplius fuerit blanditus quam oportet. Si cuiquam maiori perſonæ aut ex voluntate, aut neceſſitate adulari voluerit. Si pauperibus eſurientibus nimium delicioſa vel ſumptuoſa conuiuia

B præparauit. Si ſe aut in Eccleſia, aut extra Eccleſiam fabulis otioſis, de quibus in die iudicij ratio reddenda eſt, occupauerit. Si dum incautè iuramus, & cum hoc quod propter aliquam neceſsitatem implere non potuerimus, vtique peieramus. Et cum omni facultate vel temeritate maledicimus, cum ſcriptum ſit, Neque maledici regnum Dei poſsidebunt. (1.Cor.6.) Et ſi temerè aliq̃d ſuſpicamur, quod tamen plerunque non ita, vt credimus, comprobatur, ſine vlla dubitatiõe delinquimus. Hæc enim & his ſimilia ad minuta peccata pertinere non dubium eſt, quæ ſicut iam dixi, vix enumerari poſſunt, & à quibus non ſolùm omnis populus Chriſtianus, ſed etiam nullus ſanctorum immunis eſſe potuit aliquando aut poterit. Quibus peccatis licet occidi animam non credamus, ta-

C men eam velut quibuſdam puſtulis, & quaſi horrenda ſcabie replentia deformem faciunt, vt eam ad amplexus illius cœleſtis ſponſi, aut vix, aut cum grandi confuſione venire permittant.

Alia diſtinctio. Libro diſputationũ cum Iuliano, reſponſione xlviij. Aliud eſt peccatum, aliud eſt pœna peccati, aliud vtrunque. Peccatum eſt, vt illud Adæ. Pœna peccati, cum quis pro ſuo ſcelere quo peccauit punitur, ſiue in corpore, ſiue in anima. Peccatum verò & pœna peccati, cum dicit Apoſtolus, Non quod volo hoc ago. De (Tom.IIII.) cauſis verò peccati. Libro de ſermone Domini in monte. Tria ſunt quibus impletur peccatum, ſuggeſtione, delectatione, conſenſione. Suggeſtio, ſiue per memoriã fit, ſiue per corporis ſenſus, cum aliq̃d videmus, vel audimus, vel olfaci-

D mus, vel guſtamus, vel tangimus. Quo ſi frui delectauerit, delectatio illicita refrænanda eſt. Velut cum ieiunamus, & viſis cibis palati appetitus aſſurgit, non fit niſi delectatione: ſed huic tamen non conſentimus, cum eam dominantis rationis iure cohibemus. Si autem conſenſio facta fuerit, plenum peccatum erit. Notum autem Deo in corde noſtro, etiam ſi facto non innoteſcat hominibus. Sed aliter dicit. Lib. iij. de libero arbitrio, circa mediũ. (Cap.10. Tom.I.) Duæ ſunt origines peccatorum, vna ſpõtanea cogitatione, alia perſuaſiõe alterius quo pertinere arbitror q̃d Propheta dicit, Ab occultis meis mũda me Domine, & ab alienis parce

seruo tuo. Vtrunque voluntarium est quidem. A Nam sicut propria cogitatione non peccat inuitus, ita dum consentit malè suadenti, non vtique nisi voluntate consentit. Sed tamen grauius est, non solum nullo suadente propria cogitatione peccare, sed etiam peccatum alteri per inuidentiam dolúmque suadere, quam ad peccandum alterius suasione traduci. In sermone tertio de vno martyre. Duo sunt quæ homines ad peccata, aut alliciunt, aut impellũt: voluptas & dolor. Voluptas illicit, dolor impellit. Contra voluptatem necessaria continentia est, contra dolores patientia. Hoc enim suggeritur humanæ menti, vt peccet. Aliquando dicitur, Fac: & hoc habebis. Aliquando autem, Fac: ne patiaris. Voluptatem excitat promissio, dolorem comminatio. vt ergo habeant homines voluptatem & non patiantur dolorem peccant. ideo Deus contra ista duo, quorũ B vnum est in blanda promissione, alterum in terribili comminatione, & promittere voluit & terrere: promittere regnum cœlorum, terrere de suppliciis infernorum. Dulcis est voluptas, sed dulcior est Deus: malus est dolor temporalis, sed peior est ignis æternus. Habes quem amas pro mundi amoribus, imò pro immundis amoribus: habes quod timeas pro æternis terroribus. Et vt dicit Libro quæstionum, quæstione lxvj. Suasio delectationis ad peccatum vehementior est, cũ adest prohibitio. Aliter super Psalmum septuagesimum nonum Omnia peccata duæ res faciunt in homine: cupiditas, & timor. Ibidem. Sicut omnia iusta opera bono timore & bono amore fiunt: sic malo amore & malo timore peccata o- C mnia commituntur. Aliter Lib. quæstionum super Numeros, quæst. vigesima quinta. Nemo peccat, nisi aut ignarus, aut victus, aut contemnẽs.

Aliter in Enchiridion. Dicam hoc nunc quod quidem & in aliis opusculorum meorum locis sępe iam dixi. Duabus ex causis peccamus: aut non videndo quid facere debeamus, aut non faciendo quod faciendum iam videmus. Quorum duorum illud ignorantiæ malum est, & hoc infirmitatis. Contra quæ quidem pugnare nos conuenit, sed ꝓfecto vincimur, nisi Diuinitus adiuuemur, vt non solum videamus quid faciendum sit, sed etiam accedente sanitate, delectatio vincat iustitiæ D in nobis earum rerum delectationes, quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo scientes vid́entes quod peccamus: iam non solum peccatores, quod eramus etiam cum per ignorãtiam peccabamus, verum etiam legis præuaricatores sumus, cum id non facimus, quod faciendum esse iã scimus. Quapropter non solùm si peccauimus vt ignoscat, propter quod dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: verum etiam ne peccemus vt regat, propter quod dicimus, Et ne nos inferas in tentationem: ille rogandus est, cui dicitur in psalmis, Dominus illuminatio mea & salus mea: vt illuminatio detrahat ignorantiam, & salus infirmitatem. De peccato originali, dicit in eodem libr. Quamuis & in illo peccato vno, quod per vnum

Cap.18, Tom.III. Peccati duæ causæ.

Psal.26.

Cap.45.

hominem intrauit in mundum, & in omnes homines pertransijt, propter quod etiam paruuli baptizantur possint intelligi plura peccata, si vnum ipsum in sua quasi membra singula diuidatur. Nã & superbia est illic, quia homo in sua potius esse, quam in Dei potestate dilexit: & sacrilegium, quia Deo non credidit: homicidium, quia se præcipitauit in mortem: & fornicatio spiritalis, quia integritas mentis humanæ serpentina persuasione corrupta est: & furtum, quia cibus prohibitus vsurpatus est: & auaritia, quia plusquam sibi sufficere debuit appetiit: & si quid aliud in hoc vno admisso diligenti consideratione inueniri potest. Et addit capite sequenti. Parentum quoque peccatis paruulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe sententia, Reddam peccata parentum in filios eorum: tenet vtique eos antequam per regenerationem ad testamentum nouum incipiant pertinere. Quod testamentum prophetabatur cum diceretur per Ezechielem prophetam, non accepturos filios peccata patrum suorũ, nec vlterius futuram in Israel parabolam illam, Patres manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Ideo enim quisquis renascitur, vt soluatur in eo quicquid peccati est cum quo nascitur. Nam peccata quæ malè agendo postea committuntur, possunt & pœnitendo sanari, sicut etiam post baptismum videmus fieri. At per hoc non ob aliud est instituta regeneratio, nisi q̃a vitiosa est generatio, vsq; adeo vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea aluit me. Neque dixit, In iniquitate vel in peccato, cum & hoc rectè dici posset: sed iniquitates & peccata maluit dicere, quia & in illo vno, quod in omnes pertrãsiit, atq; tam magnum est, vt in eo mutaretur & conuerteretur in necessitatem mortis humana natura: reperiuntur, sicut & supra differui, plura peccata & alia parentum, quæ etsi ita non possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia & misericordia Diuina subueniat. Et soluit dubium quod mouit capit. sequenti. Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adã vsque ad patrem suum, pro generatoribus suis q̃sque succedit, non immerito disceptari potest, vtrum omnium malis actibus & multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur, vt tãto plenius † quanto posterius quisque nascatur: an propterea Deus in tertiam & quartam generationem de peccatis parentum eorum posteris comminetur, quia iram suam quantum pertinet ad progeneratorum suorum culpas non extendit vlterius moderatione miserationis suæ: ne illi quibus regenerationis gratia non confertur, nimia sarcina in ipsa sua æterna damnatione premerentur, si cogerentur ab initio generis humani omnium præcedentium parentum suorum originaliter peccata cõtrahere, & pœnas ꝑ eis debitas pẽdere. An aliq̃d aliud de re tãta in scripturis sacris diligẽtius perscrutatis atq; tractatis valeat vel non

non valeat reperiri, temerè affirmare non audeo. De quo peccato dicit. Libro tertio de libero arbitrio, post medium. Cum primi homines peccauissent, & in errorem, & in ærumnã, & in mortem præcipitati sunt, rerum moderatori summo placuit iustissimè, vt in ortu hominis originaliter appareret iustitia punientis, & in prouectu misericordia liberantis. Lib. lxxxiij. quæstionum. Ex quo ergo nostra natura in Paradiso peccauit, ab eadem Diuina prouidentia non secundum cœlũ, sed secundum terram, id est non secundum spiritum, sed secundum carnem mortali generatione formamur: & omnes vna massa luti facti sumus, quod est massa peccati. Eodem libro. Iustum erat vt postquam nostra natura peccauit, amissa beatitudine spirituali, quæ Paradisi nomine significatur, animales carnalésque nasceremur. Et infra subdit ibidem. Etiã si nolit peccare homo, vincitur à peccato. Inualuit enim consuetudo carnalis, & naturale vinculum mortalitatis, quo de Adam propagati sumus. Imploret ergo auxilium qui sic positus est, & nouerit suum esse quod cecidit, non suum esse quod surgit: & iam liberatus, agnoscat gratiam liberatoris sui. Libro primo contra Epistolas Pellagianorum, pertractans illud ad Roma. vij. Cũ venisset mandatum, peccatum remisit. Vixerat peccatum in Paradiso, quãdo cõtra datum præceptum salutis†apparebat admissum. Cum autem à nascentibus trahitur tanquam mortuum sit latet, donec repugnans iustitiæ, malum eius prohibitione sentiatur, cum aliud iubetur atque approbatur, aliud delectat atq; dominatur: tunc peccatum quodãmodo in notitiam nati hominis reuiuiscit, quod in notitia primi facti hominis aliquando iam vixerat. Reuixit, ergo non est aliud, quam eminuit & apparuit: nõ enim ait vixit, sed reuixit. In eodem libro. Peccata sunt quæ secundum carnis concupiscentiam vel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur, quæ transacta etiam reos tenent, si non remittantur. Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quãquam sic tracta à nascẽtibus, nihil noceat renascentibus. Ex quibus tamen si filios carnaliter gignunt, rursus trahitur, rursúsq; & nocitura nascentibus, nisi eadem forma renascentibus remittatur, & insit nihil obfutura vitæ futuræ, quoniã reatus eius generatiõe tractus regeneratione dimissus est. Et ideo iam non sit peccatum, sed sic vocetur, siue quod peccato facta sit, siue quod peccandi delectatione moueatur, & si ei vincendæ delectatione iustitiæ non consentiatur: siue cũ per ignorantiã malũ quasi bonũ placet, siue propter peccata quæ fiunt, cũ ab eo quibus vincitur quod placet, siue operando, siue loquendo, siue quod facillimum atq; celerrimũ est cogitando. A quibus omnibus quis fidelium gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato? Lib. j. de peccatorũ meritis & remissione & baptismo paruulorum. Quamuis condemnatio eorum grauior sit, qui originali delicto etiam propria coniunxerunt, & tanto singulis grauior, quanto grauius quis peccauit: tamen etiã illud solum quod originaliter tractum est, non tantũ à regno Dei separat, quo paruuli sine accepta Christi gratia defuncti intrare non possũt: verumetiam à salute & vita æterna facit alienos, quæ nulla alia esse potest præter regnum Dei, quo sola Christi societas introducit. Ac per hoc ab Adam, in quo omnes peccauimus, non omnia nostra peccata, licet tantum originale traduximus: à Christo verò in quos omnes viuificamur, non illius tantum originalis, sed etiam cæterorum quæ ipsi addidimus peccatorum remissionem accipimus. Ideo non sicut per vnum peccantem, ita est & donum. Nam iudiciũ quidẽ ex vno delicto si non remittitur, id est originali, in condemnationem potest ducere: gratia verò ex multis delictis remissis, hoc est, non solùm originali, verum etiam omnibus cæteris ad iustificationem perducit. Si enim ob vnius delictũ mors, regnauit per vnũ, multomagis q. abundantiã gratiæ & iustitiæ accipiunt in vita, regnabunt per nostrum Iesum Christum. Libro ij. eiusdem, post medium. Ex quo per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum & per peccatum mors, & in omnes homines pertransiit vsque in finẽ carnalis huius generationis, nullo existente homine de quo in hac vita constituto veraciter dici possit, quod nullum habeat omnino peccatum, excepto vno meditatore, qui nos creatori nostro per remissionem peccatorum recõciliauit: idem ipse Dominus noster hanc suam medelam nullis generis humani temporibus ante vltimum futurum adhuc iudicium denegauit eis, quos per certissimam præscientiam & iustissimam beneficentiam secum regnaturos in vitam prædestinauit æternam. Libro de prædestinatione gratiæ, qui intitulatur de voluntate Dei. Vitiatæ radicis macula, ita propaginis traductæ per generationum sarmenta diffusa est, vt nec infans quidem vnius diei à culpa sit primæ præuaricationis alienus, nisi per indebitam saluatoris gratiam fuerit liberatus.

Tamen infra subdit ibidem. Facilius fieri posset, vt quamuis transeunte peccato, pœna minimè sequeretur, quam vt nulla communicatione peccati partem sumat pœnæ, qui non habet culpæ. Libro de perfectione iustitiæ hominis, capite tertio. Naturale peccatum non est, sed naturæ, præsertim vitiatæ, vnde facti sumus natura filij iræ: & parum est ad nõ peccandum voluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur per Iesum Christũ Dominum nostrum. Lib. de vera innocentia. Sicut quidam parentes aggrauant originale peccatum, ita quidam releuant: sed nullus tollit, nisi ille de quo dictum est. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: cui nullum bonum hominis est impossibile, nullum malum insanabile. Libro decimo tertio de Trinitate, cap. duodecimo. Nascimur filij iræ natura, natura scilicet vt est deprauata peccato, non vt recta creata est ab initio. Libro vndecimo super Genesim. Ea die qua factum est quod Dominus vetuit, mors venit. Amisso quippe statu mirabili, corpus ipsum cui status etiam de ligno vitæ virtute mystica præbeba

præbebatur, per quem nec morbo tentari nec mutari ætate potuissent, vt in deterius mutaretur effectum est. Hoc ergo amisso statu corpus eorũ duxit morbidam & mortiferam qualitatem, quæ etiam inest pecorum carni, ac per hoc eundem motum qui fit in pecoribus concũbendi appetitus, vt succedant nascentia morientibus. Sed tamen etiam in ipsa pœna suæ generositatis vindex animæ rationalis bestialem motum in membris suæ carnis erubuit, eíque incussit pudorem, nõ solũ quia hoc ibi sentiebat, vbi nunquam antea tale aliq̃d senserat, verum etiã quod ille pudẽdus motus de præcepti transgressione veniebat. Ibi enim sensit qua prius gratia vestiretur, quãdo sua nuditate naturæ nihil indecens patiebatur.

Cap.26. Tom.III. Ideo concludit Libro de fide ad Petrum, parte secunda. Firmissime tene & nullatenus dubites non solum homines iam ratione vtentes, verum etiam paruulos, siue in vteris matrum qui viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue iam de matribus nati sine sacramento baptismi sancti, quod datur in nomine patris & filij & spiritus sancti, de hoc sæculo transeunt, ignis æterni sempiterno supplicio puniendos: quia & si peccatum propriæ actionis nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem, carnali conceptione & natiuitate traxerunt. *Non baptizati dãnati.*

Cap.13. Tom.I. Sed omne peccatum est voluntarium. Libro primo retractationum. Vsqueadeò peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Potest videri hæc falsa definitio, sed si diligenter discutiatur, inuenietur verissima. Peccatum illud quippe cogitandum est, quod tãtummodo peccatum est, non quod etiam est peccati pœna: quamuis & illa quæ non immerito non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à nescientibus, vel à coactis perpetrantur, non omni modo possint sine voluntate committi. *De vera relig. cap.14.*

Cap.15. Et infra. Definitio peccati, qua diximus, Peccatum est voluntas retinendi vel cõsequendi quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere: propterea vera est, quia definitum est id quod tantummodo peccatum est, non quod etiam pœna peccati.

Tom.IIII. Libro quæstionum super Num. quæst. xxiiij. Merito quæritur, quæ sint peccata nolentium: vtrũ quæ à nescientibus committuntur: an etiam possint dici recte peccata esse nolentis, quod facere compellitur: nam & hoc contra voluntatem facere dici solet. Sed vtique vult propter quod facit cum vult viuere: si scilicet q̃squam nisi fecerit mortem minetur. Vult ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per seipsum appetit vt falsum iuret: sed vt falsum iurando viuat. Quod si ita est, nescio vtrum possint dici ista peccata nolentium, qualia hîc dicuntur expianda. Nam si diligenter inspiciatur, fortè ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud fit quod vult qui peccat. Omnes quippe homines qui scientes faciunt quod non licet, vellẽt licere: vsque adeò ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo consequitur. Hæc si ita se habent, non sunt peccata nolentium, nisi nescientium: quæ discernũtur à peccatis volẽtium. *Peccata nolentium.*

Libro de duabus animabus. Non nisi in voluntate est peccatum. Et iustitia peccantes tenet sola mala voluntate: quamuis quod voluerint, implere nequiuerint. Libro lxxxiij. quæstionum. Super illud verbũ Apostoli, Vanitati creatura subiecta est nõ sponte. Bene additum est, nõ sponte: homo quippe sponte peccauit, sed non sponte dãnatus est. Peccatum itaque fuit spontaneum, contra præceptum facere veritatis: peccati autem pœna, subiici fallaciæ. Non ergo sponte creatura vanitati subiecta est, sed propter eam qui subiecit eã in spe, id est propter eius iustitiam atque clementiam, qui neque impunitum peccatum reliquit, neque insanabilem voluit esse peccantem. Libro de perfectione iustitiæ hominis, cap. xv. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Non imputat eis peccatum qui fideliter ei dicũt, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et iustè non imputat, q̃a iustum est quod ait: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Peccatum est autẽ, cum vel non est charitas quæ esse debet, vel minor est quam esse debet, siue hoc vitari voluntate possit, siue nõ possit: quia si potest, præsens volũtas hoc facit: si autem non potest, præterita voluntas hoc fecit, & tamen vitari potest, non quando voluntas superba laudatur, sed quando humilis adiuuatur. Super Psal. cxviij. sermone tertio. Intelligere debemus quando peccatum quod habitat in nobis operatur in nobis, tunc nos id non operari: quando nequaquam ei voluntas nostra consentit & tenet etiam corporibus membra vt non obediant desideriis eius. Quid enim operatur peccatum nolentibus nobis, nisi sola illicita desideria? Quibus si voluntatis non adhibeatur assensus: mouetur quidem nonnullus affectus, sed nullus ei relaxatur effectus. Concludit & probat hæc omnia. Libro de vera religione, capi. xiiij. Defectus iste, qui peccatum vocatur, si tanquam febris inuitum occuparet, rectè iniusta pœna videretur, quę peccantem consequitur, & quæ damnatio nuncupatur. Nunc verò vsqueadeò peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium: & hoc quidem adeò manifestum est, vt nulla hîc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum voluntate committi. Non autem recte negat peccasse animam, qui & pœnitendo eam corrigi fatetur, & veniam pœnitenti dari, & perseuerantem in peccatis iustè à lege Dei damnari. Postremo si non voluntate malè facimus, nemo obiurgandus est omnino, aut monendus: quibus sublatis Christiana lex & disciplina omnis religionis auferatur necesse est. Volũtate ergo peccatur. Sed quoniam peccari non dubium est, ne hoc quidem dubitandum video, habere animas liberum voluntatis arbitrium. Tales enĩ seruos suos meliores esse iudicauit Deus, si ei seruirent liberaliter. Quod nullo modo fieri posset, si nõ volũtate, sed necessitate seruirent. Liberaliter igitur Angeli Deo seruiũt, neq; hoc Deo sed ipsis prodest. Deus

Deus enim bono alterius nõ indiget, quoniã à seipso est. Quod autem ab eo genitũ est, idipsum est, quia non est factum, sed genitum. Illa verò quæ facta sunt, eius bono indigent, summo scilicet bono, id est summa essentia. Minus autem sunt quàm erant cum per animæ peccatum minus ad illum mouentur, nec tamen penitus separantur, nam omnino nulla essent. Quod enim affectibus contingit animæ, hoc locis corpori: nam illa mouetur voluntate, corpus autem spatio. Quod autem homini à peruerso angelo persuasum dicitur, etiam ad hoc vtique voluntate consensit. Nam si necessitate id fecisset, nullo peccati crimine teneretur.

Dicit tamen in sermone de oratione. Periculosius peccat, qui se grauiter peccare vel peccasse non existimat. Amarum est peccatum. Lib. meditationum. Peccare quam amara res? O mala peccata, quam faciles aditus, quam difficiles exitus habetis, dum suadetis, voluptatem ostenditis: postquam persuaseritis, vsque ad mortem animæ vrgetis. Peccatores, intelligite, quia malum est & amarum relinquere Deum. Qui peccatis, redite, & nolite peccare. Nolite, inquam, nolite. Malũ est & amarum, nolite. Verè malum & amarum est: Expertus in hoc ipso sum. Aut enim continui dolores cruciabunt pœnitentem vitam meam, aut æterni cruciatus vexabunt puniendam animã meam. Vtrunque malum est, & amarum vtrunq;, libera me ab vtroque. Ideo in communibus sermonibus, sermone nono. Si hîc peccati pudorem, & illic cernerem inferni horrorem, & necessario vni eorum haberẽ inmergi: prius me in infernum demergerem, quam peccatum in me committerem. Mallem enim purus à peccato & innocens, gehennam intrare, quam peccati sorde pollutus cœlorum regna tenere: cum constet solos malos in inferno torqueri, & solos bonos in cœlesti beatitudine foueri. Damnosum est peccatum super Epistolã ad Romanos. Vnusquisque peccando animam suam diabolo vendit, accepto tanquam pretio, dulcedine temporalis voluptatis. Vnde & Dominus noster redemptor dictus est: quia hoc modo, quo dictum est, venundati eramus. Libro quinquagesimo Homil. Ipsa est infœlicitas hominum: propter quod peccant, morientes hîc dimittunt, & ipsa peccata secũ portãt. Peccas propter pecuniam, hîc dimittẽda est. Peccas propter villam, hîc dimittẽda est. Peccas propter mulierem, & hîc dimittenda est. Et quicquid est propter quod peccas, quando oculos in morte clauseris, hîc dimittis, & ipsum peccatum quod commitis, tecum portas. Ideo nisi dimittatur, semper manet. Libro primo de nuptiis & concupiscentia. Peccata manent, nisi remittantur. Sed quomodo manent si præterita sunt, nisi quia prçtereunt actu, remanent reatu? Remittere autẽ, est præterita delere, & futura nõ adiicere. Vnde scriptum est, Fili peccasti, ne adiicias iterum & de pristinis deprecare vt dimittantur. Propterea fugiendum. Libro meditationum. Heu peccatum, nomen horrendum, res detestabilis, nullo modo comparabilis, cæcus non videt foueam in quã ca-

Ex post. 42. Tom. IIII.

Homil. 42. Tom. X.

Tom. VI.

A dit. Insanus est putando se debere facere quod facit, quãdo sponte facit peccatum. Videns & sciẽs præcipitio se tradit. Mors & tormenta & qualibet tormenta tantum sunt, & in se fœda non sunt, quia ordinata sunt: peccatum in se habet fœditatem suam, & in se trahit æternam infœlicitatem. Melius enim erat eligere tormentum, quod per se fœditatem æternam non attrahit: quam peccatum, quod cum fœditate sua dolores æternos iungit. Et certè, ò miser homo, ipsa sola plus est vitãda fœditas, quam quodlibet tormentum. Nullum peccatum est existimandum esse paruum. Libro de decem chordis. Nolite contemnere parua peccata, quia minora: sed timete, quia plura sunt. Attendite fratres mei. Minuta sunt, non sunt magna. Non est bestia quasi leo, vt vno morsu guttur frangat: sed plerunque etiam bestiæ minutæ & multæ necant. Si proiicitur quisque in locum pulicibus plenum, nuquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores: sed infirma est natura humana, quæ etiam minutissimis bestiis interimi potest. Sic & modica peccata si attenditis, quia modica sunt: cauete, quia plura sunt. Quã minutissima sunt genera arenæ? si arenæ amplius in naui mittatur, mergit illã vt pereat. Quam minutæ sunt gutæ pluuiæ. Nonne flumina implent, & domos deiiciunt? Ergo ista nolite cõtemnere. In Epistola ad Seleucianam. Timenda sunt parua peccata, quæ humanæ fragilitati quamuis parua, tamen crebra subrepunt. Quæ collecta contra nos si fuerint, ita nos grauabunt & oppriment sicut vnum aliquod graue peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur: an paulatim subrepens aqua in sentinã & per negligentiam derelicta atque contẽpta impleat nauem atque submergat? Ad istorum remedium, ieiunia & eleemosynæ & orationes sunt.

Cap. 11. Tom. IX.

Tom. II. Epist. 108.

Parua peccata multa obruunt.

B

C

Libro secundo contra Petilianum, responsione xxiij. Frustra te securum facis, leue putãdo peccatum quod à regno Dei separat, & in ignem mittit æternum. Super Epistolã canonicã Ioannis. Non potest homo quandiu carnem portat non habere vel leuia peccata. Sed ista leuia quæ dicimus, noli contemnere. Si contemnis quando appendis, expauesce quando numeras. Leuia multa faciunt vnum grande. Multæ guttæ implent vnum fluuium: multa grana faciunt massam. Libro de vera & falsa pœnitentia. Nullum peccatũ adeò paruum, quod non crescat neglectum. Non enim considerandum est quid fecerit, sed quem offenderit: quam bonus, quam benignus, quam pius, quam propitius est, qui illum sua dulcissima pietate creauit ex nihilo, qui eum absque merito perduxit ad baptismum, & educauit & nutriuit tanquam filium: ad cuius cõmodum creauit cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt ex nihilo, cui seruiunt omnia tanquam filio, cui misit Angelum in auxilium, propter quem, fortem & callidum inimicum debellauit eius hostem antiquum, propter quem tam multipliciter pati sustinuit, vt mereretur esse tanquam filius cum quo dignatus est habere cõsortiũ. Qui Deus maiestate

Tom. VII.

Tract. 1. Tom. IX.

Cap. 8. Tom. IIII.

D

tate regit & gubernat omnia propter eum potestate sua. Talem patrem offendere, contra eius voluntatem aliquid committere, animaduertentibus aut non se ignorantibus quam est crudele? Vnde qui se cognoscunt, sicut semper peccant, ita semper plorant, vt totam vitam suam, quæ est tẽtatio super terram plorent tota vita sua. Ibidẽ. *Cap. eod. inf.* Ista asꝭidua peccata, & quasi quodammodo necessaria, asꝭidua lauentur confessione, asꝭidua restaurẽtur eleemosynarum largitione †. Resurgamus protinus ad pristinam perfectionem, ne istis pro sua multiplicitate †, quasi quadã scabie patiamur corrumpi & collidi: ne pinguedine charitatis imminuta sinamur macie affligi, & tortura immundæ conscientiæ macerari. Semper in melius tendamus, semper in puritatem baptismi tẽdentes, & eam summopere conseruantes: vt cum de hac vita exibimus, ad eum qui mundisꝭimus est mundi perueniamus, & sine mora ab eo suscipiamur. Doleamus esse exules à patria, doleamus viuere in corruptibili materia. Hîc dolor magis ex desiderio, quam ex vindicta fit. Vnde differt à pœnitentia. Pœnitentia enim est quædam dolentis vindicta, puniens in se quod dolet commisisse. Qui autem dolet quod detinetur in mortali corpore, desiderat quod amat, plorãs quod tardat. Omnis pœnitentia est de male vsa libertate. Iste dolor verò magis de necesꝭitate est: Nullum autem peccatum est necessarium. Ipsum autem peccatum originis ob hoc est malum, quia fuit in Adam spontaneum. Illius enim voluptas malè vsæ libertatis punitur in nobis, non quia necessarium, sed quia fuit spõtaneum. Nihil enim à nobis quæritur qđ commisissemus, nihil à nobis exigitur nunc quod tunc fecissemus. Relinquitur in filiis opus paternæ voluptatis. Sed de peccato mortali dicit, Libro de correptione & gratia. Peccatum ad mortem, est fidem, quæ per dilectionem operatur, deserere vsque ad mortem. Libro primo de sermone Domini in monte. Peccatum ad mortem esse puto, cum quis post agnitionem Dei per gratiam Christi fraternam oppugnat charitatem, & aduersus ipsam gratiã, qua reconciliatus est Deo, inuidiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem est, si quis non amorem à fratre alienauerit, sed officia fraternitati per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Ista differentia peccatorum Iudam tradentem à Petro negãte distinxit: non autem hoc ideo dixerim, quia non sit ignoscendum pœnitenti vel petenti: sed quia tanta est labes illius peccati, vt humilitatem non posꝭit subire deprecandi, etiam si peccatum suum mala conscientia confiteatur, & agnoscere & enumerare cogatur. Vnde & Iudas ait, Peccaui tradens sanguinem iustum: Facilius tamẽ ad laqueum desperatione cucurrit, quàm humilitate veniam postulauit. Non ergo quia odis talem, ideo pro illo non oras: sed quia sentis te nihil posse proficere, & orationem tuam non vis repelli à iustisꝭimo iudice. Tamen vt dicit. Libro primo retracta. Addendum fuit, si in hac tam scelerata mẽtis peruersitate finierit hanc vitam: quoniam de quo-

† Aliàs, restaurẽtur cõpunctione.
† Aliàs, Surgamus purisꝭimi ad purisꝭimã perfectionẽ, ne istis quæ parua sunt multiplicatis, quasi quadam &c.
Tom. VII.
Tom. IIII.
1. Retract. Cap. 19. Peccatũ ad mortem, & nõ ad mortẽ.
Cap. 19. Tom. I.

A cunque pesꝭimo in hac vita constituto, non est vtique desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Super Psalmum trigesimum nonum. Præcauisti magna delicta, iã non facis adulterium, non facis homicidium, non rapis res alienas, non blasphemas, nõ dicis falsum testimoniũ: moles ista sunt peccatorum. Magna præcauisti, de minutis quid agis? An nõ times minuta? Minuta videntur, sed multa sunt. Proiecisti molem, vide ne arena obruaris. Sed de peccato in Deum, dicit Libro quæstionum super Gene. quæst. xlix. In Deum etiam peccare est, quãdo talia peccata committuntur, quæ putant homines leuiter habenda, tanquam in carne peccati. Libro quæstionum Deuter. q. lv. Peccare in Deum, est in iis peccare quæ ad Dei cultũ pertinent: Peccare Domino videtur mihi non immerito dici, B quando quispiam pœnitentiam peccati sui non agit, vt glorificetur ignoscens Dominus. Libro meditationum, cap. xxvij. Peccare, est Deum exhonorare: quod homo facere non debet, etiam si necesse esset perire, quicquid Deus nõ est. Sed de peccato in Spiritũ sanctũ. Lib. j. de serm. Dom. in monte. Peccare in Spiritum, est per malitiam & inuidiam fraternam oppugnare charitatẽ post acceptam gratiam Spiritus sancti. Quod peccatũ Dominus, neq; hîc neque in futuro sæculo dimitti dicit. Libro de blasphemia in Spiritum sanctũ. Impœnitentia, est peccatum in Spiritum sanctum, quod non remittitur, neque in hoc sęculo, neque in futuro. Consequuntur, & connectuntur ad se inuicem peccata. Super Psal. lvij. Iniqui- C tatẽ manus nostræ concinunt vel connectunt: qa de peccato peccatum, & ad peccatum peccatum, propter peccatum. Vt, furtum fecit: peccatum est. Visus est. Occidere quærit eũ à quo visus est. Cõnexum est peccatum peccato. Permiserit Deus occulto iudicio occidere eum, quem voluit occidere. Sentit sciri, quærit & alterũ occidere, connexuit tertium. Dum ea molitur, forte ne inueniatur, aut quia fecit ne conuincatur, consulit Mathematicum: additum est quartum. Respondet fortè aliqua dura & mala Mathematicus, curritur ad haruspicem vt expietur: respondet haruspex, non se posse expiare, maleficus quæritur. Et quis omnia posꝭit numerare, quæ connectuntur peccata D peccatis? Ideo dicit. Libro contra mendacium. Si peccatis hanc aperuerimus viam, vt committamus minora ne alij maiora committant, lato limite imò nullo limite, sed cõuulsis & remotis omnibus terminis, infinito spatio cũcta intrabunt atque regnabunt: & si scelus nobis videamur admittere, si velimus à scelere temperare. Hoc sapere quid est nisi desipere, vel potius insanire? A mea quippe iniquitate, non ab aliena, siue in me, siue in aliis perpetrata, nihil est cauenda damnatio. Anima enim quæ peccauerit ipsa morietur. Et infra subdit in eodem. Noli facere magnum scelus tuum, dum maius horrescis alienum. Quantumlibet enim distet inter tuum & alienum, hoc erit tuum, illud alienum. Et in eodem infra. Faciat etiam pro temporali hominum salute quod potest.

potest. Cum autem ad hũc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consulere nisi peccando non possit, iam se existimet non habere quid faciat, quã do id reliquum esse prospexerit quod non rectè faciat. Est autem peccatum deceptiuum. Libro j. de diuersis quæstionibus ad Simplicianum. q. j. Peccatum prohibitione aucto desiderio, factum est dulcius, & ideo fallit. Fallax enim dulcedo est, quam plures atque maiores pœnarum amaritudines sequuntur. Quia ergo ab hominibus nondum spiritualem gratiam percipiẽtibus suauius admittitur quod vetatur, fallit peccatum falsa dulcedine. Ideo libr. xxij. contra Faustũ. Nescientibus æternæ legis lumine à peccatis rectè facta discernere, constantia, pertinacia videri potest: & virtus fiduciæ, vitium putatur audaciæ. De remissione autem peccati, dicit libro de blasphemia in spiritum sanctum. Nõ infert nobis Deus bona sua, nisi mala nostra, scilicet peccata auferat: & intantum illa crescunt, in quantum ista minuuntur: nec illa perficiuntur, nisi ista finiantur. In eodem infra. Remissio peccatorum quæ non datur nisi in spiritu sancto, in illa tantum Ecclesia dari potest, quæ habet spiritum sanctum. In sermone de igne purgatorij, dicit quomodo purgantur. Si hîc dum viuimus pœnitentiam facimus, aut Deo volente vel permittente multis tribulationibus affligimur, & si Deo gratias agimus liberamur. Quod ita fit, quoties maritus, aut vxor, aut filius moritur, vel si substantia quæ à nobis plus quam oportet amatur auferatur. Licet plus Christum quam ipsam substantiam diligamus, etsi necessitas fuerit, malimus ipsam substantiam perdere, quam Christũ negare: tamen quia si plus eam quam debemus diligimus, amittere eam aut dum viuimus, aut dũ morimur, sine grandi dolore non possumus: & tamen, si Deo, qui illa auferri velut pius pater permittit, tanquam boni filij gratias agamus, & minus nos pati quam meremur vera humilitate proferamus: ita ipsa peccata in hoc sæculo purgantur, vt in futuro ignis ille purgatorius aut nõ inueniat, aut certè parum inueniat quod exurat. Si autem nec in tribulationibus gratias agimus, nec in bonis operibus peccata ipsa redimimus, ipsi tandiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quandiu supradicta minuta peccata consumantur. Et infra dicit quomodo redimantur. Quoties infirmos visitamus, in carcere clausos requirimus, discordes ad concordiam reuocamus, indictum in Ecclesia ieiunium ieiunamus, hospitibus pedes abluimus, ad Ecclesiam frequenter conuenimus, eleemosynam pauperibus damus, inimicis nostris quoties veniam petierint indulgemus, istis & his similibus minuta peccata redimuntur quotidie. Pro capitalibus vero criminibus non hoc solùm sufficit, sed addendæ sunt lachrymæ, rugitus & gemitus continuata tempore longo, & protracta ieiunia, largiores eleemosynæ erogandæ vltro nosipsos à communione Ecclesiæ remouentes, in luctu & tristitia multo tempore permanentes, & pœnitentiam

A etiam multo tempore publicè agentes: quia iustum est, vt quicunque per multorũ destructionem se perdidit, cum multorum ædificatione se redimat. Propter hoc dicit libr. de natura & gratia. Per hoc quotidianum spiritale quodãmodo incensum, quod ante Dominum in altari cordis quod sursum habere admonemur, infertur, etiam si hîc non viuatur sine peccato, licet mori sine peccato, dum subinde venia deletur, qđ subinde ignorantia vel infirmitate committitur. Cap. 35. Tom. VII.

Tamen ipsa remissio, gratiæ attribuitur. Lib. ij. confessionum. Gratiæ tuæ Domine deputo & misericordiæ tuæ, quod peccata mea tanquã glaciem soluisti: gratiæ tuæ deputo quæcunque non feci mala. Lib. iiij. eiusd. Bonum est confiteri tibi Domine, & dicere, Miserere mei, sana animã meam, quoniam peccaui tibi. Neque ad licentiã peccandi abuti indulgẽtia tua, sed meminisse Dominicæ vocis, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi contingat. Quam totam illi salubritatem interficere conantur cum dicunt: De cœlo tibi est ineuitabilis causa peccãdi, & Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars. s. vt homo sine culpa sit, caro & sanguis & superba putredo, culpandus autem sit cœli ac syderum creator & ordinator. Et quis est hic nisi tu Deus noster, suauitas & origo iustitiæ, qui reddes vnicuique secũdum opera eius, & cor contritum & humiliatũ non spernis? Lib. de fide & operibus. Hoc ꝓdest, in Deum credere, recta fide Deum colere, Deum nosse, vt bene viuendi ab illo sit nobis auxilium, & si peccauerimus, ab illo indulgentiam mereamur: non in factis, quæ odit securi perseuerantes, sed ab eis recedẽtes, eique dicẽtes, Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. Ideo in sermone v. de lætaniis. Pessimum genus peccati, est non intelligere peccata. Omnes quidem cognoscentes crimina sua, recõciliari Domino per pœnitentiã possunt. Nullus magis de peccatoribus plangi dignus est, quã qui putat se nõ habere quod plãgat. Multa enim delictorũ genera sunt, & ob hoc periculosiora sunt quædã, quæ leuiora esse credũtur: & illa sunt magis noxia, quæ nõ æstimãtur esse peccata. Nullũ enim malũ facilius decipit, quãcũ nõ intelligitur esse malũ. Nullũ autẽ peccatũ perturbat Dei ordinẽ. lib. xij. cõfes. Dixisti mihi Domine voce forti in aurẽ interiorẽ, quod omnes naturas atq; substãtias quæ nõ sunt qđ tu es, & tamen sunt, tu fecisti: & hoc solũ à te nõ est, qđ nõ est, motúsq; volũtatis à te q. es ad id qđ minus est, q̃a talis motus delictũ atq; peccatum est. Et qđ nullius peccatũ aut tibi nocet, aut perturbat ordinẽ imperij tui. Vnde libr. xv. de Trini. Quid fecit animã miserã sub omnipotente & bono Deo, nisi peccatũ suũ & iustitia Domini sui? Et quid eã faciet beatam, nisi meritũ suũ & præmiũ Domini sui? Sed etiã meritũ eius gratia est illius, cuius præmiũ est beatitudo eius. Non sunt autem à Deo peccata. Lib. de natura boni. Peccata q̃a naturã nõ seruãt, sed vitiãt, ex Deo non sunt, sed ex voluntate peccantiũ. Propterea eod. lib. c. vij.

Tom. I.

Cap. 3. Tom. eod.

B C Cap. 22. Tom. IIII.

Psal. 40.

D Cap. 11. Tom. I.

Tom. III.

Cap. 18. Tom. VI.

Peccantes in suppliciis ordinantur: quæ ordinatio, quia eorũ naturæ non competit, ideo pœna est: sed quia culpæ cõpetit, ideo iustitia est. Ideo lib.lxxxiij.quæst.q.lxvj. *Tom.IIII.* Dicit Dominus peccatoribus, Non noui vos. Non enim eum aliquid latet, sed quia peccatũ non inuenitur in regulis præceptorum, quas habet veritas, ideo ipsa veritas dicit peccatoribus, non noui vos. Sicut enim tenebræ oculis non videndo, ita peccata mente ignorando sentiuntur.

PECCATOR. Super Psal.cv. Scriptura peccatores appellare consueuit valde iniquos, & grandibus peccatorum sarcinis oneratos. Sed quare Deus hominem creauit si præsciuit eum peccaturũ. *Tom.IIII.* In dialogo ad Orosiũ. Ideo fecit Deus hominem, quãuis præsciret eum esse peccaturum, quia de peccãte multa bona facere poterat, ordinans eum secundũ moderationem iustitiæ suæ. Nec est à Deo peccatum eius: quem Deus ita instituit, vt si non peccaret nulla mors ei esset: si verò peccaret, ab immortalitate decidẽs, super peccato eius multi corrigerentur. Nihil enim sic reuocat hominẽ à peccato, quẽadmodũ in mẽte eius cogitatio mortis. Non est Deus causa peccandi hominibus. Lib.lxxxiij. q. *Quæst.24. Tom.IIII.* Iustus autem Deus regens & gubernans vniuersa, nullam pœnam cuiquam sinit immerito infligi, nullum præmium immeritum dari. Meritum autem pœnæ peccatum: & meritũ præmij, rectè factum est. Nec peccatũ autẽ, nec rectè factũ imputari cuiquã iustè potest, qui nihil propria fecerit voluntate. Est enim & peccatũ & rectè factũ, in libero voluntatis arbitrio. Lib.iij. de libero arbitrio. *Cap.26. Tom.I.* Laudemus conditorẽ si potest defendi peccator, laudemus si non potest. Si enim iustè defenditur, nõ est peccator, laudemus ergo creatorem. Si autẽ defendi non potest, intantũ peccator est, inquantũ à creatore se auertit, lauda ergo creatorem. Igitur omnino non inuenio, nec inueniri posse & prorsus non esse confirmo, quomodo tribuantur peccata nostra creatori nostro: quando & in ipsis laudabilem inuenio, nõ solum quod ea punit, sed etiam quod tunc fiunt, cũ ab eius veritate receditur. Vnde lib. ij. de peccatorum meritis & remissione, & baptismo paruulorum. *Cap.5. Tom.VII.* Ad peccandũ nanque non adiuuamur à Deo, iusta autem agere, vel iustitiæ præceptum etiam ex parte implere non possumus, nisi adiuuemur à Deo. Sicut enim corporis oculus nõ adiuuatur à luce, vt ab eadẽ luce clausus auersúsque discedat, vt autem videat adiuuatur ab ea, neque hoc omnino nisi illa adiuuerit, potest: ita Deus, qui lux est hominis interioris, adiuuat nostræ mentis obtutum, vt non secundum nostram, sed secũdum eius iustitiam boni aliquid operemur. *Manca voluntas sine ope Dei.* Si autem ab illo auertimur, nostrum est, & tunc secundum carnẽ sapimus, tunc concupiscentiæ carnis ad illicita consentimus. Conuersos ergo Deus adiuuat, auersos deserit. Sed etiam vt conuertamur, ipse adiuuat, quod certè oculis carnis lux ista non prẽstat. Ordinat tamen Deus peccatorem ad bonum. *Cap.11. Tom.I.* Lib.vj. musicæ. Peccantẽ hominem ordinauit Deus turpẽ nõ turpiter. Turpis factus est voluntate, vniuersum amittendo, quod Dei præceptis obtẽperans possidebat, & ordinatus est in parte, vt qui legem agere noluit, à lege agatur. Quicquid autem legitimè, vtique iustè: & quicquid iustè, non vtique turpiter agitur: quia etiam in malis operibus nostris, Dei opera bona sunt. Homo nanque inquantum homo est, aliquod bonum est. Adulteriũ verò inquantum adulterium est, malũ opus est. Plerunque autem de adulterio nascitur homo, de malo scilicet opere hominis bonum opus Dei. Nullus autẽ est homo sine peccato. Lib.ij. de peccatorum meritis, vt supra. Si à me quæratur, vtrum homo possit esse sine peccato in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam & liberum arbitriũ eius: ipsum

B quoque liberum arbitriũ ad Dei gratiã, hoc est, ad bona Dei pertinere non ambigens, nec tãtum vt sit, verum etiam vt bonũ sit, id est, ad facienda mandata Dei conuertatur: atque ita Dei gratia non solum ostendat quid faciendũ sit, sed etiam adiuuet, vt possit fieri quod ostẽderit. Quid enim habemus quod non acceperimus? Vnde Hieremias, Scio Domine quia non est in homine vita eius, nec est &c. Et infra subdit ibid. Si quæratur vtrum aliquis sit sine peccato, esse nõ credo. Magis enim credo scripturæ dicenti, Non intres in iudicium cũ seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et ideo misericordia Dei opus est, quæ superexaltat iudicium, quæ illi non erit, qui non fecit misericordiam. Et quod propheta cũ diceret, Dixi, pronũ

C ciabo aduersum me delictum meum Domino, & tu dimisisti impietatẽ cordis mei: continuo subiunxit, Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Non ergo omnis peccator, sed omnis sanctus: Vox enim sanctorum est, Si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosmetipsos decipimus & veritas in nobis non est. Vnde in eiusdem Apost. Apoc. Illa centum quadraginta & quatuor millia sanctorũ, qui se cum mulieribus non inquinauerunt, virgines enim permanserunt, & non est inuentum in ore eorum mendacium, quia irreprehensibiles sunt: Profectò ideo sunt irreprehensibiles, quia seipsos veraciter reprehenderunt. Et ideo non est inuentum in ore eorum mẽdacium, quia si dicerent se peccatum non habere, seipsos deciperent, & veritas in

D eis non esset, & vtique mendaciũ esset, vbi veritas non esset: quoniam iustus cum in sermonis exordio accusator sui est, non mẽtitur. Ac per hoc in eo quod scriptum est, Qui natus est ex Deo, non peccat, & non potest peccare, quia semen eius in ipso manet. Et in eodem infra. Sic credimus non iustificari in conspectu Dei omnem viuentem: & ideo rogari, ne intret in iudicium cum seruis suis: & non tantum vniuersaliter omnibus fidelibus, verumetiam singulis esse orationem Dominicam necessariam, quam tradidit discipulis suis. Et subdit ibidẽ. Cum legitur in scripturis cuiusque perfectio, qua in re dicatur, non negligenter intuendum est: quoniã non ideo quisque prorsus

prorsus sine peccato esse intelligitur, quia in aliqua re dicitur esse perfectus: quanquam & in hoc ita possit dici, vt non quia iam non est quo proficiat, sed quia ex magna parte profecit, hoc nomine dignus habeatur. Sicut in doctrina legis dici potest quisquam perfectus, etiam si eum aliquid adhuc latet. Et lib. eod. versus finẽ. Teneamus indeclinabilem fidei confessionẽ. Solus vnus est qui sine peccato natus est, in similitudine carnis peccati, sine peccato vixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus est propter aliena peccata: nõ declinemus in dexterã aut in sinistram. In dexterã enim declinare, est seipsum decipere dicendo se esse sine peccato. In sinistram autẽ per nescio quam peruersam & prauã securitatem se tanquam impunè dare peccatis. Vias enim quę à dextris sunt, nouit Dominus, qui solus sine peccato est, & nostra potest delere peccata: peruersæ autem sunt, quæ à sinistris sunt amicitiæ cum peccatis. Lib. de perfectione iustitiæ hominis. c. j. Respõdemus vitari posse peccatum, si natura vitiata sanetur gratia Dei per Iesum Christũ Dominum nostrũ. Intantum enim sana non est, inquantum id quod faciendũ est, aut cæcitate non videt, aut infirmitate non implet: dum caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem, vt ea quæ vult homo nõ faciat. Eod. lib. ca. xv. Iam olim contra superbos scimus esse clamatum. Beatus cui non imputauit Dominus peccatum. Non enim imputat iis qui fideliter ei dicunt, Dimitte nobis debita nost. sicut & nos &c. Et iustè nõ imputat, quia iustum est quod ait, In qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur vobis. Peccatũ est autẽ, cum vel non est charitas quæ esse debet, vel minor est quã debet, siue hoc vitari voluntate possit, siue nõ possit: quia si potest, præsens voluntas hoc facit: si autem non potest, præterita voluntas hoc facit, & tamen vitari potest, non quãdo voluntas superba laudatur, sed quando humilis adiuuatur. Eod. lib. c. xvj. Orandum est & dicendũ, Dimitte nobis debita nostra: cum iam in sancto baptismo vniuersa dimissa fuerint præterita. Quisquis autem membris fidelibus Christi hoc non esse orandum persuadere conatur, nihil aliud quam seipsum Christianum nõ esse profitetur. Porrò si per seipsum potest homo esse sine peccato, ergo Christus gratis mortuus est: Nõ autẽ gratis mortuus est Christus, nõ igitur potest homo esse sine peccato, etiã si velit, nisi adiuuetur gratia Dei per Iesum Christum Dominum. Quod vt perficiatur, & nũc in proficientibus agitur, & omni modo implebitur contentione mortis assumpta, & charitate quæ credendo & sperando nutritur, videndo & obtinendo perfecta. Et in eod. ca. xxj. Non reprehendit Iob cor eius, quando reprehendit peccatum quod habitat in membris eius, & non habet qui reprehendat infidelitatẽ eius. Ita nec in vita sua, id est, in fide sua à corde suo reprehẽditur, & sine peccato non esse conuincetur. Quod & ipse Iob de se confitetur vbi dicit: Nihil te latuit peccatorum meorũ. Signasti iniquitates meas in sacculo, & annotasti si quid inuitus trãsgressus sum.

A

Et c. xxvj. eiusd. Non intres, inquit, in iudiciũ cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Iudiciũ timet, quia misericordiã desiderat quæ superexaltat iudiciũ. Hoc enim, Non intres in iudicium cum seruo tuo, noli me iudicare secundum te qui es sine peccato, quoniã non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens: Quod de hac vita dictũ sine difficili quæstione intelligitur. Et quod ait, Non iustificabitur: ad illã perfectionẽ iustitiæ retulit, quæ in hac vita nõ est. Et c. xxix. Quisquis ergo fuisse vel esse in hac vita aliquẽ hominem, vel aliquos homines putat, excepto vno mediatore Dei & hominũ, quibus necessaria non fuerit remissio peccatorum, contrarius est Diuinæ scripturæ, vbi Apostolus dicit, Per vnũ hominem peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Et necesse est vt impia cõtentione asserat esse posse homines, qui sine mediatore Christo liberante atque saluante sint liberi, saluíque à peccato, cũ ille dixerit, Non est opus sanis medicus, sed malè habẽtibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Quisquis autẽ dicit, post acceptã remissionẽ peccatorũ ita quenquã hominem iustè vixisse in hac carne, vel viuere, vt nullũ habeat omnino peccatũ, contradicit Apostolo Ioanni, qui ait, Si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus & veritas in nobis nõ est. Nõ enim ait, Habuimus, sed habemus. Quod si quisquam asserit de illo peccato dictũ, quod habitat in carne mortali nostra secundũ vitiũ quod peccantis primi hominis voluntate contractũ est, cuius peccati desideriis ne obediamus, Paulus Apostolus præcipit: non autem peccare, qui eidẽ peccato quãuis in carne habitanti ad nullũ opus malum omnino consentit vel facti, vel dicti, vel cogitati, quamuis ipsa concupiscentia moueatur, quę alio modo peccati nomẽ accepit, quod enim consentire peccare sit, nobísque moueatur inuitis: subtiliter quidem ista dixerit, sed videat quid agatur de Dominica oratione, vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Quod, nisi fallor, non opus esset dicere, si nũquam vel in lapsu linguæ, vel in oblectanda cogitatione, eiusdem peccati desideriis aliquantulum consentiremus, sed tantummodo dicendum esset, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo. Nec Iacobus Apostolus diceret, In multis offendimus omnes. *Iac. 5.* Non enim offendit, nisi cui mala concupiscentia contra iustitię rationẽ appetendo seu vitando, faciendum vel dicendum vel cogitandum aliquid quod non debuit, siue fallẽs, siue pręualens persuadet. Vnde cõcludit lib. de natura & gratia. *Cap. 36. Tom. VII.* Excepta sancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quæstionẽ: vnde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatũ fuerit ad vincendum omni ex parte peccatũ, quæ cõcipere & parere meruit eũ, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo virgine excepta, si omnes

sanctos & sanctas cum hîc viuerent congregare
possemus, & interrogare vtrum essent sine pecca
to, quid responsuros fuisse putamus, nisi quod
Ioannes Apostolus dicit, Si dixerimus quod pec
catum non habemus, &c. Et in eod. lib. c. lxij.
Si omnes peccatores Deus sperneret, omnes vti-
que sperneret: qa sine peccato nemo est. Sed sper
nit discedentes à se, quos apostatas vocat. Ve-
Cap.28. rũtamẽ vt dicit lib. de spiritu & litera ad Marcel
Tom.III. linũ. Sicut non impediunt ad vitam æternã iustũ
quædã peccata venialia sine quibus hęc vita non
ducitur: sic ad salutem æternã nihil prosunt im-
pio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vi
ta cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. Verũta-
mẽ sicut in regno Dei velut stella à stella in glo-
ria differunt sancti: sic & in dãnatione pœnę sem
piternæ tolerabilius erit Sodomæ quã alteri ciui
tati. Erunt quidẽ duplo magis quibusdã gehẽnæ
filij. Et ita nec illud in iudicio Dei vacabit, quod
in illa impietate damnabili, magis alius alio mi-
Cap.276. núsve peccauerit. Causam huius ponit. lib. de
Tom.eod. vera innoc. Miseria generis humani, cuius nullũ
hominẽ ab exortu vsque ad obitũ videmus alie-
num, non pertineret ad iustum Dei omnipoten-
tis iudiciũ, si non esset originale peccatũ. Ideo
Cap.41. cõcludit lib. de fide ad Petrum, parte ij. Firmiter
Tom.eod. credendũ est, etiã iustos & sanctos homines, exce
ptis iis q baptizati paruuli sunt, sine peccato hîc
neminem viuere posse: sempérque omni homini
necessariũ esse, & peccata sua vsque in finẽ vitæ
præsentis eleemosynis diluere, & remissionem à
Deo humiliter veracitérque postulare. Libr.
v. confess. c. xlj. Id erat peccatũ insanabilius quo
me peccatorẽ non esse arbitrabar. Lib. de Ec-
Cap.86. clesiast. dogmatibus. Nullus sanctus & iustus ca-
Tom.III. ret peccato. Nec tamen ex hoc desinit esse iustus
vel sanctus, cũ affectu teneat sanctitatẽ. Nõ enim
naturę viribus, sed propositi adiumento per Dei
gratiam acquirimus sanctitatẽ. Et ideo veraciter
omnes sancti se pronuntiant peccatores, quia in
veritate habent quod plangant, & sine reprehen
sione cõscientiæ, certe mobilitate peccatricis na
turę. Lib. de fide & operibus. Et similis est sen
Tom.IIII. & VII. tentia. Libr. ij. contra Cresconium grãmaticum.
Nunquam quisquã ita debet extolli, vt, non di-
cam apud alios iactare, sed apud seipsum se puta-
re audeat in hac vita esse sine peccato. Ideo su
per Psal. xxxj. Beati quorũ remissæ sunt iniquita
tes, & quorũ tecta sunt peccata: sed quorũ tecta,
id est, cooperta & abolita sunt peccata? Pro-
pterea ad remedium dicit. In prologo libri de di
sciplina Christiana. Cum in scripturis sanctis cõ
templatus fueris normã iustitiæ, quantũcunque
profeceris inuenies te peccatorẽ. Profecisti, iam
vnum Deum colis, nihil contra fidẽ de Deo sen-
tis, nihil contra pactum societatis humanæ in
actualibus exerces, iam iustus es. Quid de lingua?
Sed ecce ipsam frænasti: quanquam quis tantus,
vt hoc omni modo perficiat? Quid facis de cogi-
tationibus tuis? quid facis de tumultu & caterua
rebellantium desideriorum? Non eis das mem-
bra, ita credo & sentio: sed tamẽ cogitationes ali-

A quãdo inclinant, & auferunt te: & plerunque in
oratione genibus flexis, corpus prosternis, collũ
curuas, confiteris peccata, adoras Deum, video
corpus vt iaceat, quæro vt volitet animus. Video
membra iacentia, videamus si stat conscientia, vi
deamus si fixa est in eum quẽ adorat, si non cogi
tationibus plerunque tanquã æstu mari abripi-
tur, & tempestate in aliud atque aliud iactatur.
Modo si mecum loquereris, & subito auerteres
te ad seruum tuum, & dimitteres me, non dico à
quo aliquid petebas, sed cum quo & ex quo lo-
quebaris, non mihi factam iniuriam reputarem?
Ecce quid facis quotidie Deo. In istis ergo quoti
dianis peccatis, quæ spes est, nisi humili corde di-
camus in oratione Dominica, quæ iam in bene
placitis nostris est non defendẽtium peccata, sed
B confitentium, Dimitte nobis debita nostra, sicut
& nos dimit. deb. nost. Et, Aduocatum habemus
apud patrem Iesum Christum, vt sit propitiatio
pro peccatis nostris? Omnia enim delentur cum
ex vero corde & plena fiducia dicimus illi, qui
videt cor nostrum, Dimitte nobis, sicut & nos di
mittimus. Dic toto corde, dic tota fiducia, dic se-
curus, Dimitte nob. sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris: aut, Noli dimittere, si nos non di
mittimus. Quod & si non dixeris, Noli dimitte-
re si non dimittimus, prorsus non dimittitur no
bis. Neque enim vt tu sis impunitus peccator, est
ille mẽdax promissor. Vis, inquit, vt dimittatur?
Dimitte. Est autem aliud opus misericordiæ. Vis
vt dem? Da. Vno loco est positum in Euangelio,
Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur
C vobis. Aliquid, inquit, & ego contra te teneo: ali-
quid & tu contra alterum tenes: dimitte, & dimit
to. Aliquid petis à me, aliud alter petit à te: Da,
& do. Et quæ dimittit, & quæ dat, nonne chari-
tas? Charitas est ergo quæ operit multitudinem
peccatorum. In sermo. super illud. j. Ioan. Si di
xerimus quia peccatum non habemus, &c. & est Serm.
lib. de verb. Aposto. Veritas discipulis, pastor pa Tom.X.
storum arietibus dixit, Sic orate, Dimitte nobis
debita nostr. &c. Rex militibus, dominus seruis,
Christus Apostolis, veritas hominibus loqueba
tur. Scio quid in vobis agatur, Ego vos appendo,
ego de trutina mea renuntio, prorsus dico quid
in vobis agatur. Hoc enim ego plusquã vos scio:
dicite, Dimitte nobis debit. nost. sicut & nos, &c.
Ibidem infra. Orandum est vt venia percipia-
D tur. Qui dat veniam, maculã abstergit. Qui igno
scit, rugam extendit; Et nostra extenditur ruga
tanquam in tendicula magni fullonis? In cru-
ce Christi. In ipsa enim cruce, id est, in ipsa ten-
dicula, pro nobis sanguinem fudit. Et ideo vt
peccatores mundentur. Lib. 50. Homil. Incũbite
orationibus peccatores, confitemini peccata ve-
stra, orate vt depellantur, orate vt minuantur,
orate vt vobis proficientibus ipsa deficiant. Ta-
men nolite desperare, & peccatores orate. Quis
enim non peccauit? A sacerdotibus incipe. Sacer
dotibus dixit, Prius offerte sacrificia pro peccatis
vestris, & sic ꝑ populo. Sacrificia cõuincebãt sa-
cerdotes, vt si qs se iustũ & sine peccato diceret,

respondetur ei, Non attendo quid loqueris, sed quid offeras. Victima tua conuincit te. Quare offers pro peccatis tuis, si nulla habes peccata? En offers sacrificium, an in sacrificio tuo mentiris Deo? Sed fortè sacerdotes veteris populi peccatores erant, noui populi nõ sunt peccatores. Certè fratres quia Deus voluit, sacerdos ipsius sum, peccator sum, vobiscum pectus tundo, vobiscum veniam rogo, vobiscum Deum propitium peto. Sed fortè Apostoli sancti, primi, summi arietes, gregis pastores, mẽbra pastoris, fortè ipsi non habebant peccatũ? Verè & ipsi habebant. Eis enim dixit Dominus, Sic orate, & inter cætera quæ iussit orare, & hoc proposuit, Dimitte nobis debita nostra. Sed fortè dicere aliquis potest, quando illos Dominus istam orationẽ docuit, adhuc erant paruuli, infirmi, carnales, nõdũ erãt spirituales, qui non habent peccatũ. Sed vnus ipsorũ quem Dominus diligebat, & qui supra pectus Domini discumbebat, & regni cœlorum quod ructaret secretũ bibebat, dixit, Si dixerimus &c. & si autẽ confessi fuerimus, &c. In ser. j. de pœnitentia, in princ. Quotiescunque euenerit vt in quocunque graui peccato aliquis, vt habet humana fragilitas, cadat, nec quia Deus iustus est, desperare: nec quia misericors est, debet nimia securitate cõfidere: Sed sic timeat iustitiã, vt quęrat misericordiam: & sic de misericordia confidat: vt tamẽ iustitiam contremiscat: quia quantũ nos Deus diutius expectat vt corrigamur, tãtũ grauius vindicat, si de conuersione tardius cogitemus. Nec dicat cum ad senectã venero, tunc ad pœnitentiæ medicamenta confugiã. Quare hoc de se fragilitas humana præsumit, cũ vnum diem vitæ suæ in potestate non habeat? Quã multi se credebãt longo tempore viuere, & ita eos mors repẽtina subtraxit, vt nec ad illam momentaneam pœnitentiam potuerint peruenire? Erubescimus modo paruo tempore pœnitentiã agere, & nõ timemus sine vllo termino æterna supplicia sustinere. O infœlix homo, de ipso vulnere non erubescis, & de ligatura erubescis. Peccatum enim vulnus est, pœnitẽtia vulneris ligatura. Tu qui pœnitẽtiam non vis agere, sine dubio dissimulas medicamẽta tuis vulneribus adhibere: & non agnoscis quia plus crescit, & maiorem fœtorẽ facit vulnus non opertũ, quã si esset medicamẽtis appositis inuolutum. Et in eod. infr. Nescio qua cõscientia periculosam nobis securitatem inducimus, & remedium pœnitentiæ quadã dissimulatione negligimus, & cũ in pelago mundi huius innumerabilibus fluctibus fatigemur, ad expectandũ portum pœnitentiæ post longa nos temporũ spatia reseruamus: non intelligẽtes quod de multitudine peccatorum desperatio nascitur, ex desperatione verò absque vlla reuerentia, peccatorũ fręna laxantur, & impletur quod scriptũ est, Impius cũ venerit in profundũ malorum contẽnet. Sed dicit aliquis, Cũ ad senectã venero, & aliqua nimia infirmitate fuero prægrauatus, tunc pœnitentiã agã. Non quidẽ dicimus pœnitentiã prodesse nõ posse, certũ est quia prodest, si cũ grãdi eleemosyna

A illam vnusquisque accipiat, & omnibus inimicis indulgeat, & quibuscunque fecit iniuriã veniam petat: & ita toto corde deliberet, vt si euaserit, quandiu vixerit totis viribus illã cũ rugitu & gemitu, & cũ multis eleemosynis humiliter ac fideliter aget. Et tamen tu homo sapiens, inter ista omnia considera si iustũ est, vt per totã vitã tuam vitiis & peccatis seruias, & ad acquirendã pœnitentiã iam semiuiuus assurgas. Nunquid tibi hoc fieri vis à seruo tuo, vt quandiu fortis ac iuuenis fuerit, inimicis tuis seruiat, & cum ad senectã venerit, tũc ad tuũ seruitiũ redire velit? Quod ergo non vis pati à seruo tuo, non est iustum vt facias domino tuo. Cũ tamen multos nouerimus, dum sani essent, frequenter dixisse, pœnitentiam se toto corde desiderare: sed tamen quia illam statim
B agere noluerunt, sine ipsius remedio de hoc sęculo recesserunt. Percutitur enim etiã hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui viuens oblitus erat Dei. Nam qui remedium animæ suæ quãdo potuit noluit quærere, postea & si vellet, dubiũ est vtrum mereatur accipere.

Et vt euitent peccare. In ser. vj. de nati. Domi. Quando peccatum quodcũque aut delectat, aut surripit, sit nobis in memoria quod iam deleta sunt peccata nostra. Non perdamus pretium sanguinis Christi, nec maculemus stolã animæ per iniquitatẽ, aut rapinam, aut concupiscentiã. Iacuimus, iã erecti sumus: vulnerati fueramus, iam sanati sumus. Non erit excusatio qualiscunque. Diabolus potest inuitare ad malũ, sed nõ potest trahere: Delectationẽ infert, non aufert potestatem:
C consiliũ ingerit nõ cogit. In Hom. de pœnitentia, circa mediũ. In stadio sumus, nec solum percutimus aduersariũ bonis operibus, sed etiã peccata cautius euitando persequimur †. Neque nunc quis nostrũ vicerit, sed quis crebrius feriat, quis fortius confligat attenditur. De modo vero quo labuntur homines in peccatum. Lib. ij. de Gen. contra Manich. circa medium. Etiam nunc in vnoquoque nostrũ agitur nihil aliud, cum ad peccandũ quisque dilabitur, quã tunc actũ est in illis tribus, serpente, muliere, & viro. Nam quasi serpẽs fit suggestio siue per cogitationẽ, siue per sensus corporis, vel videndo, vel tangẽdo, vel audiendo, vel gustando, vel olfaciendo: quæ suggestio cũ facta fuerit, cupiditas nostra si non mouebitur ad peccandũ, excludetur serpentis astutia:
D si autẽ mota fuerit, quasi mulieri iam persuasum erit. Sed aliquando ratio mulierẽ. i. motã cupiditatem refrænat atque cõpescit. Quod cũ fit, non labitur in peccatũ, sed cũ aliquanta luctatione coronamur. Si autẽ ratio consentiat, & quod libido cõmouerit faciendũ esse decernat, ab omni beata vita tãquã de paradiso expellitur homo. Iã enim peccatũ imputatur, etiam si non subsequatur factum, quoniã rea tenetur in consensione cõscientia. Lib. de nat. & gratia. c. lxvij. Potest peccatũ caueri, sed opitulante illo, ꝗ nõ potest falli. Nã & hoc ipsum ad cauendũ peccatũ pertinet, si veraciter dicimus, Dimitte nob. deb. nos. &c. Duobus enim modis etiã in corpore cauetur morbi

Li. 50. Homi. Homil. 50. Tom. X.

† Aliàs, sed etiã peccata incautius euitãdo percutimur.

Cap. 14. Tom. I. Allegoria Adæ, Euæ & serpẽtis.

Tom. VIII.

malum, & vt non accidat, & vt si acciderit, citò sanetur: vt non accidat caueamus dicendo, Ne nos inferas in tentationem. Vt cito sanetur caueamus dicendo, Dimitte nobis, &c. Libr.iij. de libero arbitrio, versus finem. Duobus modis peccat homo antequam fiat sapiens. Si aut se nõ accõmodet ad accipiendum pręceptum, aut cum acceperit, non obseruet. Sapiens autem peccat, si se auerterit à sapientia. Sicut enim præceptum nõ est ab illo cui præcipitur, sed ab illo qui præcipit: sic sapientia non est ab illo qui illuminatur, sed ab illo qui illuminat. Sunt autem peccatores superbi. Libro ij. de Genes. contra Manichæum, vt supra. Nihil est tam familiare peccantibus, quam tribuere Deo velle vndecunque accusantur: & hoc de illa vena superbiæ, quoniam sic homo peccauit, cum vult esse par Deo, id est, liber esse ab eius dominio, sicut ille ab omni dominio liber est, quia ipse est Dominus omnium: quoniam in maiestate par illi esse non potuit, iam lapsus & iacens in peccato suo, parem sibi eum facere conatur, vel potius vult illum ostendere peccasse, se autem esse innocentem.

Cap.24.
Tom.I.

Cap.17.
Tom.I.

Ideo lib.50. Homil. Homi.ij. Dominus inquit peccatori, Arguam te & statuam ante faciẽ tuã. quasi di. Modo te non vides, faciam vt videas te, quia si videres te, & displiceres tibi, & mihi placeres. Quia verò te non vides, places tibi, & displices mihi. Quia verò te non videns placuisti tibi, displicebis & mihi & tibi: mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Quid enim faciam, inquit? Constituam te ante faciem tuam. Quod enim vis latere teipsum, in dorso tuo tibi est. Non te vides, facio vt videas te. Quod tu post dorsum posuisti, ego ante faciem tuam ponam. Videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas. Modo enim, fratres charissimi, omnes amatores luxuriæ, & qui cum delectatione faciunt iniquitatem, peccata sua post dorsum proiiciunt. Si autem aliquid boni casu aliquo vel per quamlibet occasionem fecerint, ante se ponunt & inde assiduè gloriantur & dicũt, Ego illum liberaui, ego illi bene feci, ego illi tantum dedi. Et dum bona quæ per illos Deus fecit sibi assignant, per vanitatem perdunt quod per eleemosynam acquirere videntur. Ac si ante tribunal Christi perditis bonis quæ ante se habebant, peccata, quæ post dorsum proiecerant, ante faciem eorũ reuocantur: & sine vllo termino sustinebũt supplicium, qui sibi dum viuerent noluerunt prouidere remedium. Et hoc quidem faciunt illi, qui plus diligunt præsentia quam futura. Qui verò de animę suæ salute attentius cogitant, econtrario faciũt. Bona quæcunque fecerint post dorsum proiiciunt, mala autem quæcunque surrepserint ante oculos ponunt: & dum de ipsis in præsenti sæculo erubescunt, & vulnerata curare, & mortua suscitare, & sordida abluere, tota fidei deuotione contendũt: cum in die iudicij ante tribunal Christi venerint, mala quæ ante faciem suam posuerunt, & bonis operibus retenta sunt, auferentur: Bona quæ propter humilitatẽ post dorsum proiecerant, ante oculos collocabuntur, & merebũtur audire, Venite benedicti, &c. Libr.xx. de ciui. Dei. c.iij. Deũ, inquit, Salomon time, & mandata eius custodi, quia hoc est omnis homo. Quicunque enim est hoc, est custos vtique mandatorum Dei: quoniam qui hoc non est, nihil est. Nõ enim ad veritatis imaginẽ reformatur, remanẽs in similitudine vanitatis. Est autem peccator abominabilis. Lib. meditationum. Quam tolerabilius canis putridus fœtet hominibus, quam anima peccatrix Deo? quam infœlicius ista anima Deo, quam ille hominibus? Non est autẽ nisi homo culpandus. Lib.xv. de ciui. Dei. c.vij. Nulli alij tribuere quod peccat, sed sibi, tunc salubris est pœnitentiæ medicina, & veniæ petitio nõ incongrua. Tunc enim dominabitur quisque peccato, si id sibi non defendendo præposuerit, sed pœnitẽdo subiecerit. Alioquin & isti seruiet dominãti, si patrociniũ adhibuerit accedẽti. Vnde lib.50. Hom. Inquantũ Domino Deo nostro fide spe & charitate connectimur, & eũ quantum possumus imitamur, non peccamus, & filij Dei sumus. Inquantũ autẽ ex occasione carnalis infirmitatis, quia nondũ morte resoluta, nondũ resurrectione mutata est, motus reprehẽsibiles improbique subrepunt, peccamus. Quod vtique fateri nos conuenit, ne dura ceruice, non languoris nostri sanitatẽ, sed dãnationẽ superbiæ mereamur.

Tom.X.

Peccant autẽ plus sæculares vel coniugati. In Hom. de pœnitẽtia. Sæcularibus negotiis obligati, quotidianã debent agere pœnitentiã. Qui quãuis à furtis, à rapinis, à fraudibus, ab adulteriis & fornicationibus animíque luxuria, à crudelitate, ab odiorum & inimicitiarũ pertinacia, ab omni denique idolatriæ fœditate, spectaculorũ nugacitate, hæresum atque schismatũ impia vanitate, atque ab omnibus huiusmodi flagitiis & facinoribus immunes, puri atque integri esse debeant: tamen propter administrationem rerum familiarium, & coniugiorum arctissima vincula, tam multa peccant, vt non tam de istius mundi puluere conspergi, quam luto obliniri videantur.

Libro de moribus Ecclesiæ. Duobus modis peccatur in homine, vno si lædatur, altero si cum potest, non adiuuetur. Sunt autem ipsi peccatores non odiendi. Libro de vera innocentia. Omnis peccator inquantum est peccator, non est diligendus: & omnis homo inquãtum homo est, diligendus est propter Deum, Deus autem propter seipsum, à quo habent omnes qui eum diligunt, & quod sunt, & quod eum diligunt. Tulit ergo peccata Christus. Libro decimo, de ciuitate Dei, cap.xxij. Egit Christus & assumpsit hominem sine peccato, vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorũ, id est, per mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum: per quem facta purgatione peccatorum reconciliamur Deo. Non enim nisi peccatis homines separantur à Deo, quorũ in hac vita nõ fit nostra virtute, sed Diuina miseratione purgatio: per indulgentiã illius, nõ per nostrã potẽtiã: quia & ipsa quantulacunq; virtus, quę dicitur nostra,

illius

illius est nobis bonitate concessa. Multũ autẽ nobis in hac carne tribueremus, nisi vsq; ad eius depositionem sub venia viueremus. Propterea ergo nobis per mediatorem præstita est gratia: vt polluti carne peccati, carnis peccati similitudine mũdaremur. Hac Dei gratia, qua in nos ostẽdit magnam misericordiam suam, & in hac vita per fidem regimur, & post hanc vitã per ipsam speciem incommutabilis veritatis, ad perfectionem plenissimã perducemur. Ideo super Ioã. serm. xlviij. Si peccatores Dominus non amaret, de cœlo ad terras nõ descendisset. Lib. ij. quæstionum veteris & noui testamẽti. Apost. de persona loquitur Dei Patris, cum de Christo dicit, Qui peccatum nesciebat, pro nobis peccatum fecit. Quod duplici modo intelligendum est, Primum enim fecit illum peccatum, dum incarnari illum voluit, vt quem sors non tangebat, de peccatrice carne corpus acciperet, per quod dicitur factus peccatum. Deinde dum offert illum pro peccatis, fecit illum peccatum: Hostia enim in lege pro peccatis oblata, peccatum nuncupabatur. Non ergo Christus peccatũ fecit, sicut dicit Propheta, sed à patre ipse peccatum factus est, sicut ostensum est. Nullus autem erit peccator in alia vita. Lib. de verb. Apost. Vbi est mors stimulus tuus? quia nusquam erit peccatum, nec quod te capiat, nec quod te impugnet, nec quod conscientiã titillet. Tunc non dicetur, Dimitte nobis debita nostra. Sed q̃d dicetur? Domine Deus pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis.

PECTVS. Lib. j. de verb. Dom. serm. viij. Tundere pectus, nõ est nisi arguere quod latebat in pectore, & euidẽti pulsu occultum castigare peccatum. Sed lib. de disciplina Christiana post medium dicit. Erubescamus & confiteamur & pectora tundamus, vt non super peccata nostra pauimẽtum solidemus. Nam qui tundit pectus, & non corrigitur, solidat peccata & non tollit. Tundamus pectus & cędamus nos, & corrigamur à nobis, ne ille nos postea cædat qui magister est.

PECVS. Lib. iij. super Gen. Pecorum nomen, non vsitatè serpẽtibus cõuenit. Rursum leonibus, & pardis, & tigridibus, & lupis, & vulpibus, canibus & simiis, atque illud genus cæteris, vsitatè conuenit vocabulum bestiarum. Pecorum autem nomen iis animalibus accommodatius aptari solet, quæ sunt in vsu hominum: siue adiuuandis laboribus, vt boues & equi, & si qua talia: siue ad lanificium, vel ad vescendum, vt oues & sues. Nomine tamen pecorũ vel bestiarum omne irrationale animal aliquando comprehenditur, sed etiam ferarum vocabulum solet in Latina lingua tantundem valere. De coitu cum pecoribus, dicit lib. quæstionũ, super Leuiti. & habetur in Decr. xv. quæst. j. Mulier quæ accesserit ad omne pecus, ascendi ab eo, interficietis mulierem & pecus: morte moriatur, rei enim sunt. Quæritur quomodo sit reum pecus, cum sit irrationale & nullo modo legis capax? Ideo pecora interfici inde credẽdũ est iussa,

A quia tali flagitio contaminata, indignam facti refricant memoriam. Quod homo sit pecus non refrẽnando concupiscentiam carnis. In serm. ij. de acceptione legis, & plagis Aegypti. Quintum præceptum est, Non mœchaberis. Quinta plaga, mors in pecora. Comparemus ista duo. Da hominem mœchari coniugio nõ contentum suo: appetitum quendã carnis in se domare non vult, qui est nobis pecoribúsque communis. Concũbere enim & generare etiam pecorum est, ratiocinari verò & intelligere humanũ. Ideo ratio quæ præsidet in mente, debet motus inferioris carnis, tanquam regens & dominans, refrẽnare: ne immoderatè & illicitè vagent laxati. Ideóque ipsis pecoribus à natura datum est & institutũ à creatore, vt non moueantur ad fœminas nisi certis temporibus. B Neq; enim ratione se cohibet aliquo tempore pecus, sed omnino ipso motu frigescente torpescit. Homo autem ideo semper moueri potest, quia & refrænare motum potest: cui dominantem rationem creator dedit, & præcepta continentiæ, tanquã in bestias inferiores lora, cõcessit. Tenes tu, quod pecus non potest: & ideo speras tu, quod pecus non potest. Laboras aliquantum in continendo, quod non laborat pecus: sed gaudebis sempiterna æternitate, ad quã non pertinet pecus. Si opus fatigat, merces cõsolatur: Ipsa enim continentia, est interiorem motũ frænare, & quod habes commune cum pecore, non tanquam pecus in omnia laxare. Quod si contẽpseris te, imaginem Dei in te, in qua fecit & te, neglexeris: victus cupiditate infimarum rerum tan C quam amisso homine, eris pecus: non quasi conuersus in naturam pecoris, sed in hominis forma, habes similitudinem pecoris, qui non audis dicẽtem, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus. Sed fortè diligis te esse pecus, & libera vagari libidine, nec lege appetitum carnis ad continentiam refrænare. Attende plagam. Si pecus esse non times, saltem mori time. Tamen vt dicit libro secundo de gratia Christi & peccato originali. In ipsis ætate maioribus quælibet vitia peccatorum non ex homine hominem tollunt, sed permanet Dei bonum opus in quantiscunque malis operibus impiorum. Nam & si homo in honore positus & non intelligẽs, comparatur pecoribus, eísque similis fit, non tamen vsqueadeò similis fit, vt pecus sit. Comparatur nãque per vitium, non per naturam: non pecoris vi D tio, sed naturæ. Tantæ nanque excellentiæ est in comparatione pecoris homo, vt vitium hominis natura sit pecoris. Ac per hoc Deus hominem damnat propter vitium, quo natura dehonestatur, non propter naturam quæ vitio non aufertur. Bestias verò absit vt opinemur pœnæ damnationis obnoxias, quas iustum est vt miseriæ sint expertes, quæ nec beatitudinis possunt esse participes. *Cap. 40. Tom. VII.*

PECVNIA. Vnde dicatur pecunia. Libro de disciplina Christiana ante mediũ. Totum etiam quicquid homines possident in terra, omnia quorũ Domini sunt pecu- *Cap. 1. Tom. IX.*

nia vocatur. Seruus sit, vas, ager, arbor, pecus. Quicquid horum est, pecunia dicitur. Et vnde sit primùm vocata pecunia? Ideo pecunia, quia anti qui totum quod habebāt, in pecoribus habebāt, à pecore pecunia vocatur. Ideo lib. j. de libe. arb. cap. xv. Pecunia enim est, quo vno nomine continētur omnia quorum iure Domini sumus.

Tom.I.

Differt pecunia à diuitiis. Lib. vij. de ciuitate Dei, ca. xij. Aliud sunt diuitiæ, aliud pecunia. Nā dicimus diuites sapientes, iustos, bonos, quibus pecunia vel nulla, vel parua est. Magis enim sunt virtutibus diuites: per quas eis etiam in ipsis corporalium rerum necessitatibus satis est quod adest: pauperes verò auaros dicimus semper inhiantes, & egentes. Quālibet enim magnas pecunias habere possūnt, sed in earum quantacunq; abundantia non egere non possunt. Et Deum ipsum verum rectè dicimus diuitem, non tamen pecunia, sed omnipotentia. Dicūtur itaque & diuites pecuniosi, sed interius egeni, si cupidi. Item dicūtur pauperes pecunia carentes, sed interius diuites, si sapientes. Vsus est pecunia ipse Christus. super Psal. ciij. serm. iij. Ipse Dominus loculos habebat, quo mittebātur necessaria, & possidebātur nūmi, propter vsus eorū qui cū illo erāt, & eius.

Tom.V.

Super Ioan. Habebat Dominus loculos, & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus quod præcepit non cogitandum esse de crastino, nō ad hoc fuisse præceptū, vt nihil pecuniæ seruaretur à sanctis: sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorē iustitia deseratur. Eodem lib. Exemplum Domini accipite cōuersantis in terra. Quare habuit loculos cui Angeli ministrabant, nisi quia Ecclesia ipsius loculos erat habitura? Quare furem admisit, nisi vt eius Ecclesia fures patienter toleret?

Tract.62. *Tom.IX.* *Tract.50.*

Lib. de opere monachorum. Dominus more misericordiæ suæ infirmioribus compatiens, cū eis possent Angeli ministrare, loculos habebat quo mitteretur pecunia, quæ conferebatur vtiq; à bonis fidelibus, eorum victui necessaria. Quos loculos inde cōmendauit, vt etiam fures si euitare nō possumus, tolerare in Ecclesia disceremus.

Tom.III.

Non est tamen spes ponēda in pecunia. super Psalm. cxxxj. Non sit auxilium nostrum nisi in vno Deo. Pecunia nihil est, non inde auxilium habebitis. Multi propter pecuniā præcipitati sunt. Multi propter pecuniam multam quæsiti sunt à raptoribus, & tuti essent si non haberent. Quare quærerentur? Multi de amicis potentioribus præsumpserunt: ceciderūt illi de quibus præsumpserant & inuoluerunt illos qui de se præsumpserant. Respicite exemplum generis humani. Quid magnum est quod vobis dicitur? Non solum de scripturis ea loquimur, legite ea in orbe terrarum. Attendite non præsumere de pecunia, de amico homine, de honore & iactantia sæculi. Si habes illa, age Deo gratias, si contemnis illa. Si autem inflaris inde, noli attendere quando eris præda hominum: iam diabolo præda es. Sed auari

Tom.VIII.

A faciunt contrarium. Ideo super Psalm. lj. Prouerbium est auarorum, rapacium, innocentes opprimentium, res alienas inuadentium, commendata negantium, Quantū habebis, tantum eris. i. quātum habueris pecuniæ, quantum acquisieris, tāto plus poteris. Non tibi prodest si eges facultate, & ardes cupiditate.

PEDES. Quid sint pedes Dei. Lib. de essentia Diuinitatis Dei. Pedes stabilimentum virtutis eius, ac potētia eius. Eo quod vbiq; sit præsens, & vniuersa illi subdita sint, ipso dicente per Isai. Cœlum mihi sedes est &c. Et in eodem. Pedes filij, incarnatio eius, quæ Diuinitati subdita est, sicut capiti pedes: Siue pro eo quod circa finē mundi ipsa incarnatio facta est.

B Sicut enim per caput, Diuinitas: ita per pedes significatur humilitas. Lib. lxxxiij. quæstionū. Pedes Dei vis est, qua in omnia custodiēda & gubernanda pertendit. Ideo super Psal. cix. Eris sub pedibus Domini tui aut adoptatus, aut vinctus. Quęre ergo quem locū habeas sub pedibus Domini tui: Nā necesse est vt habeas aut gratiæ, aut sententiæ. De hominis pedibus. super Psal. ciij. serm. iiij. Omnis homo in actu suo pedes habet. In eo quis agit in quo mouetur, ibi tanquam ambulat. Sunt ergo pedes nostri affectus. Super Psal. ix. Pes animę rectè intelligitur amor: qui cum prauus est, vocatur *cupiditas vel libido*: cum autem rectus, dilectio vel *charitas*. Amore enim mouetur animus tanquam ad locum quo tendit. Locus autem animæ, non in spatio aliquo est, quod forma occupat corporis: sed in dilectio-

C ne, qua se peruenisse per amorem lætatur. Delectatio autem perniciosa, sequitur cupiditatē: fructuosa charitatem. Super Psal. cxxj. Non imus pedibus, sed affectibus. Super Ioann. Humani affectus sine quibus in hac mortalitate viuitur, quasi pedes sunt, vbi ex humanis rebus afficimur: & sic afficimur, vt si dixerimus, quia pe. &c. Quotidie igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis: & quotidie nos opus habemus vt pedes lauemus, id est, vt viam spiritualium gressuum dirigamus.

PELLICANVS. Super Psal. cj. Similis factus sum pellicano solitudinis. Nascitur hæc auis in solitudinibus, maximè Nili fluminis in Aegypto. Quod dicitur vel etiam legitur de hac aue non taceamus, non aliquid affir-

D mantes temerè, sed tamen nō tacentes, quod qui scripserunt, & legi & dici voluerunt. Vos sic audite, vt si verum est congruat, si falsum est non teneatur. Dicuntur hæ aues tanquam colaphis rostrorum occidere paruulos filios suos, eósque in nido occisos à se lugere per triduum. Postremo dicunt matrem seipsam grauiter vulnerare, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscunt. Fortasse hoc verum, fortasse hoc falsum sit: tamen si verum est quemadmodū Christo congruat qui nos viuificauit sanguine suo, videte. Congruit illi quòd matris caro viuificat sanguine suo filios suos? Satis illi congruit. Habet ergo hæc auis, si verè ita est, magnam simi-

litudi

litudinem carnis Christi, cuius sanguine viuificati sumus. Sed quomodo cõgruat Christo quod ipsa occidat filios suos? An & illi congruit? Ego occidam, & viuificabo: ego percutiã, & sanabo. An verò Saulus persequutor moreretur, nisi de cœlo percuteretur? Aut prædicator excitaretur, nisi illius sanguine viuificaretur? Sed hoc viderint qui scripserunt, non in incerto intellectum nostrum constituere nos debemus. Hanc auem potius in solitudine cognoscamus: hoc enim inde Psalmus voluit ponere, Pellicanus in solitudine. Puto enim hîc intelligi Christum natum de Virgine. Solus enim sic, ideo solitudo. In solitudine natus, quia solus ita natus.

PELLIS. Super Psalm. ciij. serm. j. Pelles detrahi non solet, nisi animalibus mortuis. Ergo pellium nomine, mortalitas figurata est. Et Diuina scriptura pellis nomine significatur, quia per quos nobis scriptura prędicata est, mortales fuerunt.

POENA. Pœnæ sunt constitutæ à lege. Lib. quæstionum, super Exod. quæstione lxxx. Lex ideo constituit pœnas, quia nisi per legem sciretur quid vindictę deberetur, non sciretur quid venia relaxaret. Quot sint pœnarum genera & quod pœna perpetua pro culpa temporali debetur. lib. de ciuitate Dei. Quidam eorum contra quos disputamus, Deum iniustum putant, vt pro peccatis quãlibet magnis, paruo, scilicet tempore perpetratis, pœna quisq; damnetur æterna, quasi vllius id vnquam iustitia legis attendat, vt tanta mora temporis quisq; puniatur, quanta mora temporis, vnde puniretur, admisit. Octo genera pœnarum in legibus scribit esse Tullius, Damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, seruitutem. Quid horum est quod in breue tempus pro cuiusque peccati celeritate coarctetur, vt tanta vindicetur morula, quanta deprehenditur perpetratum, nisi forte talio? Id enim agit vt hoc patiatur quisque quod fecit. Vnde illud est legis, Oculum pro oculo, dentẽ pro dente. Fieri enim potest, vt tam breui tempore quisque amittat oculum seueritate vindictæ, quàm tulit ipse alteri improbitate peccati. Pœna minoris culpæ infligitur interdum pro culpa maiori. Lib. ij. de mirabilibus sacræ scripturæ. Sæpe euenit vt minores culpæ, præcedentium peccatorum vindictã incurrant. Ideo dicit libro j. de ciuitate Dei, cap. iij. Ingrati homines ea mala quo pro suorum morum peruersitate merito patiuntur, blasphemãtes Christo imputant: quod autem illis etiam talibus propter Christum parcitur, nec dignantur attendere. Pœna peccatoris iustus proficit. Super Psalmum lvij. Iustus quando videt pœnam peccatoris, proficit ipse: & mors vnius valet ad vitam alterius. Tamen vt dicit super Psalmum lxxvij. Ex corde nullo modo fieri potest, quod formidine fit pœnæ, non ex dilectione iustitiæ. Non autem beatus est quis ex pœna, sed ex causa. Super Psalmum xxxiiij. sermone ij. Magna vigilantia discernenda est causa, non

A pœna. Sceleratus enim potest habere similem martyrij pœnam, sed tamen dissimilem causam. Tres erant in cruce, vnus saluator, alius saluandus, alius damnandus: omnium par pœna, sed impar causa. In sermone iiij. de vno martyre. Beati qui persequutionem patiuntur, sed propter iustitiam. Elige causam, & non cures pœnam. Si autem non eligis causam, & hîc & in futuro inuenies pœnam. Super Psalmum lxviij. sermone j. Laus est in bonitate, non in pœnæ acerbitate. Nam & quantacunque fuerint supplicia martyrum, nunquid æquantur suppliciis omnium latronum? Lib. secundo contra Cresconium, circa medium. Christi martyrem non facit pœna, sed causa. Lib. iiij. eiusdem. Qui sobriè cogitant eos qui aliquas molestias patiuntur, non pœnas cõsiderari oportere, sed causas intelligunt. De temporali pœna quod sit vtilis. Super Ioannem. Productior est pœna quam culpa: ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna. Ac per hoc ad demonstrationem debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, temporaliter hominem detinet pœna, etiam eum quem ad damnationem sempiternam reum non retinet culpa. Dicit tamen eodem libro, sermone xx. Sunt qui hîc puniuntur, vt ibi parcatur. Sunt quibus parcitur hîc, vt abundantius torqueantur. Ibi sunt autem quibus distribuuntur ipsæ pœnæ, si flagello Domini correcti non fuerint: vt cum hîc contempserint patrem verberantem, ibi sentiant iudicem punientem. Ideo libro de vera innocentia, cap. v. Diuina bonitas ideo maximè irascitur in hoc sęculo, ne irascatur in futuro: et misericorditer adhibet temporalem seueritatem, ne æternam inferat vltionẽ. Procedit tamen à Dei clementia ipsa temporalis pœna. Libro de vera religione. Quod verò corpus hominis cum ante peccatum esset in suo genere optimum, post peccatum factum est imbecillum & morti destinatum, quanquam iusta vindicta peccati sit, plus tamen clementiæ Dei quam seueritatis ostendit. Ita enim nobis suadetur à corporalibus voluptatibus, ad æternam essentiã veritatis amorem nostrum oportere conuerti. Et est iustitiæ pulchritudo cum benignitatis gratia concordans, vt quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti sumus, amaritudine pœnarũ erudiamur. Nam ita est etiam Diuina prouidentia moderata supplicia nostra, vt & in hoc corpore tam corruptibili ad iustitiam tendere liceret, & deposita omni superbia, vni Deo vero collũ subdere, nihil de se fidere, illi vni se regendum tuendúmque committere. Ita ipso duce homo bonæ voluntatis molestias huius vitæ in vsum fortitudinis vertit. In copia verò voluptatum prosperísque successibus temporalium, temperantiam suam probat & roborat: acuit in tentationibus prudentiam, vt non solùm in eas non inducatur, sed fiat etiam vigilantior, & in amorem veritatis, quæ sola non fallit ardentior. Super Psal. ix. Omnes cruciatus qui corporaliter inferuntur, aut vt exerceant conuersos ad Deum, aut vt conuer

Tom. VII.
Tract. 124. Tom. IX.
Tom. III.
Cap. 15. Tom. I.
Quomodo resipiscentia à peccatis.
Tom. VIII.

Tom. VIII. conuertantur admoneant, aut iustæ damnationi vltimę pręparant obduratos, & sic omnia ad Diuinæ prouidentiæ regimen referantur, quæ stulti quasi casu & temerè à nulla Diuina administratione fieri putant. Vnde de pœna peccati. lib. iij. de libero arbitrio. *Cap. 18. Tom. I.* Omnis autem pœna, si iusta est, peccati pœna est, & supplicium nominatur: si autem iniusta est pœna, quoniam pœnam esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominante homini imposita est. Porrò quia de omnipotentia Dei & iustitia dubitare dementis est, iusta est hęc pœna, & pro peccato aliquo pēditur. Non enim quisquam iniustus dominator aut surripere hominem potuit, velut ignoranti Deo: aut extorquere inuito, tanquā inualidiori vel terrēdo vel confligendo, vt hominem iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo vt hæc pœna iusta de damnatione hominis veniat. Nec mirādum est quod & ignorando non habeat arbitrium liberum voluntatis ad eligendum quod rectè faciat vel resistente carnali consuetudine, quæ violentia mortalis successionis quodammodo naturaliter inoleuit, videat quid rectè faciendum sit, & velit, nec possit implere. Illa enim est peccati pœna iustissima, vt amittat quisque quo bene vti noluit, cum sine vlla posset difficultate, si vellet. Id est autem, vt qui sciens rectè nō facit, amittat scire quid rectum sit: & qui rectè facere, cū possit, noluit, amittat posse, cum velit. Nam sunt reuera omni peccanti animæ duo ista pœnalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris, vt erret inuitus, & resistente atque torquente dolore carnalis vinculi, non posse à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera voluntate rectè faciendi loquimur, de illa, scilicet, in qua homo factus est, loquimur. In sermone xxvij. de resurrectione Domini. Malorum omnium nostrorum causa peccatum est. Non enim sine causa mala ista homines patiuntur. Iustus est omnipotens Deus. Non ista pateremur, si non mereremur. Sed cum sumus in pœnis, ad quas venimus pro peccatis nostris, Dominum Iesum Christū cogitemus, qui voluit esse in pœnis nostris sine peccatis suis: sed sustinendo sine culpa pœnam, & culpam soluit & pœnam. Culpam soluit, peccata donando: pœnam soluit, mortuos suscitando. Sed de pœna æterna damnatorum. *Tract. 89. Tom. IX.* Super Ioannem. Ille perire Deo dicitur, qui ab illa beatitudine, quam dat sanctis suis, per supplicium separatur. Tanta est autem suppliciorum, quanta est diuersitas peccatorum, quoquomodo se habeat: altius enim iudicat sapientia Diuina, quàm cōiectura scrutatur aut effatur humana. Lib. iiij. de baptismo cōtra Donatistas. *Cap. 19. Tom. VII.* Nec dubitandum est quidem pœnas ipsas, quibus cruciabuntur qui regnum Dei non possidebunt, pro diuersitate criminum diuersas esse, & alias aliis acriores: vt in ipso igne æterno, pro disparibus ponderibus peccatorum, sint disparia tormenta pœnarum: neque enim frustra

A ipse Dominus ait, Tolerabilius erit Sodomis quam vobis in die iudicij. Sed tamen ad non possidendum regnum Dei, tantundem valet ex vitiis illis quod elegeris mitius, quantum vel plura vel vnum quod perspexeris grauius. Lib. de verbis Apostoli, serm. xiiij. Qui exulant, viuunt, si sani sunt, in doloribus corporis non sunt, nec torquentur, nec carceris tenebris affliguntur, hæc illis sola pœna est, non esse in patria. Si amatur patria, magna est pœna: Si autem non amatur patria, peior cordis est pœna. Paruum malū est in hominis corde, qui societatem non quærit sanctorum, qui non desiderat regnum cælorū? Si non desiderat, pœna est de peruersitate: si autem desiderat, pœna est de fraudata charitate.

In serm. vj. de martyribus. Qui bonas habent B causas, cum passionibus deficiunt, recipiuntur in requiem. Qui autem malas habent causas, recipiūtur in pœnas: sed maiores pœnas passuri sunt, cum resurrexerint: in quarum comparatione tales sunt istæ quas patiuntur homines mali qui mortui sunt, qualia sunt in somnia hominum qui torquentur in somnis. Animæ eorum patiūtur, caro non patitur. Maior autem cruciatus est, si vigilans torqueatur. Est illa pœna iusta Lib. j. retractationum. Malorū pœna quæ à Deo est, malū est quidē malis, sed in bonis Dei operibus est, quoniam iustum est vt mali puniantur: & vtique bonum est omne quod iustum est. Est ordinata. In Epistola ad Episcopos Donatistarum. Diuersitate pœnarū, diuersitas cognoscitur meritorum. Lib. de vera innocentia. cap. xij. Non C concupiscit Deus pœnam reorum, tanquam saturari desiderans vltione: sed quod iustum est cū tranquillitate decernit, & recta voluntate disponit, vt etiam mali non sint inordinati. Et ideo de ipsis pœnis iustis. Eodem lib. ca. lxxvj. Peccator cum peccat, non ideo à Domino non videtur, quia malè agentis pœna differtur, grauius autem in eum desæuitur, cui etiam ipsa correctio denegatur. Et ibidem. Animus malè sibi conscius dum videtur sibi nullam pœnam pati, credit quia non iudicet Deus, cum abuti patientia Dei & non intelligere parcentis benignitatem, iā sit magna damnatio. Et ibidem. Peccata siue magna, siue parua impunita esse non possunt, quia aut homine pœnitente, aut Deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta Diuina, D si cōuersio præcurrat humana. Amat enim Deus cōfitētibus parcere, & eos qui semetipsos iudicāt non iudicare. Dicit tamen lib. j. de sermo. Domini in mōte, ca. x. Quomodo in scripturis pœnæ peccatorum dicantur æternæ: quāquam quolibet modo sint, vitandæ sunt potius quam sciendæ?

POENITENTIA. Quid sit pœnitentia, dicit libro de Ecclesiasticis dogmatibus. *Cap. Tom.* Pœnitentia vera, est pœnitenda non admittere, & admissa deflere. Satisfactio pœnitētię, est causas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. In secunda Epistola ad Macedoniū. Nihil aliud agit, quem veraciter

raciter pœnitet, nisi id quod mali fecerit impunitum esse non sinat. Eo quippe modo sibi nō parcenti ille parcit, cuius altum iustúmque iudiciū nullus contemptor euadit. Et ideo in serm. de natiuit. Dom. Multi assiduè se dicūt peccatores, & tamen adhuc delectat eos peccare. Professio est, non emendatio. Accusatur anima, & non sanatur. Pronuntiatur offensa, sed nō tollitur. Pœnitentiam certam non facit nisi odium peccati & amor Dei. Quando fit vt tibi amarum sapiat in anima quod ante in vita fuit dulce, & qđ te prius delectabat in corpore ipsum te cruciat in corde: iam tunc bene ingemiscis ad Deum & dicis, Tibi soli peccaui & malum coram te feci. Bene tibi soli peccaui: quia nullus hominum sine peccato: Et ideo tibi soli peccaui: quia tu solus es sine peccato. Da misericordiam misero, qui tādiu pepercisti criminoso. Inclinet ad remediū humilitas pœnitentis, quem permouere non potuit diuturnitas peccatoris. Dic illi in fletu cordis, Aspice ad infœlicem pietas immensa. Respice crudelem misericordia publica. Desperatus ad omnipotentē venio, vulneratus ad medicum curro. Serua pietatem mansuetudinis, qui tandiu suspendisti gladium vltionis. Dele numerositatem criminum, multitudo misericordiarū. Qualis esse debeat pœnitentia. dicit lib. xxj. de ciuit. Dei, cap. xxiiij. Niniuitę quippe in hac vita egerunt pœnitentiā: & ideo fructuosam velut in hoc agro seminātes, in quo voluit Deus cū lachrymis seminari, quod postea cum lætitia meteretur. Et tamen quis negabit, quod Dominus prædixit, in eis fuisse completum, nisi parum aduertat quemadmodū peccatores Deus non solùm iratus, sed etiam miseratus euertat? Euertūtur enim peccatores duobus modis, aut sicut Sodomitæ, vt pro peccatis suis ipsi homines puniātur: aut sicut Niniuitæ, vt ipsa hominum peccata destruantur. Factum est ergo quod prædixit Deus. Euersa est Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata est, quæ non erat. Stātibus enim mœniis atq; domibus, euersa est ciuitas in perditis moribus. Ac sic quāuis Propheta fuerit cōtristatus, quia non est factū quod illi homines timuerunt illo Prophetāte venturum, factū est tamen quod fuerat Deo præsciente prædictū, quoniam nouerat qui prædixit quod in melius esset implendū. In tract. iij. de pœnit. Vos pœnitentes, si tantū estis pœnitentes & nō irridentes: corrigite vitā, mutate mores. In ser. de Adā. Accipiunt indumenta pellicea, vt qui cōfessi delictū iam fuerant, veniam cultus humilitatis perciperēt. Ostendit Dominus quibus officiis possint delicta purgari. Ostendit confessionē & deformitatem cultus veniam posse facillimè impetrare. Vt contumaciæ est cælare quod Deo teste commiseris, sic periculosum, si splendore cultus, animi innocētiam mētiaris. Nemo peccatorum vitia desperata lætitia contegat. Nemo infecto deliciis animo, dissimulationis virus infundat. Animi vitia corporis mœrore monstrentur. Si vexatus est animus, lugeat corpus, quoniā plerūque corpus in causa est, vt animus mœstitia condolescat. Corporis vitia sine animæ compassione esse non possunt, & animæ vitia corporis cōparatione probantur. Pariter contristentur, vt pariter veniam consequantur: quoniam vtrosque simul aut beneficio foueri, aut iniuria vexari necesse est: Neque enim aliud est homo, quam corporis & animæ congregatio. Hæc duo quantum definitionibus differunt, tantum hominem dū iunguntur efficiunt. Vt enim in vita separari nō possunt, ita nunquam boni malíque merito separantur. Vt enim non potest corpus bonū ab anima separari, ita malum corpus non potest dissociari. Sic autē in die iudicij largiente Deo indulgentiā pariter mereātur, sicut in isto sæculo pariter aut mœstitia aut lætitia perfruuntur. Lib. 50. Homil. Homil. ij. Tolle te à dorso tuo, vbi te videre non vis dissimulans à factis tuis, & cōstitue te ante te. Ascende tribunal mētis tuæ, esto ibi iudex, torqueat te timor, erumpat confessio, dic Deo tuo, Quoniam iniquitatē meam ego cognosco, & delictum meū ante me est semper. Quod erat post te, fiat ante te: & cum factum fuerit ante te, puniatur à te, ne tuipse postea à Deo iudice fias ante te, & non sit quo fugias à te. In ser. j. de pœnitentia & ieiunio. Irrisor est non pœnitens, qui adhuc agit quod pœniteat, & non minuit peccata sua, sed multiplicat. Qui præterita peccata plāgere vult, adiuuante Christo debet se custodire, vt non committat quod iterum plangat. Ibidem infra. Si vis veram pœnitentiam agere, iam peccata noli committere, sed commissa ieiuniis & orationibus defle. Et tamen, quod absit, si peccaueris postquam pœnituisti & promisisti Deo amplius te non peccaturum, non desperes, sed age grauiorem pœnitentiam, quàm primo egisti: quia quantas vices cadit homo, tantas debet resurgere, & plangere excessum suū cum gemitu & suspirio. Est autē ipsa pœnitentia vtilis. In ser. v. qui ponitur in Lætan. Scit Deus noster nō semper hominē integrū stare, sed frequenter aut peccare corpore, aut vacillare sermone. Ideo pœnitētiæ viam docuit, per quā possit & destructa corrigere, & lapsa reparare. Securus itaque de venia, homo debet semper suspirare de culpa. Quamuis autem multis vulneribus conditio humana laboret, tamen nemo desperet: quia Dominus satis largus est, & circa omnes languentes misericordiæ suæ bona libenter impendit. Sed fortè dicit aliquis nō se habere quod plāgat. Recurrat vnusquisque ad cōscientiā suā & in pectore suo inueniet peccatum. Vnus cordis plaga, alter corporis laborat luxuria. Vnum arguit falsitas, alterum per auaritiam maculat aliena paupertas. Vni dominatur auaritia, alterum dehonestat damnosa luxuria. Vnum deturpat ebrietas, alterum inflat cupiditas. Vnus per effusionem sanguinis humani polluitur, alter vilissimæ mulieris amore sordidatur. Ad has tantas ac tam præcipuas suæ mētis siue corporis plagas quomodo non est qui ingemiscat, vel qui Domino supplices lachrymas fundat? Neminem ergo pudeat Deo ostendere vulnera sua. Nunquam ad remedium peruenit,

Tom. X.

Psal. 50.

uenit,qui curari erubescit. Omnes patimur ægritudines,sed aliæ faciles sunt,aliæ difficiles.Nullũ grauius infirmantiũ genus quàm aliquẽ morbos suos nolle sanare.Nullus qui quæsiuit te medicũ, periit:nullus qui contempsit,euasit. In cõmunibus sermonibus,sermo.xxiiij. Frequenter vos fratres charissimi admonui, iterum atque iterũ admonendo contestor,vt si quis se cognoscit de littore continentiæ & tẽpestate libidinis in pelago luxuriæ se fuisse iactatum,& castitatis incurrisse naufragium,peccatorum confessionem velut tabulam confractæ nauis velociter apprehendat:vt per ipsam de hac abysso & de profundo luxuriæ possit euadere, & ad portum pœnitentiæ peruenire:vbi iam tutiore loco spei anchorã figere,& salutem perditam valeat reparare.Oportet vnumquemque super seipsum quasi super mortuum plangere,& magnos super extinctam animam dare ploratus.Et quomodo solet mater super vnicũ filium lamentari,sic oportet super animã vnicã criminis gladio interfectã, totũ põdus doloris effundi,si forte possit lachrymarũ fomẽ tis calore fidei suscitari. In homil. de pœnitentia.Quisquis pœnitentię recusat humilitatẽ,Deo appropinquare non cogitat.Aliud est enim leuare se ad Deum,aliud leuare se contra Deum.Qui ante illũ se proiicit,ab illo erigitur: qui aduersus istum se erigit,ab illo proiicitur.Alia est soliditas magnitudinis, alia inanitas inflationis. Qui foris tumescit,intus tabescit. Lib.50.Homi.homil.xix.circa finẽ.Pereunt tunc tua peccata, sed tecũ.Non enim in gehenna peccare permitteris, aut cũ te cœpit torquere ignis æternus,de satiandis libidinibus cogitabis. Pereunt ergo peccata tua,sed tecũ.Si autẽvitã mutaueris,illa pereũt,tu inuenieris,& dicetur de te,Mortuus fuerat & reuixit,perierat & inuẽtus est. Eodẽ li.Hom.50. Fortasse dicis,Ego iam baptizatus sum in Christo,à quo mihi omnia præterita peccata dimissa sunt.Vilis factus sum nimis iterans vias meas, & canis abominabilis corã oculis Domini,conuersus ad vomitũ sum.Quo ibo a spiritu eius, & à facie eius quo fugiam?Quò frater,nisi ad eius misericordiã pœnitẽdo,cuius potestatẽ peccator peccata cõmittendo contempseras?Nemo enim rectè fugit ab illo nisi ad illũ:ab eius seueritate ad eius bonitatẽ.Quis enim locus excipiet fugiẽtẽ, vbi eius præsentia te non inueniat? Si ascenderis in cœlum,ibi est:si descenderis ad infernũ, adest. Recipe ergo pẽnas tuas in directũ, & habita in spe in extremo huius sæculi,etenim illic manus sua deducet te, & illuc perducet te dextera sua. Quicquid enim feceris,quęcũque peccaueris adhuc in hac vita es,vnde te omnino Deus si sanare nollet,auferret.Cur ergo ignoras, quia patiẽtia Dei ad pœnitẽtiã te adducit?Qui enim clamãdo tibi persuasit vt nõ recederes,parcẽdo clamat vt redeas. In serm.comm.serm.iiij.Ille qui sua scelera cogitat,& statim cõfessus fuerit,veniã se adepturũ credat.Si enim vis pœnitẽtiã agere quãdo peccare nõ potes,peccata te dimiserũt,nõ tu illa. Nõ tẽporis longitudinem quærit Deus, sed affectus synceritatẽ intuetur.Nec pro delictis satisfacimus,si ab iniquitate nõ cessamus.Satis à fide alienus est,qui ad agendã pœnitẽtiã tẽpus senectutis expectat.Pœnitẽtiã quippe agere est,mala commissa plãgere,& plãgẽda nõ iterare. Qui sic peccata deplorat vt alia committat,adhuc pœnitẽtiã agere dissimulat.Neq; enim q̃s potest habere gratiã delictorũ,nisi vbi fuerit venia peccatorũ. In eod.inf.Est pœnitẽtia medicamẽtũ vulneris, spes salutis,per quã Deus ad misericordiã ꝓuocatur.Pœnitẽtia à pœna nomẽ accepit: quia anima cruciatur,& caro mortificatur. In prologo libri de vera & falsa pœnitẽtia. Quã sit appetẽda pœnitẽtię gratia declarat omnis authoritas, omnis bonorũ vita conatur ostẽdere:lãguores enim sanat,leprosos curat,mortuos suscitat, sanitatẽ auget,quã cõseruat. Claudis gressum,aridis copiã,cæcis restituit visum,vitia fugat, virtutes exornat,mentẽ munit & roborat, omnia sanat, omnia redintegrat.Tẽperat successus, cõstringit impetus,moderatur gressus.Ignorans se,per hãc se recognoscit:quærẽs se,per hãc se inuenit.Hæc est quæ homines ad Angelos ducit,& creaturam reddit creatori.Ista ouẽ perditã mõstrauit quærẽti,& decimã dragmã obtulit anxiãti.Hæc dissipatorẽ filium ad patrem reduxit, & vulneratũ à latronibus custodi curandũ tradidit.In hac omne bonũ inuenitur,per hãc omne bonũ cõseruatur. Fugat tenebras,inducit lucẽ, excoq̃t omnia ipsa ignis consumens. Eodem lib. Nullum peccatum poterit remanere ante pœnitentiam.Prædicat enim cõuerti.Sed vnde,conuerteret se aliq̃s, cui prior status placeret?Qui itaque cõuertitur, necessario habere dolet, quod gaudet perdere. Pœnitentia itaque acquirit indulgentiã, sine qua nemo peruenit ad veniam. Ideo prædicta homil.de pœnitentia. Nullus hominum transit ad Christum,vt incipiat esse quod non erat, nisi eũ pœniteat fuisse quod erat. Ibidem infra. Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter cõstitutus est, cum accedit ad sacramenta fidelium,nisi eũ pœniteat vitæ veteris,nouam non potest inchoare.

Et infra ibidẽ.Quomodo in interiora veli & illa inuisibilia sancta sanctorum intrare audebit aut poterit, qui medicinam cœlestis disciplinæ contemnens noluit paulisper à visibilibus separari?Qui enim noluit humiliari vt exaltaretur, cum exaltari voluerit deiicietur, & inæternum seiungetur ab æternis. Quisquis hoc tẽpore per merita obedientiæ, & satisfactione pœnitentiæ, non sibi prouidit locum in corpore sacerdotis, qua fronte impudentiæ tunc volet auerti faciem Dei à peccatis suis? Debet autem pœnitentia esse festina. Libro de fide ad Petrum, parte prima. Veruntamen nullus hominum debet sub spe misericordiæ Dei diutius in suis remanere peccatis, cum etiam nemo in ipso corpore velit sub spe salutis futuræ ægrotare. Tales enim qui ab iniquitatibus suis recedere negligunt, & sibi de Deo indulgentiã repromittunt, nonnunquam ita præueniũtur repentino Dei furore, vt nec conuersionis tẽpus, nec

Marginalia: Lib.50.Homil. Homil.50. Tom.X. — Homil.50. — Cap. Tom.III. — Cap. — Lib.50.Homil. Tom.X. — Cap. Tom.III.

nec beneficium repromifsionis inueniant. Libro 50. Homil. hom. xvj. Attentis cordibus iugiter cogitemus, ne nos tarde pœniteat sub conspectu ignis æterni, qui interrogabit medullas, ossa, & cogitationes nostras. Quoniam tūc vnusquisque puniēdus optabit ne vnquam mulierem alienam concupiuisset, ne vnquam corporis sui vestem, ne vnquam baptismi holosericam maculasset, ne vnquam præterisset consilia & monita sacerdotum. In communibus sermonibus, sermone xxiiij. Sic pro maioribus peccatis eleemosynas demus, vt nunquam ad ipsa crimina redeamus. Non sanitati credendum est, non ætati. Ad remedium salutis suæ quomodo semper est tardus, qui de tempore vitæ suæ est incertus? O si tēpus pœnitentiæ sic cognosceretur, quando est in nostra potestate positum, sicut cognoscetur amissum quàm serio iam pœniteremus? Nos ergo quibus adhuc sub incerta breuitate viuere cōceditur, curemus maculas lauare culparum, emēdare præterita, prouidere & cauere futura, totísque viribus laboremus, vt quod viuimus, morti non proficiat, sed saluti. Sint in nobis gemitus efficaces, qui peccata in ossibus perscrutentur, & in medullis crimina persequantur. Nihil intactum fletus, nihil incuratum pœnitentiæ dolor relinquat, quod contra nos in die discussionis assurgat, quod post vetera sæcula repente in nouum reatum malæ conscientiæ mentis appareat. Festinemus emendatam vitam Domino, antequam auferatur, offerre. Hîc extinguamus mortem, moriendo peccatis. Hîc vitam vitæ meritis acquiramus, nec nos ad tempus senectutis ad pœnitentiam reseruemus. Qui enim dixit, Peccator quacunque die conuersus fuerit, &c. Ipse dixit, Noli tardare conuerti ad Dominum. Si te faciebat promissio illa securum, faciat te contestatio ista solicitum. Audi scripturam, Memento fili, mors non tardat. Debet esse cordialis. in sermone xviij. de natiuitate Ioannis baptistæ. Noscamus peccatum Dauid, qui & à Propheta correctus dixit, Peccaui: & continuò ei dictum est, Dimissum est tibi peccatum. Pecccauit Saul, & à Propheta correctus dixit, Peccaui: nec ei dimissum est peccatum, sed mansit ira Dei super eum. Quid erit hoc nisi quia similis vox dissimile cor? Homo enim est vocis auditor, Deus est cordis inspector.

Tom. IIII. Debet esse integra. libro de vera & falsa pœni. c. ix. Totum hominem sanauit Christus in sabbato, quia & eius corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans pœnitētem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima & in corpore. Scio enim Dominum inimicum omni criminoso. Quomodo enim qui crimen reseruat, de alio recipiet veniam? Sine amore Dei consequeretur indulgentiam, sine quo nemo vnquam inueniet gratiam. Est autem

Cap. 3. Tom. III. pœnitentia tantum vtilis in hac vita. Libro de fide ad Petrum, parte j. Tempus acquirendi vitam æternā, in ista tantum vita Deus hominibus dedit vbi esse voluit pœnitētiā fructuosam. Ideo autē hæc pœnitentia fructuosa est, quia potest hîc ho-

A mo deposita malitia bene viuere: & mutata voluntate iniusta, merita simul operáque mutare, & in timore Dei ea agere quæ placeant Deo. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidē pœnitentiam in futuro sæculo de malis suis, sed indulgentiā in conspectu Dei non inueniet: quia etsi erit ibi stimulus pœnitudinis nulla erit correctio volūtatis. A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, vt nullatenus possit vel diligi vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit, vt habeāt in se semper malignitatis suæ supplicium, nunquam tamen possint percipere bonitatis affectum. Quia sicut illi qui cū Christo regnabunt, nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt: ita illi qui erunt in supplicio ignis æterni cum diabolo & angelis suis deputati, sicut nullam vlterius

B rius habebunt requiem, sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem. Et sicut cohæredibus Christi perfectio gratiæ dabitur ad æternam gloriam, sic consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis. Proinde omni homini in hac vita vtilis esse potest pœnitentia: quam quocunque tempore homo egerit, quātumlibet iniquus, quamlibet annosus, si toto corde renuntiauerit peccatis prę teritis, & pro eis in conspectu Dei non solùm corporis, sed etiam cordis lachrymas fuderit, & malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit, omnium peccatorum indulgentiam mox habebit. Lib. de natura boni, cap. xlviij. Tom. VII.

C Tantum valet præpollens misericordia tua Domine, veritas & potestas baptismi tui, clauésque regni in sancta Ecclesia tua, vt de nullis desperandum sit quandiu in hac terra per tuam patientiam viuūt. In secūdo tractatu de pœnitentia. Prouidentia Dei, ne desperādo augeamus peccata propositus est pœnitentiæ portus. Rursus ne nimis confidendo augeamus, datus est dies mortis incertus. In sermo. viij. quadrag. Non dedignemur in hoc sæculo pœnitentiam agere, vt peccatorum possimus veniam accipere, & inferni pœnas euadere, & ad æternam mereamur beatitudinem peruenire. Libro 50. homil. Tempus Homil. 18. Tom. X. est nunc misericordiæ, vt corrigamur, nondum venit tempus iudicij. Locus est, spatium est. Peccauimus, corrigamur. Nondum finita est via, nō

D dum clausus est dies, nondum expiratum est, non desperetur, quod peius est. Quoniā propter ipsa peccata humana & tolerabilia, & tanto crebriora, quanto minora, constituit Dominus in Ecclesia tempus misericordiæ prærogandæ, quotidianam medicinā vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimit. deb. nostris, vt his verbis lota facie ad altare accedamus, & his verbis lota facie corpori Christi & sanguini communicemus. Sed quod est grauius, ipsam medicinam sic homines contemnunt, vt non solum non dent veniam quando in illos peccatur, sed nec velint petere quando ipsi peccant. Intrauit tentatio surrepsit ira, tantū dominata est iracundia quantum potuit, vt non solum tumultuaretur cor, sed &

conuitia & crimina vomeret lingua. Non vides quò te impulit? Non vides quò te præcipitauit? Tandem corrige, dic, male feci, peccaui. Non enim morieris si dixeris. Crede nō mihi, sed Deo. Ego enim homo sum, par vestrum sum, carnem porto, infirmus sum, omnes credamus Deo. Libro iij. quæstionum veteris & noui testamenti. quæstione cij. Pœnitentiæ gemitus, fletus, & lamentatio hoc acquirit vt & veniam mereatur & reformationem. Denique Dauid pœnitens & confitens peccatum, & veniam meruit, & ad pristinum statum redditus est: quia & rex permansit, & postea prophetauit. Quod liquido probatur: in quinquagesimo enim Psal. pœnituit: & postea persequutionem à filio passus prophetauit. Tertius enim Psal. iuxta historiam, post quinquagesimum est. Sed forte regi ignosci oportuit, humilibus autem ignosci non debet, cum magis potentioribus difficilius ignoscendum videatur. Deus personam hominis non accipit. Quanto enim quis sublimior est, tanto magis, licet leue peccatum eius, graue est crimen. Sicut enim humilitas in potente sublimis & magnifica est, ita & culpa eius pro crimine habenda est. Exceptis enim peccatis, quæ cōstat omnibus esse illicita, nō omnia licēt potētibus quę sunt cōcessa humilibus. Dignitatis enī homini negotiari deforme est, & popinam ingredi notabile est. Senatoribus quoque fœnus infamia est. Si ergo in his leuibus inuenti notandi sunt, tantomagis rei constituendi sunt si peccauerint. Ibidem infra. Omne quod iure hîc concessum non fuerit, nec in futuro poterit concedi. Hîc enim, sicut dixit Dominus, aut ligātur aut soluuntur peccata: in futuro autem nihil aliud erit, nisi aut remuneratio, aut condemnatio. Omnis enim qui hîc iure reprobatur, nòn poterit eligi, aut dignus in futuro iudicari.

Tom. IIII.

Psalmorum ordo inuersus iuxta gestorū historiam.

Super Psal. lvij. Pœnitētia huius temporis, dolor medicinalis: pœnitentia temporis iudicij, dolor pœnalis est. In communibus sermonibus, ser. xlvj. Erit in vltimo die pœnitentia, sed infructuosa: erit pœnitētia dolorē habēs, medicinā nō habens. Nunc est fructuosa pœnitentia, quando correptio est libera. Pœniteat ergo te nunc ad vocem scripturæ: nam ad vocem præsentis iudicis, sine causa te pœnitebit. Lib. de salutaribus documentis. Dum tempus habemus laboremus, bona opera Deóque placita vna cum Dei adiutorio facere studeamus, ne subito præoccupati diei mortis, spatium quæramus pœnitentiæ & inuenire non possimus. Dum sumus in hoc tēpore vel corpore, seminare nos oportet: tempore enim suo, id est, post mortem, siue in die iudicij, metemus quod in vita æterna habere debemus. Hîc igitur laboremus & inuicem onera nostra portemus. Quo enim præcessit caput & cætera mēbra sequutura erunt. Est autē pœnitētia facienda in sanitate. In serm. j. de pœnitentia & ieiunio. Agere pœnitētiam aliquem qui ægrotat, aut quādo iam nimis senex est, nec laudo nec vitupero: quia peccata eum dimiserunt, non ille peccata. Sed laudo si tunc declinat à malo, & fa-

A cit bonū, quando omnia mala perpetrare potest. Et infra subdit. Siue Episcopus, siue presbyter, siue laicus, vna die sine pœnitentia esse nō debet: quia nescimus diem neque horam, quando pius Deus de hoc sæculo migrare iubeat. In tractatu primo de pœnitentia. Agere debet pœnitentiam Christianus ex toto corde, vbi Deus videt: qui vidit cor Dauid, quando increpatus à Propheta post comminationes terribiles Dei exclamauit dicens, Peccaui: & mox audiuit, Dominus abstulit peccatum tuum. Tantum valent tres syllabæ. Tres syllabæ sunt, Peccaui: sed in tribus syllabis flamma sacrificij cordis ascendit in cœlum. Ergo qui egerit veraciter pœnitētiam, & solutus fuerit à ligamento quo erat obstrictus, & à Christi corpore separatus, & bene post pœnitentiam

Li. se... Hom... Tom. X.

B vixerit sicut ante pœnitētiam viuere debuit: post reconciliationem quandocunque defunctus fuerit ad Deum vadit & ad requiem. Regno Dei nō priuabitur, à populo diaboli separabitur. Si quis autem positus in vltima necessitate ægritudinis suæ noluerit accipere pœnitentiam & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non præsumimus affirmare quod hinc bene exit. Non præsumo, non vos fallo. Fidelis bene viuens securus hinc exit. Baptizatus ad horam, securus hinc exit. Agens pœnitentiam & reconciliatus cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agēs pœnitentiam ad vltimum reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Vnde securus sum, do securitatē. Vnde non sum securus, nō

Sera pœnitentia.

C do securitatem: pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Quod dico attendite. Debeo illud planius exponere, ne me aliquis malè intelligat. Nunquid dico, damnabitur? Non dico. Sed dico, etiam liberabitur? Non. Et quid dicis mihi? Nescio, non præsumo, nō promitto. Vis te à dubio liberari, vis quod incertum est euadere? Age pœnitentiam dum sanus es. Si enim agis veram pœnitentiam dum sanus es, & inuenerit te nouissimus dies, curre vt reconcilieris. Si sic agis, securus es. Quare securus es? Quia egisti pœnitentiam eo tempore quo & peccare potuisti. Si autem tunc vis agere ipsam pœnitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed vnde scis, inquis, ne fortè Deus dimittat mihi? Verum dicis. Vnde? Nescio.

D Illud scio, hoc nescio. Nam ideo tibi do pœnitentiam, quia nescio. Nam si scirem nihil tibi prodesse, non tibi darem. Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit nescio. Ergo dimitte incertum, & tene certum. In sermone de bono latrone. Præueniēdus est dies, qui prę uenire cōsueuit. Ipse se illudit, & de morte sua ludit, qui cogitat quod potest extremi temporis indulgentia subuenire. Insanum est hoc. Primum, quia periculosissimum est in vltimum diem promissa securitas: deinde stultissimum est, vt causa quæ de necessitatibus agitur æternis, inutilitatibus vitæ de

Ord. ser. de temp. 12...

Cap. ...

deditis cōmittatur extremis: odibile est apud deū, quando homo sub fiducia pœnitentiæ in senectutem reseruare liberius peccat. Credite mihi charissimi difficile est vt callida simulatio ordinandæ cōsummationis obtinere digna sit facultatem. Apud illum cordis interpretem, ars non admittitur ad salutem. Libro de vera & falsa pœnitentia. Nullus expectet, quando iam non potest peccare. Pœnitentia enim arbitrij quærit libertatem vt delere possit commissa, non necessitatem. Qui itaque prius à peccatis relinquitur, quam relinquat peccata, ea non libere, sed necessitate quasi condemnat. Est autem vtilis pœnitentia solum quæ fit in Ecclesia. Libro primo de fide ad Petrum, parte prima, cap. iij. Quodam loco dicitur. Fili peccasti, ne adiicias iterū, sed de præteritis deprecare, vt tibi dimittantur. Nunquam peccanti esset indicta pro peccatis deprecatio, si peccanti non esset remissio concedenda. Sed etiam peccatori pœnitentia tunc prodest, si in Ecclesia catholica illā gerat. Cui Deus in persona beati Petri ligandi soluendíque potestatem tribuit, dicens. Quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæ solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. In quacunque igitur homo ætate veram peccatorum suorum pœnitentiam egerit, & vitam suam Deo illumināte correxerit, non priuabitur indulgentiæ munere. Libro primo de verbis Domini sermone vndecimo. Pœnitentiæ locus quorumcunque criminum, in Ecclesia non negetur. In eodem. Impœnitentia, est spiritus blasphemia, quæ non remittetur neque in hoc sæculo neque in futuro. In eodem sermone vigesimo. Qui mala sua cognoscit, citò se corrigat. Non enim nocent mala præterita, si non placent. Adest enim pœnitendi & corrigendi locus. Nondum facta est illa disiunctio aliorum ad sinistram, aliorum ad dexteram. Nondum apud inferos sumus. Dum viuimus corrigamur. Ideo in Enchiridion, cap. lxv. Sed neque in his criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta Ecclesia, de misericordia Dei desperandum est agentibus pœnitentiā secundū modū sui cuiusque peccati. In actione autem pœnitentiæ, vbi tale crimen cōmissum est, vt is qui cōmisit etiā à Christi corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis quam doloris. Cor enim contritum & humiliatum Deus non spernit. Verum quia plerunque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum notitia per verba vel quæcunque alia signa procedit, cum sit corā illo cui dicitur, Gemitus meus à te non est absconditus: rectè cōstituūtur ab iis, qui Ecclesiis præsunt, tempora pœnitentiæ, vt fiat satisfactio Ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata: extra eam quippe non remittūtur. Ipsa nāq; propriè spiritū sanctū pignus accepit, sine quo nō remittuntur vlla peccata, ita vt quibus remittuntur vitam consequentur æternam. Magis enim propter futurū iudicium fit remissio peccatorum. In hac autem vita vsq; adeò valet quod scriptum est, Graue iugū super

A filios Adam, à die exitus eorū de vētre matris eorū vsq; in diē sepulturæ in matrem omnium: vt etiā paruulos videamus post lauachrū renouationis, diuersorū malorū afflictione cruciari: vt intelligamus totum quod salutaribus agitur sacramentis, magis ad spem futurorū bonorū, quā ad retentionem vel adeptionem præsentium pertinere. Multa etiam hîc videtur ignosci, & nullis suppliciis vindicari, sed eorū pœnæ reseruantur in posterum. Neque enim frustra ille propriè dicitur dies iudicij, quando venturus est iudex viuorum atque mortuorum. Sicut econtrario iudicātur hîc aliqua, & tamen si remittūtur, profecto in futuro sæculo non nocebūt. Propterea de quibusdam temporalibus pœnis, quæ in hac vita peccantibus irrogantur, eis quorum peccata delentur, ne seruentur in finem, ait Apostolus, Si enim nosmetipsos iudicaremus, nō vtiq; iudicaremur. Cum autem iudicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Eodem libro. Nam & ipsa pœnitentia quando digna causa est secundum morē Ecclesiæ vt agatur, plerunq; infirmitate non agitur: quia & timor & pudor est displicendi, dum plus delectat hominum existimatio, quam iustitia qua se quisq; humiliat pœnitendo. Vnde non solùm cum agitur pœnitentia, verū etiā vt agatur, Dei misericordia necessaria est. Alioquin nō diceret Apostolus de quibusdā. Ne fortè det illis Deus pœnitētiam. Et vt Petrus amarè fleret, præmisit Euangelista, & ait, Respexit eum Dominus. Qui verò in Ecclesia remitti peccata non credens, contemnit tantam Diuini muneris largitatem, & in hac obstinatione mētis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in Spiritū sanctū, in quo Christus peccata dimittit. De qua quæstione difficili in quodā propter hoc solum cōscripto libello enucleatissimè quantum potui Deo propitio disputaui.

Peccati pœna in die iudicij.

1. Cor. 11.

Cap. 82.

Misericordia Dei vbique necessaria.

Cap. 83.

Est autem pœnitentia dimissoria. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Pœnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in vltimo vitæ spiritu commissorum pœniteat, & publica lamētatione peccata prodantur: quia propositum Dei, quo decreuit saluare quod perierat, stat immobile. Et ideo quia voluntas eius non mutatur, siue emendatione vitæ si tēpus conceditur, siue supplici † confessione, si continuò vita exceditur, venia peccatorum fideliter præsumatur ab illo, qui non vult mortē peccatoris, sed vt conuertatur à perditione pœnitēdo, & saluatus miseratione Domini viuat. Si quis aliter de iustissima pietate Dei sentit, nō Christianus, sed Nouatianus est. Lib. 50. homil. Nemo arbitretur se salubre consiliū pœnitentiæ debere contemnere, quia multos fortè aduertit & nouit ad sacra altaris accedere, quorū talia crimina non ignorat. Multi enim corriguntur, vt Petrus: multi tolerātur, vt Iudas: multi nesciuntur donec veniat Dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet consilia cordis. Nam plerique volūt alios accusare, dum semper ipsos cupiunt excusare. Pleriq; autem boni Christiani propterea tacēt, & sufferūt aliorū pec

Cap. 80.

† Aliàs, publica.

Homil. 50. Tom. X.

cata quæ nouerũt, quia documentis sæpe deseruntur: & ea quæ ipsi sciunt, iudicibus Ecclesiasticis probare non possunt. Quamuis enim vera sint quædam, tamen iudici non facile credenda

Tom. VIII. sunt. Non est omittenda causa ruboris. super Psal. 50. Sunt multi quos peccare non pudet, agere pœnitentiam pudet. O incredibilis insania. De ipso vulnere non erubescis, de ligatura vulneris erubescis. Nonne nudum vulnus fœdius & putridius est? Confuge ergo ad medicum, age pœnitentiam.

Serm. de ep. 58. Tom. X. In ser. ij. de pœnitẽtia. Non erubescat pœnitentiã agere, qui non erubuit pœnitenda cõmittere: sed citò se in bonis operibus contendat Dei imaginem reparare, vt inter filios agnosci mereatur à patre: ne ab illa æterna beatitudine exclusus, à conuiuio nuptiali proiectus, & ligatis manibus & pedibus proiiciatur in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium: sed magis medicamento pœnitentiæ humiliatus & cõpũctionis ad sanitatem pristinam reuocatus, & bonorũ operũ margaritis ornatus, audire mereatur. Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiũ Domini tui. Lib. de salutaribus documẽtis. Res huius sæculi caducæ nõ te molliant, sed time potius Deum si à proposito tuo retardauerint. Et quando te peccatis obnoxium senseris, ad pœnitentiam conuerti nõ cõfundaris: quia qui hîc pœnitebit, in nouissimo nõ pœnitebit.

Lib. 50. Homil. Homil. 50. Tom. X. Sed de ipsa pœnitentia assignat partes & distinguit. Lib. seu homil. de pœnitentia & tractatu ij. de pœnitẽtia. Tres sunt actiones pœnitẽtiæ in Ecclesia vsitatæ, vna quæ parturit hominem nouum, de qua

Act. 2. Petrus ait, Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum: quia gratia Dei in baptismo nõ requirit gemitũ, aut plãctũ, aut aliquod opus exterius, sed solũ ex corde professionẽ.

Pœnitentiæ generatria. Ab hac pœnitentia soli paruuli, cum baptizantur immunes sunt: quia libero arbitrio nõdum vti possunt: quibus ad cõsecrationẽ & remissionẽ originalis peccati, prodest illorum fides, à quibus offeruntur, vt qualcunq; maculas delictorũ quas per alios, ex quibus nati sunt contraxerunt, aliorum etiam interrogatione & respõsione purgentur. Alia verò pœnitentia est cuius actio per totã vitã perpetua supplicationis humilitate subeũda est: quia nemo vitã æternã immortalémq; desiderat, nisi cũ huius vitæ mortalis temporalísque pœniteat. Sed neq; ab inimico facilius deiicimur, quam cum eũ superbiendo imitamur: nec vehementius eum prosternimus, quam cum humilitate Deũ sequimur: nec acriores ei plagas infligimus, quam cũ plagas peccatorum nostrorum confitendo ac pœnitendo sanamus. Tertia verò pœnitentiæ actio est, quæ pro illis peccatis subeunda est, de quibus dicit Apostolus. Qui talia agunt, regnũ Dei non possidebunt. In hac pœnitentia maiorem debet quisq; exercere seueritatẽ in semetipso, vt à se iudicatus, non iudicetur à Domino. In tract. iij. de pœnitentia. Prima itaq; remissio peccatorũ, est qua baptizamur in aqua: secundũ illud quod scri-

Ioan. 3. ptũ est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu &c. Secũda remissio charitatis est affectus: vt est

A illud, Remittuntur ei peccata multa quia dilexit *Luc.* multũ. Tertia remissio, eleemosynarũ fructus: secundum hoc, Sicut aqua extinguit ignem, ita ele- *Dan.* emosyna extinguit peccata. Quarta remissio perfusio lachrymarum, Domino dicente. Quia fle- uit in conspectu meo, & ambulauit coram me tri- *3. Reg.* stis, non inducam malũ in diebus eius. Quinta remissio, criminũ confessio. Psal. testante, Dixi cõfitebor, &c. Sexta remissio, afflictio cordis & corporis, Apostolo inquiente, Dedi huiusmodi ho- *1. Cor.* minem satanæ in interitum carnis, vt saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Septima remissio emendatio morũ, hoc est, abrenũtiatio vitiorũ, Euangelista testante, Iam sanus factus es, noli *Ioan. 5.* vlterius peccare, ne quid tibi deterius accidat. Octaua remissio, est intercessio sanctorũ: vt & il-

B lud, Si quis infirmatur, inducat presbyteros &c. *Iac. 5.* vsq; oratio iusti assidua. Nona remissio, misericordiæ & fidei meritũ, secundũ illud, Beati mise- *Mat. 5.* ricordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur. Decima remissio, conuersio & salus aliorum, Iacobo Apostolo cõfirmante, Qui conuerti fecerit *Iac. 5.* peccatorem, &c. vsq; operit multitudinẽ peccatorũ. Vndecima in proximo offensæ remissio veritate promittẽte. Dimittite & dimittetur vo- *Mat. 5.* bis. Duodecima remissio passio martyrij, latroni, oranti respondente Domino, Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso. Sed de agentibus *Tom. II. Epist.* publicam pœnitentiam loquitur. libro de correctione Donatistarum ad Bonifacium comitem. Vt constitueretur in Ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiam clericatum acci-

C piat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu *Dist. 50. constituntur.* maneat, nõ desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ: alioquin contra claues Ecclesiæ datas disputabitur, de quibus dictum *Mat. 16.* est, Quodcunque ligaueris, &c. Sed ne forte etiã de cæteris criminibus, spe honoris Ecclesiastici animus intumescens superbè ageret pœnitentiã, seuerissimè placuit, vt post actam pœnitentiam de damnabili crimine, nemo sit clericus, vt desperatione temporalis altitudinis medicina maior & verior esset humilitatis. Nã & sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore suo perstitit. Et Beatum Petrũ quando amarissimas lachrymas fudit, vtiq; Deũ negasse pœnituit, & tamẽ Apostolus permansit.

D Sed nõ ideo putanda est superuacua posteriorũ diligentia, qui vbi saluti nihil detrahebatur humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti credo aliquorum fictas pœnitẽtias, per affectatas honorũ potẽtias. Cogũt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborũ. Verũ in huiusmodi causis vbi per graues; dissensionum scissuras, non huius aut illius hominis est periculũ, sed populorum strages iaceret, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanãdis charitas syncera subueniat.

Tom. II. Epist. 54. In ij. epist. ad Macedoniũ. Quãuis caute & salubriter prouisum sit, vt locus humillimæ pœnitẽtiæ semel tãtum in Ecclesia cõcedatur, ne medicina nimis vilis minus vtilis haberetur: tamen

quo

quotidie peccantibus, nunquã per pœnitentiã negatur. De pœnitẽtia Dei, lib. xvij. de ciuit. Dei. Vbi legitur quod pœniteat Deũ, mutatio rerũ significatur, immutabili præscientia manẽte Diuina. Vbi autẽ nõ pœnitere dicitur, & non mutare intelligitur. Li. de essentia Diuinitatis Dei. Pœnitere Dei, est statuta mutare, & quod prius aliter inchoatũ fuerat, in aliud mutare, hoc est, aut de bono exigentibus culpis in malum: & ecõtrario de malo ad bonũ. Hæc mutatio occulto iudicio, seu per seueritatẽ iustitiæ, seu per misericordiã eius fit. Super Psal. cix. Pœnitentia, mutatio rerũ significatur. Quomodo ergo tu, cũ aliquid te pœnitet, doles factum quod fecisti: sic quãdo aliquid Deus præter spẽ hominũ, id est, præterquam sperant homines mutat in aliud, pœnitere se dicit: vsq; adeo, vt de pœna nostra pœniteat eũ, si de vita nostra nos mala pœnituerit. In cõmunibus sermonibus ser. xl. Nunquid quasi errantẽ pœnitet Deũ? Sed pœnitentia dicitur in Deo, mutatio in rebus creatis, ipso immutabili manente. Ipsa autẽ mutatio nõ est iniqua, sed iusta: quia qui mutat est Deus. Mutauit iudex sentẽtiã, noli terreri. Sẽtẽtia est mutata, nõ iustitia, quę ĩtegra manet: quia iustus est. Quomodo pertinaci non parcit, sic mutato parcit.

PENNA. Super Psal. ciij. ser. j. Pennæ animarũ quæ sunt, nisi quibus sursum attollũtur? Sunt ergo pennæ animarũ virtutes, bona opera, recte facta. In duabus alis habẽt omnes pennas: omnia enim præcepta in duobus præceptis sunt. Quisquis dilexerit Deũ & proximũ, animam habet pennatã liberis alis, sancto amore volãtẽ ad Deũ. Quicũq; implicatur amore carnali, viscum habet in pẽnis. In ser. ij. de accedentibus ad gratiam. Si vis habere pennas charitatis, fuge viscum iniquitatis.

PENTECOSTE. Ratio huius diei. Dies pentecostes cõgruè nobis qua ratione traditus sit, dignoscamus. Scripturæ enim Dominicæ sensus suos solicitis & deuotis aperiunt, negligentibus claudũt. Nec enim par erat vt res quæ meritis ac dignis reseruatæ sunt, passim ab omnibus viderentur. Pentecoste ergo qui quinquagesimus à Pascha cõputatur dies: hãc habet rationẽ, vt sicut post hebdomadã Dominicus dies est primus, in quo adimpletũ est Paschę mysteriũ in redẽptionẽ salutis humanæ, quia semper post curricula dierũ septẽ, ad primum reuerti necesse est, vt ostẽdatur ætatẽ mũdi septenario numero cõsummari, & ad reqẽ puenire, ita & post hebdomadas septẽ, primus dies Pẽtecoste. Deniq; nũquã alio die quã Dominico Pẽtecoste est, vt totũ quod ad salutẽ humanã pertinet, Dominico die & inchoatũ, & adimpletũ noscatur. Et infra subdit aliã rationẽ. Secũdũ numerũ prædictæ rationis, ipsa die in mõte Sina legẽ dedit Dominus per famulũ suũ Mosen, vt sicut agnus figura passionis Dñi fuit in sacramẽtũ Paschæ, ita & legislatio Euãgelicæ prædicationis: quia eadẽ die, id est, Pẽtecoste lex data est, quo & Spiritus sanctus decidit in discipulos, vt authoritatẽ caperẽt, ac sci-

A rẽt Euãgelicũ ius prædicare. Quod factũ duplici testimonio confirmatur: quia & prædestinatũ ostẽditur, & manifesta Spiritus sancti infusione Diuinũ & supercœleste probatur. Imperiti enim diuersis linguis magnalia Dei loquebãtur. Filiis ergo Israel tertia die mensis tertij data est lex per Mosen, sicut in libro Exodi cõtinetur, qui dies à quartadecima die primi mẽsis, quo die factũ est, Exod. 19. Pascha in Aegypto, quinquagesimus est, hoc est Pentecoste. Vnde factũ est, vt ad legẽ fidei prædicandã, in Pentecoste Spiritus sanctus descenderet in Apostolos, vt gesta veterũ, futurorũ imagines haberẽtur ad securitatẽ fidei nostræ, quia falsum videri nõ potest quod ab initio prædicatũ est. Ideo remissionis & reformationis tempus in quinquagesimo psal. describitur, vt eadem pro-

B uidẽtia quinquagesimi diei, qui & primus est, sciretur. Septimana dierũ propriè sancto spiritui deputatur, quia septimo die insinuatur sanctificatio. Isaias Propheta septenaria charismata dicit spiritu sancto deputari: nã cũ spiritũ Dei venire sup fidelẽ asserit, Spiritũ, inquit, sapiẽtiæ & intellectus, &c. Isai. 11. Ecce septẽ res percurri, tãquã descẽdẽte ad nos spiritu Dei à sapiẽtia vsq; ad timorẽ, vt nos ascẽdamus à timore vsq; ad sapientiã. Initiũ enim sapientiæ est timor Domini. Ita ergo septenarius spiritus, & vnus spiritus septenaria operatione. Vnde scriptura Pentecostẽ factũ de septenario cõmemorat. Habes scripturã Thobiæ, vbi euidenter dicitur, istũ diẽ festũ de septimanis cõfici: septies enim septẽ quadraginta nouẽ in summa reddũt: sed tanquã redeatur ad caput, à Spiritu

C enim sancto ad vnitatẽ colligimur, nõ ab vnitate dispergimur. iam ad quadraginta nouem additur vnũ gratia vnitatis, & fiunt quinquaginta. Non ergo iã sine causa quinquagesima die post resurrectionẽ Domini venit Spiritus sanctus. Resurrexit Dominus & ascẽdit ab inferis non tamẽ cõtinuò in cœlũ: ab illa enim ab inferis resurrectione vsq; ab ascensionẽ numerãtur quadraginta dies, quadraginta enim diebus hîc cõuersatus est Dominus cũ discipulis, & quadragesimo die ascendit in cœlũ: peractis ibi decẽ diebus, tãquã decimo pceptorũ signo, venit Spiritus sanctus: quia nemo implet legẽ nisi per gratiã Spiritus sancti. Itaque fratres manifestũ est septenariũ istũ numerũ ad Spiritũ sanctũ pertinere. Quisquis autẽ nõ cohęret Christo, & oblatrat aduersus vnitatẽ Christi,

D intelligẽdũ est eũ nõ habere Spiritũ sanctũ: nam cõtentiones & discessiones† nõ faciũt nisi animales, de quibus Apostolus dicit, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. † Aliàs, dissensiones. 1. Cor. 2. Deinde scriptũ est in epistola Iudæ Apostoli, Ij sunt qui segregant semetipsos, animales, nõ habentes spiritum. Quid euidentius, & quid manifestius? Eadem credentes quæ nos, non tamen possunt accipere Spiritum sanctum, quandiu non sunt homines vnitatis. In sermone v. de aduentu Domini in carnem. Ecce quod Isaias prophetat dicens. Ex Sion lex prodiet, & verbum Domini ex Hierusalem. Isai. 2. Ibi enim veniens desuper, secundũ Domini promissionem Spiritus sanctus, eos, quos tunc vna

domus continebat, impleuit: & linguis omnium gentium loqui fecit. Exinde exierunt prædicare Euangelium in notitiam omnium gentium. Sicut enim lex illa quę procesſit de mõte Sina, quinquageſimo die poſt celebratum paſcha conſcripta eſt digito Dei, quo ſignificatur Spiritus ſanctus: ita lex iſta quæ procesſit ex monte Sion & Hieruſalem, nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis ſanctorum Euangeliſtarum, ſcripta eſt per Spiritum ſanctum quinquageſimo die poſt verum paſcha paſsionis & reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti: quo Spiritus ſanctus eſt miſſus fidelibus, qui fideliter fuerat ante promiſſus. Aliter tamen dicit in ſermone j. huius diei. Fratres chariſſimi, quadrageſimũ nuper diẽ ſolẽniter celebrauimus, in quo quadriformis totus lætatus eſt mũdus. Sed quaternario, quatuor orbis cardinibus, ſacramento perfecto, vicini facti ſumus cœlo & Spiritui ſancto: vt propter ſanctificatione Orientis Occidentis Aquilonis & Auſtri, Spiritus ſanctus quinquageſimo deſcenderet die, linguarum cœleſtium rutilans ignea ſanctitate. De cuius ignis miraculo comparatiue loquitur in eodem ſermone. Ipſe ignis purgauit potius, quã cremauit: & ſuper linguas refrigerio ſanctificationis inſedit ipſe, qui & flãmas in camino reſtinxit. Nouit enim Spiritus ſanctus ignem facere amœnũ, qui reddidit amœnatum rorante flamma caminum. Delectat eum iam accendẽte labia Apoſtolorum, qui ſanauit ora ignea illæſa puerorum. Vbique fecit linguas igneas, & ſuper Apoſtolos, & ſuper pueros. Ipſe eſt enim qui ſanctificauit pueros, & nobis fecit loqui cœleſtia piſcatores. Quis non obſtupuit ad ora puerorũ deãbulãtium in plateis flammarum cum dicerent, Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum? Stupuerunt attonita corda mirantium. Muta facta ſunt labia Caldęorũ ad organa innocentiũ inſolito modo cantantiũ: Perſica pompa cõtremuit. Mirum erat in igne videre ambulantes., & laudãtes. Mirũ erat ſpectaculũ Barbaricis conſpectibus: delectabat Perſas attendere nouos hymnos & audire, ſicut modo delectat cõuenientes ex omni ſæculo nationes Apoſtolorum linguas attendere, & omnes ſua labia recognoſcere: quia Spiritus ſanctus de diuerſis nouit facere vnitatem. Attendebat vnuſquiſque linguam propriam, recognoſcens & Apoſtolos toti ſæculo concordantes. Oportebat autem vt qui totis fuerãt prædicaturi gentibus regnum Dei omnium linguas gaudere facerent nationum. Quia vt dicit ſuper Pſal. liiij. Per ſuperbos homines diuiſæ ſunt linguæ, per humiles Apoſtolos congregatæ ſunt linguæ. Spiritus ſuperbiæ diſperſit linguas, ſpiritus ſanctus congregauit linguas. Quod autem Apoſtoli linguis omnibus loquerẽtur. Lib. de blaſphemia in Spiritum ſanctum. Ideo Apoſtoli linguis omnium gentium ſunt loquuti, quia per linguas conſociatio conſtat generis humani. Et oportebat per linguas omnium gentium ſignificari iſtam ſocietatem filiorum Dei, & membrorum

Dan. 3.

Lib. de verb. Dom. ſer. 11.

A Chriſti futuram in omnibus gentibus, vt quemadmodum tunc ille apparebat accepiſſe Spiritum ſanctum, qui loquebatur linguis omnium: ita nunc ille ſe cognoſcit accepiſſe Spiritum ſanctum, qui tenetur vinculo pacis Eccleſiæ, quæ eiffunditur in omnibus gentibus. Libro decimo octauo de ciuitate Dei. In eos qui crediderant, ſignum erat maximum & maximè neceſſarium, vt vnuſquiſque linguis omniũ gentium loqueretur, ita ſignificans vnitatem catholicæ Eccleſiæ per gentes omnes futuram, ac ſic linguis omnibus loquuturam. Sed quod vna lingua loquentes, ab omnibus audirentur. In ſupradicto ſermone. Vna lingua loquebãtur, & ab omnibus intelligebantur: & erat velut manna de cœlo, quod in vna erat ſpecie, & deſiderantibus exhi-

Tract. 6. Tom. IX.

B bebat diuerſum variũmque ſaporem. Ipſe enim erat, qui hoc agebat, qui ſuam donat omnibus in vnitate notitiam. Sicut enim Spiritus ſanctus vnus eſt Deus, & dona multa dignatur refundere ſine donorum diſtinctione: ita vna lingua erat, & omnes qui aderant cognoſcebat. Super Ioannẽ. Superbia fecit diuerſitates linguarũ, humilitas Chriſti cõgregauit diuerſitates linguarum. Iam quod illa turris diſſociauerat, Eccleſia colligit. De vna lingua factæ ſunt multæ: noli mirari, ſuperbia hoc fecit. De multis linguis fit vna: noli mirari, charitas hoc fecit. Quia & ſi ſoni diuerſi linguarũ ſunt, in corde vnus Deus inuocatur, id eſt, vna pax cuſtoditur. Cum lætitia autẽ venit tali die Spiritus ſanctus. In prædicto ſermone. Delectabat tunc viſus, delectabat & ſonus. Nam

C quaſi regalia diademata ſuper frontes labiáque poſuerat piſcatorum. Rex enim eſt qui de cœlo deſcendit, ideo ſedit ſuper labia eorum, tanquam ſuper thronum ſuũ: quod in illis collocabat proprium & nominatum. Iſtud bene nouit Spiritus ſanctus, qui ſemper eſt Deus in filiis, & patribus, Prophetis, & piſcatoribus: in illis ſemper diligit requieſcere. In ſuperioribus enim cœnaculi inuenit congregatos Apoſtolos, & ſcripſit in eorum mentibus legem, qui in alto monte legem ſcripſerat in lapidibus propter duritiam cordis Iudæorum. Sed intereſt inter terrorem, & amorem. Ibi terribilis, & hîc deſiderabilis. Ibi deſcripſit legem cum fulgore promicante, hîc inſtruxit Apoſtolicas linguas in igne refrigerante: quia in quinquageſimo die piſcatores me-

D ruerũt ſancti Spiritus deſcenſu gaudere. De monte illo fugiebant populi, ne vocem Domini terribiliter loquentis audirent: hîc omnes de toto ſæculo nationes non fugiunt, ſed conueniunt audire loquentem in organis ſuis Spiritum ſanctum. Audiſtis nominatos Parthos, & Medos, Indos, Perſas, Cretes & Arabes, cæteróſque quos Apoſtolica lectio numerauerit. Totus mundus ibi erat: quadrageſimus enim dies aſcenſionis Domini eos congregauerat: quia decem præceptorum numerus, totam authoritatem complectitur in orbe terrarum. Ideo quater decem faciunt quadrageſimum diem: ſupereſt decimus,

mus, qui est vitæ æternæ denarius, vt mercedem de pignore sancti spiritus piscatores acciperent. Impletum est quod promissum est. Data est promisio denarij pretiosi decimi, id est, decimi sacramenti. Supererat quinquaginta dierũ gratia promissa, quæ nunc impleta est perfecta lætitia. Conclusum est pascha, tacet alleluia, sed nõ cum mœstitia: quia pignus sancti spiritus accepimus pretiosum, vt quotidie habeamus ipso nos lætificante solatium, vt & cum ipso ieiunemus, & per ipsum ad pascha iterũ venturi temporis incolumes veniamus. De igne Diuino Require supra, capit. Ignis. De linguis vbi Lingua. Et de spiritu sancto Require infra, capit. Spiritus sanctus, per totum.

PEREGRINVS. Peregrini sumus oẽs. Super psal. cxxxvj. Omnis eruditus in sancta Ecclesia nosse debet vnde ciues sumus, & vnde peregrinamur, & peregrinationis nostræ causam esse peccatum, reuersionis autem munus remisionẽ peccatorum & iustificationem gratiæ Dei. Libro quinquagesimo Homiliarum
Tom.X. Homilia decima quinta. Peregrinos Dominus noster nos fecit, & iusit vt per charitatis viã currẽdo, ad cœlestem ciuitatẽ veniamus. Lib.
Tom.III. de vera innocẽtia, cap. xvij. Omnis qui ad supernam pertinet ciuitatem, peregrinus est mundi: & dum temporali vtitur vita, in patria viuit aliena, vbi inter multa illecebrosa, & multa fallacia Deũ nosse & amare paucorũ est: quibus fit præceptũ Domini lucidũ, illuminans oculos, vt nec in Dei, nec in proximi charitate fallantur. Ideo in epi
Tom.II. Epist.206. stola ad Fabiolam. Doluisti peregrinationẽ, qua cõtingit perpetuo gaudere cum sanctis, & desiderio supernæ patriæ, vbi iam non terrarũ spatio diuidemur, sed semper vnius contemplatione lætabimur merito pertulisti: fœlix es talia fideliter cogitãdo, amando fœlicior es: & ideo eris etiam fœlicissima consequẽdo. Sed etiam nunc diligentius intuere, vnde magis dicamur absentes, vtrũ quia nostra inuicẽ corpora non videmus, an quia signa non damus & recipimus animorũ, quod est colloqui: puto enim quod licet lõginquis regionibus corpore separati, si nostras cogitationes nosse possemus, magis essemus nobiscũ, quam si vno loco alter alterũ conspicantes taciti sederemus, nulla vocibus signa sensus intimi proferentes, nullis corporum motibus nostros animos in-
Quo quisq; nobis ... notior. dicantes. Quocirca intelligis ideo vnumquẽque sibi esse præsentiorẽ quam alteri, quod vnusquisque sibi magis quam alteri notus est, non faciem suam, quæ nisi adsit speculũ gestatur & lucet, sed conscientiã contuẽdo, quam & clausis oculis videt. Quanta est igitur etiam vita, quæ pro magna habetur nostra. In sermone de hospitalitate. Sancta planè & Diuina sententia, quæ & discipulis eligendi optionem primitus detulit, & facilitatem penitus amputauit. Prouidit enim modum statuendo, ne sanctus aut citus esset in iudicio, aut leuis in hospite commutando. Sicut enim nobis permisit arbitrium, ita & voluit nos tenere con-

A stantiã. Quam enim reprehensibile est vt vir qui Euangeliũ annuntiat, & docet errãdum non esse, ipse per diuersas vias incipiat oberrare, & domũ, cui Pax dixerat, deserere: & hospitem cui benedictionẽ obtulerat, contristare? Magna enim hospitalitatis est gratia, nec facilè violanda. Parata est omnibus, aperta est, & sanctos libẽter suscipit, & peccatores tolerat patienter. Et infra. Nõ mihi videtur de huius sæculi hospite vel domo iussisse, nec tam diligenter inquirere: sed de illo magis, qui nos vsque ad diem exitus nostri posit inoffensos hospites illæsósque seruare. Nam huius sæculi hospitẽ citò lædimus, citò offendimus. Interdũ ei & post triduũ displicemus. Fidelis igitur Dominus, & hospes dignus inquiri, iussus est. Quæ domus fidelior Ecclesia? Quis hospes di-
B gnior saluatore? Iste peregrinos filios suscipit, illa susceptos refouet vt infantes. Ille hospitibus, sicut experti sumus, pedes lauare gestit, illa mensam parare festinat. Quos enim saluator viua aqua refrigerat, hos reficit cœlestibus cibis Ecclesia. Hunc igitur hospitẽ Euãgelista inquiri iusit, & vsque ad diem exitus nostri cum hoc habitare præcepit, nec aliqua lenitate hoc tempore aliorsum forsitan emigremus, hoc est, qui semel in Christo credimus, non iterũ velut transgressores ad diaboli opera recurramus. Dicitur anima etiã peregrinari. super psalm. cxix. Corpus pere- Tom.VIII.
grinatur locis, anima peregrinatur affectibus. Si amaueris terram, peregrinaris à Deo: si amaueris Deum, ascendis ad eum. In charitate Dei & proximi exerceamur, vt redeamus ad charitatem.
C Si cadamus in terram, marcescimus & putrescimus. Quare permisit Deus suum populum peregrinari. Libro de vita Christiana. Populum Iu- Cap.8. Tom.IX.
daicum, quem ad se Deus primũ ex semine Abraham præ cæteris gentibus pertinere optauit: quomodo erudierit, quid eum vt sibi placeret facere, quid obseruare præceperit, scire nos conuenit. Primo in loco quod derelicta regione in qua habitare semper optauerat patriáque deserta, in alienam prouinciam, hoc est, in Aegyptum venit, non sine causa, nec sine Dei prouidentia factum esse reor. Sed hanc puto fuisse rationẽ, quia Deus populum suum, quem elegerat præceptis misericordiæ, pietatis, iustitiæ, cæterísque bonis operibus cupiens erudire, voluit eum in extera patria esse pro tempore peregrinum & capti-
D uum, vt captiuitatis & peregrinationis miserias disceret & labores: quo facilius peregrinantibus & laborãtibus nosset misereri. Nemo enim tam libenter peregrino miseretur & aduenæ, quam qui peregrinationis exitus nouit. Nemo sic hospitem & sine tecto, suo introducit hospitio: nisi qui ante indiguit alieno. Nemo ita esurientem, cibat, nemo sic sitientem potat, nisi qui sitim esuriémq; perpessus est. Nemo tam facile nudũ suis operit vestimẽtis, quã qui nuditatis & frigoris nouit iniuriã. Nemo sic tribulãti & misero & laborãti succurrit, quàm qui tribulationũ & miseriarũ expertus est & laborum. Merito ergo Deus misericordiæ & pietatis magister, qui legẽ erat post-

modũ editurus, per quã populo suo misericordiæ & pietatis omniúmq; bonorũ operum præcepta erat traditurus, voluit eum prius omnes pressuras & tribulatiões & angustias in terra perpeti aliena, quo facilius postmodũ posśit talia patientium misereri, & suis obtemperare mandatis. Vt putas eum bonũ fuisse agricolã, qui priusquam semen mittat, diu terrã aratris & rastris domat, ne quod illi creditum est semen, pereat: Ita & Deus populum suum diu ante macerat & domat, quam ei salutariũ mandatorũ semen impertiatur. Deniq; vt ob hanc causam hæc eum pertulisse euidẽtius clareat, ipsius Domini intueamur mandata dicentis, Aduenã non vexabitis nec tribulabitis eum, fuistis enim & vos aduenæ in terra Aegypti. Et iterum legimus, Deus magnus, qui non accepit personam, sed nec accipit munera, faciens iudicium proselyto, orphano, & viduę: date panem & vestimentum, diligite proselytũ, quia ipsi fuistis in terra Aegypti. Et alibi dicit. Si autem messus fueris messem in agro tuo, & obliuisceris manipulum, non reuerteris accipere illũ: proselyto & orphano & viduæ erit, vt benedicat te Dominus Deus in operibus manuum tuarũ, & memor eris quoniã famulus eras in terra Aegypti, ideo ego præcipio tibi verbum hoc. Vnde facile videtur atq; dignoscitur eum populum ob hanc causam cunctis afflictum fuisse miseriis vt misereri alteri suo doceretur exemplo: sicut scriptum est, Docuisti enim populũ tuum per talia opera, quoniã oportet iustos esse & humanos. Qualem populũ suum esse velit, late, vt arbitror, patet; & quibus posśit operibus promereri, plurimis probatur exẽplis. Sed ne ad manifestandam eius voluntatẽ parum videatur esse quod diximus, legis etiã & prophetarum præcepta iungamus: & quid Deo placeat sempérque placuerit, & quid crebrius fieri & obseruari præceperit, tam veteris quã nouæ legis testimoniis cõprobemus. Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis: & diliges proximum tuum sicut teipsum. Legis & Prophetarum pręcipuum hoc esse mandatũ, Domini & saluatoris nostri testimonio cõprobatur, dicentis. In his duobus mandatis, vniuersa lex pendet & Prophetę. Quod rescindi non potest, nec mutari, in duobus mandatis istis omne tam legis quam Prophetarum constare præceptum.

Cur Deus velit populũ suũ affligi. *Exod.22.* *Deut.10.* *Deut 24.* *Sap.12.* *Deut.6.* *Mat.22.*

PERFECTIO. Libro de natura & gratia, cap.xij. Illa est summa perfectio, cui nihil additur, cũ id quò tenditur, ceperit, possederit. Nullus est hîc perfectus. Libro 50. Homiliarũ, Homil.xxxv. Omnes imperfecti sumus: sed ibi perficiemur, vbi perfecta sunt omnia.

Libro secundo de peccatorum meritis & remisśione & baptismo paruulorum. Sunt iusti, sunt magni, fortes, prudentes, continentes, patientes, pij, misericordes, tẽporalia mala omnia propter iustitiã æquo animo tolerantes: sed si verum est, imò quia verum est. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Et, Nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens: nõ sunt sine peccato. Nec quisquã eorum tam arrogãter insanit, vt non sibi pro qualibuscũq; peccatis Dominicã orationẽ opus esse arbitretur. Libr. de vera innocentia, capit.cxviij. In hac vita quæ tota tentatio est etiam in sublimisśimis sanctis nõ apprehenditur illa perfectio, cui non supersit assensio. Libr.j.contra epistolas Pellagianorũ, pertractans illud Rom. vij. Perficere autem bonum non inuenio. Hoc est perficere bonũ, vt non concupiscat homo. Imperfectũ autem bonum dicitur, quãdo concupiscit, etiã si cõcupiscentiæ nõ consentit ad malũ. Lib.iij.eiusdem, cap.v. Clamat Apostolus vas electionis, dicẽs. Fratres ego meipsum non arbitror apprehendisse. Et paulò pòst, qui se negauerat esse perfectum, Quotquot perfecti, inquit, hoc sapiamus: vt ostẽderet secundum istius vitæ modum esse quandã perfectionẽ, eíq; perfectioni hoc quoq; deputari, si se quisque nouerit nondũ esse perfectum. In cõmunibus serm.serm.lij. Illa enim perfectio est, inuenisse se nõ esse perfectum. In epistola iij. ad Innoc. Papam de duobus cõciliis. In hac vita deficiente cupiditate & charitate crescente, perficimur: in illa vita cupiditate extincta, & charitate cõpleta perfecti sumus. Lib.ij.contra Maximinum, capit. xij. Cũ dicit, Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est: non vult illos Deo in vnitate naturæ cõiungere, tanquã illorũ & illius vna eadémq; natura sit: sed perfectos vult esse in natura sua, sicut & Deus perfectus in sua, quãuis diuersa non vna: quod, nisi in ipso simus, omnino esse non possumus. Non sicut in illo sunt omnes, quia ipse continet omnia quæ creauit. propter quod Deus dictus, non longe positus ab vnoquoq; nostrũ, quia in illo viuimus & mouemur & sumus. Sed sicut in illo sunt tales qualibus dictũ est, Fuistis aliquãdo tenebræ, nunc autẽ lux in Domino.

Tom.VII. *Tom.VII.* *1.Ioan.1.* *Psal.142.* *Cap.* *Tom.* *Cap.5.* *Tom.II. Epist.95.* *Tom.VI.* *Perfectio creaturæ.* *Act.17.* *Ephes.5.*

Cõsistit perfectio in humilitate. super psalm. xciij.serm. ij. Vt perficiamini primo præcedere debet, siue virũ, siue fœminã, cõfesśio peccatorũ, & salubris pœnitẽtia, quæ valet ad corrigendum hominẽ, non ad irridendũ Deum. Cum autẽ post pœnitentiam bene viuere cœperit, habet adhuc quod cogitet ne sibi tribuat quod bene facit, sed illi gratias agat, cuius gratia factũ est vt bene viueret: quia ille illũ vocauit, ille illum illuminauit. Sed adhuc deest ei aliquid: Ne superbiat super eos, qui necdum sic viuunt, quomodo ipse viuit.

Ideo concludit. super psal. cxxx. Ipsa est perfectio nostra, humilitas. Cõsulit, super psalm. cxxxviij. Non timeant imperfecti, sed nec amẽt imperfectionem. Tantum proficiãt, quantum in ipsis est. Quotidie addant, quotidie accedant, tamen à corpore Domini non recedant. Qui perfecti sunt, debent esse ad vtilitatem proximorũ. Super psal. trigesimũ expositione ij. serm.ij. Quicũq; perfecti sunt ex Euãgelio & gratia Dei, nõ hîc viuũt nisi ꝓpter alios; nã vita eorũ in hoc sæculo eis iam nõ est necessaria, Sed quia dispẽsatio eorũ aliis est necessaria, fit in eis quod ait Apostolus, Desideriũ habens dissolui & esse cũ Christo, multo enim magis necessariũ: manere autẽ in

Tom.VIII. *Tom.VIII.* *Phil.1.*

in carne autem propter vos. Nullus perfectus sine gratia. Lib. de natura & gratia. cap. xij. Nullo modo nisi adiuuante gratia saluatoris Christi crucifixi & dono spiritus eius vel quoslibet ad plenissimam perfectionem vel quēquam ad qualemcunq; prouectum veræ piæque iustitiæ peruenire qui negauerit nescio vtrum rectè posit in qualiumcunque Christianorū numero deputari.

PERICVLVM. Super psalm. nonagesimū tertium, sermone secūdo. Ipsa pericula nostra, dulciorem nobis faciunt libertatem.

Tom. X. Libro 50. Homil. Homil. decima, in medio. Cætera pericula possunt quiescere: pericula à falsis fratribus, quiescere vsque in finem sæculi non nouerunt. Quod ab omnibus periculis liberat Christus, vnde sibi tenemur esse grati. Libro soliloquiorum ad Deum, cap. decimo octauo. Ego gratias tibi agā ne sim ingratus liberator meus, quoniam liberasti me. Quoties me absorbuit ille draco? Et tu ab ore eius extraxisti me. Voluit deglutire me, sed tu defendisti me. Cum enim iniquè agebam, cum tua mandata frangebam, stabat paratus ipse vt me raperet ad infernum, sed tu prohibebas. Ego te offendebam, & tu me defendebas, ego te non timebam, & tu me custodiebas. A te recedebam, & tuo inimico me tradebā: & tu ipsum, ne me acciperet, deterrebas. Hæc beneficia mihi conferebas, & ego non agnoscebam. Sic me multoties à faucibus diaboli liberasti, de ore leonis me eripuisti, ab inferno me, licet nescientem, reduxisti. Descendi enim vsque ad portas inferni: & ne illuc intrarem, tu me tenuisti. Appropinquaui vsque ad portas mortis, & ne me caperent, tu fecisti. Cum graues me dolores tenerent, cum fui in multis periculis, per mare, per terras: ab igne & gladio, ab omni periculo me liberans semper mihi astans & misericorditer saluans, semper eripuisti. Sciebas quidem Domine, quia si tunc me mors occupasset, animam meam infernus suscepisset, & perpetuo damnatus essem: sed tua misericordia præuenit me, eripiens me de morte corporis & de morte animæ meæ, Domine Deus meus.

Tom. VI. PERIVRIVM. Libro decimo nono. cōtra Faustum, cap. vigesimo tertio. Quia nō intelligebant homicidium nisi interemptionem corporis humani, per quam vita priuaretur, apparuit Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari. Vnde & Ioannes dicit, Qui odit fratrem suum homicida est. Et quoniam putabant tantummodo corporalem cum fœmina illicitam cōmistionem vocari mœchiam, demonstrauit magister, etiam talem concupiscentiam nihil aliud esse. Item quia peierare graue peccatum est: sed longius remotus est à falsum iurando, qui nec iurare consueuit, quā qui verum iurare procliuis est: maluit nos Dominus & nō iurātes nō recedere à vero, quā verū iurātes propinquare periurio. Diffusè cōtra periuriū loquitur, in serm. de periurio. Fortasse quis dicat non esse proponendū de Domino Deo iurationis exemplū. Deus enim est, &

A forte illi soli cōpetit iurare, qui non potest peierare. Homines enim falsum iurāt, vel cū fallunt, vel cum falluntur: quia aut putat homo verū esse quod falsum est, & temere iurat: aut putat falsum esse, & tamē pro vero iurat, & ideo cū scelere iurat. Distant autē ista duo periuria quæ memoraui. Fac illū iurare qui putat verum esse pro quo iurat, & tamē falsum est. Non ex animo iste peierat, fallitur, quia hoc pro vero habet quod falsum est, non pro re falsa sciens iurationē interponit. Da aliū, quod scit falsum esse, & dicit verū esse, & iurat tanquā verū sit, quod scit falsum esse. Videtis quā ista detestanda sit belua, & de rebus humanis exterminanda? Quis enim hoc fieri velit? Omnes homines talia detestantur. Fac alium, qui putat falsum esse, & iurat tanquā verū sit, & forte

Periurium nō in ore sed in animo quomodo.

B verū est. Verbi gratia vt intelligatis. Pluit in loco illo, interrogas hominē, & putat non pluisse, & verè pluit, dicitur ei, Verè pluit? Verè, & tamen iurat, pluit ibi, sed ille nescit, quia putat non pluisse, periurus est. Interest quemadmodū verbum procedat ex animo. Ream linguā non facit nisi mens rea. Quis est autem qui nō fallatur, etiā si nolit fallere? Quis est cui nō subrepat fallacia? Et tamen falsa iuratio ab ore non discedit, sed frequentatur, & plura sunt plerunq; iuramēta quam verba. Si discutiat homo quoties iuret per totum diem, quoties se vulneret, quoties gladio linguæ se feriat & transfigat, quis in illo locus inuenitur sanus? Quia ergo est graue peccatum peierare, cōpendiū tibi dedit scriptura dicens, Noli iurare. Quid tibi dicturus sum homo, verū iura? Ecce

C verum iura, si verum iuras, non peccas. Sed homo inter tentationes positus, carne inuolutus, calcans terram sub terra, dum corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: inter ista multa tua cogitata incerta, volatica, inter ipsas coniecturas humanas, quando non subrepit tibi quod falsum est, posito in regione falsitatis? Vis ergo longe esse à periurio? Iurare noli. Qui enim iurat aliquando verum, aliquando falsum iurare potest: qui autem non iurat, mendacium iurare nunquam potest. Iuret ergo Deus qui iurat securus, quem nihil fallit, quē nihil latet, qui omnino fallere ignorat, quia nec falli potest. Cū enim iurat, se adhibet testem. Quomodo tu cum iuras, Deum adhibes testem, sic ipse cum iurat, se testem adhibet. Sed tu quando illum adhibes te-

D stem, forte supra mendacium tuum, accipis in vanum nomen Domini Dei tui. Ne ergo mendacium iures, iurare noli. Ipsa est angustia. Periuriū præcipitium est. Qui iurat, iuxta est: qui non iurat, longe est. Peccat, & grauiter, qui falsum iurat: non peccat, qui verum iurat, prope tamen est ad peccatum: qui non iurat longe est à peccato. Et infra subdit. Duo sunt quæ nunquam damno: veram iurationem, & nullam iurationem: Damno autem falsam iurationem. Falsa iuratio exitiosa est, vera iuratio periculosa est, nulla iuratio secura est. Et infra. Quid est iurare, nisi ius Deo reddere, quādo per Deum iuras:

3. sent. dist 39 cap. hic quæritur.

iuras: ius saluti tuæ reddere, quando per salutem
tuam iuras: ius filiis tuis reddere quando per filios
tuos iuras? Quod autem ius debemus saluti no-
stræ, filiis nostris, Deo nostro, nisi charitatis, ve-
ritatis, & non falsitatis? Maximè autem cum fit
per Deum, ipsa est vera iuratio: quia & cum quis
dicit, Per meam salutem: salutem suam Deo obli-
gat: quando per filios meos, oppignerat Deo fi-
lios suos, vt hoc veniat in caput eorũ, quod exit
de ore ipsius, si verum, verum: si falsum, falsum.
Cum ergo filios suos, vel caput suum, vel salutem
suam quisque in iuratione nominans, quicquid
nominat obligat Deo, quantomagis quando pe-
ierat per ipsum Deum? Timet enim falsum iu-
rare per filium suum, & non timet falsum iurare
per Deum suum. Et infra. Vita corporis ani-
ma est: vita animæ Deus est. Moritur corpus cum
recedit anima, moritur anima cum recedit Deus.
Recedit anima cũ corpus percutitur gladio, & pu
tas quia non recedit Deus cum anima ipsa feritur
periurio? Vis videre quia mortuus est qui periu-
Sap. 1. rus est? Lege scripturam. Os quod mentitur oc-
cidit animam. Sed tu præsentem putas vltorem
Deum, si ille qui te iuratione falsa decepit conti-
nuo expiret. Sed hoc si fiat expirauit caro ipsius,
hoc est expirauit excluso spiritu quo viuebat ca-
ro. Sed peierauit, exclusit spiritũ quo viuebat ani
ma. Sed animã miserã sine Deo videre nõ potes.
Crede ergo, adhibe oculos fidei. Nemo periurus
impunitus, prorsus nemo, cũ illo est pœna sua. Si
haberet, in cubili suo tortorẽ carnis suæ, punitus
esset: habet in secreto cordis sui tortorem con-
scientiæ suæ, & impunitus vocatur? Quia ipse
Deus, per quem iurat, inuisibilis est, ideo feritur
pœna inuisibili. Et infra. Istam consuetudinem
quotidianam crebram, sine causa, nullo extor-
quente, nullo de tuis verbis dubitante iurandi,
auertite à vobis, amputate à linguis vestris, circũ-
cidite ab ore vestro. Sed consuetudo est, solet di-
ci. Sed maior consuetudo maiorem intentionem
flagitat, non rei leuis consuetudo. Si de manu ali-
quid faceres, facilius manui tuæ imperares ne fa-
ceret: si pedibus aliquo eundum esset, pigritia re-
tardante exercitares te vt surgeres & ires: lingua
facilem habet motum, in vdo posita est, facilius
in lubrico labitur. Quanto illa citius & facilius
mouetur, tanto aduersus illam fixus esto. Doma-
bis si vigilabis, vigilabis si timebis, timebis si Chri
stianum te esse excogitabis. Nam tantum mali
habet falsa iuratio, vt qui lapides colunt, timeant
falsum iurare per lapides: & tu non times Deum
viuentem, scientem, vbique præsentem, & in con
temptorem vindicantem? Dico charitati vestræ,
& qui per lapidem falsum iurat, periurus est.
Vnde hoc dico? Quia multi in hoc falluntur. Pu-
tant quia nihil est per quod iurant, non se crimi-
ne teneri periurij. Prorsus periurus es: quia per
id quod sanctum putas, falsum iuras. Sed inquis.
Ego illud sanctum non puto. Sanctum putat cui
iuras: non enim iurans tibi iuras, vel lapidi iuras,
sed proximo iuras: homini iuras, aut lapidibus.

A Sed nunquid nõ ante Deũ? Non te audit lapis lo-
quentem, sed te punit Deus fallentem. Et in-
fra. Dico charitati vestræ ex quo Deo seruire
cœpimus, & quantum malum sit in periurio vi-
dimus, timuimus vehemẽter, & veternosissimam
consuetudinem timore frænauimus. Frænata re-
stringitur, restricta languescit, languescens emo-
ritur, & malæ consuetudini bona succedit. Deni-
que cum vobis dicimus, nos non iurare. Si enim
hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me perti-
net, iuro: sed quantum mihi videtur magna ne-
cessitate compulsus. Cum video nisi faciam non
mihi credi, & ei qui mihi non credit non expedi-
re quod non credit, hac perpensa ratione & con-
sideratione librata cum magno timore dico. Co-
ram Deo, aut testis est Deus, aut scit Christus sic
B esse in animo meo. Et video quia plus est, id est,
quia amplius est, quam est est, non non, sed hoc *De iurato-*
quod amplius est à malo est: & si non à malo iu- *re si Chri-*
rantis, à malo est non credentis. Denique non ait, *stus.*
Si amplius facit, malus est: sed quod amplius est,
à malo est. Sed quære cuius. Sed tamen aliud ha-
bet humana pessima consuetudo. Et cum tibi cre-
ditur iuras, & cum nemo exigit iuras, & horren-
tibus hominibus iuras, non taces iurando, vix est
sanus nõ periurãdo. Nisi fortè putatis quia sciret
Paulus Apostolus credere sibi Galatas, adderet
iurationem & diceret. Quæ autem scribo vobis,
ecce corã Deo quia non mẽtior. Videbat ibi eos
qui credebant: videbat & alios qui non crede-
bant. Ergo noli dicere. Non iuro, sed si fortè exi-
gitur. A malo est enim quod facis, sed illius qui
C exigit. Nam tu quomodo te purges non habes,
quomodo satisfacias negotio quod instat non in
uenis. Sed aliud est cum exigitur iuratio, aliud
cum offertur: & hoc ipsum quod offertur, aliud
cum offertur non credenti, aliud cum ventilatur
& credenti. Tene ergo linguam & consuetudi- *22. q. 5. qui*
nem quantum potes: non quomodo quidem, *exigit. 3. ca.*
quando illis dicitur, Verum dicis, non credo, non *dist. 39. c. vi.*
fecisti, non credo, Deus iudicet, iura mihi. Et ipse
qui exigit iurationem multum interest si nescit
illum falsum iuraturum aut scit. Si enim nescit,
& ideo dicit, iura mihi vt fides ei fiat, non audeo
dicere esse peccatum, tamen humana tentatio est.
Si autem scit eum fecisse, quia vidit, & cogit iu-
rare, homicida est. Ille enim suo periurio se peri-
mit, sed iste manum se interficientis pressit &
D expressit. Admoneant se hodie omnes cum ad
domos suas venerint, cum consuetudinem suam
lapsu linguæ repetierint. Admoneat proximus
proximum. Hoc est quod hodie audiuimus, hoc
est ad quod obstricti sumus. Non fiat hodie, cer-
tè cum recens sermo est, expertus loquor, non
fiat hodie, pigrius fit cras. Si & cras factum non
fuerit minus laboraturus est qui custodit, forsi-
tan tertia die nõ fiet, minus laborante q. custodit,
adiuuatur enim consuetudine superioris diei: tri-
duo morit᷑ pestis qua laboramus, & gaudebimus
de fructu vestro, quia magno bono abundabi-
tis, si tam magno malo carebitis. Et addit ibi-
dem.

dem. Cum ergo aliquis fur sceleratus audit. Iura si non tulisti, si non fecisti, ab eo qui nescit an fecerit: ille tunc inquit, Christiano non licet iurare, Christianus sum, non licet mihi. Capta talem, auerte te ab illo, dissimula à negotio de quo loquebaris, misce aliquas fabulas & inuenies eum millies iurantem, qui semel iurare noluit. Istam ergo consuetudinem quotidianam, crebram, sine causa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante iurandi, auertite à vobis, amputate à linguis vestris, circuncidite ab ore vestro.

In epistola secunda ad Alipium. Quod scripsisti mihi de genere iurationis violenter extortæ, vt inter nos requiramus: obsecro vt res lucidissimas disputatio nostra faciat obscuras. Si enim certa mors intentaretur, vt aliquid illicitum ac nefarium seruus Dei se iuraret esse facturum, mori malle, quam iurare debuerat, ne iurationẽ scelere impleret. Nunc verò cum tantummodo populi perseuerantissimus clamor, ad nullum nefas hominem cogeret, sed ad id quod si fieret, licite fieret: cunque metueretur quidem, ne aliqui perditi, qui multitudini etiam bonorum plerunque miscentur occasione seditionis & quasi iustæ indignationis inuenta, in aliquam vim sceleratam rapinarum cupiditate prorumperẽt, sed tamẽ illud quod metuebatur esset incertum: quis censeat propter incerta non dico damna & quaslibet iniurias corporales, sed propter ipsam mortem cauendam certum periurium debere committi? Nescio quis ille Regulus, nihil de scripturis sanctis de impietate falsæ iurationis audierat, nihil de Zachariæ volumine didicerat: & nimirum Carthaginensibus non per sacramenta Christi, sed per dæmonum inquinamenta iurauerat: & tamen certissimos cruciatus, & horrendi exempli mortem, non vt iuraret necessitate pertimuit, sed libera voluntate quia iurauerat, ne peieraret accepit. Et Romana tunc illa censura noluit habere non in numero sanctorum, sed in numero senatorum: nec cœlesti gloria, sed in terrestri curia: non solum eos qui metu mortis crudeliúmq; pœnarum apertissimè peierare, quam ad immanes hostes remeare maluerunt: sed etiam illum qui reatu periurij se putauerat absolutũ, quia post iurationem ficta nescio qua necessitate redierat. Ita non attenderunt, qui eum senatu pepulerunt, quid ipse iurando cogitasset, & cogitando iurasset, sed quid ab illo quibus iurauerat expectarent. Nec legerant quod nos vsquequaque cantamus: qui iurat proximo suo & non decipit. Solemus hæc quamuis in hominibus à Christi gratia & nomine alienis, cum ingenti admiratione laudare: & adhuc in libris Diuinis inquirendum putamus, vtrũ iam licitè peieremus: vbi nobis ne iurandi facilitate in periurium prolabamur etiam præceptum est ne iuremus? Illud sanè rectissimè dici non ambigo, non secundum verba iurantis, sed secundum expectationem illius cui iuratur, quam nouit ille qui iurat, fidem iuratiõis impleri. Nam verba difficilimè comprehendunt maximè breuiter sententiam, cuius à iurante fides exigitur.

A Vnde periuri sunt, qui seruatis verbis expectationem eorum quibus iuratum est deceperunt: & periuri non sunt, qui etiam non seruatis verbis, illud quod ab eis cum iurarent expectatum est, impleuerunt. In epistola prima ad Hilarium. Iurationem caue quantum potes. Melius quippe nec verum iuratur, quam consuetudine iurandi, & in periurium sæpe caditur, & semper periurio propinquantur. Sed illi, quãtum aliquos eorum audiui, quid sit iurare prorsus ignorant. Putant enim se non iurare, quando in ore habẽt. Scit Deus: &, Testis est Deus: &, Testem inuoco Deum in animam meam: quia non dicitur, Per Deum: Et quia talia reperiuntur in Apostolo Paulo. Sed etiam illa ibi contra eos inuenta est, quam non confitentur esse iurationem, vbi agit B Apostolus: Quotidie morior per vestram gloriam fratres, quã habeo in Christo Domino nostro. In Græcis etiam codicibus reperitur omnino hanc esse iurationem, ne quisquam in Latina lingua hoc sic intelligat dictum, Per vestram gloriam: quomodo dictum est, Per meum aduentum iterum ad vos: & multa similia, vbi dicitur per aliquid, & non est iuratio. Sed non ideo quia in suis literis iurauit Apostolus vir in veritate firmissimus, ludus nobis debet esse iuratio. Multo enim tutius, vt dixi, quantum ad nos attinet nunquam iuramus: vt sit in ore nostro, Est est, non non, sicut Dominus monet. Non quia peccatum est, iurare verum: sed quia grauissimum peccatum est, iurare falsum: quo citius cadit, qui iurare consueuit.

Tom. II. Epist. 89.

Vulgus nostræ ætatis ita stultè sentit.

1. Cor. 5.

Nũ.

C PERMISSIO. Differt permissio à præcepto. Libro contra discipulum Manichæi, cap. vigesimo. Quod permittitur à Domino, etiam facere non licet: quod autem iubetur, nisi fiat, peccatũ est. Require de hoc infra, cap. Possessio, id est, quare Deus permittit mala. Require supra, cap. Malum, id est, & quare permittit esse malos. supra cap. Malus.

Tom. VI.

PERSEQVVTIO. Libro annotationum in Iob vigesimo quarto. Tria sunt genera hominum in Ecclesia cum fit persequutio. Alij consentiunt, alij fugiunt, alij patiuntur.

Tom. IIII.

Nullus bonus est immunis à persequutione. super psalm. sexagesimum nonum. Si est in nobis charitas quæ dicat, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? D Nullus seruus Dei est sine persequutione. Melius & diffusius pertractat in prologo libri de cõflictu vitiorum & virtutum. Apostoli vox clamat per orbem, atque in procinctu fidei positis, ne securitate torpeant, dicit. Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequutionem patientur. Ecce quia Christianitas in suis principibus iam religiosa iámque fidelis, desunt piè viuentibus in Christo Iesu vincula, verbera, flagella, carceres, eculei, cruces, & si qua sunt diuersa genera tormentorum. Quomodo ergo verum erit quod per Apostolum sonuit, vt omnes piè viuentes persequutionem patiãtur? An fortè nemo pacis tempore vult piè viuere in Christo Iesu,

Tractat in hunc Psal. Tom. III. 2. Cor. 11. Tom. X. 2. Tim. 3.

Iesu,& ideo desunt ista? Quis modo hoc vel desipiens dixerit? In hac ergo Apostoli sententia non specialis quorundam, sed generalis omnium persequutio debet intelligi. Equidem sunt multi intra sinum sanctæ matris Ecclesiæ constituti, qui piè viuentes in Christo Iesu contumeliis afficiuntur, opprobriis & derisionibus lacessuntur. Istáne est illa generalis persequutio, quam Apostolus omnes piè viuentes in Christo pati descripserat? Non facilè dixerim: cum sint quidam religiosi, quibus prauorum nemo audeat in faciem derogare. Alia ergo intelligenda est quæ immanior & magis noxia est, quam non mortalis intorquet seueritas, sed vitiorum gignit aduersitas. Dum enim contra humilitatem superbia, contra Dei timorem inanis gloria, contra veram religionem simulatio, contra subiectionem pugnat contemptus, dum contra fraternam congratulationem inuidia, contra dilectionem odium, contra libertatem iusta correptionis detractio, contra satisfactionem tumor, contra spirituale gaudium sæculi tristitia, contra virtutis exercitium torpor vel ignauia, contra firmam stabilitatem dissoluta vagatio, contra spei fiduciam desperatio, contra mundi contemptum cupiditas, contra misericordiam obduratio, contra innocentiam fraus & furtum, contra veritatem fallacia atque mendacium, contra ciborum parsimoniam ventris ingluuies, contra moderatum mœrorem, inepta lætitia, contra discretam taciturnitatem multiloquium, contra carnis integritatem immunditia atque luxuria, contra cordis munditiam spiritualis fornicatio, contra amorem patriæ cœlestis appetitus sæculi præsentis opponens semet immergit, quid aliud quam crudelis piè viuentium persequutio aduersus conglobatas virtutum inuictarum acies desæuit?

Vitiorum & virtutū oppositio.

Patiuntur persequutionem boni semper à malis. Libro 50. Homil. Homil. x. Qui inter malos viuunt, persequutionem patiuntur: quia omnes mali persequuntur bonos, non ferro & lapidibus, sed vita & moribus. Nunquid aliquis sanctum Loth persequebatur in Sodomis? Nemo illi molestus erat, & tamen quia inter impios impuros, immundos, superbos, blasphemos viuebat, persequutionem patiebatur, nō vapulando, sed inter malos viuēdo. Omnes enim iusti & pij quando vident aliquos malè viuere, luxuriæ seruire, iustitiam non tenere, superbiam sectari, charitatem contemnere, dolent, affliguntur, & contristantur. Lugent enim cum Apostolo omnes qui peccauerunt & non egerunt pœnitentiam.

Tom.X.

In sermone xij. de die Apostolorum Petri & Pauli. Apostoli Petri verba sunt. Quid vobis nocebit si boni æmulatores fueritis? Lapidabit homo malus iustum. Virgis cædet, ad extremum occidet, sed hoc transit. Cęcidit iustum homo malus, sed quāta ille addidit mala, tanta Deus præparauit bona: quod enim passus est, non fuit tormentum pœnæ, sed occasio coronæ.

Distinguitur de malis persequentibus. Super psal. lxix. Duo sunt genera persequutorum: vituperātium, & adulantium. Plus persequitur lingua adulatoris, quam manus interfectoris.

Tom VIII.

Libro primo de sermone Domini in monte, capit. vj. Persequi, est vim inferre, vel insidiis appetere: quod fecit & qui Christum tradidit, & qui eum crucifixerunt.

Tom.II.

In epistola ad catholicos contra Donat. Adducens illud. Tædium detinuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Ipse clamat, cum eodem tædio cor eius angitur. Sed videant vnde clamat. A finibus terræ, inquit, clamaui dum anxiaretur cor meū. Ipse persequutionē pro iustitia patitur, non solùm si tormētis corporalibus patiatur, hoc enim nō semper, sed semper donec transeat iniquitas patitur cruciatus, & cordis eum tædium detinet à peccatoribus relinquentibus legem Dei. Neque enim nullam persequutionem Loth in Sodomis patiebatur: vbi tamen ei habitanti, nullus per corporales pœnas ei molestus fuit: sed in aspectu & auditu intus inhabitans anima iusta, iniquis aliorum factionibus cruciabatur.

Psal.

Ibidē. De persequutione nostra querela sedabitur, si cogitetis & intelligatis prius nō omnē persequutionē culpabilē. Alioquin nō laudabiliter diceretur. Detrahentē ꝓximo suo occultè, hunc persequebar. Nam quotidie videmus & filiū de patre tanquā de persequutore cōqueri, & cōiugē de marito, & seruū de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem vel prouincialem de duce vel rege, cum illi plerunq; ordinatissima potestate sibi homines subditos per terrores leuium pœnarum à grauioribus malis prohibeant atque compescant: plerunque autem à bona vita & à bonis factis minando & sæuiendo deterreant. Sed cum à malo & illicito prohibent correctores & consultores: cum autem à bono & licito, persequutores & oppressores sunt.

Ibidem infra. Grauius persequitur filius patrem malè viuendo, quam pater filium castigando: & grauius ancilla Saram persequuta est per vnam superbiam, quam eam Sara per debitā disciplinam: & grauius Dominum persequebantur propter quos dictum est, Zelus domus tuæ comedit me: quam eos ipse, cum eorum mensas euertit atque flagello de templo expulit.

In sermone de Rebecca secundo. Mali seruiunt bonis, non vtique obsequendo, sed persequendo. Quomodo mali seruiunt bonis? Quomodo persequutores martyribus, quomodo lima vel mallei auro, quomodo molæ seruiūt tritico, quomodo panibus coquendis fornalia, vt illi coquantur, illa consumantur. Quomodo, inquam, mali seruiunt bonis? Quomodo in fornace aurificis palea seruit auro: vbi sine dubio palea consumitur, aurum purgatur. Non ergo glorientur mali nec sese extollant, quando bonis aliquas tribulationes immiserint: quia cum illos persequuntur in corpore, se occidere probātur in corde. Vt ad virū bonū perueniat hominis mali aduersitas, iam illius animā putrefacit iniquitas. Qui ergo malo animo virū bonum iracūdiæ furore succēsus conatur incēdere, vtrum ille possit exuri, adhuc dubium est. Quod iste iam ardeat dubium non est, quod fortè ille vir bonus spirituali succo & sancti

Serm. ... 4. in quar. ... ord serm. de temp. 18 Tom.X.

Aliam ... dēs, seipsum perimit.

&tı Spiritus refrigerio plenus, apposito persequutionis igne non ardet: ille verò qui eum conatur exurere sine dubio non potest non ardere. De vno ergo semine Isaac, & Esau nascitur & Iacob: sicut de vno baptismo Domini saluatoris, & de vno Ecclesiæ vtero procreatur populus Christianus, qui tamen pro morum diuersitate, sicut Esau & Iacob in duas partes diuiditur, cum à fructibus operum vna pars agnoscitur carnalis, alia spiritualis. Ideo dixit, Maior seruiet minori: quia semper est numerus maior malorum quam bonorum. Et sicut illi duo populi in vtero Rebeccæ, ita & isti duo populi in ventre sanctæ Ecclesiæ vsque in diem iudicij colliduntur, dum superbi humilibus aduersantur, dum castos adulteri persequuntur, dũ ebrij, quorum infinitus est numerus sobrios insectantur, dum benignos inuidi æmulantur, dum eleemosynarios raptores, dum pacificos extinguere cupiunt iracundi, dum eos qui cœlestia sapiunt ad terram retrahere luxuriosi conantur. Vnde rogo fratres charissimi, vt quicunque se in his malis sentiũt obnoxios, dum tempus est cum Dei adiutorio studeant transferri ad dexteram, & relictis vitiorum sordibus ad virtutum ornamenta redire festinent, vt in die iudicij liberentur ab auditu malo, & illam vocem desiderabilem mereantur audire, Euge serue bone, intra gaudium Domini tui. Vtilem tamen non facit pœna, sed causa. lib. j. contra Epistolam Parmeniani. Non ex passione iustitia, sed ex iustitia passio gloriosa est. Ideo Dominus non generaliter ait, Beati qui persequutionẽ patiuntur: sed addit magnam differentiam, Propter iustitiam. In serm. iij. de timore. Scitote fratres quia diabolus non persequitur nisi bonos: malos autem, luxuriosos, cupidos & superbos persequi non consueuit: amici enim illius sunt, & semper illius voluntatem faciunt, & intantum illos non persequitur vt etiam per eos alios persequatur: Malos enim homines diabolus quasi malleos vel flagella consueuit habere. denique nõ persequitur semper malos, habet enim eos ministros suos & adiutores. Deus autem per homines bonos tanquam per ministros suos, agit omne quod bonũ est. Per bonorum enim misericordiam Deus vestit nudos: diabolus autẽ per malorũ auaritiã expoliat vestitos. Deus per homines bonos, discordes ad concordiam reuocat: diabolus per impios & superbos eos qui pacem habere videntur, ad scandala & lites instigat. Longum est ire per singula, vt pro certo cognoscat charitas vestra, qđ sicut omne quod bonum est, per homines bonos agit Deus, ita omne quod crudele est, per malos exercet diabolus. Deniq; considerate, & corporalibus oculis videbitis, quomodo populus diaboli persequitur populũ Christi: dũ adulteri persequuntur castos, insectantur sobrios ebriosi, humilibus insidiantur superbi, beneuolos odiũt inuidi, largos cupidi, & eos qui patientiã & mãsuetudinẽ retinẽt, affligere nõ desinunt iracũdi. Et ideo consideret vnusquisque cõscientiam suã: & si viderit se cogitatione, sermone & opere sem-

A per quod bonum est diligere, & quod honestum est iugiter exercere, ministrũ Dei se esse cognoscat & gaudeat: qui verò seipsum intus interrogans, inuenerit se quod malũ est cogitare, vel dicere, vel exercere, adiutorẽ diaboli se esse intelligat simul & doleat. Tamen cũ adhuc peccatrix anima & tenebrosa suo corpore tenetur inclusa, cum Dei adiutorio conetur se exuere de potestate diaboli, ne fortè si illũ malis operibus insistentem, mors repẽtina rapuerit, cũ diabolo, cuius voluntatem exercuit, mereatur audire, Discedite à me maledicti &c. *Mat. 25.* In ser. quod mortuo Ioseph creuerunt filij Israel. *Ser. Dominic. 3. in quadrag. ord. ser. de temp. 84. Tom. X.* Vt masculi interficiãtur & fœminæ reseruentur, intelligitur quod diabolus persequẽs vult in nobis viros. i. sensus rationales ad Deũ videndũ extinguere, & fœminas. i. cõcu-

B piscẽtiã carnis, & ea quæ ad ipsius concupiscẽtiã pertinent reseruare. Si post hoc declinare volueris pro cupiditate agere terrena & lutea. i. luxuriosa explere ministeria, agnoscas & intelligas, quia surrexit in te rex alius q̃ nescit Ioseph. Rex Aegypti ipse te cogit ad opera sua, non iustitiæ, sed iniquitati seruire te facit: laterem operari & lutũ facit sibi, superpositis magistris & compulsoribus ad opera terrena & luxuriosa plagis ac verberibus aget: ipse est qui te facit discurrere per sæculum, maris ac terræ elementis pro cupiditate turbari: ipse est rex Aegypti qui te forũ pulsare litibus facit, & pro exiguo terrę cespite propinquos iurgiis fatigare: ipse est qui tibi persuadet castitati luxuria insidiari, decipere innocentiam in domum tuã quæ fœda, foris quæ sunt cru

C delia, intra conscientiã quæ sunt flagitiosa committere. Si ergo actus tuos in his libẽter exerces, scito te regi Aegypti militare, id est, nõ Christi, sed diaboli spiritu agi. Sed de diabolo dicit, super Psal. xc. Multo vtilius diabolus est persequutor, quã si dux & princeps præiret. Persequuntur etiam boni malos. *Tom. VII.* Lib. iiij. contra Cresconiũ Grammaticum. Religiosi sacrilegos, & iusti impios persequuntur: nõ sanè nocendi studio, sed necessitate potius consulendi. Et infra subdit probationem. Proinde cum phreneticus medicũ vexat, & medicus phreneticum ligat, aut ambo inuicẽ persequũtur: aut si p̃sequutor nisi qui male facit nõ est, nõ vtiq; persequitur medicus phreneticũ, sed phreneticus medicũ. *Tom. eod.* Vnde lib. iij. cõtra eũdẽ: Quisquis Christianũ, inquis, persequitur, Christi est inimicus. Verum dicis, si non hoc

D in illo persequitur, quod Christo est inimicum. Neque enim dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sunt vterq; Christiani, non debent persequi vitia Christianæ contraria veritati: aut verò si non persequentur, nõ rei negligentiæ meritò tenebuntur. Sed in omnibus tenẽdus est modus aptus humanitati, congruus charitati, vt nec totũ, quod potestatis est, exerceatur: et in eo quod exercetur, dilectio nõ amittatur: & in eo quod non exercetur, mansuetudo mõstretur. Vbi verò nulla ex Diuinis humanisue legibus potestas conceditur, nihil improbè atque imprudenter audeat.

Lib. de bono ꝑseuerantię. Cap. I. Tom. VII. PERSEVERANTIA. Eſt donum Dei. Lib. iij. de prædeſtinatione & perſeuerantia ſanctorum, circa principiũ. Aſſerimus donum Dei eſſe perſeuerantiam, qua vſque in finem perſeueratur in Chriſto. Finẽ autem dico, quo iſta vita finitur, in quo tantũmodo periculũ eſt ne cadatur. *Tom. VII.* De ea dicit lib. de correptione & gratia. Quis in æternã vitam poterit ordinari, ſine perſeuerantiæ dono, quandoquidẽ qui perſeuerauerit vſque in finẽ hic ſaluus erit? Qua autem ſalute, niſi æterna? *Cap. 12.* Eodem lib. Primo homini, qui in bono quo factus fuerat rectus, acceperat poſſe nõ peccare, poſſe non mori, poſſe ipſum bonum non deſerere, datum eſt adiutoriũ perſeuerantiæ, non quo fieret vt perſeueraret: ſed ſine quo per liberum arbitrium perſeuerare non poſſet. Nunc verò ſanctis per gratiam in regnũ Dei prædeſtinatis, non ſolum tale adiutoriũ perſeuerantiæ datur, ſed tale vt eis perſeuerãtia ipſa donetur, non ſolum vt ſine iſto dono perſeuerãtes eſſe non poſſint, verũetiam vt per hoc donũ non niſi perſeuerantes ſint. *Cap. eod.* Et in eodem infra. Factum eſt Dei gratia, vt voluntas hominis inualida & imbecilla, in bono adhuc paruo perſeueraret in virtute Dei, cum voluntas primi hominis fortis & ſana, in bono ampliore non perſeuerauerit, habens virtutem liberi arbitrij, quamuis non de futuro adiutorio Dei, ſine quo nõ poſſet perſeuerare ſi vellet, non tamen tali quo in illo Deus operaretur vt vellet. Fortiſſimo quippe dimiſit atque permiſit facere quod vellet: infirmis ſeruauit, vt ipſo donante inuictiſſimè quod bonum eſt vellent.

Cap. 11. Tom. IX. PERSONA. De perſonis in trinitate. dicit lib. de cognitione veræ vitæ. Ideo vigilantiſſimè duo nomina, ſcilicet, ſubſtantia & perſona, Diuinæ eſſentiæ coaptãtur: quia ſemper ſubſtantia de indiuiduis in pluralitate conſiſtentibus: perſona autem de indiuidua rationali natura prædicatur, cum nos ſoleamus perſonis pluralitatem, ſubſtantiæ autem deſignare eſſentiæ vnitatem. In lib. Epiſtol. Vna eſt patris & filij & ſpiritus ſancti natura, ſed non vna perſona. Proinde, vt retẽta veritate poſſis refellere, vel certè reſpuere falſitatẽ, ſi quem videris ita patris & filij & ſpiritus ſancti vnã confiteri naturã, vt vnã velit prædicare perſonã: noli Chriſtianum catholicũ putare, ſed hæreticũ Sabellianũ agnoſcere. Si quẽ verò audieris ita tres perſonas patrẽ & filium & ſpiritũ ſanctũ dicere, vt velit tres naturas illarũ triũ perſonarũ aſſerere: Arrianũ hæreticum ſine dubitatione intellige. Verũ eſt enim quod Sabelliani vnam naturã patris & filij & ſpiritus ſancti credũt: verũ eſt etiam quod Arriani tres perſonas patris & filij & ſpiritus ſancti dicunt: ſed falſum eſt, quod iſtarũ triũ perſonarum tres naturas perſuadere cõtendũt. Peruersè itaq; vt Arriani naturã trinitatis Dei diuidũt, & perſonas Sabelliani cõfundunt: Cũ ita ſit vna natura patris & filij & ſpiritus ſancti, vt alia perſona ſit patris, alia filij, alia ſpiritus ſancti. Si quẽ videris patris quidẽ & filij vnã cõfiteri naturam, ſed
A ſpiritus ſancti alterã prædicare ſubſtãtiam, vt æqualem quidem dicat patrẽ & filiũ, ſed ſolùm minorem aſſerat ſpiritũ ſanctum: iſte non tenet catholicæ fidei veritatem, ſed à Macedonio natũ perfidiæ ſectatur errorẽ. Proinde quia nõ eſt catholicus Chriſtianus, ſed Macedonianus hæreticus, ab hominibus eſt fidelibus reſpuẽdus. De hac materia require vbi Deus & Trinitas.

PERTINACIA. Lib. de quantitate animæ. Non ideo eſt ſuſcipienda pertinacia, quia optanda conſtantia. In Epiſto. ad Celerem. Turpe eſt mutare ſententiam, ſed verã & rectam. Nam ſtultam & noxiam, etiam laudabile ac ſalubre eſt. Sicut autem conſtantia non ſinit hominem deprauari, ſic pertinacia non ſinit corrigi. Proinde ſicut illa laudanda, ſic iſta emen
B danda eſt.

PETERE & Petitio. Lib. de orãdo Deũ. Obſecratio eſt, quando vehementior neceſſitas nos cogit inſiſtere precibus. Poſtulatio eſt, determinata petitioni inſerta narratio. Quæ ſint neceſſaria ad petitionẽ. Lib. ij. de ſerm. Domini in mõte, cap. viij. Tria requiruntur ad aliquam rem impetrandam vel obtinendam, petitio ſanitatis, quia natura infirma eſt: inquiſitio veritatis, quia non prodeſt eſſe ſanum niſi ſciatur via: & pulſatio bonitatis, q̃a ſcita via nihil valet, ſi oſtium clauditur. Magnam ſpem dedit ille qui promittendo nõ decipit. Ait enim, Omnis qui petit, accipit. Ergo perſeuerãtia opus eſt vt accipiamus quod petimus, vt inueniamus quod quærimus, & vt quod pulſamus aperiatur.

C In tract. de oratione & miſericordia. Omnia dicta ſunt. Pete, quære, pulſa. Petis orando, quæris diſputando, pulſas erogando. Quæ petenda. ſuper Ioan. tract. lxxiij. *Tom. IX.* Quando nos delectant mala, & non delectant bona: rogare potius debemus Deum vt delectent bona, quam vt concedãtur mala. Lib. j. de verbis Dom. ſerm. v. *Tom. X.* Attendamus à quo petimus, qui à nobis petunt, & quid petimus. Petimus à Deo bono, petimus homines mali. Petimus autem iuſtitiam, vnde ſimus boni. Hoc ergo petimus, quod in æternum habeamus: quo cum ſaturati fuerimus, vlterius non egeamus. Sed vt ſaturemur, eſuriamus & ſitiamus. Beati enim qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quia ſaturabuntur. Ibi erit beatitudo in ſaturitate, non in fame. Sed præcedat ſaturitatem fames, ne faſti-
D dium non perueniat ad panes. Mendici ergo Dei ſumus. Vt autem ille agnoſcat mendicos ſuos, agnoſcamus & nos noſtros. Sed ibi etiam cogitemus quando petitur à nobis, qui petunt, à quibus petant, quid petunt. Qui petunt? Homines mortales, miſeri & fragiles. A quibus petunt? Ab hominibus mortalibus, miſeris & fragilibus. Excepta ſubſtantia facultatum, tales ſunt qui petunt, quales ſunt à quibus petunt. Quam frontem habes petendo ad Deum tuum, qui non agnoſcis patrem tuum? Sed inflatus inquit, Ego obſericatus, non ſum talis vt ille pannoſus. Sed ego nudos interrogo. Non in veſtibus interrogo, quales ſitis, ſed quales nati fueritis. Ambo nudi, ambo infirmi, am

mi, ambo miseram vitam inchoantes, ideo ambo plorantes. Ecce recole diues primordia tua, vide vtrum huc aliquid attuleris. Iam venisti & tanta inuenisti: dic, quid attulisti? si dicere erubescis quid attuleris, Apostolum audi. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum. Sed fortè quia nihil attulisti, & hîc multa inuenisti, aliquid hinc tecum ablaturus es? Et hoc fortasse amore diuitiarum trepidas confiteri: Audi quid Apostolus dicat, qui te non palpat, Sed nec, inquit, auferre aliquid possumus. Si nihil attulisti, nihil hinc auferes: Quid te inflas contra pauperem? In sermone ij. super illud, Quid vobis videtur de Christo cuius filius sit? Non lapides, non vectes, non pugni, non calces sunt, quibus pulsamus ad Dominum. Vita pulsat, vitæ aperitur. Corde petitur, corde quæritur, corde pulsatur, cordi aperitur. Cor autem hoc quod rectè petit, rectéque pulsat & quęrit, pium esse debet pio amore Domini gratis. Hæc est enim pietas, non sibi extra illum ponere mercedem, quam expectat ex illo. Illo enim melius nihil est. Et quid charum petit à Deo, cui Deus ipse vilis est? Terram dat, & gaudes: quia amator terræ factus es. Si gaudes quando dat terram, quantum amplius gaudere debes, cum seipsum dat, qui fecit cœlum & terram? In sermone de oratione Dominica. Duas res qui inuocat, cauere debet: ne petat quod non debet, nec ab illo petat à quo non debet. A diabolo, ab idolis, à dæmonibus, non est petendum aliquid. A Domino Deo nostro Iesu Christo, à Deo patre Prophetarum, Apostolorum & martyrum, à Deo patre Domini nostri Iesu Christi, qui fecit cœlum & terram mare & omnia quæ in eis sunt: ab illo petendum est. Sed quid petendum, attende: quia cauendum est ne ab eo aliquid petatur, quod petere non debes, ne tua oratio fiat in peccatum.

Super Psalmum xxxiiij. sermone j. Si tibi imperator dicat, Pete quod vis: quos tribunatus comitatúsque captares? Quam tibi proponeres & accipienda & aliis largienda? Deo tibi dicente, Pete quod vis, quid petiturus es? Excute mentem tuam, exerce auaritiam tuam, protende quantum potes & dilata cupiditatem tuam: non quicunque, sed omnipotens dixit, Pete quod vis. Si possessionum es amator, desideraturus es totam terram possidere: vt omnes qui nascuntur coloni & serui tui sint. Et quid cum totam possederis? Mare petiturus es, in quo tamen non poteris viuere. In hac auaritia pisces te superabunt. Sed fortè etiam insulas possidebis. Transcende & hæc, pete & aërem quamuis volare non possis: porrige cupiditatem tuam vsque ad cœlum, dic tuum esse solem, lunam, stellas, quia ille qui fecit omnia dixit, Pete quod vis: tamen nihil inuenies charius, nihil melius quā ipsum qui fecit omnia. Ipsum pete qui fecit, & in illo habebis omnia quæ fecit. Omnia cara sunt, quia omnia pulchra sunt. Sed quid illo pulchrius? Fortia sunt, sed quid illo fortius? Et nihil magis vult dare quam se. Si aliquid inuenis melius, pete. Si

A aliud petieris: iniuriam facies illi, & damnum tibi, præponendo illi quod fecit, cum velit seipsum tibi dare qui fecit. In hoc amore dixit illi anima quædam: Et nunc ipse est pars mea Dominus.

Super Psalmum quinquagesimum tertium. *Tom. VIII.* Petis diuitias ò homo, quanti sunt euersi propter diuitias suas? Vnde scis vtrum sint tibi profuturæ diuitiæ? Nonne multi pauperes tutius latebant: diuites facti, mox vt lucere cœperunt, præda fortioribus fuerunt? Quanto melius laterent, quanto melius nescirentur, qui cœperunt quæri, non propter quod erant, sed propter quod habebant? In his ergo temporalibus fratres admonemus vos & exhortamur in Domino, vt non petatis aliquid quasi fixum, sed quod vobis Deus expedire scit. Quid enim vobis ex- *Totos nos voluntati Diuinæ resignemus.* B pediat omnino nescitis. Aliquando vos quod putatis prodesse, obest: & quod putatis obesse, prodest. Aegri enim estis, nolite medico dictare quæ vobis medicamenta velit apponere. Si doctor Gentium Paulus Apostolus dicit, Quid enim oremus sicut oportet nescimus: quanto magis *Rom. 8.* nos? Qui tamen cum sibi videretur etiam prudenter orare, vt ab eo auferretur stimulus carnis, angelus satanæ qui eum colaphizabat, ne in magnitudine reuelationum extolleretur: quid audiuit à Domino? Nunquid factum est quod volebat? Non, vt fieret quod expediebat. Quid ergo audiuit à Domino? Ter, inquit, Dominum *2. Cor. 12.* rogaui vt auferret eum à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ego medicamentum ad vulnus posui: C quando posuerim noui, quando auferendum sit, noui. Non recedat ægrotus à monitis medici, non det consilium medico. Ita sunt omnia ista temporalia, tribulationes sunt. Si bene colis Deum, noueris quia nouit quod cuique expediat. Prosperitates magis cauendæ: ne corrumpant animum tuum, vt ab eo qui hæc dedit recedat. In communibus sermonibus, sermone trigesimo nono. Dimitte Deo tuo quid sit quod det tibi, & quid tollat tibi. Nam si dat quod male petis, fortè iratus dat. Quare quod petitur non semper accipitur. Super Ioannem. Petunt *Tract. 73. Tom. IX.* aliquando fideles & non accipiunt, quia malè petunt. Malè ergo vsurus eo quod acciperet, Deo potius miserante non accipit. Proinde si hoc ab illo petitur vnde homo læditur exauditus, ma- D gis metuendum est ne quod posset non dare propitius, det iratus. Ibidem infra. Vigilanter attendat homo fidelis quod Dominus dixit, Quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Ipsum enim quodcunque, non ait petieritis vtcunque, sed in nomine meo: quia in nomine meo. Qui promisit ergo tam magnum beneficium, quid vocatur? Vtique Iesus Christus. Christus significat regem. Iesus significat saluatorem. Non itaque nos saluos faciet quicunque *Petendum in nomine Christi.* rex, sed rex saluator: ac per hoc quodcunque petimus aduersus vtilitatem salutis, non petimus in nomine saluatoris. Et tamen ipse saluator est,

non solùm quando facit quod petimus, verum etiam quando non facit quod petimus: quoniam quod videt peti contra salutem, non faciendo potius se exhibet saluatorem. Nouit autem medicus quid pro sua, quid contra suam salutem poscat ægrotus: & ideo contraria poscentis non facit voluntatem, vt faciat sanitatem. Quapropter quando volumus vt faciat quodcunque petimus, non vtcunque, sed in nomine eius, hoc est, in nomine saluatoris petamus. Non ergo contra salutem nostram petamus. Quod si fecerit, non vt saluator facit, quod est nomen eius fidelibus eius. Est quippe impiis & damnator, qui dignatur fidelibus esse saluator. Ibidem infra. Sanè quædam quamuis in nomine eius petamus, id est, secundum saluatorem: non tunc quando petimus facit, sed tamen facit: Neque enim quia & illud petimus vt veniat regnum Dei: propterea non facit quod petimus, quia non statim cum illo in æternitate regnamus: differtur enim quod petimus, non negatur. Verumtamen orantes tanquam seminantes non deficiamus, tempore enim proprio metemus. Eodem libro, tractatu centesimo secundo. Quædam petita non negantur, sed vt congruo dentur tempore, differuntur.

Ser. ord. 29. Tom. X. Petendum est à Christo vel Deo. Libro secundo de verbis Domini, sermone sexto. Dominus noster Iesus Christus inter nos petitor, cum patre dator, non tantum hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia. Plus vult ille dare, quam nos accipere. Plus vult ille misereri, quam nos à miseria liberari, & vtique si non liberati fuerimus, nos miseri remanebimus. Nam ille quod nos hortatur, propter nos hortatur. Euigilemus, & hortanti credamus, promittenti obsequamur vt ad dantem gaudeamus. Non est quod dare nolit, sed te petere & pulsare vult. Quod dare vult differt, vt amplius desideres dilatum, ne vilescat cito datum. Qui præmium aliud à Deo petit præter eum, & proprerea vult seruire Deo, charius facit quod vult accipere. Noli pro magno expectare à Deo bonum quod dat etiam non bonis. Nam ideo dare voluit etiam malis, vt discant boni contemnere quod dat malis. *Tom. eod.* Libro primo eiusdem, sermone quinto. Si ille qui nolebat dare quod petebatur fecit, quia ille in petendo non defecit: quanto magis dabit bonus, qui nos hortatur vt petamus, cui displicet si non petamus? Sed cum aliquando tardius donat, commendat, non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur, citò autem data vilescunt. Pete, quære, insta. Petendo & quærendo crescis vt capias. Seruat tibi Deus quod non vult citò dare, vt & tu discas magna magis desiderare. Ideo oportet semper orare & non deficere.

Supra. Et in eodem. Et, ecce paterfamiliâs & magnus diues, diuitiarum, scilicet, spiritualium & æternarum, hortatur, & dicit tibi, Pete, quære, pulsa: quia qui petit accipit. Hortatur vt petas, negabit quod petis? *Quæst. 21. Tom. IIII.* Libro secundo quæstionum Euangeliorum. Si amicus homo surgit de lecto &

A dat, non amicitia, sed tædio compulsus: quanto magis Deus dat, qui sine tædio largissimè donat quod petitur? Sed ad hoc se peti vult, vt capaces donorum eius fiant qui petunt. Libro ij. quæstionum veteris & noui testamenti. Scit Deus cuius debeat misereri. Cordis autem inspector preuidet postulantis mentem, an mereatur accipere. Ideo orabat libro supputationum, parte quarta, cap. j. Audi Deus meus, lumen oculorum meorum. Audi quæ peto, & da quæ petam vt audias me. Pie & misericordissime Domine ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam suscipe preces famuli tui, & da mihi effectum petitionis meæ, & desiderij mei, intercedente, orante & imperante gloriosa genitrice tua domina mea cum omnibus

B sanctis. Libro ij. de sermone Domini in monte, capite x. Monentur nobiles & diuites non superbire contra minores. Non enim verè possunt dicere, Pater noster: nisi cognoscant se fratres. Hoc enim nomine charitatis, excitatur supplex affectus, & quædam spes impetrandi quæ petituri sumus, cum priusquam aliquid peteremus, tam magnum donum accepimus, vt sinamur Deo dicere, Pater noster: Quid enim filiis iam petentibus non det, cum hoc ante dederit, vt filij essent? Agamus ergo gratias eius misericordiæ, qui hoc à nobis exigit, vt pater noster sit, quod nullo sumptu comparari potest, sed sola bona voluntate.

PETRVS Apostolus. Super Ioannem, tract. lvj. Quis nesciat primum Apostolorum esse beatissimum Petrum? *Tom. IX.*

C Lib. primo retractationum, cap. xxj. Dixi quodam loco, in libro contra Epistolaam Donati de Apostolo Petro, quod in illo tanquam in petra fundata sit Ecclesia: qui sensus etiã cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosij, vbi de gallo gallinaceo ait: Hoc ipsa petra Ecclesia canente, culpam diluit. Sed scio me postea sæpissimè sic exposuisse quod à Domino dictum est, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, vt super hũc intelligeretur quem confessus est Petrus dicens, Tu es Christus filius Dei viui: ac si Petrus ab hac petra appellatus, personam Ecclesiæ figuraret, quæ super hãc petram ędificatur, & accepit claues regni cœlorum. Non enim dictum est illi, Tu es petra: sed tu es Petrus,

D petra erat Christus, quem confessus Simon sicut eum tota Ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Harum autem duarũ sententiarũ quæ sit probabilior eligat lector. In Homil. de transfiguratione Dom. Petrus à petra vocabulũ sumpsit: Petra autem erat Christus, vt Apost. edocuit. Huic petræ Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui. Quibus nimirum verbis totius Ecclesiæ fides effertur. Et quam conuenienter petra Petro respondit, Et ego dico tibi quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meã. Apertè videlicet dicens, super me ædificabo te, qui figurã eius geris Ecclesiæ, quæ in te ædificatur super me.

me. De eius humilitate & charitate, super Ioan. trac.lxvj. Cum Dominus Iesus sanctam dilectionem qua se inuicem diligerent, discipulis cōmendaret, dicit ei Simon Petrus, Domine quò vadis? Sic vtique dixit magistro discipulus, & Domino seruus, tanquam sequi paratus. De eius bonitate. In ser. vj. de ieiunio quadragesimæ. Adimpleuit Petrus præceptum Christi dicentis, Et tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos: & planè cōfortauit nos per Apostolatū, per martyrium, & per Epistolas suas. Figurabat autē Ecclesiā. Lib.j. de verb Dom. ser. xiij. Petrus in Apostolorum ordine Primus, in Christi amore promptissimus, sępe vnus respondit pro omnibus. Etenim Domino quærēte, Quem dicunt homines esse filiū hominis? Vnus pro multis dedit responsum Christo: vnitas in multis Ecclesiæ typū tenēs, Tu es, inquit, Christus filius Dei viui. Cui Dominus, Beatus es Simō Bar-iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Deinde addidit, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus. Simon quippe antea vocabatur. Hoc autē ei nomen vt Petrus appellaretur, à Domino impositū est, & hoc vt in ea figura significaret Ecclesiam. Quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomē est, ideo Petrus à petra, non petra à Petro, quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur. Tu es, inquit, ergo Petrus, & super hanc petrā, quā cōfessus es, & cognouisti dicens, Tu es Christus filius Dei viui: ædificabo Ecclesiā meā, id est, sup filiū Dei viui, ædificabo Ecclesiā meā. Super me ædificabo te, nō me super te. In ser. xiij. de Apostolis Petro & Paulo. Dominus Iesus Christus discipulos suos ante passionem suā, sicut nostis, elegit, quos Apostolos appellauit. Inter hos penè vbique Petrus solus totius Ecclesiæ meruit gestare personā, & propterea audire meruit, Tibi dabo claues regni cœlorum. Has enim claues non homo vnus, sed vnitas accepit Ecclesiæ. Hinc ergo Petri excellentia prædicatur, quia ipsius vniuersitatis & vnitatis Ecclesię figurā gessit, quādo ei dictū est, Tibi dabo: quod omnibus traditū est. Nam vt noueritis Ecclesiā accepisse claues regni cœlorū, auditis in alio loco quid Dominus dixerit omnibus Apostolis suis, Accipite Spiritū sanctū: & continuò ait, Si cui dimiseritis peccata, dimittētur ei: si cui tenueritis, tenebuntur. Hoc ad claues pertinet de quibus dictū est, Quæcunque solueris super terrā &c. Sed hoc Petro dixit, vt scias, quia Petrus vniuersæ Ecclesiæ personā tunc gerebat. Lib. ij. quæst. Veteris & Noui testam. quæst. lxxv. Saluator cū pro se & Petro dari iubet didrachma, quod est capitū exactio, nō prædiorū, ꝓ omnibus Apostolis soluisse videtur: quia sicut in saluatore erāt omnes causæ magisterij: ita & post saluatorem in Petro oēs discipuli cōtinentur. Ipsum enim cōstituit esse caput eorū, vt pastor esset gregis Dominici. Nā inter cętera dicit discipulis, Vigilate & orate, ne intretis in tentationē. Et Petro dicit, Ecce satan expetiuit vos, vt cribraret sicut triticū: sed ego orA ui pro te vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos. Quid autē? Pro Petro rogabat, & pro Iacobo, & Ioanne non rogabat, vt de cæteris taceā? Manifestū est in Petro omnes cōtineri: quia & alio loco dicit, Ego ꝑ eis rogo quos dedisti mihi, & volo vt vbi ego sum, & isti sint mecū. Propterea, Ait Petrus, Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas, quasi dicat, Tu Deus es, ego sum homo: sed voluisti de me habere infirmitatē in carne quā portas, habeā & ego de tuo potestatē vt vnda me portet. Scio quidē quod corpus humanum naturæ lege nō finitur in liquidis fluctibus habere fixa vestigia: sed accedat donū gratiæ, & paululū cesset lex ista naturæ. Si tu es ergo, iube me venire ad te super aquas. Quomodo mihi in mari nō erit via, si tu B iusseris, qui propter nos factus es via? Et Dominus, Veni, inquit. Nec dubitauit Petrus: audiuit Domini verbū, & mox cucurrit ad verbū. Citò credidit, quia fidelis homo erat. Sed cū surrexisset ventus validus, titubauit: quia homo erat. Eius titubatio, quasi mors fidei fuit. Sed cū cœpisset mergi, clamauit ad Christū. Non titubaret, si plenè crederet: sed nec clamaret, si non crederet. Domine, inquit, saluū me fac. Et Dominus extēsa manu, leuauit, & dixit illi, Modicę fidei quare dubitasti? Posset te vētus elidere, quē non potuit vnda sorbere? Posset te flatus euertere, quē nō potuit fluctus operire? Quare ergo dubitasti? In Petro itaque dilectissimi, cōmunis omniū nostrum consideranda cōditio est, vt si nos in aliquo, dum in his fluctibus nauigamus, conatur vnda tentatiC onū submergere, vel ventus subuertere, clamemus ad Christū. Quid est clamemus? Oremus. Porriget ille manū, & eruet de profundo. Etenim manus eius deducet nos, & tenebit nos dextera eius, donec ad sempiterna nos sua ꝓmissa perducat. Ideo cōcludit. Petrus in multis locis scripturarum apparet, quod personā gestet Ecclesię.

Lib.de verb. Dom.ser.14. Tom.X.

Lib.50.Homil. Homil. 45. Tom.eod. Tom.I.

De eius negatione. Super Ioan. tract. lxvj. Cū dicamus Petrū ter negasse Christum, non ipsum primum Apostolorū accusare delectat, sed hunc intuendo admoneri nos oportet, ne quisquam de humanis viribus fidat. Nā quid aliud pertinuit ad doctorem saluatorémque nostrum, nisi vt nobis nequaquam de se quenquam debere præsumere, in ipso primo Apostolorum demonstraret exemplo? In anima itaque contigit Petri, D quod offerebat in corpore. Non tamen pro Domino vt temere præsumebat præcessit, sed aliter quam putabat. Nanque ante mortem & resurrectionem Domini & mortuus est negando, & reuixit plorando. Sed mortuus est, quia superbè ipse pręsumpsit: reuixit autem, quia benignè ille respexit. In sermone lij. de resurrectione Domini. Vidit Petrus se in se, doluit se in se, fleuit se in se, & conuersus est ad eum qui fecerat se. In sermone xliij. de resurrectione Domini. Vbi petra? Vbi firmitas petræ? Petra erat Christus: Ille autē à petra Petrus. Ideo surrexit petra, vt firmaret Petrum: nam perierat Petrus, nisi viueret petra. In ser. xlviij. eiusdem tēpo-

ris. In vno Petro figuratur vnitas omnium pastorum, sed bonorum: qui sciant oues Christi pascere Christo, non sibi. *Tom. IX.* Super Ioannem, tract. cxxiij. Redditur negationi trinæ, trina confessio, ne minus amori lingua seruiat quam timori: & plus vocis elicuisse videatur mors imminens, quam vita præsens. Sit amoris officium pascere Dominicum gregem: si fuit timoris indicium negare pastorem. In sermone tertio de sancto Petro. Petrus si non peccasset, peccatoribus nunquam ignosceret. Ideo Petro magistro Ecclesiæ permittitur peccare, vt eius culpa ad indulgentiam multorum proficiat. Ideo Christus non Angelis tradidit Ecclesiã suã, qui sine peccato sunt, ne peccantes sine misericordia iudicarent: sed hominibus credidit Ecclesiam suam, vt cum audirent peccatores, humanius contra illos & misericorditer agerent, secundum quod scriptum est, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Libro iij. de verbis Domini, sermone xij. Post passionem suam Dominus interrogauit Petrum: non nesciens quo ille animo confiteretur amorem Christi, sed vt trina confessione amoris, deleret trinam negationem timoris. *Tom. VIII.* Super Psalmum xxxvij. Petrus ex longinquo, vt propinquus fieret audit post resurrectionem, Amas me: & dicebat, Amo: & dicendo propinquabat, qui negando longe factus erat: donec trina voce amoris, solueret trinam vocem timoris. *Tom. VIII.* Super Psalmum xc. sermone secundo. Impleuit Christus fideles amore, subtraxit ab eis timorem. Timore Petrus & voce ancillæ ter negauit: accepto postea Spiritu sancto cum fiducia prædicare cœpit, & inter flagella principum confessus est quem negauerat. Non tamen mirum, quia Dominus trinum timorem trino amore disoluit. *Tom. VIII.* Ideo cõcludit, super Psal. cxviij. ser. xiij. Ex ore Petri, in quo erat typus Ecclesiæ, verbum veritatis ablatum est: Qui etsi ad horam negauit timore turbatus, tamen flendo est reparatus, & confitendo est postea coronatus. De eius morte, super Ioannem, tractatu cxxiiij. Merito dictum est Petro, sequere me: qui non solum mortem, sed etiam mortem crucis sicut Christus expertus est. Sed de festo cathedræ eius, dicit in sermone secundo ipsius diei. Adest dilectissimi fratres beati Apostolorum principis Petri gloriosa solennitas, quam tota debemus animi alacritate suscipere, tota mentis deuotione celebrare. Cum enim dies martyrij eius merito habeatur toto orbe clarissima, hæc non impari est totius Ecclesiæ gaudio celebranda. In illa siquidem occurrentibus hymnidicis Angelorum choris ineffabiliter est coronatus: in ista verò exultantibus vndique fidelium turmis pontificali cathedra magna est gloria sublimatus. In illa ad suam beatitudinem ad cœli cõscendit thronum: in hac verò ad nostram salutem, sanctæ Ecclesiæ adeptus est principatum. In illa ignitis beatorum spirituũ cœtibus est aggregatus, vt præmia æterna ipse susciperet: in ista verò populo Dei prælatus est, vt nos omnes ad præmia æterna voca-

A ret. Illa ergo festiuitas præcipuè est Angelorum: ista autem spiritualiter est fidelium populorum. Sed per gratiam illius qui inimicitias interfecit in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem, quæ poterat esse propria singulorum, communis facta est omnium hominum scilicet, & Angelorum. *Ephe. 2.* Hanc itaque solennitatem nostram, vt ita dixerim, dilectissimi, duplici, vt dignum est, dignitate colamus: & non modo exterius, sed etiam interius pleno animi desiderio celebremus. Hîc ergo suauiter modulantium symphoniæ resonẽt, illic concordes animorum motus alternent. Adornetur luminaribus Ecclesia, resplendeat virtutis conscientia. Mundetur à sordibus basilicæ pauimentum, purgetur à vitiis interioris hominis templum, dicente Paulo, Templum Dei sanctum est, quod estis vos: *1. Cor. 3.* Et, Spiritus Dei habitat in vobis. Nihil dissonum deprehendatur in vocibus, nihil discordabile reperiatur in moribus. Habet & mens nostra solennitatem suam. Illa valet vt laboriosis huius mundi otiis vacetur, ista verò vt ab æstu terrenæ concupiscentiæ, & ab omnium vitiorum illecebris abstineatur. Illa vt ornamentis visibilibus splendeat, ista vt virtutibus enitescat. Sed quia tam egregium pastorem hodierna die ex Diuinæ gratiæ largitate suscipimus, qua temeritate ad loquendum vobis ex nostra parte os aperire tentamus? Intueamur oculis fidei beatissimum pontificem nostrum episcopali subsellio sublimatum, sacerdotibus infulis redimitum, populo suo per semetipsum loquentem, & in conuentu C Ecclesiæ more solito concionantem. Ipse per semetipsum dicat, quid & nobis & vobis esse præcipiat. Quasi modo geniti infantes, rationab. &c. *1. Pet. 2.*

PETRVS & Paulus simul. In sermo. vj. de eis. Habet caput Gentium duo luminaria, ab illo lumine accensa qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnum in quo Deus exaltauit humilitatẽ: alterũ in quo damnandam sanauit iniquitatem. In illo discamus non superbire, in isto non desperare. Quàm breuiter magna bonis exẽpla, proponimus? Quã salubriter hæc duo luminaria commemoramus? Nemo se de huius sæculi celsitudine extollat, Petrus piscator fuit. Nemo iniquitatem propriam cogitando, misericordiã Dei defugiat, Paulus persequutor fuit. Ille dicit, factus est Do- D minus refugium pauperi: iste dicit, Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cõuertentur. Amborum fuit mira vocatio, in sermone de eis. *Serm. 4. de S. Pet. & Paul. etc.* Piscatoris & persequutoris sacratissimus aduenit dies. Ille quo retia euasit sæculi, iste quo ex prædone confessor factus est Christi. Geminæ festiuitatis occursu deuotione præcipua hodie celebremus. Elegit ecce duos Christus vnũ piscatorẽ, aliũ grassatorem. Illũ vocat ex litore, istũ clamat ex æthere. Illũ accersit ex ponto, istũ terret de cœlo. Dũ enim beatissimus Petrus linea castra laxaret in freto, Christus retia misit ĩ verbo. Cepit Petrus, cepit et Christus. Ille pisciculũ, Christus discipulum. Et cum Petrus circũdat gentem squameam, ipse

ipse venit in retia. Stabat enim Petrus mobilitate gurgitis pédulus, & inter obscuras aquas inquieti maris victum quem non habebat artificio requirebat: nutabat super ambiguam vndam, vt posset inuenire capturam. Vario fertur refertúrque vestigio, stat mobilis, & mouebatur stabilis. Rimatur inter cæteros marini generis fluctus, sub obscura vmbra fugitiuam insequitur prædam, concludens carcer iactatur in pelago, prætenditur sub aqua muscipula, erigitur sub vnda maculosus paries, fit cæca piscibus in mari custodia. Et dum insidiatur Petrus gregibus æquoreis, ipse in retia incidit saluatoris. Fit de prædone præda, de piscatore piscatio, de pirata captiuitas. Dum enim Petrus cum hami cibo quærit concludere piscem, hamum verbi misit Christus, & tenuit piscatorem. Distendebat Petrus sinum lini, voluit in se vacuam sub æquore cortinam, & dum insequitur grauidi semper æquoris prolem, eum cepit saluator in litore. Trahebat, & trahebatur: exercebat in æquore violentiam, patiebatur ipse in mente capturam. O aquę genus, pirata reptilium deseruit artificium hoc, quem mutasti de pisce ad piscem. Est enim piscis ille Christus, qui ad Tobiam ascendit de flumine viuus, cuius iecore per prunam pasionis assato, fugatus est diabolus, & per amaritudinem fellis curatus est cæcus, & illuminatus est mundus. De pisce, inquam, ad piscem, de mari ad fontem, de rete ad Ecclesiam, de captura factus est ipsa factura. Reliquit salum fluctuantem, & cœpit ambulare post piscem. Venite, inquit, ad me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Similitudo artis inflammat desiderium audientis, & qui ante capturam latebat in salo, verbi nunc retia spargat in mūdo. Tunc enim pisces induxit, nūc homines spiritualibus sagenis irretiuit. Paulus autem paruus, sed ex paruo factus est magnus: dum diceretur Saulus syderei cœli tuba contritus, cadit elisus audacia, vt seminet erectus in mundo doctrinam. Ibat Saulus furiis inuectus, quem dirum toto pectore virus inflammabat, sanctorúmque sanguinem sitiens, per totam Iudæam insanię ferebatur habenis, vt Christi membra laniaret in terris. Accepit enim potestatem à principibus sacerdotum, vt homines fidei nostrę occideret, & germinantem fidei campum manu nepharia detruncaret. Dum igitur portat Saulus funereum contra Christi milites gladium, fulmineum de cœlo accepit telum. Dum grassatur percutitur, dum Christi sanctos persequitur: violento radio cœlestis luminis excæcatur, & qui sufflatorio superbiæ aduersus Dominum erigebatur, Diuina voce terribiliter prosternitur. Subitò hasta Diuinæ increpationis infixus in terram, sæuitiam perdidit & semitam. Cœpit habere ductores, quos ante habuerat persequutores.

Lib. de tēp. Barb. versus fi. Negauit Petrus sed reuersus est, & flēdo deleuit qđ timore negauit. Christū in suis psequutus est Paulus, sed ad eius vocē cecidit & surrexit. Aliter cecidit, aliter surrexit: cecidit persequutor, erectus est prędicator.

A In Christianis Christū persequuti sunt reges: sed multū pręstiterunt, quando membra ad suum caput redierunt. De quorum morte, in ser. ix. de eis. Debemus quidē fratres charissimi tantorum martyrum diem, hoc est, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, maiori frequentia celebrare. Si enim celebramus frequētissimè natalia agnorum, quantomagis arietum? De fidelibus, quos lucrati sunt Apostoli prędicatione sua, scriptum est, Afferte Domino filios arietū. Per angustias passionum, per viam passionis spinis plenā, per tribulationes persequutionū, vt transirēt postea fideles, Apostolos duces habuerunt. Beatus Petrus primus, beatus Paulus Apostolorū nouissimus. Et in serm. vj de eis. Claues regni cœlorum fides meruit Petri: quia prior agnouit filiū

B Dei. O gloriosissimum meritum Apostolorum. Non vno die electi ad gloriā, sed vno die meruerūt palmā. Nō vno die electi ad Apostolatū, sed vno die meruerūt martyriū accipere cōsecratū. Transcēderūt cœlū, & coronati venerūt ad Dominū Deū. Et in ser. v. de eis. Paulus decollatus est, Petrus sursum versis pedibus crucifixus est. Habebat profecto mysterium diuersitas pœnarum. Decebat enim vt Paulus capite corporis plecteretur, quia gentibus caput fidei esse probatur: Petrus autem, quia nouerat caput viri Christum esse, Christo iam in cœlestibus constituto, caput suū præmisit, pedibus sequebatur: vt nouo genere passionis ligatis manibus, & pedibus resolutis & iter cœleste faceret, & oraret, Non sum, inquiens, dignus sic crucifigi quēadmodum Do

C minus meus. Nō his vocibus martyriū recusauit, sed triumphū Domini vsurpare timuit, paratus ad pœnam, verecūdus ad meritum. Melius ergo centupliciter, melius profecto beate Petre suspēderis, quam Magus volauit. Ille alta petiit, & in profundum cadit: tu terræ caput applicas, vt cœlum possideas intentus. De ipsorū merito con simili. In ser. x. de eisdē. Fortis & humilis, maximus & minimus, primus & nouissimus, Petrus. s. & Paulus, facti sunt meritorum æqualitate cōsortes, Apostolatus honore pares, Christiani populi per Euangeliū genitores, gregis Diuini pastores, in fide & prædicatione concordes, in virtute consimiles, & in morte victores. Approbat hoc, si non in eorum passione martyrij diuersitas, tamen in vna die geminata festiuitas. Occurrit

D enim idem dies alteri ad pugnam, qui vnum iam perduxerat ad coronā: vt & vnum faceret dies ille victorem, & duos triūphis paribus cōmunem. Sibi sacrauerunt diē in quo vincerēt mundū, & regem sequerentur Christū. O omnipotentia & ineffabilis gratia saluatoris. Quis persequutorem Saulū martyrē crederet esse futurum? Quis plebium piscatorem Apostolorum futurū crederet principem, & regibus obsistere, reges sanctificare, regibus omnibus imperare, mundum frenare legibus, dæmones calcare sub pedibus, iubere virtutibus cœlum hominibus aperirent, cœlum clauderent cum placeret, immortale regnum cōuersis donare, negare peruersis merita,

mũdi cognoſcere culpas, & crimina hominibus
relaxare? O inæſtimabilis & immẽſa poteſtas, ho
minem in terra poſitum tenere cœlum. Ecce nũc
ad nutum Petri Diuini regni clauſtra pateſcunt.
Accepit enim à Chriſto claues regni cœlorũ, vt
ſolutis vinculis delictorum, aperiret credẽtibus
cœlum. O quam vicina, ò quam profunda reme-
dia & iuſta. Habet mũdus Dei regna, ſi currat ad
Petrum. Non hîc machinæ quęruntur ad nubes,
quia ad aſcenſum properat ſola fides. Non ad au
res Dei longa nunc eſt præcantibus via, quia ip-
ſe Chriſtus credẽtibus factus eſt via. Ponit ad vi-
tem ſuam in ſęculo cœleſtis regni clauicularium
Petrum, ne difficilem ſibi ad cœlum quiſpiã æſti
maſſet aſcẽſum. Paulus cœleſti voce proſtratus,
dum furit ad caulas, & lupina rabie exoſum ſibi
nomen innocentis agni perſequitur, dum quęrit
diſcerpere aut vexare gregẽ, percuſſus eſt: & ere-
ctus, cæcatus eſt, & illuminatus ab eo, qui erigit
eliſos, & illuminat cæcos. Factus eſt ſubito ex lu-
po agnus, ex pſequutore Apoſtolus, ex prædo-
ne captiuus. Cœpit prædicare Chriſtum, cui an-
tea reſiſtebat: Pati pro eo, quẽ ante expugnabat:
flagitioſorum ictibus verberari, duris lapidibus
conquaſſari, beſtiis ſubigi, ignibus obiici, cate-
nis inſeri, carceribus obſerari, ad poſtremum ſu-
ſcepit pro eo mortem, pro quo aliis intulerat ne-
cem: & dum quærit minuere numerum Chriſtia
norũ, etiam ipſe acceſſit ad numerum cõfeſſorũ:
Dum intrat rapax ſtabulum quieti pecoris, ſubi
tò & ipſe factus eſt ouis. Quis nũc iam deſperet,
aut de humilitate generis, aut de magnitudine cri
minis, cum videat ſic inundaſſe cœleſtis gratiæ
fontem, vt & piſcatorem gregibus præponeret,
& perſequutorẽ Apoſtolis coæquaret? Ille enim
dum pauperiem ſuaui recreat labore, & alimen-
ta quotidiani victus quærit in pelago, factus eſt
diues in Chriſto: cui reges & nationes famulatũ
exhibent in ſæculo. Paulus verò dum vrget gla-
diis cœtus ſanctorum, fidei ſuſcepit iugũ, & ma-
giſter factus eſt gentium, forma martyrum, for-
mido dæmonum, indultor criminũ, fõnſque vir-
tutum. Vterque igitur in ſæculo victoriæ pal-
mam, & glorioſam in cœlo meruerunt coronam.

Tom.IIII. De quorum ſolenni memoria. Lib. j. de cõſen-
ſu quatuor Euangeliſtarum. Merita Apoſtolo-
rum Petri & Pauli nunc propter eundẽ paſsio-
nis diem celebremus ſolenniter Roma commen-
dat. Vnde in ſerm. vij. de eis. Petrus primus eſt
Apoſtolorum, Paulus nouiſsimus Apoſtolorũ.
Ille ergo eos ſua vocatione ſanctificauit, ille in
paſsione coronauit, q eſt primus & nouiſsimus.
Primus, antequam nihil: nouiſsimus, poſtquã ni-
hil: nec enim originem eius aliquis antecedit, nec
finem eius excedit: Origo eius non habet initiũ,
finis eius nõ habet finem. Ita ille qui primum &
nouiſsimum cum æternitate commendauit, ipſe
Apoſtolos ſuos primum & nouiſsimum ęquali-
ter coronauit. Vita eorum prædicat veritatem,
mors eorum conſecrat ſolẽnitatem. Vna dies illis
occurrit coronandis, ciuitas vna tumulandis. Nõ
ſunt in terris corpora eorum ſeparata, quorum

A merita ſunt in cœlis coæquata. Viuẽtes in carne
plantauerunt Eccleſias ſanguine ſuo, morientes
in Chriſto rigauerũt ſanguine ſuo. Adiuuẽt nos
orantes merito ſuo. Vnde ſibi occurrerunt, in v-
num diem, vt quibus fuit prædicatio communis
vnius ciuitatis, vna eſſet ſors indiuiduæ charita-
tis. Et in eod. infra. Elegerunt ambo Romam
principẽ Romani nominis ciuitatẽ, Petrus pro-
pter primatum Apoſtolorũ: Paulus propter ma
giſterium gentiũ: ſed illic tantum corpora poſue
runt, vbique autẽ merita ſua diſperſerunt: in om
nem enim terrã exiuit ſonus eorum, & in fines or
bis terræ verba eorũ. Quicunque in quacunque
parte terrarũ nouit Ieſum Chriſtũ Dominũ no-
ſtrum, neceſſe eſt Petrũ ſciat & Paulum. Hoc eſt,
in omnem terrã exiuit ſonus eorum. Quocũque
B enim non venerunt viuentes pedibus ſuis, mor-
tui peruenerunt literis ſuis. Nobis quotidie Apo-
ſtolica verba recitantur, de ipſis inſtituuntur ca-
tholici, exinde conuincuntur hæretici, inde con
futantur inimici: Quia ergo non poſſumus vbiq;
corpora eorũ habere, eloquia eorũ poſſumus te-
nere. Corpora eorũ neceſſe fuerat vt in vno loco
ponerẽtur, ſed virtutes eorũ vbiq; exercerẽtur.

PETRA. Lib. iiij. de doctri. Chriſtiana.
Petra typum habebat corporis Chriſti, Tom.II.
quia ſcriptũ eſt, Bibebãt de conſequente
eos petra, petra autem erat Chriſtus. Quod vtiq;
non ad Diuinitatem eius, ſed ad carnẽ relatũ eſt
quæ ſitientium corda populorũ perenni riuo ſui
ſanguinis mundat. Super Pſal. cij. In Petra ędi
fica, non in arena. Audire & non facere, in arena
C ædificare eſt: audire & facere, in petra ædificare
eſt: nec audire nec facere, nihil ædificare eſt. Si in
arena ædificas, ruinam ædificas: ſi nihil ædificas,
expoſitus es & pluuiæ, & fluminibus, & ventis:
ante rapieris, quã ſteteris. Ergo non eſt ceſſandũ,
ſed ædificandum. Nec ſic ædificandum vt ruina
ædificetur, ſed in petra ędificandũ, vt tẽtatio non
euertat. In ſer. ij. de accedentibus ad gratiam.
Curre donec peruenias ad petram ſanctã, petrã
cœleſtem, petram æternam, vitam æternam ha-
bentem, nullam perturbationem mortémque ti-
mentem, caſum amicorum non ſuſpicantem, nul
las inimicorum inſidias formidantem, in ęterni-
tate cum æterno regnantẽ, in perpetua fœlicita-
te gaudẽtem. Domine Ieſu huius veræ ſanctęque
petræ firmitudo & ipſa petra, qui es & æterna vi-
ta tu cõſtituiſti eam qui habitas in ea: tu es, vt nos
D docuiſti eius ſempiterna lux & lucerna, lux iu-
ſtitiæ & vnus permanens dies, ſtella ſplendida &
matutina: tu tẽplum, & ſacerdos, & ſacrificium:
rex, dux, dominator & rector: tu eius ſocietas, &
fons: tu gaudiũ, ſecuritas, pax, & permanens dul-
cedo: te vbique manẽtem omnes ſequuntur tui,
& nunquam diſcedentem, ſed per gaudiorum
prata diſcurrentem.

PHANTASIA ET PHANTASMA.
Libro vndecimo de Trinitate, capi- Tom.III.
te quarto. Voluntas illa quæ hàc atque il-
lac fert & refert aciem formandam, coniungít-
que formatam, ſi ad interiorem phantaſiam to-
ta con

ta confluxerit, atque à præsentia corporum quæ circumadiacet sensibus, atque ipsis sensibus corporis, animi aciem omnino auerterit, atque ad eam quæ intus cernitur imaginem penitus conuerterit, tanta offenditur similitudo speciei corporalis expressa ex memoria, vt nec ipsa ratio discernere sinatur, vtrum foris corpus ipsum videatur, an intus tale aliquid cogitetur. Nam interdum homines nimia cogitatione visibilium rerum vel illecti vel territi, etiam eiusmodi repente voces æddiderunt, quasi reuera in mediis talibus actionibus seu passionibus versarentur. Et memini me audiuisse à quodam, quod tam expressam & quasi solutam speciem fœminini corporis in cogitando cernere soleret, vt ei quasi se misceri sentiens, etiam genitalibus flueret. Tantum habet virium anima in corpus suum, & tantum valet ad indumenti qualitatem vertendam atque mutandam, quomodo homo afficitur indutus qui cohęret indumento suo. Ex eodem genere affectionis etiam illud est, quod in somnis per imaginationes illudimur. Sed plurimum differt vtrum sopitis sensibus corporis, sicuti sunt dormientium, aut ab interiore compage turbatis, sicuti sunt furentium, aut quodam alio modo alienatis, sicuti sunt diuinantium vel prophetantium, animi intentio quadam necessitate incurrat in eas quæ occurrunt imagines, siue ex memoria, siue aliqua alia occulta vi, per quasdam spirituales mixturas. Libro de vera religione, capite decimo. Phantasmata nihil sunt aliud, quam de specie corporis corporeo sensu tracta figmenta, quæ memoriæ mandare vt accepta sunt, vel partire, vel multiplicare, vel contrahere, vel distendere, vel ordinare, vel perturbare, vel quolibet modo figurare, cogitando facillimum est.

PHARAO. Figurat diabolum. Super Psal. cxxx. Diabolus, sicut Pharao voluit ipsum populum occidere, quando masculos occidebat natos, & fœminas relinquebat: virtutes præfocat, concupiscentiã nutrit. De Pharaonis induratione. Libro de prædestinatione & gratia, qui intitulatur de voluntate Dei. Si dicitur Pharaonem non posse mutari, quia eũ præscierat Deus non esse mutandum? Respondetur Dei præscientiã nõ cogere hominem vt talis sit, qualem præsciuit Deus: sed præscire talem futurum, qualis futurus est, quamuis eum non sic fecerit Deus. Quem si cogeret esse, hoc vtique cogeret quod non est, quod non est præscientia. Quod de Deo quam impiè dicatur, aduertit quisque qui peccatis suis blanditur inde, quod Deus eum peccatorem futurum esse præscierit.

Diffusius ista ponit in serm. de ipsius induratione. Nunquam Deus deserit hominẽ, nisi prius ab homine deseratur. Cum enim semel bis & ter grauia peccata quisque committat: expectat tamen illum Deus, sicut per Prophetam dicitur, vt conuertatur & viuat. Cum verò in peccatis suis cœperit permanere, de multitudine peccatorum

A nascitur desperatio, ex desperatione obduratio generatur, sicut scriptum est, Peccator cum in profundum venerit, contemnit. *Prouerb. 18.* Pharao pro ingenti cumulo peccatorum suorum, non tãquam filius ad emendationem corripi meruit, sed tanquam hostis permissus est indurari. Tantæ erant iniquitates illius quæ præcesserant, & Deum toties vsu sacrilego contempsit, vt in illo impleretur quod dictum est, In labore hominum non sunt &c. *Psal. 72.* ideo tenuit eos superbia: prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ. *Obduratio cordis.* Quid est indurabo cor Pharaonis, nisi cum ab illo ablata fuerit gratia mea, obdurabit illum nequitia sua? Et vt hoc euidentius agnosci posit, aliquam similitudinem de rebus visibilibus proponimus. *Simile.* Sicut enim quoties aqua nimio frigore constringitur, solis B calore superueniente resoluitur, & discedente eodem sole iterum obduratur: ita nimirum frigore peccatorum refrigescit charitas multorum, & velut glacies obduratur, & cum iterum calor Diuinæ misericordiæ superuenerit, resoluitur. Ille vtique calor, de quo scriptum est, Non est qui se abscondat à calore eius. *Psal. 18.* Quod in Pharaone impletum esse cognoscimus, à quo quoties flagella remota sunt, contra Dominum se obduratus erexit: quoties verò afflictus est, humiliter supplicauit. Quare autem Dominus non omnes ita flagellat misericorditer, vt nullum contra se obdurari permittat? Aut illorum iniquitati qui obdurari merentur ascribendum est, aut ad inscrutabilia Dei iudicia referendum, quę plerunque occulta, nunquam tamen sunt iniusta. C Nobis ergo sufficiat piè & humiliter credere illud quod Apostolus dixit, Nunquid iniquitas apud Deum? *Rom. 9.* Et illud, Deus fidelis & absque vlla iniquitate. *Deut. 32.* Vnde idem, iustitia compellente confessus est, Deus iustus est, ego autem & populus meus impij. Exemplum eiusdem de filiis delicatè nutritis, quibus peccantibus frequenter indulgemus. Cum enim peiores ipsa remissione redduntur: solemus explorando eis dicere, Ego te talem feci, ego tibi parcendo proteruiam tuam negligentiámque nutriui. Libro octogesimo tertio quæstionum. *Tom. IIII.* De Pharaone facilè respondetur, prioribus meritis, quibus afflixit in regno suo peregrinos, dignum effectum cui obduraretur cor, vt manifestissimis signis iubentis Dei non crederet.

D PHILOSOPHIA ET PHILOSOPHVS. *Tom. I.* Definitur Philosophia. Libro j. de ordine rerum, circa finem. Hoc Græcum verbum quod Philosophia nominatur, Latinè amor sapientiæ dicitur. Libro secundo de Academicis in prologo. *Tom. I.* Philosophia est amor sapientiæ, & ipsa est vera pulchritudo. Lib. tertio eiusdem in Epistola ad Paulinum. *Epist. 54.* Philosophia non est ipsa sapientia, sed studium sapientiæ. Est autem Philosophia vtilis. Ideo dicit infra. Philosophia multa vera cognoui. Probat hoc libro septimo confess. capite sexto. In quibusdam Platonicorum libris ex lingua Græca in

ca in Latinam versis, legi, non quidem his verbis, sed hoc idẽ omnino multis & multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c. Verbum autem caro factum est, & habitauit in nobis: nõ legi ibi.

Tom. I. Libro ij. de ordine rerum. Philosophiæ duplex quæstio est, vna de anima, altera de Deo. Prima efficit vt nosmetipsos nouerimus, altera vt originem nostram. Illa nobis dulcior, ista charior. Illa nos dignos beata vita, beatos hæc facit. Prima est illa discentibus, ista iam doctis. Hic est ordo studiorum sapientiæ, per quem fit quisque idoneus ad intelligẽdum de ordine rerum. Et ideo dicit libro ij. de doctrina Christiana. capite xl. *Cap. 40. Tom. III.* Philosophi autem qui vocantur, si qua fortè vera & fidei nostræ accõmoda dixerunt, maximè Platonici, non solùm formidanda non sunt, sed ab eis tanquam ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda. *Ab ethnicis si quid benè dictũ, in nostrum vsum est conuertendum.* Sicut enim Aegyptij non tantum idola habebant & onera grauia, quæ populus Israël detestaretur & fugeret, sed etiam vasa atque ornamenta de auro & argẽto & vestem, quæ ille populus exiens de AEgypto sibi potius tanquam ad vsum meliorẽ clanculo vendicauit, non authoritate propria, sed præcepto Dei ipsis AEgyptiis nescienter accõmodantibus, ex quibus non bene vtebantur: sic doctrinæ omnes gentilium non solùm simulata & superstitiosa figmenta, grauésque sarcinas superuacanei laboris habent, quæ vnusquisque nostrum duce Christo de societate gentilium exiẽs, debet abominari atque deuitare: sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtilissima continent, déque ipso vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos: quod eorum tanquam aurum & argentum, quæ non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis Diuinæ prouidentiæ, quæ vbique est infusa, eruerunt: & quo peruersè atque iniuriosè ad obsequia dæmonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separat, debet ab iis auferre Christianus ad vsum iustum prędicandi Euangelij. Vestem quoque illorum, id est, hominum quidem instituta, sed tamen accommodata humanę societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere atque habere licuerit in vsum conuertenda Christianum.

Cap. 2. Tom. I. Ideo autem Platonicos exprimit: quia vt refert de seipso. Libr. octauo confess. Narraui Simpliciano circuitus erroris mei. Vbi autem commemoraui legisse me quosdam libros Platonicorum, quos Victorinus quondam rhetor vrbis Romæ, quem Christianum defunctum esse audieram, in Latinam linguam transtulerat, gratulatus est mihi, quod non in aliorum scripta Philosophorum incidissem, plena fallaciarum & deceptionum secundum elementa huius mundi, in istis autem omnibus modis insinuari Deum & eius verbum. Tamen & si de naturalibus credendum est philosophis in iis quæ ad fidem pertinent eorum doctrina nõ est necessaria. *Cap. 9. Tom. III.* Lib. Enchiridion. Cum quæritur quid credendum sit quod ad religionem pertineat, non rerum natura ita rimanda est, quemadmodum ab eis quos physicos Græci vocãt: nec metuendum est, quẽadmodum ab eisdem, ne aliquid de vi & numero elementorum, de motu & ordine & defectibus syderum, de figura cœli, de generibus & naturis animalium, fruticum, lapidũ, fontium, fluminum, montium, de spatiis locorum & temporum, de signis imminẽtium tempestatum, & alia sexcenta de iis rebus quas illi vel inuenerũt, vel inuenisse se existimãt, Christianus ignoret: quia nec ipsi omnia repererunt excellentes ingenio, tanto flagrantes studio, abundantes otio, & in eis quæ se inuenisse gloriantur, plura opinantes potius quam scientes. Satis est Christiano rerum creatarum causam, siue cœlestium, siue terrestrium, siue visibilium, siue inuisibilium, non nisi bonitatem credere creatoris, qui est Deus vnus & verus: nullámque naturam quæ non aut ipse sit, aut ab ipso: eúmque trinitatem patrem & filium & spiritum sanctum: filium à patre genitũ, & spiritum sanctum ab eodem patre filióque procedentem, sed vnum eundémque spiritum & patris & filij. Ab hac summè & æqualiter & immutabiliter bona trinitate creata sunt omnia, & nec summè, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul verò vniuersa valde bona, quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. De ipsis verò Philosophis quo ad nomen, dicit libro octauo, de ciuitate Dei, cap. primo. Philosophiæ nomen, si Latinè interpretemur, amorem sapientiæ profitetur. Porrò si sapientia Deus est, per quem facta sunt omnia, sicut Diuina authoritas veritásque monstrauit, verus Philosophus est amator Dei. Sed res ipsa, cuius est hoc nomẽ: non est in omnibus, qui hoc nomine gloriãtur, neque enim continuò veræ sapientiæ sunt amatores, quicunque appellantur Philosophi. Libro xiiij. de Trinitate, cap. j. Hoc nomen Philosophus, Pythagoras adinuenit: qui cum ausus non fuisset sapientem se profiteri, Philosophum potius, id est, amatorem sapientiæ se esse respondit. A quo id nomen exortum, ita deinceps posteris placuit, vt quantalibet de rebus ad sapientiã pertinentibus doctrina quisque vel sibi, vel aliis videretur excellere, non nisi philosophus vocaretur. De ipsorum philosophorum sectis siue generibus, dicit libro octauo, de ciuitate Dei, capite secundo. Quantum attinet ad literas Græcas, quæ lingua inter cæteras gentium clarior habetur, duo philosophorum genera traduntur: vnum Italicum, ex ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia nuncupata est: alterum Ionicum, in eis terris, vbi nunc Græcia nominatur. Italicum genus authorem habuit Pythagoram Samium, à quo etiam ferunt ipsum philosophiæ nomen exortum. Nam cum antea sapientes appellarentur, qui modo quodam laudabilis vitæ aliis præstare videbantur: iste interrogatus

rogatus quid profiteretur, Philosophum se esse respondit, id est, studiosum, vel amatorẽ sapientiæ: quoniam sapiẽtem profiteri, arrogãtissimum videtur. Ionici verò generis princeps fuit Thales Milesius, vnus illorum septem, qui sunt appellati sapientes. Sed illis ex vitæ genere distinguebantur, ex quibusdam præceptis ad bene viuendum accommodatis. Iste autem Thales, vt successores etiam propagaret, rerum naturam scrutatus, suásque disputationes literis mandans, eminuit: maximéque admirabilis extitit, quod astrologiæ numeris comprehensis, defectus solis & lunæ, etiam prædicere potuit. A quam tamen putauit rerum principium. Huic successit Anaximãder, eius auditor: mutauítque de rerum natura opinionẽ. Non enim ex vna re, sicut Thales ex aqua, sed ex suis principiis, quasque res nasci putauit. Quæ rerum principia, singularum esse credit infinita: & innumerabiles mundos gignere: & quæcunque in eis oriuntur, eósque mundos, modo dissolui, modo iterum gigni existimauit: quanta quisque ætate sua manere potuerit. Iste Anaximenem discipulum & successorem reliquit: qui omnes rerum causas aëri infinito dedit. Anaxagoras verò auditor eius harum rerum omnium, quas videmus effectorem Diuinum animum sensit: & dixit, ex infinita materia, quæ constaret, dissimilibus inter se particulis, rerum omnium genera pro modulis & speciebus propriis singula fieri, sed animo faciente Diuino. Diogenes quoque Anaximenis alter auditor, aërem quidem dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierent: sed eum esse compotẽ Diuinæ rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset. Anaxagoræ successit auditor eius Archelaus: etiam ipse de particulis inter se dissimilibus quibus singula quæque fierẽt, ita putauit constare omnia, vt inesse etiam mentem diceret, quæ corpora dissimilia, id est, illas particulas coniungendo & disponendo ageret omnia. Socrates huius discipulus fuisse perhibetur, magister Platonis, propter quẽ breuiter ista recolui. Socrates primus vniuersam Philosophiam ad corrigendos, componendósque mores flexisse memoratur: cum ante eũ omnes magis physicis, id est, naturalibus rebus perscrutandis, operam maximam impenderint. Quare autem hoc Socrates fecerit, non potest ad liquidum colligi, vtrum faceret tædio rerum obscurarum, & incertarum quod ad aliquid apertum & certum reperiendum animum intẽderit: quod esset beatæ vitæ necessarium: propter quam vnam omnium Philosophorum inuigilasse ac laborasse videtur industria. An verò, sicut quidam de illo beneuolentius suspicantur, volebat immundos terrenis cupiditatibus animos se extendere & in Diuina conari: quandoquidem ab eis causas rerum videbat inquiri, quas primas atque summas, non nisi in vnius veri ac summi Dei voluntate esse credebat. Vnde nõ eas putabat, nisi mũdata mẽte posse cõprehẽdi: & ideo purgandæ bonis moribus vitæ cẽsebat instandũ vt deprimentibus libidinibus exoneratus animus, naturali vi

A gore in æterna se attolleret: naturámq; incorporei & incõmutabilis luminis, vbi causæ omnium factarum naturarum stabiliter viuunt, intelligẽtiæ puritate conspiceret. Hic concitatis inimicis calumniosa criminatione damnatus morte multatus est. Sed eũ postea illa ipsa, quæ eum publicè damnauerat Atheniẽsium ciuitas publicè luxit, in duos accusatores eius vsqueadeo populi indignatione conuersa, vt vnus oppressus vi multitudinis interiret, exilio autem voluntario atque perpetuo pœnã similem alter euaderet. Tam præclara igitur vitæ mortísque fama Socrates reliquit plurimos suæ Philosophiæ sectatores. Sed inter discipulos Socratis non quidem immerito excellentissima gloria claruit, qui omnes cæteros obscuraret, Plato. Qui cum esset Atheniensis honesto apud suos loco natus, & ingenio mirabili suos condiscipulos anteiret, parum tamen putans perficiendæ Philosophiæ sufficere seipsum, ac Socraticam disciplinam, quam longè latéque potuit peregrinatus est. quaquaversum eũ alicuius nobilitate scientiæ percipiendæ fama rapiebat. Itaque & in AEgypto didicit, quæcunque magna illic habebantur, atque docebantur, & deinde in eas Italiæ partes deueniens vbi Pythagoreorum fama celebrabatur, quicquid Italicæ Philosophiæ tũc florebat, auditis eminẽtioribus in ea doctoribus facillimè comprehendit. Et quia magistrum Socratem singulariter diligebat, eum loquentem ferè in omnibus sermonibus suis faciens, etiam illa, quæ ab illis didicerat, vel ipse quanta potuerat intelligentia viderat, cum illius lepore & moralibus disputationibus temperauit. Itaque cum studium sapientiæ in actione & contẽplatione versetur, vnde vna pars eius actiua, altera contẽplatiua dici potest: quarum actiua ad agendam vitam, id est, ad mores instituendos pertinet, contemplatiua autem ad conspiciendas naturæ causas, & syncerissimã veritatem: Socrates in actiua excelluisse memoratur: Pythagoras verò magis contemplatiuæ quibus potuit intelligentiæ viribus institisse. Proinde Plato vtranque iungendo, Philosophiã perfecisse laudatur: quam in tres partes distribuit, vnam moralem, quæ maximè in actione versatur: alteram naturalem, quæ contemplationi deputata est: tertiam rationalem, qua verum discernitur. Quæ licet vtrique, id est, actioni & contẽplationi sit necessaria, maximè tamen contemplatio perspectionem sibi vendicat veritatis. Libro vndecimo eiusdem, capit. vigesimo quinto. Vna pars Philosophiæ appellatur Physica, altera Logica, tertia Ethica. Continuat prædictorum Philosophorum seriem prædicto octauo libro, capite duodecimo. Aristoteles Platonis discipulus, vir excellentis ingenij, & eloquio Platoni quidem impar, sed multos facilè superans, cum sectam Peripateticam condidisset, eo quod ambulans disputare consueuerat, plurimósque discipulos præclara fama excellens, viuo adhuc præceptore suo in suam hæresim congregasset, post mortem verò Platonis Speusippus

Cap. 4. *Plato.* B C *Philosophia actiua & cõtẽplatiua.* *Philosophia triplex.* D *Tom. eod.* *Tom. eod.* *Aristoteles.*

Speusippus eius sororis filius, & Xenocrates dilectus eius discipulus, in scholam eius, quę Academia vocabatur, eidem successerunt: atque ob hoc ipsi & eorum successores Academici appellantur. Recentiores tamen Philosophi nobilissimi, *Platonici clariores.* quibus Plato sectandus placuit, noluerunt se dici Peripateticos, aut Academicos, sed Platonicos. Ex quibus fuerunt valde nobilitati Græci, Plotinus, Iamblicus, & Porphyrius. In vtraque autem lingua, id est, Græca & Latina Apuleius Afer extitit Platonicus nobilis. De Aristotel. dicit lib. ix. eiusd. ca. iiij. Aristoteles discipulus Platonis fuit, qui sectā Peripateticā condidit. Quāuis laudet Platonem, tamen *Tom. I.* lib. j. retractationum c. j. dicit. Laus quoque ipsa, qua Platonē vel Platonicos siue Academicos Philosophos tantū extuli quantū impios ipsos homines non oportuit, non immerito mihi displicuit, præsertim contra quorum errores magnos defendenda est Christiana doctrina. Et de Pythagora dicit eodem lib. c. iij. Nec illud placet mihi, quod Pythagoræ Philosopho tantum laudis dedi, vt qui hanc legit, vel audit, possit putare me credidisse nullos errores in Pythagorica esse doctrina, cū sint plures iidémque capitales. De prædictis Philosophorum sectis, concludit *Tom. V.* Lib. xix. de ciui. Dei. c. j. Nulla est causa Philosophandi, nisi finis boni. Quamobrem quæ nullum boni finem sectatur, nulla Philosophiæ secta dicenda est. Fuit diuersa opinio Philosophorum de beatitudine, sed nostra & beati Pauli melior. *Tom. X.* Lib. de verb. Apost. sermo. xiij. Philosophi aliqui sæculi huius putauerunt non esse beatitudinem nisi secundū carnem viuere, & bonum hominis in voluptate corporis *Epicurei.* posuerunt. Isti Epicurei dicti sunt, ab Epicuro quodam authore magistro suo. Sed alij extiterunt, qui à carne quasi se remouentes, & totam *Stoici.* spem beatitudinis suæ in anima sua constituentes, posuerunt summum bonum in virtute sua. Tales Philosophi Stoici nūcupati sunt. Illi secundum carnem, isti secundum animam, nec isti nec illi secundum Deum viuentes. Ideo cum ad vrbē Atheniensium, vbi istę Philosophorum disciplinæ studio & cōtentione feruebant, veniret Apostolus Paulus, contulerunt cum illo quidam Philosophorum Epicureorum & Stoicorum. Contulerunt cum illo secundum carnem viuentes, contulerunt cum illo secundum animam viuentes, contulit cum illis secundum Deum viuens. *Disputatio Pauli Ath.* Dicebat Epicureus, Mihi frui carne bonum est. Dicebat Stoicus, Mihi frui mea mente bonū est. Dicebat Apostolus, Mihi adhęrere Deo bonum est. Dicebat Epicureus, Beatus cui est in fructu voluptas carnis eius. Dicebat Stoicus, Imo beatus cuius est in fructu virtus animæ eius. Dicebat Apostolus, Beatus est cuius est nomen Domini spes eius. Errat Epicureus, falsum enim est beatum esse hominem cuius in fructu est voluptas carnis eius. Fallitur & Stoicus, falsum enim est & omnino mendosissimum, beatum esse hominem cuius in fructu est virtus animi eius. Beatus ergo cuius est nomen Domini spes eius. In sermone de sectis Philosophorum. Philosophi studendo, quærendo, disputando, viuendo, appetiuerunt apprehendere vitam beatam. Hæc fuit vna causa Philosophandi: & puto quod hoc Philosophi nobiscum habent commune. Si enim à nobis quæratur, Quare in Christum creditis? Veraciter omnis homo respondet, Propter vitam beatam. Appetitus igitur beatæ vitæ Philosophis & Christianis communis est. Sed res tam consona, vbi inueniri possit, inde quæstio est. Nam vitam beatam appetere, concupiscere, desiderare, sectari, omnium hominum commune arbitror. Vnde me video parum dixisse hunc appetitum beatæ vitæ philosophis Christianísq; commune, debui enim dicere, omnium hominū: Prorsus omnium, bonorum & malorum. Nam & qui bonus est, ideo bonus est, vt beatus sit: qui malus est, malus non esset, nisi inde se beatum esse posse speraret. De bonis facilis est quæstio, quod beatam vitam quærant. De malis, fortè aliqui dubitant vtrum & ipsi beatam vitam quærant. Sed si separatos malos & à bonis discretos interrogare possem & dicere, Vultis beati esse? Nemo diceret, Nolo. Verbi gratia. Pone aliquē furem: quæro ab illo, Quare furtum facis? Vt habeam, inquit, quod non habebam: quia miserum est non habere. Si ergo miserum est non habere, beatum putat habere. Sed in eo impudens est & errat, quia de malo vult beatus fieri. Bonū enim est beatum esse. Vnde ergo ille peruersus? Quia bonum quærit, & malum facit. Quid aspirat cupiditas malorum? Ad mercedem beatorum. Beata vita merces bonorū est: bonitas opus est, beatitudo merces est. Deus opus iubet, mercedem proponit, dicit, Hoc fac & hoc accipies. Ille autem malus bonum quærit, & malum facit: contraria sunt. In contrarium currit, quando perueniet? Et inf. Cum essent plurimæ Philosophorum sectæ in ciuitate Atheniensi, non contulerunt cum Apostolo Paulo nisi Stoici & Epicurei. Videte quare tantum istæ duæ. Nam nihil est in homine quod ad eius substantiam pertinet atque naturam, præter corpus & animam. Horum duorū in vno, hoc est corpore, Epicurei posuerunt beatam vitam: in alio, id est, anima, Stoici: ita nihil restat præter corpus & animam, quantū ad hominem pertinet, si ab illo sibi est vita beata. Aut anima, aut corpus est causa beatæ vitę: si amplius quæris ab homine recedis: Ii ergo qui beatam vitam hominis in homine posuerunt, alibi ponere omnino non potuerunt, nisi aut in corpore, aut in anima. Horū qui in corpore posuerūt, principatum Epicurei: qui in anima, Stoici tenuerunt. Epicurei de anima sentiūt quod mortalis sit: & quod grauius & detestabilius est, prius dicunt animam morte dissolui quam corpus. Adhuc inquiunt, post efflatum spiritum manente cadauere, & integris membrorum lineamentis aliquantum durantibus, anima mox vt exierit veluti fumus vento diuerberata dissoluitur. Non ergo miremur quod summum bonum, id est, beatitudinis causam, in corpore posuerunt. quod

quod se melius quã animã habere senserũt. Nun qd hoc faceret Apostolus? Imo doluit quosdã è numero Christianorum elegisse sententiam Epicureorum: nõ hominum, sed porcorum. Ex hoc enim numero erant illi corrumpẽtes bonos mores colloquiis malis, & dicentes: Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. Moriemur quò pertinet? Nihil erit post mortem, vmbræ enim transitus est vita nostra. Dixerunt hoc apud se cogitantes non rectè. Sed nolite esse Epicurei. Manet enim post mortem quod sequitur mortẽ. Comes morienti, aut vita erit, aut pœna. Nemo dicat. Quis huc inde reuersus est? Diues ille purpuratus sero redire voluit, & permitti non potuit. Si illam sitiens inquisiuit, qui esurientem pauperem fastidiuit. Nemo dicat, Manducemus & bibamus cras enim moriemur, sicut Epicurei: qui velut nõ victuri post mortẽ, quasi aliud nihil habentes nisi quod delectat carnem hoc dicebant. Christiani verò victuri post mortem, & fœlices potius futuri post mortem. Non sic dicant, Manducemus & bibamus &c. sed dicant. Ieiunemus & oremus: imò addant tertium, eleemosynam, scilicet & donemus, cras enim moriemur. Aut si duas res volunt dicere, eligo vt dicant, Donemus & oremus: quam ieiunemus & non donemus. Absit quod Apostolus in corpore poneret summum hominis bonũ, id est, beatitudinis causam. Sed cum Stoicis non decens fortasse lucta est. Interrogati enim vbi ponant efficiens beatæ vitæ, id est, quid faciat in homine beatam vitam, respondent, non corporis voluptatem, sed animi virtutem. Sed scriptura reuocat eos qui confidũt in virtute sua. Epicureus itaque in corpore ponẽs summum hominis bonum, in se spem posuit: sed Stoicus in animo ponens summum hominis bonum, etiam ipse in se spem posuit. Homo est autẽ & Epicureus & Stoicus. Sed maledictus omnis homo qui spem suam ponit in homine. Quid ergo iam cõstitutis ante oculos vestros tribus, Epicureo, Stoico, & Christiano? Interrogemus singulos. Dic Epicuree quæ res faciat beatum. respõdet, Voluptas corporis. Dic Stoice. Respondet, Virtus animi. Dic Christiane. Respondet, Donũ Dei. Itaque velut ante oculos nostros Epicurei & Stoici cum Apostolo contulerunt, & collatione sua nos quid reiicere, & quid deberemus eligere docuerunt. Est virtus animi res laudabilis, prudentia, mala & bona discernens, iustitia sua cuique tribuens, temperãtia libidines cohibẽs, & fortitudo molestias æquanimiter sustinens. Magna res est. Lauda eam Stoice quantum potes, sed dic vnde habes, si tamen habes? Non virtus animi tui te facit beatum, sed qui tibi virtutem dedit, qui tibi velle inspirauit & posse donauit. Virtus te delectat, bona res te delectat: sed virtutem tibi manare non potes. Ostendo tibi virtutis & vitæ fontem. Virtutem quęrebas, dic Domine virtus mea: & beatam vitam quærebas, dic, Beatus homo quẽ tu erudieris Domine. Beatus enim populus eius, non voluptas carnis eius, non virtus propria, sed beatus populus cuius est Do-

A minus Deus eius. Hæc est patria beatitudinis, quã omnes volunt, & non rectè quærunt. Quid vult beatus? vult non falli, non mori, non dolere. Et quid? quærit plus etiam esurire? Quid si melius non esurire? Nemo beatus est nisi qui viuit inæternum, sine timore, & vlla fallacia. Nam falli odit anima. Quantum falli oderit anima naturaliter, hinc intelligi potest, quoniam qui mente alienata ridet, ploratur à sanis: & elegit homo vtique ridere magis quam flere. Si duo ista proponuntur, Ridere vis an flere? Quis est qui respondeat, nisi ridere? Iterum proponuntur hæc duo, Falli vis an verum tenere? Omnis homo respondet, verum tenere. Et ridere elegit, & verum tenere: de duobus istis risu & fletu, ridere: de duobus istis, fallacia & veritate, verum tenere. Sed

B tantum pręualet inuictissima veritas, vt eligat homo sana mente flere, quàm mente alienata ridere. Ibi ergo in illa patria veritas erit, fallacia & error nusquam, sed & veritas erit, & flere nõ erit. Erit enim & verum ridere, & de veritate gaudere, quia ibi vita erit. Nam si dolor erit, vita non erit: neque enim vita dicẽda sempiternus immortalisque cruciatus: Ideo Dominus nõ appellauit vitam, quam habituri sunt impij, quamuis in igne sunt victuri, vitam enim non finiunt, ne pœnã finiant. Vermis enim eorum nõ morietur, & ignis eorum nõ extinguetur: sed appellauit vitam quæ beata & æterna est. Vnde interrogante illo diuite Dominum, Quid boni, inquit, faciam vt æternam vitam consequar? & ipse quidẽ tantum vitã, non æternam nominauit, nec beatam: Si vis, ait,

Isai. 66.

Mat. 19.

C venire ad vitam, serua mandata. Non dixit, beatam: quia misera, nec vita dicenda est. Nõ dixit, æternam: quia vbi mortis timor est, nec vita dicenda est. Ergo vita, quæ hoc nomine digna est vt vita dicatur, non est nisi beata: & beata nõ est, nisi æterna. Hanc volunt omnes. Sed ad tam magnam possessionem, & ad tam grandem fœlicitatem quã itur, construxerunt sibi vias erroris Philosophi. Alij dixerunt, hàc: alij non hàc, sed hàc. Latuit eos via, quia Deus superbis resistit. Et nos lateret, nisi venisset ad nos. Ideo Dominus, Ego, inquit, sum via. Piger viator. Venire nolebas ad viam. Ad te venit via. Quærebas quò ires: & veritas & vita est. Non errabis, quando ad illũ, & per illum ibis. Hæc est doctrina Christianorum, non planè conferenda, sed incomparabiliter præferẽ

D da doctrinis Philosophorum, immunditiæ Epicureorum, & superbiæ Stoicorum. Causa erroris superbia fuit. Libr. de Trinitate. Illi præcipuè gentium Philosophi, qui inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspicere potuerunt: Tamen quia sine mediatore, id est, sine homine Christo Philosophati sunt, mendaces inuẽti sunt, quem nec venturum Prophetis, nec venisse Apostolis crediderunt, veritatem detinuerunt, sicut de illis scriptum est, in iniquitate, & in excelso loquuti sunt. Non potuerunt enim in his rerum infimis constituti, nisi quærere aliqua media, per quæ ad illa quæ intellexerant sublimia peruenirent: atque ita in deceptores dæmones inciderũt,

Lib. 13. Cap. 19. Tom. III.

Rom. 1.

per quos factum est vt immutarent gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedũ & serpentium. In talibus enim formis etiam idola instituerunt, siue coluerunt. Vnde Diuinitus adiuti, vera dixerunt: humanitus errauerunt.

Tom.V. *Quatenus Philosophi veraces.* Libro secundo de ciuitate Dei, capite septimo. Philosophi vtcunque conati sunt ingeniis acutissimis præditi, ratiocinando inuestigare quid in rerum natura latitaret: quid in moribus appetendum esset, atque fugiendum: quid in ipsis ratiocinandi regulis certa connexione traheretur, aut quid non esset consequens, aut etiam repugnaret. Et quidam eorum quædam magna, quãtum Diuinitus adiuti sunt, inuenerunt: quantum autem humanitus adiuti sunt, errauerunt: maximè cum eorum superbiæ iustè prouidentia Diuina resisteret, vt viã pietatis ab humilitate ad superna surgẽtẽ, etiã istorũ cõparatione monstraret. Ideo sola falsitas est in eis auferenda.

Cap.19. *Tom.V.* Lib. xix. eiusdem. Nihil pertinet quo habitu vel more viuendi, si non est contra Diuina præcepta, istã fidem, qua peruenitur ad Deũ, quisque sectetur: vnde ipsos quoque Philosophos quãdo Christiani fiunt, non habitũ vel similitudinem victus, quę nihil impedit religionem, sed falsa dogmata mutare compellit. Eorum doctrina confunditur, cum Christi doctrinæ comparatur.

Tom.VI.I. Super Psal. centesimum quadragesimum. Absorpti sunt iuxta petram iudices eorum. Petra autem erat Christus. Iuxta, id est, comparati: Iudices magni, potentes docti. Ipsi dicuntur iudices eorum tanquam iudicantes de moribus, & sententiam proferentes. Dixit hoc Aristoteles. Adiunge illum petræ, & absorptus est. Quid est Aristoteles? Audiat dixit Christus: & apud inferos contremiscit. Dixit hoc Pythagoras, dixit hoc Plato. Adiunge illos petræ, compara authoritatem illorum authoritati Euangelicæ, compara inflatos crucifixo. Dicamus eis, Vos literas vestras conscripsistis in cordibus superborum. Ille crucem suam fixit in cordibus regum. Postremò mortuus est & resurrexit: mortui estis, & nolo quærere quomodo resurgatis. Ergo absorpti sunt iuxta petram iudices eorum. Tandiu videntur aliquid dicere, donec comparentur petræ. Propterea si inuentus fuerit aliquis eorum hoc dixisse quod dixit & Christus: gratulamur illi, non sequimur illũ. Sed prior fuit ille quàm Christus. Si quis vera loquitur, prior est quam ipsa veritas. O homo attẽde Christum, non quando ad te venerit, sed quando te fecerit. Potest & ægrotus dicere, sed prius ego cecidi in lectũ, quã medicus ad me venisset. Vtique ideo ille posterior venit, quia tu prius cecidisti. Absorpti sunt ergo iuxta petram iudices eorum. Et audient verba mea quoniam præualuerunt. Præualuerunt verba mea verbis eorum. Dicta sunt ab eis quædam disertè, sed à me vera. Aliud est laudare loquacem, aliud laudare veracem.

Tom.I. Ideo libro de moribus Ecclesiæ, capite vigesimo primo. Cauete ne vos quis seducat per inanẽ Philosophiam, quia ipsum nomẽ Philosophiæ si A consideretur, rem magnam totóque animo appetendam significat. Siquidem Philosophia est amor studiúmque sapientiæ. Ideo cautissime Apostolus ne ab amore sapientiæ deterrere videretur, subiecit. Et elementa huius mundi. Sunt enim qui desertis virtutibus, & nescientes quid sit Deus, & quanta maiestas semper eodem modo manentis naturæ, magnum aliquid se agere putant, si vniuersam istam corporis molem, quam mundum nuncupamus, curiosissimè intentissiméque perquirant. Vnde & tãta superbia gignitur, vt in ipso cœlo, de quo sæpe disputant, sibimet habitare videantur. Reprimat igitur se anima ab huius vage cogitationis cupiditate, si se castam Deo seruare disponit.

In epistola secũda ad Consentium. Quia per stultitiam prædicationis placuit Deo facere saluos credentes: quoniam quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. B Hoc quibusdam Philosophorum & Oratorum, non veram viam, sed verisimilem sectantibus, & in ea seipsos aliósque fallentibus, persuaderi non potuit: quibusdam verò eorum potuit. Et quibus potuit, neque scandalum est Christus crucifixus, neque stultitia: in his enim sunt, quibus vocatis Iudæis & Græcis, Dei virtus est & Dei sapientia. In qua via, id est, in cuius crucifixi fide, qui eius rectitudinem per Dei gratiã comprehendere potuerunt, etsi Philosophi appellati sunt, siue Oratores, profecto humili pietate confessi sunt, sibi longe excellentius in eam fuisse præuios piscatores, non solùm credendi firmissimo robore, verum etiam intelligendi certissima veritate. Cum enim didicissent, ad hoc electa stulta esse mundi, & infirma vt fortia mũdi C & sapientia confunderentur, séque cognouissent fallaciter sapere, & imbecilliter præualere: confusi, salubriter facti sunt stulti & infirmi, vt per stultum & infirmum Dei, quod sapientius & fortius est hominibus, inter electa stulta & infirma fierent veraciter sapientes, & efficaciter fortes.

PIETAS. Super Psalmum quinquagesimum quartum. Piè viuere in Christo est, vt pertineat ad viscera tua quod ait Apostolus, Quis infirmatur & ego non infirmor? qs scandalizatur &c. Pietas est rogare pro reis. In epist. secunda ad Macedonium, epistola liiij. Non est iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuinctus, qui propterea est criminis D persequutor, vt sit hominis liberator. Morũ porrò corrigendorum nullus alius quam in hac vita est locus est. Nam post hãc quisque id habebit, quod in hac sibimet cõquisierit. Ideo compellimur humani generis charitate interuenire pro reis, ne istam vitam sic finiant per supplicium, vt ea finita, non possint finire supplicium. Tamẽ infra ibid. Considerata infirmitate communi, & accusatoris dolor, & iudicatoris rigor frangitur.

Sed dicit lib. de verbis Apostoli, ser. xiiij. Quicquid potest faciat pietas, quia diligentia non erit impietas. Lib. ij. de ciuitate Dei, capite v. Sine vera pietate & religione omne, quamuis laudabile

bile ingenium, superbia vanescit & decidit.

PINGVEDO. Super Psalmũ lxij. Habet quandam pinguedinem suam anima nostra. Est enim quædam saturitas pinguis sapientiæ. Animæ enim quæ carent sapientia macræ sunt & ideo ita exiles fiunt, vt in omnibus operibus bonis cito deficiant. Quare citò deficiũt in operibus bonis? Quia non habent pinguedinẽ saturitatis suæ. Audi Apostolum de pingui anima, præcipientẽ vt quisque bene operetur. Quid ait? Hilarem enim datorem diligit Deus. Pinguis anima, vnde esset pinguis, nisi à Domino saturaretur? Et tamen quantumlibet hîc sit pinguis, q̃d erit in illo futuro sæculo quo nos pascet Deus? Interim in hac peregrinatione quid erimus tunc, nec dici potest.

PISCIS. Libr. iij. super Gene. Nonnulli putauerunt non animam viuam, sed reptilia animarum viuarum pisces esse appellatos: eo quod eis memoria nulla sit, nec aliqua vita velut rationi vicinior. Sed fallit eos experientia minor. Nam quidam scripserunt, quemadmodum animaduertere potuerunt, in viuariis piscĩũ multa miranda. Sed etiam si forte falsa scripserunt, memoriam tamen pisces habere certissimũ est. Quod ipse sum expertus, & experiantur q̃ possunt & qui volunt. Nam fons quidam magnus Bullensium regionum, ferè plenus est piscium. Solent autem homines desuper intuentes eis aliquid iacere, quod sibi vel præripiant confluẽtes, vel inter se diripiant concertantes. Quo pastu assuefacti, deambulantibus super oram fontis hominibus, ipsi quoque cum eis congregatim natãdo eũt & redeũt, expectantes vt aliquid iactent, quorum præsentiam sentiunt. Non ergo nulla memoria, vel sensus tardior animæ inest piscibus. Christus dicitur piscis. Super Ioannem. Viderunt prunas superpositas & piscem & panem. Piscis assus, Christus est passus. Ipse est panis qui de cœlo descẽdit. Pisces dicũtur homines. Super Psal. lxiiij. Mare in figura dicitur sæculum hoc, salsedine amarum, procellis turbulẽtum, vbi homines cupiditatibus peruersis & prauis facti sunt velut pisces se inuicem deuorantes. Attendite mare malum, mare amarum, fluctibus sæuum. Attendite qualibus hominibus plenum sit. Quis optat hæreditatem, nisi morte alterius? Quis optat lucrum, nisi damno alterius? Quam multi aliorum defectione cupiunt sublimari? Quã multi vt emant optant alios vendere res suas? Quomodo se inuicem opprimunt, & qui possunt deuorant? Et cum deuorauerit vnus piscis maior minorem, deuoratur & ipse à maiori. O piscis male, prædam vis de paruo, præda efficieris magno. Quotidie ista eueniunt, ante nos sunt: videmus illa, horreamus illa. Quod Christus elegit piscatores. In sermone decimo quarto, de Apostolis Petro & Paulo. Si prius à Christo diuites vocarentur, putarent ac dicerent, non electam nisi opulẽtiam, facundiam, eloquentiæ doctrinam, scientiæ splendorem, nobilitatis generositatem, regalem potestatem: atque ita temporalibus & sæcularibus fœlicitatibus tumidi, plus Christo auferrẽt, eo quod videretur eis reddere non donare, quod futuri essent gratia Dei: nec intelligerent, nec tenerent, quantũ nunc modo melius, quantum ordinatius, prius erexit de terra inopem, & de stercore exaltauit pauperem, vt collocaret eum cum potẽtibus populi sui: vt munus intelligẽtiæ & doctrinæ non solùm esset, sed etiam nõ nisi ex Deo esse appareret. Cũ quãta lætitia, & quãta cũ Dei gloria pius intuetur ab animo piscatoris contemni opes imperatoris: aut fũdi preces imperatoris ad memoriam piscatoris: vt nec ille ex eo quod non habebat iaceret, nec iste ex eo quod habuit superbiret? In tractatu de consonantia Matthæi & Lucæ de generationibus Christi. Ille qui discipulos suos fecit piscatores hominum, intra retia sua omne genus authoritatis inclusit. Si multitudini credere est, quid copiosius Ecclesia in toto orbe diffusa? Si diuitibus credendum est, attendant quod diuites cepit. Quod si pauperibus credendum est, attendãt pauperum millia. Si nobilibus, intus iam penè tota nobilitas. Si regibus, videant omnes subditos Christo. Si eloquentioribus & prudentioribus, intueantur quanti oratores, quanti periti, quanti philosophi mundi ab illis piscatoribus irretiti sunt, vt ad salutẽ de profundo detraherentur, cogitãtes eum, qui magnũ malum animæ humanæ. i. superbiam, suæ humilitatis exemplo sanare descendens, infirma mundi elegit &c.

PISCATOR. Libro de fide & operibus. *Cap. 17. Tom. IIII.* Piscatores illa Euangelica similitudine, Episcopi, vel inferioris ordinis Ecclesiarũ præpositi, intelligendi sunt: quia dictum est, Venite & faciam vos fieri piscatores hominum. Retibus enim bonis capi possũt pisces boni & mali: Retibus autem malis capi non possũnt pisces boni. Quoniã in bona doctrina, & bonus potest esse qui audit & facit: & malus qui audit & non facit. In doctrina verò mala, & qui eam verã putat, quamuis ei non obtemperet, malus est: & qui obtemperat peior est.

PLACERE. Super Psal. xxxij. sermone primo. *Tom. VIII.* Breue præceptum est, Ille placet Deo, cui placet Deus. Ideo mali errãt, & Deũ esse negant credentes mala placere Deo. Super Psã. lij. Rarum genus hominũ est, qui dicãt in corde suo: Non est Deus. Sed hoc vero intellectu discusso, inuenitur in pluribus. Prodeant in mediũ qui male viuũt, inspiciamus facta flagitiosorũ facinorosorũ & sceleratorũ hominũ, quorũ magna turba est; qui fouent quotidie peccata sua, qui factis in consuetudinem versis, etiam verecundiam perdiderunt. Hæc tanta hominum multitudo est, vt inter eos positum corpus Christi, vix audeat reprehendere, quod non cogitur amittere: & pro magno sibi putet seruari integritatem innocentiæ, ne faciat quod culpare iam per consuetudinem, aut non audeat, aut si ausus fuerit, facilius erumpat reprehensio & reclamatio eorum qui malè viuunt, quam vox libera eorum qui bene viuunt. Et isti tales sunt, vt dicãt in

corde suo, Non est Deus: quia facta sua Deo placere arbitrantur: & qui putant Deo placere facta mala, nõ putãt eũ Deũ. Si enim Deus est, iustus est: si iustus est, displicet iniustitia ei, displicet iniquitas. Tu autem cum putas ei placere iniquitatem, negas Deum. Si autem Deus est cui displicet iniquitas, tibi autem non videtur Deus cui displicet iniquitas: non est autẽ Deus nisi cui displicet iniquitas. Cum ergo dicis in corde tuo, Fauet iniquitatibus meis Deus: nihil aliud dicis quam, nõ est Deus.

Quaest. 36. Tom. IIII. Non est placendum malis sed bonis. Libro octogesimo tertio quæstionum. Pudendũ est, eis velle placere, quos nolis imitari. Aut enim mali sunt, & nihil magnum est à malis laudari: aut boni sunt, & eos oportet imitari.

Tom. V. Nec placere quis debet sibiipsi. Libro quinto de ciuitate Dei, capite vigesimo. Nec se à ventosæ gloriæ fœditate defendunt, qui cum aliena spernant iudicia, velut gloriæ contemptores, sibi sapiẽtes videntur, & sibi placent. Nam eorum virtus, si tamen vlla est, alio modo quodam humanæ subditur laudi. Neque enim ipse qui sibi placet homo non est. Qui autem vera pietate in Deũ quẽ diligit, credit, & sperat, plus intendit in ea, in quibus sibi displicet, quam in ea, si qua in illo sunt, quæ non tam ipsi quam veritati placent. Neque id tribuit, vnde iam potest placere, nisi eius misericordiæ, cui metuit displicere: de his sanatis gratias agens, de illis sanandis preces fundens.

Cap. 19. Tom. IIII. Conandum est placere Christo, sicut sponsa sponso. Libro de sãcta viduitate. Quicquid intentionis animi etiã in iis rebus impenditur, quibus placendum esset viro, colligere quodã modo & redigere debet innupta Christiana in eam intentionem qua placẽdum est Domino: & videre cui placeat quæ Domino placet: & vtique tãto est beatior, quanto plus ei placet. Placete itaque tota intentione specioso forma præ filiis hominum. Eius enim gratia illi placetis, quæ diffusa est in labiis eius. Placete illi ea quoque parte cogitationis quæ occuparetur vt placeretur viro. Placete illi qui displicuit mundo vt placentes ei liberarẽtur ex mundo. Hunc enim speciosum forma præ filiis hominum viderunt homines in cruce passionis, & non habuit speciem neque decorem, sed facies abiecta & deformis positio eius. Ex hac tamen deformitate redẽptoris nostri manauit pretium decoris nostri, sed decoris interioris: Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinsecus. Hac pulchritudine illi placete. Hanc pulchritudinem studiosa cura & solicita cogitatione cõponite. Non amat ille fallaciarum fucos, veris veritas delectatur: & ille veritas vocatur. *Ioan. 14.* Ego, inquit, sum via veritas & vita. Currite ad illum per illum, placete illi ex illo, venite in illo cum illo, in illo de illo. Affectibus veris & sanctissima castitate à viro tali amate amari.

Tom. II. Epist. 109. Sed vt vir hoc similiter debet, ideo in regula. Illi ergo vir sanctus timeat displicere, ne velit fœminæ malè placere. Illum cogitet omnia videre ne velit fœminæ malè videri. Vnde libro decimo confess. Si qua placent corpora, Deum ex illis lauda, & in artificẽ eorum retorque amorem, ne in iis quæ tibi placẽt, tu displiceas. Si placent animæ, in Deo amentur: quia & ipsæ mutabiles sunt, & in ipso fixæ stabiliuntur: Alioquin irent & perirent. In illo ergo amentur, & rape ad eum tecum quas potes, & dic eis, Hunc amemus, ipse fecit nos, & nõ est longe: Ecce ibi est, vbi sapit veritas. Intimus cordi est, sed cor errauit ab eo. Redite præuaricatores ad cor, & adhærete illi qui fecit vos. State cum eo, & stabitis: requiescite in eo, & quieti eritis.

PLAGAE. Vita præsens dicitur plaga. Super Psal. cxxij. In hac vita vapulamus: & tota vita ista mortalis plaga nostra est. Et infra. Omnis vita tua super terram plagæ tuæ sunt quandiu viuis in terra, siue fœliciter, siue in aliqua tribulatione constitutus. Clama, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Sed de plagis Aegypti require supra, cap. Aegyptus. Et quid significent, dicit super Psal. lxxvij. Iudicet lector & auditor vt iustum est. Aqua in sanguinem conuersa, mihi videtur significare de rerum causis sentire carnaliter. Cynomyia, canini mores sunt: qui nec parentes quando nascuntur vident. Rana, est loquacissima vanitas. Rubigo occulte nocet quam etiam; æruginem nonnulli interpretati sunt, alij caniculam: quod malum cui vitiorum aptius comparetur, nisi quod difficilimè apparet, sicuti est multum de se fidere? Aura est enim noxia, quæ hoc in fructibus latenter operatur, sicut in moribus occulta superbia: quãdo se quisquam putat aliquid esse, cum nihil sit. Locusta est malitia ore lædens: infideli. s. testimonio. Grando, est iniquitas res alienas auferens, vnde furta, rapinæ, deprædationésq; nascũtur: Plus autẽ vitio suo vastatur ipse vastator. Pruina significatur vitium quo charitas proximi stultitiæ tenebris velut nocturno frigore congelascit. Ignis verò si non ille hîc commemoratur qui erat in grandine ex fulgurantibus nubibus, quoniam hic dixit; Tradidit possessionem eorum igni: vbi eã significat vtique incensam, quod ignis ille fecisse non legitur: immanitatem ergo iracundiæ mihi videtur significare, qua & homicidium admitti potest. Morte pecudum figuratum est, quantum arbitror, damnum pudicitiæ. Concupiscentiam quippe qua fœtus exoritur, communem cũ pecoribus habemus. Hanc itaque habere edomitam & ordinatam pudicitiæ virtus est. Mors primitiuorum, est amissio ipsius iustitiæ, qua quisq; humano generi socialis est. Sed siue ita se habeãt harum figuratæ significationes, siue aliter melius intelligantur: quem non moueat quod decẽ plagis percutiantur Aegyptij, & decem præceptis scribantur tabulæ, quibus regatur populus Dei?

Vnde hoc deducit in sermone de decem præceptis, & decem plagis in hæc verba. Nõ est mirum, dilectissimi, quod præceptorũ legis Dei numerus, numerum plagarũ quibus Aegyptus percutitur exæquare videtur. Nam sicut sunt decem præcepta legis, quibus ad Dei cultum populus Christianus admonetur: ita decem plagæ, quibus sup

superbia Aegyptiorum affligitur. Ideo sine dubio ibi decem præcepta, hîc decem plagæ numerantur, quia in illis erant vulnera, & in istis medicamenta. Et opus erat vt tam periculosis decem plagarum vulneribus, decem præceptorum medicamina subuenirent. Vnde rogo fratres nolite hoc otiose accipere: quia si auxiliante Deo diligenter attenderitis, poteritis agnoscere decē illa præcepta, decē illis plagis per ordinem contraria. Nam de primo præcepto prima plaga percutitur. De secundo secunda, & sic deinceps. Primū præceptum in lege, est de vno Deo: Non erunt, inquit, tibi dij alieni præter me. Prima plaga Aegypti, est aqua conuersa in sanguinem. Compara primum præceptum primæ plagæ. Deum vnū, ex quo sunt omnia, in similitudine aquæ accipe, ex qua generantur vniuersa. Sanguis ad rem mortalem pertinet. Aqua in sanguinem vertitur: quia sensus Aegyptiorū obscurus & tenebrosus efficitur. Et iusto Dei iudicio efficitur vt de illo fluuio sanguinem biberent, in quo Hebræorum pueros necare consueuerant. Quid est conuersio aquæ in sanguinem: nisi quia illi qui Deum credere noluerunt, sicut dicit Apostolus, obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapiētes, stulti facti sunt? Secundum præceptum est, Nō accipies nomen Dei tui in vanum. Nomen Domini nostri Iesu Christi veritas est. Ipse dixit, Veritas ego sum. Qui accepit nomen Dei sui in vanū non mundabitur. Ergo veritas mundat, vanitas inquinat. Videamus huic secundo præcepto contrariam plagam. Secunda plaga est ranarum abūdantia. In ranis hæretici & Philosophi intelligūtur. Habes congruam significationem in ranis, per Philosophorum & hæreticorum vanitatē, si consideras ranarum loquacitatem. Nam qui de Christo falsa dicunt, ranæ sunt clamātes in limosis paludibus. Superbiam enim, iactantiam, contentionem & crepitū vocis habere possunt. Qui enim Christianæ veritati contradicunt, & in sua vanitate decepti sunt: ranæ sunt tædium afferentes auribus, non cibum mentibus. Tertium præceptum est obseruare sabbatum. Memento, inquit, diem sabbati sanctificare. In isto præcepto insinuatur quædam vacationis indictio: videlicet requies cordis, tranquillitas mentis, quā facit bona conscientia. Ibi est sanctificatio, quia ibi est spiritus Domini. Super quē, inquit Dominus per Prophetam, requiescam, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? Rixarū ergo amatores & calumniarum seminatores inquietudine sua non admittunt quietem sabbati spiritualis. Sabbatum enim spirituale non obseruant, nisi illi qui ita se tēperate operibus terrenis accōmodāt, vt tam lectioni quàm orationi, & si nō semper, certè vel frequēter insistāt: secundum illud Apostoli, Attende lectioni & doctrinæ. Et iterū, Sine intermissione orate. Qui enim tales sunt quotidie & spirituale sabbatū colūt: qui verò inquieti sunt, iugiter terrenis actibus implicātur, de quibus scriptū est, Impedimēta mūdi fecerūt eos miseros, & sabbatū. i. requiē habere non

A possunt. Cōtra istorū inquietudinē dicitur, vt tāquā sabbatū in corde & sanctificatione spiritus Dei habeant. Tu, inquit, esto mansuetus ad audiēdū verbū Dei, vt intelligas. Cessa ab inquietudine † tua, non sit tumultus in corde tuo per contentiones † tumultuātis phātasmatis, ad similitudinē muscarū inquietantiū te. Quando enim intellecturus es dicentē tibi, Vacate & videte quoniam ego sum Deus? Et per inquietudinē vacare non vis, contentionúmque tuarū excoquatur corruptione cæcatus quod exigitur, videre nō potes. Attendite plagā huic præcepto contrariā. Cinipes natæ sunt in terra Aegypti, muscæ minutissimæ inquietissimæ & inordinatè volantes, non B permittētes homines quiescere: dū abigūtur, iterū irruūt: dū expulsę fuerint, iterū redeūt. Quales istæ muscæ, tales homines inquieti, q. sabbatū spiritualiter obseruare. i. bonis operibus studere, lectioni vel orationi insistere nolunt. Talia vtique sunt phātasmata contentiosorū. Quomodo enim corpus humanū ab istis muscis affligitur, ita cor istorū diuersis cogitationibus inquietatur atque cōpūgitur. Tenete præceptū, cauete plagā. Quartum præceptum est, Honora patrem tuū & matrem tuam. Huic contraria est quarta plaga Egypti κυνομυῖα, i. musca canina: Græcū enim vocabulum est. Qui enim parentes honorare dissimulat, musca eum canina. i. diabolica nequitia affligit. Nihil enim tam caninū, quam cū illi qui genuerunt non agnoscuntur. Quintū est, Non mœchaberis. Quinta plaga, est mors in pecora. Omnis enim qui aut vxore ꝓpria intēperatè, excepto C filiorū desiderio vtitur: aut certè quod est grauissimū crimen, qui aut vxori, aut filiæ alienæ aut ancillæ insidiatur: victus cupiditate bestiarū, tanquā amisso homine, erit pecus. Nō quasi cōuersus in naturā pecoris, sed in forma hominis habens similitudinē pecoris, dū nō vult audire Deū dicentē, Nolite fieri sicut equus & m. q. nō est intellectus. Et illud, Homo cū in honore esset nō intel. compara. est iu. insi. & si. f. est illis. Sed si pecus esse nō times, mori sicut pecus time. Sextū præceptū est, Nō occides. Sexta plaga est, pustulæ in corpore & vesicæ bullientis & scaturientis incēdia vlcerū velut de fauilla fornacis. Tales sunt aīæ homicidales: ardent ira, & per irā homicidarum fraternitas perit. Ardēt enim homines iracūdia, ardēt & gratia. Nā & qui vult subuenire, feruet: D & q. vult occidere feruet: ille præcepto, iste morbo: ille bonis operibus, iste saniosis vlceribus. O si possemus videre animas homicidarū, sine dubio plus plangeremus quā vidētes putrescētia corpora vlceratorū. Septimū præceptū est, Nō furaberis. Et plaga septima, est grādo in fructibus. Quod enim per furtū cōtra præceptū subducit, de cœlo perdit. Nemo enim habet iniustū lucrū sine iusto dāno. Verbi gratia, Qui furatur, acquirit vestē: sed cœlesti iudicio perdit fidē. Ibi lucrum, ibi dānū. Visibiliter lucrū, inuisibiliter dānū. Lucrū sua cæcitate, dānū quia iam viuit sine ęquitate. Ergo qui suo malo desiderio furātur forinsecus, iusto Dei iudicio grandinātur intrinsecus. O si po

Eccl. 5. † Aliàs, niquitate. † Aliàs, corruptionē volātis phātas. 3. Plaga. 4. Præcep. cap. 4. 4. Plag. 5. Præcept. cap. 5. 5. Plag. Psal. 13. Psal. 48. 6. Præcept. cap. 6. 6. Plag. 7. Præcept. cap. 7. 7. Plag.

ſent fures & raptores aſpicere agrũ ſui cordis, ꝓfecto lugerent & plangerent, dũ ibi non inuenirent quod in os animæ mitterent, etiã ſi inuenirẽt quod gutturis ſuauitate ſorberent. Maior fames eſt animę & periculoſior quã corporis: quia grauior eſt mors animæ quam corporis. Et quod peius eſt multi per iſtam famem animæ mortui ambulant, & viuentes portant funera ſua. Viuere quidem videntur in corpore, ſed malis actibus mortui probantur in anima. Et multi in anima ſunt famelici, & de vanis diuitiis gloriantur. Denique Chriſtianum bonum ſcriptura intus eſſe diuitem dicit. Abſconditus, inquit, corde theſaurus, homo qui eſt ante Deũ diues. Nõ dicit, ante homines: ſed ante Deũ: vbi Deus videt. Quid ergo tibi prodeſt ſi homo non videt te furari vbi Deus te videt? Iuſto iudicio grandinaris. Octauũ præceptum, Falſum teſtimonium non dices. Octaua plaga, eſt locuſta. Locuſta enim eſt animal dente noxium. Quid autem vult falſus teſtis, niſi nocere mordendo & conſumere mẽtiẽdo? Ideo dicit Apoſtolus de talibus. Siquidem mordetis & comeditis inuicẽ, videte ne ab inuicẽ conſumamini. Nonum præceptũ eſt, Nõ concupiſces vxorẽ proximi tui. Nona plaga eſt, denſæ tenebræ. Si enim peccatũ eſt vxorẽ propriam, excepta cauſa prolis, cognoſcere: quale putas peccatũ eſt alienã appetere? Verè denſæ tenebræ ſunt. Nihil enim ſic dolet in corde patientis, quomodo ſi vxor illius appetitur: & qui hoc facit alteri, nihil tale voluiſſet pati. Alia mala ſolent homines patienter excipere: hoc autem neſcio vtrum vnquam aliquis inueniri potuerit, qui tolerabiliter ferret. O quam denſas tenebras patiũtur qui talia concupiſcũt & talia faciũt. Verè excæcantur furore horribili. Furor enim indomitus eſt, alienã vxorem cõmaculare velle atque polluere. Decimũ præceptũ eſt, Non concupiſces res proximi tui. Huic præcepto contraria eſt decima plaga. Mors primogenitorũ. Omnes res quas habent homines primogenitis ſeruant hæredibus. Qui volunt res alienas tanquã iuſtè poſſidere, hæredes eſſe quærunt. Tu laudas iniuſtè poſſidentẽ, Deus damnat iniuſtè concupiſcentẽ. Vides qualis es qui optas te ab aliquo hæredẽ fieri. Nõ ergo vis vt habeat ſuos hæredes, in quibus vel eſt charius primogenitis. Proinde in tuis punieris: qui concupiſcendo res alienas, quæ nullo tibi iure debẽtur, quaſi res ꝓprias† perquiris. Perdis ergo primogenita tua. Et facilè quidem fratres corporaliter perdere primogenitos: mortales enim ſunt homines, ſiue ante parẽtes, ſiue poſt parẽtes moriãtur. Iſtud moleſtũ eſt, ne per hãc iniuſtã cõcupiſcentiã primogenita cordis tui perdas. Primogenita cordis noſtri eſt fides noſtra. Nemo enim bene operatur, niſi fides præceſſerit. Omnia enim opera tua, filij tui ſpirituales ſunt: ſed inter iſtos tibi primogenita eſt fides. Quicũque rẽ alienã occultè concupiſcit, internã fidẽ perdit. Erit enim primũ ſine dubio ſimulator obſequẽs, nõ charitate, ſed fraude: veluti amans eũ à quo ſe cupit fieri hæredẽ. Amare ſe dicit eum quem mori deſiderat, & vt rerũ eius ſe videat poſſeſſorẽ, optat vt propriũ non relinquat hæredẽ. Hæc fratres cõparatio, & quodã modo cõtrarietas decẽ præceptorũ & decem plagarum, cautos nos faciat: vt habeamus ſecuri res noſtras in præceptis Dei. Res, inquã, noſtras interiores, in cõſciẽtia noſtra repoſitas: ipſæ ſunt theſauri noſtri, quos nobis nec fur, nec latro, nec vicinus malus poterit aliquãdo auferre, vbi nec tinea, nec ęrugo, nec rubigo eſt metuẽda. Iſtæ veræ diuitiæ. i. bona conſcientia, iuſtitia, miſericordia, caſtitas, atque ſobrietas. Qui talibus rebus eſt plenus, diues eſt, etiam ſi de naufragio nudus euaſerit. Si hæc diligenter attenditis, & quæ ſunt mala fugere, & quæ ſunt bona volueritis Deo auxiliante exercere, eritis populus Dei: & de iniqua Aegyptiorum ſocietate. i. ſpiritualium perſequutionum liberati, ad terram promiſsionis poteritis fœliciter peruenire.

Margin notes (left column): 8. Præcept. cap. 8. — 8. Plag. — Gal. 5. — 9. Præcept. cap. 9. — 9. Plag. — 10. Præcept. cap. 10. — 10. Plag. — † Aliàs, quaſi iuris vmbrã perquiris. (Right margin: Cap.)

PLATEA. Super Pſal. cxviij. ſerm. x. Platea quippe, de verbo Græco à latitudine nomẽ accepit, quoniam Græcè πλατὺ dicitur latum. *Tom. VIII.*

PLENITVDO. Super Pſal. lxxij. Cũ autẽ venerit plenitudo tẽporis &c. Ipſa eſt plenitudo tẽporis, quando venit ille tẽporalia docere contẽni, non habere magnũ quicquid male homines cupiũt, pati q̃cq̃d male homines metuunt. Factus eſt via, reuocauit ad cognitionẽ intimã, admonuit quid à Deo quærẽdum eſſet. *Tom. VIII. Gal. 4.*

PLVVIA. Quia pluuia ſignificat ſcripturã, ideo dicit ſuper Pſal. x. Eadẽ ſcriptura, cũ bene intelligitur, fœcũdat pectora piorũ atque fideliũ: cũ verò malè, pluit ſuper peccatores laqueos. Sicut exẽpli gratia, quod ſcriptum eſt, Erũt duo in carne vna: ſi ad libidinẽ quiſq; interpretetur, laqueũ pluit ſuper peccatores. Si autẽ intelligat ſicut ille q̃ agit. Ego autẽ dico, in Chriſto & in Eccleſia: imbrẽ pluit ſuper fertilẽ terrã. *Tom. VIII.*

In ſerm. de Iacob & Eſau. Sermo Dei de cœlo venit, & irrigat. Sed quis irriget, & quod irriget attẽde. Nã illos irrigat & illos. i. malos & bonos: ſed illi mali pluuiã conuertunt in radicem ſpinarũ, illi autẽ boni ad effectũ bonũ pluuiã trahunt. Nam ſimul pluit Dominus ſuper ſegetẽ, & ſuper ſpinas: ſed ſegeti pluit ad horreũ, ſpinis ad ignẽ, tamen vna eſt pluuia: Sic & verbũ Dei omnes compluit. Videat quiſque quo trahat pluuiã. Si eam trahit vt generet ſpinas, nũquid ideo pluuia Dei accuſanda eſt? Antequã veniat ad radicẽ, dulcis eſt pluuia illa. Dulce eſt verbũ Dei donec veniat ad cor malũ, quod ad fraudẽ pluuiã Dei cõuertat, & ad hypocriſim. Qui cõuertit radices malarum concupiſcentiarũ ad peruerſitatẽ & deprauationes ſuas, incipit quidẽ generare ſpinas, ſed de pluuia bona. Super Pſal. xcviij. Quicquid loquimur in nomine Dei, quaſi imber eſt Dei loquẽtis per nos. Videte vos qualis terra ſitis. Nã quãdo pluuia venit ſuper terrã, ſi bona terra eſt, fructus bonos parit: ſi mala eſt, ſpinas parit: Pluuia tamẽ dulcis eſt, & ſuper fructus, & ſuper ſpinas. Qui iſtis verbis auditis peior factus fuerit, & ſpinas de pluuia germinauerit: ignẽ ſperet, pluuiã nõ accuſet: [illegible] *Tom. V.* *Tom. VIII.*

qui

qui autẽ melior factus fuerit, & fruges de bona terra germinauerit, horreũ speret, pluuiã laudet. Aut quid sunt nubes, aut quid est pluuia: nisi Dei misericordia omnia facientis circa eos quos diligit, & quibus donauit vt ab eis diligatur?

POETA. Poëtæ minus boni sunt quã Philosophi. Ideo li. vj. de ciu. Dei, dicit allegãdo Varronẽ. Maior societas debet esse nobis cũ Philosophis, quã cũ Poëtis. Et ꝓbat hoc, Lib. ij. eius. cap. viij. Scenici ludi, & comœdiæ, & tragœdiæ, hoc est, fabulæ Poëtarũ, agẽdæ in spectaculis multarũ rerũ turpitudine, sed nulla saltẽ sicut multa alia verborum obscœnitate cõpositæ: quas etiã inter studia quæ honesta ac liberalia vocãtur, pueri legere & discere coguntur à senibus. Eod. lib. ca. xiiij. Cicero cum de Poëtis ageret, Quas, inquit, illi obducũt tenebras? Quos inuehunt metus? Quas inflammant cupiditates?

B

Et ideo dicit ibid. Plato, cũ ratione formaret, qualis esse ciuitas debeat, tanquam aduersarios ciuitatis Poëtas censuit vrbe pellendos. Potius agendũ est. vt dicit Lib. xiij. contra Faustũ. Si q̃d veri de Deo Sibylla, vel Orpheus, aliiue gentiũ vates, aut Philosophi prædixisse perhibentur, valet quidẽ ad Paganorũ vanitatẽ reuincendã, non tamen ad istorũ authoritatẽ complectendã, cum illũ Deũ nos colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos congentiles populos ad idola & dæmonia colẽda partim docere ausi sunt, partim prohibere nõ sunt ausi. At illi sancti authores nostri eũ populũ, eam rẽpublicã tale regnũ imperãte Deo & adiuuãte, propagauerũt atque rexerunt, vbi sacrilegium esset, quod istis religio fuit. Quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem Angelorum, & confessionem dæmoniorum: tantum inter authoritatem Prophetarum, & curiositatẽ sacrilegorũ.

C

PONDVS. Super Psal. xxix. Pondera gemina sunt. Pondus enim est impetus quidam cuiusque rei velut conantis ad locum suũ: Hoc est pondus. Fers lapidem manu, pateris: pondus premit manum tuam, quia locũ suũ quærit: subtrahe manum, venit ad terram, quiescit in terra, peruenit quo tendebat in locum suum. Pondus ergo illud motus erat quasi spontaneus, sine anima, sine sensu. Sunt alia quæ sursum versus petunt locum, velut oleum subter aquã fusum pondere suo ad summa locũ suum quærit. Et ignis sursum fertur, cum locũ suum quærit. Sed mysticẽ de pondere loquitur. Lib. xiij. confess. Corpus pondere suo nititur ad locum suum. Pondus non ad ima tantum est, sed ad locum suum. Ignis sursum tendit, deorsum lapis. Ponderibus suis aguntur, loca sua petunt. Oleum infra aquam fusum, super aquam attollitur: aqua super oleum fusa, infra oleum demergitur. Ponderibus suis aguntur, loca sua petunt. Minus ordinata, inquieta sunt: ordinantur, & quiescunt. Pondus meum, amor meus: eo feror, quocunque feror. Dono tuo Deus accendimur, & sursum ferimur: inardescimus, & imus. Ascendimus ascẽsiones in corde, & cantamus canticum graduum. Igne tuo bo

D

A no inardescimus & imus, quoniam sursum imus ad pacem Hierusalem. Lib. xj. de ciuitate Dei, cap. xxviij. Velut amores corporum momenta sunt ponderum, siue deorsum grauitate, siue sursum leuitate nitantur. Ita enim corpus pondere, sicut animus amore fertur quocunque fertur. *Tom. V.*

In epist. ad Hilarium prima. Animus quippe velut pondere amore fertur vt quocunque fertur. Iubemur itaque detrahere de pondere cupiditatis, quod accedat ad pondus charitatis, donec illud consumatur, hoc perficiamur. In sermone tertio, de ascensione. Facilẽ corpus leuabitur ad alta cœlorum, si spiritum non premat sarcina peccatorum. *Tom. II. Epist. 89.*

POPVLVS. Lib. ij. de ciuitate Dei, cap. xxj. & lib. iij. eiusd. Populus, est cœtus multitudinis iuris consensu & vtilitatis cõmunione sociatus. Lib. xix. eiusd. ca. xxiiij. Populus est cœtus multitudinis rationalium creaturarum, & eorum quæ diligit concordi communione sociatus. Non absurdẽ hoc populus nuncupatur: tanto vtique melior quanto in melioribus: tantóque deterior, quanto consors in deterioribus. De merito deuoti populi. Lib. ij. contra epistolã Parmeniani. Verba bona quę pro populo dicuntur in precibus, etiam si à malis dicantur Episcopis, exaudiuntur tamen: non pro peruersitate præpositorum, sed pro deuotione populorũ. *Tom. V. Tom. eod. Tom. VII.*

In serm. ij. de Rebecca. Duo populi collidũtur, humiles. s. & superbi, casti & adulteri, mansueti & iracundi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Boni enim lucrari volunt malos, mali verò extinguere cupiunt bonos. Bonorum desiderium est, vt qui mali sunt, corrigantur: malorũ verò, vt qui boni sunt consumantur. Vnum est genus piorum, aliud impiorũ. Piorum genus ad cœlũ erigitur per humilitatem: genus impiorum in infernũ demergitur per elationẽ. Lib. iiij. cõtra epistolas Pellagianorum. Allegans Cyprianũ in epist. ad Romanum dicentem de populo damnatorum sic. Ponat vnusquisque ante oculos suos diabolum cum suis seruis. i. cũ populo perditionis ac mortis in mediũ prosilire, plebem Christi præsente ac iudicante ipso comparationis examine prouocare dicentem, Ego pro istis quos mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec sanguinem fudi, nec familiam meam pretio passionis & cruoris redemi, sed nec regnum illud cœleste promitto, nec ad Paradisum restituta immortalitate denuo reuoco. *Serm. ser. 4. post Domin. 2. quadrag. ord. serm. de temp. 78. Tom. X. Cap. 8. Tom. VII.*

PORTA. Beata virgo dicitur porta. Libro de duabus natiuitatibus Christi. Porta clausa, est signaculum pudoris, & immaculatæ carnis integritas virginis. Non enim est violata partu, quæ magis est sanctificata conceptu. Ecclesia dicitur porta cœli. In sermone. v. de resurrectione Domini. Paradisi porta, cũ sit semel aperta, nunquam credentibus clauditur. Et cũ ex eo tẽpore quo passus est Dominus vsq; in præsentem diẽ, hæc porta esset reserata, clausa est peccatoribus incredulis, reserata est iustis

& credentibus. Per hanc portam ingressus est Petrus, per hanc ingressus est Paulus, per hanc omnes sancti martyres intrauerunt, per hanc quotidie de mundo iustorum animæ ingrediūtur. Quę enim sunt portæ Paradisi, portæ Ecclesię? Quam cum intramus, portam Paradisi ingredimur: in qua ita viuere debemus, ne extra eiiciamur, & foras eiecti à bestiis deuoremur. Addit in sermone & est eiusdem temporis. Per hanc portam ingressus est primus latro cum Domino. Habetote fiduciā, fratres, & vos sperate similia. Non dixit, Hæc porta Domini, & solū Apostoli & martyres intrabunt per eā, sed qui inter iustos Domini esse meruit, intrabit hanc portā: quia Dominus non quærit sanguinē cōfitentiū, sed fidē, pro qua sanguis effunditur. Si habuimus fidē quæ potest sanguinē effundere, imputabitur nobis sanguinis

Tom. VIII. effusio. Cupiditas dicitur porta. Super Psal. ix. Prauæ cupiditates sunt portæ mortis: quia per illas itur in mortem. Mors autem est iam ipsa lætitia mortis in perfruendo, cū quisque adipiscitur quod perditè cōcupiuit. Radix enim omniū malorū est cupiditas, & propterea est porta. Porta est bonum studiū. Ibid. Portæ filiæ Sion, sunt omnia optima studia, per quæ venitur ad visionē pacis in sancta Ecclesia. Portæ sunt sensus corporis. Ibid. An fortè mortis portæ sunt corporales sensus, vt oculi, q aperti sunt homini, cū de ligno vetito gustasset? Portæ sunt sacramēta Ecclesiæ. Ibid. Et portæ filiæ Siō, sunt sacramēta & initia fidei: quæ pulsantibus aperiuntur, vt perueniatur ad occulta Dei: Nō enim oculus vidit, nec auris audiuit &c. De porta inferni. Li. annotationū in Iob. c. xl. Inferni ianitores, aliquę inferiores potestates morti præpositæ, intelligēdi sunt.

Cap. 10. Tom. IIII. POSSESSIO. Possidere Deum, est possideri à Deo. Lib. de salutaribus documētis. Si aliquid in hoc sæculo possidere delectat, Deum qui possidet omnia, qui creauit omnia, expedit vt mēte possideamus: vt in eo habeamus quicquid fœliciter & sanctè desideramus.

Deus possessio nostra. Sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur ab eo, simus & nos ipsi facti Dei possessio, & efficietur nobis possessio Deus. Quid potest in mundo esse fœlicius, quā cui efficitur suus imperator & redemptor census, & hæreditas dignatur esse ipsa Diuinitas? Omnes enim ex illo fructus percipimus, si de illo, & in illo, & de illo semper viuimus. Quid ergo homini sufficit, cui ipse conditor non sufficit? Quid vltra quærit, cui omne gaudiū & omnia bona suus redemptor esse potest, vult & debet? Super Psal. x. Possessio Dei eris, & possidebis. Possessio Dei eris, & possessio tua erit Deus. Tu eris possessio eius, vt colaris ab eo: & ipse erit possessio tua, vt colas eū.

Cap. 16. Tom. IX. Lib. vel homil. de ouibus, versus finem. Possidet nos Deus, vt colat nos: & nos possideamus illum, vt colamus eum. Sed nos colimus tanquam Deum, ille nos colit tanquam agrum, vt fructū referamus. Ille colit nos vt fructū afferamus, nos eū colimus, vt fructū demus. Totū ad nos recurrit, ille enim nostri nō eget. Libr. lxxxiij. quæ-

A stionum. Possidet nos Christus, mortuo illo qui nos possidebat. Cum enim renūtiamus diabolo, morimur illi, & ipse nobis. Nemo iustè aliqd possidet nisi iustus. In epistola secunda ad Macedonium. Si prudenter intueamur quod scriptum est, Fidelis hominis totus mundus diuitiarū est, infidelis autem nec obolus: nonne omnes qui sibi videntur gaudere licitè conquisitis, eisque vti nesciunt, aliena possidere conuincimus? Hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur: hoc autem iure, quod iuste: & hoc iustè, quod bene. Omne igitur quod malè possidetur, alienum est: Malè autem possidet, qui malè vtitur. Cernis ergo quàm multi debeant reddere aliena, si vel pauci quibus reddantur, reperiantur: qui tamen vbi vbi sunt, tanto magis ista contemnunt, quanto ea iustius possidere potuerunt. Iustitiam quip-

B pe & nemo malè habet, & q non dilexerit nō habet. Pecunia verò & à malis malè habetur, & à bonis tāto melius habetur, quanto minus amatur. Sed inter hęc toleratur iniquitas malè habētiū, & quædam inter eos iura constituuntur, quæ appellantur ciuilia: nō quod hinc fiat vt bene vtentes sint, sed vt malè vtentes minus molesti sint: donec fideles & pij (quorum iure sunt omnia) qui vel ex illis fiunt, vel inter illos tantisper viuētes, malis eorum non obstringuntur, sed exercētur, perueniant ad illam ciuitatem, vbi hæreditas æternitatis est, vbi non habet nisi iustus *locum*, vbi non habet nisi sapiens principatum, vbi possidebunt quicunque ibi erunt verè sua. Super Psal. xlviij. serm. j. Ille possidet quæcunque habet, qui dominus est rerū suarū. Dominus autē est, q nō est irretitus cupiditate. Qui autē cupiditate tene-

C tur, possessus est, non possessor. Lib. j. contra epistolam Parmeniani. Nihil valent iuste possidere inimici iustitiæ. Iustus nō priuatè possidet, sed communiter pro omnibus. Lib. xv. de ciuitate Dei, ca. v. Non habebit istam possessionē, qui eam noluerit habere communem: Et tanto eam reperiet ampliorem, quāto amplius ibi potuerit amare consortē. Super Psal. Qui vult facere locum Domino, nō de priuato, sed de cōi debet gaudere. Intendat charitas vestra, q a propter illa quę singuli possidemus, existūt lites, inimicitiæ, discordiæ, bella inter homines, tumultus, dissensiones aduersum se, scandala, peccata, iniquitates, homicidia. Et hæc propter illa quæ singuli possidemus. Sed nunquid propter ista quæ communiter

D possidemus litigamus: Aërem istum cōmuniter ducimus, solem cōmuniter omnes videmus. Beati ergo qui sic faciunt locum Domino, vt priuato suo non gaudeant. Sed de prohibita possessione rerum Apostolis, dicit. Lib. secundo de cōsensu quatuor Euangelistarum. Et similem sententiam ponit, super Ioannem, sermo. cxxij Nolite possidere aurum neque argentum &c. Satis ostēdit hîc cur eos hoc possidere vel ferre voluerit: nō quod necessaria nō sint sustētationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hoc deberi mōstraret ab illis q bus ipsi Euāgeliū credētibus annūtiarent: tanquam stipendia militibus, tanquā

fructum

fructum vineæ plantatoribus, tanquam lac gregis pastoribus. Vnde Paulus dicit. Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu illius non edet? Quis pascit gregem & de lacte eius non percipit? Hic enim loquebatur de iis quæ necessaria sunt prædicatoribus Euangelij. Vnde paulò pòst dicit, Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Si alij potestati vestræ participant, nonne magis nos? Sed non sumus vsi hac potestate. Vnde apparet hæc non ita præcepisse Dominum tanquam Euãgelistæ viuere aliunde nõ debeant, quam eis præbentibus quibus annuntiant Euangelium: Alioquin contra hoc præceptũ fecit ipse Apostolus, qui victum de manuum suarum laboribus transigebat, ne cuiquam grauis esset: Sed potestatem dedisse in qua scirent ista sibi deberi. Cum autem à Domino aliquid imperatur, nisi fiat, inobedientiæ culpa est: Cum autem potestas datur, licet cuique non vti, & tanquã de suo iure cedere. Hoc ergo Dominus loquens discipulis suis, id agebat quod ipse Apostolus paulò pòst apertius ita explicat, Nescitis quoniam qui in templo operantur, quæ de templo sunt edunt: & qui altari seruiunt, cum altari compartiuntur? Sic & Dominus ordinauit iis qui Euangelium annuntiãt de Euangelio viuere. Ego autem nullius horum vsus sum. Cum itaque dicit ita Dominum ordinasse, se autem vsum non esse, vtique ostendit vtendi potestatem datam, non impositã seruiendi necessitatem. Hoc ergo ordinans Dominus quod eum ordinasse dicit Apostolus, Qui Euangelium annuntiãt, de Euangelio viuere: illa Apostolis loquebatur, vt tanquam securi nõ possiderent neque portarent huic vitæ necessaria, nec magna, nec minima. Ideo posuit, Nec virgã: ostendens à fidelibus suis omnia deberi ministris suis, nulla superflua requirẽtibus. Ac per hoc addendo, Dignus est operarius cibo suo: prorsus aperuit & illustrauit, vnde & quare hæc omnia loquebatur. Hanc ergo potestatem virgæ nomine significauit, cum dixit, ne quid tollerent in via nisi virgam tantum. Potuit enim etiã sic breuiter dici, nihil necessariorum vobiscum feratis, neque virgam, nisi virgam tantum: vt illud quod dictum est, Neque virgam: intelligatur, nec minimas quidem res. Quod verò adiunctum est, Nisi virgam tantum: intelligatur quia per potestatẽ à Domino acceptam quæ virgæ nomine significata est, quæ etiam non portantur non deerunt.

POSSIBILITAS. Quod vltra possibilitatẽ nemo tenetur. In ser. xij. quadr. Nihil à quoquam arduum, nihil asperum quæritur: nec aliquid à nobis quod vires nostras excedat, exigitur: siue in abstinentię castigatione, siue in eleemosynarũ largitate. Sinũtur enim agere singuli quod possunt: quod verò nõ possunt, ipsa non iubentur. Modulum suũ pẽsent, ipsi iusta & rationabili consideratione decernant, vt in sacrificiũ misericordiæ, quicquid oblatũ fuerit, nõ cũ tristitia Deo offeratur. Qđ impossibile videtur per naturã, fit possibile per gratiã. Require supra, ca. Dilectio. Nulla ratio est, qua Dei natura moriatur, aut corrumpatur, aut peccet. Et hoc, cum Deum dicimus non posse, nõ derogamus potestati eius, sed æternitatẽ veritatẽmque laudamus.

POTENTIA. De potẽtia Dei dicit. Super Psal. cxviij. sermo. xviij. Si operatoria Dei potẽtia rebus subtrahatur, intereunt: nec aliquid siue de mũdi elemẽtis, siue de genitoribus, siue de seminibus nascitur, si ea nõ operetur Deus. *Tom. VIII.* De potẽtiis animæ, dicit lib. de spiritu & anima. Animæ duplices actiones sunt. Alio nanque cõsilio inclinatur ad carnem, alio erigitur ad Deũ: Et cũ sit subtilis & inuisibilis, videri nõ potest, sed per potẽtias suas se extẽdit & ostẽdit. *Cap. 13. Tom. III.* Per cõcupiscibilitatẽ nãque appetit, per irascibilitatẽ contẽnit, per rationabilitatẽ inter vtrũque discernit. Tota animæ essentia in his potẽtiis suis cõsistit, nec per partes diuiditur cum simplex sit & indiuidua. Et si aliquãdo partes habere dicitur, ratione potius similitudinis, quã veritate cõpositionis intelligendũ est. *Si animæ vires idem quod anima.* Simplex substãtia est anima, nec aliud nec minus est ratio in substãtia quã anima, nec aliud nec minus irascibilitas vel cõcupiscibilitas quã anima, sed vna eadẽmq; substãtia secũdũ diuersas potẽtias diuersa sortitur vocabula. Has potentias habet antequã corpori misceatur. Naturales siquidẽ sunt ei, nec aliud sunt quã ipsa. Tota nãq; animę substãtia in his tribus plena & perfecta cõsistit. i. in rationalitate, cõcupiscibilitate, & irascibilitate, quasi quadã sua trinitate, & tota hæc q. dẽ trinitas quædã animæ vnitas est, & ipsa anima. Potẽtiæ nãq; suę atq; vires idẽ sunt quam ipsa. *Potentiæ & vires animę.* Habet quędã sua naturalia, & ipsa oĩa est. habet accidẽtalia, qđ ipsa nõ est. Suę vires est: suæ virtutes non est. Non est enim sua prudẽtia, sua temperantia, sua iustitia, sua fortitudo. Potentiæ autem animæ sunt rationalitas, cõcupiscibilitas, & irascibilitas. Vires sunt, sensus, imaginatio, ratio, memoria, intellectus, intelligentia. Potentiæ possunt dici vires, & econuerso.

POTESTAS. Dei potestas timẽda. Super Psal. lxj. Potestatẽ Dei timete: misericordiã eius amate: nec sic de misericordia eius præsumatis, vt potestatẽ cõtẽnatis: nec sic potestatem timeatis, vt de misericordia desperetis. *Tom. VIII.* Apud illũ potestas, apud illũ misericordia. Hũc humiliat, hũc exaltat. Hũc humiliat potestate, illũ exaltat misericordia. Malis dat Deus potestatẽ, & iustẽ. Ibid. Nõ est potestas nisi à Deo. Nolite dicere, Et quare dat Deus tãtã potestatẽ, vel nõ dat potestatẽ? *Rom. 13.* Qui dat potestatem, habet æquitatem. Tu iniquè murmurare potes, ille æquitatem perdere nõ potest. Nũquid est iniq. tas apud Deũ? Absit. Hoc finge in corde tuo, hoc de cogitatiõe tua nõ excutiat inimicus. Facere potest aliquid Deus vt nescias quare faciat: iniquè tamẽ facere nõ põt, apud quẽ nõ est iniq. tas. Ideo infra subdit. Nolite timere inimicum. Tantũ enim facit, quantũ acceperit potestatẽ. Eum time, qui habet summã potestatẽ. Eũ time, qui quantũ vult, tantũ facit, & iniustẽ nihil facit: & quicquid fecerit, iustum est. Et quod malis det potestatem, dicit super

Tom.IX. ſuper Apoc. homil. vj. Spirituales nequitiæ poteſtatem non habent, niſi à Deo acceperint. *Tom.IIII.* Super epiſtolã ad Gal. Liberam voluntatem rationali creaturæ ſuæ Deus non negauit: Sed tamen poteſtatem, qua etiam iniuſtos iuſtè ordinat, ſibi retinuit. *Tom.IIII.* Libro ſecundo quæſtionum ad Simplicianum q. j. Quamuis enim ſit in cuiuſquã poteſtate quid velit, nõ eſt tamen in cuiuſquam poteſtate quid poſsit, vel facere cuiquã: vel à quoquam pati. *Tom.X.* Dat poteſtatẽ malis ſuper bonos. Libro v. homil. Non haberes in me poteſtatem &c. vt eſſet homini poteſtas in Deũ, ab ipſo Deo accepit poteſtatem homo, vt iudicaret Deũ: Deũ occultum, hominem manifeſtum. *Tom.III.* Sed vt & libro de vera innocentia. Sicut in poteſtatibus ſocietatis humanæ maior poteſtas minori ad obediendum præponitur: ita Deus hominibus. *Propoſit.72.* *Tom.IIII.* Obediendum eſſe poteſtati maiori ſed non contra Deum. ſuper epiſtolã ad Romanos. Quod ait Apoſtolus, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: *Res temporales, & res ſpirituales quibus ſubditas eſſe oporteat.* Rectiſsimè admonet ne quis ex eo quod à Domino ſuo in libertatem vocatus eſt, factus Chriſtianus, extollatur in ſuperbiam, & non arbitretur in huius vitæ itinere ſeruandum eſſe ordinem ſuũ, vt poteſtatibus ſublimioribus quibus pro tẽpore rerũ tẽporaliũ gubernatio tradita eſt, putet nõ ſe eſſe ſubdendum. Cũ enim cõſtemus ex anima & corpore, quandiu in hac vita temporali ſumus, & rebus temporalibus ad ſubſidium temporalis vitæ vtamur, oportet nos ex ea parte quę ad hanc vitam pertinet, ſubditos eſſe poteſtatibus, id eſt, hominibus res humanas cum aliquo honore adminiſtrantibus. Ex illa verò parte qua credimus Deo & in regnum eius vocamur, non nos oportet eſſe ſubditos cuiquam homini, idipſum in nobis euertere cupienti quod Deus ad vitam æternam donare dignatus eſt. Si quis ergo putat quoniam Chriſtianus eſt, non ſibi eſſe vectigal reddendum, aut tributum, aut non eſſe honorem exhibendum eis qui hæc curant poteſtatibus, in magno errore verſatur. Item ſi quis ſe putat eſſe ſubdendum, vt etiam in ſuam fidem habere poteſtatem arbitretur eum qui temporalibus adminiſtrandis aliquã ſublimitate præcellit: in maiorem errorem labitur. Sed modus iſte ſeruãdus eſt quẽ Dominus ipſe præſcripſit, vt reddamus Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei. Quanquã enim ad illud regnum vocemur vbi nulla erit poteſtas huiuſmodi, in hoc tamen itinere dum agimus, donec perueniamus ad illud ſæculum vbi ſit euacuatio omnis principatus & poteſtatis, conditionem noſtram pro ipſo rerum humanarum ordine toleremus, nihil ſimulatè facientes, & in eo ipſo non tam hominibus quam Deo qui hoc iubet obtemperantes. *Tom.X.* *Rom.13.* Declarat hoc, lib. j. de verbis Domini, ſerm. vj. Non dicimus vobis vt aduerſus poteſtates ordinatas contemptores ſitis: cum omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: ſed ſi illud iubeat quod facere non debes, hîc *Potius maiori poteſtati parendum.*

A ſanè contemne poteſtatem. Timendo poteſtatẽ, ipſos humanarum rerum gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit curator, nonne faciendum eſt? Et tamen ſi contra proconſul iubeat non vtique contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi maior prælata eſt. Rurſum ſi aliquid proconſul iubeat, & aliud imperator iubeat, nunquid dubitatur illo cõtempto, iſti eſſe ſeruiẽdum? Ergo ſi aliud imperator, & aliud Deus iubeat, nonne Deo obediendum? Si inſidiatur & molitur contra te potens, acuit nouaculam vnde capillos radat, non vnde caput abſcindat: quia non admittitur dolus potentis niſi ad ſuperflua noſtra. Sicut capilli in capite noſtro tanquam ſuperflui videntur, & ſine detrimento carnis raduntur: ſic quicquid tibi poteſt facere iratus potens, inter ſuperflua tua numera. Tollit
B paupertatem tuam, nunquid tollit diuitias tuas? Paupertas tua, diuitiæ tuę in corde tuo. Superflua tua potuit tollere, damno potuit afficere permiſſus & vſque ad delendum corpus. Etiam iſta vita cogitantibus aliam vitam, inter ſuperflua deputanda eſt. Nam & martyres contempſerunt illam, & non vitam perdiderunt, ſed vitam acquiſiuerunt. Certi eſtote inimicos non admitti aduerſus fideles, niſi quantum prodeſt tentandis & probandis fidelibus. Ille qui nos creauit, & de ipſis capillis noſtris ſecuritatem dedit, non contemnit minima noſtra: quia ſi contemneret, non crearet. Quid ergo times hominem, homo in ſinu Dei poſitus? Tu de ſinu illius noli cadere, & quicquid ibi paſſus fueris, ad ſalutem valebit, non ad perniciem. Laniatus membrorum martyres pertulerunt, &
C timent Chriſtiani iniurias temporum Chriſtianorum? Qui tibi facit iniuriam modo, timens facit. Para capillos, nouaculam acuit, ablaturus eſt ſuperflua tua, raſurus quicquid relicturus es. Tollat quicquid permanebit ſi poteſt. Quid tulit potens nocens? Quid magnum tulit? Quod fur, quod effractor, vt multũ ſęuiat, quod latro. Si & ad ipſum corpus occidendum permiſſus fuerit, quid tollit niſi quod latro? Honoraui cum dixi latro. Nam qualiſcunque latro, homo eſt. Quod febris, quod ſcorpius, quod fungus malus. Iſta poteſtas tota ſęuientium eſt facere quod fungus. Manducant homines fungum malum, & moriuntur. Ecce in quanta fragilitate eſt vita humana, quam quandoque relicturus es. Noli
D pro illa ſic pugnare vt tu relinquaris. Via noſtra Chriſtus eſt, Chriſtum attende. Pati venit, ſed glorificari: contemni, ſed exaltari: mori, ſed etiam reſurgere. Opus te terret, mercedem vide. Quare vis peruenire delicatus ad eam rem, ad quam non perducit niſi labor? Sed times ne perdas argentum tuum, quia ad argentum tuum cum magno labore perueniſti. Si ad argentum, quod quandoque moriens amiſſurus es, non perueniſti ſine labore: ad vitam æternam ſine labore vis peruenire? Charior tibi ſit illa ad quam poſt omnes labores ſic

perueniés

peruenies vt nunquam amittas. Si hoc tibi charum est, ad quod post omnes labores sic peruenisti, vt aliquando amissurus sis, quanto magis illa perpetua desiderare debes? Est autem ipsa potestas malis data, bonis proficua. Libro de vera innocentia, capite vigesimo tertio. Iusto iudicio Dei datur plerunque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequuntur, vt qui spiritu Dei aguntur & viuunt, fiant per laborum exercitia clariores. Eodem libr. Interdum enim Deus per malos erudit bonos, & per temporalem potestatem damnandorum, exercet disciplinam liberandorum. Super Psalmum trigesimum secundũ, sermone secundo. Nouit ille omnium corda, & quid ad tempus proferat, vnde proferat, & quantam potestatem tribuat malis in bonos, ad iudicandos quidem malos, & erudiendos bonos.

Et infra. Fera sæuit, Deum time. Serpens insidiatur, Deum time. Homo te odit, Deum time. Diabolus te impugnat, Deum time: Tota enim creatura sub illo est quem iuberis timere. Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt. Super Psalmum centesimum tertium, sermone tertio. Datur diabolo potestas, aut ad damnandos impios, aut ad probandos pios. Iustè hoc totum Dominus agit, & in neminem habet diabolus potestatem, vel in aliquid eius: nisi ille concedat, cui est potestas summa & sublimis. Sic diabolo, sic homini nulla est potestas in hominem nisi desuper detur. Et homo & diabolus & quælibet dæmonia non nisi accepta potestate nocent, sed proficientibus non nocẽt. Malis ita sunt tanquam ignis fœno, bonis tanquam ignis auro. Manducatus est Iudas vt fœnum, probatus est Iob vt aurum. Libro primo de verbis Domini, sermone sexto. Sicut pueris insensatis ad lutum ludentibus, & manus coinquinantibus pædagogus seuerus cum venit, lutum de manu excutit, & codicem porrigit: ita voluit Deus per principes subditos sibi terrere corda insensata puerilia, vt abiiciant lutum de manibus, & aliquid vtile faciant. Libro de oratione Dominica. Potestas aduersus nos dum datur, vel ad pœnam cum delinquimus, vel ad gloriam cum probamur, datur. Vnde talis potestas est bonis ad gloriam, malis ad pœnam. In epistola ad Vincentium. Terror temporalium potestatum, quando veritatem oppugnat, iustis fortibus gloriosa probatio est, infirmis periculosa tentatio: quando autem veritatem prædicat errantibus & discordantibus cordatis vtilissima admonitio est, insensatis inutilis afflictio animi est. Nõ est tamen potestas nisi à Deo: qui autem resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt terrori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? Benefac, & habebis laudem ex illa. Siue enim potestas veritati fauens aliquem corrigat, laudem habet ex illa qui fuerit emendatus: siue inimica veritati in aliquem sæuiat, laudem habet ex illa, qui victor fuerit coronatus. Super epistolã ad Romanos. Quod autem ait, Vis non timere potestatem?

A Benefac, & habebis laudem ex illa: Potest mouere aliquos cum cogitauerint ab istis potestatibus persequutionem se esse passos. Nunquid ergo nõ faciebant bonum Christiani, quia non sunt laudati ab istis potestatibus, sed etiam pœnis affecti & necati sunt? Consideranda sunt ergo verba Apostoli. Non enim ait, Bonum fac, & laudabit te potestas: sed ait: Bonum fac, & habebis laudẽ ex illa. Siue enim probet factum tuum bonum, siue persequatur, laudem habebis ex illa, vel cum eã in obsequium Dei lucratus fueris, vel cum eius persequutione coronam merueris. Hoc etiam in consequentibus intelligitur, cum dicit, Dei enim minister est, tibi in bonum, etiam si sibi in malum. *Ca. 7.* Libro primo contra epistolam Parmeniani. *Tom VII.* Vis non timere potestatem &c. bonus est

B quisquis passus fuerit? Laus illi proueniet ex potestate facientis. Malus verò quod patitur merito iniquitatis, non deputet sæuitiæ potestatis.

Sed malus ad maius detrimentum accipit potestatẽ. *Tom. III.* Libro de spiritu & litera ad Marcellinũ. Intelligamus malos accipere potestatem, ad dãnationem malæ voluntatis suæ. *Tom. III.* Libro de vera innocentia, capite quadragesimo septimo. Cum voluntas mala potestatem efficiendi quod cupit accipit: ex iudicio eius venit, apud quem non est iniquitas. Punit enim etiam isto modo: nec ideo iniustè, quia occultè. Cæterùm iniquus puniri se ignorat, nisi cum manifesto supplicio senserit nolens, quanti mali sit quod perpetrauerit *Tom. VIII.* volens. Ideo non est magnum potestatem ha-

C bere malefaciendi. Super Psalmum quinquagesimum primum. Opus est potentem esse: sed in bonitate, non in malitia. Quid magnum est gloriari in malitia? Aedificare domum paucorũ est, destruere multorum. Quiuis ignarus potest seminare frumenta, excolere segetem, expectare donec maturescat: sed in fructu eius in quo laborauit gaudere, paucorum est. Vna scintilla omnem segetem incendere quiuis potest. Suscipere infantem, natum nutrire, educare, ad iuuenilem ætatem perducere, magnum officium est: occidere verò illum vno puncto temporis quiuis potest. Ergo ea quæ ad destructionem sunt, facillimè fiunt. *Ridet potẽtiã impiorũ.* Qui gloriatur, in Domino glorietur: qui gloriatur, in bonitate glorietur. Gloriaris, quia potens in malo es. Quid facturus es ò potens, quid facturus es?

D Multum te iactas. Occisurus es hominem: hoc & scorpius, hoc & vna febris, hoc potest & fungus malus. Huccine redacta est omnis potentia tua, vt vni fungo malo coæquetur? Hoc ergo faciunt boni ciues Hierusalem, qui non in malitia, sed in bonitate gloriantur. Primo vt non in se, sed in Domino gloriẽtur: deinde vt ea quæ ad ædificationem faciant, studiosè faciant, & talia faciãt quæ valeãt ad permanendũ. Quæ autẽ faciunt ad destructionem, faciũt propter disciplinã proficientium, non propter oppressionẽ innocẽtiũ. *Tom. III.* Non est bonitas hominis in habendo potestatem & exercendo magna, sed in habendo virtutis bonitatem. Lib. viij. de Trinitate, cap. vij.

Qui

Qui quærunt Deum per istas potestates, quæ mūdo præsunt vel partibus mundi, auferuntur ab eo longéque iactantur: non interuallis locorū, sed diuersitate affectuum. Exterius enim conantur ire, & interiora sua deserunt, quibus interior est Deus. Itaque si etiam aliquam sanctam potestatem cœlestem vel audierint, vel vtcunque cogitauerint, facta magis eius appetunt quæ humana miratur infirmitas: non imitantur pietatem, qua Diuina requies comparatur. Malunt enim superbè hoc posse quod Angelus, quam deuotè hoc esse quod Angelus. Non enim sanctus quisquā potestate sua gaudet, sed eius à quo habet posse quicquid congruenter potest. Et nouit potentius esse coniungi omnipotenti pia voluntate, quam propria volūtate posse quod cōtremiscunt qui talia nō possunt. Itaq; Dominus noster Iesus Christus talia faciens, vt mirantes doceret ampliora, & tēporalibus in solitis intentos atque suspensos ad æterna atque interiora conuerteret, Venite ad me, inquit, omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos. & non ait, Discite à me quadriduanos mortuos suscitare. Sed ait, Discite à me quia mitis sum & humilis corde: potentior est enim & tutior solidissima humilitas quam ventosissima celsitudo. Et ideo sequitur. Et inuenietis requiem animabus vestris. De potestate tenebrarum dicitur in epistola ad Vitalem Pellagianum. Potestas tenebrarum quid enim est, nisi potestas diaboli & angelorum eius? Qui cum fuissent angeli lucis, in veritate per liberum arbitrium non stantes, sed inde cadentes, facti sunt tenebræ. Ibidē infra. Potestas tenebrarum, id est, diabolus, qui dicitur etiam princeps aeris, operatur in filios diffidentiæ, princeps iste rector tenebrarum, id est, diabolus diffidentiæ filiorum regens eos ad arbitrium suum, quod nec ipse habet liberum ad benefaciendum, sed ad maximam maleuolentiā sui sceleris obduratum: Vnde nemo sanę fidei credit, aut dicit hos apostatas angelos ad pristinam pietatē correcta aliquando voluntate conuerti. Quid ergo operatur hęc potestas in filios diffidētiæ, nisi opera sua mala, & in primis maximéque ipsam diffidentiam & infidelitatem, quę sunt inimici fidei, per quā scit eos posse mūdari, posse sanari, posse perfectissimè liberos fieri, quod eis vehementer inuidet, in æternitatem regenerari.

Tom. VII. PRAVITAS. Libro de correptione & gratia. Prauitas, qua Deo nōn obeditur, ab homine est: qui ex rectitudine in qua eum Deus primitus fecit, sua mala voluntate decidēs, prauus effectus est. Tom. VIII. Prauitas cordis humani debet corrigi ad rectitudinem voluntatis Dei. Super Psalmum sexagesimum secundū. Si in eo quod pateris, blasphemas, displicet tibi Deus, tu tibi places, peruerso corde & distorto es: Et hoc peius, quia cor Dei vis corrigere ad cor tuum, vt hic ille faciat quod tu vis, cùm tu debeas facere quod ille vult. Quid ergo? Vis detorquere cor Dei, quod semper rectum est, ad prauitatem cordis tui? Quanto melius ad rectitudinem Dei cor-
A rigis cor tuum? De hoc require supra vbi, Cor.

PRAECEPTVM. Distinguit de præceptis. Libr. tertio de verbis Domini, sermone secūdo. Tria nobis præcepta sunt, hoc est, abstinentia à malo, operatio boni, & spes æterni præmij. Hæc in Psalmis cōmemorata sunt, Declina à malo: hæc est continentia, Et fac bonum. hoc operatio boni, Inquire pacem & sequere eam: est hæc spes æterni præmij. Alia distinctio. Libro sexto contra Faustum. Interest inter præcepta vitæ augendæ, & præcepta vitæ significandæ. Exempli gratia, Nō concupisces: præceptum est agendæ vitæ: Circuncides omne masculum octaua die: præceptum est significandæ vitæ. Alia. Libro quæstionum Exodi, quæstio. xliij. Aliud est quod præcipitur quousque fiat, sicut præceptum vt septies muros Hierusalem cir-
B cuiret arca: aliud cum præcipitur sic obseruari aliquid, vt nullus terminus præfiniatur obseruationis, siue quoti die, siue per menses, siue per annos solenniter, siue per multorum vel aliquorū annorum certa interualla. Sed aliter dicit. Libro de perfectione iustitiæ hominis. Multa esse in scripturis sanctis Diuina præcepta dicimus, quæ omnia memorare nimis onerosum est. Sed Dominus, qui verbum consumens & breuians fecit super terram, in duobus præceptis dixit legē prophetásque pendere: vt intelligamus quicquid aliud Diuinitus præceptum est, in his duobus habere finem, & ad hæc duo esse referendum. Diliges, inquit, Dominum Deum tuum &c. Quicq̃d ergo Dei lege prohibemur, aut iubemur facere, ad hoc est, vt duo ista compleamus. Et fortè generalis prohibitio est, Non concupisces: Et gene-
C ralis iussio est, Diliges. Vnde breuiter Paulus Apostolus quodam loco vtrunque complexus est. Prohibitio est enim, Nolite conformari huic sæculo: Iussio autem, sed reformamini in nouitate mentis vestræ. Illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere: Illud ad continentiam, hoc ad iustitiam: Illud ad declinandum à malo, hoc ad faciendum bonum. Non concupiscendo enim vetustate expoliamur, & nouitate induimur diligēdo. Sed nec quisquam esse potest continens, nisi Deus det, & charitas Dei diffundatur in cordibus nostris, non per nosipsos, sed per spiritū sanctum qui datus est nobis. Hoc autem fit de die in diem in iis qui volendo & credendo & inuocando proficiunt, & præterita obliuiscentes, in ea
D quæ ante sunt extenduntur. Ad hoc enim lex ista præcepit, vt cum his implēdis homo defecerit, se extollat superbia tumidus, sed ad gratiam cōfugiat fatigatus, ac si eum lex terrendo ad Christū diligendum pędagogi perducat officio. Vnde omnia præcepta reducuntur ad duo charitatis mēbra, Lib. contra Faustū. Non aliud est diptychium in Ecclesia, nisi dilectionis duo præcepta, quia plenitudo legis charitas. Ibi sunt illa duo pręcepta dilectionis Dei, & dilectionis proximi, singulis tabulis explicata. Hæc diptychium ille præmisit, qui tibi hæc duo præcepta veniens cōmendauit, in quibus tota lex pendet & Prophetæ.

tæ. In primo præcepto est castitas nuptiarũ tuarum, in secundo vnitas membrorum tuorum: Illo amplecteris Diuinitatẽ, isto congregas societatem. Quæ duo sunt præcepta, ipsa sunt decem: tria pertinent ad Deum, & septem ad proximum. O pudicum diptychium in quo veteris figuræ ille dilector & dilectus tuus prænuntiauit tibi canticum nouum, in decachordo psalterio: tanquam pro te etiam numeros suos extensurus in ligno, vt de peccato damnaret peccatum in carne, & iustitia legis impleretur in te. Quare autem non est datum præceptum de dilectione sui ipsius. dicit in episto. j. ad Macedonium. Non oportuit dari præceptum vt homo seipsum diligeret: quia in eo diligit seipsum, cum diligit Deum.

Prædicta omnia reducuntur ad vnum. Lib. de decem chordis. Decem præcepta ad illa duo referuntur, vt diligamus Deum & proximum. Et illa duo ad hoc vnum, Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. Prædictis præceptis, peccatorum extirpantur radices. Eodem libro. Decalogus decem præcepta legis habet. Quæ decem præcepta sic sunt distributa, vt tria pertineant ad Deum, & septem ad homines. Hæc decem præcepta sunt decem chordæ psalterij: quas tangendo, feras peccatorum occidis. Tangis primã chordam, qua vnus colitur Deus, & cecidit bestia superstitionis. Tangis secundam, qua non accipitur nomen Dei in vanum, & cecidit bestia erroris nefandarum hæresum. Tangis tertiam, vbi pro spe futurę quietis spirituale sabbatum custodis, & interficitur amor sæculi. Honora patrem tuum & matrem tuam. Tangis quartam, vt honorem parentibus deferas, & cecidit bestia impietatis. Non mœchaberis: tangis quintam chordam, & occidis bestiam libidinis. Non occides: tangis sextam, & cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies: tangis septimam, & cecidit bestia fraudis. Non falsum testimonium dices: tangis octauam, & cecidit bestia falsitatis. Non concupisces: tangis nonam, & cecidit bestia adulterinæ cogitationis. Non concupisces rem proximi tui: tangis decimam, & cecidit bestia cupiditatis. Et ita cadentibus omnibus bestiis, securus & innocens in dilectione & humana societate versaris.

Declarat autem vel exponit dicta præcepta in quodam epilogo qui ponitur in fine dicti libri. Primum decalogi mãdatum est, Dominus Deus tuus vnus est. Vtique hoc audiens, vnum Deum colas, & in multos fictos deos fornicationẽ tuã non effundas. Secundũ præceptũ ad filium pertinet, dum dicit, Non assumas nomen Domini tui Dei in vanum, id est, ne existimes creaturam esse Christum filium Dei, quia omnis creatura vanitati subdita est: sed crede eum æqualem patri, Deũ de Deo, verbũ apud Deum, per quem facta sunt omnia. Tertium mandatum de sabbati requie est: vnde & per sabbatum, qui dies requietionis dicitur, requies beati æternique regni ostenditur. Quartum mandatum est, honora patrem tuum & matrem tuam: vt ne quis parentibus cõtumeliosus existat: Sed pietatis honorem debitum deferat. Quintum est: Non mœchaberis, id est, ne quisquam præter matrimonij fœdera, aliis fœminis misceatur ad explendam libidinem. Sextum, Non occides, Et enim nõ solum opere perpetrans homicidium, facit homicidiũ, sed etiam qui non succurrit esurienti qui mori possit nisi cibum porrigendo ei subueniatur, homicida tenebitur. Septimum, Non furtum facies: quod est vicium rapacitatis. Octauum, Non falsum testimonium dices: quod est crimen mendacij & falsitatis. Nonum, Non concupisces vxorem proximi tui. In hoc præcepto vetat adulterinas cogitationes in tentatione. Nam aliud est facere tale aliquid præter vxorem alienam, aliud in vxore aliena: ideo duo præcepta sunt, Nõ mœchaberis: & Non concupisces vxorem proximi tui. Decimum, Non concupisces rem proximi tui. In quo præcepto damnat ambitionem sæculi, & refrenat concupiscentiam rerum. In vna tabula tria præcepta scripta sunt, ad Dei pertinentia charitatem: in alia septem pertinentia ad proximi societatẽ.

Lib. quæstionum Exodi. Furti nomine intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ: Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed vtique à parte totum intelligi voluit, quicquid illicite rerum proximi aufertur. Profecto & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum nõ legitimus vsus prohibitus debet intelligi. Et quod dictum est, Non occides: non est putandum fieri contra hoc præceptum, quando lex occidit vel occidi aliquem Deus iubet. Ille enim facit qui iubet. In eo quod est dictum, Non falsum testimonium dices aduersus proximum tuum: Quæri solet vtrum prohibitum sit omne mendacium, ne forte non sit hoc præceptum aduersus eos qui dicunt tunc esse mentiendum, quando id mendacium prodest alicui, & nihil ob est ei cui mẽtiris. Tale quippe nõ est aduersus proximum tuum. Sed hinc magna quæstio est, nec commode à festinantibus explicari potest quomodo intelligitur, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vtiliter & necessarie Diuina variantur præcepta. lib. xxxij. contra Faustum. Sicut æger non debet reprehendere medicinalem doctrinam, si aliud ei hodie præcipit, aliud cras prohibens, etiam quod aliquando præceperat, sic enim se habebat sanandi eius corpus ratio: ita genus humanum ab Adam vsque in finem sæculi, quandiu corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ægrum atq; saucium, non debet Diuinam reprehendere medicinam: si in quibusdam hoc idem, in quibusdã verò aliud prius, aliud posterius obseruandum esse præcepit, præsertim quia sic aliud se præcepturam esse promisit. Lib. j. de sermone Domini in monte, ca. ij. Vnus Deus per sanctos Prophetas & famulos suos, secundum ordinatissimam distributionem temporum, dedit minora præcepta, populo quẽ timore adhuc alligari oportebat: & per filium suum maiora, populo quam charitate liberari conuenerat. Cum autem maiora maioribus & minora minoribus dantur, ab eo dantur qui so-

lus nouit congruentem suis temporibus generi
humano exhibere medicinam. Nec mirum est
quod dantur maiora præcepta propter regnum
cœlorum, & minora data sunt propter regnum
terrenum, ab eodem vno Deo qui fecit cœlum
Tom.II. & terrā. Eius præcepta non sibi, sed nobis sunt
Epist.5. necessaria. In epistola ad Marcellinum. Nihil
Deus iubet quod sibi prosit, sed illi cui iubet. Ideo
verus est Dominus, qui seruo non indiget, & quo
seruus indiget. In ea quippe scriptura, quæ dici-
tur vetus testamentū, & eo tempore dictum est
quo adhuc illa offerebantur sacrificia, quæ hoc
Psal.15. tempore non offeruntur, Dixi Domino Deus
meus es tu, quoniam bonorum meorum non e-
ges. Nec illorum ergo sacrificiorū egebat Deus
nec cuiusquam eget vnquā, sed rerum Diuinitus
impartitarum vel imbuendo virtutibus animo,
vel æternæ salutis adipiscendæ quædam signa
sunt, quorum celebratione atque functione non
Deo, sed nobis vtilia pietatis exercentur officia.

Cap.7. Libro quarto contra epistolas Pellagianorum.
Tom. VII. In futuro tempore negandum nō est mercedem
esse tam bonorum operum quam malorum, &
nemini præcipi quæ hîc contempserit, illic man-
data perficere, sed planè istam saturitatem, vbi
peccatum esse non possit, quæ hîc à sanctis esuri-
tur & sititur, hîc sperari in præcepto, ibi percipi
in præmio, eleemosynis & orationibus impe-
trantibus, vt quod hîc minus impletum fuerit
† Vbi legitur hic, Nō fiat in præiudiciū &c. cōmunis lectio habet, fiat impunitum &c.
mandatorum, non fiat in præiudicium † per indul-
gentiam peccatorum. Et infra allegat Cypria-
num dicentem. Cum Dominus aduenieñs sanas-
set illa, quæ Adam portauerat vulnera, & vene-
na serpentis antiqui curasset, legem dedit sano &
præcepit, ne vltra iam peccaret, ne quid peccanti
grauius eueniret. Coarctati eramus, & in angustū
Cap.8. innocentiæ proscriptione conclusi: nec habebat
quid fragilitatis humanæ infirmitas atque imbe-
cillitas faceret, nisi iterum pietas Diuina subue-
niens iustitiæ & misericordiæ operibus ostensis,
viam quandam tuendæ salutis aperiret, vt sordes
postmodum quascunque cōtrahimus, eleemosy-
nis abluamus. Sunt ipsa præcepta sicut cibi ne-
Tom.IIII. cessaria. Lib.ij. de ser. Domini in mōte. Quandiu
nunc in superiora, nūc in inferiora, id est, nunc in
spiritualia, nunc in carnalia animi affectus alter-
nant, tanquam ei, qui aliquando famem patitur,
quotidie panis necessarius est, quo reficiatur exur
gens, & relabens erigatur. Sicut itaque corpus no
strum in hac vita ante illam, scilicet immutatio-
nem cibo reficitur, quia sentit dispendium: sic &
animus quoniam temporalibus affectibus quasi
dispendium ab intentione Dei patitur, præcepto-
rum cibo necesse est reficiatur. Obseruanda
Tom.III. Dei præcepta cū amore. Lib. de vera innocentia.
Omne præceptum Dei leue est amanti. Nec ob
aliud intelligitur dictum, Onus meum leue est:
nisi quia dat Spiritum sanctum, per quem diffun-
ditur charitas in cordibus nostris, vt diligendo
liberaliter faciamus, quod qui timendo facit, ser-
uiliter facit. Nec est amicus recti, qui mallet, si fie
ri posset, id quod rectum est non iuberi. Lib.v.

A Hom. hom.j. Vocans genus humanum spiritus
Dei, iubendo quid faceret, promittendo quid spe Tom.X.
rare debeamus, prius mentem nostram inflam-
mat ad præmium, vt quod præcipitur magis bo-
num amando, quam malum timendo faciamus.

Obseruanda sunt cum diligentia tamen. vt di-
cit lib.j. confess. Vide Domine Deus, & patienter Cap.11.
vt vides, vide quomodo diligenter obseruent fi- Tom.I.
lij hominū pacta literarum & syllabarum, acce-
pta à prioribus loquutoribus, & à te accepta æter
na pacta perpetuæ salutis negligant: vt qui illa so
norum vetera placita teneat aut doceat, si contra Contra
disciplinam grammaticam, sine aspiratione pri- leges g[illegible]
mę syllabę, ominem dixerit, magis displiceat ho- ma[illegible]
minibus, quam si contra tua præcepta hominem non Di
oderit cum sit homo. Quasi verò quemlibet ini- rum præ
B micum hominem perniciosius sentiat, quā ipsum ptorum.
odium quo in eum irritatur aut vastet quisquam
persequendo alium grauius quam cor suum va-
stat inimicando. Et certè non est interior litera-
rum scientia, quam scripta conscientia, id se alte-
ri nō facere quod nolit pati. Quā tu secretus es ha
bitans in excelsis in silentio Deus solus magnus,
lege infatigabili spargens pœnales cæcitates su-
pra illicitas cupiditates. Cum homo eloquentiæ
famam quærit astans ante hominem iudicem, cir
cunstante hominum multitudine, inimicū suum
odio immanissimo insectans, vigilantissimè ca-
uet, ne per linguæ errorem dicat, inter omines,
& ne per mentis furorem hominem auferat ex
hominibus, non cauet. Obseruanda sunt o-
mnia Dei præcepta. Libr. iij. eiusdem. Cum Deus Cap.8.
C aliquid contra morem vel pactum quorumlibet Tom.I.
iubet, & si nunquam ibi factum est, faciendum
est: & si omissum, instaurandū: & si institutum nō
erat, instituendum est. Si enim regi licet in ciuita-
te cui regnat iubere aliquid, quod neque ante il-
lum quisquam, nec ipse vnquam iusserat, & non
contra societatem ciuitatis eius obtemperatur,
imò contra societatem non obtemperatur: ge-
nerale quippe pactum est societatis humanæ, obe
dire regibus suis: quanto magis Deo regnatori
vniuersæ creaturæ suæ, ad ea quæ iusserit, sine du-
bitatione seruandum est. Sicut enim in potestati-
bus societatis humanæ, maior potestas minori ad
obediendum præponitur: ita Dominus omnibus.

Sed non obseruantur sine gratia Dei. Libro
de natura & gratia, cap. vltimo. Valde bona sunt
D præcepta, si legitimè his vtimur. Eo quippe ipso
quod firmissimè creditur, Deum iustum & bonū
impossibilia non potuisse præcipere, hinc admo-
nemur, & in facilibus quid agamus, & in difficili-
bus quid petamus. Omnia quippe sunt facilia cha Respons.
ritati, cui vni Christi sarcina leuis est. Libr. de Tom.VI.
perfectione iustitiæ hominis. Non ob aliam cau-
sam scriptura commemorat non esse grauia præ-
cepta Diuina, nisi vt anima quæ illa grauia sen-
tit intelligat nondum accepisse vires, quibus ta-
lia sint præcepta Domini qualia commendan-
tur. leuia scilicet, atque suauia, & oret gemitu vo
luntatis, vt impetret donum facultatis. Libro Cap.31.
xvj. de ciuitate Dei. Diuino intonante præcepto, Tom.V.
obę

obediendum est, non disputandum.

Cap.X. PRECES. Lib.v.Hom. homil.xj.in fine. Preces nostræ non sint pro rebus sæcularibus prætereuntibus, & transitoriis, & vice vaporis euanescentibus. Sed sint preces nostræ pro ipsa implenda iustitia, & sanctificatione pro nomine Dei. Non pro vincendo vicino, sed pro vincenda libidine: non pro sananda carne, sed pro domanda auaritia. Hinc sint preces nostræ, intus nos adiuuent luctantes, & coronent vincentes. Sed vt dicit lib. de vita Christiana. Bene sibi ille conscius esse debet & certus, & suæ innocentiæ fidus, qui ad Deum mundas manus extendit & porrigit innoxias, cum Apostolus dicat, Volo autem viros orare in omni loco, leuantes sanctas manus. Ille enim merito ad Deum extollit manus, ille preces bona conscientia fundit, qui potest dicere, Tu nosti Domine, quam innocentes, quã puræ sint ab omni fraude, & iniuria, & rapina, quas ad te expãdo manus: quã iusta, quã immaculata labia, & omni mendacio libera, quibus tibi vt mihi miserearis preces fundo. Talis citò potest ĩpetrare quod postulat. Scio enim aliquos esse, quos ita neq̃tiæ & auaritiæ profunda caligo cæcauit, vt cum illis prospere cesserit quod aut pauperem per potentiam vinxerint, aut innocẽtem testimoniis falsis obruerint, aut infirmum virtute superauerint, aut furtum fecerint: tunc Deo gratias agant, quo opitulante talia perpetrasse se credunt, & tam iniquum Deum iudicẽt, vt putent eum suorum scelerum fuisse participem. Stulti & miseri vsqueadeò suis iniquitatibus excæcati, vt non intelligant Deo non posse placere quod prohibet: & quasi vnum crimen satis non sit, nisi adhuc malè sentiendo de Deo adiiciatur & aliud.

Cap.11. Tom.VII. PRAEDESTINATIO. Quid sit prædestinatio, dicit. Libr.ij. de prædestinatione & perseuerãtia sanctorum, post medium. Prædestinare Deum nihil aliud est quam in illa sua quæ falli mutaríque non potest præscientia, sua opera futura disponere. Vnde interdum significat idem quod præscientia ibidem. Prædestinatio aliquando significatur nomine præscientię, sicut ait Apostolus. Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit. Hîc, præsciuit, non rectè intelligitur nisi prædestinauit. Tamen prædestinatio in bono ponitur. Eodẽ lib. ante medium. Nihil aliud est, prædestinatio sanctorũ quã præsciẽtia & pręparatio beneficiorũ Dei quibus certissime liberantur, quicunq; liberantur. Cæteri autẽ vbi nisi in massa perditionis iusto Diuino iudicio relinquuntur? Vnde differunt. Libr.j. eiusdem. Prædestinatio est quæ sine præscientia non potest esse: potest autem esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus. Vnde dictum est, Fecit quæ futura sunt. Præscire autem potest etiam quæ ipse non facit, sicut quæcunque peccata. Ideo subdit. Si faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit vt illi faciant quæ præcepit: non illi faciunt, vt ipse faciat

A quod promisit: Alioquin vt Dei promissa compleantur, non in Dei, sed in hominum esset potestate. Et infra. Hæc ideo nobis præcipiuntur, & dona Dei esse monstrantur, vt intelligatur quod & nos ea faciamus, & Deus facit vt illa faciamus. Clarius prædictorum differentiam ponit. Libro contra Pellagianos de prædestinatione. Prædestinatio quippe à præueniendo & præuidendo vel præordinando futurum aliquid dicitur: & ideo Deus cui præscientia non est accidens, sed essentia fuit semper & est. Quicquid antequam fit, sic præscit, & propterea prædestinat, quia quale futurum sit præscit. Ideo & Apostolus, Nam quos præsciuit, inquit, & prædestinauit. Sed non omne quod præscit, prædestinat: Mala enim tantum præscit, & non prædestinat. Bonum

Lib. hypognosticon 6. Tom.VII. *Prędestinatio & præscientia.*

B verò & præscit, & prædestinat. Quod ergo bonum est præscientia prædestinat, id est prius quã fit in re præordinat. Hoc cum ipso authore esse cœperit, vocat, ordinat, disponit. Vnde & sequitur, Nam quos prædestinauit, hos & vocauit, &c. *Rom.8.* Iam igitur apertius disseramus quid loquamur, quomodo erga humanum genus præscientia sua & prædestinatione Deus generaliter in quo non est iniquitas, vtatur. Massæ itaque humani generis, quæ in Adam & Eua præuaricatione damnabilis mortalísque facta est, non conditione Diuina generaliter, sed ex debito pœna cruciatúsque gehennæ debetur: venia verò non meritò, sed Dei iusti iudicis misericordiæ largitate confertur. Quia ergo iustus & misericors Deus pręsciusque est futurorum, & ex hoc damnabili massa

C non personarum acceptione, sed iudicio æquitatis suæ irreprehensibili, quos præscit gratuita misericordia præparat, id est, prædestinat ad vitam æternam: cæteros autem, vt prædixi, debita pœna punit, quos ideo punit, quia quid erant futuri præsciuit: non tamen puniendos ipse fecit vel prædestinauit, sed tantum, vt dixi, in damnabili massa præsciuit. Quòd si à me quæris scire, cur ita duos Deus differenter faciat, si personarum acceptor non est, quia aut generaliter punire debet iustitia, aut misericordia liberare: contẽde cum Paulo, imo si audes, argue Paulum, qui dixit, Christo in se loquente, O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figulus ei qui se finxit, &c. *Rom.9.* Est autem Dei prædestinatio certa, super Ioannem. Qui certis & immutabilibus causis omnia futura prædestinauit,

D secundum hominem prædestinatus, quicquid facturus erat fecit. Nam per Prophetam dictum est de illo, Qui fecit quæ ventura sunt. Est occulta nobis, libro lxxxiij. quæstionum. Prædestinatio nostræ vocationis nobis occulta est. Lib.j. de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. ca. vj. *Tom.VII.* Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas: Inuestigabiles autem sunt viæ ipsius. Inuestigabiles igitur sunt, & misericordia, qua gratis liberat: & veritas, qua iuste iudicat. Lib. iiij. de baptismo contra Donatistas. *Cap.3. Tom.VII.* Secundũ pręsciẽtiã Dei, qui nouit quos prædestinauit ante mũdi cõstitutionem, conformes fieri imaginis filij sui mul

ti etiam qui apertè foris sunt, & hæretici appellantur multis & bonis catholicis meliores sunt. Quid enim sunt hodie, videmus: quid cras futuri sunt, ignoramus. Et ideo quidē apud quem sunt præsentia quæ futura sunt, etiā quod futuri sunt iā sunt.

Lib. hypognosticon 6. Tom. VII.

Lib. contra Pellagianos, superius allegato. Non hoc agit Deus summe bonus malitia, sed iustitia: nec personarū acceptione, sed causarum secretarum discretione. Nouimus nonnunquam quosdam volentes æternæ vitæ fidem accipere, & eam adipisci: quosdam autem non. Aliquos etiam nolentes consequi, cum eis Diuina gratia, aut dederit, aut non, vt velint mutare voluntatem. Nouimus etiam aliquos perfectos ex labore multorum annorū, prolapsos in vltimo vitæ suæ, & perisse. Aliquos verò à iuuentute sua in omni scelere & damnabilitate vsque ad decrepitam ætatem perdurasse, & repente cœlitus inspirata salute, raptos esse ad requiem regni cœlorū.

Imperscrutabile Dei iudicium.

Nouimus etiam paruulos quibus vsus liberi arbitrij non est, vt de bonis aut malis eorum meritis iudicemus, parentum manibus ad gratiam sacri baptismi deportatos, & cum in vno eorum per manus sacerdotis mysterium fidei adimpleretur, aliquoties alterum in manibus parentum factum exanimem, fraudatum gratia saluatoris. Quis sapiens intelligat hæc? Aut quis idoneus erit horum reddere rationē? Dicamus cū Dauid, Quā magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Psal.144. Psal.91.

Et in fine dicti libri concludit. Hinc nemo glorietur, nemo desperet. Solus enim Dominus scit qui sunt eius. Inquantum autē possumus, omnes homines ad bonum opus exhortemur, nulli desperationem demus, proinuicem oremus. In conspectu Dei nos humiliemus, dicētes, Fiat voluntas tua. Ipsius erit potestatis iudiciū, in nobis debitum mutare damnationis, & gratiam prædestinationis indebitam prærogare.

Cap.26. Tom.IX.

Vnde libro soliloquiorum ad Deum, sic eum alloquitur. Antequam nascerer Domine spes mea ab vberibus matris meæ, tu præuenisti me præparans mihi semitas quibus incederem & venirem ad gloriam domus tuæ: priusquam me formares in vtero nouisti me, & antequā exirem de vulua quicquid tibi placuit præordinasti de me. Quæ & qualia sunt scripta in libro tuo de me, in secreto consistorij tui, ego quidē ignoro, vnde & valde timeo: tu verò nosti, quoniā quod ego per successus dierum & temporum hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto, in conspectu æternitatis tuæ iā factū est: & omne quod futurū est, iā factum est. Ego autē stās in hac nocte tenebrosa hæc ignorās, timor & tremor venerunt super me.

Cap.28.

Et in eodē lib. Mundas Domine de nobis filiis hominū eos in quibus tibi cōplacuerit habitare: quos ab inaccessibilibus profundis secretis iudiciorum incōprehensibiliū sapientiæ tuæ semper iustorū, licet occultorū, sine eorū meritis prædestinasti ante mūdū, vocasti de mūdo: iustificasti in mūdo & magnificas eos post mūdū. Non omnibus autē hoc facis, quod admirātur tabescētes omnes sa-

A pientes terræ. Ego autē Domine considerans expauesco & obstupesco de altitudine diuitiarū sapientiæ & sciētiæ tuæ, ad quā nō pertingo, & inprehensibilia iudicia iustitiæ tuæ: quoniā ex eodē luto alia quidem facis vasa in honorē, alia in cōtumeliā sempiternā. Quos igitur elegisti tibi de multis in templū tuū, mūdas ipsos effundēs super eos aquam mūdā, quorū nomina, numerúmq; tu solus nosti, qui solus numeras multitudinē stellarū & omnibus eis nomina vocas: qui & scripti in libro vitæ, qui & nequaquam perire possunt. Cū enim cadunt nō collidūtur: quia tu supponis manū tuā, custodiens omnia ossa eorum, vt vnum ex his non conteratur. Attamen mors peccatorū pessima illorum, in quā, quos antequā faceres cœlū & terrā, secundū abyssum multā iudiciorū occul-
B torum tuorū, semper autem iustorum, præsciuisti ad mortem æternam: quorū dinumeratio nominum & meritorū prauorū apud te est, qui numerum arenæ maris dinumerasti, & dimensus es profundū abyssi.

Tract.26. Tom.IX.

Vnde nobis hoc velle inuestigare & iudicare nō est tutū. Super Ioannē. Super illud, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eū. Magna gratiæ cōmendatio. Nemo venit nisi tractus. Quē trahat, & quem non trahat: quare illum trahat, & non illum trahat, noli velle iudicare, si nō vis errare. Semel accipe & intellige. Nondū traheris, ora vt traharis.

Tract.53.

Et eodem lib. Quare ille Deo deserente excæcetur, ille Deo adiuuante illuminetur: non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis vsurpemus, sed contremiscentes exclamemus cū Apostolo, O al-
C titudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Nō ergo me ad hāc penetrandam altitudinē, ad hanc abyssum discutiendam, ad inscrutabilia pertractāda †, expectatio vestrę charitatis impingat. Agnosco modulū meū, sentire mihi videor etiā modulum vestrum. Altius est hoc incrementis meis, & fortius viribus meis. Audiui scripturam admonētem atque dicentem, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.

Rom.11.

† Alias, perscrutanda.

Cap.3. Tom.VI.

Lib. xxj. contra Faustum. Occultū est, altū est, inaccessibili secreto ab humana cogitatione seclusum est, quemadmodū Deus & damnet impium, & iustificet piū: Vtrunq; enim de illo scripturarū sanctarū veritas loquitur. Num igitur ideo aduersus Diuina iudicia garrire delectat, quia sunt inscrutabilia? Quā-
D to cōuenientius, quanto accommodatius est modulo nostro, expauescere illic vbi Paulus expauit, & exclamare: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Quanto melius est admirari quod inuestigare non sufficis?

Tom.V.

Est autem Diuina prædestinatio gratuita. Lib. xiiij. de ciuitate Dei, ca. xxvj. Omnipotenti Deo summo, ac summè bono creatori omnium naturarum, voluntatum autem bonarum adiutori & remuneratori, malarum autem relictori & damnatori, vtrarunque autem ordinatori: non defuit vtique consilium, quo certum numerum ciuium in sua sapientia prædestinatum etiam ex damnato genere humano suæ ciuitatis impleret. Non eos iā meritis quandoquidem vniuersa massa tanquam in vitiata

Artificium Dei, ex malis bona.

in vitiata radice damnata est, sed gratia discernens, & liberans non solùm de se ipsis liberatis, verum etiam & de non liberatis, quid eis largiatur, ostendens. Non enim debita, sed gratuita bonitate tunc se quisque cognoscit erutum à malis, cum ab eorum hominum consortio fit immunis, cum quibus illi iusta esset pœna communis. Cur ergo non crearet Deus, quos peccaturos esse præsciuit: quando quidem in eis, & ex eis, & quid eorum culpa mereretur, & quid sua gratia donaretur, posset ostendere: nec sub illo creatore ac dispositore peruersa inordinatio delinquentium rectum perueteret ordinem rerum? Proinde peccatores, & Angeli, & homines nihil agunt, quo impediantur magna opera Dei exquisita in omnes voluntates eius. Libro de fide ad Petrum, parte secunda. Firmiter crede, & nullatenus dubites omnes quos vasa misericordiæ Deus fecit gratuita bonitate, ante mundi constitutionem in adoptionem filiorum Dei prædestinatos esse à Deo: neque perire posse aliquem eorum, quos Deus prædestinauit ad regnum: nec quenquam eorum, quos non prædestinauit ad vitam vlla ratione posse saluari. Prædestinatio enim illa gratuitæ donationis præparatio est, qua nos Apostolus ait prædestinatos in adoptionem filiorum Dei per Iesum Christũ in ipsum. Libro primo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. Non vos me elegistis, inquit Christus Apostolis, sed ego elegi vos. Non quia eum elegerũt, vt eligeret eos: sed vt eligerent eum, elegit eos: quia misericordia eius præuenit eos secundum gratiam, non secundum debitum. Elegit ergo eos de mundo cum hîc ageret in carne sed iam electos in seipso ante mundi constitutionem. Hæc immobilis veritas prædestinationis & gratiæ. Et infra subdit. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea prædestinatione, in qua Deus sua facta futura præsciuit: electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua Deus id quod prædestinauit, impleuit. Quos enim prædestinauit, illos & vocauit: illa scilicet, vocatione secundum propositum volũtatis suæ. Non ergo alios, sed quos prædestinauit, ipsos & vocauit: nec alios, sed quos ita vocauit, ipsos & iustificauit: nec alios, sed quos ita iustificauit, ipsos & glorificauit: illo vtique fine, qui non habet finem. Et infra. Eligit ergo prædestinans nos: ideo quippe tales futuri eramus, quia eligit ipse prædestinans vt tales per gratiam ipsius essemus.

Vnde concludit eodem libro. Sicut Christus ille vnus prædestinatus est, vt caput nostrum esset: ita multi prædestinati sumus, vt membra eius essemus. Humana hinc cõticescãt merita quæ perierunt per Adam: & regnet quæ regnat Dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrum.

Lib. Hypopnosticon 6. Tom. VII. Libro de prædestinatione contra Pellagianos supradictos. Taceat humana lingua, nec prorsus in prædestinatione de meritis extollatur. Attendat dictum, Ante mundi constitutionem. Diuinæ voluntatis est hoc donum, non humanæ fragilitatis meritum. Est autẽ ipsa prædestinatio iusta, eodem libro versus finem. Hoc itaque cum facit Deus, non personarum acceptione facit: non iniustitia, sed iustitia inenarrabili, misericordia indebita. In Enchiridion. Cum Apostolus Dei misericordiam sublimissimam commendasset, deinde vt etiam iudicium commendaret, quoniam in quo non fit misericordia, non iniquitas fit, sed iudicium, non est quippe iniquitas apud Deum: continuò subiũxit atque ait, Dixit enim scriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitaui, vt ostendam in te potentiam meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Quibus dictis ad vtrunque concludens, id est, & ad misericordiam & ad iudicium, Ergo, inquit, cuius vult miseretur Deus, & quem vult indurat: Miseretur enim magna bonitate, & obdurat nulla iniquitate, vt nec liberatus de suis meritis glorietur, nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemptos discernit à perditis, quos in vnam perditionis concreuerat massam ab origine ducta causa communis. Di citar autem Christus secundum quod homo est, prædestinatus. Super Ioannem. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Forte ipsum prædestinatum dicere formidabimus: quia de nobis tantum vt efficiamur conformes imaginis eius, hoc dixisse videtur Apostolus. Quasi verò quisquam regulam fidei fideliter intuens, filium Dei negaturus est prædestinatũ: qui eum hominem negare non potest. Rectè quippe dicitur non prædestinatus secundũ id quod verbum Dei, Deus apud Deum. Vt quid enim prædestinaretur, cum iam esset quod erat, sine initio, sine termino sempiternus? Illud autem prædestinatum erat, quod nondum erat: vt sic suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tempora prædestinatum erat vt fieret. Quisquis igitur Dei filium prædestinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Libro primo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. Prædestinata est Christi naturæ humanæ tanta & tam excelsa & summa subuectio, vt quo attolleretur altius non haberet: sicut pro nobis iam Diuinitas, quousque se deponeret humilius non habuit, quam suscepta natura hominis cum infirmitate carnis vsque ad mortem crucis. Lib. ij. eiusdem circa finem. Qui fecit Christum ex semine Dauid iustum, qui nunquam esset iniustus, sine vllo merito præcedentis volũtatis eius in eo quod homo, ipse ex iniustis fecit iustos, sine vllo merito præcedentis volũtatis eorum, vt ille caput, hi membra sunt eius. Qui igitur fecit illũ hominem sine vllis eius præcedentibus meritis, nullũ quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel volũtate perpetrare peccatũ: ipse nullis eorũ præcedẽtibus meritis facit credentes in eum quibus dimittat omne peccatum. Qui fecit illum talem vt nunquam habuerit, habiturúsque sit voluntatem malam, ipse facit ex membris eius ex mala volun-

Cap. 99. Tom. III. *Exod. 9.* *Misericordia & iudicium Dei.* *Tract. 105. Tom. IX.* *Tom. VII.* *Cap. 24. Tom. VII.* *Iustificatio si præcedentibus meritis.*

tate bonam. Et illum ergo & nos prædestinauit, quia in illo vt esset caput nostrum, & in nobis, vt corpus eius essemus, non præcessura merita nostra, sed opera sua futura præsciuit. Qui legunt hæc si intelligunt, agant Deo gratias: qui autem non intelligunt, orent vt eorum ille sit doctor interior, à cuius facie est scientia & intellectus. Concludit ergo libro de prædestinatione contra Pellagianos.

Lib. hypognosticon 6. Tom. VII.

Tenenda est igitur inconcussa huius disputationis regula, quæ Diuinis testimoniis claruit, peccatores in malis propriis antequam essent in mundo, præscitos esse tantum, non prædestinatos: pœnam autem eis esse prædestinatam secũdum quod præsciti sunt. Paruulos quoque non renatos ex aqua & Spiritu sancto, prædestinatæ pœnę esse obnoxios, qui præsciti sunt non propriis voluntatibus, quorum nullæ sunt, vel bonæ vel malæ, nisi tantum in Adæ peccato, quod traxerunt nascentes, & in hoc manentes soluerunt tempus vitæ præsentis.

Inter præscitum & prædestinatum discriminat.

B Quid enim iustitia de iis faciat, quibus misericordia nõ subuenit, qui pura fide credit dicenti Domino. Qui non manducat meam carnem, & non bibit meũ sanguinem non habet in se vitam: intelligit & à contentione recedit. Qui verò secundum propositum Dei viuunt præscitos esse & prædestinatos electione gratuitæ gratiæ eius, & regnum eis cœlorum esse prædestinatum sine dubitatione dicendum est.

Suprà.

Non autem propter prædicta colitur libertas arbitrij, eodem libro circa mediũ. Deus quos in operibus impietatis & mortis præsciuit, non præordinauit † nec impulit, in quibus Deum ad iracundiam prouocantes, salutis fidem aut prædicatam sibi accipere nolunt, aut Deo iudice non possunt, vel accepta malè vtuntur, & ob hoc traduntur in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt: his pœnam esse prædestinatam rectè fatemur.

† Aliàs prædestinauit.

C Et infra dicit. Nolite putare quia hæc & huiusmodi dicentes, liberum voluntatis arbitrium amputemus, cum tamen constet ea quæ loquimur ex authoritate Diuina pendere: vel vt calumniam nobis obiicitis quod operari bona, & oportere esse in Dei proposito solicitos prohibeamus. Quin potius qui se dono gratiæ ad Dei misericordiam sentiunt pertinere † hortamur incumbere orationibus, obsecrationibus, ieiuniis, vigiliis, omníq; operi voluntatis Diuinæ. Prædestinatis enim dicitur Apostolis, Vigilate & orate ne intretis in tẽtationem.

† Aliàs, peruenire.

Tract 53. Tom. IX.

D Super Ioannem. Non propterea Deus ad peccandum quenquam cogit: quia futura hominum peccata iam nouit: ipsorum enim præsciuit peccata, non sua, nõ cuiusquã alterius, sed ipsorũ. Quapropter si ea quæ præsciuit ipsorum, non sunt ipsorum: non verè ille præsciuit. Sed quia illius præscientia falli non potest: sine dubio non alij sed ipsi peccant, quos Deus peccaturos esse præsciuit.

Tom. II. Epist. 105.

Lib. ad Sixtum presbyterũ. Non possunt homines veraciter dicere nihil se fecisse, quia malè viuunt. De suo enim malè viuũt, vel quod originaliter traxerũt, vel quod insuper addiderũt. Sed si vasa sunt irę, hoc sibi imputent:

A quia ex ea massa facti sunt, quam propter vnius peccatũ in quo omnes peccauerũt, meritò Deus iustéq; damnauit. Si autẽ sunt vasa misericordiæ, quibus eadẽ massa factis suppliciũ debitũ reddere noluit, nõ inflentur, sed ipsum glorificẽt qui eis misericordiã nõ debitã præstauit. Satis igitur sit interim Christiano ex fide adhuc viuẽti, & nõdũ cernẽti quod perfectũ est, nosse vel credere quod neminẽ Deus liberet nisi gratuita misericordia per Iesum Christũ Dominũ nostrũ: & neminem damnet, nisi æquissima veritate per eundẽ Dominũ nostrũ. Cur autẽ illũ potius liberet quã illum aut nõ liberet, scrutetur qui potest iudiciorũ eius tam magnũ profundum.

Cap. 11. Tom. 7.

Qualiter autẽ de ipsa prædestinatione prædicator loqui debet ad populũ. dicit lib. ij. de prædestinatione & perseuerãtia sanctorũ.

B Nimiæ cõtentionis est prædestinationi cõtradicere, vel de prædestinatione dubitare. Quæ tamẽ nõ ita populis prædicãda est, vt apud imperitã, vel tardioris intelligẽtiæ multitudinẽ redargui quodãmodo ipsa sua prædicatione videatur: sicut redargui videtur & pręsciẽtia Dei, quã certè negare nõ possunt, si dicatur hominibus, Siue curratis, siue dormiatis, quod vos præsciuit Deus qui falli non potest, hoc eritis. Dolosi autẽ vel imperiti est medici etiã vtile medicamẽtũ sic alligare, vt aut nõ prosit, aut nõ obsit: sed dicẽdũ est, Sic currite, vt cõprehendatis, atq; vt ipso cursu vestro ita vos esse præcognitos noueritis, vt legitimè curratis: & si quo alio modo Dei pręscientia prædicari potest, vt hominis segnitia repellatur.

Prudens concionator.

Cap. 22.

C Quãuis ergo ita se habeat de prædestinatione distincta sententia voluntatis Dei, vt alij ex infidelitate, accepta voluntate obediendi, cõuertantur ad fidẽ, vel perseuerẽt in fide: cæteri verò qui in peccatorũ dãnabiliũ delectatione remorãtur, si & ipsi prædestinati sunt, ideo nõdũ surrexerũt, quia nõdũ eos adiutoriũ gratiæ miserantis erexit. Si qui enim nõdũ sunt vocati, quos gratia sua prædestinauit eligendos, accipient eandem gratiam, qua electi esse velint & sint. Si qui autem obediũt, sed in regnum eius & gloriam prædestinati non sunt, temporales sunt: nec vsque in finem in eadem obediẽtia permanebunt. Quamuis ergo hæc vera sint, non tamen isto modo dicenda sunt audientibus multis.

Doctrinæ fidei & prædestinationis.

D Veruntamen vt dicit eodem libro. Prædestinationis prædicatione, non impedienda est prædicatio fidei perseuerantis & proficientis, vt quod oportet audiant, & quibus datum est vt obediant. Quomodo enim audient sine prædicãte? Nec rursus prædicatione fidei proficientis, & vsque ad vltimum permanentis, impedienda est prædicatio prædestinationis, vt qui fideliter & obedienter viuit, non de ipsa obedientia tanquã de suo nõ de accepto bono glorietur & extollatur, sed qui gloriatur, in Domino glorietur. In nullo enim est gloriandũ, cũ nihil sit nostrum. Et infra subdit ibidem. cap. decimoquinto. Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripiẽtibus fratribus cũ quædã non facienda faceret, & facienda nõ faceret, respondebat. Qualiscũque nunc sim, talis ero qualẽ

Monasterium August.

Deus

Deus me futurum esse præsciuit. Qui profectò verum dicebat, & hoc verò non proficiebat in bonum: sed vsqueadeò profecit in malum, vt deserta monasterij societate fieret canis reuersus ad vomitum suum, & tamen adhuc qualis sit futurus incertum est. Nunquid ergo propter huiusmodi animas, ea quæ de præscientia Dei dicuntur, vel neganda sunt, vel tacenda: tunc scilicet quando si nõ dicãtur, in alios itur errores? Dicatur ergo verũ, maximè vbi aliqua quæstio vt dicatur impellit, & capiãt qui possunt: ne fortè cũ tacetur propter eos qui capere nõ possunt, non solùm veritate fraudentur, verum etiã falsitate capiantur, qui verum capere quo caueatur falsitas, possunt. Facile est enim, imò & inutile vt taceatur aliquod verũ propter incapaces. Nam vnde est illud Domini, Adhuc multa habeo vobis dicere, &c. Et illud Apostoli, Nõ potui vobis loqui quasi spiritualibus, &c. Vnde infra subdit ibidem. Sicut prædicãda est pietas, vt ab eo qui habet aures audiendi, Deus rectè colatur: prædicãda est pudicitia, vt ab eo qui habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illicitũ perpetretur: prædicanda est charitas, vt ab eo qui habet aures audiendi, Deus & proximus diligatur: ita & prædicanda est prędestinatio beneficiorũ Dei, vt qui habet aures audiẽdi, non in seipso, sed in Domino glorietur.

In epistola ad Vitalem Pellagianum. Deus vt omnia opera sua in prædestinatione posuit: sic illе disposuit, vt quosdam non credentes ad fidem suam, orationes credentium pro eis exaudiendo, cõuertat. Ibidem infra. Ideo Deus per orationes credentiũ nondum credentes credere facit, vt ostendat quia ipse facit. Non est enim tam imperitus, tam carnalis, tam tardus ingenio, quin videat Deum facere quod rogari se præcepit vt faciat.

PRAEDICAMENTVM. Libro de cognitione veræ vitæ, capit. iij. Quod prædicamenta non dicũtur de Deo, dicit sic. Sciendum est Deum nullis verbis propriè exprimi, nulla cogitatione posse comprehendi. Quomodo enim immensus & incõprehensibilis prædicaretur, si humana cogitatione † vel loquutione includeretur? Nunc autem patet quàm sit admirabilis, cum omnibus linguis sit inedicibilis, omnibus auribus inaudibilis, & omnibus cordibus incogitabilis. Dialectica nanque differendi doctrina potens, patentérque † dubia definiens, cunctas scripturas euibrans & euiscerãs, cunctam hominum scientiam adnihilans, cum Diuinitatem intendit, tantæ maiestatis luce repercussa, pauidum caput tremefacta reflectit, atque in abdita mundanæ sapientiæ fugiens delitescit, dissolutísque syllogismorum nexibus stulta obmutescit. Nempe nomine & verbo cuncta exprimuntur, quæ sub decem prædicamentis humano corde concipiuntur. Sed quod ex eis nullum propriè Deo conueniat, manifestè ratio approbat. Nam si dixerimus quod substantia sit quæ omnibus subsistere tribuit, & per quam omnes res esse habẽt, mox vniuersalia & indiuidua, de quibus substantia prædi-

A catur, genera & species, de quibus vniuersalibus dicitur †, & nouem simul accidentia quæ ei necessario inhærent, animo occurrunt: quæ cuncta liquent, quia in Deum minimè concurrunt. Si dicamus quod Deus ipsa magnitudo existat: quæ omnia numero mensura & pondere disponat: protinus paruitas huic quantitati se opponit, & sua exiguitate quod est super omnia maximum comminuit. Quod si eum bonitatem vel summum bonum nominemus, qui cuncta valde bona fecit: statim malum huic qualitati contrarium obuiat, & tanto bono se opponere non trepidat. Quod si creator vel Dominus prædicetur, quod vtrunque ad aliquid refertur: confestim relatio opponit, ante mundi constitutionem eum hoc vocabulo caruisse, & hoc relatiuum ex mundi B creatione ei accidisse comprobat, cum ratio astruat nihil Deo accidentale, sed totum quod prædicatur de eo, esse ei essentiale. Porrò si vbique totus esse dicatur, & simul cuncta replere loca dicatur: mox localitas clandestinè irrepens loco illum includit, qui cuncta pugillo concludit. Si autem sempiternus in tempore † prædicetur & cuncta tempora disponere affirmetur: continuo præterito præsens, præsenti futurum succedere festinat, & initium & finem æternitati ascribere attentat. Si verò dicatur quod omnia possideat, & amictus lumine sicut vestimento refulgeat: statim cogitatio eum hoc habitu priuat, dum amictum lucis vel possessionem rerum ab eo separat. Quod si semper præsens adesse testetur, confestim situs standi vel sedendi imaginaC tur. Si autem vniuersa regere definiatur, actus laboris æternam requiem anihilare conatur. Porrò si affirmetur patiens, mala nostra sufferens: illico passio se ingerit, & impassibilem pati contendit. His quidem decem prædicamentis cuncta humana loquutio includitur, & ab his omnibus proprietas summæ essentiæ euidenti ratione penitus excluditur. Cuncta enim quæ vel oppositionem, vel contrarietatem, vel accidens suscipiunt, nulla ratione propriè Deo conueniunt.

† Aliàs, in quibus versatur. *Quantitas.* *Qualitas.* *Relatio.* *Vbi.* *† Aliàs (in tempore) abundat, nec habetur in recẽt. exẽpl.* *Quando.* *Habitus.* *Situs.* *Actio.* *Passio.*

Sed quomodo prædicta prædicamẽta de Deo prædicentur. Require supra, capit. Deus: quod sit mirabilis ipse Deus.

PRAEDICATOR. Debet prædicator facere quæ docet. Libro secundo quæstionum veteris & noui testamẽti, quæst. quaD dragesima nona. Facile probatum habetur, & suadetur quod dicitur, si à magistro fieri videatur. Libro secundo contra epistolam Parmeniani. Sciat nihil sibi prodesse verba Dei quę ore pronuntiat, si quod dicit ipse non facit: verumtamen aliis prodesse, qui etiam per malos audiunt & faciunt quod Dominus imperat. Nisi enim sancta verba essent ex cathedra Mosi, non diceret veritas. Quæ dicunt facite, &c. Ideo propter hoc. Libro tertio contra Petilianum, post principium. Quæcunque in nobis bona nostis, imitatores nostri estote, si tamen nos Christi. Si autem mala in nobis, vel suspicamini, vel creditis, vel videtis: retinete illud Dominicũ, quo securi

Tom. IIII. *Tom. VII.* *Mat. 23.* *Cap. 2.* *Tom. VII.*

eius Eccleſiam non propter mala hominum deſeratis. Quæ dicimus facite, quæ autem mala nos facere putatis, aut noſtis, nolite facere. Eodẽ Libro ante medium. Nullo modo quippe legitur vua de ſpinis, quia nunquam de ſpinarum radicibus oritur. Sed cũ ſe in ſpinoſis ſepibus palmes vitis implicuit, non ideo fructus qui illic pẽdet horretur, ſed ſpina cauetur, & vua decerpitur. Itaque qualeſcunque nos ſimus, ſecuri eſtis qui Deum patrem & eius Eccleſiã matrẽ habetis. Vnde ad faciendũ quod dicitur pariter aſtringitur prædicator cum auditore. Libro primo de verbis Domini, ſermone tertio. Cũ nobis pro officio competat dicere, vobis autem cõueniat pro deuotione audire, quid tam neceſſarium, támque pertinẽs poterit vtriſque contingere, quam vt quod religioſè dicitur & deuotè auditur, obſequiis competentibus teneatur? Nam ſi religioſa non tacere lucrum eſt, tacere diſpendium: quanto itaque potiora lucra potuerunt prouenire, cum operis effectu monſtratur, quicquid magiſteriis cœleſtibus & diſcitur & tenetur? Par enim cauſa & dicentem & audientem conſtringit, vt vtriuſque profeſsio ſanctorũ teſtificatione ſignetur. Et quamuis diſsimile ſit doctoris dicentíſque officium, tamen vtriſque debetur ſanctarũ legum obſequiũ: vt iungantur factis, qui ſeparantur officiis: copulentur opere, qui diuerſi ſunt nomine: & quos vocabula ab inuicem ſeparant, eos obſeruantia præceptorum fideliter & deuotè coniungat. Quare ſic fit vt vtriuſque diuerſus ſit actus, ſed obſeruantiæ par ſit neceſſarius in vtriſque effectus, vt factorum in ambobus conſpiret aſſenſus, quibus diuerſus eſt in vocabulis ſonus. In doctore enim moleſta eſt cauſa dicere, nec facere: præcipere, nec obſeruare: in diſcẽte verò, velle audire quod nolit implere: aures auditui accommodare, & ab opere voluntatem auertere. Cæterùm qui facit quod docet, & quicquid imperat complet, maximus in cœleſtibus ſententia Domini declaratur. At verò qui quod diſcit negligit, & quod audit contemnit, ſalutis reus exiſtit, qui obſeruanda contẽpſit, & pericula nõ vitauit. Amat enim mortem, qui vitæ præcepta non obſeruat: & horret vitam, qui peccata morti debita deſperata morte frequentat. Vt enim per obſeruantiam legis vita acquiritur, ita per contẽptum mors à contumacibus inuenitur, dicente Domino, Si vis in vitam venire, ſerua mandatum. Ita enim perfectus doctor liber eſt à diſcente quẽ docuit, & diſcipulus contẽptor inexcuſatus erit, qui facienda didicit & contẽpſit. Nam & doctor econtrario grauius affligitur, & obſequentis diſcipuli exemplo plectitur, qui facienda aliis tradidit, quæ ipſe non fecit; vt nec à diſcipulis quos docuit potuiſſet diſcere, & quibus doctrinæ tradiderit magiſterium ab eiſdem factorum imitaretur exemplum. Nec enim perfectio in legum eſt notitia conſtituta, cum ſcriptum ſit, Non auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur apud Deum. Neque enim, inquam, is religioſus & ſanctus eſt, qui nouit legẽ ceſſantibus factis, cum magis expediat facere quã

Cap.8. *Tom.X.* *Docentis & diſcẽtis par obediendi neceſsitas.* *Mat 19.*

A docere: quia moleſtum eſt docere & non facere. Vos amici mei eſtis, inquit, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Ideò eſt primus gradus abuſionis prædicator ſine opere. Libro de duodecim abuſionibus, cap. primo. Primus gradus abuſionis eſt, ſi ſine operibus bonis ſapiens & prædicator fuerit: qui quod ſermone docet, actibus complere negligit. Auditores enim doctrinæ dicta facere negligunt, cum prædicatoris opera à prædicationis diſcrepare verbis conſpiciunt. Nunquã enim fit efficax prædicantis authoritas, niſi eam effectu corporis cordi infixerit audientis: præſertim cum & ipſe doctor ſi in vitiorum amorem delapſus fuerit, alterius doctoris medicamentum ſuis vulneribus adhibere paruipendit. Vnde & ipſe Dominus in Euangelio de doctrina pariter & B de bono opere volens inſtruere diſcipulos, qualem in his cautelam adhibere debeant, admonet dicẽs. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Hoc eſt, ſi doctor errauerit, à quo iterum doctore emendabitur? Et ſi lumen quod in te eſt tenebræ fiant, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Si nanque à videndi officio deſierit oculus, quis à manu vel à pede, vel à reliquo corpore illud miniſterium exiget? Quapropter rectores cogitent ne amplioři vindictæ ſubiaceant, ſi plurimis perditionis occaſionem abundantius præſtent. Nam & ipſe Salomon dum inultæ ſapientiæ tranſgreſsionem incurrit, totius Iſraëliticæ plebis regni diſperſionem ſolo ſuo merito præſtitit. Quibus ergo committũtur multa, maiora perdunt ſi non rectè diſpenſauerint rectoris ſui munera quæ perceperunt. C Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur. Et ſeruus qui intelligit voluntatem Domini ſui & non facit, acrioribus & grauioribus flagellis vindictæ vapulabit. Tamen vt dicit in communibus ſermonibus ſermone trigeſimo ſeptimo. Cum vobis prædicatur, nobiſipſis clamamus, noſipſos arguimus, vt ſi vſque modo deliquimus ſic emẽdemus, vt nunquam de reliquo faciamus. Sic enim agere debemus pœnitentiam de præteritis, vt ſemper ſimus ſoliciti de futuris. Nam ſi quando dicitis quod prædico ego implere nolo, me quidem accuſatis. Ego enim ſi non facio, tamẽ vel clamo: nolo in die iudicij duplicati criminis reus eſſe. Ad menſuram cordis veſtri offero legem Diuinam, quaſi Dominicam pecuniam. Chriſtus autem cum venerit, ipſe eſt exa- D cturus vſuras. Nam de negligentibus ſacerdotibus, qualis ego ſum, ipſe Chriſtus ad populum loquitur dicens. Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Ego enim, & ſi quod bonum eſt non facio, auribus tamen veſtris præcepta ſaluatoris inſinuo. Sed potens eſt orationes ſeruorum ſuorum ſic libenter audire, vt & quod dicimus faciamus, & vos poſsitis implere quod prædicamus. In ſermone de Dauid & Golia. Factorem quærit Deus factorum ſuorum non pictorem. Debent autem pro prædicatore auditores Deum orare. Libro de verbis Apoſtoli. Charitati veſtræ debitores nos eſſe ſcio, exactores vos eſſe ſentio. Quemadmodum nos vt

Ioan.15. *Tom.II.* *Vita cum doctrina a docente.* *Mat.5.*

vt ista percipiatis oramus: sic & vos orate, vt ea vobis explicare valeamus. Eodē Lib. Ad Apostolicam lectionem aures & animū intendat sanctitas vestra, adiuuandi nos affectu apud Dominum Deum nostrum, vt ea quæ ille nobis dignatur reuelare, ad vos apertè atque salubriter proferre possimus. In sermone de sancto Stephano. Iesus filius Naue in eremo pugnabat, & Moses orabat. Non quia ambo pugnabant, nec ambo orabāt, sed vnus pugnabat, & alius orabat. Merito qui pugnabat, non deficiebat: quia ille orando vincebat. Ita & ego loqui quidem videor, sed aliis orantibus loquor: vt precibus eorum contingat mihi quod Dominus ait, Aperi os tuū & ego implebo illud. Si ille ab vno tantum orante iuuabatur & non superabatur: quanto magis ego vbi nō vnus sed multi rogant Deum mecum, loquendo iam, non timebit cor meum, quia laudem Domini loquetur os meum? Ideo dicit Libro secundo contra Petilianū. Magni homines vos, excelsi, cœlestes & diuini, nec iam homines sed Angeli, qui pro plebibus oratis, & pro vobis plebes orare non vultis? Tu ne iustior Paulo? Tu perfectior tanto Apostolo, qui eorum, quos docebat, orationibus se commendabat? Orationi, inquit, instate, &c. Ecce oratur pro Apostolo vt manifestet mysterium Christi sicut oportet loqui: quod fieri non vis pro Episcopo. Vidésne quam sit ista diabolica superbia? Proinde si pias plebes haberes, hortari debuisti, vt pro te orarent, ne loquereris sicut nō oportet. Libro quarto de doctrina Christiana, circa finem. Siue autē ad populum vel apud quoslibet iam iámque dicturus aliquis, siue quod apud populum dicendum, vel ab eis qui voluerint aut potuerint legēdum est dictaturus, oret vt Deus sermonem bonum det in os eius. Si enim regina orauit Hester, pro suæ gentis temporali salute loquutura apud regem, vt in os eius Deus congruum sermonem daret: quanto magis orare debet, vt tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in verbo & doctrina laborat? Illi verò qui ea dicturi sunt quæ ab aliis acceperunt, & antequam accipiāt orent pro eis à quibus accipiunt, vt eis detur quod per eos accipere volunt: & cum acceperint, orent vt bene & ipsi proferant, & illi ad quos proferunt sumant. & de prospero exitu dictionis eidem gratias agant, à quo id se accepisse non dubitant, vt qui gloriatur, in illo glorietur, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Debet autem populus prædicatori in temporalibus necessitatibus subuenire. Libro de pastoribus, capit. secundo. Si tibi lucerna accenderetur in domo, nonne adiiceres oleum ne extingueretur. Porrò si lucerna accepto oleo non luceret, non esset planè digna quæ in candelabro poneretur, sed quæ continuò frangeretur. Vnde ergo viuitur, necessitatis est accipere, charitatis est præbere, non tanquam venale sit Euangeliū, vt istud sit pretium eius, quod sumunt qui annuntiant vnde viuant. Si enim sic vendunt, magnam rem vili pretio vendunt. Accipiunt sustentationem necessitatis à populo, mer-

A cedē dispensationis à Domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangelij seruiunt: non expectent ipsi mercedem nisi vnde & isti salutē. Non tamen propter hoc est prædicandum. Libro secundo de sermone Domini in mōte, capit. quinto. Non debemus Euangelizare vt manducemus, sed ideo manducare vt Euāgelizemus. Nam si propterea Euangelizamus vt manducemus, vilius habemus Euangelium quam cibum: & erit iam bonum nostrū in manducando, necessariū autē in Euangelizādo. Et infra subdit clarius rationē. Quæcūq; res propter aliud aliquid quæritur, sine dubio inferior est quam id propter quod quæritur. Et ideo illud primum est, propter quod istam rem quæris, non ista res quam propter aliud quæris. Et

Tom. IIII.

B infra concludit. Sicut omnes militantes accipiūt victum & stipendium: sic omnes Euangelizantes accipiunt victum & tegumentū. Sed non omnes propter salutem reipublicæ militant, sed propter illa quæ accipiunt: sic non omnes propter salutem Ecclesiæ ministrant Deo, sed propter hæc temporalia, quæ tanquam annonam & stipendia consequuntur, aut propter hoc & propter illud.

Sed vt dicit. Libr. iij. de verbis Domini, serm. xij. Sunt in Ecclesia homines, de quibus ait Apostolus, qui ex occasione Euangelizant, quærentes ab hominibus cōmoda sua, siue pecuniæ, siue honoris vel laudis humanæ. Quomodolibet volentes accipere munera Euangelizant, non tam salutem eius quærunt cui annuntiant, quàm commodum suum. Ille autem qui audit salutem ab eo qui

Ser. ord. 49. Tom. X.

C non habet salutem, si ei crediderit quem illi annuntiat, neque in illo spem posuerit, per quem illi annuntiatur salus: qui annūtiat habebit detrimentum, cui annūtiatur habebit lucrum. Debet autem populus diligēter inquirere ne indigeat prædicator, & ei citius eleemosynam facere. Super psalm. centesimum tertium, sermone tertio. Non dicatis, non est cum quibus faciamus misericordiam: &, prædicatores nostri homines seruientes non indigent nostri. Quære tamen ne quis indigeat: postremò & qui non indiget, inueniat in te quod velit accipere. Accipit enim bonam voluntatem, cum tu accipias pacem. Et si enim nō quærit datum, sed requirit fructum: quære tamen ne quis indigeat, & noli dicere, Si petierit, dabo. Expectas ergo vt petat. Sic pascis bouem Dei, quo-

Tom. VIII.

D modo transeuntem mendicum? Illi petenti das, quia scriptum est, Omni petēti te da. De isto quid scriptū est? Beatus qui intelligit super egenum & pauperē, id est, præoccupat vocem petituri. Si sic inter vos indigēt milites Christi, vt etiā petāt, videte ne vos iudicēt antequā petāt. Quomodo, inquis, quæro? Esto curiosus, esto prouidus. Prospice, attende vnde quisq; viuat, vnde quisq; se trāsigat, vnde habeat. Nō reprehēdetur ista curiositas tua: Intellige super egenū & pauperē. Alius ad te venit vt petat, alium tu præueni, ne petat. Sicut enim de illo qui te quærit dictū est, Omni petēti te da: sic de illo quē tu debes quęrere dictū est, Sudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum

Luc. 6. Psal. 40. Eccl. 24.

ſtum cui eam tradas. Cum enim dandum ſit iſtis pauperibus petentibus, patet. Non enim ab eis inhibuit eleemoſynas Deus cum dicat. Cum facis prandium, voca claudos, cæcos & debiles, non habentes vnde tibi reddant: voca ipſos ergo, & paſce: Epulare cum epulãtur, delectare cũ ſaginantur: illi enim pane tuo, tu iuſtitia Dei. Nemo vobis dicat. Præceptum eſt à Chriſto, vt ſeruo Dei detur, mendico non detur. Abſit hoc prorſus, impius iſta loquitur. Da ei, ſed multomagis illi. Ille enim petit, & voce petentis cognoſce cui des. Ille quanto minus petit, tantomagis vigilandum eſt vt præoccupes petiturũ: aut fortè modo non petiturum, & aliquando donaturum vel damnaturum. Itaque curioſi eſtote ad iſta fratres mei, & inuenietis multorum Dei ſeruorum indigẽtiam: tantum vt velitis inuenire. Sed quia delectat vos excuſatio qua vultis dicere, neſciebamus: propterea non inuenitis. Eſt difficile prædicare, cauſa diuerſitatis auditorum. Libro de catechizandis rudibus. Multũ intereſt cum prædicamus, vtrum pauci adſint, an multi: docti an indocti, an ex vtroque genere mixti: vrbani an ruſtici, an hj & illi ſimul, an populus ex omni hominum genere temperatus ſit. Fieri enim non poteſt, niſi aliter atque aliter afficiant loquuturum atque dicturum: & vt ſermo qui præfertur, affectionis animi à quo profertur, quendam quaſi vultum gerat, & pro eadem diuerſitate diuersè afficiat auditores, cum & ſeipſos diuersè afficiant inuicem præſentia ſua. Et quia cum eadẽ omnibus debeatur charitas, non eadem eſt omnibus adhibenda medicina: Ipſa autem charitas alios parturit, cum alius infirmatur, alios curat ædificare, alios contremiſcit offendere: ad alios ſe inclinat, ad alios ſe erigit: aliis blanda, aliis ſeuera: nulli inimica, omnibus mater. Eſt cauſa alia elationis tentationis. ſuper Ioannem, tract. quinquageſimo ſeptimo. Tutius veritas auditur quã prædicatur: quoniam cum auditur, humilitas cuſtoditur: cum autem prædicatur, vix nõ ſurrepit cuiuis hominum quantulacunque iactantia. Ergo vt Apoſtolus Iacobus ait, ſit autem omnis homo velox ad audiendum, &c. Vnde infra ſubdit. Quando te Domine prædicamus, terrã calcamus vt tibi aperiamus. Et ideo ſi reprehendimur, perturbamur: ſi laudamur, inflamur. Laua ergo pedes noſtros ante mundatos, ſed cum ad aperiendum tibi per terram pergimus inquinatos. Eſt alia ratio timoris incuſſio. Libro quinto Homiliarum, Homilia ſeptima. Nulla cauſa eſt quæ magis faciat diſpenſatorem Dei pigriorem ad arguendos contradicentes, quam timor verbi aſperi. Dum enim timemus detractiones, irriſiones & opprobria hominum ſuperborum, dúmque eis in terrena ſubſtantia metuimus prægrauari, timẽtes perdere temporalia, minus quam oportet prædicamus æterna. Et ideo dum propter illorum nequitiam aliquid mundanum perdere formidamus, peccatorum eorum vulnera medicamentis ſpiritualibus curare negligimus. Vnde timendum eſt ne & pro nobis & pro illis, quibus pro amore terrena-

Luc.14.

Cap.15. Tom IIII. Pro conditione auditorum dicẽti tempe-randa dictio.

Iac,1.

Tom.X.

A rum rerum non loquimur dura, rationem in die iudicij reddere compellamur. Alia ratio quæ eſt magna excuſatio. Libro ij. quæſtionum Euangeliorum, quæſt. xlvj. Sunt homines hac ſibi peruerſitate blandientes vt dicant, Sufficit vt de ſe vnuſquiſque rationem reddat. Quid opus eſt aliis prædicare, vt etiam de ipſis rationem quiſque cogatur reddere? Cum apud Dominũ etiam illi ſint inexcuſabiles quibus lex data non eſt, neque audito Euangelio dormierunt: quia per creaturam poterant cognoſcere creatorem, cuius inuiſibilia à conſtitutione mundi per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciũtur. Sed ideo propter hoc à prædicatiõe nõ eſt differendũ. Lib. de prędeſtinatione. Prædica verbum, inſta opportunè & importunè. Quibus opportunè? volentibus. Quibus im-
B portunè? Nolentibus prorſus importunus ſum. Audeo dicere. Tu vis errare, tu vis perire. Ego nolo. Nõ vult poſtremo ille qui me terret. Si voluero, vide quid dicat, vide quid increpet. Quod errauerat, non reuocaſtis: & quod perit, non inquiſiſtis. Te magis timebo quam ipſum? Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Chriſti. Libro ij. contra Petilianum. Sicut vnguentum, &c. per Barbam non incongruè fortitudo intelligitur. Ergo ad eos qui ſunt fortes in Eccleſia eius, & adhærent ori eius, vt ſine timore prædicent veritatem, ab ipſo Chriſto tanquam à capite ſanctũ deſcendit vnguẽtum, id eſt, ſanctificatio ſpiritualis. Ibidem. Nemo eſt palam cõfector datórq; venenorum. In ſermone xxxv. de reſurrectione Domini. Quia timeo ne mihi imputetur ſi ta-
C ceo, ideo loquutus ſum vobis coram, & excutio veſtimenta mea. Officium meum impleo, ſed fructum veſtrum quæro. De bonis operibus veſtris volo habere gaudium, non pecuniam. Non enim qui bene viuit diuitem me facit, & cum bene viuat & faciat, diuitiæ meæ non ſunt, niſi ſpes veſtra in Chriſto. Gaudium meum, & reſpiramẽtum periculorum meorum in his tẽtationibus nullũ eſt, niſi bona veſtra vita. Obſecro vos, vt ſi obliti eſtis veſtri, miſereamini mei. Lib. j. cõtra Creſconiũ grammaticũ. Prædicamus omnino in adiutorio Domini Dei noſtri Chriſtianæ veritatis voluntatẽ, pietatẽ, ſanctitatẽ. Prædicamus volẽtibus opportunè, renitentibus importunè. Sed nec cauſa irridentiũ ceſſandũ. Super pſal. xxxviij. Voluiſti Domine inter eos me prædicare veritatem
D qui amant vanitatẽ, & nõ poſſum niſi irrideri ab eis: quia ſpectaculũ facti ſumus huic mũdo & Angelis & hominibus, Angelis laudãtibus, hominibus opprobrãtibus: imo & Angelis laudãtibus & vituperãtibus. A dextris & à ſiniſtris habemus arma, in quibus militamus: per gloriã & ignobilitatem, per infamiã & bonã famã, vt ſeductores ſed veraces. Hæc apud Angelos, hæc apud homines: quia & apud Angelos ſunt ſancti Angeli quibus bene viuendo placemus: & ſunt præuaricatores angeli, quibus bene viuendo diſplicemus. Et inter homines ſunt ſancti viri, quibus placeat vita noſtra: & ſunt nequiſsimi homines, qui irrideant bonam vitam noſtram. Et hæc, & hæc

arma

Tom.III.

Reſpõſ... Tom.VII.

Tom.VIII.

Arma dextra & ſiniſtra.

arma sunt, illa dextera, illa sinistra, vtraque tamen arma sunt. Vtrisque armis, & dextris, & sinistris vtor: & laudantibus & vituperantibus, & honorem deferentibus, & ignominiam irrogantibus. In iis vtrisque armis confligo cum diabolo, vtrisque eum ferio: prosperis, si non corrumpor: aduersis, si non frangor. Super psalm. centesimum trigesimum sextum. Incipite velle prædicare veritatem quantulamcunque potestis, & videte quàm necesse sit tales pati irrisores exactores veritatis, plenos falsitatis. Inducit Christum in exemplum. super Ioannem, tract. vigesimo septimo. Dicitur quod ex verbis Domini multi discipulorum eius abierunt retro & non iam cum illo ambulabant. Abierunt retro, non pauci, sed multi. Hoc fortè factum est ad consolationem nostram: quoniam aliquando contingit vt dicat homo verum, & quod dicit non capitur, atque illi qui audiunt scandalizentur & discedant. Pœnitet autem hominẽ dixisse quod verum est. Dicit enim apud se homo. Non debui sic dicere, non hoc debui dicere. Ecce Domino contingit. Dixit, & perdidit multos, & remansit cum paucis. Sed non turbatur ille, qui nouerat ab initio, & qui credentes essent, & qui non credentes: nos si nobis contingat, perturbamur. Solatium inueniamus in Domino, & tamen caute verba dicamus, ea quæ ad paucos qui remanserant dixit.

Vnde de prædicationis modo dicit. Libro de catechizandis rudibus. Auditoribus, aut assueta sunt breuius cõplicanda, aut enodatius explananda, aut contraria refellenda. Et dicendum aliquid honesta hilaritate conditũ aptum rei quæ agitur, vel aliquid valde mirandum & stupendum. Libro secundo de Rebecca. Expositiones sanctarũ scripturarum si eo ordine & illo eloquio, quo à sanctis patribus expositæ sunt, charitatis vestræ auribus voluerimus intimare, non nisi ad paucos scholasticos cibus doctrinę poterit peruenire: reliqua verò populi multitudo ieiuna remanebit. Et ideo humiliter rogo, vt contentæ sint erudite aures verba rustica æquanimiter sustinere, dũmodo totus grex Domini simplici, scilicet, & vt ita dixerim, pedestri sermone pabulũ spirituale possit accipere. Et quia imperiti & simplices scholasticorum altitudinem non possunt accipere, eruditi se dignentur ad ignorantiam inclinare. Quod enim à simplicibus dictũ fuerit, scholastici intelligere possunt: quod autem ab eruditis fuerit prędicatum, simplices capere non valebunt. Eodem Libro, versus finẽ. In ipsa prædicatione multum interest quid res ipsa cum agitur moueat, & quid auditorum præsentia non solùm ferre, sed & desiderare se ostendat. Super psalm. octogesimum octauum, sermone primo. Robusto corde prædicemus veritatẽ Dei, eloquium Dei, promissa Dei. Omni ex parte firmati prædicemus, & portãdo Deum cœli simus. Ideo Libro primo contra Cresconium grammaticum. Quia pia solicitudine charitatis in huius dispensationis labore versamur, puto nequaquam iuste reprehendi ministerium nostrum, si contra quoslibet aduersarios veritatis feruenti spiritu pro veritate certemus. Libro contra eundem supradictum. Dilucidissimè docui, ne contentiosissimus habeatur diligentissimus prædicator, & ne litigator putetur impiger disputator: instans, secundum Apostoli pręceptũ opportunè, importunè: importunè autẽ vt doctrina sana cõtradicentes redarguãtur, vaniloqui refellãtur, inquieti corripiantur, pusillanimes consolentur, infirmi suscipiantur, dum aduersus omnes resistentes verbum salutis Euangelicæ cum patientia defenditur, sine diffidentia prædicatur. In sermone vndecimo de aduẽtu ad iudicium. Fortè dicit aliquis, Quare dura assidue prædicantur? Quia melius est hîc vnam paruam amaritudinem sustinere, & postea ad æternã dulcedinem peruenire, quam hîc habere paruum gaudium, & illic sustinere sine fine supplicium.

Et infra ibidẽ. Quoties vobis durum aliquid prædicamus, non ideo dicimus, quod à vobis tale aliquid fieri suspicemur: sed ideo etiam illa quæ non facitis denuntiamus, vt illa in quibus forte fueritis præuenti, sanare possitis. Solet enim fieri, vt dum maiora timentur, minora celerius caueantur. Quomodo thyriaca bibitur ne in corporibus possint præualere venena: ita austera prædicatio ingeritur, vnde animarum præparantur antidota. In communibus sermonibus, serm. xxij. Quotiescunque, charissimi, tam pro vestra quam pro nostra salute mihi necesse est aliqua dura vel aspera prædicare, considerantes periculũ meum, debetis hoc patienter accipere: quia prædicatio aspera, ægrotis medicamenta prouidet, & sanis ornamenta componit. Non est enim leue quod per Prophetam Spiritus sanctus comminatur nobis: Fili hominis, speculatorẽ domui Israël constitui te, &c. Et ideo quoties vobis aliqua verba dura pro salute animæ vestræ dico, conscientiam meam apud Deum absoluo. Timeo enim Heli sacerdotis exemplum: qui audiens filios suos adulteria cõmittere, noluit eos aut cædere, aut à communione suspendere, sed tantum leniter admonere. Vnde vna die triginta millia de populo interficiuntur, duo filij eius occiduntur, arca testamenti capitur, etiam ipse de sela cadens moritur. Ecce quam graue factum est malum propter negligentiam sacerdotis. Et ideo hoc facit me vobis importunum, & frequentius clamare compellit. Econtrariò de Phinees fuit, qui sanctam seueritatem tenuit. Sed quando peccatores pro suis criminibus castigantur, non solùm humiliter & obedienter non accipiunt, sed plures impudentissima fronte respondere non erubescunt dicentes. Nunquid ego solus hoc feci? Nunquid & illi & illi? Nunquid etiam clerici, & maiores similia aut peiora fecerunt? Infœlix solatium est tibi turba miserorum. Nunquid ideo vnusquisque peccator minus poterit torqueri, si multos æterno supplicio cõspexerit cruciari? Quãto melius humili cõfessione clamares. Ego dixi Domine miserere mei, &c. Meliúsq; sequereris exempla illorũ qui post peccata bene conuertuntur, quam eos imitareris qui ad æterna supplicia destinãtur? Solent etiam

etiam desperātēs de Dei iustitia prophana temeritate dicere, quod multi talia & peiora crimina committentes, nihil mali in præsenti sæculo patiūtur, sed & sani & diuites in ꝓsperitate manēt. O infœlix & lugenda præsumptio. Videntur esse beati qui nihil mali patiuntur in sæculo: qui ideo non hîc flagellantur, quia æterno supplicio reseruantur. Non enim debent breui tempore castigari, quos decet sine fine torqueri. Nam istos Deus sua iustitia castigare dissimulat, & filios suos diuersis afflictionibus exercere non cessat: vt qui in sordibus est sordescat adhuc, & qui iustus est iustificetur adhuc. Hoc igitur agnoscentes, & quā grauis sarcina immineat ceruicibus nostris, à quibus omnium vestrum animæ requiruntur, si ea quæ vobis prædicantur aliquando amara videantur, patienter accipite. Nostis enim medicos non semper dulcia, sed amara frequenter ægrotantibus porrigere: & nonnunquam ferramentis aliqua membra secare, aut cauteriis exurere, propter totius corporis sanitatē. Et nos qui licet indigni, tamen qualescūque animarum sumus medici, oportet nō semper blanda & mollia, sed aliquando aspera ægrotanti animæ propinare: vt quomodo per amaram potionem humores mali purgantur, sic per duram castigationem mores pessimi corrigātur. Sed quale est, vt medici corporum vt ad ægrotos veniant rogantur, preces & munera præmittuntur, & tamen dubiū est vtrum eorum medicamenta proficiant: nos verò qui de medicina spirituali in nullo penitus desperamus, (quia absq; dubitatione si libenter accipitur, etiā si mortua sit anima suscitat:) nec aliqua temporalia lucra requirimus, nihil aliud expectātes nisi correctionem & perpetuam salutem in ægrotantibus, non ideo fastidiri debemus, si nos vltro ingerimus. Et tamen ab aliquibus cum modestia & tædio audimur: quos oportet vt de anima ægrotante, vbi est imago Dei, maiorem solicitudinem habeant, quā de carne: vt cum caro, quæ nunc diligitur, cœperit à vermibus in sepulchro deuorari, anima Deo & Angelis præsentetur in cælo, vbi propter bona opera coronetur, non propter mala in tenebras exteriores proiiciatur. Debet autem auditor esse discretus. Super Ioannem. Hoc quod volo, si possum loqui charitati vestræ, sed secundum illa verba Domini, Qui potest capere capiat, qui autē capere non potest, non mihi ascribat, sed tarditati suæ: & conuertat se ad illum qui cor aperit, vt infundat quod donat. Postremo si quisquam non intellexerit, quia non à me sic dictum est vt dici debuit, ignoscat humanæ fragilitati, & supplicet Diuinæ bonitati. Habemus enim intus magistrum nostrum Christum. Quicquid per aurem vestram & os meum capere non poteritis, in corde vestro ad eum conuertimini, qui & me docet quid loquar, & vobis quemadmodum dignatur distribuit: qui nouit quid det, & cur det. Aderit petenti, aperiet pulsanti. Et si fortè non dederit, nemo dicat se desertum. Forte enim aliquid dare differt, sed neminem esurientem relinquit. Si enim non dat ad horam, exercet quærentem, non contemnit petentem. Vnde & audire & intelligere & credere quod prædicatur ad salutē cum gratia à Deo est. Libro primo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. Omne quod dat mihi pater ad me veniet. Quid est ad me veniet, nisi credet in me? Sed vt fiat, pater dat. Ca. 8. 1 om. ...

A

Et infra subdit. Omnis qui audit à patre & didicit, venit ad me. Qui audit à patre & didicit venit ad me: non audit à patre nec didicit qui non venit. Nam si audisset & didicisset, veniret. Neq; enim vllus audiuit & didicit, & non venit: sed omnis, vt ait veritas, qui audit à patre & didicit, venit. Valde remota est à sensibus carnis hæc schola, in qua pater auditur & docet vt veniatur ad filium. Ibi est & ipse filius, quia ipse est verbū eius, per quod sic docet: nec agit hoc cum carnis aure, Cap. eod.

B sed cordis. Simul est & spiritus patris & filij: neque enim ipse non docet, aut separatim docet: inseparabilia quippe dicimus esse opera trinitatis. Et ipse est vtique Spiritus sanctus, de quo Apostolus dicit. Habentes autem eundem spiritum fidei. Sed ideo patri hoc potissimum est tributum, quia de ipso est genitus vnigenitus, & de ipso procedit Spiritus sanctus. Et infra. Omnis qui audit à patre meo & didicit, venit ad me. Sicut ergo integrè loquimur cum de aliquo literarū magistro, qui in ciuitate solus est, dicimus: omnes iste hîc literas docet: non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicunque ibi literas discit: ita rectè dicimus, Omnes Deus docet venire ad Christum: non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit. Eodem Libro. Cum Cap. eod.

C Euangelium prædicatur, quidam credūt, quidam non credunt: sed qui credunt prædicatore forinsecus sonante, intus à patre audiunt atque discūt: contra, qui non credunt, hoc est, illis datur vt credant, illis non datur: quia nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Trahi à patre ad Christum nihil est aliud, quam donum accipere à patre quò credat in Christū. Vnde dicit eodem Libro. Dicamus tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat, & vbi sciebat esse qui in eum fuerant credituri. Iis enim temporibus & iis locis quibus Euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat: quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali præsen- Cap. eod. Cap. eod. Cap. 9.

D tia fuerunt, qui in eum nec resuscitatis ab eo mortuis credere noluerunt. Et infra subdit. Salus religionis huius per quam solam veram, salus vera veracitérque promittitur nulli vnquam defuit, qui dignus fuit: & cui defuit, dignus non fuit. Et ab exordio propagationis humanæ vsque in finem quibusdam ad præmium, quibusdam ad iudicium prædicatur: ac per hoc & quibus omnino annuntiata non est, non crediturі præsciebantur: & quibus non credituris tamen annuntiata est, in illorum exemplum demonstrantur. Quibus autem credituris annuntiatur, in regno cœlorum & sanctorum Angelorum societati præparantur. Ideo concludit eodem Lib. Super illud Apost Cap. eod. Cap. 20.

A Apostoli, Vt Deus aperiat nobis ostium verbi sui. Quomodo aperitur ostium verbi, nisi cum sensus aperitur audientis vt credat, & initio fidei facto, ea quæ ad ædificandam salubrem doctrinam prædicantur & disputantur, admittat: ne per infirmitatem corde clauso, ea quę dicūtur improbet ac repellat? Debet autē prędicatio talis cū deuotione audiri & mentis attentione. Libro v. Homil. Homil. xxvj. Interrogo vos fratres & sorores, dicite mihi, Quid vobis plus esse videtur corpus Christi, an verbum Christi? Si verum vultis respondere, hoc dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quàm corpus Christi. Et ideo quanta solicitudine obseruamus, quando corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat: tanta solicitudine obseruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dū aliud, aut cogitamus, aut loquimur, de nostro corde depereat. Quia non minus reus erit qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permiserit. In sermo. xiiij. de natiuitate Ioannis Baptistæ. Omnibus sanè sapiētibus liquet, quod quietis etiam parua vox sufficere potest. Si autem vultis fratres charissimi, quietè audire, nolite habere cor in auribus, sed aures in corde. Super titulum Psalm. xxxiij. Mercede intelligentiæ diuturnus sermo onerosus esse non debet. Vnde sic alloquebatur suam deuotam plebem. Sermone xxij. de resurrectione Domini. Ad omnes quidē pertinet sermo, quos cura nostra complectitur: verumtamen hodie terminata sanctorum solennitate, vos alloquimur nouella germina sanctitatis regenerata ex aqua & spiritu sancto, germen pium, examen nouellum: flos nostri honoris & fructus laboris, gaudium & corona nostra omnes, qui in Domino, vt Apostolicis verbis vtar, sapitis & viuitis. In cōmunibus sermonibus, sermo. xxx. Inter reliquas virtutes quas in Euangelio saluator enumerat, est fames & sitis iustitiæ. Beati, inquit, qui esuriunt, &c. Fœlices quibus istam præclaram famem & desiderabilem sitim Dominus donare dignatur: quæ non est aliud, quam verbum Dei libenter audire, de quo scriptum est, Qui edunt me adhuc esurient. Quāuis enim melius sit facere quam nosse, prius tamen est nosse quam facere: quia oportet discere quod debet impleri. Prius ergo debemus scire, vt postea mereamur implere. Vt igitur hæc beatitudo inueniatur in vobis, quoties verbum Dei tardius prædicamus, nolite expectare vt vltro ingeramus, sed quasi rem vobis iure debitā indesinenter exigite: quia interdum ab iis qui periculum nostrum nesciunt, iudicamur importuni: sed qui bene nouit quam graue pondus immineat nobis, intelligit, quod quamuis asiduè prædicemus, minus tamen reddimus quam debemus, dicente scriptura, Clama ne cesses. Non dixit, post multos dies: sed, clama ne cesses. Vnde Apostolus, Memoriam, inquit, mei retinete, quoniam die ac nocte non cessaui cū lachrymis monens vnumquēque vestrū. Propterea cōtestatur ad Timotheū, Prædica verbū, &c. opportunè volentibus, importunè nolētibus. Volētibus enim audire verbū Dei offerendū est, nolētibus ingerēdum: ne sententia ad nos dirigatur, qua piger seruus qui talentum Domini sui abscondit, punitus est. Sed sicut graue peccatum est nobis ad mēsam Domini nostri non dedisse pecuniam, ita vnicuique nostrum non paruum est periculū Dei verbum operibus non implere, aut fastidiosè audire, aut non famem eius sitímque habere. Non maior debet esse corporis fames quā animæ, sed quanto dignior, tanto de eius victu nos oportet magis esse solicitos. Et ideo si tarde eius cibus ministratur, molestè accipite & per sanctam importunitatem vestram, nostram pigritiam excitate.

B Cupimus enim à vobis istam desiderabilem inquietudinem asiduè subsistere, dummodo animas vestras videamus in Dei amore proficere: vt sicut nobis expedit collectis scripturarum floribus spiritualem cibum conficere: ita vos oportet cum grandi auiditate requirere, ne impleatur quod scriptum est, Mittam in vobis famem non panis &c. Confidimus tamē quia Dei misericordia ita nobis studium legendi & prædicandi, & vobis studium audiendi præstare dignabitur, vt nos de prædicationibus posimus bonam rationem reddere, & vos benigna obedientia & operum bonorum perseuerantia valeatis ad æterna præmia peruenire. Talibus hilariter est prædicandum. Lib. de catechizandis rudibus. Sicut in pecunia corporali, ita & multo magis in spirituali hilarem datorem diligit Deus: sed hilaritas vt ad horam adsit, eius est misericordiæ qui ista præcipit. Et inf. dicit. Si vicos inusitatissimos cum benefica hilaritate trāsimus, quando alicui fortè qui errando laborauerat, demonstramus viam: quanto alacrius & cum gaudio maiore in doctrina salutari, etiam illa quæ propter nos retexere non opus est, perambulare debemus: cum animam miserandam per itinera pacis, ipso qui nobis eam præstitit iubēte deducimus? Vnde non est retinendum prædicandi officium, libro contra Faustum. Olim iussus est frater post mortem fratris vxorem ducere, vt non sibi, sed illi suscitaret sobolē, eiúsque nomine vocitaret quod inde nasceretur: quod si recusaret, discalciatus vno pede conspui solebat in facie. Nunc Euangelij quisque prædicator debet in Ecclesia prædicare siue laborare, vt defuncto fratri, id est, Christo, suscitet semen, qui frater pro nobis mortuus est: & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. At verò qui electus ab Ecclesia ministerium Euangelizandi renuerit, ab ipsa Ecclesia dignè meritóque contemnitur. Qui enim & sibi prodest & Ecclesiæ, bene intelligitur vtroque pede calciatus. Vnde est illud, Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona. Qui enim curam lucrandorum refugerit aliorum, discalciati illius figuratum non solùm significatum, sed in se impletum portat opprobrium. Ideo hoc debet attendere auditor. Li-

Tom. IIII.

Cap. 12.

C

D

bro de nouo cantico. Disce Christiane, qui Christum desideras & audire & videre, Si quis tibi Christum prædicat, attende & considera qualem prædicet, vbi prædicet. Christus enim qui veritas est, per scripturas sanctas prædicatur. Nõ in angulis, non occultè, sed palam, publicè, in sole posuit tabernaculum suum. Hoc enim est, in manifesto collocauit Ecclesiam suam. In sermonibus communibus, sermone xx. Qui contemnit præconem, sentiet iudicem. Sed scripturam sacram debet prædicare. Libro de catechizandis rudibus. Narratio incipienda est ab eo quod scriptum est, In principio fecit Deus cœlum & terram, vsque ad præsentia tempora Ecclesiæ: Non tamen propterea debemus totum Pentateuchum, totósque Iudicum & Regnorum & Esdræ libros, totúmque Euangelium & actus Apostolorum, vel, si ad verbum ea didicimus, memoriter reddere, vel nostris verbis omnia quę in his voluminibus continentur narrando euoluere & explicare: quod nec tempus capit, nec vlla necessitas postulat: sed cuncta summatim generatímque complecti, ita vt eligantur quædam mirabiliora quæ suauius audiantur, atque in ipsis articulis constituta sunt: vt ea tanquã in inuolucris ostendere, statímque à conspectu abripere non oportet, sed aliquãtum immorando quasi resoluere atque expandere, & inspicienda atque miranda offerre animis auditorum: cætera verò celeri percursione inserendo contexere.

Cap. 3. Tom. IIII.

Ideo de scriptura sancta dicit, quia vt ait Libro de sancta viduitate. Sancta scriptura nostræ doctrinæ regulam figit, ne audeamus sapere plus quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

Tom. IIII.

Sed de fine intentionis prædicatorum, dicit prædicto libro de catechizãdis rudibus. Illa quæ loquimur, & animus quo loquimur, & ille cui loquimur, ad hunc finem dirigenda sunt qui est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Talis prædicatio vtilis est, ideo dicit ibidem. Longe melius est replere mẽtem verbo Dei, quam pane esurientis ventrem. Ideo non priuatur prædicator mercede gloriæ etiam si auditor nolit obedire. Libr. primo contra Cresconium grammaticum. Sicubi diligentia medicinæ huius impensa non prodest, sufficit ad rationem Deo reddendam quod non cessauit impendi. Sicut enim malignus suasor peccati etiam si non persuaserit, merito pœnam deceptoris incurret: ita fidelis iustitiæ prædicator etiam si ab hominibus respuatur, absit vt apud Deum sui officij mercede fraudetur. Res enim incerta fit ad certum. Incertum autem dico, non præmium facientis, sed animum audientis. Incertum est nobis vtrum ascensurus sit, cui veritas prædicatur, sed certum est etiam veritatem prædicari oportere, & certum est fideliter eam prædicantes dignam retributionem manere, siue suscipiantur, siue spernantur, siue etiam propterea quælibet temporaliter aduersa patiantur. Vnde extollit prædicatores. Super Psalmum. lxxxviij. serm. j. Prædicatores veritatis sunt cœli & nubes. Cœli

Tom. IIII.

Tom. VII.

Certa sunt sua præmia verbi ministris.

A propter fulgorem veritatis: nubes, propter occulta carnis. Nubes enim omnes nebulosæ sunt propter mortalitatem, & veniunt, & transeunt.

Super Ioannem. Amen dico vobis, quia videbitis cœlum apertum, & Angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. Angeli Dei, sunt boni prædicatores prædicantes Christum. Hi ascendunt & descendunt super filium hominis, quia ascendunt illius illuminatione, & descẽdunt prædicatione. Require vbi Doctor.

Tr... T...

PRAELATVS. De prælatorum iurisdictione. Libro ij. de ciuitate Dei. Vidi, inquit Ioannes, sedes, & sedentes super eas, & iudicium datũ est. Non hoc putandũ est de vltimo iudicio dici, sed per sedẽtes super sedes ipsi præpositi intelligendi sunt, per quos nunc Ecclesia gubernatur. B Iudicium autem nullum datum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum est, Quæ ligaueris in terra, erunt ligata in cœlo, &c. Sed vt dicit super Ioannem, serm. xix. Monere, docere, corripere, nostrum: saluare verò, coronare, aut damnare, & in gehennã mittere, non est nostrum, sed Dei. Libro de moribus Ecclesiæ. Prælati non sanatis magis quam sanandis hominibus præsunt. Quia prælatorum status est periculosus, debent subditi pro eis orare. Super Psalmum cvj. Quanto plus honoramur, tanto plus periclitamur. Metuendum est ne auertat aliquem vestrum à veritate periculum erroris. Metuendum est ne vincat vnumquẽque cupiditas sua, & eligat magis eam sequi, quam ex eius difficultatibus exclamare ad Dominũ. C Metuendum est ne vnusquisque nostrum minus sapiat verbum Dei, & fastidio moriatur. Tentatio vero gubernandi. Tentatio ergo periculorum in gerenda Ecclesia nos potissimum tangit. Sed quomodo vos alieni eritis, si nauis tota periclitabitur? Vnde non minus soliciti sitis, & pro nobis non minus oretis. Quia & si ad eadẽ gubernacula non sedetis, in eadem tamen nauigatis. Vnde quo ad hoc & sui regnum dicit in regula. Ipse qui vobis præest, non se existimet dominante potestate, sed charitate obsequente fœlicem. Honore coram vobis prælatus sit, timore coram Deo subiectus sit pedibus vestris. Circa omnes seipsum bonorum præbeat exemplum. Corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat, metuendus imponat. Et quamuis vtrunque D sit necessarium, tamen plus à vobis amari appetat quam timeri, semper cogitans Deo se pro vobis redditurum esse rationem. Vnde vos magis obediendo nõ solùm vestri, sed etiam ipsius miseremini, qui inter vos quanto loco superiore, tãto periculo maiore versatur. Debet autem, si expedit, suo officio humiliter cedere. In Epistola ad Castorium. Longe est quippe gloriosius Episcopatus sarcinam propter Ecclesiæ vitanda pericula deposuisse, quàm propter regenda gubernacula suscepisse. Ille quippe se honorem dignè accipere potuisse demonstrat, qui acceptum non defendit indignè. De hac materia require

Tom. ...

Tom. I... Epist. ...

Tom. II. Epist. ...

require supra vbi, Dominus, & vbi, Episcopus, & vbi, Pastor.

PRAEMIVM. Summum præmium est Deus. Super Psalmum septuagesimum secundum. Pręmium Dei nullum est pręter ipsum. Præmium Dei, ipse est Deus. Allicit nos Christus ad bene operandum propter præmium. Libro primo, de verbis Domini, sermone tertio. O magna bonitas Dei, cui cũ pro conditione reddere debeamus obsequia, vtpote serui Domino, famuli Deo, subiecti potenti, mancipia redemptori, amicitiarum nobis præmia repromittit, vt à nobis obsequia debita seruitutis extorqueat: vt quos nolle seruire conspicit sponte, suorum beneficiorum possit promissionibus inuitare: & quorum voluntates à se conspicit alienas, eorum mentes præmiorum liberalitatibus constituat suas. Nam vnde frequẽter aut inuitat præmio, aut terret supplicio, nisi vt benignitas consilio à se formato homini consulat, redempto prouideat: vt qui non terretur supplicio, inuitetur præmio: & quem metus à peccatis reuocare nõ potest, promissionibus benignitas possit? Cupit enim etiam nolentibus subuenire, desiderat misereri peccati, qui si peccauerit dignos fructus exhibeat pœnitẽtię. Inuitus enim in reos vindicat, si rei indulgẽtiam miserantis cõtemnant. Amat enim corrigi peccatores, qui in vitam nõ in mortem à principio cõstituit homines. Ipse enim infert sibi interitum, qui medentis Domini cõtempsit consiliũ. Reuertimini, inquit, ad me, & reuertar ad vos. Vnde in sermone vndecimo, de aduentu ad iudicium. Quis verbis possit exponere quanta sunt circa nos beneficia Christi? Fecit enim nos cum non essemus, reparauit nos postea cum perissemus, mortem suscepit, pretioso nos sanguine liberauit, ad inferna descendit, è faucibus nos æternæ mortis eripuit, cœlum nobis pro præmio promisit. Hæc omnia pio & benigno animo cogitantes, quantum possimus cum ipsius adiutorio beneficiis suis vicem rependere festinemus, & voluntati eius obtemperare fideliter studeamus, vt eius gloriæ præmium mereamur. Et quia præmium non redditur propriè, sed donatur. Ideo libr. iiij. contra Epistolas Pelagianorum dicit. Multum delectat impietatem superbã, vt etiam hoc quod cogitur confiteri à Domino datũ, non sibi donatum videatur esse, sed redditum: vt scilicet, filij perditionis non promissionis ipsi credantur se bonos fecisse, & Deum iam bonis à seipsis effectis, pro isto eorum opere debitum præmiũ reddidisse. Ita nanque illis tumor ipse aures cordis obstruxit, vt non audiant, Sine me nihil potestis facere. Non audiant, Charitas ex Deo est. Non audiant, Deus partitus est mensuram fidei. Non audiant, Spiritus vbi vult spirat. Et, qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Non audiant, Nemo potest venire ad me, nisi ei datum fuerit desuper. Non audiant quod Esdras scribit, Benedictus est Deus patrum nostrorum, qui hoc dedit in cor regis clarificare domum suam, quæ est in

A Hierusalem. Non audiant quod per Hieremiam Dominus dicit, Timorem meum dabo in cor eorum vt à me non recedant, & visitabo eos vt bonos eos faciam. Maximéque illud quod per Ezechielem prophetam, vbi prorsus Deus ostendit nullis se hominum meritis prouocari, vt eos bonos faciat, id est, obedientes mandatis suis: sed potius hęc ei retribuere bona pro malis, propter seipsum hoc faciendo, non propter illos. Hæc, inquit, dicit Dominus Deus, Ego faciam domus Israël, sed propter nomen meum sanctum quod polluistis in gẽtibus, ad quos intrastis, & sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est, &c. vt habetur Ezechiel. xxxvj. vsque ad finem capitis. In sermone de sanctis Fabiano

Hier. 32. *Ezech. 36.*

B & Sebastiano. Dedit nobis Dominus naturam, vt essemus, dedit animam vt viueremus, dedit mentem vt intelligeremus, dedit alimenta vt mortalem vitam sustentaremus: dedit lucem de cœlo, dedit fontes de terra: sed hæc omnia communia sunt dona bonorum & malorum. Proprium aliquid reseruat solis bonis, illud est, quod non oculus videt, nec aures audiunt, nec in cor hominis ascendit. Quod enim in cor hominis ascendit, infra cor hominis erit. Non ergo quod ascendit in cor tuum, sed quo ascendit cor tuum, seruat tibi Deus præmium tuum. Ideo de debitorum præmio loquitur. Libro de eleemosyna. Quæ erit bene operantium gloria, quam grandis & summa lætitia, cum populum suum Dominus cœperit recensere, & meritis atque operibus nostris promissa præmia contribuens, pro terre-

C nis cœlestia, & pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna præstare: offerens nos patri, cui nos sua sanctificatione restituit: æternitatem nobis immortalitatémque largiri, ad quem nos sanguinis sui viuificatione reparauit: reducẽs ad Paradisum, denuo facere regna cœlorum fide & veritate suæ pollicitationis aperire? Concludit autem de bonorum & malorum præmio. Libro de salutaribus documẽtis, dicẽs. Semper cor nostrum promissa cœlestia meditetur, & omnia terrena quæ possidemus, in futuras cœli mãsiones transferamus, vt cum ibi prouecti fuerimus, fruamur bonis cœlestibus. Nam credimus quia cum à carnis vinculo anima nostra fuerit absoluta, si bene & rectè coram Deo vixerimus, mox in occursum nostrum Angelorum chorus oc-

Cap. 40. Tom. IIII.

Bona futuræ vitæ.

D curret, omniúmque sanctorum agmina in nostros miscebuntur amplexus, & ad adorandum verum iudicem ducent. Sed dum in corpore viuimus, sicut dixi, quę Dei sunt placita faciamus, & tunc erit nobis pax in circuitu, & summa securitas: nec timebimus vltra diaboli ignita iacula, nec vllum quemlibet inimicum, qui cupiat nostras animas ad periculum iaculare: non ferrum, non ignem, non faciem truculentam tortoris, non famem, non sitim, non vllam ægritudinem carnis: non aduersabitur vltra caro spiritui, nec periculum timebimus vllũ. Sed cum carnis abiiciemus sarcinam, tunc spiritus sanctus tribuet nobis in cœlestibus mansionem, cui nos paulò

antè inter corporis nostri hospitium feceramus habitaculũ: & læti gaudentésque futuri iudicij diem expectabimus, in quorum singulorum animæ pro suis actibus recipient præmia. Econtra impij & peccatores peribũt. *Cap. 41.* Tunc frustra rapaces auari, superbi, adulteri, iracundi, cupidi, maledici & periuri amarissimè flebunt, qui suorum malorum veniam non consequentur. In luctu maximo detinebuntur omnes, qui carnis suę voluntates sequuti sunt: in mœrore & gemitu erunt sempiterno, qui vitiis & passionibus seruierunt. Et cum hi omnes pro criminibus suis & sceleribus gehennæ ignibus deputabuntur, nos si dum in corpore sumus Deo placuerimus, cum sanctis sempiterna præmia accepturi sumus. Ideo contemnamus cuncta quæ vana sunt & caduca, vt tantam gloriam Christo miserante adipisci mereamur.

Tom. IIII. PRAESCIENTIA. Diffinitur libro ij. diuersarum quæstionum ad Simplicianũ, quæstione ij. Præscientia, est futurorum scientia. *Lib. hypognosticon 6.* Sed præscientia Dei nobis est occulta, libro contra Pelagianos de prædestinatione. *Tom. VII.* Quando Deo cum Dauid misericordiam & iudicium cantamus, cantamus metuentes, non interrogamus quæ sit voluntas eius, expauescentes iudicia eius incomprehensibilia: sola tantum fidei consideratione proferimus: quia si scrutari voluerimus secretum Dei, quod iustitiæ ipsius solius notum est, comprehendere non valemus, & impletur in nobis quod scriptum est: Defecit scrutantes scrutinio. Quare? Quia accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. *Infra.* Et infra dicit ibidem. Certum est quia personarum acceptor non est Deus, nec cuiusquam personam reueretur. Descende ergo si vales in profundum misericordiæ Dei: Ascende si sufficis in altitudinem iustitiæ iudicij eius: descende in longitudinem & latitudinem inuestigabilium viarum eius, & si liquido penetraueris, hæc nobis tã metuenda & incomprehẽsibilia secreta, de quibus Paulus expauit, ipse intrepidus pande. Si autem iactatus curru inanium quæstionum cadas in fluctus vanæ contentionis, & velut nauis deserta à gubernaculo per diuersa & incognita littora volueris, nec prorsus ibi prospere nauigare potes, reuertere & sede in portu fidei catholicæ, vbi te nulla possit fluctuosæ curiositatis tempestas turbare vel mergere. Quantumlibet enim scire coneris, iudicia Dei comprehendere non vales, nec valebis: quia sicut nemo scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita & quæ Dei sunt nemo scit, nisi spiritus Dei. Si qua ergo attingere valuerimus, non nostra solertia, sed dono Spiritus sancti reuelata esse debemus agnoscere. Si enim nobis scire non datur quod supra nos est, nec à nostra pusillanimitate petatur. Prædictum est enim à scriptura sancta. *Eccl. 3.* Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris in vanitate. Et, Altũ sapere noli, sed time. Timendum est prorsus & venerandum profundum Dei, quod nos ritè fatemur inuestigare non posse. Omnia, inquit, in mensura numero & pondere constituisti Domine. *Sap.* Quis igitur hanc mensuram, hunc numerum, hoc pondus Dei sufficit comprehendere, vt constitutiones eius vniuersas in his tribus definitionibus valeat enarrare? In mensura puto quod constet qualitas, in numero quantitas, in pondere ratio perequata. Sed hęc tria in iudicio & misericordia Dei constant: quia in his duobus terminis sanctis cõclusa sunt, in quibus per hæc mundum constituit, gubernat & iudicaturus est. In his Deus iudex iustus comprehendi non potest, non potest reprehendi. Et quia sit occulta. Ideo libro v. de baptismo contra Donatistas. *Tom.* In illa ineffabili præscientia Dei multi qui foris videntur, intus sunt, & multi qui intus vidẽtur, foris sunt.

Sanctorum causa dicit in Epist. iiij. ad Paulinum contra Petilianum. *Tom. Epist.* Certus est Dei pręscientiæ definitus numerus, & multitudo sanctorum, quibus diligentibus Deum quod eis donauit per diffusum in cordibus eorum Spiritum sanctum, omnia cooperantur in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt sancti, quos ante prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, illos & vocauit: hîc subaudire debemus, secundum propositum. *Exc...* Sunt enim & alij vocati, sed non electi: ac per hoc non secũdum propositum vocati. Quos autẽ vocauit, hoc est secundum propositum, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Hi sunt filij promissionis, hi sunt electi qui per electionem gratiæ salui fiunt, vbi dictum est, Si autem gratia, iam nõ est ex operibus, alioquin gratia non est gratia. *Rom.* Hęc sunt vasa misericordiæ, in quibus Deus etiam per vasa iræ notas fecit diuitias gloriæ suæ. Horum fit per spiritum sanctum cor vnum & anima vna, quæ benedicit Dominum, & non obliuiscitur omnes retributiones eius: qui propit. f. o. mi. eius, qui sa. o. languo. eius qui redemit de corruptione vitam eius, qui coronat eã in misericordia: *Psal.* Quia non volentis neque currentis, sed miserẽtis est Dei. Cæteri autem homines ad istam societatem nõ pertinentes, quorum tamen & animã & corpus Dei bonitas operata est, & quicquid habet ista natura præter vitium quod eidem inflixit superbientis volũtatis audacia, propter hoc à Deo pręsciẽte creati sunt, vt in his ostẽderet liberũ desertoris arbitriũ, sine sua gratia quid valeret, & in eorũ iustis & debitis pœnis vasa misericordiæ quæ non suorũ operũ meritis, sed gratuita Dei gratia sunt ab illa cõcreatione discreta, quid sibi collatũ esset addiscerent, vt omne os obstruatur, & qui gloriatur, in Domino glorietur. Propterea concludit in fine libri de prædestinatione & gratia. *Tom.* Manẽte sententia quod nõ est iniquitas apud Deũ, si quid est illud quod quęritur, quod modum nostri sensus excesserit, & intellectus nostri non dignatur angustias, in illa iustitiæ, misericordiæ præscientiæque Diuinæ plenitudine permanere inconcussa æquitate fateamur: ne de superioribus Diuinæ

voluntatis

voluntatis arcanis aliter quam modus conditionis nostræ patitur diſputantes, Dei iuſtitiam relinquamus,& noſtrã ſtatuere cupientes,in imam contumaciæ voraginem decidamus. Præſciẽs futuros peccatores debuit tamen facere vel creare Deus. Libr.xj.ſuper Gen. Præſciti ideo creari debuerunt,quia habent & ipſi locũ ſuum, quẽ in rebus impleant pro vtilitate ſanctorũ. Nã Deus nec iuſtitia cuiuſquã hominis iuſti eget, quanto minus iniquitate peruerſi? Et idem infr. Præuidet Deus bonos futuros & creat:præuidet malos futuros & creat. Seipſum ad fruendum præbens bonis, multa munerum ſuorum largiens & malis,miſericorditer ignoſcẽs,iuſtè vlciſcẽs. Itémq; miſericorditer vlciſcens, iuſtè ignoſcens: nihil metuens de cuiuſquam malitia, vel indigens de cuiuſquã iuſtitia: nihil ſibi conſulens de operibus bonorum, & bonis cõſulens etiam de pœnis malorum. Cur ergo non permitteret tentari hominem illa tentatione probandũ, conuincendũ, puniendũ,cum ſuperba concupiſcentia propriæ poteſtatis quod conceperat pareret, ſuóque fœtu confunderetur,iuſtóque ſupplicio à ſuperbiæ atque inobediẽtię malo poſteros deterreret,quibus ea conſcribenda & annuntianda parabãtur?

Concludit lib.de vera innocẽtia. Nullũ Deus vel Angelorum vel hominũ crearet quẽ malum futurum eſſe præſciuiſſet,niſi pariter noſſet quibus eos vſibus bonorũ cõmendaret,atque in ordinem ſæculorũ,quaſi pulcherrimũ carmen,etiã ex quibuſdã pulcherrimis antithetis honeſtaret.

Tamen licet præſciat peccaturos, non cogit. Lib.eod.c.ccclxxix. Neminem Deus ad peccandum cogit,præuidet tamẽ eos qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo nõ vindicet iuſtus,quę fieri non cogit præſcius? Sicut enim nemo memoria ſua cogit facta quæ præterierũt,ſic Deus pręſcientia ſua non cogit facienda quæ futura ſunt. Et ſicut homo quædã quæ fecit meminit,nec tamen omnia quæ meminit fecit: ita Deus omnia, quorum ipſe author eſt, præſcit:nec tamen omnium quæ præſcit ipſe author eſt. Quorũ autem non eſt malus author,iuſtus eſt vltor. Eadem dicit lib.iij.de libero arbitrio. Hinc ergo iam intellige, quia iuſtitia Deus peccata puniat, quia quæ nouit futura non facit: nam ſi propterea nõ debet retribuere ſupplicium peccatoribus, quia præuidet peccaturos:nec rectè facientibus debet præmia retribuere,quia & rectè facturos nihilominus præuidet. Imò verò fateamur & ad præſcientiam eius pertinere,ne quid eum lateat futurorum,& ad iuſtitiam,vt peccatum,quia voluntate committitur, ita iudicio eius impune non fiat,ſicut præſcientia non cogit fieri.

PRAESENS ET PRAETERITVM. Omne tempus eſt Deo præſens. Libr. lxxxiij.quæſt.q.xvij. Omne præteritum iam nõ eſt:omne futurũ nondũ eſt. Omne igitur & præteritum & futurũ deeſt. Apud Deũ autem nihil deeſt:nec pręteritũ igitur,nec futurum,ſed omne pręſens eſt apud Deũ. Quod ad ſalutem non proficit memoria præteritorum, ſed notitia

A præſentiũ & futurorũ. Lib.iij.de libero arbitrio. In ſerie temporaliũ,inquiſitioni præteritorũ futurorum expectatio præferenda eſt. Quandoquidem etiam in Diuinis libris ea quæ præterita narrantur, vel per figurationẽ futurorum, vel pollicitationem vel teſtificationẽ prę ſe gerunt. Et reuera in iis etiã quæ ad hanc vitã pertinent proſperis aduerſiſque rebus quid quiſque fuit, non ſatis curat: In id verò quod futurum ſperatur,ſeſe omnis curarũ æſtus agglomerat. Neſcio quo quippe intimo naturalíque ſenſu,ea quæ nobis acciderunt,quoniã tranſacta ſunt,ſic habentur ad momentũ fœlicitatis & miſeriæ,quaſi nunquã accidiſſent. Quid ergo mihi obeſt,ſi eſſe quando cœperim neſcio,cum tamẽ eſſe me nouerim,nec futurum eſſe deſperẽ? Non enim in præterita me at- Cap.21. T.m.I.

B tendo, vt tãquã pernicioſiſsimũ errorẽ verear,ſi aliter de iis ſenſero quã fuerint,ſed in id quod futurus ſum,curſum dirigo duce miſericordia conductoris mei. De hoc ergo quod futurus ſum, & de illo apud quẽ futurus ſum,ſi aliter quam veritas ſeſe habet credidero aut ſenſero, vehementer cauendus eſt error: ne mihi aut neceſſaria nõ præparem,aut ad eũ ipſum finem propoſiti mei,dum aliud pro alio mihi videtur puenire non poſsim. Quamobrẽ ſicut ad cõparandam veſtẽ nihil mihi obeſſet,ſi præteritæ hyemis oblitus eſſem, obeſſet autem ſi futurũ frigus imminere nõ crederẽ: ita nihil animæ meæ nocebit ſi oblita eſt quid fortè pertulerit,ſi modo diligẽter aduertat & teneat quo ſe deinceps parare moneatur. Et ſicut, verbi gratia,Romã nauiganti nihil noceret ſi ex- Simile.

C cidiſſet animo, à quo litore nauim ſoluerit, dum tamen ab eo loco vbi eſſet nõ ignoraret quo proram dirigeret: nihil autem prodeſſet meminiſſe litoris: vnde iter exorſus eſt,ſi de Romano portu falſum aliquod exiſtimans, in ſaxa incidiſſet: ita neque ſi non tenuero initium temporis vitæ meæ,quicquã mihi oberit ſciẽti quo fine requieſcã: nec prodeſſet aliquid illa ſiue memoria, ſiue cõiectura inchoatæ vitæ,ſi de ipſo Deo,qui vnus laborum animę finis eſt,aliter quam dignum eſt opinatus in ſcopulos erroris irruerem.

PRAESVMPTIO. De ſolo Deo eſt pręſumendũ. Super Pſal.lxxxv. Quid eſt circa te vel in te vnde poſsis præſumere abiice à te foras, & tota præſumptio tua Deus ſit. Illius indigens eſto, vt ipſo implearis. Quicquid Tom. VIII.

D enim aliud habueris ſine ipſo, latius inanis eſt.

Non eſt præſumẽdũ de ſola Dei miſericordia ſiue iuſtitia. Ideo ſuper Pſal.xxxj. Anceps eſt animus humanus & fluctuãs inter confeſsionẽ infirmitatis & audaciã præſumptionis, plerũque hinc atque inde contenditur, & ita impellitur vt ei in quamlibet partẽ cadere præcipitiũ ſit. Si enim ſe infirmitati propriæ,omni ex parte donauerit, & in hanc cogitationẽ ſe inclinauerit,vt dicat,quia miſericordia Domini omnibus peccatoribus, in quibuſlibet peccatis perſeuerantibus,tantũ credẽtibus quia Deus liberat, Deus ignoſcit,ita in finẽ parata eſt,vt nemo pereat fideliũ iniquorũ,id eſt nemo pereat eorũ qui ſibi dicũt, quicquid faciã, Tom. VIII.

quibuslibet facinoribus & flagitiis inquiner, quantúlibet peccē, liberat me Deus misericordia sua, quia credidi in eū. Qui ergo dicit neminem perire taliū, cogitatione mala inclinatur in impunitatem peccatorū, & Deus ille iustus, cui cantatur misericordia & iudiciū, non sola misericordia sed & iudicium, inuenit hominem malè de se præsumentem, & ad interitū suum misericordia Dei abutentem, & necesse est vt damnetur. Talis itaque cogitatio præcipitauit hominē, qua quisque terretur, si se in audaciam quandam præsumptionis erexerit, & de suis viribus iustitiáq; præsumpserit, & proposuerit animo implere iustitiā, & omnia quæ præcipiuntur in lege ita facere, vt in nullo offendat, atque in potestate se habere vitam suam: vt omnino nusquā labatur, nusquam deficiat, nusquā titubet, nusquā caliget, sibíque hoc tribuat, & potentatui voluntatis suæ: etiam si fortè impleuerit omnia quæ iusta videntur coram oculis hominū, ita vt non inueniatur & vita eius quod posit reprehēdi ab hominibus, ipsam præsumptionē iactantiámque superbiæ damnat Deus. Quid igitur fit, si se homo iustificauerit, & de iustitia sua præsumpserit? Cadit. Si autē considerās & cogitans infirmitatē suam & præsumēs de misericordia Dei, neglexerit vitā suā mūdare à peccatis, & se omni gurgite vitiorū demerserit: & ipse cadit. Præsumptio de iustitia, quasi dextera est: cogitatio impunitatis peccatorum, quasi sinistra est. Audiamus vocem Domini dicentem nobis, Ne declines in dexteram, aut in sinistrā. i. ne præsumas ad regnū de iustitia tua, ne præsumas ad peccandū de Dei misericordia. Ab vtroque te reuocat præceptum Diuinū, & ab illa altitudine, & ab ista profunditate. Illuc si ascēderis, præcipitaberis: hac si lapsus fueris, demergeris. Ne ergo declines ad dextrā aut ad sinistrā.

Tom. VIII. Nō debet aliquis de seipso præsumere. Super Psalm. cxv. Si de homine non debet quis præsumere, vtique nec de seipso: quia homo est. De nulla re debet homo præsumere. Super Psal. lviij. serm. j. De nulla re præsumendum est homini: quia nec de iustitia. Iam ergo videte vbi iaceant pręsumētes de diuitiis, de viribus corporis, de nobilitate generis, de dignitate sæculi: si quisquis de ipsa iustitia, quasi de sua præsumpserit, cadit. Si de diuitiis, nec de paupertate. Super Psalmum lj. Si non est præsumendum de diuitiis, quāto magis nec de paupertate, sed de Deo viuo.

Tom. IIII. Non est præsumendum de carne. Lib. de continentia, ante medium. Non præsumamus quicquam de nostris viribus: maledictus est omnis qui spem suam ponit in homine: & quis est iste, nisi homo? Non potest homo ergo veraciter dicere non spem in homine ponere, qui eam ponit in se. Nam & hoc, secundum hominem viuere quid est: nisi secundum carnem viuere? Audiat ergo qui tali suggestione tētatur: & si vllus ei Christianus sensus est, contremiscat. Audiat, inquam, Si secundum carnem vixeritis, moriemini.

Tom. VII. Non est præsumendum de virtute. Lib. iiij. cōtra Cresconiū grāmaticum. Nulli hominum de sua iustitia præsumendum est. Vnde super Psal. lviij. ser. j. Ignotus sibi quisque est ante interrogationē tentationis: sicut se Petrus præsumendo ignorabat, & negando didicit quales vires haberet. In ipsa sua se titubatione intellexit, falsúmque se præsumpsisse fleuit, & flēdo meruit fructuosè nosse quod fuit.

Ideo dicit super Psal. cxxx. Si Paulus Apostolus potuit extolli magnitudine reuelationū, nisi acciperet angelum satanæ qui eum colaphizaret: quis de se posit esse securus? Tutius ergo videretur ambulare qui minus accepit, sed si non peruersè quærat, quod rectè non accepit. In quibus causis plus appareat præsumptio, dicit vt supra contra Cresconium. Nunquam vspiam sic apparuit quantum valeat præiudicium præsumptionis humanæ, quam vel non ad intuendā manifestissimam veritatem, vel ad affirmandā impudentissimam falsitatem. Sed cōtra præsumptuosè alios iudicantes, dicit libro secundo, contra eundem, circa finem, allegans Cyprianum in Epistola ad presbyterum Maximum. Nos operam demus, & quantum possumus laboremus, vt vas aureum & argenteum simus. Cæterum fictilia vasa confringere Domino soli concessum est, cui virga ferrea data est. Esse non potest suo Domino maior seruus. Nec quisquā sibi quod soli filio pater tribuit, vēdicarit: vt se putet aut ad aream ventilandam & purgandam paleam ventilabrum iam ferre posse, aut à frumento vniuersa zizania humano iudicio separare. Superba est ista obstinatio & sacrilega præsumptio, quam sibi furor prauus assumit. Et dum sibi semper quidam plusquam mitis iustitia deposcit, assumunt, de Ecclesia pereunt: & dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore cæcati veritatis lumen amittunt. Non est præsumendum aliquid definire, vbi sacra scriptura non subuenit. In Epistola centesima quinquagesima quinta, ad Optatum Episcopum. Vbi res naturaliter obscura nostrum modulū vincit, & aperta Diuina scriptura nō subuenit, temerè hinc aliquid definire humana coniectura præsumit.

Margin: Tom. I. — Tom. V. — Cap. 38. — Tom. II.

PRETIVM. Quid sit propriè pretium, & quod nullo pretio verbū Dei cōparari potest, ostendit lib. iij. de verbis Domini, sermo. j. pertractans primum caput Euangelij Ioannis dicit. In ipso Euangelio qualis quantus vir Ioannes fuerit inuenimus: vt ex dignitate dispensatoris intelligatur, quanti pretij sit verbum, quod per talem dici potuit, imò quam nullius pretij sit quod est super omnia. Pretio enim aut æquatur res venalis, aut subiicitur, aut excedit eam. Quando tanto quisque comparat rem quāto valet, æquatur pretium rei quæ comparatur: quādo vilius, subiicitur ei: quando carius superat eā. Verbo autē Dei nec ęquari aliquid potest, nec ad imitationem subiici, nec aliquid superponi. Subiici enim omnia possunt verbo Dei, quia omnia p ipsum facta sunt, nō tamē subiiciātur quasi pretium sint verbi, vt quisq; det aliquid vt illud accipiat. Tamē si dici pōt & admittit nomē hoc ratio aliqua vel loquendi consuetudo, pretiū cōparandi

Margin: Ser. ad. 9. Tom. I. — Verbū Dei summi pretij & nullius pretij.

parãdi verbi ipse cõparator est, qui seipsum pro seipso dederit huic verbo. Itaque quãdo aliquid emimus, quærimus aliquid quod demus, vt habeamus rem dato pretio quam volumus emere. Et extra nos est quod damus,& si apud nos erat, fit extra nos illud quod damus,vt fit apud nos illud quod comparamus. Quicquid pretij inuenerit qui emit,aliquid necesse est vt tale inueniat, vt det quod habet,accipiat quod non habet. Manet tamen ille à quo abscedit pretium, & accedit illud pro quo dat pretium. Quj autem vult comparare verbum hoc,& qui vult verbum habere, non quęrat extra seipsum quod det,seipsum det. Quod cũ fecerit,non se amittit,sicut amittit pretium quando aliquid emit. Ergo qui vult comparare,det seipsum. Quasi hoc est pretium verbi,si dici aliquo modo potest,quãdo nec se perdit qui dat,& acquirit verbũ pro quo se dat, & seipsum in verbo acquirit cui se dat. Et quid dat verbum? Non aliquid ab ipso alienum pro quo se dat, sed quod per ipsum verbum factũ est, hoc ei redditur vt reficiatur. Omnia enim per ipsum facta sunt. Si omnia,vtique & homo. Si cœlum & terra,si mare,si omnia quæ in eis,si vniuersa creatura,vtique ille manifestius,qui ad imaginem Dei factus per verbum factus est homo. In eod. infra. Non putemus fratres charissimi, quia beneficium præstamus Deo,quia diximus nos pretium dare quodãmodo. Non enim vnde augeatur ille, damus: quia & te lapso integer est, & te redeunte integer manet. Sanguis Christi fuit pretiũ nostrum. Super Psal. cij. Egit hîc cõmercium redemptor tuus,iam pretium soluit, sanguinẽ, inquam, fudit vnicus filius Dei pro nobis. O anima erige te,tanti vales. In cõmunibus sermonibus, sermone xlvj. Ipse Deus aliquid magni fecit cũ hominem ad imaginem & similitudinẽ suam creauit: sed quia nos nihil fieri voluimus peccãdo, & traducem mortalitatis de parentibus duximus, ex massa peccati, massa iræ facti sumus, placuit illi per misericordiã suam redimere nos tanto pretio: Dedit pro nobis sanguinẽ vnici sui, innocenter nati, innocenter mortui. Qui nos tanto pretio redemit,nõ vult perire quos emit. Nõ emit quos perdat,sed emit quos viuificet. Si peccata nostra superant nos,pretium nostrum sanguinem suum nõ contemnit Deus. Pretium magnũ dedit. Nec tamen nobis de ipsius misericordia tãti blandiamur, si non fuerimus conati aduersus peccata nostra, vt si aliqua, maxime capitalia, fecerimus, speremus ita futurum esse misericordẽ, vt ei coniungatur iniquitas. Vnde persuadentibus ad peccandum pro pretio respondere decet. Lib. cõtra quinq; genera hæresum. Dicas homini, Accipe à me pecuniam: clamat ille, Redemptus sum. Dicis, accipe à me aurum. Quid das, aut quid aufers? Das pecuniam, vt auferas gratiam: das pecuniam, vt auferas vitam: das pretium, vt auferas quo emptus sum. Quid emis ab empto? Pretium meum non aurum, sed sanguis Christi est. Non me seducis, non me decipis. Quantumcunque mihi conferas, non mihi tollis pretium meum. Pecunia tua tecum sit in perditionem: nam pretium meum non habet pretium.

PRIMOGENITVS. Quare Christus dicatur primogenitus, habetur in homil. de Circuncisi. Dom. Christus ideo primogenitus appellatur, quia ineffabiliter ante sæcula & omnem creaturam, siue in cœlo, siue in terra, & ante omnem principatum, principium obtinet.

Moraliter in nobis primogenita sunt virtutes. Super Psalm. cxxxiiij. Primogenita nostra sunt mores nostri, quibus nunc seruimus Deo. Primitias enim habemus ipsam fidem, vnde incipimus. Nemo incipit bene viuere, nisi à fide. Fides ergo nostra in primogenitis nostris est, quando custoditur ipsa fides nostra, cætera subsequi possunt. Si ergo magna Dei gratia est vt conseruetur fides nostra, magna pœna est occidere primogenita, quando homines in afflictione Ecclesiæ constituti perdunt fidem. Affligunt enim Ecclesiã, vt perdant fidem. *Tom. VIII.*

PRINCEPS. Culpa principis reputatur grauior. Lib. j. quæstionum veteris & noui testamenti, quęst. xvj. Viri sublimis culpa, graue peccatũ est. Quanto enim persona eius supplicior est, tãto magis leue delictũ eius. Quod ergo à summo viro, vtpote à ductore populi fit, acerbissimum est peccatũ. Quod princeps debet suarum obliuisci iniuriarũ. In Epistola j. ad Marcellum. Cæsari administratori reipublicæ mores eius extollens Cicero dicebat, quod nihil obliuisci soleret, nisi iniurias. Dicebat enim hoc tam magnus laudator, aut tam magnus adulator. Sed si laudator, talẽ Cæsarẽ nouerat. Si autẽ adulator, talem esse debere ostendebat principem ciuitatis, qualem illum fallaciter prædicabat. Malum est bonũ principem infamare. Lib. ij. de ciuitate Dei, cap. ix. Cum probrum iacitur in principem patriæ bonum atq; vtilẽ, nonne tanto est indignius, quanto à veritate remotius, & à vita illius magis alienum? Vti auxilio principum docet, lib. ij. contra Petilianum. Nos non speramus in homine: & quantum possumus, homines admonemus, vt in Domino sperent. Nec speramus in principibus: sed quantum possumus principes admonemus, vt in Domino sperent. Et si aliquid à principibus pro vtilitate Ecclesiæ petimus, nõ in eis tamen speramus. Neque enim & Aposto. in illo Tribuno sperauit tãquam in principe, à quo sibi egit vt deductores darentur armati, aut in ipsis armatis tanquam in hominibus, quorum multitudine septus euasit insidias proditorum. Require de hoc supra, cap. Dominus, & cap. Prælatus, & infra, cap. Rector, & cap. Rex. *Tom. IIII.* *Tom. II. Epist. 5.* *Tom. V.* *Responsio. 97. Tom. VII.* *Act. 24.*

PRINCIPIVM. Omnium rerum Trinitas initium est & principium. Lib. v. de Trinitate, cap. xiij. Cum dicimus patrem principium, & filium principium, non duo principia creaturæ dicimus: quia pater & filius simul ad creaturam vnum principium est, sicut vnus creator, sicut vnus Deus. Si autem quicquid in se manet & gignit aliquid, vel operatur, principium est ei rei quam gignit, vel ei quam *Tom. III.*

operatur, non possumus negare etiam spiritũ sanctum rectè dici principium: quia nõ eum separamus ab appellatione creatoris. Vnde cõcludit ibidẽ infra. (Cap. eod.) Vnũ principiũ ad creaturã Deus Dominus dicitur, nõ duo vel tria principia. Lib. iij. cõtra Maximinũ Arrianũ. (Cap. 17. Tom. VI.) Quid est autem, in principio erat verbũ: nisi in patre erat filius? Et ipse filius interrogatus à Iudęis quid esset, respõdit, Principium qui & loquor vobis. Pater ergo principiũ non de principio: filius principium de principio: sed vtrũq; simul nõ duo, sed vnũ principium. Sicut pater Deus & filius Deus, ambo simul nõ duo Dij, sed vnus Deus. Nec spiritũ sanctum ab vtroque procedentem negabo esse principium, sed hæc tria simul sicut vnum Deũ, ita dico vnum esse principium. De Principiare, require supra, cap. Inchoare vel Incipere.

PRIVATIO. (Cap. 6. Tom. VI.) Lib. de nat. boni. Priuationes rerũ sic vniuersitate naturæ ordinantur, vt nõ indecenter luces suas habeant. Nam & Deus nõ illuminando certa loca & tempora, tenebras facit tã decenter quã dies. Si enim nos continendo vocem, decenter interponimus in loquẽdo silentium, quãto magis ille quarundam rerũ priuationes decẽter facit, sicut rerũ omniũ perfectus artifex? Vnde & in hymno trium puerorũ, etiã lux & tenebrę laudãt Deum, (Dan. 3.) id est, eius laudẽ in bene cõsiderantiũ cordibus pariũt.

Lib. super Gen. quem reliquit imperfectum. (Cap. 5. Tom. III.) Quoniã species ipsas Deus fecit, nõ priuationes quæ ad nihilum pertinẽt, vnde ab artifice Deo facta omnia: quas tamen ab eo ordinatas intelligimus cum dicitur, Et diuisit Deus inter lucem & tenebras: ne vel ipsæ priuationes non haberẽt ordinem suum, Deo cuncta regente atque administrante. Sicut in cantando interpositiones silentiorũ certis moderatísque interuallis, quãuis vocum priuationes sint, bene tamen ordinantur ab ipsis qui cantare sciunt, & suauitate vniuersæ cãtilenæ aliquid conferunt. (Priuationes esse ordinatas à Deo.) Et vmbræ in picturis eminentiora quæque distinguunt, ac non specie, sed ordine placent. Nam & vitiorum nostrorum nõ est author Deus: sed tamen ordinator est, cum eo loco peccatores constituit, & ea perpeti cogit quæ merentur. Ad hoc valet quod oues ponuntur ad dexteram, hœdi autem ad sinistram. Quędam ergo Deus facit & ordinat, quædã verò tantũ ordinat. Iustos & facit & ordinat: peccatores autem inquantum peccatores sunt, non facit, sed tantum ordinat. Quippe cum illos ad dexteram, illos ad sinistram constituit, & quod in ignẽ æternum iubet ire, ad meritorum ordinem valet: ita species naturásque ipsas & facit & ordinat. Priuationes autem specierum defectúsque naturarum non facit, sed ordinat tantum.

PRIVS & Posterius. (Cap. 29. Tom. I.) Quot modis dicitur, ponit lib. xij. cõfess. Non est absurdus, si modo est idoneus discernere quid præcedat æternitate, quid tẽpore, quid electione, quid origine. Aeternitate, sicut Deus omnia: tẽpore, sicut flos fructũ: electione, sicut fructus florẽ: origine, sicut sonus cantum. In his quatuor primũ & vltimum quæ commemoraui, difficillimè intelliguntur: duo media facillimè.

PROCESSIO. Quomodo procedere differt à nasci, est difficilè & dicere, & intelligere. Super Io. (Tract. 99. Tom. IX.) Quid intersit inter procedere & nasci, & longũ est quærendo differere, & temerariũ cũ differueris definire: quia hoc & mẽti vtcunque cõprehendere, & si quid fortè mens inde cõprehenderit, linguæ tamen est difficillimum explicare, quãtuslibet prædicator, quãtuslibet adsit auditor. Lib. iij. cõtra Maximinum Arrianũ. Siue capias, siue non capias, de patre est filius, de patre est spiritus sanctus: Sed ille genitus, iste procedẽs: Ideo ille filius est patris, de quo est genitus: iste autem spiritus vtriusque, quoniã de vtroque procedit. Sed ideo de illo cum loqueretur filius, ait, De patre procedit: quoniam pater processionis eius est author, qui talem filium genuit, & gignendo ei dedit, vt etiã de illo procederet spiritus sanctus. Nam nisi procederet etiam de ipso non diceret discipulis, Accipite spiritum sanctũ: eúmque insufflando daret, vt à se quoque procedere significans, apertè ostenderet flando, quod spirando dabat occultè. Quia ergo si nasceretur, non tantum de patre, nec tantum de filio, sed de ambobus vtique nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc quia filius amborum nullo modo est, non oportuit nasci eum de ambobus amborum. Ergo amborũ est spiritus sanctus ꝓcedendo de ambobus. Quid autẽ inter nasci & procedere intersit, de illa excellentissima natura loquendo explicare quis potest? Non omne quod procedit nascitur, quãuis omne procedat quod nascitur. Sicut non omne quod bipes homo est, quamuis bipes sit omnis q homo est. Hæc scio. Distinguere autẽ inter illam generationẽ & hãc processionẽ nescio, nõ valeo, non sufficio. Ac per hoc quia illa & ista est ineffabilis, sicut Propheta de filio loquẽs, ait, Generationẽ eius quis enarrabit: ita de spiritu sancto verissimè dicitur, Processionẽ eius qs enarrabit? Satis ergo sit nobis, qa nõ est à seipso filius, sed est ab illo de quo natus est: non est à seipso spiritus sanctus, sed ab illo de quo procedit.

PRODIGIVM. Super Ioannem. (Tract. 16. Tom. IX.) Prodigia dicta sunt, quia aliquid portendunt: prodigium enim appellatur, quasi porrodicium, quod porro dicat, porro significet, & aliquid futurũ esse portẽdat. De hoc reqre supra, capite Antichristus, & capi. Miraculum, & infra capite Signum.

PRODIGVS. Contra prodigos expendentes dicit, super Psalm. xxxviij. Si ligatis manibus & pedibus proiicitur in tenebras exteriores seruus, non euersor ad perdendum, sed piger ad erogandum: quid expectare debent, qui cum luxuria consumpserint, si damnantur, qui cum pigritia seruauerint? De hoc habetur supra, cap. Histrio.

PROFICERE. Qui plus profecerit, plus impugnatur. In ser. ix. de aduentu ad iudicium. Considerate fratres, quia omnis homo qui

mo qui aliquid apud Deum profecerit, diabolũ contrarium habebit, & in maiori eueniet pugna.

Vnde dicit super Psal. xcix. Qui nullum homi nem vult pati, cõuincitur quod non profecerit.

Contra nõ proficientes aliis: subdit ibidẽ. Nulli prodesse, impium & crudele est. Sine charitate nihil prodest. In ser. de Iacob & Esau, Pertractans illud, Si linguis hominum loquar &c. dicit, qualis est ergo charitas? Quę sola multũ prodest, sine qua cætera nihil ꝓsunt. Prosunt mali bonis. Super Psal. cvj. Illi non nostri, qui intus sunt quando occasiones inuenerint exeunt: sed & nos de illis proficimus. Cum enim separati sint, & per quæstiones malignas inquietent nos, propositum est nobis ex illis & inquisitionis studium, & timoris exẽplũ. Vnusquisque tremit cũ alterũ videt exisse: tanquã ex illius exitu dicatur illi, Qui se putat stare, videat ne cadat. Prosunt ergo quia exeunt: Nam si intus essent, & tamen mali essent, nihil de illis prodesset.

PROFVNDVM. Quid sit peccatorẽ in profundũ malorũ deuenisse, dicitur super Psal. cxxix. Qui prosperantur in iniquitatibus suis, tantomagis in profundum demerguntur peccatorũ, quantomagis iubẽtur esse fœlices: fallax enim fœlicitas, ipsa maior infœlicitas est. Deinde & hoc solent homines dicere, Iam quoniam multa mala feci & damnatio imminet, hoc perdo qđ nõ facio quicquid possum. Et ex hoc perdor, cur nõ facio quicquid possum? Quomodo solẽt desperati latrones dicere, sic me occisurus est iudex pro decẽ homicidiis, quomodo pro quinq;, quomodo pro vno. Quare nõ iam faciã? Quicquid mihi occurrerit facio. Hoc est, peccator cum venerit in profundũ malorũ cõtemnet. Sed Dominus Iesus Christus qui nec ꝓfunda nostra cõtẽpsit, qui vsq; ad istam vitam venire dignatus est, promittens remissionẽ omnium peccatorũ, etiam de hoc profundo excitauit hominem, vt clamaret de profundo sub molibus peccatorum, & perueniret vox peccatoris ad Deum.

PROHIBITIO. Quod desiderium prohibitione augetur. Super Epist. ad Rom. Desiderij prohibitione fructus dulcior est. Vnde etiam quæcunque peccata occultè fiũt, dulciora sunt: quãuis mortifera ista dulcedo sit. Inde est quod apud Salomonẽ fallacis doctrinæ imaginem sedens mulier & inuitans, vt ad se veniãt insipiẽtes scribitur dicere, Panes occultos libenter edite, & aquã dulcẽ furtiuã bibite. Quare autẽ augeatur prohibitione cõcupiscentia, dicit lib. lxxxiij. quæstio. quæst. lxvj. Vbi non est gratia liberatoris, auget peccandi desideriũ prohibitio peccatorum. Quod quidem ad hoc vtile est, vt sentiat anima seipsam non sibi sufficere ad extrahendum se de seruitute peccati, atque hoc modo detumescente & extincta omni superbia, subdatur liberatori suo. Quare prohibuit hominem ab esu ligni scientiæ boni & mali. Libro viij. super Genesim. Quare prohibitum est, nisi vt ipsius per se bonum obedientiæ, & ipsius per se

A malum inobedientiæ monstraretur? Denique à peccante nihil aliud appetitum est, nisi non esse sub dominatione Dei, quando illud admissum est, in quo ne admitteretur, sola deberet iussio dominantis attendi. Quæ si sola attenderetur, quid aliud quam Dei voluntas attenderetur? Quid aliud quam Dei voluntas amaretur? Quid aliud quam Dei voluntas humanæ voluntati præponeretur? Dominus quidem cur iusserit quod viderit, faciendum est à seruiente quod iussit, & tunc fortè videndum est à promerente cur iusserit. Sed tamen vt causam iussionis huius non diutius requiramus, si hæc ipsa magna est vtilitas homini quod Deo seruit, iubendo Deus vtile facit quicquid iubere voluerit, de quo metuendum non est, iubere quod inutile esse possit. Nec fieri *Cap. 14.*

B potest vt voluntas propria non grandi ruinæ pondere super hominem cadat, si eam voluntati superioris extollendo præponat. Hoc expertus est homo contemnens præceptum Dei, & hoc exprimendo didicit, quid interesset inter bonũ & malum, bonum, scilicet obedientiæ, malum autem inobedientiæ, id est, superbiæ, contumacię, peruersę imitationis Dei, & noxiæ libertatis.

PROMISSIO. De promissione Dei quod certa est, dicit super Psal. xxvj. Quod promisit Dominus, quia est dilaturus, non est ablaturus. Nõ eum sustinebis mendacem, nõ eum qui poterit falli, non eum qui non est inuenturus quod det. Omnipotens promisit, certus promisit, verax promisit. Sustine Dominum, viriliter age. Noli dissolui, ne sis inter eos de quibus dicitur, Væ iis qui perdiderunt sustinẽtiam. *Tom. VIII.*

C Super Psal. lxxiiij. Est promissio Dei rata, certa, fixa, inconcussa, fidelis & omni dubitatione carens, quæ consolatur afflictos. Tota enim vita super terram, sicut scriptum est, tentatio est: nec quasi prospera eligenda est, & sola aduersa deuitanda est, sed vtraque cauenda, illa ne corrumpat, ista ne frangat: vt vnicuique hominum in quocunque statu rerum in hac vita egerit, non sit refugium nisi Deus: nec vllum gaudium, nisi in promissis eius. Vita enim hæc quamlibet redundans fœlicitate multos fallit, Deus neminẽ. *Tom. VIII.* *Iob. 7.*

Super Psal. lxxxviij. serm. ij. Securi de promissionibus Dei, præterita credamus, præsentia cognoscamus, futura speremus. Libro de verbis Apostoli, sermone xvj. In iis quæ habemus, *Tom. X.*

D Deum largitorem laudemus: in iis quæ nondum habemus, teneamus debitorem. Debitor enim factus est, non aliquid à nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittendo. Libro de vera innocentia, capite quadragesimo quinto. Hoc promittit Deus quod ipse facit: non enim promittit ipse & alius facit, quod iam non est promittere, sed prædicere. Ideo non ex operibus, sed ex vocante, ne ipsorum sit, non Dei: & merces non imputetur secundum gratiam, sed secundũ debitum: atque ita gratia iam nõ sit gratia. In sermone de sacrificio vespertino. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Euge cor genus humanum, respira in aures *Tom. III.*

aures vitæ,& ſereniſsimæ libertatis. Quid audis? Quid tibi promittitur? Dedit eis poteſtatem. An fortè vnde inflantur homines iudicandi de capitibus humanis,ferendíue ſententias de innocentibus & nocentibus? Poteſtatem,inquit, dedit eis filios Dei fieri.Iam enim erant non filij,& fiunt filij:quia ille per quem fiunt filij Dei, iam erat filius Dei,& factus eſt filius hominis. Iam ergo & illi erant filij hominum,& facti ſunt filij Dei.Deſcendit ad id quod non erat, quia aliud erat. Leuauit te ad id quod non eras,quia aliud eras. Erige ergo ſpem.Magnum eſt quod tibi promiſſum eſt,& incredibile videtur,& quaſi non poſſe exiſtimatur,filios hominum fieri filios Dei:ſed plus pro illis factum eſt,quia filius Dei factus eſt filius hominis.Erige ergo ſpem ò homo, pelle à corde infidelitatẽ Incredibilius pro te factum eſt, quã quod tibi promiſſum eſt. Miraris ſi homo habeat vitam æternam? Mirare potius quod Deus pro te venit ad mortem.Quid dubitas de promiſſo,tanto pignore iam accepto? Sacra ſcriptura eſt chirographũ ſuæ promiſsionis. Super Pſal. cxliiij. [Tom.VIII.] Fidelis Dominus in verbis ſuis. Poſſemus illi credere tantummodo dicenti, ſed voluit tenere ſcripturam ſuam. Quomodo ſi diceres alicui homini cum aliquid promitteres, non mihi credis:ecce ſcribo.Etenim quod generatio venit & generatio vadit,& tranſcurrunt iſta ſæcula cedẽtibus ſuccedentibúſq; mortalibus: ſcriptura Dei manere debuit,& quoddam chirographum Dei, quod omnes tranſeuntes legerent, & viam promiſsionis eius cernerent. Et quia hæc vita fallit vt patet ſupra.Ideo lib.de verb.Apo.ſer.xxiij. [Tom.X.] Mundi promiſſa ſemper fallunt, Dei verò promiſſa nunquam fallunt. Sed quia mundus quod pollicetur,hîc videtur daturus,id eſt, in hac terra morientiũ,in qua nũc ſumus: Deus autẽ quod pollicetur,in terra viuentium daturus eſt: multi fatigantur expectare veracem, & non erubeſcũt amare fallacem. De talibus dicit ſcriptura, Væ iis qui perdiderunt ſuſtinentiam. [Tom.VII.] Quid autem promiſit Deus dicit,lib.de correptione & gratia. Nobis quippe beata ſine fine vita promiſſa eſt,& æqualitas Angelorum:ex qua promiſsione certi ſumus,cum ad illam vitam poſt iudicium venerimus, non inde nos eſſe lapſuros. Ideo libro de prædeſtinatione, allegans Cyprianum, libro de mortalitate,in hæc verba. [Lib.1. Cap.14. Tom.VII.] Cur non cum Chriſto futurus,& de Domini pollicitatione ſecurus, quod ad Chriſtum voceris,amplecteris, & quod diabolo careas gratularis? Non autem dicit, ſuper Pſalm.lxxv. [Tom.VIII.] Si gaudium in nobis facit Dei promiſsio quantum eſt factura redditio? Reddet enim nobis quod promiſit, ſeipſum: vt facie illius,& illius contemplatione gaudeamus, & non aliquid aliud delectabit nos, quia nihil eſt melius illo qui fecit omnia quæ delectant. Ideo dicebat de verbis Domini. Vnuſquiſque inſpiciat ſe intus apud ſe,perpendat ſe, probet ſe in omnibus factis ſuis,in bonis operibus ſuis quæ faciat cum charitate, non expectans retributionem temporalem, ſed promiſſum Dei, faciem

A Dei.Non enim quicquid tibi Deus promittit,valet aliquid præter ipſum Deum. Omnino non me ſatiaret Deus,niſi promitteret mihi ſeipſum. Quid eſt tota terra? Quid eſt totum mare? Quid eſt totũ cœlum? Quid ſunt omnia ſydera? Quid ſol? Quid luna? Quid exercitus Angelorum omnium? Iſtorum creatorẽ ſitio,ipſum ſitio. Ipſum dico,quoniam apud eum eſt finis vitæ, qui mihi dicit,Ego ſum panis vitæ &c. [Ioan.] Eſuriat & ſitiat peregrinatio mea,vt ſatier in patria mea. Arridet mundus multis rebus pulchris,fortibus,variis:pulchrior, fortior, clarior eſt ille qui fecit: Suauior omnibus ille qui omnia fecit.Ideo ſatiabor cum apparuerit gloria tua. Et quia promiſsio Chriſti eſt in alia vita, Ideo non eſt in hac vita. Super Ioannem. Non promiſit nobis

B Chriſtus diuitias terrenas & temporales,non honores & poteſtates in hoc ſæculo, videtis hæc omnia cõmunia etiã omnibus malis,ne magni pẽdantur à bonis.Non ipſam poſtremo corporis ſanitatem:non quia illam non dat,ſed quia,vt videtis, & peccatoribus dat. Non vitam longam: Quid enim longum quod aliquãdo finitur? Non pro magno nobis Deus promiſit longæuitatem, aut decrepitam ſenectutem,quam omnes optant antequam veniat:& omnes de illa, cum venerit murmurant. Nec pulchritudinem,quam vel corporis morbus, vel ipſa ſenectus,quæ optatur,exterminat. Vult homo eſſe pulcher,& vult eſſe ſenex.Iſta duo deſideria contraria ſimul eſſe non poſſunt.Si ſenex eris,pulcher non eris. Quando ſenectus venerit,pulchritudo fugiet. In vno ha-

C bitare non poſſunt vigor pulchritudinis & gemitus ſenectutis.Omnia ergo iſta nõ nobis promiſit,ſed vitam æternã: vbi nihil timeamus, vbi nõ cõturbemur,vnde nõ migremus,vbi non moriamur,vbi nec ſucceſſor ſperatur. Fit autem prædicta promiſsio nobis peccatoribus gratis. Super Pſalm.cix. Promiſit Deus ſalutem æternã & beatam vitam cum Angelis ſine fine, & hæreditatem immarceſsibilem, gloriam ſempiternã, dulcedinem vultus ſui, domum ſanctificationis ſuæ in cœlis, & reſurrectionem à mortuis, nullum deinceps moriendi metum.Hoc eſt promiſſum eius tanquam finale, quò decurrit noſtra omnis intentio,quò cum peruenerimus,nihil amplius requiramus, nihil amplius exigamus. Sed ad illud quod erit in fine quo ordine veniatur,

D neque hoc tacuit promittendo & prænuntiando.Promiſit enim hominibus Diuinitatem, mortalibus immortalitatem, peccatoribus iuſtificationem,abiectis glorificationem. Quicquid promiſit,indignis ꝓmiſit,vt nõ quaſi operibus merces promitteretur, ſed gratia à nomine ſuo gratis daretur:quia & hoc ipſum quod iuſtè quis viuit inquantũ homo poteſt iuſtè viuere,nõ meriti eſt ſui,ſed beneficij eſt Dei.Nemo enim iuſtè viuit niſi iuſtificatus,id eſt,iuſtus effectus. Ab illo autem fit homo iuſtus, qui nunquam poteſt eſſe iniuſtus. Sicut enim lucerna non à ſeipſa accenditur, ita nec anima humana ſibiipſi præſtat lucem: ſed clamat ad Dominum, Tu illumi

illuminabis lucernam meam Domine. Cum ergo peccatoribus promissum sit regnum cœlorum, non in peccato permanentibus, sed à peccato liberatis, & iustitiæ seruientibus, quod ipsum vt possint, ipsius gratia adiuuantur, & ab eo qui semper est iustus, iustificantur. Vnde dicit lib. v. Homil. Promittendo nobis Deus fecit se debitorem, non mutuo accipiendo. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Non possumus enim dicere, Redde quod accepisti: sed planè dicimus, Redde quod promisisti. Promisit patribus nostris, sed cautionem fecit quam legeremus & nos. Si faciat nobiscum rationem & dicat, Legite debita mea, hoc est, promissionum mearum, & computate quæ reddidi: modicum est quod debeo. De modico quod restat, fidelem me putetis redditorem, vt habuistis liberalem promissorem. Sed nullus potest reddere quod promittit sine gratia Dei. Eodem libro. Deus solus potens est facere quod promisit. Nemo dicat, Ego feci. Non promittit Deus, & facis tu. Potest autem dici quia quæ promittis tu, facit Deus: tu enim infirmus, tu omnipotens non es. Quando enim promittis, nisi Deus faciat, inanis est promissio tua. Dei verò promissio non pendet ex te, sed ex illo. Ideo dicebat super Psalm. cxxvj. In eius promisimus nomine, in illius misericordia reddemus. Sed vt possimus esse idonei redditores, ne audaces fuerimus promissores, orate pro nobis.

PROPHETA & Prophetia. Christus dictus est Propheta, sed plus erat. Super Ioannem. Dicebatur Christus Propheta, erat autem Dominus Prophetarum, impletor Prophetarum, sanctificator Prophetarum, sed & Propheta erat. Nam & Mosi dictum est, Suscitabo eis Prophetam similem tui. Similem secundum carnem, non secundū maiestatem. Quis autem sit verè Propheta Dei, dicit lib. quæstionum Exodi, quæstio. xvij. Propheta Dei nihil est aliud, nisi enuntiator verborum Dei hominibus, qui Deum non possunt, vel non merentur audire. Sed quare dicantur Prophetæ minores, dicit lib. xviij. de ciuitate Dei. Prophetæ minores dicuntur, quia sermones eorum breues sunt, in eorum comparatione, qui maiores ideo vocantur, quia prolixa volumina condiderunt. Potest fieri Prophetia ab ignorante. Libro xij. super Genesim. Potest quis Prophetare cum non habeat voluntatem Prophetandi, sicut Caiphas pontifex Prophetauit. Vnde in talibus magis est Propheta intelligens Prophetiam. Eodem libro. Magis Ioseph Propheta fuit, qui intellexit quid significarent septem spicæ & septem boues, quam Pharao qui eas vidit in somnis. Illius enim spiritus informatus est vt videret, huius mens illuminata vt intelligeret. Ac per hoc, in illo erat lingua, in isto Prophetia: quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginationum interpretatio. Minus ergo Propheta est qui rerū quæ significantur sola ipsa signa in spiritu per rerum corporalium imagines videt: & magis Propheta

A qui solo earum intellectu prӕditus est: sed & maximè Propheta, qui vtroque præcellit, vt videat in spiritu corporalium rerum significatiuas similitudines, & eas viuacitate mentis intelligat, sicut Danielis excellentia tentata est & probata, *Dan. 2.* qui regi & somnium quod viderat, dixit: & quicquid significaret, apparuit. Sed non est meritorium esse Prophetam sine charitate. Lib. ij. de diuersis quæstionibus ad Simplicianum, quæst. j. *Tom. IIII.* Nihil est homo habens Prophetiam sine charitate: ita fortasse, quemadmodum possumus dicere, nihil esse hominem habentem animam sine mente. Non quia potest inueniri homo, qui mentem nō habeat, habens animam: sed quia nihil esset si inueniri posset. Sicut etiam dici potest, corpus si figuram habeat colorem non habeat, videri non
B potest: non quia est corpus cui desit color, sed quia si esset, cerni nō posset: Ita dictum est, quod si quis habeat Prophetiam & charitatem non habeat, nihil est: non quia potest in quoquam esse Prophetia sine charitate: sed quia si esset, prodesse non posset. Vnde infra subdit causã differentiæ sanctorum Prophetarum & aliorum. Tantum distat inter Prophetiam & Prophetam, sicut Isaias Hieremias & cæteri huiusmodi fuerunt, & istam transitoriam, quæ in Saul apparuit: quantum distat inter loquelam humanam cum loquuntur homines, & cum eadē loquela propter necessarium prodigium asina loquuta est, in qua sedebat Balaam Propheta. Accepit enim hoc ad tempus illud iumentum, vt Deus quod statuerat demonstraret, non vt perpetuo inter homines
C bestia loqueretur. Vnde probat super primam canonicam Ioannis. Prophetauit Saul rex malus *Tract. 7.* cum etiam sanctum Dauid persequeretur. Non *Tom. IX.* ergo se iactent, qui fortè sine charitate sanctum munus Dei habent: Sed videant qualem rationē *Non omnia ad verbum.* habituri sunt cum Deo, qui sanctis non sanctè vtuntur. Ex his erunt qui dicturi sunt in iudicio. *Mat. 7.* Domine in nomine tuo Prophetizauimus: Quibus nō dicetur, Mentimini: sed, nō noui vos &c. Spiritum ergo Prophetiæ dicendi sunt habuisse, non meritum. Omnia acta patrum Veteris testamenti fuerunt Prophetia Christi & Ecclesiæ. *Tom. IIII.* Libro de catechizandis rudibus. Sanctorum qui præcesserunt tempore natiuitatem Domini, non solùm sermo, sed & vita, & coniugia, & filij, & facta, Prophetiæ fuerunt huius temporis, quo per
D fidem passionis Christi ex Gentibus congregatur Ecclesia. Libro xxij. contra Faustum. Dico illorum hominū nō tãtum linguã, verūetiam *Cap. 24. Tom. VI.* vitã fuisse Propheticã: totúmq; illud regnū gētis Hebræorum magnū quendã, quia & magni cuiusdam, fuisse Prophetã. Quo circa quod ad eos *Gentem Hebræam Propheticū quādam fuisse.* attinet, qui illic erãt eruditi corde in sapiētia Dei, nō solū in iis quæ dicebãt, sed & in iis quæ faciebãt: quod autē ad cæteros ac simul oēs illius gētis homines, in iis quæ in illis & de illis Diuinitus fiebãt, Prophetia vēturi Christi & Eccclesię perscrutãda est. Nō tamē est necesse sigillatim partē quãlibet cuiuslibet facti vel verbi dicere Pro- *Cap. 94.* phetiã. Ibid. infra. Sicut in citharis & huiusmodi organis

A
organis musicis, non quidem omnia quæ tanguntur canorum resonant aliquid, sed tantum chordæ: cætera in toto citharæ corpore ideo fabricata sunt, vt esset vbi vincerentur, vnde & quo tenderent illæ, quas ad cantilenę suauitatem modulaturus & percussurus est artifex: ita in Propheticis narrationibus, quæ de rebus gestis hominũ Prophetico spiritu deliguntur, aut aliquid iam sonant significatione futurorum: aut si nihil tale significant, ad hoc interponuntur, vt sit vnde illa significantia tanquam sonantia connectantur.

Cap. 95. Has autem rerum gestarum allegoricas narrationes, si nolunt hæretici sicut à nobis exponuntur, accipere, vel etiam nihil eas, nisi quod propriè sonant, significare contendunt, non est luctandum cum hominibus, qui dicũt, Nõ sapit palato meo, quod sapere dicis tu o: dum tamen ea quæ Diuinitus præcipiuntur, aut mores pietatémque formare, aut aliquid figuratè significare vel credantur vel intelligantur: aut vtrunque potius quam neutrum, dum tamen & ipsa, quæ figuratè facta vel dicta intelliguntur, ad eosdem mores bonos pietatémque referantur.

B

Cap. 83. Etiam mala facta tũc temporis & scripta in sacro canone, fuerunt Prophetia. Ibidem supra. In scripturis sanctis de quibusdam malis operibus hominum, quædam non mala, sed bona futura significantur: seruat enim vbique Diuina prouidentia virtutem bonitatis suæ: vt quemadmodum de adulterorum concubitu formatur & nascitur homo, de hominum opere malo bonum opus Dei: ita & in scripturis Propheticis, nõ tantum bona hominum, verumetiã & malè facta narrãtibus, quoniã Prophetica est ipsa narratio, significetur aliquid de malis operibus hominum etiam futurorum bonorum, non peccantis opere, sed scribentis. Ea quippe hominum facta sancto spiritu disponente atque inspirante, collegit Propheta narrator, quorum interpositio non vacaret ad præsignationem rerum, quas intenderat prophetare: ad significandą autem bona aliqua, nihil interest, facta illa quibus ea significantur, seu bona, seu mala sint. Quid enim mea interest, cum volo aliquid legendo cognoscere, vtrum ex minio reperiam scriptos nigros Aethiopes, & ex atramento candidos Gallos? Verumtamen si non scripturam sed picturã talem viderem, sine dubitatione reprehenderem: ita in factis hominum, quæ ad imitandum vitandúmque proponuntur, magni interest bonáne an mala sint. Quæ autem ad significandum scribuntur siue dicuntur, nihil refert in moribus facientium, quam laudem reprehensionémve mereantur, si modo habent aliquam rei, de qua agitur, necessariam præfigurandi congruentiam.

Ex malis hominum actibus interdũ bona significari.

C

D

Tom. VIII. Etiam cum Propheta imprecatur malum, hoc facit ex officio, non ex voluntate. Super Psalm. lxviij. sermo. ij. tractans illud, Fiat mensa eorum coram ipsis &c. Non optantis verba, sed prophetantis. Et hoc meminisse debetis, ne quid præsaga mens in spiritu Dei dicit, maleuolè deprecari videatur. Quia vt dicit super Psalmum lxj. Ira Prophetæ, administratio est Prophetiæ. Sed quare in Prophetia ponantur verba præteriti temporis pro futuro, dicit super Psalmum iij. In Prophetia bene miscentur futura præteritis, quo vtrunque significetur: quia ea quæ ventura Prophetizantur, secundum tempus futura sunt: secundum scientiam verò Prophetantium, sunt iam pro factis habenda. Super Psalm. lxxxiiij. Vtitur Propheta verbis quasi iam præteriti temporis. Tanquam facta dicit, quæ futura erant: quia apud Deũ & quod futurum est, iam factum est. Ibi ergo Propheta videbat futura nobis, iam verò facta in illius prouidẽtia & prædestinatione certissima. De tempore Prophetarum dicit libro de ciuitate Dei. Ipsum Noë & omnes ab eo patres sancti vsque ad tempus quo reges in Dei populo esse cœperunt, propter quædam per eos futura, siue quoquomodo significata, siue prædicta, quæ pertinent ad ciuitatem Dei regnúmque cœlorum, non immerito possumus appellare Prophetas: præsertim quia nullos eorum id expressius legimus nuncupatos, sicut Abraham, sicut Mosen. Tamen dies Prophetarum præcipuè maximéque ij dicti sunt, ex quo cœpit Prophetare Samuel, qui & Saulem, & eo reprobato Dauid, Deo præcipiente vnxit in regem: de cuius stirpe cæteri succederent, quousque illos sic succedere oporteret. De ipsis Prophetis quædam distinctio ponitur, eodem libro, capite iij. Tripertita reperiuntur omnia facta & eloquia Prophetarum, quia aliqua sunt ad terrenam Hierusalem spectantia, aliqua ad cœlestem, nonnulla ad vtranque. Libro ij. contra Petilianum. Eos teneamus interfectores Prophetarum, quos cõtradictores inuenimus linguis Prophetarum.

Lib. x. Cap. 1. Tom. V.

Tom. VII.

PROPINQVVS, & Propinquare. Quid sit propinquus. Super Psalmum xlviij. sermone j. Extraneus fit propinquus quando prodest. Quisquis tuorum tibi nihil prodest alienus est. Sed de propinquitate Deo. Super Psalmum xciiij. Non loco quisque longe est à Deo, sed dissimilitudine, id est, mala vita & malis moribus. Si enim bonis moribus propinquatur Deo, malis moribus receditur à Deo. Vnus ergo idémque homo corpore stans vno loco, & amando Deum accedit ad Deum, & amando iniquitatem recedit à Deo. Nusquam pedes mouet, & tamen potest accedere & recedere. Pedes enim nostri in hoc itinere, affectus nostri sunt. Prout vnusquisque affectum habet, ita vel accedit, vel recedit à Deo. De ista materia require vbi, Accedere. De propinquo, cap. Affinitas, & infra, capite, Proximus.

Tom. VIII.

PROPRIVM, & Proprietarius. Nõ debemus amare proprium, sed Deum. Lib. iij. confess. Soluis nos à vinculis quæ nobis fecimus, si iam non erigamus aduersus te cornua falsæ libertatis, auaritia plus habendi, & damno totum amittendi, amplius amando proprium nostrum, quam te omnium bonum. Sed de proprio non habendo religiosis & seruis Dei. require supra, cap. Clericus, & ca. Monachus, & infra, cap. Religiosus. Legimus in lib. qui Apostolorum

Cap. 8. Tom. I.

lorum actibus ascribitur, tantam sub memoratis viris deuotionem plebis fuisse, ita populi Christiani floruisse primitias, vt post acceptam fidem nemo domum propriam sibi defenderet, & nemo suum aliquid vindicaret, sed iure fraternitatis essent illi cuncta communia: scilicet vt qui in eodem consortio religionis tenebantur, eodem consortio fruerentur & vitæ, hoc est, vt quibus erat vna fides, esset vna substantia: & quibus erat communis Christus, cõmunis esset & sumptus. Nephas enim putabant religiosi eum sibi participem non ascire in substantia cum quo participes essent in gratia, atque ideo in fraternitate charitatis communiter vrebantur, nisi quod maior fraternitas Christi quam sanguinis. Illa enim fraternitas similitudinem tantũmodo corporis refert: Christi autem fraternitas vnanimitatem cordis animæque demonstrat, sicut scriptum est, Erat autem credentium cor atque anima vna. Vere ergo frater ille est, qui tam corpore, quam vnanimitate germanus est: verius, inquã, frater est, cuius idem spiritus & voluntas in fratre est. Melior igitur est, sicut dixi, fraternitate sanguinis, Christi fraternitas: nam illa interdũ sibi inimica est, Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa inter se communia cum æmulatione diuidit, hæc omnia cum gratulatione communicat. Illa in consortio despicit sępe germanum, hæc assumit frequenter alienum. Tanta ergo, sicut dixi, in illo tempore Christianæ plebis deuotio fuit, vt nemo domum suam diceret, nemo proprium aliquid vendicaret, sicut ait sanctus Lucas dicens, Non eorum quisquã ex eo quod possidebat suum proprium esse dicebat: Non enim, inquam, erat quisquam agens inter ipsos. Beata igitur plebs, quę dũ plures in Christo habet diuites, nullum in sæculo habet indigẽtem: & quæ dum æternas cogitat diuitias, à fratribus temporalem repulit paupertatem. Vẽdebãt enim, sicut ait scriptura, prædia & domos suas, & pretia venditorum ante pedes Apostolorum ponebant, vt erogaretur prout cuique opus erat. Videte sanctorum virorum fidem, quemadmodũ propter Christum toto se expoliabant patrimonio, & nihil sibi reliqui faciebant: non enim verebantur ne esurirent ipsi, dum timebant ne alius esuriret. Hæc igitur sub Apostolis fuit in plebe deuotio. Modo quid simile reperimus? Et certe Christus in nobis, idem quidem Christus in nobis, sed non idem animus in nobis. Et eadem in plebe fides, sed non in plebe est ipsa largitio. Ita alter de alterius inopia non cogitat, vt illud sit quod dicit Apostolus, Alius quidem esurit, alius ebrius est: sed etiam deripiunt aliena: non solùm, inquam, colligentes pecunias suas ad pedes Apostolorum non deferunt, sed etiam confugientes fratres suos pertrahunt à pedibus sacerdotum. Nũc est illud tempus quod describit beatus Apostolus dicens, In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorum, & refrigescet charitas. Modo abundat auaritia & iniquitas, quæ ante largitatis bonitate cessabant: & refrigescit fraternitatis charitas, quæ

A prius Christi amore feruebat. Tantã enim sub Apostolis fraternitatis dilectio fuit, vt tunc in conuentu suo non inueniretur indigentia. Tanta autem modo Christianitatis dissimulatio est, vt in cœtu nostro vix inuenias locupletem: locupletẽ vix inueniri dico, non tam facultatibus, sed operibus. Ait enim Apostolus, Diuites sint in operibus bonis. *1. Tim.6.* Locupletem enim in Ecclesia intelligi voluit, qui diues in Christo est. Nam & ibi quod ait, sub Apostolis neminem indigentem fuisse, ostendit vtique tota eos gratia fidei firmæ præditos, vt omnes cœlestium diuitiarum abundauerint largitate. Raro ergo hoc tempore inuenimus in Christiano populo locupletem, & si plerique in domibus auro sint diuites, tamen in Ecclesia sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod

B præualẽt operantur, nec hoc est gratum quod offerunt, nec illud est satiabile quod reseruant. Dixit Dominus ad Cain dum offerret munera, si au- *Gen.4.* tem rectè offeras, rectè autem non diuidas, quiesce†. Sic & tu Christiane non rectè diuidis, qui de *† Aliàs, pecc.isti.* tãto auro tuo maiorem partẽ mammonæ seruas, quam Domino largiris. Et in admonitionibus suis post regulam, capite sexto dicit. Pręcipue hoc amputandum est radicitus vitium, ne quis præsumat habere proprium, vel aliquid dare, vel accipere sine iussiõe prioris: nullam videlicet omnino rem, neque codicem, neque tabulam: sed nihil omnino, quibus corpora sua, nec voluntates licet habere in propria voluntate. Omnia verò necessaria à priore sperare debent, quia sine eo nihil licet habere quod ipse non dederit, aut permiserit.

C Omnia omnibus sint cõmunia, vt scriptum est, Ne quisquam suum aliquid dicat vel præsumat. Quod si quisquã hoc nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admonitus semel & iterum, si non emendauerit, correctioni subiaceat arctiori.

PROSPERITAS. Prosperitas mũdi deceptoria est. Super Psalmum vndecimũ. Si aliqua huius sæculi prosperitas arriserit, nonne deceptoria est? Nonne fluxa, caduca, mortalis? Nonne tẽporalis, volatica, transitoria? Nõne plus habet deceptionis, quam delectationis?

Vnde non est gratulandum habẽti. Super Psalmum nonum. Nemo gratuletur homini qui prosperatur in via sua, cuius peccatis deest vltor. Maior enim hæc ira Dei est. In Epistola ad Chry- *Tom.II. Epist.83.* sinum. Non solũ æterna sapientia, sed & mala prę-

D sentia docent nos prospera huius sæculi tẽperanter contemnere, & fortiter aduersa tolerare, eius fœlicitatem mercedem pollicens, quam nemo nobis possit auferre. Et est timenda. Libro iiij. confessionum, capite septimo. Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Qui velit molestias & difficultates tolerari, iubes eas nõ amari. Nemo enim quod tolerat, amat: etiam si tolerare amat. Quamuis enim gaudeat se tolerare, magis vult tamen non esse quod toleret. Prospera in aduersis desidero, aduersa in prosperis timeo. Quis inter hoc medius locus, vbi non sit humanæ vitæ tentatio? Væ prosperitatibus sæculi semel & iterum à timore aduersitatis, & à corruptione læ-

titiæ. Væ aduersitatibus sæculi, & iterum semel & tertio à desiderio prosperitatis. Et quia ipsa aduersitas dura est ne frangat tolerantiam timendũ est, nunquid non est tentatio vita humana super terram? Sine vllo interstitio tota spes mea nonnisi in magna valde misericordia tua. Libro tertio de sermone Domini in monte, capite decimo quarto. Nemo frangitur rerum aduersarum molestia, qui prosperarum delectatione non capitur.

Tom.X. Libr. quinquagesimo Homiliarum, homilia vigesima prima. Multi res aduersas timẽt, res prosperas non timent. Periculosior est prospera animo, quam aduersa corpori. Prius corrumpunt prospera, vt inueniant quem frangant aduersa. *Metuenda prosperitas.* Fratres mei aduersus fœlicitates acrius vigilandum est. Propterea videte quemadmodum eloquium Dei in nostra fœlicitate tollat nobis securitatem. Seruite, inquit, Domino in timore, & *Psal.2.* exultate ei cum tremore. Exultatio, vt gratias agamus: tremor, ne cadamus. Adulterium simul & homicidium non fecit Dauid, cum persequutorẽ Saul pateretur. Quando Dauid sanctus Saul inimicum suum patiebatur, quando illius persequutionibus agitabatur, quando per diuersa deserta fugiebat, ne in manus eius incideret, non concupiuit alienam, non adulterata vxore occidit virũ: & in infirmitate tribulationis suæ tanto in Domini misericordia intentior, quanto miserior videbatur. At vbi factus est securus, deuictis hostibus, pressuris caruit, tumor exercuit. Valet ergo hoc exẽplũ ad id, vt timeamus fœlicitatẽ. Tribulationẽ, inquit, & dolorẽ inueni, & nomen Domini inuocaui. Vnde super Psalmum centesimum *Tom.VIII.* trigesimum octauum. Nox sicut dies illuminabitur. Dies nobis est prosperitas sæculi, nox aduersitas sæculi. Sed si cognoscamus nos merito peccatorum nostrorum aduersitates pati, & dulcia sunt nobis flagella patris, non sit amara sententia iudicis: sic habebimus tenebras noctis huius, quomodo lumẽ diei imo noctis huius. Sed si nox est, quomodo ibi lux est? Nox est, q̃a erratur hîc à genere humano. *Nox & dies vitę præsentis.* Nox est, quia nondum venimus ad illum diem perpetuum sine occasu & ortu. Nox ergo ista hîc habet lucẽ suam, & tenebras suas. Lux est prosperitas & fœlicitas huius sæculi, gaudium temporale & honor temporalis. Aduersitas autẽ & amaritudo tribulationum vel ignobilitas, tanquam tenebræ sunt noctis huius. In hac nocte habent homines lucẽ, ꝓsperitatem: & tenebras, aduersitatem. Sed vbi venerit Christus, & habitauerit animam per fidem, & promiserit aliam lucẽ, & inspirauerit & donauerit patientiam, & monuerit hominem non delectari prosperis, ne frãgatur aduersis: Incipit homo fidelis indifferenter vti mundo isto, nec extolli quando res prosperæ accedunt, nec frangi quando res aduersæ sunt, sed vbique Deum benedicere, non solùm quando abũdat, sed etiã quando amittit: non solũ quando sanus est, sed & quando ægrotat: vt sit in eo, sicut tenebræ eius sic & lumen eius. In Epistola ad Adeodatum, & cæteros seruos Dei. In eo libro,

A quo bellum Catilinæ scripsit Salustius, copiosissimè exequitur, rebus videlicet secũdis post bellum extremum Carthaginis corruptissimam factã esse ciuitatem. Nam ita narrat, Sed vbi labore, inquit, atque iustitia respublica creuit: reges magni bello domiti, nationes feræ, & populi ingentes vi subacti, Carthago impura † æmula imperij Romani à stirpe intereũt. Cuncta maria terræque patebant: sæuire fortuna & miscere omnia † cœpit. Qui labores & pericula, dubias atque asperas res facile tolerauerant: his otium diuitiæque optandæ: aliis oneri miseriæque fuere. Igitur primo pecuniæ, deinde imperij cupido creuit: ea quasi materies omniũ malorũ fuere. Et post pauca inseritur illa sentẽtia, Res secũdæ sapientiũ animos fatigãt. *Salust. Catil.* *Sal.*

Et infra. Plerique ex ipsa huius sæculi contritione, B emendantur. Conuertunt se ad requirendam & capessendam veram fœlicitatem, quæ post huius sæculi finem sanctis & fidelibus prædicatur esse ventura: Quandoquidem nequaquam huius terræ cõcupitis bonis inhærere permissi sũt, cum eos prosperitas temporalium medicinaliter in terra desereret. Et infra subdit. Qui verò istarum rerum humanarum amissione tantùmodo conqueruntur, nec corriguntur, nec sanantur, non solùm suæ malæ voluntatis pœnas luunt iustissimas, verum etiam ad emendationem proponuntur aliorum: ne quod pati necesse est, bis patiatur, qui malus est mente & corpore, cum Deus fidelibus suis periculosarum rerum secundarum copiam salubriter detrahat, infideles autem acrius iustissime affligat. Sed occulta est ratio ante C vltimum iudicium, quare Deus promittit prospera malis, & aduersa bonis. Libro secundo de ciuitate Dei. Propheta prænuntiat nouissimum iudicium, vbi nec mali nec falsi sint beati, sed apertissimè miserrimi: & boni nulla tẽporali salute miseria laborent, sed clara & sempiterna beatitudine perfruantur. In Psalmum septuagesimum *Tom.VIII.* secundũ. Penè cõmotos dicit fuisse pedes suos, & effusos gressus suos, vtique in lapsum, quia zelauit in peccatoribus, pacem peccatorum videns: ita vt inter cætera diceret, Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? Diceret etiam, Nunquid vanè iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas? Vt autem solueret quæstionem istam difficillimam, quæ fit cum videntur boni esse miseri; & fœlices mali: Hoc, inquit, labor est ante me, donec introeam in sanctuarium Dei, & intelligã D in nouissima. In iudicio quippe nouissimo nõ sic erit, sed aperta iniquorum miseria, & aperta fœlicitas iustorum. Longe, quam nunc est, aliud aliquid apparebit.

PROTECTIO. De protectione qua protegit nos Deus, super Psalmum centesimum secundum. Secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. Quia si aliquando potest cœlũ abscondere se à protectione terræ, aliquando poterit Deus non protegere timentes se. Attende q̃a cœlum vndique & vbique protegit terram, &

nulla

nulla pars terræ est quæ non cœlo protegatur. Peccant homines sub cœlo, faciunt omnia mala sub cœlo, tamen proteguntur cœlo. Inde lux ad oculos, inde aër, inde spiritus, inde pluuia ad terrã propter fructus, inde omnis misericordia à cœlo. Tolle auxilium cœli à terra, & statim deficiet. Sicut ergo protectio cœli permanet super terrã, sic protectio Domini permanet super timentes eum. Times Deum, supra te est protectio ipsius. Sed fortè flagellaris, & putas quia deseruit te. Deseruit te Deus, si deseruit protectio cœli terram. Require de hoc supra, cap. Paruulus.

PROVIDENTIA. Prouidentiæ Diuinæ omnia subiiciuntur. Super Epistolam ad Galatas, post medium. Nulla creatura est quæ non velit nolit, Diuinæ prouidentiæ seruiat. Facit enim cum ea, quæ ex animo seruit, qđ bonum est: de illa verò quæ hoc non vult, fit quod iustum est. Sed quàm sit vtilis hoc virtus ostẽdit, Libro de singularitate clericorum. Salutare remedium est præuenire potius, quàm præueniri: & anticipare potius, quàm anticipari, viribus fortibus congruit. Vbicunque fuerit prouidentia, frustrantur vniuersa contraria: vbi autem prouidentia negligitur, omnia contraria dominãtur. Ante famem certamus, ante inopiam laborando satagimus. Sic per omnia, calamitatibus cunctis tollimus locum, dum gerimus prouidentiam temporum futurorum. Require de hac materia, infra, vbi Prudentia.

PROXIMVS. Proximus noster est Christus. Libro secundo de verbis Domini, sermone duodecimo. Dominus in proximo est, quia nobis factus est proximus. Quid tam longinquum, quid tam remotum, quam Deum ab hominibus, immortalem à mortalibus, iustum à peccatoribus? Non loco longe, sed dissimilitudine. Nam solemus ita loqui, cum de duobus hominibus dicimus, quando diuersi mores, iste longe est ab illo. Etiam si iuxta steterit, si vicinius inhabitent, etiam si vna catena colligentur, longe pius ab impio, innocens à reo, iustus ab iniusto. Si hoc de duobus hominibus dicitur, quid de Deo & hominibus? Cum ergo longe à nobis esset immortalis & iustus tanquam à mortalibus & peccatoribus, descendit ad nos vt fieret nobis proximus ille longinquus: Et quid fecit cum haberet ipse duo bona, scilicet iustitiam & immortalitatem, & nos duo mala, iniquitatem & mortalitatem? Si vtrunque malum nostrum suscepisset, pax nostra factus esset, & liberatore nobiscum opus haberet. Sed vt esset proximus nobis, non hoc quod nos, sed prope nos. Suscepit mortalitatem, non iniquitatem. Suscepit pœnam, non culpam. Et si suscepit culpam, suscepit delendam, non faciendam. Peccator ergo mortalis longe eras à iusto & immortali. Non factus est ille peccator, quod tu: sed mortalis sicut tu. Manens iustus, factus est mortalis. Suscipiendo pœnam & non culpam, & culpam deleuit & pœnam. In proximo ergo est. Et si su-

A per cœlos ascendit corpore, non recessit maiestate. Vbique præsens est qui fecit omnia. Quis autem inter homines sit dicendus proximus, ostẽdit in Epistola prima ad Macedonium. *Tom. II. Epist. 52.* Proximus hoc loco non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pensandus est, in qua socij sunt omnes homines. Nam si pecuniæ ratio socios facit, quanto magis ratio naturæ, non negotiandi, sed nascendi lege communis. Hinc & ille Comicus Terentius (sicut luculentis ingeniis non desit resplendentia veritatis) cum ab vno sene alteri seni dictum componeret: Tantum ne ab re tua est otij tibi, aliena vt cures, ea quæ nihil ad te attinent? *Terent. in Heaut.* Responsum ab altero reddidit, Homo sum, humani nihil à me alienum puto. Cui sententiæ ferunt etiam theatra tota plena stultis indoctísque applausisse. B Ita quippe affectum omnium naturaliter attingit humanorum societas animorum, vt nullus ibi hominum nisi cuiuslibet hominis proximum se esse sentiret. Super Psalmum centesimum decimum octauum, sermone octauo. *Tom. VIII.* Omnis quippe homo omni homini est proximus, nec vlla cogitanda est longinquitas generis, vbi est natura communis. Libro quęstionum Leuitici, quæstione septuagesima tertia. Proximus est omnis homo homini. Probat hoc alia ratione, super Psalmum quadragesimum primum. Proximum omnem hominem oportet intelligi: Quia nemo est cum quo sit operandum malum: & dilectio proximi malum non operatur. Diffusius ista pertractat etiam per aliam rationem. Libro primo de doctrina Christiana, capite trigesimo *Cap. 30. Tom. I.* C pertractans de illo qui incidit in latrones. Eum esse proximum intelligamus, cui vel exhibẽdum est officium misericordiæ si indiget: vel à quo exhibendum esset, si indigeremus. Ex quo iam est consequens, vt etiam ille à quo nobis hoc vicissim exhibendum est, proximus sit. Proximi enim nomen ad aliqđ est: nec quisquam esse proximus nisi proximo potest. *Proximus quis.* Nullum autem exceptum esse cui misericordię denegetur officium, quis non videat? quando vsque ad inimicos etiam porrectum est eodem Domino dicente, Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos. Ita quoque Paulus Apostolus docet, cum dicit, Nam non adulterabis, non homicidium facies, non D furaberis, non cõcupisces, & si quod est aliud mãdatũ, in hoc verbo recapitulatur, Diliges ꝓximũ tuum tanquam teipsum: dilectio proximi, malum non operatur. Quisquis ergo arbitratur non de homine omni Apostolum præcepisse, cogetur fateri quod absurdissimum & sceleratissimum est, visum fuisse Apostolo non esse peccatum, si quis, aut non Christiani, aut inimici adulterauerit vxorem, aut occiderit, aut eius rem concupierit. *Omnes homines proximi nomine intelligi.* Quod si dementis esset dicere, manifestũ est omnem hominem esse proximum deputandum, quia erga neminem operandum est malum. Iam verò si vel cui præbendum est, vel à quo nobis est præbendum officium misericordiæ, rectè proximus dicitur: manifestum est hoc præcepto

quo iuberemur diligere proximum, etiam sanctos Angelos contineri, à quibus tanta nobis misericordiæ impenduntur officia, quanta in multis scripturarum Diuinarum locis animaduertere facile est. Ex quo & ipse Deus, & Dominus noster proximum se nostrum dici voluit. Nã & seipsum significat opitulatum esse semiuiuo iacenti.

Angeli quoque proximi nobis.

PRVDENTIA. Definitur, Libro primo de libero arbitrio. Prudentia est appetendarum & vitandarum rerum scientia. Libro sexto musicæ. Prudentia est affectio animæ vel motus, quo intelligit æterna superiora esse, & inferiora esse temporalia: & in seipsa hæc magis appetenda sunt tanquam vtilia quæ superiora sunt, quam illa quæ inferiora sunt temporalia notissima. Super Psalmum septuagesimum tertium. Prudens dictus est, porro videns: si prudens porro videns, ergo fide videt. Super Epistolam ad Romanos. Definitio prudentiæ, in appetendis bonis & vitandis malis explicari solet. Ideo Libro tertio quæstionum Euãgeliorum, quæstione octaua. Estote ergo prudentes sicut serpentes: Ad cauendum malum, in capite custodiendo, quod est Christus. Nam serpens pro capite totum corpus obiicit persequenti. Vel quod per angustias se coarctãs veteri tunica exutus innouatur. Quod imitãtur quibus dictum est, Intrate per angustam portam: cum veteri homine exuuntur. Nam si cauendum malum ita moneret, vt violenter esset resistendum malis, non supra dixisset, Mitto vos velut oues in medio luporũ. Simplices autem vt columbas esse voluit, ad nulli nocendũ. Nam hoc genus auis nullũ omnino animaliũ necat, non solùm grandium contra quæ vires non habet, sed etiam minutissimorum, quibus etiam parui passeres aluntur. Est autem omnibus irrationabilibus animantibus vna quædã inter se societas, sicut etiam rationabilibus sua, id est hominibus, non solùm secum, sed etiam cum Angelis. Discunt ergo ex similitudine columbarum nulli prorsus nocere ad societatem suam pertinẽti participatione rationis. Quod sit prudentia spiritus, & carnis. Super Epistolam ad Romanos, vt supra. Prudentia est spiritus, quando neque in bonis temporalibus spes nostra est, neque in malis timor. Eadem verò animæ natura & prudentiam carnis habet, cum inferiora sectatur: & prudentiã spiritus, cum superiora eligit. Libro octogesimo tertio quæstionum, quæstione sexagesima sexta. Prudentia carnis dicitur, cum anima pro magnis bonis temporalia bona concupiscit. Quandiu enim appetitus talis inest animæ, legi Dei subiecta esse non potest, id est implere non potest quod lex iubet. Sed cum spiritualia bona desiderare cœperit & temporalia contemnere, desinet carnis esse prudentia, & spiritui non resistet. Eadémque anima cum inferiora appetit, prudentiã carnis habere dicitur: cum verò superiora, prudẽtiam spiritus. Nocet autem prudentia carnis habenti, nisi sanaretur à Christo. Libro de verbis Apostoli, sermone vj. Quod ait Apostolus, prudẽ-

Cap.13. Tom.I. — *Tom.I.* — *Proposit.49. Tom.IIII.* — *Tom. IIII.* — *Serpentis natura.* — *Columbæ natura.* — *Proposit.49. Tom.IIII.* — *Tom.IIII.* — *Tom X.*

A tia carnis inimica est Deo: noli sic accipere quasi inimica ista possit lædere Deum. Resistendo inimica est, non occidendo. Illi autem nocet in quo est prudentia carnis: quia vitium naturæ nocet in qua est. Medicina autem ideo inuenta est, vt pellatur vitium, & sanetur natura. Venit ergo saluator ad genus humanum, & nullum sanum inuenit, ideo magnus medicus venit.

PSALMVS & Psallere. Super Psalmum centesimum quadragesimum sextum. Psalmus, laus Dei est. De ipso verò Psalmo, & de compositis dicit, super Psalmum quartum. Psalma est quod psallitur, Diapsalma verò interpositum in psallendo silentium. Vt quemadmodum Sympsalma dicitur vocum copulatio in cãtãdo, ita Diapsalma disiunctio earum, vbi quædã B requies disiunctæ continuationis ostenditur. Quid significet Psalmus, dicit super Psalmum octogesimum. Sumite psalmum, & date tympanum, hóc est, accipite spiritualia, & date carnalia. Hæc enim extruuntur ad tempus, ad recipienda corpora vel viuorum, vel mortuorum necessaria sunt, sed tempore prætereunti. Nunquid post iudicium Dei istas fabricas in cœlum leuabimus? Sine his tamen hoc tempore agere quæ ad possidendum cœlum pertinent, non poterimus. Si ergo auidi estis in spiritualibus accipiendis, deuoti estote in carnalibus erogandis. Exigitis vocem nostram, reddite manus vestras. Accipite psalmũ, & date tympanũ. Hoc admoniti sumus, vt prædicationi verbi Dei corporalibus respondeamus operibus. Quid sit psallere, dicit. Libro de vera C innocentia. Recte in laudem Dei psallit, cum opera cum voce concordant. Nam finito carmine, vox tacet, vita autem in bonis actibus permanens, nunquam reticet eius gloriam, quem in se gaudet operari. De Psalmorum virtute dicit in prologo super psalterium. Sicubi quis, quamuis fero ac rapidissimo furore raptetur, si fortè fuerit psalmi, vt ita dixerim, carminibus incantatus, cõtinuò omnis rabies ferocitatis eius abscedit. Psalmus, tranquillitas animorum est, signifer pacis, perturbationes vel fluctus cogitationum cohibens, iracundiam reprimens, luxum repellens, sobrietatẽ suggerens, amicitiam congregans, adducens in concordiam discrepantes, reconcilians inimicos. Quis enim vltra inimicum ducat eum, cum quo vnam ad Deum psalmi emiserit vocem? ex quo intelligitur quia quod omnium bonorum maxi- D mum est, charitatem psalmus instaurat, coniunctionem quandam per consonantiam vocis efficiens, & diuersum populum vnius chori per concordiam consona modulatione consocians. Psalmus dæmones fugat, Angelos ad adiutorium inuitat. Scutum enim in nocturnis terroribus, diurnorúmque requies est laborum, tutela pueris, iuuenibus ornamentum. In sermone de vtilitate & cantu psalmorum. Quid psallendi vtilitate commodius? Quid hac delectatione iucundius? Quia & psalmis delectamur, & orationibus rigamur, & impositis lectionibus pascimur, & sicut boni

Tom.V. — *Psalma* — *Diapsalma* — *Sympsalma* — *Tom.VIII.* — *Cap.16. Tom.IIII.* — *Tom.VIII.* — *Commendatio Psalmorum.*

boni conuiuæ ferculorum varietate delectantur, ita nostræ animæ multiplici lectionum & hymnorum exhibitione saginantur. Tantum intermittentes fabulas superfluas, intento sensu, & vigilanti mente psallamus, sicut hortatur nos psalmus dicens. Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter, id est intelligenter: vt non solùm spiritu, id est in sono vocis, sed etiam mēte psallamus: & ipsum quod psallimus cogitemus, ne captiua mens fabulis extraneis in cogitando, laborem habeat infructuosum. Sonus etiam vel melodia cōdecens sanctæ religioni, non quę tragœdicas difficultates exclamet, sed quæ in nobis Christianitatē demonstręt: non quæ aliquid carnale redoleat, sed punitionem peccatorum faciat. Et vox omnium vestrum non dissona esse debet, sed consona: ne vnus insipienter protrahat, & alter contrahat, aut vnus humiliet vocem, & alter extollat. Debent omnes vocem suam intra sonum continere & includere, non extrinsecus extollētes aut protrahentes quasi ad stultam ostentationem indecenter offerre: neque hominibus placere velle, sed in cōspectu Dei toto animi studio laudes effundere. Habemus autem & de hac vocis consonantia formam positam vel exemplum, tres vtique beatissimos pueros, de quibus refert Daniel Propheta. Tūc, inquit, hi tres tanquā ex vno ore hymnū dicebāt, & glorificabāt in fornace Deū dicētes, Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum &c. Videtis quod pro magisterio ponitur, quod tres pueri Deum veluti ex vno ore humiliter sanctéque laudauerunt: vt nos omnes quasi ex vno ore eundem psalmorum sonum, eandémque vocis modulationem æqualiter proferamus. Qui enim vocem æquare cæteris non potest, melius debet tacere aut lenta voce psallere, quàm clamo sa omnibus perstrepere. Sic enim & ministerij implebit effectū, & psallenti fraternitati nō facit offendiculum. Si ergo nostrorum omnium fuerit inoffensa vel consona labiorum laus vocis sicut in cymbalis bene sonantibus, & nos delectabit audientes & ædificabit, & Deo suauis erit tota laudatio: Qui, sicut legitur, habitare facit vnanimes in sua domo. In eodē sermone, in principio. Quā sint grata & accepta Deo spiritualia cātica, à primordio repetentes quæramus, quis omnium primus hoc genus cantationis inuenerit. Et non inuenimus alium nisi Mosen, qui canticum Dei insigne decantauit, quando percussa Aegypto decē plagis, & Pharone demerso, populus per insueta maris itinera, ad desertum gratulabundus egressus est, dicens, Cantemus Domino gloriosè &c. Primus ergo Moses dux tribuum Israelis choros instituit, vtrunque sexum distinctis classibus atq; sorore præeunte, cantare Deo canticum triumphale prædicauit. Postmodum Delbora nobilis fœmina, in libro Iudicum hoc ministerio functa reperitur. Ipse tamen Moses è corpore recessurus, terrificum carmen Deuteronomij iterauit. Quod scriptum testamenti vice dereliquit: vnde

à Mose canticum.

A sciret quæ pœna, & quales tribulatiōes subsequerētur si à Deo recederent. O homines miseri atque miserandi, qui tali atque tam euidenti denuntiatione præmissa, noluerunt promissa appetere, & ab illicitis superstitionibus præcauere. Iam verò postea multos inuenies non solùm viros, sed etiā fœminas spiritu Diuino repletos, Deo cecinisse mysteria, etiam ante Dauid, qui à pueritia in hoc munus à Domino spiritualiter electus, & cātorum princeps, & carminum thesaurus esse promeruit. Qui adhuc puer in cithara suauiter canēs, malignum spiritum qui operabatur in Saule, compescuit. Non quod in cithara illius tanta virtus erat, sed quia signum crucis Christi, quæ in ligno extensione neruorum mysticè gerebatur, iam tunc spiritum dæmonis opprimebat. Quid in huius

B Psalmis non inuenies quod faciat ad vtilitatē & ad ædificationem humani generis, conditionis, sexus & ætatis? Habet in Psal. infans quod lactet, puer quod laudet, adolescens quod corrigat viam, iuuenis quod sequatur, senior quod prædicet: discit pudicitiam fœmina, pupilli inueniunt patrem, viduæ iudicem: pauperes protectorem, aduenę custodem, audiūt, reges quem timeant iudicem. Psalmus tristes consolatur, lætos temperat, iratos mitigat, diuites vt se cognoscant admonet, & ne superbiant increpat, omnibus omnino suscipientibus se, apertam medicinam psalmus contribuit: nec peccatores despicit, sed remedium eis per pœnitentiā lachrymosam salutémq; ingerit. Dominus itaque noster per Dauid seruum suum confecit potionem, quæ dulcis est ad gustandum

Vis Psalmorum.

C per cantationem, & efficax ad curandum vulnera peccatorum per virtutem. Suauiter enim psalmus auditur dum canitur: penetrat animum cum delectat. Facile psalmi memoria retinentur, si frequenter psallantur. Et quod legis austeritate ab humanis mentibus extorqueri non poterat, hoc per dulcedinem cātus excluditur. Nam quicquid lex, quicquid Prophetæ, quicquid Euangelium præcipiunt, in his carminibus suaui medicamento dulcedinis continetur. Deus ostenditur, vt timeatur: simulachra ridentur, iustitia ingeritur, iniquitas prohibetur, misericordia laudatur, crudelitas abdicatur, veritas requiritur, mendacium damnatur, dolus accusatur, innocentia collaudatur, superbia deiicitur,

D humilitas sublimatur, pœnitentia prædicatur, pax sequenda depromitur, contra inimicos protectio postulatur, vindicta promittitur, spes certa nutritur, & quod est his omnibus excellentius, in psalmis Christi sacramenta cantantur. Nam & generatio eius exprimitur, reiectio plebis impiæ, & gentium hæreditas annuntiatur, virtutes Domini cantantur, passio venerāda depingitur, resurrectio monstratur, sedes quoque ad dexteram patris mirabiliter nominatur: deinde igneus Domini manifestatur aduētus, terribile de viuis & mortuis iudicium pāditur. Quid plura? Etiam Spiritus sancti missio, in gloria Domini sempiternum iustorum regnum, & pecca-

torum perenne ſupplicium exprimitur. Hæc ſunt cantica Dei, quæ canit Eccleſia catholica ſancta; quæ cantorem non ſolùm reſoluunt, ſed potius ſtringunt: non luxuriam ſuſcitant, ſed extinguũt. De hoc cantu totum quod agitur, ſpectat ad gloriam creatoris. Merito idem Propheta omnes & omnia ad laudem Dei cuncta gubernantis hortatur dicens, Omnis ſpiritus laudet Dominum.

Tom.VI.

PVDICITIA. Vera pudicitia non eſt extra fidem catholicam. Libro primo de nuptiis & cõcupiſcentia. Vera pudicitia, ſiue coniugalis, ſiue vidualis, ſiue virginalis dicẽda, non niſi quæ veræ fidei mancipatur. Stat hæc virtus in animo. Lib. de mendacio. Nulla eſt pudicitia corporis niſi ob integritatem animi: qua diſrupta, cadere neceſſe eſt, etiam ſi intacta videatur. Et quia virtus eſt animi, ideo non tollitur violentia exteriori. Libro primo de libero arbitrio, cap. iiij. Pudicitia in ipſa anima eſt cõſtituta, quoniam virtus eſt. Vnde à violento ſtupratore nec ipſa eripi poteſt. In Epiſtola ad Honoratum Epiſcopum. Violentia non violatur pudicitia ſi mente ſeruatur: quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis ſua turpiter carne non vtitur, ſed ſine conſenſione tolerat quod alius operatur. Libro quarto contra Iulianum. Pudicitia eſt res animi, virginitas corporis. Denique illa integra in animo permanente poteſt iſta violenter de corpore auferri: & cum iſta integra manet corpori, poteſt illa laſciua voluntate corrũpi. In Epiſtola ad Victorianũ. Si animus nulla conſenſionis turpitudine maculatur, etiam carnem ſuam defendet à crimine: & quicquid in ea nec permiſit, nec commiſit libido patientis, ſoluet culpa facientis. Omnis illa violentia non pro corruptionis turpitudine, ſed pro paſsionis vulnere deputabitur. Tantum enim valet in mente integritas caſtitatis, vt illa inuiolata, nec in corpore poſsit pudicitia violari, cuius membra potuerunt ſuperari. Libro de vera innocentia, capi. lj. Sicut non amittitur corporis ſanctitas manente animæ ſanctitate, etiam oppreſſo corpore: ita amittitur corporis ſanctitas violata animæ puritate, etiam corpore intacto. Libro primo de ciuitate Dei, cap. xviij. Cum pudicitia virtus ſit animi, comitémque habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo conſentire diſcernit: nullus autem magnanimus & pudicus in poteſtate habeat quid de ſua carne fiat, ſed tãtum quid annuat mente, vel renuat: quis tandem ſanæ mentis putauerit ſe perdere pudicitiam, ſi fortè in apprehenſa & oppreſſa carne ſua exerceatur & repleatur libido non ſua?

Tom.IIII. — Tom.I. — Tom.II. Epiſt.180. — Tom.II. Epiſt.122. — Vi non auffertur pudicitia. — Tom.III. — Tom.V.

Tom.V. — Caninorum Philoſophorum belluina ſenſa.

PVDOR. Pudor naturalis vicit opinionẽ erroris. Libro xiiij. de ciuitate Dei, capite vigeſimo. Philoſophi Cynici protulerunt cõtra humanã verecundiam, quid aliud quàm caninam, hoc eſt immundã, impudentémque ſententiam: vt ſcilicet quoniam iuſtum eſt quod fit in

A vxore, palam nõ pudeat id agere: nec in vico, nec in platea qualibet, coniugalem concubitum deuitare. Vicit tamen pudor naturalis opinionem huius erroris. Contra ait xviij. cap. eiuſdem libri, de ipſo coniugali concubitu. Quoniã ſicut ait etiã quidã Romani maximus author eloquij, omnia rectè facta in luce ſe collocari volunt, id eſt, appetunt ſciri: hoc rectè factũ ſic appetit ſciri, vt tamẽ erubeſcat videri. Quis enim neſcit vt filij procreentur, quid inter ſe coniuges agant? quandoquidẽ vt id agatur, tanta celebritate ducant vxores: & tamẽ cum agitur vnde filij naſcãtur, nec ipſi filij, ſi qui inde iam nati ſunt, teſtes fieri permittuntur. Sic enim hoc rectè factum ad ſui notitiam lucem appetit animorum, vt tamen refugiat oculorum. Vnde hoc, niſi quia ſic geritur, quod deceat ex na-

B tura, vt tamen pudeat cõmittere ex pœna? Et ſubdit eodem libro, capite vigeſimo ſexto. De rebus loquimur nunc pudendis, & ideo quamuis antequam earum puderet, quales eſſe potuiſſent, cõiiciamus, vt poſſumus: tamen neceſſe eſt vt noſtra diſputatio magis frænetur ea, quæ nos reuocat verecundia: quàm eloquentia, quæ nobis parum ſuppetit, adiuuetur. Et infra. Impedit loquentem pudor, etſi non deficiat ratio cogitantem.

Cicero quæſ. Tuſc.

PVERITIA & Puer. Libro decimo ſexto de ciuitate Dei. Pueritia hinc appellata eſt, quod fari non poſsit. Quam profecto ætatem demergit obliuio, ſicut ætas generis humani eſt deleta diluuio. Intelligitur puer pro ignorante & innocente. Super titulum Pſalmi nonageſimi noni. Quẽ delectat imitari pue-

C rum: nõ collecta imperitia, ſed innocentia? Aliter dicit ſuper titulum Pſalmi quadrageſimi ſexti. Proponitur pueritia ad imitandam humilitatem: iterum proponitur ad cauendam fatuitatem. Propoſita pueritia ad imitandam humilitatem, à Domino eſt: quando vocauit ad ſe pueros, & cum prohiberentur ab illo, dixit, Sinite illos venire ad me, talium enim eſt regnum cœlorum: propoſitum eſt exemplum pueritiæ ad cauendã fatuitatem ab Apoſtolo, fratres, nolite pueri eſſe ſenſibus. Cõmendatur hæc ætas ratione innocẽtum. Libro ſuper Geneſim. Habet illa parua ætas magni teſtimonij pondus, quod prima pro Chriſto promeruit ſanguinem fundere. Sed de puero Chriſto, dicit eodem libro. Quid ingenioſius illo puero, cuius in annis duodecim, ſeniores ſapientiam mirabantur? Non eſt tamẽ hæc ætas

D immunis à peccato? Probat eodem libro. Quidam pueris proprium peccatum nolunt attribuere, niſi ab anni quartidecimi articulo cum pubeſcere cœperint. Quod merito crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis verò audeat affirmare, furta, mendacia, periuria, non eſſe peccata, niſi qui talia vult impunè committere? At his plena eſt puerilis ætas, quamuis in eis non ita vt in maioribus punienda videantur quod ſperentur annis accedentibus, quibus

Tom.VIII. — Lib.10. Cap.23. — Tom.III. Cap.11. — Cap.13. — Peccata ſeruorum.

quibus ratio conualescat, posse præcepta salutaria melius intelligere, eísque libentius obedire. Allegat Cyprianum. Libro de mortalitate, in libro primo de prædestinatione sanctorum. Pueri, inquit, periculum lubricæ ætatis euadunt.

PVELLA. Non debet Christiana puella maritari, nisi Christiano. In Epistola ad Rusticum. Certissimè noueris, etiam si nostræ absolute sit potestatis, quamlibet puellam in coniugium tradere, tradi à nobis Christianam nisi Christiano non posse. Non est eis credendum. In Epistola secunda ad Benenatum octauum. Côditio puellæ, quam insinuare dignatus es, non mihi displicet, si nuptura est. Vtrum autem nuptura sit, etsi illud quod in ore habet magis optamus, nunc tamen ignoramus: quia in his annis est vt quod se dicit velle esse sanctimonialem, iocus sit potius garrientis, quàm sponsio profitentis.

PVLCHRITVDO. Definitur pulchritudo carnis in Epistola ad Nebridium. Pulchritudo corporis, est congruentia partiû cum quadam coloris suauitate. Donum est, sed cômune bonis & malis. Libr. de ciuitate Dei, cap. vigesimo secundo. Pulchritudo corporum, bonû quidem donum Dei est, sed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis. Deserto itaque magno bono, & bonorum proprio, lapsus factus est ad bonum minimum, non bonis proprium, sed bonis malísque commune.

Vnde est infimum bonum. Ibidem. Corporis pulchritudo à Deo quidem factum sed temporale, carnale, infimum bonum, malè amatur postposito Deo æterno, interno, sempiterno bono. Quêadmodum iustitia deserta & aurum amatur ab auaris, nullo peccato auri, sed hominis: ita se habet omnis creatura. Cum enim bona sit, & bene potest amari, & malè: bene, scilicet ordine custodito: malè, ordine perturbato. Quod in laude quidam creatoris breuiter versibus † dixit,

Hæc tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti.
Nil nostrum est in eis nisi quod peccamus amantes
Ordine neglecto, pro te quod conditur abs te.

Creator autem si veraciter ametur, hoc est, si ipse nô aliud pro illo quod nô est ipse ametur, malè amari nô potest. Nâ & amor ipse ordinatè amandus est, quo bene amatur quod amâdû est, vt sit in nobis virtus qua viuitur bene. Vnde mihi videtur, quod definitio breuis & vera virtutis, est ordo amoris, propter quod in sancto cantico canticorû cantat sponsa Christi, ciuitas Dei: Ordinate in me charitatem. Ideo propter peccatum pulchritudinis. Lib. quarto confess. capite trigesimo quarto. Pulchras formas & varias, nitidos & amœnos colores amant oculi. Nô teneât hæc animam meâ, teneat eâ Deus qui hæc fecit bona quidêvalde, sed ipse est bonum meum, non hæc. Et infra subdit ibidem. Quam innumerabilia variis artibus & opificiis, in vestibus, calciamentis, vasis, & huiuscemodi fabricationibus, picturis etiam diuersis quod figmentis, atque his vsum necessarium atque moderatum, & piam significationem longe transgredientibus, addiderunt homines ad illecebras oculorum, foras sequentes quod faciût, intus relinquentes à quo facti sunt, & exterminantes quod facti sunt. At ego Deus meus & decus meum, etiam hinc dico tibi hymnum, & sacrifico laudem sanctificatori meo, quoniam pulchra traiecta per animas in manus artificiosas, ab illa pulchritudine veniunt quæ super animas est, cui suspirat anima mea die ac nocte. Sed pulchritudinum exteriorum operatores & sectatores trahunt inde opprobrandi modum, non autem inde trahunt vtendi modum. Vnde monet, Libro de salutataribus documentis. Nunquam, quæso te frater mi, carnalis amor amorem cœlestem à te excludat. Nunquam, quæso te, huius fluctiuagi ac miserabilis sæculi dulcedo decipiat. Nulla te seducat corporis pulchritudo ne intret mors in animam tuam per fenestras oculorum tuorum. Dic mihi quæso, qualis profectus est in pulchritudine carnis? Nonne sicut fœnum æstatis ardore percussum arescit, & paulatim decorem pristinum amittit? Et quando mors venerit, dic mihi, quanta remanebit in corpore pulchritudo? Tunc recognosces, quàm vanum est quod antea inaniter diligebas. Cum videris totum corpus contabescere, & in fœtorem esse conuersum, nonne claudes nares tuas, vt non sustineas fœtorem fœtidissimum? Vbi quæso erit tunc suauitas luxuriæ, & côuiuiorum opulêtia? Vbi blanda verba, quæ corda auditorum molliebant? Vbi sermones dulces, qui amaritudinem amantibus infundebant? Vbi immoderatus risus & iocus turpis? Vbi effrænata & inutilis lætitia? Iste est finis pulchritudinis carnis & oblectationis. Mundus enim transit & concupiscentia eius. O quàm fœlicissimum bonum est, & quam valde fœlicissimum est splendidam Christi pulchritudinem amare, & radiantibus eius fulgoribus pectora nostra illustrare, & omnem obscuritatem peccati à nobis expellere.

Cap. 24. Tom. IIII.

Cap. 25.

Caro fœnû.

Sed de pulchritudine spirituali dicit, Libro de sancta viduitate. In pulchritudine spirituali, & quæ iam senuit pulchra est: vigorem quippe huius pulchritudinis dum extendit in anteriora charitas, rugam in ea non facit annositas. Libro primo contra aduersarium legis & prophetarum versus finem. Melius Deus magis morum, quàm verborum pulchritudinem quærit atque munditiam. Prædicta autem animæ pulchritudo acquiritur amando Deum. Super primam canonicam Ioannis. Anima nostra fœda est propter iniquitatem: amando Deum, pulchra efficitur. Qualis amor est qui reddit pulchram amantem? Deus autem qui semper est pulcher, & nunquam deformis, amauit nos fœdos & deformes: non vt fœdos dimitteret, sed vt mutaret, & ex deformibus pulchros faceret. Sumus ergo pulchri amando Deum, qui semper est

Lib. de bono vid. Tom. IIII. Tom. VI.

Tract. 9. Tom. IX.

pulcher. Et quantum crescit amor, tantum in te crescit pulchritudo. Acquiritur etiam confessione peccatorum, super Psalmum centesimum tertiũ, sermone primo. *Tom. VIII.* Quæris pulchritudinem, bonam rem quæris. Sed quare quæris pulchritudinem ò anima? Vt amet te spõsus tuus, etenim displices ei fœda. Ille autem qualis est? Speciosus forma præ filiis hominum. Osculari vis fœda pulchrum, sed non attendis quia tu iniquitatibus plena es. Diffusa est autem gratia in labiis eius. Huic tu placere vis ò anima humana, ò vna in multis: & non potes quandiu deformis es. *Pulchritudo animæ quæ & vnde.* Quid facies vt pulchra sis? Prius tibi displiceat deformitas tua, & tunc ab illo cui vis placere pulchra, mereberis pulchritudinem. Ipse enim erit reformator tuus, qui fuit formator tuus. Ergo prius attende quæ sis, ne audeas ire fœda in pulchri oscula. Et quid intuens, inquis, me videbo? Posuit tibi speculum scripturam suam, legitur tibi, *Mat. 5.* Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Vide si hoc es qđ dixit: si nondum es, geme, vt sis. Renuntiauit tibi speculum faciem tuam. Sicut speculum non sentit adulatorem, sic nec te palpes. Hoc tibi ostendit nitor ille quod es, vide quod es: & si tibi displicet, quære vt non sis. Si enim cum fœda sis tibi ipsi adhuc displices, pulchro iam places. Primo ergo accusa fœditatem tuam: fœditas enim animæ de peccatis, de iniquitatibus est. Accusando fœditatem tuam incipis confiteri, à confessione incipis decorari. Quo decorãte, nisi specioso forma præ filiis hominum? Vt autem & decoram faceret, audeo dicere, Amauit & fœdam: Quia Christus pro impiis mortuus est. Quam vitam tibi seruat iustificato, qui suam mortem donauit & impio? Ergo anima decora esse non potest, nisi confessa fuerit fœditatem ei, qui semper pulcher est: & propter te ad tempus non pulcher fuit. Et sic ad tempus non pulcher in forma serui, vt nunquam deficeret à pulchritudine quæ est in forma Dei.

Et ibidem subdit. Induit se Dominus Deus noster confessionem & decorem, induit se Ecclesiam: ipsa enim Ecclesia confessio & decus. Ante confessio, postea decus. Confessio peccatorum, decus recte factorum. Sed de Christo qui pro nobis factus est deformis, dicit Libro de verbis Apostoli, sermone vigesimo. *Tom. X.* Deformitas Christi te reformauit. Ille enim si deformis esse noluisset, tu formam quam perdidisti non recepisses. Pendebat ergo in cruce deformis, sed deformitas illius pulchritudo nostra erat. In hac ergo vita deformem Christum teneamus, vt dicamus, Mihi absit gloriari &c. *Tom. VIII.* Fuit tamen & est semper & vbique pulcher. Super titulum Psalmi quadragesimi quarti. Nobis credentibus vbique pulcher Christus occurrat. Pulcher Deus, verbum apud Deum: pulcher in vtero virginis, vbi non amisit Diuinitatem, & sumpsit humanitatem. *Christus vbiq; pulcher.* Pulcher natus infans verbum: quia & cum esset infans, cum vbera sugeret, cũ manibus portaretur, cœli loquuti sunt, Angeli laudes dixerunt, Ma-

A gos stella duxit, adoratus est in præsepio, cibaria mansuetorum. Pulcher ergo in cœlo, pulcher in terra, pulcher in vtero, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher inuitans ad vitam, pulcher non curans mortem, pulcher deponens animam, pulcher recipiẽs, pulcher in ligno, pulcher in sepulchro. A splendore ergo illius pulchritudinis nostros oculos nõ auertat infirmitas carnis. Summa enim & vera pulchritudo iustitia est. Ibi illum non videbis pulchrum, vbi deprehendis iniustum. Si vbique iustus, vbique decorus. In sermone primo de purificatione virginis. *Ser. de ... Dom... ord. tempo... Tom. X.* Hæc sunt testimonia tua Domine Iesu, antequam tibi sternerentur fluctus maris, campi cederent imperanti, antequam ventus te iubente siluisset, mortuus te vocante resurre- B xisset, sol te moriente palluisset, terra te resurgẽte tremuisset, cœlum te ascendente patuisset, adhuc in manibus matris portabaris, & iam Dominus orbis agnoscebaris. Vbique enim Christus Dominus pulcher occurrebat. Pulcher in cœlis, pulcher in terris, pulcher in patre verbum, pulcher in matre caro & verbum. Pulcher in vtero virginis, vbi non amisit Diuinitatem cum susciperet humanitatem. Quia cum hîc esset, cum manibus portaretur, loquuti sunt cœli, gauisi sunt Angeli, Magos stella direxit, adoratus est in præsepio cibus mansuetorum, & adoratur in templo à beatissimo sene & iusto Simeone. *Pulcher igitur* Christus in miraculis, in flagellis, in sermonibus, in verberibus pulcher, non curans mortem, mortuos suscitans. Pulcher in ligno, pulcher in C sepulchro, pulcher in cœlo. In Epistola ad Cõsentium in fine. *Tom. II. Epist. ...* Quid est aliud iustitia cum in nobis est, vel quælibet virtus qua rectè sapientèrque viuitur, quàm interioris hominis pulchritudo? Et certè secundum hanc pulchritudinem magis quã corporis facti sumus ad imaginem Dei: vnde nobis dicitur, *Rom. 12.* Nolite conformari huic sæculo, sed renouamini in nouitate mentis vestræ ad probandum quæ sit voluntas Dei, quod bonum & beneplacitum & perfectum. Si ergo non est in mole, neque in distantibus per loca sua partibus sint corpora, siue cernantur, siue cogitentur: sed in virtute intelligibili qualis est iustitia, mentem dicimus seu nouimus, seu volumus pulchram, & secundum hanc pulchritudinẽ reformamur ad imaginem Dei, qui nos reformauit ad imaginem D suam, non aliqua mole corpora suspicienda est pulchritudo, eóque iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est incomparabiliter iustior. Sed & ipse Christus in resurrectione omnem nostram deformitatem reducet ad pulchritudinem. Libro vigesimo secundo de ciuitate Dei. *Cap. 19. Tom. V.* Omnipotens artifex non poterit omnes deformitates humanorum corporum non tantum vsitatas, verum etiam raras atque monstruosas, quæ huic miseræ vitæ congruũt, abhorrent autẽ ab illa futura fœlicitate sanctorũ, sic auferre atque prodere vt quæcũq; earũ

faciunt

faciunt, & si naturalia, tamen indecora excrementa substantiæ corporalis, nulla eius diminutione tollantur? Ac per hoc non est macris pinguibúsue metuendum, ne ibi etiam tales sint, quales, si possent, nec hîc esse voluissent. Omnis enim corporis pulchritudo est partium congruentia cum quadam coloris suauitate. Vbi autem nõ est partium congruentia, aut ideo quid offendit, quia paruum est: aut ideo quia nimium. Proinde nulla erit deformitas, quàm facit incongruentia partium, vbi & quæ praua sunt corrigerentur: & quod minus est, quàm decet, vnde creator nouit, inde supplebitur: & quod plus est quàm decet, materiæ seruata integritate, detrahetur. Coloris porro suauitas, quanta erit, vbi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui? Quæ claritas in Christi corpore cum resurrexit ab oculis discipulorum potius abscondita fuisse, quam defuisse, credenda est. Non enim eam ferret humanus atque infirmus aspectus, quando ille à suis ita deberet attendi, vt posset agnosci.

PVLMO. Super Psalmum centesimum secũdum: Est quidem pulmo pectoris nostri, quasi follis quidam anhelantis spiritum reciprocum: qui spiritus concepti aëris in vocem & sonum exprimitur, cum verba digerimus. Nec potest aliquid vocis sonare ab ore nostro, nisi quod pulmo expressus emiserit.

PVGNA. De hac materia habetur quædam distinctio, super Psalmum trigesimũ quintum. Aliud est non pugnare & esse in pace vera atque perpetua: aliud pugnare & vincere: aliud pugnare & vinci: aliud non pugnare sed trahi. Sed alia distinctio ponitur super Psalmum cẽtesimum vigesimum septimum, & quod non est pax vera nisi in cœlo. Pugnæ non desunt nobis. Pugnamus foris, cum infidelibus & inobedientibus hominibus: Pugnamus intus cum suggestionibus & cum perturbationibus carnalibus. Vbique pugnamus adhuc: quia corpus quod corrũpitur aggrauat animam: sed cum viuificata fuerint membra nostra mortalia, iam nihil resistet spiritui nostro. Nullus erit inimicus, quia nouissima destruetur mors bonum nostrum cui suspiramus, pax erit. Non pax qualem inter se habent homines, infidam, instabilem, mutabilem, incertam: nec pax talis, qualem secum habet ipse vnus homo: sed quam oculus non vidit, nec auris audiuit &c.

Non est autem aliqua pugna quæ non participet de malo. Libr. contra Iulianum. Nulla pugna est sine malo. Cum enim pugnatur, aut bonum pugnat & malum, aut malum & malum: aut si duo bona pugnant inter se, ipsa pugna est magnum malum. Quod in corpore quandoque contingit, vt ea quibus constat, id est humidum & siccum, calidum & frigidum, quamuis sint inter se cõtraria, pacem secum concordiámque non teneant, morbi ægrotationésque nascuntur. Et quis audeat dicere aliquod eorum non esse bonum, cum omnis creatura Dei bona sit, & benedicant in hymno trium puerorum frigus & æstus Dominum, A quæ sunt inter se contraria, seruant tamen pro rerum incolumitate concordiam? Cum vero in nostro corpore discrepant seséque inuicem oppugnant, valetudo turbatur. De pugna exteriori, & quod ea cessante non cessat interior. Super Ioannem. Difficile nunc sine rixa sumus. Ad cõcordiam quidem vocati sumus, iubemur pacem habere inter nos, ad hoc conandum est omnibúsque nitendum viribus, vt aliquando veniamus ad perfectißimam pacem. Modo autem litigamus plerunque cum iis, quibus consulere volumus. Ille errat, tu vis eum reducere ad viam, resistit tibi, litigas. Resistit Paganus, disputas contra errores idolorum & dæmoniorum. Resistit hæreticus, disputas contra alias doctrinas dæmoniorum. Malus catholicus non vult bene viuere, corripis etiam B fratrem tuum, qui tecum manet in domo, & perditas vias quærit, æstuas, quomodo corrigas quæris, & vt de illo bonam rationem Domino amborum reddas. Quantæ vndique rixarum necessitates? Plerunque homo tædio affectus, dicit apud semetipsũ. Quid mihi est pati cõtradictores, pati eos qui reddunt mala pro bonis? Ego volo consulere, illi volunt perire. Consumo vitam meam litigando, pacem non habeo, inimicos insuper facio, quos amicos habere deberem, si beneuolentiam consulentis attenderet. Quid mihi est ista perpeti? Redeam ad me, mecum ero, Deũ meum inuocabo. Redi ad teipsum, & ibi inuenies rixam. Quam rixam, inquis, inuenio? Caro concupiscit aduersum spiritum &c. Ecce tu solus es, ecce tecum es: ecce nullum alium hominem pateris, sed vides aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuæ. Clama ergo à rixa interiori: clama ad Dominum Deum, vt tibi paci- C ficet. Et vt dicit in libro secundo contra Petilianum, responsione lxviij. Si bello quærimus vnitatem, non potuit laudari præclarius bellum nostrum, quandoquidem scriptum est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et iterũ scriptum est, Nemo vnquam carnem suam odio habuit: & tamen caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Quod si nemo carnem suam odio habet, & tamen aduersus carnem suam concupiscit: ecce bello vnitas quæritur, vt corpus castigatum seruituti subiiciatur. Quod autem spiritus facit aduersus carnem, non odio sed dilectione belligerans, hoc spirituales faciunt aduersus carnales, vt quod agunt erga se, a- D gant & erga illos, quia diligunt proximos tanquam proximos, sed bellum spiritualium est illa in charitate correptio, gladius eorum sermo Dei est. Ac ad tale bellum tuba Apostolica concitantur cum magno impetu personante, Prædica verbum &c. In sermone sexto de sancto Vincentio. Duplicem aciem mundus produxit contra milites Christi. Blanditur enim, vt decipiat: minatur, vt frangat. Ad vtrosque aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus. Quia semper sumus in pugna, ideo viuendum est cũ cautela, Libro quinto Homilia. Sit miles Christi armatus

Margin notes (right): Pugna homini continua. — Tom. VII. — Mat. 5. — Eph. 5. — Gal. 5. — 2. Tim. 4. — Homil. 46. — Tom. X.

Margin notes (left, partly cut): Pulchritudo ... — Tom. VIII. — Tom. VIII. — ... — Tom. VII.

armatus, sit solicitus, sit cautus, sit de Deo solo securus. Vigilet in pace cautior, quàm in bello vigilare consueuit. Non sit securitate dimissus, ne aliqua ex parte subrepat inimicus. Sobrij, inquit, Apostolus Petrus, estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tãquam leo rugiens circuit aliquem deuorare quærens. Quanto hostis vigilat vt noceat, tanto Christianus vigilet vt vincat. Nunquid vigilantibus obrepit inimicus? Nũquid solicitos circumuenit hostis? Neque enim tũc tãtum cauendus est, quando bellum Dei seruis indicit, in pace magis vigilandum est nobis & exercẽdus animus, exercenda virtus, mentis intentio timore firmanda. Facit enim hostis securos, quos cupit esse captiuos. Facit, inquam, securos, vt incautos occupet, inermes opprimat, vulneret eos quos vigilare minimè perspexerit. Si quis miles sub imperatoris conspectu certamen cum hoste inierit, quanta instantia, quantáque virtute pugnabit, vt placere illi cui militat possit? Nec stipẽdium promotionémque poterit despicere, si superans hostem fortiter vicerit. Erubescit siquidẽ despici, nisi superet hostẽ, & forti victoria coronetur. Pugna ergo cum diabolo, qui armatus es Christo, qui te desiderat munerare. Contemne præsentia, vt percipias futura. Temporalia ergo sperne, vt æterna possis accipere. Possidebis cœlum, quod diabolus possidere non potuit. Habebis enim paradisum, vnde inimicus exclusus est. Accipies æternitatem, quam præuaricator hostis amisit. Illum ergo ad terram perfidia deiecit, te in cœlum fides imposuit. Ille contemnendo cœlesti virtute priuatus est, tu seruiendo Angelica maiestate suffultus eris. Ille igitur ad æterna supplicia est destinatus, tibi Diuina præparata sunt præmia. Ille perfidus cum perfidis interibit, tu sanctificatus cum sanctis regnabis: Et qui fueras temporalis & mendicus, sis æterna gloria decoratus: nec quicquã in sæculo formidabis, quia authorẽ formidinis diabolum cũ sæculo respuisti. Est autem in nobis pugna cum concupiscentia carnis. Libro tertio de verbis Domini, sermone sexto. In Paradiso caro non concupiscebat aduersus spiritum, nec ibi erat ista pugna vbi pax erat sola, sed facta transgresione postquam homo noluit seruire Deo, & donatus est sibi, nec sibi sic donatus est vt possit saltem possidere se, sed ab eo possessus, à quo deceptus, cœpit caro concupiscere aduersus spiritum. Et hoc, in bonis. Nam in malis, non habet contra quem concupiscat. Ibi enim cõcupiscit aduersus spiritum, vbi est spiritus Dei, scilicet. Nam spiritus Dei est qui pugnat in te aduersum te, id est aduersus illud quod est in te, contra te. Noluisti enim stare ad Dominum, cecidisti. Fractus es quomodo vas, quando de manu hominis in terram cadit. Quia igitur fractus es, ideo aduersus es, ideo contra te es. Nihil sit in te contra te, & integer stabis. Et vt noueris ad Spiritum sanctum hoc officium pertinere, alio loco dicit Apostolus, Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et de quo spiritu intelligatur, manifestat cum subditur, Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. In his verbis agnosce præceptorem, agnosce redemptorem. Etenim ille redemptor tibi spiritum dedit, quo mortifices facta carnis. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non sunt filij Dei, si non aguntur spiritu Dei. Si autem spiritu Dei aguntur, pugnãt: quia magnum habent adiutorem. Pugnant enim. Quid vult homo castus? Vt nulla omnino surgat in membris eius concupiscentia aduersaria castitati. Pacem vult, sed nondum habet. Quando enim ad illud ventum fuerit, vbi nulla omnino exsurgat concupiscentia aduersanda, nullus erit hostis cum quo luctemur: nec expectatur ibi victoria, quia de hoste iam victo triumphatur. Modo autem quando caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, non quod volumus facimus: quia volumus vt nullæ sint concupiscentiæ, sed non possumus. Velimus nolimus, habemus illas, velimus nolimus titillant, blandiuntur, stimulant, infestant, surgere volunt, premuntur, nondum extinguuntur, quandiu caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ. Cum mortuus fuerit homo hoc non erit: deponis carnem, quomodo trahis tecum concupiscentias carnis? Sed si bene pugnasti, recipieris ad quietem. De qua quiete coronandus es, non damnandus, vt postea perducaris ad regnum. Ergo quandiu hîc viuitur, fratres, sic est sicut & nos qui senuimus in ista militia. Minores quidem hostes habemus, sed tamen habemus. Fatigati sunt quodammodo hostes nostri iam etiam per ætatem, sed tamen etiam fatigati non cessant qualibuscunque motibus infestare senectutis quietem. Acrior pugna iuuenum est. Nouimus eam, transiuimus per eam. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ, vt nõ ea quæ vultis faciatis. Quid enim vultis ò sancti, ò boni præliatores, ò fortes milites Christi? Vultis vt non sint omnino concupiscentiæ malæ, sed non potestis. Exercete bellum, sperate triumphum. Modo enim interim pugnatur. Facite quod Apostolus admonet, Nõ regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis eius. Desideria mala sunt, nolite obedire. Arma te, sume instrumenta bellorum. Præcepta Dei arma tua sunt. Pugnat, pugnat contra nos peccatum, sed non regnet, id est ad obediendum desideriis eius. si cœperitis obedire, regnat peccatum: & tunc regnat, quando exhibetis membra vestra arma iniquitatis peccato. Non exhibeas ergo membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi Deus potestatem per sanctum Spiritum, vt membra tua teneas. Surgit libido, tene tu membra tua. Noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato. Noli armare aduersarium tuum contra te. Tene pedes, ne eant ad illicita. Tene manus ab omni scelere: Tene oculos, ne malè attendant: Tene aures, ne verba

1. Pet. 5.

Ser. ord. 43. Tom. e. d.

Rom. 8.

Rom. 6.

verba libidinis libenter audiãt. Tene totũ corpus. Tene latera, tene summa, tene ima. Surgere enim nouit libido, vincere nõ nouit. Surgendo assiduè sine causa, discit & non surgere. Prouenit autem prædicta pugna ex reatu originalis peccati. Libro de prædestinatione gratiæ, qui etiam intitulatur de voluntate Dei. Vnde est ista in vno eodémque homine, qui ex anima & corpore cõstat, rerum voluntatúmque diuersitas, nisi quia Dei iudicia contemnens, homo Deum, creatura creatorem, infimus summum, intra semetipsum inobedientiæ pœnas ex contumacia inferioris inuenit? Qua enim iustitia, quãuis meliori deterior, creaturæ tamen creatura seruiret, si ipsa qualiscunque creatura seruire noluit creatori? Sed nec hoc quidem sufficit ad pœnam, vt pars illa deterior melioribus repugnaret cordis affectibus, nisi etiam plerũque superaret, in captiuitatem duceret, possideret non solùm, vel natos in Adam homines, sed lex illa peccati ad motus sui ministerium vendicaret, nisi etiam renatos in Christo, manente suggestione pulsaret: quia reuera per ipsum regenerationis munus reatus dimissus est, non soluta conditio gratiæ est: veterum delens chirographa debitorum, non à passione carnali iam separans adhuc hominem in carne viuentem, vt omnis futuro tempore Diuinum per dies singulos imploret auxilium. Ideo nullius vita est secura. Super Psalmum nonagesimum nonum. Pugnamus quotidie in vno corde nostro. Vnus homo in corde suo cum turba luctatur. Suggerit auaritia, suggerit libido, suggerit voracitas, suggerit lætitia popularis. Omnia suggeruntur, ab omnibus se continet, omnibus respondet, & ab omnibus auersatur, difficile est vt non ab aliqua feriatur. Vbi ergo securitas? Hîc nusquam, in ista vita nusquam, nisi in sola spe promissorum Dei. Ibi autem cum illuc peruenerimus, perfecta securitas erit, cum claudentur portæ, & confirmabuntur vectes portarum Hierusalem: ibi verè plena iubilatio, & magnum gaudium. Modo autem ne securus laudes quamlibet vitam ante mortem, ne laudes hominẽ quẽquã. Vnde nõ erit pugna post resurrectionem. Libro primo de doctrina Christiana. Post resurrectionem hoc erit, vt corpus omnino cum quiete summa spiritui subditum immortaliter vigeat, hoc tamen est in hac vita meditãdum, vt cõsuetudo carnalis mutetur in melius, nec inordinatis motibus resistat spiritui. Quod donec fiat, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: non per odium resistente spiritu, sed per principatum, quia magis quod diligit vult subditum esse meliori: nec per odium resistente carne, sed per consuetudinis vinculum, qđ à parentum etiam propagine inueteratum naturæ lege inoleuit. Id ergo agit spiritus in domanda carne, vt soluat malæ consuetudinis quasi pacta peruersa, & fiat pax consuetudinis bonæ. In hac pugna debet inuocari Christus adiutor. Libro de symbolo, tractatu quarto. Si vires tuæ in pugnando sunt paruæ, Christum inuoca saluato-

A rem, Christum inuoca adiutorem. Cum te prospexerit fideliter inuocantem, qui pro te pependit in ligno, & hic victoriam & coronam victoriæ præparabit in cœlo. Super Psalmum centesimum quadragesimum tertium. Habes contra quod pugnes in te, habes quod expugnes in te: sed & habes quem inuoces, vt pugnantem adiuuet te, vincẽtem coronet te, qui te non existente, fecit te. Debemus in pugna armati esse audaces. Libro contra quinque genera hæresum. Fratres assumite arma Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Accingimini lumbos in veritate. Nemo trepidet, nemo formidet. Est lorica iustitiæ, est scutum fidei, in quo sagittæ ignitæ malignorum spirituum excipiantur & extinguantur. Est galea salutis, & gla- *Cap.2.* *Tom.VI.*

B dius spiritus, quod est verbum Dei. Quisquis fidelium Christi militum his fuerit munitus armis, non cuiusquam formidabit personam: non terrore turpi à certamine reuocabitur. Eia fratres certamen in promptu est, feruet opus, vrget aduersarius, spicula parat, vincere tentat, nemo expauescat. Fratres, plures sunt nobiscum quam cum illis. Nobiscum est Moses ille magnus amicus Dei, qui vt hostem vinceret præliantem, manus ad cœlum extendit, iam tunc figuram Christi ostendens: ipse Diuino imperio tumentis ponti, voluentes flexuosis sinibus vndas, vno ictu virgæ percussit, & traiiciendo populum, interim aridos vertit in campos. Nobiscum est Iesus post Mosen dux populi Israelitici fortissimus præliator, cuius etiam nomen indicat saluatorem: ipse po-

C tentia sui & Diuina fiducia, diem, ne sui cursus metas perageret statuit, & nocti ne accederet imperauit. Ideo gentium reges, non sigillatim, sed gregatim superauit, captiuauit, humiliauit, occidit. Nobiscum est Dauid manu fortis, qui est seruus Dei, amicus Dei, electus Dei, parens Dei: nouerat, & bene nouerat, nõ solùm parcere subiectis & debellare superbos, verũ etiã virtutẽ ostẽdere & patiẽtiã custodire. Ipse inimicos suos cũ persequeretur non perniciosus, & cum vinceret non extitit impius. Nobiscum sunt alij atque alij sancti viri, qui omnia futura præuiderunt & prædixerunt. Non est ergo quod terreat nos.

PVNITIO. Non potest malum esse impunitum. Super Psalmum centesimum se- *Tom.VIII.*

D cundum. Faciat quisque quod vult in terra, non erit impunitum peccatum, non erit infructuosa iustitia, quia Dominus, qui ante thronum iudicis hominis irrisus est, in cœlo parauit thronum suum. Libro de peccatorum meritis &c. Etiam illa peccata iustè puniuntur, quæ non delectationis illecebra committuntur, sed etiam causa deuitandæ molestiæ alicuius, aut doloris, aut mortis. Solus Deus punit iustè. Super Psalmũ quinquagesimum. Tibi soli peccaui: quia tu solus sine peccato. Ille iustus est punitor, q. nõ habet quod in illo puniatur. Ille iustus est reprehensor, qui non habet quod in illo reprehẽdat. Sed *Tom.VII.*

quare

Cap. 2. Tom. IX.

quare tardat punire, respondet. Libro de symbolo, tractatu quarto. Quomodo, inquis, Deus cũcta gubernat & regit? Ecce tanta mala fiunt in mundo, & nõ vindicat. O homo, ideo, negas eius potentiam, quia magnam ille exhibet patientiam? Peccantem quidem impunitum non dimittit, sed seruat eum aut pœnitendo corrigendum, aut vltimo iudicio puniendum. Crede mihi ò tu quisquis es qui de malis quereris, quoniam omnes mali sumus. Si vt vis, Deus malis statim retribueret mala, nullus remaneret qui de aliis murmuraret. Sed ideo rex ille magnus, qui nouit quomodo regat quos creauit, nõ implet voluntates peruersas, sed suam perficit rectam, vt te doceat patientiam suã. Non tu Deum velis conuerti ad furias tuas. Regat te, qui fecit te. Nam si volueris regi à te, statim cades per te. Tandiu primus homo stetit, quãdiu Deo adhæsit. Dimisit, & dimissus est. Voluit probare vires suas, & inuenit miserias & nostras & suas. Dicit autem super Psalmum septimum. Non putemus illam tranquillitatem, & ineffabile lumen Dei de se proferre vnde peccata puniãtur. Sed ipsa peccata sic ordinare, vt quæ fuerunt delectamenta homini peccanti, sint instrumenta Domino punienti. Sed quare punit Deus peccatum vnius in alio vel alium, pro peccato alterius respondet Libro quæstionum super Iosue.

Quæst. 8. Tom. IIII.

Quia peccato Achan mortui sunt triginta sex viri. Quæri solet, quomodo iustè pro alterius peccato in alios vindicetur, maximè q̃a in lege Dominus dixit, neque parentes pro filiorum, nec filios pro parentum peccatis esse puniendos. An illud iudicantibus hominibus est præceptum, ne quenquam pro altero puniant: Dei autem iudicia non sint huiusmodi, qui alto & inuisibili consilio suo nouit quatenus extendat etiam temporalem hominum pœnam, salubrémque terrorẽ?

Pro vnius peccato alios pati.

Non enim aliq̃d durũ quantũ attinet ad vniuersi mũdi administrationẽ, contingit mortalibus cum moriuntur, quandoque morituri: & tamen apud eos qui talia metuunt, disciplina sancitur, vt non se solùm quisque curet in populo, sed inuicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vnius corporis & vnius hominis membra alia pro aliis sint solicita. Nec tamen credendum est etiam pœnis, quæ post mortem irrogantur, alium pro alio posse damnari: sed in iis tantum rebus hanc irrogari pœnam, quæ finem fuerãt habituræ, etiam si non eo modo finirentur. Simul etiam ostenditur quãta connexa sit in populi societate ipsa vniuersitas, vt non tantum in seipsis singuli, sed etiam tãquam partes in toto existimentur. Per vnius igitur peccatum mortémque paucorum admonitus est populus vniuersus, tanquam in corpore vniuerso quærere quod amissum est. Simul etiam significatum est, quantum fieret mali si vniuersa illa congregatio peccasset, quando ne vnius quidem ita potuit vindicari, vt ab eo cæteri possent esse securi. At verò si Achan ab aliquo inuentus atque comprehensus, & illius criminis reus ad iudicium Iosue fuisset adductus, nequaquam putandum est hominem iudicem, vel pro illo vel cũ

A illo, quenquam aliũ qui societate facti eius minimè teneretur, fuisse puniturum. Neque enim ei mãdatum legis licebat excedere, quod datum est hominibus, ne iudicio suo quod in hominem homini iussum siue permissum est, alterum pro alterius peccato arbitretur esse plectendum. Longe secretiore iustitia iudicat Deus, qui potens est etiam post mortem, quod homo non potest, vel liberare, vel perdere. Visibiles igitur afflictiones hominum, siue mortes, quoniam iis quibus ingeruntur & obesse & prodesse possunt, nouit Dominus in occulto prouidentiæ suæ quemadmodum iuste quibusq; dispenset, etiam cum aliorum peccata in aliis videtur vlcisci. Pœnas verò inuisibiles, quæ non nisi nocent & prodesse non possunt, ita nullus Deo iudice pro alienis peccatis luit, sicut B homine iudice luere nullus nisi pro sua culpa istas visibiles debet. Hoc enim præcepit homini iudici Deus, in iis quæ ad humanum iudicium pertinent iudicanda qđ in suo iudicio facit ipse, quo potestas non aspirat humana. In Lib. Epist. Quod erat tunc dolendum, nunc auferendum est: non asperè, sed sicut scriptum est, In spiritu lenitatis & mansuetudinis. Dant enim mihi fiduciam literæ tuæ indices germanissimæ charitatis, vt tecum tanquam mecum audeam colloqui. Non ergo asperè, quãtum existimo, non duriter, nõ modò imperiosè, ista tolluntur, sed magis docendo, quàm iubendo: magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum est cum multitudine, seueritas autem exercenda in pœna paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis commenC dando vitam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Dominus in nostro sermone timeatur. Ita prius mouebũtur spirituales, vel spiritualibus proximi, quorũ authoritate & leuissimis quibusdam admonitionibus cætera multitudo frãgatur.

Punitis aliquibus, corriguntur plures. Libr. xj. super Genesim. Quis non videat, quibusdam punitis, quam plurimi corrigantur? *Tom. III.* Vnde debet homo si non vult puniri, seipsum punire. *Tom. VIII.* Super Psalmum quadragesimũ quartum. Times fortè Christi iustitiam, quia iniquus eras. Et ipse iniquitatẽ odit. Sed nunquid te? Si in te est iniquitas, odit illã Deus. Oderis & tu, & vnam rem ambo oderitis. Eris ergo amicus Deo, quia odisti quod odit. Ita D & amabis quod amat. Displiceat in teipso tibi iniquitas tua, & placeat tibi creatura eius. Homo enim es iniquus. Duo dixisti nomina, homo, & iniquus. In istis duobus nominibus, vnum est naturę, alterum culpæ. Vnum tibi Deus fecit, alterum tu fecisti. Ama quod Deus fecit, oderis quod tu fecisti, quia & ipse hoc odit. Vide quomodo iam illi incipias coniungi, cum odisti quod odit. Peccatũ puniturus est. Si puniendum non esset, nec peccatum esset: præueni illum: non vis vt ipse puniat, tu puni. Ideo enim adhuc ipse parcit, differt, tenet manum, arcum intendit, hoc est minas. Clamaret tantum se feriturum, si vellet ferire? Non differret, Differt ergo manum à peccatis tuis, tu noli differre. Conuerte ad punienda peccata tua, quia impunita esse peccata non possunt. Puniendum ergo

ergo erit, aut à te, aut ab ipso. Tu agnosce, vt ille ignoscat. Super Psal. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis. Qui non vult auerti à se faciem Dei, vult auerti faciem Dei à peccatis suis. Peccatum enim vnde se Deus nō auertit, aduertit: si aduertit, animaduertit. In epistola prima ad Hilarium. Nos maluimus eos in Ecclesiæ compage sanari, quam ex illius corpore velut insanabilia membra resecari, si tamen hoc permittit ipsa necessitas. Timendum est enim, ne plura putrescāt, dum pluribus parcitur. Lib. ij. contra Petilianum. Sicut plurimū est crudelis fallax adulatio, sic semper misericors iusta correptio. Nam vnde est illud quod non intelligitis, Emendabit me iustus in misericordia & arguet me? Hoc enim cum de asperitate misericordis correptionis dixisset, continuò subiunxit de lenitate perniciosæ adulationis, & ait, Oleum autē peccatoris, &c. Ibidem. Si occisori fratris Deus noluit inferre mortem, sed reliquit carnifici vitā: vide ne fortè hoc sit, quod cum regis cor in manu Dei sit, vnde multas ad vos commonendos & corripiendos leges ipse constituit: nulla tamen lex regia vos iussit occidi, fortasse propterea, vt quicunque vestrum in pertinaci sacrilegi furoris aura persistūt, & Cain parricidæ supplicio è vita carnifice crucientur. Legimus enim multos à famulo Dei Mose misericorditer interfectos: nam in eo quod pro eorum nephario sacrilegio sic est Dominum deprecatus vt diceret, Domine si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem dele me de libro tuo: ineffabilis eius charitas & misericordia satis apparet. Nunquid ergo subitò crudelis effectus est, cum de monte descendens tot millia iuberet occidi? Considerate itaque ne fortè iracundia Dei per tot leges aduersus vos latas à nullo imperatore iussi fueritis occidi. An illi fratricidæ non vos comparandos putatis? Ibidem. Emendabit me, inquit, iustus in misericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quid planius? Quid apertius? Malo me, inquit, misericordi obiurgatione sanari, quam blanda adulatione tanquam mihi caput inungatur, decipi atque peruerti. Sub aliis verbis ipsa sententia est alibi scripturarum, Meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici.

PVRGATORIVM. Quod purgatorium est in hac vita quod ad aliquas pœnas corporales. Lib. xxj. de ciuitate Dei, cap. xiij. Nos in hac vita mortali esse quasdam pœnas purgatorias confitemur, nō quibus affliguntur, quorum vita vel non inde fit melior, vel potius inde fit peior: sed sunt purgatoriæ qui eis coerciti corriguntur. Cæteræ omnes pœnæ siue temporariæ, siue sempiternæ, sicut vnusquisque Diuina prouidentia tractandus est, inferuntur, vt vel pro peccatis, siue præteritis, siue in quibus adhuc viuit qui plectitur: vel pro exercendis declarandísque virtutibus, per homines & Angelos, seu bonos, seu malos. Nam si quisque mali aliquid alterius improbitate vel errore patiatur, peccat quidem homo, qui vel ignorantia, vel iniustitia cuiquam mali aliquid facit, sed non peccat Deus, qui iusto quamuis occulto iudicio fieri sinit. Sed temporarias pœnas alij in hac vita tantum, alij post mortem, alij & nunc & tunc, veruntamen ante iudicium illud seuerissimum nouissimúmque patiuntur. Non autem veniunt omnes in sempiternas pœnas, quæ post illud iudicium his sunt futuræ, qui post mortem sustinent temporales. Nam quibusdam quod in isto non remittitur, remitti in futuro sæculo, id est, ne futuri sæculi æterno supplicio puniantur, iam diximus. Rarissimi sunt autem, qui nullas in hac vita, sed tantum postea pœnas luunt. Fuisse tamen aliquos qui vsque ad decrepitam senectutem ne leuissimam quidem febriculam senserint, quietámque duxerint vitam, & ipsi nouimus & audiuimus, quanquam vita ipsa mortalium tota pœna sit. Quod post vltimum iudicium non erit purgatorium. Eodem libro, capit. decimo sexto. Tanta est misericordia Dei in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, vt etiam prima ætas hominis, id est, infantia, quæ nondum fari valet: & pueritia, quæ nondum est præcepti capax: si sacramenta mediatoris acceperit, etiam si hanc in eis annis vitam finiat, translata, scilicet à potestate tenebrarum in regnum Dei, non solùm pœnis non præparatur æternis, sed ne vlla quidem post mortem purgatoria tormenta non patitur. Sufficit enim sola spiritualis regeneratio, ne post mortem obsit quod carnalis generatio cum morte contraxit. Cum autem ventum fuerit ad ætatem, quæ præceptum iam capit, & subdi potest legis imperio, suscipiendum est bellum contra vitia, & gerendum acriter, ne ad damnabilia peccata perducat. Et si quidem victoriarum nondum consuetudine roborata sunt facilius vincuntur, & cedunt: si autem vincere & imperare consueuerunt, laboriosa difficultate superantur: neque enim id fit veraciter atque synceriter, nisi veræ delectatione iustitiæ. Hæc est autem in fide Christi. Nam si lex iubens assit, & spiritus iuuans desit, per ipsam prohibitionem desiderio crescente atque vincente, peccati etiam reatus præuaricationis accedit, vt nonnunquam sint apertissima vitia, quæ aliis vitiis vincuntur occultis, quæque putantur esse virtutes, in quibus regnat superbia, & quædam sibi placendi altitudo ruinosa. Tunc itaque victa vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur, quod nisi Deus ipse non donat, nec aliter nisi per mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum, qui factus est particeps mortalitatis nostræ, vt nos faceret participes suæ Diuinitatis. Paucissimi autem sunt tantæ fœlicitatis, vt ab ipsa ineunte adolescentia nulla damnabilia peccata comittant, vel in flagitiis, vel in facinoribus, vel in nefariæ cuiusquam impietatis errore, sed magna spiritus largitate opprimant, quicquid in eis posset carnali delectatione dominari. Plurimi verò præcepto legis accepto, cum prius victi fuerint præualescentibus vitiis & præuaricatores eius effecti, tunc ad gra-

tiam confugiunt adiuuantem, qua fiant & amarius pœnitendo, & vehementius pugnando prius Deo subditi, atque carni ita præposita mente victores. Quisquis ergo cupit pœnas euadere sempiternas, non solùm baptizetur, verum etiam iustificetur in Christo, ac si verè transeat à diabolo ad Christum. Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinetur, nisi ante illud vltimum tremendúmque iudicium. Hoc etiam innuit libro primo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum, capite duodecimo. Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt ferat vnusquisque secundũ ea quæ per corpus gessit, siue bonũ, siue malũ. Quid est secũdũ ea quæ per corpus gessit? Eo tempore quo in corpore fuit: vt per corpus intelligamus, per corporis tempus. Post corpus autem nemo erit in corpore, nisi resurrectione nouissima: non ad vlla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis præmia, & pro malis luenda supplicia. Hoc autem medio tempore inter depositionem & receptionem corporis, secundum ea quæ gesserunt per corporis tempus, siue cruciantur animæ defunctorum, siue requiescunt. Non autem igne purgatorij puniũtur omnes peccatores. Ideo soluit quæstionem in Enchiridion, capit. sexagesimo septimo. Creduntur à quibusdam etiam ij qui nomen Christi non derelinquunt, & eius lauacro in Ecclesia baptizantur, nec ab ea vllo schismate vel hæresi præciduntur, in quantislibet sceleribus viuant, quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemosynis redimant, sed in eis vsque ad huius vitæ vltimum diem pertinaciter perseuerant, salui futuri per ignem: licet pro magnitudine facinorum flagitiorúmque diuturno, non tamen æterno igne puniendi. Sed qui hoc credunt, & tamen catholici sunt, humana quadam beneuolentia mihi falli videntur. Nam scriptura Diuina aliud cõsulta respondet. Et subdit solutionem. cap. eodem. Iacobus Apostolus ait, Si fidem dicat quis se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Porrò autem si homo sceleratus propter solam fidem per ignem saluabitur, & sic accipiendum est quod ait beatus Apostolus, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: poterit ergo saluare sine operibus fides, & falsum erit quod dicit eius coapostolus Iacobus. Falsum erit & illud quod dicit idem ipse Paulus, Nolite errare, nec fornicarij, & c. vsque regnum Dei non possidebunt. Si enim etiam in istis perseuerantes criminibus, tamen propter fidem Christi salui erunt, quomodo in regno Dei non erunt? Vnde ibidem sequenti capi. exponit qui saluantur igne purgatorij. Sed quia hæc Apostolica manifestissima & apertissima testimonia falsa esse non possunt, illud quod obscurè dictum est de iis qui superædificant super fundamentum quod est Christus, non aurum, non argentum, nõ lapides pretiosos, sed ligna, fœnum, stipulam: de his enim dictum est, quod per ignem salui erunt, quoniam fundamenti merito nõ peribunt: sic est intelligendum, vt his manifestis non

Tom. VII.

Tom. III.

Titulus fidei an sit profuturus.

Iac. 2.

1. Cor. 6.

Cap. 68.

A videatur esse contrarium. Ligna quippe fœnum & stipula non absurdè accipi possunt rerum sæculariũ, quamuis licitè concessarum, tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore non possint. Cũ autem iste dolor vrit, si Christus in corde fundamenti habet locum, id est, vt nihil ei anteponatur, & malit homo qui tali dolore vritur, rebus quas ita diligit, magis carere quam Christo: per ignem fit saluus. Si autẽ huius res temporales ac sæculares tempore tentationis maluerit tenere quam Christum, eum in fundamento nõ habuit: quia hæc priore loco habuit, cũ in ædificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis enim de quo eo loco est loquutus Apostolus, talis debet intelligi, vt ambo per eum transeant, id est, & qui ædificat super hoc fundamentum, aurum, argen-
B tum, lapides pretiosos: & qui ædificat ligna, fœnum & stipulã. Cum enim hoc dixisset, adiunxit: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanserit, quod super ædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus autẽ exustum fuerit, damnum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Non ergo vnius eorum, sed vtriusque opus ignis probabit. Est quidem ignis tentatio tribulationis, de qua alio loco apertè scriptum est, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit quod Apostolus dicit, si accidat duobus fidelibus: vni scilicet, cogitãti quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo, hoc est ædificanti super Christũ, quod est verum fundamentum, aurum, argentum & lapides pretiosos:
C alteri autem cogitanti ea quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, id est, ædificãti super idem fundamentum ligna, fœnum & stipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit quorum amissione crucietur. Exuritur autem opus huius, quoniam sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione proposita eis potius malit carere quam Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum, quamuis doleat cum amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem. Quia vrit eum dolor rerum quas dilexerat amissarum, sed non subuertit neque consumit fundamenti stabilitate atque incorruptione munitum. Et sequenti capite sexagesimo nono, adaptat hoc de igne purgatorij dicens. Tale aliquid etiam post
D hanc vitam fieri, incredibile non est, & vtrum ita sit quęri potest. Et aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium quanto magis minúsve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiúsque saluari: non tamen tales de quibus dictum est, quod regnum Dei nõ possidebunt, nisi conuenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur. Conuenienter autem dixi, vt steriles in eleemosynis non sint, quibus tantum tribuit scriptura Diuina, vt earum tantũmodo fructũ se imputaturum prænuntiet Dominus dextris: & earum tantummodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus est, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Illis autem, Ite male

Salua igne.

Eccles.

Tom. V

maledicti,&c. Vnde concludit sequenti capi. lxx. Sane cauendum est ne quisque existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodammodo, vt ea semper liceat impunè committere. Nemini enim dedit Deus laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur. Aliter tamen ponit prædictam sententiam. In sermone de igne purgatorij, circa finem. Omnes sancti qui Deo fideliter seruiunt, lectioni vel orationi vacare, & in bonis operibus perseuerare contendunt, nec capitalia crimina, nec minuta peccata, sed bona opera facientes, per ignem purgatorium absque vlla violatione transibunt. Illi verò, qui quamuis capitalia crimina non admittunt, & ad perpetranda minuta peccata sunt faciles, & ad redimenda sunt negligentes, ad vitam æternam pro eo quod Christo crediderunt, & capitalia peccata non admiserunt, venturi sunt: sed prius aut in hoc sæculo per Dei iustitiam vel misericordiam, amarissimis sunt tribulationibus excoquendi, aut ipsi per multas eleemosynas & per multas orationes, & præcipuè dum inimicis clementer indulgent, per misericordiam Dei liberandi, aut certè illo igne, longo tempore cruciandi sunt, vt ad vitam æternam sine macula perueniant. Illi verò qui aut homicidium, aut sacrilegium, aut adulterium, vel reliqua his similia commiserunt, si eis pœnitentia non subuenerit non per purgatorium ignem trãsire merebuntur ad vitam, sed æterno incendio præcipitabuntur ad mortem. Est autem ignis purgatorij durissimus ad sustinendum. In eodem sermone vt supra. Ignis ille purgatorius durior erit, quam quiquid in hoc sæculo pœnarum aut videri aut cogitari aut sentiri potest. Nemo ergo dicat, Ad me non pertinet, quandiu moras habeam, tantum vt ad vitam exeam: cum de die iudicij scriptum sit, quod erit dies vnus, tanquã mille anni, & mille anni tanquã dies vnus. Vnde scit vnusquisque nostrum quot diebus aut mensibus, aut etiam fortè annis per illum ignem sit transiturus? Et qui modo nec vnum digitum suum in ignem vult mittere, timeat necesse est vel tunc paruo tempore cum anima & corpore cruciari: & ideo totis viribus vnusquisque laboret, vt capitalia crimina possit euadere, & minuta peccata ita bonis operibus redimere, vt ex his nihil videatur permanere, quod ignis ille possit assumere. Super Psalm. trigesimum septimum. Ipse saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem. Et quia dicitur, Saluus erit: contemnitur ille ignis: Ita planè quamuis saluus per ignem: grauior tamen erit ille ignis, quam quicquid potest homo pati in hac vita. Ista enim quæ hîc sunt, multò faciliora sunt: & tamen videte quemadmodum ea homines ne patiantur, quicquid iussi fuerint, faciunt: quanto melius faciunt quod iubet Deus, ne illa grauiora patiantur? Erit commensuratus culpæ. libro quinto Homiliarum, homilia decima sexta, in fine. Ij qui temporalibus pœnis digna fecerunt, de quibus dixit Apostolus, Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: per fluuium igneum, & vada feruentibus globis horrida transibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta erit & pertranseundi mora. Quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vendicabit quædam flammæ rationabilis disciplina. Et quãtum stulta iniquitas suggessit, tantum sapiens pœna desæuiet. Et quia sermo Diuinus quodam loco æneæ ollæ animam peccatricem comparat, dicens, Pone ollam super prunas vacuam, donec concalescat æs eius, & omne stagnum eius defluat: illic sermones otiosi & cogitationes iniquæ vel sordidæ, vel multitudo leuium peccatorum, quæ puritatem nobilis naturæ infecerant, exundabunt: illic stagnum vel plumbum diuersorum surrepentium delictorum, quæ Diuinam imaginem obscurarant consumentur: quæ omnia hîc separari per eleemosynas & lachrymas compendiosa transactione potuissent. Ecce si exigere habet ab homine rationem, qui seipsum pro homine dedit, & confixus clauis legis morti se iunxit. Quæ cum ita sint, intelligamus quia effugere intoleranda supplicia, & incendia æterna non poterunt, nisi qui prius ignem carnalis concupiscentiæ ac multimodæ cupiditatis extinxerint. Et ideo fratres charissimi conuertamus nos ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Curramus dum lucem habemus, nec prætereuntia salutis tempora negligamus. Hîc extinguamus mortem moriendo peccatis, hîc vitam vitæ meritis comparemus.

Tom.X.

Ezech.24.

PVRIFICATIO virginis. In sermone secundo de ipsa die. Sicut Dominus noster non necessitate, sed voluntate factus est sub lege: ita eius genitrix non indiguit sacrificiorum purificatione: quia sicut virgo ante partum, ita remansit virgo post partum. Siquidem ad eius distinctionem dixit Moses, Mulier si suscepto semine pepererit. Præuidebat enim istã sine susceptione seminis parituram, ideo non est ausus dicere absolute, Mulier si pepererit, immũda erit. Quare ergo circuncisus est Christus? quare hostias obtulit pro emundatione sua genitrix eius, nisi propter humilitatis exemplum? Quoniam si ille qui author legis erat, legem obseruare vna cum sua genitrice voluit, magna nobis, qui peccatores sumus, instat necessitas, vt Diuinis legibus subditi, quicquid nobis præcipitur implere satagamus. Et quod pauperum oblationem obtulit, infra subdit ibidem. Primogenita quæ tunc vocabantur sancta, figuram gestabant ipsius Christi: quia ipse aperuit vuluam non matris virginis, sed sanctæ Ecclesiæ ad filios Deo generandos. Ex hoc summopere est

attendendum, quia non solùm nasci in carne pro nostra salute voluit, sed etiam tantæ paupertatis parentes elegit, qui agnum inuenire non possent, sed pauperum hostiam obtulerunt. Ecce saluator noster pauper factus est, & Christiani ad hoc laborant vt diuites sint. Nemo se circumueniat. Si charitas filium Dei ad terras adduxit, nullus Christianus mundi cupiditate grauatus, vllo modo poterit ascendere cœlos. Et ibidem infra exponendo de oblatis auibus dicit. Si filius Dei prius circuncisus est, & postea portatus ad templum: nullus Christianus, nisi prius fuerit vitiis circuncisus, in cœlestem Hierusalem ingredi, aut Diuinæ maiestati merebitur conspectibus præsentari. Quapropter quãdo aliquis nostrum filium generat, id est, aliquod bonum opus agit, vt ipso suo bono placeat Deo, ipsi attribuat Deo, non sibi: & si in grege virtutum suarum innocentiam inuenerit defuisse, offerat aut duos turtures, aut duos pullos columbæ, hoc est habeat duplicem gemitum: Istæ enim aues pro cantu gemitus habẽt. Et ideo rectè per ipsas, sanctorum gemitus designatur: qui prius plorant in peccatorum suorum recordatione, postea pro cœlestis patriæ amore. Et hoc est vnam offerre pro peccato, alteram in holocaustum. Vel offerat vir iustus creatori suo turturem, id est, vitam contemplatiuam: & columbam, hoc est vitam actiuam. Et infra subdit ibidem. Circuncidite prius omnia membra vestra ab omnibus vitiis, quia nec in templo præsentis Ecclesiæ ad perpetuam estis salutem: nec in cœleste templum intrabitis post mortem, nisi ad istam spiritualem circũcisionem veneritis ante mortem. Si enim sanctè, piè & iustè vixeritis, tunc cum sancto Simeone verbum Dei in vlnas fidei accipietis læti atque securi, cum ipso de morte transibitis ad vitam, de labore ad requiem, de peregrinatione ad patriam. De Simeone verò dicitur in sermone decimo sexto de natiuitate Domini. Multum senex iste Simeon fuit ad audiendum serus, sed ad videndum maturus. Non expectauit vt Christum audiret loquentem, quia agnouit infantem. Et hoc illi concessum erat iam decrepito, quasi desideranti & suspiranti & dicenti quotidie in orationibus suis, Quando veniet? Quando nascetur? Quando videbo? Putas me hîc inueniet? Putas durabo? Putas isti oculi videbunt, per quem cordis oculi reuelabuntur? Dicebat ista in orationibus suis, & pro desiderio suo accepit responsum, quod non gustaret mortem, nisi videret Christum Domini. Gestabat eum mater eius Maria infantem, vidit ille & agnouit. Vbi nouerat quod agnouit? Ante intus est reuelatus, qui foris est natus? Agnouit Simeon infantem tacentem, & occiderunt Iudæi crudeles iuuenẽ miracula facientem. Cum ergo agnouisset, accepit eum in vlnas suas. Hoc est, in brachia sua, & amplexatus eum, portabat à quo portabatur. Ipse enim Christus est sapientia Dei attingens à fine vsque ad finem fortiter,

Et ord. serm. de temp. 20.

A & disponens omnia suauiter. Quantus ibi erat, quam magnus, & quam paruus factus. Paruus factus, paruos quærebat: quia non superbos non elatos, sed humiles & mites colligebat. In præsepio dignatus est poni, vt esset piorum cibaria iumentorum. Accepit ergo eum in brachia sua, & dixit, Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace. Dicebat in pace: quia videbat pacem. Quam pacem? Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Salutare Dei, est Christus Dominus. Vnde est illud, Ante nuntiate de die in diem salutare eius.

Purgamur seu purificamur nos in baptismo. Libro secundo contra epistolas Pellagianorum capi. iiij. allegans Innocẽtium papam in hæc verba. Liberum, inquit, arbitrium primus homo perpessus, dum suis inconsultè vtitur, bonis cadens, in præuaricationis profunda demersus, nihil quemadmodum exinde resurgere posset, inuenit: suâque inæternum libertate deceptus, huius ruinæ latuisset oppressu, nisi eum postea Christi, pro sua gratia, releuasset aduentus: qui per nouæ regenerationis purificationem, omne præteritum vitium sui baptismatis lauacro purgauit. Quid ista sedis Apostolicæ sententia clarius, atque manifestius?

Tom. VII. *Innocentius Papa.*

B

PVTEVS. Est puteus præsentis miseria mundi. Libro octogesimo tertio quæstionum, quæstio. lxiiij. Hora sexta venit ad puteum Dominus noster. Video in puteo tenebrosam profunditatem: admoneor ergo intelligere mundi huius infimas partes, id est, terrenas, quo venit Dominus Iesus hora sexta, id est, sexta ætate generis humani. Ibidem. Puteus, huius mundi terrenum laborem & errorem tenebrosa profunditate & obscuritate significat. Est puteus malitia cordis humani. Super Psalm. sexagesimum octauum, sermone primo. Magnus enim puteus, profunditas iniquitatis humanæ. Illuc quisque si ceciderit, in altum cadet. Sed tamen ibi positus, si confiteatur peccata sua Deo suo, non claudit super eum puteus os suum: vt est in alio quodam Psal. scriptum, De profundis clamaui ad te Domine. Si autem factum in eo fuerit quod alia scriptura dicit, Peccator cum venerit in profundum peccatorum contemnet: clausit super eum puteus os suum: quia clausit os illius. Perdidit enim confessionem, verè mortuus est, impletúmque est in eo quod alibi dicitur. A mortuo velut qui non sit perit confessio. Metuenda est ista res vehementer. Si videris hominem fecisse iniquitatem, mersus est in puteum. Quando autem illi dixeris iniquitatem illius, & dixerit, verè peccaui, fateor: non super eum clausit puteus os suum. Cum autem videris eum dicere, Quid enim mali feci? Factus est defensor peccati sui: clausit super eum puteus os suum, quã eruatur non habet. Amissa confessione, non erit locus misericordiæ. Tu factus es peccati tui defensor, quomodo erit Deus liberator? Vt ergo sit ille liberator, tu esto accusator. Vnde ibidem

Tom. IIII. *Tom. VIII.* *Psal. 129.* *Prouerb. 18.* *Eccles. 17.*

C

D

dem ſermone ſecundo. Tunc claudit ſuper homines puteus os ſuum, id eſt, profunditas iniquitatis, quando non ſolùm merſus in peccatis iacet, ſed etiam perdidit aditum confeſsionis. Quãdo autem dicit homo, peccator ſum: radiatur aliquo lumine profunditas putei. Eſt autem puteus baratrum inferni. Libro quinto Homiliarum, homilia decima ſexta, in medio. Expiatura erit illic inextinguibilis concrematio, quicquid hîc medicinalis ſatisfactio, quicquid hîc ſalutifera diſsimulauerit ſanare conuerſio. Ardens enim inferni puteus aperietur, deſcenſus erit, reditus non erit. Illic fidei veſte nudati & capitaliter mortui, in perpetuum incendium demergentur, eiiciendi in tenebras exteriores, infœliciter excluſi, infœlicius includendi. De hoc puteo Propheta orat atque commemorat, Neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum: quia cum fine pœnitentiæ remedio infœlices peccatores exceperit, claudetur ſurſum, aperietur deorſum, ac dilatabitur in profundum. Nullum ſpiramen, nullus liber anhelitus, clauſtris de ſuper angentibus relinquentur. Detrudentur illuc valedicentes rerum naturæ, vltra neſcientur à Deo qui Deum ſcire noluerunt, morituri vitæ, & morti ſine fine victuri. Fœlices qui nunc bene viuentes, facultatibus vel corpori ſuo neceſſariis contenti, & de ſuo largi, in ſe caſti, in alios verò cruenti, ab huius putei profundi flammea nocte ſe redimunt. Hæc pœna illos manebit, qui amiſſo & non reparato per pœnitentiam baptiſmo, in æternum peribunt. Ad quos dicitur, Paleas autem comburet igni inextinguibili. In ſermone primo de Rebecca, pertractans illud Geneſ. vigeſimo quarto. Ecce Rebecca deſcenderat ad fontem. Ad literam, ad puteos quos fontium nomine intelligit ſcriptura. Spiritualis doctrina te docet quotidie venire ad puteos ſcripturarũ, ad aquas Spiritus ſancti, haurire aquam de profundo putei: & non tantum tibi haurire, ſed & animalibus quantũ ſufficiat, id eſt, irrationabilibus & peruerſis, quorum figuram cameli tenent: vt ipſe poſsis dicere, Quia ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.

Tom.X.

QVADRAGESIMA. Huius numeri rationem ponit. ſuper Pſal. nonageſimum quartũ. Quadragenarius numerus indicat integritatẽ ſęculorum, tanquã perficiãtur ſæcula per hũc numerum. Ideo Dominus quadraginta diebus ieiunauit, quadraginta diebus tentatus eſt in eremo, & quadraginta diebus fuit cum diſcipulis poſt reſurrectionem. Primis quadraginta diebus tentationem, poſterioribus quadraginta diebus conſolationem oſtendit: quia cum tentamur, ſine dubio conſola-

Tom.VIII. Quadragenarius nume...

A mur. Aliter dicit, libro octogéſimo tertio quæſtionum. Cur quadragenarius numerus hanc temporalem vitam terrenámque ſignificet: illa interim cauſa de proximo occurrit, quamuis ſit alia fortaſſe ſecretior, quod & tẽpora annorum quadripertitis vicibus currunt, & mundus iſte quatuor partibus terminatur: quas aliquando ventorum nomine ſcriptura commemorat, ab Oriente, & Occidente, Aquilone, & Meridie: Quadraginta autem, quater habẽt decem. Porrò ipſa decem, ab vno vſque ad quatuor progrediente numero conſumuntur. Diffuſius iſta ac copioſius ponit. Libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite decimo ſexto. Numerorum imperitia multa facit non intelligi, tranſlatè ac myſticè poſita in ſcripturis. Ingenium quippe, B vt ita dixerim, ingenuum non poteſt non moueri quid ſibi velit, quod & Moſes, & Helias & ipſe Dominus quadraginta diebus ieiunauerunt? Cuius actionis figuratus quidam nodus niſi huius numeri cognitione & conſideratione non ſoluitur. Habet enim denarium quater, tanquam cognitionem omnium rerum intextam temporibus. Quaternario nanque numero, & diurna & annua curricula peraguntur. Diurna matutinis, meridianis, veſpertinis, nocturníſque horarum ſpatiis. Annua vernis, æſtiuis, autumnalibus, hyemalibúſque mẽſibus. A temporum autẽ delectatione dum in temporibus viuimus, propter æternitatem in qua viuere volumus, abſtinendum eſt & ieiunandum eſt, quamuis temporum curſibus ipſa nobis inſinuetur doctrina contemnẽdorum C temporum, & appetendorũ æternorũ. Porrò autẽ denarius numerus creatoris atq; creaturæ ſignificat ſciẽtiã. Nã Trinitas creatoris eſt: ſeptenarius autẽ numerus creaturam indicat, propter animam & corpus. Nam in illa tria ſunt: vnde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligendus eſt Deus. In corpore autem manifeſtiſsima quatuor apparent, quibus conſtat, elementa. In hoc ergo denario dum temporaliter nobis inſinuatur, id eſt quater ducitur, caſtè & continenter à temporum delectatione viuere, hoc eſt quadraginta diebus ieiunare monemur. Hoc eſt lex, cuius perſona eſt in Moſe, hoc Prophetia, cuius perſonã gerit Helias. Hoc ipſe Dominus monet, qui tanquam teſtimonium habens ex lege & Prophetis, medius inter illos in monte tribus diſcipulis videntibus atque ſtupentibus claruit. D Deinde ita quæritur quomodo quinquagenarius de quadragenario numero exiſtat, qui non mediocriter in noſtra religione ſacratus eſt, propter Pentecoſten: & quomodo ter ductus propter tria tempora, ante legem, ſub lege, ſub gratia, vel propter nomen patris & filij & Spiritus ſancti, adiuncta eminentius ipſa Trinitate ad purgatiſsimæ Eccleſiæ myſterium referatur, perueniátque ad centum quinquaginta tres piſces, quos retia poſt reſurrectionem Domini in dexteram partem miſſa ceperunt. Ita multis aliis

Tom. IIII.

Tom. IIII.

Numerorũ cognitio vtilis.

Denariũ numeri ſignificatio.

Quadrageſima.

atque aliis numerorum formis quædam similitudinum in sanctis libris secreta ponūtur: quæ propter numerorum imperitiam legentibus clausa sunt. Concludit in Homil. de transfiguratione Domini. Ille quadraginta diebus mysticè ieiunat, qui per quatuor Euangelij libros spirіualiter legē obseruat. Sed de ieiunio Christi loquitur in sermone quarto de quadragesima. Dicit Euangelista abstinuisse Dominum quadraginta diebus & quadraginta noctibus in deserto. Arbitror itaque hanc esse causam ieiunij, vt quia primus homo Adam in Paradiso constitutus, per intemperantiam gulæ gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundus Adam, per abstinentiam repararet: & quia mandatū Dei transgrediens gustans de interdicta arbore in peccatum inciderat: nunc secundum mandatum Domini ieiunans, vitam iustitiæ meretur. Hoc enim egit saluator, vt eisdem vestigiis, quibus admissa fuerant, delicta purgarentur, hoc est, quod homo manducando deliquerat, corrigat abstinendo: vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandē ieiunando despiciat. Adā enim Euam non nisi in intemperantia cognouit: & quandiu mansit in eis temperantiæ parcitas, mansit & impolluta virginitas: & quandiu ieiunauerunt ab interdictis epulis, tandiu ieiunauerunt ab appetendis peccatis. Fames enim amica virginitatis est, & inimica lasciuiæ: saturitas verò castitatem prodit, & illecebras nutrit. Igitur sicut prædixi, hoc egit Dominus, his vestigiis, quibus homo obnoxius fuerat peccatis, ab eisdem liberaretur: propterea nanque secundum similitudinem Adæ, per omnia hominis peccata dissoluit. Adam enim de terra virgine natus est: & Christus de Maria virgine procreatus. Illius mater nec dum rastro scissa fuerat, istius maternum secretum nunquam concupiscentia violauit. Adam Dei manibus è limo plasmatur, Christus Dei spiritu in vtero formatur. Vterque oritur sine patre, vterque vtitur virgine matre. Vterque filius Dei est, sed Adam creatura est, Christus filius Dei, & vera substantia est. Hoc ergo agit Dominus sicut Adam secūdus, vt quod prior homo manducando perdiderat, hic alter ieiunando recipiat, ac legem abstinentiæ in Paradiso datam, in deserto custodiat. Sciebat enim præceptum Dei non tantum huius loci esse, sed mundi. Nihil interest Diuinitatis mandatum vtrum in domo, aut agro custodiat, cum vbique sit qui præcipit. Et subdit ibidem rationem quare in deserto ieiunauit, dicens, In deserto itaque saluator implet mandatum Dei, vt ibi Adā saluaret errantem, vbi fuerat de Paradisi possessione deiectus. Adam enim expulsus de Paradiso, inculti mundi deserta sustinuit. In deserto ergo primum homini salus refunditur, vbi desunt epulæ, vbi desunt deliciæ, vbi deest mulier, quæ est fomes omnium malorum. Poterat enim Adam inter illas delicias Paradisi inconcussus stare, si Eua obediens non fuisset illecebris. Conueniens est ergo desertū saluti, vbi non est Eua quæ persuadeat, vbi non est mulier que blandiatur. Videte rem miram. In Paradiso cum Adam diabolus decertauit, & in deserto cum Christo dimicauit. Vbique insidiatur homini, vbique congreditur. Sed vbi mulierem inuenit, vicit: vbi mulierem non inuenit, victus abscessit. Formam igitur victoriæ nobis dedit, vt ieiuniorum tempore tanquam in deserto habitātes, abstineamus ab epularum voluptate, & muliere: nec coniungatur nobis Eua, nec nos à castitate illecebrosa persuasione subuertat. In deserto quodammodo videtur habitare, qui quadragesimæ tempore ieiunus & castus est. In deserto planè est ipsum corpus Christiani, cum non impletur cibis, non irrigatur poculis. In deserto est corpus nostrum, cū abstinentia marcescit, carnis species, & color negligitur, & contemptu rerum totius hominis forma inculta sordescit. Tunc Christus habitat desertum pectoris nostri, cum nostram terram fame squalidam, ac siti aridam esse reperit secundum id quod ait Propheta Dauid, In terra deserta, inuia & inaquosa sic in sancto apparui tibi. Aliter enim in sancto apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis deliciis: inuia inimici concupiscentiis: & inaquosa, libidinis illecebris. Tunc habitat saluator hoc desertum corporis nostri, cum omnes diabolicas factiones exsuperat, & secretum ac securum à cogitationibus sæculi, esse suum facit habitaculum, vt deinceps nos intra nosmetipsos velut in solitudine constituti, non nisi cœlum aspiciamus & terram, id est, vt non cogitemus aliud nisi cœlestis regni Dominum & futuræ resurrectionis authorem. De causa obseruandi ipsam quadragesimā, dicit libro secundo de diuersis cōsuetudinibus Ecclesiæ ad Ianuarium. *Tom. II. Epist. 119. Cap. 15.* Quadragesima sane ieiuniorum habet authoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Mosi & Heliæ, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit, demonstrans Euangelium non dissentire à lege & Prophetis. In persona quippe Mosi, lex: in persona Heliæ, Prophetæ accipiuntur: inter quos in monte gloriosus apparuit, vt euidentius emineret, quod de illo dicit Apostolus, Testimonium habens à lege & Prophetis. In qua ergo anni parte congruentius obseruatio quadragesimæ constitueretur, nisi quæ est confinis atque contigua Dominicæ passioni? Quia in ea significatur hæc vita laboriosa, cui opus est continentia, vt ab ipsius mundi amicitia ieiunetur, quæ vtique fallaciter blandiri & illecebrarum succos spargere atque iactare non cessat. Numero autem quadragenario vitam istam propterea figurari arbitror, quia denarius, in quo est perfectio beatitudinis nostræ, sicut in octonario, quia redit ad primum: ita in hoc mihi videtur exprimi, quia creatura quæ in septenario figuratur, adhæret creatori, in quo declaratur vnitas Trinitatis per vniuersum mundum temporaliter annuntianda: quia mundus & à quatuor ventis

tis deliniatur, & quatuor elementis erigitur, & quatuor anni temporum vicibus variatur. Decem autem quaterni in quadraginta consummantur: quadraginta autem partibus suis computatus, addit ipsum denarium & fiũt quinquaginta tanquam merces laboris & continentiæ. Neque enim frustra ipse Dominus & quadraginta diebus post resurrectionem in hac terra & in hac vita conuersatus est, & postquã ascendit in cœlum, decem interpositis diebus promissum misit spiritum sanctum, completo die Pentecostes: qui dies quinquagenarius habet aliud sacramentum, quod septies septem quadraginta nouem fiunt: & cum reditur ad initium, quod est octauus, qui & primus dies, quinquaginta complentur: qui celebrantur post Domini resurrectionem, iam in figuram non laboris, sed quietis & lætitiæ: propter hoc & ieiunia relaxantur, & stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Vnde etiam diebus omnibus Dominicis id ad altare obseruatur, alleluia cantatur, quod significat actionem nostram non esse nisi laudare Deum, sicut scriptum est. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Sed & dies quinquaginta in scripturis commendatur, non tamen in Euangelio, quia tunc Spiritus sanctus aduenit, sed etiam in veteribus libris. Nam & ibi postquam occiso agno pascha celebrauerunt, quinquaginta dies numerantur vsque ad diem quo lex data est in monte Sina famulo Dei Mosi, digito Dei scripta: In libris autem Euangelij apertissimè declaratur digitũ Dei significare Spiritum sanctũ. Cum enim vnus Euangelista dixisset, In digito Dei eiicio dæmonia: alius hoc idem ita dixit. In spiritu Dei eiicio dæmonia. Quis hanc lætitiam Diuinorum sacramentorum, cum sanæ doctrinæ luce clarescunt, non præferat mundi huius imperiis, etiam insitata fœlicitate pacatis? Nonne tanquã duo Seraphin clamant adinuicem. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth: ita duo testamenta fideliter concordantia sacrata concinunt, veritatem Deo? Occiditur ouis, celebratur pascha, & interpositis quinquaginta diebus datur lex ad timorem scripta digito Dei. Occiditur Christus, qui tanquam ouis ad immolandum ductus est, sicut Isaias testatur: Celebratur verum pascha, & interpositis quinquaginta diebus datur ad charitatem Spiritus sanctus, qui est digitus Dei, contrarius hominibus sua quærentibus, & ideo iugum asperum & sarcinam grauem portantibus, non inueniẽtibus requiem animabus suis, quia charitas nõ quærit quæ sua sunt.

(Quadragenarii et quinquagenarij mysterium. — Stantes orare. — Psal. 83. — Cap. 16.)

Sed præuenire quadragesimam ieiunando maioris est meriti. In sermone tertio eiusdem temporis. Quod quadragesimam ante vnam hebdomadam celebrare cœperimus, reprehendi non potest obseruatio ista præpropera. Deuotionis enim indicium est prius legem exequi, quàm legis statuta cognoscas: & ante obedire præceptis, quàm obedientiæ præcepta compellant: Illud

A enim amoris est, hoc timoris: Hoc imperatiuè exigitur, illud religiosè defertur: Hîc debitum soluitur, ibi donum muneris exhibetur. Vnde & nos religiosum munus exhibebimus Deo, dum amplius ieiunabimus. Reprehendi nõ potest festinata natiuitas: semper enim gaudij solennitatem vota præueniunt, & futuram lætitiam de nouo, dum exoptãt, anticipãt. Non solùm igitur non reprehensibiliter, sed & cautè factum est. Nam quod præter quadraginta plus ieiunabimus, non minuimus quadraginta: integra enim nobis manent. Quod si minus ieiunassemus à numero, redintegrare eum non poteramus numerum. Sed fortasse illud ieiunium quod ieiunauimus non proficiet nobis, quia nõ proficit ad quadraginta: proficiet planè nobis. Quia B & si non proficit ad quadraginta, proficit ad salutem: si non proficit ad numerum, proficit ad meritum. Cui enim nunquam profuit orare, legere, ieiunare: sicut castitas, sobrietas, & mansuetudo? In sermone vigesimo de quadragesima. Legimus in veteri testamento, cum sanctus Moses filios Israël de iugo Aegyptiæ captiuitatis erueret, vt in terram eos repromissionis induceret quadraginta duabus eum mansionibus, ad terram peruenisse. Tanto & nos temporum numero posito, priusquam terra promissionis reuelata nobis à saluatore frui queamus, gratulamur. Eodem, inquam, numero Moses per mansiones peruenit ad requiem, quo & nos per ieiunia properamus ad cœlum. Ieiunia enim nostra mansiones quædam sunt, per quæ iter spiritualiter facientes, animæ virtutibus ambulamus, & C diurno profectu repromissæ nobis terræ viciniores efficimur, ita vt citius perueniat, qui deuotius ieiunat. pedes enim quidem animæ per vices, sunt fides atque ieiunium, qui citò de humilibus ad altiora conscendunt, citò de terrenis ad cœlestia gradiuntur. Ibidem infra. In hoc quadragenario & duali numero Israël populus relinquens Aegyptum, rubri maris fluenta transiuit: & nos quoque ipso numero relinquentes mundi Aegyptum, gehennæ ardentis stagna transimus. Illos in fluctibus vnda sustentat, nos ignis flamma non vrit: illis solidatur aqua, nobis refrigescit incendium: & contrario vsu per æstum siccatur mare, per fontem baptismi gehenna mitescit. Ipsum quadragesimæ tempus est spiritualis belli. In sermone D decimo tertio eiusdem temporis. Quoniam ieiunii numerum & tempus, bellorum spiritualium aduenisse nouimus, sicut deuoti milites Christi, deposita corporis animíque mollitie corpore virtutum procedamus ad campum: vt membra nostra, quæ sunt nobis hyemali otio emollita, exercitio cœlestium roborẽtur armorum. Dedimus corpori integrum annum, demus paucos animæ dies. Impendimus tempora nobis, demus tempus authori. Viuamus Deo paululum, quoniam sæculo viximus tempus totum. Deponamus domesticas curas, maneamus in

castris Ecclesiæ. Vigilemus in Christi acie, ad somnum cubiculum non quæramus. Iungamur fortibus, à deliciis separemur. Amor nos teneat triumphorum, carnis non aduocent blandiméta. Auribus nostris insonet vox Diuina, familiaris strepitus nostrum non confundat auditum. Parcus cibus de cœlesti sumatur annona, ciborum carnalium luxus & copia non quærantur. In poculis sobrietatis mensura seruetur, vires ebrietas non eneruet. Quicquid exuberat pauper assumat, pestilens effluxio nihil perdat. In conflictu habebit auxilium, qui cibauerit esurientem saucium. Sic moniti † fratres, sic instituti, sic indicimus bella peccatis. Statuamus criminibus pugnam, conflictum vitiis nuntiemus, securi de fida & certa victoria: quia nec arma cœlestia hostes terreni poterunt superare, nec Diuino regi aduersa poterunt nocere mundana, nec in procinctu fidei constitutos præuenire poterit inimica surreptio, neque cautos vigilantes & sobrios diabolus suis poterit perturbare conatibus. Est quidem diabolus per se nequam, fit tamen nequior per hominem prouocatus. Audi Apostolum dicentem. Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Ieiunãtibus enim nobis diabolus esurit, qui nostris satiatur ex culpis. Ille cibum nostrum deducit in crapulam, potum nostrum ebrietate perfundit, vt mentem nostram semper faciat amentem. Capit ille vires, voluptatẽ recipit, expletur epulis, quando nos luxus soluit, libido stimulat, pompa rapit, impellit ambitio, vrget ira, furor exagitat, succendit inuidia, cupiditas inflammat, curæ solicitant, lites vexant, lucra rapiunt, vsuræ vinciunt, chirographa ligant, premunt sacculi, eliditur aurum: quando moriuntur virtutes, viuunt vitia, voluntas effluit, honestas perit, misericordia deperit, abundat auaritia, regnat confusio, præualet ira, succumbit prudentia, prosternitur disciplina. Ista sunt quæ militant aduersus militem Christi. Istæ sunt satanæ cohortes. Istæ diaboli legiones. Ista sunt quæ mundi homines possederunt, debellauerunt populos, vastarunt gentes, & orbem totum duxere captiuum. Ista sunt quibus nullus per se potuit obuiare mortalis: & ideo ad vincenda omnia ista Deus venit, rex ipse cœli descendit, ipse victor singularis aduenit, ipse quadragesimam statuens in procinctu, vt per quatuor decadas ieiunij quadraturam mundi totam muro inexpugnabili communiret. Hoc Adam non seruauit, quem de Paradiso gula detraxit. Sed hoc in arca Noe custodiuit, quando mũdum ebrietas demersit. Per hoc Loth Sodomiticum restinxit incendium, qui per ebrietatem incesti est exustus incendio. Hoc Mosen Diuino fecit radio perlucere, quando comessatio & ebrietas Israëliticum populum simulachrorum tenebrauit erroribus. Hoc Heliam peruexit ad cœlum, quando Achab gentilem ebrietas ad inferna deiecit. Hoc Ioannem in natis mulierum fecit

† *Aliàs, muniti.*

1. Pet. 5.

A esse maiorem, quando temulẽtia Herodem principem imperio mulierum reddidit homicidam. Quadragesimæ ieiunium fratres diaboli perdidit vetustates & patefecit insidias. Nam qui manducantem contempserat Christum, qui bibentem velut hominem computauerat, vbi Dominum ieiunantem vidit, suspicatur Dominum, & Dei filium confitetur. Si filius, inquit, Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Post ieiunium panem, non Diuina virtus, sed infirmitas humana disquirit: nec sic lacessitur fame Deus, vt ad prouidendum sibi cibum, quod est suæ potestatis adducat. Ex consequentibus denique diabolus aperit quid conetur. Si filius Dei es, inquit, mitte te deorsum. Satis hominem tentare vult, cum non ascensum prouidet, sed ruinam. B Humana conditio ascensu difficilis inuenitur, ad lapsum facilis. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Erras diabole, erras, nec tentare nosti. Cadere enim non potest Deus ille qui cadentes leuare consueuit. Tunc ostendit omnia regna mundi, & omnem sæculi pompam de excelso sic demonstrando dicebat: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. O ausus. Diabole, Deo dices, Adora me? Sed sensit mox virtutibus Deum & pœnis, quem supplicem præmiis quærebat. Nam in Christi nomine ieiunando, cœpit ab obsessis corporibus effugari: dare tremens illi gloriam, cui superbus callidus iniurias irrogabat. Ieiuniis ergo vincit Christus, vt nobis vincendi vires, vincendíque formam taliter largiretur: quia hoc genus non eiicitur nisi in oratione & ieiuC nio. Ieiunemus ergo & oremus, si volumus imitari Christum, eiúsque vestigia sequi, ac fraudulentas diaboli superare versutias. De obseruanda ipsa quadragesima. in sermone secundo eiusdem temporis, in principio. Rogo vos & admoneo fratres charissimi vt isto legitimo ac sacratissimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat, nisi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permittit: quia aliis diebus ieiunare remedium est, aut præmium: in quadragesima verò non ieiunare, omnino peccatum est. Alio tempore qui ieiunat, accipit indulgentiam: in quadragesima qui potest & non ieiunat, sentiet pœnam. Et ipse tamen qui ieiunare non valet, secretius sibi soli: aut, si est alter inD firmus cum ipso, sibi in domo sua præparet quod accipiat, & illos qui ieiunare valent non inuitet: quia si hoc fecerit, non solùm Deus, sed etiã homines intelligere possunt illum, non pro infirmitate non posse, sed pro gula ieiunare non velle. Sufficiat igitur illi quod ipse ieiunare non præualet, & magis cum gemitu & suspirio & animi dolore manducet, pro eo quod ieiunantibus aliis, ipse abstinere non potest. Quod est opus vnicuiq;, secretius aut sibi soli, aut alij infirmo similiter faciat præparare: quia non eũ oportet vt aliquẽ sanũ roget ad prandiũ, ne sibi augeat etiã de alteriusgula peccatũ. Porrò eo tamẽ quod non

Matt. 4.

Matt. 17.

non poteſt ieiunare, amplius pauperibus erogare debet: vt peccata, quæ non poteſt ieiunando curare, poſsit, eleemoſynas dando, redimere. In ſerm. decimo ſexto de quadrageſima. Per alios dies non grauetur corda veſtra crapula & ebrietate: per hos autem, etiam oportet ieiunare. Per alios dies adulteria, fornicationes, omnéſque illicitas corruptelas nolite contingere: per hos autem à coniugibus abſtinete. Quod vobis demitis ieiunando, eleemoſynis addite prærogãdo. Tempus quod reddendo coniugali debito occupabatur, ſupplicationibus impendatur. Corpus quod carnalibus affectibus ſoluebatur, puris precibus proſternatur. Manus quę amplexibus implicabantur, orationibus extendãtur. Vos autẽ etiam qui per alios dies ieiunatis, per hos augete quod faciebatis. Qui per alios dies perpetua continentia B corpus crucifigitis, per hos Deo veſtro crebrioribus inhærete orationibus, omnes vnanimes, oẽs fideles, fideliter in hac peregrinatione vnius patriæ deſiderio ſuſpirantes, & amore feruentes. Donum Dei quod ipſe non habet, nullus in altero inuideat, nullus irrideat. In ſpiritualibus bonis tuum deputa, quod amas in fratre: & ille tuum deputet, quod amat in te. Nemo aſtutia ſpeciem mutare affectet potius quã reſecare delicias, aut pretioſos cibos quærat, quia carne non veſcitur: & inuſitatos quærat liquores, quia vinum non bibit: ne per occaſionem quaſi domandæ carnis magis agat negotium voluptatis. In ſermone decimo ſeptimo eiuſdem diei. Per hos dies à rebus vanis deſideria veſtra frænetis, ne illicita cõmittatis. Ibidem infra. Inimicitiæ finiantur, ne finiant non teneantur. Puniantur per operatorem, C ne puniantur per redemptorem. In ſermone decimo octauo eiuſdem temporis. Ieiunemus humiliantes animas noſtras propinquante die, quo magiſter humilitatis humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem crucis. Imitemur eius crucem, abſtinentiæ clauis edomitas concupiſcentias configentes. Caſtigemus corpus noſtrum, & ſeruituti ſubiiciamus, ne per indomitam carnem ad illicita prolabamur. Et ad eam domandam etiam aliqua licita ſubtrahamus. Crapula & ebrietas per dies cæteros deuitanda, per hos autem dies etiam conceſſa prandia remouenda. Fornicationes & adulteria ſemper exhorrenda atque fugienda, his autem diebus etiam à coniugibus abſtinendum. Facile enim tibi obtemperabit caro ne inhæreat alienis, quæ refrænari con D ſueuit à ſuis. Sanè cauendum eſt ne mutes nimias voluptates. Videamus enim quoſdam pro vſitato vino inuſitatores liquores exquirere, & aliquorum expreſsione pomorum, quod ex vua ſibi denegant, multa ſuauius compenſare: cibos etiam extraneos multiplici varietate ac iucunditate conquirere, & ſuauitates quas alio tempore conſectari pudet, hoc tempore, quaſi opportunè colligere: vt videlicet obſeruatio quadrageſimæ non ſit veterum cõcupiſcentiarum repreſſio, ſed nouarum deliciarum occaſio. Hæc fratres ne ſurrepant, quanta poteſtis vigilantia prouidete, vt parſimonia coniungatur. Sic ieiunio ventris caſtiganda ſaturitas. Ita gulæ irritamenta calcanda ſunt. Non humanorum alimentorum genera deteſtanda, ſed carnalis delectatio refrænãda. In ſermone vigeſimo primo eiuſdem temporis. Cauendum eſt ne pretioſas eſcas, vel pro aliis alias etiam pretioſiores ſine carnibus animalium requiratis. Cum enim corpus caſtigatur, reſtringendæ ſunt deliciæ, non mutandæ. Quid enim intereſt in quali cibo concupiſcentia immoderata culpetur? Non vtique de ſolis carnibus, ſed etiam de quibuſdam pomis & agreſtibus alimentis Iſraëlitarum concupiſcentia Diuina voce damnata eſt. Et Eſau non propter villam, ſed propter lenticulam primogenita perdidit. Vt omittam quid eſuriens Dominus tentatori etiam de ipſo pane reſpondit. Qui certè non ſuam carnem quaſi rebellem domabat: ſed quid in talibus tentationibus reſpondere debemus, miſericorditer admonebat. Quapropter chariſsimi à quibuſcunque cibis vobis placuit abſtinere, mementote vt propoſitum veſtrum pia temperantia conſeruetis: ita tamen vt Dei creaturam ſacrilego errore non damnetis. Quicunq; etiam eſtis coniugibus alligati, nunc maximè Apoſtolica monita nolite contemnere, vt inuicem abſtineatis ad tempus, vt vacetis orationibus. Quod enim aliis diebus vtiliter fit, nimis verecundum eſt ſi modo non fiat. Arbitror oneroſum non eſſe debere anniuerſali obſeruatione ſolennibus diebus hoc facere coniugatis, quod viduæ ex quadam vitæ parte ſunt profeſſæ, quod tota vita virgines ſuſceperunt. Iam verò eleemoſynas his diebus augere quodammodo ex debito eſt. Etenim iuſtum eſt vt miſerãdo impendatis, quod vobis abſtinendo demitis. Et quid iniquius quàm vt quod minus erogat abſtinentia, ſeruet permanens auaritia, aut conſumat dilata luxuria? Intendite itaque quibus dematis, & quibus denegatis: vt quod detrahit temperantia voluptati, addat miſericordia charitati. Quid iam dicam de illo opere miſericordiæ, vbi nihil de apothecis, nihil de ſacculo impenditur, ſed ex corde dimittitur: quod magis ſi manet quam ſi recedat incipit eſſe damnoſum? Iram dico aduerſus aliquẽ in corde ſeruatam. Quid autem ſtultitius quam inimicum forinſecus expellere, & multò peiorem in præcordiis intimis retinere? Vnde Apoſtolus Eph. 4. ait. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: móxque ſubiungit. Neque detis locum diabolo: tanquam hoc agat, qui non citò iram pellit ex animo, vt per illam velut per ianuam aditus præſtet diabolo. Primitus itaque agendum eſt, vt ſuper iram non occidat ſol. Si in pectore adhuc vſq; permãſit, pellat eam ſaltem iam proximus dies Dominicæ paſsionis: qua Dominus non eſt iratus interfectoribus ſuis: pro quibus in ligno pendens, preces & ſanguinem fudit. Et adiungit de eleemoſyna, ſicut ſcriptum eſt capite de eleemoſyna & de ieiunio, & circa finem dicti ſer

sermonis ait. Commoneo vt per totam quadragesimam & vsque ad finem paschæ Deo auxiliante castitatem seruantes, in illa sacrosancta solennitate paschali charitatis luce vestiti, eleemosynis splendidi, orationibus, vigiliis & ieiuniis velut quibusdam cœlestibus & spiritualibus margaritis ornati, nō solùm cum amicis, sed etiam cum inimicis pacifici, libera & secura conscientia ad altare Domini accedentes, corpus & sanguinem eius non ad iudicium, sed ad remedium possitis accipere. Ideo concludit super Ioannē, sermone decimo septimo. In hoc sæculo quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene viuimus, cū ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quibus sit cauendum. Dicit in sermone quadragesimo primo eiusdem temporis. Vt possimus hostem opitulante gratia Diuina reuincere, ieiuniorum, vigiliarum & orationū armis, nobis debemus iugiter prouidere. Quæ licet nobis omni tempore necessaria esse probentur, præcipuè tamen in istis diebus, quos regulariter vniuersalis seruat Ecclesia, oportet habere. Ideo nullus homines à sancto conuentu seducat, nullus Ecclesiā, quasi cœlestis medicinæ scholā, occupatus terrenis actibus derelinquat: nullus castra spiritualia deserat, scientes, quia qui terreno regi militat, si se de pugnatorū acie timore compellente subtraxerit, non solùm gloriam vel præmia non accipit, sed etiam vitæ periculum incurrit: sic qui istis diebus non impeditus infirmitate, aut iusta occupatione, Christi Ecclesiam derelinquit, quasi fugitiuus & desertor castrorum à cœlesti rege non gloriā, sed ignominiam recepturū se esse cognoscat: nam dignum meriti sui supplicium sustinebit. Et quia totum annum nobis peccatorum vulnera surrepunt, si istis diebus fideliter ad Ecclesiam currimus, & contrito corde & humiliato corpore Dei misericordiam deprecemur, omnia peccatorum vulnera compunctionis medicamento, tanquam spirituali antidoto curantur, & ad sanitatem pristinam reuocamur. Furiosum & saluti animæ contrarium tabulæ ludū, velut seminarium peccatorum, non solùm in his diebus, sed etiam omni tempore fugite. Nemo se otiosis fabulis studeat occupare, nemo in istis diebus aut sanguinem tollat, aut potionem bibat, nisi hoc forte infirmitas nimium periculosa compellat. Conuiuiola non lauta quadragesimæ ordine præparemus, & magis legendo psallēdo vel orādo animabus nostris spirituales, quam corporibus delicias procuremus, vt ad integrum Deo vacantes, & illius misericordiam suppliciter exorantes, nobis in hoc sæculo indulgentiam peccatorum, sanitatem corporū, vbertatem fructuum tribuat, & ad æterna præmia fœliciter peruenire concedat.

Cap. 10. Tom. III. QVANTITAS. In spiritualibus nō est quantitas molis, sed perfectionis. Require supra capit. Magnitudo. Sed cui quātitas molis sit res distincta à re quanta, colligitur. Libro quinto de Trinitate

A propter hæc verba. Sicut non dicimus tres essentias, ita non dicimus tres magnitudines, neq; tres magnos. In rebus enim q̄ participatione magnitudinis magnę sunt, quibus aliud est esse, aliud magnas esse, sicut magna domus, magnus mons, magnus animus, in his ergo rebus aliud est magnitudo, aliud quod ab ea est magnitudine magnum, & prorsus non hoc est magnitudo quod magna domus. Sed illa est magnitudo vera qua non solùm magna est domus, quæ magna est, & qua magnus est mons qui magnus est, sed etiam qua magnum est quicquid magnum est: vt aut sit ipsa magnitudo, aliud ea quæ ab illa magna dicūtur. Quæ magnitudo vtique primitus magna est, multóque excellētius, quam ea quæ participatione eius magna sunt. Deus autem quia non est ea magnitudi- *Dif... inter magnitudinem & rē magnam.*
B ne magnus quæ non est quod ipse, vt quasi particeps eius sit cum magnus est: alioquin illa erit maior magnitudo quam Deus, Deo autem non est aliquid maius. Ea igitur magnitudine magnus est qua ipse est eadem magnitudo. Et ideo sicut non dicimus tres essentias, sic nec tres magnitudines: hoc est enim Deo esse quod magnum esse. Eadem causa nec tres magnos dicimus, sed vnum magnum: quia non participatione magnitudinis Deus magnus est, sed seipso magno magnus est, quia ipse sua magnitudo est. Hoc & de bonitate, & de æternitate, & de omnipotentia Dei dictum sit, omnibus quoque omnino prædicamentis quę de Deo possunt pronuntiari, quod ad seipsum dicitur, nō translatè ac per similitudinem, sed propriè, si tamen de illo aliquid propriè ore homi- *Deus quomodo magnus. 2. sent. dist. 22. c. L... enim.*
C nis dici potest. In sermone de traditione symboli. Credimus, & sine dubio est Deus pater omnipotens cuius sic virtus sentitur, vt quantitas eius & qualitas ignoretur.

QVATVOR. Libr. lxxxiij. quæstionū. Inter quatuor & quater hoc interest, quod quatuor in statu sunt, quater in motu. Ergo vt quatuor referuntur ad corpus, ita quater refertur ad tēpus. Ibidem. Quaternarius numerus rectè corpus significat, propter quatuor notissimas naturas, quibus constat: siccam & humidam, frigidam & calidā: & quod progressio à pūcto ad longitudinem, à longitudine ad latitudinem, à latitudine ad altitudinem soliditatem corporis facit. *Quæst. 5?. Tom. IIII. Quatuor & quater. Quæst. ead. suprà.*

D QVERELA. Libro de perfectione iustitiæ hominis, capit. vigesimo primo. Aliud est esse sine peccato, quod de solo in hac vita vnigenito dictum est: aliud esse sine querela, quod de multis iustis etiam in hac vita dici potuit: quoniam est quidam modus bonæ vitæ, de quo etiam in ista humana conuersatione, iusta querela esse non possit. Quis enim iustè queritur de homine, qui nemini malè vult, & quibus potest fideliter consulit, nec contra cuiusquam iniurias tenet libidinem vindicandi, vt veraciter dicat, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & tamen eo ipso *Tom. VII.*

ipso quod verũ dicit, Dimitte, sicut & nos dimittimus: sine peccato se non esse declarat.

QVAERERE. Super psal. centesimum tertium, sermone secundo. Quod difficilius quæritur, solet dulcius inueniri. Sed quomodo sit Deus quærendus, dicit. Libro de Trinitate, capit. secundo. Non est cessandum à quærendo Deum, quia in ipsa incõprehensibilium rerum inquisitione proficitur, & melior melióque fit quærens tam magnum bonum, quod & inueniendo quæritur, & quærendum inuenitur. Nam & quæritur vt inueniatur dulcius, & inuenitur vt quæratur auidius. Secundum hoc accipi potest quod dictum est in Libr. Ecclesiastico, dicere sapientiã, Qui me manducant adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Manducant enim & bibunt quia inueniũt, & quia adhuc esuriunt & sitiunt, adhuc quærunt. Fides quærit, intellectus inuenit, propter quod ait Propheta, Nisi credideritis, non intelligetis. Super Ioannem, tract. sexagesimo tertio. Diuini cantici vox est. Quærite Dominum & viuet anima vestra. Quæramus inueniendum, quæramus inuentum. Vt inueniendus quæratur, occultus est: & vt inuẽtus quæratur, immẽsus est. Vnde alibi dicitur, Quærite faciem eius semper. Satiat enim quærentem inquantum capit: & inuenientem capaciorem facit, vt rursus quærat implere, vbi amplius capere cœperit. Dictũ est, Semper: donec ad illam vitam veniamus, vbi sic impleamur, vt capaciores non efficiamur, quia ita perfecti erimus vt iam non proficiamus. Tunc enim ostendetur nobis, quid sufficiat nobis. Hîc autem semper quæramus, & fructus inuentionis non sit finis inquisitionis. Neq; est propterea non semper, quia hîc tantum: sed ideo hîc semper dicimus esse quærendum, ne aliquando hîc putemus ab inquisitione cessandum. Nihil prohibet ab hac inquisitione. Vnde dicit Libro de vtilitate credendi. Reuocabat nos atq; prohibebat à quærendo, aut alicuius legis sanctio, aut aduersantium potentia, aut sacratorum persona vilis, aut fama turpis, aut institutionis nouitas, aut occulta professio. Nihil nunc horũ est. Omnia Diuina & humana iura permittunt quærere catholicam fidem. Tenere autem & colere per humanum ius licet. Qui bene quærit, inuenit. Ideo dicit Libro de quantitate animæ. Fieri autem non potest quadam Diuina prouidentia, vt religiosis animis seipsos & Deum suum, id est, veritatem, piè, castè, diligenter quærentibus, inueniendi facultas desit. Vnde alloquens Deum, in Libro de speculo, capit. primo dicebat. Quæram te Domine inuocans te, & inuocabo te credens in te: vt quærens te inueniam te, & inueniens benedicam te, qui benedixisti nos in omni benedictione. Deus meus, vnica spes mea, exaudi me, ne fatigatus nolim quærere te. Sed quæram faciem tuam semper & ardenter. Da quærendi vires qui inueniri te fecisti, & magis ac magis inueniendi te spem dedisti. Qui Deum quærit, summum quærit gaudium. Libro de vera innocẽtia, cap. nono. Deum quærens, gaudium quærit. Sic ergo quęrat, vt non in se, sed in Domino gaudeat. Accedendo enim ad Deum illuminatur ignorantia, & corroboratur infirmitas, data sibi intelligentia qua videat, & charitate qua ferueat. Ideo sic orabat. Libro soliloquiorum ad Deum, capit. trigesimo sexto. Non me permittas Domine amplius ex vno distrahi in multa: sed collige me de exterioribus ad me, & de me ad te, vt dicat tibi semper cor meum. Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram: faciem Domini virtutũ, in qua sola consistit tota gloria beatorum: quam videre vita æterna est, & gloria sempiterna sanctorum. Lætetur ergo cor quærentium Dominum. Sed multomagis inuenientium. Si lætitia est in quærendo, qualis erit lætitia in inueniendo? Quæram ergo semper & ardenter faciem tuam, & indesinenter, si quando tandem aperiatur mihi ostium & porta iustitiæ, vt intrem in gaudium Domini mei. Sed quærendo Deum nihil aliud debemus quærere. Super psalm. trigesimum tertium. Noli aliquid à Domino extra quęrere: sed ipsum Dominũ quære, & exaudiet te, & adhuc loquente te dicet. Ecce adsum, præsens sum, quid à me quæris? Quicquid tibi dedero, vilius est me. Ergo meipsum habe, me fruere, me amplectere, & cætera onera tua ego à te deponam, vt totus mihi inhæreas, cum hoc mortale tuum ad immortalitatem conuertero, vt sis æqualis Angelis meis, & semper videas faciem meam, & gaudeas, & gaudium tuum nemo auferat à te. Vnde de nõ bene, vel de malè quærentibus, dicit super Ioãnem, Tract. vigesimo quinto. Respondet Iesus. Amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis, id est, propter carnem me quæritis, non propter spiritum. Quam multi non quærunt Iesum nisi vt illis fiat bene secundum tempus? Alius negotium habet, quærit intercessionem clericorum: alius premitur à potentiore, fugit ad Ecclesiam: alius vult pro se interueniri apud eum apud quem parum valet. Ille sic, ille sic. Impletur quotidie talibus Ecclesia. Vix quæritur Iesus ꝓpter Iesum. Quæritis me, inquit, non quia vidistis signa, sed quia mãducastis ex panibus meis. Libro annotationum in Iob, cap. trigesimo quinto. Deus quærentem se non relinquet, quem ipse fecit. Et infra. Sic quærendus est Dominus, in afflictionibus vitæ huius quærendus est, vt non ab eo terrena bona desideremus: quia iam bestiis meliores sumus, antequam illa accipiamus. Libro tertio de verbis Domini, sermone duodecimo. Quisquis à Deo præter Deum quærit aliquid, non castè Deum quęrit: sicut vxor amans maritum quia diues est, non est casta: non enim maritum amat: sed aurum mariti. Si autem maritum amat, & nudum amat & pauperem. Et tamen Dominus nunquam esse pauper potest. Diues est, ipse fecit omnia, cœlũ & terram, mare & Angelos: quicquid videmus, quicquid nõ videmus in cœlo & in terra ipse fecit. Si tamẽ nõ diuitias amare debemus sed

Tom.III. Tom.IX. Psal.26. Tom.VIII. Tom.IX. Tom.IIII. Ser. ord. 49. Tom.X.

sed eum qui fecit illas, non enim tibi promisit nisi se. Inuenias aliquid pretiosius & hæc dabit. Pulchra est terra, & cœlum, & Angeli, sed pulchrior est qui hæc fecit. Distinguit autem de quærentibus Deũ. Super Ioãnem, serm. xxxvij. Malũ est quærere, sed quomodo Iudæi quæsierunt: & malum est non quærere Christũ, sed quomodo discipuli quæsierunt: Isti vt haberent, illi vt perderẽt: illi persequẽdo, isti cupiendo. Contra curiosè quærentes dicit. Libro de sentẽtia Iacobi ad Hieronym. versus principium. De agenda nanq; præsenti vita, quomodo ad vitã perueniamus æternam, non præterita perscrutanda & quęrẽda sunt, quæ penitus demersit obliuio. Eleganter autem dictũ esse narratur, quod huic rei satis aptè conuenit. Cum quidam ruisset in puteum, vbi aqua tanta erat, vt eum magis exciperet ne moreretur, quam suffocaret ne loqueretur, accessit alius, & eo viso admirans ait, Quomodo huc cecidisti? At ille. Obsecro, inquit, cogita quomodo hinc me liberes, non quomodo huc ceciderim quæras. Sed de quærenda veritate dicit. Libro tertio de Academicis, in principio. Non leue aut superfluum negotium est, magnopere quærere veritatem: sed necessarium ac summum. Huius rationem videtur ponere. Libro primo eiusdem, disputatiõe prima. Si res magna est, magnos viros desiderat. Nam & maximæ res, cum à paruis quæruntur, solent eos magnos efficere. Libro secundo de consensu Euangelistarũ, cap. xij. Salubriter diximus, nihil aliud esse quærendum, quam quod velit ipse qui loquitur.

Tom. II. Epist. 29. *Factum.* *Cap. 1. Tom. I.* *Tom. eod.* *Tom. IIII.*

QVAESTIO. Distinguitur de quæstionibus. Lib. iiij. confessionũ. Audio tria genera esse quæstionum, an sit, quid sit, quale sit. Sed de soluendis quæstionibus dicit. Libro quæstionum super Genes. xxv. Commodius plures exitus inueniuntur, quibus quæstiones difficiles soluãtur. Soluuntur melius cum instat aduersarius. Super psal. quinquagesimum quartum. Multi qui optimè poterant scripturas dignoscere & pertractare, latebant in populo Dei: nec asserebant solutionem quæstionum difficilium cum calumniator nullus instaret. Nũquid enim perfectè de Trinitate tractatum est, antequam oblatrarent Arriani? Nunquid perfectè de pœnitentia tractatum est, antequam obsisterent Nouatiani? Nunquid perfectè de baptismate tractatum est, antequam contradicerent foris positi rebaptizatores? Nec de ipsa vnitate Christi enucleatè dicta erant quæ sunt dicta, nisi postquam separatio illa vrgere cœpit fratres infirmos, vt iam illi qui nouerant hæc tractare atque dissoluere, ne perirent infirmi solicitati quæstionibus impiorũ, sermonibus & disputationibus suis obscura legis in publicum deduxerunt. Nullus autem debet soluere quæstionem ad quam non est idoneus siue capax. Ideo dicit de seipso. Libro duodecimo de ciuitate Dei, capit. xv. vbi pertractat quæstionem quomodo creator semper fuit, non autem creatura semper fuisse necesse est. Vereor ne facilius iudicer

To. I. *Tom. IIII.* *Tom. VIII.* *Tom. V.*

A affirmare quod nescio, quam docere quod scio. Ideo redeo ad id quod creator noster scire nos voluit: illa verò quæ vel sapientioribus in hac vita scire permisit, siue omnino perfectis in alia vita scienda seruauit, vltra vires meas esse profiteor. Sed ideo putaui sine affirmatione tractanda, vt qui hæc legunt videant à quibus quæstionum periculis se debeãt temperare, nec ad omnia se idoneos arbitrẽtur, potiúsque intelligãt quàm sit Apostolo obtemperandum præcipienti salubriter, vbi ait. Dico autem per gratiam Dei quæ data est mihi, omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, sicut vnicuique Deus partitus est mensuram fidei. Si enim pro suis viribus alatur infans, fiet vt crescendo plus sapiat. Si autem vires suæ B capacitatis excedat, deficiet antequam crescat.

Mod. Ti. Aug.

Libr. xvj. eiusdem, capit. ij. Ab aduersario mota quæstio, discendi existit occasio. *Tom. eod.*

QVIES. Quia finis est laboris ideo importat gloriam Diuinæ fruitionis. Libro iiij. super Genes. capit. xiiij. Nullum diem legitur sanctificasse Deus nisi septimum, in quo quieuit, tanquam & apud ipsum qui nihil in opere suo laborat, plus quies quam operatio valeat. Hoc quidem in hominibus Euangelium nobis intimat, vbi saluator noster meliorem partem dicit Mariæ, quod sedens ad pedes eius requiescebat in verbo eius: quam Marthæ, quamuis per obsequium, quo ei ministrabat, circa multa occupatæ & licet bonum opus operãtis. Et quia nihil melius quam C sic quiescere. Ideo Libro supputationum, parte quarta, capit. secũdo, sic Deum alloquitur. Quiescat in te Deus meus cor meum: cor enim meum est mare magnum tumens fluctibus. Tu qui imperasti ventis & mari, & facta est tranquillitas magna, veni & ingredere super fluctus cordis mei, vt tranquilla & serena fiant omnia mea, quatenus te vnicum bonum meum amplectar, sine tumultuantium cogitationum cęca caligine. Cõfugiat Domine mens mea sub vmbra alarum tuarum ab æstibus cogitationum huius sæculi, vbi in tui refrigerij temperamẽto absconsa, lætabunda cantet & dicat. In pace in idipsum, dormiã & requiescam. Dormiat obsecro Deus meus memoria mea ab omnibus malis: iniquitatẽ odiat, iustitiam diligat. Quid enim pulchrius quídve dulD cius, quã inter tenebras huius vitæ multásq; amaritudines Diuinę dulcedini inhiare, & æternę beatitudini suspirare, illícque teneri mentem vbi vera haberi gaudia certissimum est? Vnde concludit de quiete commendando. Libro tertio de libero arbitrio. Quod quietum est, non est nihil, imò etiam magis est, quam id quod inquietum est. Inquietudo enim variat affectiones, vt in altera alteram perimat: quies autem habet constantiam, in qua maximè intelligitur quod dicitur, est. Libro secundo ad Ianuarium de diuersis consuetudinibus Ecclesiæ. Ambulamus ergo in re laboris, sed in spe quietis; in carne vetustatis, sed in fide nouitatis.

Cap. 14. Tom. III. *Lib. Medi. cap. 37. Tom. IX.* *In Deo quies.* *Tom. I.* *Tom. II. Epist. 119.*

Radix.

RADIX. Super Psalm. xc. serm. j. Quomodo radix omnium malorum cupiditas, sic radix omnium bonorum charitas est. Ideo super Psalmum lj. Radix nostra est charitas: fructus nostri, opera nostra. Opus est vt opera tua de charitate procedant, & tunc est radix tua in terra viuentium. Lib. de spiritu & litera ad Marcellinũ. Nõ est fructus bonus, qui de charitatis radice non surgit. In sermo. ij. super illud, Quid vobis videtur de Christo cuius filius sit. Radix est cor: vbi si plantaueris cupiditatem, spinæ procedunt: si charitatem, dulces fructus erunt. Lib. j. de gratia Christi & peccato originali, cap. xviij. Dominus dicit, nec arborem bonam posse facere fructus malos, nec malam bonos: Et Apostolus Paulus, cum dicit radicem omnium malorum esse cupiditatem, admonet vtique intelligi radicem omnium bonorum charitatem. Vnde si duæ arbores bona & mala, duo sunt homines bonus & malus: quid est bonus homo, nisi voluntatis bonæ, hoc est arbor radicis bonæ? Et quid est homo malus, nisi voluntatis malæ, hoc est, arbor radicis malæ? Fructus autem harum radicum atque arborũ, facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt, quæ bona de bona voluntate procedunt, & mala de mala.

RANA. Similãtur homines ranis perseuerantes in peccatis. Super Apoca. homil. xiij. Ranis similes sunt homines qui in peccatis vel criminibus quę alij per pœnitentiam vel baptismum deponunt, volutari non erubescunt. Quando enim aliquis se conuertit ad Deum, & pœnitet fuisse superbum, adulterum, ebriosum vel cupidum, qui ista peccata quæ alius confitendo relinquit imitatur, cogitans apud se & dicens, Ad præsens impleo voluntates meas: postea quomodo iste conuersus est & ego cõuertar ad Deum: subito superueniente morte perit confessio, & restat damnatio. Ranis assimilantur Philosophi & hæretici, require supra, capi. Plagæ.

RAPINA. Exponitur illud Apostoli de Christo, Nõ rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo: In dialogo ad Orosium. Non poterat esse rapina, vbi æqualis erat natura, quæ non erat vsurpata, sed nata: ideo non rapuit, quia habuit. In sermone lv. de resurrectione Domini. Cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo. Quod enim naturaliter non inest sed vsurpatur illicitè, rapina est. Aequalitatem Dei vsurpauit Angelus: & cecidit, & factus est diabolus. Aequalitatem Dei vsurpauit homo: & cecidit, & factus est mortalis. Hic autem qui natus est æqualis, quia non natus ex tempore, sed sempiterno patri sempiternus filius semper natus per quem omnia facta sunt, in forma Dei erat. Vt autem mediator

A inter Deum & hominem esset, inter iustum & iniustos, inter immortalem & mortales: assumpsit aliquid ab iniustis & mortalibus, seruans aliquid cum iusto & immortali: Cum iusto enim & immortali seruans iustitiam, ab iniustis mortalibus assumens mortalitatem, factus est in medio reconciliator, deiiciens murum peccatorum nostrorum. Vnde illi cantatur à populo suo, In Deo meo transgrediar murum. Reddens Deo quod peccata alienauerant, redimens suo sanguine quos diabolus possidebat, mortuus est pro nobis & resurrexit pro nobis. Portauit peccata nostra, non illis inhærens, sed ea sustinens: sicut Iacob portauit pelles hœdorum, vt pilosus patri benedicenti videretur Esau, qui malus pilos proprios habebat: Iacob autem bonus alienos

B portabat. Talibus quippe hominibus peccata inhærent: non autem inhærebant illi qui dixerat, Potestatem habeo ponendi animam meam, & *Ioan. 10.* potestatem habeo sumendi eam. Mors ergo in Domino nostro signum fuit alienorum peccatorum, non pœna propriorum. In omnibus autem hominibus mortalitas pœna peccati est: trahitur ab origine peccati. Vnde omnes venimus de humani generis lapsu, non de huius descensu. Aliud est cadere, aliud descendere. Cecidit vnus nequiter, descendit alius misericorditer. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic in *1. Cor. 15.* Christo omnes viuificabuntur. Portans ergo, inquit, aliena peccata, quæ non rapui tunc exoluebam, id est, peccatum non habens, moriebar. Venit ergo princeps mundi huius, & in me nihil

C inuenit, id est, peccatum, quod est mortis meritum. Sed quare moritur? Vt sciant, inquit, omnes quia voluntatem patris mei facio: surgite, eamus hinc: pergens ad passionem. Fuit autem rapi- *Tom. X.* na diabolo. Libro de verbis Apostoli, sermone xv. Cuidam rapina erat esse æqualis Deo, & quoniam quæsiuit rapinam, inuenit ruinam. Dominus autem noster Iesus Christus cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Cui enim Dei æqualitas natura erat, rapina non erat: sed semetipsum tamen exinaniuit &c. Et rapina fuit similiter Adæ. Super Psalm. lxviij, sermone j. Solus Christus nihil *Tom. VIII.* rapuit, sed etiam quod nõ de rapina habebat, hoc se euacuauit, vt ad nos veniret. Non enim rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.

D Omnino non rapuit. Sed quis rapuit? Adam primus homo, & ille ipse qui seduxit Adam. Quomodo rapuit diabolus? Ponam, inquit, sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Vsurpauit sibi quod non acceperat. Ecce rapinam. Quia vsurpauit quod non acceperat, perdidit quod acceperat: & de ipso calice superbiæ suę ei quem decipere volebat propinauit, Gustate, inquit, & eritis sicut Dij. Rapere voluerunt Diuinitatem, perdiderunt fœlicitatem. Ille ergo rapuit, & ideo exsoluit. Christus autem soluere venit quod non rapuit. De rapinæ vitio dicit.

NN

Tom.VIII. Super Pſalm. lxj. Rapinam nolite concupiſcere. Non es diues,& rapere vis? Quid inuenis? Quid perdis? O lucra damnoſa. Inuenis pecuniam,perdis iuſtitiam. Pauper ſum,inquis,nō habeo. Ideo rapere vis? Quid rapias vides, à quo rapiaris non vides? Neſcis circuire inimicum tanquam leonem rugientem,& quærentem quid rapiat? Præda illa quam vis rapere,in muſcipula eſt:tenes, & teneris. O pauper, Rapinas noli concupiſcere, ſed concupiſce Deum, qui præſtat omnia nobis abundanter ad fruendum. Paſcet te,qui fecit te. Si paſcit latronem,non paſcit innocentem? Paſcet qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si paſcit damnādos,non paſcit liberandos? Ergo in rapinam nolite concupiſcere. Lib.j.de verbis Domini. Si in ignem mittitur qui non dedit rem propriam, putas vbi mittendus eſt qui inuaſit aliena? Si cum diabolo ardere habet qui nudum non veſtiuit,putas vbi arſurus eſt qui veſtitum expoliauit? *Tom.X.* Lib.de verbis Apoſtoli,ſermone xix. Deſiderauit guttam, qui non dedit micam. Nonne accepit iuſtam ſententiam? O crudelis auaritia. Si hæc eſt pœna auarorum, quæ pœna raptorū?

Et infra ſubdit. Quando paſcis Chriſtianum, paſcis Chriſtum: quando ſpolias Chriſtianum, ſpolias Chriſtum. Si igitur in ignem ęternum iturus eſt,cui dicturus eſt Chriſtus, Nudus fui,& nō veſtiſti me: quem locum in igne æterno habebit,cui dicturus eſt, Veſtitus fui, & ſpoliaſti me?

Sed nec de rapina danda eleemoſyna. In eodem ſermone. Raptor rerum alienarum, dare te putas,tollere noli,& dediſti. Cui dederis gaudet, cui abſtuleris plorat: Quem duorum iſtorum exauditurus eſt Dominus? Dicis enim cui dederis,Gratias age,quia accepiſti. Et alter tibi ex altera parte dicit,Ego gemo cui abſtuliſti: & penè totum tenuiſti,& exiguum illi dediſti. Si autem totum quod alteri abſtuliſti egentibus dediſſes, nec talia opera diligit Deus. Dicit tibi,Stulte,iuſſi vt dares,ſed de tuo, non de alieno. Si habes da de tuo. Si non habes quod des de tuo,melius nulli dabis,quam alios expoliabis. *Tom.X.* Sed nec rapiendum eſt malis, vt fiat eleemoſyna bonis. Libro v.Homil.homi.vij. Si in ignem æternum ibit cui dicturus eſt Chriſtus, Nudus fui, & non veſtiſti me:quem locum habebit in igne æterno, cui dicturus eſt, Veſtitus fui,& ſpoliaſti me? Hîc fortè vt euadas hanc vocem, ne dicat tibi Chriſtus, Veſtitus fui & ſpoliaſti me: mutata hac conſuetudine,cogitas ſpoliare hæreticum vel Iudæum, & inde veſtire Chriſtianum. *Nec impiiſſimi ſpoliandi prætextu eleemoſynarum.* Et hîc reſpondebit tibi Chriſtus,imo reſpondet per ſeruū ſuū qualēcunque miniſtrum ſuum, reſpondet tibi etiam hic,Parce damnis meis. Cum enim tu, qui Chriſtianus es,expolias Iudæum, impedis fieri Chriſtianum. Et tamen forte adhuc reſpondet: Ego non ex alieno odio pœnam ingero, ſed de dilectione potius diſciplinā. Ideo expolio Iudæum, vt per hanc aſperam diſciplinam faciam Chriſtianum. Audirem & crederem, ſi quod abſtuliA ſti Iudæo,totum redderes Chriſtiano. Sed nec talia lucra quærit Chriſtus. Fortè & hoc ſecum aliquis cogitat & dicit, Multi ſunt Chriſtiani diuites,auari,cupidi,non habeo peccatum ſi illis abſtulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt,mercedē habere potero, ſi ego eleemoſynas dedero. Etiam in hac re parcat vnuſquiſque animæ ſuæ, quia huiuſmodi cogitatio ei diaboli calliditate ſuggeritur. Nam & ſi totum tribuat,addit potius peccata quam minuit.

RATIO Quæ eſt veritatis. Libro ij. de ordine rerum. *Tom.I.* Duplex eſt via quam ſequimur cum rerum nos obſcuritas mouet, aut rationem, aut certe authoritatem. Philoſophia rationem promittit, & vix pauciſſimos liberat. Eodem infra. Ad diſcendum B rem aliquam neceſſario dupliciter ducimur, authoritate atque ratione. Tempore,authoritas: re autem,ratio prior eſt. *Eruditis ratio, imperitis authoritas.* Aliud eſt enim quod in agendo anteponitur,aliud quod plurimis in appetendo æſtimatur. Itaque quanquam bonorum authoritas imperitæ multitudini videatur eſſe ſalubrior,ratio tamen aptior eſt eruditis. Libro ij.de muſica. *Tom.I.* Quid ratio docet, in id præcipue conuerte animum,& maximè intende. Libro v.eiuſdem. Rationis atque veritatis authoritate,quæ profecto eſt omni homine melior,nihil debet eſſe præſtantius. Vnde libro ij.eiuſdem. Quid dubitamus conſentire veteribus, non eorum authoritate,ſed iam ipſa ratione veritatis?

RATIO Quæ eſt vis animæ. *Tom.I.* Deſcribit rationem. Libro de ſpiritu & anima,capite j. C Ratio eſt animi aſpectus, *Ratio.* quo per ſeipſum intuetur verum. *Ratiocinatio.* Ratiocinatio verò eſt rationis inquiſitio. Quare illa eſt opus ad videndum,iſta ad inquirendum. Eodem libro. *Cap.II.* Ratio ea vis eſt animę quę rerum corporearum naturas,formas,differentias, propria & accidentia percipit:omnia incorporea,ſed non extra corpora, niſi ratione ſubſiſtentia. Abſtrahit enim à corporibus quæ fundantur in corporibus, non actione, ſed conſideratione. Natura enim corporis ipſius, ſecundum quod omne corpus, corpus eſt, nullum vtique corpus eſt. Libro primo ſoliloquiorum ſuorum. *Tom.I.* Aſpectus animæ eſt ratio. Et infra ibidem inducit rationem dicentem,Ego ratio ita ſum in mentibus, vt in oculis eſt aſpectus. Non enim hoc eſt habere oculos D quod aſpicere, aut hoc aſpicere quod videre.

Libro de immortalitate animæ. *Tom.I.* Ratio eſt aſpectus animi,quo per ſeipſum, non per corpus, intuetur verum. Libro ſecundo de ordine rerum. *Tom.I.* Ratio eſt mentis motio, ea quæ diſcuntur diſtinguendi & connectendi potens. Libro de quantitate animæ. *Tom.I.* Ratio eſt mentis aſpectus: Ratiocinatio autem,rationis inquiſitio,id eſt, aſpectus illius,per ea quæ aſpicienda ſunt, motio.

Dicit autem libro eodem. Ratio non eſt dicenda,aut exiſtimanda,niſi vera:& cuius vita per omnia congruit veritati. In ſermone ſuper illud Petri, Audiuimus vocem delatā de cœlo, &

eſt lib.

est lib. de verbis Apostoli, sermone xxv. Aliud est intellectus, aliud ratio. Nam & rationem habemus antequam intelligamus, sed intelligere non valemus nisi rationem habeamus. Et infra subdit. Diiudicamus oculis colores, auribus sonos, naribus odores, gustu sapores, tactu calores, & intellectu seu ratione mores. Per rationem homo præponitur cunctis animantibus. Libro secundo de Genesi contra Manichæum. Ideo ad Adam adducta sunt animantia, vt videret quid ea vocaret, & eis nomina imponeret. Ex hoc enim apparet ipsa ratione meliorem esse hominem quam pecora, quia distinguere & nominatim ea vocare, non nisi ipsa ratio potest, quæ de ipsis iudicat. Vnde libro j. de libero arbitrio. Si dominetur atque imperet cæteris quibuscunque homo, constat tunc hominem esse ordinatissimum. Videmus enim nos habere non solùm cum pecoribus, sed etiam cum arbustis & stipitibus multa communia. Nanque alimentum corporis sumere, crescere, gignere, vigere, arboribus quoque tributum videmus, quæ infima quadam vita continentur: videre autem atque audire, & olfactu, gustu & tactu sentire corporalia posse, bestias, & acrius plerasque quam nos, cernimus & fatemur. Adde vires & valentiam, firmitatémque membrorum, & celeritates facilimósque corporis motus, quibus omnibus quasdam earum superamus, quibusdam æquamur, & à nonnullis etiam vincimur. Genus tamen ipsum rerum, est certè nobis commune cum beluis: Iam verò appetere voluptates corporis, & vitare molestias, ferinæ vitæ omnis actio est. Sunt autem quædam quæ iam cadere in feras non videntur, nec tamen in homine ipso summa sunt, vt iocari & ridere. Quod humanum quidem, sed infimum iudicat hominis, quisquis de natura humana rectissimè iudicat. Deinde amor laudis & gloriæ, & affectatio dominandi, quæ tamen si bestiarum nõ sunt, non tamen earum rerum libidine bestiis meliores nos esse arbitrandum est. Nam & iste appetitus cum rationi subditus non est, nos miseros facit. Nemo autem cuiquam miseria se præponendum putauit. Hisce igitur motibus animæ cum ratio dominatur, ordinatus homo dicendus est. Non enim ordo rectus, aut ordo appellandus omnino est, vbi deterioribus meliora subiiciuntur. Ratio ergo vel mens, vel spiritus cum irrationabiles animi motus regit, id scilicet dominatur in homine, cui dominatio lege debetur ea, quæ æterna est. Et cum ita consistit atque ordinatus est homo, sapiens est. Vnde concludit ibidem ante. Res qua homo excellit, vt ei nulla bestiarum, ipse autem multis imperare posit: ipsa est quæ ratio, vel intelligentia dici solet. Ratio huius est, quia vt dicit libro duodecimo, super Genesim. Ab inferioribus ad superiora ratio conscendit.

RATIONALE. Distinguitur libro primo, super Genesim. Melius est esse duos gradus rationalis creaturæ, vnum

A superius, alterum inferius, quam vnum tantum: vel quod inferior esset vt superior, quia æquales essent: & si omnia æqualia forent, multi gradus in vniuerso deficerent. Melius ergo fecit Deus quandam rationalem creaturam quæ nollet peccare, & quandam quæ posset peccare si vellet. Quis rectè intelligens dicat, Talis esset illa, qualis est ista: nec videat aliud dicere, quam, non esset ista, sed sola esset illa? Libro de gratia noui testamenti. Rationalis creatura, siue in Angelico spiritu, siue in anima humana, ita facta est, vt sibi ipsa bonum quo beata fiat esse non possit: sed mutabilitas eius si conuertatur ad incommutabile bonum, fiat beata, vnde si auertatur, est misera: auersio eius, vitium eius: & conuersio eius, virtus est eius. Eodem libro. Rationalis creatura cum sit mutabilis, non fit beata, nisi à proprio suo mutabili ad incommutabile bonum, idémque commune quod Deus est, à quo superba impietate abscesit, humili pietate conuersa subsistat. Sed de rationali homine dicit libro secundo de ordine rerum. Illud nos mouere maximè debet, quod ipse homo à veteribus sapientibus ita definitus est, Homo est animal rationale mortale. Hîc genere posito, quod animal dictum est, videmus duas differentias, quibus credo admonendus erat homo, & quo sibi redeundum esset, & vnde fugiendum. Nam vt progressus animæ vsque ad mortalia lapsus est, ita regressus esse in rationem debet. Vno verbo à bestiis, quod rationale: alio à Diuinis separatur, quod mortale dicitur. Illud igitur nisi tenuerit, bestia erit: hinc nisi se auerterit, Diuina non erit. Sed quoniam solent doctissimi viri quid inter rationabile & rationale intersit, acutè subtilitérque discernere, nullo modo est ad id quod instituimus negligendum: nam rationale esse dixerunt, quod ratione vteretur vel vti posset: rationabile autem, quod ratione factum esset aut dictum. De qua rationali, quia peruerti potest per rationabilia, dicit libro de vera religione. Rationali vita, si secundum seipsam iudicat, nulla est natura præstantior: sed tamen clarum est esse mutabilem, quando nunc imperita, nunc perita inuenitur: tanto autem melius iudicat, quanto est peritior: & tanto est peritior, quanto alicuius artis vel disciplinæ vel sapientiæ particeps est. Sed in quibus apparet rationale, dicit supradicto libro de ordine rerum. Tria sunt genera rerum in quibus rationabile apparet: Vnum est in factis ad aliquem finem relatis: alterum in dicendo: tertium in delectando. Primum nos admonet nihil temerè facere: sed rectè docere: vltimum beatè contemplari. In moribus est illud superius: hæc autem duo in disciplinis sunt. Et declarat quomodo rationabiles disciplinæ à rationali sint repertæ. Ibidem subdens. Nam illud quod in nobis est rationale, id est, quod ratione vtitur, & rationabilia, vel facit, vel sequitur, quia naturali quodam vinculo in eorum societate astringebatur, cum quibus illi

Margin notes: Tom. II. Epist. 120. Cap. 23. — Cap. 29. — Cap. 11. Tom. I. — Hominis definitio excutitur erudite. — Rationale & rationabile differũt. — Tom. I. — Cap. 12. Tom. I. — Rationabile — Cap. eod. — Disciplinarũ omnium excogitatrix ratio.

Ars loquendi. erat ratio ipsa communis, nec homini homo firmissimè sociari posset, nisi colloquerentur, atque sibi ita mentes suas cogitationésque quasi refunderent, vidit esse imponenda rebus vocabula, id est, significantes quosdam sonos: vt quoniam sentire animos suos non poterant, ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete vterentur. *Ars scribendi.* Sed audiri absentium verba non poterant: ergo illa ratio peperit literas, notatis omnibus oris, ac linguę sonis, atque discretis. *Ars numerandi* Nihil autem horum facere poterat, si multitudo rerum sine quodam difixo termino infinitè patere videretur. Ergo vtilitas numerādi magna necessitate animaduersa est. *Ars calculatoria.* Quibus duobus repertis, nata est librariorum & calculonū professio, velut quædā grammaticæ infantia, quam Varro literationem vocat. *Ars musica.* Progressa deinde ratio, animaduertit eosdem oris sonos quibus loqueremur, et quos literis iam significauerat, alios esse qui moderato variè hiatu, quasi enodati ac simplices faucibus sine vlla collisione defluerent: alios diuerso pressu oris, tenere tamen aliquem sonum: extremos autem qui nisi adiunctis sibi primis erumpere non valerent. *Ars grammatica.* Itaque literas hoc ordine, quo expositæ sunt, vocales, semiuocales & mutas nominauit: deinde syllabas notauit: Deinde verba in octo genera formásque digesta sunt: omnísque illorum motus, integritas, iunctura, peritè subtilitérque distincta sunt. *Ars poëtica.* Inde iam numerorum & dimensionis non immemor, adiecit animum in ipsas vocum & syllabarum varias moras, atque inde spatia temporis, alia dupla, alia simpla esse comperit, quibus longæ breuésque syllabæ tenderentur. Notauit etiam ista, & in regulas certas disposuit. Poterat iam perfecta esse grammatica, sed quia ipso nomine profiteri se literas clamat, vnde etiā Latinè literatura dicitur, factum est vt quicquid dignum memoria literis mandaretur, ad eam necessariò pertineret. Itaque vnum quidem nomen, sed res infinita multiplex, curarum plenior quam iucunditatis aut veritatis: Huic disciplinæ accessit historia, non tam ipsis historicis, quam grammaticis laboriosa. Et infra *Cap. 13.* subdit pro logica. Illa igitur ratione perfecta dispositáque grammatica, admonita est quærere atque attendere hanc ipsam vim, quæ peperit artem: *Ars logica.* nam eam definiendo, distribuendo, colligendo, non solùm digesserat atque ordinauerat, verumetiam ab omni falsitatis irreptione defenderat. Quando ergo transiret ad alia fabricanda, nisi ipsa sua prius quasi quædam machinamenta & instrumenta distingueret, notaret, *Ars dialectica.* digereret, proderétque ipsam disciplinam disciplinarum quam dialecticam vocant? Et infra *Cap. eod. Rhetorica.* subdit pro rhetorica. Verum quoniam plerunque stulti homines ad ea quæ suadentur rectè, vtiliter & honestè, non ipsam syncerissimam quam rarus animus videt veritatem, sed proprios sensus consuetudinémque sectantur, oportebat eos non doceri solùm quantum queunt, sed sæpe & maximè commoueri. Hanc suam

A partem quæ id ageret, necessitatis pleniorem quam puritatis, refertissimo gremio deliciarum, quas populo spargat, vt ad vtilitatem suam dignetur adduci, vocauit rhetoricam. Et subdit de aliis, sed primo de musica. Hactenus pars illa, *Cap. 14.* quæ in signando rationabilis dicitur, studiis liberalibus disciplinísque promota est. Hinc se illa ratio ad ipsarum Diuinarum rerum beatissimam contemplationem rapere voluit. Sed ne de alto caderet, quæsiuit gradus, atque ipsa sibi viam per suas possessiones ordinémque molita est. Desiderabat enim pulchritudinem, quam sola & simplex posit sine istis oculis intueri, impediebatur à sensibus. Itaque in eosipsos paululum aciem torsit, qui veritatem sese habere clamantes, festinantem ad alia pergere, importuno B strepitu reuocabant. Et primo ab auribus cœpit, quia dicebant ipsa verba sua esse, quibus iam & grammaticam, & dialecticam, & rhetoricam fecerat. At illa potentissima secernendi citò vidit quid inter sonum, & id cuius signum esset distaret. Intellexit nihil aliud ad aurium iudicium pertinere, quàm sonum, eúmque esse triplicem, *Sonus triplex.* aut in voce animantis, aut in eo quod flatu, aut in eo quod pulsu ederetur. Ad primum pertinere tragœdos, vel comœdos, vel choros cuiuscemodi, atque omnes omnino qui voce propria canerent. *Ars. sic quoniam vi tur vocib. cuiuscemodi, pro qualibus canuntur.* Secundum tibiis & similibus instrumentis deputari. Tertio dari citharas, lyras, cymbala, atque omne quod percutiendo canorum esset. Videbat autem hanc materiam esse vilissimam, nisi certa dimensione temporum, & acuminis C grauitatísque moderata varietate soni figurarentur. *Pedes accentus.* Recognouit hinc esse illa semina, quæ in grammatica cum syllabas diligenti consideratione versaret, pedes, & accentus vocauerat. Et quia in ipsis verbis breuitates & longitudines syllabarum prope æquali multitudine sparsas in oratione attendere facilè fuit, tentauit pedes illos in ordines certos disponere atque coniungere: & in eo primo sensum ipsum sequuta, moderatos impressit articulos, quæ cæsa & membra nominauit. *Versus vnde dictus.* Et ne longius pedum cursus prouolueretur, quàm eius iudicium posset sustinere, modum statuit, vnde reuerteretur, & ab eoipso versum vocauit. Quod autem non esset certo fine moderatum, sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus curreret, *Rhythmus.* rhytmi nomine notauit, D qui Latinè nihil aliud quam numerus dici potuit. Sic ab ea poëtæ geniti sunt: in quibus cum videret non solùm sonorum, sed etiam verborum rerúmque magna momenta, plurimum eos honorauit, eísque tribuit quorum vellent rationabilium mendaciorum potestatem. Et quoniam de illa prima disciplina stirpem ducebant, iudices in eos grammaticos esse permisit. In hoc igitur quarto gradu siue in rhytmis, siue in ipsa modulatione intelligebat regnare numeros, totúmque perficere: Inspexit diligentissime cuiusmodi essent, & reperiebat Diuinos & sempiternos, præsertim quia ipsis auxiliantibus omnia supe

superiora contexuerat. Etiam tolerabat ægerrimè splendorem illorum atque serenitatem, corporea vocum materia decolorari. Et quoniam illud quod mens videt, semper est præsens, & immortale approbatur, cuius generis numeri apparebant: sonus autem quia sensibilis res est, præterfluit in præteritum tempus, imprimitúrque memoriæ rationabili mendacio iam poëtis fauente ratione quærendum, ne quid propagini similiter inesset, Iouis & Memoriæ filias Musas esse confictum est. Vnde ista disciplina sensus intellectúsque particeps, musicæ nomen inuenit.

Et subdit de geometria dicens, Hinc profecta est in oculorum opes, & terram cœlúmque collustrans, sensit nihil aliud quam pulchritudinem sibi placere, & in pulchritudine figuras, in figuris dimensiones, in dimensionibus numeros: quęsiuítque ipsam secum, vtrum ibi talis linea, talísque rotunditas, vel quælibet alia forma & figura esset qualem intelligentia contineret. Longè deteriorem inuenit, & nulla ex parte quod viderent oculi cum eo quod mens cerneret, comparandum. Hæc quoque distincta & disposita, in disciplinam redegit, appellauítque geometriam.

Et addit de astrologia. Motus deinde cœli multum eam mouebat, & ad se diligenter considerandum inuitabat. Etiam ibi per constantissimas temporum vices, per astrorum ratos definitósque cursus, per interuallorum spatia moderata, intellexit nihil aliud quam dimensionem illam numerósque dominari. Quæ similiter definiendo ac secernendo in ordinem nectens, astrologiam genuit, magnum religiosis argumentum, tormentúmque curiosis. Et quia per ista deuenit in cognitionem sui, contemplationem Dei subdit. In his omnibus disciplinis occurrebant ei omnia numerosa, quæ tamen in illis dimensionibus manifestius eminebant, quas in seipsa cogitando atque voluendo intuebatur verissimas: in his quæ sentiuntur vmbras earum potius atque vestigia recolebat: hîc se multum erexit, multúmque præsumpsit: ita ausa est immortalem animam comprobare. Tractauit omnia diligenter, percepit prorsus se plurimum posse: & quicquid posset, numeris posse. Mouit eã quoddam miraculum, & suspicari cœpit seipsam fortasse numerum esse eum ipsum quo cuncta numerarentur: aut si id non esset, ibi tamen eum esse, quo peruenire satageret. Hunc verò totis viribus comprehendit, qui iam vniuersæ veritatis index futurus, ille cuius mentionem fecit Alipius, cum de Academicis quæreremus, quasi Proteus in manibus erat. Imagines enim falsæ rerum earum quas numeramus, ab illo occultissimo quo numeramus defluentes, in sese rapiunt cogitationem, & sæpe illum, cum iam tenetur, elabi faciunt. Quibus si quisque non cesserit, & illa omnia quæ per tot disciplinas latè varieque diffusa sunt, ad vnum quoddam simplex verum certúmque redegerit, eruditi nomine dignissimus, non temerè iam quærit illa Diuina, non iam credenda solùm, verumetiam contemplanda, intelligenda atque retinenda. Quisquis autem vel adhuc seruus cupiditatum, & inhians rebus pereuntibus, vel iam ista fugiens, castéque viuens, nesciens tamen quid sit nihil, quid informis materia, quid formatum exanime, quid corpus, quid species in corpore, quid locus, quid tempus, quid in loco, quid in tempore, quid motus secundũ locũ, quid motus non secundum locum, quid stabilis motus, quid sit æuum, quid sit nec in loco esse, nec vsquam, quid sit præter tempus, & semper esse, quid sit & nusquam esse, & nusquam non esse, & nunquam esse, & nunquam non esse. Quisquis ergo ista nesciens, non dico de summo illo Deo, qui scitur melius nesciendo, sed de anima ipsa sua quærere & disputare voluerit, tantum errabit, quantum plurimum errari potest: facilius autem ista cognoscet, qui numeros simplices atque integrales † comprehenderit. Porrò istos comprehendet, qui & ingenio valens, & priuilegio ætatis, aut cuiuslibet fœlicitatis otiosus, & studio vehementer incensus, memoratum disciplinarum ordinem quantum satis est, fuerit persequutus. Cum enim artes illæ omnes liberales, partim ad vsum vitæ, partim ad cognitionem rerum contemplationémque discantur, vsum earum assequi difficillimum est, nisi ei qui ab ipsa pueritia ingeniosissimus, instantissimè atque constantissimè operam dederit.

† *Aliàs, intelligibiles*

RECEDERE. Libro de vera innocentia, capite ducentesimo octogesimo nono. *Tom.III.* Quantum & quale bonum sit Deus, etiam ex hoc euidenter ostenditur, quia nulli ab eo recedenti bene est: quia & qui gaudent in mortiferis voluptatibus, sine doloris timore esse non possunt. Et qui omnino malum desertionis suæ maiore superbiæ tumore nõ sentiunt, aliis qui hoc discernere nouerunt, quanta miseria premantur apparet: vt si nolint recipere medicinam, talia deuitandi valeant ad exemplum quæ possunt habere. De hoc require, supra, capite Accedere. *Tom.X.* Quam sit damnosum ab eo recedere, dicit libro de verbis Domini. Si quis peruersè vult imitari Deum, vt quomodo Deus non habet alium à quo formetur, à quo regatur, sic ipse velit sua potestate vti: vt quomodo Deus nullo formante, nullo regente, viuat: quid restat, nisi vt recedens ab eius calore frigescat, recedens à veritate vanescat, recedens ab eo qui summè atque incommutabiliter est in deterius mutatus deficiat?

RECTVM. De recto corde & opere, require supra vbi, Cor. Sed quis sit rectus, dicit super Psalmum septuagesimũ, ser. j. & super Psal. xliiij. Rectus es, quãdo in omnibus bonis quę facis, Deus tibi placet: & in omnibus malis quæ pateris, Deus tibi nõ displicet.

REDDERE. Omnes tenentur reddere Deo, ipse nemini. Lib. iij. de libero arbitrio. *Cap.16. Tom.I.* Deus nulli debet aliquid, quia

omnia gratuito præſtat. Et ſi quiſquam dicet aliquid ab illo deberi meritis ſuis, certè vt eſſet non ei debebatur. Non enim erat cui deberetur. Et tamen, quod meritum eſt, conuertere ad eum ex quo es, vt ex ipſo etiam melior ſis, ex quo habes vt ſis. Quid ergo ei prærogas, vt tanquam debitum poſcas: quando ſi nolles ad eum conuerti, nihil ei deeſſet: tibi autem ipſe ſine quo nihil eſſes, & ex quo ita es aliquid, vt niſi conuertendo te ad illum, reddideris ei quod ab ipſo es, non quidem nihil, ſed miſer tamen eris? Omnia igitur illi debent primo quicquid ſunt, inquantum naturæ ſunt. Deinde quicquid melius poſſunt eſſe ſi velint, quæcunque acceperunt vt velint, & quicquid oportet eas eſſe. Vnde iuſtus & peccator tenetur reddere Deo, ſed diuerſimode, eodem libro. Quære quid debeat natura peccatrix, & inuenies rectè factum: quere cui debeat, & inuenies Deum. A quo enim accepit poſſe rectè facere cum velit, ab eo accepit vt ſit etiam miſera, ſi nõ fecerit: & beata, ſi fecerit. Quia enim nemo ſuperat leges omnipotentis creatoris, non ſinitur anima non reddere debitum. Aut enim reddit bene vtendo quod accepit, aut reddit amittendo quo vti voluit bene. Itaque ſi non reddit faciendo iuſtitiam, reddet patiendo miſeriam: quia in vtroque verbum illud debiti ſonat. Hoc enim etiam modo dici potuit quod dictum eſt, ſi non reddat faciendo quod debet, reddet patiendo quod debet. Nullo interuallo temporis iſta diuiduntur, vt quaſi alio tempore non faciat quod debet, & alio patiatur quod debet, ne vel puncto temporis vniuerſalis pulchritudo turpetur, vt ſit in ea peccati dedecus ſine decore vindictæ. Sed in futurum iudicium ſeruatur ad manifeſtationem atque ad acerrimum ſenſum miſeriæ, quicquid nunc occultiſsimè vindicatur. Sicut enim qui non vigilat, dormit: ſic quiſquis non facit quod debet, ſine interuallo patitur quod debet: quoniam tanta eſt beatitudo iuſtitiæ, vt nemo ab ea niſi ad miſeriam poſsit abſcedere. Sed plus tenetur reddere qui nouit. In Epiſtola ad Armentarium & Paulinam. Reddite quæ nouiſtis Deo. Non enim quod redditis, reddendo minuetur, ſed potius ſeruabitur & augebitur. Benignus enim exactor eſt, non egenus: & qui non creſcit ex redditis, ſed in ſe creſcere faciat redditores. Huic ergo quod non redditur, perditur: quod autem redditur, reddenti additur: imò verò in eo cui redditur, reddens ipſe ſeruatur. Idipſum quippe erit redditum & redditor, quia idipſum erat debitor & debitum. Deo nanque ſeipſum debet homo, eique reddendus eſt vt beatus ſit, à quo accepit vt ſit. Ita enim Deus exigit imaginem ſuam in homine ipſo, ſicut ſuam Cæſar exigebat in nummo. Quanto magis ergo reddenda eſt cum promittitur, cui etiam non promiſſa debetur? De hac materia de reddendis votis, require infra, capite Votum: Sed de reddendo quod debet homo homini tanquam vicem. Dicit ſuper Pſalmum vij. Qui non reddit retribuentibus mala, perfectus eſt. Et addit. Maioris eſt patientiæ non ei mala rependere, qui acceptis beneficiis, reddidit mala pro bonis: quam ſi nullo ante accepto beneficio nocere voluiſſet. Probat hoc ſuper Pſalm. v. Malum pro malo, iuſtitia videtur: ſed non eius de quo dictum eſt, Qui facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos: quia & cum punit Deus peccatores, non malum ſuum eis infert, ſed malis eorum eos dimittit: vt iudex enim punit eos qui legem prætereunt, non eis inferens de ſeipſo malum, ſed in id quod elegerunt eos expellens ad contemplandam ſummam miſeriam. Homo autem cum malum pro malo reddit, malo voto id facit: & ab hoc prior ipſe malus eſt, dum punire vult malum. Lib. iij. cõtra Petilianum ante medium. Cum dicat Apoſtolus, Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: cum hoc vtique ſubiicit, videte ne quis malũ pro malo alicui reddat: ſatis oſtendit non eſſe mali pro malo redditionem corripere inquietos, quamuis pro culpa inquietudinis reddatur pœna correptionis. Non ergo malum eſt correptionis pœna, cum ſit malum culpa. Neq; enim ferrum erit inimici ſolùm vulnerantis, ſed ètiã medici ſecantis.

Cap. 15.

Anima debitum Deo reddet, vel parendo, vel patiendo.

Tom. II. Epiſt. 45.

Tom. VIII.

Cap. 4. Tom. VII.

De hac materia, require infra, cap. Retributio, & cap. Vindicta. Sed de reddẽdo alienũ, dicit lib. v. Homil. homil. ix. & lib. de verb. Apoſt. ſer. xix. Interrogemus cõſcientias noſtras, & videamus ſi ita cupiditatem contẽnimus, vt beatitudinis participes eſſe poſsimus. Fortè aliquis intra ſe cogitat & dicit, nec furtum, nec violentiam facio, nec rapinam exerceo, nec res alienas aliquando negaui. Fortè ideo non negaſti, quia nemo tibi commendare voluit: aut ſi commendauit, ſed ſub teſtibus cõmendauit. Dic mihi reddidiſti, quando à ſolo ſolus, vbi Deus inter vos fuerat accepiſti? Si tunc reddidiſti, ſi mortuo eo qui commendauit, neſcienti filio reddidiſti, tunc te laudabo, quia poſt aurum non abiiſti, quia potuiſti tranſgredi, & non es tranſgreſſus: facere malum, & non feciſti. Aut ſi fortè alienum ſacculum ſolidorum, vbi te nemo vidit in via inueniſti, & ſine vlla mora cuius fuerat reddidiſti. Ita fratres mei redite ad vos, interrogate vos, reſpicite vos, vera reſpondete vobis, & iudicate vos, non ſecundum perſonam, ſed iuſtum iudicate iudicium.

Tom. X.

Cui autem reddi debet, dicit libro tertio de libero arbitrio. Nemo debet quod non accepit. Et quiſquis debet, cui debet, niſi à quo accepit vt debeat? Nam & quæ redduntur translegando, ei redduntur qui translegauerat. Et quod creditorum iuſtis ſucceſſoribus redditur, ipſis vtique redditur quibus iſti iure ſuccedunt. Aliter non redditio, ſed ceſsio vel admiſsio, vel ſi quid aliud huiuſmodi nominanda eſt. De hoc require infra, cap. Reſtitutio.

Cap. 15. Tom. I.

REDEMPTOR. Chriſtus ideo venit redemptor quia eramus captiui. Libro de verbis Apoſt. Ex prima tranſgreſsione primi

primi hominis, vniuersum genus humanum natum sub obligatione peccati, victor diabolus possidebat. Si enim sub captiuitate non teneremur, redemptore non indigeremus. Venit ad captiuos non captus, venit ad captiuos redimendos, nihil in se captiuitatis, hoc est, iniquitatis habens, sed in carne mortali pretium nostri portans. Si enim carnem mortalem non haberet, vnde in verbo sanguis quem pro captiuis funderet? Ille autem qui ad captiuitatem nostram venit, cum similitudine carnis peccati, non cum carne peccati venit. Venit vera caro, sed non peccati caro. Super Psalmum centesimum quadragesimum sextum. Misit Deus ad captiuitatem nostram redemptorem filium suum, porta, inquit tecum saccum, ferto ibi pretium captiuorum. Induit enim se ille mortalitatem carnis, & ibi erat sanguis quo fuso redimeremur. De quo sanguine dicit, super Psalmum lviij. sermone secundo. Mortuus est Christus inter manus Iudæorum, & redemit multitudinem gentium, effusus sanguis, ac profuit, sed conuersis omnibus profuit: quia & illi quem occiderunt, agnouerunt: & ab illo ipsius interfectionis & delicti sui magni veniam meruerunt. Venit quia eramus venditi. Super Psalmum xcix. Vendere homines se potuerunt: venit redemptor, & dedit pretium: fudit sanguinem suum, & emit orbem terrarum.

Super Psalmum cxxix. Vendere homo se potuit, & venundatus fieri sub peccato: redimere se ab iniquitatibus non potest. Ille potuit redimere, qui se non potuit vendere. Qui non commisit peccatum, ipse est redemptor à peccato: ipse redemit Israël ab iniquitatibus. Non ergo timeat accessurus ad Deum aliquas iniquitates suas: tantummodo accedat pleno corde, & desinat iam facere quæ faciebat.

REFVGIVM. Deus est refugium in omni tribulatione. Super Psal. xlvj. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Multæ sunt tribulationes, & in omni tribulatione ad Deum confugiendum est: siue sit tribulatio iure familiari, siue in salute corporali, siue de periculo charissimorum, siue de aliqua re ad huius vitæ sustentaculum, omnino aliud refugium non debet esse Christiano, quàm saluator eius & Deus eius, quò cum confugerit, fortis sit. Non enim in se fortis erit, aut sibi ipse fortitudo: sed ille illi fortitudo erit, qui refugium eius factus est. Verumtamen inter tribulationes animæ humanæ, natura est maior tribulatio quàm conscientia delictorum. Nanque & si ibi vulnus non sit, sanúmque sit intus hominis quod conscientia vocatur: vbicunque alibi passus fuerit tribulationes, illuc confugiet, & ibi inueniet Deum. Si autem ibi requies non est propter abundantiam iniquitatis, quoniam & Deus ibi non est, quid facturus est homo? Quò fugiet cum cœperit pati tribulationes? Fugiet ab agro ad ciuitatem, à publico ad domum, & à domo in cubiculum, & sequitur tribulatio. A cubiculo iam quò fugiat non habet, nisi interius ad cubile suum. Porrò si ibi tumultus est, si fumus iniquitatis, si flamma sceleris: non illuc potest confugere. Pellitur inde: & cum inde pellitur, à seipso pellitur. Et ecce hostem suum inuenit quocunque fugerat, seipsum quò fugiturus est? Quocunque fugerit se, talem trahit post se: & quocunque talem traxerit se, cruciat se. Sed à seipso sunt tribulationes quæ inueniunt hominem nimis: & tanto acerbiores, quanto interiores. Et tamen in his adiutor factus est Deus dimittendo peccata. Iniquorum enim conscientias non sanat, nisi indulgentia. Quia debitor pœnarum de abundantia delictorum, quando reddet quod debet de mala conscientia, quando si reddiderit ipse perit? Hoc enim debitum reddere, pœnas luere est. Restat ergo vt de ipsius indulgentia securi esse possimus, si tamen accepta indulgentia non rursus ad debita cõtrahenda redeamus. Est etiam Deus refugium, non solùm in aduersis, sed in prosperis. Libro de verbis Domini, sermone quarto. Domine refugium factus es nobis à generatione & progenie. In prima generatione & altera generatione, refugium factus es nobis. Tu refugium vt nasceremur, qui non eramus: Tu refugium vt renasceremur qui mali eramus: Tu refugium vt pasceres desertores tuos. Tu refugium vt erigas & dirigas filios tuos. Tu refugium factus es nobis. A te non recedemus cum liberaueris nos ab omnibus malis nostris, & impleueris nos bonis tuis. Bona das, blandiris ne fatigemur in via. Corripis, cædis, percutis, dirigis ne aberremus in via. Siue ergo blandiris ne fatigemur in via, siue castiges ne aberremus à via, tu Domine refugiũ factus es nobis. Vnde concludit. Ibid. Domine refugiũ factus es nobis: conferamus nos ad te, & bene erit nobis de te: malũ enim est nobis de nobis. Inueniamur ergo in te, quia perieramus in nobis, de nobis. Domine refugium factus es nobis.

REX. De rege nostro dicit super Psal. xliiij. Rex à regendo dicitur. Non autem regit qui nõ corrigit. Ad hoc enim rex noster rectorum rex. Quomodo & sacerdos à sanctificando nos, ita & rex est à regendo nos. Ideo consulit super Psalmum xl. Currant reges post regem, agnoscant reges regem. Sed quare Deus est rex Iudæorum, dicit super Ioannem. Super illud, Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israël. Quam crucem mentis inuidentia principum Iudæorum perpeti poterat, quando regem suum Christum tãta multitudo clamabat? Sed quid fuit Domino regem esse Israël? Quid magnum fuit regi sæculorum regẽ fieri hominum? Non enim rex Israël Christus ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armandum, hostésque visibiliter debellandos: sed rex Israël quod mentes regat,

quod in æternum consulat, quod in regnum cœlorum credentes, sperantes amantésque traducat. Dei ergo filius æqualis patri, verbum per quod facta sunt omnia, quod rex esse voluit Israël, dignatio est, non promotio: miserationis indicium est, non potestatis argumētum. Qui enim appellatus est in terra rex Iudæorum, in cœlis est Dominus Angelorum. Vnde inuehit contra Iudæos, super Psalmum lv. *Tom. VIII.* Apertè Iudæi regem Christum recusauerunt, & regem Cæsarem delegerunt. Est quidem & Cæsar homo hominibus ad humana: sed alius est rex ad Diuina. Alius rex ad vitam temporalem, alius ad æternam. Alius rex terrenus, alius cœlestis. Rex terrenus sub rege cœlesti, rex cœlestis super omnia. Non ergo illi qui dixerunt se habere Cæsarem regem peccauerunt, sed quia regem Christum habere noluerunt. Ideo concludit libro secundo quæstionum veteris & noui testamenti, quæstio. xcj. *Tom. IIII.* Non licet in terris adorari nisi Deum, quantomagis & in cœlis. Rex enim adoratur in terris quasi vicarius Dei. Christus autem post hanc vicariam, impleta dispensatione, adoratur in cœlis & in terra. Sed de rege homine quo ad significatum nominis. Libro quinto de ciuitate Dei, capit. duodecimo. *Tom. V.* Regnum à regibus, reges à regendo dicuntur. Non quilibet dominus dicitur rex. Libro xviij. eiusdem. Quamuis qui rex est possit dici princeps, à principatu imperandi: & dux, eo quod sit ductor exercitus: nō tamen continuò quicunque principes vel duces sunt, etiam reges dici possunt. Quis primus rex. Libr. xv. eiusdem, capit. xx. *Regũ origo.* Primus regum terræ potuit esse Cain reprobatus à Deo. Non etiam passim fiebant reges primogeniti. *Infrà.* Ibidem. Non fuit consequens, vt primogeniti regum regnantibus succederent patribus, sed quos regnandi meritum propter virtutem terrenæ vtilem ciuitati, vel sors aliqua reperiret, vel ille potissimum succederet patri hæreditario quodam iure regnandi, quem præ cæteris dilexisset. Ninus primus regum bellum exercuit. *Tom. eod. Lib. 4. Cap. 6.* Iustinus qui Græcam vel potius peregrinam, Trogum Pompeium secutus nō Latinè tantum sicut ille, verumetiam breuiter scripsit historiam, opus librorum suorum sic incipit. *Quales reges primi.* Principio rerum gentium nationúmque imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis, nō ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant. Fines imperij tueri magis, quàm proferre erat. Intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex Assyriorum veterem & quasi auitū morem gentium noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos, vsque ad terminos Libyæ perdomuit. Et paulò pòst. Ninus, inquit, magnitudinem quæsitæ dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis,

A ad alios transiit: & de vna victoria ad aliam veniens, totius orientis populos subegit. Sunt autem reges permittente Deo. Libro decimo octauo eiusdem, ca. vigesimo. *Tom. V.* Societas vsquequaque mortalium diffusa per terras & in locorum quātislibet diuersitatibus, vnius tamen eiusdémque naturæ quadam communione deuincta, vtilitates & cupiditates suas quibusdam sectantibus, dum id, quod appetitur, aut nemini, aut non omnibus sufficit: quia nonnunquam idipsum aduersum seipsum plerūque diuiditur: & pars partem quæ præualet opprimit. Victrici enim victa succumbit: dominationi scilicet vel etiam libertati, qualemcunque pacem præferens, ac salutem: ita vt magnæ fuerint admirationi, qui perire, quàm seruire, maluerunt. Nam in omnibus fe-
B rè gentibus quodam modo vox naturæ ista personuit, vt subiugari victoribus mallent, quibus contingit vinci, quam bellica omnifaria vastatione deleri. Hinc factum est, vt non sine Dei prouidentia, in cuius potestate est, vt quisque bello, aut subiugetur, aut subiuget, quidam essent regnis præditi, quidam regnantibus subditi: sed inter plurima regna terrarum, & quæ terrenæ vtilitatis, vel cupiditatis, est diuisa societas: quam ciuitatem mundi huius vniuersali vocabulo nūcupamus, duo regna cernimus lōgè cæteris prouenisse clariora: Assyriorum primū, deinde Romanorum, vt temporibus, ita locis inter se ordinata, atque distincta. Nam quomodo illud prius, hoc posterius: eo modo illud in oriente, hoc in occidente surrexit. Denique in illius fine huius
C initium confestim fuit. Regna cætera, cæterósque reges, velut appendices istorum dixerim.

Propterea reges Christo regi debent esse humiliter subditi. *Tom. VIII.* Super Psalmum secundum. Constituto rege Christo, nolite tristes esse reges terræ, quasi bonum vestrum vobis ablatum sit: sed intelligite potius & erudimini. Id enim vobis expedit, vt sub illo sitis à quo intellectus & eruditio vobis datur: & hoc vobis expedit, vt non temerè dominemini, sed Domino omnium cum timore seruiatis, & exultetis in beatitudine certissima & syncerissima, cauti & circunspecti, ne ab ea per superbiam decidatis. Debent autem reges fauorabiles esse Ecclesiæ. Super Ioannem, sermone xlj. Pertinet ad reges sæculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam, vnde spiritua-
D liter nati sunt. Libro secundo contra Petilianum, Responsione nonagesima secunda. *Tom. VII.* Quid, inquies, vobis est cum regibus sæculi quos nunquam Christianitas, nisi inuidos sensit? Hoc cum dixisses, enumerare conatus es, quos reges iusti senserunt inimicos, nec considerasti quod plures enumerari possint, quos habuerunt amicos. Pater Abraham à Rege Diuinitus admonito ne contaminaret eius vxorem, & amicissimè habitus est, & munus accepit. Isaac filius eius

Regem

Regem similiter amicissimum expertus est. Iacob in AEgyptũ à rege honorabiliter exceptus, eum etiam benedixit. Quid loquar de filio eius Ioseph, qui post carceris tribulationem, quo velut igne sicut aurum castitas eius probata est, magnis ab eo sublimatus honoribus, iurabat etiam per Pharaonis salutem, non tanquam typho elatus, sed beneuolentiæ non ingratus? Regis filia Mosen adoptauit. Dauid ad alienigenam regis Israël compulsus iniquitate confugit. Helias ante currum pessimi regis, non illius imperio, sed suo cucurrit obsequio. Helisæus hospitæ mulieri, si quid sibi à rege fortè per eius intercessionem præstari vellet, etiam vltro offerendum putauit. Sed ad ipsa iam tempora veniam, quando captiuus Dei populus habebatur: vbi, vt mitius loquar, mira tibi irrepsit obliuio. Volens enim probare quod reges nunquam Christianitas, nisi inuidos senserit, commemorasti tres pueros & Danielem, quæ passi sunt à persequutoribus regibus, nec rebus nunc vicinis, sed planè ipsis admoneri potuisti, qualis ipse rex post innocentiam flammarum miraculum, siue in Deo laudando atque prædicando, siue in ipsis pueris honorandis extiterit, qualem rex habuit Danielem, & non recusantem quibus muneribus exornauerit, cum ille honorem debitum reddens regiæ potestati, quod satis in verbis eius apparet, donum Dei quo præditus erat indicando, interpretando eius somnium non subtraxit. Vnde cum ab inuidis sancto viro sacrilega vesania calumniantibus inuitus eum rex in locum leonum mittere cogeretur, quanquam tristis id fecerit, præsumpsit tamen eum per auxilium Dei sui saluum futurum. Itaque cum iste refrenata Diuinitus leonum rabie vixisset illæsus, solicita & amica voce regis ipsius sibi præmissa, & ipse cum benedictione de lacu respondit, Rex in sæculum viue. Cur istas regum cum sanctis amicitias, cum ibi versaretur sermo tuus, cum istorum famulorum Dei, in quibus hæc acta sunt, tu ipse commemorares exempla, vel non vidisti, vel videre noluisti? Et vt dicit de eis super Psalmum trigesimum secundum, sermone secundo. Ita cessauerunt reges mali, & facti sunt Christiani. Crediderunt, & ipsi signum crucis Christi in fronte iam portant, pretiosius signum qualibet gemma diadematis. Debent reges seipsos, & maxime sensualitatem regere. Super Psalmum sexagesimum septimum. Dicuntur reges à regendo: & quid magis, quàm carnis concupiscentias, ne regnet peccatum in eorum mortali corpore, ad obediendum desideriis eius? Ideo dicit super Psalmum septuagesimum quintum. Terribilis apud reges terræ. Esto rex terræ, & erit tibi terribilis Deus. Rege terram, & eris rex terræ. Noli ergo auiditate imperandi ponere ante oculos prouincias latissimas, qua tua regna diffundas. Est terra quam portas, rege eam, sicut Apostolus inquit, Non sic pugno quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Meritum huius regiminis ponit, Libro decimo septimo, de ciuitate Dei, capit. quarto. Dat Deus virtutem regibus, qui carnem vt reges regunt. Quales autem esse debeant reges, docet Libro de duodecim abusionibus, cap. nono. Nonus gradus abusionis, est rex iniquus. Etenim regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Inde in semetipso nomen dignitatis custodire debet. Nomen enim regis intellectualiter hoc continet, vt subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores ne iniqui sint, ipse non corrigit? Quoniam in iustitia regis exaltatur solium, & in veritate solidantur gubernacula populorum. Iustitia regis est, neminem iniustè per potentiam opprimere, sine personarum acceptione inter virum & proximum suum iustè iudicare, aduenis & pupillis & viduis defensorem esse, cohibere furta, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & prauè viuentes viuere non sinere, Ecclesias defendere, pauperes eleemosynis alere, iustos super regni negotia constituere, senes & sapientes & sobrios consiliarios habere, Magorum & ariolorum & phitonissarum superstitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam fortiter & iustè contra aduersarios defendere, per omnia in Deo confidere, prosperitatibus animum non eleuare, cuncta aduersa patienter tolerare, fidem catholicam habere, filios suos impiè agere non sinere, certis horis orationi insistere, ante horas congruas cibum non gustare. Væ enim terræ cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Hæc regni prosperitatem in præsenti faciunt, & regem ad cœlestia regna meliora perducunt. Qui verò regnum non secundum hanc legem dispensat, multas nimirum aduersitates tolerabit imperij. Idcirco enim pax populorum sæpe rumpitur, & offendicula etiam de regno suscitantur, terrarum quoque fructus diminuuntur, & seruitia populorum præpediuntur, multi & varij dolores prosperitatem regni inficiunt, charorum & liberorum mors tristitiam confert, hostium incursus prouincias vndique vastãt, bestię armentorum & pecorum greges dilacerant, tempestates aëris & hemisphæria turbata terrarum fœcunditatem, marisque ministeria prohibent, & aliquãdo fulminum ictus segetes & arborum flores & pampinos exurunt. Super omnia verò regis iniustitia non solùm præsentis imperij prosperitatem offuscat, sed & filios suos & nepotes, ne post se regni hæreditatem teneant, obscurat. Propter piaculum enim Salomonis regnum domus Israël Dominus de manibus filiorum eius dispersit: & propter iustitiam regis Dauid, lucernam de semine eius in Hierusalem semper reliquit. Ecce quantum iustitia regis sæculo valet, intuentibus perspicuè patet. Est etenim

Tom. V.
Tom. IX.
Eccl. 10.

etenim pax populorum, tu tamen patriæ immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, tranquillitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibimetipsi spes futuræ beatitudinis. Attamen sciat rex, quod sicut in throno hominum primus constitutus est, sic & in pœnis, si iustitiam nõ fecerit, primatum habiturus est. Omnes nanque quoscunque peccatores in præsenti sæculo sub se habuit, supra se in gehennali pœna futura habebit. Vnde in periculo maiori versantur. Super Psalmũ cxxxvij. Quicquid desiderauerit homo in terra, vsque ad imperium desiderium eius. Quid amplius potest? Altior sublimitas necessaria est. Sed fortasse quanto altior, tanto periculosior. Ideóque reges quanto sunt in maiore fœlicitate terrena, tanto magis humiliari Deo debent. Ideo plus tenentur Deo seruire, & in eo quod reges, bonas leges instituere. Libro de correptione Donatistarum ad Bonifacium comitem. Et nunc reges intelligite, erudimini &c. Quomodo ergo reges seruiunt Domino in timore, nisi ea quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter etiam quia rex est. Quia homo est, seruit viuendo fideliter: quia verò etiam rex est, seruit leges iusta præcipientes & contraria prohibentes, conuenienti vigore sanciendo. Sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa idolorũ, & illa excelsa quæ contra Dei præceptum fuerãt constituta destruendo. Libro contra Petilianum. Omnes homines seruire Deo debent, aliter communi conditione qua homines sunt: aliter diuersis donis, quod ille aliud agit in rebus humanis, ille aliud. Non enim auferenda idola de terra, quod ante futurum tanto prædictum est, posset quisquam iubere priuatus. Habent ergo reges excepta generis humani societate eo ipso quo reges sunt, vnde sic Domino seruiant, quomodo non possunt, qui reges non sunt. Ideo dicit libro tertio contra Cresconium grammaticum. Reges cum in errore sunt, pro ipso errore leges contra veritatem ferunt, cum verò in veritate sunt, similiter contra errorem pro ipsa veritate decernunt: ita & legibus malis probantur boni, & legibus bonis commendantur mali. Rex Nabuchodonosor peruersus legem sæuam dedit, vt simulachrum adoraretur: idem correctus legem seueram dedit, ne Deus verus blasphemaretur. In hoc enim reges sicut eis Diuinitus præcipitur, Deo seruiunt inquantum reges sunt, si in regno suo bona iubeant, mala prohibeant, non solùm quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ ad Diuinam religionem. Reuerenda semper est in eis dignitas regalis. Libro primo questionum veteris & noui testamenti, quæstione trigesima quinta. Qua ratione Dauid Saul, postquam Deus ab eo recessit, Christum Domini vocat, & defert ei? Nõ nescius Dauid Diuinam esse traditionem in officio ordinis regalis, idcirco Saul in eadem adhuc traditione positum honorificat, ne Deo iniuriam facere videretur, qui his ordinibus honorem decreuit: Dei enim imaginem habet rex sicut & Episcopus Christi. Quandiu ergo in ea traditione est, honorandus est: si non propter se, vel propter ordinem. Vnde Apostolus, Omnibus, inquit, potestatibus sublimioribus subditi estote. Non est enim potestas, nisi à Deo. Quæcunque sunt à Deo, ordinata sunt. Hinc est vt etiam gentilem in potestate positum tamen honorificemus, licet ipse indignus sit, qui Dei ordinem tenens gratias agat diabolo. Potestas enim exigit, quia meretur honorem. Nam ideo Pharaoni futuræ famis somnium reuelatum est: & Nabuchodonosor aliis secum astantibus solus filium Dei vidit in camino ignis, non vtique merito suo, qui in idolo se adorari voluit, sed merito ordinis regalis, qui in eo fuit.

Tom. II. Epist. 50. — *Psal. 2.* — *Reges seruire Deo in timore.* — *4. Reg. 18.* — *Lib. 2. Respons. 92. Tom. VII.* — *Cap. 51. Tom. VII.* — *Nabuchodonosor rex.* — *Tom. IIII.*

REGINA. Regina dicitur anima sapiens. Libro octogesimo tertio quæstionum, quæstione quinquagesima quinta. De eo quod scriptum est, Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Denarius potest significare vniuersitatis scientiam. Quæ si ad interiora & ad intelligibilia referatur quæ senario numero significantur, fit quasi decies sex, quod est sexaginta: si ad terrena & corruptibilia, quæ octonario significantur: fiunt decies octies, quod est octoginta. Reginæ ergo sunt animæ regnantes in intelligibilibus & spiritualibus. Concubinę quę mercedem accipiunt terrenorum, de quibus dictum est, Acceperunt mercedem suam. Adolescentulæ quarum non est numerus, id est, quarum nõ est determinata scientia, & diuersis dogmatibus periclitari possunt, vt numerus, quod dictum est, significet certam & indubitatam confirmationem scientiæ. Regina dicitur Ecclesia. In sermone secundo, de dedicatione Ecclesiæ. Hæc est regina illa quæ venit à partibus AEthiopiæ audire sapientiam Salomonis. Sed hoc non tam ex vna regione, quam ex vniuersis mundi partibus regem auditura conuenit, sicut Euangelista commemorat: Regina Austri venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Venit Ecclesia ad redemptorem & eruditorem suum: vt de stultitia erroris doctrinam perciperet veritatis. De qua plenius, sicut audiuimus, Regnorum scribit historia ita dicens, Ingressa regina Sabba in Hierusalem cum multo comitatu & diuitiis, cum camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, venit ad Salomonem, & loquuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. Ergo in figura huius reginæ venit Ecclesia ex gentibus imponens finem cupiditatibus vitiísque terrenis audire sapientiam Salomonis, id est, viri pacifici Domini nostri Iesu Christi, qui fecit vtraque vnum soluens inimicitias inter Deum & hominẽ in carne sua. Venit post veteres & prophanas

Quest. 55. Tom. IIII. — *Serm. ord. ser. de tempore 253. Tom. X.* — *Matt. 12.*

superst

superstitiones audire & discere, de fidei illuminatione & iudicio futuro, de animæ immortalitate, de spe resurrectionis & gloriæ. Venit autem in Hierusalem cum multo comitatu, id est, non iam cum vna tantum gente Iudæorum, sicut prius synagoga solos habuit Hebræos, sed totius mundi gentibus diuersisque nationibus. Venit ergo exhibens munera digna Christo, aurum & gemmas pretiosas:& hoc camelis portantibus, id est, ex gentili populo venientibus qui prius fuerant vitiorum fœditate distorti, & malorum onere curui, ac peccatorum prauitate deformes. Cum his tantum muneribus regina hæc ingreditur ad pacificum regem Christum, exhibens secum aromata, fidei aurum, pretiosum incensum, splendorésque gemmarum, morum scilicet insignia & ornamēta virtutū, & loquuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo, id est, aperuit ei cor suum, & manifestauit ei occulta conscientiæ suæ in confessione & pœnitudine præcedentium delictorum. Videamus quid hæc regina agat. Videns, inquam, regina Sabba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & holocausta quæ offerebat in domo Domini, non habebat vltra spiritum. Quid erat rationis, vt præpotens regina, domum, expensas & cibos regios tantopere miraretur? Ergo hoc loco aliqua maiora oportet nos inquirere. Vidit ergo Ecclesia ex gentibus congregata sapientiam Christi, id est, post carnalia instituta gentilium, post humanam & animalem doctrinam Philosophorum, accepit intellectum salutis suæ, inspexit spiritualiū mirabilia bonorum, agnouit vnum fabricatorem cœli & terræ, & potentissimum humani generis conditorem, de cuius sapientia dicitur, Omnia in mensura & pondere & numero cōstituisti. Vidit & domum quam ædificauerat, id est, incarnationem hominis assumpti, de qua domo dicit Apostolus, In quo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Vidit & cibos Salomonis, id est, illos de quibus dicebat, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me patris. Cibus Christi est salus nostra, reficitur cœlestibus epulis, profectibus nostris. Cibus enim sumus, dum acquisiti Ecclesiæ in membra eius corpúsque transimus. Vel cibus eius altaris sacramenta cœlestia sunt, de quibus dicitur, Panem cœli dedit eis, panē Angelorum manducauit homo. Vidit & holocausta eius, orationum sine dubio supplicationúmque mysteria, & obstupuit, vbi vidit inæstimabiles diuitias Domini sui, dixítque ad regem, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & nō credebam narrantibus, donec ipsa veni & vidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nuntiata non fuisset. Maiora sunt sapientia tua & opera, quam rumor quem audiui. Cum ergo peruenerit regina hæc siue Ecclesia in æternam Hierusalem, id est, visionem pacis, & ingressa fuerit beatam requiem & gloriam cœlestium promissorum, multo plura & magnificentiora perspiciet, quam ei sunt in hac terra per sacra eloquia per Prophetas atque per Apostolos nuntiata. Nunc enim tanquam per speculum in ænigmate, tunc autem oculis suis videbit, id est, facie ad faciem. Tum, inquam, vnaquęque anima fidelis & sancta in illo sæculo plena bonorum operum fructibus exhibuerit seipsam pretium benignitatis Deo suo, eleuat ad cœlum multiplicia munera, gemmas misericordiæ, iustitiæ margaritas, diuersorū odoramenta meritorum, id est, aromata compūctionis & suaue olentis balsamum castitatis, præferens, sicut dixit, aurum infinitum nimis: id est, integrum in se recognoscit pij inæstimabile pretium redemptoris, spiritalibus cordis & corporis oblationibus placitura, vt possit cœlestibus mirabilibus inserenda, vocem Propheticæ exultationis assumere, Introibo in domum tuā, cum holocaustis. Tunc beata & illustris anima inter stupendas remuneratoris sui constituta diuitias, ineffabilibus reginę huius verbis vti apud Deum poterit dicens, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, maiora sunt opera tua, quàm rumor quē audiui. Hoc est dicere, O Domine de retributionibus tuis magna quidem sperare præsumpsi, sed maiora percepi. Vicit manifesta quam cerno dulcedinis magnitudo cogitationis incensum. Et reuera id quod parat Deus diligentibus se, fide non comprehenditur, spe non attingitur, charitate non capitur, desideria & vota trāsgreditur. Acquiri potest, ęstimari non potest. Habebit de perceptione fructum, non habebit de societate fastidium. Ad quæ bona nos perducat, qui viuit & regnat in sęcula sæculorum, Amen.

REGERE. Quia regit nos Deus, ideo dicit lib. v. Homi. Homil. vigesima tertia. Deo gubernante pauca peccata committi. Hoc dicit tibi Deus tuus. Regebam te mihi, seruabam te mihi. Vt enim adulterium non committeres, suasor defuit:& vt suasor deesset, ego feci. Locus & tēpus defuit:& vt hæc deessent, ego feci. Affuit suasor, non defuit locus, non defuit tēpus, vt non cōsentires ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius, cui debes, quod non commisisti. Mihi debet iste quod factum est, & dimissum vidisti, mihi debes & tu quod non fecisti. Nullum enim est peccatum quod facit homo, quod nō possit facere alter homo, si desit rector à quo factus est homo. Si nō regit Deus ad nihilum deuenit homo. Libr. soliloquiorū ad Deū. Creasti me Domine, rege quod creasti. Opera manuum tuarum ne despicias. Me fecisti de nihilo, si non me regis Domine, tunc reuertor ad nihilum. Sicut Domine non eram, & de nihilo fecisti me: sic si me non regis, adhuc ad nihilum redigar in me. Adiuua me Deus meus vita mea ne peream in malitia mea. Si non creasses me, non essem: quia creasti, iam sum. Si non regis, iam non sum: non enim mea merita, non mea gratia te coegerunt vt creares me,

sed

Tom. X.

Cap. 11. Tom. IX.

ſed benignißima bonitas & clemẽtia tua. Illa charitas tua quæ coegit ad creandum, ipſa quæſo cogat ad regendum. Quid enim prodeſt quod contulit charitas, ſi peream in miſeria mea, & non regat dextera tua? Ipſa te vincat charitas ad ſaluandum, quæ te vicit ad creandum: quia nec nũc minor eſt. Nã ipſa charitas tu ipſe es, qui ſemper idem es. Non eſt abbreuiata manus tua vt ſaluare nequeat, neque aggrauata auris tua vt non audiat: ſed peccata mea diuiſerunt inter me & te, inter lucem & tenebras, inter imaginem mortis & vitam, inter veritatem & vanitatem, inter lunaticam hanc vitam meam & ſempiternam tuam.

Cap. 15. Vnde in eodem libr. Sic docuiſti me Domine vt cognoſcerem me, quia dereliquiſti me & probaſti me, nõ propter te quo cognoſceres me, ſed propter me vt cognoſcerem me. Nam credebam me aliquid fore ex me, exiſtimabam me ſufficere pro me, nec percipiebam quoniã tu regebas me, donec aliquantulum te elongaſti à me, & cecidi ſtatim à me: & vidi & cognoui quoniam tu regebas me, & quod cecidi fuit ex me, & quod ſurrexi fuit ex te. *Cap. 309. Tom. III.* Ideo regi à Deo eſt magna gratia nobis. Libr. de vera innocentia. Proculdubio plus eſt agi quam regi: qui enim regitur, aliquid agit: & ideo regitur, vt rectè agat. Qui autem agitur, agere ipſe aliquid vix intelligitur. Et tamen tantum præſtat voluntatibus noſtris gratia ſaluatoris, vt nõ dubitaret Apoſtolus dicere, Quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere poteſt, quàm vt illi ſe commendet qui malè agere non poteſt.

REGIO. Super Pſal. lxxxv. Iſta eſt regio mortuorum: tranſiet, & veniet regio viuorum. In regione mortuorum labor, dolor, timor, tribulatio, tentatio, gemitus, ſuſpiriũ. Hîc falſi fœlices, & veri infœlices: quia falſa fœlicitas, & vera miſeria eſt.

Tract. 41. Tom. IX. Rom. 6. REGNARE. Quid faciendum vt in nobis nõ regnet peccatum. Super Ioannem. Non exhibeatis, inquit, membra veſtra arma iniquitatis peccato, vt non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Non ait, Non ſit peccatum: ſed, Non regnet. Quandiu enim peccatum neceſſe eſt eſſe in membris tuis, ſaltem auferatur illi regnum, id eſt, nõ fiat quod iubet. Surgit ira, noli dare iræ linguam ad maledicendum, noli dare manum aut pedem ad feriendum. Non ſurgeret ira iſta irrationabilis, niſi peccatum eſſet in membris. Sed tolle illi regnum: non habeat arma, vnde contra te pugnet: Diſcet enim non ſurgere, cum arma non cœperit inuenire. Non exhibeatis ergo membra veſtra arma iniquitatis peccato, alioquin toti captiui eritis, & erit dicere, mente ſeruio legi Dei. Mẽs enim ſi teneat arma, membra non mouentur in miniſterium furentis peccati. Teneat carnem imperator interior: quia ſub maiore imperatore iuuandus aſsiſtit. Frenet iram, coërceat concupiſcentiam. *Tom. X.* Libro de verbis Apoſtoli, ſermone

A duodecimo. Non regnet peccatũ in veſtro mortali corpore. Non dixit, Noli habere deſideria mala: Quomodo enim in hac carne mortali, vbi caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, non habes deſideria mala? Illud ergo fac, Non regnet peccatũ in veſtro mortali corpore ad obediendum deſideriis eius. Et ſi ſunt deſideria, non eis obediatur, ne iniquitas dominetur. In ſermone de reſurrectione xxv. Chriſtus ſuper eos tantum regnat, qui ſe ei ſponte & voluntate ſubiecerunt. Vis autem hoc ſcire? Ex ſcripturis diſcimus, Chriſtus veritas eſt: ideo in mendace non regnat. Chriſtus iuſtitia eſt: iuſtitia in iniuſto non regnat. Chriſtus ſanctificatio eſt: ſanctitas in peccatore non regnat. Si autem vis in hoc dicere: quia in iſtis regnãt in qui-
B bus Chriſtus non regnat: Audi Apoſtolum dicentem, Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Ex quo declarat, quod ij qui non ſunt ſub rege Chriſto, poſsidentur à rege peccato.

REGNVM. De regno Dei quodammodo diſtinguitur. Libr. lxxxiij. quæſtionum. *Quæſt. 69. Tom. IIII.* Aliter dicitur regnum ſecundum poteſtatem Diuinitatis, qua ei creata cũcta ſubiecta ſunt: aliter regnum eius dicitur Eccleſia ſecundum proprietatem fidei quæ in illo eſt, ſecũdum quod erat qui dicit, Poſside nos. Et ibidem infra. Quod dictum eſt in Euãgelio, Regni eius non erit finis: *Luc. 1.* accipitur ſecundum quod regnat in æternum. Secundum autem id quod aduerſus diabolum ſub illo militatur, tãdiu erit iſta militia, donec ponat inimicos ſuos ſub pedi-
C bus ſuis: poſtea verò non erit, cum pace perpetua perfruemur. Quare autem petimus vt adueniat regnum eius, exponit lib. 50. Homil. Homil. xliij. *Tom. X.* Optare & orare vt veniat regnum Dei, nihil eſt aliud, quam optare ab illo vt dignos nos faciat regno ſuo: ne fortè quod abſit, veniat, & nobis non veniat. Multis enim non eſt venturũ, quod tamen venturum eſt. Eis vẽturum eſt, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Illis non veniet quibus dicetur, diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Cum ergo dicimus, Adueniat regnum tuum: oramus vt nobis veniat, id eſt, vt bonos nos inueniat, & bonos nos faciat & beatos. In libello de expoſitione Dominicæ orationis & ſymboli, ſermone primo. Quare petimus vt veniat regnum, quod
D venturum eſt, ſiue petamus, ſiue non petamus: niſi vt veniat nobis, quod venturum eſt omnibus ſanctis, vt & nos Deus in numero ſanctorũ ſuorum habeat, quod vẽturum eſt regnum Dei?

In ſermone de oratione Dominica. Cũ oras, adueniat regnum tuum: bene tibi optas. Hoc enim orãdo petis vt ſic viuas, vt ad eius regnum, quod omnibus ſanctis dandum eſt, pertineas.

Quid ſit regnum cœlorum fœliciter. Libr. ſoliloquiorum ad Deum. *Cap. 35. Tom. IX.* O vere beati, qui malorum omnium exuti, ſecuri iam de ſua immarceſſibili gloria, ad regnũ decoris peruenire meruerunt. O regnum æternum, regnum omnium ſæculorum,

culorum, vbi lumen indeficiens, & pax Dei quæ exuperat omnem sensum, in quo sanctorum animæ requiescunt, & lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. O quam gloriosum est regnum tuum Domine, in quo regnant omnes sancti tui amicti lumine sicut vestimento, habentes in capite suo coronam de lapide pretioso.

Lib. supputationum, parte secunda, cap. ij. O regnum verè beatum, carens morte, vacans fine: cui nulla tempora succedunt per æuum, vbi continuus sine nocte dies, vbi victor miles illis hymnidicis Angelorum sociatus choris, cantat Deo sine cessatione canticum de canticis Sion,

Nobile perpetua caput amplectente corona.

O vtinã cõcessa mihi peccatorum venia, móxq; hac carnis sarcina deposita, in tua gaudia veram requiem habiturus intrarem, & tuæ ciuitatis pręclara & speciosa mœnia, coronam vitæ accepturus ingrederer: vt illis sanctissimis choris interessem, & cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assisterem, vt præsentem Christi vultũ cernerem, & illud sanctissimum & ineffabile & incircunscriptum lumen semper aspicerem, sicq; nullo mortis metu affici, sed de corruptionis perpetuæ munere lætari sine fine possem. Lib. de speculo. Adueniat Domine & aduolet obsecro regnum illud carens morte, vbi Angelorum chori & supernorum ciuium societas, vbi dulcis solennitas, vbi Prophetarum chori, vbi iudex Apostolorum numerus, vbi innumerabilium martyrum victoriosus exercitus, simúlque confessorũ constantia præmij sui perceptione consolata. Ad horum omnium sanctam frequentiam, & tuæ inspiciendæ pulchritudinis mensuram sine fine lætitiam, fac me toto corde intendere, viriliter currere, fœliciter peruenire. Interim dum in isto maneo corpore, in his semper meditationibus mentem meam bonorum insinuator exerce. Munda ergo cordis intuitum, acue mentis intellectũ, accende cœlesti igne animum: vt te solùm cogitem, & amem, & habeam in corde, qui es futurus nobis sine fine præmium. Et vt pondus mortalitatis meæ leuius feram, da lumen in corde, verbum in ore: Aperi sanctarum secreta scripturarum, & profunda mysteria regni tui visceribus meis propina. Da ex amore tuo lachrymas, da fidei virtutúmque pennas, quibus ad te volitem & perosus terram, cœlum petam.[1] De hac materia require supra, inf. c. Gloria æterna: & ca. Vita æterna. Sed de acquirendo tali regno, dicit libro de contemplatione Iesu Christi. Si quæras quomodo istud regnum potest acquiri, quibus meritis, quibúsque auxiliis? Audi. Res ista posita est in potestate facientis, quoniam regnum cœlorum vim patitur. Regnum cœleste ò homo aliud non quærit pretium nisi teipsum. Tantum valet quantum habes. Te da, & habebis illud. Quid turbaris de pretio? Christus semetipsum tradidit, vt acquireret te regnum Deo patri: ita tu temetipsum da, vt sis regnum eius: & non regnet peccatũ in tuo mortali corpore, sed Spiritus Sanctus in acquisitione vitæ. Libro quinto Homiliarum, homil. viij. Quam paruo constat regnum cœlorum, quã vili pretio tanta possessio proponitur. Proponitur enim in terra, quod possideas in cœlo: proponitur in tempore, quod possideas in æternum. Non potes dicere, Non habeo vnde possim emere, quia tanta est illa possessio qđ ad pretium congruũ inuenire non possum. Nónne tantum valet quantum habere potueris? Dimidium patrimoniũ valuit Zachæo. Sed quia prior emit, fortè tu non inuenis quod emas. Sed emit ille, & tibi integrum seruatur vt emas. Noli timere ne angustet te possessor. Omnibus latum est quod charitas possidet. Duobus minutis emit eũ quędam vidua. Ecce si timebas ne aurum esset, & non esses idoneus. En duobus minutis valet. Si terrebat te pretium quod dedit Zachæus, consoletur te hoc quod dedit illa vidua. Plus addo, valet & vilius. Vilior est calix aquæ frigidæ, vilior est sola bona voluntas. Audi clamantes Angelos, In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Sed fortè non benè diximus viliorem bonam voluntatem, imò ipsa est omnibus charior, & totũ habet qui bonam voluntatem habet: quia in dimidio rerum suarum Zachæus si bonam voluntatem non habet, nihil dedisset: nec emere tale regnum tali pretio meruisset. Super Psalm. cxj. Quid potentius quam vt regnum cœlorum non solum Zachæus emat dimidio rerum suarum, sed & vidua duobus minutis, & tantundem sibi vterq; possideat? Quid potentius quam idem regnum & thesaurus diuiti, & calix aquæ frigidæ pauperi valeat? Vnde concludit in communibus sermonibus, sermone xvj. Nemo de regno Dei excluditur, nisi à seipso. Ipse autem se excludit, qui sic agit vt excludatur. Veruntamen vt dicit, Libro de fide ad Petrum, parte prima. Illi autem cũ Christo regnabunt, quos Deus gratuita bonitate sua prædestinauit ad regnum. Quos enim tales prædestinando pręparauit, vt digni essent regno, præparauit vtique secundum propositum vocandos vt obediant: præparauit iustificandos, vt accepta gratia rectè credant & bene viuant: præparauit etiam glorificandos, vt Christi cohæredes effecti, regnum cœlorum sine fine possideãt. Ad quod regnum diuersis temporibus per sacramenta, quæ ad fidem incarnationis suæ Christus instituit, illi peruenerunt, quos Deus gratis nullo bonæ voluntatis vel boni operis merito præcedente, saluauit. De regno mortis in epist. ad Hilarium. Regnum mortis in eis tantum non est, qui Christi gratia renati, ad eius pertinent regnum: quoniam mors temporalis, quamuis & ipsa de originali peccato propagata sit, corpus in eis interimit, animam verò non ad pœnam nõ trahit: vbi voluit Apostolus regnum mortis intelligi, vt anima renouata per gratiam, iam non moriatur in gehennam, id est, à vita Dei non alienetur, nõ separetur. Temporalis autem mors corporis, etiam in iis qui Christi morte redimuntur, relinquitur interim ad exercitationem fidei, & agonem luctaminis præsentis, in quo & martyres

Margin notes: *Tom. X.* — *Tom. VIII.* — *Cap. 3. Tom. III.* — *Tom. II. Epist. 89.*

certauerunt:absorbebitur autem & ipsa in renouatione corporis, quam resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus absorbebitur mors in victoriã, cui modo Christi gratia adimit regnum, ne suorum animas ad pœnas tartari trahat. Ibid.infr. Temporaliter valet forma mortis ex Adam, in æternum autem valebit vitæ forma per Christũ.

Tom.III. RELATIO. Libro septimo de Trinitate, capite primo. Omnia quæ relatiuè dicuntur, ad inuicem dicuntur. Distinguitur de relatiuis in epistola ad Maximum *Tom.II. Epist.66.* medicũ. Ad aliquid dicta vel relatiua dicuntur, quæ aliquando eadem sunt, aliquando diuersa. Eadem.s.cum frater refertur ad fratrem, amicus ad amicum, vicinus ad vicinum, cognatus ad cognatum, & si qua similia quæ infinitum est velle omnia percurrere. In his enim quod est iste ad illum, hoc est & ille ad istum. Diuersa sunt autem, sicut pater ad filium, filius ad patrem, socer ad generum, gener ad socerum, dominus ad seruum, seruus ad dominũ. Nõ est quidẽ hoc ad illũ iste, quod ad istũ ille: sed ambo tantum homines sunt, relatio diuersa est: non natura: quoniam si attendas quid sit alter ad alterum, non hoc est iste ad illum, quod ille ad istum: quia iste pater, ille filius: iste socer, ille gener: iste dominus, ille seruus. Si autẽ attendas quid quisque sit ad seipsum vel in seipso, hoc est ille quod iste: quia ille homo est sicut iste. Vnde intelligat prudẽtia tua nõ ab eis rationabiliter dici, ideo Dei patris & Dei filij naturam esse diuersam, quia iste pater est, ille filius. Et Deum patrem non genuisse id quod est ipse, quod non genuit patrem filij sui, quod est ad illum ipse. Quis non videat ista vocabula non in seipsis demonstrare naturas, sed alterius ad alterũ significare personas? Est relatio ergo in personis Diuinis. Ego & pater vnum sumus. Vnum dixit, &, sumus. Vnum secundum essentiam, quod idem Deus: Sumus, secundum relatiuum, quod ille pater, hic filius. *Lib.7.de trinit.cap.6. Tom.III.* De relatatione verò respectu creaturarum, dicit lib.v.eiusdem, cap.xvj. De illa incommutabili Dei substantia debemus accipere, vt ita dicatur relatiuè aliquid ad creaturã, vt quamuis temporaliter incipiat dici, non tamẽ ipsi substantiæ Dei accidisse aliquid intelligatur, sed illi creaturæ ad quam dicitur.

Tom.V. RELIGIO. Christiana religio innotescere cœpit à baptismo Christi. Libr. xviij. de ciu. Dei, cap. liiij. Proculdubio tũc innotuit per eius corporalem præsentiam doctrina & religio Christiana, quando discipulos habere cœpit, id est, postquam in fluuio Iordane ministerio Ioannis baptizatus est. Propter hoc enim de illo Prophetia illa præcesserat: Et dominabitur à mari vsque ad mare &c. Sed priusquam passus esset, & resurrexisset à mortuis, non fides fuerat definita, in resurrectione quippe Christi definita est. Et infra. Melius in hac quæstione soluenda inde initiũ sumimus: præsertim q̃a tũc datus est Spiritus Sanctus, sicut eum dari post resurrectionem Christi oportebat. Et infra subdit. Ibi ergo exorsus est huius nominis cultus, vt

A in Iesum Christum, qui crucifixus fuerat, & resurrexerat, crederetur. Lib. de vera religione. Sit, inquam, tibi manifestum atque perceptũ nullum *Cap.* [illegible] errorem in religione esse potuisse, si anima pro *Tom.I.* Deo suo non coleret animam, aut corpus, aut phantasmata sua. Lib.j. retractationũ, cap. xiij. *T*[illegible] Hîc animam pro vniuersa creatura incorporali posui. Paulò pòst autem hunc sensum melius sum [illegible] breuiúsque cõplexus, vbi dixi, Non ergo creaturæ potius quàm creatori seruiamus, nec vanescamus in cogitationibus nostris, & perfecta religio est. Ibid. Ipsa res, quæ nunc Christiana religio nuncupatur, erat & apud antiquos, nec defuit ab initio generis humani, quousque ipse veniret in carnem, vnde vera religio, quæ iam erat, *Infra.* *Religio Christiana antiqua.* cœpit appellari Christiana. Cum enim eum post resurrectionem ascensionémque in cœlum cœpissent Apostoli prædicare, & plurimi crederẽt, *Act.11.*

B primùm apud Antiochiam, sicut scriptum est, appellati sunt discipuli Christiani. Nostris ergo tẽporibus hæc est Christiana religio: non quia prioribus temporibus non fuit, sed quia posterioribus hoc nomen accepit: quam cognoscere & assequi, securissima & certissima est salus. Ibidem inf. *Infra.* Quod dixi, Ad vnum Deum tendentes & ei vni religantes animas nostras, vnde religio dicta creditur, omni superstitione careamus. In his verbis meis ratio quæ reddita est, vnde sit dicta religio, plus mihi placuit. Nã non me fugit aliam huius nominis originem exposuisse Latini sermonis authores, quod inde sit appellata religio, quod religitur, quod verbum compositum est à legendo.i.eligendo, vt ita Latinè dici videatur religo sicut eligo. Ipsa est vniuersalis via purgationis animæ. Lib. quarto eiusdem. Hæc est religio, quæ vniuersalem continet viã animæ liberandæ: quoniam nulla, nisi hac, liberari potest. Hæc est enim quodammodo regalis via, quæ vna ducit ad regnũ, non tẽporali fastigio mirabundũ, sed æternitatis firmitate securum. Tamẽ ideo, lib. xviij. eiusd. Quæ causa est nisi stultitia errórque miserabilis vt ei te facias venerando humilẽ, cui te cupias viuendo dissimilem: & religione colas quẽ imitari nolles: cum religionis summa sit imitari quẽ colis? Require supra, ca. Cultus, & ca. Latria. In epist. ad Donatũ Tribunũ de Trinitate. Vera religio, excepto vno vero Deo, alij tanquã Deo nõ sinit culturæ ac seruitutis obsequiũ à fidelibus exhiberi. Et infra. Vera re-

C *Tom.V.*

D ligio, in vnius constat veri Dei seruitio.

RELIGIOSVS. Require de ista materia supra, cap. Clericus: & cap. Cõgregatio: & ca. Monachus. In speciali tamen in quibusdã admonitionibus quæ ponuntur post regulam, quas nonnulli dicunt esse secundam eius regulam datam fratribus eremitis de monte Pisano, & de centum cellis, hæc ponuntur infra scripta quomodo recipiantur fratres, cap. j. Si quis venire desiderat ad congregationem fratrum qui vnũ esse videntur, non ignoret illud Euangelij dictũ, vendat omnia sua, & eroget egenis & pauperibus. Et iterũ, Abneget semetipsum & tol *Habentur hæc in fine Tom.I. vbi titul. Regula primitiua ricini edita.*

& tollat crucem suam, & sequatur Christum. Et ne tractet in corde suo, de victu aut de vestimento & cæteris quæ necessaria sunt corpori, ipso Domino præmonente in Euangelio & dicente: Nolite cogitare dicentes, quid edemus &c. vsq; hæc omnia apponentur vobis. Veruntamen antequam statuat esse in monasterio probet propositum fratrum atque exemplū, & ipse probetur in omni conuersatione ab illo qui prior est, & cæteris consentientibus, propter illud quod scriptura docet & admonet dicens, Amicum noli cito comprobare. Ibid. infr. ca. iiij. Nouiter si quis veniat ad conuersationem, non ei facilis tribuatur ingressus, sed sicut ait Apostolus, probate spiritus si ex Deo sunt. Ergo si perseuerauerit pulsans, & illatas sibi iniurias patienter portare voluerit, tandem suscipiendus est. Sed ei legatur regula, & prostratus pedibus omnium, orēt pro eo. Mox exuatur rebus propriis, quibus vestitus est, & induatur rebus Ecclesiæ. Vestimenta eius reponantur in vestiario conseruanda, vt si fortè suggerente diabolo egrediatur, tunc exutus rebus Ecclesiæ proiiciatur. Et infra, cap. v. Cum aliquis canonicam vitam ducere elegerit, tunc si fratribus eum recipere placuerit, prior omnibus fratribus conuocatis, illum in medio eorum statuat, eiúsque desiderium & petitiones cunctis patefaciat, atque præcepta regulæ & mores insinuet, & vt secum bene recogitet, si hoc seruare possit, admoneat. Quod si firmiter spoponderit, ducatur in Ecclesiam: eóque ante altare prostrato & dicente tertio, Suscipe me Domine: respondeant fratres, Suscepimus Deus misericordiam tuam. Et subdit ibidem hanc super eum dicendam orationem. Deus qui non mortem peccatoris, sed pœnitentiam & emendationem in vita semper inquiris, misericordiæ tuæ clementiam suppliciter deprecamur, vt huic famulo tuo sæcularibus actibus renūtianti, largè tuæ pietatis gratiam cœlitus digneris infundere, quatinus in castris tuis ita tibi militando stadium vitæ præsentis percurrere valeat, vt brauium æternæ remunerationis te donante percipere mereatur. Et ibidem infra ponit istam aliam. Præsta Domine Deus huic famulo renuntianti sæcularibus pompis, gratiæ tuæ ianuas ex corde appetere: & qui despecto diabolo fugit sub titulo Christi, iube venientem ad te sereno vultu recipere, ne de eo inimicus valeat triumphare. Tribue ei Domine brachium infatigabilis tui auxilij, mentem eius fidei tuæ lorica circunda, vt fœlici muro vallatus, mūdum se gaudeat euasisse. De volentibus recedere dicit ibidem, capite primo supradicto. Si cōtigerit vt aliquis ex qualibet causa necessitatis à monasterio fuerit abstractus, ne vel mente concipiat secum aliquid ferre de iis omnibus quæ in monasterio fuerunt, siue etiam quæ secū aliquando attulerat, siue ea quæ cum fratribus acquisierat, quia scriptum est, Vir mutabilis in lingua, incidet in mala. Et ideo prouidendum erit, vt nullum de fratribus secum omnino prouocet, ne magis destructor quàm ædificator monasterij esse (Prouerb. 17.)

A videatur: propter illud quod scriptū est, Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Et quicunque prouocatus ab aliquo, de monasterio voluerit abscedere, aut redarguat prouocantem, aut indicet præposito, cui vtique de iis quæ in communi decreuimus nihil est subtrahendū, quia scriptum est, Pacifici sint tibi multi, sed vnus ex mille sit tibi consiliarius. (Eccl. 6.)

Quod nullus habeat proprium, sed sint omnia communia. Ibidem, capite primo in principio. (Suprà.) Communi definitione decreuimus apud vos, qđ nunquam post modum ab vllo poterit infringi. Residētibus nobis in monasterio in nomine Domini nostri Iesu Christi, omnibus placuit secundum Apostolicam traditionem, vnum sentire in

B Domino & communiter possidere, sicut scriptū est, Vnum sentite in Domino. Et nemo sibi proprium quicquā vendicet, sed fiat sicut scriptum est in actibus Apostolorum, Habentes omnia cōmunia. nemo quicquam suum esse dicebat. Ibidem. Nemo sibi vendicet proprium, siue in vestimento, siue in quacunque re. Apostolica enim vita optamus viuere. Vnde ibidem supra, capite primo. Si quis autem causa necessitatis detinet id quod à monasterio secum portauit, necesse habebit vbi præpositus suus est, illud perferre: quia nō poterit sibi retinere quod per pactum ad omnes pertinet, & Deo vtique est consecratum. Sed si cogitauerit ex his aliq̄d retinere, contra dictū Apostoli agere videtur, qui ait, Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. De orationibus autem dicendis, & Psalmis secundum tempus & numerū, scribit. Cum de lecto surgit clericus, imprimis signū crucis sibi imprimat sub terna inuocatione sanctæ trinitatis. Et infra subdit. Prostratus in loco congruo, effundat preces in conspectu Domini magis corde quam ore: ita vt illius vox vicinior sit Deo, quàm sibi, dicens sic, Gratias tibi ago omnipotens pater, qui me dignatus es in hac nocte custodire. Deprecor maiestatem tuam, vt concedas mihi hunc diem venturum sic peragere in tuo sancto seruitio cū humilitate & discretione, quatinus tibi placeat seruitus mea. Post completorium verò oret cum recordatione peccatorum dicens, Gratias tibi ago Domine sancte pater æterne Deus, qui me dignatus es in hac die custodire, regere & conseruare per tuam sanctam misericordiam: concede mihi hāc noctem mūdo corde & corpore sic pertrāsires, vt mane surgēs tibi seruitiū exsoluere possim. (Infrà.) (Infrà.) (Rom. 13.) (C) (D)

Et infra subdit, capit. vij. Licet omni tempore Christianorū omniū vita simplex esse debeat & sobria, maximè tamen religiosis mentibus cōuenit, vt diebus omnibus continenter viuant, & sedula seruitute adhærere Deo contendant. In viij. autem cap. præmonet de abstinentia, concedens vsum carnis à paschate vsque ad Pentecostē: ab eius octaua, vsque ad natiuitatem beati Ioannis Baptistæ præcipit abstinere: ab inde vsque ad Calendas decēbris: & inde abstinere vsque ad natiuitatem Domini: ab inde vsque ad septuagesimā concedit. Quod sint humiles ad remitten-

das iniurias. Ibid. cap. j. De his fratribus qui in vnitate consistunt, si quis subito aduersus alterum altercatus fuerit, non solùm semel, sed secundo & tertio, vt Euangelium docet, licet exorare. Si autem noluerit se emendare, ille cui iniuriam irrogatus est post primam & secundam correctionẽ, qui non reuocauerit contumacẽ, denuntiet præposito: ne per taciturnitatem & ille & frater suus periclitentur, sicut Salomon ait, Qui occultat inimicitiam instruit dolum. Sed de exercitiis aliis fratrum, dicit ibid. cap. vj. Operentur fratres à mane vsque ad sextam: & à sexta vsque ad nonam vacent lectioni: & ad nonam reddant codices. Et postquã se refecerint fratres siue in horto, siue vbicũque necesse fuerit, faciant opus suũ, vsque ad horam lucernarij. Et infra subdit. Nemo cũ murmure aliq̃d faciat, vt nõ simili iudicio murmuratorum pereat. Fideliter obediant, patrem suũ post Deum honorent. Præposito suo reuerentiam sicut decet deferant. Omnes sedentes ad mensam taceant, audientes lectionem. Si autem aliquid opus fuerit, præpositus eorũ sit solicitus. Et subdit. Si opus fuerit ad aliquam necessitatem mitti, duo eant: nemo sine præcepto extra monasterium manducet vel bibat, non enim ad disciplinam monasterij pertinet. Si ad opera monasterij mittantur fratres vendere, solicitè caueant ne quid faciant contra præceptum: siue emant aliquid ad necessitatem monasterij, solicitè & fideliter vt serui Dei agant. Otiosum verbum apud illos non sit: Mane ad opera sua sedeant: Post orationes tertiæ eant simul ad opera sua: non stantes fabulas contexant, nisi fortè aliquid sit pro animæ vtilitate: sedentes ad opera taceant, nisi fortè necessitas operum exegerit vt quis loquatur. Si quis non omni virtute adiuuãte misericordia Domini hoc conatus fuerit implere, sed contumaci animo despexerit, semel atque iterum admonitus, si non emẽdauerit, sciat se subiacere disciplinæ monasterij sicut oportet: Si autem talis fuerit ætas ipsius, etiam vapulabit.

In regula secunda. *Infrà.* *Infrà.*

In prima regula. Vnde de obseruantia præceptorum regulæ, dicit vt supra, capite primo. Hæc quæ scripta sunt, cum summa diligentia obseruanda sunt à præposito vsque ad omnes fratres. Si quis ab aliquo doctrinam audierit præter eam quam in monasterio consequutus est ab eo cui se credidit, hanc autem suscipiat, & eam non subtrahat doctori: quia scriptum est, Omne quod manifestatur, lux est. *Eph. 5.* Si enim bona fuerit, collaudanda est: si verò praua, reprobanda. Sed generalẽ dat doctrinam. Ibidem capite nono. Qui autem hæc quæ dicta sunt legere, aut fortè ab aliis lecta plenè intelligere nequiuerint, in generalia sequentia oculos animũque dirigant, vt discant quid illis agendum, quid vitandum sit. Legalibus interea institutis & Euangelicis saluberrimis monemur præceptis, vt Dominum Deum nostrum totis præcordiis diligamus, & proximum nostrum tanquam nosmet ipsos. Si igitur ab omnibus fidelibus his salutiferis præceptis totis viribus est fauendum, quantomagis ab iis qui Diuinis cultibus mancipa-

A ti sunt, & aliis exemplo virtutum esse debent condimentum. Proinde oportet vt ipsa legis præcepta primitus obseruent, & quod sibi nolunt fieri, alteri non faciant. Non sint superbia tumidi, non detractionibus assueti, non ebrietati seruientes, non luxuria eneruati, non iracundia turbidi, non quibuslibet aliis vitiis subiecti, non vaniloqui, non inuidi, non somnolenti, non pigri, non murmuratores, non susurrones, non vinolenti, non edaces: fraudes & dolositates caueant, vsuris vel turpilucris nequaquam inseruiant, non iurent, ne fortè periurent: Malum pro malo nõ reddant. Cum in se aliquid boni viderint, Deo: & malum cum viderunt, sibi deputent. Discordiam fugiant, & quos discordantes inuenerint, ad charitatis concordiam reuocent: Et qui iuxta Psalmistæ vocem, non declinant à malo & non faciant bonum, attendant & Apostolum dicen-

B tem, Non, inquit in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum. Animaduertat etiam quod ab his vitiis ab Apostolo prohibitis, omnium seges emergit, & quod horum morborum mater superbia sit. Oportet etiam vt animam corpúsque suum ab omni inquinamento corporis & spiritus custodiant, vt iuxta Apostolum, integer spiritus eorum & anima & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Sobriè, & iustè, & piè viuant, sæcularia negotia prorsus abiiciant: quia iuxta eundem Apostolũ, Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. Ieiunium ament, hospites colligant, pauperes recreent, infirmos visitent, mortuos sepe-

C liant, in tribulatione positis opem ferant, dolentes consolentur. Amori Christi nihil præponãt, charitatem non derelinquant, pacem, si fieri potest, cum omnibus hominibus habeant, diem iudicij timeant, vitam æternam specialiter concupiscant, spem suam Deo committant, proprio Episcopo secundum canonicam institutionẽ obtemperent, magistros suos non temerè reprehendant, postremo doctrinis spiritualibus operã dẽt, lectionibus, psalmis, hymnis, canticis & cæterorum bonorum operum exercitiis iugiter incumbant. In dormitorio, nisi quem infirmitas detinuerit, omnes dormiãt: In refectorio pariter reficiantur. Mox vt signum datum fuerit, ad Eccle-

D siam omnes festinando veniant, & horas canonicas non negligenter, sed cũ omni religione pariter celebrent. Ecclesiam non pompaticè, sed reuerenter ingrediantur. In choro nec cum baculis stent, vaniloquiis nequaquam insistant, sed cũ omni deuotione & veneratione Diuinę seruitutis opus peragant, scientes Angelorum præsentiam semper illic adesse. E claustris non nisi per licentiam egrediantur, egreßi irreprehensibiliter viuant, vt ab his qui foris sunt, bonum testimonium habeant. Religionem ac propositum suum actibus illicitis nequaquam maculent, sed potius omnes quibus se coniunxerint, sale sapientiæ & bonorum operum exẽplis condiant. Con-

cui-

tubernia fœminarum nullatenus appetant, non vanis oculis, non petulanti tumidóque gestu ac diffusis renibus incedant, non spectaculis, non pō pis sæcularibus intersint, non aleæ, non ludis, nō quibuslibet venationibus inseruiant. Apostoli quoque instructi documento, quo ait, Non in veste pretiosa: nequaquam pretiosis delectentur vestibus. Caueant summopere ne extra claustra moras faciant, nisi prout sibi à priore constitutū fuerit, & opportunitas temporis dictauerit. Intra claustra positi, non otio vacent, sed aut Diuinis officiis, aut publicis vtilitatibus, aut certè magistrorum iussionibus pareant, ne cito torpentes ab Apostolo audiant, Qui non vult operari, nec manducet. Seniores spiritualiter, & cum mansuetudine minores diligant: minores senioribus obsequium dignum exhibeant: doctiores minus doctis consulant & magis ac magis eos charitate ædificent: neque ij qui nobilitate generis, aut virtutum donis pollent, cæteris se tumidè præponant. Omnes in congregatione vicissim sibi charitatis officio seruiant: quibus etiam in refectorio comedentibus continuatim legatur lectio. Delinquentes zelo rectitudinis arguant & castigent, pueros adolescentésque negligentes verborum disciplinis corripiant. Singuli iuxta capacitatem suam diuersarum artium erudiantur disciplinis, vt nullus in eorum collegio inutilis appareat, ne quis vota fidelium otiosus comedat. Tales quippe esse imò conuersari taliter decet omnes qui Diuinis officiis se manciparunt. Quapropter studeant hæc breuiter collecta sedula meditatione perlegere & memoriæ commendare, & adiuuante Diuina gratia, iuxta vires adimplere, quo facilius & liberius maiora à sanctis patribus edita exequi valeant: vocatione qua vocati sunt, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, ambulent, quatinus Diuinis iussionibus obtemperantes, ad Christum in cuius sorte esse noscuntur, qui via veritas & vita est, eo opitulante peruenire mereātur.

RELIQVIAE. De sanctorū reliquiis, require supra, capit. Corpus. Sed quare eiusdem sancti reliquiæ per diuersa loca sparguntur, dicit in sermone tertio de decollatione Ioannis baptistæ. Diuina prouidentia constat actū, vt per plura loca deportatis beati martyris reliquiis, plura virtutum signa fierent, plurésque per memoriam doctrinæ & vitæ illius ad fidem ac dilectionem eius, quem prædicauerat, confluerent.

RELINQVERE. De hac materia require supra, capite, Derelinquere. & libro de vera innocentia, capite trecentesimo decimo octauo. Omnes mundi opes contemnit, qui non solùm quantum potuit, sed etiam quantum voluit habere contemnit. In quo cauēdū est ne surrepat elatio. Vtilius autē terrena opulentia humiliter tenetur, quàm superbè relinquitur.

A REMEDIVM. Libro tertio contra Iulianum. Remedium à medendo. i. medicando nomen accepit. *Tom. VII.*

REMISSIO. Require de hac materia supra, cap. Absolutio: & capite, Parcere. Est autem peccatorum remissio omnibus in hac vita necessaria. In Enchiridion. *Cap. 64. Tom. III.* Concordant nobiscum Angeli etiam nunc cum remittuntur nobis peccata. Et ideo post commemorationem sanctæ Ecclesiæ, in ordine confessionis ponitur remissio peccatorum. Per hanc enim stat Ecclesia quæ in terris est. Per hanc non perit, & quod perierat inuentum est. Excepto quippe baptismatis munere, quod contra peccatum originale donatum est, vt quod generatione attractum est, regeneratione detrahatur, & tamen actiua quoque peccata quæcunque corde, ore & opere commissa inuenerit, tollit: hac ergo excepta magna indulgentia, ex qua incipit hominis renouatio, in qua soluitur omnis reatus & ingeneratus & additus, ipsa etiam vita cætera iam ratione vtentis ætatis, quantalibet præpolleat fœcunditate iustitiæ, sine peccatorum remissione non agitur: quoniam filij Dei quandiu mortaliter viuunt, cum morte confligunt. Et quamuis sit de illis veraciter dictum. Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt: sic tamē spiritu Dei excitantur & tanquā filij proficiunt ad Deum, vt etiam spiritu suo maximè eos aggrauante corruptibili corpore, tanquam filij hominum in quibusdam motibus humanis deficiāt ad seipsos, & ideo peccent. Interest quidem quantū satis dicitur. Neque enim quia peccatum est omne crimen, ideo crimen etiam est omne peccatū. Itaque sanctorum hominum vitam quandiu in hac morte viuitur, inueniri posse dicimus sine crimine: peccatum autem si dixerimus quia non habemus, vt ait Sanctus Apostolus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Propter hoc, quandam distinctionem ponit, libro quinquagesimo homiliar. Remissio peccatorum vna est, quæ semel datur in sancto baptismate: alia, quæ quandiu viuitur hîc, datur in Dominica oratione. Propter quod dicimus, dimitte nobis debita nostra. In sermone de gratia. Sex sunt remissiones peccatorum. Prima est per baptismū. Secunda per martyrium. Tertia per pœnitentiā. Quarta per eleemosynam. Quinta per hoc quod peccantibus in nos dimittimus, & errantem conuertimus. Sexta per communionem corporis & sanguinis Domini. Datur autē in Ecclesia. lib. j. de verbis Domini, serm. xj. Potest esse visibilis forma palmitis etiam præter vitem, sed inuisibilis vita radicis haberi non potest nisi in vite. Proinde corporalia sacramenta quæ portant & celebrant etiam segregati ab vnitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis, virtus verò pietatis inuisibilis & spiritualis, ita in eis nō potest esse, quemadmodū sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore. Quæ cū ita sint, remissio peccatorū, quoniā non

Marginalia: B — *Remissio peccatorum.* C — *Crimen peccatum.* *Homil. 42. Tom. X.* D — *Tom. X.*

In sola Ecclesia remissio peccatorum. datur nisi in spiritu sancto, in illa tantummodo Ecclesia dari potest, quæ habet spiritum sanctũ. Hoc enim fit remissione peccatorum, ne princeps peccati spiritus qui in seipsum diuisus est regnet in nobis, vt eruti à potestate spiritus immũdi, templum deinceps efficiamur spiritus sancti: & à quo mundamur accipiendo indulgentiam, ipsum accipiamus habitatorem ad faciendam, augendam perficiendámque iustitiam. In serm. de traditione symboli. Sancta Ecclesia verè confitenda, per quam sanctificatio data est mortalibus, & crescente credentium numero penè omnium linguis in Dei laudes mundus exultat. Sancta est Ecclesia, quæ baptismi sacramento peccatorum contagione detersa, terrarum incolas trãsmittit ad cœlum: in qua remissio etiã fit peccatorum: & credẽdũ est præcipue, quia hoc vnum est remediũ, quod hominũ genus à sententia perpetuæ mortis absoluit. Idcirco vnigenitus altissimi dignatus est carnem assumere & conscẽdere crucem, vt te qui crimina tua euadere & peccata nõ poteras, indulgentia faceret innocentem. Ideo immolatus agnus occisus est, vt eius cruore humani generis macula tergeretur. Videte fratres profunditatem mysterij, videte altitudinem sacramenti, vbi mors reddidit vitam, & peccantiũ sordes sanguine sunt innocentis ablutæ. Hæc autem remissio non te ad peccatum mittit, sed admonet vt peccare iam metuas, qui te intelligis sine venia non potuisse saluari. Bonitas enim Dei indulgentiæ suæ munere non nos amat ad culpã, sed absoluit ad gloriam. *Tom.X.* Cui autem valeat remissio peccatorum, dicit libro primo de verbis Domini, ser. xv. Quia homo debitor est Dei, & debitorem habet fratrem suum. Quis est enim qui nõ sit debitor Dei, nisi in quo nullum potest inueniri peccatum? Quis est autem qui non habeat debitorem fratrem, nisi in quem nemo peccauit? Putásne quisquam in genere humano reperiri potest, qui non in aliquo obstrictus sit fratri *Homo homini est debitor.* suo? Debitor ergo est omnis homo, habens tamẽ & ipse debitorem. Ideo Deus iustus constituit tibi regulam in debitore tuo, quod faciet & ipse cum suo. Duo enim sunt opera misericordiæ quæ nos liberant, quæ breuiter ipse Dominus posuit in Euãgelio, Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Dimittite & dimittetur vobis, ad ignoscendũ pertinet: Date & dabitur vobis, ad præstandum beneficium. Quod ait de ignoscẽdo, & Deus tibi ignoscit quod peccas, & habes aliũ cui possis ignoscere. Rursus quod pertinet ad tribuendum beneficiũ, petit mendicus, & tu es Dei mendicus: omnes enim quando oramus, mendici Dei sumus: ante ianuam magni patrisfamiliâs stamus, imò etiam prosternimur, supplices ingemiscimus, aliquid volentes accipere & ipsum aliquid ipse Deus est. Quid à te petit mendicus? Panem. Et tu quid petis à Deo, nisi Christum qui dicit, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi? Ignosci vobis vultis, ignoscite: Remittite, & remittetur vobis. Accipere vultis, date, & dabitur vobis. Et subdit. Nulla est omnino culpa, quã ho-

A mo non debeat ignoscere. Et infra. Omnes culpas quæ in nos committuntur, parati simus ignoscere, si nobis desideramus ignosci. Si enim consideremus peccata nostra, & numeremus quid facto, quid oculo, quid aure, quid cogitatione, quid innumerabilibus motibus peccamus, nescio vtrũ dormiamus sine debito. Ergo quotidie petimus, *Mat.* quotidie Diuinas aures orando pulsamus, quotidie prosternimur & dicimus, Dimitte nobis debita nostra si. & n. di. de. n. & ne. Ergo debita tua, omnia peccata. Sic ergo & tu debitori tuo. Hãc ergo regulam tibi ponis, hanc conditionem loqueris, hoc pacto & placito quando oras commemoras vt dicas, Dimitte nobis &c. Sed nõ *Lib. de ver. Domini, ser. 11.* remittitur impœnitenti. Libr. de blasphemia in spiritum sanctum. Dono remissionis non resistit, nisi qui duritiam cordis impœnitentis habuerit.

Et quia non est peccandum post remissionẽ, B ideo dicit lib. de symbolo, tract. ij. Melius illi esset si post acceptam remissionem peccatorũ non de lecto ad peccãdum iterum surgeret, sed de sepulchro ad veram vitã liber securúsq; surgeret.

RENOVATIO. Lib. vj. super Genes. *Cap. 24. Tom. III.* Nonnulli inquiunt, Quomodo renouari dicimur si non hoc recipimus quod perdidit primus homo, in quo omnes moriũtur. Hoc planè recipimus secundum quendam modum, & non hoc recipimus secundum quendam modũ. Non itaque immortalitatem spiritualis corporis recipimus, quam nõdum habuit homo: sed recipimus iustitiã, ex qua per peccatũ lapsus est homo. Renouabitur ergo à vetustate peccati, *Renouatio nostra.* non in pristinũ corpus animale in quo fuit Adã, sed in melius. i. in corpus spirituale cum efficie- C mur æquales Angelis Domini, apti cœlesti hæreditari, vbi esca quæ corrumpitur, non egebimus. Renouamur ergo spiritu mentis nostræ secundũ imaginem eius qui creauit nos, quam peccando Adam perdidit. Renouabimur autem etiam carne, cum hoc corruptibile induet incorruptionẽ: vt sit spirituale corpus, in quod nõdum mutatus sed mutandus erat Adam, nisi mortem etiam corporis animalis, peccando meruisset.

REPARATIO. De reparatione nostra, dicit. Libro de symbolo, tracta. iij. *Cap. 4. Tom. IX.* Iis gradibus quibus perierat humana natura à Christo reparata est. Adam superbus, Christus humilis: per fœminam mors, per fœminam vita: per Euam interitus, per Mariam salus: *Conformitas humanæ instaurationis & ruinæ.* D illa corrupta sequuta est seductorem, hæc integra peperit saluatorem: illa poculum à serpente propinatum libenter accepit & viro tradidit, ex quo simul merentur occidi: hæc gratia cœlesti desuper infusa vitam protulit, per quam caro mortua possit resuscitari. Quis est qui hoc operatus est, nisi virginis filius, & virginum sponsus, qui attulit matri fœcunditatem, sed non abstulit virginitatem?

REPETITIO. Est scripturarum repetitio vtilis. super Ioan. Nõ pigeat ea quę nota sunt audire, q̃a semper dulcia sunt quæ Domini sunt. Sic est expositio Diuinarum

scriptur

scripturarũ,sicut sunt ipsæ Diuinæ scripturæ:quæ etsi notæ sunt,leguntur tamen ad commemorationem:sic & expositio earum, etsi nota est, repetenda est tamen,vt qui obliti sunt commemorent:vel qui fortè non audierunt audiant: & qui tenent quod audire consueuerunt, repetendo obliuisci non possint. Eod.lib.serm.xvij. Verũ nihil est ab re etiam nota repetere, vt qui non nouerunt,instruantur:& qui nouerunt confirmẽtur. Super Psal.lxxiiij.Firmamentum sententiæ esse in repetitione,multis scripturarum locis docemur.Inde est quod ait Dominus, Amen amen.Et in aliquibus psalmis,Fiat fiat.Ad significationem rei sufficeret vnum fiat, ad significationem firmitatis accessit alterum fiat.Quam repetitionem non putetis in verbis sanctæ linguæ quasi loquacitatis esse appetitum. Sæpe ibi repetitio habet vim firmamenti. Super Psal.xciiij. Ipsa repetitio in scriptura exhortatio est.Sic plerũq; ex affectu animi repetitur verbũ quod notum erat,non vt innotescat,sed vt ipsa repetitio fiat ad confirmationem. Repetitur enim ad intelligendum affectum dicẽtis.Inde est quod Dominus dicit,Amen amen dico vobis. Sufficiebat amen vnum, sed ipsa repetitio est confirmatio.

In sermone tertio de sancto Innocentio. Bonum est in recenti recolere,ne excidat seu in obliuionem veniat virtus.

REPREHENDERE. Quia vtile est reprehẽdi,Ideo dicit in prologo secũdi libri de Trinita. Magis optabo à quolibet reprehendi,quàm siue ab errante,siue ab adulante laudari.Nullus enim reprehensor formidandus est amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehensurus est aut amicus.Si ergo inimicus insultat, ferendus est: amicus autem si errat, docendus:si docet audiendus. Laudator verò,& errans confirmat errorem:& adulans,illicit in errorem.Emendabit me ergo iustus in misericordia,& arguet me:oleũ autem peccatoris non impinguabit caput meum. Instruit tamen reprehensorem.Libro secundo de sermone Domini in monte.Piè cautéque vigilandum est, vt cum aliquem reprehendere vel obiurgare necessitas coegerit,primum cogitemus vtrum tale vitium sit quod nunquam habuimus,vel quo iam caruimus.Et si nunquam habuimus,cogitemus & nos homines esse,& habere potuisse. Si verò habuimus,& non habemus,tangat memoriam communis infirmitas,vt illam reprehensionem vel obiurgationem non odiũ,sed misericordia præcedat:vt siue ad correctionem eius,pro quo id facimus,siue ad peruersionem valuerit,nam incertus est exitus,nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus.Si autem cogitãtes nosmetipsos inuenerimus in eo esse vitio,in quo ille est quem reprehendere parabamus,non reprehendamus neque obiurgemus,sed tamen congemiscamus: & non illum ad obtemperandũ nobis,sed ad pariter conandũ inuitemus. Sed cõtra nolẽtes reprehendi,dicit lib. 50.Homil.homil.v.Necesse nobis est quoscunque negligẽtes aut secretè,aut publicè castigare.Sed quãdo corripimus,ille quem corripimus si malus est, attẽdit à quo corripiatur,& facilius in correctore suo quam in se,libenter agnoscit quod corrigat. Et si vera inuenerit quæ & ipse dicat in eo à quo corripitur, gaudet. Quãto melius gauderet de sua sanitate correctus, quã de alieno lãguore cõceptus.Ecce puto verũ esse quod dicit.Inueni aliquid in homine à quo reprehensus es,tamẽ per illũ tibi veritas loquebatur,per malũ,per iniquum,veritas tibi loquebatur.Quæris quid reprehendas in homine, inueni potius q̃d reprehẽdas in veritate. Velis nolis,illa est aduersaria tua, in qua nõ inuenis quod accuses.Illam fac amicã si potes.Aduersarius tuus sermo Dei est:proferat eũ peccator, proferat eũ iustus. Sermo Dei est:inculpabilis est.Concorda cũ illo,dũ es in via cum illo. In epist.ad Felicitatem & Rusticũ. Dissensiones nunquam debent amari,sed aliquando tamen aut charitate nascuntur,aut charitate probãtur. Quis enim facilè inuenitur qui velit reprehendi? Et vbi est ille sapiens de quo dictũ est,Corrige sapientẽ & amabit te?Nũquid tamẽ ideo non debemus reprehẽdere fratrẽ ne securus tendat in mortẽ? Solet enim fieri & frequenter accidit,vt ad horã contristetur cũ reprehenditur & resistat & contendat, & tamẽ postea cõsideret secũ in silẽtio vbi nemo est nisi Deus & ipse,nec timet displicere hominibus q̃ corripitur, sed timet displicere Deo q̃a nõ corrigitur,& deinceps nõ faciat illud quo iustè reprehẽsus est,& quãtũ odit peccatũ suũ,tãtũ diligat fratrẽ quẽ sensit hostẽ peccati sui. Si autẽ de illo numero est,de quo dictũ est,Corripe stultũ & adiiciet vt oderit te:nõ de charitate illius dissẽsio nascitur,sed tamẽ charitatẽ reprehẽsoris sui exercet & p̃bat,q̃a nõ ei reprehenditur odiũ,sed dilectio quæ cogit reprehendere imperturbata perdurat,etiã cũ ille q̃ reprehẽsus est odit.Si autẽ q̃ corripit,reddere vult malũ pro malo ei q̃ corripiẽti indignatur,fuit dignus qui corriperet, sed dignus planè qui etiam ipse corripi deberet.Hæc agite inter vos,aut non existant indignationes, aut exortæ statim celerrima pace perimantur. Maiorem date operam concordandis vobis quã redarguendis:quia sicut acetum corrumpit vas si diutius ibi fuerit,sic ira corrumpit cor,si in diem illum durauerit.

Tom.II. Epist.57. — *Prouerb.9.* — *Dissensio ex charitate.*

REQVIES. De requie Dei.Lib.iiij.super Gen.Requies Dei rectè intelligẽtibus ea est,qua nullius indiget bono. & ideo certa,& nobis in illo est,q̃a & nos beatificamur bono quod ipse est,nõ ipso bono quod nos sumus.Nã & nos aliquod bonũ ab illo sumus qui fecit omnia bona valde, in quibus fecit & nos. Porrò alia res bona præter ipsum nulla est quam ipse non fecit, ac per hoc nullo præter se alio bono eget.Hæc est eius requies ab omnibus operibus suis quæ fecit.Quibus autem bonis laudabiliter non egeret, si nulla fecisset? Nam etiam si dici posset, nullis egens bonis, non à factis in seipso requiescendo,verũ omnino nulla faciendo.Sed bona facere si non posset,nulla es-

Cap.16. Tom.III. — *Quies Dei in nobis.*

ſet potentia:ſi autẽ poſſet nec faceret,magna eſſet inuidentia.Quia ergo eſt omnipotens & bonus,omnia bona valde fecit:quia verò ſeipſo bono perfectè beatus eſt,à bonis quæ fecit in ſeipſo requieuit,ea ſcilicet requie à qua nunquam receſſit.Sed ſi diceretur requieuiſſe à faciendis, nihil aliud quàm non feciſſe intelligeretur. Niſi autẽ diceretur requieuiſſe à factis, non eis egere quæ fecit,minus commendaretur. *Tom. V.* Libro vndecimo de ciuitate Dei,capite octauo.Requies Dei, requiẽ ſignificat eorũ qui requieſcunt in Deo,ſicut lætitia domus,lætitiã ſignificat eorũ qui lætantur in domo,etiamſi non eos domus ipſa, ſed alia res aliqua lætos facit. *Deũ requieuiße quid.* Quanto magis ſi eadẽ domus pulchritudine ſua faciat lætos habitatores,vt non ſolo eo loquendi modo læta dicatur, quo ſignificamus per id quod continet id quod continetur,ſicut theatra plaudunt,prata mugiũt, cum in illis homines plaudãt,& in his boues mugiant:ſed etiam illo quo ſignificatur per efficientem id quod efficitur,ſicut læta epiſtola dicitur ſignificans eorum lætitiam,quos legentes efficit lætos. Conuenientiſsimè itaque Deus dicitur requieuiſſe,ſignificans requiem eorum qui in illo requieſcunt,& quos facit ipſe requieſcere. *Cap. 9. Tom. III.* Aliter dicit libro quarto ſuper Geneſ. Requieſcere dicitur Deus,cum in ſeipſo requiem homini præbet poſt eius perfectionem per donum Spiritus ſancti,per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris,vt illuc feramur appetitu deſiderij, quo cũ venerimus requieſcamus,id eſt,nihil amplius requiramus.Sicut enim rectè diciturDeusfacere quicquid ipſo in nobis operãte fecerimus:ita rectè dicitur requieſcere,cũ eius munere requieſcimus. *Cap. 10.* Et ſubdit eodẽ libro. Requieſcere dicitur Deus ab omnibus operibus ſuis quæ fecit bona valde:quia ipſe facit nos requieſcere,cũ bona opera fecerimus. *Cap. 12.* Sed quomodo requieuit & vſque modo operatur,dicit ibidem.Poteſt etiam intelligi Deũ requieuiſſe à condendis generibus creaturæ,quia vltra iam non condidit aliqua genera noua:deinceps autem vſque nunc & vltra operatur eorum generum adminiſtrationem, quæ tũc inſtituta ſunt,non vt ipſo ſaltem die ſeptimo potentia eius à cœli & terræ, omniúmque rerum quas condiderat gubernatione ceſſaret, alioquin continuo dilaberentur. *Deus continet & tuetur omnia.* Creatoris nanque potentia & omnipotentis & omnitenentis virtus,cauſa ſubſiſtendi eſt omni creaturæ. Quæ virtus ab eis quæ creata ſunt regendis,ſi ceſſaret aliquãdo, ſimul & illorum ceſſaret ſpecies omniſque natura concideret.Neque enim ſicut ſtructor ædiũ cum fabricauerit quis abſcedit,& illo ceſſante atque abſcedẽte ſtat opus eius,ita mundus vel nictu oculi ſtare poterit,ſi ei Deus regimen ſuum ſubtraxerit.Proinde & quod Dominus in Euangelio ait,Pater meus vſque modo operatur: *Ioan. 5.* continuationem quandam operis eius qua vniuerſam creaturam continet atque adminiſtrat oſtendit.

In calce cap. Et concludit ibidem.Requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, vt iam nouam naturam vlterius nullam conderet, non vtique vt

A quod condiderat,continere & gubernare ceſſaret.Vnde & illud verum eſt, quod ſeptima die requieuit: & illud, quod vſque nunc operatur.

Eodem libro.Nullo modo opinandum eſt,eo mane quod poſt ſexti diei veſperam factum eſt, *Cap. 11.* initium accepiſſe requiem Dei,ne temporale aliquod bonum illi æternitati & incommutabilitati accidiſſe vanitate temeraria ſuſpicemur. Sed illam quidem requiem Dei qua in ſeipſo requieſcit,eóque bono beatus eſt quod ipſe ſibi eſt, nec initium eidem ipſi habere nec terminum: cõſummatæ autem creaturæ,habere initium, eandem requiem Dei. Quoniam rei cuiuſque perfectio, non tam in vniuerſo eius pars eſt, quàm in eo à quo eſt,in quo & ipſum vniuerſum eſt,pro ſui generis modo ſtabiliter vt quieſcat.i.vt ſui momenti ordinẽ teneat. *Creaturam ... in Deo ... tem habere.* Ac per hoc ipſa vniuerſitas crea

B turæ,quę ſex diebus conſummata eſt,aliud habet in ſua natura,aliud in ordine quo in Deo eſt, non ſicut Deus,ſed tamen ita vt ei quies propriæ ſtabilitatis non ſit,niſi in illius quiete qui nihil præter ſe appetit, quo adepto requieſcat. Et ideo dum ipſe manet in ſe,quicquid in illo eſt retorquet ad ſe: vt omnis creatura habeat in ſe naturæ ſuæ terminum, quo non ſit quod ipſe eſt: in illo autem quietis locum, quo ſeruet quod ipſa eſt.Scio quod non propriè dixerim locum, nam propriè dicitur in ſpatiis quæ corporibus occupantur:ſed quia & ipſa corpora nõ manent in loco,niſi in quo ſui ponderis appetitu perueniunt,vt eo comperto requieſcant, ideo non incongruenter à corporalibus ad ſpiritualia verbum tranſſertur, vt dicatur locus, cum res ipſa plurimum diſtet. Libro primo de Geneſ. con

C tra Manichæũ. *Cap. 22. Tom. I.* Quid aliud ſignificat quod dicitur Deum requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis quæ fecit bona valde, niſi requiem noſtram quam nobis daturus eſt ab omnibus operibus noſtris, ſi nos bona opera fecerimus? Sed quomodo requieuit Deus & vſque modo operatur. *Tom. VI.* dicit libro contra Adimantum diſcipulum Manichæi, cap.ij.Requieuit Deus ſeptimo die ab omnibus operibus ſuis quæ fecit,vt iam vltra non faceret mundum cum omnibus quæ in eo ſunt:non tamẽ vt etiam à mundi adminiſtratione requieſceret. Non enim ſcriptum eſt,Requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis vt deinceps nõ operaretur,ſed ſcriptũ eſt, Requieuit ab omnibus operibus ſuis quæ fecit:vt deinde non in faciendo mundum, à

D quo opere poſt perfectionem ceſſauerat, ſed in adminiſtrando operaretur,in quo opere eũ eſſe Dominus intimauit.Nec illa requies, quaſi poſt laborẽ Deum pauſam quæſiuiſſe,ſed ab inſtituendis rerum naturis poſt earum rerum perfectionẽ ceſſaſſe ſignificat,quamuis vſque adhuc in adminiſtrandis operetur. Super Ioannem. *Tract. 17. Tom. IX.* Dicitur requieuiſſe Deus,quia ex quo inſtitutæ ſunt creaturæ nihil amplius additũ eſt.Sed tamẽ q̃a niſi ille q̄ fecit mũdũ regeret,caderet qđ factũ eſt:ideo opus eſt eũ adminiſtrare qđ fecit. *Non ceſ... ad re...* Quia ergo qđ fecit gubernare nõ ceſſat, rectè dixit Dominus, Pater meus vſq; nũc operat᷑:& quãta facilitate fecit, tanta

cit,tanta facilitate gubernat. Sed de nostra requie,dicit super Psal.xcij. Tunc requiescimus, si facimus bona opera. Ad hoc exemplum scriptũ est de Deo, quod requieuit die septimo, cũ fecisset omnia bona opera valde. Non enim fatigatus est vt requiesceret,aut modo non operatur, quia cum quiete operatur:& semper operatur,& semper quietus est. Ergo & nos quos in se voluit tũc figurare,post omnia bona opera habebimus requiem. Ideo dicit. Lib. 50. Homil. homi.xxv. in fi. Quia vita nostra in hoc sæculo quasi via esse cognoscitur,oportet nos magis de labore ad requiem peruenire,quàm de requie ad laborem:& melius nobis est in via breui tempore laborare, vt postea in patria possimus ad æternum gaudiũ peruenire fœliciter. Sed etiam hîc quędam requies esse potest. Libro de vera innocentia, cap. xiiij. Habet etiam in hac vita requiem suam anima,quæ de morte infidelitatis erecta est, & non ab operibus iustitiæ,sed ab iniquitatis se abstinet actione,vt viuens Deo,& mortua mundo,in humilitatis & mansuetudinis placita tranquillitate requiescat. Sed de requie animarum in gloria, & de ipsa etiam requie mysticè loquendo, dicit libro tertio de diuersis cõsuetudinibus Ecclesiæ ad Ianuarium. Inest in illa requie non desidiosa segnitia,sed quædam ineffabilis tranquillitas actionis otiosæ. Sic enim ab huius vitæ operibus in fine requiescitur,vt in alterius vitæ actione gaudeatur. Sed quia talis actio in Dei laude agitur,sine labore membrorum,sine angore curarum,non ad eam sic transitur per quietem,vt ipsę labor succedat,id est, non sic esse incipiat actio, vt esse desinat quies. Neque enim reditur ad labores & curas,sed permanet in actione quod ad quietem pertinet; neque enim in opere laboratur, neque in cogitatione fluctuatur. Quia ergo per requiem ad primam vitam reditur, vnde anima lapsa est in peccatum, propterea requies sabbato significatur. Illa autem prima vita, quæ à peregrinatione redeuntibus, & primam stolam accipientibus redditur, per primam sabbati, quã diem Dominicum dicimus figuratur. Ideo in Genesi inuenitur septima dies sine vespera, quia requiem sine fine significat. Prima ergo vita nõ fuit sempiterna peccanti,requies autem vltima sempiterna est. Ac per hoc & octauus Dies sempiternam beatitudinem habebit,quia requies illa quę sempiterna est,excipitur ab octauo, non extinguitur:neque esset aliter sempiterna. Ita ergo erit octauus qui primus: vt prima vita non tollatur,sed æterna reddatur. Sabbatum tamen commendatum est priori populo in otio corporali corporaliter,& vt figura esset in requiem sanctificationis Spiritus sancti. Nusquam enim legimus in Genes. sanctificationem per omnes priores dies,sed de solo sabbato dictum est, Et sanctificauit Deus diem septimum. Amãt enim requiẽ siue piæ animæ,siue iniquæ, sed qua† perueniant ad id quod amant plurimum,nesciunt:nec aliud† appetunt etiam ipsa coram ponderibus suis, nisi quiescere à motibus suis. Nam sicut corpus tan-

A

diu nititur pondere,siue deorsum versus,siue sursum versus, donec ad locum quo nititur veniẽs conquiescat:pondus quippe olei si dimittatur in aërem,deorsum:si autem sub aquis, sursum nititur:sic animæ ad ea quæ amant propterea nituntur,vt perueniendo requiescant. Et multa quidẽ per corpora delectant, sed non est in eis æterna requies,nec saltem diuturna,& propterea magis sordidant animam,& aggrauant potius, vt syncerum eius põdus,quo in superna fertur,impediãt. Cum verò anima in seipsa delectatur, nondum re incommutabili delectatur, & ideo adhuc superba est:quia se pro summo bono habet,cum superior sit Deus. Nec in tali peccato impunita relinquitur,quia Deus superbis resistit, humilibus Iac.4.
autem dat gratiam. Cum autem Deo delectatur,ibi veram certámque inuenit requiem quam

B

in aliis quærebat,nec inueniebat. Proinde admonetur in Psal. Delectare in Domino & da. ti. pe. Psal.36.
cor. tui. Quia ergo charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ideo sanctificatio in die septimo commemorata est,vbi requies commendatur. Quia verò nec bene operari possumus,nisi dono eius adiuti, sicut Apostolus dicit, Deus enim est qui Phil.2.
operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate:nec agere, nec requiescere poterimus post omnia bona opera nostra quæ in hac vita gerimus,nisi eius dono ad æternitatem sanctificati atque perfecti. Propterea de ipso Deo dicitur, Quia cum fecisset omnia opera bona valde, septima die requeuit ab omnibus operibus suis quæ

C

fecit. Futurã enim requiem significabat, quam post bona opera daturus erat hominibus. Sicut enim cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis:ita cũ requiescimus,ipse requiescere dicitur,quo donante requiescimus. Hinc est quod etiam in tribus primis decalogi præceptis, quæ Cap.11.
ad Deũ pertinent,cætera enim septẽ ad proximũ pertinent.i.ad hominem,quia in duobus præceptis tota lex pendet & Prophetę:tertiũ ibi de obseruatione sabbati positũ est,vt in primo præcepto patrem intelligamus, vbi prohibetur coli aliqua in figmẽtis hominum Dei similitudo, non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla imago eius coli debet,nisi illa quæ hoc est quod ipse,nec ipsa pro illo sed cum illo. Et quia creatura mutabilis est,ac ꝓpterea dicitur, Omnis creatura vanitati subiecta est: quoniam natura etiam Rom.8.

D

vniuersa in parte monstratur, ne quisquam filiũ Dei verbum,per quod facta sunt omnia, iam putaret esse creaturam, sequitur aliud præceptum, Non accipies nomen Dei tui in vanum. Spiritus Exod.20.
autem sanctus, in quo nobis requies illa tribuitur, quam vbique amamus,sed nisi Deum amando,non inuenimus,cum charitas eius diffunditur in cordibus nostris per Spiriiũ sanctũ qui datus est nobis. Quia ergo sanctificauit Deus diẽ septimũ in quo requieuit, tertio præcepto legis insinuatur quod scriptũ est de obseruatione sabbati, non vt iam in ista vita quiescere nos existimemus, sed vt omnia quæ bene operamur, non habeant Deut.5.

habeant intentionem, nisi in futuram requiem sempiternam. Ad ipsum autem ignem amoris nutriendum & inflammandum quodammodo, quo tanquam pôdere sursum vel introrsum feramur, ad requiem omnia ista pertinent, quæ figuratè nobis insinuantur. Plus enim mouent & accendunt amorem, quam si nuda & sine vllis sacramẽtorum similitudinibus ponerentur. Cuius rei causam difficile est dicere: sed tamen ita se habet, vt aliquid per allegoricam significationem intimatum plus moueat, plus delectet, & plus honoretur, quàm si verbis propriis apertissimè diceretur. Credo quod ipse animæ motus quandiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur: Si verò feratur ad similitudines corporales, & inde feratur ad spiritualia, quæ illi similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad quietem.

Allegoricè dictũ magis mouet.

Cap. 12. Ideoque inter illa omnia decem præcepta solùm ibi quod de sabbato positum est, figuratè obseruandum præcipitur, quam figuram nos intelligẽdam, non etiam per otium corporale celebrandam suscipimus. Cum enim sabbato significetur spiritualis requies, de qua dictum est in Psal. Vacate & videte quoniam ego sum Dominus: & quò vocantur homines ab ipso Domino dicente, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis &c. vsque inuenietis requiem animabus vestris; Cætera tamen ibi præcepta propriè sicut præcepta sunt, sine vlla figurata significatione obseruamus. Nam & idola non colere manifestè didicimus, & non accipere in vanum nomen Dei nostri, & honorare patrem & matrem, non mœchari, non occidere, non furari, non falsum testimonium dicere, non concupiscere vxorem proximi, nec vllam eius rem, non figuratè aliud prætendunt, & mysticè aliud significant, sed sic obseruantur vt sonant. Obseruare tamen diẽ sabbati non iubemur ad literam secundum otium ab omni opere corporali, sicut obseruant Iudæi: & ipsa eorum obseruatio quia ita præcepta est, nisi quandam aliam spiritualem requiem significet, irridenda iudicatur. Vnde non inconuenienter intelligimus ad amorem excitandum, quo ad requiem tendimus, valere omnia quæ figuratè in scripturis dicuntur, quandoquidem id non solùm in decalogo figuratè præcipitur, vbi requies cõmendatur, quæ vbique amatur, sed in solo Deo sancta & certa inuenitur.

Mysticum præceptũ de obseruatione Sabbati. *Psal. 45.* *Mat. 11.*

Cap. 13. Dies autẽ Dominicus non Iudæis, sed Christianis resurrectione Domini declaratus est, & ex illo habere cœpit festiuitatem suam. Animæ quippe omnium sanctorum ante resurrectionem corporis sunt quidem in requie, sed in ea non sunt actione, qua corpora recepta vegetantur. Talem quippe actionem significat dies octauus, qui & primus est, quia nõ aufert illam requiem, sed glorificat. Non enim reddit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio. Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptionem &c.

1. Cor 15.

Cap. 14. Et inf. subdit, quia hoc Christus in se figurauit. Attende sacratissimũ triduum crucifixi Christi, sepulti & resuscitati. Horum trium quod significat crux, in præsenti agimus vita: Quod autem significat sepultura & resurrectio, fide ac spe agimus. Nunc enim dicitur homini, Tolle crucem tuam, & sequere me. Cruciatur autẽ caro, cũ mortificantur mẽbra nostra quæ sunt super terram; fornicatio, immunditia, luxuria, auaritia, & cætera huiusmodi, de quibus dicit Apostolus, Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Hinc etiam de seipso dicit, Mũdus mihi crucifixus est, & ego mundo. Et alio loco, Sciẽtes, inquit, quia vetus homo noster simul crucifixus est cum illo. Quandiu ergo id agunt opera nostra vt euacuetur corpus peccati, quandiu exterior homo corrumpitur vt interior renouetur de die in diem, tempus est crucis. Hæc sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies est, sed ideo dicitur, Spe gaudentes: vt cogitantes requiem futuram, cum hilaritate in laboribus operemur. Hãc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno, vbi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus, per latitudinem hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias: per altitudinem autem cui caput adiungitur, expectatio retributionis de sublimi iustitia Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua, his quidem per tolerantiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus vitam æternã. Itaque longitudo qua totũ corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat. Vnde longanimes dicuntur qui tolerant. Profundum autem quod terræ infixum est, secretũ sacramenti præfigurat. Ideo Apostolus de ista designatione crucis ait, In charitate radicati &c. vsque profundum. Ea verò quæ nondum videmus & nondum tenemus, sed fide & spe gerimus, in alio biduo figurata sunt. Hæc enim quæ nunc agimus, tanquam clauis pręceptorum in Dei timore confixi, sicut scriptum est, Confige tuo timore carnes meas: in necessariis deputantur, non in eis quæ per seipsa appetenda & concupiscenda sunt. Vnde concludit ibidem infra. Ambulamus ergo in re laboris, sed in spe quietis: in corruptione vetustatis, sed in fide nouitatis.

Gal. 5. *Rom. 8.* *Gal. 6.* *Rom. 6.* *Ephe. 3.* *Psal. 118.* *Cap. 14.*

Sed contra pueros, infra subdit ibidem. Sicut autem consiliatus & placatus Spiritus sanctus requiem præstat mitibus & humilibus corde: ita contrarius & aduersus, immites ac superbos inquietudine exagitat. Quam inquietudinem muscæ illæ breuissimæ † significauerunt, sub quibus Magi Pharaonis defecerunt dicẽtes, Digitus Dei est hic. Est ergo conclusio. Libro quarto super Genes. capite decimo septimo. Hæc erit summa miniméque superba, & verè pia requies nostra: vt sicut ipse Deus requieuit ab omnibus operibus suis, quia non enim opera sua, sed ipse sibi bonum est quo beatus est: ita & nos ab omnibus operibus non tantum nostris, verum etiam ipsius non nisi in illo requieturos nos esse speremus, idque desideremus post bona opera

Cap. 16. *† Alias, gramphiæ. Exod. 8.* *Tom. III.*

operanostra: quæ in nobis agnoscimus illius potius esse quàm nostra: vt etiam sic post bona opera sua ipse requiescebat in nobis, cum post opera bona quæ ab illo iustificati fecerimus, in se nobis requiem præstat. Magnum est enim nobis ab illo extitisse, sed maius erit in illo quieuisse. Sicut ipse non ideo beatus est, quia hęc fecit, sed quia etiam factis non egés, in se potius quàm in ipsis requieuit: vnde non operis, sed quieris diem sanctificauit, quia non hoc faciendo, sed eis quæ fecit non egendo, se beatum intimauit. Quid ergo tam humile ac facile affatu, & tam sublime atque arduũ cogitatu, quàm Deus requiescens ab omnibus operibus suis quæ fecit? Et vbi requiescens, nisi in seipso, quia non eget nisi seipso? Et quando requiescit, nisi semper?

RES. Libro primo de doctrina Christiana. Quod nulla res est, omnino nihil est. Eodem libro, capite primo. Omnis res quæ dando non deficit, dum habetur & non datur, nondum habetur quomodo habenda est. De ipsis rebus distinguitur ibid. capi. iij. quod require supra, ca. Frui. Sed omnis res est à Deo. Lib. de libero arbitrio, versus fi. Inconcussa pietate tene, vt nullum tibi bonum vel scienti, vel intelligenti, vel quoquomodo cogitanti, occurrit quod non sit ex Deo: ita nulla natura occurret quæ non sit ex Deo. Omnem quippe rem vbi mensuram & numerum & ordinem videris, Deo artifici tribuere ne cuncteris. Vnde autem ista penitus distraxeris, nihil omnino remanebit.

Eodem libro, capite septimo. Nulla res seipsam formare potest, quia natura res sibi potest dare quod non habet: vtique vt habeat formam, formatur ab alio.

RESPVBLICA. In epi. ad Marcellinũ. Quid est respublica nisi res populi? Res ergo communis, res vtique ciuitatis. Libro secundo de ciuitate Dei, capite vigesimo primo. Scipio dicit rempublicam rem esse populi: populum autem, non omnem cœtũ multitudinis, sed cœtum iuris consensu, & vtilitatis communione sociatum. Vnde infra subdit ibidem allegando eundem. Dicit rempublicam, rem populi, cum bene ac iustè geritur, siue ab vno rege, siue à paucis optimatibus, siue ab vniuerso populo. Cum verò iniustus est rex, quem tyrannum more Græco appellauit: aut iniusti optimates, quorum consensum dicit esse factionem: aut iniustus ipse populus, cui nomen vsitatum non reperit, nisi etiam vt ipsum tyrannum vocaret, non iam vitiosam, sed omnino nullam esse rempublicam: quoniam non esset res populi, cum tyrannus eã factione capesseret, nec ipse populus iam populus esset, si iniustus esset, quoniam non esset multitudo iuris consensu & vtilitatis communione sociata, sicut populus fuerat diffinitus. Nam vt dicit libro primo eiusdem, capite trigesimo tertio. Scipio non censebat fœlicem esse rempublicam, stantibus mœnibus, ruẽ-

A tibus moribus. Vnde propriè in Christiana religione est eadem, libro secundo prædicto de ciuitate Dei, capite vigesimo primo. Vera iustitia non est, nisi in ea republica cuius conditor rectórque est Christus: si & eam rempublicam placet dicere, quoniam rem eam populi esse negare non possumus. Si autem hoc nomen quod alibi aliter vulgatum est, ab vsu nostræ loquutionis est fortè remotius, in ea certe ciuitate est vera iustitia, de qua scriptura sancta dicit, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ideo in supradicta epistola ad Marcellinum, probat Christi doctrinam reipublicæ minimè aduersari, sic inferens, Misericorditer, si fieri posset, etiam bella gererẽtur à bonis, vt licentiosis cupiditatibus domitis, vitia

Tom. II. Epist. 5.

B perderentur. Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consiliũ salutis petentibus in Euangelio diceretur, vt abiicerent arma, séque militiæ omnino subtraherẽt. Dictum est autem eis, Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. Quibus proprium stipendium sufficere debere præcipit, militare vtique non prohibuit. Proinde qui doctrinam Christi aduersam dicũt esse reipublicæ, dent exercitum talem quales doctrina Christi esse milites iussit, dent tales prouinciales, tales maritos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales seruos, tales reges, tales iudices, tales denique debitorum redditores, & exactores ipsius fisci, quales esse pręcepit doctrina Christiana, & audeant eam dice-

Christianis bella gerere S licet.

C re aduersam reipublicæ: imo verò dubitent confiteri magnam, si ei obtemperetur, salutem esse reipublicæ. Vnde ibidem inuehit contra infideles dicentes post doctrinam Christi perisse rempublicam Romanorum. Ex quo tempore perire cœpit Romana respublica, satis liquet, literæ loquuntur ipsorum, longe antequam Christi nomen eluxisset in terris dictum est. O vrbem venalem, & maturè perituram, si emptorem inuenerit. In libro etiam belli Catilinæ, ante aduentum vtique Christi, idem nobilissimus historiographus eorum, non tacet quando primum insueuerit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasáque cælata mirari, & ea publicè & priuatim rapere, delubra spoliare, sacra prophanáque omnia pollue

Infrà.

2. de ciuit. Dei, cap. 18.

Salustius.

D re. Quando ergo nec hominibus, nec ipsis etiam quos Deos putabant, morum corruptorum & perditorum auaritia rapacitásque parcebat, tunc cœpit perire laudabile illud decus salúsque reipublicæ. Quos deinde vitia pessima successus habuerint, & quanto humanarum rerum malo illa iniquitas prosperata sit, nunc longum est dicere. Audiant Satyricum suum arguendo† vera dicentem,

Iniquitas reipub. interitus.

† Aliàs, garriendo.

Iuuenalis.

Seruabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitiis contingi parua sinebat
Tecta labor, somníque breues & vellere Thusco
Vexatæ duræque manus, ac proximus vrbi
Hannibal, & stantes Collina in turre mariti.

Nunc

Nunc patimur longæ pacis mala, sæuior armis
Luxuria incubuit, victúmque vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinúsque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.

Quid igitur expectas, vt ego exaggerem, quanta mala importauerit successu prospero iniquitas subleuata, quandoquidem & ipsi qui aliquando prudentius attenderunt, plus dolendam viderunt paupertatem, quàm opulentiam perisse Romanorum? In illa enim morum integritas seruabatur, per hanc autem non muros vrbis, sed mentes ipsius ciuitatis dira nequitia omni hoste peior irrupit. Gratias Domino Deo nostro, qui contra ista mala misit nobis adiutorium singulare. Quò enim nō tolleret, quem non inuolueret, in quod profundum non demergeret fluuius iste horrendæ nequitiæ generis humani, nisi crux Christi in tanta velut mole authoritatis eminentius firmiúsque figeretur, cuius apprehenso robore stabiles essemus, ne malè suadentium, vel in mala impellentium, tam vasto mūdi huius abrepti gurgite sorberemur? In ista enim colluuione morum pessimorum, & veteris perditæ disciplinæ, maximè venire ac subuenire debuit cœlestis authoritas, quæ voluntariam paupertatem, continentiā, beneuolētiam, iustitiam atque concordiam, verámque pietatem persuaderet, cæterásque vitæ luminosas validásque virtutes: non tantū propter istam vitam honestissimè gerendam, nec tātum propter ciuitatis terrenæ concordissimam societatem, verum etiam propter adipiscendam salutem sempiternam, & sempiterni cuiusdā populi cœlestem diuinámque rempublicā cui nos ciues adsciscit fides, spes, charitas: vt quandiu inde peregrinamur, feramus eos si corrigere nō valemus, qui vitiis impunitis volunt stare rempublicam, quam primi Romani constituerunt, auxerúntque virtutibus, etsi non habentes veram pietatem erga Deum verum, quæ illos etiam in æternam ciuitatem posset salubri religione perducere, custodientes tamen quandam sui generis probitatem, quæ posset terrenæ ciuitati constituendæ, augendę, conseruādæque sufficere. Deus enim sic ostendit in opulentissimo & præclaro imperio Romanorum, quantum valerent ciuiles etiam sine religione virtutes, vt intelligeretur hac addita fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex veritas, cuius lex charitas, cuius modus est æternitas.

Tom. IIII. RESPONDERE. De responsionis modo dicit. Lib. ij. de sermone Domini in monte. Qui nouit quid respondeat, debet respondere, vel propter alios, quibus desperatio suboritur, si propositam quæstionem solui non posse crediderint: & hoc de rebus vtilibus, & ad instructionem salutis pertinentibus. Multa sunt enim quæ inquiri ab otiosis possunt, superuacua, & inania, & plerunque noxia, de quibus tamen nonnihil dicendū est: sed hoc ipsum aperiēdū & explicandū, cur inquiri talia non oporteat. De rebus verò vtilibus aliquando ad id respondēdū est, quod interrogamur: sicut Dominus fecit,

A cum eū Saducæi de muliere interrogassent, quæ septem viros habuerat, cuius eorum in resurrectione futura esset. Respōdit enim quod in resurrectione non nubent &c. Aliquādo autē ille qui interrogat, interrogandus est aliud: quod tamē si dixerit, ipse sibi ad id quod interrogauit, respondeat. Si autem dicere noluerit, non videatur iis qui adsunt iniustū, si & ipse quod interrogauit, non audiat. Sic Christus Pharisæorum responsione conclusit, *Matt.* Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c. Et cum eum interrogarent in qua potestate illa faceret: *Matt.* interrogauit eos de baptismate Ioannis. Lib. iij. contra Petilianū, post princ. *Cap. Tom. VII.* Si ego tibi mallem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud quàm duo maledici essemus vt ij qui nos legerent, alij nos detestandos abiicerent sana grauitate, alij suauiter haurirent male-

B uola voluptate? Ego quando cuiquam vel dicendo, vel scribendo respondeo, etiam contumeliosis criminationibus lacessitus, quantū mihi Dominus donat, frænatis atque contritis vanæ indignationis aculeis, auditori lectoríue consulens, non ago vt efficiar homine cōuitiando superior, sed errorem conuincendo salubrior. Vnde li. iij. contra Cresconium grammaticū in fine dicit. *Cap. 8. Tom. VII.* Si de hac causa nobis respondere potueris, aggredere cætera: si autem non potueris, melius est vt quiescas, quam calces aduersus stimulum iacias.

Lib. j. de libero arbitrio. Roganti tibi respondere non debeo, nisi volenti scire quod rogas. *Cap. 1. Tom. I.* Deinde nisi velis ad sapientiam peruenire, sermo tecum de huiusmodi rebus non est habendus. Postremò amicus meus esse nō poteris, nisi velis vt bene sit mihi. In prologo libri de perfectione *Tom. VII.*

C iustitiæ hominis. Vellē si possem, ita obtemperare vestræ fraternæ beneuolentiæ, vt etiam ego tam breuiter responderem. Sed nisi & illa cōmemorem quibus respondeo, quis poterit quemadmodum responderim iudicare? Conabor tamen quantum valuero, vt non vltra quàm necesse est meus sermo procurrat. In epist. ad Donatū Tribunum, de Trinitate. Laudo quod etsi tibi nō fuit tanta respondendi facultas, permansit tamen in corde tuo veritatis firma credulitas: Nō enim omnes qui Christi participes sunt, etiam respōdēdo possunt defensare quod credunt. Sed etiā ista est pars profecto victoriæ, vt quandiu quisque sermone nō potest defendere veritatem, fideli tamen corde deuitet errorem. Respondendum

D diabolo. In historia quā cōpilauit de sancto Vincētio. Quid submurmuras in magna virtute Christicola, vt contrita rabies quæ contra sanctū Dei ministeriū latrat, Diuinæ protinus vocis authoritate percussa frangatur? Sed vt dicit ibidem infra. Insanior fit diabolus irritatus, & vox serpētis inflatior. O virosa diaboli lingua. Quid in me non facias, qui Deum & Dominum nostrum tentatione prosternere voluisti?

RESTITVERE. De restituendis alienis, & etiam cū pœna exigendis, loquitur sic in epist. ij. ad Macedoniū, & ponitur in Decretis. xiiij. q. vj. Si res aliena, ꝓpter quā *Tom. II. Epist. 54. Decret. 14. q. 6. c. si res.* pecca

peccatum est, cum reddi posit non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum: sed vt dixi, cum restitui potest. Plerunque enim qui aufert, amittit, siue alios patiendo malos, siue ipse male viuendo, nec aliud habet vnde restituat. Huic certè non possumus dicere, Redde quod abstulisti, nisi cum eum habere credimus & negare. Vbi quidem si aliquos sustinet repentè cruciatus, dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas: quia etsi non est vnde luat ablatam pecuniam, meritò tamen dum per molestias corporales adhibere compellitur, peccati quo malè ablata est, pœnas luit. Sed inhumanum non est etiam pro talibus intercedere, tanquam pro reis criminum: non ad hoc vt minimè restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem sæuiat, ille præsertim qui iam remisit culpam, sed quærit pecuniã, etsi faudari meruit, non expetit vindicari. Denique in talibus causis, si persuadere potuerimus, eos pro quibus interuenimus non habere quod poscitur, continuè nobis eorum molestiæ relaxantur. Aliquando autẽ misericordes & in ipso dubio nolunt homini pro incerta pecunia certa inferre supplicia: Ad hanc misericordiam etiam nos prouocare & exhortari decet. Melius enim etiamsi habet, amittis, quã si non habet, aut excrucias, aut occidis. Sed pro istis magis apud eos qui repetunt, quàm apud eos qui iudicant intercedere conuenit: ne ipse videatur auferre, qui cum habet potestatem, non cogit reddere quamuis in cogendo ita debeat adhibere integritatem, ne amittat humanitatem. Illud verò fidentißimè dixerim, eum qui pro homine ad hoc interuenit, ne malè ablata restituat, & qui ad se confugientem quantum honestè potest ad restituendum non compellit, socium esse fraudis & criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus, quàm impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat, ac non potius subuertit atque opprimit. Sed nũquid ideo nos aut exigere aut exigendum tradere vel possũmus vel debemus? Agimus quantum Episcopalis facultas datur, & humanum quidem nonnunquã, sed maximè ac semper Diuinum iudicium comminantes. Nolentes autem reddere, quos nouimus & malè abstulisse, & vnde reddant habere, arguimus, increpamus, & detestamur: quosdam clam, quosdam palam, sicut diuersitas personarum, diuersam videtur posse recipere medicinam, nec in aliorum perniciem ad maiorem insaniam concitari. Aliquando etiam si res magis curanda non impedit, sancti altaris communione priuamus. Verum sæpe accidit vt nos fallant, vel negando se abstulisse, vel affirmando se vnde restituant non habere: sæpe etiam & vos fallamini putando, vel nos non agere vt reddant, vel ipsos habere vnde reddant: omnes autem penè homines amamus nostras suspiciones, vel vocare vel existimare cognitiones, quando credibilibus rerum signis mouemur, cum credibilia nõnulla sint falsa, sicut incredibilia nonnulla sunt

A vera. Et subdit. Fieri potest vt tũ scias quod nescio, & propterea putem pro aliquo interueniendum, quod sic me fallere potuit cum te non potuerit, vt ego eum nõ credam posidere, quod tu posidere nosti. Ita fit vt cum de reo sententia non vna sit nostra, neutri tamen nostrum placeat quod res non redditur aliena. De homine vt homines diuersa sentimus, sed in ipsa iustitia simul sumus. Eo modo etiam fieri potest, vt quod scio aliquem nõ habere, hoc tu certißimè eum habere nõ teneas, sed credibiliter suspiceris, & ob hoc tibi videar interuenire pro eo, qui & sceleris pœnam sibi cupit relaxari, & id propter quod scelus admissum est, posidere. Concludit ibidem. Ad summam igitur, neque apud tales (si qui reperiũtur qualem te gaudemus) neque apud ipsos qui magno studio aliena ac nihil profutura, multóq; periculosa ac perniciosa petunt, neque apud cor meũ, cui testis est Deus, ausim dicere, sentire, decernere, interueniendum esse pro aliquo, vt quod scelere abstulit, sceleris impunitate posideat: sed vt remissa iniuria, quod iniuriosè abstulit reddat, vel aliud vnde illud restituat. Non sanè quicquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur. Nam plerique nec medico volunt reddere honorem suũ, nec operario mercedẽ, nec tamen hæc qui ab inuitis accipiunt, per iniuriam accipiunt, quæ potius per iniuriam non darentur. Restituere tenetur iudex quod accepit pro sententia, vt ibidẽ infra subdit: quod require supra, cap. Iudex. De aliis verò personis dicit ibidem. Sunt aliæ personę inferioris loci, quæ ab vtraque parte nõ insolẽter accipiunt, sicut officialis à quo admouetur, & cui admouetur officium: ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent, magísque reprehendimus, qui talia inusitatè repetierunt, quàm qui ea de more sumpserunt, quoniam multæ necessariæ personæ rebus humanis, vel inuitantur huiusmodi commodis, vel tenentur. Isti si viam vitæ mutauerint aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, facilius ea quę hoc modo acquisierunt, tanquam sua pauperibus largiuntur, quàm eis à quibus accepta sunt, tanquam aliena restituant. Qui verò contra ius societatis humanæ, furtis, rapinis calumniis, oppreßionibus inuasionibus, abstulerit, reddenda potius quàm donanda censemus Zachæi publicani in Euangelio exemplo. Et addit quod aduocatus restituere debet quod accepit fauens iniustæ causæ. Require supra, cap. Aduocatus. Sed non sic est de milite qui cepit & tenuit reum. Ibidem. Si iustitia syncerius consulatur, iustius dicitur aduocato: Redde quod accepisti, quando contra veritatem stetisti, iniquitati affuisti, iudicem fefellisti, iustam causam oppreßisti, de falsitate vixisti†: quod video multos honestißimos & disertißimos viros, non solùm impunè, verum etiam gloriosè videri sibi committere: quam cuiquam in quolibet officio militanti, Redde quod accepisti, quãdo iubente iudice cuicunque causæ necessarium hominem tenuisti, ne resisteret vinxisti, ne fuge-

Infrà. (B) Infrà. 14. q. 5. non sanè. (C) Infrà. (D) Infrà. † Alias, vicisti.

ret inclusisti, postremo autem permanente lite exhibuisti, aut finita dimisisti. Sed illud cur aduocato non dicatur, in promptu est: quia scilicet, ita non vult homo repetere, quod patrono vt malè vinceret, dedit, sicut non vult reddere quod ab aduersario, cum malè vicisset, accepit. Quis tandem aduocatus, aut ex aduocato ita vir optimus facilè reperitur, qui suscepto suo dicat: Recipe quod mihi cum tibi malè adessem dedisti, & redde aduersario tuo, quod me agente inique abstulisti? Et tamen quem prioris non rectæ vitæ, rectissimæ pœnitet, etiam hoc facere debet: vt si ille qui iniquè litigauit, non vult admonitus corrigere iniquitatem suam, eius tamen iniquitatis nolit iste habere mercedem: nisi fortè restituendum est alienum, quod per furtum clanculo aufertur, & restituendum non est alienum, quod in ipso foro vbi peccata puniuntur, decepto iudice, & circunuentis legibus obtinetur?

Infrà. 14.q.4.c. quid dicam. Addit autem de vsuris dicens. Quid dicam de vsuris, quas etiam ipsæ leges iudices reddi iubent? An crudelior est qui subtrahit aliquid vel eripit diuiti, quam qui trucidat pauperem fœnore? Hæc atque huiusmodi malè vtique possidentur, & vellem vt restituerentur, sed non est quo iudice repetantur. Sed de restituenda re quæ alio modo est aliena, dicit libro 50. Homil. homil. ix. & libro de verbis Apostoli, sermone xix. *Tom. X. 24.q.5. Si quid.* Estote fideles inuentores, & tunc iniquos vituperate raptores. Nam si quod inuenisti non reddidisti, rapuisti. Quantum potuisti fecisti, quia plus non inuenisti, ideo plus non rapuisti. Qui alienum negat, si posset & tolleret. Quod non tollis, timor cohibet, non bonum facis, sed malum metuis. Quid magnum est timere malum? Magnum est non facere malum, magnum est amare bonum. Nam & latro timet malum, & latrocinium malum est, & vbi non potest non facit, & tamen latro est. Deus enim cor interrogat non manum. Lupus venit ad ouile ouium, quærit inuadere, quærit iugulare, quærit deuorare, vigilant pastores, latrant canes: nihil potest, nihil aufert, non occidit, tamen lupus venit, lupus redit. Nunquid quia ouem non tulit, ideo lupus venit, & ouis redit? Lupus venit fremens, lupus redit tremens. Interroga ergo te quisquis vis rectè de altero iudicare, si tunc non facis malè quando potes facere, & ab homine non puniris: tunc time Deum: Nemo est ibi nisi tu, & ille cui facis malum, & Deus qui ambos videt. Vide, ibi time. Parum est quod dico tibi, vide, ibi time malum, ibi ama bonum. Nam etiamsi timore gehennæ non facis malum, nondum es perfectus: si autem amore iustitiæ non facis malum, bonum est. Aliud est timere pœnam, aliud est amare iustitiam. Amor iustitiæ castus in te esse debet, quo amore desideres videre, non cœlum & terram, non campos liquidos maris, non spectacula nugatoria, non fulgores nitorésque gemmarum: sed videre Deum tuum, & amare Deum tuum. Ecce propter quam visionem noli facere ma-

A lum. Si enim amas videre Deum tuum, si in hac peregrinatione illo amore suspiras, ecce probat te Deus tuus, quasi dicat tibi, Fac quod vis, imple cupiditates tuas, extende nequitiam, dilata luxuriam, quicquid libuerit licitum puta, non hinc punio, non te in gehennam mitto, faciem meam tãtum tibi negabo: Si expauisti, amasti. Si ad hoc dictum contremuit cor tuum in non videndo Deũ tuum, pœnam magnam putasti, gratis amasti.

Et in prædicta homilia loquens restituenda aliena inuenta, narrat exemplum. Quicunq; rem cuiuscunque inuenerit, tanquam alienam citò restituat: quia sine dubio & ipse si perdidisset hoc sibi ab alio fieri voluisset: secundum illud quod scriptum est, Quæcunque vultis vt faciant vobis homines &c. *Ead. lib. 50. Hom. et ead. lib. de verb. Apost. se. eod. Tom. eod.* Si quis, verbi gratia, inueniat in via

B alienum sacculũ solidorũ, debet reddere, sed nescit cui. Non se excusat ignorantia, si nõ dominetur auaritia. Dicam vestræ charitati, quoniam Dei dona sunt, & sunt in populo Dei qui non frustra audiunt verbum Dei. Dicam quid fecerit homo pauperrimus, eo tempore quo sanctus Ambrosius Mediolani erat Episcopus, vbi tunc præsens erat etiam Augustinus nondum Episcopus. Tam pauper erat de quo loquimur vt proscholasticus esset grammatici, sed planè verus & perfectus Christianus. Sed melior fuit ille qui ad velum stabat, quàm ille qui in cathedra sedebat. Pauper iste inuenit sacculum ducẽtorum solidorum, memor tamen Diuinæ legis, proposuit pyctatiũ publicè, Qui solidos perdiderit, veniat ad illum locum vt quærat illum hominem. Ille qui

C plangens circunquaque vagabatur, inuento & lecto pyctatio, venit ad hominẽ. Et ne fortè alienum quæreret, sed suum, quæsiuit signa, interrogauit sacculi qualitatẽ, & solidorũ numerũ. Cũ omnia ille fideliter respõdisset, reddidit quod inuenerat. Ille repletus gaudio, & quærẽs vicẽ rependere tanquã decimam obtulit illi solidos viginti. Noluit acccipere. Obtulit decẽ. Noluit accipere. Saltẽ rogauit vt vel quinq; acciperet. Noluit. Ille stomachans proiecit sacculum, Nihil perdidi ait, Non vis à me accipere aliquid? nec ego aliquid perdidi, ait alter. Quale certamen fratres mei, qualis pugna, qualis conflictus? Theatrum mundus, spectator Deus. Victus ille, quod offerebatur accepit, sed continuò totum pauperibus erogauit, nec vnũ solidum in domum suam misit.

D Considerate tam gloriosum exemplum, tam mirabile factum. Facite hoc. Nolite putare vos damnum pati, si quod à vobis inuentum fuerit, reddideritis. Credite quod magnũ lucrũ est, si feceritis quod suggero. Fortè aliquis veniens in domum tuam perdidit solidos. Terra communis est, in vna domo estis in hoc mundo, ambo viatores estis huius vitæ. Vnum stabulum intrastis. Posuit ille, & oblitus est, vel cecidit ab illo, inuenisti. In lege audisti inuentionem esse reddendam; Audisti verbum Dei, & laudasti. Si non reddis quod non inuenisti, quando legem laudasti, testimonium contra te dixisti.

Resur

RESVRRECTIO Christi. Hæc resurrectio fuit nobis necessaria. Super Psal. viij.ser.ij. Duo quædam in nobis, in genere humano, nota erant: vnum autem incognitum. Nasci quippe homines & mori sciebamus: resurgere & in æternum viuere nesciebamus. Vt ergo ostenderet nobis Christus quod non noueramus, suscepit duo quæ noueramus. Vnde libro de symbolo, tractatu j. in fine. Credimus resurrectionē carnis, quæ præcessit in Christo: vt hoc etiā speret corpus, quod pręcessit in capite. Caput Ecclesiæ Christus, Ecclesia Christi corpus. Caput nostrum surrexit & ascendit in cœlum: vbi caput, illic & membra. Quomodo carnis resurrectionē? Ne fortè putet aliquis quomodo Lazari, additum est, in vitam æternā. Regeneret nos Deus, conseruet ac tueatur nos Deus in se, qui est vita æterna, perducat nos ad se: Amen. Super Psal. xc. ser. ij. Genus humanum mori hominem nouerat, resurgere non nouerat. Ideo quid timeret habebat: quid speraret non habebat. Vt ergo ille qui propter disciplinam fecit timorem mortis, propter præmium futuræ vitæ daret spem resurrectionis: prior resurrexit ante multos. Aliter dicit super Psal. cxlvij. Ad huc nobis dicturus es, Surgat aliquis à mortuis. Ego non credo, nisi aliquis inde venerit & dixerit, O domine gratias misericordiæ tuæ. Voluisti mori, vt aliqs ab inferis surgeret: & ipse aliquis nō quicūq; sed veritas surrexit ab inferis: qui verū de inferis diceret, etsi ad inferos nō veniret. Et tamē propter voces imperitorum & malorū, ecce ipse mortuus est, ecce surrexit ab inferis. Lib. ij. contra Felicem Manichæum. Christus suscipere dignatus est carnē mortalem de virgine Maria: in qua nobis & passionis & resurrectionis præbet exemplum: Passionis, ad firmandam patiētiam: Resurrectionis, ad excitandam spem: vt duas vitas nobis ostenderet in carne quam suscepit de vita nostra mortali: vnā laboriosam, alteram beatā: laboriosam, quam tolerare debemus: beatam, quam sperare debemus. Toleramus autem laboriosam merito peccati nostri. Ille autem ostendit eam in carne, non merito iniquitatis suæ, sed officio misericordiæ suæ. Laus nostræ fidei est Christum credere resurrexisse. Super Psal. cj. ser. ij. Nō est laus fidei Christianorum, quia credunt mortuū Christum: sed quia credunt resurrexisse Christū: Nam mortuū & paganus credit: & hoc tibi pro crimine obiicit, quia in mortuū credidisti. Quæ igitur laus tua? Credere resurrexisse Christū, & sperare te resurrecturū esse per Christū. Hęc est laus fidei. Quare autē credimus & mortuū? Quia credere eū resurrexisse nō possumus, nisi prius mortuū fuisse credamus. In ser. de symbolo. Dubitas ò homo quia tertia die resurrexit à mortuis, vt, non de multis proferamus exēplū Deū attende, omnipotentē cogita, & noli dubitare. Si enim potuit te cū nō esses de nihilo facere, cur non potuit hominē quem assumpsit, quē iam fecerat, à mortuis excitare? Ex sua resurrectione debemus credere nostram. In sermon. iij. de resurrectione Domini. Sicut post hyemalis frigoris frigidam quodammodo sepulturam pullulare elementa omnia festinant: ita resurgēte Domino & ipsa resurgere videtur. Nā vtiq; ex resurrectione Christi aer salubrior, sol calidior, terra fit fœcundior. Extunc surculus virescit in fruticem, herba crescit in segetem, vinea lætatur in palmite. Sicut igitur cum florescit Christi caro, omnia floribus vestiuntur, sic necesse est vt homo aliquando credat se esse resurrecturum. Fuit autem ipsa resurrectio miraculosa. Ideo dicit super Ioannē. Illud quod die tertio in carne, in qua occisus fuerat, dę sepulchro se reddidit viuū, & nūquam deinde moriturus, & cum illa ascendit in cœlum: superat etiā cūcta quæ fecit. In ser. j. de resurrectione Domini. Post custodias sæuas & vincula dura, post illusiones & verbera, post aceti & fellis pocula mixta, post supplicia carnis & vulnera, postremo post ipsam mortē & inferos, surrexit de suo funere caro noua & redimita phœnix: quā æstus solis passionis, & cinamomū coxerāt pietatis. Rediit ab occiduo latens vita, & in victore salus seruata resurgit. Et in serm. ix. eiusdē rei. Habet scriptura Euāgelica à Domino Christo multa facta esse miracula atq; signa: nullum tamē maius fecit quā hoc, quādo pro totius mundi salute cum suo corpore resurrexit, & à terra illud leuauit in cœlos: In hac resurrectione Christi, & miraculū, & exemplū. Miraculum est, vt credamus: exēplum, vt speremus. Quod enim ipse fecit in initio, nobis promisit in fine.

Possibile tamē sibi fuit. Ideo dicit lib. de agone Christiano. Nec nos moueat quod clausis ostiis subito eū apparuisse discipulis scribitur, vt propterea negemus illud fuisse corpus humanū, quia contra naturā huius corporis videmus illud intrare per ostia clausa. Omnia enim possibilia sunt apud Deū. Nam & ambulare super aquā cōtra naturā huius corporis esse manifestū est: & tamen nō solū ipse Dominus ante passionē ambulauit, sed etiam ambulare fecit & Petrū. Ita ergo & post resurrectionē de corpore suo fecit quod voluit. Si enim potuit ante passionem illud splēdori solis æquare, cur nō potuit post resurrectionem ad quantā vellet subtilitatem in tēporis momento redigere, vt per clausa ostia posset intrare? Et quia fuit victoriosa. Ideo dicit in ser. vj. eiusdem rei. In hac nocte captiuitas soluitur: vita in Adam amissa restauratur. In hac nocte protoplastus antiquus peregrinus redit ad Paradisum, cuius portam Christo iubente Cherubin nō cūctatur aperire. Ab hac enim nocte Diuinæ resurrectionis paradisus patet. Nulli clauditur, nisi à seipso: nulli aperitur, nisi à Christo. Vnde dicit super Psal. xxxiiij. sermone. ij. Quid magnum erat Christo de cruce descendere, qui potuit postea de sepulchro resurgere? Sed cessisse videretur insultantibus. Et hoc oportebat, vt resurgens suis se ostenderet, & non illis, in magno sacramento: quia resurrectio ipsius vitam nouam significabat, vita autem noua amicis nota est, nō inimicis. Super Psal. lxv. Potentius est resurre-

xisse mortuum, quam non fuisse mortuum. Magnitudo potentiæ Domini secundum quod homo factus est, in virtute resurrectionis apparet.

Vnde contra Iudæos, qui custodibus sepulchri persuaserunt vt dicerẽt discipulos furtiue abstulisse, dicit in ser. v. de passione Domini in parasceue. Mali erant custodes qui veritatẽ absc̃oderũt, & mendacium vendiderunt. Non tamẽ mirum: quia cæcis vendiderũt, vanis vanitatẽ. Si dormiebãt, vnde scire potuerũt quis illum tulerit de sepulchro? Si vigilabant, cur auferri permiserũt? O mali, ò pessimi. Aut vigilabatis, & custodire debuistis: aut dormiebatis, & quid si nescitis? Fuit hæc resurrectio gaudiosa. Ideo dicit in serm. iiij. eiusdẽ rei. Si attendas gehennam, magnã habet de prædicta præda tristitiã. Si attẽdas Ecclesiã, vide turbã seruorũ, legiones Angelorũ, exercitũ baptizatorũ, circũdantes altare Domini pretiosum. Turbę lętãtur, quia surrexit Dominus Angelorũ, de gehenna producti sunt mortui, facti sunt viui. Ab antiquis sordibus mũdati homines, noui facti sunt. In eodẽ infra. Dies est lucis dies est panis, vt fame careamus & tenebris. Pane ergo suauiter satiemur. Et non inuoluamur obscuritate gẽtium & Barbarorum, quia nobiscũ hodie gaudet exercitus Angelorum. Nemo esuriat, quia hodie resurrexit viuus panis qui de cœlo descendit. Hodie catenæ ruptæ sunt infernorũ, rũpantur & vincula omniũ delictorũ. Et infra subdit. Natus est Dominus, & renatus est mũdus: passus est, & homo saluatus est, resurrexit, & genuit: Deo pro nobis astitit patronus, & æternus thronus est lætatus. Et in eodẽ infra Dies iste tenebras nescit, q̃a ipse primas tenebras effugauit: nescit caliginẽ, quia fugauit omnẽ obscuritatẽ: nescit noxiã deprecãtẽ calũniã, quia in cruce soluit omnia debita nostra. Soluit pro nobis debitũ innocens redẽptor, fugit calũniator, & linguã perdidit fœnerator. Dies est indulgentiæ, dies remissionis, & dies liberationis. Apud viuos est gaudiũ, ad defunctos peruenit refrigeriũ Dies iste lætus & latus, liber & lucidus, tanquã mille anni in conspectu Domini: quia verè hæc est dies quã fecit Dominus. Et in ser. xiiij. eiusdẽ rei. Hodie tota creatura lętatur. Gaudet cœlũ, quia videt iãdiu peccatis sordidã terrã Domini cruore purgatã. Gaudet multitudo cœlestis exercitus, quia cõflictu regis sui omnis inimici principis debellata est militia. Gaudet etiam sol, quia lugubres illas tenebras, quas Domino moriente pertulerat, lætioribus & perpetua gratulatione compensat. In ser. 50. de resurrectione Domini. Resurrexit hodie Christus, exultet vniuersus mundus: vt sicut omnis creatura luctiuaga doluit ploratu in morte creatoris sui, sic gaudeat in resurrectione Domini sui. Et quæ noctis funere obscuro prosequuta est obsequias in cruce morientis, nunc triumphalem ab inferis reditum læte suscipiat resurgentis. Christi hodie resurrectio maledictum soluit antiquum quod per Adam in omnes eius posteros tristi mortis iudicio decurrit, Terra es & in terram ibis. Ecce resurrexit ab

A austro de sepulchro rediuiua caro phœnicis, quam cinamomia contexerant pietatis. Granum frumenti quod solum in terra mortificatum est in passione, multum fructum attulit in resurrectione. Mortuus est enim solus, solus autem non resurrexit. Nam ad inferna descendens, infernorum claustra abstulit, eúmque qui habebat mortis imperium superauit & quos suos reperit, iure victoris eruit: sicque spoliato tartaro, sanctorum multitudo resurrexit. Quorum etiam sepulchra in eius passione sunt patefacta, horum corpora Christo surgente de puluere sunt suscitata. Decebat enim vt ille primus resurgeret, deinde illi. Sicut Apostolus Paulus dixit, Christus resurrexit à mortuis primitię dormientium. Et sicut cum Domino resurrexerunt, ita cum eo

B ascendente & ipsi ascendisse creduntur. In sermone decimo quarto de ascensione Domini. Mortem Christi miremur, resurrectionem verò laudemus, quod ascendit in cœlum non discептemus. Miremur potius, quia descendit in infernum. Perditio nostra, peccatum nostrum: sanguis Christi pretium nostrum: resurrectio Christi, spes nostra. Ille ergo qui sedet ad dexteram patris expectandus est Dominus donec veniat. Bonam causam habemus, futurum iudicium non timeamus. Et in sermone decimo sexto eiusdem rei. Hæc festiuitas Dei sacra inter mystica sacramenta virtutem resurrectionis Dominicæ per Angelos indicat, per Apostolos manifestat, per corda credentiũ bona multiplicat. Sic igitur hæc est dies quam fecit Dominus excelsior cun-

C ctis, dulcior vniuersis, in qua nouam sibi plebem regenerationis spiritu conquisiuit, in qua singulorum mentes gaudio & exultatione perfudit. Sic igitur dies resurrectionis Christi est defunctis peccatoribus venia, sanctis gloria. Sic quidem operatione virtutum eleuat de imis, suscitat de terrenis, collocat in excelsis, consummat iustos, firmat dubios, damnat incredulos. Ad hoc enim hodie Dominus resurrexit, vt imaginem nobis futuræ resurrectionis ostenderet. In sermone trigesimo de resurrectione Domini. Lætemur & exultemus in hac die, quam anniuersaria deuotione veneramur. Sic autem præsentis temporis festa nos admonent. Christus enim pro mundi salute mortem ingressus est: & sicut

D de fortissimo Samsone legimus, plures inimicos moriens interfecit, quã viuus occiderat. Refertur autem in traditis sæcularium literarum, habuisse quendam exercitio vsúque certaminis hoc genus virtutis ac roboris, vt quoties virium suarum amicam & nutricem terram impulsu aduersarij contigisset, de solo surgens magis ac magis in aduersarium præualeret: ac sic deiectio prostrato, occasio fiebat triumphi. Dabat enim quodammodo infirmitas fortitudinem, lapsus palmam, ruina victoriam. Hoc illi cœlesti athletæ, qui contra Iacob legitur fuisse luctatus iustius aptari posset. Existimo autem hoc illius personæ melius conuenire, qui hoc in tempore in arena mundi cum proprio hoste confisus cõflixit

flixit:qui ad hoc cessit, vt gloriosior surgeret: ad hoc cecidit, vt omnes eleuaret: qui aduersarium effusus obruit, prostratus elisit, iacentémque hominem deiectus erexit: mortem dum succumberet percussit: ac mortuum dum surgeret, suscitauit. Et nos resurgere debemus post eum.
Tom.VIII. Super Psal. centesimum vigesimumsextum. Surrexit lux nostra Christus: bonum est tibi vt surgas post Christum, non surgas ante Christum. Qui surgunt ante Christum? Qui se volunt præponere Christo. Et ij sunt qui volunt hîc excelsi esse, vbi ille humilis fuit. Sint ergo hîc humiles, si volunt ibi esse excelsi, vbi Christus excelsus est. Quia eius resurrectio fuit veritas comprobata. Ideo dicit in paruo libello de symbolo. Tertia verò die resurrexit in carne nostra, sed nequaquam vlterius moritura. Hoc discipuli suis oculis manibúsque comprobauerunt, ne eorum fidem deciperet tanta bonitas, nec falleret veritas. Sed propter breuitatem citò subiungitur, quod ascendit in cœlum. Nam quadraginta diebus fuit cum discipulis suis: ne tam magnum resurrectionis miraculum, si eorum oculis citò subtraheretur, ludificatio putaretur.

In sermone trigesimo quinto, de resurrectione Domini. Benigna dispensatio Domini nostri Iesu Christi egit, vt primus illum sexus fœmineus resurrexisse nuntiaret. Quia per sexum fœmineum cecidit homo, per sexum fœmineum reparatus est homo. Quia ergo virgo Christũ pepererat, & fœmina resurrexisse nuntiabat. Per fœminam mors, per fœminam vita.

In sermone primo de ascensione Domini. Super illud, palpate & videte quoniam spiritus, &c. O caro vera, quæ contrectatur, cui manus imprimitur, vbi apparent vulnerum cicatrices. Offert se examinandam probandam, diligentius considerandam. Ac ne fortè oculi fallerentur, accedit & curiosa manus, vt corpus contrectaretur solidum, atque omne tolleretur ambiguum. O Diuina dignatio, ò clementia saluatoris. Instítit, vt ex eo tangens homo maneret qui crederet, & vel sic perfidus Manichæus erubesceret, ne postea mundus erraret.
Tom.IX. Super Ioannem, Tractatu sexagesimo quarto. Post resurrectionem per quadraginta dies Iesus intrauit & exiuit cum Apostolis manducans & bibens: non quidem habens esuriendi ac sitiendi egestatem, sed vsque ad ista carnis insinuans veritatem, quæ cibandi ac potandi iam non habebat necessitatem, sed potestatem.
Tom.IX. Super primã canonicã Ioannis, Tractatu secundo. Præbuit se palpandum amicis, qui se præbuit crucifigendum inimicis. Medicus tamen omnium, & illorum impietatis, & istorum incredulitatis. Nam multa millia crediderunt ex interfectoribus Christi. In sermone trigesimo octauo de resurrectione Domini. Ostendit eis manus & latus: & adhuc trepidantibus & mirantibus præ gaudio dixit, Habetis quod manducetur. Iam gaudium erat, & adhuc trepidatio permanebat: res enim incredibilis erat facta, & tamen facta. A Nunquid incredibile quia caro Dei resurrexit de sepulchro? Totum hoc credit mundus. Qui non credit, remanet immundus. Tunc tamen incredibile erat, & persuadebatur non solùm oculis, sed & manibus: vt per sensum corporis fides in cor descenderet, & in corde fides descendens posset per mundum prædicari à non videntibus aut tangentibus, & tamen sine dubitatione credentibus. Habetis inquit, hîc aliquid quod manducetur? Quanta addit ad ædificationem fidei instructor bonus? Non esuriebat, & manducare quærebat: sed manducabat potestate, non necessitate. Libro de gratia noui testamenti. Resurrectionem suam, quam non sicut nostram longius differri oportebat, vt in exemplo carnis eius disceremus quid in nostra sperare deberemus noluit alienis demonstrare, sed suis. Tom.II. Epist.120. Cap.9.
B Alienis dico, non natura, sed vitio quod semper contra naturam est. Mortuus ergo in conspectu hominum, resurrexit in conspectu filiorum hominum: quia mors ad hominem pertinebat, resurrectio ad filium hominis. Vt igitur exemplo suæ carnis exhortaretur fideles suos temporalem pro æterna fœlicitate contemnere, vsque ad mortem pertulit persequentes atque sæuientes, & quasi victo atque oppresso superbè illudentes. Quod autem carnem suam resuscitauit, & discipulorum aspectibus atque contactibus reddidit, eísq; videntibus, ascẽdit in cœlũ, ipsos ædificauit, & quod prædicare deberẽt euidentissima veritate monstrauit. Illos autem à quibus tanta mala vsque ad mortem pertulerat,
C quasi de illo superato & extincto gloriantes, in ea opinione dereliquit, vt quisquis eorum salute æterna saluus fieri vellet, hic de illius mortui resurrectione crederet, quod ij qui viderunt signis contestantibus prædicauerunt, & pro ea prædicatione similia perpeti non dubitauerunt. Sed quare prius apparuit mulieribus, dicit super canonicã Ioannis. Tract.3. Tom.IX. Resurrectio Christi viris per fœminam nuntiata est: vt contraria arte serpẽs vinceretur. Quia enim ille mortem primo homini per fœminam nuntiauit, ideo & viris vita per fœminam nuntiata est. Sed de carne in qua apparuit, dicit in dialogo od Orosiũ. Libro quæst. 65. Quæst.14. Tom.IIII. Clarificata carne surrexit Christus, sed noluit in ea clarificatione apparere discipulis, quia non possent oculis talem claritatem perspicere. Si enim ante-
D quam moreretur pro nobis & resurgeret, quãdo transfiguratus est in monte, discipuli sui eũ videre non potuerunt, sed præ timore in terram ceciderunt: quantominus clarificata ipsa carne eam videre possent? Vnde propter predicta omnia dicit in ser. xxj. eiusdem rei. Dicitur nobis si corruptio corporis non resurgit, quare manducauit Dominus Iesus? Quibus dicimus, Legistis quia mãducauit, Nunquid legistis quia esuriuit? Quod manducauit Iesus, potestatis fuit, non necessitatis. Si desideraret manducare, egeret. Rursus si manducare non posset, minus valeret. Nunquid & Angeli quando suscepti sunt hospitio à patribus nostris, non manducauerũt? Et tamen corru-

ptibiles non fuerunt. Rursus dicunt, Resurgunt vitia? Et respondetur à nobis, Non. Quare ergo, inquiunt, Dominus cum suorum vulnerum cicatricibus resurrexit? Quid ad hoc dicimus, nisi quia & hoc potestatis fuit, non necessitatis? Sic resurgere voluit, vt quibusdã dubitãtibus exhiberet in illa carne cicatrices vulneris, & sanaret vulnus incredulitatis. *Tom. VIII.* Ex ipsa resurrectione Christi augetur laus Dei. Ideo dicit super Psal. lxx. sermone j. super illud. Et adiiciam super omnem laudem tuam. Laudatus Deus est in omnibus bonis factis suis, in omni creatura sua, in omni institutione rerũ omnium, in gubernatione & regimine sæculorum, in ordine temporum, in circunfusione maris, in omni præpollentia nascentis vbique creaturæ, in ipsis filiis hominũ, in danda lege, in liberandis suis à captiuitate Aegyptiorũ, & cæteris mirabilibus suis: nõdum erat laudatus in eo quod suscitauit carnem in vitam æternam. Sit ergo laus ista adiecta per resurrectionẽ Domini nostri Iesu Christi. Vel adiiciam, &c. quia magna laus Dei est. Fecisti hominẽ, dedisti liberũ arbitriũ, in paradiso collocasti, præceptũ imposuisti, mortẽ si præceptum violaret iustissimã denũtiasti. Nihil non fecisti, nemo est qui à te amplius exigat. Peccauit, factum est genus humanũ tanquam massa peccatorum, profluens de peccatoribus. Quid ergo? Si tu massam istam iniquitatis damnes: quisquam tibi dicet, Iniustè fecisti? Esses planè etiam sic iustus, & omnis esset ista laus tua: sed quia liberasti, & ipsum peccatorẽ iustificando impium, adiiciam super omnem laudem tuam. In sermone liiij. de resurrectione. Vtinam qui dixit Mariæ, Quid ploras? Quid quæris? Sic & nobis diceret, Quem quæritis: & quare ploratis? Diceremus, Nos plangimus & te quærimus, sine quo nihil valemus: quia in te viuimus, mouemur & sumus. Te quærimus. Quare viuos repulisti, qui mortuos suscitasti? Vinctos reddidit te resurgente cum tremore gehenna, & viuos produxit quos mortuos texerat terra. Petræ ecce prorumpuntur plantariis mortuorum, & sulci terrarum induratis visceribus segetum vestiunt ornamentum. Te Domine quærimus, à quo quæsiti sumus: quia conuersi sunt dies festi nostri in luctum, & cantica in lamentationem. Alleluia, quæ est delectatio Angelorum cum timore cantatur. Cithara nostra facta est lugubris inter lachrymas te esurientium. Dicimus & nos cum Maria, Sustulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Dic nobis Domine, Quid plorastis? Quia interrogatio tua consolatio nostra est. Quomodo si dicat medicus ægrotanti, Noli flere: nonne dat ei securitatem de facili sanitate? Sed de tempore *Tom. II. Epist. 119. Cap. 1.* ipsius resurrectionis proponitur quæstio & soluitur libro secundo de diuersis inquisitionibus ad Ianuarium. Quæris quæ causa sit, cur anniuersarius dies celebrandæ Dominicæ passionis, non ad eundem redeat anni diem, sicut dies qua traditur natus. Et deinde subiungis, si hoc sit propter sabbatum & lunam, quid sibi velit in hac re obseruatio sabbati & lunæ. Hîc primum oportet, vt noueris diem natalis Domini, non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari quod natus sit, ac per hoc nihil opus erit, nisi reuolutum diem anni quo ipsa res acta est, festa deuotione significari. Sacramentum est autem in alia celebratione, cum rei gestæ commemoratio ita fit, vt aliquid etiam significari intelligatur, quod sanctè accipiendum est. Eo itaque modo agimus pascha, vt non solùm quod factum est in memoriam reuocemus, id est, quod *Pascha.* mortuus est Christus & resurrexit, sed etiam cætera quæ circa ea attestantur ad sacramenti significationem non omittamus. Quia enim sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Transitus quidam de morte ad vitam in illa passione Domini & resurrectione sacratus est. Et subdit de obseruatione lunæ. Quia verò in toto tempore sæculi nunc tertium tempus apparuit, *Cap. 3.* ideo resurrectio Domini triduana est. Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, vbi iam manifestatio est sacramẽti prius occulti in Prophetico ænigmate. Hoc ergo & in lunari numero significatur: quia enim septenarius numerus solet in scripturis ad perfectionem quandam mysticus apparere, tertia hebdomada lunæ pascha celebratur, id est, qui dies occurrerit à quartadecima in vigesimã primam. Est & illic aliud sacramentum, quod si tibi obscurum fuerit, quia *Cap. 4.* in talibus inquisitionibus minus eruditus es, non contristeris. Nec ideo me putes esse meliorem, quia hoc in studiis puerilibus didici. Qui enim gloriatur, in eo glorietur, inquit, scire & intelligere quoniã ego sum Dominus. Et subdit prædictorum declarationem. Manifestum est, & cui *Cap. 4.* vis aduertenti facilè cognitum, quod luna non augeatur ad oculos nostros, nisi à sole recedendo, neque minuatur nisi ad solem ex parte alia propinquando. Attende nunc quod in prouerbiis legimus, Sapiens sicut sol permanet, stultus autem sicut luna mutatur. Et quis est sapiens qui permanet, nisi sol ille iustitiæ de quo dicitur, Or- *Eccl. 27.* tus est mihi sol iustitiæ: & quem sibi non fuisse ortum in die nouissima plangentes impij dicturi sunt, Et iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol iustitiæ non est ortus nobis? Nam istum carnis oculis visibilem solem oriri facit super bonos & *Sap. 5.* malos Deus, qui etiam pluit super iustos & iniu- *Mat. 5.* stos. Ducuntur autẽ sæpe ex rebus visibilibus ad inuisibia congruæ similitudines. Quis ergo & ille stultus qui tanquam luna mutatur, nisi Adam *Luna allegoria.* in quo omnes peccauerũt? Anima quippe recedẽs à sole iustitiæ, ab illa scilicet, interna contemplatione incõmutabilis veritatis, omnes vires suas in terrena cõuertit, & eo magis magisq; obscuratur in interioribus ac superioribus suis. Sed cũ redire cœperit ad illam incommutabilem sapientiam, quantomagis ei appropinquat affectu pietatis, tanto *2. Cor. 4.*

tantomagis exterior homo corripitur, sed interior renouatur de die in diem, omnísque lux illa ingenij quæ ad inferiora vrgebat, ad superiora conuertitur, & à terrenis quodammodo aufertur, vt magis magísque huic sæculo moriatur, & vita eius abscondatur cum Christo in Deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens, & in vita sua proiiciens intima sua, & hoc terræ, id est, eis qui terrena sapiunt melius videtur, cum laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Mutatur autem in melius, cum intentionem & gloriã suam à terrenis quæ in hoc sæculo apparent, paulatim auertit, & ad superiora atque interiora conuertit, & hoc terræ, id est, eis qui terrena sapiunt deterius videtur. Vnde illi impij postremam infructuosámque agentes pœnitētiam, hoc etiam inter multa dicturi sunt, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati, &c. Ac per hoc Spiritus sanctus de visibilibus inuisibilia, & de corporalibus ad spiritualia sacramenta similitudinē ducens, transitũ illum de alia vita in aliã vitã quod pascha nominat, à quartadecima luna voluit obseruari, vt non solùm propter tēpus tertium quod supra commemoraui, quia tunc incipit hebdomada tertia, sed etiã propter ipsam tertiam conuersionem ab exterioribus ad interiora de luna similitudo assumeretur: vsque ad vigesimam verò & primam, propter ipsum numerũ septenarium quo vniuersitatis sæpe significatio figuratur, qui etiam ipsi Ecclesiæ tribuitur propter instar vniuersitatis. Ideo Ioannes Apostolus in Apocal. ad septem Ecclesias scribit. Ecclesia verò adhuc in ista mortalitate carnis constituta, propter ipsam mutabilitatem lunæ nomine in scripturis significatur. Vnde est illud, Parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura luna rectos corde. Prius enim quam fiat illud quod dicit Apostolus, Cum Christus apparuerit vita nostra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria: obscura videtur esse Ecclesia in tempore peregrinationis suæ, inter multas iniquitates gemens, & tunc sunt timendæ insidiæ fallacium seductorum, quas nomine sagittarum intelligi voluit. Vnde alio loco propter nuntios fidelissimos veritatis, quos vbique parit Ecclesia, dicitur. Luna testis in cœlo fidelis. Et cum de regno Domini psalmus caneret. Orietur, inquit, in diebus eius iustitia & abundantia pacis donec interficiatur luna: id est, abundantia pacis in tantum excrescet, donec omnem mutabilitatē mortalitatis absumat. Tũc nouissima inimica destruetur mors, & quicqd nobis resistit ex infirmitate carnis, vnde nobis pfecta pax nondũ est, cõfirmetur omnino cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatē. Vnde & illius ciuitatis muri, quæ Hierico appellatur, quia in Hebræo eloquio luna interpretari dicitur, septimo circuitu arcæ testamenti penitus corruerũt. Quid enim agit nunc annũtiatio regni

A cœlorũ, aliud quam circumactio arcæ significauit, nisi vt omnia munimenta mortalis vitæ, id est, omnis spes huius sæculi quæ resistit spei futuri sæculi, in dono septenario Spiritus sancti per liberum arbitrium destruatur? Ob hoc enim circumeunte arca non impulsu violento illi muri, sed sponte ceciderunt. Conclusio est in sermone vigesimo nono de resurrectione Domini. Passio Christi significat miserias huius vitæ: resurrectio significat benedictionem futuræ vitæ, præsenti ergo laboremus, futurũ speremus. Modo tempus est operis, tunc mercedis. Qui piger est in exhibendo opere, impudēs est in expectanda mercede.

B RESVRRECTIO hominis. Distinguitur de nostra resurrectione. Libro vigesimo de ciuitate Dei, capit. sexto. Sicut sunt duæ regenerationes, vna secundũ fidem quæ *Tom.V.* nunc fit per baptismum: altera secũdum carnem, quæ fiet in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum, atque nouissimũ: ita sunt & duæ resurrectiones, vna prima, quæ nunc *Regeneratio* animarũ est, quæ nõ permittit eas venire in mor- *& resurrectio duplex.* tem secundã: alia secunda, quæ nunc nõ est, sed in fine sæculi futura est: nec animarũ, sed corporum est: quæ per vltimũ iudiciũ alios mittet in secundam mortē, alios in eam vitã quæ nõ habet mortem. Lib. iij. de verbis Domini, serm. xxvij. Est nunc resurrectio animę, & restat resurrectio cor- *Ser. ord. 64.* poris. In anima nõ omnes resurgunt, nisi qui cre- *Tom. X.* dunt & obediunt: in corpore verò, boni & mali omnes resurrecturi sunt. Sed qui prius resurgit in C anima, bono suo resurget in corpore ad vitã: qui nunc nõ resurgit in anima, resurget in corpore ad pœnã. Super Apocal. Homil. xvij. Sicut prima mors in hac vita est per peccatũ, ita prima resurrectio est per remissionem peccatorum. Super psalm. lxx. serm. ij. Anima exsuscitatur à Deo & corpus. Sed Deus quãdo exsuscitat corpus, mundo reddit: quando exsuscitat animam sibi reddit.

Probat resurrectionē corporum futurã causa naturalis appetitus animarũ. Libr. xij. super Gen. Si quē mouet, quid opus sit spiritibus defunctorũ *Cap. 35.* corpora sua in resurrectiõe recipere, si potest eis *Tom. III.* etiam sine corporibus summa illa beatitudo præberi: difficilior quidē quæstio est, quam perfectè possit sermone finiri. Sed tamē minimè dubitandum est, etiã raptã hominis à carnis sensibus men D tem, & post mortē ipsam carne deposita, trãscensis etiã similitudinibus corporaliũ, non sic videre posse incommutabilē substantiã vt sancti Angeli vident: siue alia latentiore causa, siue ideo quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi: quomodo appetitu retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum cœlum, quandiu non subest corpus eius administratione appetitus ille conquiescat.

Resurrectio corporũ erit possibilis causa Diuinæ virtutis. Lib. de catechismo, sermon. j. Non fuistis & estis, & non resurgēt mortui qui fuerũt? Si ergo potēs est Deus facere ꝙ nõ fuit, nõ potest

reparare quod fuit? Non dubitet charitas, etsi non apprehendit infirmitas. Libro tertio de verbis Domini, sermone vigesimo septimo. Qui sunt in monumentis, quorum iacent sepulta cadauera, quorum fauillæ tectæ sunt, quorum ossa dispersa sunt, quorum caro iam non est, eorum tamen Deo caro integra est. Veniet hora quando omnes audient vocem filij Dei. Mali sint, boni sint, audiẽt vocem & exiẽt. Rumpentur omnia vincula inferorum, & omne quod periit imò periisse putatur, restituetur. Si enim Deus fecit hominem qui non erat, non potest reparare quod periit? Puto quia cum dicitur, Deus mortuos suscitaturus est: non res incredibilis dicitur, quia de Deo, non de homine dicitur. Magna res est, & incredibilis, sed non fit incredibilis, quia Deus est qui facit. Ille suscitabit te qui creauit te. Non eras & es, & factus non eris? Absit, ne credas. Mirabilius aliquid fecit Deus quando fecit quod non erat, quàm faciet reparaturus quod fuerat. In epistola ad Consentium. Si Deus potest addere quod non erat in vno semine, multo magis potest reparare quod fuerat in hominis corpore. Libro de sex quæst. ad Deogratias, quæstione prima. Christi corpus non dissolutum tabe atque putredine, die tertio resurrexit, nostra verò post longum tempus, ex ea in quam soluta discesserant confusione reparabuntur. Humanæ facultati vtrunque impossibile est, Diuinæ autem potestati facillimum est. Vt enim radius oculi nostri, non citius peruenit ad propinquiora, & tardius ad longinquiora, sed vtraque interualla parili celeritate contingit: ita cum in nictu oculi, sicut dicit Apostolus, fiet resurrectio mortuorum, omnipotentiæ Dei & ineffabilis nutui tam facile est quæcunque recentia, quam diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare. Incredibilia sunt hæc quibusdam, quia inexperta, cum omnis natura rerum tam sit plena miraculis, vt non quasi facili peruestigatione rationis, sed videnti consuetudine, mira non sint, atque ob hoc, nec consideratione, nec inquisitione digna videantur. Nam ego & quicunque mecum inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intelligere moliuntur, aut non minus aut amplius admiramur in vno seminis tam paruulo grano, omnia quæ laudamus in arbore tanquam mortua latuisse: quã mũdi huius tam ingentem sinum quæ de corporibus humanis dum dilabuntur assumit, resurrectioni futuræ tota & integra redditurum. Libro secundo, de Consolatione mortuorum. Si quis requirit à me dubius & incredulus, quomodo mortui resurgent, quo autem corpore venient; respondebo ei ore ac verbis Apostoli, Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur: & quod seminas granum tritici, aut alterum cuiusque seminis, mortuum & aridum, sine humore, cum putrefactum fuerit, fœcundũ surgit, fitq; vestitum folliculis, aristis armatum. Qui ergo granum tritici suscitat propter te non poterit & te suscitare propter se? Qui solem suum quotidie quasi de sepulchro

Ser. ord. 64. Tom. X.

Tom. II. Epist. 146.

Tom. II. Epist. 49.

Cap. 2. Tom. IX.

A noctium suscitat, & lunam veluti de interitu reparat, & tempora recedentia reuocat ad vtilitatem nostram: nosipsos, propter quos omnia reparat, non requiret, & cineres patietur extingui, quos suo flatu accendit, & quos suo spiritu animauit, & non perpetuo iam viuat homo, qui illum piè & cognouit & coluit? Si iterum dubitas quomodo possis reparari post mortem, & restitui post cineres & ossa consumpta. O homo, si dicere velimus, quid fuisti antequam in matris vtero conciperetis, nihil vtique. Deus ergo qui te creauit ex nihilo, nonne facilius poterit reparare de aliquo? Nonne facilius potest facere quod ante iam fuit, qui potuit creare quod non fuit? Qui te ex gutta informis liquoris in tuæ matris vtero in neruos, venas & ossa iussit excrescere, poterit mihi crede, de vtero terræ interim generare. Sed times ne fortè ossa tua arida pristina carne non possint vestiri. Noli secundum fragilitatẽ tuam Dei existimare maiestatem. Deus ille omnium creator, qui vestit arbores foliis, & arua floribus, poterit & tua ossa illo certo veris tempore in resurrectione vestire. Dubitauerat aliquando de hoc ipso Propheta Ezechiel, & interrogatus à Domino, vtrum viuerent ossa arida quæ videbat aspersa per campum, respondit, Tu scis. Sed postquam Deo iubente & ipso Prophetãte vidit ossa ad sua loca & ad iuncturas currentia, postquam vidit ossa arida neruis ligari, venis intexi, carne contegi, cute vestiri, postea Prophetauit de spiritu. Et veniens spiritus vniuscuiusque, introiuit in corpora illa iacentia, & C surrexerunt, & mox steterunt. Sic confirmatus de resurrectione Propheta, scripsit visionem, vt ad posteros tantæ rei cognitio perueniret. Meritò ergo clamat Isaias. Exsurgent mortui, & resurgent qui in monumentis sunt, & lætabuntur qui sunt in terra. Ros enim qui abs te est, sanitas est illis. Verè enim sicut rore madefecta semina germinant & exsurgunt. Sic rore Spiritus sancti ossa fideliũ visitata, cum suo corpore, in æternã gloriam germinabunt. Sed dubitas, quomodo de paruis ossibus totus possit homo restitui. Reuera tu ex modica scintilla ignis, ingentem suscitas flammam. Deus non poterit ex modico cineris fermento, totum corpusculi tui redintegrare conspersum? Nam si dicas, Nunquam comparent reliquię carnis ipsius. Forsitan enim aut igne combustæ sunt, aut à bestiis deuoratæ sunt. Hoc primum scito, quia quicquid cõsumitur, in terræ visceribus cõtinetur, vnde rursus poterit Deo præcipiente produci. Nam & tu cum non appareat semen ignis, adhibes lapillum & modicum ferri; & excutis de visceribus lapilli quantum opus est ignis. Quod ergo per tuam industriam & sapientiam, quam tibi Deus ipse concessit, tu facis vt producas quod non appareт: maiestas illa Diuina facere sua virtute non poterit, vt quod interim non videtur, excutiat? Mihi crede, potest omnia Deus. Hoc tantum require, Vtrum promisit se facere resurrectionẽ; Et cum promissam tantorũ didiceris te-

stimon

Ezech. 37.

Isai. 26.

Cap. 3.

Cap. 4.

ſtimoniis imò cum ipſius Chriſti Domini certiſsimã teneas cautionẽ, cõfirmatus fide, mortẽ deſine iam timere. Qui enim timet adhuc nõ credit: q̃ nõ credit, peccatũ cõtrahit inſanabile: quia ſua incredulitate Dominũ, aut impotẽtẽ, aut certè aſſeuerat mendacẽ. Sed nõ ita beati Apoſtoli, non ita ſancti martyres ꝓbãt. Apoſtoli ꝓpter hãc p̃dicationẽ reſurrectiõis dum Chriſtũ reſurrexiſſe p̃dicãt, & ipſos mortuos ſuſcitaturos annuntiãt, nec mortem, nec tormẽta recuſauerũt, nec cruces. Si ergo in ore duorũ & triũ ſtat omne verbũ, reſurrectio mortuorũ, cui tot & tam idonei teſtes exiſtũt, cui cũ effuſione ſanguinis teſtimoniũ dicũt, quomodo poteſt in dubium reuocari? Sãcti enim martyres, ſi nõ habuiſſent certã ſpem reſurrectionis, nõ vtiq; per tãtos cruciatus & pœnas mortem pro lucro maximo ſuſcepiſſent. Nõ enim cogitabãt ſupplicia p̃ſentia, ſed futura p̃mia ſequutura.

Lib. de verb. Apoſtoli. Scire debemus q̃d nobis Diuina ſcriptura cõmendat, id eſt, futurũ eſſe iudiciũ Dei, quod poſt reſurrectionẽ cõplebitur mortuorũ. Hoc eſt quod præcipuè Chriſtianos à gentiliũ errore ſecernit: quia illi hãc tantũmodo vitã eſſe credũt, & ideo ſine Deo eſſe, & diuerſis peccatis atq; criminibus non metuunt inquinari. Nos verò ita in hac vita conuerſemur, vt nos ad aliam præparemus, in qua & bonis bona, & malis mala tribuẽtur, ſicut dixit beatus Apoſtolus. Oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſq; prout geſsit in corpore ſuo, ſiue bonũ, ſiue malũ. Sicut hîc modo aſtamus in Eccleſia, & nos inuicẽ p̃ſentes aſpicimus: ita etiã poſt reſurrectionẽ mortuorũ aſtituri ſumus ante tribunal Chriſti. Hanc enim ipſam animã tunc habebimus q̃ modo habemus: & in hoc ipſo quo verè induimur, ſumus corpore ſuſcitãdi. Non enim ſicut multa animalia ſumus, vt ęterna morte pereamus. Sed poſtquã hîc vixerimus, alibi iudicabimur, vt aut ꝓ peccatis pœnas, aut ꝓ bonis operibus p̃mia cõſequamur æterna. Nemo ergo de reſurrectione deſperet, in qua Chriſtianorũ ſpes tota cõſiſtit. Credite Apoſtolo p̃dicanti, & nihil de reſurrectione dubitate, & ad diẽ iudicij vos prępa rate. Nõ enim poſſumus de reſurrectione dubitare, quã Chriſtus ſe facturã promittit: q̃a & omnipotẽs eſt, & mẽtiri neſcit. Sed te appello quicũq; infideli animo de reſurrectione dubitas, & putas nõ poſſe mortuos ſuſcitari. Quid eſt amplius, ex nihilo facere homines qui viuant, an eos qui facti ſunt atq; vixerũt reparare poſt mortẽ? Vtiq; plus eſt facere quod nuſquã fuit, q̃ reparare quod fuit. Quomodo ergo impoſsibile eſſe dicis, vt Deus qui hominẽ formauit ex nihilo reformet? Quomodo nos ſuſcitare nõ poteſt cõuerſos in puluerem, qui ſi etiã in nihilũ redirem⁹, facere poteſt vt eſſemus, ſicut & fecit nos eſſe cum antea nunquã fuiſſemus? Ita enim beatus Apoſtolus Paulus dixit, ſed dicunt aliqui, Quomodo reſurgũt mortui? Quali autẽ corpore veniũt? Inſipiẽs tu, quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Et quod ſeminas, nõ corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudũ granũ, vt puta tritici, aut alicuius cæ-

Serm. 54. Tom. X.

1. Cor. 15.

A terorũ: Deus autẽ dat illi corpus ſicut voluerit, & vnicuiq; ſemini propriũ corpus. Noli ergo incredule homo de reſurrectione dubitare. Qui grana ſeminũ mortua & putrefacta viuificat, per quę in ſęculo viuas, multò magis teipſum ſuſcitabit vt viuas in æternũ. Qui illa reparat quæ ſunt tibi neceſſaria, quomodo teipſum nõ reparat, ꝓpter quẽ & alia reparare dignatus eſt? Itaq; ſi velimus cõſiderare, q̃ in iſto ſæculo ſunt, videbimus Diuinæ adminiſtratiõis opera, ſigna eſſe futurorũ. Tota ergo mundi huius adminiſtratio teſtimoniũ eſt reſurrectionis futuræ. Videmus certè hyemis aduentu arbores expoliari pomis, nudari foliis: ſed eas rurſus verno tẽpore ſpeciẽ reſurrectionis exprimere: quæ primo quidẽ incipiũt turgere in gẽmis, & tunc ornari in floribus, veſtiri in foliis, &
B poſtmodũ in pomis grauari. Interrogo te infidelis homo, q̃ de reſurrectione dubitas, vbi ſint iſta quæ tẽpore quo Deus diſpoſuit producũtur? Quę nuſquã quidẽ vidẽtur antequã producãtur, ſed tamẽ Deus q̃ omnipotẽs eſt & ea ex nihilo cõdidit, ſecreta ſua virtute producit. Hinc iam ad campos & prata reſpicite, quæ æſtate trãſacta, herbis ſuis ſpoliãtur ac floribus, & nuda remanẽt ipſa ſpatia terrarũ, ſed iterũ veris tẽpore veſtiũtur, & nouo vbiq; germine incipiẽte, lætatur agricola. Certè herba quæ ante vixit & moritur, rurſus reuiuiſcit ex ſemine: ſic etiã & noſtrũ corpus reuiuiſcit ex puluere. Sed dicis homo incredule, Ideo credimus futurũ vt arbores, & herbæ, & omnia reuiuiſcant, quia illa iam facta cognoſcimus: vnde autẽ cognoſcere poſſumus, quia mortui reſurgũt, cum
C adhuc à mortuis nemo reſurrexerit? Quiſq̃s hoc dicis vel cogitas, audi patiẽter, & intellige ſapienter. Ideo enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus mori voluit & reſurgere, ne tu de reſurrectione dubitares. Tamen quomodo potes dubitare quia nõ ſumus reſurrecturi à mortuis, cũ hoc ꝓmittat Deus q̃ neſcit aliquãdo mẽtiri, & q̃ poteſt facere quicq̃d vult quia omnipotẽs eſt, & implet omnia quæ promittit quia verax eſt, & mẽdaciũ in eo nõ eſt? Et dedit nobis pius & miſericors Dominus virtutis ſuæ pignus, & grandi teſtimonio nobis ſpem reſurrectionis oſtendit, quia vnigenitũ filiũ ſuũ pro nobis hominẽ factũ & mortuũ à mortuis reſuſcitauit. Ideo enim Dñs noſter Ieſus Chriſtus naſci ex hoĩe, id eſt, ex Maria virgine dignatus eſt, & à Iudæis crucifigi, & die tertio reſurgere, vt
D nos tali exẽplo animati, reſurrectionẽ ex mortuis certiſsimè crederemus: quã qui nõ credit futurã, nec hoc q̃dẽ credit quod Chriſtus reſurrexerit à mortuis. Qui autem ipſum Chriſtũ reſurrexiſſe à mortuis cõfitetur, nec de ſua poterit reſurrectiõe dubitare. Concludit Lib. iij. de verbis Domini ſerm. ſexto, in fine. De nullo mortuo & iacente deſperandũ eſt ſub reſuſcitatore Chriſto. Lib. de quãtitate animæ. Reſurrectionem carnis, quæ partim tardius, partim omnino non creditur, ita certã teneamus, vt certius nobis nõ ſit ſolẽ cũ occiderit, oriturum. Ideo cõtra incredulos dicit. Lib. de catechizandis rudibus, circa finẽ. Qui irridẽt reſurrectionẽ, putãtes quod caro iſta quia putreſcit,

Reſurrectio invisibilibus delineata.

Ser. ord. 43. Tom. X. Tom. I.

Cap. 27. Tom. IIII.

trescit, resurgere nõ potest, ad pœnas in ea resurrecturi sunt: & ostẽdet illis Deus, quia qui potuit hæc corpora facere antequam essent, potest ea in momẽto restituere sicut erãt. Omnes autẽ fideles regnaturi cũ Christo ita resurgẽt in eodẽ corpore, vt etiã cõmutari mereantur ad incorruptionẽ Angelicã, vt æquales Angelis Dei fiant. In sermone de amore Dei & sæculi. Prima mors spoliatura est de carne iterũ reponẽda, & suo tẽpore recipiẽda. Et hoc velis nolis. Nõ enim q̃a vis resurgere, aut si nõ vis resurgere, aut si resurrectionẽ nõ credis, propterea nõ resurges. Opus est vt potius agas vt qui resurrecturus es velis nolis, sic resurgas vt habeas quod velis. Dominus quippe Iesus dixit. Venit hora q̃n omnes q̃ in monumentis sunt audiẽt vocẽ filij Dei: & procedẽt siue boni, siue mali sunt. Omnes audient vocem eius, & procedẽt, & emittẽtur ex abditis. Nulla creatura mortuũ tenebit sub voce viui creatoris. Omnes, inquit, qui in monumẽtis sunt, &c. Hîc cum dixit omnes: fecit quasi permixtionẽ & cõfusionẽ: sed audi discretionẽ & separationẽ. Qui bona, inquit, fecerũt in resurrectionem vitæ: qui verò mala, in resurresurrectionẽ iudicij. Hoc iudiciũ ad quod subeundũ resurgent impij, mors secunda appellatur. Quid ergo Christiane metuis istã primã mortem? Quæ in iudicio veniet caue secundã illam, quæ te nolẽte tibi non veniet. Vnde in paruo Lib. de symbolo, versus finẽ. De ista carne mortali quod resurrectura sit in sæculi fine, nec dubitare debemus. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ: & mortale hoc induere immortalitatẽ. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in cõtumelia, surget in gloria: seminatur corpus animale, surget spirituale. Hæc est Christiana & Apostolica fides. Credite Christo dicenti, Capillus capitis vestri nõ peribit: & infidelitate depulsa, potius cogitate quid vestrũ à conditore vestro contemni potest, quorũ capillus cõtemni nõ potest. Aut quomodo dubitamus q̃ aĩæ, & carni nostræ vitã sit daturus æternã, qui pro nobis animã & carnẽ suscepit, in qua moreretur, & posuit cum moreretur, & recepit ne mors timeretur? Fiet ipsa resurrectio celeriter. Lib. iiij. super Gen. Resurrectionis nostræ celeritatẽ cũ exprimere vellet Apostolus, in nictu oculi dixit fieri. Neq; aliud in rerũ corporearũ motibus vel nictibus potest celerius inueniri.

Ioan.5. *1.Cor.15.* *Tom.III.*

Erit resurrectio carnis omnibus hominibus cõmunis. Lib. de fide ad Petrũ, parte j. In aduentu Christi ad iudicium ab illo primi hominis corpore, quod Deus de terra plasmauit vsque ad omniũ hominum corpora quæ animata quãdoq; viuere cœperunt, ab illo resuscitabuntur, à quo operãte creata sunt. Singula verò corpora illis singulis suis animabus in resurrectione reddentur, quas in maternis vt viuere inciperẽt vẽtribus habere cœperũt: vt animæ, scilicet in illo examine iusti iudicis in eisdẽ singulis corporibus suis accipiãt retributionẽ siue regni, siue supplicij, in quibus siue bonam, siue malã qualitatẽ vitæ præsentis habuerũt. Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Erit resurre-

Cap.3. Tom.III. *Cap.6. Tom.III.*

A ctio mortuorũ omniũ hominũ, vna & simul & semel. Nõ prima iustorũ, & secũda peccatorũ, vt fabula est somniatorũ, sed vna omniũ. Et eadẽ caro corruptibilis quæ cadit, resurget: vt vel pœnã sufferre possit pro peccatis, vel in gloria æterna manere pro meritis. Omnium enim hominũ erit resurrectio. Si omnium erit, ergo omnes moriuntur, vt mors ab Adam ducta, omnibus filiis eius dominetur, & maneat istud priuilegiũ in Domino, quod de eo specialiter dicitur. Non dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Eius enim caro nõ vidit corruptionẽ. Hãc rationẽ maxima patrũ turba tradẽte suscepimus. Verũ quia sunt alij æquè catholici & eruditi viri, qui credũt anima in corpore manente immutãdos ad incorruptionẽ & immortalitatẽ eos qui in aduẽtu Domini viui inue-
B niẽdi sunt, & hoc eis reputari pro resurrectiõe ex mortuis, quod mortalitatem immutatione deponant, non morte: quolibet quis acquiescat modo, nõ est hæreticus, nisi contentione hæreticus fiat. sufficit enim in Ecclesiæ lege carnis resurrectionẽ credere futurã de morte. Declarat hoc. Lib. xx. de ciuitat. Dei. Pertractãs illud Apostoli. Nolumus vos ignorare fratres de dormiẽtibus, &c. vsq; & semper cum Domino erimus. Hæc verba Apostolica resurrectionẽ mortuorũ futurã, quando veniet Christus vtiq; ad viuos & mortuos iudicãdos, præclarissimè ostendũt. Sed quæri solet, vtrũ illi quos hîc viuẽtes inuẽturus est Christus, quorũ personã in se: atq; illos qui tunc secũ viuebant, trãsfigurabat Apostolus, nunquam omnino morituri sunt: an ipso tẽporis puncto, quo cũ re-
C surgẽtibus rapientur in nubibus obuiã Christo in aëra, ad immortalitatẽ per mortẽ mira celeritate transibũt. Neque enim dicendũ est fieri nõ posse, vt dũ per aera in sublime portãtur, in illo spatio & moriãtur & reuiuiscant. Quod enim ait. Et ita semper cũ Domino erimus: nõ sic accipiendũ est, tanquã in aere nos dixerit semper cum Domino esse mãsuros: quia nec ipse vtiq; ibi manebit, quà veniẽs trãsiturus est. Veniẽti quippe ibũt obuiam in aera: sed ita cum Domino erimus, id est, sic erimus habẽtes corpora nostra sempiterna, vbicũq; cũ illo fuerimus. Ad hunc autẽ sensum, quo existimemus etiã illos quos hîc viuos inuẽturus est Dominus, in ipso paruo spatio, & passuros mortẽ, & accepturos immortalitatẽ ipse Apostolus nos videtur vrgere vbi dicit, In Christo oẽs viuificabũ-
D tur: cũ alio loco dicat. Tu quod seminas nõ viuificatur nisi prius moriatur. Quomodo igitur quos viuẽtes hîc Christus inueniet, p̃ immortalitatẽ in illo viuificabũtur, etsi nõ moriãtur: cũ videamus propter hoc esse dictũ. Tu quod seminas nõ viuificatur, nisi prius moriatur. Aut si rectè non dicimus seminari, nisi ea corpora hoĩm quę moriẽdo quoquomodo reuertũtur in terrã, sicut sese habet etiã illa in trãsgressorẽ patrẽ generis humani Diuinitus prolata sentẽtia, Terra es, & in terrã ibis: fatendum est istos, quos nondum de corporibus egressos, cũ veniet Christus, inueniet, & istis verbis Apostoli, & illis de Gen. non teneri: quoniã sursum in nubibus rapti, nõ vtiq; seminãtur: quia nec

Cap.21. Tom.V. *Viui sub tẽpus resurrectionis.*

nec eunt in terram, nec redeũt: siue nullam prorsus experiantur mortem, siue paululũ in aëre moriantur. Sed aliud rursus occurrit: quod idem dixit Apostolus, cum de resurrectione corporũ ad Corinthios loqueretur. Omnes resurgemus: vel, sicut alij codices habẽt, omnes dormiemus. Cum ergo nec resurrectio fieri, nisi mors praecesserit, possit: nec dormitionem possimus illo loco intelligere, nisi mortẽ, quomodo omnes vel dormiẽt, vel resurgent, si tam multi quos in corpore inuenturus est Christus, nec dormient nec resurgent? Si ergo sanctos qui reperiẽtur Christo veniẽte viuentes, eique in aëra obuiã rapientur, crediderimus in eodẽ raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias: siue vbi dicit, Tu quod seminas non viuificatur, nisi moriatur. Siue vbi dicit. Omnes resurgemus: aut, omnes dormiemus: quia nec illi per immortalitatẽ viuificabuntur, nisi quamlibet paulum tamẽ moriantur: ac per hoc & à resurrectione non erunt alieni, quam dormitio praecedit quamuis breuissima, non tamen nulla. Cur autem nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aëre quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter atq; incorruptibiliter reuiuiscere, cum credamus quod ipse idem Apostolus apertissimè dicit, in nictu oculi futuram resurrectionem, & in membra sine fine victura tanta facilitate, támque inaestimabili velocitate reditură antiquissimorum cadauerum puluerẽ? Nec ab illa sententia qua homini dictum est, Terra es, & in terram ibis: futuros illos sanctos arbitremur immunes, si eorum morientium in terram non redeunt corpora: sed sic vt in ipso raptu moriẽtur, ita & resurgent dum ferentur in aera. In terram quippe ibis, est, in hoc ibis amissa vita, quod eras antequam sumeres vitam, id est, hoc eris exanimis, quod eras antequam esses animatus. Terrae quippe insufflauit Deus in faciem flatũ vitae, cum factus est homo in animam viuam: tanquã diceretur. Terra es animata, quod non eras: terra eris exanimis, sicut eras. Quod sunt & antequã putrescant omnia corpora mortuorũ: quod erũt & illa, si moriẽtur, vbicunq; moriãtur, cum vita carebunt, quã cõtinuò receptura sunt. Sic ergo ibũt in terrã, quia ex viuis hominibus terra erũt: quẽadmodũ it in cinerẽ, quod fit cinis: it in vetustatem, quod fit vetus: it in testã, quod fit ex luto testa: & alia sexcẽta sic loquimur. Quomodo autẽ sit futurum, quod nunc pro nostrae ratiũculae viribus vtcunque coniicimus: tunc erit potius, vt perfectè nosse possimus. Resurrectionẽ quippe mortuorum futurã esse in carne, quãdo Christus venturus est iudicaturus viuos & mortuos, oportet, si Christiani esse volumus, vt credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides nostra, si quẽadmodũ futura sit perfectè cõprehẽdere nõ valemus. In dialogo ad Orosiũ. Corpora illorũ qui in momẽto moriẽtur, non sepeliẽtur postquã animae recesserint, donec resurgãt renouata. Sed postquã corpora ipsorũ proprias receperint animas, nequaquã

1.Cor.15. — *[…]terrã ire.* — *[…] quaest. 65. […]III.*

A in puluerẽ redigẽtur: sed pòst cũ Domino in aeterna regnabũt requie. Sed sciendũ est quod corpus sine anima puluis est, quia de terra à Domino creatũ est. Efficiẽtibus autẽ Angelis animae in momẽto à corporibus suis separabũtur, & tunc complebitur quod Dominus dixit. Terra es, & in terram ibis: sicq; in momẽto propria recipiẽt corpora. Quilibet cũ suo corpore surget. In serm. ij. de resurrectiõe Domini. Vbi sunt q̃ dicũt animas nouis, in quibus antea non vixerint corporibus induendas? Ecce in resurrectionis authore hoc ipsum video resurrexisse quod cecidit, & ideo mortui dormire dicũtur iuxta Prophetam. Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? Quare mortẽ somno assimilauit? Quia in vno eodémq; homine, nunquid alter est qui somno resoluitur, B alter verò qui de eiusdẽ somni stupore ad vigilandi officia suscitatur? Nõ vtiq;, sed ipsa absq; dubio mẽbra euigilasse credenda sunt, quae dormitionis stupore laxata sunt. Ita mors corporis quod in puluere cõfectura susceperit, idem ipsum discussa restituet, nec rude, sed rediuiuũ vas cognatus spiritus recognoscet. Et propterea mysteriũ resurrectionis etiã de minimis exponẽs, ita Apostolus loquitur, resurrectionẽ grano tritici cõparans. Etenim, tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Si quãdo vt moris est, fruges botri sulcis agricola foenerãte credũtur, nunquid aliud est quod sepelitur in semina, & aliud quod virescit in germina? Sed singula quaeq; corpora nõ de nihilo, sed de sui origine producũtur, & recẽtia de veteribus innouãtur. Cũ autẽ de resurrectione loqueretur C Apostolus dicẽs, Quod seminas nõ viuificatur, nisi prius moriatur: vides q̃a mors quod susceperit hoc refundit? Et vnicuiq;, inquit, seminum propriũ corpus. Nõ vtiq; à genere suo alienũ, sed naturae suae ꝓpriũ, & de materiae suae qualitate reparatũ. Reuocabitur ergo in cõtuberniũ pristinum animae & corporis vnitas, & nullis vnquã saeculis dissociãda germanitas. Nostrũ est gratia authoris & redemptoris inniti, & vt ad illorũ numerũ ꝑtinere mereamur, de q̃bus dicit Apostolus. Rapiemur obuiã Christo in aera, &c. Dignũ ẽm esse iudicauit, vt germana corporis & animae substãtia cum Christo simul regnet in coelis, quae Christo seruiuit in terris. In Enchir. Non perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: sed in quẽlibet puluerẽ cinerẽmue soluatur, in D quoslibet halitus aurásq; diffugiat, in quãcunque aliorũ corporũ substantiã, vel in ipsa elemẽta vertatur, in quorũcunq; animaliũ vel etiã hominũ cibũ cedat carnẽmq; mutetur, illi animae humanae puncto tẽporis redit, quae illa primitus vt homo fieret, cresceret & viueret, animauit. Ipsa itaq; terrena materies, q̃ discẽdẽte anima fit cadauer, non ita in resurrectiõe reparabitur, vt ea quae dilabuntur & in alias atque alias aliarũ species rerum formásque vertũtur, quãuis ad corpus redeant vnde dilapsa sunt, ad easdẽ quoque corporis partes vbi fuerũt, redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit, quod tã crebra tõsura detraxit, si vnguibus quod toties detraxit exectio, immoderata & ind

Serm.2.post pasch. ord. ser. de tempore 156. Tom.X. — *Psal.40.* — *Cap.88. Tom.III Instauratur in resurrect. caro quocũque modo perierit.* — *Cap.89.* — *Superflua instaurationis corporib. non accedent.*

& indecēs cogitātibus & ideo resurrectionē carnis nō credētibus occurrit informitas. Et subdit
Cap.89. ponēdo exēplū propter prædicta. Ibidē. Sed quēadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli, aut igne liquesceret, aut contereretur in puluere, aut cōfunderetur in massam, & eam velit artifex rursus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quæ particula materiæ cui membro statuæ redderetur, dum tamen totum ex quo statua cōstituta fuerat resumeret: ita Deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto quo constiterat caro nostra, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet. Neque aliquid attinebit ad eius redintegritatem, vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues ad vngues: an quicquid eorum perierat mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis prouidentia, ne quid indecens fiat. Sed de abortiuis
Cap.84. quæstionem ponit & soluit. Eodem Libr. De resurrectione carnis, non sicut quidam reuixerunt, iterumque sunt mortui, sed in æternam vitam, sicut Christi fuit resurrectio, quemadmodū possim breuiter disputare, & omnibus quæstionibus quæ de hac re moueri solent satisfacere, non inuenio. Resurrecturam tamen carnem omnium hominum quicunque nati sunt atq; nascentur, mortui sunt atque morientur, nullo modo debet dubitare Christianus. Vnde primo occurrit de abortiuis fœtibus quæstio. Qui iam quidem nati sunt in vteris matrum, sed nondum ita, vt iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de iis qui iam formati sunt, tolerari potest vtcūq; quod dicitur. Informes verò abortus quis non procliuius perire arbitretur, sicut semina quæ concepta
Fœtus abortiui si ad resurrectionē pertineant. non fuerint? Sed quis negare audeat, etsi affirmare non audeat, id acturam resurrectionē, vt quicquid formæ defuit, impleatur? Atq; ita non desit perfectio quæ accessura erat tempore, quēadmodum non erunt vitia quæ accesserunt tempore: vt neque in eo quod aptum & congruum dies allaturi fuerant, natura fraudetur: neque in eo quod aduersum atque contrarium dies attulerant, natura turpetur: sed integretur quod nondum erat integrum, sicut instaurabitur quod fuerat vitiatum.
Cap,85. Vnde addit aliam quæstionem. Ibidem. Propter hoc scrupulosissimè quidem inter doctissimos quæri & disputari potest, quod vtrum inueniri ab homine possit, ignoro: quādo incipiat homo in vtero viuere. Vtrum sit quædam vita occulta, quæ nondum motibus viuentis appareat. Nam negare vixisse puerperia, quæ propterea mēbratim exsecantur vt eruantur ex vteris prægnantium, ne matres quoque si mortuæ ibi relinquantur occidant, impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viuere, ex illo vtique iam mori potest. Mortuus verò, vbicunque illi mors potuit euenire, quomodo autem ad resurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non possum. Clarius hoc dicit. Libro vigesimo secundo de ciuitate Dei. Abortiuos fœtus,
Cap.13. Tom.V. qui cum iam vixissent in vtero, ibi sunt mortui, resurrecturos vt affirmare, ita negare non audeo:

A quamuis non videam quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorum, si non eximuntur de numero mortuorum. Aut enim non omnes mortui resurgent, & erunt aliquæ animæ humanæ sine corporibus in æternum, quæ corpora humana quamuis intra materna viscera gestauerūt, aut si omnes animæ humanæ recipient resurgentia sua corpora, quæ habuerunt vbicunque viuentia & morientia reliquerunt, non inuenio quemadmodum dicam ad resurrectionem non pertinere mortuorum, quoscunque mortuos etiam in vteris matrum. Sed de monstris quæ nascūtur & moriuntur, quod resurgent sine defectu, dicit in Enchiridiō. Neq; enim & mōstra quæ nascuntur & viuunt, quamlibet citò moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut vitia resurrectura cre- Cap.87. Monstrifœtus.
B denda sunt, ac non potius correcta emendatáque natura. Absit enim vt illum bimembrem, qui nuper natus est in oriente, de quo & fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt, & sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter scriptū reliquit. Absit, inquam, vt vnum hominem duplicem, ac non potius duos, quod futurum fuerat, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita cætera quæ singuli quique partus vel amplius vel minus habendo aliquid, vel quadam nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figurā resurrectione reuocabuntur: ita vt singulæ animæ singula sua corpora obtineant, nullis cohærentibus etiam quæcunque cohærentia nata fuerant: sed seorsum sibi singulis sua membra gestantibus, quibus humani corporis complebitur inte-
C gritas. De homine comesto ab alio homine, ponit & soluit quæstionem. Libro vigesimo secundo de ciuitate Dei. Soluenda est quæstio quæ difficilior videtur cæteris, vbi quæritur, cum caro mortui hominis etiam alterius fit viuentis caro, cui potius in resurrectione reddatur. Si enim Cap.20. Tom.V.
quispiam confectus fame, atque compulsus vescatur cadaueribus hominum, quod malum aliquoties accidisse, & vetus testatur historia, & nostrorum temporum infœlicia experimenta docuerunt: num quisquam veridica ratione contendet totum digestum fuisse per imos meatus, nihilque inde in eius carnem mutatum, atque conuersum: cum ipsa macies quæ fuit, & non est, satis indicet, quæ illis escis detrimēta suppleta sunt. Quicquid enim carnium exhausit fames, vtique
D in auras est exhalatum: sed omnipotens Deus potest reuocare quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini, in quo esse caro humana primitus cœpit. Ab illo quippe altero tanquā mutuò sumpta deputanda est: quæ sicut æs alienum ei redhibenda est, vnde sumpta est. Sua verò illi, quem fames exinaniuerat, ab eo qui potest etiam exhalata reuocare, reddetur. Quamuis & si omnibus perisset modis, nec vlla eius materies in vllis naturæ latebris remansisset, vnde vellet, eam repararet omnipotens. Sed propter sententiam veritatis qua dictum est, Capillus capitis vestri non peribit: absurdum est vt putemus, cum capillus hominis perire nō possit, tantas carnes fame depastas

pastas, atque consumptas, perire potuisse. Vnde concludit eodem libr. Restituetur ergo quicquid de corporibus viuis, vel post mortem de cadaueribus periit, & simul cum eo quod in sepulchris remansit, in spiritualis corporis nouitatem ex animalis corporis vetustate mutatũ resurget, incorruptione, atque immortalitate vestitum. Sed etsi casu aliquo graui vel inimicorum vnanimitate totum penitus conteratur in puluerem, atque in auras vel in aquas dispersum, & quantum fieri ptest, nusquam esse sinatur, omnino nullo modo substrahi poterit omnipotentiæ creatoris, sed capillus in eo capitis non peribit. Erit ergo spiritui subdita caro spiritualis, sed tamen caro non spiritus: sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen spiritus non caro. Etsi omnia restaurabuntur, non tamen superflua neque turpia. Eodem libr. Quid iam respondeã de capillis atque vnguibus? Semel quippe intellecto, ita nihil periturum esse de corpore, vt deforme nihil sit in corpore: simul intelligetur ea quæ deformem factura fuerant enormitatem, massæ ipsi accessura esse, non locis, in quibus membrorum forma turpetur. Velut si de limo vas fieret, quod rursus in eũdem limum redactum, totum de toto iterum fieret, non esset necesse vt illa pars limi quæ in ansa fuerat, ad ansam rediret: aut quæ fundum fecerat, ipsa rursus faceret fundum: dum tamen totum reuerteretur in totum, id est, totus ille limus, in totum vas, nulla sui parte perdita remearet. Quapropter, si capilli toties tõsi, vnguésue desecti, ad sua loca deformiter redeunt, non redibunt: nec tamen cuique resurgenti peribunt, quia in eãdem carnem, vt quemcunque ibi locum corporis teneant, seruata partium congruentia, materiæ mutabilitate vertentur. Quamuis quod ait Dominus, Capillus capitis vestri non peribit: non de longitudine, sed numero capillorum dictum multò apertius possit intelligi. Vnde & alibi dicit, Capilli capitis vestri numerati sunt. Neque hoc ideo dixerim, quod aliquid existimem corpori cuiquã periturum, quod vtiliter inerat, sed quod deforme natum fuerat: nõ vtique ob aliud, nisi vt hinc quoque ostenderetur quàm sit pœnalis conditio ista mortalium, sic esse redditurũ, vt seruata integritate substãtiæ, sola deformitas pereat. Si enim statuam potest artifex homo, quam propter aliquam causam deformem fecerat, conflare & pulcherrimam reddere, ita vt nihil inde substantiæ, sed sola deformitas pereat: ac si quidẽ in illa figura ꝑprie indecẽter extabat, nec parilitati partiũ congruebat, non de toto, vnde fecerat, amputare atq; separare, sed ita cõspergere vniuerso atque miscere, vt nec fœditatẽ faciat, nec minuat quantitatem: quid de omnipotente artifice sentiẽdum est? Ergóne non poterit quasque deformitates humanorum corporum non modo vsitatas, verum etiam miras atque monstrosas, quæ huic miseræ vitę congruunt, abhorrent autem ab illa futura fœlicitate sanctorũ, sic auferre, ac perdere, vt quascunque earum faciunt, etsi naturalia, tamen indecora excrementa substantiæ corporalis, & sine vlla eius diminutione tollãtur? Ac per hoc non est macris pinguibúsque metuẽdum, ne ibi tales sint, quales si possent, nec hîc esse velint. Omnis corporis pulchritudo, est partiũ cõgruẽtia, cum quadam coloris suauitate. Vbi autẽ non est partium congruentia, aut ideo quid offendit, quia paruum est: aut ideo, quia minimum. Proinde nulla erit deformitas, quam fecit incõgruentia partium, vbi & quę praua sunt, corrigẽtur: & quod minus est quam decet, vnde creator nouit, inde supplebitur: & quod plus est, quã decet, materię seruata integritate, detrahetur. Coloris porrò quanta erit suauitas, vbi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui? Quæ claritas in Christi corpore cũ resurrexit, ab oculis discipulorũ potius abscondita fuisse, quàm defuisse, credẽda est. Non enim eã ferret humanus atque infirmus aspectus, quãdo ille à suis ita deberet attẽdi, vt posset agnosci. Quo pertinuit etiã, vt contrectantibus ostenderet suorũ vulnerum cicatrices: vt etiã cibum potúmque sumeret, non alimentorũ indigẽtia, sed ea, qua & hoc poterat, potestate. De sanctis martyribus an resurgant cum cicatricibus, Subdit ibidẽ, quod require c. Cicatrix. Omnia autẽ prædicta breuius & clarius ponit in Enchiridion. Neque illud est consequens, vt ideo diuersa statura sit reuiuiscentiũ singulorũ, quia fuerat diuersa viuentium: aut macri cũ eadẽ macie, aut pingues cũ eadẽ pinguedine reuiuiscant. Sed si hoc est in consilio creatoris, vt in effigie sua cuiusque proprietas & discernibilis similitudo seruetur, vt in cęteris corporibus bonis æqualia cũcta reddãtur: ita modificabitur illa in quoq; vno materies, vt nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuit ille suppleat, qui etiã de nihilo potuit quod voluit operari. Si autem in corporibus resurgẽtium rationabilis inæqualitas erit, sicut est vocum quibus cantus impletur: hoc fiet cuiq; de materia corporis sui, quod & hominẽ reddat æqualẽ cœtibus Angelicis, & nihil inconueniens eorum ingerat sensibus. Indecorum quippe ibi aliquid non erit, sed quicquid futurum est, id decebit: quia nec futurũ est, si non decebit. Resurgent igitur sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere & difficultate. In quibus tanta facilitas resurgendi, quanta fœlicitas erit. Propter quod & spiritualia dicta sunt, cum proculdubio corpora sint futura non spiritus. Sed sicut nũc corpus animale dicitur, quod tamen corpus non anima est: ita tũc spirituale corpus erit, quod corpus tamẽ nõ spiritus. Proinde quantũ attinet ad corruptionem, qua nũc aggrauatur anima, & ad vitia, quibus caro aduersus spiritum cõcupiscit, tunc non erit caro sed corpus, qa & cœlestia corpora perhibentur. Et declarat in sequenti dicens. Propter quod dictum est, Caro & sanguis regnũ Dei non possidebunt. Et tanquam exponens quid dixerit, Neque, inquit, corruptio incorruptionem possidebit. Quod prius dixit, caro & sanguis: hoc posterius dixit, corruptio: & quod prius, re-

Cap. 90. Tom. III.

Cap. 91. Sine vlla deformitate corporũ resurrectio.

Cap. 91.

A gnũ Dei, hoc poſterius, incorruptionem. Quantũ autẽ attinet ad ſubſtantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod & poſt reſurrectionẽ corpus Chriſti appellatum eſt caro. Sed ideo ait Apoſtolus, Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale: quoniam tunc erit tanta concordia carnis & ſpiritus, viuificante ſpiritu ſine ſuſtẽtaculi alicuius indigentia ſubditam carnem, vt nihil nobis repugnet ex nobis, ſed ſicut foris neminẽ, ita nec intus noſmetipſos patiemur inimicos. De reſurrectione quantum ad corporis valetudinẽ, dicit ſer. xl. de reſurrectione Domini. Obtulerũt ei partem piſcis aſsi, & manducauit, & reliquias dedit eis. Dicitur ergo nobis. Si corruptio corporis non reſurget quare manducauit Dominus Chriſtus? Legiſtis quia mãducauit, nũquid legiſtis quia eſuriuit? Quod mãducauit Chriſtus, poteſtatis fuit, non egeſtatis. Si deſideraret mãducare, egeret: rurſus ſi manducare non poſſet, minus valeret. Nunquid Angeli quando ſuſcepti ſunt hoſpitio à patribus noſtris, non manducauerũt? Et tamen corruptibiles non fuerunt. Rurſus dicunt. Reſurgent vitia in corpore humano: & reſpondetur à nobis, Non. Quare ergo Dominus cum ſuorum vulnerum cicatricibus reſurrexit? Quid ad hoc dicimus, niſi quia & hoc poteſtatis fuit, non neceſsitatis? Sic enim reſurgere voluit, ſic voluit quibuſdam dubitantibus ſe exhibere, vt in illa carne cicatrix vulneris ſanaret vulnus incredulitatis. Adhuc diſputant & quærunt à nobis, Paruuli qui moriuntur, paruuli reſurrecturi ſunt, aut ætas erit plena reuiuiſcentium, quorum erat parua morientium? Hoc quidẽ in ſcripturis definitum non inuenimus. Incorruptibilia corpora & immortalia reſurrectura promiſſa ſunt: ſed ſi parua ætas reddatur, ſi ſtatura puſilla reuocatur, nunquid propterea infirmitas reuocatur? Si parui erũt, nunquid iacebũt & ambulare non poterunt? Credibilius ergo accipitur & probabilius, plenas ætates reſuſcitaturas, vt reddatur munere, quod accepturi erant in tempore. Nec credimus ſenectam reſurrecturã anhelam & curuam. Vnde corruptionẽ tolle, & quicquid vis adde. Sed inquis quomodo erit terrenũ corpus in cœlo, quod ordo ponderum nõ admittit? Sed credere debemus talia corpora nos habituros, vt vbi velimus, ibi ſimus quando voluerimus. Quod demonſtratum eſt in Domino, qui in eodem corpore aſcendit in cœlum. Illi garriant, nos credamus. Sed non poteſt, inquiunt, eſſe terrenum corpus in cœlo. Quid ſi hic velit Deus? Reſponde contra Deum, & dic, nõ poteſt Deus. Nonne & tu quicunque paganus dicis Deũ omnipotentem? Ordinem ponderum proponis, ſed terra grauior aqua, & tamẽ ſuper aquam lignum graue quod eſt ex terra natat. Attẽde aliud quod plus mireris, Corpus grauiſsimum, ſicut plumbum, in aqua demergitur: accedit tamen manus artificis ad plumbum, & facit inde aliquod vas cõcauum, & natat ſuper aquam plumbum. Non dabit Deus corpori noſtro, quod dat artifex plumbo? Attendis ordinem elementorum, Vide aquam aëre grauiorem, & tamen in nubibus pendet. Nonne facilius mouetur quod leuius? Et tamen aqua grauis velocius mouetur quam aranea leuis. Appende macrum hominem & lãguidum, & pinguem hominem ſed robuſtum: vides macrum vix paſſum mouentem, robuſtum verò currentem. Et ſi hoc facit ſanitas, immortalitas quid valebit? Dabit ergo Deus miram facilitatẽ, miram leuitatem. Non ſine cauſa illa corpora ſpiritualia ſunt nuncupata, non quod ſpiritus erunt & non corpus, ſed quia ad nutum ſpiritus ſeruient, & nihil ibi contradicet tibi ex te, nihil in te rebellabit aduerſus te. Et in Enchiridion. Quicunque verò ab illa perditionis maſſa, quæ facta eſt per hominem primum, non liberantur per vnum mediatorem Dei & hominum, reſurgent quidem etiam ipſi vnuſquiſque cum carne

B ſua, ſed vt cum diabolo & angelis eius puniantur. Vtrum ſanè ipſi cum vitiis & deformitatibus ſuorum corporum reſurgant, quicunque vitioſa in eis & deformia membra geſtauerunt, in requirẽdo laborare quid opus eſt? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & ſempiterna damnatio. Nec moueat quomodo erit in eis corpus incorruptibile ſi dolere poterit, aut quomodo corruptibile, ſi mori nõ poterit: non enim eſt vera vita, niſi vbi fœliciter viuitur: nec vera incorruptio, niſi vbi ſalus nullo dolore corrumpitur. Vbi autem infœlix mori non ſinitur, & vt ita dicam, mors ipſa non moritur, & vbi dolor perpetuus non interimit, ſed affligit: ipſa corruptio non finitur. Hæc in ſcripturis ſecunda mors

C dicitur. Nec tamen prima, qua corpus ſuum anima relinquere cogitur, nec ſecunda qua pœnale corpus animam relinquere non permittitur, homini accidiſſet, ſi nemo peccaſſet. Mitiſsima ſane omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum quod originale traxerunt, nullum inſuper addiderunt: & in cæteris qui addiderunt, tanto quiſque ibi tolerabilem habebit damnationẽ, quanto hîc minorem habuit iniquitatem. Sed de reſurgentium ſtatura ſupplenda puerorum, dicit libro xxij. de ciuitate Dei. Infantes non in ea reſurrecturi ſunt corporis exiguitate qua mortui: ſed quod eis tardius acceſſurum erat tempore, hoc ſunt illo Dei opere miro ac celerrimo recepturi. In ſententia quippe Domini, vbi ait, Capillus capitis veſtri non peribit: dictum eſt, non

D defuturum eſſe, quod fuit: non autem negatũ eſt, affuturum eſſe quod defuit. Defuit autem infanti mortuo perfecta quantitas ſui corporis. Perfecto infanti deeſt vtique perfectio magnitudinis corporalis. quæ cum acceſſerit, iam ſtatura longior eſſe non poterit. Hunc perfectionis modum ſic habent omnes, vt cum illo concipiantur, atque naſcantur: ſed habent in ratione, non mole: ſicut ipſa membra omnia ſunt latenter in ſemine, cum nonnulla natis adhuc deſint ſicut dentes, & ſi quid eiuſmodi. In qua ratione vniuſcuiuſque materiæ indita corporali, iam quodammodo, vt ita dicam, liniatum videtur eſſe, quod

Ser. 4. fer. 3. paſch. et ord. ſerm. de tẽp. 147. Tom. X.

Iuuat exẽplis fidẽ reſurrectionis.

quod nondum est, imò quod latet, sed accessu té-A poris erit, vel potius apparebit. In hoc ergo, iam infans breuis, aut longus est, qui breuis, longúsue futurus est. Secundum hanc rationem profecto in resurrectione corporis, detrimenta corporis non timemus: quia & si æqualitas futura esset omnium, ita vt omnes vsque ad giganteas magnitudines peruenirẽt, nec illi qui maximi fuerunt, minus haberent aliquid in statura, quod eis contra sententiam Christi periret, qui dixit, Nec capillum capitis esse periturum. Creatori vtique, qui cuncta creauit ex nihilo, quomodo deesse posset, vnde adderet, quod addendum esse mirus artifex nosset? Quod omniũ erit statura quæ esse debuit naturaliter in ætate triginta annorũ. Ibidem. Sed vtique Christus, in ea mensura corporis, in qua mortuus est, resurrexit, nec fas est dicere cum resurrectionis omnium venerit tempus, accessuram corpori eius eam magnitudinem quam habuit, quando in ea discipulis, in qua illis notus erat, apparuit, vt longissimis fieri posset æqualis. Si autem dixerimus ad Dominici corporis modum, quorũcunque corpora maiora redigenda, peribit de multorum corporibus plurimum, cum ipse nec capillum periturum esse promiserit. Restat ergo vt suam quisque recipiat mensuram, quam vel habuit in iuuentute, etiam si senex est mortuus: vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. Atque illud quod commemorauit Apostolus de mensura ætatis & plenitudinis Christi: aut propter aliud intelligamus esse dictum, id est, vt illi capiti in populis Christianis, accedente omnium perfectione membro-C rum ætatis eius mensura compleatur: aut si hoc de resurrectione corporum dictum est, sic accipiamus dictum, vt nec vltra, nec infra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorũ: sed in ea ætate & robore, vsque ad quã Christum hîc peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos definierunt esse etiam huius sæculi doctissimi homines, iuuentutem. Quæ cum fuerit spatio proprio terminata, vide iam hominem in detrimenta vergere grauioris ac senilis ætatis: & ideo non est dictum, in mensuram corporis, vel in mensuram staturæ, sed in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi. Et subdit ibidem de ætate. Resurgent omnes tam magni corpore quàm vel erant, vel futuri erant ætate iuuenili: quamuis nihil oberit, etiam si erit infantilis, vel senilis cor-D poris forma, vbi nec mentis, nec ipsius corporis vlla remanebit infirmitas. Vnde etiam si quis in eo corporis modo, in quo defunctus est, resurrecturum vnumquenque contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnandũ. Concludit ibidem. Quibus omnibus pro modulo nostro consideratis atque tentatis, hæc summa conficitur, vt in resurrectione carnis eas in æternum mensuras habeat corporum magnitudo, quas habebat perficiendæ, siue perfectæ, cuiusque indita corpori ratio iuuentutis, in membrorum quoque omnium modulis congruo decore seruato. Quod decus vt seruetur, si aliquid demptum fuerit indecenti alicui granditati in parte aliqua cõstitutæ, quod per totum spargatur: vt neque id pereat, & congruentia partium vbique teneatur, non absurdum, vel aliquid inde etiam staturæ corporis addi posse credamus, cum omnibus partibus vt decorem custodiant, id distribuitur: quod si deformiter in vna esset, vtique non deceret. Aut si contenditur in ea vnumquenque statura corporis resurrecturum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendum est, tantum absit omnis deformitas, omnis tarditas, omnísque corruptio: & si quid aliud illud non deceret regnum, in quo resurrectionis & promissionis filij æquales erunt Angelis Dei, si non corpore, non ætate, certè fœlicitate. Simile dicit in B sermo. ix. de aduentu domini ad iudicium. Sicut Dominus noster Iesus Christus in triginta annorum tempore passus est, & die tertia à mortuis resurrexit: ita & nos omnes in triginta annorum ætate resurgemus. Omnes, in quacunque ætate mortui fuerimus, ad iudicium peccatores & iusti veniemus. Peccatores cum carne descendent in infernum, iusti in carne percipient Dei regnum: quia iustum Dei iudicium erit, vt illa caro quæ pro Christo cruciatur, ipsa caro & anima cum Christo & omnibus sanctis in Paradiso locetur ab Angelis. Quod erit resumptio mẽbrorum, sermone quadragesimo primo, de resurrectione Domini. Multi argumentantur & dicunt nobis, Si aures habebimus vt audiamus, oculos vt videamus, linguam vt loquamur, dentes si habebimus vt manducemus, si habebimus fauces, pulmonem, stomachum, intestina, vnde & quo cibi transeunt, & pro nostræ valetudinis tẽpore committantur? Postremo illa membra quę pudenda nominantur, inquiunt, habebimus, vbi nulla erit generatio, nulla digestio? Quid eis respondebimus? Nunquid dicturi sumus sine intestinis nos resurrecturos ad similitudinem statuarum? Nam de dentibus facilè respondetur, quia non tantum nos adiuuant ad comedendum, sed etiam ad loquendum. Sicut enim plectrum neruos, sic lingua nostra vt syllabas sonet percutit dentes. Cætera ergo membra erunt ad speciem, non ad vsum: ad commendationem pulchritudinis, non ad indigentiam necessitatis. Nunquid quia fortè quiddam vacabit, iam indecora erunt? Et quidem nunc quia imperiti sumus & causas rerum ignoramus, si videantur interiora nostra, horrentur potius quam diligantur. Quis enim nouit quemadmodum sibi inuicem connexa sint membra, & quibus coaptata nexibus? vnde vocatur ea cõnexio etiam harmonia: quod verbum dictum est de musica, vbi videmus, sicut in cithara neruos distentos: sed si omnes nerui sibi similiter sonent, nulla est cantilena. Diuersa distensio edit sonos. Diuersi autem soni ratione coniuncti non pariunt videntibus pulchritudinem, sed audientibus suauitatẽ. Istam rationem quisquis in membris humanis didicerit tantum delectatur, vt omni visibili pulchritudini ista ratio ab intelligẽtibus præferatur. Mo-

do tamen neſcimus, ſed tamen ſciemus: non quia videbuntur, ſed quia tunc nec ipſa corda noſtra latebunt. Illuminabit, inquit, abſcondita tenebrarum, & illuminabit & manifeſtas faciet cogitationes cordis: quæ nũc nobis ipſis in luce ſunt, quia nouimus eas, ſed proximis noſtris in tenebris ſunt. Times modo ne ſciat alter quæ cogitas, & abſcondere vis: quia fortè aliquid mali vel turpe vel vanum cogitare te noſti. Ibi autem nihil niſi bonum, niſi honeſtum, niſi verum, niſi ſyncerum cogitabis. Vnde quomodo vis modo videri faciem tuam, ſic tunc voles videri conſcientiam tuam. Nam & ipſa cognitio erit omnium noſtrum. Non me tantum cognituri eſtis, ſed & patrem meum quem non vidiſtis, & omnes qui erunt. Ibi enim maior notitia quam hîc erit. Inuicem ſe cognoſcent, & multò excellentius, quàm hîc prophetæ Dei. Deo pleni erunt, nec quod offendat erit, nec quod lateat cognitorem. Erunt ergo ibi membra integra, etiam quæ hîc pudenda, illic tamen pudenda non erunt. Non erit ibi ſolicitum integritatis decus, vbi non erit libidinis dedecus. Ecce etiam hîc vbi omnium noſtrorum operum neceſsitas mater eſt, quæ ibi non erit, tamen inuenimus aliqua quæ Deus in corporibus poſuit ad nullos vſus, ſed ſolum ad decus. Quid enim barba, niſi ſola pulchritudo? Quid in virili pectore mamillæ, quas ſi detrahis, inde quantam pulchritudinem detraxeris, fœditatem ingeſſeris? ſcimus certè multorum membrorum vſum non futurum, ſed decus nullius defuturum. Nihil indecorum erit. Vbi ſumma pax erit, nihil diſcordans, nihil monſtroſum, nihil quod offendat aſpectum, & in omnibus Deus laudabitur. Nam ſi in iſta infirmitate & terrena operatione membrorum apparet tanta corporis pulchritudo quæ illiciat libidinoſos, & ad quærendum excitat ſtudioſos ſiue curioſos: & in comparatione eorum, non alius artifex eorum, alius eſt cœlorum, ſed idem ipſe creator infimorum atque ſummorum: quanto magis ibi vbi nulla erit libido, nulla corruptio, nulla deformis prauitas, nulla ærumnoſa neceſsitas: ſed incontaminata æternitas, pulchra vita, ſumma fœlicitas? Sed dicis mihi, Quid acturus ſum? Nulla actio tibi iubetur, niſi ſtare, videre, laudare & amare.

(Cap.27. Tom.III.) Reſurgent autẽ omnes diuerſi ſexus vt hîc fuerunt viri & fœminæ. Require ſupra. c. Fœmina. & libr. de Eccleſiaſticis dogmatibus. In reſurrectione ex mortuis ſexus forma non mutabitur. Si vir mortuus eſt, reſurget in forma viri, & fœmina in forma fœminæ: carens tamen ſexuum in hac vita conditione non ſpecie naturali: ne non ſit vera reſurrectio, ſi non id reſurgat quod cadit.

Reſurgent homines tantum, & non alia animalia. (Cap.3. Tom.III.) Libro de fide ad Petrum, parte prima. Irrationabilia animalia reſurrectura non ſunt: quia nec in ipſis animalibus, aut æquitas, aut iniquitas fuit, pro qua eis æterna beatitudo ſit retribuenda, vel pœna. Illa igitur animalia præſentis ſæculi curſum atque ornatum, ſecundum creatoris incomprehenſibilem peragunt voluntatem, quæ de ſuis factis nullam rationem redditura ſunt, quia rationabilia non ſunt. Nunquid enim de bobus cura eſt Deo? (1.Cor.9.) Homines verò, qui rationales facti ſunt, & de ſe, & de omnibus rebus, quas in vſum vitæ præſentis acceperunt, reddituri ſunt rationem Deo, & pro ſuorum actuum qualitate, recipient aut pœnam, aut gloriam.

Quod omnes boni & mali reſurgẽt, ſed boni glorioſius & fœlicius. Ibidem. (Cap.11.pri. (?)) Habebunt ergo iuſti cum iniquis reſurrectionem carnis communem, ſed mutationis gratiam non habebunt, quæ dabitur iuſtis: quoniam à corporibus impiorum non aufertur corruptio, & ignobilitas & infirmitas, in quibus ſeminantur: quæ ab hac morte non extinguentur, vt illud iuge tormentum corpori atque animæ ſit mortis æternæ ſupplicium. Iuſtæ verò animæ quas hîc redẽptor Deus iuſtificauit ex fide, & iuſtificatis bene viuendi vſque in finem perſeuerantiam tribuit, & ipſis corporibus, in quibus hîc iuſtificationis gratiam Diuinitus acceperunt, & in quibus iuſtificati per fidem in charitate Dei proximíque vixerunt, regni cœleſtis æterna beatitudine potientur: glorificatis etiam corporibus ſuis, quæ ſine dubio carnis natura quam creauit veraciter permanente, non ſicut hîc animalia, ſed ſpiritualia tunc habebunt. Sanctorum enim ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. In his per illam immutationem quæ ſolis dabitur iuſtis, implebitur quod oportere dicit Apoſtolus, Vt corruptibile hoc induat incorruptionem (1.Cor.15.) & mortale hoc induat immortalitatem. In quibus ſexus maſculinus vel fœmininus, ſicut eadẽ corpora creata ſunt, permanebit: quorum gloria erit profectorum bonorum diuerſitate diuerſa. Omnia tamen corpora, ſiue maſculorum, ſiue fœminarum, quæcunque in illo regno erũt, glorioſa erunt. Ille autem iudex nouit quãtam vnicuique ſit daturus gloriã, qui in hac vita per miſericordiam gratis iuſtificando præuenit, quos illic per iuſtitiam glorificare diſpoſuit.

In Epiſtola ad Conſentium de incarnatione Domini. (Tom.II. Epiſt.146.) Quid ſibi vult iſta diſtinctio Apoſtoli, Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur: niſi quia omnes incorrupti reſurgent? Sed ex his iuſti etiam immutabũtur in illam incorruptelam, cui omnino nulla poſsit nocere corruptio: ac per hoc qui in ea non commutabuntur, incorrupti quidem reſurgent integritate membrorũ, ſed tamen corrumpẽdi dolore pœnarum, cum audiẽt, Ite in ignem æternum.

Libro de agone Chriſtiano. (Cap.7. Tom.III.) Si in hac vita, vbi tanta tormenta ſunt, poſſunt viri boni & iuſti, cũ talia patiuntur, non ſolùm æquo animo tolerare, ſed & in Dei charitate gloriari: quid cogitãdum eſt de illa vita, quæ nobis promittitur, vbi nullam de corpore moleſtiam ſuſtinebimus? Quoniã non ad hoc reſurget corpus iuſtorũ, ad quod reſurget corpus impiorum, ſicut ſcriptum eſt, (1.Cor.15.) Omnes reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur. Et ne quiſquã putet nõ iuſtis immutationem iſtam promitti, ſed potius iniuſtis, & eã exiſtimet eſſe pœnalẽ, ſequitur & dicit,

dicit, Et mortui resurgẽt incorrupti, & nos immutabimur. In dialogo ad Orosiũ. Homo nõ tantum cum carne & ossibus, sed cum sanguine, vel quicquid ad naturam eius pertinet resurget: sed sine vlla corruptione erit semper illi æterna vita, & æterna fœlicitas, contemplando trinitatem Deum. Sed sicut iusti cum sua carne ad æternam fœlicitatem, ita impij ad æternam resurgẽt miseriam. Lib. de symbo. tract. iij. versus finẽ. Omnis spes fidei nostræ hæc est, quoniam resuscitamur. Omnes quidem resurgemus, ait Apostolus, sed non omnes immutabimur. Resurgẽt boni, resurgent mali: sed boni, vt sempiterna beatitudine perfruantur: mali, vt perpetuo igne puniantur. Ibi discernetur fidelis ab infideli: vt acci piat fides pręmium, & perfidia supplicij obtineat locum. Lib. j. de doctrina Christiana. Quomodo animus post pœnitentiam, quæ priores mores perditos interimit, reformatur in melius, sic etiam corpus post interfectam mortem, quã vinculo peccati omnes debemus, credendum & sperandum est resurrectionis tempore melius commutari: vt non caro & sanguis regnum Dei possideant, quod fieri non potest, nisi corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc induat immortalitatem, nullámque faciens molestiam, quia nullam patietur indigentiam, à beata perfectáque anima cum summa quiete vegetetur. Cuius autem animus non moritur huic sæculo, neque incipit configurari veritati, in grauiorem mortem morte corporis trahitur. Neque ad commutationem cœlestis beatitudinis, sed ad luenda supplicia reuiuiscet. Hoc itaque fides habet, atque ita se rem habere credendum est, neque animum, neque corpus humanum omnino interitum pati: sed impios resurgere ad pœnas inæstimabiles, pios ad vitam æternã. Post ipsam resurrectionem perpetuus erit status bonorum & malorum. Libro de Ecclesiasticis dogmatibus. Post resurrectionem & iudicium non credamus restitutionem futuram, quam Origenes delirat: vt dæmones vel impij homines post tormenta quasi suppliciis expurgati, vel illi in Angelicam redeant qua creati sunt dignitatem, vel isti iustorum societate donẽtur: eo quod hoc Diuinæ conueniat pietati, ne quid ex rationalibus pereat creaturis, sed quolibet modo saluetur. Sed nos credamus ipsi iudici omnium & retributori iusto, qui dixit: Ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam, vt percipiant fructum operum suorum. Sed de causa fœlicitatis carnis post resurrectionem, dicit lib. xij. super Gen. c. xxxv. Cum hoc corpus iam non animale, sed per futuram commutationem spirituale receperit anima Angelis coæquata, perfectum habebit naturæ suæ modũ, obediẽs & imperans, viuificata & viuificans, tam ineffabili facilitate, vt sit ei gloriæ quod sarcinæ fuit.

Super Psal. lxij. Promittitur nobis carnis resurrectio: & talis resurrectio carnis nobis promittitur, vt caro quidẽ ista quã modo portamus resurgat in finẽ. Nec incredibile nobis videatur.

A Si enim Deus fecit nos qui non eramus, magnum est illi reparare quod eramus? Ergo hoc nobis incredibile nõ videatur, quia videtis putrescere mortuos & ire in cineres & in puluerem. Aut si incendatur aliquis mortuus, aut si canes dilaniẽt eum, putatis quia non erit resurrecturus? Omnia quæ discerpuntur, & in fauillas quasdam putrescunt, integra sunt Deo. Illa enim elementa mundi eunt, vnde prouenerunt, quando facti sumus: non illa videmus, sed tamen Deus vnde scit, producet illa: quia & antequã essemus, vnde sciebat nos produxit. Talis ergo resurrectio carnis nobis promittitur, vt quãuis ipsa sit caro, quam modo portamus, quæ resurrectura est, tamẽ non habeat corruptionem quam modo habet. Modo enim ex corruptione fragilitatis si non manducemus,

B deficimus & esurimus: Si nõ bibamus, deficimus & sitimus: si diu vigilemus, deficimus & dormimus: si diu dormiamus, deficimus ideo vigilamus: si diu manducemus & bibamus quamuis propter refectionem manducemus & bibamus, ipsa diuturna refectio defectio est. Si diu stemus, fatigamur, ideo sedemus: & si diu sedeamus, & ibi fatigamur, ideo surgimus. Deinde vide, quia nullus status est carnis nostræ. Quomodo infantia auolat in pueritiã, & quæris infantiã, & non est infantia quia iam pro infantia pueritia est. Iterum & ipsa migrat in adolescentiam. Quęris pueritiam, & non inuenis. Adolescens fit iuuenis. Quæris adolescentiam, & non est. Iuuenis fit senex. Quæris iuuenem, & non inuenis. Et senex moritur, quæris senem, & non inuenis. Non

C stat ergo ætas nostra. Vbique fatigatio est, vbiq; lassitudo, vbique corruptio. Attendẽtes qualem nobis spẽ resurrectionis promittat Deus in istis omnibus multiplicibus defectibus nostris, sitimus illam incorruptionem. Libr. de consolatione mortuorum, sermo. j. Cum venerit Dominus inueniet multos in corpore Christianos, qui nondum experti sunt mortem: & tamen non ante rapientur ad cœlum, quàm mortui sancti de monumẽtis surrexerint, in tuba Dei & voce Angeli suscitati. Cum autem fuerint suscitati sancti, pariter cum viuentibus in nubibus ibunt obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Christo regnabunt. Nec sanè potest dubitari quod possint grauia in aëra subleuari, cum iubente Deo Petrus, ipsum corpus habens, super vndas ambu-

D lauerit maris: & Helias ad eius spei confirmationem per hunc aërem curru flammeo sit raptus ad cœlum. Sed quæris fortè quales erunt, qui à mortuis surrexerint? Audi ipsum Dominum dicentem, Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui. Quid splendorem commemorem solis, cum fideles trãsfigurari necesse est ad ipsius Domini claritatẽ, vt testatur Paulus, Nostra, inquit, conuersatio est in cœlis, vnde & saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ ad conformationem corporis gloriæ suæ? Et transfigurabitur sine dubio caro ista mortalis ad cõformationem Christi claritatis. Induetur enim mor

Instabilitas humana. *Cap. 5. Tom. IX.* *Cap. 6.* *Phil. 3.*

tale immortalitatem: quia quod ſeminatũ fuerat in infirmitate, ſurget protinus in virtute. Non timebit caro amplius corruptionem, non patietur famẽ, non ſitim, non ægritudines, nõ caſus aduerſos, pax erit tuta & firma ſecuritas. Vita vtique cœleſtis, gloria ibi & gaudiũ ſine defectione pręſtabitur. Hæc in ſenſu & in oculis gerens beatus

Phil. 1. Paulus dicebat, Optabã diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Et quia in anima erit fœlicitas cauſa Diuinæ viſionis, & perfectæ cognitionis, ideo dicit (Cap. 94. Tom. III.) in Enchiridion. Remanẽtibus ita Angelis & hominibus reprobis in ęterna pœna, tũc ſancti ſciẽt plenius quid boni eis contulerit gratia. Tunc rebus ipſis euidentius apparebit quod in Pſalmo ſcriptum eſt, Miſericordiam & iudicium cãtabo tibi Domine. Quoniam niſi per indebitam miſericordiam nemo liberatur, & niſi per debitũ iudicium nemo damnatur. (Cap. 95.) Tunc nõ latebit quod nunc latet, cur de duobus, vnus erit aſſumendus per miſericordiã, & alius per iudiciũ relinquendus, in quo is qui aſſumeretur agnoſceret, quid ſibi per iudiciũ deberetur, niſi miſericordia ſubueniret: & cur ille potius quàm iſte fuerit aſſumptus, cũ cauſa vna eſſet ambobus: Cur apud quoſdam non factę ſunt virtutes, quę ſi factę fuiſſent, pœnitentiam egiſſent illi homines, & factæ ſunt apud eos qui non erant credituri. (*In resurrectione quæ nũc tecta revelabuntur.*) Apertiſsimè nanque dicit Dominus, Væ tibi Corozaim, Vę tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factę fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis olim, in cilicio & cinere pœnitentiã egiſſent. Nec vtique iniuſte Deus noluit ſaluos fieri, cũ poſſent ſalui eſſe ſi vellent. Tunc in clariſsima luce ſapiẽtiæ videbitur, quod nũc piorũ fides habet, antequã manifeſta cogitatione videatur, quã certa & incõmutabilis & efficaciſsima ſit voluntas Dei, quã multa poſsit vt nõ velit, nihil autem velit quod non poſsit: quãque ſit verũ quod in Pſalmis canitur, (Pſal. 113.) Deus autẽ noſter in cœlo ſurſum, in cœlo & in terra omnia quęcunque voluit fecit. Quod vtiq; non eſt verum, ſi aliqua voluit & non fecit. Et quod eſt indignius, ideo nõ fecit, quoniã ne fieret quod volebat omnipotẽs, volũtas hominis impediuit. Et quia perficietur anima in cognoſcẽdo, & corpus in viuendo. Ideo dicit in ſer. xviij. (Serm. fer. 6. paſchæ: ord. ſerm. de tẽpore 152. Tom. X.) de reſurrectione Domini. Manifeſtabit tũc Chriſtus cogitationes cordiũ. Cor videre, Dei eſt: hominum autem non eſt, niſi de iis quæ manifeſta ſunt iudicare. Modo ergo cogitationes noſtræ nobis ipſis ſingulis, quibúſque in luce ſunt, quia nouimus eas: ſed proximis noſtris in tenebris ſunt, quia non vident eas. Ibi quod noſti te cogitare, & alter ſciturus eſt. Modo vis abſcondere, modo times publicare cogitationes tuas. Forte enim aliquid mali aliquando cogitas, forte aliquid turpe, forte aliquid vanũ. Nihil ibi niſi honeſtum, nihil ibi niſi purum, nihil ibi niſi ſyncerum. Quando ibi fueris, quid cogitabis? Quomodo vis videre modo faciem tuam, ſic tunc videbis conſcientiam tuam. Nam ipſa agnitio omnium noſtrum erit. Ibi enim erit inuicem agnitio. Sic videbunt omnes, & multo excellentius, quomodo hîc ſolent videre Prophetæ. Diuinè videbunt, quando Deo pleni erunt: nec quod offendat erit, nec quod lateat conditorem. Erunt ergo ibi membra integra, & iam quæ ſint pudenda, non erunt. Non ibi erit ſolicitum integritatis decus, vbi non erit libidinis dedecus. Ecce etiam hîc, vbi omnium noſtrorum operum neceſsitas mater eſt, quæ neceſsitas tunc non erit, tamen inuenimus aliqua quæ Deus poſuit in corporibus ad nullos vſus, ſed ſolùm ad decus. Nulla ibi erit corruptio, nulla deformis prauitas, nulla ærumnoſa neceſsitas, ſed interminatæ æternitatis pulchra veritas, ſumma fœlicitas. Sed dices, Quid acturus ſum? Nulla actio erit ibi, niſi ſtare, videre, amare & laudare. Et quia reſurgent ſancti & habebunt corpora immortalia & eadem corpora quæ hîc habuerunt, ideo de Platone & Porphyrio ac Varrone Philoſophis dicit libro vigeſimo ſecundo de ciuitate Dei. (Cap. 26. Tom. V.) Non ergo vt beatæ ſint animæ corpus eſt omne fugiendum: ſed corpus incorruptibile recipiendum. Et in quo conuenientius incorruptibili corpore lætabuntur, quam in quo corruptibili gemuerunt? Sic enim non in eis erit illud dira cupiditas, quam poſuit ex Platone Virgilius, vbi ait,

Rurſus & incipient in corpora velle reuerti.

Sic, inquam, cupiditatem reuertendi ad corpora non habebunt, cum corpora in quæ reuerti cupiunt, ſecũ habebunt: & ſic habebunt, vt nunquã non habeant, & nunquam ea prorſus vel ad exiguum quamlibet tempus, vlla morte deponant.

Et ſubdit, capite vigeſimo ſeptimo. Singula quædam dixerunt Plato atque Porphyrius, quæ ſi inter ſe communicare potuiſſent, facti eſſent forſitan Chriſtiani. Plato dixit ſine corporibus animas in æternum eſſe non poſſe. Ideo dixit etiam ſapientium animas, poſt quamlibet longum tempus, tamen ad corpora redituras. Porphyrius autem dixit animam purgatiſsimam cum redierit ad patrem, ad hæc mala mundi nunquam eſſe redituram. Ac per hoc, quod verum vidit Plato, ſi dediſſet Porphyrio, etiam iuſtorum atque ſapientium purgatiſsimas animas ad humana corpora redituras: (*Conciliatio opinionum Platonis & Porphyrii de animis.*) Rurſus quod verum vidit Porphyrius, ſi dediſſet Platoni, nunquam redituras ad miſerias corruptibilis corporis animas ſanctas: vt non ſinguli hæc ſingula, ſed ambo & ſinguli vtrunque dicerent, puto quod viderent eſſe iam conſequens, vt & redirent animæ ad corpora, & talia reciperent corpora, in quibus beatè atque immortaliter viuerent. Quoniam ſecundum Platonem, etiã animæ ſanctæ ad humana corpora redibũt. Et ſecũdum Porphyrium, ad mala mũdi huius ſanctæ animæ non redibunt. Dicat itaque cũ Platone Porphyrius, redibunt ad corpora. Dicat Plato cum Porphyrio, non redibunt ad mala: & ad ea corpora redire conſentient, in quibus nulla patiantur mala. Hæc itaque non erunt, niſi illa quæ promiſit Deus, beatas animas in æternum cum ſua carne victuras. Hoc enim quantum exiſtimo iam facilè

facilè nobis concederent ambo, vt qui fatentur ad immortalia corpora redituras animas esse sanctorum, ad sua corpora illas redire permitterent, in quibus mala huius sæculi pertulerunt, in quibus Deum, vt his malis carerent, pie fideliterque coluerunt. Et addit sequenti cap. Nõnulli propter quoddam præclarissimum loquendi genus, & propter nonnulla quæ veraciter sensit, amantes Platonẽ, dicunt eum aliquid simile nobis etiã de resurrectione mortuorum sensisse. Quod quidem sic tangit in libris de republica Tullius, vt eum lusisse potius, quàm quod id verũ esset affirmet dicere voluisse. Inducit enim hominẽ resurrexisse, & narrasse quædam, quę Platonicis disputationibus congruebant. Labeo etiam duos dicit vno die fuisse defunctos, & occurrisse inuicem in quodam compito, deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare, & constituisse inter se amicos se esse victuros, atque ita esse factum donec postea morerentur. Sed isti authores talem resurrectionem corporis factam fuisse narrant, qualis fuit eorum quos resurrexisse nouimus: & huic quidẽ redditos vitæ, sed non eo modo, vt non morerentur vlterius. Et adiungit dictũ Varronis, quod redeunt ad eadem corpora immortaliter. Vnde concludit. Qui hæc sentiunt siue senserunt, non eis visum est fieri non posse, vt dilapsa cadauera in auras, in puluerem, in humores, in corpora vescentium bestiarum, vel ipsorum quoque hominum, ad id rursus redeant quod fuerunt. Quapropter Plato & Porphyrius, vel potius quicunque illos diligunt, & adhuc viuunt, si nobis consentiunt, etiam sanctas animas ad corpora redituras, sicut ait Plato, nec tamen ad mala vlla redituras, sicut ait Porphyrius: vt ex his fiat consequens quod fides prædicat Christiana, talia corpora recepturas, in quibus sine vllo malo in æternũ fœliciter viuant: assumant etiam hoc de Varrone vt ad eadẽ corpora redeant, in quibus antea fuerunt, vt apud eos tota quæstio de carnis in ęternũ resurrectione soluatur. Habebunt sancti post resurrectionem comedendi potestatem, sed non necessitatem. Lib. de sex quæstionibus ad Deogratias, quæst. j. Quomodo autem cõtrarium est, & Christum post resurrectionem cibatum, & in resurrectione quæ promittitur ciborum indigentiam non futuram: cum & Angelos legamus eiusmodi escas, eodémq; modo sumpsisse, non ficto phantasmate, sed manifestissima veritate: nec tamen necessitate, sed potestate? Aliter enim absorbet terra aquam sitiens, aliter solis radius candẽs: Illa indigentia, iste potentia. Futuræ ergo resurrectionis corpus, imperfectæ fœlicitatis erit, si cibos sumere non potuerit: & imperfectæ fœlicitatis erit, si cibis eguerit. Sed de resurrectione Samuelis p̃ Pythonissam. Loquitur in lib. de octo quæstionibus ad Dulcitium, quæst. vj. Non dicit eum fuisse, sed dæmonem in eius specie. Tamen pro altera parte sic ait, Cur anima boni hominis à malis viuis euocata si venerit, amittere videatur dignitatem suam, cum & viui plerunque boni vocati ad malos veniant, & agant cum eis quod officium postulat æquitatis seruato atque inconcusso decore virtutis suæ & illorum vitiis pro rerum præsentiũ, vel vsu vel necessitate tractatis? Tamen vt dicit libro ij. de mirabilibus sacræ scripturæ, capite iiij. De Samuele à Pythonissa suscitato, non Samuel, sed diabolus, qui se transfert in Angelum lucis, in phantasia Samuelis consideratur: qui ad funestum regem dicit, Tu & filij tui mecum cras eritis. Si ergo à Pythonissa diabolus ostenditur, quare Samuel in scriptura Diuina dicitur suscitatus? In multis scripturæ sacræ locis imaginatis rebus sæpe rerum verarum nomina ascribuntur, vt virga in serpentem, & serpens æneus in deserto, serpentes dicuntur. Duo quoque Cherubin, quinque mures, & duodecim boues sub mari æneo, & quatuordecim leones in throno Salomonis, & mala granata, in templi ædificio depicta rerum nominibus designantur: cum hæc non veritas, sed similitudo sint: Ipsæ tamen scripturæ sine vllo incertitudinis respectu quasi res veras nominatim ponunt. Phantasma igitur Samuelis velut ipse Samuel ostensum pronuntiatur, sicut & in Prophetis, & in Apocalypsi Ioannis ostensi viri memorantur.

Cap. 11. Tom. I. I. — *1. Reg. 28.*

RHETORICA. Scientia rhetoricę definitur, & vtilis esse ostenditur doctoribus fidei, & quomodo à nescientibus potest disci. Libro iiij. de doctrina Christiana. Cum per artem rhetoricam & vera suadeantur & falsa, quis audeat dicere aduersus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem: vt videlicet illi qui res falsas persuadere conantur, nouerint auditorem, vel beneuolum, vel intentum, vel docilem prooemio facere, isti autem non nouerunt? Illi falsa breuiter, verisimiliter, apertè: & isti vera sic narrãt, vt audire tędeat, intelligere non pateat, credere postremò non libeat? Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent, asserant falsitatem: isti nec vera defendere, nec falsa valeant refutare? Illi animos audientium in errorem mouentes impellentésque, dicendo terreant, contristent, exhilarent, exhortentur ardenter: isti pro veritate lenti frigidíque dormitent? Quis ita desipiat vt hoc sapiat? Cum ergo sit in medio posita facultas eloquij, quæ ad persuadenda seu praua seu recta valet plurimum, cur non bonorum studio comparatur, vt militet veritati, si eam mali ad obtinendas peruersas vanásque causas, in vsus iniquitatis & erroris vsurpant? Sed quæcunque sunt de hac re obseruationes atque præcepta, quibus cum accedit in verbis plurimis ornamentísque verborum linguæ solertissima consuetudo, fit illa quę facundia vel eloquentia nominatur, extra istas literas nostras, seposito ad hoc cõgruo temporis spatio, apta & conuenienti ætate discenda sunt eis qui hoc celeriter possunt. Nam & ipsos Romanæ eloquẽtiæ principes nõ piguit dicere, quod hãc artẽ nisi q̃s citò possit, nũquã oĩno possit perdiscere. Quod vtrũ verũ sit, quid opus est

Cap. 2. Tom. III. — *Rhetorum fucata eloquentia.* — *Cap. 3.* — *Rhetoricam nisi quis citò, nũq̃ ...*

quærere? Non enim etiam si possint hæc à tardioribus tandem aliquãdo perdisci, nos ea tanti pendimus, vt eis discendis iam maturas aut etiam graues hominum ętates velimus impendi. Satis est vt adolescentulorum ista sit cura, nec ipsorum omnium quos vtilitati Ecclesiæ cupimus erudiri, sed eorum quos nondũ magis vrgens, & huic rei sine dubio proponẽda necessitas occupauit. Quoniam si acutum & feruens assit ingeniũ, facilius adhæret eloquentia legentibus & audientibus eloquentes, quã eloquentiæ pręcepta sectantibus. Nec desunt Ecclesiasticæ literæ etiã præter canonem in authoritatis arce salubriter collocatum, quas legendo homo capax, & si id non agat, sed tantummodo rebus quæ ibi dicuntur intentus sit, etiam eloquio quo dicuntur, dum in his versatur, imbuitur, accedente vel maximè exercitatione, siue scribendi, siue dictandi, postremo & dicendi, quæ secundum pietatis ac fidei regulã sentit. Si autem tale desit ingenium, nec illa rhetorica præcepta capiuntur, nec si magno labore inculcata quantulacunque ex parte capiantur, aliquid prosunt: quandoquidem etiã ipsi qui ea didicerunt, & copiosè ornatéque dicunt, non omnes vt secundũ ipsam dicant, possunt ita cogitare cum dicunt, si non de his disputant: imò verò vix vllos eorum esse existimo, qui vtrunque possit, & dicere bene, & ad hoc faciendũ præcepta illa cogitare dicendi cum dicunt. Cauendum est enim ne fugiant ex animo, quæ dicenda sunt, dum attenditur, vt arte dicantur. Et tamen in sermonibus & dictionibus eloquentiũ, impleta reperiuntur præcepta eloquẽtię, de quibus illi vt eloquerentur, vel cum eloquerentur nõ cogitauerũt, siue illa didicissent, siue ne attigissent quidem. Implent quippe illa, quia eloquentes sunt, non adhibent vt sint eloquentes. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiant, nisi loquutiones discendo loquentium: cur eloquentes fieri non possunt nulla eloquendi arte tradita, sed eloquutiones eloquentium audiendo & legẽdo, & quantum assequi conceditur imitando? Quid quod ita fieri ipsis quoque experimur exemplis? Nam sine præceptis rhetoricis nouimus plurimos eloquentiores plurimis qui illa didicerunt: sine lectis verò & auditis eloquẽtium disputationibus vel dictionibus neminem. Nam neque ipsa arte grammatica, qua discitur loquutionis integritas, indigerent pueri, si eis inter homines qui integrè loquerentur, crescere daretur & viuere. Nescientes quippe vlla nomina vitiorum, quicquid vitiorum cuiusquam ore loquentis audirent, sana sua consuetudine reprehenderent & cauerent, sicut rusticos vrbani reprehendunt, etiam

Cap.36. qui literas nesciunt. Vnde probat regulas rhetoricę esse veras & vtiles, libro secundo. Sunt quædam præcepta vberioris disputationis, quæ iam eloquentia nominatur, quæ nihilominus vera sunt, quamuis eis etiam possint falsa persuaderi. Sed quia & vera esse possunt, non est facultas ipsa culpabilis, sed ea malè vtentium peruersitas. Nam neque hoc ab hominibus institutum est, vt

A veritatis expressio conciliet auditorem, aut vt facilè quod intendit, insinuet breuis & aperta narratio, & varietas eius sine fastidio teneat intentos, & cæteræ huiusmodi obseruationes: quæ siue in falsis, siue in veris causis, veræ sunt tamen, inquantum vel sciri vel credi aliquid faciunt, aut ad expetendum faciendúmue animos mouent, & inuentæ potius quod se ita habeãt, quàm vt ita se haberent institutæ. Sed hæc pars cum discitur, magis vt proferamus ea quæ intellecta sunt, Cap.37. quàm vt intelligamus adhibenda est. Illa verò conclusionum & definitionum & distributionum plurimum intellectorem adiuuat: tantum absit error, quo vidẽtur sibi homines ita beatę vitæ veritatem didicisse, cum ista didicerint: quam plerunque accidat vt facilius homines res eas

B assequãtur, propter quas assequendas ista discuntur, quam talium præceptorum nodosissimas & spinosissimas disciplinas. Tanquam si quispiam dare volens præcepta ambulandi, moneat non esse leuandum posteriorem pedem, nisi cum posuerit priorem, deinde minutatim quemadmodum articulorum & poplitum cardines oporteat mouere describat. Simile. Vera enim dicit, nec aliter ambulari potest: sed facilius homines hoc faciendo ambulant, quam animaduertunt cum faciunt, aut intelligunt cum audiunt. Qui autem ambulare non possunt, multominus ea curant, quæ nec experiendo possunt attendere. Ita plerunque citius ingeniosus videt non esse tantam conclusionem, quam præcepta eius capit: tardus autem non eam videt, sed multominus quod de il-

C la præcipitur. Magísque in his omnibus ipsa spectacula veritatis sæpe delectant, quam ex eis in disputando aut iudicando adiuuamur, nisi fortè quod exercitatiora reddunt ingenia, si etiam maligniora aut inflatiora non reddant: hoc est, aut vt decipere verisimili sermone atque interrogationibus ament, aut aliquid magnum quo se bonis atque innocentibus anteponant, se assequutos putent, quia ista didicerunt.

RETRIBVERE. De retributionibus Dei. Super Psalm. cij. Tom.VIII. Quid retribues Domino pro eo quod super omnia pecora & volãtia fecit te ad imaginem & similitudinem suam? Noli quærere quid ei retribuas: Similitudinem ipsius ei retribue. Non plus quærit: nummum suum exigit. Quod retribuere ei, Infra.

D est ipsum imitari. Ibidem. Cogita anima omnes retributiones Dei, cogita omnia mala facta tua. Quàm multa enim mala facta tua, tam multæ bonæ retributiones eius. Et quid illi offeres forte xeniorum? Quid munerũ? Quid sacrificiorum? Quoniam non obliuisceris retributiones eius. Hoc sacrificio delectatur. Sacrificium, inquit, laudis honorificabit me. Immola Deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo vota tua. Laudari se vult Deus: & hoc vt tu proficias, non vt ille sublimetur. Non est omnino quod illi retribuas: Quid & à quo retribuendum Domino. & quod exigit, nõ sibi, sed tibi exigit, tibi ꝓderit, tibi seruatur. Non hoc à te amat quod illum augeat, sed quod te ad illum perducat. Propterea

quęre

quærebant martyres,& non inuenerunt,quid retribuerent, nisi, Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo: quem calicem, ipse Dominus dedit. Non vult Deus de tuo sibi retribui. Si de tuo retribuis, peccatum retribuis: Omnia enim quæ habes ab illo habes, tuum non habes,nisi peccatum. Non sibi vult retribui de tuo, sed de suo. Veritatem retribue, in veritate Dominum lauda. Si de tuo volueris, mentieris. Qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Qui loquitur veritatem, de Dei loquitur. Quid est autem accipere calicem salutaris, nisi passiones Domini imitari? Hoc martyres fecerunt. Sed declarat quæ sint retributiones Dei. Ibid. infra. Noli obliuisci omnes retributiones eius. Retributio est, cum peccator & impius vocatus es, vt iustificareris. Retributio est, cum rectus & gubernatus es, ne caderes. Retributio est, cum tibi vires subministratæ sunt, vt vsque in finem perseuerares. Retributio est, vt etiam caro ista tua qua premebaris resurgat, & nec capillus capitis tui intereat. Retributio est, vt post resurrectionem coroneris. Retributio est, vt in ęternum Deum ipsum sine defectu laudes. Omnes retributiones eius noli obliuisci, si vis vt benedicat anima tua Dominũ.

De retributionibus distinguit, super Psalm. cxviij. serm. vij. Quatuor sunt retributiones. Aut enim mala pro malis retribuuntur, sicut Deus ignem æternũ retributurus est impiis: aut bona pro bonis, sicut regnum æternum retributurus est iustis: aut bona pro malis, sicut Christus per gratiam iustificat impium: aut mala pro bonis, sicut Iudæus per malitiam persequutus est Christum. Harum quatuor retributionum duæ priores pertinent ad iustitiam, vt retribuantur mala pro malis, & bona pro bonis. Tertia pertinet ad misericordiam, vt retribuantur bona pro malis. Quartam Deus nescit, nulli enim malum pro bono retribuit. Tertia primitus necessaria est: nisi enim Deus retribueret bona pro malis, nullo modo essent quibus retribueret bona pro bonis.

REVELARE. Quomodo fit alienum reuelandum peccatũ. Super Leui. quæstio. j. Quia præcepit Dominus in Leuitico, quod audiens & vidẽs & sciens aliquẽ iurasse falsum testimoniũ, si nõ reuelat, portet peccatũ: magna quęstio est, quia nõ expresit cui hoc indicandũ est: vtrum illi cui iuratur, an sacerdoti, vel cuipiam qui non solũ eum persequi nõ potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest: videtur mihi quod se homo soluat etiam à peccati vinculo si indicet talibus qui magis possunt prodesse, quàm obesse periuro, siue ad corrigendũ eum, siue ad Deũ pro illo placãdũ si & ipse cõfessionis adhibeat medicinã. Reqre de hac materia supra, vbi Accusatio, & ca. Arguere.

RISVS. Lib. j. de Academ. disputa. ij. Ratio præueniat risum tuum. Nihil enim fœdius risu irrisione dignissimo. Super Psal. lj. Intelligamus & discernamus ista duo tempora satis vtiliter, timendi, & ridendi. Quandiu enim sumus in hoc sæculo, non est ridendum, ne postea ploremus.

RIXA. Quod inter bonos esse possunt rixę simul cum charitate. Super Psalm. xxxij. Dilige fratrẽ tuũ sicut teipsum, & habe cũ eo pacẽ. Sed nõ possunt nisi existere aliquę rixę, quomodo inter fratres & inter sanctos extiterunt, vt inter Barnabã & Paulũ: sed nõ quæ occiderent cõcordiã, nõ quæ interimerẽt charitatem. Nam & tibiipsi resistis aliquãdo, tamen nõ te odisti. Omnis quem pœnitet aliquid, rixatur secum. Peccauit, redit, irascitur sibi. Rixam ergo secum habet, sed ista rixa ad concordiam tendit. (Conc. 2. Tom. VIII.)

Require de ista materia supra, cap. Discordia.

ROGARE. Qui sunt in mũdo magni, dedignãtur rogare Deũ. Super Psal. ciij. ser. iiij. Quis potens & timidus & superbus in terra, qui dignetur rogare Deum? Cum vt infra subdit ibidem. Impius quilibet, & infœlix anima rogare Deũ nescit, & vult se rogari ab hominibus. Rogãdus est Deus etiã pro malis. Super Psal. lv. Ora pro malo, & noli dicere, Nunquid & talem hominem Deus correcturus est, tã malum, tam peruersum? Noli desperare. Quẽ roges attende, nõ pro quo reges. Magnitudinẽ morbi vides, potentiam medici non vides. De hac materia require supra, capite Oratio. (Tom. VIII.)

ROMA. Romani à Troianis processerunt. Ideo dicit lib. xv. de ciuitate Dei, cap. xix. Virgilius imperiosissimam ciuitatem domum appellat Assaraci, Romanos volens intelligi qui de Assaraco per Troianos originem ducũt: & domũ Aeneę eosdem ipsos, quia eo duce Troiani cum in Italiam venissent, ab eis condita est Roma. Imitatus est nanque poëta ille literas sacras, in quibus dicitur domus Iacob tam ingens populus Hebræorum. Lib. iij. eiusdem, cap. ij. Ipsa Troia est vel Ilium, vnde origo populi Romani. Processerunt etiã ex Laurẽtis. Lib. xviij. capite xv. Per ea tempora regnum finitum est Argiuorum, & translatum ad Mycenas: vnde fuerat Agamemnon, & exortũ est regnum Laurentum: vbi Saturni filius Picus regnum primus accepit, iudicante apud Hebræos fœmina Delbora, sed per illam Dei spiritus id agebat: nam etiam Prophetissa erat, cuius Prophetia minus aperta est, quam vt possimus eam sine diuturna expositione de Christo demonstrare prolatam. Iam ergo regnabant Laurentes vtique in Italia, ex quibus euidentior ducitur origo Romana post Græcos: Et tamen adhuc regnum Assyriorum permanebat, vbi erat rex vigesimus tertius Lampares, cum primus Laurentum Picus cœpisset esse. Condita fuit ciuitas à Romulo & Remo, qui lactati fuerunt à lupa, siue fuerit meretrix, siue bestia: vt dicit lib. xxij. eiusdem, cap. vj. (Tom. V. — Virgilius 6. Aeneid. — Tom. V. — Regni Argiuorũ finis.)

De eius constructionis tempore, dicit lib. xvj. eiusdẽ. Per idẽ tẽpus eminentia erant regna Gentiũ, in quibus terrigenarũ ciuitas, hoc est societas hominum secundum hominem viuentiũ sub dominatu Angelorum desertorũ insignius excellebãt, regna videlicet tria Assyriorũ, Sicyoniorũ, Aegyptiorũ: Sed Assyriorũ multo erat potentius atque (Cap. 17. Tom. eod. — Tria gentiũ excellentia regna.)

atque sublimius. Nam rex ille Ninus Beli filius excepta India, vniuersæ Asiæ populos subiugauerat. Asiam verò dico, non illã partem quæ huius maioris Asiæ vna prouincia est, sed eam quæ vniuersa Asia nuncupatur: quam quidam in alteram duarum, plerique autem in tertiam totius orbis partem posuerunt. Et subdit ibid. Ninus habebat in regno quadraginta annos, quãdo natus est Abraham, qui erat circiter annus millesimus ducentesimus ante conditam Romam, veluti alteram in occidente Babyloniam. Libr. xviij. eiusdem. Condita est Romana ciuitas velut altera Babylon, & velut prioris filia Babylonis, per quam placuit Deo orbem debellare terrarum, & in vnam societatem reipublicæ legúmque perductum longè latéque pacare. Erãt enim iam populi validi, & fortes, & armis gentes exercitatæ, quæ non facilè cederent, & quas opus esset ingentibus periculis, & vastatione vtrinque non parua, atque horrendo labore superari. Nam quando regnum Assyriorũ totã penè subiugauit Asiam, licet bellando sit factum, non tamẽ multum asperis, & difficilibus bellis fieri potuit, quia rudes adhuc gentes ad resistendum erant, nec tam multæ vel magnæ. Siquidẽ post illud maximum atq; vniuersale diluuium, cum in arca Noë octo soli homines euaserunt, anni nõ multò amplius quã mille transierant, quando Ninus Asiam totam, excepta India, subiugauit. Roma verò tot gentes & Oriẽtis & Occidentis, quas imperio Romano subditas cernimus, non ea celeritate ac facilitate perdomuit: quoniam paulatim crescendo, robustas eas & bellicosas quaquauersum dilatabatur inuenit. Tempore igitur quo Roma condita est, populus Israël habebat in terra promissionis annos septingentos decem & octo. Ex quibus viginti septem pertinent ad Iesum Naue, deinde ad tempus iudicum, trecenti viginti nouem. Ex quo autem reges ibi esse cœperant, anni erant trecenti sexaginta duo. Et tũc rex erat in Iudæa Achã, vel sicut alij cõputant, qui ei successit Ezechias, quem quidem constat optimum & piissimum regem Romuli regnasse temporibus. In ea verò his temporibus Hebraici populi parte quæ appellatur Israël, regnare cœperat Osee. Eodem tempore nonnulli Sybillam Erythræam vaticinatam ferunt. De Romanorum probitate. lib. iij. eiusdem, cap. x. Romani domi militiæque intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire: libertatem, patriam, parentésque armis tegere. Post vbi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabãt, magísque dãdis, quàm accipiendis beneficiis amicitias parabant. Decenter his artibus Roma creuit. Lib. v. eiusdem, cap. xij. Veteres primíq; Romani, quãtum eorum docet & commendat historia, quamuis falsos Deos colerent, tamen laudis auidi, pecuniæ liberales erant, gloriam ingentem, diuitias honestas volebant: hanc ardentissimè dilexerũt, propter hanc viuere voluerunt, propter hanc & mori non dubitauerunt. Cæteras cupiditates vnius huius ingenti cupiditate presserunt. Ipsam

Infrà.

Cap. xx. Tom. eod.

Tom. eod.

Roma quibus artibus creuit.

Tom. eod.

Priscorum Romanorum mores.

A denique patriam suam, quoniam seruire videbatur inglorium, dominari verò atque imperare gloriosum, prius omni studio liberam, deinde dominam esse concupierunt. Hinc est quod regalem dominationem nõ ferentes, annua imperia, binósque imperatores sibi fecerunt, qui consules appellati sunt à consulendo, non reges aut domini, à regendo atque dominãdo, cum & reges vtique à regendo dicti melius videantur vt regnum à regibus, reges autem, vt dictum est, à regendo: sed fastus regius non disciplina putata est regentis vel beneuolentia consulentis, sed superbia dominantis. Et subdit ibid. allegando Virgilium in vj. Aeneid. Virgilius, cum aliarum gentium artibus easipsas proprias Romanorum artes regnãdi atque imperandi, & subigendi atque debellan

B di populos anteponeret, ait,

Excudent alij spirantia mollius æra:
Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt causas melius, cœlíque meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento:
Hæ tibi erunt artes, pacíque imponere morem:
Parcere subiectis & debellare superbos.

Virgil.

Has artes illi tanto peritius exercebant, quanto minus se voluptatibus dabãt, & eneruatione animi & corporis, in concupiscendis & augẽdis diuitiis, & per illas moribus corrũpendis, rapiẽdo miseris ciuibus, largiendo scenicis turpibus. Eorũ tamen virtus, si qua fuit in antiquis, defecit in modernis. Vnde subdit ibidẽ allegãdo Salustium in Catil. Proinde qualis esset illo tẽpore ciuitas, &

C antea qualis fuisset videamus in ipsa sentẽtia Catonis. Nolite, inquit, existimare maiores nostros armis rẽpublicã ex parua magnã fecisse. Si ita esset, multo pulcherrimã eã nos haberemus. Quippe sociorũ atq; ciuiũ pręterea armorũ & equorũ maior copia nobis quã illis est. Sed alia fuere quæ illos viros magnos fecerũt, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustũ ĩperiũ, animus in cõsulẽdo liber, neq; delicto, neq; libidine obnoxius. Pro his nos habemus luxuriã atque auaritiã, publicè egestatẽ, priuatim opulẽtiã: laudamus diuitias, sequimur inertiã: inter bonos & malos discrimen nullũ, omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum vbi vos separatim sibi quisque consilia capitis, vbi domi voluptatibus, hîc pecuniæ aut gratiæ seruitis. Eo fit vt impetus

Catonis sententia de corrupt. Rom.

D fiat in vacuam rempublicam. Qui audit hæc Catonis verba, siue Salustij, putat quales laudantur Romani veteres, omnes eos tales tunc fuisse vel plures. Non est ita: sed per quosdam paucos, qui pro suo modo boni erant, magna administrabantur, atque illis toleratis ac temperatis malis, paucorum bonorum prouidentia res illa crescebat, sicut idem historicus dicit. Et ideo dicit libro primo eiusdem. Non censebat Scipio ille Nasica fœlicem rempublicam stantibus mœnibus, ruentibus moribus. Et vt dicit libro secundo eiusd. cap. ij. Romam veterum laboribus auctam, fœdiorem stantẽ fecerunt, quàm ruentẽ: quandoquidem in ruina eius lapides & ligna, in

illorum

istorum autem vita omnia, non murorũ, sed morum munimenta atque ornamenta ceciderunt, cum funestioribus eorum corda cupiditatibus quàm ignibus tecta illius vrbis arderent. Eodem lib. cap. xviij. Romana respublica paulatim mutata, vt Salustij verbis vtar, ex pulcherrima atque optima, pessima ac flagitiosissima facta est, post Carthaginis videlicet vt cõmemoraui, excidium. Quæ tempora ipse Salustius quemadmodum breuiter recolebat, in eius historia legi potest, quantis malis morũ quę secundis rebus exorta sunt vsque ad bella ciuilia demonstret esse peruentum. Ex quo tempore, vt ait, maiorum mores, non paulatim, vt antea, sed torrentis modo præcipitati sunt. De tribulationibus quas Roma passa est. In sermone de excidio vrbis. Iusti multi Romæ: & propter hoc pepercit Deus. Multi enim euaserunt, sed etiam eis qui mortui sunt, pepercit Deus. Mortui enim in bona vita & vera iustitia & bona fide: nonne euaserunt res humanas & ad Diuinum refrigerium peruenerũt? Mortui sunt post tribulationes, quomodo pauper ille Lazarus ante ianuam diuitis. Sed passi sunt famem, passus est & ille: passi sunt vulnera, passus est & ille: sed fortè minus eos canes linxerunt. Mortui sunt, mortuus est & ille: sed quo fine audi. Contigit, inquit, mori inopem illum, & afferri ab Angelis in sinu Abrahæ. Vtinam possimus videre oculis animas sanctorum, qui in illo bello mortui sunt: tũc videretis quomodo Deus pepercit ciuitati. Millia enim sanctorum in refrigerio sunt, lætantium & dicentium, Deus gratias tibi, quia nos carnis molestiis & tormentis eruisti: gratias tibi, quia nec diabolum iam, nec Barbarum formidamus: non in terra famem, non grandinem: non timemus hostem, non lictorem, non oppressorem: sed si sumus in terra mortui, in regno tuo sumus salui, dono tuo, non merito nostro. Qualis ciuitas est humilium ciuium? An putatis ciuitatem in parietibus deputandam? Ciuitas in ciuibus est, non in parietibus. Si diceret Deus Sodomitis, Fugite, quia incensurus sum locum istum: nonne magnum meritum eos habere diceremus si fugerent, & flamma de cœlo descendens mœnia parietésque vastaret? Nonne parceret Deus ciuitati, quia ciuitas migrauerat, & perniciem illius ignis euaserat? Nonne ante paucos annos, sub Archadio imperatore Constantinopoli, quod dico, audierunt nonnulli, & forsitan nouerunt, & sunt in hoc populo qui & illic præsentes fuerunt. Volens Deus terrere ciuitatem, & terrendo emendare, & emendando conuertere, & conuertendo in melius mutare, seruo cuidam suo fideli viro vt dicitur militari, venit in reuelatione, & dixit ei ciuitatem venturo de cœlo igne perituram: eúmq; admonuit vt Episcopo diceret. Dictum est, Episcopus nõ cõtempsit, alloquutus est populũ: cõuersa est ciuitas in luctũ pœnitẽtiæ quẽadmodũ quondã illa antiqua Niniue. Tamẽ ne putaret homines illũ qui dixerat vel falsitate deceptũ, vel fallacia decepisse, venit dies quem Dominus fuerat comminatus: & intentis omni-

A bus, ac exitium cum magno timore expectantibus, noctis initio tenebrante iam mundo, visa est ignea nubes ab oriẽte, primo parua, deinde paulatim vt accedebat super ciuitatẽ ita crescebat, donec toti vrbi ingens terribiliter immineret. Videbatur horrenda flamma pendere, nec odor sulphuris deerat: omnes ad Ecclesiã cõfugiebãt, non capiebat multitudinẽ locus, baptismũ extorquebat quisque à quo poterat. Non solũ in Ecclesia, sed etiam per domos, per vicos ac plateas, salus sacramẽti exigebatur, vt fugeretur ira, nõ præsens vtique, sed futura. Tamen post magnã illã tribulationem, vbi exhibuit Deus fidem verbis suis ex reuelatione serui sui, cœpit vt creuerat minui nubes paulatímque consumpta est. Populus securus paululum factus, iterum audiuit omnino esse emigrandũ: eo quod ciuitas esset proximo sabbato

B peritura, migrauit cũ imperatore tota ciuitas. Nemo in domo remãsit, nemo domũ clausit: longe recedẽs à mœnibus, & dulcia tecta respiciens, relictis charissimis sedibus voce miserabili vale fecit. Et aliquot millibus tanta illa multitudo progressa, vno tamẽ loco fundendis ad Dominũ orationibus cõgregata, magnũ fumũ subito vidit, & vocẽ magnã emisit ad Dominũ: tandẽ tranquillitate conspecta, missis qui renũtiarẽt solicitè, quæ prædicta fuerat hora transacta, & renuntiãtibus quod salua vniuersa mœnia & tecta cõsisterent, omnes cũ ingenti gratulatione redierũt. Nemo de domo sua quicquã perdidit patente, omnis homo sicut dimisit inuenit. Quid dicemus? Vtrum ista ira Dei, an potius misericordia fuerit? Quis

C dubitet misericordissimũ patrẽ corrigere voluisse terrendo, non punire perdendo, quando nihil hominum, nihil domorum, nihil mœnium, tanta impendens præsentia calamitatis læsit? Prorsus sic solent manus erigi ad feriendum, & consternato illo qui feriendus erat, miseratione reuocari, ita factũ est illic. Tamẽ si eo tempore quo illa derelicta vniuersus populus abscessit, si irrueret vastitas loco, totámq; vrbẽ sicut Sodomã nullis saltẽ ruinis remanẽtibus perdidisset: quis etiã dubitaret quod Deus illi pepercisset ciuitati, quia præmonita & territa descẽdente atque migrante locus ille cõsumeretur. Sic minime dubitãdũ est pepercisse Deũ Romanæ etiã ciuitati: quæ ante hostile incẽdiũ in multis & ex multa parte migrauerat. Migrauerunt qui fugerunt. Migrarũt qui

D de corpore exierũt: multi præsentes vtcunq; latuerunt, multi in locis alienis viui saluíque seruati sunt. Manu ergo emendantis Dei correpta est potius ciuitas illa quam perdita: tanquam seruus sciens voluntatẽ Domini sui & nõ faciẽs, dignè plagis vapulat multis. Atque vtinã valeat ad exẽplũ timoris & malæ concupiscẽtiæ sitiẽs mundũ & appetens perfrui perniciosis voluptatibus. Demõstrauit etiã Dominus quã sint instabiles & caducæ omnes huius sæculi voluptates & insaniæ mendaces. Potius refrænentur, quam sub flagellis dignissimis aduersus ipsum Dominum murmuretur. Sed vnam tribulationem sentit area, vt stipula concidat, granum mundetur:

vnum

vnum ignem patitur fornax aurificis, vt palea in cinerem pergat, aurum sordibus careat: sic & vnam tribulationem Roma pertulit, in qua vel emendatus, vel liberatus est pius: impius autẽ damnatus, siue ab hac vita raptus sit, vbi magis pœnas iustissimas lueret, siue hîc remanserit, vt damnabilius blasphemaret. Non ergo nos moueat labor piorum: exercitatio est, non damnatio. Nisi fortè horremus cum videmus indigna & grauia in hac vita perpeti aliquem iustum: & obliuiscimur quid pertulerit iustus iustorum sanctúsque sanctorum. Quod passa est vniuersa illa ciuitas, passus est vnus. Sed videte quis vnus rex regũ & Dominus dominantium, comprehensus, vinctus, flagellatus, contumeliis omnibus agitatus, ligno suspensus, & crucifixus, & occisus. Appende cum Christo Romam, appende totam terram, nihil creatum cum creatore pensatur: nullum opus opifici comparatur. In serm. xlj. de Apost. Petro & Paulo. Huic amatori carnalis fœlicitatis, & murmuratori aduersus Deum viuum & verũ, volenti seruire dæmoniis, & lignis, & lapidibus citò responde. Sicut habet historia eorum, incendium hoc Romanę vrbis tertium est. Sicut habẽt literæ ipsorum, incendium Romanæ vrbis, quod modo contigit, tertium est. Quomodo semel arsit inter sacrificia Christianorum, iam bis arserat inter sacrificia Paganorum. Semel à Gallis sic incensa est, vt solus collis Capitolij remaneret. Postea à Nerone, nescio vtrum dicam sæuiente, an furente secundo igne Roma flagrauit. Iussit verò imperator ipsius Romæ, seruus idolorum, interfector Apostolorum: iussit, & incensa est Roma. Qua putatis causa homo elatus, superbus & furens delectatus est illo incendio? Videre volo, ait, quomodo Troia arsit. Arsit ergo sic secũdò. Tertiò, modò. Te nunc delectat contra Deum dentibus stridere pro ea quæ consueuit ardere? Sed in ea, inquiunt, passi sunt tãta mala tam multi Christiani. Excidit tibi quia Christianorum est pati mala temporalia, & bona sperare sempiterna? Tu quisquis Paganus es, habes quod plangas, quia & temporalia perdidisti, & æterna nondum inuenisti: Habet Christianus quod cogitare debet, illud videlicet, Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis.

Tom. VIII. ROTA. Super Psal. lxxvj. Orbis terrarum est rota. Nam & circuitus orbis terrarum, meritò & orbis dicitur. Vnde breuis etiam rotella, id est, orbiculus appellatur.

Tom. VIII. Super Psal. lxxxij. Deus meus pone illos vt rotam. Conuenienter quidem accipitur, vt non sint in eo quod cogitãt stabiles. Verumtamen etiam sic rectè posse intelligi existimo, Pone illos vt rotam, quod rota ex iis quæ retro sunt extollitur, & ex iis quæ ante sunt deiicitur. Sic fiunt omnes inimici populi Dei.

Cap. 16. Tom. I. ROTVNDITAS. Significat perfectionem. Lib. de quantit. animæ. Apud Horatium magnis laudibus solemus extollere illum versum, quando ait, cum de sapiente ageret,

Fortis & in seipso totus teres atque rotundus. Hiera. lib. ... serm.

Et rectè: nam neque in animi bonis quicquam inuenis quod magis sibi ex omni parte consentiat quàm virtutem: neq; in planis figuris quàm circulum. Require de hoc supra, cap. Circulus.

RVINA. Exponitur de Christo illud, Positus est hic in ruinã &c. Super Psal. ciiij. Tom. VIII. Passio quippe Domini, quæ multis ruina fuit, & in qua multorum cordium occulta patuerunt, quoniam expressum est quid de Domino sentiebant: & ipsam eius matrem grauiter carnali orbitate percussam sine dubio contristauit. Quod peior est ruina morum quam domorum. Require supra, cap. Roma.

SABBATVM. Quare fuit præcepta obseruatio sabbati. Lib. super Gene. ad literã. Lib. 4. cap. 11. Tom. III. Probabiliter quidem obseruandũ fuit Iudæis sabbatũ in vmbra futuri: quæ spiritualẽ requiẽ figuraret, quam Deus exemplo huius quietis suæ fidelibus bona opera facientibus arcana significatione pollicebatur. Sabbati significatio. Eius quietis & ipse Dominus Christus, qui non nisi quando voluit passus est, etiam sepultura sua mysterium confirmauit. Ideo quippe die sabbati requieuit in sepulchro, eúmque totum diem habuit sanctæ cuiusdam vacationis, postquam sexto die, id est, parasceue, quam dicunt sextam sabbati, consummauit omnia opera sua, cum de illo quæ scripta sunt, in ipso crucis patibulo complerẽtur. Nam & hoc verbo vsus est, quando ait, Cõsummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum. Quid ergo mirũ si Deus istũ diem quo erat Christus in sepulchro quieturus, volens etiam hoc modo pręnuntiare, ab operibus suis septimo die requieuit? In eodem. Cap. 13. Iam tempore gratiæ reuelatæ, obseruatio illa sabbati quæ vnius diei vacatione figurabatur, ablata est ab obseruatione fidelium. In ea quippe gratia perpetuũ sabbatum iam obseruat, qui spe futuræ quietis operatur, quicquid boni operatur, nec in ipsis operibus suis quasi habens bonum quod non acceperit, gloriatur: Ita enim tãquam diem sabbati, hoc est Dominicæ cessationis in sepultura suscipiens, atque intelligens baptismi sacramentum, quiescit à pristinis operibus suis, vt iam in nouitate ambulans, Deum in se operari cognoscat, qui simul & operatur & quiescit, & creaturæ præbens congruam gubernationem, & apud se habens æternam tranquillitatem. Lib. de vera innocen. Cap. ... Tom. ... Obseruatione sabbati quæ vacatione vnius diei figurabatur ablata, perpetuum sabbatum obseruat, qui spe futuræ quietis sanctis operibus intentus, nec in ipsis bonis actibus suis quasi de propriis, & de iis quæ non acceperit, gloriatur, & illum in se operari cognoscit, qui simul operatur & operando quietus est. Vnde super Ioan. Tract. 20. Tom. IX. Sacramentum sabbati nos Christiani spiritualiter obser

obseruemus, vt ab omni seruili opere, id est ab omni peccato abstineamus, & habeamus quietem in corde nostro, id est trāquillitatem spiritualem. Et ideo dicitur quieuisse Deus, vt nos admoneret post bona opera quieturos. Et ideo dicitur quod fecit Deus omnia bona valde, & requieuit die septimo: vt nō speres tibi requiem, nisi cū bona fueris operatus. Et quemadmodum Deus posteaquā fecit hominem ad imaginem & similitudinē suā sexto die, & in eo perfecit omnia opera sua bona valde, requieuit septimo die: sic & tibi requiem non speres, nisi cum redieris ad imaginem & similitudinem Dei in qua factus es, quam per peccatū perdidisti. Et ideo qualiter sabbatū debeat obseruari, & à quibus vacari. Super Psal. xcj. Vacatio nostra sabbati fit à malis operibus. Melius est enim arare, quàm saltare. Libro de vera innocētia. Malè celebrat sabbatum, qui à bonis operibus vacat. Otium autem ab iniquitate debet esse perpetuum: quia bona conscientia nō inquietum, sed tranquillū facit animū. Super Psal. xxxij. sermone primo. Obserua diē sabbati non carnaliter, non Iudaicis deliciis, qui otio abutuntur ad nequitiam (melius enim vtique tota die foderent, quàm tota die saltarēt) Sed cogitans requiē in Deo tuo, & propter ipsam requiē omnia faciens, abstinens ab opere seruili. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est: & vtinā hominis, & nō peccati. Lib. de vera innocentia. Verum sabbatum Christianus obseruat, abstinens ab opere seruili, id est à peccato: quoniam qui facit peccatum seruus est peccati.

Tom. IX. — *Cap. 1. & 2.* — *Tom. VIII.* — *Cap. 14. Tom. III.* — *Tom. VIII.* — *Cap. 31. Tom. III.*

In sermo. iiij. de Pentecoste. Vacatio spiritualis, tranquillitas est cordis: tranquillitas autem cordis prouenit de serenitate cōscientiæ bonæ. Ergo ille verè obseruat sabbatum, qui non peccat. Libro de decem chordis. Dicitur tibi vt spiritualiter obserues sabbatum non quomodo Iudæi obseruant sabbatum carnali otio: vacare enim volūt ad nugas atque luxurias suas. Melius enim faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile, quàm in theatro seditiosus existeret. Et melius fœminæ eorū die sabbati lanam facerēt, quā toto die in neomeniis suis impudice saltarent. Super Ioannem, sermone xliij. Sabbatum spirituale custodire, est nō habere peccatum. Ideo significat vitam æternam. Libro vigesimo secundo de ciuitate Dei. In vita æterna erit maximum sabbatum non habens vesperam. Quod commendauit Deus in primis operibus mūdi, vbi legitur, Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit: & benedixit Deus diem septimum, & sanctificauit eū: q̄a in eo requieuit ab omnibus operibus suis, quæ inchoauit Deus facere. Dies enim septimus etiam nos ipsi erimus, quando eius fuerimus benedictione & sanctificatione pleni atque refecti. Ibi vacātes vidēbimus, quoniam ipse est Deus, quod nobis ipsi esse voluimus, quando ab illo cecidimus, audientes à seductore, Eritis sicut dij: & recedentes à vero Deo, quo faciente dij essēmus eius participatione, non desertione. Quid enim sine illo fecimus, nisi quod in ira eius defecimus? A quo refecti, & maiori gratia perfecti, vacabimus in æternū, videntes quia ipse est Deus, quo pleni erimus, quando ipse erit omnia in omnibus. Nam & ipsa bona opera nostra, quando ipsius potius intelligēda sunt esse quam nostra, tunc nobis ad hoc sabbatum adipiscendum imputantur, quia & si ea nobis tribuerimus, seruilia erūt, cum de sabbato dicatur omne opus seruile nō facietis in eo. Propter hoc & per Ezechielem Prophetam dicitur, Et sabbata mea dedi eis in signum inter me & inter eos, vt scirent quia ego sum Dominus qui sanctifico eos. Hoc tunc perfectè sciemus, quando perfectè vacabimus, & perfectè videbimus, q̄a ipse est Deus. Et tūc erit sabbatū nostrū, cuius finis nō erit vespera, sed Dominicus dies velut octauus æternus. Ibi vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine. Super Psalmū nonagesimū secundum. In sabbato non inueniemus esse vesperam, quia requies nostra non habet finem. Vespera enim pro fine ponitur. Super Ioannem. Primā sabbati, iam Dominicam diē propter Domini resurrectionem mos Christianus appellat. Super Psal. lxxx. Prima sabbati, dicitur primus dies, quē Dominicum nominamus: secunda sabbati, secundus dies: tertia tertius: quarta, quartus: quinta, quintus: post quem sexta sabbati, sextus dies: & ipsum sabbatum, septimus dies.

Cap. 3. Tom. IX. — *Cap. 40. Tom. V.* — *Tract. 120. Tom. IX.* — *Tom. VIII.*

SACERDOS. Quod Christus dicitur sacerdos. Libro de fide ad Petrum, parte prima. Christus idem dicitur sacerdos & sacrificiū, idem Deus & templum. Sacerdos, per quem sumus reconciliati: Sacrificium, quo reconciliati. Templum, in quo reconciliati: Deus, cui reconciliati. Solus tamen sacerdos, sacrificium & templum: & hæc omnia Deus secundum formā serui. Non autem solus Deus filius: quia hoc est cum patre & Spiritu sancto secundum formam Dei. Reconciliati sumus igitur per solum filium secūdum carnem, sed non soli filio secundum Diuinitatem. Super titulum Psalmi vigesimi sexti. Solus Christus sacerdos talis existit, vt ipse essēt etiam sacrificium: quod pro nobis obtulit Deo non aliud quam seipsum. Non enim inueniret præter se mundissimam rationalem victimā, tanquam agnus immaculatus fuso sanguine suo redimens nos, concorporans nos sibi, faciens nos membra sua, vt in illo & nos Christi essēmus.

Cap. 2. Tom. III. — *Tom. VIII.*

Super Psalmum sexagesimum quartum. A Domino Deo missus Christus sacerdos noster, assumpsit à nobis quod offerret Domino ipsas sanctas primitias carnis ex vtero virginis. Hoc holocaustum obtulit Deo: extendit manus in cruce vt diceret, Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificiū vespertinum. Sicut nostis, quia Dominus circa horam vesperam pependit in cruce, & impietates nostræ propitiatæ sunt. Ibidem. Tu Christe es sacerdos, tu victima, tu oblator, tu oblatio. Libro, de essentia Diuinitatis Dei & inuisibilitate Dei. Non pœnitere Dei, est statuta nullo modo mutare, vt est illud in Psal. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum: id est, pater ad filium: tu es sa-

Tom. VIII. — *Psal. 140.* — *Tom IIII.*

cerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Sacerdos patris dictus est filius Dei, nō secundum Diuinitatem, sed secundum humanitatē, in qua se pro nobis per mortem & paßionem suā acceptabile sacrificium Deo patri obtulit, vt ipse esset sacerdos qui & sacrificium. De sacerdotalis ordinis dignitate. *Tom. IIII.* Libro tertio quæstionū veteris & noui testamenti, quæst. cj. Quanta sit dignitas ordinis sacerdotalis, causa ostēdit Caiphæ, qui cum esset homo pessimus, Prophetauit. Quare? Quia princeps, inquit, erat sacerdotum. Et multum distare inter diaconum & sacerdotem liber comprobat, quem dicimus. Actus Apostolorum. Cū enim ex Samaria credidissent Philippo prædicanti diacono, ab Apostolis ordinato, miserunt, inquit, ad Petrum & Ioannem vt venirent & iis qui crederent darent Spiritum sanctum per manus impositionem. Qualis autem debet esse sacerdos, *Tom. VIII.* ostēdit super Psalmum trigesimum sextū, sermone secundo. Talem esse oportet Domini sacerdotem, vt quod populus pro se apud Deum nō valet, ipse pro populo mereatur quod poposcerit impetrare: *1. Reg. 2.* quia scriptum est, si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccauerit, quis pro eo orabit? Et infra subdit. O popule, talem elige sacerdotem pro quo non cogaris orare, sed de eius oratione securus esse posis. Ipse est Dominus noster Iesus Christus. Libro secundo contra Petilianum, respōsione xxx. *Tom. VII.* Vt sit quisquis verus sacerdos, oportet vt non solo sacramēto, sed iustitia quoque induatur sicut scriptum est, *Psal. 131.* Sacerdotes tui induantur iustitia. Qui autem solo sacramento sacerdos est, sicut fuit pontifex Caiphas, persequutor vnius & verißimi sacerdotis, quamuis ipse non sit verax, quod dat tamen verum est, si non det suū, sed Dei: sicut de ipso Caipha dictum est, hoc autem non à se dixit, sed cū esset pontifex Prophetauit. Sed quā sit periculosum bonum nō esse ostendit. *Tom. X.* Lib. 50. Homil. homil. vij. Si pro se vnusquisq; vix poterit in die iudicij reddere rationem, quid de sacerdotibus futurum est, à quibus sunt omnium animę requirendę. Et ideo considerantes periculum nostrum, orate pro nobis, vt commißis nobis gregibus, ita spiritualia pascua studeamus iugiter prouidere, vt pro eis bonam rationem reddere mereamur. Quia vt dicit eodem libro, homil. xvj. Si sacerdotibus grande periculum est aliena peccata non arguere, quanto periculosius erit propria noluisse corrigere: atque ea non solùm non emēdasse, verumetiam defendisse, & defendendo accumulasse? Et ideo expiatura erit illic inextinguibilis concrematio, quicquid hîc medicabilis satisfactio, q̃cquid hîc salutifera dißimulauerat sanare conuersio. Libro primo quæstionū *Tom. IIII.* veteris & noui testamenti, quæst. xlvj. Aliud est bene viuere, & aliud est potestatem alicuius officij accipere. Sicut enim qui sacerdos est, non ex eo vitam suam commendatam putare debet: ita qui & sanctæ conuersationis & vitæ est, non iam ex eo sacerdotium sibi vendicare debebit: quamuis enim bonum sit sacerdotiū, tamē malū erit ei,

A cui concessum non est, & præsumit. Sed eorum malitia non nocet sacramentis. Eodē Libro: & allegatur in Decretis, prima quæstione j. *Quæst.* Dictū est. In libro Numerorū per Mosen & Aaron inuenitur dictum sacerdotibus à Domino, *Numer.* Vos ponite nomen meum super filios Israël, & ego Dominus benedicā eos: vt gratiam traditio per ministeriū ordinantis transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse posit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officij vel ordinis, hinc aduertamus. Dictum est enim de nequißimo Caipha interfectore saluatoris inter cætera, Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex sacerdotum anni illius, Prophetauit. Per quod ostēditur Spiritumsanctum datorem gratiarum nō personam sequi, B aut digni aut indigni, sed ordinem traditionis: vt quamuis aliquis boni meriti sit, nō tamen posit benedicere, nisi fuerit ordinatus vt officium ministerij exhibeat, Dei autem est effectum tribuere benedictionis. Sed nec nocet populo malo non consentiēti. *Cap. 5. Tom. VII.* Libro secundo cōtra Epistolam Parmeniani. In primis temporibus non obfuerunt mali sacerdotes, vel collegis bonis, sicut Zacharias: vel popularibus bonis, sicut fuit Nathanael in quo dolus non erat: quanto magis nihil obest in vnitate Christiana Episcopus malus vel coepiscopis, vel laicis bonis, cum iam ille sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech, & pontifex noster, sedens ad dexteram patris interpellat pro nobis, qui traditus est propter delicta nostra?

C SACRAMENTVM. Quid sit sacramētū *Tract. 3. Tom. IX.* super primā canonicā Ioannis. Sacramentū vnctionis, est virtus ipsa inuisibilis. *Cap. 16. Tom. VI.* Lib. decimo nono contra Faustum. Quid sunt aliud quæque corporalia sacramenta, nisi quædam verba quasi visibilia, sacrosancta quidem, verumtamē mutabilia & temporalia? Deus enim æternus est, nec tamen aqua & omnis illa actio corporalis, quæ agitur cum baptizamus & fit, & transit, æterna est: vbi rursus etiam illæ syllabæ celeriter sonātes & transeuntes, cum dicitur Deus, nisi dicātur, non consecratur. Hæc omnia fiunt & transeunt, sonant & transeunt: virtus tamen, quæ per ista operatur, iugiter manet; & donum spirituale, quod per ista insinuatur, æternum est. Libro tertio *Cap. 22. Tom. VI.* contra Maximinum. Sacramenta signa sunt rerū, aliud existentia, aliud significantia. In sermone D xxxij. de resurrectione Domini. Ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalē: qd intelligitur fructū habet spiritualē. Corpus ergo Christi si vis intelligere, Apostolum audi dicentem fidelibus, Vos autem estis corpus Christi & membra. Si ergo vos estis corpus Christi & mēbra, ministerium vestrum in mensa Domini positum est. *Tom. IIII.* Distinguitur de sacramentis. super Epistolā ad Galatas. Omne sacramentum cum intelligitur, aut ad cōtemplationem veritatis refertur, aut ad bonos mores. Contēplatio veritatis, in solius Dei contemplatione fundata est: Boni mores, in

res in dilectione Dei & proximi, in q̄bus duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Super Pſal.lxxiij. Alia ſunt ſacramẽta dantia ſalutẽ, alia promittentia ſaluatorem. Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutem: ſacramenta veteris teſtamenti promiſerunt ſaluatorem. Lib.xix.contra Fauſtum. Prima ſacramenta, quæ obſeruabantur & celebrabãtur ex lege, prænuntiatiua erant Chriſti venturi: quæ cum ſuo aduentu Chriſtus impleſſet, ablata ſunt, & ideo ablata, quia impleta: non enim venit legem ſoluere, ſed adimplere: & alia ſunt inſtituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu fœliciora, numero pauciora, tanquam iuſtitia fidei reuelata, & in libertatem vocatis filiis Dei, iugo ſeruitutis ablato, quod duro & carni dedito populo congruebat. De quorum reuerentia. Libro de ſpeculo Eccleſiæ. Da mihi in via, qua te duce gradior, intellectum, atque inſpira mihi & ſemper doce per gratiam tuam, qualiter in te irreprehenſibiliter ſit credendum: vt te vnũ Deum eſſentialiter ſapiam, & incomprehenſibiliter trinum perſonaliter capiam. Patrem ingenitũ de patre vnigenitum, de vtroque procedentẽ, & in vtroque manentem Spiritum ſanctum, nullum anticipationis vel poſteritatis interuenire momentum, nec diſpertitum habere imperium: non in creandis conſilium, regendis perficiendíſque creaturis auxilium, opúſque diuiſum. Quicquid illic naturale eſt, indiruptum: quicquid perſonale, inconfuſum. O myſterium ineffabile & præ cæteris intellectu difficile. Reliqua verò ſacramenta quæ tenentur in Eccleſia tua Domine, ſtupenda ſunt & venerãda. Sed iſtud tui ſacramentũ præcellit vniuerſa. Hoc nẽpe tuę indiuiduæ Trinitatis myſterium, & illud cœleſtis menſæ ſacramentũ, quæ fideles & pias animas paſcit carne, & potat ſanguine, vt nõ eſuriant, neq; ſitiant in æternũ: fac me Deus meus pura & ſimplici cõſcientia p̄cipuè inter cætera ſentire & credere, ſumere & retinere. Ne ſinas Domine quæſo fidem in eis meam vacillare: ſed ita ſemper in eis & de eis pro tua tribuas poteſtate mihi credere ac intelligere, ſicut veritas ſe habet. Intret in cor meũ gratia tua, quæ ſine ſonitu ſonet, ſine ſtrepitu loquatur ibi tantorum omnem veritatẽ myſteriorum: luce & dulcedine intus vbique foriſque vndique perfundat animam meam illa magiſtra virtutũ, & iudex omnium veritatum: & ſic irradiando & ſoporando eam in ipſo veritatis centro ſtabiliat atque confirmet, vt nec velim, nec poſſim de tantis myſteriis aliter ſẽtire, niſi ſicut oportet & decet. O ſumma bonitas, cuius pietatis aures ipſius pauperum tuorum deſideriis patent, intellige clamorẽ cordis mei, & faue votis meis. Præſta Domine vt ipſo mentis palato ſentiam, guſtem, ſapiam hæc ineffabilia ſacramenta: magna enim ſunt & mirabilia valde, & ego paruulus in eorum conſideratione deficio, quoties ad intuenda ea fidei oculos attollo. Sed q̄a vno modo vtraq; nobis neceſſaria ſunt ad ſalutem, Deus autem author omniũ, inuiſibilis creator, qui es ſumma ſubſtantia & vna Diuinitas, atque perſonalis vera & perfecta Trinitas, te

Cap.13. Tom. I. — *Cap.18. Tom.IX.* — *Cap.19.*

A Deum patrem exoro, ex quo omnia, & filium tuũ per quem omnia, ſimúlque Spiritum ſanctum in quo omnia. Te Dominum meum quem vnum & verum in Trinitate confiteor Deum, à quo creati & liberati & illuminati ſumus, ſupplex rogo tantorum auidus myſteriorum, lacta me, nutri me, & in menſuram ætatis vſque ad perfecti viri meã extende exiguitatem, vt ſolidum hunc, & perfectorum cibum capere valeam. Imperfectũ enim meum viderunt oculi mei. Voluit Chriſtus ea habere. In ſermone ſexto de ieiunio quadrageſimę. Pertinuit ad præbendum nobis humilitatis & deuotionis exemplum, vt Chriſtus etiam illa ſacramenta veniens ſuſcipere dignaretur, quibus vẽturus ipſe prænuntiabatur, vt hinc oſtẽderet quãta religione nos oportet accipere ſacramẽta, quibus iam veniſſe nuntiatur. B De ſacramẽtorum virtute, ſuper Ioannem. Spiritualis virtus ſacramenti ita eſt vt lux: ab illuminandis enim pura excipitur: & ſi per immundos tranſeat, non inquinatur. Eorum virtus eſt à Chriſto, nõ à miniſtro. Libro quinto de baptiſmo contra Donatiſtas. Sacramentum gratiæ dat Deus per malos: ipſam verò gratiam non niſi per ſeipſum, vel per ſanctos ſuos: Et ideo remiſsionem peccatorum, vel per ſeipſum facit, vel per illius columbæ membra, quibus ait, ſi cui dimiſeritis, dimittentur: ſi cui tenueritis, tenebuntur. Ideo valent tantum bonis, quamuis ſint communia etiam malis. Libro ſexto eiuſdem. Salus ſacramentorum propria eſt bonis. Sacramenta verò propria communia ſunt bonis & malis. Libro ſecundo contra Creſconium C grammaticum, verſus principium. Illa ſacramẽta q̄bus vti & mali poſſunt, quãto ſanctiora ſunt, tanto ab eis inutilius pœnaliúſque tractantur. Eodem libro poſt medium. Ille qui accipit, ſi homo bonus ab homine malo, ſi fidelis à perfido, ſi pius ab impio, pernicioſum erit danti, non accipienti. Illud quippe ſanctum malè vtentem iudicat, bene vtentem ſanctificat. Si autem & ille qui accipit, inique accipit, nec ſic reſciſum ſed agnitum, quod per ſe oberat, correcto proderit ſacramentum.

Libro quarto eiuſdem, poſt medium. Ego dico melius per bonum miniſtrum quam per malum diſpenſari ſacramenta Diuina: verum hoc propter ipſum miniſtrum melius eſt, vt eis rebus quas D miniſtrat, vita & moribus congruat: non propter illum qui accipit, qui etiam ſi incurrerit in miniſtrum malum diſpenſantem veritatem, & ſecuritatem accipit à Domino ſuo monente ac dicente, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite: dicunt & non faciunt. Addo etiam ad hoc eſſe melius, vt ille cui miniſtratur, miniſtri boni probitatem ac ſanctitatem diligendo facilius imitetur: ſed non ideo veriora & ſanctiora ſunt quæ miniſtrantur, quia per meliorem miniſtrantur. Illa nanque per ſeipſa vera & ſancta ſunt propter Deum verum & ſanctum cuius ſunt. Et ideo fieri poteſt, vt accedens ad ſocietatem populi Dei alium inueniat à quo facilè baptizetur, alium eligat quem ſalubriter imitetur. Certus eſt enim ſanctum eſſe ſacramentum Chriſti, etiam ſi per

Tract.5. Tom.IX. — *Cap.11.* — *Ioan.20.* — *Tom.eod.* — *Cap.1. Tom.VII.* — *Cap.28.* — *Cap.10.* — *Mat.23.* — *Malitia aut bonitate miniſtri ſacramentu n neque melius neque peius.*

minus sanctum vel non sanctum hominem ministratum est, se autem eiusdem ipsius sacramenti sanctitate puniri si indignè acceperit, si malè vsus fuerit, si ei non conuenienter & congruè vixerit.

Tom. VII. *1. q. 1. c. Dominus.* Libro secundo contra Petilianum, respōsione quadragesima septima. Memēto sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quo illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint, sed ipsis malis hominibus vt hæc habeant ad testimonium damnationis, non ad adiutorium sanitatis.

Cap. 34. Libro tertio contra eūdem, circa medium. Ab homine cauto & viro fideli iniquitas hominis est vitanda, non Dei sacramenta damnanda. *Cap. 40.* Et post multa. Omnia quippe sacramenta Christi nō ad salutem, sed ad iudicium habentur, sine charitate vnitatis Christi. Libro post collationem *Cap. 5.* *Tom. VII.* cum Donatistis, ante medium. Nō polluunt mali bonos in eodem agro, in eadem area, in eisdē pascuis, in eisdē retibus cōstituti: quia nō eis cō municant boni, sed altari & sacramentis Dei. Cōmunicant autem malis, qui consentiunt factis malorū: Scriptum est enim, Non solùm qui faciunt ea, verum etiam & qui consentiunt facientibus. *Cap. 6.* Dum verò mali pacis conseruandæ necessitate tolerantur, non iniquitatis communicandæ societate appetuntur, vt cum zizaniis triticum suauem pluuiam pariter bibat, seruet tamen vbertatem suā, *Zizania cū tritico vsque ad tēpus messis.* non conuertatur in zizaniorum sterilitatem, sed vtrunque simul crescat vsque ad messem, ne fortè cum colliguntur zizania, eradicetur simul & triticum. Nulla cum bonis habent mali participationem salutis vel perditionis: Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Nullam cum bonis habent mali societatem regni aut ignis æterni: Quæ enim societas lucis ad tenebras? Non habēt mali cum bonis consonantiam vitæ ac voluntatis. Quæ enim consonatia Christi ad Belial? Non habent mali cum bonis partem, nec in pœna criminis, nec in præmio pietatis. Quæ enim pars fidelis cum infideli? Et cum intra eadem retia donec ad littus perueniant, pariter Diuina sacramēta percipiant, isti sociantur, illi dissociantur: isti consonant, illi dissonant: isti habent partem cum misericordia, illi cum iudicio: quoniā misericordiam & iudicium cantat Ecclesia Domino: Et qui manducat indignè, iudicium, non alteri, sed sibi mãducat. De ipso quippe pane, & de ipsa Dominica manu & Iudas partem, & Petrus accepit: & tamē quæ societas, quæ cōsonātia, quæ pars Petro cū Iuda? quoniā nec causa causæ ꝑiudicat, nec *Tom. VII.* persona personæ. Lib. gesto. cū Emerito Donatista. Non in eis Diuinæ sacramēta veritatis, sed commenta humani profitētur erroris. *Cap. 10.* *Tom. eod.* Probat exemplariter. Libro secundo contra Epistolam Parmeniani. Omnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus & indignè sumentibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus: sicut & verbum *Mat. 23.* Dei, vnde dictum est, Quæ dicunt facite, quæ autē *Cap. eod.* faciunt facere nolite. In eodem libro, & habetur in Decre. prima quæstiōe prima. Hoc penè in omnibus talibus quæstionibus intelligendum admonemur, quia scilicet omnia sacramenta cum

A obsint indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus. Ibidem infra. *Cap. 11.* Spiritus sanctus in Ecclesiæ præposito vel ministro sic inest, vt si fictus non est, operetur per eum Spiritus sanctus, & ad eius mercedem in salutem sempiternam, & eorum regeneratione vel ædificationē qui per eum, siue consecrantur, siue Euangelizantur. *Sap. 1.* Si autem fictus est, quoniam verissimè scriptū est, Spiritus sanctus effugiet fictum: deest quidem saluti eius, vt auferat se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, ministerium tamē eius nō deserit quo per eū salutē operetur aliorū. Super Psal. *Tom. VIII.* decimū. Christus traditorē suum tanta patientia pertulit, vt ei primam eucharistiam confectam manibus suis & ore suo commendatam, sicut cæteris Apostolis traderet. Et eundem traditorem
B suum, quem diabolum nominauit, qui ante traditionem Domini nec loculis Dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum cœlorum misit: vt demonstraret dona Dei peruenire ad eos qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit per quem accipiunt, qualis Iudas fuit. Super Psalmum quadragesimum septimum. *Tom. III.* Non omnes quippe qui portant sacramenta Christi pertinent ad misericordiam Christi: Omnes quippe sacramentum baptismi Christi accipientes, Christiani vocantur, sed non omnes dignè illo sacramento viuunt: sunt enim quidam de quibus dicit Apostolus, Habentes speciē pietatis, virtutem eius abnegantes. *2. Tim. 3.* In Epistola ad catholicos contra Donatistas. Facile potestis intelligere & in bonis esse, & in malis sacramen-
C ta Diuina: sed in illis ad salutem, & in istis ad damnationem. Vnde Libro tertio de baptismo con *Cap. 14.* *Tom. VII.* tra Donatistas. Fieri potest vt homo integrū habeat sacramentum, & peruersam fidem: sicut fieri potest vt integra teneat verba symboli, & tamen non rectè credat, siue de ipsa Trinitate, siue de resurrectione, siue aliquid aliud. Neque enim parua res est in ipsa intus catholica tenere integram fidem, ita vt omnino non de aliqua creatura, sed de ipso Deo nihil aliud credat quam veritas habet.

Cap. 19. In eodē libro quasi in fine. Nos sacramenta noui testamenti apud quoslibet hæreticos vel schismaticos inuenientes, non debemus ipsis tribuere, nec quasi non agnita reprobare, sed quasi apud fornicariam mulierem dona viri legitimi agnoscere, & verbo veritatis illam fornicationem emēdare, quæ propria est impudicæ mulieris, non illa
D dona culpare, quæ propria sunt Domini miserantis.

SACRIFICIVM. Differt ab holocausto sacrificium. *Quæst. 53.* *Tom. IIII.* Libro quæstionum super librū Iudicum. Non omne sacrificium erat holocaustum: Nam de holocausto nō mãducabatur sicut de sacrificio: quia totum incendebatur: & ideo vocabatur holocaustum. *Quæst. 49.* De antiquis sacrificiis, & de eorum mutationibus. Libr. eodem. Dicimus Deum legis & prophetarum non humanis sacrificiis delectatum: sed nec eum delectauerint illa vbi pecorum holocausta offerebantur: sed quod significatiua fuerint & quædam vmbræ futuro

futurorum, res ipsas nobis quæ his sacrificiis significabantur, cõmendare voluisse: fuisse autẽ etiã istam vtilem causam cur illa mutarentur, nec modo iuberentur, imo prohiberentur offerri, ne vere secundum carnalem affectum talibus Deum delectari putaremus. Quid significabãt. Lib. quarto de ciuitate Dei. Quæcunque in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificiis leguntur, Diuinitus esse præcepta, ad dilectionem Dei & proximi significandam referuntur. Vnde Libro de fide ad Petrum, parte prima. Christi natiuitatem futuram secundum carnem & mortem & resurrectionem, atque in cœlum ascensionem, lex & Prophetæ prænuntiare nunquam desiterunt, obedientes prout ipse pcipiebat & verbis & factis. Nam & in sacrificiis carnalium victimarum, quæ sibi ipsi sancta Trinitas, quæ vnus est Deus noui & veteris testamẽti, à patribus nostris præcipiebat offerri, illius sacrificij significabatur gratissimum munus, videlicet quod pro nobis seipsum solus filius Dei secundum carnẽ esset misericorditer oblaturus. Ipse enim secundum Apostolicam doctrinã, obtulit seipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ipse verus Deus & pontifex, qui pro nobis nõ in sanguine taurorũ & hircoum, ir sed in sanguine suo semel intrauit in sancta. Quod tunc pontifex ille significabat, qui cum sanguine sancta sanctorum per annos singulos introibat. Iste igitur est, q. in se vno totum exhibuit, quod esse necessarium ad redemptionis nostræ sciebat effectum. Vnde de necessitate aduentus Christi propter suum sacrificium: in sermone primo de natiuitate virginis. Sacrificia ad emundationem carnis proderãt: purgationem verò animabus nequaquam conferebant: Neque enim irrationalis creatura ad purificandam rationalem esse poterat valida. Sed nec sacerdotes sanctificare populum poterãt, quia & ipsi pro suis reatibus offerre hostiam debebant: neque enim delictis obnoxij, delictorum valebãt vincula soluere: vel peccatores, peccatores iustificare. Necesse ergo erat vt talis sacerdos inueniretur, q. dũ in aliis peccatorũ sordes ablueret ipse in se abluendũ aliq.d non sentiret: vt dũ alieni reatus cõtagia tergeret, in semetipso aliquã leprę maculã non haberet. Sed huiusmodi homo in humano genere inueniri nõ poterat: quia vnusquisque cum propheta veraciter dicebat, Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Cum ergo talis homo in humano genere inueniri non posset, ne in ipso suo peccato periret homo, creator hominum de beatissima virgine carnem sumens, sine peccato factus est homo, sine peccato conceptus in virginis vtero, sine peccato conuersatus est in mundo. Ecce iam sacerdos factus nulla ipse habens peccata: & idcirco dignus & potens vt sacrificium offerẽs aliena mundaret peccata. Sed quia necesse est sacerdotem aliq.d habere quod offerat, & impossibile erat vt brutorũ carnes animaliũ sanctificarent animas hominum, & irrationalis hostia ratione vtentium sufficeret abolere peccata, oportebat vt rationalis hostia fieret, quæ creaturam rationalem expiaret, sed peccator aliquis homo, sicut indignus erat vt sacrificium offerret, sic etiã nihilominus vt ipse sacrificium fieret. Quid igitur sacerdos noster faceret? quò se verteret? quod redemptionis nostræ consilium inueniret? vnde mediator Dei & hominum placationis hostiam sumeret, quæ pacem inter Deum & hominem reformaret? Omnis quippe terrena creatura, si rationalis erat peccati virus de primi parentis radice contraxerat: si irrationalis, rationalem iustificare non poterat. Considerate ergo diligenter ineffabilis viscera pietatis: perpẽdite immensum & inuestigabile pondus Diuinę charitatis: quia enim in rebus humanis inueniri non poterat pretium nostræ redemptionis, redemptor noster semetipsum obtulit patri pro nobis hostiam in odorem suauitatis: sic ipse sanctus est sacerdos & sacrificium, ipse redemptor & pretium. Audistis nunc raparationis nostræ mirabile sacramentum, audite etiam salutis nostræ opportunum valde cõsilium. Tradidit semetipsum pro nobis ad mortẽ, mortificemus & nos eius amore omnem in nobis terrenæ concupiscentię voluntatem. Quod enim sub ire crucis patibulum voluit, viam nobis qua redire valeamus ad patriam statuit: vt qui voluptatibus delectati discessimus, fletibus amaricati redeamus: & qui per illicita defluẽdo cecidimus, etiam à licitis nosmetipsos restringendo resurgamus: & quos deiecerat elatio superbiæ, erigat deiectio rationalis vitæ. Degustemus cum Christo temporalem momentaneæ mortis amaritudinẽ, vt ad æternam postmodum resurrectionis eius mereamur peruenire dulcedinem: quod enim fecit pro nobis, hoc etiam fieri quærit à nobis. Pro nostra etenim redemptione non aurum dedit, non argentum appendit, non pecuniam numerauit: sed semetipsum tradidit, pretiosum sui corporis sanguinem fudit, propriam pro nobis animam posuit: Expedit ergo vt redemptori suo semetipsum offerat, quicunque ad eius consortiũ peruenire festinat. Illius vestigia imitetur in via, qui cum eo gaudere anhelat in patria: Illum sibi ducem faciat in itinere, qui eius particeps esse desiderat in peruentione. Nemo se fratres inaniter seducat, nemo se vanæ spei securitate decipiat. Non enim possumus hîc gaudere de sæculo, & illic regnare cum Christo. Ecce intemerata & gloriosa virgo Maria, cuius hodie splendidissima natiuitate vniuersa per orbem sancta illustratur Ecclesia, in lege præfigurata, in Patriarcharum & Prophetarum oraculis prænuntiata, ab Angelo singularis honorificentiæ priuilegio salutata, thronus Dei, solium Diuinitatis, palatium regis æterni, gazophylacium thesauri quo sumus de cruẽti prædonis seruitio redempti, hęc tam singularis, tam incomparabilis virgo, si non sequeretur humilitatem Christi, nunquam pertingeret ad celsitudinem Christi. Propterea Libro de fide ad Petrum, parte secunda. Firmissime tene, & nullatenus dubites, ipsum vnigenitum Domini ver-

Margin notes: Tom. V. — Cap. 2. Tom. III. — Ephes. 5. — Heb. 9. — Psal. 50. — Cap. 19. Tom. III.

bum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium & hostiam Deo in odorem suauitatis: Cui cum patre & spiritu sancto à Patriarchis & Prophetis & sacerdotibus tempore veteris legis animalia sacrificabantur, & cui nunc, id est tempore noui testamenti cum Patre & Spiritu sancto, cum quibus illi est vna Diuinitas, sacrificium panis & vini in fide & charitate, sancta catholica Ecclesia per vniuersum orbem terrarum offerre non cessat. Illis enim carnalibus victimis significatio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio atque commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit: & sanguinis Christi, quem pro nobis idem
Act.20. Deus effudit: de quo beatus Paulus dicit in Actibus Apostolorum. Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificiis, quid nobis esset donandum, figuratè significabatur. In hoc autem sacrificio, quid nobis iam donatum sit euidenter ostenditur. In illis sacrificiis præfigurabatur filius Dei pro impiis occidẽdus: in hoc autem pro impiis annuntiatur occisus, testante Apostolo: quia Christus cum adhuc infirmi essemus secundum
Rom.5. tempus, pro impiis mortuus est: &, quia cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Quibus modis peccatur in sacrificando. Libro decimo quinto de ciuitate Dei, capite septimo. In admonitione, quam Deus protulit ad Cain dictum est, Nonne si rectè offeras, rectè autẽ nõ diuidas, peccasti? Rectè offertur sacrificium, cum offertur Deo vero cui vni tantummodo sacrificandum est. Non autem rectè diuiditur, dum non discernuntur rectè, vel loca, vel tempora, vel res ipsæ quæ offeruntur, vel qui offert vel cui offertur, vel ij quibus ad vescendum distribuitur quod oblatum est: vt diuisionem hîc discretionem intelligamus, siue cum offertur, vbi non oportet, aut quod non tunc, sed aliàs oportet: aut quod non ibi, sed alibi oportet: siue cum id offertur, quod nusquam & nunquam penitus debuit: siue cum electiora sibi eiusdem generis rerum tenet homo, quam sunt ea quæ offert Deo: siue cum eius rei quæ oblata est, fit particeps pro-
Tom.II. phanus, aut quilibet quem fas non est fieri.

Quod soli Deo est sacrificandum. Libro de sex quæstionibus ad Deogratias. Epistola quadragesima nona, quæstione tertia. Spiritualis creatura corporali præponenda est. Vnde colligitur corporali creaturæ non esse sacrificandum. Spiritualis verò vel pia est, vel impia: pia in hominibus & Angelis Deo seruientibus: impia in hominibus & angelis iniquis, quos & dæmones dicimus. Ac per hoc nec spirituali, quamuis iustæ creaturæ est sacrificandum; quoniam quantomagis pia est & subdita Deo, tantominus se tali honore dignatur, quem scit non deberi nisi Deo. Quanto ergo perniciosius est sacrificare dæmo-

A niis, hoc est, iniquæ spirituali creaturæ, quæ in hoc proximo & calignioso cœlo inhabitans, tanquam in aëreo carcere suo prędestinata est supplicio sempiterno? Propterea. Libro primo contra aduersarium legis & Prophetarum, capite decimo octauo. Tom.VI. Vnum sciant insipientes, tardi ad intelligendum, præcipites ad reprehendendum, quod dæmon sibi sacrificium non exigeret, nisi vero Deo deberi sciret. Falsus enim deus sic se vult honorari ab eis quos decepit, quomodo verus Deus honoratur ab eis quibus consulit: & maximè sacrificium est quod præcipuè debetur Deo. Nã obsequia cætera quæ Diuinitati exhibentur, ausi sunt etiam sibi superbiæ fastu homi- Sacrificium Soli Deo. nes arrogare. Rarissimi autem commemorantur, qui sibi vt sacrificaretur, cum regia potestate pos-
B sent, ausi fuerint imperare. Quicunque tamen ausi sunt, per hoc se deos haberi voluerunt. Sacrificiis autem Deum non egere quis nesciat? Sed nec laudibus nostris eget. Verum sicut nobis, non illi, vtile est laudare Deum: ita nobis, non illi, vtile est offerre sacrificium Deo: quoniam singulari & solo vero sacrificio pro nobis Christi sanguis effusus est. Quibus autem prosint ipsa sacrificia. Tom.V. Libro decimo de ciuitate Dei. capite quinto. Nemo ita desipiat, vt existimet aliquibus vsibus Dei esse necessaria quæ in sacrificiis offeruntur: quia non solùm pecore vel qualibet alia re corruptibili atque terrena, sed nec ipsa quidem iustitia hominis Deum egere credendum est, totúmque quod rectè colitur Deus, homini prodesse, non Deo. Neque enim fonti se quisquam di-
C xerit consuluisse, si biberit: aut luci, si viderit. Nec quod ab antiquis patribus talia sacrificia facta sunt in victimis pecorum, quæ nunc Dei populus legit, & non facit, aliud intelligendum est, nisi rebus illis eas res fuisse significatas, quæ aguntur in nobis, ad hoc vt inhæreamus Deo, & ad eundem finem proximos consulamus. Sacrificium ergo visibile inuisibilis sacrificij sacramentum, id est sacrum signum est. Non enim vult Deus sacrificium trucidati pecoris, sed vult sacrifi- Cap.6. cium contriti cordis. Cui obsint. Libro secun- Tom.VII. do contra Epistolam Parmeniani. Sacrificia impiorum eis ipsis oberunt, qui offerunt impiè. Nam vnum atque idem sacrificium propter nomen Dei quod ibi inuocatur, & semper est sanctum, tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Qui enim manducat & bibit indignè,
D iudicium sibi manducat & bibit. Non ait aliis, sed sibi. Qui manducat ergo dignè & bibit, gratiam Tom.II. sibi manducat & bibit. De sacrificiorum vero tempore. Libro sex quæstionum ad Deogratias, Epistola quadragesima nona, quæstione tertia. Quemadmodum si vnus idémque homo Deo mane aliud offerat, aliud vespere, per congruen- Eadem priscorum sacrorum & nostra religio. tiam diurni temporis non Deum mutat, non religionem, sicut nec salutem qui alio modo mane, alio modo vespere salutat: ita in vniuerso tractu seculorum, cum aliud oblatum est ab antiquis sanctis, aliud ab eis qui nunc sunt offertur, non humana præsumptione, sed authoritate Diui

na tem

na temporibus congruis sacra mysteria celebrantur, non Deus aut religio commutatur. Sed de sacrificio vespertino super Psalmum centesimum quadragesimum. Sacrificium vespertinum, est passio Domini, crux Domini, oblatio victimę salutaris, holocaustũ acceptũ Deo. Illud sacrificiũ vespertinũ fecit in resurrectione munus matutinum. Oratio purè directa de corde fideli, tanquã de ara sancta surgit incensum. Nihil delectabilius odore Domini. Sic oleant omnes qui credunt. De sacrificio verò Christi. In sermone primo in parasceue. Nouum altare sacrificij Christi, quoniam immolatio noua & admirabilis. Ipse enim hostia erat & sacerdos: hostia quidem secundum carnem, sacerdos verò secundum spiritum. Idem ipse qui offerebat, & quod offertur. Simul ergo hostia & sacerdos in altari crucis perfectus est. Libro decimo de ciuitate Dei, capite vigesimo. Verus ille mediator, in quantum formam serui accipiens mediator effectus est Dei & hominũ homo Iesus Christus, cum in forma Dei sacrificium cum patre sumat, cum quo vnus est Deus, tamen in forma serui sacrificium maluit esse quam sumere, ne vel hac occasione quisquã existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturæ. Per hoc & sacerdos est ipse offerens, ipse & oblatio. Cuius rei sacramentum quotidianũ esse voluit Ecclesiæ sacrificium: quæ cum ipsius capitis corpus sit, seipsam per ipsum discit offerre. Huius veri sacrificij multiplicia variáque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc vnum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res vna diceretur, vt sine fastidio multum commendaretur. Huic summo veróque sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt &c. Qui dignè accipiant. Super Psalmum vigesimum primum, sermone secundo contra auaritiam. Edent pauperes sacrificium quod Christus obtulit, & saturabuntur: qui autem diuites sunt, non satiantur, quia non esuriunt. Comedent ergo pauperes. Inde erat piscator ille Petrus. Inde erat alius piscator Ioannes & Iacobus frater eius. Inde erat etiã publicanus Matthęus. De pauperibus ipsi erant, qui comederunt & saturati sunt, talia passi, qualia manducauerunt. Cœnam suam dedit, passionem suam dedit. Ille saturatur qui imitatur. Imitati sunt pauperes: Ipsi enim sic passi sunt, vt Christi vestigia sequerentur. Edent ergo pauperes. Sed quare? Quia laudabunt Dominum qui requirunt eum. Diuites se laudant, pauperes Deum laudant. Quarę sunt pauperes? Quia Deum laudant, & quærunt. Dominus est diuitiæ pauperum. Ideo inanis est domus, vt cor diuitiis sit plenum. Diuites quærunt vnde arcam impleant, pauperes vnde cor impleant: Et cum impleuerint, Deum laudant. Videte fratres, qui verè pauperes sunt, cuius rei diuites sint: quia non in arca, non in horreo, non in apotheca. Libro quæstionum super Iudicum contra inimicitiam. Illa planè sacrificia diligit & coronat Deus, cum quisque iustus iniquitatem patiens vsque ad mortem pro veritate delectat: vel ab inimicis, quos pro iustitia offendit,

Tom.VIII. Ord.ser.de temp.130. Tom.X. Tom.V. Tom.VIII. Quæst.49. Tom.IIII.

A occiditur: retribuens eis bona pro malis, id est pro odio dilectionem. In Epistola ad Antoninum. Gratior enim Deo est pro fratre deprecatio, vbi sacrificium charitatis offertur. Libro de ciuitate Dei, capite sexto contra intentionem peruersam. Verum sacrificium est omne opus quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possumus. Vnde & ipsa misericordia, qua homini subuenitur, si non propter Deum fit, non est sacrificium. Ibidem infra contra concupiscentiam. Ipse homo Dei nomini consecratus, & Deo deuotus, in quantum mundo moritur vt Deo viuat, sacrificium est. Nam & hoc ad misericordiam pertinet, quam quisq; in seipsum facit. Propterea scriptum est, Miserere animæ tuæ placens B Deo. Corpus enim nostrum, cum per temperantiam castigamus, si hoc quemadmodum debemus propter Deum faciamus, vt non exhibeamus mẽbra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ Deo, sacrificium est. Ad quod exhortans Apostolus, ait, Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem &c. si ergo corpus, quo inferiore tanquam famulo, vel tanquam instrumento vtitur anima, cum eius bonus & rectus vsus ad Deum refertur sacrificium est: quantomagis ipsa anima cum se refert ad Deum, vt igne amoris eius accensa, formã concupiscentiæ sæcularis amittat, eíque tanquam incommutabili formæ subdita, reformetur: hinc ei placens quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium. Et infra subdit contra inuidentiam. C Cum vera sacrificia opera sint misericordiæ, siue in nosipsos, siue in proximos, quæ referuntur ad Deum: opera verò misericordiæ non ob aliud fiant, nisi vt à miseria liberemur, ac per hoc, vt beati simus: quod non fit, nisi bono illo de quo dictum est, Mihi adhærere Deo bonũ est: profecto efficitur, vt tota ipsa redempta ciuitas, hæc est congregatio, sanctorúmque societas, vniuersale sacrificium Deo offerat per sacerdotem magnum, qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis, vt tãti capitis corpus essemus secundum formam serui. Hanc enim obtulit: in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est: in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Et ibidem infra contra hæreses & schismata. Hoc est sacrificium Christianorum: multi vnũ corpus sumus in D Christo: qđ etiã sacramẽto altaris fidelibus noto frequentat Ecclesia, vbi ei demõstratur, quod in ea oblatione quam offert ipsa offeratur. Sacrificium dicitur pœnitentia. Super Psal. iiij. Sacrificium iustitiæ, est quod fit per pœnitentiam Quid enim iustius, quam vt suis quisque potius quam alienis irascatur peccatis, sed quia ipsum puniens Deo mactet? An sacrificiium iustitiæ opera iustitiæ sunt post pœnitẽtiã: vt extincto velinfirmato vetere homineper pœnitẽtiã, sacrificiũ iustitię secũdũ regenerationẽ noui hominis offeratur Domino, cũ se offert ipsa anima iã abluta, & ĩponit in altare fidei Diuino igne, id est Spiritu sãcto cõprehẽdẽda? In sermo. v. de aduentu in carnẽ. Suis

Tom II. Epist.126. Lib. 10. Tom.V. Cap.eod. Tom.VIII.

cultoribus Deus sacrificium laudis indixit. Et hoc non quia à nobis tanquam indigens expectat laudem, sed vt in ea nobis consulat ad salutem.

Et infra. Ipse sacerdos & victima, sacrificium laudis impleuit, malorum operum tribuens indulgentiam, & bene operandi largiens gratiam. Ad hæc duo sacrificium laudis ab eius cultoribus immolatur, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.

Tom. VIII. *Sacrificium laudis.* Est etiam sacrificium gratiarum actio. Super Psalmum quadragesimum nonum. Sacrificium laudis quærit à nobis Deus. Habebat hoc sacrificium laudis Zachæus in patrimonio suo: Habebat vidua in sacello suo: habebat nescio quis pauper hospes in dolio suo. Alius non alicubi, sed in animo suo: quia & pax in terra hominibus bonæ voluntatis. O sacrificium gratuitum, gratia datum. Non quidem hoc emi quod offerrem, sed tu donasti: nam nec hoc haberem. Sacrificium laudis est gratias agere illi à quo habes, quicquid boni habes: & cuius misericordia tibi dimittitur, quicquid tuum mali habes. Hoc odore Deus delectatur. Et infra in eodem. Immola Deo sacrificiũ laudis: sed vide si iam securus sis quia iam hoc facis, & bene quidem facis, & forte lingua tua Deũ benedicat, & vita tua Deũ maledicat. Est etiã humilitas, super Psalmum centesimum vigesimũ. Humilitas cordis sacrificium Deo est. Concludit super Psalmum centesimum decimum octauum, sermone vigesimo tertio. Bene intelligũtur oris voluntaria sacrificia laudis: confessione charitatis, non timore necessitatis oblata. Vnde dictũ est. Voluntariè sacrificabo tibi.

Cap. 10. Tom. VII. SACRILEGIVM. Libro quarto contra Cresconiũ grammaticum. Sacrilegium tanto est grauius peccatum, quanto committi non potest nisi in Deum.

Tom. VIII. SAGITTA. Per sagittas intelligũtur verba scripturæ. Super Psalmum trigesimum septimum. Solemus verba Dei sagittas accipere. Verba enim Dei tanquam sagittæ excitant amorem, non dolorem: quamuis ipse amor non possit esse sine dolore. Quicquid enim amamus, & non habemus, necesse est vt doleamus. Nam ille amat & non dolet, qui quod amat habet: qui autẽ nõ habet quod amat, necesse est vt gemat. Vnde spõsa in Canticis vulneratã charitate se dicit: *Cãt. 2. & 5.* quia quod amabat, non tenebat: sed hoc vulnus ad veram sanitatem rapiebat. Qui hoc vulnere non fuerit vulneratus, ad veram sanitatem nõ est peruenturus. Inde verba Dei sunt sagittæ cordi infixæ: quia inde fit vt amemus, & donec habeamus, salubriter doleamus. *Tom. VIII.* Super Psalmum septuagesimum sextum. Verba Euangelistarum sagittæ sunt. Similitudines tantum sunt istę: Nam propriè nec sagitta est pluuia, ne pluuia sagitta. At verbũ Dei & sagitta est quia percutit: & pluuia, quia rigat. *Tom. VIII.* Super Psalmum centesimum decimũ nonũ. Sagittæ potẽtis acutæ verba Dei sunt. Ecce iaciuntur, & transfigunt corda. Sed cum transfixa fuerint corda sagittis verbi Dei, amor excitatur, non interitus paratur. Nouit Deus sagittare ad

A amorem: & nemo pulchrius sagittat ad amorem, quàm qui verbo verè sagittat: imò sagittat cor amantis, vt adiuuet amantem, sagittat vt faciat amantem. Sagittæ autem sunt, cum agimus verbis.

Tom. VI. SALOMON. Lib. xxiiij. contra Faustum. De Salomone quid dicam? Quem vehementer arguit sacra scriptura atque condemnat, nihilque de pœnitentia eius, vel in eum indulgentia Dei omnino commemorat. Libro de ciuitate Dei. Salomon quippe pacificus est Latine. Et in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit. *Lib. 17. Cap. 8.* Libro vndecimo Super Genesim, capi. vltimo. Non peccauit per ignorantiam Salomon *Tom. V. Tom. III. Salomonis idololatria.* vir tantæ sapientiæ, nunquam credẽdum est quod in simulachorum cultu crediderit esse aliquid vtilitatis: sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non valuit, faciens quod sciebat non esse faciendum, ne suas, quibus deperiebat atque defluebat, mortiferas delicias contristaret. Libro quarto de ciuitate Dei. Credendum est Salomonem errorem putasse, idolis esse seruiendum: sed blanditiis fœmineis ad illa sacrificia fuisse cõpulsum. Non est doctrina eius respuenda. *Super Psal. 126. Tom. VIII.* Super Psalmum. Salomon filius Dauid fuit, magnus ille, per quem multa facta præcepta & salubria monita & Diuina sacramenta Spiritus sanctus in Diuinis literis operatus est. Nam ipse Salomon mulierum amator fuit, & reprobatus est à Deo. Et vsqueadeo laqueus illi fuit illa cupiditas, vt à mulieribus etiam idolis sacrificare cogeretur, sicut de illo scriptura testis est. Sed si illo cadente quæ per illum dicta sunt delerentur: iudicaretur quia ipse dixerat, non quia per illum dicta erant. Opportunè igit etiã hoc egit misericordia Dei & spiritus eius, vt quicquid boni per Salomonẽ dictum est, Deo tribueretur: peccatum autem hominis homini. Quid mirum quod in populo cecidit Salomon? In Paradiso non cecidit Adam? Nõ cecidit de cœlo angelus, & factus est diabolus? Ideo docemur in nullo hominum spem esse ponendam. De eius peccato. In sermone secundo de aduentu in carnem. Salomonis nanque domus fuisse legitur plena mulieribus alienigenis colentibus idola, & ipse ab eis rex, idololatria seductus atque deiectus. Nam dũ bonus fuisset initio, malum exitum habuit. De somnio verò quo Deus promisit sibi sapientiam. Libro decimo tertio de ciuitate Dei. Propter affectionem animæ bonam etiam in somniis quædam merita clarent. Nam dormiens Salomon sapientiam omnibus rebus præposuit, eãmque neglectis cæteris est precatus à Domino: & sicut scriptura testatur, placuit hoc coram Domino. Nec distulit retributionem bonam, pro desiderio bono. Commendatur autem, in sermone quinto de resurrectione Domini. Sapientissimus Salomon, fons sapientiæ, censor iustitiæ, & magister disciplinæ. Significauit autẽ Salomõ Christũ, super Psal. Salomõ q̃ppe interp̃tatur pacificus. Aperte hoc vocabulũ illi verissimè atq; optimè cõgruit, per quẽ mediatorem ex inimicis

inimicis,concepta remiſsione peccatorum,recõciliamur Deo. De eius dominio atq; liberis. Libro xvij.de ciuitate Dei.Salomon patre cœpit viuente regnare.Hic bonis initiis malos exitus habuit.Quippe ſecũdæ res,quæ ſapientũ animos fatigant,magis huic obfuerunt, quàm profuit ipſa ſapientia, etiam nũc & deinceps memorabilis, & tunc longè latéque laudata.Prophetaſſe etiam reperitur in ſuis libris,qui tres recepti ſunt in authoritatem canonicam:Prouerbia,Eccleſiaſtes,Cantica canticorum. Alij verò duo, quorum vnus, Sapientia,alter Eccleſiaſticus dicitur, propter eloquij nonnullam ſimilitudinem, vt Salomonis dicantur,obtinuit conſuetudo.Non autem eſſe ipſius,nõ dubitant doctiores:eos tamen in authoritatem maximè Occidentalis recepit Eccleſia.

Cap.20. Tom.V. *Lib.Salo. tantum canonici.*

SALTATIO. In ſermone iij.de ſancto Cypriano.Cantat qui præcipit, ſaltat qui facit. Quid eſt enim ſaltare niſi motu membrorũ cantico conſonare?Quod eſt canticum noſtrum? Non proferam ego,non eſt meum,melius miniſter ſim quam actor.Dico cãticum noſtrum.Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Et infra.Audiſtis cantantem,audiamus ſaltantem.Facite vos congruentia morum,quod faciunt ſaltatores motu membrorum. Intus hoc agite, vt mores conſonent. Cupiditas nihil boni poteſt generare, charitas nihil mali.

SALVATOR. Solus Deus eſt.Libro ſoliloquiorum ad Deum.Tu quippe es Deus noſter ſuauis & miſericors,patiens & miſericordia diſponẽs omnia.Et nos ſi peccauerimus, tui ſumus:& ſi non peccauerimus,ſcimus quod apud te ſumus computati.Nos folium vniuerſi,& vanitas eſt omnis homo viuens,& ventus eſt vita noſtra ſuper terram.Ne iraſcaris ſi cadimus pupilli tui, quoniam tu noſti figmentum noſtrum. Nũ Deus inęſtimabilis fortitudinis cõtra folium quod à vento rapitur oſtendẽs potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris? Num damnabis rex æterne canem mortuum? Num damnabis culicem vnum?Audiuimus de miſericordia tua Domine,quoniam tu mortem non facis, nec lætaris in perditione morientium.Propter hoc Domine oramus te,ne permittas damnari quod non feciſti huic creaturæ tuæ quam feciſti ſi doles de perditione:quid te prohibet Domine,qui omnia potes, vt ſemper læteris de noſtra ſaluatione:ſi vis, potes me ſaluare:ego autem ſi vellem, non poſſem: tam magna multitudo miſeriarum mearum mecũ eſt. Quomodo ſit rogandus,docet.Lib. v.Homil.Gratias agamus Domino ac ſaluatori noſtro, qui nos nullis præcedentibus meritis vulneratos curauit,inimicos reconciliauit,de captiuitate redemit,de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad vitam reuocauit:humiliter confitentes fragilitatem noſtram,illius miſericordiam deprecemur, vt quia nos ſecundum pſalmiſtam miſericordia præuenit,dignetur in nobis non ſolùm cuſtodire, ſed etiam augere munera vel beneficia ſua, quæ ipſe dignatus eſt dare. Quomodo intelligitur quod Deus vult omnes homines ſaluos fieri.Lib. A de correctione & gratia.Ita intelligendum eſt,omnes ſaluos fieri,vt intelligantur omnes prædeſtinati:quia omne genus hominũ in eis:eſt ſicut dictũ eſt ꝑ phariſęis,Decimatis omne olus:neq; omne olus quod erat in terra decimabant,niſi omne quod edebant. Ibidem. Poteſt etiam ſic intelligi,quod omnes homines vult Deus ſaluos fieri,quoniam nos facit velle: ſicut, Miſit Spiritum filij ſui clamantem abba pater,id eſt nos clamare facientem. Verum vt dicit ſuper Pſal.cxlvij. Quid illis miſerius,quibus ſaluator non erit?

Cap.24. Tom.IX. *Homil.14. Tom.X.* *Tom.VII. Tom.2.* *Matt.23.* *Rom.8.*

SALVS. Non eſt ſalus niſi apud Deũ. Super primã canonicã Ioannis,homil.j. In iſta vita ſurrepit quædam deſperatio & triſtitia. Salus nulla eſt,niſi in ſocietate Dei. Perfecta ſalus,perfecta eſt beatitudo.Lib.xix.de ciuita. Dei, B capite iiij.Spe ſalui facti ſumus,inq̃t Apoſtolus.Sicut ergo ſpe ſalui, ita ſpe beati ſumus.Et ſicut ſalutem, ita beatitudinem non tenemus præſentẽ, ſed expectamus futuram,& hoc per patiẽtiã:quia in malis ſumus,quæ patienter tolerare debemus,donec ad illa veniamus bona, vbi erunt omnia q̃bus ineffabiliter delectemur:nihil erit autem quod iã tolerare debeamus. Talis ſalus,quę in futuro erit ſęculo,ipſa erit etiam finalis beatitudo. Et omnis ſalus eſt à Deo.Lib.de vera religione.Ab eo eſt autẽ omnis ſalus, à quo eſt omne bonũ, & omne bonũ ex Deo, ſalus igitur omnis ex Deo.Hinc iã quib. oculi mẽtis patent,nec pernicioſo ſtudio vanæ victoriæ caligãt atq; turbãtur,facilè intelligũt omnia quæ vitiantur & moriuntur, bona eſſe, quãquam ipſum vitiũ & ipſa mors malũ ſit. Niſi C enim ſalute aliqua priuarentur,nõ eis noceret vitium vel mors:ſed ſi non noceret vitiũ,nullo modo eſſet vitium.Si ergo ſaluti aduerſatur vitiũ, & nullo dubitante ſalus eſt bonum:bona ſunt omnia quibus aduerſatur vitium.Quibus autem aduerſatur vitiũ,ipſa vitiantur.Bona ſunt ergo quæ vitiantur, ſed ideo vitiantur,quia non ſumma bona ſunt.Non enim ſunt Deus.Bonũ ergo qđ vitiari non poteſt,Deus eſt:cætera omnia bona nihil ex ipſo ſunt,quæ per ſeipſa poſſunt vitiari,q̃a per ſeipſa nihil ſunt:per ipſum autẽ partim nõ vitiantur, & partim vitiata ſanantur. Etiam ſalus corporalis non eſt niſi à Deo.Super Ioã.ſermo.xxix.Salus corporalis eſt qua mors differtur,nõ aufertur. Tamen etiã ipſa ſalus à Domino eſt.Per quẽlibet detur,quocunq; curãte & miniſtrãte impartiatur, D ab illo datur,à quo eſt omnis ſalus. Et de ſalute animæ eſt ſimiliter.Super Pſal.lxxj. Nemo ſibi idoneus eſt ad ſalutẽ.Quę ſalus eſt & perfecta iuſtitia,niſi Dei adiuuet gratia? Et ideo in Chriſto eſt ſalus,q̃a ipſe eſt Deus.Super Pſal.cxlv.In vno filio hominis ſalus:Nõ q̃a filius hominis, ſed quia Dei filius:nõ ꝓpter id qđ ſuſcepit ex te,ſed ꝓpter id quod ſeruauit in ſe.Ergo ĩ nullo homine ſalus: q̃a & in illo ideo ſalus,q̃a Deus,q̃ eſt benedictus in ſæcula. Sed de Chriſto ſaluatore expectato à ſanctis.Lib.de verbis Apoſto.ſermo.iij.Dixerũt antiqui iuſti,Salutare tuũ da nobis. Hoc eſt Chriſtũ tuũ dũ in hac carne viuimus videamus. Videamus in carne qui nos liberet à carne. Veniat caro mũdans

Tom.IX. *Tom.V.* *Cap.18. Tom.I.* *Quæ vitiãtur bona.* *Tom.VIII.* *Tom X.*

dans carnem, patiatur caro, & redimat nostrā carnem. Intelligitur salus secundum animā. Eodē libro, sermne xv. Non putemus sic dictū esse, Qui inuocauerit nomen Domini saluus erit, quasi à febre, aut à peste, aut à podagra, aut aliquo corporis dolore. Non sic, sed saluus erit, iustus erit: quia nō est opus sanis medicus, sed malè habentibus: non enim venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. Vnde super Psal. xix. Vana est salus hominum, quæ non dexteræ, sed sinistræ Dei est: Hac enim extolluntur in magnam superbiā, quicunque peccantes temporaliter salui facti sunt. Salus verò dexteræ est magni fauoris, cum etiam de tribulatione dat auxilium, vt quādo infirmamur, tunc potētes simus. De alia salute. Super Psal. cxv. in sermo. xxix. Salus quippe animæ facit, vt fiat quod faciendum esse cognoscitur: & vsq; ad mortem corporis, si hoc flagitat extrema tētatio pro testimoniorum Diuinorū veritate certetur. Vbi autem non est salus, succumbit infirmitas, & deseritur veritas. Vnde non est salus perfecta in corpore. Super Psalm. 50. Salus perfecta in isto corpore cum fuerit, corruptio non erit: ipsa enim est perfecta sanitas corporis incorruptio. Nā modo quomodo sanū est quod labitur, quod indiget, quod habet perpetuam quandā ægritudinē famis & sitis? Hæc tunc non erunt: quia esca vētri, & vēter escis, Deus autē & hunc & has euacuabit. Erit forma corporis ex Deo perfecta, absorpta morte in victoriam, nulla remanēte corruptione, nulla surrepente defectione, nullis mutata ætatibus, nullo labore lassata, vt cibo fulciatur, & aliqua esca reficiatur, sed nō erimus sine esca & potu. Ipse Deus erit cibus noster & potus noster. Solus ille cibus reficit nec deficit. Et ideo cōsulit Lib. 50. homil. Mihi autē adhærere Deo bonū est. Nihil aliud volo, sed ipsum. Adhærere illi hoc est bonū meū, hoc est gratuitū bonū meum. Ideo & gratia Dei, q̃a gratis cōstat. Cū ergo cœperis amare gratis, securitas est: quia & amicum gratis amas, & ad hoc eū amas, vt tecū amet Deum. Attēdite ipsam amicitiam vulgari modo. Amat maritus vxorē, & vxor maritum. Sine dubio & ille illā, & illa illum saluum vult. Vult illum habere incolumem, vult illum habere fœlicem. Ad hoc amat, q̃a ipsa vult, quod sibi vult, & illi hoc vult. Amat filios, q̃s nō vult filios suos habere saluos? Amat amicū, quis non nisi incolumem habere vult, adeo vt si fortè contingat illi aliquid, contremiscit, cōtristatur, cōturbatur, currit, accedit, cum accesserit plāgit? Quid ergo vult? Saluū habere. Si ergo omnis qui amat, saluum vult habere quod amat, si intelligat quæ sit vera salus, incipit illā amare in se & ipsam cogitur verā amare & in amico. Si oculis carneis quæris Deum, vide tres pueros de igne liberatos. Si fide quæris Deum, vide Machabæos in igne coronatos. Salus ergo illa amanda est, ista vtenda. Hæc enim ad vsum necessaria est, nam trāsitoria est.

Tom. VIII. *Tom. VIII.* *Tom. VIII.* *Homil. 38. Tom. X.* *Amor.*

SANCTITAS, Sanctum. Quid Sanctus homo. Libro de fide & symbolo quem scripsit in Africano concilio, post mediū. Non

Lib. de fide & symbolo. Cap. 9. Tom. III.

A est dubium à sanādo sanitatem nominari. Diffinitur sanctū q̃d. Lib. ij. de serm. Domini in mōte, cap. vij. Sanctum est, quod violare atque corrūpere nephas est, cuius vtiq; sceleris conatus & voluntas tenetur rea: quāuis illud sanctū natura inuiolabile atque incorruptibile maneat. Vnde sancta obesse possunt cū non sint mala. Super Ioā. Sancta possunt obesse. Bonis enim sancta ad salutem insunt: malis ad iudicium. Certe nouimus q̃d accipiamus, & vtique sanctum est, & tamen dicit Apostolus, Qui mādūcat & bibit indignè, iudiciū sibi manducat & bibit. Non ait quia illa res mala est: sed quia ille malus malè accipiendo ad iudiciū accipit bonum quod accipit. Ad sanctitatē spiritus sequitur scientia corporis. Lib. de sancta viduitate. Fieri nō potest vt sanctificato spiritu, nō

B sit sanctum etiam corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus. Propterea sic orabat ad Deum. Lib. de salutaribus documentis, in oratione quam in fine libri facit. Fac me quæso in sancto cōuersari proposito, sequi iustitiam, diligere misericordiam, amare veritatem, refutare mendacium, falsum nihil meditari vel loqui. Fac me te indesinenter timere, te amare, te diligere, tua præcepta seruare, pacē cum omnibus sine dolo retinere: discordes sine simulatione ad concordiam prouocare, charitatem cunctis insimulatam offerre, nullum scādalizare, nulli me præferre, sed omnibus inferiorem iudicare, reuerentiam & honorem non propter timorem potentum, sed ob altissimum exhibere: senioribus obedientiam, & charitatem ęqualibus offerre, gratiā opportunæ dilectionis mino

C ribus ostēdere, fraterna onera siue pericula æquanimiter sustinere, cunctis prodesse, non obesse, nulli nocere vel aduersari, nullū calumniari, nulli offendiculum ponere, nullū iudicare, nulli detrahere, nulli iniuriosum esse, nullius carpere vitam, nullius explorare semitam, sed de meipso tantum esse solicitum, malum pro malo nequaquam rependere, iniuriarum mearum nec memorem esse vllatenus, nec vindicem, sed in omni bonitate superare malitiam. Maledicenti benedictionem parare. Inimicum vt amicum diligere, conuitia & contumelias irascentium sustinere, non rependere iniurias, sed citò obliuisci offensionum mearum, & ignoscere: ad veniam concedendam semper paratū esse, aliena non concupiscere, nec occasione qualibet auferre: mea verò non habē

D tibus misericorditer erogare: Aduenam & peregrinum propter te, qui redemisti me, retinere, esurientem reficere, sitientem potare, hospitem colligere, nudum cooperire, visitare languidum, requirere incarceratum, consolari tristem, afflicto & lugēti compati, nō habēti p̄bere necessaria, victū & vestimentū diuidere cū egeno, amplecti indigenam, fouere domesticū, amare peregrinū, redimere captiuum, suscipere aduenam, tueri pupillum, orphano suffragari, viduę subuenire, præstare auxilium desolato, disrumpere colligationes impietatis: vel quæcunque præceptorum tuorum documenta declarant, diligenter credere & audire, ardenter inuestigare, prudenter scire, festi

nanter

Tom. IIII. *Tract. 6. Tom. IX.* *Lib. de bono viduitatis. Tom. IX.* *Cap. 65. Tom. IIII.*

nanter exercere, desideranter implere, & corã te humilem semper existere: vt surgam, nõ deiiciar: erigar, non subruar: ascendam, non descendam.

De sanctificatione inuisibili, & per sacraméta visibilia. Lib. quæstionum super Leuiticum. Sanctificatio inuisibilis quibusdam affuit & profuit sine visibilibus sacramentis, quæ pro temporum diuersitate mutata sunt, vt alia tũc fuerint, & alia modo sint: visibilis verò sanctificatio quæ fit per visibilia sacramenta, sine inuisibili potest adesse, sed non potest prodesse. Nec tamen ideo sacramentum visibile contẽnendum est: nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Vnde Cornelius inuisibiliter sãctificatus fuerat, & tamen baptizatus est: nec superflua iudicata est visibilis sanctificatio, quam inuisibilis iã præcesserat. Et quia nõ est sanctitas nisi à Deo. Ideo Libro decimo septimo de ciuitate Dei, capite iiij. Nõ est sanctus vt Deus noster, qui est sanctus sanctificans, sicut iustus iustificans. Non est sanctus præter te, qũia nemo nisi à te. Et quia aliter est sanctus, & aliter facit sanctos. Ideo Libr. de spiritu & litera. Aliter dicimus, Deus sanctificat sanctos suos, aliter autem, sanctificetur nomen tuũ. Illud ideo, quia ipse fecit illos sanctos esse qui nõ erant sancti: hoc autem ideò, vt quod semper apud sanctũ est, sanctũ ab hominibus habeatur. i. sãctè timeatur. Lib. cõtra Iul. ca. viij. allegat Cyprianũ dicentem, Sanctificetur nomen tuum. Nõ quod optamus Deo quod sanctificatur à nobis, sed quod petamus à Deo vt sanctificetur in nobis. Cæterum à quo sanctificetur, qui ipse omnes sanctificat? Sed quia ipse dixit, Sancti estote quoniam ego sanctus sum, id petimus & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœperimus perseueremus. Et ibidem infra, cap. ix. allegat eundem. Opus est nobis assidua sanctificatione: vt quia quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Propterea in libello de expositiõe Dominicæ orationis & symboli, sermone. j. Nomen Dei semper est sanctum. Quare ergo petimus vt sanctificetur nomẽ eius: nisi vt per ipsum sanctificemur? Quod ergo sanctum est, vt in nobis sanctificetur oramus.

Aliter dicit, Lib. lxxxiij. quæstionum. Plerunq; scriptura loquitur vt quod semper est, tunc fieri dicatur in aliquo cum ab eo cognosci cœperit: ita enim dicimus in oratione Dominica, Sanctificetur nomen tuum: quasi aliquando sanctum nõ sit. Ergo sanctificetur, id est sanctum esse innotescat.

Sunt impij vtiles sanctis. Lib. xvj. contra Faustum. Ad aliquem vsum sanctorum ordinatur omnis cæcitas impiorũ à summo Deo: qui pro sui reginimis æquitate vtitur etiam malis, vt qui suo arbitrio iniustè viuunt, illius iudicio iustè disponãtur. Sancti dicũtur lilia & corona. In sermone xix. de nat. Ioã. Baptistæ. Inqt Propheta, Lætetur desertum, floreat sicut lilium. Bene lilio sanctos scriptura comparat, habentes vtique nitoré simul & suauitatem: Nitorem ex castitate, suauitaté ex mansuetudine. Sancti enim quasi lilia sunt suauissimi odoris boni, & candoris eximij: Candorem quidem habẽtes ex puritate, odorem ex suauitate, sicut Apostolus ait, Quia Christi bonus odor sumus Deo. Hæc ergo lilia in deserto, id est, in Ecclesia prophetis atque Apostolis inserentibus nata, mutua sibi pace & charitate coniuncta, coronam Christi candidã contexerunt, secũdum illud Apostoli, quo ait sanctos coronam esse, dicens, fratres gaudium meũ, & corona mea sic state in Domino. Plures erũt, & sunt mali quã sancti. Lib. ij. de verbis Domini, sermone ix. Pauci erunt saluati in comparatione periturorũ, multi in societate Angelorum. Audite charissimi. Apoc. hoc habet scriptum, Post hæc vidi, ex omni lingua & gẽte & tribu venientem cũ stolis albis & palmis multitudinem, q̃ nemo dinumerare poterat. Hæc est massa sanctorum. Quanto clariori voce dictura est area ventilata, à turba impiorum & malorum falsorúmque Christianorum, segregata ad ignes æternos separatis omnibus damnãdis, massa purgata stans ad dexterã, nullum sibi timens misceri malorum, nullum timens perdere bonorum, regnatura cum Christo: quanta fiducia dictura est, Ego cognoui quod magnus est Dominus? Iuuant sancti Ecclesiã. Super Apoc. homil. x. Quoties persequutiones irrogãtur Ecclesiæ, sanctorũ orationibus, aut amouẽtur, aut tẽperantur. Habẽt virtutem diaboli hæretici. Sicut quõdam Pagani, ita nunc isti vastant Ecclesiam. Sunt autẽ sancti reges. ibidẽ, homil. xvij. In p̃senti sæculo sancti regnãt: q a ita se cũ Dei adiutorio regunt, vt à peccatis vinci nõ possit. Rectè enim regnare dicũtur, qui etiã inter p̃sluras mũdi se & alios bene regũt.

Quod eorũ societas procuranda, & qualiter. Lib. de salutaribus documẽtis. Pauperes honoremus, & suscipiamus Deũ in ipsis, q. dixit, Quãdiu fecistis vni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis: & filij Dei erimus & cohæredes Christi: vbi nunq̃ moriemur, nũquã senescemus: vbi nõ est humanæ naturæ, nec vllus dolor, nec tristitia post gaudiũ, nec lux solis, nec lunæ, nec stellarũ splendor: Sed Domĩus noster Iesus Christus lux erit, & vita, & charitas, & pax, & gaudiũ, & omne bonũ omnibus credẽtibus in se. Ibi est terra viuẽtium, q̃ Propheta decãtauerat dicẽs, Credo videre bona Domini in terra viuẽtiũ: id est p̃miũ cœleste spero assequi, & cupio iã videre, & cũ Christo in perpetuũ viuere & regnare. Ibi nec nox vlla inspirat, nec dies terminabitur, nec inopia videbitur, neq; cupiditas apparebit, sed perenne gaudiũ & sempiterna lætitia. Hæc sunt ꝓmissa iustorũ, hæc sunt p̃mia eorũ, ꝓpter quæ laborauerũt, & festinauerũt, & nõ cessauerũt currere in bonis operibus q̃diu fuerũt in hoc mũdo, in ieiuniis, & eleemosynis, in castitate, in cõtinẽtia, in lõganimitate, in patiẽtia, in suauitate, in beneuolẽtia, in labore multo, in orationibus, in persequutiõibus, in fame & siti, in frigore & nuditate, in vigiliis multis ꝑ Christi amore, & per omnia inutiles vigilias deuitauerũt. Vigiliæ autem inutiles sunt, cũ qs vigilauerit circa cogitationes multas & turpes, vel ad gerendũ contrarium aliquod, vel ad facinus perpetrandum. Tales vigilias deuitauerunt, & sanctas vigilias

gilias arripuerunt. Hi tales calcauerunt mundum praesentem, vt futurum regnum lucrarētur. Non acceperunt hîc promissiones vel diuitias saeculi huius miserabiles, quae homines eis malè vtentes ad inferna perducunt: & hanc praesentem patriā relinquentes, ad ciuitatem coelestem, cuius artifex & conditor est Deus, intuitum animi sui praemiserunt. Vitauerūt peccatum in verbo, in facto, in cogitatiōe, in visu, in motu, in annuēdo oculis, in manibus, in pedibus, in ira, in rixa, in furore, in dissensione, in vana gloria, in superbia, in elatione, in cupiditate, custodientes corpus suum & animas suas. Quomodo rogant Deum pro nobis.

Tom. IIII. Lib. lxxxiij. quaestionum. Quamuis sancti adiuuēt nos pro sua sublimitate dum obtemperant Deo qui pro nobis etiam vnicum filium suum dignatus est mittere, tamen sine gemitu & dolore id facere credendi sunt, ne & miseri existimētur. De

Cap. 8. Tom. IX. sanctorū gloria, Lib. de cognitione verae vitae. Innumerabilia millia sanctarū animarum inspiciamus: quas singulas longe sole lucidiores, Angelis beatudine & claritate coaequandas nō dubitamus. Tot & tantis luminibus singulariter consideratis, singulorum etiam magnitudinem contemplemur. Cogitemus itaque animam igne splendidiorem, cuius minima scintillatione instruente vincat hunc solem. Omne enim quod ab alio includitur, minus eo quod se includit esse necessitate cōuincitur: Sed cogitatio animae quae est eius scintilla, non solùm hunc solem, sed & totius mundi ambitum breui spatio includit, & totus orbis minimè eam circunscribit: ergo cōstat quanque animam toto mundo longè maiorem fore.

Cap. 9. Quales eas debemus cogitare. Ibidē. Cum sanctos in oratione vocas, sic oportet de eis cogitare instituas in gloria ęternę claritatis, scilicet vt splēdidissima lumina longe prae solis fulgore lucentia, qui omnia bona invisione Dei plenius habeāt, & cunctis se inuocantibus potenter subueniant.

Cap. 19. Tom. VII. Quomodo sanctitas vitae non habetur nisi per gratiam. Libro secundo de peccatorum meritis & remissione & baptismo paruulorū. Nos quantum concessum est sapiamus & intelligamus, si possumus, Dominum Deum bonum, ideo sanctis suis etiam alicuius operis iustitiam aliquando nō tribuere, vel certam sciētiam, vel victricem delectationem, vt cognoscant non à seipsis, sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebrę eorum. & suauitatem, qua det fructum suū terra eorum. Cum autem ab illo illius adiutorium deprecamur ad faciendam perficiendámque iustitiam, quid aliud deprecamur, quàm vt aperiat quod latebat, & suaue faciat quod non delectabat: qa & hoc ab illo esse deprecandum, eius gratia didicimus, dum antea lateret: eius gratia dilexerimus, dum antea non delectaret, vt qui gloriatur non in se, sed in Domino glorietur. Extolli quippe in superbiam, propriae voluntatis est hominum, nō operis Dei: neque enim ad hoc eos compellit, aut adiuuat Deus. Praecedit ergo in voluntate hominis appetitus quidam propriae potestatis, vt fiat inobediēs per superbiam. Hic autem appetitus etiam si non

A esset, nihil molestum esset: & cum hoc voluit homo sine difficultate voluisset. Sequuta est autem poena ex debita iustitia tale vitium, vt iam molestum esset obedire iustitiae. Quod vitiū nisi adiuuante gratia superetur, ad iustitiam nemo conuertitur: nisi operante gratia sanetur, iustitię pace nemo perfruitur. Cuius autē gratia vincitur & sanatur, nisi illius cui dicitur, Conuerte nos Deus sanitatū nostrarum, & auerte irā tuā à nobis? Causa praedictae gratiae infra subdit ibidē. Idcirco Deus sanctos & fideles suos in aliquibus vitiis tardius sanat, vt in his eos minus, quàm implendae ex omni parte iustitiae sufficit, delectet bonum, siue cum latet, siue cum etiam manifestum est: vt quantum pertinet ad integerrimam regulam veritatis eius, non iustificetur in conspectu eius omnis viuens, *Cap. vlti.*

B Nec in eo ipso vult nos damnabiles esse, sed humiles, commendans nobis eandem gratiam suam, ne facilitatē in omnibus assequuti, non putemus esse quod eius est.

SANGVIS. Quare per sanguinem anima habeat significari. Libr. ij. contra aduersariū legis & Prophetarū. Non frustra lex animā voluit significare per sanguinē, rem videlicet inuisibilem per rem visibilem: nisi quia & sanguis per venas omnes ab ipso corde diffusus, in nostro corpore plus caeteris humoribus principatur: ita, vt vbicunque fuerit vulnus inflictum, nō humor alius, sed ipse procedat. Itaque anima, quia omnibus quibus constamus inuisibiliter praeualet, illo melius significatur, quod omnibus quibus cōstamus, visibilibus praeualet. Sanat iniquitatem *Cap. 6. Tom. VI.* *Tom. VIII.*

C & carnis corruptionē. Super Psal. 50. pertractans illud. Libera me Domine de sanguinibus. In multis sanguinibus, tanquam in origine carnis peccati, multa peccata intelligere voluit. Quomodo ergo dicitur lingua, loquutio quae fit per linguā: sic dicitur & sanguis, iniqtas quae per sanguinē euenit. Attendens autem multas iniquitates suas, quae operatus est per corruptionem carnis & sanguinis, vt illud superius, Omnes iniquitates meas dele: & eas tribuens corruptioni carnis & sanguinis, Libera me, inquit, de sanguinibus, hoc est, Munda me ab iniquitatibus: libera me ab omni corruptione: incorruptionem enim desiderat qui dicit, Libera me de sanguinibus: quia caro & sanguis regnum Dei non possidebūt. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meae. Ostendit nēpe qui hoc dicit, quia cum fuerit salus perfecta in *Iniquitas sāguis dicta.*

D isto corpore, corruptio in eo non erit, quae intelligitur carnis & sāguinis nomine: Ipsa est enim perfecta sanitas corporis. Nam modo quomodo sanum est quod labitur, quod indiget, quod habet perpetuam quandam aegritudinem famis & sitis? Haec tunc non erunt: quia esca ventri, & venter escis, Deus autem hunc & has destruet. Erit forma corporis perfecta ex Deo, absorpta morte in victoriam, nulla remanēte corruptione, natura surrepente defectione, nullis mutatis aetatibus, nullo labore lassata, vt nullo cibo fulciatur, & aliqua esca reficiatur. Sed non erimus tunc sine esca & potu, Ipse Deus erit noster cibus, & noster potus. Solus

lus enim ille cibus reficit nec deficit. Propterea libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meæ. Modo enim iam in ipsa salute in spe sumus. Audi Apostolum, Spe enim salui facti sumus, &c.

Tract. 92. Tom. IX. De sanguine Christi. Super Ioannem. Christi sanguis sic in remissionem peccatorum omniū fusus est, vt ipsum etiam peccatum posset delere quo fusus est. In eodē lib. quod est pretiū nostrum. Sanguine Christi comparati estis, agnoscatis pretium vestrū. Ille quippe emit, qui pretiosum sanguinem fudit. Pretiosus sanguis est illius sine peccato. Fecit tamen ipse etiam suorum sanguinem pretiosum, pro quibus dedit sanguinis pretium. Nam si suorum sanguinem non faceret pretiosum, non diceretur, pretiosa in conspectu

Tom. X. Domini mors sanctorum eius. Vnde lib. iij. de verbis Domini. Fusus est sanguis redemptoris, & deleta est cautio debitoris. Ipse est sanguis qui pro multis effusus est in remissionem peccatorū.

Tom. VI. Libro cōtra quinque genera hæresum. Fusus est sanguis medici, & factus est medicamentum

Tom. VIII. phrenetici. De quo & eius fructu. super Psal. lxj. Eia fratres opus erat sanguine iusti ad delendum chirographum peccatorum nostrorum. Opus erat exemplo patientiæ, exemplo humilitatis. Opus erat signo crucis ad diabolum & angelos eius debellādos, opus nobis erat passione Domini. Nam passione Domini redemptus est orbis. Quanta bona egit passio? Et tamen passio iusti huius non esset, nisi iniqui Deum occidissent.

In communibus sermonibus, sermone xxxix. Si tibi seruus tuus quem manumittis fidem non exhiberet nec se manumissione tua dignum faceret, quia eum in aliquibus fraudibus inuenires, nonne clamares, Male serue, fidem non seruas: nescis quia te emi, quia sanguinem meum pro te numeraui? Clamas quantum potes, cœlum quæstuosis vocibus pulsas, sanguinem meum pro te dedi serue male. Si ipse dicat, quem rogo sanguinem dedisti, quando me emisti? Nec enim te flebotomasti. Nonne erubescis, quia sanguinē tuū pecuniā tuā dicis? De voce tua te conuincit Deus tuus. Vocas, inquit, pecuniā tuā sanguinem tuū, & ideo exigis à seruo tuo fidē, quia pro eo dedisti, non vtiq; sanguinē, sed nūmū, vel aurū. Ego quid dederim recolis? Sed si non recolis, lege pro te mortē saluatoris, pretium proditoris, lanceam percussoris. Potest homo viuens vena percussa dare de sanguine, & tamen viuere: plus est quod ego feci: Nam de me non viuente sanguis expressus est. Sanguine meo te emi. Addo plus: quia te à me emi. Quid habes quod dicas? Redde fidem Domino tuo, quomodo exigis à seruo tuo. De clamore sanguinis, in sermo. vij. de decollatione Ioannis baptistæ. Loquitur ad Cain Deus, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Nulla vtique sanguinis vox est: sed clamare dicitur sanguis qui effusus est innocens, non tam voce quam causa: & interpellare Dominum, non prosequutione eloquij, sed indignatione commissi: ac reum suum non tam verborum accusare sermonibus, quàm scientiæ ipsius criminatione constringere. Quā- A uis enim malum factum, si verba producantur, excusationem fortasse recipit, si non conscientia reuocetur: sed non potest excusari, vbi conscientia reum suum semper sine contradictione conuincit & iudicat.

SANITAS. Perfecta sanitas post resurrectionem erit ab anima in corpore. In epistola ad Dioscorū Sanitas perfecta corporis, illa extrema totius hominis immortalitas erit. Tam enim potenti natura Deus fecit animam, vt ei plenissima beatitudine, quæ in fine temporum sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam, quod est corpus, non beatitudo quæ fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor. Tom. II. Epist. 56.

Præsens sanitas est fragilis. Super primā canonicā Ioannis, homil. x. Salus ista corporis morte B perimitur, ægritudine dilabitur, friuola, mortalis & fluxa est. Erit perfecta sanitas post resurrectionem. Super Ioannem. Corporum salus quę vera expectatur, erit in fine in resurrectione mortuorum. Tunc quod viuit, non morietur, tunc quod sanabitur, non ægrotabit, tunc quod saturabitur, non esuriet aut sitiet: tunc quod renouabitur, non veterascet. Lib. xx. de ciuitate Dei, cap. xx. Vera sanitas, vera est immortalitas. Ea nanq; plenissima est sanitas, quæ non reficitur alimentis, tanquam quotidianis medicamentis. Libro vj. musicæ. Sanitas firmissima atq; certissima tunc erit, cum pristinæ stabilitati certo suo tempore atq; ordine hoc corpus fuerit restitutū. Quæ resurrectio eius antequam plenissimè intelligatur, C salubriter creditur. Addit. lib. j. retractationū, cap. xj. Hoc non ita dictum putetur, quasi nō sint futura post resurrectionem corpora meliora, quā primorum hominum in Paradiso fuerunt, cum illa iam non sint alenda corporalibus alimentis quibus alebantur ista: sed pristina stabilitas hactenus accipienda est, quatenus ægritudinem ita nullam corpora illa patientur, sicut nec ista pati possent ante peccatum. Probat hoc super Psalm. cxlvj. Perfecta sanitas transacta mortalitate fiet, quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem: quando nihil erit quod ex carnis labe sollicitet, non solùm nihil cui consentiamus, sed nihil quod suggeratur ex carne. Etenim modo quantæ illi- D citæ delectationes animum tangunt, quamuis eis non consentiamus, vt membra nostra iustitiæ seruiant, non iniquitati: tamen vel delectari talibus, & si non consentis, nondum est perfecta sanitas. Tract. 17. Tom. IX. Cap. 5. Tom. I. Tom. I. Tom. VIII.

Pro sanitate corporis non salus animæ impediatur. In sermone de medicina animæ contra sortilegos. Nostis, fratres charissimi, omnes homines sanitatem corporis quærere. Quę quamuis sit bona, multo tamen melior est sanitas cordis. Vnde omnes Christiani debent semper orare, vt illis Deus dignetur sanitatem animæ concedere. Non enim nimium nocet si caro infirmatur in mundo: tantum vt anima incolumis ascendat in cœlo. Nam qui solùm pro corporis sanitate sollicitudinem gerit, similis est bestiis. Et quam

multi sunt, quod peius est, qui si infirmari cœperint in corpore, dolent: si autem in anima, non solùm vulnerentur, sed etiam moriantur, non solùm non dolent, sed nec sentiunt? Et vtinam quãdo in ipso corpore infirmantur, ad Ecclesiam currerent, & medicinam quærerent Christianã. Sed quod dolendum est, sunt aliqui, qui in qualibet infirmitate sortilegos quærunt, haruspices & Diuinos interrogant, præcantationes adhibent, phylacteria diabolica & characteres appendũt, & aliquoties ista à clericis & religiosis accipiunt: sed illi non sunt clerici, sed adiutores diaboli. Videte fratres quia protestor vobis vt ista auferatis à vobis: quia non est in eis remedium Christi, sed venenum diaboli. Vnde nec corpus sanatur, sed anima infidelitatis gladio iugulatur, etiam si vobis dicatur, quia res sanctas & verba Diuina phylacteria ipsa contineant, & quod aliqui per ipsas ligaturas sanitatem acceperint. Totum hoc calliditas diaboli facit, qui carnis infirmitatem tollit aliquoties, sed animam ante iugulat. Non enim corpus, sed animam occidere cupit: ideo ad probandum nos permittitur, vt aliqua infirmitas accidat: sed si in prædictis diabolo consentimus, & quicunque consentiunt, Pagani efficiuntur: & nisi dignam egerint pœnitentiam, nõ euadent pœnam æternam. Vos verò fratres sanitatem à Christo requirite, qui est vera salus & medicus, ad Ecclesiam remeate, oleo benedicto vos perungite, eucharistiam accipite. Hoc si facitis, non solùm corporis, sed etiam animæ sanitatem recipietis. Et quod non sit perfecta sanitas nũc in corpore. Super Psal. xxxvij. Portamus corpus mortale, plenum tentationibus, plenum solicitudinibus, obnoxium doloribus corporalibus, obnoxium indigentiis, mutabile, languidum etiam cum sanum est, quia vtique non plenè sanum est. Nam bene intelligentibus non est hîc plenè sanitas. Si enim non manducaueris, inquietat fames. Ista fames naturalis quidam morbus est: quia natura nobis facta est pœna ex vindicta.

Tom. VIII.

Et propter hanc sanitatem multa sunt necessaria. in epistola ad Probam. Diuitias & delicias debes contemnere, nec in eis quicquam requirere, præter integram corporis valetudinem. Hæc enim contemnenda non est propter necessarios vsus vitæ huius, antequam mortale hoc induatur immortalitatẽ, hoc est vera & perfecta & perpetua sanitate quæ nõ terrena infirmitate deficiens, corruptibili voluptate reficitur, sed cœlesti firmitate persistens, æterna incorruptione vegetatur. De sanitate vtili. Super Psalm. Multi sanantur sibi, & non Christo: quia multi accipiunt sanitatem istam corporalem, & ab illo accipiunt, & ab illo sanantur, & non illi sanantur: quia accepta sanitate lasciuiunt: quia qui ægroti casti erant, sanati adulteri fiunt: qui cum ægrotarent neminem lædebant, receptis viribus inuadunt & opprimunt innocentes. Sanati sunt, sed non ei. Quis est qui sanatur ei? Qui intus sanatur, qui credit in eum, vt cum intus fuerit sanatus, in nouo homine reformatus, postea & hîc quod languet ad tẽpus, caro ista mortalis, recipiat in fine & ipsam suã perfectissimam sanitatem. In cõmunibus sermonibus, sermone xlj. quod non omnibus competit. Multi petunt salutem, & aliquando eis non prodest. Sanus est enim & abutitur sanitate ad peccata. Melius ergo ægrotaret vt quiesceret, quàm in inquietudinem sanaretur. Aliquando autem ex flagello tribulationis, vt oportebat, conuertitur ad Dominum. Erit enim cautior, castior, modestior, humilior. Rectè cantatur, Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana est salus hominis. Nam ideo vana est salus hominis, quia plerunque stultus homo optabat ad occasionem inquietudinis suæ.

Tom. II. Epist. 121. Cap. 3. Cura bonæ valetudinis.

SAMSON. Lib. de ciuitate Dei, cap. xix. Mortuo Latino regnauit Aeneas tribus annis: & Hebręorum iudex erat Samson. Qui cũ mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules.

Lib. 18. Tom. V. Sãson Hercules creditus à quibusdam.

Excusatur quod seipsum interfecit. Require supra, cap. Occidere. Allegat eius historiam. In sermone quodam. Samson, fratres charissimi, fortitudinẽ habuit, non de natura, sed de gratia. Nam si natura esset fortis, fortitudo eius non adimeretur, cum capillus ei diminueretur. Et vbi erat illa potentissima fortitudo, nisi in eo quod scriptura dicit, Incedebat cum eo spiritus Domini? Ad Domini ergo spiritum pertinebat illa fortitudo. Samson vas erat, quod impleri poterat, & exinaniri. Omne enim vas aliunde habet complementum. Ideo in Paulo ipsa gratia commendata est, quando dictus est vas electionis. Videamus ergo allophylis qualem parabolam Samson proposuit: De comedente, inquit, exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Prodita est hæc parabola, delata est ad amicos, soluta est, victus est Sãson. Hic si iustus est, latet valde, & in profundo est viri huius iustitia. Nã & quod legitur victus blãditiis muliebribus, & quod ad meretricem intrauerit, videtis huius meritũ vacillare minus intelligẽtibus secretũ veritatis. Nã & Propheta vxorẽ meretricẽ ꝑcepto Domini iubetur accipere. Requiramus ergo quod victor prodens secretum parabolæ, victus est, quid significabat quod intrans ad meretricem, vulpes capiens, & caudis vulpium ignem alligans, inimicorum segetes incendit, quæ aliter potuerunt incendi? Quis ergo erat Samson? si dicã quod Christum significabat, occurrit cogitantibus, quomodo intelligitur, quod ad meretricẽ intrauit, quod capite nudatur, capillis raditur, virtute spoliatur, alligatur & cæcatur. Euigila fides. Attende quid sit Christus fortis & infirmus, filius Dei & filius hominis: Christus enim totus quomodo eum scriptura commendat, & caput & corpus est. Sicut Ecclesiæ caput est Christus, ita Christi corpus Ecclesia est. Habet ergo Ecclesia in se fortes, habet & infirmos. Quædam ergo fecit Samson ex persona capitis, Christum enim figurauit in eo quod virtutes & mirabilia operatus est: in eo quod prudenter fecit, illorum qui in Ecclesia iustè viuunt imaginem gessit. Vbi verò incautè egit, eos qui in Ecclesia infirmi sunt figurauit. Me

Serm. 1. Domin. in pass. ord serm. de temp. 107. Tom. X.

Samson typus Christi.

Meretrix quam Samſon in coniugium ſumpſit, Eccleſia eſt, quæ ante agnitionẽ vnius Dei cũ idolis fornicata fuit, & poſtea à Chriſto aſſumpta, per fidem illuminata, meruit ſalutis ſacramenta cognoſcere. Nam quæſtio ipſa quæ continet, De edẽte exiuit cibus, &c. quid aliud ſignificat, quam Chriſtum à morte reſurgentem quæ cuncta deuorat? Dicit, Ego ſum panis viuus: quem humana exacerbauit iniquitas, cui aceti & fellis amaritudinem propinauit, atque ab eo plebs gentium vuæ† dulcednem conuerſa ſuſcepit? Quod autem dicit, Non inueniſſetis parabolam meam, &c. Hæc vitula eſt Eccleſia, quæ fidem Diuinitatis reſurrectionis & regni Apoſtolorum, & ſanctorum doctrina & prædicatione vulgauit. Sequitur quod iratus eſt Sãſon contra ſodales vxoris, &c. Sodales iſti omnium hæreticorum figuram gerunt, qui fidei ſecreta in parte cognouerunt, & vxorem Domini ſui abducere voluerũt, id eſt, Eccleſiam diuidere conati ſunt: vt Donatus Argus & Manichæus, & cæteri. Sed myſticus iſte Samſon cepit vulpes, id eſt, adulterantes ſodales: de quibus dicitur in canticis, capite nobis vulpes, &c. Quid eſt aliud vulpes capere, niſi hæreticos Diuinæ legis authoritate conuincere, & ſanctarũ ſcripturarum teſtimoniis velut vinculis alligare atque conſtringere? Quid ſibi vult caudæ vulpium, niſi poſteriora hæreticorum, qui prima habẽt blanda, & vltima deceptoria? Retro enim eſt ignis, quia poſt ſe ad ignem trahunt. Quid eſt autẽ quod intrauit ad meretricem, & illi expectabant vt comprehenderent eum, qui ſurrexit media nocte, & portas ciuitatis cum ſeris abſtulit, & in cacumine montis portauit, & ab Allophylis teneri non potuit? Agnoſcimus hoc loco redemptoris noſtri opera. Poſtquam ſynagoga, ad quam venerat, à ſe per diabolum ſeparata eſt, poſteaquam decaluauit, id eſt, in loco caluariæ crucifixit, ad inferna deſcendit: tunc inimici cuſtodiebant locum dormientis, id eſt ſepulchrũ, & capere volebant quem videre non poterant. Ille autem dormiebat ibi. Hoc ideo dixit, quia verè mortuus erat. Media nocte ſurrexit: quia apertè paſſus eſt, ſed ſolis diſcipulis & eis qui cum eis erant, quod reſurrexit manifeſtatum eſt. Portas inferni tulit, quia mortis imperium remouit. Cacumen montis, in cœlum aſcendit. Quid eſt quod in capite ſcilicet, in capillis, & non in manu vel in pede vel in pectore fortitudinem habuit, niſi quod in velamento virtutem habebat, quem vmbra veteris legis tegebat? Quid ſibi vult quod prodidit ſecretum, & decaluatus eſt, niſi quia cõtempta eſt lex, & Chriſtus paſſus eſt: quia non eũ occiderent, ſi legem non contempſiſſent? Nam & dixerunt, Nobis non licet occidere quenquã. Decaluatus eſt Samſon, & reuelata ſunt cõdenſa, remotum eſt velamentum, & Chriſtus apparuit qui latebat. Capilli rediuiui caput iterum veſtierunt, quia Iudæi nec reſurgentem agnoſcere voluerunt. Fuit quidẽ in molendino, cæcatus fuit. Molendinum labor huius mundi eſt. Excæcatio Sãſonis illos indicat, qui infidelitate cæcati ſunt,

† Aliàs, uuæ.

A nec virtutes Chriſtum operantem, nec aſcendentem ad cœleſtia cognouerunt. Adduxerunt eum inimici vt illuderent ei. Hîc imaginem crucis attẽdite. Expanſas enim manus ad duas columnas, quaſi ad duo ligna crucis extendit: ſed aduerſarios ſuos interemptos oppreſsit, & illius paſſio interfectio facta eſt perſequentium. Et ideo ſcriptura ita concludit, quod plures mortuus occidit, quàm viuus occiderat: quod myſterium in Domino Ieſu Chriſto euidenter impletum eſt, qui redemptionem noſtram, quam viuens celebrauerat, mortuus conſummauit.

SAPIENTIA increata. Differentia inter ſapientiam quæ Deus eſt, & Angelum. Libro xij. cõfeſsionum. Prior quippe omniũ creata eſt ſapientia, nec vtique illa ſapientia tibi Deus noſter patri ſuo planè coæterna & coæqualis, & per quam creata ſunt omnia, & in quo principio feciſti cœlum & terram, ſed profecto ſapiẽtia quæ creata eſt, intellectualis natura ſcilicet, quæ contemplatione luminis lumen eſt: dicitur enim & ipſa, quamuis creata, ſapientia. Sed quantum intereſt inter lumen quod illuminat & quod illuminatur, tantum inter ſapientiam quæ creat, & iſtam quæ creata eſt: ſicut inter iuſtitiam iuſtificãtẽ, & iuſtitiã quæ iuſtificatione facta eſt. Nam & nos dicti ſumus iuſtitia tua. Ait enim quidã ſeruus tuus vt nos ſimus iuſtitia Dei in ipſo. Ergo prior omnium creata eſt quædam ſapientia qua creata eſt mens rationalis & intellectualis caſtæ ciuitatis tuæ, matris noſtræ quæ ſurſum eſt & libera & æterna in cœlis: quibus cœlis, niſi qui te laudant cœli cœlorum? Quia hoc eſt & cœlum cœli Domino: & ſi non inuenimus tempus ante illam, quia & creaturã temporis antecedit, quæ prior omnium creata eſt, ante illam tamen eſt ipſius creatoris æternitas, à quo facta ſumpſit exordium: quamuis non temporis, quoniam nõdum erat tempus, ipſius tamen conditionis ſuæ. Vnde ita eſt abs te Deo noſtro, vt aliud ſit planè quam tu & non idipſum. Quoniam etſi non ſolum ante illam, ſed nec in illa inuenimus tempus, quia eſt idonea faciem tuam ſemper videre, nec vſpiam deflectitur ab ea, quo fit vt nulla mutatione varietur: ineſt ei tamen ipſa mutabilis vnde tenebreſceret & frigeſceret, niſi amore grandi tibi cohærens tanquam ſemper meridies luceret & ferueret ex te. Libro vndecimo de ciuitate Dei, cap. decimo. In ſcripturis ſanctis dicitur ſpiritus ſapientiæ multiplex, eo quod multa in ſe habeat: ſed quæ habet hoc & eſt: & ea omnia vnus eſt. Neque enim multæ, ſed vna ſapientia eſt, in qua ſunt infiniti quidã, atq; infiniti theſauri rerũ intelligibilium: in quibus ſunt omnes inuiſibiles atque incõmutabiles rationes rerum, etiam viſibiliũ & mutabilium, quæ per ipſam factæ ſunt.

Cap. 15. Tom. I.

Angeli ſapiẽtia dicti.

Tom. V.

De ea & ſapientia hominis. lib. ix. de Trinitate. Eſt ſapientia Dei filius Dei vnigenitus: & eſt ſapientia hominis, quæ vera eſt, ſi ſecundum Deũ eſt, vt eius verus & præcipuus cultus. Quod Chriſtus eſt ſapientia noſtra. Lib. xiij. eiuſdem, c. xix. Scientia noſtra Chriſtus eſt, ſapientia quoque

Tom. III.

nostra idem Christus est. Ipse nobis fidē de rebus temporalibus inserit, ipse de sempiternis exhibet veritatē, per ipsum pergimus ad ipsum, tendimus per scientiam ad sapientiā: ab vno tamē eodémq; Christo non recedimus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Et propriè dicitur sapiētia. Lib. de incarnatione verbi ad Ianuariū. Omnis natura quæ conuertibilis est & cōmutabilis, etiā si glorificetur in operibus iustitiæ vel sapiētiæ, per hoc ipsum quod accidētē habet iustitiā vel sapiētiā, & quod accidit etiā discedere potest, gloria eius syncera & limpida dici non potest. Sapientia verò Dei quæ est vnigenitus filius eius, quoniam in omnibus inconuertibilis est & incommutabilis, & substantiale in eo omne bonū est, quod vtiq; mutari aut cōuerti nūquam potest, idcirco pura & syncera gloria eius prædicatur. Sempiternū vel æternū propriè dicitur, quod neq; initiū vt esset habuit, & quod cessare nūquā potest quod est. In eodē. Nos semper Deū patrē nouimus vnigeniti filij sui, ex ipso quidē geniti, & quod est ab ipso trahentis, sine vllo tamen initio: non solùm eo quod aliquibus temporum spatiis distingui non potest, sed ne illo quidē quod sola apud semetipsam mens intueri solet, & nudo, vt ita dixerim, intellectu atque animo conspicari. Extra omne ergo quod vel dici, vel intelligi potest initium, generatam esse sapientiam credendū est. In hac ipsa sapientiꝗ subsistentia, qua omnis virtus ac formatio futurꝗ inerat creaturæ, vel eorum quæ principaliter existunt, vel eorū quæ accidunt cōsequēter virtute præscientiæ præformata atque disposita. Pro his ipsis quæ in ipsa sapiētia velut descripta ac præfigurata fuerāt creaturis, seipsam per Salomonē dicit creatā esse sapientia initiū viarū Dei, continēs scilicet, in semetipsa vniuersæ creaturꝗ, vel initia, vel rationes, vel species. De eius sapientiæ proprietate. Libro ij. de libero arbitrio. Illa veritatis & sapientiæ pulchritudo, nec multitudine audiētium constipata secludit veniētes, nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec vmbra intercluditur, nec sensibus subiacet. De toto mundo ad se conuersis qui diligunt eam, omnibus proxima est, omnibus sempiterna: nullo loco est, nusquam deest: foris admonet, intus docet cernentes se: commutat omnes in melius, à nullo in deterius commutatur: nullus de illa iudicat, nullus sine illa bene iudicat. Propter ea ibidem. Væ qui derelinquunt te sapientiam & veritatem ducem, & oberrant in vestigiis tuis, qui nutus tuos pro te amant, & obliuiscūtur quod innuas. O suauissima lux purgatæ mentis sapientia: Non enim cessas innuere nobis quæ & quanta sis. Et nutus tui sunt omne creaturarum decus.

Coloss. 2. Cap. 14. Tom. IIII. Sempiternū. Cap. 8. Filius absq; initio patus. Creatā sapientia cur dicatur. Prouerb. 8. Cap. 14. Tom. I. Cap. 16.

De eius sapientiæ amore circa nos. Libro primo de doctrina Christiana. Sapientia Dei hominem curans, seipsam exhibuit ad sanandum, ipsa medicus, ipsa medicina. Quia ergo per superbiam homo lapsus est, humilitatem adhibuit ad sanandum. Serpentis sapientia decepti sumus, Dei stultitia liberamur. Quemadmodum autem illa sapiētia vocabatur, erat autem stultitia contemnētibus Deū: Sic ista quæ vocatur stultitia, sapientia est vincentibus diabolum. Nos immortalitate malè vsi sumus vt moreremur, Christus mortalitate bene vsus est vt viueremus. Corrupto animo fœminæ ingressus est morbus: integro corpore fœminæ processit salus. Ad eadem contraria pertinet quod etiam exemplo virtutis eius vitia nostra curantur. Iam verò similia quasi ligamenta membris & vulneribus nostris adhibita sunt illa, quod per fœminam deceptos, per fœminam natus, homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberauit. Vnde lib. de gratia & libero arbitrio ad Valentinū. Sapiētia quippe Dei legem & misericordiam in lingua portat. Vnde est scriptum. Benedictionem dabit legislator. Et ideo nobis est incomprehensibilis. Libro de prædestinatione & gratia. Quisita desipiat, vel potius ita blasphemet, vt dicat de iustitia Dei, lege humanæ iustitiæ disputandum? Quę profecto si iustitiæ Dei aduersetur, iniustitia est. Ab illo autem qui summè iustus est, omne quod qualitercunque iustum est, manare manifestum est: Quis ergo erit qui in commutabiliter manentem, & omnia quæ sunt condentem, atque regentem & seruantem Dei sapientiam, humanæ sapientiæ pendat arbitrio? De qua dicit Apostolus. Quod sapientia carnis inimica est Deo. Et alibi. Sapientia huius mundi est stultitia apud Deum. Non est ergo de illa maiestate Diuinæ sapientiæ disputandum humanæ vanitatis arbitrio.

Cap. 14. Tom. III. Tom. VII. Cap. 2. Tom. VII. Legibus humana sapientiæ, de sapientia Diuina iudicandum.

SAPIENTIA creata. Differt sapientia à scientia. Libro xij. de Trinitate. Hæc est sapientiæ & scientiæ recta distinctio, vt ad sapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis: ad scientiam verò temporalium rerum cognitio rationalis. Quid cui præponendum siue postponendum sit, non est difficile iudicare. Vnde definitur, lib. xiiij. Sapientia est rerum humanarum Diuinarúmque scientia: quāuis rerum Diuinarum, sapientia propriè nuncupetur: humanarum autem, scientiæ propriè nomen obtineat. Alia definitio, libro de spiritu & anima. Sapientia est amor boni, siue sapor boni: à sapore siquidem dicitur. Libro de beata vita, disputatione ij. Si quæris quid sit sapientia: nihil est aliud, quam modus animi, hoc est, quo sese animus librat, vt neque excurrat in nimium, neque infra quā plenum est coarctetur. Excurrit autem in luxurias, dominationes, superbias, cæteráque quibus immoderatorum miserorúmq; animi sibi lætitias atq; potentias cōparari putāt. Coarctatur autem sordibus, timoribus, mœrore, cupiditate, atq; aliis quæcunq; sunt quibus homines miseros miseri etiā confitentur. Verū vt ibidē infra subdit. Quæ est dicenda sapiētia, nisi quæ Dei sapiētia est? Cōmendetur lib. j. de Academicis, disputat. ij. Recta via vitæ est sapiētia. Ibidē infra. Sapientia est via recta quæ ad veritatem ducit. Ibidem infra definit eam, disputatione iij. Sapientia est humanarū rerū, Diuinarúmq; scientia. Sed aliter & clarius in eodem versus finē.

Tom. III. Tom. III. Tom. I. Sapientia quid sit. Tom. I. Cap. 8.

Sapien

tia eſt rerum humanarũ & Diuinarũ quæ ad bea-
tã vitã pertinent, nõ ſcientia ſolũ, ſed etiã diligẽs
inquiſitio. Quã deſcriptionẽ ſi ꝑtiri velis, prima
pars quæ ſciẽtiã tenet, Dei eſt: hæc autem quæ eſt
inquiſitione cõtẽta, hominis eſt. Illa igitur Deus:
hac autẽ homo beatus eſt. Diſtinguitur à vir
Tom.I. tute, Lib. de moribus Eccleſiæ. Virtus ad opera-
tionem, ſapientia ad diſciplinam pertinet. Cõ-
mendatur ibidẽ. Quid eſt ſapientia honeſtius: quę
omnia operatur? Lib. j. retractationum, ca. vij.
Tom.I. Sapientia docet veritatem contemplationis, &
actionis probitatem. Alia differentia à ſcien-
Tom.I. tia. Lib. xij. de Trinitate, c. xiiij. Scribitur in libro
Iob. Ecce pietas eſt ſapientia: abſtinere autem à
malis ſcientia eſt. In hac differentia intelligendũ
eſt ad cõtẽplationẽ ſapiẽtiã, ad actionẽ ſciẽtiã ꝑ-
Cap.ij. tinere. Differt ab aſtutia. lib. xj. ſuper Gen. Abu
Tom.III. ſione nominis ita ſapientia dicitur in malo, quẽ-
admodũ in bono aſtutia: cũ propriè magiſq; vſi-
tatè in Latina dũtaxat lingua ſapientes laudabi-
liter appellentur: aſtuti autẽ malè cordati intel-
ligantur. Qualiter autẽ ſapiendũ eſt. Lib. ij. de
Cap.5. baptiſmo contra Donatiſtas. Aliter aliquid ſape-
Tom.VII. re quã ſe res habet humana tentatio eſt. Nimis au
tẽ amãdo ſententiam ſuã, vel inuidẽdo meliori-
bus vſq; ad præcidendæ cõmunionis & condẽdi
ſchiſmatis vel hæreſis ſacrilegiũ peruenire, dia-
bolica præſumptio eſt. In nullo autẽ aliter ſapere
quã res ſe habet, Angelica perfectio eſt. Qui ita-
que homines ſumus, ſed ſpe Angeli ſumus, quibus
æquales in reſurrectione futuri ſumus, quandiu
non habemus perfectionẽ Angeli, nõ habeamus
1.Cor.10. præſumptionẽ diaboli. Ideo dicit Apoſtolus, Tẽ-
tatio vos nõ apprehendat niſi humana. Humanũ
Tom.III. eſt ergo aliq̃d aliter q̃ ſe res habet, ſapere. Quid
ſapiẽdũ eſt. Lib. de vera innocen. c. cclxxxij. Ani
ma rationalis in ea debet regi, quæ ſpiritualium
natura maximè excellunt, & quæ ſurſum ſunt ſa-
Cap.1. piunt, & non quæ ſuper terram. Vnde quæ ſit
Tom.III. vera ſapientia. In principio lib. Enchiridion. Dici
non poteſt, dilectiſsime filij Laurẽti, quãtum tua
eruditione delecter, quantũ te cupiã eſſe ſapien-
1.Cor.1. tẽ, nõ ex eorũ numero de quibus dicitur, Vbi ſa
piens, vbi ſcriba, vbi conquiſitor huius ſæculi?
Cap.6. Nonne ſtultã fecit Deus ſapientiã huius mundi?
Sed ex eorum numero de quibus dicitur, Multi-
tudo ſapiẽtiũ ſanitas eſt orbis terrarũ. Et quales
Rom.16. vult Apoſtolus fieri, quibus dicit. Volo autẽ vos
quidem ſapientes eſſe in bono, ſimplices autẽ in
malo. Sicut enim nemo à ſeipſo, ita etiã nemo ſa-
piens à ſeipſo eſſe poteſt, ſed ab illo illuſtrãte de
quo ſcriptũ eſt, Omnis ſapientia à Domino Deo
Pietas eſt eſt. Habes hoc in libro ſancti Iob. Nã ibi legitur
ſapientia. quod ipſa ſapientia dixerit homini, Ecce pietas
eſt ſapiẽtia. Si autẽ quæras quã dixerit eo loco
pietatẽ, diſtinctius in Gręco reperies θεοσέβειαν, qui
eſt Dei cultus. Dicitur enim Grecè pietas, & ali-
ter εὐσέβεια, quo nomine ſignificatur bonus cultus,
quamuis & hoc pręcipuè referatur ad colendum
Deum. Sed nihil eſt commodius illo nomine,
quo euidenter Dei cultus expreſſus eſt. Acqui-
ritur ſapientia timore Dei. In ſermone j. de timo-

A re. Quis non ſapientem ſe eſſe lætetur, aut ſi non-
dũ eſt, eſſe deſideret? Sed quid dicit ſcriptura? Ini-
tium ſapientiæ, timor Domini. Quem non re-
gnare delectet? Sed audiamus quid in Pſalm.
Spiritus ſanctus moneat, Et nunc reges intelligi- Pſal.2.
te, &c. vſque cum tremore. Vnde & Apoſtolus di
cit, cum timore & tremore veſtram ſalutem o- 1.Pet.1.
peramini. Legimus etiam ſcriptum, Cõcupiſce ſa
pientiam, ſerua iuſtitiam, & Dominus præbet eã
tibi. Multos enim reperimus negligentiſsimos
iuſtitiæ & auidiſsimos ſapientiæ: Hos docet Di-
uina ſcriptura peruenire non poſſe ad id quod ap
petunt, niſi ſeruãdo quod negligũt. Serua, inquit,
iuſtitiam & per. &c. Quis autẽ poteſt, niſi Deũ ti-
meat, ſeruare iuſtitiã? Sed gradus acquirendi
eam vel perueniẽdi, ponit. lib. ij. de doctrina Chri Cap.7.
B ſtiana. Ante omnia opus eſt Dei timore conuer- Tom.III.
ti ad cognoſcendam eius voluntatem, ſi quid no Septem gra-
bis appentendum fugiendúmque præcipiat. Ti- dib. ad ſapi-
mor autem iſte cogitationem de noſtra morta- entiam itur.
litate, & de futura morte neceſſe eſt incutiat, &
quaſi clauatis carnibus omnes ſuperbiæ motus Primus gra-
ligno crucis affigat. Deinde miteſcere opus eſt dus.
pietate, neq; contradicere Diuinæ ſcripturæ, ſiue
intellectæ, ſi aliqua vitia noſtra percutit: ſiue nõ Secundus.
intellectæ, quaſi nos ſapientius meliúſq; præci-
pere poſsimus: Sed cogitare potius & credere id
eſſe melius & verius, quod ibi ſcriptum eſt etiam
ſi lateat, quàm id quod nos per noſmetipſos ſape-
re poſſumus. Poſt iſtos duos gradus timoris atq;
pietatis, ad tertium venitur ſcientiæ gradum, de Tertius.
quo nunc agere ſtatui. Nam in eo ſe exercet o-
C mnis Diuinarum ſcripturarum ſtudioſus, nihil a-
liud in eo inueniens quàm diligendum eſſe Deũ
propter Deum, proximum propter Deum: & il-
lum quidẽ ex toto corde, ex tota anima, & ex to
ta mente diligere, proximum verò tanquam ſe-
ipſum, id eſt, vt tota dilectio proximi ſicut etiam
noſtri referatur in Deum. Neceſſe eſt ergo vt pri
mò ſe quiſque in ſcripturis inueniat amore huius
ſæculi, hoc eſt temporalium rerum implicitum,
longe ſeiunctum eſſe à tanto amore Dei, & à tan
to amore proximi, quantum ſcriptura ipſa præ-
ſcribit. Tunc verò ille timor qui cogitat de iudi-
cio Dei, & illa pietas qua non poteſt niſi credere
& cedere authoritati ſanctorum librorum, cogit
eum ſeipſum lugere. Nam iſta ſcientia bonæ ſpei
hominem non ſe iactantem ſed lamentantem fa-
D cit. Quo affectu impetrat ſedulis precibus conſo- Quartus.
lationem Diuini adiutorij, ne deſperatione fran-
gatur: Et eſſe tunc incipit in quarto gradu, id eſt,
fortitudinis, quo eſuritur & ſititur iuſtitia. Hoc
enim affectu ab omni mortifera iucũditate rerũ
tranſeuntiũ ſeſe extrahit, & inde ſe auertẽs cõuer
tit ad dilectionẽ æternorũ, incõmutabilẽ ſcilicet
vnitatem, eandémque trinitatem. Quam vbi aſpe
xerit quemadmodum poteſt, in longinqua radiã-
tem, ſuique aſpectus infirmitate ſuſtinere ſe il-
lam lucem non poſſe perſenſerit: in quinto gra- Quintus.
du, hoc eſt in conſilio miſericordiæ purgat ani-
mam tumultuãtem quodammodo, atque obſtre-
pentem ſibi de appetitu inferiorum conceptis

ſordibus. Hinc verò ſe in dilectione proximi gnauiter exercet, in eáq; perficitur, & ſpe iam plenus, atque integer viribus cum peruenerit vſq; ad inimici dilectionem, aſcendit in ſextũ gradũ, vbi iam ipſum oculũ purgat, quo videri Deus poteſt, quantum poteſt ab eis qui huic ſæculo moriuntur quantum poſſunt. Nam in tantũ vident, in quantũ moriuntur huic ſæculo. In quantum autem huic viuunt, non vident. Et ideo quãuis iam certior & non ſolũ tolerabilior, ſed etiã iucundior ſpecies lucis illius incipiat apparere, in ænigmate tamen adhuc, & per ſpeculum videri dicitur, quia magis per fidẽ quàm per ſpeciẽ ambulatur, cum in hac vita peregrinamur, quamuis conuerſationem habeamus in cœlis. In hoc autẽ gradu ita purgat oculum cordis, vt veritati ne ipſum quidem præferat aut conferat proximum: ergo nec ſeipſum, quia nec illum quem diligit ſicut ſeipſum. Erit iſte ſanctus tam ſimplici corde atq; mundato, vt neque hominibus placendi ſtudio detorqueatur à vero, nec reſpectu deuitãdorũ quorũlibet incõmodorũ ſuorũ quę aduerſantur huic vitæ. Talis filius aſcendit ad ſapientiã quæ vltima & ſeptima eſt, qua pacatus tranquillúſq; perfruitur. Initium etenim ſapientiæ timor Domini. Ab illo enim vſq; ad ipſam per hos gradus tenditur & peruenitur. Verum vt dicit lib. xxij. cõtra Fauſtum. Vellet homo ſi fieri poſſet, ſine vlla tolerantia laboris, quæ in agendo patiendóq; amplectenda eſt, ſtatim ad pulchræ atque perfectæ ſapientiæ delicias peruenire: ſed hoc non poteſt in terra morientium. Sed lib. de innocentia. In tranquillitate pacis comprehendenda eſt doctrina ſapientiæ, quæ inter tribulationum turbines difficiliter agnoſcatur, nec facilè inueniuntur in aduerſitate præſidia, quæ nõ fuerint in pace quæſita. Libro iiij. de conſenſu quatuor Euangeliſtarum. Anima humana nõ de ſeipſa ſibi lucet, nec beatur, niſi participatione Diuinæ ſapientiæ. Lib. xiiij. de ciuitate Dei, capi. vltimo. Nulla eſt hominis ſapientia niſi pietas qua rectè colitur verus Deus id expetens præmium in ſocietate ſanctorum: non ſolùm hominum, verum Angelorum.

Sextus. *Septimus.* *Tom. VI.* *Tom. III.* *Cap. 18.* *Tom. V.*

Tom. V. *Septem ſapientum nomina & tempora.*

SAPIENS. De primis ſapientibus Græciæ, qui fuerint, vel vnde. Lib. xviij. de ciuitate Dei, cap. xxv. Septem fuerunt ſapiẽtes qui poſt theologos poetas claruerunt, quia genere vitæ quædã laudabilia præſtabant hominibus cæteris & morum nonnulla præcepta ſentẽtiarum breuitate cõplexi ſunt. Hi fuerunt Thales Mileſius, Pittacus Mityleneus, Solon Athenienſis, Chilo Lacedemonius, Periander Corinthius, Cleobolus Lindius, Bias Prieneus. Iſtos ſcribit Euſebius fuiſſe tempore quo captiuus Dei populus in Babylonia tenebatur. Ex quibus Thales Phyſicus fuit, & ſuorũ dogmatum libros reliquit. Eo captiuitatis Iudaicæ tẽpore, & Anaximander, & Anaximenes, & Xenophanes philoſophi claruerunt. Et tunc Pythagoras ex quo cœperũt appellari philoſophi. Sed vt dicit lib. xv. eiuſdem. c. vij. Sapiẽs nõ eſt, qui nihil nouit, nihil meminit, vel qui ſui non meminit. Declarat quid ſit ſapiens. Lib. xxij. cõtra Fauſtum & lib. ij. quæſtionum veteris & noui teſtamenti. Quamlibet enim acutè ſynceritérque cernatur à mortalibus incommutabile bonum, adhuc corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Ad vnum ergo tendendum, ſed propter hoc multa ferenda ſunt. Perſtrepunt humana ſapientia tumidi, & in ſe non in Deo gloriantes, verè ſapientes volunt dici: Idcirco indignum viſum eſt Deo his oſtendere veritatem. Humilibus autem qui nihil de ſe præſumentes, Dei ſe voluntati inclinãt, æquitate cogente ſalutaria reuelanda ſunt. Hic enim prudẽs Deo eſt, & ſalutis ſuæ memor, qui ſciẽtiæ ſuæ anteponit Dei legem: quam vtique videt non verborum ſtrepitu fulciri, ſed rerum virtutibus. Et ſine dubio hic ſtultus & vanus eſt, qui huic rei ſe commendat, quæ nulla munitur prærogatiua ſignorum. Vnde nõ literatis ſæculi regnum promiſit Deus, ſed fidelibus. Neque ſcrutatoribus ſyderum æternitatem pollicetur, ſed rectè agentibus: nec dialecticis, qui fraude & argutiis quibuſdam à vero excludere nituntur, gloriam dat: ſed bonæ volũtatis hominibus, quibus cura eſt magis vita quam ſermo. Iſtos enim reprobat Deus, qui oratione clari ſermonis magis vti volunt quam bonis actibus. Nam & gloriam Dei in ſe vult conuertere, qui rem Dei verbis exornare ſe putat. Res enim ipſę per ſe placere debẽt, vt nõ ſermo ſed ſenſus laudetur. Si enim ſenſus author eſt literæ, & verba propter res ſignificandas inuenta ſunt, cur non magis res ipſę puro ſenſu promendæ ſunt, vt facilius mentem incitẽt ad ſalutem? Ideóq; piſcatores elegit Deus noſtros Apoſtolos, homines ſimplices & ſine literis, qui ſine aliqua verſutia, fidem ſeruando, in ſe Dei oſtenderẽt veritatẽ. Vnde Apoſtolus Paulus. Ecce ego veni ad vos non in ſublimitate ſermonis, &c. Et inter cætera ait, Quia non in ſermone eſt regnũ Dei, ſed in virtute: vt quia verba cõtradictori obnoxia ſunt, Dei legi virtus teſtis exiſteret cui omnis cedit ſermonũ ſubtilitas. Itaque hæc idcirco præmiſſa ſunt, vt conſuleretur ſimplicioribus: ne ſe forte indignos putarent gratia Dei, qui minimè ſunt literis forẽſibus eruditi, cum magis ad laudem perficiat ſimplicitas eorum, quoniam quod prudentes mundi non vident ſuperbia literarum, hi credunt non verbis, ſed conſilio prudentes. Sciunt enim in bonis operibus requieſcere Deum: & fidem requirere, non cultum ſermonem. Legunt enim dicentem Dominum. In quo requieſcam, niſi in humili & manſueto & tremente verba mea? Vnde de ſapientis virtute. Libro primo de libero arbitrio, cap. nono. Regnum mentis niſi ſapientiam eſſe percognitum eſt. Ibidem infra. Sapientes voco, quos veritas vocari iubet, id eſt, qui regno mẽtis omni libidinis ſubiugatione pacati ſunt. Quia vt dicit. Lib. ſecundo eiuſdẽ, capit. vndecimo.

Sap. *Cap. 5. Tom. I.* *Cap. eod.*

cimo. Sapere Deus nõ dedit corporibus, neq; animis omnibus, sed tantũ rationalibus tanquã in eis sibi sedẽ locauerit, de qua disponat omnia. Ibidem infra. *Cap.e.d.* Docti & studiosi quantomagis remotiores sunt à labe terrena, tantomagis sapientiam in ipsa veritate contuentur. Sed de stulta æstimatione hominum, ibidem. *Cap.16.* Homines mũdi cum audiunt aliquem facundum, sapientem, dum nimis suauitatem vocis eius, & structuras syllabarum aptè locatarum auidè audiunt, amittunt sententiarum principatum, cuius illa verba tanquam signa sonuerunt. In sermone tertio, de sancto Cypriano. Sapientis mores volo, non voces. Sapientiam lauda viuendo, non sonando, sed consonando. Libro primo de Academicis, disputatione prima. *Tom.I.* Maiores nostri quos sapientes beatósque accepimus, eo solo quod verum quærebant, bene vtique vixerunt. Dicit autem in eodem infra, disputatione secunda. *Cap.5.* Sapiens erit ille qui perfectè quæsierit veritatẽ, etiamsi ad eam nondum peruenerit. Nam via quæ ducit ad veritatem, nulla intelligitur melius, quàm diligens inquisitio veritatis. Et ideo in secundo Libro eiusdem, disputatione secunda. Non vocabulorũ opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. De opere sapiẽtis. Libro tertio eiusdem. Sapientiæ est ea sumere quæ vitæ necessaria sunt: quia sapiens iis qui corpori necessaria sunt indigere non potest. Differt autem à Philosopho, ibidem. Sapiẽs à Philosopho differt: quia sapiens est, qui scit sapientiam: Philosophus, qui scire desiderat. Notat infra ibidem contra vanos. Monstrosius est sapientem non approbare sapientiam, quàm sapientem nescire sapientiam.

Sapientes efficit sapientium dominium. Libro de vtilitate credendi. *Cap.13. Tom.VI.* Dominus sui facti stultus existimãdus non est, cum est tanquam instrumentum ministeriúmque sapientis. Et ideo in omnibus hominibus melius stulti homines viuerent, si serui possent esse sapientũ. Eidem conuenit opus rectum vel perfectum. *Cap.eod.sup.* Ibidẽ. Omne factum, si rectè factum non est, peccatum est. Nec rectè factum esse vllo modo potest, quod non à recta ratione proficiscitur. Porrò recta ratio est ipsa virtus. Cui autem hominum virtus, nisi sapientis animo præsto est? Solus igitur sapiens non peccat. A quo & quomodo quis sapiens fiat. Libro tertio de origine animæ contra Vincentium. *Tom.VII.* Profecto sapiens eris, si te non esse credideris: atque vt sis, ab illo qui facit sapientes, piè, suppliciter instantérq; poposceris, & malueris hoc errore non decipi, quàm errantiũ laudibus honorari.

SATIETAS. In ser. communibus, sermone quinquagesimo secundo. Secundum hanc vitam dicitur Mosi, Nemo faciem Dei vidit & vixit. Non enim est viuendum in hac vita, vt illam faciem videamus: Moriendum est modo, vt Deo in sempiternum viuamus. Tunc non peccauimus, non solùm factis, sed nec ex concupiscentiis, cum illam faciem viderimus, quę vicit omnes concupiscentias. Tam enim dul-

A cis est fratres, tam pulchra, vt illa visa, nihil possit aliud delectari: Satietas est enim insatiabilis, nullum habens fastidium. Et ideo semper esuriemus, & semper saturi erimus. Libro de incarnatione verbi. *Tom.IIII.* Cum ad æternam vitam post multos agones peruenire potuerimus, ita perdurare habemus, vt nulla vnquam nos boni illius satietas capiat: sed quanto magis de illius beatitudine percipiemus, tanto magis in nobis dilatabitur desiderium eius vel augebitur, dum semper ardẽtius ac capacius Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vel capiemus, vel tenebimus. In sermone secũdo de vno martyre. Dominus, inquit, pars hæreditatis meæ. Non dixit, O Domine quidas mihi aliquam hæreditatem: quia quicquid mihi dederis præter te, vile est. Tu esto hæreditas mea. B Amo te totum, amo te toto corde, tota anima, tota mente. Quicquid ergo dederis, nihil erit mihi prȩter te. Hoc est Deum gratis amare, de Deo Deum sperare, de Deo impleri, de Deo velle satiari. Ipse enim sufficit tibi, præter illũ nihil tibi sufficit. Nouerat hoc Philippus quando dicebat, Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quomodo ergo erit quod Apostolus dicit, Deus omnia in omnibus? In illo habebimus quicquid hîc sine illo desideramus, qui plerunque alicuius rei desiderio in illum peccamus. Peccas ergo in Deum vt tu manduces: peccas in Deum vt tu vestiaris: peccas in Deum vt honoreris: peccas in Deum vt viuas: & quando omnia connumerabo? Noli in Deum propter ista peccare. Noli propter cibum, ipse Deus erit C tibi cibus. Noli propter vestem, ipse te vestiturus est immortalitate. Noli propter honorem, ipse est honor tuus. Noli propter amorem vitæ temporalis, æterna enim vita erit tibi Deus. Noli propter aliquid in eũ peccare, ipsum enim debes gratis amare: ipse potest rebus omnibus te satiare. Non est satietas nisi in Deo. Libro soliloquiorum ad Deum. capit. decimo tertio. *Tom.IX.* Hoc scio Domine Deus meus, quoniam vbicunque sum sine te malè mihi est præter te, non solùm extra me, sed etiam in me: quia omnis copia quæ non est Deus meus, mihi egestas est. Satiabor tantum cum apparuerit gloria tua. Et tu Domine vita mea beata, fac vt miseriam meam confitear tibi, ex quo à bonitate tua, quæ est summum bonũ, temporalium rerum multiformitas lapsum me D per carnales sensus dissipauit, & ab vno in multa diuisit, & facta est mihi abundantia laboriosa, & egestas copiosa, dum aliud & aliud sequebar, & à nullo implebar, dum non in me inueniebam te incommutabile & singulare & indiuisum bonum, & vnum bonum, quod sequutus non erro, quod consequutus non doleo, quod possidens satiatur totum desiderium meum. Heu miseria super miseriam, cum misera anima mea à te refugit, cum quo semper abundat & gaudet: & sequitur mundum, cum quo semper eget & dolet. Mundus clamat deficio: tu clamas, reficio: & miseria mea praua magis sequitur deficientem quam reficientem. Plane infirmitas mea hæc

est. Medice spirituum sana illam, vt cófitear tibi salus animæ meæ toto corde meo super omnibus beneficiis tuis quibus pascis me à iuuentute mea. Qui sunt digni illa satietate vel non. Libro de vera innocentia, cap. trecentesimo quinquagesimo octauo. Tom.III. Iustorum desideriorum satietati tunc nihil deerit, quãdo Deus omnia in illis omnibus erit. Ad quam beatitudinem illi perueniunt, qui huic sæculo ante separationem animæ carne moriuntur: nec in eis inueniuntur cupiditates, quas sola superat dilectio Dei, vt & id patiatur iniquitas, quod elegit: & eo bono fruatur iustitia, quod amauit.

SATISFACTIO. Satisfactio debet esse vniuersalis. Lib. de vera & falsa pœnitẽtia. Tom.IIII. Qui multos offendit peccando, multos debet placare satisfaciendo, vt Ecclesia prius offensa per culpam, in conuersione flectatur ad misericordiam, orans pro ipso quem defunctum dolebat. Vnde Deus flectetur ad veniã, qui prius adhibuit misericordiam. Fit autem satisfactio multis modis, & sine ea non dimittitur culpa. Lib.50. Homil. Homil. 50. In Homilia de pœnitentia, quasi circa finem. Non sufficit pœnitenti mores in melius commutare, & à malis factis recedere, nisi & de iis quæ mala facta sunt satisfiat Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per cõtriti cordis sacrificiũ. Nullus siquidem pœnæ debitæ grauioris accipiet veniam, nisi qualemcunque, etsi minor est quam debeat, soluerit pœnam.

SATRAPIAE. Quest.17. Tom.III. Satrapiæ quid. Libro quæstionum super Librũ Iudicũ. Satrapiæ dicuntur, quasi parua regna, quibus Satrapæ præerant: & Satrapæ quodammodo reguli erant.

SCAPVLA. Tom.IIII. Lib. de essentia Diuinitas Dei. Scapulas habere dicitur Deus, quia infirma membra Ecclesiæ patienter quasi in scapulis suis portat, & portando protegit: de quo dicitur, Scapulis suis obumbrabit tibi, &c.

SCALA. Cap 38. Tom.V. Lib. decimo sexto de ciuitate Dei. Per scalam quam vidit Iacob intelligitur ipse saluator nobis in memoriam reuocare in Euangelio quod ait, Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, &c. Et scala dicitur crux, & habet gradus. Require supra, cap. Crux.

SCANDALVM. Propter scandalum aliorum, non est dimittenda bonitas vitæ. Tom.II. Epist.199. In Epistola ad Ecditiam. Hoc nõ ita dicimus, vt si quisquam scandalizatus fuerit de bonis operibus nostris, ab eis desistendũ putemus. Scandalizat quis aliquem, cum eo præsente iniuria fit proximo. Tom.X. Libro primo de verbis Domini, sermone decimo sexto. Peccauit in te frater tuus, si tu solus nosti, tunc nõ in te solum peccauit. Nã si multis audientibus tibi fecit iniuriam, etiam in illos peccauit, quos testes suæ iniquitatis effecit. Dico enim quod & vos ipsi in vobisipsis potestis agnoscere. Quando me audiente fratri meo quisque facit iniuriam, absit vt à me illam iniuriam alienam putem. Prorsus vt mihi fecit, imo mihi plus fecit, cui putauit placere quod fecit. Qualis debet esse non scandalizans proximum, & contra scandalizantem. A Libro de salutaribus documentis, capit. vigesimo secundo. Tom.IIII. Tu, frater charissimè, ne moueas cuiquam scandalum in vita tua: Et non quod tibi vtile, sed quod Deo placitum sit facias: & quod tibi non vis fieri, caue ne proximo tuo cupias euenire. Si eum videris conuersantem in bonis actibus, congratulare ei, & illius gaudium tuum ducito: & si aliquid aduersitatis patitur, illius tristitiam tuam deputa. Ne simulato corde vnquam diligas proximum tuum, quia in his Deus ad iracundiam prouocatur. Qui enim amplectitur pacem, in mentis suæ hospitio mansionem præparat Christo, quia Christus pax est, & in pace requiescere vult. Virum autẽ iracundum, inuidum, detractorem, mendacem, omnibus modis execratur Deus. B Inuidus autem vir similis est naui, quæ iactatur fluctibus maris, in perturbatione est semper vt lupus rapax, insanit inaniter, in miseria detinetur, & tabescens ad nihilum redigitur, semper furore plenus particeps dæmoniorum efficitur. Homo pacificus securam possidet mentem, totus est autem ab Angelorum agmine munitus, & fructu iucunditatis repletus, gaudẽs & delectãs in Domino. Omnia eius in pace versantur. Discordiam fugat, secreta mentis suæ illuminat. Consortium Angelorum merebitur, & regnũ æternæ beatitudinis perpetualiter obtinebit. Quæ sint vel debeant putari scandala, & qualiter circa ea nos habere debemus. In sermone super illud, Væ mundo ab scandalis. Non enim res aduersæ huius sæculi vocantur scandala. Scandala quæ sunt aduertite. C Hoc interest inter pressuram & scandalum. In pressura parabas seruare patientiam, tenere constantiam, non relinquere fidem, non consentire peccato: hoc si seruaueris, pressura tibi ruina non erit: sed ad hoc valebit illa pressura, ad quod valet in torculari prelum, non vt oliua opprimatur, sed vt oleum liquetur. Denique si in ista pressura laudes Deo dicas, quam prelum vtile vnde iste liquor emanat? Sedebant in pressura Apostoli catenati, & cantabant hymnum Deo. Sedebat sub magna pressura Iob in stercore, sine ope, sine gloria, plenus vulneribus, quod totum pertinet ad exteriorem hominem: sed quia intus Deo plenus erat, & laudabat Deum, non ibi erat scandalum. Vbi ergo scandalum? Quando accessit vxor & ait, Dic aliquid in Deum & morere. D Omnibus quippe ablatis à diabolo, exercitato vxor seruata est non ad consolationem sed ad tentationem. Ecce vbi scandalum. Exaggerauit miserias eius, & cœpit suadere blasphemiam, illa scandalum erat, sed non illi: quia mitis erat, quia Deus ex lege sua docuerat eum. Pax multa erat in corde diligentis legem Dei: non erat illi scandalum. Audi quid sibi respondit, & disce quid sit mitis. Loquuta est, inquit, tanquam vna ex stultis mulieribus: Si bona suscepimus de manu Domini, mala, &c. Sed quia hîc non est nominatum scandalum, audi Euangelistam, Cum Dominus de sua passione prædicaret, Petrus cœpit illi suadere ne pateretur: cui respondit, Redi retro

retro satan scandalū mihi es. Prorsus docuit Dominus, qui tibi viuenti exemplum præbuit. Qui paulò antè dixerat, Beatus es Simon bar-iona: ostenderat illud membrum esse suum. At vbi cœpit scandalum esse, præcidit membrum, reiecit membrum, seposuit membrum. Scandalum ergo tibi erit ille, qui tibi cœpit aliquid mali suadere. Et fit hoc plerunque non maleuolentia, sed peruersa beneuolentia. Videt te amicus tuus qui diligit te, pater, vel filius, vel coniunx tua, videt te in malo, & vult te facere malum. Multa possent esse exempla: quia væ mundo à scandalis. Ecce, verbi gratia, potens aliquis quærit à te propter quædam, vel rapinam, ministerium falsi testimonij, negas tu. Negas falsum, ne neges verū: Ille irascitur, potens est, premit: accedit amicus qui non vult esse in pressura. Rogo te, inquit, fac quod tibi dicitur: quid magnum est? Iam iste scandalum est: amicus est, oculus est, manus est, amputa & proiice abs te. Noli consentire. Membra etiam nostra in corpore nostro cōfusionem faciunt. Vnitatis coniunctione viuunt, & consensione inuicem connectuntur. Vbi dissensio, ibi morbus aut vulnus est. Ergo membrum tuum est, diligis eū: sed si scādalizat te, amputa & proiice abs te: noli consentire. Auerte illum ab auribus tuis, fortè correctus rediet. Ille fortè, vt excuset, dicit, Omnis homo mendax: & tu contra. Os quod mentitur occidit animam. Attende, Non est leue quod audisti. Os quod mentitur, occidit animam. Quid mihi facit potens iste qui me premit? Quam ergo misericordiam ponis in me? Non me vis esse in malo, cum me vis esse malum? Quid mihi facit? Premit: sed corpus premit. Quanto minus agit mecum ille, quàm ego mecum si mentitus fuero. Ille fortè occidit carnem meam, ego occido animam meam. Corpus occidit, moritur, etsi non occideretur: Animam verò quam occidit iniquitas, in æternum excipit veritas. Serua ergo quod seruare potes: Pereat quod quandoque periturum est. Ecce quę sunt scandala. Ab hoc tibi dicitur malum faciendum: & si amas & audis eum, blasphemas Christum. Et dicit hoc amicus tuus, consiliarius tuus: ergo si oculus tuus, si minister tuus vel operarius tuus, ergo si manus tua vel fortè q̄ te sustētat, qui te ab humilitate terrena subleuat, ergo si pes tuus scandalizat te, abiice, amputa, & proiice abs te.

SCIENTIA. De sciētia Dei quomodo differt à nostra. Libro vndecimo de ciuitate Dei, capit. vigesimo primo. *Tom.V.* Nullo modo scientia Dei variatur, vt aliud in illo fiant, quæ nondum sunt, aliud quæ iam sunt, aliud quæ fuerunt. Non enim more nostro ille, vel quod futurum est, prospicit: vel quod præsens, aspicit: vel quod præteritum est, respicit: sed alio modo quodam à nostrarum cogitationū consuetudine longè latéque diuerso. Ille quippe non ex hoc in illud cogitatione mutata, sed omnino incommutabiliter videt, ita vt illa quidem quæ temporaliter fiunt, & futura nōdum sint, & præsentia iam sint, & præterita iam non sint: ipse verò hæc omnia stabili ac sempiterna præsentia comprehēdat: nec aliter oculis, aliter mēte: non enim ex animo constat & corpore. Nec aliter nunc, aliter antea, & aliter postea: quoniam non sicut nostra, ita quoq; eius scientia trium temporum pręsentis videlicet & præteriti vel futuri varietate mutatur: apud quem non est transmutatio, nec momenti obumbratio. Neq; enim eius intētio de cogitatione in cogitationem trāsit, in cuius incorporeo intuitu simul assunt cuncta quæ nouit, quoniam tempora ita nouit nullis suis tēporalibus notionibus, quēadmodum temporalia mouet nullis suis temporalibus motibus. Ibi ergo vidit bonum esse quod fecit, vbi bonum esse vidit, vt faceret. Nec quia factum vidit, scientiā duplicauit, vel ex aliqua parte auxit, tanquam minoris sciētiæ fuerit priusquā faceret, quod videret: qui tam perfectè non operaretur, nisi tam perfecta scientia, cui nihil ex suis operibus adderetur. Eodem Libro, cap. septimo. Scientia creaturæ in comparatione scientiæ creatoris, quodammodo vesperascit. Itémque lucescit, & mane fit, cum & ipsa refertur ad laudem dilectionémque creatoris. Nec in noctem vergitur, vbi nō creator creaturæ dilectione relinquitur. Denique scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine, nunquam interposuit vocabulum noctis. Aliter dicit, Libro secundo quæstionū ad Simplicianum, quæst. ij. *Tom.IIII.* Sed melius dicitur aliā esse scientiam Dei, & non eiusdem generis cuius ista est quę hominum dicitur: sicut etiam idipsum quod Deus dicitur, longe aliud est quam quēadmodum dictum est, quia Deus stetit in synagoga Iudæorum. De nostra scientia quid sit. Libr. j. de libero arbitrio. *Tom.I.* Id quod scire dicimus, nihil aliud est quàm ratione habere perceptū. Declarat de essentia scientiæ. Libro primo de Academicis, disputatione tertia. *Cap.7.* Scientia non solùm incomprehensis, sed ita comprehensis rebus constat, *Tom.I.* vt neque in ea quisquam errare, nec quibuslibet aduersitatibus impulsus nutare debeat. Vnde verisimile à quibusdā Philosophis dicitur, in nullo eam posse, nisi in sapiente inueniri, qui nō modo perceptum habere debet id quod tuetur ac sequitur, verumetiam incōcussum tenere. Vnde ibidem infra. *Cap.eod.inf.* Illa est humanarum rerum scientia, quæ nouit lumen prudentiæ, temperantiæ decus, fortitudinis robur, iustitiæ sanctitaté. Hæc enim sunt quæ nullam fortunam metuentes, verè nostra dicere debemus. Nā vt dicit. Libr. iij. eiusdē. Scientia falsarū rerū non est. Alia definitio. Lib. de quātitate animæ. *Tom.I.* Sciētia est, cū res aliqua firma ratione percepta & cognita est. Causa huius bonitatis dicit vbi supra. Lib. j. de libero arbitrio. *Tom.I.* Melior videtur vitæ sciētia, q̄ ipsa vita: q̄a intelligere non est, nisi ipsa luce mentis illustrius perfectiúsq; viuere. Quomodo habetur nostra scientia. Libr. de cognitione veræ vitæ. *Cap.4. Tom IX.* Vniuersa quæ in rebus creatis nouimus, per corporeos sensus cognoscimus. Et ea quidem quæ nec visu, nec experiētia didicimus, ꝑ cōparationes visorū vel expertorū discimus, vt sunt q̄ de bestiis vel ignotis hominibus legimus: quę autē nobis penitus sunt incog

incognita per cōparationes notas non signãtur, nũquã prorsus sciẽtiæ nostræ notificãtur. Et ideo quia spiritualia nobis sunt inuisibilia, nunquam erũt nobis aliqua ratione probabilia. Sed quia ea esse firmiter cõstat, & per similia doceri nequeũt, ideo fidem tantum credentium exigunt. Et in

Tom.II. Epist. 112. Cap.3. Libro de videndo Deo ad Paulinam. Constat nostra sciẽtia ex visis rebus & creditis: sed in iis quæ vidimus vel videmus, nosipsi testes sumus: in iis autem quæ credimus, aliis testibus mouemur ad fidem, cum earum rerum quas nec vidisse nos recolimus nec videmus, dãtur signa vel in vocibus, vel in literis, vel in quibuscunq; documentis, quibus visis non visa credantur. Non autem immerito scire nos dicimus non solùm ea quæ vidimus aut videmus, verùm & illa quæ idoneis ad quamcunq; rem commoti testimoniis vel testibus credimus. Porro si scire non congruenter dicimur, etiam illud quod certissimum credimus, hinc factũ est vt etiam rectè credita, & si non adsint sensibus nostris, videre mente dicamur. Sciẽtia quippe menti tribuitur, siue per corporis sensus, siue per animũ ipsum aliquid perceptum cognitúmq; retineat: & fides ipsa mẽte vtique videtur, quãuis hoc fide credatur quod non videtur. De modo

Tom.I. acquirendi scientiam dat doctrinam. Lib. de moribus Ecclesię in prologo, cap. j. Desperet ibi esse scientiã veritatis, vbi neq; omnes à quibus quæritur docere possunt, neque omnes qui quærunt, discere digni sunt. Et diligentia igitur & pietas adhibenda est: altero fiet vt scientes inueniamus, altero vt scire mereamur. In epistola ad Donatum tribunum de Trinitate. Quisquis fidei ministerio cupit instrui, vitæ scientiã desiderat adipisci: in qua tantum quisque crescit, quantum magis quod verũ & salutare est diligit. Huius scientiæ qui tenuerit indubitanter initium, perueniet ad perfectum: & qui non spreuerit lac Apostolici sermonis humiliter accipere, ipse merebitur solidi cibi perceptione gaudere. Ibidem infra. Tantomagis poteris Deo adiuuante proficere, quanto studiosius cœperis sanctorum patrum dicta requirere, & inuenta frequentius atque attentius recensere.

Tom.III. Libr. iiij. super Genes. Cum aliquid scire volumus, absit peruicacia contendendi, adsit diligentia requirendi, humilitas petendi, perseuerantia pulsandi: vt si nobis hoc expedire nouit, qui melius quàm nos quid nobis expediat vtique nouit, det & hoc nobis, qui dat bona data filiis. Omnia in homine possunt sciri, & per ea quæ sunt in homine cognosci. Libr. ad Orosium

Cap.8. Tom.VI. cõtra Priscillianistas. In vnoquoque hominũ est omnis creatura, nõ vniuersaliter sicut est cœlum & terra & omnia quæ in eis sunt, sed generatim quodam modo. Quia & rationalis, & in illo est, quam nec probantur habere Angeli, vel creduntur: &, vt ita dicam, sensualis, qua & bestiæ nõ carent: vtuntur enim sensibus & sensualibus motibus ad appetenda vtilia & vitanda contraria: &

In homine omnem creaturam agnosci. vitalis priuata sensu qualis aduerti in arboribus potest. Nã & in nobis sine sensu nostro fiunt corporis incrementa, & capilli nec cum præcidũtur

A sentiũt, & tamẽ crescunt. Iam verò ipsa corporalis creatura euidentius apparet in nobis, quæ licet ex terra facta & formata sit, insunt tamen illi ex omnibus huius corporei mũdi elemẽtis quædam particulæ ad temperiem valetudinis. Nam & calore membra vegetantur, qui est ab igne, cuius etiam lux per oculos emicat: & aëre venarum discursus, quas arterias vocant, atque spiramẽta pulmonis implẽtur: & humor nisi esset, nulla sputamenta confluerent, vitámque absumeret siccitas. Nam & ipse sanguis humido lapsu alias venas replens quasi riuis & fluminibus per cuncta diffunditur. Ita nullum est creaturæ genus quod non in homine possit agnosci. In sacra scriptura complete cognoscitur nostra scientia, Ibidem circa finem. capit. vndecimo. Quantum

B quisque sciendo profecerit, infra illas literas se inueniet, quas Deus tanquam firmamentum super omnia humana corda constituit. Non itaque opus est plus sapere, sed sapere ad temperantiam, sicut vnicuique partitus est Deus mensuram fidei. Vnde à scientibus doctoribus est scientia, cap. primo. Vbi supra de moribus Ecclesiæ. Quis mediocriter sanus non facilè interrogat scripturarum expositionem ab iis petendam esse, qui earum doctores se esse profitentur: fierique posse, imò id semper accidere, vt multa indoctis videantur absurda, quæ cum à doctoribus exponuntur, eo laudãda videãtur elatius, quo abiectius aspernanda videbantur, & eo accipiantur aperta dulcius, quo clausa difficilius aperiebantur? Habetur scientia à spiritu sancto, & hîc, & in futuro. Super psal. cẽtesimum decimum octauum, serm. vj. Tom.I.

C Dominus dicit. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Et quãuis continuo promiserit eis omnem veritatem per Spiritum sanctum, clamat tamen beatus Paulus, Ex parte scimus: vt intelligamus spiritu quidem sancto, vnde pignus accipimus, perduci nos ad omnem veritatem, sed cum in aliam post huius vitæ sæculum & ænigmata facie ad faciem venerimus. Acquiritur ex conuersatione scientium. Super psalm. trigesimum sextum, sermone secundo. Non parua scientia est, scienti coniungi. Ille habet oculos cognitionis, tu habeto credulitatis. Tom.VIII. Ioan.16. 1. Cor.13.

Non debet quis de scientia gloriari. Libro de vera innocentia. Humilium virtus est de scientia non gloriari: quia communis est omnibus, sicut

D lucis, ita participatio veritatis. Non est in nobis vtilis absque gratia. Libro de gratia & libero arbitrio, capit. decimo nono. Quid est ineptius, imo verò quid est amentius, & ab ipsa sanctitate charitatis alienius, quàm confiteri ex Deo scientiam, quæ sine charitate inflat: & ex nobis esse charitatem, quæ facit vt scientia inflare non possit? Item cum dicat Apostolus, Supereminentem scientiæ charitatem Christi, quid est insanius, quàm putare ex Deo esse scientiam, quæ subdẽda est charitati: & ex hominibus charitatẽ, quæ supereminet sciẽtiæ? Scriptũ est, Charitas ex Deo est. Et legimus, Spiritũ sciẽtiæ & pietatis. Legimus, Spiritũ virtutis & charitatis & cõtinentiæ: sed Tom.III. Tom.VII. Ephe.3.

ſed maius donum eſt charitas quàm ſciẽtia: nam ſcientia quãdo eſt in homine, charitas neceſſaria eſt ne infletur: Charitas autem non æmulatur, nõ agit perperam, non inflatur. Non eſt præſumendum de ſcientia vltra quam ſit. in epiſtola ad Optatũ Epiſcopum. Non eſt erubeſcendũ homini cõfiteri ſe neſcire quod neſcit: ne dum ſe ſcire mentitur, nunquã ſcire mereatur. Maximè de Diuinis operibus ignoramus. Lib. de vera innoc. Incognitis cauſis operum Diuinorum nonnihil nouimus, cum ſcimus non ſine ratione omnipotentẽ facere: verùm infirmus humanus animus rationẽ non poteſt reddere. Melior eſt diligens & non habẽs mundi ſcientiam, quàm econuerſo. Lib. v. cõfeſſ. cap. iiij. Domine deus veritatis, non quiſquis nouit iſta, ipſe placet tibi. Infœlix enim homo qui iſta ſcit omnia, te autem neſcit: beatus autem qui te ſcit, etiam ſi illa neſciat. Qui verò te & illa nouit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolùm beatus eſt: ſi cognoſcens te ſicut Deum glorificet, & gratias agat, & non euaneſcat in cogitationibus ſuis. Sicut enim melior eſt qui nouit poſſidere arborẽ, & de vſu eius tibi gratias agit, quãuis neſciat, vel quot cubitis alta ſit, vel quanta latitudine diffuſa, quam ille qui eam metitur, & omnes eius ramos numerat, & neque poſſidet eam, neq; creatorem eius nouit aut diligit: ſic fidelis homo, cuius totus mundus diuitiarum eſt, & quaſi nihil habens, omnia poſſidet, inhærendo tibi cui ſeruiunt omnia, quamuis nec ſaltem ſeptẽtrionum gyros nouerit, dubitare ſtultum eſt quin vtique melior ſit quàm menſor cœli, & numerator ſyderum, & penſor elementorũ, & negligens tui, qui omnia menſura numero & pondere diſpoſuiſti. Vnde infra ſubdit ibidẽ. Cum audio Chriſtianum aliquem fratrem illum aut illum iſta neſcientem, & aliud pro alio ſentiẽtem, patienter intueor opinantem hominem, nec illi obeſſe video, cum de te Domine creator omniũ non credat indigna, ſi fortè ſitus & habitus creaturæ corporalis ignoret. Obeſt autem ſi hoc ad ipſam doctrinæ pietatis formam pertinere arbitretur, & pertinacius affirmare audeat quod ignorat. Melius eſt ſcire ſe, quàm ſe ignorando alia ſcire. In prologo quarti libri de Trinitate. Scientiam cœleſtium, terreſtriúmque rerum magnam exiſtimare ſolet genus humanum, in quo profectò meliores ſunt qui huic ſcientiæ præponunt noſſe ſemetipſos: laudabiliórque eſt animus cui nota eſt vel infirmitas ſua, quam qui ea non reſpecta, vias ſyderum ſcrutatur etiam cogniturus, aut qui iam cognitas tenet, ignorans ipſe qua via ingrediatur ad ſalutem, ac infirmitatem ſuam. Qui verò iam euigilauit in Deum, Spiritus ſancti calore excitatus, atque in eius amore coram ſe viluit, ad eúmque intrare nec valens, eóque ſibi lucente attendit in ſe, inuenítque ſe, ſuámque ægritudinem illius mũditiæ cum temperari non poſſe cognouit, flere dulce habet, & eum precari, vt etiã atque etiam miſereatur, donec exuat totam miſeriam, & precari cum fiducia, iam gratuito pignore ſalutis accepto, per eius vnicum ſaluatoris hominis & illuminatorẽ: hunc itaque agentem atque dolentem, ſcientia non inflat, quia charitas ædificat: præpoſuit enim ſcientiam ſcientiæ, qui præpoſuit ſcire infirmitatẽ ſuam, magis quàm ſcire mundi mœnia, fundamenta terrarum, & faſtigia cœlorum: & hanc apponendo ſcientiam, appoſuit dolorem. Dolorem quidem peregrinationis ſuæ, ex deſiderio patriæ ſuæ, & conditoris eius beati Dei ſui. Non eſt omnis notitia dicenda ſcientia. Libro decimo quarto de Trinitate. Non quicquid ſciri ab homine poteſt in rebus humanis, vbi plurimum ſuperuacuæ vanitatis & noxiæ curioſitatis eſt, huic ſcientiæ tribuens, ſed illud tantũmodo, quo fides ſaluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua ſcientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipſa fide plurimum. Aliud eſt enim ſcire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam, quæ non niſi æterna eſt: aliud autem ſcire quemadmodum hoc ipſum & piis opituletur, & contra impios defendatur. Quæ ſcientia ſit vtilis. Super pſalm. cxviij. ſermone decimo ſeptimo. Scientia ſi in magnitudine ſua præcedit magnitudinem charitatis, non ædificat, ſed inflat. Cum ergo tanta fuerit charitas in bonitate ſuaui, vt tribulationibus non poſſit extingui quas adhibet diſciplina: tunc vtilis erat ſcientia, qua innoteſcit etiam ſibi homo quid ipſe meruerit, & quæ à Deo donata ſint ei, per quæ poſſe ſe ſciat quæ poſſe ſe neſciebat, & per ſeipſum omnino non poterat. In ſermone quadrageſimo quinto de reſurrectione Domini. Qui legem noſtis, & mandata Dei cognoſcitis, nihil prodeſt vobis ſi nõ faciatis: nã ipſa ſciẽtia punitur cõſciẽtia. Sic ergo diſcite vt faciatis. Declarat quando & quomodo vtilis eſt ſciẽtia. Lib. iij. de verbis Domini. Scientia, vt ait Apoſtolus, inflat. Quid ergo? Sciẽtiã fugere debetis, electuri eſtis nihil ſcire potius quàm inflari? Vt quid vobis loquimur, ſi melior eſt ignorantia quàm ſcientia? Vt quid vobis diſputamus? Vt quid quod noſtis admonemus, quod non noſtis inferimus? Scientia cauenda eſt ne inflet. Ergo amate ſcientiam, ſed anteponite charitatem. Scientia ſi ſola ſit, inflat. Quia verò charitas ædificat, & ſcientiam non permittit inflari, ibi ergo inflat ſcientia, vbi charitas non ædificat: vbi autem ædificat, ſolidata eſt. Non eſt ergo ibi inflatio, vbi petra eſt fundamẽtum. Quando autem tentat inflatio, hoc eſt, elatio? Vtique quando charitas deeſt. Nam propter hoc vitium etiã tantus ille Apoſtolus, appoſitum ſibi eſſe dicebat ſtimulum carnis angelum ſatanæ à quo colaphizaretur. Qui colaphizatur, caput eius tunditur, ne erigatur: nam ibi de ſcientia metus erat inflatiõis, hoc eſt, elationis. Ait enim, Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, &c. Propter quod ter Dominum rogauit, nec exauditus fuit: quia Dei gratia non ei defuit. Petit æger vt quod ad ſalutẽ apponit medicus, cũ voluerit ęgrotus auferatur. Medicus dicit, Non tollo, q̃a ſanat.

Margin notes: Tom. II. Epiſt. 157. — Cap. 171. Tom. III. — Tom. I. — De Deo cognitio beat. — Cap. 5. — Tom. III. — Cap. 1. Tom. eod. — Tom. VIII. — Ser. ord. 53. Tom. X. — 2. Cor. 12.

Tu dicis, Tolle, quia mordet. Medicus dicit, Nō mordet, sed sanat. Quare venisti? Sanare an molestiam non pati? Non ergo exaudiuit Dominus Paulum ad voluntatem, quia exaudiuit ad sanitatem. Nam virtus in infirmitate perficitur. Et Libro de vera innocentia, quod sciendum est, *Cap. 24. Tom. III.* propter facienda opera. Non est vera scientia boni, nisi ad hoc comprehendatur, vt agatur. Inutiliter enim meditatur legem Dei, qui laborat vt memoria teneat quod actione non implet.

Quod ad vtrunque iuuat Deus. In epistola ad *Tom. II. Epist. 143.* Iulianam. Non tantummodo nos adiuuat Deus, vt sciamus quid agendum sit: verumetiam vt agamus amando, quod discendo iam scimus. Et *Lib. Medit. cap. 33. Tom. IX.* quia perfecta sciētia est scire Deum apud Deum. Lib. supputationum, parte secunda, cap. ij. Transeat anima mea de visibilibus ad inuisibilia, de terrenis ad cœlestia, de temporalibus ad æterna. Transeat, & videat visionem mirabilem. O æterna veritas, & vera charitas, & creata æternitas. Tu es Deus meus. Tibi suspiro nocte ac die, tibi inhio, tibi nitendo, ad te peruenire desidero: qui nouit te, nouit veritatem, nouit æternitatem. Tu veritas super omnia præsides: quem videbimus sicuti es, cum pertransierit hæc vita cæca & mortalis in qua dicitur nobis, vbi est Deus tuus? Et ego dico: Vbi es Deus meus? Respiro in te paululum, cum effundo super te animam meam in voce exultationis & confessionis soni epulantis, & festiuitatem celebrantis: & adhuc tristis est, quia relabitur & fit abyssus, quin potius sentit adhuc se esse abyssum. Dicit ei fides mea quam accendisti in nocte ante pedes meos, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera & perseuera, donec pertranseat nox mater iniquorum, donec pertranseat ira Dei, cuius fuimus aliquando filij: fuimus enim aliquando tenebræ: donec transeat iste impetus aquarum, residua adhuc trahimus in corpore propter peccatum mortuo, donec aspiret dies & inclinentur vmbræ. Sperabo in Dominum, mane astabo & contemplabor, semperque confitebor ei. Mane astabo & videbo salutare vultus mei Deum meum, qui viuificat mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis: vt iam simus lux, dum adhuc spe salui facti sumus, & filij lucis, & diei, non noctis atq; tenebrarum. Fuimus aliquando tenebræ, nunc autem lux in te Deus noster: & tamen adhuc per fidem, nec dum per spem. Spes enim quæ videtur, non est spes.

Cap. 3. Tom. VII.

SCHISMA & Schismaticus. Differt schisma ab hæresi. Lib. secundo contra Cresconium grammaticum, vbi ponit dictū ipsius Cresconij sic. Hæresis est diuersa sequentium secta: Schisma verò eadem sequentium separatio.

Cap. 7. Et subdit infra suā distinctionē. Inter schisma & hæresim magis eam distinctionem approbem qua dicitur, Schisma est recens congregationis ex aliqua sententiarum diuersitate dissensio. Neque enim schisma fieri potest, nisi diuersum aliquid sequantur qui faciunt: hæresis autē est schisma inueteratum. Quòd schisma est infirmitas

A desperata. Libr. tertio de verbis Domini, sermone duodecimo in principio. Christus caput Ecclesiæ est, & est Ecclesia corpus eius, & in eius *Ser. xl 9. Tom. X.* corpore vnitas membrorum, & compago charitatis tanquam sanitas existit. Quicunque autem in charitate frigescit, infirmatur in corpore Christi: sed potens est ille qui iam exaltauit caput nostrum, etiam infirma membra sanare, dum tamen non nimia impietate præcidantur, sed hæreant corpori donec sanentur. Quicquid enim adhuc hæret corpori, non desperatæ sanitatis est: quod autem præcisum fuerit, nec curari, nec sanari potest. Non prosunt schismaticis, nec sacramenta, nec opera bona. Libro de fide ad Petrum parte secunda, capit. trigesimo nono. Firmissimè tene & nullatenus dubites, quemlibet schismaticū *Cap. 39. Tom. III.*

B siue hæreticum in nomine patris & filij & Spiritus sancti baptizatum; si Ecclesiæ catholicæ non fuerit aggregatus, quantascunque eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni enim bonum qui Ecclesiæ catholicę non tenet vnitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quālibet copiosa, neque mors pro Christi nomine suscepta proficere poterit ad salutem, quandiu in eo vel hæretica vel schismatica prauitas perseuerat quæ ducit ad mortem. Est autem scelus maximum. *Tom. VII.* Libro primo contra epistolam Parmeniani. Sacrilegium schismatis omnia scelera supergreditur. Vnde in schismate si aut dari aut accipi possunt sacramenta vt prosint. Libro primo de baptismo contra Donatistas. Schismaticis non di *Cap. 2. Tom. VII.*

C cimus, Nolite baptismū dare: sed, Nolite in schismate dare. Nec eis quos videntur baptizaturi dicimus, Nolite accipere: sed, Nolite in schismate accipere. Nam si quem fortè coegerit extrema necessitas, vbi catholicum per quem accipiat non inuenerit, & in animo pace catholica custodita, per aliquem extra vnitatem catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa catholica vnitate accepturus, si statim etiam de hac vita migrauerit, non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit à corporali morte liberatus, cum se catholicæ congregationi etiā præsentia corporali reddiderit, vnde nunquam corde discesserat, non solùm non improbamus quod fecit, sed etiam securissimè verissiméque laudamus: quia præsentem Deum credidit cordi suo, vbi vnitatem seruabat:

D & sine sancti baptismi sacramento, quod vbicunque inuenit, non hominum sed Dei esse cognouit, noluit ex hac vita migrare. Si quis autem cum possit in ipsa catholica accipere, per aliquā mentis peruersitatem elegit baptizari in schismate, etiam si postea venire ad catholicam cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramentū, quod alibi quidem accipi potest, prodesse autem non potest: proculdubio peruersus & iniquus est, & tanto perniciosius, quanto scientius. Ita enim non dubitat rectè illic accipi, sicut non dubitat illi prodesse etiam quod alibi acceperit. Probat grauitatē huius sceleris. Ibidē infra. Idololatras in po- *Cap. 8.* pulo Dei gladius interuenit: schismaticos autem,

terræ

terræ hiatus abſorbuit. Apoſto. dicit, Si habeam, inquit, omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Si quis adducatur ad medicum in aliqua neceſſaria parte corporis graui vulnere ſauciatus, ſi dixerit medicus, moritur inde niſi curetur: non opinor illi qui eum adduxerunt, ita deſipiunt vt conſideratis atque numeratis cæteris membris eius ſanis, reſpondeant medico, & dicant, Ergo ne iſta ſana tot membra non valent ad eius vitam, & illud vnum vulneratum valet ad eius mortem? Non vtique hoc dicunt, ſed curandum offerunt, medicum rogant, vt etiam illa quæ ſana ſunt curet: ſed vni illi loco medicinam inſtanter adhibeat, vnde etiam ſaluis cæteris mors imminet, & niſi ſanetur adueniet. Quid ergo prodeſt homini vel ſana fides, v el ſanum fortaſſe Dei ſacramentum, vbi lethali vulnere ſchiſmaticis perempta eſt ſanitas charitatis, per cuius ſolius peremptionem etiã illa integra trahũtur ad mortem? Quod ne fiat, non ceſſat miſericordia Dei per vnitatem ſanctę Eccleſiæ ſuæ, vt veniant & curentur per medicamentum reconciliationis, per vinculum pacis. Nec ideo putent ſe ſanos eſſe, quia dicimus eos habere aliquid ſanum: nec rurſus ideo putent curandum eſſe quod ſanum eſt, quia oſtendimus aliquid vulneratum. Itaque in ſacramẽti ſanitate, qui contra nos non ſunt, pro nobis ſunt: in ſchiſmatis autem vulnere, qui cum Chriſto non colligunt, ſpargunt. Non extollantur ex iis quæ -bent, nec tantum per ea quæ ſana ſunt ſuperbos oculos ducant, ſed vulnus ſuum dignentur humiliter intueri: nec quid aſsit, ſed etiam quid deſit attendant. Videant quàm multa & quàm magna nihil proſint, ſi vnum quid defuerit: Et videant quid ſit ipſum vnum: nec me in hoc audiant, ſed Apoſtolum, Si linguis hominum, inquit, loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum æramentum ſonans, aut cymbalũ tinniens: & ſi habuero Prophetiam, & ſi ſecreta omnia ſciuero, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem vt montes transferam, charitatem autem nõ habeam nihil ſum. Quid ergo eis prodeſt ſi linguam in ſacris myſteriis habeant Angelicam, & Prophetiam quemadmodũ Cayphas & Saul, vt aliquando Prophetent, quos fuiſſe damnabiles ſcriptura teſtatur? Si ſacramenta non tantum ſciant, ſed & habeant, ſicut habuit Simon Magus: ſi fidem, ſicut dæmonia confeſſa ſunt Chriſtum: neque enim non credebant cum dicerent, Quid nobis eſt & tibi fili Dei? ſcimus qui ſis. Si diſpertiant etiam ipſi ſubſtantiam ſuam pauperibus, ſicut multi non ſolùm in catholica, ſed etiam in diuerſis hæreſibus faciunt. Si aliqua ingruente perſequutione tradãt, nobiſcum corpus ſuum ad flammas pro fide quam pariter confitentur: quia tamen ſeparati hoc agunt, non ſufferentes inuicem in dilectione, neque ſtudentes ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, charitatem vtique non habendo etiam cum illis omnibus quæ nihil eis proſunt, ad æternam ſalutem peruenire non poſſunt. Et infra ſubdit cauſam

A ſchiſmatis, quę eſt fraterna inimicitia. Nulli ſchiſmata facerent, ſi fraterno odio non excæcarentur. *Cap.11.* Et ibid. infra. Origo & pertinacia ſchiſmatis nulla alia eſt, niſi odiũ fratris. *Cap eod.* Et infra ibidem, quod eſt peruerſa intelligentia. *Cap.15.* Qui in diſcordia perſeuerant ſchiſmatis, ad funiculũ pertinent Hiſmaëlis. Prior autẽ fuit Hiſmaël, & poſtea Iſaac: & prior Eſau, & poſterior Iacob: non quia prior peperit hæreſis quã Eccleſia, aut ipſa Eccleſia prius carnales vel animales & poſtea ſpirituales: ſed quia in ipſa ſorte mortalitatis noſtrę, ex quo de Adã naſcimur, non eſt prius quod ſpirituale, ſed quod animale, poſtea ſpirituale. Ex ipſo autem animali ſenſu, quia homo animalis nõ percipit quæ ſunt ſpiritus Dei, omnes diſſenſiones & ſchiſmata generantur. In quo ſenſu perſe-

B uerãtes, Apoſt. dicit ad vetus pertinere teſtamẽtum. i. ad terrenorũ promiſſorũ cupiditatem, in quibus quidẽ ſpiritualia figurantur, ſed talis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Lib. de correct. Donatiſt. ad Bonifaciũ comitẽ. *Tom. II. Epiſt. 50.* Quemadmodum membrũ præciditur, ſi ab hominis viui corpore non poteſt tenere ſpiritũ vitæ: ſic homo q̃ præciditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo poteſt tenere ſpiritũ iuſtitiæ Dei, etiã ſi figurã Dei mẽbri teneat, quã ſumpſit in corpore. Ideo *Cap.5.* lib. iiij. contra Creſconiũ grammaticũ de catholicis contra ſchiſmaticos dicit. *Tom. VII.* Ne ſchiſmatis ſacrilegio perirent, ne baptiſmum Chriſti nõ ad præmium ſed ad iudicium, nõ ad ſalutẽ, ſed ad perniciẽ, ſicut eſt militiæ character in deſertoribus, haberent: præſtitimus pacẽ, præſtitimus veritatem,

C præſtitimus Eccleſiæ ſocietatẽ, vt eũ per quem charitas diffunditur in cordibus noſtris, ſpiritũ ſanctũ accipere mererentur, ſine quo nemo peruenit ad regnum cœlorum, etiam ſi ſacramentis omnibus imbuatur. In eo. lib. circa mediũ. Nõ poteſt eſſe religioſus in ſchiſmate conſtitutus.

Eodem infra. Hoc malum ſchiſmatis Cyprianus etiam idololatrię comparauit.

SCHOLA. Lib. iij. de Academicis. *Cap 19. Tom. I.* Schola dicitur eo quod ſit populo ſecreta. De ſchola Chriſti quæ eſt Eccleſia, dicit in ſer. j. de accedẽtibus ad gratiam, verſus principium. Hæc eſt ſchola ad quã paruuli ſpiritu deducuntur, vt diſcant à cœleſti magiſtro non alta ſapere, ſed humilibus conſentire. Hæc eſt ſchola magiſtri regis, cuius cathedra cœlum eſt, & terra ſcabellum pedum eius: nec tamen iſte talis ac tantus

D aliud ſuos docet diſcipulos, niſi ab eo diſcãt quoniam mitis eſt & humilis corde, vt per diuturnos labores ex iſta humilitate ſuarum requiẽ inueniant animarum. Diſcite paruuli in hac ſchola tanti magiſtri iam non ſequi ſuperbum diabolum, ſed amare humilem Chriſtum, qui vos reuocat errantes, ſuſcipit venientes, exhibet prudentes, docet quærentes, erudit inſipientes, incautos facit prudentes. Omnia nobis hæc magiſter exhibet pietatis officia. Si paruuli eſtis, venite & erudimini: ſi infirmi eſtis, currite & curamini: ſi cæci eſtis accedite ad eum & illuminamini: ſi vitam quæritis, feſtinate vt ab eo viuificemini. Egit

enim & agit in vobis artis suæ magnam doctrinam, qui sacramentorum eius gustatis aliquam medicinam.

Tom. IX. SCORPIO. Super Apoc. homil. vij. Caudę eorum similes scorpionibus .i. principes mundi. In his enim nocet diabolus, & sine his nocere non potest: aut enim sacrilegi reges, malè iubendo: aut sacrilegi sacerdotes, malè docendo nocent.

Cap. 4. Tom. VI. SCRIPTOR. De more scriptorũ sacræ scripturæ. Lib. xvij. contra Faustũ. Solent scriptores rerum gestarum, cũ in suã personam venerint, ita se contexere, tanquã de alio narrent quæ de se narrant: sicut Moses ait, Dixit Dominus ad Mosen. Ita Matthæus de se, tanquã de alio, scripsit: quod & Ioan. fecit, cum ait, Vidit illum discipulũ quem diligebat Iesus &c. Certè manifestũ est hunc morẽ scriptorũ fuisse, cum gesta narrarent. Tract. 61. Tom. IX. Super Ioan. Hæc est consuetudo eorũ qui nobis sacras literas ministrarũt, vt quando ab aliquo eorũ Diuina narratur historia cum ad seipsum venit, tanquã de alio loquitur. & sic se inserit ordini narrationis suæ, tanquã rerũ gestarum scriptor, nõ tanquam suiipsius prædicator.

Discit scriptor aliquando scribendo. In Prologo secũdi libri de Trinit. Ego ipse multa quæ nesciebam, scribendo me didicisse confiteor: nõ tamen labor hic meus cui quã pigro aut multum indocto debet superfluus iudicari, cum multis pigris, multisque indoctis, inter quos etiã mihi, non parua ex parte necessarius sit. Propterea in Prologo lib. retractat. vbi scriptores instruit quomodo scripta corrigant, sic de seipso dicit. Tom. I. Iamdiu est quod facere cogito atque dispono, quod nunc adiuuante Domino aggredior: quia differendũ esse nõ arbitror, vt opuscula mea siue in libris, siue in Epistolis, siue in tractatibus, cum quadã iudiciaria seueritate recenseam, & quod me offendit, velut cẽsorio stylo denotẽ. Neque enim quisquam, nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed si dicit, non ea debuisse à me dici quæ postea mihi etiam displicerent: verum dicit, & mecũ facit. Eorũ quippe reprehensor est, quorum & ego. Neque enim reprehendere deberem ea, si dicere debuissem. Sed vt volet quisque accipiat quod facio, me tamen Apostolicã illam sententiam & in hac re oportuit intueri, vbi ait, Si nosipsos iudicaremus, à Domino nõ iudicaremur. 1. Cor. 11. Prouerb. 10. Illud etiã quod scriptum est, Ex multiloquio nõ effugies peccatum: terret me plurimum, non quia multa scripsi, vel quia multa etiã quę dicta non sunt, tamẽ à me dicta sunt, cõscripta sunt. Absit enim vt multiloquiũ deputẽ quãdo necessaria dicuntur, quãtalibet sermonum multitudine ac prolixitate dicantur. Sed istam sententiam scripturæ sanctæ propterea timeo, quia de tam multis disputationibus meis sine dubio multa colligi possunt, quæ si non falsa, aut certè videantur, siue etiam cõuincantur tamen non necessaria. Quem verò Christus fidelium suorum non terruit, vbi ait, Omne verbum otiosum quodcunque dixerit homo, Mat. 12. reddet pro illo rationem in die iudicij? Vnde & eius Apostolus Iacobus. Sit, inquit, omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Iac. 1. Et alio loco, Nolite, inquit, plures magistri fieri fratres mei, sciẽtes quoniam maius iudicium sumitis: In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Ego mihi hanc perfectionem nec nunc arrogo, cum iam sim senex, quantominus cum iuuenis cœpi scribere, vel apud populos dicere: tantum quia mihi tributum est, vt vbicunque me præsente loqui opus esset ad populum, rarissimè tacere atque alios audire permitterer, & esse velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Restat igitur vt me ipse iudicem sub magistro vno, cuius de offensionibus meis iudicium euadere cupio. Magistros autem plures tunc fieri existimo, cum diuersa atq; inter se aduersa sentiunt. Cum verò idipsum dicunt omnes, & verum dicunt: & ab vnius veri magistri magisterio non recedunt. Offendunt autem non cum illius multa dicunt, sed cum addunt sua. Sic quippe incidunt ex multiloquio etiam in falsiloquium. Scribere autem placuit ista mihi, vt hæc emittam in manus hominum, à quibus ea quę iam edidi reuocare & emẽdare non possum. Nec illa sanè prætereo quæ catechumenus iam, licet relicta spe quam terrenam gerebam, sed adhuc sęcularium literarum inflatus consuetudine scripsi: quia & ipsa exierunt in notitiam describentium atque legentium, & leguntur vtiliter si nonnullis ignoscatur: vel si non ignoscatur, non tamen inhæreatur erratis. Quapropter quicunque ista lecturi sunt, non me imitentur errantem, sed in melius proficientem. Inueniet enim fortasse quomodo scribendo profecerim, quisquis opuscula mea ordine quo scripta sunt legerit. Quod vt posit fieri, hoc opere quod potero curabo vt eundem ordinem non omittam. In principio libri expositionis symboli ad Laurentium Episcopum. Mihi quidem fidelissimè Papa Laurenti ad scribendum tam non est cupidus animus, quàm nec idoneus. Sciẽtiam non esse absque periculo, multorum indiciis approbamus: & profundæ rei indagationem ingenio tenui & exili committere, maius periculum maiúsque discrimen.

SCRIPTVRA sacra. Est scriptura Diuinitus inspirata. In Prologo secundi libri de Trinitate. Substantia Dei inquiritur, siue per scripturam eius, siue per creaturam. Quæ vtraque nobis ad hoc proponitur intuẽda, vt ipse quæratur, ipse diligatur, qui & illam inspirauit, & istam creauit. Ideo lib. xiij. confess. Domine vidimus cœlos tuos opera digitorum tuorũ, Cap. 15. Tom. I. differena oculis nostris nubilum quo subtexisti eos. Ibi est testimonium tuum, sapientiam præstans paruulis. Perfice Deus meus laudem tuam ex ore infantium & lactantium. Neque enim nouimus alios libros ita destruentes superbiam, ita destruẽtes inimicum & defensorem, resistentem reconciliationi tuæ defendendo peccata sua. Nõ noui Domine, non noui alia tam casta eloquia, quæ

quæ sic mihi persuaderent confessionem,& leniꝛent ceruicẽ meam iugo tuo, & inuitarent te colere gratis. Intelligam eam pater bone, da mihi hæc subterposito, quia subterpositis solidasti eã.

Est magna authoritate dotata. Lib. iij. super Genesim. Maior est quippe scripturæ huius authoritas, quàm ingenij humani perspicacitas. Super primam canonicam Ioannis. Contra insidiosos errores, Deus voluit ponere firmamentum in scripturis, contra quas nullus audeat loqui. Lib. xij. de ciuitate Dei. Sanctæ scripturæ fides mirabilem authoritatem non immerito habet in orbe terrarum, atq; in omnibus gentibus, quas sibi esse credituras, inter cætera vera quæ dixit, vera Diuinitate prædixit. Ideo est digna reuerentia. Lib. j. de sermone Domini in monte. Quis consentit scripturæ Diuinæ, nisi qui legit, vel audit, piè deferens ei culmen authoritatis, vt quod intelligit nõ propter hoc oderit quod eam peccatis suis aduersari sentit, sed magis diligat correptionem suam: & gaudeat quod moribus suis non parcitur donec sanentur. Quod obscurum, aut absurdum illi sonat, non inde concitet contradictionum certamina, sed oret vt intelligat. Vnde ergo beneuolentiam tantæ authoritati exhibendam esse meminerit. Sed quis hoc facit, nisi quisquis ad testamentum patris aperiendum & cognoscendum, non litium minitatione acerbus, sed humilis pietate accesserit? Propterea lib. j. super Genesim. Libros Geneseos multipliciter enucleaui, protulísque sententias de verbis ad exercitationem nostram obscurè positis, non ad aliquid vnum temerè affirmans cum præiudicio alterius expositionis fortasse melioris, vt pro suo modulo eligat quisque quod capere possit: vbi autem quid intelligere non potest, scripturæ Dei det honorem, sibi timorem. Alia ratio huius reuerentiæ. In tractatu de arbore interdicta. Imperatoris sacramenta nemo sine periculo sui sanguinis contemnit, sed omnes suscipiunt cum tremore & veneratione, & adorant vilissimam chartulam atramento scriptam, & velut Diuinos adorant apices: Scripturæ Diuinæ leguntur, verba Dei tonant, ipse Dominus quodammodo pręsens præsentibus loquitur, & non auditur: aut fastidiosè homines audiunt, aut quod peius est, sedentes fabulis vacant. Imperator longe positus de chartula loquitur, & timetur, & quasi pręsens in illa charta adoratur: testimonium Dominicum recitatur, & aliquibus contemnitur. Ipsum Prophetæ clamant, Apostoli prædicant, & Euangelia loquuntur, & per seipsum hominibus fabulatur, & non auditur. Libro de salutaribus documentis. Omnis librorum sanctorum series ad nostram salutem scripta est: & hoc maximè nostris auribus intonat, iterum atque iterum replicat, quid sit homini cauendum vel sequendum. In quibus libris tua dignitas optime exerceri solet, quia per illos nobis loquitur ipse Deus & Dominus noster, & piæ nobis suæ voluntatis demonstrat affectum. Recognoscamus ergo &

A recogitemus, quali honore nobis illius legatio sit accipienda. Quod si legatio à rege, aut à iudicibus ad nos veniret, nunquid non mox aliis curis postpositis prompta voluntate cum omni deuotione literas acciperemus, & legentes implere satageremus? Ecce de cœlo rex regum & Dominus dominantium redemptor noster per Prophetas & Apostolos dignatus est nobis dirigere literas suas: non vt aliquod sibi seruitium necessarium demandet, sed quæ ad salutem & gloriam nobis prodesse possint innotescat. Vnde causa reuerentiæ. In libro de orando Deum ad Paulinam, cum verba Ambrosij & sua posuisset, ita concludit. Neque sic mihi credis quemadmodum Ambrosio, de cuius libris tanta illa testimonia posui. Aut si ambobus nobis ęqua lance putas esse cre-
B dendum, nunquid vllo modo nos Euangelio cõparabis, aut scripta nostra scripturis canonicis coæquabis? Profecto si rectè in diiudicando sapis, longè nos infra vides ab illa authoritate distare. Et me quidem longius, sed vtrique nostrum quantumlibet credas, vtrunque illi nequaquam excellentiæ compares. De huius scripturæ authoritatibus. In Epistola ad Hieronymum xix. & habetur in Decr. distincti. ix. Fateor charitati tuæ solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honorémque deferre, vt nullum eorum authorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam. Et si aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non es-
C se assequutum quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrináque præpolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi vel per illos authores canonicos, vel probabili ratione quod à vero non oberrẽt † persuadere potuerunt. Ibidem. Scripturis canonicis hanc ingenuam debeo seruitutem, qua eas solas ita sequor, vt scriptores earum nihil in eis omnino errasse, vel fallaciter posuisse non dubitem. Vnde libro secundo contra Cresconium grammaticum. Nos nullam Cypriano facimus iniuriam, cum eius quaslibet literas, à canonica Diuinarum scripturarum authoritate distinguimus. Neque enim sine causa tam salubri vigilantia canon Ecclesiasticus constitutus est,
D ad quem certi Prophetarum & Apostolorum libri pertineant, quos omnino iudicare non audemus, & secundum quos de cæteris literis, vel fidelium, vel infidelium, liberè iudicemus. Ibidem infra. Ego huius Epistolæ Cypriani authoritate non teneor: quia literas Cypriani non vt canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero, & quod in eis Diuinarum scripturarum authoritati congruit, cum laude eius accipio: quod autem non congruit, cum pace eius respuo. Ac per hoc si ea quæ commemorasti ab illo ad Iulianum scripta, de aliquo Apostolorum vel Prophetarum canonico recitares, quod omnino contradi-

Tom.II. Epist.112. — *Tom.eod.* — *Canonic. lib. authoritas.* — *† Abhorreant.* — *Cap. 31. Tom.VII.* — *Cap. 32.* — *Quatenus doctorum scripta tenenda.*

cerem nō haberem: Nunc verò quia canonicum non est quod recitas, ea libertate ad quam nos vocauit Dominus, eius viri cuius laudem consequi non valeo, cuius multis literis mea scripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyrium veneror, hoc quod aliter sapuit non accipio: quia Ecclesia non accipit, pro qua sanguinem fudit.

Cap. 6. Tom. III. De quorum sacræ scripturæ doctorum. Lib. iiij. de doctrina Christiana. Quæreret fortè aliquis, vtrum authores nostri, quorum scripta Diuinitus inspirata, canonem nobis saluberrima authoritate fecerunt, sapientes tātummodo, an eloquentes etiam nuncupandi sunt. Quæ quidem quæstio apud meipsum, & apud eos qui sentiunt mecum quod dico, facilimè soluitur. Nam vbi eos intelligo, non solùm nihil eis sapientius, verumetiam nihil eloquentius mihi videri potest. *In scripturis sanctis esse sanam eloquentiam.* Et audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt quod illi loquuntur, simul intelligere non aliter eos loqui debuisse. Sicut enim est quædam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, est quæ senilem, nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquētis: ita est quædam quæ viros summa authoritate dignissimos planéque Diuinos decet. Hac illi loquuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa. Ipsis enim cōgruit, alios autem quāto videtur humilior, tanto altius non ventositate, sed soliditate transcendit. Vbi verò non eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquentia, sed eam tamen non dubito esse talem, qualis est vbi intelligo. Ipsa quoq; obscuritas Diuinorum salubriúmque dictorum tali eloquentiæ miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus, non solùm inuentione, verumetiam exercitatione deberet. Possem quidē si vacaret omnes virtutes & ornamēta eloquentiæ, de quibus inflantur isti qui linguam suam nostrorum authorum linguę non magnitudine, sed tumore præponunt, ostendere in istorum literis sacris, quos nobis erudiendis, & ab hoc sæculo prauo in beatum sæculun transferendis, prouidentia Diuina prouidit. Sed nō ipsa me plusquā dici potest in illa delectant, quæ sunt his viris cū oratoribus gentium, Poëtísque communia. Illud magis admiror & stupeo, quod ista nostra eloquentia ita vsi sunt per alteram quandam eloquentiam suam, vt nec eis deesset, nec emineret in eis: quia eam nec improbari ab illis, nec honestari oportebat: quorum alterum fieret si vitaretur, alterum putari posset si facile agnosceretur. Et in quibus fortè locis agnoscitur à doctis, tales res vt dicuntur, vt verba quibus dicuntur non à discente adhibita, sed ipsis rebus velut sponte subiecta videantur: quasi sapientiam de domo sua, id est, pectore sapientis procedere intelligas, & tanquā inseparabilem famulam etiam non vocatam sequi eloquētiam.

Cap. 4. Qualis debet esse huius scripturę doctor in docendo. In eo. lib. & cap. circa principium. Debet Diuinarum scripturarū tractator & doctor, defensor rectæ fidei, ac de-

A bellator erroris, & bona docere, & mala dedocere: atque in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere, nescientibus quod agatur, quid expectare debeant intimare. Vbi autem beneuolos, intentos, dociles, aut inuenerit, aut ipse fecerit, cætera peragenda sunt, sicut postulat causa. Si docendi sunt qui audiunt, narratione faciendum est, si tamē indigeat vt res de qua agitur innotescat. Vt autem quæ dubia sunt certa fiant, documentis adhibitis ratiocinādum est. Si verò qui audiunt, monendi sunt potius quàm docendi, vt in eo quod iam sciunt, agendo non torpeant, & rebus assensum quas veras esse fatentur accōmodent, maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes & increpationes, cogitationes & coërctiones, & quęcunque alia valēt ad commouendos animos, sunt necessaria.

B Qualiter debet exponi. Lib. lxxxiij. quæstio. In omnibus scripturis summa vigilantia custodiri oportet, vt secundū fidem sit sacramenti Diuini expositio. *Quæst. Tom. IIII.* In homil. super illud, Nihil opertum quod non reueletur. Hæret sibi sermo Dominicus, & sequentia pēdent ex prioribus. Prudens lector, caue semper superstitiosam intelligentiam, & non tuo sensui attemperes scripturam: sed scripturis iungas sensum tuum, & intelligas quid sequatur. Libro lxxxiij. quæst. *Tom. IIII. Obscura vt aperiam scripturis, cur.* Quibusdam scripturarum locis apertius aliquid exponitur, quod intelligens & pius lector etiam in aliis locis, in quibus minus aperitur, intelligit. Deus enim noster sic ad salutē animarum Diuinos libros Spiritu sancto moderatus est, vt nō solùm manifestis pascere, sed etiā obscuris exercere nos vellet.

C In serm. de cantico Exodi, in principio. Sensum nostrum, fratres charissimi, in scripturis sanctis considerandis atque tractandis regere debet earundem scripturarum manifestissima authoritas, vt ex eis quæ apertè dicta sunt ad nutriendum nos, ea quę securius dicta sunt ad exercendum nos fideliter disserantur. Lib. ij. quæstionum veteris ac noui testamenti, quæst. lxv. *Tom. IIII.* Obscuris vera inuoluere, nō est bonum. In eodem lib. Manifestum est adiectione aut diminutione, siue immutatione syllabæ sensum peruerti scripturę. Lib. lxxxiij. quęstio. *Tom. IIII.* Solet circunstantia scripturæ illuminare sententiam, cum ea quæ circa scripturam sunt, diligenti discussione tractantur. *Serm. Tom. X.* Libro iij. de verbis Domini, sermone xij. Adest Domini gratia

D & misericordia, & non sinit peruertere scripturam suam, quia circunsepsit veritate omnes sententias suas, & liberauit eam: vt quisquis inde aut præcidere voluerit, aut inducere malè legendo, vel interpretando, ille si cor habet, quod præcisum est de scriptura iungat scripturæ, & legat superiora vel inferiora, vt inueniat sensum quem volebat malè interpretari. Libro v. contra Iulianum, cap. j. Vbi manifesta res est, scripturæ Diuinæ sensui sensum nostrum addere non debemus: quia hoc non fit humana ignorantia, sed præsumptione peruersa. *Cap. Tom. I.* Verum vt dicit, lib. xij. cōfes. circa mediū. Quid mihi obest Domine, si ali

si aliquid ego sensero quam sensit alius eũ sensisse qui scripsit? Omnes quidem qui legimus, nitimur hoc indagare atq; comprehendere quod voluit ille quem legimus. Et cum eum veridicũ credimus nihilque vel falsum esse vel nouimus vel putamus, audemus eum existimare dixisse. Dum ergo quisque conatur id sentire in scripturis sanctis, quod in eis sensit ille qui scripsit: quid mali est si hoc sentiat, quod tu lux omnium veridicarum mentium ostendis verum esse: etiamsi hoc non sensit ille quem legit, cum ille verum, nec tamẽ hoc senserit? Et ibidem subdit. *Cap.27.* Sicut fons in paruo loco vberior est, pluribúsque riuis in ampliora spatia fluxum ministrat, quam quilibet illorum riuorum, qui per multa locorum ab eodẽ fonte deducitur: ita narratio dispẽsatoris tui sermocinaturis pluribus profutura, paruo sermonis modulo scatet fluenta liquidæ veritatis, vnde sibi quisque verum quod de his rebus potest, hic illud, ille illud, per loquelarum anfractus trahat.

Tom.IX. In sermo. super illud, Ego sum qui sum. Quando nos inquirentes scripturas sentimus id quod forte scriptor non sensit, non tamen sentire debemus aliquid quod abhorret à regula fidei, & à regula veritatis. *Cap.* *Tom.III.* Quia vt dicit lib. iij. de doctrina Christiana. Quid in Diuinis eloquiis largius & vberius potuit Diuinitus prouideri, quam vt eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus Diuina contestantia faciant approbari? *Tom.III.* Temerarium iudicium in scriptura non est habendum. Lib. vj. super Gen. cap. ix. In profundo scripturæ sensu magis præstemus diligentiam requirendi, quàm affirmandi temeritatem.

Tom.II. Epist.157. In Epistola ad Optatum Episcopum. Vbi res naturaliter obscura nostrum modulum vincit, & apertè Diuina scriptura non subuenit, temerè hinc aliquid definire humana coniectura præsumit. Lib. ij. contra Faustum. Quanto melius, quanto religiosius Diuinæ scripturæ ita pertractantur, vt discussis omnibus commendatę inueniantur, quam deficiente homine in quæstione quam soluere non potest, tanquam veræ in parte acceptentur, & tanquam falsæ in parte damnentur? *Tom.II. Epist.8.* Non est autem in eius expositione mentiendum. In Epistola ad Hieronymum. Nõ minori, sed fortè maiori scelere in Deo laudatur falsitas, quàm veritas vituperatur. Ad cognitionem Diuinarum scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis libris tam sanctè & veraciter existimet, vt nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa mendacia, potiúsque id quod non intelligit transeat, quàm cor suum præferat illi veritati. Ad eundem, Epistola ix. & habetur in Decretis, distinct. ix. Si ad scripturas sacras admissa fuerint veluti officiosa mendacia, quid in eis remanebit authoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur cuius pondere contentiosæ falsitatis obteratur improbitas?

Ideo libro xj. confess. Circuncide Domine ab omni temeritate omníque mendacio interiora & exteriora labia mea: & sint castę deliciæ meæ scri-

A pturæ tuæ, ne fallar in eis, nec fallam ex eis: Domine attende & miserere. Quomodo autem debeat corrigi seu emendari. Lib. ij. contra Faustum. *Cap.2. Tom.VI.* Si de fide exemplarium quęstio verteretur, sicut in nonnullis quæ & paucæ sunt, & sacrarũ literarum studiosis notissimæ sententiarum varietates, vel ex aliarum regionum codicibus, vnde ipsa doctrina commeauit, nostra dubitatio diiudicaretur: vel si ibi quoque codices variarent, plures paucioribus, aut vetustiores recẽtioribus præferrentur: & si adhuc esset incerta varietas, pręcedens lingua, vnde illud interpretatum est, consulatur. Nunquam tamen scripturę debet contradici. Lib. ij. de doctrina Christiana. *Cap.7. Tom.III.* Non debemus contradicere Diuinæ scripturæ, siue intellectæ, si aliqua vitia nostra percutit, siue non B intellectæ: quasi nos melius sapere, meliúsque præcipere possimus. Sed cogitare potius & credere id esse melius & verius, quod ibi scriptum est, etiamsi lateat, quàm id quod nos per nosipsos sapere possimus. In Epistola ad Marcellinũ. *Tom.II.* Nulla ratio contra Diuinarum scripturarum authoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit enim verisimilitudine, nam vera esse non potest. Rursus si manifestissimæ certæque rationi velut scripturarum sanctarum obiicitur authoritas, non intelligit qui hoc facit, & non scripturarum illarum sensum ad quem penetrare non potuit, sed suum potius obiicit veritati. Nec quod in eis, sed quod in seipso velut pro eis inuenit, opponit.

Libro iij. de Trinitate. *Cap.11. Tom.III.* Extat authoritas Diuinarum scripturarum, vnde mens nostra deuiare C non debet, nec derelicto solidamento Diuini eloquij, per suspicionum suarum abrupta præcipitari, vbi nec sensus corporis regit, nec perspicua ratio veritatis elucet. Libro iiij. eiusdem, *Tom.eod.* cap. vj. Contra rationem nemo sobrius, contra scripturam nemo Christianus, contra Ecclesiam nemo pacificus senserit. Libro de moribus Ecclesiæ. *Cap.30. Tom.I.* Quis non videat eos qui contra scripturas Christianas audent dicere, illud non esse quod homines suspicantur, certe tamen non esse Christianos? In Epist. ad Vincentium. & habetur *Tom.II. Epist.48.* in Decr. distinct. ix. Noli frater contra Diuina, tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex Episcoporum scriptis, siue nostrorum, sicut Hilarij, siue antequam pars Donati separaretur, ipsius vnitatis, sicut Cy- D priani & Agrippini: primò, quia hoc genus literarum ab authoritate canonis distinguẽdum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire nõ liceat, sicubi fortè aliter sapiunt quàm veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur *Phil.3.* etiam nobis dictum ab Apostolo accipere. Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit. In consistorio ad Fortunatum Sucensem Episcopum: & habetur eadem dist. Neque quorumlibet disputationes, quamuis catholicorum & laudatorum hominũ, velut scripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua

honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare vel respuere, si fortè inuenimus quod aliter senserint quàm veritas habet, Diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Vnde libro contra Faustum. Distincta est à posteriorum libris, excellentia canonicę authoritatis Veteris & Noui testamenti, quæ Apostolorum confirmata temporibus per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarum, tanquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis & pius intellectus. Ibi si quid velut absurdum mouerit, non licet dicere, Author huius libri non tenuit veritatem: sed, aut codex mendosus est, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorũ, quę libris innumerabilibus continentur, sed nullo modo illi sacratissimæ canonicarum scripturarum excellentiæ coæquantur, etiam in quibuscunque eorum inuenitur eadem veritas, longè tamen est impar authoritas. Itaque in eis si qua fortè propterea dissonare putantur à vero, quia non vt dicta sunt intelliguntur, tamen liberum habet ibi lector auditórue iudicium, quo vel approbet quod placuerit, vel improbet quod offenderit: & ideo cuncta huiusmodi nisi vel certa ratione, vel ex illa canonica authoritate defendantur, vt demonstretur siue omnino esse ita, siue fieri potuisse, quod vel disputatum ibi est, vel narratum: si cui displicuerit, aut credere noluerit: non reprehenditur. In illa verò canonica eminentia sacrarum literarum, etiamsi vnus Propheta, siue Apostolus, aut Euangelista aliquid in suis literis posuisse, ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare quod verum sit: Alioquin nulla erit pagina qua humanæ imperitiæ regatur infirmitas, si librorum salu berrima authoritas, aut contẽpta penitus aboletur, aut interminata † confunditur. Et ideo scripturæ debet credi. Libro vj. confess. capite v. Consideranti tamen quam innumerabilia crederem quę non viderem, neque cũ gererentur affuissem, sicut tam multa in historiis gentium, tam multa de locis atque vrbibus quæ non videram, tam multa amicis, tam multa medicis, tam multa aliis atque aliis hominibus, quæ nisi crederentur omnino, in hac vita nihil ageremus. Postremo quam inconcussè fixum fide retinerem, de quibus parentibus ortus essem, quod scire non possem, nisi audiendo credidissem. Persuasisti mihi nõ qui crederẽt libris tuis, quos tanta in omnibus ferè gentibus authoritate fundasti, sed qui non crederent esse culpandos: nec audiendos esse, si qui fortè mihi dicerent: vnde scis illos libros vnius veri & veracissimi Dei spiritu esse humano generi ministratos? Idipsum enim maximè credendum erat. In tractatu de consonantia Matthæi & Lucæ de generationibus Christi. Fratres si scripturæ creditis, non est vnde erubescatis. Loquor vobis aliquando deceptus, cum primo ad scripturas Diuinas ante vellem afferre acumen discutiendi, quam pietatem quærendi. Ego ipse

Li. ii. Cap. Tom.VI.

† Aliàs, Interminata, quod minus deleatur quę non placent.

Tom.I.

A contra me peruersis moribus claudebam ianuam Domini mei, quam pulsare debebã vt aperiretur, addebam vt clauderetur. Superbus enim audebã quærere, quod nisi humilis nõ poterat inuenire. Quanto vos beatiores estis modo, quã securi nũc viuitis, quàm tuti, quicũq; adhuc paruuli estis in nido fidei spiritualem escam accipitis? Ego autẽ miser cum me ad volandum idoneum putarem, reliqui nidum, & prius cecidi quã volarem. Sed Dominus misericors me eleuauit à trãseuntibus, & ne cõculcarer & morerer & in nido reposuit.

Lib. j. de peccatorum meritis & remissione & baptismo paruulorum. Prius sanctarum scripturarum authoritatibus colla subdenda sunt, vt ad intellectum per fidem quisque perueniat. Ibid. Credamus & cõsentiamus authoritati sanctæ scri B pturæ, quæ nescit falli nec fallere. Sed vt dicit lib. j. quæst. Veteris & Noui testamenti. Sunt quidã inter nos, qui partim negotiis sæcularibus occupati, partim minus studiosi circa sacras scripturas, errorem patiuntur, putantes non esse quod est, & esse quod non est. Et ideo debet solicitè studeri. Lib. de prædestinatione gratiæ, qui intitulatur etiam de voluntate Dei. Cum in sacrarum voluminibus literarũ, seu futurorum quid Prophetico spiritu prænuntiantibus, seu præteritorũ historica veritate narrantibus, seu vitæ monita Apostolorũ authoritate tradentibus, aliqua veluti diuersum sonante sententia, vel monetur lector, vel solicitatur auditor, certa atque inconcussa fide cognitum teneri debet, vnius atq; eiusdem spiritus, & eius præter quem nihil est veri- C tatis, apertius alibi, paulò occultius alibi sonare mysteria. Ac perinde si quid occulta significatione suspensum, aut à conscribente breuiter iudicatum, minúsque quam humani cordis obtusio poscebat expositum est, hic lucidius apparere, ibi altius latere, nusquam deesse nouerit veritatẽ. Quod si etiam pro magnitudine rei de qua quæritur, non facilè intellectus sensibus quærentis occurrit, maximè si de incommutabili voluntate omnipotentis Dei, diuersum sonat canonicæ authoritatis vtraque sententia: Ita sunt illa omnia ad pietatis regulam dirigenda, vt nec iniustum esse Deum, nec merita singulorum confusa quadam personarum acceptione taxantem, nec infirmum, qui quid voluerit, non valuerit explicare, inconcussa definitione teneatur. Libro D contra Adimantum discipulum Manichæi, cap. xv. Legenda est scriptura Diuina, & Spiritus sancti dispensatio cognoscenda, & intuenda Prophetia: & reiicienda carnalis seruitus, & liberalis intelligentia retinenda. Libro ij. de doctrina Christiana, cap. v. & habetur in Decre. distinct. xix. Erit Diuinarum scripturarum solertissimus indagator, qui primo scripturas totas legerit, notásq, habuerit, & si nõdum intellectu, iam tamen lectione, duntaxat eas quæ appellãtur canonicæ. Nam cæteras securius leget fide veritatis instructus, ne pręoccupet imbecillem animum, & periculosis mendaciis atq; phantasmatibus eludentes

præiu

Tom.VII. Tom.IIII. Capi. Tom.VII. Tom.VI. Tom.III.

præiudicent aliquid contra sanam intelligẽtiam. A In canonicis autem scripturis Ecclesiarũ quamplurium authoritatem sequatur, inter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas quæ ab omnibus accipiuntur Ecclesiis catholicis præponat eis quas quædam non accipiunt. In eis verò quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures grauiorésque accipiunt, eis quas pauciores minorísque authoritatis Ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quanquam hoc inuenire non possit, æqualis tamen authoritatis eas habendas puto. Vbi autem continetur ipsa scriptura, eodem libro. Sententiarum authoritas, in sanctis libris Ecclesiasticis inuestiganda est. B Libr. primo super Gen. cap. primo. in princi. Omnis Diuina scriptura bispertita est: quod Dominus significat dicens scribam eruditum in regno Dei similem patrifamiliâs esse proferenti de thesauro suo noua & vetera, quæ duo etiam testamenta dicuntur. In libris autem omnibus sanctis intueri oportet, quæ ibi æterna intimentur, quę facta narrentur quæ futura prænuntientur, quæ agenda præcipiantur vel moneantur. Super Ioannem. Legem appellauit Dominus generaliter omnes veteres scripturas, vbi dixit, Nonne scriptum est in lege vestra, Ego dixi dij estis: quamuis alibi specialiter dicat legem, à prophetis eam distinguens, sicuti est, Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: Et, In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. C Aliquando autem in tria distribuit easdẽ scripturas, vbi ait, Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. De modo verò loquẽdi ipsius scripturæ. Super Psalmum tertium. Moris est Diuinarum scripturarum personę Dei tribuere, quod in nobis facit: non quidem vbique, sed congruenter vbi dici potest. Super Psalmum lij. Plerunque loquitur ita scriptura, vt quod Dei dono creatura facit, Deus facere dicatur. Vt, verbi gratia, Tentat vos Deus vester, vt sciat si diligitis eum. Quid est vt sciat? Vt dono suo scire vos faciat. Libro de verbis Apostoli, sermone secundo. Dicuntur quædam in scripturis de præterito, quæ intelliguntur de futuro: Vt, Foderunt manus meas &c. Nondum factum erat, & tanquam factum nũtiabatur quod D futurum erat. Libro primo, de sermone Domini in monte. In sacra scriptura quædam præcipiuntur, quædam persuadentur, & quædam indulgentur. Libro sexto confess. Cum essemus infirmi ad inueniendum liquida ratione veritatem, & ob hoc nobis esset opus authoritate sanctarum literarum, iam credere cœperam nullo modo te fuisse tributurum tam excellentem illi scripturæ per omnes iam terras authoritatẽ, nisi & per ipsam te quæri voluisses. Iam enim absurditatem quæ me in illis literis solebat offendere, cum multa ex his probabiliter exposita audissem, ad sacramentorum altitudinem referebam: eóque mihi illa venerabilior & sacrosancta fide dignior apparebat authoritas, quo & omnibus ad legendum esset in promptu, & secreti sui dignitatem intellectu profundiore seruaret, verbis apertissimis & humilimo genere loquendi se cunctis præbens, & exercens intentionem eorũ, qui non sunt leues corde: vt exciperet omnes populari sinu, & per angusta foramina paucos ad te traiiceret, multò tamen plures, quàm si nec tanto apice authoritatis emineret, nec turbas gremio sanctæ humilitatis hauriret. Lib. j. de trinitate. cap. j. Sacra scriptura paruulis congruens, nullius generis rerum verba vitauit: ex quibus quasi gradatim ad Diuina atque sublimia noster intellectus velut nutritus assurgeret. In eod. libro, capit. xij. Nec aliquo genere scripturæ loquuntur, quod in consuetudine humana nõ inueniatur: quia vtique hominibus loquuntur.

Lib. v. super Gen. cap. iij. Si Dei opera nondũ potes apprehendere, hæc relinquas conspicienda valentibus: tu autem cum scriptura non deserente infirmitatem tuam: & materno incessu tecum tardius ambulante proficias: quæ sic loquitur, vt altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat, affabilitate paruos nutriat. Lib. lxxxiij. quæstionum. Diuinæ scripturæ à terreno & humano sensu ad Diuinum & cœlestem nos erigentes, vsque ad ea verba descenderunt, quibus inter se stultissimorum vtitur consuetudo. Itaque etiam earum affectionum nomina, quas animus noster patitur, quas longe à Deo esse iam qui melius sapit intelligit, non dubitauerunt illi viri, per quos loquutus est Spiritus sanctus opportunissimè in libris ponere. Libro contra Adimantum discipulum Manichæi. c. vij. Sancta scriptura verbis nostris loquens, etiam per hæc verba demonstrat, nihil dignè de Deo posse dici. Cur enim non etiam ista verba dicantur de illa maiestate, de qua quicquid dictum fuerit, indignè dicitur: quia omnes opes linguarum omnium ineffabili sublimitate præcedit? Et ideo de modo eam legendi.

In eodem libr. c. iij. Sanctæ scripturæ non temerarios & superbos accusatores, sed diligentes & pios lectores desiderant. Lib. de perfectione sanctæ viduitatis. Doctrina fidei non ideo est contemnenda, quia breuis: sed ideo facilius & cautius tenenda, quia in breuitate non inutilis.

Super Ioãnem, sermone xxiij. Secretum Dei intentos debet facere, non aduersos. In eodem sermo. xxiiij. Putemus scripturam Dei tanquam agrum esse, vbi volumus aliquid ædificare. Non simus pigri, nec superficie contenti. Fodiamus altius, donec perueniamus ad petram: petra autem erat Christus. Libro quinto Homil. De Diuinis operibus quæ legũtur, ipso aspirante qui fecit, quãtum possumus intellectũ mysticę altius significationis scrutemur, vt quasi de abstrusis fauulis mella producamus: & velut Christi discipulos imitantes, spicas manibus confricemus,

Marginalia: Tom. III. — Tract. 48. Tom. IX. — Ioan. 10. — Luc. 16. — Matth. 22. — Luc. 24. — Tom. VIII. — Tom. IIII. — Cap. 5. — In scripturis quærendus Deus. — Tom. III. — Tom. III. — Tom. IIII. — Tom. VI. — Lib. de bono viduitatis. Tom. IX.

vt ad latentia grana perueniamus. Sed vt dicit libro ij. de doctrina Christiana. *Cap.13. Tom.III.* Integritas loqutionis, eſt Latinè conſuetudinis obſeruatio loquentium veterum authoritate firmata. Sed tamen eo magis inde offenduntur homines quo inferiores ſunt: & eo ſunt infirmiores, quo doctiores volunt videri: non rerum ſcientia, qua ædificamur, ſed ſignorum, qua non inflari omnino difficile eſt, cum & ipſa rerum ſcientia ſæpe ceruicem erigat, niſi Dominico reprimatur iugo. Propterea libro j. ſuper Gen. *Cap.20. Tom.III.* Periculoſius errant quidam infirmi fratres, qui cum iſtos impios de cœleſtium corporũ numeris, vel de quibuſlibet elementorum mundi huius quæſtionibus ſubtiliter & copioſè diſſerere audiunt, euaneſcunt, & eos ſibi cum ſuſpirio præponentes, & magnos putantes, ſaluberrimæ pietatis libros cum faſtidio repetunt, & quos dulciter haurire deberent, vix patienter attingunt, à ſegetis aſperitate abhorrentes, & ſpinarum floribus inhiantes. Non enim vacant videre quàm ſuauis eſt Dominus, nec in ſabbato eſuriunt, atque ideo pigri ſunt, poteſtate à Domino ſabbati accepta, vellere ſpicas, & tandiu verſare manibus, contritáſque purgare donec ad eſcam perueniant. *Cap.21. In reprehenſores.* Dicet aliquis, Quid tu tãta tritura diſceptationis huius, quid granorum exuiſti, quid euentilaſti? Cur propemodum in quæſtionibus adhuc latent omnia? Affirma aliquid eorum quæ multa poſſe intelligi diſputas. Cui reſpondeo, ad eum ipſum cibum me ſuauiter perueniſſe, quod didici non hærere homini in reſpondendo ſecundum fidem, quod reſpondendum eſt hominibus qui calumniari libris noſtræ ſalutis affectant: vt quicquid ipſi de natura rerum veracibus documentis demonſtrare potuerunt, oſtendamus noſtris literis non eſſe contrarium. Quicquid autem de quibuſlibet ſuis voluminibus his noſtris literis, id eſt catholicæ fidei contrarium protulerint, aut aliqua facultate oſtendamus, aut nulla dubitatione credamus eſſe falſiſsimum: atque ita teneamus mediatorem noſtrum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ atque ſcientiæ abſconditi, vt neque falſæ philoſophiæ loquacitate ſeducamur, neque falſæ religionis ſuperſtitione terreamur. De obſcuritate autem vtili huius ſcripturæ. *Tom.II. Epiſt.59.* In Epiſtola ad Paulinum. Vtile eſt vt de obſcuritatibus Diuinarum ſcripturarum, quas de exercitationis noſtræ cauſa Deus eſſe voluit, multæ inueniantur ſententiæ, cum aliud alij videtur, quæ omnes ſanæ fidei, doctrinæque concordent. Libro de cura pro mortuis agenda, quaſi circa finẽ. *Cap.17. Tom.IIII.* Non eſt paruus fructus, ſi aliqua obſcura & incerta, quæ comprehendere non valemus, clarum ſaltem certúmque nobis ſit nõ eſſe quærenda: & quod vnuſquiſque vult dicere, putans prodeſſe ſi ſciat, diſcat nõ obeſſe ſi neſciat. Lib. de peccato in ſpiritum ſanctum. *Lib. de verbis Domini, ſerm.11. Tom.X.* In omni copia ſcripturarũ ſanctarũ paſcimur apertis, exercemur obſcuris. Illic fames pellitur, hîc faſtidiũ. Libr. j. ſuper Geneſ. *Cap.18. Tom.III.* Si qua de ſcriptura Diuina legerimus, quæ poſſunt ſalua fide qua imbuimur, aliis atque aliis parere ſentẽtiis, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proiiciamus, vt ſi fortè diligentius diſcuſſa veritas eã rectè labefactauerit, corruamus: non pro ſententia ſcripturarum Diuinarum, ſed pro noſtra ita dimicantes, vt eã velimus ſcripturarum eſſe quæ noſtra eſt, cum potius eam quæ ſcripturarum eſt, noſtram eſſe velle debeamus. In libro xj. de ciuitate Dei, capit. xix. *Tom.V.* Diuini ſermonis obſcuritas & ad hoc eſt vtilis quod plures ſententias veritatis parit, & in lucem notitiæ producit, dum alius ſic eum, alius ſic intelligit: ita tamen vt quod in obſcuro loco intelligitur, vel atteſtatione rerum manifeſtarum, vel aliis locis minimè dubiis aſſeratur: ſiue cum multa tractantur, ad id quoque perueniatur, quod ſenſit ille qui ſcripſit: ſiue id lateat, ſed ex occaſione tractandæ profundæ obſcuritatis, alia quædam vera dicantur. Libro ſecundo retractationum. *Cap.54. Tom.I.* Multa in literis ſanctis obſcura, cognito loquutionis genere diluceſcũt. Propter quod cognoſcenda ſunt eadem genera loquutionum, vbi ſententiæ patent vt etiam vbi latent, cognitio ipſa ſuccurrat, eáſque intentioni legentis aperiat. Libro de vera innocẽtia. *Cap.61. Tom.III.* Bonæ ſunt in ſcripturis ſacris myſteriorum profunditates, quæ ob hoc teguntur, ne vileſcant: ob hoc quæruntur, vt exerceant: ob hoc aperiũtur, vt paſcant. Libro de verbis Apoſtoli. *Tom.X.* Verbi Dei altitudo exercet ſtudium, non denegat intellectum. Si enim omnia clauſa eſſent, nihil eſſet vnde reuelarentur obſcura. Rurſus ſi omnia tecta eſſent, non eſſet vnde alimentum perciperet anima & haberet vires, quibus poſſet ad clauſa pulſare. *Quæ ſunt aperta & obſcura in ſcript.* Super Pſalmum. *Super Pſal. 10. Tom.VIII.* De quibuſdam ſcripturarum locis obſcuris exercentur fideles vt quærant: Et rurſus quibuſdam locis manifeſtis illuminantur vt videant: & iſta in ſanctis libris crebra apertio atque adapertio tanquam palpebræ ſunt Dei. Quæ interrogant, id eſt, quæ probant filios hominum: qui neque fatigantur rerum obſcuritate, ſed exercentur: neque inflantur cognitione, ſed confirmantur.

Super Pſalmum ciij. ſermone primo. Quædam in rebus viſibilibus miſcet quaſi abſurda Spiritus ſanctus, vt ex eo quod non poſſumus accipere ad literam, cogat nos iſta ſpiritualiter quærere. Libro ſecundo de doctrina Chriſtiana. *Cap.6. Tom.III.* Qui prorſus in ſacra ſcriptura non inueniũt quod quærunt, fame laborant. Qui autem non quærunt, quia in promptu habent, faſtidio ſæpe marceſcunt. In vtriſque hîc languor cauendus eſt. Magnifice igitur & ſalubriter Spiritus ſanctus ita ſcripturas ſanctas modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret: obſcurioribus autem, faſtidia detergeret. Nihil enim ferè de illis obſcuritatibus eruitur, quod non planiſsimè dictum alibi reperiatur. In ſermone de Abraham, & immolatione Iſaac. Admonemus quantum poſſumus & præcipimus, vt quando auditis exponi ſacramentum ſcripturæ mandantis

dantis quæ gesta sunt, prius illud factum esse credatis sic gestum quomodo lectum est, ne subtracto fundamento rei gestæ, quasi in aëre quæratis ędificare. In sermone ij. de plagis AEgypti, & præceptis legis. Prius in fundamento positā rerū gestarum firmitatē significatiuā debemus inquirere, ne subtracto fundamento, in aëre videamus velle ædificare. Habet autem scriptura quadruplicem sensum. Lib. de vtilitate credendi. Omnis scriptura quę testamentum vetus vocatur, diligenter eam nosse cupientibus quadrifariam traditur, secundum historiam, secundum ętiologiam, secundum analogiā, & secundum allegoriam. Secundū historiam, cum docetur quid scriptum aut quid gestum sit: quid non gestū, sed tātummodo scriptum quasi gestū sit. Secundū ętiologiam, cum ostēditur quid, qua de causa vel factum vel dictum sit. Secundū analogiam, cū demonstratur non sibi aduersari duo testamēta vetus & nouum. Secūdū allegoriam, cum docetur non ad literam esse accipienda quædam quæ scripta sunt, sed figuratè intelligenda. His enim modis Dominus noster Iesus Christus & Apostoli eius vsi sunt. Nam de historia illud assumptū est, cum obiectū est quod die sabbati discipuli eius spicas euulsissent, Non legistis, inquit, quòd fecit Dauid cum esuriret, &c. Ad ętiologiā verò illud pertinet, quod cum Christus prohibuisset vxorē alicui, nisi fornicationis causa, dimitti, relatúmq; esset ab interrogantibus, Mosen libello dato repudij permisisse licentiā, Hoc, inquit, Moses propter duritiam cordis vestri. Hîc enim causa reddita est, cur illud à Mose pro tempore bene permissum sit, vt hoc quod Christus præcipiebat, alia iam tempora demonstrare videretur. Secundum analogiam, qua vtriusque testamenti congruentia perspicitur. In pluribus locis patet. De allegoria est illud quod saluator dicit in Euāgelio, Generatio, inquit, praua signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ &c. Est autē magnæ profunditatis. In Epistola ad Volusianum. Tanta est Christianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: nō quod ad ea quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed cum quisquis ibi fidem tenuerit, sine qua piè rectéque non viuitur, tā multa, támque multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, támque non solùm in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiā in rebus quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodā loco habet, Cum consummauerit homo, tunc incipit. Est tamen magnæ affabilitatis. Ibidē. Modus ipse dicendi, quo sacra scriptura contexitur, quam omnibus accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorū atque doctorū. Ea verò quæ in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula & inerudita, quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone, quos nō solùm manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in apertis, quod & in reconditis habēs. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus operta desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimantur. His salubriter & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectātur ingenia. Ille huic doctrinæ medicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimam, vel odit ægrotando medicinam. Super Psal. Eadem scriptura, cum bene intelligitur, fœcundat pectora piorum atque fidelium: cum verò malè, pluit super peccatores laqueos. Sicut exēpli gratia, quod scriptum est, Erunt duo in carne vna: si ad libidinem quisque interpretetur, laqueum pluit super peccatores. Si autē intelligatur sicut ille qui ait, Ego autem dico sacramentum in Christo & Ecclesia: imbrem pluit super fertilem terrā. Causa autem superbiæ aliquando non intelligitur. Libro ij. de doctrina Christiana. Quia verberato aëre statim transeunt voces, nec diutius manent quàm sonāt, instituta sunt per literas signa verborum. Ita voces oculis ostēduntur, non per seipsas, sed per signa quædam sua. Ista signa non potuerunt esse communia omnibus gētibus peccato quodam dissensionis humanæ, cum ad se quisque principatum rapit. Cuius superbiæ signum erecta est illa turris in cœlum, vbi homines impij non solùm animos, sed etiam voces dissonas habere meruerunt. Ex quo factum est, vt etiam sacra scriptura qua tantis morbis humanarum voluntatum subuenitur, ab vna lingua profecta quæ opportunè potuit per orbem terrarum disseminari, per varias interpretū linguas longe latéque diffusa innotesceret gentibus ad salutem, quam legentes nihil aliud appetunt, quam cogitationes voluntatémque illorum à quibus conscripta est inuenire, & per illas voluntatem Dei secundum quam tales homines loquutos esse credimus. Sed multis & multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere legunt aliud pro alio sentientes, quibusdam autem locis quid vel falso suspicentur non inueniunt, ita obscurè quædam dicta densissimam caliginem obducunt. Quod totum prouisum esse Diuinitus non dubito, ad edomandam labore superbiam, & intellectum à fastidio reuocandum, cui facilè inuestigata plerunque vilescant. Eius cognitio omnimoda non est necessaria ad salutem. Libro primo de doctrina Christiana. Homo fide spe & charitate subnixus, eásque inconcusè retinens, non indiget scripturis nisi ad alios instruendos. Itaque per hæc tria multi etiā in solitudine sine codicibus viuūt. Vnde in illis arbitror iam impletum esse quod dictū est, Siue prophetię euacuabuntur, siue linguę cessabunt, siue sciētia destruetur. Quibus tamen quasi machinis tātā fidei & spei & charitatis in- eit

Margin notes: Cap. 5. Tom. VI. Scripturarū intellectus quadruplex. — Matt. 12. — Matt. 19. — Matt. 12. Tom. II. Epist. 3. — Eccles. 18. Scriptura omnibus accessibilis. — Tom. VIII. — Gen. 2. — Eph. 5. — Cap. 4. Tom. II. — Diuersitas linguarum. — Cap. 5. — Cap. 6. — Obscuritas scripturę nō inutilis. — Cap. 39. Tom. III. — 1. Cor. 13. Fides spes & charitas illuminant.

est instructio, vt perfectum aliquid tenentes, ea quæ sunt ex parte non quærant Perfectum sanè quantum in hac vita esse potest: nam in comparatione vitę futuræ nullius iusti & sancti vita ista perfecta est. Ideo, inquit Apostolus, manent fides, spes & charitas, maior autem horum est charitas: quia & cum quisque ad æternam vitã peruenerit, duobus istis decedentibus, charitas auctior & certior permanebit. Propter hoc vltimum. Super Ioannem, sermone xxxiiii. Quando Dominus noster Iesus Christus venerit & manifestabit cogitationes cordium, vt laus sit vnicuique à Deo: tunc præsente tali die, lucernæ non erunt necessariæ. Non legetur à nobis Propheta, non aperietur Apostoli codex, non ipso indigebimus Euangelio, omnes scripturæ tollentur de medio, quę nobis in huius sæculi nocte tanquam lucernæ accendebantur, ne in tenebris remaneremus. Hîc tamen debet audiri obedienter. In sermone iij. de natiuitate Domini. Donet Dominus vt concordantibus cũ lectione Diuina actibus nostris, quicquid habuit sacra authoritas in pręceptis, hoc nos habeamus in moribus. Quia

Tom.V. vt dicit lib. ij. de ciuitate Dei. c. xxviij. Confluãt vt audiant quam bene hîc ad tempus viuere debeant, vt post hanc vitam beatè sempérque viuere mereantur. Vbi sancta scriptura iustitiæque doctrina, de superiore loco in cõspectu omnium personante, & qui faciunt audiant ad præmium, & qui non faciunt audiant ad iudicium. Quò & si veniunt quidam talium præceptorum irrisores, omnis eorum petulantia, aut repẽtina immutatione deponitur, aut timore aut pudore comprimitur. Nihil enim eis turpe ac flagitiosum spectandum imitandúmque proponitur, vbi veri Dei aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur. Et vera sunt quæ in ea leguntur. Libr.

Lib.10. Cap 32. Tom.eod. de ciuitate Dei. Christus erat in carne venturus, & quæ in illa tã clara perfecta sunt, atque in eius nomine impleta, pœnitentia hominum, & ad Deum conuersio voluntatum, remissio peccatorum, gratia iustitiæ, fides piorum, & per vniuersum orbem in vnam veram Diuinitatem multitudo credentium, culturæ simulachrorum, dæmonúmque subuersio, & à tentationibus exercitatio, proficientium purgatio, & liberatio ab omni malo, iudicij dies, resurrectio mortuorum, societatis impiorum æterna dãnatio, regnúmque æternum gloriosissimæ ciuitatis Dei conspectu eius immortaliter perfruentis in huius viæ scripturis prædicta atque promissa sunt: quorũ tam multa impleta conspicimus, vt recta pietate futura esse cætera confidamus. Memoriter est reti-

Tract.2. Tom.IX. nenda. super primam canonicam Ioannis. Omnia quę leguntur in scripturis sanctis ad instructionem & ad salutem nostram, intentè oportet audire: maxime tamen memoriæ commendanda sunt, quæ aduersus hęreticos valent plurimũ. Quorum insidiæ infirmiores quosque & negli-

Tom.III. gentiores circũuenire nõ cessant. Narrat peccata hominũ rationabiliter. Libr. iij. de doctrina Christia. Ad hoc peccata hominum scripta sunt, vt Apostolica illa sententia vbique tremẽda sit, cum ait, Qui videtur stare, videat ne cadat. Nulla enim pagina fere sanctorum librorũ in qua non sonet, quod superbis Deus resistat, humilibus autem dat gloriam. In ser. ij. de decollatione sancti Ioannis. Tunc in scripturis sanctis animũ vtiliter intendimus, cum non solũ in eis virtutes & pœnitentiã iustorũ, verum etiã vitia vindictámque reproborũ, ad incitamentũ nobis bene agendi proponimus. Hoc quidẽ & ipsius Domini docemur exẽplo: qui vt humanæ superbiæ ceruicẽ frangat, ac sublime nobis humilitatis iugũ imponat, non suæ tantũ humilitatis formam quam sequamur insinuat dicens, Discite à me quia mitis sum & humilis corde: sed etiã angelicę superbiæ deiectionem quã caueamus, ad memoriam nobis reuocat dicens, Videbam satanã, quasi fulgur de cœlo cadentem: quatinus non solùm nos suę Diuinę bonitatis, sed & dęmoniacę prauitatis exẽplo, ad obseruantiam summę virtutis accendant.

Lib. xxij. contra Faustum. Sacra scriptura tãquam sęculi nitor, nullius accipit adulandã personam: sed & laudãda & vituperanda hominum facta, vel ipsa iudicat, vel legentibus iudicanda proponit: nec solũ homines ipsos vel vituperabiles, vel laudabiles intimans: verum etiã quædam in vituperabilibus laudãda, & vituperãda in laudabilibus nõ tacens. Ibidem. Quid vtilius vel salubrius piè legentibus vel audientibus illas literas sacras consuli ac prospici potuit, quàm vt non solùm in eis laudabiles homines ad imitandum, & reprehensibiles ad cauendum proponerentur, verum etiam quędam bonorum declinationes & lapsus in malum, siue itidem denuo correcti in viam redeant, siue irreuocabiles maneãt: & rursus quędam malorũ immutationes & prouectus in bonum, siue perseueraturi, siue in pristina iterũ relapsuri: vt neque iusti in superbiam securitate extollãtur, nec iniqui medicinæ desperatione obdurentur: at illa quæ neque ad imitandum, neque ad cauendũ facta hominũ pertinent, & tamẽ in sacra scriptura reperiũtur, aut ad illã connexionẽ posita sunt, quibus occasionibus ad res necessarias veniatur: aut eoipso quo videntur superflua, satis admonent, in eis quęri oportere mysticę alicuius significationis oraculũ. Simi lem sententiam ponit. Libr. de natura & gratia. Porrò quęcunque in factis sanctorũ elucẽt documenta iustitię, nullus imperitorũ dubitet debuisse cõscribi. Et ideo scriptura est sicut speculũ. Eod. lib. Sacra scriptura tanquam speculi fidelis nitor, admotarũ sibi personarũ non tantum quæ pulchra atq; integra, sed etiã quę deformia & vitiosa sunt indicat. Non enim vitia, quę cõmemorat, necesse est cõprobare: sed potius necesse est, vt quãto illa religiosius accipimus, tãto fidẽtius illa culpemus, quę per eius veritatẽ certius culpãda didicimus. Vnde lib. ij. de doctri. Christia. Quicquid homo extra sacrã scripturã didicerit, si noxiũ est ibi dãnatur: si vtile est, ibi inuenitur. Et cũ ibi quisque inuenerit oĩa quæ vtiliter alibi didicit,

Cap.65. Tom.VI.

Cap.96. Cur laudabilia & vituperabilia hominũ facta scriptura proponat.

Tom.VII.

Tom.III.

didicit, multo abundantius ibi inueniet ea quę nusquam omnino alibi, sed in ipsarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate discuntur. In tractatu de tempore Barbarico, ante mediũ. Proferatur speculum Diuinę scripturæ, quod neminem palpat: sed qualis es, talem rem tibi demonstrat. Intende & vide: Si ibi est aliquid quod offendat, abi confusus, & redi correctus. In cõmunibus sermonibus. Scripturæ sanctæ veraces sunt, inculpatæ sunt. Omnis enim scriptura Diuinitus inspirata vtilis est ad docẽdum, ad arguendũ, ad exhortationem, ad doctrinã. Nihil est ergo quod scripturam accusemus, si fortè nos illa non intellecta, in animo deuiemus. Cũ ipsam intelligimus, recti sumus, cum autẽ ea non intellecta, praui sumus, ipsam rectã dimittimus: nõ enim eã deprauati, deprauamus: sed illa stat recta, vt ad illã corrigendi redeamus. Et ideo lib. de perfectione sanctę viduitatis, circa principiũ. Sancta scriptura nostræ regula debet esse doctrinę. Quia. Lib. ij. de doctrina Christiana. Nõ præcipit scriptura nisi charitatem, nec culpat nisi cupiditatem: & eo modo informat mores hominũ. Non autem asserit nisi catholicam fidẽ, rebus præteritis, præsentibus & futuris. Præteritorum, narratio est: futurorum, prænuntiatio: præsentiũ, demonstratio. Sed hæc omnia, ad eãdem charitatem nutriendã atque roborandam, & cupiditatẽ vincendam atque extinguendam, valent. Ideo concludit super Psal. xxxvj. ser. j. Omnis morbus animi habet in scripturis medicamentum suũ. Dicitur scriptura cœlũ. Lib. xiij. confess. Transeunt nubes, cœlum autem manet: trãseunt prædicatores verbi tui ex hac vita in aliam vitã, scriptura verò tua vsque in finẽ sæculi super populos extẽditur. Sed & cœlum & terra transibunt, sermones autem tui non transibunt: quoniam & pellis plicabitur, & fœnũ super quod extendebatur cum claritate sua præteriet: verbum autem tuum manet in æternum.

Dicitur nubes. Libr. ij. de Gen. contra Manichęũ. Scripturæ Prophetarũ & Apostolorũ rectè appellantur nubes: quia verba ista quæ sonãt percusso aëre transeunt. Addita etiã obscuritate allegoriarũ, quasi aliqua caligine obducta, velut nubes fiunt. Quæ dum tractando exprimuntur, bene intelligẽtibus tanquã imber veritatis infunditur. Dicitur aqua. Super Psal. ciij. ser. iij. Super illud, Potabũt omnes bestiæ agri. Fluũt aquę scripturarũ, inde bibit lepus, inde bibit onager. Lepus paruus, & onager magnus: lepus timidus, & onager ferus. vterque inde bibit, sed quisque in sitim suam. Non dicit aqua, Lepori sufficio: & repellit onagrũ: Nec dicit, Onager accedat: lepus si accesserit rapietur. Tam fideliter & temperatè fluit, vt sic onagrũ satiet, ne leporẽ terreat. Sonat strepitus vocis Tullianæ, Cicero legitur, vel aliquis liber Platonis, seu cuiuscunque taliũ: audiũt imperiti, infirmi minoris cordis, quis audet illuc aspirare? Strepitus aquæ est & forte turbatæ, & tã rapaciter fluentis, vt animal timidũ non audeat accedere & bibere. Sed cui sonat, In principio fecit Deus cœlum & terram: & non ausus est bibere? Aut cui sonat psalmus, & dicat multũ est ad me? Ecce quod sonat psalmus, occulta sunt mysteria: tamen ita sonat, vt & pueros audire delectet, & imperiti accedant ad bibendum, & satiati ructent in psallẽdo. Bibũt ergo & maiores bestię & minores, sed capacius maiores: quia suscipiunt onagri in sitim suam. In prologo super psalterium. Omnis scriptura Diuinitus inspirata vtilis est ad docẽdũ. Hac ipsa de causa à spiritu sancto cõscripta est: id est, vt veluti ex cõmuni quodã sanitatis fonte, omnes nobis ex hac remedia propriis passionibus assumamus. Dicitur cibus. Lib. ij. de sermone Domini in monte. Sicut panis frangendo atque mãdendo in alimentum cõuertitur, sic scripturæ aperiendo & discendo animã pascunt. Lib. supputationum, parte ij. c. ij. Sanctarum scripturarum amœna prata ingredior, mundissimas sententiarũ herbas exarãdo, carpo: legendo, comedo: frequentando, rumino: atque tandem congregando, in alta memoriæ sede repono: vt tali modo tua dulcedine gustata, minus istius miserrimæ vitæ amaritudines sentiã. Lib. de vera religione. Omissis & repudiatis nugis theatricis & poëticis, Diuinarũ scripturarũ consideratione & tractatione pascamus animũ atq; potemus, vanæ curiositatis famæ ac siti fessum & ęstuantẽ, & inanibus phãtasmatibus tanquam epulis pictis frustra refici satiarique cupientem. Hoc verò liberali & ingenuo ludo salubriter ærudiamur. Si nos miracula spectaculorum & pulchritudo delectant, illam desideremus videre sapientiam, quæ pertendit à fine vsque in finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Dicitur zona. Super Apoc. Homi. j. In zona aurea accincta pectori, potest scientia spiritualis ac purus sensus datus Ecclesię intelligi. Quia vt dicit lib. de singularitate clericorum. Vtile esset satis & salubre quibusdam, si cuiuscunque historiæ seipsos magis crederent nõ intellexisse rationem, quàm aliquid inhonestum arbitrarẽtur in lege: quos Paulus Apostolus confundit dicens, Non intelligentes, neque de quibus loquũtur, neque de quibus affirmant. Et ideo quam sit vtilis. In sermone quem fecit de laude huius scripturæ. Rogo vos, discite sacram scripturam, sæpe legite eam, quia dulcior est melle, fortior vino, leuior oleo, sublimior auro, argento purior. Hæc est quæ præcipuè in Deum prouocat, & eum diligere inuitat, corda illuminat, linguam rectificat, conscientiam probat, animam sanctificat, fidem roborat, diabolum reiicit, pecccata spernit, animas frigidas calefacit, lumen scientiæ ostendit, tenebras ignorantiæ expellit, tristitiam sæculi extinguit, lætitiam spiritus sancti accendit, sitiendi potum tribuit, de insipientibus sapientes facit, primos de nouissimis ponit, magnos de minimis efficit, nobiles de ignobilibus commutat, naturam frenat, prohibet leuitatem, temperat dolorem, confert spem, coronat senem, docet iuuenem, mitigat dedignantes, reuocat errantes, instruit ignorantes, sanat ægros, roborat infirmos, brutos

Margin notes: Tom. IX. — Tom. IX. — Tom. III. — Tom. I. — Cap. 9. Tom. I. — Tom. VIII. — Tom. IIII. — Cap. 51. Tom. I. — Tom. IX. — Ad fratres in eremo, serm. 38. Tom. X.

tos facit sensatos, somnolentos excitat, otiosos increpat, laborantes lætificat, pigros improbat, credentibus gratiam dat, reges humiliat, humiles exaltat, rectas vias indicat, sapientiam erogat, gloriam exaltat, honores multiplicat. Quamobrem qui hanc diligit, & diligenter eius legem impleuerit, in regno cœlorum maximus vocabitur, & in præsenti Ecclesia præmia & munera obtinebit. Require supra, cap. Aqua. & capit. Auris. & vbi, Augustinus. Quod est profunda, capit. Authoritas. & capit. Charitas. Quod valet pro omnibus scientiis, cap. Prædicator & Prædicatio, & cap. Philosophus. De eius firmitate, cap. Veritas.

Tom. VIII. SCRVTARI. Scrutatur verò omnia nostra Deus. Super Psalmum vij. Scrutatur corda & renes, quia videt omnium cogitationes, quę nomine cordis significatæ sunt: & delectationes, quæ nomine renum intelliguntur: Rectè quippe temporalium & terrenarum rerũ delectatio renibus tribuitur: quia & ipsa pars est inferior hominis, & ea regio est vbi carnalis generationis voluptas habitat, per quam in hanc ærumnosam & fallacis lætitiæ vitam, per successionem prolis natura humana trãsfunditur. Scrutans ergo cor nostrum Deus, & prospiciens ibi esse vbi est thesaurus noster, id est, in cœlis. Scrutans ergo renes, & perspiciens non nos acquiescere carni & sanguini, sed delectari in Domino: dirigit iustum in ipsa conscientia coram se, vbi nullus hominum videt, sed solus ille qui perspicit quid quisque cogitet, quid quęque delectet. Finis enim curæ delectatio est: quia eo quisque curis & cogitationibus nititur, vt ad suam delectationem perueniat. Videt igitur curas nostras, qui scrutatur cor. Videt autem fines curarum, id est delectationes, qui perscrutatur renes: vt cum inuenerit, non ad cõcupiscentiam carnis, neque ad concupiscentiam oculorum, neque ad ambitionẽ sæculi, quæ omnia trãseunt tanquã vmbra, inclinari curas nostras: sed ad gaudia rerum æternarũ sustolli, quæ nulla commutatione violãtur, dirigat iustum, scrutans corda & renes Deus. Opera enim nostra quæ factis & dictis operamur, possunt esse nota hominibus: sed quo animo fiãt, & quo per illa peruenire cupiamus, solus ille nouit, qui scrutatur corda & renes Deus. Tom. VIII. Scrutari non possunt per nos iudicia Dei. Super Psalm. cxviij. ser. vj. Inscrutabilia sunt iudicia Dei homini, quia viribus suis ea non potest perscrutari. Sed cur non possit dono Spiritus sancti, cuicunque hoc Dominus conferre dignatur?

Tom. III. SAECVLVM. Lib. v. super Gen. Omnis creatura non ante sæcula, sed à sæculis: Ab ipsa enim exorta sunt sæcula, & ipsa à sæculis: quoniam initium eius, initium sęculorum est. Vnigenitus autem est ante sæcula, per quẽ facta sunt sæcula. Tom. VI. Lib. ad Orosium contra Priscilianistas & Origenistas. Sæculum cum aliquo fine Latinè intelligitur: ęternum, non nisi id quod sine fine est solet appellari. Tom. VII. Exponit melius, super Psal. ix. Sæculum est quandiu temporale sæculum voluitur. Sæculũ verò sæculi, est cuius effigiem & tãquam vmbram habet hoc sæculum. Vicissitudine enim temporum sibi succedẽtium dum luna minuitur & rursus impletur, dum sol omni anno locum suum repetit, dũ ver, vel æstas, vel autũnus, vel hyems sic transit vt redeat: æternitatis quædã imitatio est. Sed huius sæculi sæculum, est quod incommutabili æternitate consistit. Quomodo intelligitur sæculum sæculi. Tom. V. Sæcula Sæculorum. Lib. xij. de ciuitate Dei. ca. cix. Sæcula sæculorũ an intelligantur continuata sibi connexione, & ordinata dissimilitudine percurrentia tempora: an sæcula sæculorum intelligantur in sapientia Dei inconcussa stabilitate manentia, istorũ quæ cum tempore transeunt tanquam efficientia sæculorum, definire non audeo. Fortassis enim possit dici sæculum, quæ sæcula: vt nihil aliud dicatur sæculum sæculi, quàm sæcula sæculorũ: sicut nihil aliud dicitur cœlum cœli, quam cœli cœlorum. Tom. eod. Vnde sæculum intelligitur præsentis temporis vita. Lib. xvj. eiusd. c. xxj. Quod dictũ est ad Abraham. Tibi dabo terram hanc & semini tuo vsque in sæculum: non intelligitur in ęternum, sed in sæculum hoc loco intelligimus initium futuri sæculi, à fine præsentis ordiri: quia si expulsi sunt Israëlitæ de Hierosolymis, manent tamen in aliis ciuitatibus terræ Canaan & vsque in sæculum manebunt. Vnde in sæculum sęculi est in æternum. Lib. xxj. eiusdẽ. Quod in Euangelio dicitur, Discedite à me maledicti in ignem æternum: Et in Apoc. scriptum est, quod diabolus, & bestia, & pseudopropheтę missi sunt in stagnum ignis, & cruciabuntur die ac nocte in sęcula sæculorum: quod ibi dictum est, in æternũ: hîc dictum est, in sæcula sæculorum. Quibus verbis nihil Diuina scriptura significare consueuit, nisi quod finem non habet temporis. Tom. VIII. De præsenti vero sæculo, id est, mundo. super Psal. cxxxiij. ser. iiij. Hoc sæculum adhuc tentationum fluctibus quatitur, adhuc tempestatibus & procellis tribulationum & timorum turbatur, hàc tamen itur. Minetur licet mare & tumeat fluctibus, procellásque parturiat, hàc tamen itur: datum est nobis lignum in quo nauigemus. Tom. VII. Lib. ij. de prædestinatione & perseuerantia sanctorũ, allegans Ambrosium. Libr. de fuga sæculi. Hoc sæculum corde, non corpore est fugiendum: quod nisi auxilio Dei fieri non potest. Cap. ii. Tom. VII. Lib. iiij. contra Epistolas Pelagianorum, circa finem, allegat eũdem in eod. lib. dicentem. Frequenter nobis de fugiẽdo sęculo isto est sermo, atque vtinam quam facilis sermo, tam cautus & solicitus affectus. Ambrosius lib. de fuga sæculi cap. i. Sed quod peius est frequenter recepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum effusio mentem occupat, vt quod studeas vitare, hoc cogites, animóque voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem, quàm effectus, testatur Psal. cxviii. Propheta dicẽdo, Declina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiã. Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostrę cogitationes, quæ improuiso effusæ mẽtem animúmque confundunt,

fundunt, atque alio trahũt quam tu proposueris. Ad sæcularia reuocant, mundana inserunt, voluptaria ingerunt, illecebrosa intexũt, ipso quoque tempore, quo eleuare mentem conamur, insertis inanibus cogitationibus ad terrena plerunque deiicimur. Quis autem tam beatus, qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine Diuino auxilio, q. fieri potest? nullo profecto modo. Deniq; supra eadem scriptura dicit, Beatus vir cuius est auxilium abs te &c.

SECVRITAS. De aliquo homine securitas non potest haberi. super Psal. lxxxj. In quo homine securitas? In quo certum gaudium? Nec de teipso vtique, magis, magis de alio. Nec alquis præter Deum potest eam dare. li. v. Homil. Turpe est vt vos fallã, si Deus me non fallit. Dominus mortem minatur impiis, nequissimis, fraudatoribus, sceleratis, adulteris, voluptatum inquisitoribus, suis contẽptoribus, detractoribus, murmurantibus. Dominus illis mortẽ minatur, gehennam & interitum sempiternũ. Quid volunt? Vt ego promittam quod ille nõ promittit? Ecce dat tibi securitatem procurator. Quid tibi prodest, si paterfamiliâs non acceptet? Procurator sum, seruus sum. Vis dicam tibi? Viue quomodo vis, Dominus te non perdet. Securitatem procurator dedit: Nihil valet securitas procuratoris. Vtinam Dominus tibi securitatem daret. Ego te solicitum facerem. Domini enim securitas valet etiam si nolim, mea verò nihil valet, si ille noluerit. Quæ est securitas fratres, vel mea vel nostra, nisi Domini iussa intentè diligentérque audiamus, & impleamus, & promissa fideliter expectemus? In his quibus fatigamur, quia homines sumus, ipsius adiutorium imploremus. Ad illum ingemiscamus. Vnde in Deo solo securitas. super Psal. lxxxiij. Securus esto de Deo. Qui misertus est tui cũ esses impius, deserit te cũ factus es pius? Qui peccatori donauit mortem filij sui, quid seruat saluato per mortem filij sui? Tene debitorem, quia credidisti in promissorem. Securitas est in cœlo. Li. ij. de libero arbitrio. Quid securius quàm esse in ea vita vbi non possit tibi euenire quod non vis? Vnde orabat ad Deum. Lib. supputationũ. par. iiij. Da quæso toto desiderio & omni studio tendere, quò te post resurrectionem ascendisse die xl. credimus, vt in præsenti miseria solo quidem tenear corpore, tecum autem sine cogitatione semper & auiditate vt ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis & multum amabilis. In hoc enim magno huius vitæ diluuio, vbi circunstantibus agitamur procellis, & non inuenitur fida statio & locus eminentior vbi pes columbæ aliquatenus valeat requiescere: nũquam tuta pax, nũquam secura quies, vbique bella & lites, vbique hostes, foris pugnæ, intus timores. Et quia altera sumus cœli pars, altera terræ, corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Idcirco animus meus socius & amicus meus, fatigatus via veniens, languet & iacet discissus atq; laceratus ab ipsis, per quas transiuit vanitatibus, esurit & sitit valde, non habeo quod ponam ante illum, pauper sum & mendicus. Tu Domine Deus diues omnium bonorũ, & dapium satietatis supernæ opulentissimè largitor, da lapso cibum, collige dispersum, redintegra scissum. En stat ad ostium & pulsat. Obsecro per viscera misericordiæ tuæ quibus visitasti nos oriẽs ex alto, aperi pulsanti misero manũ pietatis tuæ, & iube ꝓpitiabili dignatione vt ingrediatur ad te, requiescat in te, reficiatur de te vino, cœlestiq; pane, quo satiatus, resumptisq; viribus ad superiora ascendam, & de hac valle lachrymarum, penna sancti desiderij raptus ad cœlestia regna volitet. Assumat Domine, assumat rogo, assumat spiritus meus pennas vt aquilæ, & volet & non deficiat, & volet & perueniat vsque ad decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ, vt ibi super mensa refectionis ciuium supernorum pascatur de occultis tuis in loco pascuę iuxta fluẽta plenissima. Sed de bona securitate. In lib. de vera innocentia. Sicut præpostera securitas in periculum impellit: ita ordinata solicitudo securitatem parit. Lib. j. de ciuitate Dei, c. xxx. Quod in rebus mundi periculosa sit securitas, loquens Romanis in hæc verba. Pacem cupitis vt infinita varietas voluptatum insanis effusionibus exquiratur, secundisque rebus ea mala oriantur in moribus, quæ sæuientibus peiora sunt hostibus. At ille Scipio pontifex noster, ille iudicio totius senatus vir optimus, istam nobis metuens calamitatẽ, nolebat æmulam tunc imperij Romani Carthaginem dirui, & decernenti vt dirueretur contradicebat Catoni, timens infirmis animis hostem, securitatem: & tãquam pupillis ciuibus idoneum tutorem, necessarium videns esse terrorẽ. Nec eum sententia fefellit, re ipsa probatum est, q; verũ diceret. Deleta quippe Carthagine, magno terrore .s. reipublicę depulso & extincto, tãta de rebus prosperis orta mala continuo subsequuta sunt, vt corrupta disruptáque concordia, prius sæuis cruentísque seditionibus, deinde mox malarum connexione causarum, bellis etiam ciuilibus tantæ strages ederentur, tantus sanguis effunderetur, tanta cupiditate proscriptionum ac rapinarum ferueret immanitas, vt Romani illi, qui vita integriore mala metuebant ab hostibus, perdita integritate vitæ, crudeliora paterentur à ciuibus: eáque ipsa libido dominandi, quæ inter alia vitia generis humani magis inerat vniuerso populo Romano, posteaquam in paucis potentioribus vicit, obtritos, fatigatósque cæteros etiã iugo seruitutis oppressit. Nam quando illa quiesceret in superbissimis mentibus, donec cõtinuatis honoribus ad potestatem regiam perueniret? Honorum porrò continuandorum facultas non esset, nisi ambitio præualeret. Minimè autẽ præualeret ambitio, nisi in populo auaritia luxuriáque corrupto. Auarus verò luxuriosúsque populus secũdis rebus effectus est, quas Nasica ille prudentissimè cauendas esse censebat, quando ciuitatem hostium maximam, fortissimam, opulentissimámque nolebat auferri: vt timore libido premeretur: libidine pressà, non luxuriaretur: luxu-

Tom. III.

Tom. V.

Negotium quàm o. iũ Rom. melius

Scipio Nasica.

Cap. 31.

riáque cohibita, nec auaritia grassaretur. Quibus vitiis obseratis, ciuitati vtilis virtus floreret & cresceret, eíque virtuti libertas congrua permaneret.

Super Psal. 126. *Tom. VIII* *Mat. 14.* SEDERE. Sessio exaltationē significat & humilitatē. Aliis locis intelligitur sessio honore iudicādi, quomodo ibi, Sedebitis super &c. Aliis locis humilitatē significat, quomodo *Ioan. 4.* ibi, Hora sexta dominus fatigatus sedit ad puteū. Fatigatio Domini, infirmitas Domini fuit, infirmitas virtutis, infirmitas sapiētiæ, sed ipa infirmitas, humilitas fuit. Sessio Dei. Li. de essentia Diuinitatis Dei. Sedere Deus dicitur, nō corporaliter humano more, sed potētialiter, super omnē *Tom. IIII.* creaturā rationalē præsidere. Quomodo intelligitur sessio Christi ad dexteram patris. in paruo libello de symbolo. Vbi nunc sedet? Ad dexterā patris. Quod fidei oculis prudenter debemus intueri, ne arbitremur in aliqua sede immobiliter fixum, vt ei stare vel ambulare non liceat. Non enim quia Stephanus sanctus eum stantem se videre dixit, vel ille falsum vidit, vel symboli verba huius turbauit. Absit hoc putare. Absit hoc dicere. Sed illius habitatio in Ecclesia, & in ineffabili beatitudine ita significata est: vt illic sedere diceretur. Vnde etiam sedes habitationes dicuntur, velut cum interrogamus, vbi sit aliquis: & respondeatur, in sedibus suis: Et de seruis Dei maximè ac sepisimè dicitur, Tot annos ille in illo vel illo monasterio sedit: hoc est, requieuit. Cōmoratus est: hoc est, habitauit. Nec sancta scriptura hoc genus loquutionis ignorat. Ille quippe Semei à rege Salomone in Hierusalem ciuitate iussus habitare addita cōminatione, vt si quādo inde auderet exire, pœnas debitas lueret, per tres ibi annos sedisse perhibetur. Quod intelligitur habitasse. Dextera verò ipsa patris non ita dicitur secundum humani corporis formam, tanquā filio sit ipse ad sinistram, & ei secundū istos corporeos situs habitúsque membrorū filius collocetur ad dexteram: Sed ad dexteram Dei dicitur honoris & fœlicitatis inenarrabilis celsitudo. Sicut de sapiētia dictū legitur, Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Si enim subter iacuerit, terrena commoditas eum amplectitur: si desuper, amplectitur æterna fœlicitas. In sermone v. de Ascensione. Ait propheticus Psal. Dixit Dominus Domino. m. s. a. d. m. Secundum cōsuetudinem nostram illi consessio offertur, qui aliquo tempore perfecto victor adueniens honóris gratia promeretur vt sedeat. Ita ergo & homo Iesus Christus passione sua diabolum superans, resurrectione sua inferna reserauit, & tanquam perfecto opere ad cœlos victor adueniens, audiuit à Deo patre, Sede ad dexteram meā. Nec mirum si vnius sedis offertur filio consessus à patre, qui vnius est substantiæ vel naturæ cū patre. Cur autem ad dexterā filius esse dicatur, moueat aliquē fortasse. Licet enim dignitatis gradus non sit, vbi plenitudo Diuinitatis est: tamen ideo ad dexteram sedet filius, quia secundum Euangeliū, ad dexterā oues, ad sinistram verò constituentur

A hœdi: necesse est enim vt pascuarū patriam ouiū prius agnus attingat, & subsequuturo immaculato gregi locū dux immaculatus anticipet, sicut ait Ioan. in Apoc. d. Hi sunt qui sequuntur agnū Dei quocunque vadit: qui se cū mulieribus non inquinauerūt. Refert ergo propheta Dauid, Dixit Dominus Domino. m. s. a. dex. m. Hoc est, Dominus pater, Domino Deo Christo filio throni sui offert sublimē cōsessum: & honoris gratia ad dexteram suam illum in æterna sede constituit.

Exponitur eius sessio in ser. vij. de Ascensione Domini. Videamus quæ sit ratio quod idē Dominus sedens à Dauid ꝓphetatur, stās verò à Stephano prædicatur. Primū omnium Deus & incorporalis est & inuisibilis: est enim spiritus, sicut ipse Dominus ait: sedere igitur aut stare quomodo potest? aut deinde quali subselio sedeat Deus, qui infinitus est & immēsus & in cœlo & in terra, &
B solus seipsum cōtineat? Hoc ꝓpterea à sanctis viris dictū arbitror esse d e Domino, nō qđ sint cōtraria: sed vt modo eius potētia, modo misericordia describatur. Ait enim beatus Apostolus, qđ aduocatū habemus apud patrem Iesum Christū. Est ergo iudex Christus, cum resedit: aduocatus est Christianis, cū steterit. Sic enim stans apud patrē Christianorum, licet peccantium causas exorat: resedit autē cum patre, cum Pharisæorū peccata persequentium cōdemnat. Illis indignās, vehementer vlciscitur: his interueniens, leniter miseretur. Hîc stat vt suscipiat Stephani protomartyris spiritū: ibi resedit vt condemnet Iudæ proditoris cōmissum. Sedes Dei dicitur anima iusti. *Tom. VIII.* Super Psal. xlvj. Anima iusta regalis est sedes sapientiæ. Et reuera omnes homines qui bene viuunt, qui bene agunt, qui secundum charitatē per
C omnia cōuersantur, nōne Deus in illis sedet, & ipse iubet? Obtēperās anima sedenti in se Deo, & ipsa iubet in mēbris. Anima enim tua iubet membro tuo, quo moueatur pes, quo manus, quo oculus quo auris, & iubet ipsa mēbris tanquā famulis suis: sed & ipsa seruit interius insidenti sibi Domino suo. Nō potest inferiori se bene imperare, nisi superiori se non fuerit dedignata seruire. Super Apoc. homil. iij. Per thronum Dei aliquādo *Tom. ...* intelligitur anima sancta, sicut scriptum est. Anima iusti sedes est sapiētiæ. Aliquādo Ecclesia, in qua Deus habet sedē. Super Psal. lxxxviij. ser. ij. Sedes Christi Dei est oēs in qbus regnat. Super Psal. xcvj. Iusti sancti ex fide facti sunt sedes
D Dei. Sedet in ipsis iudicās ex ipsis & dirigēs eos.

In ser. de traditione symboli. Decebat tali gloria Christū qui de virgine nascebatur, in cœlū ascēdere: cui possibile fuit de inferis triūphare. Et necesse erat vt q. de regno ad mortē venerat, post mortē rediret ad regnū. Fuit in hoc salutaris & incōprehēsa mētibus humanis inter cœlū terram que cōmunio, vt sicut terra Dei filiū se suscepisse lætata est: ita cœlū filiū hominis accepisse gaudeat, vt cātatū est per Prophetā. Lætētur cœli & exultet terra. Nā sicut manifestū est terrā exultare de Deo: ita dubiū nō est cœlū gaudere de homine, vbi sedet ad dexterā patris, quod victoriæ munus

nimius est. Quod etiã ad dexterã patris sedet, Diuinitatis est priuilegium, & indiscretæ consortiũ charitatis. Et bene ad dexterã patris annuntiatur sedere, in qua nihil voluntatis suæ diabolus, qui totus est sinistræ, inuenit. In serm. xv. de Ascẽsione Domini. Nos qui & terra videbamur indigni hodie leuati sumus ad cœlum: & qui nec terrestria merebamur, cœleste regnũ meruimus possidere. Cœlorum transiuimus fines, & ipsa sede regali coronamur: & natura cuius causa Paradisus à Cherubin custodiebatur, hodie super Cherubin cum summo honore suscepta est. Ibidẽ infra. Consideremus quis est ille qui audit, Sede à dextris meis: Quæ natura est, cui Deus dixit, Esto meæ particeps sedis. Illa natura est, quæ audiuit, Terra es, & in terram ibis. Non enim ad omnem gloriam cœlos transisse sufficeret, non cum Angelis stare. Sedes transiit, Archangelos præcessit, supra Cherubin ascendit, vltra Seraphin eleuatur, nec ante stetisset, quàm sedem Dominicã meruisset. Vide quo spatio cœlũ superatur à terra, & quantum terra ab inferis: Ipsum cœlũ quantum ab altiore cœlo superatur, & de altiore cœlo quantum spatij est ad Archangelos superiores & potestates: ad ipsam Dominicam sedẽ super hæc omnia, nostra natura est eleuata: & homo qui tã humili loco tenebatur, vt non posset vlterius deprimi, ad tam excelsam sedem eleuatur, vt superius non possit ascendere. Et hoc ostendens Paulus aiebat, Qui ascendit, ipse est, & qui descendit ad inferiores partes terræ, & ascendit super omnes cœlos. Et inf. Quemadmodũ loquar, ignoro: quo sermone vtar, quo verbo dicam, referre non possum. Natura fragilis, natura contempta, omnibus deterior, omnia vicit, omnia superat, omnibus hodierna die meruit excellentior reperiri. Hodie Angeli vota diu desiderata receperũt. Hodie Archangeli quod multo tẽpore cupierũt inspicere valuerunt, naturam nostrã in sede Dominica gloria immortalitatis fulgẽtem viderũt. Hoc enim affectabãt Angeli, hoc desiderabãt Archangeli. Et si largito sibi honore humana natura eos superat, tamen nostris beneficiis gratulantur. Nam & nostris dolebant suppliciis: & quãdo puniebamur, ipsi quoque mira tristitia tenebantur: & Cherubin, licet Paradisum custodirẽt, nostris tamen suppliciis tristabantur. Et sicut seruus bonus cum à domino cõseruum suum custodiendũ susceperit, satisfacit quidẽ Dominicæ iussioni, sed tamen pœna conserui miro dolore contristatur: & sit licet seruitij necessitate cõstrictus, animo tamen non respuit charitatem: sic & Cherubin nouerat quidem custodire Paradisum, sed propter hominem dolebat honore custodiæ.

Quando prædicatur sedere debent auditores. Lib. de catechizãdis rudibus. Cũ prædicamus ad populũ etiã ipsi populo sedilia subiaceãt, ne quisquã infirmior stãdo lassatus à saluberrima intentione auersetur, aut etiã cogatur abscedere. Quis enim ferat arrogãtiã nostrã cũ viros fratres nostros, vel etiã quos maiori solicitudine curãdum est vt sint fratres nostri, corã nobis sedere nõ faciamus: & ipsum Dominũ nostrum, cui assistunt Angeli, sedens mulier audiebat? Sanè si aut breuis sermo futurus est, aut cõsessui locus aptus, nõ est quod stãtes audiãt. Verum vt dicit in lib. v. Homil. hom. xxvj. in princ. Ante aliquos dies ꝓpter eos q. aut pedibus dolẽt, aut aliqua corporis inæqualitate laborãt, paterna pietate solicitus cõsilium dedi, & quodammodo supplicaui, vt quãdo aut passiones prolixæ, aut certè aliquę lectiones longiores leguntur, qui stare non possunt, humiliter & cum silentio sedentes attentis auribus audiant quæ leguntur. Nunc verò aliquæ de filiabus vestris putãt, quod hoc aut omnes, aut certè plures quæ sanæ sunt corpore, frequenter debeant hoc facere. Nam vbi verbum Dei cœperit recitari, statim quasi in lectulis suis ita iacere volunt, atque vtinã vel iacerent tantummodo, & tacentes verbum Dei sitienti corde susciperent, non etiam ita se otiosis fabulis occuparent, vt qđ prædicatur nec ipsæ audiãt, nec alios audire permittant. Vnde rogo vos venerabiles filiæ, & solicitudine paterna cõmoneo, vt quãdo aut lectiones legũtur, aut verbũ Dei prædicatur, nulla se in terrã proiiciat, nisi fortè quã nimium grauis infirmitas cogit, sic tamen non iaceat, sed magis sedeat, & attentis auribus quæ prædicantur, auido corde suscipiat. In serm. iij. super illud quid vobis videtur de Christo cuius filius sit. Cũ itaque in cõgregatione Christianorum præpositi propter hoc eminentius sedeant, vt ipsa sede distinguantur, & eorum officium satis appareat: non tamen inflentur de sede, sed cogitent sarcinam vnde reddituri sunt rationem.

SEDVCERE. Super Ioannem. Si seducere est aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere: quærendum est vnde, & quò. Si à malo ad bonum, bonus seductor est: si à bono ad malum, malus seductor est.

SEMEN. Non ex seminibus fecit Deus primas plantas & herbas, sed potius semina ex herbis. Libr. j. super Gene. Semina orta sunt ex herbis & lignis, non autem illa ex seminibus, sed ex terra: præsertim quia verba Dei nõ sic habẽt, Germinent semina in terra herbam fœni & lignum fructuosum: sed ait, Germinet terra herbam fœni seminans semen: vt semen ex herba, non herba insinuaretur ex semine. De humano verò semine. Lib. j. quæstionum veteris & noui testamenti. q. xvij. Maledictus qui non reliquerit semen Israel. Maledictum illis competebat, qui cum possent ac vellent, Diuino obstante iudicio, steriles erant, ne fructũ haberent creationis Dei, quam spernebant. Vnde cũ viderẽt aut generare se non posse, aut genitos minimè possidere, cognoscerent indignantis Dei iram esse, & conuersi satisfacerent. Nam & sancti viri cũ cupidi essent filiorum, & non id obtinerent, existimabant peccata obstare, & dolebant, ignorantes Dei esse prouidẽtiam, cui seruabantur. Denique ad Dei procurationem, & Anna concepit, & peperit Samuelem, & Elizabeth Ioannem, & vxor Manue Samsonem. Spiritualis tamen intelligẽtia

in hac causa ista est, vt maledicti habeantur qui non reliquerint semen, quod videat Deum. i. qui non habuerint aut filium, aut seruum, aut proximū, qui Dei timorē doceat super terram. Dicitur semen causa imitationis. Lib. ij. contra Faustū. Si enim semen cuiusque non appellaretur nisi quod eius carne nasceretur, nec nos appellaret Apostolus semen Abrahæ, qui certè originē carnis ab illo non ducimus, sed imitatione fidei semē eius facti sumus credentes in Christum, cuius caro ex illius carne propagata est. *Tom. X.* Sanctum dicitur opus nostrum. Lib. v. Homil. homi. xviij. Seminationis nostræ mercedem non isto tempore quo seminamus speremus. Hîc enim bonorū operum messem cum labore serimus, sed in futuro fructus illius cum gaudio colligemus, secundum quod scriptū est, Euntes ibant &c. *Tom. IIII.* Dicūtur semina opera misericordiæ. Libr. de viij. quæstionibus ad Dulcitiū. q. iiij. Semen futuræ messis opera misericordiæ esse testis est Apostolus qui dicit, *Gal. 6.* Bonum autem facientes nō deficiamus, tēpore enim proprio metemus non deficientes. Et iterum, *2. Cor. 9.* Qui parcè seminat, parcè & metet. Quid autē fratres potentius, quàm vt regnū cœlorū nō solùm Zachæus emat dimidio omnium bonorū suorū, sed vidua duobus minutis: & tantundē ibi vterque possideat? Quid potentius quàm vt idem regnū & thesaurus diuitis, & calice aquæ frigidæ pauperi valeat? *Tom. IIII.* Vnde ad omnia perseuerātia opus est. Super epist. ad Gal. Bene seminare. i. bene operari facilius est, quā in eo perseuerare: Fructus enim solet laborē consolari. Messis autē nostra in fine promittitur: & ideo perseuerantia opus est. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Vnde in serm. ij. de martyribus. Semina nostra sunt, quicquid boni fecerimus. Manipuli nostri, quicquid in fine recipiemus. Si bona sunt semina, bona sunt opera. Sed alio modo & ad aliud ponit in serm. de amore Dei & sæculi, circa fi. Qui, inquit Christus, perdiderit animā suā propter me, inueniet illam. Duæ sunt inuentiones, & duæ perditiones. In medio est quæ transit vna perditio. Nemo potest animam suam perdere, nisi prius eam perdat. Inuenis eam in fide, quando perdidisti. Nā perditus eras antequā crederes: mortuus q̄ppe eras infidelitate, resurrexisti in fide. Inuenisti ergo animam in fide veritatis. Perde eam. i. corporalem vitā propter Christum exponendo, vt sit tibi semen anima tua. Nā & agricola triturando & ventilando inuenit triticum: & rursus seminando perdit triticum. Inueniatur ergo in area quod pereat in semēte, quod inueniatur in messe.

Tom. V. Senecæ tempora.

SENECA. Lib. vj. de ciuitate Dei, ca. iiij. Anneo Senecæ, quem nonnullis indiciis inuenimus Apostolorū nostrorum tēporibus claruisse, non quidem ex toto, verū ex aliqua parte, non defuit. Affuit enim scribenti, viuenti defuit. Ibidē infra, quod quāquam culpauerit cultū idolorū, idololatra tamē fuit. Iste quā Philosophi quasi liberū fecerunt, tamē quia illustris populi Romani senator erat, colebat, quod reprehendebat: agebat, quod arguebat: quod culpabat, adorabat: quia videlicet magnū aliq̄d eum Philosophia docuerat, ne superstitiosus esset in mūdo, sed propter leges ciuiū morésque hominum, nō quidem ageret fingentem scenicū in theatro, sed imitaretur in templo, eo dānabilius, quod illa, quæ mendaciter agebat, sic ageret, vt eum populus veraciter agere existimaret. Scenicus autē ludendo potius delectaret, quam fallendo deciperet. In epist. ij. ad Macedoniū. Ait Seneca (q̄ temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum Apostolum leguntur epistolæ) *Tom. II. Epist. 54.* Omnes odit, qui malos odit: & tamen ideo sunt diligēdi mali, vt non sint mali: quemadmodū nō vt permaneāt, sed vt sanentur diligūtur ægroti.

SENECTVS & Senex. Senectus nō est nisi longa infirmitas. Lib. de catechizādis rudibus. Quanta est vita hominis, aut si senescat, aut cū sibi homines optant senectutē, quid aliud optant, nisi longam infirmitatē? Differt senior à sene. *Tom. III.* Libr. loquutionum super Iosue, loquutione xxix. Senior non solū appellatur qui est infra ætatem senis, sed etiam valde senex. Vnde non omnis senior senex: Omnis autem senex senior dici potest. Debēt esse iuuenibus in exemplū. Lib. de singularitate clericorum. Senibus congruit fratrū imbecillitati consulere. Nec senectus perire prouocet iuuentutē, ex qua debent omnia salutaria documēta procedere. Sicut Eleazarus in lib. Machabęorū profitetur & dicit, *2. Machab. 6.* Præmitti malo in infernū, quam patrias leges desere re. Non enim ætatē nostrā dignū est fingere. Ille maluit vitam suā tormentis obiicere, quam cuiquam magister perditionis existere. Ratio est *Tom. II. Epist. 110.* quā ponit in gestis, siue in sermone, quando sibi successorem elegit de consensu suæ plebis, qui inter epistolas eius numeratur. Omnes in hac vita mortales sumus & dies huius vitæ vltimus est omni homini semper incertus: verūtamē in infantia speratur pueritia, & in pueritia speratur adolescentia, & in adolescentia speratur iuuentus, & in iuuentute speratur grauitas, & in grauitate speratur senectus, vtrum cōtingat incertum est, est tamen quod speretur. Senectus autem aliam ætatem quam speret non habet, incertum est enim ipsa senectus quandiu sit homini, illud tamē certū est nullā remanere ætatem quæ possit succedere senectuti. Super Psal. cxij. Sit senectus vestra puerilis, & pueritia senilis. i. vt nec sapientia vestra sit cū superbia, nec humilitas sine sapiētia. *Tom. IX.* Diffusius hoc declarat quales debent esse senes. Lib. de xij. abusionibus, ca. ij. Secūdus gradus abusionis est, si sine religione senex inueniatur: Cui cū membra exterioris hominis veterascunt, vires animi. i. interioris hominis mēbra incremēta roboris nō capiunt. Plus enim omnibus religiōni dare operā senibus cōpetit, quos pręsentis sæculi florida ætas trāsacta deseruit. Sicut nāque in lignis ipsa reproba arbor comparet, quæ post flores fructus optimos cultori suo nō exhibet: sic & in hominibus ipse reprobus est, quē flos iuuētutis deseruit, & tamen in sui corporis senectute

ctute bonorum operũ maturos fructus proferrre parui pẽdit. Quid enim ſtolidius fieri põt ſi mẽs ad perfectionem feſtinare non contendat, quãdo totius corporis habitus ſenectute confectus ad interitum properat? Dum oculi caligant, auris grauiter audit, capilli fluũt, facies in pallorẽ mutatur, dẽtes lapſi numero minuũtur, cutis areſcit, flatus nõ ſuauiter olet, pectus ſuffocatur, tuſsis cachinãt, genua trepidãt talos & pedes tumor inflat, etiã homo interior (qui nõ ſeneſcit his omnibus aggrauatur. Et hæc omnia ruiturã iam iamq; domũ corporis citò prænũtiãt. Quid ergo ſupereſt, niſi vt dũ huius vitæ defectus appropinquat, nihil aliud cogitare quàm quomodo futura habitatio proſperè cõprehẽdatur quiſque ſenex appetat? Iuuenibus enim incertus huius vitæ terminus inſtat, ſenibus verò cunctis maturior ex hac luce receſſus. Cauẽdæ ergo ſunt homini duæ particulæ, quæ & in illius carne nõ veteraſcũt, & totũ hominẽ ad peccatũ trahũt: cor videlicet, & lingua: quia cor ſemper nouas cogitationes machinari nõ deſinit, lingua impigrè loquitur quæcunque machinari ſenſerit. Caueat ergo ſenilis ætas, ne iſtæ iuueneſcẽtes particulæ totã ſui armoniã decipiãt, & per res ineptas reliquã corporis grauitatẽ illudãt. Vnicuique enim cõſiderandũ eſt, qđ ætate eminenti dignũ ſit: vt hoc agat qđ nec vitã, nec ætatẽ, nec miniſteriũ vile reddat. In ſerm. de Iacob & Eſau. Vbi ſenectus, ibi vetuſtas. Per ſenectutẽ enim intelligo vetuſtatẽ, & per vetuſtatẽ intelligo vetus teſtamentũ. Et ibid. infra. Spirituales ad minorẽ filiũ pertinẽt: q.a prior eſt carnalis, & poſtea ſpiritualis. Ideo maiorẽ filiũ dicit Eſau, quia nemo fit ſpiritualis niſi ex carnali: ſed ſi perſeueret imprudẽtia carnis, ſemper erit Eſau: ſi autem fiat ſpiritualis, eſt filius minor: Sed ipſe ſenior erit, ille enim tempore præcedit, iſte virtute.

Tom. I. Ser. ord. 33. Tom. X.

SENSVS. Definitur ſenſus. Lib. de quantitate animæ. Senſus eſt corporis paſsio per ſeipſam non latens animam. Diſtinguitur libro ij. de verbis Domini. Senſus carnis huius quinque inueniũtur, in oculis viſus eſt: auditus in auribus: odoratus in naribus: guſtus in faucibus: tactus in omnibus mẽbris. Alba & nigra & quoquomodo colorata, lucida & obſcura videndo ſentimus: rauca & canora audiendo ſentimus: ſuaue olentia & graue olentia odorando ſentimus: dulcia & amara guſtando ſentimus: dura & mollia, leuia & aſpera, calida & frigida, grauia & læuia tãgendo ſentimus. Et hæc quinque gemina ſunt: quia duo ſunt oculi: duæ aures: geminæ nares: in faucibus verò. i. ſenſu guſtãdi, geminatio quædã inuenitur, quia nihil guſtãdo ſapit, niſi lingua & palato tãgatur. Voluptas carnis quæ ad tactũ pertinet, occultius geminatur: eſt tamẽ & forinſecus & intrinſecus, ergo & ipſa gemina eſt.

Lib. 4. Tom. III.

Cauſa vel modus diſtinctionis eorũ. Libr. iij. ſuper Gene. Sunt qui ſubtiliſsima conſideratione iſtos quinque manifeſtiſsimos corporis ſenſus ſecundũ quatuor vſitata elemẽta ita diſtinguãt, vt oculos ad ignẽ, aures ad aerem dicant pertinere.

A Olfaciendi autem & guſtandi ſenſum, naturæ humidæ attribuunt: & olfactũ quẽdam iſtis exhalationibus humidis quibus craſſatur huius aeris ſpatium in quo aues volitant: guſtum verò iſtis fluxibilibus & corpulentis humoribus. Nã quæcũque in ore ſapiunt, ipſius oris humori cõmiſcentur, vt ſapiant, etiam ſi arida cum acciperentur fuiſſe videãtur. Tactus aũt qui eſt quintus in ſenſibus, terreno elemento magis congruit: proinde per totũ corpus animãtis, quod maximé ex terra eſt, quæcũque tacta ſentiuntur. Dicunt etiam nec videri poſſe ſine igne aliq.d, nec tangi ſine terra. Ac per hoc elemẽta omnia in omnibus ineſſe, ſed vnũquodque eorũ ex eo quod amplius habet accepiſſe vocabulũ.

Quinq; ſenſus ad quinque elemẽta referri.

B Subtilius diſtinguit ibid. inf. Quãto aliquid ſubtilius eſt in natura corporali, tanto eſt vicinius naturæ ſpirituali, quãuis longe diſtante genere, quanto quidẽ illud corpus eſt, illud nõ eſt. Ac per hoc quoniam ſentire non eſt corporis ſed animæ per corpus, licet acutè diſſeratur ſecundũ diuerſitatem corporeorum elementorũ ſenſus eſſe corporis diſtributos, anima tamen cui ſentiendi vis ineſt, cum corpora nõ ſint, per ſubtilius corpus agitat vigorẽ ſentiendi. Inchoat itaque motũ in omnibus ſenſibus à ſubtilitate ignis, ſed non in omnibus ad idẽ peruenit. In viſu enim peruenit repreſſo calore vſque ad eius lucem. In auditu vſque ad liquidiorem aërem calore ignis penetrat. In olfactu autem tranſit aërem purum, & peruenit vſque ad humidã exhalationẽ, vnde craſsior hæc aura ſubſiſtit. In guſtu autẽ trãſit &

Cap. 5. Senſus ex anima, anima per ignẽ vim ſentiẽdi miniſtrat.

C peruenit vſque ad humorẽ corpulentiorem: quo etiã penetrato atque traiecto, cum ad terrenam grauitatẽ peruenit, tãgendi vltimum ſenſum agit.

Conuertimur ex conſuetudine ad ſenſibilia. Lib. xj. de Trinitate, cap. j. Ex illo ordine conditionis noſtræ quo mortales atque carnales effecti ſumus, facilius & quaſi familiarius viſibilia quã intelligibilia pertractamus. Cum iſta ſint exterius, illa interius, & iſta ſenſu corporis ſentiamus, illa mente intelligamus, nóſque ipſi animi nõ ſimus ſenſibiles. i. corã, ſed intelligibiles, quoniã vita ſumus: tamen vt dixi, tãta facta eſt in corporibus cõſuetudo, & ita in hæc miro modo relabens foras ſe noſtra proiecit intẽtio, vt cum ab incerto coram ablata fuerit, & in ſpiritum multò certiore ac ſtabiliore cognitione figatur, refugiat ad iſta, & ibi appetat requiẽ vnde traxit in-

Tom. III.

D firmitatẽ. Cuius ægritudini cõgruendum eſt, vt ſi quando interiora ſpiritualia accõmodatius diſtinguere atque facilius inſinuare conamur, de corporalibus exterioribus ſimilitudinum documenta capiamus. Excedunt nos animalia in corporalibus ſenſibus, ſed non in aliis. Lib. xj. de ciuitate Dei, cap. xxvij. Licet quibuſdam animãtibus ad iſtam corporalem lucem contuendam, multò plus nobis ſit acrior ſenſus oculorum: ſed lucem illam incorpoream contingere nequeunt, qua mens noſtra quodammodo irradiatur, vt de his omnibus rectè iudicare poſsimus. Nam inquantum eam capimus, intantum id poſſumus. Veruntamen ineſt ſenſibus in rationalium ani-

Tom. V.

A malium,& si scientia nullo modo,aut certè quę-
dã scientiæ similitudo:cætera autem corporaliũ
rerũ non quia sentiunt,sed quia sentiuntur,sensi-
bilia nuncupãtur. Quorum in arbustis hoc simi-
le est sensibus, quod aluntur & gignuntur. Ve-
runtamen & hæc & omnia corporalia latẽtes in
Iudicium in natura causashabẽt,sed formas suas varias quibus
intellectu nõ mundi huius visibilis structura formosa est, sen-
in sensu. tiendas sensibus prębent,vt pro eo quod nosse nõ
possũnt,quasi innotescere velle videantur. Sed
nos ea sensu corporis ita capimus, vt de iis non
sensu corporis iudicemus. Habemus enim aliũ
interioris hominis sensum, isto præstantiorem,
quo iusta & iniusta sentimus:iusta per intelligibi
lem speciem,iniusta per eius priuationẽ. Ad hu-
ius sensus officium,non acies pupillæ,non forma
auriculæ, non spiramenta narium, non gustus
faucium,non vllus corporeus tactus accedit. Ibi
B me & esse,& hoc nosse certus sum,& hoc amo,at
Tom.IIII. q; amare me similiter certus sum. Effecti sumus
post peccatũ magis dediti sensibus exterioribus,
quàm interioribus. Lib.lxxxiij.quæstionũ. Quin
que carnalibus sensibus prima hominis imbuitur
ætas necessitate naturæ mortalis,qua ita post pec
catum primi hominis nati sumus,vt nondum il-
lustrati luce mentis, carnalibus sensibus subditi,
carnalem vitam sine vlla veritatis intelligentia
Homil.35. transeamus. Sed de sensuum custodia. Libr. v.
Tom.X. homil. Quando tibi aliqua publica tribulatio na-
ta fuerit,rabiem ac sæuitiã leonis intellige. Quã-
do te malæ concupiscentiæ ad auaritiam vel lu-
xuriã calida seductione solicitant,draconis blan-
dimenta cognosce. Si ergo fidem rectam cupis fi
deliter custodire, in aduersis fortis esto cõtra le-
C onis sæuitiam. Si verò virginitatem animæ inte-
gram seruare desideras, quantum potes obserua
blandimẽta draconis, ne fortè si incautus fueris,
quinque sensus qui inte sunt quasi quinque virgi-
nes permittas à serpente corrũpi. Quicquid enim
pulchrescit visu,quicquid dulcescit gustu, quic-
quid blãditur auditu,quicquid lenocinatur odo-
ratu, quicquid mollescit tactu, in iis omnibus,si
incauti fuerimus surrepentibus concupiscentiis
Hiere.9. malis, animæ virginitatẽ corrũpi permittimus,
& impletur in nobis illud quod per Prophetam
dictum est, Intrauit mors per fenestras nostras.
Per hos enim quinque sensus quasi per quas-
dam ianuas,aut mors,aut vita ad animam nostrã
ingreditur. Vnde in serm. de accedentibus ad
D gratiam. Multæ sunt artes inimici:omnium tamẽ
artium suarũ venena omnésque decipulas quin-
que his sensibus nostris opponit oculis advidẽdũ,
auribus ad audiendum, naribus ad odorandum,
linguæ ad loquendum, manibus ad contrectan-
dum. Armat oculos ad illicitos visus:& militi
Christi, iam sibi renuntianti,pulchras species va
riásque demonstrat:quibus tangens certantis a-
spectum,per scelerum nũtios adulterinas macu-
las infundat in corda, singulósque tentans vt
captiuos teneat oculos nostros insidiatores no-
bis excitat alienos. Fornicatio enim mulieris in
extollentia oculorum eius,& in palpebris illius
cognoscetur. Et qui viderit mulierem ad concu-

piscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.
Grauis pugna molestáque causa. Nondũ enim
ipsum flagitium paria coniunxerat membra,&
solo intuitu adultera iam iudicata est anima. Nec
dum penè criminis instituta est causa,& à cordiũ
inspectore recitata est iusta sentẽtia. Vides ergo
magnum periculum, Christi miles:sed fac quod
te tuus docuit cãpi ductor. Si,inquit, oculus tuus
scandalizat te,erue eum & proiice abs te.i.abscin
de à corde tuo ipsam malæ suggestionis intẽtio-
nem,& abstulisti membrum te scandalizans, in-
tegritate corporis permanente. Similiter cum
ille nefandus inimicus auribus permalè suauem
& turpissimam cantilenam,turpem infundit au-
ditum,& per linguas vibratas & odiosas irã mit-
tit in corda: Abscinde hos sensus suggerentis ini-
mici. Lingua exitatur ad inflammandas lites,ad
inimicitias exercendas, ad blasphemias ac turpi-
loquia:conuerte hoc organũ ad artificem suum
vt labia tua ipse aperiat, & os tuum annuntiet
laudes eius. Illicitis odoratibus captat olfactum,
manus armat ad fraudes,& auaritiam corde con-
ceptam,radicem omnium malorum,altius inflã-
mat intrinsecus,vt effectus quis auarus,velit esse
suũ propriũ,quicquid pretiosum tetigerit alienũ:
modo hæc verba sunt abscindenda, vt abscindas
malam concupiscentiam cordis,& radices am-
putes auaritiæ & rapacitatis. sic conuertes vsus
membrorum,in artes bonorum operũ. Solùm
ad sensibilia sensus corporis valent deseruire. *Tom.VIII.*
Super Psalm.cxlvj. Caro ista per quinque nunti-
os quosdam, quos appellamus sensus,percipit nõ-
nisi corporalia: intelligibilia verò & spiritualia
mente capiuntur. Sed de sensu interiore. Lib.
de vera religione. Intueri oportet pulchritudinẽ
cœli,ordinem syderum,candorem lucis,dierum *Cap.29.* *Tom.I.*
& noctium vicissitudines,lunæ menstrua,curri-
cula, anni quadrifariam temperationem quadri-
partitis eleemosynis congruentem,tantã vim se- *Humanę na-*
minum,species numerósque gignentium,& om- *turæ præ-*
nia in suo genere modum proprium naturám *minentia.*
que seruantia. In quorum consideratione, non
vana & peritura curiositas exercẽda est, sed gra-
dus ad immortalia & semper manentia faciẽdus.
Proximum enim est attendere quæ ista sit natura
vitalis,quæ cuncta ista sentit,quæ profecto quo-
niam vitam dat corpori, præstantior eo sit ne-
cesse est. Non enim qualiscunque moles, quan-
quam ista visibili luce præfulgeat, si vita careat
magna æstimanda est. Quælibet nanque viua
substantia, cuilibet non viuæ substantiæ naturæ
lege præponitur. Sed quia irrationalia quoque
animantia viuere atque sentire nemo ambigit,
illud animo humano præstantissimũ est, nõ quo
sentit sensibilia,sed quo iudicat de sẽsibilibus. Nã
& vident acutius, & cæteris corporis sensibus a-
crius corpora attingũt pleræq; bestiæ qua homi-
nes:sed iudicare de corporibus nõ sentiẽtis tantã
vitæ,sed etiã ratiocinãtis est:qua illæ carent,nos
excellimus. Iam verò illud videre facilimũ est,
præstantiorem esse iudicantem, quam illa res est
de qua iudicatur. Non solùm autem rationalis
vita de sensibilibus,sed de ipsis quoque sensibus

iudicat: cur in aqua remum infractum oporteat apparere cum rectus sit, & cur ita per oculos sentire necesse sit: nam ipse aspectus oculorum id renuntiare potest, iudicare autem nullo modo. Quare manifestum est, vt sensualem vitam corpori, ita rationalem vtrique præstare.

Et ipsos interiores declarat & distinguit. Lib. de spiritu & anima quarto capite. Sensus verò vnius est in anima, & quod ipsa. Et cum corpus non sit, corporeus dicitur: qui & ob numerum elementorum quinquepartitus dicitur, cum intus non sit vnus. Veruntamen propter varia exercitia variatur & variè nuncupatur, Dicitur nāque sensus imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia: etiam hæc omnia in anima nihil aliud sunt quam ipsa, sed aliæ & aliæ inter se proprietates propter varia exercitia, sed vna essentia rationis & vna anima: proprietates quidem diuersæ, sed essentia vna: secūdū exercitium multa sunt, secundum essentiam verò vnum sunt in anima, & idem quod ipsa. Et sicut mundus iste visibilis quinquepartita quadam distinctione est ordinatus, terra scilicet & aqua, aere, æthere siue firmamento, ipso quoque supræmo cœlo quod epyreum vocant: Sic animæ in mundo sui corporis peregrinanti quinque progressus sunt ad sapientiam, sensus scilicet, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia Quinque enim progreßionibus rationalitas exercetur ad sapiētiam, & quatuor affectibus ad charitatem: quatinus nouē istis progreßionibus in semetipsa proficiens anima, sensu & affectu, quaternis q̄busdā pedibus, quæ spiritu viuit, spiritu ambulet, vsque ad Cherubin & Seraphin, idest vsum ad plenitudinem scientiæ, & regnum charitatis, habeátque anima per exercitium virtutes quarum facultates habet per naturam. Et hos progressus nominibus & ordinibus angelorum cōparare prudenti lectori relinquo. Facile siquidem erit ei, si sciat aptare sensum qui primus nuntius est animæ, Angelis qui nuntij vocantur: imaginationem Archāgelis: odiū mundi † virtutibus: odium sui † potestatibus: rationem principatibus: amorem proximi dominationibus: intellectum thronis: Intelligentiam Cherubin: amorem de Seraphin. Timor nanque de suppliciis, & dolor de peccatis, faciunt contemptum sui & mundi, vt cū virtutibus faciat mirabilia, & cum potestatibus expellat dæmonia. Spes de promißis, & gaudium de præmiis, facit amorē Dei & proximi.

Tom.III. — *† Aliàs, timorē virtutibus.* — *† Aliàs, dolorem potestatibus.*

Sed de vnitate & perfectione sensus interioris. Lib. de vera innocentia: Sensus corporis corporalia nuntiant cordi. Et non omnium eadem facultas est, quia non vnde videtur inde auditur: nec vnde sapor inde odor capitur: nec hi mysterij sine tactu ad leuia & aspera, frigida & calida, sicca & humida discernenda sufficiunt. In corde verò animus sensu suo tantum diiudicet, & omnes varietates vno motu attingit quicquid discretionis inter bona & mala, iusta & iniusta rationabiliter inuenit, vnius est intētionis effectus: vt ibi imago Dei appareat, vbi vnum idém-

Cap.334. Tom.III.

A que est, quod mens nūcupari potest. Interior & exterior distinguitur. lib. de spiritu & anima. Duplex quidē vita est animæ, alia qua viuit in carne, alia qua viuit in Deo. Duo siquidē sunt sensus in homine, vnus interior, & alius exterior, & vterque bonum suum habet in quo reficitur. Sēsus interior, reficitur in contemplatione diuinitatis: sensus exterior, in contemplatione humanitatis. Propterea Deus homo factus est, vt totū hominem in se beatificaret, vt tota conuersio hominis esset ad Deū, & tota delectatio esset in illo, cum à sensu carnis videtur per carnē, & à sensu mentis videretur per diuinitatis contemplationem. Hoc autem erat totum bonum hominis, vt siue ingrediatur, siue egrediatur, pascua in factore suo inueniret: Pascua foris in carne saluatoris, & pascua in B tus in Diuinitate creatoris. Hoc bonum magnum sequutū est malum, quoniā perdito bono quod intus erat, egressa est anima ad bona aliena quæ foris erant, & pactum fecit cum delectationibus sæculi, requiescēs super illas, nō attendens absentiā boni sui interioris, eo quòd consolationes suas cerneret in bonis alienis. Nam cum exterior sensus carnalis bono suo vtitur, interior sensus mentis quasi obdormit. Non enim cognoscit bona interioris sensus, qui iucunditate bonorum exteriorum capitur. Nam qui in carne viuit, in carne sentit, & dolores carnis fugit inquantum potest: vulnera autē animæ prorsus ignorat, nec medicinam quærit in eis. Cum autem mortuus fuit sensus animæ quo viuit in carne, tunc viuifi- C cari incipiet sensus ille, quo sentiet semetipsum, & tunc sciēt dolores suos, & sentire incipiet vulnera sua tanto grauius quanto propius. Magis enim obest malum quod est magis intimū, & magis prodest bonū quod est magis intimū. Perficientur prædicti sensus post resurrectionem. Eodem lib. Sensus iuuatur exterius, quia oculus carnis, quamuis ex natura habeat facultatem videndi, nunq̄ tamē per se consequitur visionē, nec auris auditū, nec ex beneficio lucis exterioris & soni. Imaginatio iuuatur exterius quia ex sensibilibus concipitur. Ratio iuuatur interius, quia spiritus rationalis dono creationis humilis ad cognoscēdū verū, & diligēdū bonū, nisi radio interioris lucis fuerit perfusus, & calore succensus, nunq̄ cōsequitur sapiētiæ cognitionē vel charitatis affectū. Intellectus & intelligētia iuuatur supe- D rius, quia Deus ignis & lux est. Lux ergo splēdorē emittēs ex se quē retinet in se, illuminat intelligētiā ad cognitionē veritatis. Ignis verò de se calorē emittēs sed nō amittēs, inflamat affectū ad amorem virtutis. Et sicut solem non videt oculus nisi in lumine solis: sic verū ac Diuinū lumen nō poterit videre intelligētia nisi in ipsius lumine: Domine, inquit Propheta, in lumine tuo videbimus lumen. Cū enim mortale hoc induerit immortalitatē, & corruptibile hoc induerit incorruptionē, tūc mēte pariter & corpore spūales effectus scd'm modulū nostrū p̄mētus illuminationē oīa sciemus, & p̄ corporis corruptibilis leuitatē vbiq; esse poterimus. Volabimus mēte p̄ cōtēpla

Cap.9. Tom.III.

Cap.12. Sensus interiores & exter. ... nibus inuenitur.

tionem,volabimus corpore per incorruptionẽ. Discernemus mente,discernemus & corpore, cũ sensus nostri corporei vertentur in rationem,ratio in intellectũ,& intellectus in intelligentiã,& intelligentia mutabitur in Deum. Sensu visibilia percipiuntur,in imaginatione continentur visibilium imagines & similitudines. Ad rationem pertinent visibilium rationes & definitiones, & inuisibiliũ inuestigationes.ad intellectũ & intelligentiã spectant spiritualiũ & Diuinorum comprehensiones & contẽplationes. Sensus verò & imaginatio ad rationẽ non ascendũt, sed infra remanentes eam aliquatenus deducere possunt, & quasi à longe quædam ostẽdere,ad quæ non possunt peruenire.Simili quadã proportione intellectũ & intelligentiã ratio iuuare potest,sed ad statũ eorũ non potest ascendere, quoniã metas suas & fines suos proprios habet quos trãscendere nõ potest.Sensum & imaginationem cũ cæteris animalibus cõmunia habemus. Vident si quidẽ visibilia & visorum recordantur. In quibusdã etiã sensibus nos superant,quoniam iustũ fuit vt brutis animalibus quibus nihil dandum erat in intellectu,aliquid amplius daretur in sensibus. Et econtrario tanto maior necessitas inducitur homini exercendæ rationis,quanto maiorẽ patitur defectum sensualitatis.Ratio autem inde incipit, vnde aliquid occurrit quod nobis cum animalibus non sit cõmune.Quædam enim sunt infra rationem,quædã iuxta rationẽ,quædam supra rationem.Infra rationem sunt quæ sensu percipimus,sicut dura & mollia,calida & frigida, nigra & candida.Iuxta rationem & peruia rationi,quę ratione percipimus,sicut commoda & incõmoda,vera & falsa,iusta & iniusta.

Ratio quid. Ratio siquidẽ animi motus est visum mentis acuens, veráque à falsis distinguens.Supra rationem sunt, quæ nec sensus docet,nec ratio persuadet, sed aut Diuina reuelatione comprehenduntur,aut scripturarum authoritate creduntur,sicut Deum in vna substãtia trinum,& in tribus personis substantialiter vnũ.Deus quidem est rerum vniuersitas, ita quod nulla singularum:& ita motibus rationis nõ subiacet,quia ratio non est nisi de re aliqua.

Tom.X. Corporei sensus spiritualiter possunt intelligi.Libro de verbis Apostoli,serm.xvij.Si habes sensus interiores,omnes illi delectantur delectatione iustitiæ.Si habes oculos interiores,vides iustitię lumen:Quoniã apud te est fons vitæ &c. de illo lumine dicit Psal.Illumina oculos meos ne vnquã &c.Item si habes interiores aures, audis iustitiã. Tales aures quærebat,qui dicebat,Qui habet aures audiendi audiat.Si habes olfactum interiorẽ, audi Apostolũ,Christi bonus odor sumus Deo in omni loco.Si habes gustũ interiorem,audis,Gustate & videte quàm suauis est dominus.Si habes tactũ interius,audis qđ spõsa cãtat de spõso,Sinistra illius sub capite meo,& dextera illius amplexabitur me.

Psal.35. Psal.12. 2.Cor.2.

Cap 14. Tom.IX. Vnde sic orat ad Deũ. Lib.soliloqorũ ad Deũ. Amẽ te Deus meus,adiutor meus, turris fortitudinis mihi,spes mea dulcis in omni tribulatione mea.Amplectar te bonũ, sine quo

A nihil est bonũ:fruar te optimo,sine quo nihil est optimũ.Aperi penetralia aurium mearũ verbo, quod est penetrabilius omni gladio ancipiti:vt audiã vocẽ tuam.Intona Domine desuper voce grãdi & forti.Tonet mare & plenitudo eius,cõmoueatur terra & omnia quæ in ea sunt.Illustra oculos meos lux incõprehẽsibilis fulgura coruscationem, & dissipa eos vt non videant vanitatem.Fulmina multiplica & conturba eos:vt appareant fontes aquarũ,& reuelẽtur fundamenta orbis terrarũ.Tribue visum lux inuisibilis,qui te videat.Crea nouũ olfactũ odor vitæ,qui post te in odorẽ vnguentorũ tuorũ currat.Gustũ sana,q sapiat & cognoscat & discernat,quã magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quã abscondisti timẽtibus te,sine iis qui pleni sunt charitatis tuę. Da cor quod te cogitet,animũ qui te diligat, mẽ- B tem quæ te colat,intellectum qui te intelligat, rationẽ quę tibi summe sempér, dulciter fortiterq; adhæreat.Te sapienter amor sapiens diligat.

SENTENTIA. Sententiæ propriæ nullus debet adhærere. Lib.ij.de origine animæ ad Petrum cõtra Vincentiũ. *Cap.16. Tom.VII.* Vincẽtius Victor in exordio primi libri sui modestè atque humiliter præloquutus est,dicẽs:Cũ tibi parere desidero, notã præsumptionis incurri. Et paulò pòst, Quandoquidem,inquit,ne mihi ipse sum credulus,ea quæ dixero posse probari:studeámque semper propriã sentẽtiam nõ tueri,si improbabilis detegatur,& sic mihi cordi proprio dãnato iudicio,meliora magis,& quę sunt meliora sectari.Nam vt est optimi propositi laudandíque cõsilij,facilè ad veriora traduci:ita improbi obstinatíque iudicij est,nolle citius ad tramitem rationis inflecti. C Lib.iij.contra Cresconium grãmaticum versus principium. *Cap.3. Tom.VII.* Sicut laudabile est à vera sententia non moueri:ita culpabile, persistere in falsa:quam nunquam tenere, prima laus est:secunda,mutare:vt aut ex initio vera permaneat,aut mutata falsa,vera succedat. Dicit tamen eodem libro,infra. Suis institutis iniquitas delectatur,& semetipsam non deserit,cum semel præcipitata corruerit. Et tamen dicit in eodẽ. *Cap.7.* Potest fieri, vt traditores traditor condemnet.

Sententia reprobatur,li.iiij.contra eundem.Si bis damnato,tertium factum quod iam pro illo factum est iudicium sufficientissimè suffragatur: cur semel non damnato non sufficere ad absolutionẽ secũdũ,tertiũ,quartũ quintúmque iudiciũ, D nescio quæ ferrea frõte cõtendis? *Tom.II. Epist.65.* Ad præceptũ Dei propria sentẽtia est imitanda.in epist.ad Paulinũ & Therasiam.Ad volũtatẽ Dei,cuius excellẽtiã nõ est fas recusare, & omnipotẽtiã nõ licet euitare,nostræ voluntatis sententiã debemus mutare,quãtũcũque videatur iusta.Neque enim malum fuit Abrahæ enutrire & educare filium: sed repente iussus occidere,mutauit vtique nõ prius malam sententiam,sed quæ mala esset, si mutata non esset. *Tom.II. Epist.137. 2.quadr. nomen.* De iudiciali verò sententia. In epistola ad clerũ & seniores plebis Hipponẽsis.Nomẽ presbyteri ꝑpterea nõ ausus sum de numero collegarũ eius vel supprimere vel delere, ne Diuinæ

uinæ poteſtati, ſub cuius examine cauſa adhuc pẽdet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudiciũ meo vellem præiudicio præuenire: quod nec in negotiis ſæcularibus iudices faciunt, quando cauſæ dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, vt pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in Epiſcoporum concilio conſtitutum eſt, nullũ clericum qui nondum conuictus ſit, ſuſpendi à cõmunione debere, niſi ad cauſam ſuam examinandam ſe non prǽſentauerit. Nos in quenquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conuictum, aut ſponte confeſſum. Multi corriguntur vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi neſciuntur, donec veniat Dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum. Non eſt ferenda ſententia ex ſuſpicione, vel ex proprio arbitrio. In homil. de pœnitentia. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Suo domino ſtat aut cadit. Noluit enim Apoſtolus hominẽ ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis, vel etiã extraordinario vſurpato iudicio, ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinẽ Eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatũ atque cõuictũ. Alioquin cur dixiſſet, Si quis frater nominatur, aut fornicator, aut idolis ſeruiẽs, aut auarus, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cũ huiuſmodi nec cibum ſumere, niſi quia eã nominationem voluit intelligi quæ fit in quenquã, cũ ſententia ordine iudicario atque integritate profertur? Nã ſi nominatio ſola ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes, quia ſæpe falſò in quoquã crimina nominantur. Non ergo illi quos monemus agere pœnitentiam quærant ſibi comites ad ſupplicium, nec gaudeant quia plures inueniunt ſibi ſimiles. Nam non propterea minus ardebũt, quia cum multis ardebunt.

SEPARATIO. Quando corporalis ſeparatio faciẽda eſt à malis. Lib. quæſtionũ ſuper lib. Numeri. q. xxvij. Notãdũ eſt tũc iubere Dominũ ſeparationẽ fieri corporalẽ, cũ iã vindicta imminet malis. Sic Noë cũ domo ſua ſeparatur à cæteris diluuio perituris. Sicq; Loth cum ſuis ſeparatur à Sodomis igne cœlitus conſumẽdis. Sic ipſe populus ab Aegyptiis marinis fluctibus obruendis. Sic Moſes à ſynagoga Chore Dathan & Abiron, qui ſe primitus per ſeditionẽ abrũpere voluerunt, cũ quibus tamen ſancti antea viuẽtes & cõuerſantes, & cũ cæteris quos reprobat Deus, cõtaminari tamẽ ab eis minimè potuerũt: nec ſeparari iuſsi ſunt, quãdo vindictã Dominus, ſiue differebat, ſiue talẽ adhibebat, qua innocẽtes periclitari lædíue poſſent, ſicut ſerpentium morſibus, ſicut ſtrage moriẽtiũ qua Deus quẽ volebat ſicut volebat alio percutiebat intacto, non ſicut aqua diluuij, aut ignea pluuia, aut aqua maris, aut hiatu terræ, quæ permixtos poterat pariter abſumere: non quia & ibi Deus ſuos cõſeruare nõ poſſet, ſed quia opus erat tentatione miraculi, vbi ſeparatio fieri poterat, vt vel aqua, vel ignis, vel hiatus terræ quos inueniſſet auferret. Sic & in fine à zizaniis ſeparabũtur frumẽta, & malos cremãtibus flammis, iuſti fulgeãt ſicut ſol in regno patris eorũ. A qbus fiat ſeparatio, & quomodo, dicit li. iij. cõtra epiſtolã Parmeniani. Corporis ſeparatio, de qua hîc Apoſtolus, eſtquę nõ fit ab eis malis q Chriſtiani nõ ſunt, ſed ab eis qui Chriſtiani ſunt: Cordis autem ſeparatio ab omnibus malis faciẽda eſt. *Cap.2. Tom. VII.* Et infra circa mediũ dicti libri. Incõcuſſum firmúmque teneamus, nullos bonos ab Eccleſia ſe poſſe diuidere. i. nullos bonos etiãſi cognitos ſibi malos patiãtur, vbicũque verſantur propter eos ſe à lõge poſitis & incognitis bonis temerario ſchiſmatis ſacrilegio ſeparare: vt in quacunque parte terrarum vel facta ſunt iſta, vel fiunt, vel futura ſunt cæteris terrarum partibus longe poſitis, & vtrum facta ſint, vel cur facta ſint ignorãtibus, & tamen cũ orbe terrarũ in vnitatis vinculo permanentibus, ea ipſa ſit firma ſecuritas, nõ hoc potuiſſe facere, niſi aut ſuperbiæ tumore furioſos, aut inuidẽtiæ liuore veſanos, aut ſæculari commoditate corruptos, aut carnali timore peruerſos. *Cap.5.* Quibus omnibus cauſis efficitur, vt vel boni falſis criminibus infamẽtur, vel temerè de bonis falſa credãtur, vel etiã mali qui pro vnitatis vinculo tolerati nihil obſunt bonis, diſrupta bonorũ pace peruerſiſsimè fugiãtur, cũ vexationi frumentorũ nõ parcitur, vſurpantibus ſibi hominibus ante meſſem, quod angeli in meſſe ſunt facturi. In ſerm. iij. cõtra Petilianũ, ante mediũ. Licet à vobis interim vita & moribus, corde ac voluntate ſeparari atque diſcedere: quæ ſeparatio ſemper oportet vt cuſtodiatur. Corporalis aũt ſeparatio ad ſęculi finẽ fideliter, patiẽter, fortiter expectet. *Cap.4. Tom. VII.* Li. poſt collationẽ cũ Donatiſtis ante mediũ: probat vltimã ſeparationem non obeſſe corporalem coniunctionẽ per hæc verba. Hoc agebamus etiam ſimilitudinibus Euangelicis, vt cauſa & perſona zizaniorum non præiudicaret, quamuis in eodẽ agro eadẽ pluuia ſimul creſcerent, vſque ad meſſem, quando ſeparari oporteret. Vt cauſa & perſona paleæ non præiudicaret perſonæ frumenti, quamuis in eadem area ſimul triturarẽtur donec nouiſsima ventilatione ſepararentur: *Mat.25.* vt cauſa & perſona hœdorum, & perſonæ tritici non præiudicaret cauſæ & perſonæ ouium, quãuis cõmunibus paſcuis vtraque pecora permixta ſeruentur, donec à paſtore ſummo, in iudicio nouiſsimo, *Mat.13.* alij ad ſiniſtrã, alij ad dexterã ſegregẽtur. Vt cauſa & perſona piſciũ malorũ nõ præiudicaret cauſæ & perſonæ piſciũ bonorũ, quãuis intra eadẽ retia tenerẽtur in extremo littore ſeparãdi. Hoc eſt in fine maris, qđ ſignificat finẽ ſæculi. Quibus parabolis & figuris Eccleſia prænũtiata eſt vſq; ad finẽ ſæculi bonos & malos ſimul habitura, ita vt nec bonis mali obeſſe poſsint, vel cũ ignorantur, vel pro pace & trãquillitate Eccleſię tolerãtur, ſi eos pdi aut accuſari nõ oportuerit, aut aliis bonis nõ potuerit demõſtrari: ita ſanè vt nec emẽdationis vigilãtia qeſcat, corripiẽdo, degradãdo, excõmunicãdo, cęteriſq; coërctiõibus licitis atq; cõceſſis, quæ ſalua vnitatis pace ĩ Eccleſia quotidie fiũt ſecũdũ præceptũ Apoſtolicũ charitate ſeruata, q dixit, Si qs aũt nõ obedierit verbo veſtro p epiſt. *1. Theſ.3.* hũc notate, & nolite cõmiſceri cũ eo vt erubeſcat,

&

& non vt inimicum existimetis,sed corripite vt fratrem.Sic enim & disciplina seruat patiẽtiam, & patientia temperat disciplinã, & vtrũq; refertur ad charitatem,ne aut impatiens disciplina dissipet vnitatem,aut negligens non seruet charitatem.

Tom.VIII. Boni separantur à malis,non corpore sed mente:& post iudicium etiã corpore.Super Psal. vj. Separabuntur à iustis impij cum iudicij dies venerit:vel nunc:quia etiamsi pariter atque eiusdem conuenticulis continentur,tamẽ in area nuda iam grana separata sunt à paleis,quamuis inter paleas lateant.Simul itaque versari possunt, sed simul vento auferri non possunt.

Cap.196. Tom. III. Causa huius. Lib.de vera innocentia. Gaudendum est bonis Ecclesiæ filiis:quia in discretione eorum non fallitur Diuina iustitia.Sed non temerè diuidant,cõgregatos,quia ipsorum est velle colligere Deum vel separare.

Non separantur à Christo boni sed mali.In homi.de Abraham.Spiritales nec tormenta separant à Christo,carnales verò interdũ etiam otiosis fabulis separantur.Illos nõ separat nec crudelis gladius, istos verò separat carnalis affectus.Spiritales nec dura frangunt,carnales etiam blanda corrumpunt.

Cap.2. Tom.IIII. 13. q. 2. c. animæ. 4. sent. dist. 45. cap. de pompis.

SEPVLTVRA. Quod sepultura plus est valoris propter viuos quam mortuos.Lib. de cura pro mortuis agenda. Curatio funeris,conditio sepulturæ,pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia,quam subsidia mortuorum.Si enim aliquid ꝓdest impio sepultura pretiosa,oberit pio vilis aut nulla.Præclaras exeqas in conspectu hominum purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorum: sed multo clariores in conspectu Domini vlceroso illi pauperi ministerium præbuit Angelorum:qui eum nõ extulerũt in marmoreum tumulum,sed in Abrahæ gremiũ sustulerunt.

Cap.5. Vnde non est multum de sepultura curandum.Ibidem.Vbicunque iaceat vel non iaceat defuncti caro,spiritui requies acquirenda est.Qui cum inde exiret, secum abstulit sensum, quo interesse posit quomodo quisque sit,siue in bonis,siue in malis.Nec ab ea carne expectat adiuuari suam vitam, quam detraxit excedens, & redditurus est rediens:quoniam nõ caro spiritui, sed spiritus carni etiam ipsius resurrectionis meritum comparat.

Tom.VIII. Ideo cogitandum est de anima non de sepultura.Super Psal. xlviij.ser.j. Vbi maneat spiritus malè agentis,nõ vbi ponatur corpus mortale,cogitandum est.

Tom.VIII. Propterea dicit super eũdem Psal. serm.ij. Quia cum morietur non accipiet omnia. Vides viuentem, cogita morientem.Quid hîc habebat attendis, quid secum tollat attende.Multum habet auri & argẽti, multum habet prædiorum & mancipiorum: Moritur,remanẽt illa nescio quibus. Etsi enim dimittit quibus vult,nõ seruat quibus vult.Multi enim & non sibi dimissa acquisierunt,& multi sibi dimissa perdiderunt.Remanent illa omnia, sed tulit secum.Quid?forte dicet aliquis, Tulit secum vnde inuoluitur,& quod illi erogatũ est ad pretiosum & marmoratum sepulchrum,ad instruendam memoriam,hoc secum tollit.Ego dico, nec hoc secum tulit.Exhibentur enim illa nõ sentienti.Quid ergo habebit corpus mortuum?Quid habebit caro putrescens?Quid habebit caro nõ sentiens?Quod tollit sepultura,non tollit secũ mortuus:vbi enim sensus,ibi homo:vbi nullus sensus, non est homo.Iacet vas quod continebat hominem.Corpus dicamus domum, spiritum habitatorem domus.Spiritus torquetur apud inferos. Quid illi prodest,q̄a iacet corpus in cinamomis & aromatibus,inuolutum pretiosis linteis?Tanquam si dominus domus mittatur in exilium,& tu ornes parietes ipsius.Ille in exilio eget, fame deficit,vix ibi vnam cellam inuenit vbi somnum capiat,& tu dicis fœlix est,quia ornata est domus illius.Quis te non aut iocari, aut insanire arbitretur?Ornas corpus, torquetur spiritus.Da aliquid spiritui, & dedisti aliquid mortuo. Sed quid illi dabis,qui contempsit mittere aliquid ante se, & non putauit vitam nisi præsentem?

Tom.V. Quod antiqui Philosophi & Pagani sepulturam contẽpserunt.Lib.j:de ciuitate Dei.cap.xij.Sepulturæ curam etiã Philosophi cõtẽpserunt:& sæpe vniuersi exercitus dum pro terrena patria morerentur, vbi postea iacerent,vel quibus bestiis esca fierẽt, non curarunt.Licuítque de hac re Poëtis plausibiliter dicere,

Cœlo tegitur qui non habet vrnam. Lucanus 7. Pharsal.

Quãto minus de corporibus insepultis Christiani timere debent,quibus & ipsius carnis,& membrorum omnium reformatio non solùm ex terra,verum etiam ex aliorum elementorum secretissimo sinu,quo dilapsa cadauera recesserunt,in temporis puncto reddenda,& redintegrãda promittitur.

Cap.9. Tom.IIII. Piè tamen exhibenda est. Libro supradicto de cura pro mortuis agenda,circa medium.Non obest aliquid fidelibus negata eorum corporibus sepultura: nec aliquid si exhibeatur infidelibus prodest.Cur ergo illi cum Saule misericordiam fecisse dicuntur, & ob hoc à pio rege Dauid benedicuntur:nisi quia bene afficiũtur corda miserantium,quando ea dolẽt in mortuorum corporibus alienis,qui illo affectu, quo nemo vnquam carnem suam odio habet, nolunt fieri post mortem suam suis corporibus:& quod sibi exhiberi nolunt quando sensuri nõ sunt, aliis non sentientibus curant exhibere dum sentiunt?

Cap.85. Tom.III. Tamen vt dicit.Lib.de vera innocentia.Sicut peccatoribus diuitibus nihil prosunt exequiæ sumptuosæ,ita nihil nocent aut viles, aut nullæ sanctorum pauperum sepulturæ.

Cap.6. Tom.IIII. Vnde dicit in eod.Lib.de cura pro mortuis agẽda.In Ecclesiastica habetur historia quod martyrũ corpora in Gallia canibus exposita sũt,eorúmq; reliquiæ,atq; ossa vsque ad extremã consumptionẽ ignibus cõcremata:ipsíq; cineres fluuio Rhodano,ne q̄d ad memoriã qualẽcũque relinqueretur,inde sparsi.Quod nõ ob aliud credẽdũ est Diuinitus fuisse permissũ,nisi vt discerẽt Christiani in cõfitendo Christũ,dũ cõtẽnũt hãc vitã,multo magis cõtẽnere sepulturam.Quia hoc quod ingenti sæuitia factũ est de corporibus martyrũ,si eis quicquãm noceret,quominus beatè reqescerẽt eorũ victoriosissimi

fiſsimi ſpiritus, vtiq; fieri nõ fineretur. Et ibid. infra. Poterat Deus à ſuorum interfectis corporibus ſanctorum canes quibus fuerant proiecta prohibere: poterat & ipſorũ hominũ innumerabilibus modis terrere ſæuitiam, ne cadauera incẽdere nec cineres ſpargere auderẽt. Sed hoc quoque experimentum multiplici varietati tẽtationum deeſſe non debuit, ne fortitudo confeſsionis quæ immanitati perſequutionis pro corporis ſalute cederet pro ſepulchri honore trepidaret: poſtremo ne fides reſurrectionis conſumptionẽ corporum formidaret. Debuerunt ergo & iſta permitti, vt etiam poſt hæc tanti honoris exempla martyres in Chriſti confeſsione feruẽtes, huius quoque teſtes fierent veritatis, in qua didicerãt eos à quibus ſua corpora interficerẽtur, poſtea nihil habere quod facerent. Quod proſit apud ſanctorum Eccleſias ſepeliri. In eod. lib. circa finem. Quod quiſque apud memorias ſanctorum martyrum ſepelitur, hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto, vt commendans eũ etiam martyrum patrocinio, affectus pro illo ſupplicationis augeatur. Quibus autem & quomodo proſint prædicta, dicit in eodem Lib. ſuppu. Quę defunctis à fidelibus chariſsimis exhibentur, prodeſſe non dubium eſt iis, qui cum in corpore viuerent, talia ſibi poſt hanc vitam prodeſſe meruerunt. Verum & ſi aliqua neceſsitas vel humari corpora, vel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum: quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia: vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij, aut quicunque cognati vel amici, ab vna eis exhibeãtur pia matre communi. Si autẽ deeſſent iſtæ ſupplicationes, quæ fiunt recta fide ac pietate pro mortuis, puto quod nihil prodeſſet ſpiritibus eorum quantumlibet in locis ſanctis exanimata corpora ponerentur. Naturaliter tamen homines gerunt curam ſepulturæ. Lib. eod. Ex illo humani cordis affectu, quo nemo carnem ſuã odio habet, ſi cognoſcant homines aliquid poſt mortem ſuã ſuis corporibus, ſuorúmque defunctorum deeſſe, quod in ſua cuiuſque gente vel patria poſcit ſolennitas ſepulturæ, contriſtantur vt homines: & quod ad eos poſt mortem non pertinet, ante mortem ſuis corporibus timent. Veruntamen vt dicit. Lib. de cõſolatione defunctorum, ſerm. iiij. Proinde põpa funeris, agmina exequiarũ, ſumptuoſa diligentia ſepulturæ, monumẽtorum opulenta conſtructio, viuorum ſunt qualiacunque ſolatia, non adiutoria mortuorũ. Orationibus verò ſanctæ Eccleſiæ & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cũ eis miſericordius agatur à Domino, quã eorum peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti cõmunione defuncti ſunt, cũ ad ipſum ſacrificium loco ſuo

A commemorantur oretur, ac pro illis quoque id offerri cõmemoretur. Cũ verò eorũ commemorandorũ cauſa opera miſericordiæ celebrantur, quis eis dubitet ſuffragari, pro quibus orationes Deo nõ inaniter allegãtur? Non omnino ambigẽdũ eſt iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus qui vixerint ante mortẽ, vt poſsint eis hæc vtilia eſſe poſt mortẽ. Nã qui ſine fide quæ per dilectionẽ operatur, eiúſque ſacramẽtis de corporibus exierũt, fruſtra illis à ſuis huiuſmodi pietatis impẽdũtur officia, cuius dũ hîc eſſent pignore caruerũt, vel non ſuſcipientes, vel inuacuũ ſuſcipiẽtes Dei gratiã, & ſibi non miſericordiã theſaurizãtes, ſed irã. Nõ ergo mortuis noua merita cõparãtur, cũ pro eis boni aliquid operantur ſui, ſed eorũ præcedentibus meritis conſequentia iſta redduntur.

B Non enim dictũ eſt niſi cum hîc viuerent, vt eos hæc aliquid adiuuarent, cũ hîc viuere deſtitiſſent. Et ideo iſtã finiens quiſque vitam, niſi quod meruit in ipſa, nõ poterit habere poſt ipſam. Permittãtur itaq; pia corda charorũ de ſuorũ mortibus cõtriſtari dolore ſanabili, & cõſolabiles lachrymas fundãt conditione mortali, quas citò reprimat fidei gaudiũ, qua credũtur fideles quãdo moriũtur paululũ à nobis abire, & ad meliora tranſire. Exhibenda eſt ſepultura iuxta morem eorum cum quibus viuitur. Ideo de ſepulchro Chriſti. Super Ioãnẽ. Sicut mos eſt Iudæis ſepelire. Ita q̃ppe, ni fallor, admonuit in huiuſmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morẽ cuiuſque gentis eſſe ſeruandũ. In ſerm. de traditione ſymboli.

C Sepultus eſt Dominus ad cõſolationẽ ſepultorũ, & vt benedictionẽ corporis eius etiã terra ſuſciperet. Sepultus eſt, vt qui verè mortuus credebatur, verè rediſſe à mortuis crederetur. Vnde de ſepulchro Chriſti. Lib. de fide & ſymbolo quem ſcripſit in Africano cõcilio Hipponię celebrato. Sepultura illa cũ creditur, ſit recordatio noui teſtamẽti, q́d reſurrecturo ad vitæ nouitatẽ præberet teſtimoniũ, ſicut naſcituro vterus virginalis. Nã ſicut in illo monumẽto nullus alius mortuus ſepultus eſt, nec ante nec poſtea, ſic in illo vtero nec ante nec poſtea q̃cquã mortale cõceptũ eſt.

SEQVELA. Qualiter ſequendi ſunt doctores. Lib. iij. de verbis Domini, ſermone viij. Nos hoc dicimus, Simus ſancti, Deus ſcit. Simus iniqui, & magis hoc ipſe ſcit. Vos in nobis ſpem nõ ponatis, qualeſcũque ſimus. Si boni ſumus, facite quod ſcriptũ eſt, Imitatores mei

D eſtote, ſicut & ego Chriſti. Si autem mali ſumus, nec ſic deſerti eſtis, nec ſic ſine conſilio remanſiſtis. Audite dicentem, Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Qualiter ſequendus ſit Chriſtus & eius martyres. In ſermon. ij. de ſancto Laurentio. Non putet quiſquam vt proſit Chriſti paſsio, niſi illis qui ſequuntur veſtigia eius. Sequuti ſũt eũ martyres, ſed nõ ſoli. Nõ enim poſtquã illi trãſierũt, fons ipſe inciſus eſt: aut poſt quã biberũt, fons ipſe ſiccatus eſt. Quæ enim ſpes fideliũ bonorũ qui ſub fœdere cõiugali iugũ matrimonij caſtè cõcorditérq; ducũt: vel q̃ ſub cõtinẽtia viduali domãt carnis illecebras: vel etiã ſancti

Cap. 8. — Cap. 18. — Cap. 4. — Cap. 7. — Tract. 2. Tom. IX. — Lib. de fide & ſymbolo cap. 5. Tom. III. — Ser. ord. 45. Tom. X.

ctitatis fide apicem celsius erigentes, & in noua virginitate fulgentes, sequuntur agnum quocunque ierit. Quæ spes istis? Quæ omnibus nobis, si non sequuntur Christum, nisi pro Christo sanguinem fundunt? Perdit ergo filios suos, quos tanto fœcundius quanto securius tempore pacis enixa est mater Ecclesia. Quos ne perdat, orãda est tentatio? Oranda est persequutio? Absit fratres. Quomodo enim potest orare tentationem, quæ quotidie clamat, Ne nos inducas in tentationem? Habet fratres hortus ille Dominicus nõ solùm rosas martyrum, sed & lilia virginum, & coniugatorum hederas, violásque viduarũ. Prorsus nullum genus hominum pro sua vocatione desperet: Pro omnibus passus est Christus. Sed quomodo præter effusionem cruoris, præter periculum passionis, Christum sequi debeat Christianus? Apostolus dicit loquẽs de Domino Christo, Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Quanta maiestate exinaniuit semetipsum, formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo? Quanta hîc humilitas? Humiliauit se Christus factus obediens: quid homo superbus? Quousque factus est obediens Christus? Vsque ad incarnationem verbi, vsque ad participationem mortalitatis humanæ, vsque ad trinã diaboli tentationem, vsque ad irrisionem populi Iudæorum, vsque ad sputa & vincula, vsque ad alapas & flagella: & si parum est, vsque ad mortem: & si adhuc aliquid de genere mortis addendum est, mortem autem crucis. Habemus tale humilitatis exemplum superbiæ medicamentum. Quid ergo intumescis ò homo? O pellis morticina, quid tenderis? O sanies fœtida, quid inflaris? Anhelas, doles, æstuas, quia tibi fecit homo iniuriam. Vnde flagitas vltionem, sitis arenti fauce vindictam, nec prius ab intentione discedis donec ab illo qui te læserit vindicaueris. Si Christianus es, expecta regem tuum, vt prius se vindicet Christus. Nondum enim vindicatus est qui pro te passus est. Et vtique illa maiestas posset vel nihil perpeti, vel continuo vindicari. Sed cum esset in illo tanta patientia qua pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum vt sequamur vestigia eius, videtur certè quod præter effusionem cruoris, præter vincula, præter carcerem, præter flammas & mortem, præter multa quibus quæ passus est sequi non possimus Christum: Deinde hac humilitate excussã, & morte prostrata, ascendit in cœlũ Christus: quomodo sequemur eum? Audiamus dicẽtẽ Apostolũ, Si consurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Quicquid delectabile de temporalibus rebus mundus ingesserit, respuatur. Quicquid minabitur asperum atque terribile cõtemnatur: & qui sic agit, non dubitet Christi se cohærere vestigiis.

Tom. VIII. SERMO. Quia sermones veri sunt in nobis à Deo. Super Psal. lv. Sermones tuos aut mendaces habebis, & ideo tuos, quia

A mendaces: aut si veraces, & non eos putabis te habere à Deo, sed à te loqui, veraces erunt, sed tu tamen mendax eris. Si autem cognoueris nihil te verum in sapientia Dei, in fide veritatis posse dicere, nisi quod ab illo accepisti, in Deo laudas sermones tuos: vt lauderis in Deo sermonibus Dei. Etenim si quod in te Dei est, honoratur à te, & tu factus à Deo, honoraberis in Deo: Si autẽ quod in te Dei est honoraueris tanquam tuum, nõ Dei, longe factus es à Deo. Ideo in serm. j. de assumptione virginis. Ipse debet esse author nostri sermonis, qui est largitor nostræ salutis. Qualiter formandus est sermo. Super epist. ad Gal. Modus sermonis, siue acrius, siue blandius proferatur, sicut salus eius quẽ corrigit videtur postulare, moderandus est. *Tom. IIII.* Debet esse intelligibilis: quia vt dicit lib. de catechizandis rudibus. Sæpe sermone sibi homo displicet, quia non intelligitur ab *Tom. IIII.*

B alio, vt à seipso. Vnde super titulũ Psal. xxxiij. Mercede intelligentiæ, diuturnus sermo onerosus esse non debet. Ad Deum debet noster sermo referri. Super primã canonicã Ioannis, homi. iiij. Cum sermonem bonũ aliquẽ dicis, non laudetur sermo tuus, quasi tuus: sed laudetur sicut dicit Psal. In Deo laudabo verbum, & in Domino laudabo sermonẽ: Et hoc fit vt fit qđ sequitur. In Deo sperabo, nõ timebo quid faciat mihi homo: quia cum omnia tua laudantur in Deo, non timetur ne pereat laus tua, quia nõ deficit Deus. *Tract. 10. Tom. IX. Psal. 55.* Li. ij. contra Petilianum. Pigmentis puerilibus colorato, neglecto verbo, vitio qui delectatur, ipse amat pro veritate picturas. *Tom. VII.* Ibidem responsione xxxij. Nullo modo mihi sonat disertè quod dicitur ineptè. *Tract. 44. Tom. IX.* Sed de serm. Diuino quo ad effectũ.

C Super Ioan. Sic est sermo Dei, & sic esse debet fidelibus, tanquam pisci hamus. Tunc capit quando capitur, nec fit iniuria illis qui capiuntur: ad salutem quippe non ad perniciem capiuntur. Vnde Dominus ad discipulos suos dixit, Venite post me, &c. *Mat. 4. Tom. X.* Et de eo quo ad affectũ. Lib. v. Hom. homil. v. Sermo Dei est aduersarius tuus in via. i. in vita ista, cum quo concordare debes: aduersarius est enim omnium iniquorum. Parum tibi est, quod cum manens esset in sua beatissima & sacratissima sede venit ad te, vt esset tecũ in via, & voluit te concomitari, vt cum ambulas & in potestate habes, cõponas causam tuã, quia cũ finieris viã, nõ erit cũ quo causam tuã componere possis. Et tũc aduersarius tradet te iudici, iudex

D ministro, minister autẽ in carcerẽ. Nõ exibis inde donec reddideris nouissimũ quadrantem. Est tecũ verbũ Dei, quasi aduersarius in via: habes in potestate, cõpone. Nõ à te quærit nisi salutẽ tuã. Quod heri nõ est factũ, fiat hodie. Quid expectas donec finiatur via? Cũ finita fuerit, non erit alia vbi cõcordes cũ aduersario: sed iudex restat, minister & carcer. Multis hæc via cũ sibi plures annos in ea promitterent, subito finita est. Sed ecce fac, quia lõga erit via tua vt semper tecũ aduersarius tuus ambulet. Nõ erubescis tãto tẽpore cũ tali aduersario habere discordiã? Sermo Dei quãtum in ipso est, amicus tuus est: aduersariũ autem tibi

tibi tu eum facis. Ipse enim tibi bene vult, tu tibi econtrario malè. Ille iubet, Non fureris, tu furaris: Non adulteres, tu adulteras: fraudem non facias, tu facis: vetat te iurare, tu falsum iuras: facis omnia contra quæ dicit. Tu tibi facis sermonem Dei inimicum: Nec mirum, quando tibi tu ipse inimicus es. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Si enim diligendo iniquitatē odisti animā, quid miraris, si odisti sermonem Dei, qui vult bene animæ tuæ? Consentiamus ergo cū aduersario nostro verbo Dei, dum adhuc sumus cū illo in hac via: quia postea cū de hoc sæculo trāsierimus, nulla cōpunctio vel aliqua satisfactio remanebit. In eodem lib. Si peccas, aduersarius tuus sermo Dei est. Verbi causa forsan delectat te inebriari: & dicit tibi, Noli. Delectat te spectare & nugari: & dicit tibi, Noli. Delectat te furtum facere: & dicit tibi, Noli. Delectat te adulterari: & dicit tibi, Noli. In q̄buscunq; peccatis volueris facere voluntatē tuā, dicit tibi, Noli. Aduersarius est volūtatis tuæ. O quam bonus aduersarius, quā vtilis. Non quærit nostrā voluntatē, sed vtilitatem. Aduersarius est nobis quādiu sumus & ipsi nobis. Quādiu tu tibi inimicus es, inimicū habes sermonē Dei. Esto tibi amicus, & cōcordas cum ipso. Non homicidiū feceris, audi, & cōcordasti. Non falsum testimoniū dices, audi & concordasti. Nō cōcupisces rē proximi tui audi & cōcordasti. In his omnibus si cū ipso aduersario tuo concordasti, dic mihi, quid perdidisti? Non solū nihil perdidisti, sed & teipsum qui perieras inuenisti. Via vita ista est. Si concordaueris cum illo, & si consenseris illi, finita ista via non timebis iudicē, ministrum, vel carcerem. Ibidem infra. Quid facturi sumus cum aduersario nostro, id est, cum sermone Dei? Concordemus cū illo. Nescimus quando via finiatur. Cum via finita fuerit, iudex restat & minister & carcer. At si seruaueris aduersario tuo bonā voluntatem, & cū eo consenseris, pro iudice inuenies patrem, pro ministro sæuo, Angelos tollentes in sinū Abrahæ, pro carcere, paradisum. Quam citò in via cuncta mutasti, quia bono aduersario consensisti.

Ad verbum Dñi de verbis Domini, serm. I. Tom. X.

SERPENS. Qui sint serpentes. Lib iij. super Genes. Omnes serpentes, repentia siue reptilia terrena dicuntur, quanquam & bestiæ dici possint. Dicitur serpens astutus, lib. xj. Prudentissimus, hoc est astutissimus omnium bestiarum dictus est serpens propter astutiam diaboli quæ in illo & de illo agebat dolum: quéadmodum dicitur prudens vel astuta lingua, quam prudens vel astutus mouet ad aliquid prudenter astutéque persuadendum. Et quomodo loquutus fuit homini. Ibidē. Sic loquutus est serpens homini, sicut asina in qua sedebat Balaan loquuta est homini: nisi quod id fuit opus diabolicū, hoc Angelicū. Eodē lib. Serpens cur hoc fecerit, quod non interrogatur, potest videri quod non ipse vtique id in sua natura & voluntate fecerat: sed diabolus de illo & per illum & in illo fuerat operatus, qui iam ex peccato impietatis & superbiæ suæ igni destinatus fuerat sempiterno. Nunc ergo quod serpenti dicitur, & ad eum qui per serpentem operatus est, refertur. Audiunt etiam serpētes. eodem lib. Quod serpentes putantur audire & intelligere verba Magorum vel Marsorum, vt eis incantantibus prosiliant plerunq; de latebris, illic diabolica vis operatur, ad cognoscendā vbique prouidentiam Dei, quam rem cui rei naturali ordine subiiciat, & quid etiam voluntatibus malis sapientissima potestate permittat, vt hoc magis habeat vsus serpentes moueri carminibus hominū, quā vllum aliud genus animalium. Etiam hoc enim non parua testatio est, naturam primitus humanā serpentis seductam esse colloquio. Gaudent enim dæmones hanc sibi potestatem dari, vt ad intentionē hominum serpentes moueant, vt quolibet modo fallant quos possunt. Hoc autē permittūtur ad primi facti memoriā cōmendandā, quod sit eis quædā cū hoc genere familiaritas. Porrò ipsum primū factū ad hoc permissum est, vt per naturā serpentis significaretur generi humano, cui erudiendo hæc gesta conscribi oportebat, omnis diabolicæ tentationis similitudo. Propter hæc omnia. In dialogo ad Orosium. Serpens per se loqui non poterat: quia nō hoc à creatore acceperat. Assumpsit illum in ministeriū diabolus, vtens eo velut organo per quod articulatum sonum emitteret. Per illum nempe verba faciebat, & tamē hoc etiam ille nesciebat. Natura igitur rationis expers subditur rationali creaturæ, sed tamen nō tantū quātum vult ex ea & in ea facit, sed quātū à creatore acceperit. Orosius. Et si nō intelligunt serpētes, quomodo audiunt verba Marsorum, vt ad incantationes eorum de speluncis exeant suis? Augustinus: Licet intellectum non habeant, tamen sensu corporis nullatenus carēt: habent enim & visum & auditum & odoratum & gustum & tactum. Et ideo quamuis audiāt verba Marsorum, nequaquā tamē intelligunt: nō enim intelligendo obediūt, sed vt de antris ad verba Marsorū exeant, permittente Deo coguntur à diabolo. Vnde datur testimonium de illo primo facto, quod primum hominem diabolus per serpentem decepit in Paradiso. De quo vt dicit in eodem lib. Iosephus dicit quod post peccatum Adæ pedes Deus abstulit serpenti. Sunt autē visus acutissimi. Lib. de moribus Manichæorum. cap. ix. Serpentes acutissimè vidēt, & præsentia solis exultāt, ibiq; sunt abundantiores, vbi aer serenior, difficilius & rarius nubē contrahat. Et ibidem dicit de aspide. Oculi aspidis aquilæ oculis comparātur. Sed crocodilus differt à cunctis. Lib. soliloquiorum suorum. Per animaliū innumerabiliū si curreres genera, solū crocodilū inuenires, qui superbiorem in mandendo partem moueat, præsertim cū nihil penè reperiri queat ita cuique rei simile.

Et libro vj. cōtra Iulianum. Crocodilo solùm superiores mandibulæ mouētur: & ignis cum sit omnibus extinctio, Salamandræ est ludibrio. In bono tamen serpentes possunt intelligi. Libro xiij. confessionū. Simus serpentes boni, nō perniciosi ad nocendum, sed astuti ad cauendum: & tā

Tom. III. Cap. 29. Cap. eod. inf. Cap. 36. Cap. 28. Lib. qq. Tom. IIII. Quæst. 15. Tom. I. Serpentes acuti. Cap. eod. inf. Cap. 8. Lib. 2. Tom. I. Crocodilus. Tom. VII. Tom. I.

tum explorantes temporalem naturam, quantũ sufficit, vt per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciatur æternitas. In sermo. de martyribus. Quid sit esse simplices sicut colũbæ, & astutos vt serpentes? Quid astutia serpentis facit cum simplicitate columbæ? Amas in columba quod fel nõ habet, sed noli ex omniparte horrere serpẽtẽ. Habet enim quod imiteris. Nam cum fuerit senectute grauatus, & senserit pondera vetustatis, coarctat se per cauernã, & deponit veterẽ tunicam, vt nouus exiliat. Imitare illũ Christiane, qui audis Christum dicentẽ, Intrate per angustã portã. Et Paulus dicit, Exuite veterẽ hominem, &c. Qui moritur pro cõmodo tẽporali, pro vetustate moritur. Exue ergo istã vetustatẽ, & imitare serpentis astutiã. Et cũ occiditur, pro capite totum corpus obiicit ictibus ferientis: & tu serua caput tuum, quod est Christus, id est, tene te apud Christũ, qui est vita tua. Cauenda sunt venena serpẽtium, vbi imitatio periclitatur. Iam colũbã securus imitare. Attende colũbas in societate gaudere, charitate feruere: Simul volant, simul pascũtur, nolunt esse solæ, communione gaudent, charitatẽ seruãt, gemitibus amoris murmurãt. Quãdo rixãtur de cellulis suis, quodãmodo pacata est illa contentio. Si rixantur, non separantur, sed simul volant, simul pascuntur. Colũbarũ rixa, non est luporũ. Amat enim colũba, quãdo rixatur: lupus odit, etiã quãdo blanditur. Simplicitatẽ habẽtes colũbarũ, iuxta illud Apostoli, corripite peccantem vt fratrẽ: & astutiã serpentũ tenentes, solennia martyrũ celebrate in sobrietate mentis, nõ in ebritate ventris: vt Deo placeamus, & ad promissa sanctorũ veniamus. Declarat hoc libro ij. de doctrina Christiana. Rerũ autẽ ignorãtia facit obscuras figuratásq; loquutiones, cũ ignoramus vel animantiũ, vel lapidũ, vel herbarũ naturas, aliarúmve rerũ, quæ plerunq; in scripturis similitudinis alicuius gratia ponũtur. Nam & de serpente quod notũ est, totum corpus pro capite obiicere ferientibus, quã illustrat sensum illũ quo Dominus iubet astutos nos esse sicut serpẽtes: vt scilicet, pro capite nostro quod est Christus, corpus potius persequentibus offeramus, ne fides Christiana tanquã caput necetur in nobis, si parcentes corpori negemus Deum: vel illud quod per cauernæ angustias coarctatus, deposita veterè tunica, vires nouas accipere dicitur, quantũ cõcinit ad imitandam ipsius serpentis astutiam, exuendúmq; ipsum veterẽ hominẽ, sicut Apostolus dicit, vt induamur nouo, & exuẽdũ per angustias dicente Domino, Intrate per angustã portã. Vt ergo notitia naturæ serpentis illustrat multas similitudines, quæ de hoc animante scriptura dare cõsueuit: sic ignorãtia nõnullorũ animaliũ, quę nõ minus per similitudines cõmemorat, impedit plurimũ intellectorẽ. De serpẽte æneo. Lib. j. de peccatorũ meritis &c. Quid est exaltatus serpens, nisi mors Christi, eo significãdi modo, quo per efficiẽtẽ id quod efficitur significatur? A serpente quippe mors venit, qui peccatũ, quo mori mereretur homini persuasit. Dominus autẽ in carnem suam non peccatũ trãstulit tanquam venenũ serpẽtis, sed tamẽ trãstulit mortẽ: vt esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa, vnde in carne peccati & culpa solueretur & pœna. Sicut ergo tunc quicunq; aspiciebat exaltatũ serpentẽ, & à veneno sanabatur, & à morte liberabatur: sic nunc qui conformatur similitudini mortis eius per fidẽ baptismi eius: & à peccato per iustificationem, & à morte per resurrectionẽ liberatur.

Cap. 16. Tom. III.

Eph. 4. Mat. 7.

Cap. 32. Tom. VII.

In ser. de rubo, pertractans illud Ioannis, Sicut Moses exaltauit serpẽtẽ in deserto, &c. vsq;, habeat vitã æternã: hoc est, quicũq; percussus fuerit à serpẽtibus peccatorũ, Christum intueatur & habebit sanitatem etiã in remissionẽ peccatorum.

SERVITVS & Seruus. Distinguitur de seruitutẽ super Ioannem. Sicut duo sunt timores, qui faciunt duo genera timentium: sic duæ sunt seruitutes, quæ faciunt duo genera seruiẽtiũ. Est timor quẽ perfecta charitas foras mittit, & est alius timor castus permanẽs in sæculũ sæculi. In illo timore quem foras charitas mittit, est etiã seruitus & seruus ad illũ timorẽ pertinẽs, de quo dicitur, Seruus nõ manet in domo in ęternũ, filius autẽ manet in æternũ. Ille autẽ est seruus pertinens ad timorẽ castũ cui dicitur, Euge serue bone, intra in gaudiũ Domini tui. Quoniam itaque dedit nobis potestatem filios Dei fieri, vt non serui sed filij simus, vt miro quodã & ineffabili, sed tamẽ vero modo serui, nõ serui esse possimus. Serui scilicet, timore casto, ad quẽ pertinet seruus intrans in Domini sui gaudiũ: nõ serui autẽ timore foras mittendo, ad quẽ pertinet seruus nõ manẽs in domo in æternũ. Vt autẽ tales serui nõ serui simus, Dominum facere scimus. Hoc autẽ seruus ille nescit, qui nescit quid faciat dominus eius. Et cũ aliquid boni facit, sic extollitur, quasi hoc ipse fecerit, nõ dominus eius: & gloriatur in se, nõ in Domino. Nos autẽ vt amici esse possimus, quid noster Dominus faciat sciamus, Non solùm enim homines, verũ etiã iustos ipse facit nos, & nõ ipsi nos. Et vt hoc sciamus, quis nisi ipse facit? Omnis hominũ dominatus in homines, aut dominantiũ, aut seruientiũ morte finitur. Seruitus autẽ sub Angelorũ malorũ superbia, propter ipsum tẽpus quod est post mortẽ, est magis metuenda. Illud enim cuiuis cognoscere facile est, quod sub vno homine dominante liberas cogitationes habere cõcessum est. Illos autẽ dominos in ipsis mẽtibus formidemus, quia vnus est oculus intuendæ ac percipiẽdæ veritatis. Quare si omnibus potestatibus quæ dantur hominibus ad regendã rẽpublicã pro nostro vinculo subditi sumus, reddẽtes Cæsari quod Cæsaris est, & Deo quod Dei est, nõ est metuẽdũ ne hoc post mortẽ nostrã aliquis exigat. Et aliud est seruitus animæ, aliud seruitus corporis. De seruitute ad Deũ. Lib. x. de ciuitate Dei. Cum Deus animo, animus corpori imperat, ratio libidini cæterísq; vitiosis animi partibus, planũ hoc exẽplo satis edoctum est quibusdã esse vtilẽ seruitutẽ. Et Deo quidẽ vt seruiatur, vtile est omnibus: seruiens autẽ Deo animus, rectè imperat & corpori: hincq; ipsi Domino Deo ratio

Tract. 43. Tom. IX.

Lib. de vera Religi. cap. 55. Tom. I.

tio subdita, rectè imperat libidini vitiisque cæteris. Quapropter vbi homo Deo nõ seruit, quid in eo putandũ est esse iustitiæ: quãdoquidẽ Deo nõ seruiẽs, nullo modo potest iustè animus corpori, aut humana ratio vitiis imperare? Et si in homine tali non est vlla iustitia, proculdubio nec in hominũ cœtu, qui ex hominibus talibus cõstat. Super Psal. vij. ser. j. Si disciplina Apostolica seruũ monet, vt homini Domino suo, nõ tanquã ex necessitate, sed ex volũtate seruiat, & libẽter seruiẽdo se in corde liberũ faciat: quãto magis Deo tota & plena & libenti voluntate seruiẽdũ est, qui videt ipsam volũtatẽ tuã? Super Psal. xcix. Omnis seruitus amaritudine plena est. Omnes conditione obligati, & seruiũt & murmurãt. Nolite timere Dei seruitutẽ. Nõ erit ibi gemitus, non murmur, non indignatio: sed libera seruitus est apud Deũ, vbi nõ necessitas, sed charitas seruit. Lib. de vera innocentia. Libera semper est seruitus apud Deũ, cui nõ necessitas seruit, sed charitas. De seruitute peccati. super Ioãnẽ. Qui facit peccatũ, seruus est peccati. O miserabilis seruitus. Plerũq; homines cũ dominos malos patiũtur, venales se petunt: nõ quærẽtes dominũ nõ habere, sed saltẽ mutare. Seruus peccati quid faciat? Quẽ interpellet, apud quẽ venalẽ se petat? Deinde seruus hominis aliquãdo sui domini duris impiis fatigatus, fugiẽdo requiescit: seruus peccati quo fugit? Secum se trahit quocũq; fugerit. Nõ fugit seipsam mala conscíẽtia. Nõ est quo eat, sequitur enim se, imò nõ recedit à se: Peccatũ enim quod fecit intus est. Fecit peccatũ, vt aliquã corporalẽ carperet volũtatem. Volũtas trãsiit, peccatum manet. Preteriit quod delectabat, remãsit quod pũgat. Mala seruitus. Aliquãdo fugiũt homines ad Ecclesiam, & eos plerũq; patimur tanquã indisciplinatos: volẽtes carere dominis, qui nolũt carere peccatis. Aliquando etiam illicito iugo & improbo subiecti fugiũt ad Ecclesiã, quia retinẽtur ingenui ad seruitutẽ, & interpellatur Episcopus: & nisi curet operã impẽdere ne ingenuitas opprimatur, immisericors deputatur. Ad Christũ omnes fugiamus, cõtra peccatũ Deum liberatorem interpellemus.

Vnde à culpa, & nõ à natura processit seruitus. Lib. xix. de ciuitate Dei, c. xv. Ita Deus hominem cõdidit, vt dominaretur pisciũ maris, & volatiliũ cœli & omniũ repẽtiũ quæ repũt super terrã. Rationalẽ factũ ad imaginẽ suã noluit nisi irrationabilibus dominari: nõ hominẽ hoĩ, sed hoĩem pecori. Inde primi iusti pastores pecorũ magis q̃ reges hoĩm constituti sunt, vt etiã sic insinuaret Deus, quid postularet ordo creaturarũ, & quid exigat meritũ peccatorũ. Cõditio quippe seruitutis iure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquã scripturarũ legimus seruũ, antequã hoc vocabulo Noe iustus peccatũ filij vindicaret: Nomen istud quippe culpa meruit, non natura. Origo autẽ vocabuli seruorũ in Latina lingua inde creditur ducta, quod ij qui iure belli possent occidi, à victoribus cum seruabãtur, serui fiebant, à seruãdo appellati, quod etiam ipsum sine peccati merito nõ est. Nã & cũ iustũ geritur bellũ, pro peccato contrario dimicatur: Et omnis victoria cũ etiã malis prouenit, Diuino iudicio victos humiliat: vel emẽdãs peccata, vel puniẽs. Testis est homo Dei Daniel, cũ in ea captiuitate positus, peccata sua, & peccata populi sui cõfitetur Deo: & hãc causam esse illius captiuitatis pio dolore testatur. Prima ergo seruitutis causa peccatũ est: vt homo homini conditionis vinculo subderetur: quod nõ fit nisi Deo iudicante, apud quẽ nõ est iniquitas: & nouit diuersas pœnas meritis distribuere delinquẽtiũ. Sicut autẽ superius Dominus dicit, Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati: ac per hoc multi quidã religiosi domini iniquis, non tamẽ liberis seruiũt: à quo eñ quis deuictus est huic & seruus addictus est. Et vtique fœlicius seruitur homini, q̃ libidini, cũ sęuissimo dominatu vastet mortaliũ corda, vt alias omittã, libido ipsa dominãdi. Hominibus autẽ illo pacis ordine, quo alii aliis subiecti sunt, prodest hominibus humilitas seruientibus, ita nocet superbia dominãtibus. Nullus autẽ natura in qua Deus prius hominẽ cõdidit, seruus est hominis aut peccati. Verũ & pœnalis seruitus ea lege ordinatur, quæ naturalẽ ordinẽ conseruari iubet, perturbari vetat: quia si cõtra eã legẽ nõ esset factũ, nihil esset pœnali seruitute coercẽdũ. Ideoq; Apostolus monet seruos subditos esse dominis suis, & ex animo eis cũ bona volũtate seruire: scilicet vt si nõ possunt à dominis liberi fieri, liberã quodãmodo suã seruitutẽ faciãt: nõ timore sub dolo, sed fideli dilectione seruiendo, donec trãseat iniquitas, & euacuetur omnis principatus & potestas humana, & sit Deus omnia in omnibus. Lib. quæstionũ super Genes. q. cliij. Cõmendatur in Patriarchis, quod pecorũ nutritores erant à pueritia sua & à parentibus suis. Et merito, nã hæc est fine vlla dubitatione iusta seruitus, & iusta dominatio, cum pecora homini seruiunt, & homo pecoribus dominatur. Sic enim dictũ est cũ crearetur, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, & habeat potestatẽ pisciũ maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum quæ sunt super terrã. Vbi insinuatur rationẽ debere dominari irratiõabili vitæ. Seruũ autẽ hominem homini, vel iniqtas, vel aduersitas fecit. Iniquitas qdẽ sicut dictũ est, Maledictus Canaan, erit seruus fratribus suis. Aduersitas verò, sicut accidit ipsi Ioseph, vt venditus à fratribus seruus alienigenæ fieret. Itaque primos seruos, quibus hoc nomẽ in Latina lingua inditũ est, bella fecerũt. Qui enim homo ab homine superatus iure belli posset occidi, quia seruatus est, seruus est appellatus: inde & mancipia, quia manu capta sunt. Est etiã ordo naturalis in hominibus, vt seruiant fœminę viris, & filij parẽtibus: quia & illic hęc iustitia est, vt infirmior ratio seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationibus & seruitutibus clara iustitia est, vt qui excellũt ratione, excellãt dominatione: quod cũ in hoc sæculo per iniquitatẽ hominũ perturbatur, vel per naturarũ carnaliũ diuersitatẽ ferunt iusti temporalẽ peruersitatẽ, in fine habituri ordinatissimã & sempiternã fœlicitatẽ. Lib. de vera innocẽtia. Nomẽ & cõditio-

Margin notes: Tom. VIII. — Tom. III. — Tract. 41. Tom. IX. — Tom. V. — Serui nomen vnde. — Tom. IIII. — Gen. 2. — Gen. 9. — Seruus. Mancipium. — Cap. 164. Tom. III.

nē ſeruitutis culpa genuit,nō natura:& prima huius ſubiectionis cauſa peccatū eſt, quia ſicut ſcriptū eſt,omnis qui facit peccatū,ſeruus eſt peccati. Vnde melior eius ſtatus eſt,qui famulatur homini,quā qui ſeruit ſuæ cupiditati. Ideo conſulit ſeruos.in ſer.iij.de dedicatione Eccleſiæ.Audi quiſquis tēporaliter ſeruus es, & quiſquis teneris iure dominationis aſtrictus.Quiſquis conditione qualibet obnoxius es, eſto ſeruus, eſto & liber. eſt ſeruus humiliter obediēdo: eſt liber fideliter ſeruiēdo.Eſto ſeruus domini tui, & noli eſſe ſeruus peccati.Cum ſeruieris homini, Deum fideliter cogita,Dei præcepta conſerua, Dei voluntati ſemper obtempera,à Deo mercedem bonæ ſeruitutis expecta: Cuſtodi fidem,fuge fraudem: cognoſce Deo te redditurū rationem de omni opere tuo:Nō te faciat pigritia cōtemptorem,nō ſegnitia negligentē.Ita fiet, vt dū bonā exhibes ſeruitutē,à Deo recipias ꝑpetuā libertatē. Vnde qualiter ſe debet habere Dominus circa ſeruū. Tom.IIII. Lib.j.de ſermone Domini in monte.Nō oportet Chriſtianū poſsidere ſeruū quomodo equū aut argentū.Quis dicere audeat vt veſtimētū eū debere cōtēni hominē. Nāq; homo tāquā ſeipſum diligere debet,cui ab omniū Domino, vt inimicos diligat,imperatur. Tom.IIII. Sed qualiter ſeruus ſe debet habere.Lib.de catechizādis rudibus. Iubētur ſerui Chriſtiani & boni fideles dominis ſuis tēporalibus æquanimiter fideliterq; ſeruire, quos iudicaturi ſunt ſi vſq; in finē iniquos inuenerūt:aut cū quibus æqualiter regnaturi ſunt, ſi illi ad verum Deū cōuerſi fuerint. In cōmunibus ſermonibus, ſer.5o.Placet tibi homo ſeruus tuus fidelis, & tu nō vis eſſe Deo tuo fidelis.Qui habes ſeruū,attēde quia habes dominū.Seruū tuū potuiſti cōparare,nō creare.Dominus tuus verbo creauit te, & ſanguine ſuo redemit te.Si viluiſti tibi,recole ꝓtiū tuū.Si oblitus es,lege Euāgeliū inſtrumētum tuū.Fidē amas in ſeruo tuo, & Dominus nō q̄rit eā in ſuo?Redde quod exigis. Quod tibi gaudes reddi ab inferiore,redde ſuperiori. Amas ſeruū, q̄ fideliter cuſtodit aurū tuū:noli cōtēnere Dominū,qui miſericorditer cuſtodit cor tuū. Omnes habēt oculos ad laudādū fidē,ſed quādo illā exigūt reddi ſibi:quādo autē exigitur, claudūt oculos,nolētes eā videre quā pulchra ſit. In ſer. vj. de natiuit. Domini. Quicūq; dominos carnales habetis,quicūq; ſeruitij cōditionē debetis,obedite dominis veſtris, & diligite ex toto corde:non ad oculū ſeruiētes,ſed miniſteriū ex amore faciētes:quia & illos Deus cōſtituit,vt vobis dominarētur,& vos ſeruiatis.Bene ſeruite propter Deū, quia de bono ſeruitio mercedē habebitis. Si boni fueritis,meliores eſtis dominis malis: quia apud Deū anima vniuſcuiuſq; nō eſt in nobilitate diſcernenda,ſed opere: nec genere, ſed actione.

Tom. VIII. Debēt autē homines inuicē ſeruire.Super Pſal. ciij.ſer.iij.Per charitatē,inquit Apoſtolus,ſeruite inuicem. Sed Chriſto ſeruimus, inquiūt. Bene Chriſto ſeruis,qui ſeruis quibus ipſe ſeruiuit.Vnde ſeruū meū te fecit,qui te ſuo ſanguine liberum fecit.Dicite hoc nobis,quia verū dicitis. Præſtet A nobis Dominus noſter vt bene ſeruiamus. Nam velimus nolimus ſerui ſumus, nō neceſsitate, ſed charitate ſeruimus. Super Pſal.cxlvj. Seruimus vobis fratres.Nemo ſe veſtrū dicat quaſi maiorē eſſe nobis.Erimus maiores,ſi fuerimus humiliores.Quicunq; vult eſſe maior veſtrum, Domini ſententia erit veſter ſeruus.

SEX & ſeptē.Lib.iiij. de Trinit.cap.iiij.Cuius eſt ſimilis ſentētia.Lib.iiij.ſuper Gen.c. ij.& lib.lxxxiij. quæſtionū. q.lij. Numerus ſenarius propterea perfectus dicitur, q̄a partibus eius cōpletur.Habet enim eas tres, ſcilicet ſextā, tertiā,dimidiā.Nec vlla pars alia quæ dici poſsit quota ſit,inuenitur in eo.Sexta ergo eius,vnū eſt: tertia,duo,dimidia,tria. Vnū autē & duo & tria, B cōſumūt eūdē numerū ſenariū.Cuius ꝑfectionē nobis ſacra ſcriptura cōmēdat,in eo maximè q̄d Deus ſex diebus perfecit opera ſua,& ſexto die factus eſt homo ad imaginē Dei.Et ſexta ætate generis humani,filius Dei venit & factus eſt filius hominis,vt nos reformaret ad imaginē Dei. Et eodē lib.ſuper Gen.Non dicimus ſenariū numerū propterea eſſe perfectū,quia ſex diebus perfecit Deus opera ſua:ſed propterea Deū ſex diebus perfeciſſe opera ſua,quia ſenarius numerus perfectus eſt.Itaq; etiā ſi iſta nō eſſent,perfectus ille eſſet:niſi autē ille perfectus eſſet,iſta ſecūdū eū perfecta non fierēt. Sed de ſeptē.Libr.xj.de ciuit. Dei,c.xxxj.Numerus ſeptenarius perfectus eſt, in quo Dei requies cōmendatur. Nā ipſa ſeptima die requieuit,in qua primū eius ſanctificatio ſo- C nat.Quia Deus iſtū diē in vllis ſuis operibus noluit ſanctificare,ſed in requie ſua,quę nō habet veſperā.De cuius numeri perfectione ſatis eſt admonere,quod totus impar primus numerus ternarius eſt,totus par quaternarius:ex quibus duobus ſeptenarius cōſtat.Ideo pro vniuerſo ſæpe ponitur, ſicuti,Septies in die cadet iuſtus & reſurget, id eſt,quotieſcūq; ceciderit,nō peribit.Quod nedum de iniquitatibus,ſed & de tribulationibus ad humilitatē perducentibus intelligi voluit.Et ſepties in die laudabo te:quod alibi alio modo dictū eſt,ſemper laus eius in ore meo.Et multa huiuſmodi in Diuinis authoritatibus reperiuntur in q̄bus ſeptenarius numerus pro cuiuſlibet rei vniuerſitate ponitur.Propter hoc eodē ſæpe nume- D ro ſignificatur Spiritus ſanctus,de quo Dominus ait,Docebit vos omnem veritatem. Ibi requies Dei qua requieſcitur in Deo. In Deo quippe, id eſt, in plena perfectione,eſt requeis: in parte autem labor. In Deo laboramus quandiu ex parte ſumus, ſed cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Hinc eſt etiam quod ſcripturas ipſas cum labore rimamur. Super Pſalm. cxviij. ſermone xxxj. Septies in die quod ait,ſignificat ſemper.Solet quippe iſte numerus eſſe vniuerſitatis indicium: propter quod ſex diebus Diuinæ operationis, ſeptimus adiectus eſt quietis.Et per ſeptē dies currentes & recurrentes, tempora vniuerſa voluuntur. Nec ob aliud dictum eſt, Septies in die cadet iuſtus,& reſurget, id eſt non perit iuſtus modis omnibus humi

Tom.III. Senarius numerus perfectus. Tom.V. Septenarius numerus. Tom.VIII.

humiliatus, sed nõ præuaricatus: alioquin nõ erit iustus. Nã pro omni genere tribulationis qua in cõspectu hoïm deiicitur positũ est, septies cadit. Et pro eo ex ipsis omnibus tribulationibus proficit, positũ est, resurgit. In ser. de septẽ sigillis. Legimus in Apoc. septem sigillis librum esse signatũ, quẽ nullus potuit aperire, nec soluere signacula eius. Nullus in cœlo, q̃a nec Angeli: nemo in terra, quia neq; homo: nemo sub terra, quia neque cæteri spiritus: nisi leo de tribu Iuda, radix Dauid, id est, Christus. Primum sigillũ, est natiuitas Domini: Secundũ, baptismus: Tertiũ, crucifixio: Quartũ, sepultura: Quintũ, resurrectio: Sextũ, ascensio: Septimũ, iudiciũ. Et hæc sunt septẽ dona Spiritus sancti. Primũ spiritus sapiẽtiæ, vt Christus ex virgine nasceretur sine virili semine. Secũdũ fuit spiritus intellectus, vt per vndam baptismatis omnia peccata dimitteret. Tertiũ fuit spiritus cõsilij, vt Caiphas dixit, Melius est vt vnus homo pereat, quã tota gens. Quartũ fuit spiritus fortitudinis, quãdo corpus in sepulchro fuit, anima in inferno diabolũ alligauit, & animas sanctorũ patrũ quæ ibidẽ detinebat, eduxit: proinde dicitur quod infernũ momordit. Quintũ fuit spiritus scientię, quãdo Christus surrexit à mortuis, nósq; fecit credere, & à peccato surgere. Sextũ fuit spiritus pietatis, quãdo ascendit ad cœlos, & quotidie ascẽdũt ad eũ animæ iustorũ. Septimũ fuit spiritus timoris Domini, quãdo venturus erit Christus ad iudiciũ: quia grandis timor tunc peccatoribus erit. Istáq; septẽ dona spiritus sancti, septem patriarchæ habuerũt. Spiritus sapiẽtiæ fuit in Adã, qui nomẽ imposuit omni creaturæ q̃ sub cœlo est. Spiritus intellectus in Noe, qui meruit audire à Domino, Fac tibi arcam de lignis quadratis. Spiritus cõsilij in Abrahã, qui nihil fecit præter cõsiliũ Domini. Spiritus fortitudinis in Isaac, qui sustinuit iniurias à gẽtibus cum quibus habitauit. Spiritus sciẽtiæ in Iacob, quia cũ Domino loquutus est in valle Mahanaim. Spiritus pietatis in Mose, qui dixit, Dimitte peccata populi tui: & si non dimittis, dele me de libro quem scripsit dextera tua. Spiritus timoris fuit in Dauid, quando tradidit Dominus Saul in manu eius, & dixit Dauid, Absit hoc à me vt mittam manus meas in Christum Domini mei.

Cap. 1. Tom. VII. SEVERITAS. Differt à crudelitate. Lib. iij. contra epistolã Parmeniani. Ipse satanas per imaginem iustæ seueritatis crudelem sæuitiã persuadet, nihil aliud appetens venenosissima versutia sua, nisi vt corrũpat atq; disrumpat vinculum pacis & charitatis: quo conseruato inter Christianos, vires eius omnes inualidæ sunt ad nocẽdũ, & muscipulę insidiarum eius comminuentur, & consilia euersionis euanescunt. Vnde charitas mãsueta est & sensu seuera. In eodem lib. versus principium. Aliud est charitas seueritatis, aliud charitas mansuetudinis: vna quædam charitas est, sed diuersa operatur.

Cap. 23. Tom. V. SIBYLLA. Lib. xviij. de ciuit. Dei. Eo tẽpore quo Roma cõdita est, nonnulli Sibyllam Erythream vaticinatã ferunt. Sibyllas autem Varro prodit plures fuisse, non vnam. Sed sanè Erythrea Sibylla de Christo manifesta cõscripsit in Græcis versibus: qui sicut eos quidam Latinus ex testantibus versibus est interpretatus, hæc continet.

Sibylla Erythrea de Christi regno.

Iudicij signum tellus sudore madescet.
E cœlo rex adueniet per secla futurus:
Scilicet in carne præsens vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent incredulus atque fidelis.
Celsum cum sanctis æui iam termino in ipso.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipse.
Cum iacet incultus derisis in vepribus orbis.
Reiiciẽt simulachra viri, cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis, pontúmque polúmque
Inquirens, tetri portas effringet Auerni.
Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, sontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens: tunc quisque loquetur
Secreta, atque Deus reserabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar, & chorus interit astris.
Soluetur cœlum, lunaris splendor obibit.
Deiiciet colles, valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime vel altum.
Iam æquantur campis montes, & cærula ponti.
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminàque igni.
Sed tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum variósque labores:
Tartareúmque chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hìc Domino reges sistentur ad vnum.
Decidet è cœlis ignísque & sulphuris amnis.

Hi versus in Græco à literis incipiunt, quæ cõiunctæ faciũt, Iesus Christus Dei filius saluator. Sed his in Latino vt cunq; trãslatis, non potuit ille sensus occurrere, qui fit cum literæ quæ sunt in eorũ capitibus cõnectuntur. Inserit etiam Lactãtius operi suo quædã vaticinia Sibyllę, quãuis nõ exprimat cuius. Sed quæ sigillatim ipse posuit, ego arbitratus sum cõiunctim esse ponenda, tanquã vnũ sit prolixũ, quæ ille plura cõmemorauit & breuia. In manus, inquit, iniquas infideliũ postea veni. Deo dabũt alapas manibus incestis, & impurato ore expuent venenatos sputus. Dabit verò ad verbera simpliciter sanctũ dorsum. Et colaphos accipiẽs tacebit, ne quis agnoscat, quod verbũ vel inde venit vt inferis loquatur, & corona spinea coronetur. Ad cibũ autẽ fel, & ad sitim acetum dederunt, in hospitalitate hãc monstrabunt mensam. Ipsa enim insipiẽs gens, tuum Deũ non intellexisti, ludentem mortalium mentibus, sed & spinis coronasti, & horridum fel miscuisti. Templi verò velum scindetur, & medio die nox erit tenebrosa nimis tribus horis. Et morte morietur tribus diebus somno suscepto. Et tunc ab inferis regressus ad lucem lætam veniet, primus resurrectionis principio reuocatis ostenso. Ista Lactãtius carptim ad ea quæ probare intenderat, adhibuit testimonia Sibyllina: Nõnulli sanè Erythream Sibyllam non Romuli, sed belli Troiani tempore fuisse scripserunt. Ibidem c. xxxiiij. Tempore Numæ, qui regnauit post Ro-

Lactantius lib. 4. cap. 18.

mulũ Romæ, quo apud Hebræos regnabat Manasses, à quo impio rege Propheta Isaias perhibetur occisus, Samiam Sibyllam fuisse ferunt.

Tom.III. De consec. dist. 2 c. signum 4. sent. dist. 1. c. sacramentum.

SIGNVM. Distinguitur de figuris. Lib. ij. de doctrina Christiana, cap. j. Signũ est res præter speciem quã ingerit sensibus, aliud aliquid ex se facens in cogitationẽ venire: sicut vestigio viso transisse animal, cuius vestigium est cogitamus: & fumo viso, ignem subesse cognoscimus: & voce animantis audita, affectionem animi eius animaduertimus: & tuba sonante, milites vel progredi vel regredi, & si quid postulat pugna oportere nouerunt. Signorum igitur alia sunt naturalia, alia data. Naturalia sunt, quæ sine volũtate atq; vllo appetitu significandi, præter se aliquid aliud ex se cognosci faciũt, sicuti est fumus significans ignem. Non enim quis homo volens significare id facit, sed rerum expertarum animaduersione & notatione cognoscitur ignem subesse, etiam si fumus solus appareat. Sed & vestigium transeuntis animantis, ad hoc genus pertinet. Et vultus irati seu tristis affectionem animi significat, etiam nulla eius voluntate, qui aut iratus aut tristis est: aut si quis alius motus animi vultu indice proditur, etiam id nobis non agentibus vt prodatur. Sed de hoc toto genere nunc disserere non est propositum. Quoniam tamẽ incidit in partitionẽ nostram, præteriri omnino nõ potuit, atque id hactenus notatũ esse si suffecerit. Data verò signa sunt, quæ sibi quæque viuentia dant inuicẽ ad demõstrandos, quantũ possunt, motus animi sui vel sensa, vel intellecta quælibet. Nec vlla causa est nobis significandi, id est, signi dandi, nisi ad deponendum in alterius animũ id quod in animo gerit is qui signum dat. Horum igitur signorum genus quantum ad homines attinet considerare atque tractare statuimus: quia & signa Diuinitus data, quę scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea scripserunt. Habẽt etiam bestiæ quædam inter se signa, quibus prodũt appetitũ animi sui. Nã & gallus gallinaceus reperto cibo, dat signũ vocis gallinæ vt accurrat: & colũbus gemitu colũbã vocat, vel ab ea vicissim vocatur: & multa huiusmodi animaduerti solent. Quæ vtrum sicut vultus aut dolentis clamor sine voluntate significãdi sequantur motu animi, an verè ad significandum dentur, alia quæstio est, & ad rem quæ nunc agitur, non pertinet. Quam partem ab hoc opere tanquam non necessariã remouemus. *Cap. 3.* Signorum igitur quibus inter se homines sua sensa communicant, quædam pertinent ad oculorum sensum, pleraque ad auiũ, paucissima ad cæteros sensus. Nã cũ innuimus, nõ damus signũ nisi oculis eius quẽ volumus per hoc signũ voluntatis nostræ participẽ facere. Et quidã motus manuũ pleraq; significãt. Et histriones, omnium membrorũ motibus dant signa quædam scientibus, & oculis eorum quasi fabulantur. Et vexilla dracones q; militares per oculos insinuant voluntatem ducum. Et sunt hæc quasi verba visibilia. Ad aures autem quæ pertinent, vt dixi, plura sunt, in verbis maximẽ. Nam & tuba & tibia super signa principa-

A tum obtinent verba & cithara dant plerunq; non solùm suauẽ, sed etiam significantem sonum. Sed omnia signa verbis comparata paucissima sunt. Verba enim prorsus inter homines obtinuerunt principatum significandi quæcunq; animo concipiuntur, si ea quisque prodere velit. Nam & odore vnguenti Dominus quo profusi sunt pedes eius, signum aliquod dedit: Et sacramento corporis & sanguinis sui prægustato, significauit quod voluit: Et cum mulier tangendo fimbriam vestimenti eius salua facta est, nonnihil significat. Sed innumerabilis multitudo signorum, quibus suas cogitationes homines exerunt, in verbis cõstituta est. Nã illa signa omnia, quorũ genera breuiter attigi, potui verbis enũtiare, verba verò istis signis nullo modo possem. Sed quia ver- *Cap. 4.*

B berato aere statim transeunt, nec diutius manẽt quam sonant, instituta sunt per literas signa verborum: & ita voces oculis ostenduntur, non per seipsas, sed per signa quædã sua. Sed de signis miraculorum sanctorum. Lib. xviij. de Ecclesiasticis documentis. *Cap. 84. Tom. III.* Signa & prodigia & sanitates etiam peccatores in nomine Domini facere ab ipso Deo didicimus: & cũ alios hac præsumptione iuuent, sibi pro ambitione humanæ gloriæ nocent: quia gloriantur in dato falso, non meriti debito. *Nullus signus Sãctus.* Signis & prodigiis clarum posse fieri Christianum, non tamen sanctum, si intemperatis & asperis moribus agat: temperatis autem & placidis moribus etiam absque signorum efficacia, & sanctum, & perfectum, & Dei hominem fieri rectẽ credamus. Nullus sanctus & iustus caret pec-

C cato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. *Sancti quoque peccatores.* Non enim naturæ viribus, sed propositi adiumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem. Et ideo veraciter omnes sancti se pronuntiant peccatores, quia in veritatę habẽt quod plangant, etsi non reprehensione conscientiæ, certe mobilitate & mutabilitate præuaricatricis naturæ. *Tom. X.* De signo verò crucis quo se signant homines. Lib. 50. Homi. homil. xxj. Omnis qui ad aliquod malũ opus currit, si forte pedẽ impegerit signat os suũ, & nescit quod includit potius dæmonẽ quã excludit. Tũc enim bene signaret & diabolũ de corde suo repelleret, si se ab illo opere nephario reuocaret.

De signis datis Mosi. In sermone de rubo. Quæ significant ea signa, quantum Deus adiuuat, tentamus aperire. Virga regnum significat: ser-

D pens mortalitatem. A serpẽte enim mors hominis propinata est. Ipsam autem mortem dignatus est Dominus assumere. Virga ergo veniẽs in terrã, serpentis speciẽ habuit: quia regnũ Dei, quod est Christus Iesus, venit ad terrã, mortalitate indutus est, quã fixit in cruce. Et infra subdit. Serpẽs ergo ipsa mortalitas est, quæ suscepta est à Domino: quã necesse est habere corpus cuius est caput homo Christus Iesus qui est in cælo. Ista Ecclesia mortalitatẽ habet: quod virus inflictũ est psuasio ne serpẽtis. Debemus ergo mortẽ peccatò hoĩs, sed p eã ad vitã pueniemus ęternã, p Iesum Christũ Dominũ nostrũ. Sed quãdo venit ad vitam, redit ad regnũ in finę sæculi: Nam ideo caudam

tenuit vbi finis est, vt ad pristinum reuocaret. Quid illa manus? Certum est quia manus populum istum significat. Sinus hominis quid est? Sinus Mosi secretũ Dei. Cum esset homo in secreto Dei, incolumis erat, & bono colore: Exiit à secreto Dei, ꝓgressus est Adã de Paradiso offenso Deo,& factus est vitiosus: facta est ergo manus illa alba, sed rediit ad sinũ: propter enim sinũ Domini nostri Iesu Christi recepit colorẽ. Quid autẽ illa aqua cõuersa in sanguinẽ? Aqua illa significat sapientiã: sæpe enim posita aqua est in similitudinẽ sapientiæ, vt dictũ est, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Sed aqua illa quæ in terra est, sanguis effecta est: vtique nobis ostendit verbum carnem factum,& habitans in nobis.

Tom.X.

SILENTIVM. De silentio Dei in præsenti tempore. Libro quinquagesimo Homiliarum, Homilia secunda. Nemo, fratres charissimi, falsa securitate se decipiat,& putet se ante tribunal Christi non esse venturum, nec redditurum de factis propriis rationem. Veniet enim Deus noster & nõ silebit. Modo enim silere dicitur, qa adhuc vindictã suspẽdere videtur. Eodem Lib. Homil. xxix. Veniet manifestus & non silebit: quia non silebit iudicaturus, qui siluit iudicatus. Ibidem. Suspicatus es quod ero tui similis, arguã te. Sileo cũ facis, sed non silebo cum in iudicio arguã te. Quid tibi faciã quando arguã te? Statuã te ante faciẽ tuam. Modo enim quãdo male facis, putas quia bonus es. Quia non vis te videre, alios reprehendis,& te non respicis: alios accusas, de te nõ cogitas: alios ponis ante oculos tuos, te ponis post dorsum tuũ. Ego arguã te & statuã te cõtra faciẽ tuã. Tollam te à dorso tuo,& ponã te ante oculos tuos. Videbis te,& plãges te: & nõ erit iam tunc quomodo corrigas. Cõtemnis tempus misericordiæ, veniet tempus iudicij.

Ibid. Cap.9. Tom.VII.

SIMILITVDO. De similitudine hominũ. Lib. cõtra Iulianũ. Similitudo colorum de corpore transit ad spiritum,& de spiritu ad corpus. Nam colores virgarum quas variauit Iacob afficiendo transierunt in animas pecorũ matrum, atque inde rursus eadẽ affectione trãseundo apparuerunt in corporibus filiorum. Tale verò aliquid etiam in fœtibus humanis posse contingere, Soranus medicinæ author nobilissimus scripsit,& exemplo confirmat historiæ. *(Soranus medicus.)* Nam Dionysium tyrannum narrat, eo quod ipse deformis esset, nec tales habere filios vellet, vxori suæ in concubitu formosam proponere solere picturã, cuius pulchritudinẽ concupiscendo quodãmodo raperet,& in prolem quam concipiebat, afficiendo transmitteret. Neque enim Deus ita naturas creat, vt leges auferat quas dedit motibus vniuscuiusq; naturæ. *(Tom.IIII.)* Dicũtur res similes multipliciter Deo. Lib. octogesimo tertio. quæst. quæstione quinquagesima prima. Multis modis dici res possunt similes Deo: aliæ secundum virtutem & sapientiam factæ, quia in eo est virtus & sapientia non facta: aliæ inquantum solùm viuunt, quia ille summè & primè viuit: aliæ inquantum sunt, quia ille summè & primitus est. Et ideo quæ tantum sunt, nec tamen viuunt aut sapiunt, non perfectè sed exiguè sunt ad similitudinem eius: quæ autẽ non sapiunt & viuunt, paulò amplius participant similitudinem. Quæ autem sapiunt, ita illi similitudine sunt proxima, vt in creaturis nihil sit propinquius. Quare cum homo possit esse particeps sapientiæ secundum interiorem hominem, secundum seipsum est ad imaginem Dei, &c. Et infra subdit ibidem. Omnis imago similis est, non autem omne quod simile est, etiã imago propriè est. De qua similitudine nostra ad Deum. Libro de essentia Diuinitatis Dei. Similitudo Dei in homine ad opus refertur iustitiæ, dicente Domino in lege, Sãcti estote, quia ego sanctus sum Deus vester. *(Leuit.19.)* Dedit hoc in sermone de imagine. *(Tract. de creatione primi hominis. Tom.IX.)* Similitudo Dei in vobis in moribus cernenda est: vt sicut Deus, qui hominem ad imaginem & similitudinem suam creauit, charitas est,& bonus,& iustus, & patiens, & mitis, ac misericors,& cætera virtutum sacra insignia, quæ de Deo leguntur: ita homo creatus est vt haberet charitatem, vt bonus esset & iustus, vt patiens ac mitis, mundus ac misericors foret. Quas virtutes, quanto plus quisque habet in seipso, tanto propinquior est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si verò, quod absit, aliquis per deuia vitiorum & diuortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degenerans, oberret: tunc fiet de eo quod scriptum est, Homo cum in honore esset non intellexit,&c. *(Psal.48.)* Quis maior honor potuit homini esse, quam vt ad similitudinem sui conditoris conderetur, & eisdem vestimentis ornaretur quibus & conditor? De quo legitur, Dominus regnauit, decorem indutus est, id est, omni splendore virtutum & totius bonitatis decore indutus est. Vel quod maius potest esse hominum dedecus aut infœlicior miseria: quàm vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, in deformem & irrationabilem brutorum iumentorum delabatur similitudinem? Quapropter quisque diligentius attendat primæ suæ conditionis excellentiam, & venerandam sanctæ Trinitatis in seipso imaginem agnoscat, honorémque similitudinis Diuinæ, ad quam creatus est, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat: vt quando apparuerit qualis erit, tunc ei similis appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, in secundo mirabilius reformauit. In epistola ad Italicam, epistola sexta. *(Tom.II. 1.Ioan.3.)* Scimus quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Intantum ergo videbimus, inquãtum similes ei erimus. Inde igitur videbimus, vnde similes erimus. Quis demẽtissimus dixerit, corpore nos vel esse, vel futuros esse similes Deo? In interiori igitur homine ista similitudo est, qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Et tanto efficimur similiores illi, quantomagis in eius cognitione & charitate proficimus: quia etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem.

Libro nono de ciuitate Dei, capit. decimo
Tom.V. sexto. Deo quãto similior, tãto fit quisq; propin-
quior. Nulla est ab illo alia longinquitas, q̃ eius
dissimilitudo. Incorporali verò æterno bono &
incommutabili, tanto est anima hominis dissimi
lior, quãto rerũ temporaliũ mutabiliúmq; cupi-
Tom.X. dior. In serm. de Iacob & Esau. Similitudo fa-
Similia verba habẽtur. cit vnum, dissimilitudo diuersitatẽ. Libr. iij. de
verbis Domini. Quisquis esse similis Deo cupit,
Super Psal. 70. conci. 2. vt ad eum perueniat, fortitudinẽ suã, sicut scriptũ
est, ad illũ custodiat: nec ab ipso, à quo similitudi-
Tom.VIII. nem accepit, vllo modo superbiendo recedat:
sed ei cohærẽdo signetur, & tanquã ex annulo fi-
dei affixus retineat imaginẽ Dei, faciẽs illud quod
dictũ est, Mihi adhærere Deo bonum est: vt & cu
stodiat similitudinẽ & imaginem ad q̃ factus est.
Porrò autẽ si peruersè vult imitari Deũ, vt quo-
modo Deus nõ habet aliũ à quo formetur, nõ ha-
bet à quo regatur, sic ipse velit sua potestate vti: vt
quomodo Deus nullo regente viuat, quid restat,
nisi vt recedens ab eius calore torpescat, rece-
dens ab eo qui summè atq; incõmutabiliter est, in
deterius mutatus deficiat? hoc diabolus inique fe
cit. Imitari Deũ voluit, sed peruersè: non esse sub
illius potestate, sed cõtra illum potestatem habe-
re. Ideo super psalm. xxxiiij. Neq; enim Deo,
qui vbique est, & nullo continetur loco, per loca
propinquamus, aut ab illo per loca remouemur.
Propinquare illi, est similẽ illi fieri: recedere ab
eo, dissimilẽ fieri. Super psal. xciiij. Dissimili-
Tom.VIII. tudine recedimus à Deo, similitudine accedimus
ad Deũ. Qua similitudine? Ad quam facti sumus,
q̃ in nobis peccando corruperamus, q̃ peccatorũ
remissiõe recepimus: quæ in nobis renouatur in-
tus in mente, vt tanquã resculpatur in nummo, id
est, in anima nostra imago Dei nostri, & redea-
mus ad thesauros eius. Quia sicut Cæsar quærit
in nũmo imaginẽ suã, ad hanc similitudinẽ Chri-
stus inuitans cum dilectione inimicorũ dixisset,
dat exemplũ de ipso Deo qui solẽ suũ oriri facit
super bonos & malos, & pluit super iustos & iniu
stos. Estote, ait, sicut & pater vester perfecti. Cũ
dicit. Estote sicut & ille perfecti: ad similitudinẽ
nos inuitat. Et si ad similitudinẽ nos inuitat, con-
stat quod dissimiles existẽdo recesseramus à Deo,
& facti eramus longe per dissimilitudinẽ, vt iam
fiat quod scriptũ est. Accedite ad eum & illumi-
namini. Sed differt in similitudine ista Chri-
Tom.VIII. stus à nobis. Super psal. lxxxviij. serm. j. Quis simi
lis Deo in filiis Dei? Ille vnicus, nos multi: ille
vnus, nos in illo vnũ: ille natus, nos adoptati: ille
ab æterno filius genitus per naturã, nos à tẽpore
facti per gratiã: ille sine peccato, nos per illum li-
berati à peccato. Ergo quis similis Deo in filiis
Dei? Similatur autem Christus multis rebus.
Tract. 47. Super Ioannem. Per similitudinem Christus mul
Tom.IX. ta est, quæ per proprietatẽ non est. Per similitu-
dinem & petra Christus est, & ostiũ est Christus,
& lapis angularis est Christus, & agnus est Chri-
stus, & pastor est Christus, & leo est Christus.
Quàm multa per similitudines & alia quæ cõme
morare lõgum est? Si autẽ proprietates discutias

A rerũ quas videre cõsueuisti, nec petra est, quia du
rus & sine sensu nõ est: nec ostiũ est, quia eum fa-
ber nõ fecit: nec lapis angularis est, quia nec à stru
ctore cõpositus: nec pastor est, quia custos ouium
quadrupedũ non est: nec leo est, quia fera nõ est,
nec agnus est, quia pecus nõ est. Omnia ergo ista
per similitudinem. Quid ergo propriè? In princi-
pio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus
erat verbum. Quid de homine qui apparuit? Et
verbũ caro factũ est & habitauit in nobis. De
similitudinibus autẽ rerũ quæ apparẽt in somniis *Cap. 21.*
& visiõibus. Lib. xij. sup Gen. Similitudines cor- *Tom.III.*
poraliũ rerũ formãtur in spiritu: siue cũ aliquod
corpus sensu corporis tangimus, & cõtinuo for-
matur eius similitudo in spiritu, memoriáque re-
conditur: siue cũ absentia corpora: nam nota co-
B gitamus vt ex eis formetur quidã spiritualis aspe
ctus, quæ iam erãt in spiritu, & antequã ea cogita- *Formationes*
remus: siue cum eorũ corporũ, quæ nõ nouimus, *similitudinũ*
sed tamẽ esse nõ dubitamus, similitudines, non ita *in animo.*
vt sunt illa, sed vt occurrit intuemur: siue cũ alia,
quæ vel non sunt, vel esse nesciũtur, pro arbitrio
vel opinione cogitamus: siue neque id agentibus,
neq; volẽtibus nobis variæ formæ corporaliũ si-
militudinũ versantur in animo: siue cum aliquid
corporaliter acturi, ea ipsa disponimus, quę in il-
la actiõe futura sunt, & omnia cogitatiõe antece
dimus: siue iam in ipso actu, vel cũ loquimur, vel
cum facimus, omnes motus corporales vt exeri
possint præueniũtur similitudinibus suis intus in
spiritu: neque enim vlla vel breuissima syllaba in
ordine suo, nisi prospecta sonuisset: siue cũ à dor-
C mientibus somnia videntur, vel nihil vel aliquid
significantia: siue cum mala valetudine corporali
perturbatis intrinsecus itineribus sentiendi, ima-
gines corporum spiritus veris corporibus ita mi-
scet vt internosci vel vix possint: & aut significẽt
aliquid; aut sine vlla significatione oboriãtur: si-
ue prorsus ingrauescẽte aliquo morbo vel dolo-
re corporis, & intercludẽte intus vias, quibus ani
mæ, vt per carnẽ sentiret, exercebatur ac niteba-
tur intẽrio, altius quam somno absentato spiritu,
corporaliũ rerũ existũt aut monstrãtur imagines
vel significãtes aliquid sine vlla significatiõe ap-
parentes: siue nulla ex corpore causa existẽte, sed
assumẽte atq; rapiente aliquo spiritu tollitur ani-
ma in huiusmodi videndi similitudines corporũ,
miscẽs eis visa corporalia, cũ simul etiã corporis
D sensibus vtitur: siue ita spiritu assumẽte alienatur
ab omni corporis sensu, & auertitur, vt solis simi-
litudinibus corporũ spirituali visione teneatur,
vbi nescio vtrum possint aliqua nihil significãtia *Super Psal.*
videri. Sed de similitudinibus quæ dãtur à scri- *57.*
ptura. Super psal. Non vndecunque datur simili-
tudo à scripturis, laudatur ipsa res, sed tantum in-
de similitudo trahitur. Non enim laudauit ini-
quum iudicem, qui nolebat audire viduam, qui
nec Deum timebat, nec homines reuerebatur:
tamen inde similitudinem Dominus traxit. Su *Tom.VII.*
per psal. cẽtesimũ secundũ. Non vndecunq; pos-
sunt similitudines duci ad perfectum, possunt col
liniari ipsæ res rebus ad quas adhibentur. Dan-
tur

Ser ord. 51. Tom X. 1.Cor.10. tur autem similitudines vt dicit. Lib.iij. de verbis Domini, ser.xiiij. Similitudines vobis adhibeã, vt quod minus intelligitur, exẽplo clarescat. Si enim de terrenis ad cœlestia nõ sunt dandæ similitudines, quomodo scriptũ est, Petra autem erat Christus? In serm. de Iacob & Esau. Q̃uo dicitur petra, & nõ est petra: dicitur mare, & non est mare? quia hæc aliud & aliud significãt. Sic dicitur mõs, & non est mons: sic dicitur terra, & non est terra. Quid aliud significat? Sicut dicitur leo de tribu Iuda Dñs Iesus Christus, & non est leo: sic dicitur agnus, & nõ est agnus: sic dicitur vitulus, & nõ est vitulus. Quare sunt dicta omnia ista? Quærimus quare dictus est leo? ꝓpter fortitudinẽ. Quare dictus est petra? propter firmitatẽ. Quare dictus est agnus? ꝓpter innocẽtiã. Quare dictus est vitulus? propter victimã. Quare dictus est mons? propter magnitudinẽ. Quare maria? propter dulcedinẽ. Nouimus enim q̃d sit petra: & tamẽ de hoĩe duro & absurdo, dicitur petra: & de hoĩe robusto & immobili, dicitur petra: & ad laudẽ dixisti firmitatẽ, & ad vituperationẽ duritiã. Nouimus & in petra firmitatẽ, & accepimus Christũ: petra enim erat Christus. In leone fortitudinẽ nouimus, & tamen leo etiã diabolus noĩatus est. Qui dixerit in proprietate petræ fuisse Christum petrã, blasphemat. In proprietate lapidis duritia est: in figura, firmitas. Et sicut vitulus in proprietate pecus est: in figura victima. Omnis enim figurata allegorica loquutio, aliud videtur sonare carnaliter, aliud insinuare spiritualiter. Sed vt dicit. Libr. de libero arbitrio. Nulla visibilis similitudo inuisibili rei potest ad omnẽ cõuenientiã coaptari. Ideo Lib. cõtra Felicianũ. In rebus incõprehẽsibilibus exẽpla non suppetũt disputãti. Tom.VI. Sed de hoc aduerbio sicut. Super psal. Quod dicimus, sicut: aliquando ad similitudinẽ refertur: vt quando dicimus, sicut dixit pater, ita & filius. Aliquando ad proprietatẽ: vt quãdo dicimus, Fecit sicut bonus vir. Nũquid ideo nõ est bonus vir? Sicut, Tanquã iustus: hoc non negat ipsum esse iustum.

SIMVLATIO. Simulatio duplex est malũ. super psal. lxiij. Simulata innocẽtia non est innocentia: simulata æquitas nõ est ęquitas. Sed duplex iniquitas: quia iniquitas est simulatio.

Tom.I. Cap.4. Tom.IX. Lib. de moribus Ecclesiæ. Libr. j. Facile est simulare, & difficile est habere virtutẽ. Eius tentatio repellitur. Lib. de cõflictu vitiorũ. Simulatio veræ religionis dicit, Quia nihil boni in abscõdito facis, ne à cũctis cognitus detesteris, finge te foris esse quod nõ appetis. Vera religio respondet. Imò magis satage esse quod nõ es: nã ostẽdere te hominibus quod nõ es, quid aliud quã dãnatio est? Memor esto itaq; quod dicitur, Væ vobis Mat.23. Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mũdatis quod foris est calicis & paropsidis, intus aũt pleni estis rapina & immũditiis. Pharisæe cæce, mũda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt sit & id quod foris est mundũ. Itẽ illud quod inculcando repetitur, Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparẽt hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia: sic &

A vos à foris quidẽ apparetis hominibus iusti, intus autẽ pleni estis hypocrisi & iniquitate: necnon & illud quod de talibus scriptum legitur, Veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ, & intrinsecus erũt lupi rapaces. In sermo. de iudicio Salomonis. Video significare istas duas mulieres in vna domo, duo genera hoĩm in Ecclesia: vnũ eorũ in q̃bus vera charitas regnat, alterũ eorũ in quibus simulatio dominatur. Ista duo tanquã duas mulieres intueamur. Dilectionẽ quippe falsa simulatio imitatur: ideo istã cauet Apostolus cũ dicit, dilectionẽ sine simulatione. Quãuis enim vna domus (quemadmodũ reticulũ illud Euãgelicũ in mare demissum simul & bonos & malos, donec ad littus ꝑducantur) includat, tamẽ sua opera quamq; manifestam faciũt. Meretrices autẽ fuerũt ambę, q̃a omnes ex B cupiditate sæculi conuertũtur ad gratiã Dei: non enim de prioribus iustitiæ mẽtis verè potest q̃squã gloriari. Meretrix aũt quod fornicatur, ipsius est: quod habet filiũ, Dei est: nam omnes hoĩes ab vno Deo creatore formãtur. Nec mirandũ quod etiã de peccatis hoĩm Deus bene operatur, nã etiã de scelere Iudæ traditoris Dñs noster salutem humani generis operatus est. Sed interest quo q̃sq; operatur aĩo: Deus enim sępius idẽ opus operatur aĩo saluãdi: quod peccator animo perdẽdi, quanquã sua ꝓuidentia Deus de pc̃õ eius operetur iustitiã. Nõ enim eo animo Iudas tradidit Christũ, quo animo Christus se tradidit aut tradi se passus est. Quisq; impius pc̃ĩ sui euentu, cũ aliq̃d melius q̃ ipse nollet prouenire cognouerit, dolet potius q̃ lætatur: tanq̃ si venenũ aliq̃s inimico ægrotãti C dare cupiens, fallatur in specie medicamenti, & aliud ꝓ alio salutare aliquid offerat, fiãtq; æger sanus Dei beneficio, qui facinus inimici eius voluit cõuertere in salutẽ: quod tamen cũ malus ille cognouerit de sanitate hoĩs, quæ per manus eius gesta est, cruciatur. Si autẽ meretrix cõceptũ filium silẽter habeat, nec libidine nec amẽtia turpis mercedis impulsa, de visceribus amet quod conceperat, nec peccãtiũ fœcũditati cõtradicat, & cupiditas illa q̃ defluebat in plurimos ad vnũ Dei donũ cõuersa est: nõ iam cupiditas, sed dilectio noĩabitur. Meretricis ergo filius rectè intelligitur dilectionis gratia: qua prior exuta peccatricis naturæ turpitudine nouus homo natus indulgẽtia peccatorũ est. Dñs & in ipso numero discipulorũ, quãuis ex pc̃õribus oẽs elegerit, priores tamẽ elegit D perseueratores in dilectione q̃ Iudã simulatorẽ. Nõ est quidẽ scriptũ quo ordine electus sit, sed tamen notũ est ante illum electos bonos. Et nõ frustra vltimus honoratur & noĩatur. Et post Domini ascensionẽ oẽs qui erãt in vno loco, q̃bus Spiritus sanctus, pollicitatio Domini, desuper missus & infusus est, à quibus cœpit Ecclesia, boni erant & sine simulatiõe diligebãt. Postea simulatio cœpit operari in Ecclesia. Et ideo dilectio prior peperit, & tã magnus effectus est partus dilectionis, vt iã posit agnosci incontinentia & iustitia expectatio futurorũ. Simulatio verò si peperit, etsi ad exiguum tẽpus peccatorũ remissione lætata fuit, tanquã pondere sæcularis cupiditatis oppressa, cũ de spe cœlestiũ deiecta præmiorũ, in terrenã re-

quiē grauato corpore tendit, quasi dormiens suffocat indulgentiā, quam credēdo inuenerat. Tales autē homines malunt nomine iustitiæ, quàm veritate gaudere: bonúmq; opus alienū per obscuras fallacias quasi per noctē viuum filiū mentiendo ad se transferre conātur. Nec solùm aliorum bona opera sibi vsurpant, sed aliis etiā obiiciunt scelera sua, quasi mortuum filiū supponentes. Quādo autē simulatio in falso iustitiæ nomine nullo prohibente gloriabitur, & spirituale viuúmq; opus, quod ipsa nō genuit (quia quod ipsa genuerat, pondere crudelissimi soporis extinxit) ad fallacē iactātiā sicut & nomē matris applicabit sibi, & scelera sua bonis atq; innocētibus obiiciendo supponet? Quādo simulatio ita regnabit, nisi cum abundabit iniquitas, id est, tenebræ peccatorum, quasi cæca nocte præualebunt, & refrigescet charitas multorū, id est, operis spiritualis, tanquā viui pueri mater obdormiet? Nō sic autē dormit vt occidat: sed fraudibus simulatiōis dormiendo locū dedit. Expergefacta autē cū impietatē, q̄ ipsa nō fecit, ab eis q. faciunt sibi obiici viderit, & spirituali opere gratiæ, q̄ custodiuit, cernit simulationē audere se matrē boni operis nominari, pacifici iudicis implorat auxiliū: Nam Salomō pacificus interpretatur. Quā vidēs duas profert sentētias: primā, tanquā ignorantis: vltimā verò, tanquā cum manifesta cognitione iudicantis. Certamē pietatis primā proponit, dat præmium secunda victori. In prima probatur mater: in secunda lætatur. In prima flens mittit semen suum: in secunda cum exultatione reportat manipulos suos. Quod pertinet ad duo tēpora Ecclesiæ quæ Dominus Christus iudex pacificus moderatur: vnū m, quod nunc est: alterū quod futurum est. In isto probamur, in illo coronamur. Sed nulla maior est in Ecclesia probatio charitatis, quam cum etiā honor ipse matris, qui tanti fieri apud homines videtur contēnitur, ne membra paruuli diuidātur, & vnitas Christiana dilanietur. Vnde cum ad periculū ventum fuerit, vt paruulus diuidatur, cum sibi honorē falsum simulatio vēdicat, & scindere parata est vnitatem, contemnit mater honorem suum, dummodo filiū videat intactum viuúmq; seruari: ne fortè cum debitū visceribus suis honorē pertinacius vēdicat, det locum simulationi per mascerā schismatis infirma mēbra diuidere. Dicat ergo charitas mater, Date illi puerum. Etenim siue occasione, siue veritate Christus annuntietur in hoc gaudet dilectio. In Mose charitas clamat, Domine aut ignosce illis, aut dele me de libro tuo. In pharisæis autem simulatio loquitur. Si dimittimus eum sic, veniēt Romani & tollent nobis gentē & locū: non enim in veritate, sed in simulatione nomē volebāt habere iustitiæ, & honorē debitum iustis per fallaciam tenere cupiebāt, cum regnans in eis simulatio super cathedrā Mosi sedere permissa est, vt dici posset à Domino. Quæ dicunt facite, sed quæ faciūt facere nolite. Vt honorē falsum habentes, veritate tamē scripturarum paruulos infirmósq; nutrirēt. Simulatio enim suum habet scelus, quo nouū ho-

A minē, quem per gratiā donantis acceperat, pōdere suę dormitionis extinxit: sed lac fidei propterea nō defuit, quo suffurato paruulo, qui renascentem vitam significat alimenta ministrātur. Nam etiā in malis moribus simulatio cōstituta, retinet tamen in memoria tanquam in vberibus verba fidei & doctrinā Christianā, quæ omnibus ad Ecclesiā venientibus traditur. Ex illo lacte poterat etiā falsa mater, veræ tamen fidei succum sugenti paruulo infundere: inde in se secura est vera mater etiamsi à simulatoribus in Ecclesia paruulus eius Diuinarum scripturarū catholicæ fidei lacte nutritur: cum prohibita diuisione vnitas est salua. Est & sententia iudicis vltima, qua vltimū Christi iudicium figuratur, probata charitas, quæ propter salutem paruuli, & vnitatis firmamentū, etiā
B simulationi cessit, vt amorem tenens, in fruitione gloriæ sempiternæ, piæ matris præmiis perfruatur. In Lib. expositionis symboli ad Laurentiū Episcopū, versus principiū. Tradūt, in aduētu Spiritus sancti, cum super singulos quosque Apostolos variæ linguæ consedissent, vt loquelis diuersis vel variis loquerentur, ne eis vlla gens extranea, nullæ linguæ barbaræ inaccessæ viderentur, & in via præceptum à Domino datum ob prædicandum Dei verbum ad singulas quasq; proficisci nationes. Discessuri itaq; ab inuicem futuræ prædicationis normā in commune cōstituunt: ne fortè alius ab alio abducti diuersum aliquid prædicarent. Omnes igitur in vno positi, & Spiritu sancto repleti, breue istud suæ prædicationis fecerūt indiciū, cōferendo in vnum quod vnusquisq; sen-
C tiret cōponunt: Vnde & collatio dici potest. Sed & indiciū vel signum idcirco dicitur, quia in illo tēpore, sicut Paulus Apostolus dicit, & in Actis Apostolorū refertur, multi ex circuncisis Iudæis simulabāt se Apostolos Christi, & lucri alicuius vel vētris gratia ad prædicandū proficiscebātur, nominātes quidem Christū, sed nō integris traditionū lineis nuntiātes. Ideo ergo istud indiciū positum est, per quod agnosceret is q. Christū verè secundū Apostolicas regulas p̄dicaret, deniq; & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt, quoniam & armorum habitus par, & sonus vocis idem, & mos vnus, & eadem instituta bellādi, ne qua doli surreptio fiat, symbola discreta vnusquisq; dux suis militibus tradit, qui Latine signa, vel indicia nominātur: vt si fortè occurrerit aliquis de quo dubi-
D tetur, interrogatus symbolū prodat si sit hostis an socius. Idcirco deniq; hæc non scribi chartulis aut mēbranis, sed retineri cordibus voluerūt, vt certum esset neminē hac ex lectione, quæ interdum etiam ad infideles peruenire solet, sed ex Apostolorum traditione didicisse sufficeret. Discessuri igitur ad prædicandum, vt diximus, vnanimitatis & fidei suæ Apostoli symbolum vel indicium posuerunt: non sicut filij Noe discessuri ab alterutrum turrem ex latere cocto ac bitumine construentes, sed munimenta fidei, quæ starent aduersus faciem inimici ex lapidibus viuis, & margaritis Dominicis ædificantes, quæ neque venti impellerent, neque flumina subuerterent, neque

Hic libellus nusq̃ apud Aug. Est autem, si bene memini, apud Cyprianum.

neque procellarum tempestatúmque turbines perturbarent. In sermone de redditione symboli. Symbolum dicitur à similitudine quadam translato vocabulo: quia inter se symbolum faciunt mercatores, quòd eorum societas pacto fidei teneatur. Simus & nos similes negotiatoribus bonam margaritam quærentibus. Hæc margarita est charitas, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctũ qui dabitur nobis. Ad hãc peruenitur ex fide quæ isto symbolo cõtinetur. Ibidem. Quid in symbolo audituri estis, in Diuinis sacrarum scripturarum literis cõtinetur.

In sermone de oratione Dominica. In symbolo est regula fidei nostræ breuis & grãdis: breuis numero verborum, grandis pondere sententiarum. In sermone primo de fide. Quicquid in symbolo audiuistis, Diuinarum scripturarum & sententiarum literis continetur.

Lib.de symbolo ad catechum.cap.1. Tom.IX. SYMBOLVM. In sermone de redditione symboli vbi supra, in principio libri de symbolo. Accipite regulam fidei, quod symbolum dicitur. Cum acceperitis, in cor describite, & quotidie dicite apud vos: antequam dormiatis, antequã procedatis, nostro symbolo vos munite. Symbolum nemo scribit vt legi possit: sed ad recẽsendum, ne forte deleat obliuio quod tradidit diligentia, sit nobis codex nostra memoria. Quod audituri estis, hoc credituri: & qđ credideritis, hoc etiã lingua reddituri estis. Quid
Cap.eod. sit ibidem infra. Symbolum est quod retenturi estis & credituri. Ista verba quæ audistis, per Diuinas scripturas sparsa sunt, sed inde collecta & ad vnum redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret: vt omnis homo possit dicere, possit tenere quod credit. Eodem Libro, tractatu
Cap.1. Tom.eod. tertio, in principio. Symbolũ est catholicæ fidei fundamẽtum, super quod ædificium surrexit Ecclesiæ cõstructum manibus Apostolorũ & Prophetarum. In paruo libello de symbolo. Ideo dicitur symbolum, quod ibi nostræ societatis fides placita continetur, & eius confessione, tanquam signo dato, Christianus fidelis agnoscitur.

Homil.42. Tom.X. De eius studio. Libro decimo Homil. Tenete symbolum. Ne obliuiscamini quotidie dicite quando surgitis, & quando vos collocatis ad somnum. Reddite symbolum vestrum Domino, commemorate vos ipsos, non pigeat repetere. Bona est repetitio, ne surrepat obliuio. Ne dicatis, Dixi heri, dixi hodie, quotidie Domino, teneo illud bene. Commemora fidem tuam, inspice te, sit tãquam speculum tibi symbolum tuum. Ibi te vide, si credis omnia quæ credere confiteris, & gaude quotidie in fide tua. Sint diuitiæ tuæ, sint quotidiana omnia ista quodammodo indumenta mentis tuæ. Nunquid non quando surgis te vestis? Sic & commemorãdo symbolũ tuum, vesti animam tuam, ne forte nudet obliuio, & re-
2.Cor.5. maneas nudus, & fiat quod ait Apostolus, quod absit à te. Si tamẽ vestiti non nudi inueniamur, vestiti enim erimus fide nostra, & ipsa fides & tunica est, & lorica. Tunica, cõtra confusionẽ: lorica, contra aduersitatẽ. Cum autẽ venerimus ad illũ

A locũ vbi & regnabimus, non est opus vt dicamus symbolum. Deum videbimus, ipse enim Deus nobis visio erit, & fidei huius veritas erit.

SYNAGOGA. Super psal.lxxxj. Iudæorum propriè synagoga dici solet, quãuis & Ecclesia dicta sit: nostri verò Apostoli nunquam synagogã dixerunt, sed semper Ecclesiam. Tom.VIII

In serm.j.de dedicatione Ecclesiæ. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. In Iacob Iudaicã plebem, in Sion intelligimus Christianam. Diligit Dominus portas Sion. Respuit Synagogã, & præelegit Ecclesiam. Scire autẽ debemus quæ & quanta sit inter vtranq; distantia. Synagoga est nationis vnius cõgregatio: Ecclesia est vniuersarũ gentium multitudo. Illic
B tabernacula sunt in Iudæis: hîc fundamenta in Christianis. Et infra subdit. Vtriusq; differentiam videamus, quomodo Dominus plus diligat Sion quam Iacob. Hanc vtiq; Ecclesiam nouellã in stirpẽ bonam salutis author & reparator inseruit. Synagogã aridam in vetustate & impietate offensus reliquit. Ita Dei iustitia dispensante vel gratia, vt cum illius infructuosam ficum succideret, huius oleam fœcundaret: & cum illa cõuersa in spinas aruisset, hæc vino salutaris vuæ irrigata pinguesceret. Tunc autem in spinas est conuersa, quando de spinis sertum capiti saluatoris imposuit. Cũ illa vnius populi mater esset, hæc mundi. Christus suo illo sanguine maculas Ecclesiæ diluit, quo se infœlix synagoga maculauit: Et cum illa in lacũ sordidũ ceciderit, hæc de fontis lauachro dealbata surrexit. Cúmq; illa filios miserit
C in necem patris armatos, hæc patri obtulit adoptandos. Ideo de Ecclesiæ fœcunditate propheta commemorat: quia plures filij desertæ quam eius quæ habet virum. Illa habens virum nomen matris amisit: hæc sponsum habens accrescentem sobolem nouã semper acquirit. Illa & corrupta & sterilis effecta est: Virgo hæc permanet, & parere non desistit: est & integra, & Deo maritante fœcunda. Illa suos nouercali impietate dispersit: hæc etiam alienos gremio materno sacra regeneratione conclusit. Illa vitam suam, quę Christus est, etiam resurrectione negauit: hæc confessa ac sequuta est morientem. Libellum repudij illa suscepit: ius thalami & regni hæc promeruit. Illius desideriis manna dulce imbre mellifluo rorauit: in huius cibum Deus ipse descen-
D dit, sicut dixit, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Pro illa taurorum vel hircorum cruor funditur: pro hac Dei filius immolatur. Illi mare patuit: huic cœlum patebit. Vox enim 1.Thes.4.
sponsi est per Apostolum suum, Simul rapiemur obuiam Christo in aëra, &c.

SINGVLARITAS. Esse debet in seruis Dei cum honestate. Libro de singularitate clericorum. Nobis quamplurimũ laborandũ est, de iis quibus ad manifestandã grauitatẽ singularitas magis quasi parilitas testis vera est. Respi- Apud D.
cite quãta mala cõuersatio huius parilitatis acqui- Cyprianum.
rat, quæ nõ nisi corruptionẽ seminat, pullulat vitia, lasciuiã pascit, cupiditatẽ cõcipit, ignominiam
parit,

parit,rabiem cõcitat, porrigit furiam,petulãtiam A nutrit,casas exaltat, ruinas ædificat, rapinas exigit, præcipitia instruit, periculis nauigat, naufragiis velificat,perditione gaudet, interitum fouet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobriũ, criminationes exaggerat, accusationes inflammat, & cateruatam semel in fascem glomerans, numerosas indagines captionum per infinita dedecorum simplices mores inuehit in perniciem perditorum. Tot itaque & tantas strages calamitatis,& strages pessimæ cõuersationis nemo prosternit,nemo calcat, nemo funestat,nisi singularis castitas sola, quæ munimen inuictum est sanctimoniæ,& expurgatio fortis infamiæ. Fortitudinis firmitas, & lasciuiæ petulantis infirmitas: probitatis præsidium, & improbitatis excidium: animæ victoria & corporis præda: vbertas gloriarum, & captiuitas criminum: pronuba sanctitatis,& repudium turpitudinis: synceritatis indicium,& abolitio scandalorum:exercitium continentiæ,& euacuatio tota luxuriæ:pax secura virtutum, & debellatio inquieta bellorum:puritatis culmen,& libidinis carcer: honestatis portus, & ignominiæ naufragalis locus:virginitatis mater, & hostis immunditiæ:lorica pudoris, & spolium probrositatis:corruptionis exitium,murus vigoris, & destructio vulgaritatis, seueritatis gladius triumphator,& dissolutionis occisor: armatura virium, & exarmatura fluxarum integritatis dignitas, & fornicationis abdicatio: claritatis fastigium, & dedecoris præcipitium:voluntas bonorum operum, & afflictio vitiorum: refrigerium pudicitiæ, & pœna petulantiæ: acquisitio triumphorum,& facinorum detrimentum:Requies salutis,& perditionis exilium:vita spiritus,& carnis interitus:status qualitatis Angelicæ summus humanæ substantiæ. Huiusmodi retinaculis omnis obscœnitas frænatur,& cõpedibus eius calces furentis libidinis statuuntur. In hac velut in scopulo franguntur impetus qualescunque sanguinis inundãtis,& in illa sedatur spumans tumoris insania corporalis.Quæ dum sibi subtrahit adminicula cõcupiscentiæ, mortua membra sua cognoscitur baiulare. De quibus Apostolus Paulus præmonet dicẽs, Mortificate ergo membra quæ sunt super terram,fornicationẽ, & immũditiam,libidinem, cõcupiscentiam malam,& auaritiam quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei. Ab his omnibus non nisi splendido singularitatis cultro castratur humana natura, vt illibatos spadones ad conuiuium sanctitatis dispensante circuncisione introducat. Cui sanctitas promisit, annuli sui nuptiale signaculum,ne sine ipsa virginitas resignetur: quæ se sola contenta libidinem domat,mentémque castigat,concupiscentiã subigit, desideria ardoris extinguit, artúsque debilitat, corpus ancillat, & ita carnalia crucifigit, vt tam masculus quàm fœmina videatur in conuersatione mentiri, dum illos opus vtriusque sexus operatione abscindit:aut neutrum faciẽs de duobus, tertiam formam conferre gloriatur ambobus, vtante resurrectionẽ resurrectionis imaginem,ad instar Angelorũ meditari noscatur. Singularitas enim sibi omnia amputans concupiscentiæ certamina deprædatur. Cuius laudes Salomõ exequitur dicẽs, Melius est esse sine filiis cum claritate. Immortalis est enim memoria illius: quia & apud Deũ nota est, & apud homines. Cũ præsens est, imitantur illam, & desiderant eam cum subduxerit, & in perpetuum coronata triumphat coinquinatorum certaminum prælium vincens. Non est sine filiis cum claritate, nisi singularitas sola, quàm non solùm conscientia sua nullis sordibus maculat, sed etiam nullæ opiniones suspectæ parilitatis † infamant. Nam si castitas (quod est difficile) masculum & fœminam pariter in virginitate conseruet, non habet claritatẽ, quam communitas ipsa nõ potest, nisi quibusdam probrositatum tenebris obscurare. B Singularitas verò ita data omnibus est & experta, vt cunctis splendore sui candoris pura manifestetur & lucida. Sic vbiq; singularitas splendet, vt omnes pro illa spondere non dubitent: & ita sanctitatem in semetipsa clarificat, vt laudem sibi ab ipsis quoque inimicis extorqueat. Hanc igitur amate, hãc tenete, quæ sola potest fœminas debellare: cum adhuc concupiscentia nulla pectus impulsat, & dum adhuc simplicitas incorrupta permanet vel quieta. Ad secretæ singularitatis tutelã citò concurrite, ne postmodum non valeatis. Habenda est in charitate. Super psal. iiij. Perit multiplicitas, & singularitas tenetur in sanctis. De quibus dicitur in Actibus Apostolorũ. Multitudinis autem credentiũ erat anima vna & cor vnum. C Singulares ergo & simplices,id est,secreti à multitudine & turba nascẽtium rerum atque morientiũ, amatores æternitatis & esse debemus, si vni Deo & Domino nostro cupimus inhærere.

Castitatis cõmendatio. — Coloss.3. — Eccl.16. — † Alias, pluralitatis. — Tom.VIII. — Act.4.

SINVS. De sinu Abrahæ. Libr.iiij.de origine animæ contra Vincẽtium Victorem. Si non iocaris & errare pueriliter non vis, sinum Abrahæ intellige, remotam sedem quietis atque secretam, vbi est Abrahã. Et ideo Abrahæ dictam,non quod ipsius tantum sit, sed quod ipse pater multarũ gentium sit positus, quibus etiam ad imitandum fidei principatũ propositus. Sicut Deum Abrahã, & Deum Isaac, & Deum Iacob, se Deus vocari voluit, cum sit innumerabilium Deus. De sinu Dei patris. Super Ioannem. Nõ habet Deus sinum,quemadmodum nos habemus D in vestimentis:aut cogitandus est sic sedere quomodo nos:aut forte cinctus est, vt sinum haberet:sed quia sinus noster intus est in secreto, sinus patris, vocatur secretum patris. Libro secundo quæstionum veteris & noui testamenti.quæst. septuagesima prima. De filiis Dei, quod sint in sinu patris. Sinus autem patris quid est, nisi affectus in charitate veri patris per naturæ vnitatem in filium? Libro secundo quæstionum Euangeliorum, quæst. trigesima quinta. Sinus Abrahæ, requies est beatorum pauperum, quorum est regnum cœlorum, in quo post hanc vitã recipiuntur. Et sepultura inferni, pœnarum profunditas, quę superbos & immisericordes post hanc vitam vorat.

Cap.16. Tom.VII. — Sinus Abrahæ. — Tract. Tom.IX. — Tom.III. — Tom.IIII.

vorat. Et infra. Sinus Abrahæ intelligitur secretum patris, quo post passionem resurgens assumptus est Dominus. Et infra. Sinus secretum patris bene intelligitur, vbi & ante resurrectionem iustorum animæ viuunt cum Deo: tanto enim verius vbique est Deus, quanto nullo continetur loco, sicut & latroni dictum est, Hodie mecum eris in Paradiso. In sermone de diuite & Lazaro. Posuerunt Angeli vlcerosum in sinu Abrahę, in requie sempiterna, in secreto magni patris. Sinus enim, secretum significat.

Cap. 16. Tom. V. SION. Libro xvij. de ciuitate Dei. Ciuitas regis est Ecclesia Sion. Sion Latinè interpretatur speculatio: speculatur enim futuri sęculi magnum bonum: quoniam illuc dirigitur eius intentio. Ipsa est & Hierusalem eodem modo spiritualiter. In sermone de resurrectione Domini. Sion, specula: Specula verò, est excelsus locus & editus, de quo longè prospicitur quod venturum est. Si ergo & tu vitam tuam, alterius altera, longè sublimius ab humanis vitiis collocaueris per virtutem fidei, & per intelligentiæ rationem procul quæ sunt ventura prospiciés, rectè filius Sion appellaberis. Ex his erat ille, ad quem sermo Diuinus dicit, Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël: Quærere autem dico quæ sursum sunt: & speculari, non præsentia, sed futura: & aspicere, non quæ videntur, sed quæ non videntur: quoniam quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur æterna. Hoc est filium esse Sion. Super Psalmum
Tom. VIII. cxxxvj. O sancta Sion, vbi totum stat & nihil fluit. Quis nos in ista præcipitauit? Quare dimisimus conditorem tuum & societatem tuam? Ecce inter fluentia & labentia constituti, vix quisquam raptus à flumine, si tenere lignum potuerit euadet.

Tom. X. SITIS. Libro 50. Homil. Homil. xxiij. Dominus mulieri Samaritanæ dixit, Sitio. Quid est sitio: Fidem tuam desidero. Et infra. Eorum fidem sitit, pro quibus sanguinem fudit. Cuius Samaritanæ historiam prosequitur super Ioannem. Qui biberit de aqua ista non
Tract. 15. Tom. IX. sitiet in æternum. Quid euidentius, quia non aquam visibilem, sed inuisibilem promittebat? Quid euidentius, quia non carnaliter, sed spiritualiter loquebatur? Adhuc cum illa mulier carnem sapit, delectata est non sitire, & putabat hoc secundum carnem sibi promissum esse à Domino. Quod quidem fiet sed in resurrectione mortuorũ. Iam hoc volebat illa. Dederat enim Deus aliquando seruo suo Heliæ, vt per quadraginta dies nec esuriret nec sitiret. Qui hoc potuit dare per quadraginta dies, non potuit dare semper? Suspirabat tamen illa nolens indigere, nolens laborare, assiduè venire ad illum fontem, onerari pondere, quo indigentia suppleretur, & quotidianus fuit ei iste labor, quia indigentia illa reficiebatur, non extinguebatur. Delectata ergo tali munere, rogat vt ei aquam viuam daret. Sed Dominus aliquid spirituale promittebat. Quid enim est, qui biberit de hac aqua sitiet iterum?

A Et verum est secundum hanc aquam: & verum est secundum quod significat illa aqua. Etenim aqua in puteo, voluptas sæculi est in profunditate tenebrosa. Hinc eam hauriunt homines hydria cupiditatum. Cupiditatem quippe proni submittunt, vt ad voluptatem haustam de profundo perueniant: & fruuntur voluptate, præcedente & præmissa cupiditate. Nam qui nõ præmisit cupiditatem, peruenire non potest ad voluptatem. Pone ergo hydriam, cupiditatem: & aquam de profundo, voluptatem. Cum peruenerit quisque ad voluptatem sæculi huius, cibus est, potus est, lauacrum est, spectaculum est, concubitus est. Nunquid non iterum sitiet? Ergo de hac aqua, qui biberit, iterum, inquit, sitiet. Si autem acceperit à me aquam, nõ sitiet in æternum. Psal. 64.
B Satiabitur, inquit, in bonis domus tuæ. De qua ergo aqua daturus est, nisi de illa de qua dictum est, Apud te est fons vitæ? Nam quomodo sitiét qui inebriabuntur ab vbertate domus tuæ? Promittebat ergo saginam quandam & satietatem spiritus sancti. De siti bona. libro de vera innocentia. Qui deficiunt tota sua debẽt sitire substantia, id est, & anima & carne: quia etiam animæ Deus dat panem suum, id est, verbum veritatis: & carni necessaria Deus præbet: quia vtraque ipse pascit, qui vtraque ipse fecit. Causa verò gloriæ, sic dicebat, Libro supputationum, parte iiij. capit. iij. Rex potentissime, trahe me sursum ad te. Curram post te in odorem vnguentorum tuorum. Curram, & non deficiam, te trahente & me currente. Trahe os sitiẽtis animæ in superna
C fluenta æternę satietatis, imo trahe me ad te fontem viuum vt pro captu meo bibam vnde semper viuam, Deus meus vita mea. Tu dixisti ore tuo sancto & benedicto, Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Fons vitæ da sitienti animæ semper viuere ex te, vt secũdum veridicam promissionem tuam, de ventre meo fluant aquæ viuæ. Fons vitæ reple mentem meam torrente voluptatis tuæ, & inebria cor meum sobria ebrietate amoris tui, vt obliuiscar quæ vana sunt & terrena, & te solum iugiter habeam in memoria mea, sicut scriptum est, Memor fui Dei & delectatus sum. Da mihi spiritum sanctum tuum quem significabant aquæ illæ, quas sitientibus daturum te promiseras.

Psal. 35. Cap. 217. Tom. III. Lib. Medit. cap 37. Tom. IX. Mat. 11.

D SOBRIETAS. Commendatur in libro ad sacras virgines. Sobrietas est castitas sensus & mentis & membrorum omnium corporis, tutela castitatis, pudicitiæ munimen, pudori proxima, amicitiæ pacisque serua, honestati semper coniuncta, criminum vitiorúmque omnium profuga, recti iudicij memoriæ recordationísque inseparabilis amica, secretorum custos, arcani velamen, lectionum & doctrinæ capax, studiorum & artium bonarum discipula pariter & magistra, ingeniorũ instituendorum pedissequa, bonæ famæ semper auida, in cogitationibus salubria atque vtilia causans, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum seipsam

semper ingerens. Sobrietas temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis officiis obtemperat, superbiam detestatur, domum familiámque cum moderatione gubernat, fidem sibi committentibus seruat, & vt summatim breuitérque dicam, sobrietatis perseuerantia inæstimabilis est animi fortitudo. Omnes causat virtutes, & omnes laudum tituli semper eam cócupiscunt, quia sine ipsa ornari aut placere non possunt. Libro de moribus Ecclesiæ. Sobrietas ad ipsam cognitionem veri videtur pertinere: iustitia verò & virtus ad actionem atque operationem.

Cap.16. Tom.I.

SOCIETAS. Malum facere cum socio plus delectat: vnde libr. ij. confess. circa finem, vbi narrat se fuisse furatum in sua pueritia pyra. Cur eo me delectabat, quod id non faciebam solus? An quia etiam nemo facilè solus ridet? Nemo quidem facilè, tamen etiam solos & singulos homines, cum alius nemo præsens est, vincit risus, aliquando si aliquid nimis ridiculum, vel sensibus occurrerit, vel animo. At ego illud solus non facerem, non facerem omnino solus. Ecce enim coram te Deus meus, viua recordatio animæ meæ. Solus non facerẽ furtum illud, in quo me non libebat id quod furabar, sed quia furabar quod me solùm facere prorsus non liberet, nec facerem. O nimis inimica amicitia, seductio mentis inuestigabilis, ex ludo & ioco nocendi auiditas, & alieni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla vlciscendi libidine: sed cum dicitur, Eamus, faciamus, & pudet non esse impudentem. Quis aperit istam tortuosissimam & implicatissimam nodositatem? Fœda est, nolo in eam intendere, nolo eam videre. Te volo iustitia & innocentia, pulchra & decora honestis luminibus & insatiabili satietate. Quies est apud te valde, & vita imperturbabilis. In sermone xxxj. de resurrectione Domini. Omnis res similis ad similem cohæret. Si perditus vixeris, non nisi perditus se tibi iungit. Incipe bene viuere, & videbis quanti socij circundent, de quanta fraternitate gratuleris. Postremò nó inuenis quem imiteris, esto quem alius imitetur. De societatis conseruatione. Libro j. de diuersis quæstionibus ad Simplicianum, quæstio. ij. Dando & recipiendo, inter se hominum societas connectitur.

Cap.9. Tom.I.

Contagiosa res sodales mali.

Cap.10.

Tom.IIII.

Ibidem. In ista siccitate vitæ conditionísque mortalis, nisi aspergeretur velut tenuissima quædam aura iustitiæ, citius arescerēmus quàm sitiremus. De societate bonorum cum malis. Super Psal. Cum alij ament & appetant istum mundum, alij se optant ab isto mundo liberari, quis non videat inimicos esse illos istis? Nam si possunt, ad pœnam eos trahũt. Et magnum Dei donum est inter eorum verba versari quotidie, & non recedere de itinere præceptorum Dei. Sæpe enim mens nitens pergere in Deum, cócussa ipso itinere trepidat: & plerunque propterea non implet bonum propositum ne offendat eos cũ quibus viuit, alia bona peritura & transeuntia diligentes atque sectãtes. Ab his separatus est omnis sanus, non loco, sed animo: Nã locis corpora con-

A tinentur, animi autem est locus affectio sua. Quia vt dicit lib. ij. contra Epist. Parmeniani, Ita planè quis sociatur malis, si mali aliquid cum eis committit, aut committẽtibus fauet: Si autem neutrũ facit, nullo modo sociatur. Vnde plerique societatẽ fugiunt. Super Psal. xcix. Si pauci sunt homines boni, tamen bona cogitatio humana laudabilis esset cũ talibus qui elegerunt vitam quietam, remoti à strepitu populari, à turbis inquietis, à magnis fluctibus sæculi, tanquã in portu sunt. Sed nódum illud gaudium permittitur. Quia & adhuc gemitus, & adhuc solicitudo tẽtationum. Tamen libr. x. de ciuitate Dei. Quod socialem vitam Philosophi nolunt esse sapientis, nos multò amplius approbamus.

Tom.VII.

Tom.VIII.

B SOL. A sole procedit variatio temporis. Lib. j. super Gen. Eo tẽpore quo nox apud nos est, eas partes mundi præsentia lucis illustrat, per quas sol ab occasu in ortum redit: ac per hoc omnibus viginti quatuor horis nó deest per circuitum gyri totius, alibi dies, alibi nox. Nam in libro, qui appellatur Ecclesiastes, ita scriptum est, Oritur sol, & occidit, & in locum suum ducitur, hoc est in eum locum vnde ortus est. Sequitur enim, & dicit ipse: Oriẽs illuc vadit ad Austrum, & circuit ad Aquilonem. Australis ergo pars cum habet solem, nobis dies est: cum autem ad partem Aquilonis circumiens prouehitur, nobis nox est: non tamen in parte alia non est dies vbi præsentia solis est: nisi fortè Poëticis figmẽtis cor inclinandum est, vt credamus solem mari se immergere, atque inde lotum ex alia parte mane C surgere. Quanquã si ita esset, abyssus ab ipsa præsentia solis illustraretur, atque ibi esset dies. Posset enim & aquas illuminare, quando non posset ab eis extingui: sed hoc monstrosum est suspicari. Libro contra Felicianum. Ecce diem dicimus, cum sol est super terram. Solem autem constat esse substantiã. Hîc cum peracto diurni temporis cursu, ab humani visus contemplatione discesserit, noctem discedendo mox facit. Facit, inquam, subtrahendo copiam diurni luminis, non in se recipiendo substantiam noctis. Itaque vna lucis substãtia & noctem facere videtur & diem, sed non in vno modo. Nam diem cum venit, efficit: noctẽ efficit, cum recedit. Nitidiores sunt Angeli quam sol. Libr. de cognitione veræ vitę. Hunc corporeum solẽ mente consideremus, cuius magnitudine totum mũdum calefieri, cuius D claritate totum mũdũ illuminari videmus. Post hunc solem millia milliũ Angelorum Deo ministrantiũ attendamus, quos singulos ratione monstrante, septies, imò cẽties sole splendidiores sciamus. nam hic sol minister est mundi, Angeli autem templa Dei. Quãtum ergo differt templum Dei à seruo mundi, tantum differt claritas Angelorũ à claritate solis. Deinde decies millies centena millia sublimium Angelorum Deo astãtium perpendamus, quos singulos cẽties, imò millesies præ sole clariores pro certo noscamus. Sicut enim luna stellas, & sol in claritate lunã præcellere cernitur: sic quilibet ordo superior Angelorũ inferior est

Cap.10. Tom.III.

Eccle.1.

Dies naturalis.

Cap.14. Tom.VI.

Cap.3. Tom.IX.

rior est ab Angelis vsque ad Seraphin, gloria, dignitate, claritate præcellere creditur. De eclipsi solis tempore passionis Christi. Lib. iij. de ciuitate Dei. Solis defectio facta est, cũ Dominus crucifixus est, crudelitate atque impietate Iudæorũ. Quam solis obscurationem non ex canonico syderum cursu accidisse, satis ostendit, quod tunc erat pascha Iudęorum: quod plena luna solẽniter agitur. Regularis autem solis defectio, nõ nisi lunæ fine contingit. De occasu solis super iracũdiã hominis. Lib. x. Homil. Non debuit occidere sol super iracundiam nostram, & multi soles occiderunt: transeat aliquàdo iracũdia nostra, dies magni solis celebramus. Illius solis, de quo dicit scriptura, Orietur vobis sol iustitiæ, & sanitas in pẽnis eius, id est, in protectione eius. Vnde in die iudicij sero pœnitentes & infructuosè dolẽtes dicturi sunt, Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non illuxit nobis, & ille sol non est ortus nobis. Ille enim sol iustis oritur, iustum autem solem visibilem facit Deus quotidie oriri super bonos & malos. Ad illum autem solem videndũ iusti pertinent, modo in cordibus nostris habitat sol iste per fidem. Si ergo irasceris, ne occidat sol iste in corde tuo super iracundiam tuam, ne fortè irascatur & occidat tibi sol iustitiæ, & in tenebris remaneas. Super Psal. ciij. ser. iij. Ei sol oritur, qui intelligit Christũ: recedit autem ab intellectu eius Christus, q sic iratus fuerit fratri suo, vt teneat odium. Itaque irascimini & nolite peccare. Charitas etsi irascitur aliquando vt corrigat: non tenetur rea, quia non inueterauit ira vt verteretur in odium. Si autem ira conuersa fuerit in odium, occidit sol super iracundiam vestram.

SOLATIVM. De solatiis corporis & animæ. Super Psal. lxij. Sicut caro nostra quãdiu fragilis est, ante illam resurrectionẽ habet solatia ista quibus viuimus: panẽ, vinũ, aquã, fructus, oleũ, ista omnia solatia & subsidia si nos deserant vtiq; durare non possumus. Quãuis nõdum receperit caro ista sanitatem illã perfectã, vbi nullam patietur angustiã, nullam indigẽtiã: sic & anima nostra, cum hîc est in ista carne inter tentationes & pericula huius sæculi adhuc infirma. Habet etiam ipsa solatia verbi, solatia disputationis. Sic sunt ista animæ nostræ, quomodo illa carnis nostræ. Cum autem resurrexerit caro nostra, vt iam istis non indigeamus, habebit locum quendam & statum incorruptionis suæ: sic & anima nostra habebit cibum suum ipsum verbum Dei, per quod facta sunt omnia. Tamẽ gratias Deo qui modo in hac eremo nõ nos deserit: siue dãdo nobis quod carni necessarium est, siue dando nobis quod animæ necessariũ est. Et quãdo nos aliqbus necessitatibus erudit, vult vt amplius illum diligamus, ne fortè per saginã corrũpamur & obliuiscamur eũ. Subtrahit nobis aliquando quæ necessaria sunt, & atterit nos, vt sciamus quia pater & Dominus est, non solùm blandiens, sed etiã flagellãs. Præparat enim nos cuidã hæreditati incorruptibili & magnæ. Super Psal. cxviij. ser. xix. Siue regeneratio qua hîc in Dei filios adoptamur, siue fides & spes & charitas, quæ tria ædificantur in nobis, quãuis de misericordia Dei veniant, tamen in hac ęrumnosa & procellosa vita solatia sunt miserorũ, nondũ gaudia beatorum. Vbi autem sunt vera solatia. In Epist. ad Probã. Sicut vera vita est illa, in cuius comparatione ista, quæ multum amatur, quantumlibet iucunda atque producta sit, nec vita dicenda est: sic est in solatiũ verum quod per Prophetam promittit Deus dicẽs, Dabo illis solatiũ verum, pacẽ super pacem, sine quo solatio desolatio quæcunque alia cõsolatio reperitur. Diuitiæ quippe atque fastigia dignitatũ, cæteráque huiusmodi, quibus se fœlices putant esse mortales verę illius fœlicitatis expertes, quid afferunt consolationis, cũ sit eis non indigere quam eminere præstantius, quæ plus excutiant adeptæ timore amissionis, quã cõcupitæ ardore adeptionis? Talibus bonis nõ fiunt homines boni, sed aliunde boni facti, bene vtẽdo faciunt vt ista sint bona. Nõ sunt ergo in his vera solatia, sed ibi potius vbi vera est vita. Lib. de inquisitionibus ad Ianuariũ. Promisit q̃dẽ Deus huic vitæ necessaria, sed alia sunt solatia miserorũ, alia gaudia beatorum. Domine inquit secũdum multitudinẽ dolorũ meorũ, &c.

SOLICITVDO. Inculpatur solicitudo superflua. in tractatu de non cogitando in crastinũ. Nolite soliciti esse &c. quia si dedi animam, prouidebo escam: si formaui corpus, dabo vestimentum: si concessi pretiosa, facilè est largiri vilissima. Quid est anima? Plus est quàm esca? Vt non cogites de alenda, sed de custodiẽda promittit qui nunquã fallit: & dubitare nõ desinit, qui mutabilis esse consueuit. O homo animal ingratum, frustra ad imaginem Dei formatum, quid agis? Cur te non cognoscis? Quiesce ab iniuriis tui factoris: crede eum perficere quod promisit. Etenim potens est & facere. Erubesce vel sero de moribus tuis. Nã vt dicit in eod. Non deest Dominus quærentibus se. Homines volũt quęrere post se. Sperant homines quia si circa eius præcepta dormierint, possint ꝓmereri beneficia Diuina: aut si nõ curauerint voluntatẽ eius adimplere, ille desideriis eorũ delectetur respondere. Clamat ad te Deus, & patiẽs est si nõ audiatur: & clamantem hominem Deus si nõ audiat, murmuratur. Cognosce te homo. Quid dedisti Deo, vt sic expectes ab eo? Qui quærit beneficia, primo impendit obsequia. Quomodo quæris accipere qđ promittitur & nõ vis implere quod iubetur? Dignum est vt tu velis exaudiri, & ille non debeat audiri? Tu retardas in eo quod postulas, qui mãdatum pro te implere non curas. Frater nisi tibi defuisses, si conuersatio tua tibi nõ obfuisset, non inuenires aliquid cũ labore, quia esses in Domini amore. In eod. Si Deus quę propter te fecit, sua sustentatione non deserit: aut quæ plasmauit propter te, nunquã repellit à se: quomodo repellet à te, quẽ sui filij redemit sanguine? Siquidẽ est minus non odit, vtique quod maius est diligit. Vtinam teipsum cognosceres, de te parũ præsumeres, quia nihil es. Et ideo facultatibus diues non

es, quia fide pauper es. Nã si vis nõ cogitare quid edas, aut quid bibas, labora vt non impiè sed iustè viuas. Vnde concludit in fine dicti tractatus. Ipsius cura velamur, cuius iussu formamur. Cur ergo Christiane vitæ tẽporalis cura solicitat, cui totũ Dominus subministrat? Cũ enim ad hoc terrena non haberes, prouidet, quod non meruisti, ad cœlestia ductorẽ. Nos autem, fratres, quia iam propter futurã vitam viuimus, licet adhuc in ista simus, non quid in hac tẽporali edendum sit curemus, sed quomodo ad illã æternam perueniendum sit cogitemus. Quærite ergo primo regnũ Dei &c. Sed quomodo solicitudo sit prohibita, declarat lib. de mẽdacio. Dicit Dominus, Nolite cogitare de crastino: Et, Nolite cogitare q̃d mãducetis, aut quid bibatis, aut quid induamini. Et tamẽ videmus ipsum Dominũ habuisse loculos, quo ea quæ dabantur mittebantur, vt seruari possent ad vsus pro tempore necessarios: & ipsos Apostolos procurasse multa fratrũ indigentiæ, non solùm in crastinũ, sed etiam in prolixius tẽpus impendentis famis, sicut in Actibus Apostolorum legimus, satis elucet illa præcepta sic intelligenda, vt nihil operis nostri temporaliũ adipiscendorum amore vel timore egestatis tanquam ex necessitate faciamus. Vnde lib. de opere monachorum. Cũ Dominus dicit, Nolite soliciti esse quid mãducetis, neque corpori quid vestiamini: non vt ista non procurent quantum necessitati satis est, vnde honeste potuerint, sed nõ vt ista intueantur, & propter ista faciant quicquid in Euangelij prǽconio facere iubentur. Ibidem. Quod Christus ait de volatilibus cœli & liliis agri, ad hoc dicit, ne quisquam Deum putet seruorum suorũ necessaria non curare, cum eius sapientissima prouidentia vsque ad ista creanda & gubernanda perueniat. Neque enim non ipse pascit & vestit etiã eos qui manibus operantur: sed ne Christianã militiã ad hoc detorqueant vt ista conquirant, hoc suos seruos Dominus præmonet, vt in eo ministerio quod sacramẽto eius debetur, non ista, sed regnũ eius & iustitiam cogitemus: & hæc omnia apponẽtur nobis, siue per manus operantibus, siue in infirmitate corporis impeditis, siue ipsius militię tali occupatione districtis, vt nihil aliud agere valeamus. Neque enim quia dixit Deus, Inuoca me in die tribulationis, & eruã te, & honorificabis me: propterea nõ debuit fugere Apostolus, & per murum in sporta submitti, vt manus persequentium euaderet, sed expectare potius vt eũ, sicut tres pueros de mediis ignibus, liberaret. Aut propter hoc nec Dominus dicere debuit, Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã: quia ipse dixit, Si quid petieritis in nomine meo, dabitur vobis. Sicut ergo quisquis fugientibus persequutionem discipulis Christi obiiceret huiusmodi quęstionem, cur non stetissent potius, & inuocato Deo per eius mirabilia sic eruerentur, vt Daniel à leonibus, vt Petrus ex vinculis: responderent nõ se oportuisse tentare Deum: sed tunc eum talia si vellet esse facturum, cum ipsi quid facerent non haberent.

Cap. 15. Tom. IIII. — *Cap. 16. Tom. III.* — *Cap. eod inf.* — *Cap. 27.* — *Vtendum industria nostra ne Deũ tentare videamur.*

A Cum verò eis fugam in potestate dedisset, etiam si per eam liberantur, certum non nisi ab ipso liberari: sic etiam de seruis vacantibus & valentibus, exemplo & præcepto Apostolico manibus suis victum transigere intelligit. Si quis ex Euangelio mouerit quęstionẽ de volatilibus quæ non seminant neque metũt, neque congregãt in apothecas, & de liliis agri, quia non laborant neque nent: facilè respondebunt, Si & nos per aliquam vel infirmitatẽ, vel occupationem nõ possumus operari, sic & nos ille pascet & vestiet quẽadmodum aues cœli quæ nihil operantur huiusmodi: cum autẽ possumus, non debemus tẽtare Deum: quia & hoc quod possumus, eius munere possumus: & cum hic viuimus, illo largiente viuimus, qui largitus est vt possimus. Et ideo de istis necessariis soliciti non sumus, quia cum hoc possumus agere, & ille nos pascit & vestit à quo pascũtur omnes atque vestiuntur: cum verò hoc non possumus agere, idem ipse nos pascit & vestit, à quo pascuntur aues, & lilia vestiuntur, quoniam nos pluris sumus illis. Quapropter in ista militia nostra, nec in crastinũ cogitamus: quia non propter ista temporalia quo pertinet crastinum, sed propter illa sempiterna vbi semper hodiernum est, nos illi probauimus, vt ei nullis negotiis sæcularibus implicati placeamus. Ideo lib. ij. de ser. Domini in monte. Cauendũ est ne fortè cum videremus aliquẽ seruũ Dei prouidere ne ista necessaria desint, vel sibi, vel eis quorũ cum sibi cura cõmissa est, iudicemus eum contra pręceptum Domini facere, & de crastino esse solicitũ. Nam & ipse Dominus cui ministrabant Angeli, tamẽ propter exẽplum ne quis postea scandalum pateretur, cum aliquem seruorũ eius animaduertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est cũ pecunia, vnde vsibus necessariis quicquid opus fuisset præberetur: quorũ loculorũ custos & fur, sicut scriptum est, Iudas fuit, qui eum tradidit. His & huiusmodi scripturarum locis satis apparet Dominum nostrum non improbare, si quis humano more ista p̃curet: sed si quis propter ista Deo militet, vt in operibus suis non regnum Dei, sed istorum acquisitionẽ intueatur.

B

C

SOLITVDO. Vtilis est solitudo. Super Ioan. Difficile est in turba videre Christũ: Solitudo quædam necessaria est menti nostrę: quadã solitudine intentionis videtur Deus. Turba strepitũ habet: visio ista secretum desiderat. Tamen vt dicit in ser. de obedientia. Fratribus qui solẽt sedere longius à monasteriis, nõ eis debet nasci superbia de exemplo, nec debent synaxim fratrum contemnere. Vos qui manetis in secreto, aut meliores estis fratribus in cœnobiis, aut peiores. Si meliores, venite ad eos, vt exẽplum eis vitę tribuatis: si deteriores, venite, vt ab eis quæ nescitis discatis.

D

SONVS. Distinguitur de sono. Super Psal. cl. Musici tradũt, & res ipsa manifesta est, tria esse genera sonorũ: voce, flatu, pulsu. Voce, vt est per fauces & arterias, sine organo aliquo cantãtis hominis. Flatu, sicut per tibiam, vel

Tom. IIII. — *Quam sollicitudinem humanam rerum Christus vetuit.* — *Tom. IX.* — *Tom. VIII.*

vel quid eiuſmodi. Pulſu, ſicut per citharã & qd eiuſmodi. Et vox eſt in choro, flatus in tuba, pulſus ĩ cithara: tãquã mẽs, ſpiritus & corpus, ſed per ſimilitudines, nõ proprietates. Exponit ibidẽ muſicos ſonos. Laudate Deũ in ſono tubæ: propter laudis excellentiſsimam claritatẽ. Laudate Deũ in pſalterio & cithara: pſalteriũ de ſuperioribus laudans Deum, cithara de inferioribus laudans Deũ, tãquam de cœleſtibus & terreſtribus laudãs eum qui fecit cœlum & terrã. Pſalterium enim de ſuper habet ſonorũ illud lignum, cui numerorum ſeries, vt meliorẽ ſonum reddat, incũbit: quod lignum cithara inferius habet. Laudate eũ in tympano & choro. Tympanum laudat Deum, cũ iam in carne mutata nulla eſt terrenæ corruptionis infirmitas. De corio quippe fit tympanum, exſiccato atque firmato. Chorus laudat Deum, quando laudat Deũ pacata ſocietas. Laudate eum in chordis & organo. Chordas habet & pſalterium & cithara, quæ ſuperius cõmemorata ſunt. Organum generale nomen eſt vaſorũ omnium muſicorũ, quãuis iam obtinuit cõſuetudo, vt organa propriè dicantur, quæ inflantur follibus: quod genus ſignificatũ hîc eſſe nõ arbitror. Addit ergo chordis organũ, nõ vt ſingulæ chordæ ſonent, ſed vt diuerſitate concordiſsima cõſonent, ſicut ordinantur in organo. Habebũt enim tunc ſancti tanquã chordas in pſalterio, differentias ſuas conſonantes. i. conſentientes non diſſentientes: ſicut fit ſuauiſsimus cõcentus, ex diuerſis quidẽ, ſed nõ inter ſe à diuerſis ſonis. Stella enim à ſtella differt ĩ gloria, ſic & reſurrectio mortuorum. Laudate eũ in cymbalis iubilationis. Cymbala inuicẽ ſe tangunt vt ſonent: vnde potius intelligi puto in cymbalis quodammodo laudari Deum, dũ quiſque honoratus à proximo, non à ſeipſo: & inuicẽ honorãtes, dant laudem Deo. Et ne quis cymbala intelligeret, quæ ſine anima ſonant, ideo additum puto, in cymbalis iubilationis: Iubilatio nãque. i. ineffabilis laus, non niſi ab anima proficiſcitur. Vnde cõcludit in fi. Vos eſtis tuba, pſalterium, cithara, tympanũ, chorus, chordæ, organum & cymbala iubilationis beneſonantia, quia conſonantia. Vos eſtis hęc omnia. Nihil hîc tranſitorium, nihil hîc ludicrũ cogitetur. Et quia ſapere ſecũdum carnẽ mors eſt, ideo omnis ſpiritus laudet Deũ. De ſono orationis. in prologo libelli de diſciplina Chriſtiana. Cæteri ſtrepitus ſine anima ſoni dici poſſunt, voces dici non poſſunt. Vox propriè animatorũ viuorũ eſt. Quãmulti deprecantur Deũ, qui nec ſentiũt Deũ, nec bene cogitant de Deo. Hi ſonũ deprecationis habere poſſunt, quia autẽ ibi vita non eſt vocem habere non poſſunt, &c.

Supra. Pſalterium. Cithara. Organum. Cymbala. Ibid.

SOMNVS. De ſomni proprietate. Libr. de quantitate animæ. Somno, quia eũ frigidum & humidũ dicunt medici & probãt, mẽbra langueſcũt, atque ipſe expergefactorum conatus multò eſt debilior. Non eſt autẽ ipſe ſomnus pacificus. lib. de ciuitate Dei. c. xxij. Ipſe ſomnus, qui propriè quietis nomen accepit, quis verbis explicet ſæpe ſomniorum viſis quã ſit inquietus: & quã magnis, licet falſarum rerum terroribus, quas ita exhibet, & quodammodo exprimit, vt à veris eas diſcernere nequeamus, animam miſerã ſenſúſque perturbet? Qua falſitate viſorũ etiam vigilantes in quibuſdã morbis & venenis miſerabilibus agitantur, quamuis multimoda varietate fallaciæ homines etiã ſanos dæmones maligni nonnunquam decipiant, talibus viſis etiãſi eos per hæc ad ſua traducere non potuerint, ſenſus tamen eorum ſolo appetitu qualitercunque perſuadente falſitate illudant? Ab huius tam miſeræ quaſi quibuſdã inferis vitæ, non liberat niſi gratia ſaluatoris Dei ac Domini noſtri. Hoc enim eſt nomen ipſius. Ieſus quippe interpretatur ſaluator. In ſer. j. de accedentibus ad gratiam. Ille nefandus aduerſarius quod non poteſt ſubripere vigilanti, agit vt extorqueat dormienti. Cũ in ipſa quiete inquietus inſiſtit, demonſtrat imaginem falſam, & torquet concupiſcentiã veram: vt quem non poteſt vigilantem ſuperare certantem, captiuum teneat quieſcentẽ: quia cum ſopitos per ſomnia ſenſus deludit, nonnunquã etiam ſanctorum animæ in turpes labuntur aſſenſus. Quæ ſi imputaret altiſsimus, quis viueret caſtus? Nouerunt ergo iſta qui pugnant. Nouerunt qui carni & ſanguini repugnant. Nouerunt adiutricem & gubernatricem Diuini muneris gratiam. Nouerunt deſuper adiuti hanc pugnã facilè ſuperare. Nouerunt gratia perducente ad victoriã peruenire. Nouerũt victores palmã cœleſtẽ deſuper expectare. Aſsimilatur vita præſens ſomno. Lib. 50. Homil. Hom. xiij. Iſta vita quę te delectat, falſa vita eſt. Quaſi in ſomnis hîc viuis: ſed euigilaturus es quando morieris. In ſomnis hîc viuis, & nihil habes inuenire in manibus tuis. Quomodo ſi mendicus dormiat, & in ſomnis illi veniat hæreditas, nihil illi fœlicius eſt antequã ſurgat: videt ſe in ſomnis tractare manibus veſtes egregias, pretioſa vaſa aurea & argentea, intrare in amœniſsima & ampliſsima prędia, obſequi ſibi magnas facultates. Euigilat, & plorat. Et quomodo vigilãs accuſat hominẽ qui illum expoliauit, ſic illum accuſat qui illum excitauit.

Somnus inquieta quies. Tom. X.

De ſomno quietis animæ. Libr. meditationũ. Concede mihi Domine ſic cuſtodire & regere & finire vitam meam, vt in pace requieſcam & dormiã in te. Præſta mihi in fine vt me accipiat ſomnus cum requie, requies cum ſecuritate, ſecuritas cum æternitate.

SOMNIVM. De viſis in ſomniis. Lib. de cura pro mortuis agenda. Viſa in ſomniis non præſtãtur in ipſis rebus vt ſunt, ſed in quibuſdã rerũ imaginibus adumbrantur. Sed vt dicit in eodem libro. Sic infirmitas humana ſeſe habet, vt cum ſomniis quiſque viderit mortuum, ipſius animã ſe videre arbitretur: cum autem viuum ſimiliter ſomniauerit, non eius animam neque corpus, ſed hominis ſimilitudinem ſibi apparuiſſe non dubitet: quaſi non poſsint & mortuorum hominum, eodem modo veſtiẽtium non animæ, ſed ſimilitudines apparere dormientibus. Pro certo cum Mediolani eſſemus, audiui-

Cap. 12. Tom. IIII. Cap 11.

mus quod cum debitum repeteretur à quodam, defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente, à patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissimè cœpit atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit quid deberet: cum fecisset etiam testamentum. Tunc nimis anxio apparuit idem pater eius in somnis, & vbi esset recautum, quo illa cautio vacuata fuerat, indicauit. Quo inuento iuuenis atque monstrato, non solùm falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat, quādo est pecunia persoluta. Hîc itaque putatur anima hominis curā gessisse pro filio, & ad eum venisse dormientē, vt docens quod ignorabat, magna eum molestia liberaret. Sed eodem fermè tempore quo id audiuimus, id est nobis apud Mediolanum constitutis, Carthaginis meus Eulogius, qui rhetor in eadem arte discipulus fuit, sicut ipse mihi postea quā in Aphricam remeauimus retulit, cū rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recēsens lectionem quam post diem fuerat traditurus, in quendam locum offendit obscurum: quo non intellecto, vix potuit dormire solicitus. Qua nocte somnianti, ego illi quod non intelligebat exposui, imo non ego, sed imago mea me nesciente, & tam longe trans mare aliquid aliud, siue agente, siue somniante, & nihil de illius dubiis omnino curante. Quomodo fiant ista, nescio: sed quomodolibet fiant, cur non eodem modo fieri credimus vt in somniis quisque videat mortuum, quo fit vt videat & viuum? Ambobus vtique nescientibus, neque curantibus quis vel sibi vel quando quorum imagines somniet. In somniis autem affectio animæ cognoscitur. Libro xij. super Gen. Aliquando fit quæstio de consensionibus somniantium, cum etiā concumbere sibi videtur, vel cōtra propositū suum, vel contra etiā licitos mores. Quod non contingit, nisi cum ea quæ vigilantes etiam cogitamus, non cum placito consensionis, sed sicut etiam talia propter aliquid loquimur, sic admouentur in somniis, & exprimuntur, vt eis etiam caro naturaliter moueatur, & quod naturaliter colligit, per genitales vias emittat: sicut hoc ipsum dicere vtique nō possem, nisi etiam cogitarem. Porrò imagines rerum corporalium quas necessario cogitaui, vt hoc dicerem, si tanta expresione præsentarētur in somniis, quanta præsentantur corpora vigilātibus, fieret istud quod sine peccato fieri à vigilante non posset. Quis enim vel cum loquitur, & cū postulante necessitate sermonis de suo cōcubitu aliquid dicit, posit non cogitare quod dicit? Porrò ipsa phantasia quæ fit in cogitatione sermocinantis, cū ita expressa fuerit in visione somniantis, vt inter illā & veram cōmixtionem corporum non discernatur, cōtinuo mouetur caro, & sequitur quod eum motū sequi solet: cum hoc tam sine peccato fiat, quod sine peccato à vigilāte dicitur, quod vt diceretur, sine dubio cogitatū est. Verūtamē propter animæ affectionē bonam quæ desiderio meliore mūdata, multas interficit

Visorum exempla duo.

Capit. Tom. III.

Somnia venerea.

cupiditates, quæ ad naturalem carnis motū non pertinent, quem casti vigilantes cohibent & refrænant, dormientes autē ideo non possunt, quia non habēt in potestate quæ admoueatur expressio corporalis imaginis, quæ discerni non posit à corpore. Propter illam ergo affectionē animæ bonā, etiā in somniis quædā eius merita clarent.

SORDES. Lib. de vtilit. credē. Sordes animi sunt, vt breuiter explicē, amor quarūlibet rerū, præter animū vt Deū: à quibus quāto est quisq; purgatior, tāto vera facilius intuetur. *Capit. Tom. VI.*

SORS. Super Psal. xxx. In manibus tuis sortes meæ. Audito nomine sortiū, non debemus sortilegos quærere. Sors enim non aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana Diuinā indicans voluntatem. Nam & sortē miserunt Apostoli, quando Iudas tradito Domino periit, & sicut de illo scriptū est, abiit in locū suū, cœpit quæri quis in loco eius ordinaretur. Electi sunt duo iudicio humano, electus de duobus vnus iudicio Diuino. De duobus consultus est Deus quēnā ipsorū esse vellet, & cecidit sors super Mathiā. Quid igitur est, In manibus tuis sortes meæ? Sortes dixit, quantum ego existimo, gratiam qua salui facti sumus. Quare sortis nomine appellat gratiā Dei? Quia in sorte nō est electio, sed volūtas Dei. Nā vbi dicitur, iste facit, iste non facit, merita considerantur: & vbi merita cōsiderantur, electio est, non sors. Quando autē Deus nulla merita nostra inuenit, sorte voluntatis suæ saluos nos fecit, quia voluit, non quia digni fuimus. Hæc est sors. Voluntas ergo Dei in humano genere sors est: sors veniēs de Dei occulta voluntate, apud quē non est iniquitas. Non enim personas accipit, sed occulta illius iustitia tibi sors est. *Conc. Tom. VIII.* *Gratia Dei sors dicitur.*

Sed de sortibus dicit. Lib. lxxxiij. quęst. Quoniam autem non tenent homines memoria falsitates errorésque Mathematicorum, non intenti, nisi in ea quæ illorum responsis prouenerunt, ea quæ nō prouenerunt, obliuiscuntur: & ea cōmemorant, quæ non arte illa, quæ nulla est, sed quadam obscura rerū sorte cōtingunt. Quod si peritiæ illorum volunt tribuere, dicant artificiole diuinare etiā mortuas mēbranas scriptas quaslibet, de quibus plerunq; prouolūtate sors exit. Quod si non arte de codicibus exit sæpe versus futura pronuntiās, quid mirū si etiā ex animo loquētis, nō arte, sed sorte erit aliqua prædictio futurorū? *Quæstiō. Tom. IIII.* *Aduersus Mathematicos.*

Lib. iiij. super Genes. c. xxiij. Solent quæ sorte dantur, Diuinitus dari. Contra sortilegos & sortilegia, dicit in sermone de Geruasio & Protasio. Multi etiā in lecto patiuntur martyrium. Est quædam persequutio satanę occultior quam tunc fuit. Iacet fidelis in lecto, torquetur doloribus, orat, & non exauditur: sed probatur, & exercetur. Vt recipiatur filius, flagellatur: ergo cum torquetur doloribus, venit linguæ tentatio, accedit ad lectum muliercula aliqua, aut vir, si vir dicendus est, & dicit ægroto, Fac illam ligaturam, & sanaberis. Adhibeatur illa præcantatio, & sanus eris: Illum & illum interroga, qui sic sani facti sunt: Non credit, non obtemperat, non cor inclinat,

inclinat, certat tamē: sed vires nō habet, & diabolū vincit: Fit martyr in lecto, coronante illo, qui pro omnibus pepēdit in ligno. In ser. de Inuē. sancti Stephani. Quotidiana est humanæ vitæ tētatio. Aliquando enim ægro fideli vbi tentatur, promittitur illi pro salute illicitum sacrificium: noxia & sacrilegia ligatura: nefanda incantatio: magna consecratio: eique dicitur, Illi peius te periclitati sunt, & sic euaserūt: Fac si vis viuere: morieris si non feceris. Quod idem est, Morieris, nisi Christum negaueris. Quod dicebat apertus persequutor, hoc tibi ex obliquo dicit occultus tentator. Fac tibi hoc remedium, & viues: si non feceris, morieris. In lecto iaces, & luctaris: permane in fide: & dum fatigatus es, vincis. Habet is ergo certamen, sed & non paruum solatiū orationū. Martyr Stephanus hîc honoratur: sed in eius honore coronator Stephani adoretur. **B** In sermone de Sortilegiis. Dum, fratres charissimi, sortilegia Deo inspirante cōtēnere & despicere cœperitis, molestè hoc accepturus est diabolus, quia vos videt de amicitia & societate sua discedere. Aliquas vobis nequitias facturus est, aut infirmitatem aliquam immissurus, aut aliquod animal, aut per morbū, aut per euagationē ablaturus est, quia ad vos probandos Deus hoc permittit fieri, vt agnoscat vtrum ad ipsum fideliter venitis: & si toto corde diaboli machinamenta despicitis, & vtrum plus valeat apud vos amor suus quā cuiusque animalis amissio. Sed fortè dicit aliqs, Quid facimus, quia auguria ista, vel characteres, vel diuinationes, frequenter vobis veritatē annuntiāt? De hac re scriptura nos contestatur & monet dicens, Etiamsi vera dixerint vobis, nolite credere: **C** tentat enim vos Deus vester vtrum eum timeatis an non. Sed iterū dicis, Aliquoties si prçcantatores non fuerint, aut de morsu serpentis, aut de aliqua infirmitate prope vsq; ad mortē multi periclitantur. Verum est fratres, quia permittit hoc Deus diabolo ad probandū populū Christianū: vt cum interdum per illa sacrilegia aliqua remedia receperint, facilius postea diabolo credāt. Et ideo quantum potestis circūuentiones illius fugite. Et illud ante omnia scitote, quod nec vosipsos, nec eos qui pertinēt ad vos, nec reliquā substātiā vel in paruis rebus diabolus potest lædere, nisi à Deo permissus: sicut nec Iob facultatē ausus est auferre, nec in porcos intrare, nisi permisisset Deus. Permittit autē hoc duabus de causis, vt aut **D** ꝓbet si boni estis, aut corrigat si peccatores: Ideo patienter dispensationem Domini tolerare debetis. Nouerat hoc Iob, qui dixit, Dominus dedit, Dominus abstulit: Non autē dixit, Dominus dedit, diabolus abstulit. Vnde nihil possumus perdere, nisi Deus permiserit: Ideo nos ad illius misericordiā eamus, & sacrilegas obseruantias relinquentes, de illius adiutorio præsumamus. Nā qui incātationibus, vel characteribus, vel haruspicibus & quibuslibet auguriis, ligaturis & phylacteriis crediderit, etsi ieiunet, si iugiter ad Ecclesiam veniat, si largas eleemosynas faciat, etsi corpus suum in omni maceratione affligat, nihil ei pro-

A derit, quandiu illa sacrilegia non reliquerit: & nisi veram pœnitentiam egerit, in æterna pœna sine fine cruciabitur: de qua nos pius Deus eripere dignetur.

SPECVLVM. Lib. de quantit. animæ. In speculo paruo imagines corporū paruę videntur, quia pro modo speculi videntur. Lib. xv. de Trinit. cap. viij. In speculo nō nisi imago cernitur. Propterea dixit Apost. Videmus nunc per speculū in ænigmate, tunc autē facie ad faciem: quia per imaginem Dei, quod nos sumus, videmus Deum, à quo facti sumus, tanquam per speculum. Speculū est scriptura. Super Psalm. cxxiij. Tanquam in speculo scripturarū vosipsos attendatis. Cum enim tanquam speculum attenditis scripturas, exhilaratur facies vestra. Qui autē dicit. Super Psal. xxx. expositione ij. ser. iij. Omnia quæ hîc cōscripta sunt, speculū vestrum sunt. Serm. Super illud, O homo tibi indicabo quid sit bonum &c. Scriptura sancta tibi sit quasi speculū. Non habet splendorem mendacem. Habet splendorē nō adulantē, nullius personā amātem. Formosus es, formosum te videas. Fœdus es, fœdum te ibi videas. Sed cum fœdus accesseris ad speculum, ad te redi. Non te fallit speculum, tu te noli fallere. Iudica de te, contristare de tua fœditate, vt cum abieris & discesseris tristis & fœdus, possis redire formosus. Cum te iudicas sine adulatione, iudica & proximum cum dilectione.

SPECTACVLVM. Fugienda sunt spectacula. Libro quinquagesimo Homil. Quotiescunque, fratres charissimi, aliquos ex filiis vestris ad spectacula vel furiosa vel cruenta vel turpia, quasi ad aliquod bonum opus currere vana persuasione & pestifero amore cognoscitis, vos qui iam Deo propitio, ista non solùm luxuriosa, sed etiam crudelia oblectamenta despicitis, castigare eos & abundantius pro eis Domino supplicare debetis, quia illos cognoscitis ire in vanitatem & insanias mendaces, & negligere quo vocati sunt. Quia vt dicit libro de symbolo, tractatu secundo. Quare diabolus quotidie muscipulam speculatorum, insaniam studiorum ac turpium voluntatum proponit: nisi vt his delectationibus capiat quos amiserat, & lætetur denuò se inuenisse quos perdiderat?

SPES. Cuius sit spes. Super Psalm. xxxj. Ille sperat qui bonam conscientiam gerit. Quem verò pungit mala consciētia, retrahit se à spe, & non sibi sperat nisi damnationem. Vt ergo speret regnum, habeat bonam conscientiam: & vt habeat bonam conscientiam, credat & operetur. De spei contrario. Lib. ij. de verbis Domini. Nihil tam inimicum est spei quam retro respicere, id est, in eis rebus quæ retro labuntur & transeunt spem ponere, & in iis quæ nondum datæ sunt, sed dandæ quandocunque nunquā transibunt non sperare. Quando autem scatet tētationibus mūdus velut pluuia Sodomę sulphurea, metuēdū est exēplū vxoris Loth. Retro enim respexit, & vbi respexit, ibi māsit. In salē cōuersa est, vt imprudēs prudētes cōdiret exemplo.

Tom. I. Tom. VIII. Homil. 21. Tom. X. Cap. 1. Tom. IX. Serm. 3. ord. 29. Tom. X.

Non est in mundo spes ponenda. Ibidē. Mundus iste spem tuam non veneno corrūpat. Quanta tibi loquitur mundus, quāta tibi post dorsum strepit vt retro respicias? id est, vt in rebus præsentibus nec præsentibus, non enim dicenda sunt præsentia nunquam stantia, spem tuam ponas, & ab eo quod promisit Christus & nondum dedit, sed quia fidelis est dabit, auertas animum tuum, & velis quiescere in mundo pereunte. Ideo enim Deus fœlicitatibus terrenis amaritudines miscet, vt alia quæratur fœlicitas: cuius dulcedo non fallat: & de ipsis amaritudinibus conatur mundus auertere ab eo quod intendis anteriora, & retro conuertere. O mūde immūde quid strepis? Quid auertere conaris? Tenere vis periens, quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris? Ego si habeo spem, si teneo spem, benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Fœlix sit mundus, euertatur mundus, benedicam Dominum qui fecit mundum. Manet ciuitas quæ nos naturaliter genuit. Vtinam & spiritualiter generetur, & nobiscum transeat ad æternitatem. Si non manet ciuitas quæ nos carnaliter genuit, manet quæ nos spiritualiter genuit, ciuitas sancta, ciuitas fidelis, ciuitas in terra peregrina, in cœlo fundata. O fidelis, noli corrūpere spem, noli amittere charitatem, accinge lumbos tuos, accende, prætende lucernas tuas, expecta Dominum quando veniat à nuptiis. Quid expauescis, quia pereunt regna terrena? Ideo tibi cœleste promissum est, ne cum terrenis perires. Nam ista peritura prędicta sunt, Dominus tuus quem expectas dicit tibi. Exsurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. *Mat.24.* Habet mutationes regna terrena. Veniet ille, de quo dictum est, Et regni eius nō erit finis. Nō ergo deficiamus fratres; finis enim erit terrenis omnibus regnis. Figite spem in Deum, æterna cōcupiscite, æterna expectate. Christiani sumus. Non ad delicias Christus descendit in carnem, toleremus præsentia potius quā diligamus. Aduersorum est manifesta pernicies, prosperorum falsa blandities. Timeamus mare. Omnino non frustra audimus, Sursum cor. Quid ponimus corda nostra in terra, cū videamus quia euertitur terra?

Ideo super Psal. xcv. Vę q. habēt spē in sęculo, & his sæculi rebus hęrent. Debet Christianus vti mundo, nō seruire mūdo: Vt habentes sint tāquā nō habētes. Vnde spes nō est hîc. Lib. de verb. *Serm.34. Tom.X.* Apost. Omnium Christianorū spes in futurū tēpus extenditur, vt quod seruimus hîc Deo, alibi nos seruisse lætemur. Hîc enim nobis proposita sunt certamina, sed in futuro sæculo certaminū præmia reseruata. Iustè siquidem & prouidè Diuina sapientia separauit tempus laboris & præmij. Hîc ergo laboramus, hîc seruimus Deo & mādata eius seruamus, vt in futuro sæculo, id est, in cœlorum regno, æterna præmia capiamus. Scire enim debemus quid nobis scriptura commendat, id est, futurum esse iudicium Dei, quod post resurrectionem complebitur mortuorum. Hoc est, quod præcipuè Christianos à gentili errore

A secernit, quia illi hanc tantummodo vitā esse credunt: & ideo sine Deo esse, & diuersis peccatis atque criminibus non metuunt inquinari. Nos verò in hac vita ita conuersemur, vt nos ad aliā pręparemus: in qua & bonis bona, & malis mala retribuentur, sicut dixit beatus Apost. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit, siue bona, siue mala. Sicut hîc modo astamus in Ecclesia, & omnes inuicem præsentes aspicimus, ita & post resurrectionem mortuorū astituri sumus ante tribunal Christi. Hanc enim etiam ipsam animā tunc habebimus quam modo habemus, & hoc ipso quo nunc induimur, sumus corpore suscitandi. Non enim sicut muta animalia facti sumus, non sicut equi & boues, vt æterna morte pereamus, quia

B postquā hîc vixerimus, alibi iudicabimur, vt aut pro peccatis pœnas, aut pro bonis operibus præmia consequamur æterna. Nemo ergo de resurrectione desperet, in qua Christianorū spes tota cōsistit. Credite Apostolo prædicāti, & nihil de resurrectione dubitantes, ad diem iudicij vos præparate. An fortè sicut impij & increduli non putatis fieri posse vt à mortuis resurgamus? Planè dicat hoc, qui omnipotentem non credit Deum, qui hoc promittit futurum: nos autē qui scimus Dei omnipotentem esse virtutem, quia promisisse Deum legimus, quod resurrectionē faciat mortuorum, nō possumus de resurrectione dubitare, cum se facturū esse promittit, qui & omnipotens est, & mentiri nescit. Sed te appello quicūque infideli animo de resurrectione dubitas, & posse nō

C putas mortuos suscitari. Quid est amplius, ex nihilo homines facere qui viuant, an eos qui facti sunt atque vixerunt reparare post mortem? Vtique plus est facere quod nunquā fuit, quā reparare quod fuerit. Quomodo ergo impossibile esse dicis, vt Deus qui hominē formauit ex nihilo, reformet? Quomodo nos resuscitare non potest conuersos in puluerem, qui si etiam in nihil redigeremur facere posset vt essemus, sicut & nos fecit esse cum antea nūquam fuissemus? Ita enim beatus Apostolus Paulus dixit, sed dicunt aliqui, Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore veniūt? Insipiens tu, Quod seminas, nō viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, nō corpus quod futurū est seminas, sed nudū granū, vtputa tritici vel alicuius cæterorum: Deus autē

D dat illi corpus sicut voluit, & vnicuique semini proprium corpus. Noli ergo incredule de resurrectione dubitare. Qui genera seminum mortua & putrefacta viuificat, per quæ in hoc sæculo viuas, multomagis te suscitabit vt viuas in æternū. Qui illa reparat quę tibi sunt necessaria: quomodo teipsum non reparat, propter quem & alia reparare dignatus est? Itaq; si velimus considerare quę in isto sęculo videmus, Diuinæ administrationis opera signa sunt futurorū. Tota ergo mundi huius administratio testimonium est resurrectionis futuræ. Videmus certè hyemis aduentu arbores spoliari pomis, nudari foliis: sed eas rursus verno tempore speciem resurrectionis *Futuræ resurrectionis delin.* expri

exprimere: quæ primo quidem incipiunt turgere in gemmis, tunc ornari floribus, vestiri foliis, & postmodum pomis grauari. Interrogo te infidelis homo q. de resurrectione dubitas, vbi sunt ista quæ tempore quo Deus disposuit, producuntur? Dic mihi vbi latitant antequam producãtur, quæ nusquam quidem videntur, sed tamen Deus qui omnipotens est, & ea ex nullo condidit, secreta sua virtute producit? Hinc iam ad campos & ad prata respicite, quæ æstate trãsacta herbis suis spoliantur, & floribus, & nuda remanent spatia terrarum, & iterum veris tempore reuiuiscunt, & nouo vbique germine incipiente, lætatur agricola. Certè herba quæ ante vixit & moritur, rursus reuiuiscit ex semine: sic etiam & ipsum corpus reuiuiscit ex puluere. Sed dicis ô homo incredule, Ideo credimus futurum vt arbores & herbæ & talia reuiuiscãt, quia illa iam facta cognouimus: vnde autem cognoscere possumus, quia mortui resurgent, cum adhuc à mortuis nemo surrexerit? Quisquis hoc dicis vel cogitas, audi patienter & intellige sapienter. Ideo Dominus noster Iesus Christus mori voluit & resurgere, ne tu de resurrectione dubitares. Quomodo potes modo dubitare quia sumus resurrecturi à mortuis, cum hoc promittat Deus qui nescit aliquãdo mentiri: qui & potest facere quicquid vult, quia omnipotens est, & implet omnia quę promittit, quia verax est & mendacium in eo non est: & dedit nobis pius & misericors Dominus virtutis suæ pignus, & grãdi testimonio nobis spem resurrectionis ostẽdit, qui vnigenitũ filium suum pro nobis hominem factum, & mortuum à mortuis suscitauit?

Tom.X. Propterea disputat contra contrariũ opinantes. Eodem lib. ser. xxiij. Dicendum est eis, qui cũ perdidissent, vel nunquã habuissent sustinentiã, nobis sustinentibus Deũ, quia quod nõ videmus speramus, & per patiẽtiã expectamus, etiã insultare audent, cum imitari deberent. Vbi sunt delicię vestræ, propter quas ambulatis per vias prauas? Non dicimus vbi erũt cũ hæc vita transierit, sed modo vbi sunt? Cum hesternũ diẽ dies hodiernus abstulerit, & hodiernum crastinus ablaturus sit, quid eorum quæ diligitis, nõ transuolat? Quid non fugit penè antequam capiatur, cum ex ipso hodierno die nulla possit vel hora retineri? Ita enim secũda excluditur à tertia, sicut prima exclusa est à secunda: ipsius horæ vnius quæ videtur præsens, nihil est præsens, omnes enim partes eius & omnia momenta fugitiua sunt. Propter quid homo peccat si nõ cæcatur? Cum peccat, vel cum peccaret attẽdat, poterat videre quæ voluptas transitura sine prudentia desideratur, vel cũ pœnitentia cum transierit cogitatur. Nos irridetis quia speramus æterna quæ non videmus, cũ vos cis quæ videntur temporalibus subditi, nesciatis qualis dies crastinus illucescat. Quem sæpe bonũ sperantes, malum inuenitis: nec si bonus fuerit, eum ne fugiat tenere poteritis. Nos autem irridetis, quia speramus æterna, quæ non videmus, quæ cum venerint nõ transibũt, quia nec ipsa veniũt, sed semper manẽt: nos autẽ cũ ad illa veniemus,

A cum per viã Dominicã ista quæ transeunt transierimus. A nobis verò tẽporalia nec sperari aliquãdo desinuntur, & tamẽ crebro sperata nos fallũt: nec cessant vos inflammare ventura, corrũpere venientia, torquere transeuntia. Nonne ipsa sunt quæ concupita inardescunt, adepta vilescũt, amissa vanescunt? Vtimur eis & nos secundũ peregrinationis nostræ necessitatem, sed non in eis gaudia nostra figimus, ne illis labẽtibus subruamur. Vtimur enim hoc mundo tanquã non vtentes, vt veniamus ad eum qui fecit hunc mundũ, & in eo maneamus, eius æternitate perfruentes. Dicitis, quis huc inde venit: & quid apud inferos geratur, quis hominibus indicauit? Et hinc vobis os clausit, qui mortuum die quarto resuscitauit, & vltra nõ moriturus, die tertio resurrexit, & ante-B quam moreretur, qualis vita moriẽtes excipiat, tanquã ille quẽ nihil lateret, & in paupere quiescente, & in diuite ardẽte narrauit. Sed illi ista nõ credunt, qui dicunt, Quis huc inde reuersus est? Crediturus se volunt videri, si quis parentũ suorũ reuiuisceret, sed maledictus omnis qui spẽ suã ponit in homine. Ideo Deus homo factus, mori & resurgere voluit, vt quid futurũ esset homini in hominis carne ostenderetur, & Deo tamen nõ homini crederetur. Cõcludit ibid. Firmissimè sperate quod non videtis, patienter expectate quod nondũ habetis, quia veracem promissorẽ Christum fidelissimè retinetis. Nõ est nec in se, nec in alio spes ponenda, in Epist. ij. ad Macedoniũ. *Tom.II. Epist.54.* Si maledictus homo qui spem suam ponit in homine: ergo nec in semetipso debet spem ponere, C quia & ipse homo est. Lib. de vera innoc. Nimis miser est, qui nõ sperat in Deo, & de se sibi secunda promittit, cũ ex eoipso quod Dei nõ quærit auxilium, ab omni spe veræ salutis exciderit. *Cap.84. Tom.III.*

Lib. de ver. Apost. ser. iiij. Noli remanere in te, transcende te, & in illo te pone qui fecit te. Super Psal. xxxvj. sermo. ij. Confunditur quẽ fallit spes. Quis est q. cõfunditur? Qui dicit, quod sperabã nõ inueni. Nõ immerito. Sperabas enim de te, aut de amico homine. Maledictus autẽ qui spẽ suã ponit in homine. Cõfunderis, quia fefellit te spes, fefellit spes posita tota in mẽdacio. Omnis enim homo mẽdax. Si autẽ ponas spẽ in Deo tuo, nõ cõfunderis, quia ille in quo posuisti fallere te non potest. Ponit propterea in Enchiridion. Ex ista fidei confessione quæ breuiter symbolo D continetur, & carnaliter cogitata, lac paruulorũ est: spiritualiter autem cogitata atque tractata, cibus est fortium: nascitur spes bona fidelium, cui charitas sancta comitatur: de qua scriptum est, Maior omnibus his est. Sed de his omnibus quæ fideliter sunt credenda, ea tantum ad hanc spem pertinent quæ in oratione Dominica continentur. Maledictus est omnis, sicut Diuina testantur eloquia, qui spem ponit in homine: ac per hoc in semetipso qui spem ponit, huius maledicti vinculo innectitur. Ideo non nisi à Domino Deo petere debemus quicquid speramus nos, vel bene operaturos, vel pro bonis operibus adepturos. Vnde inest habenda spes. Libro meditationum. *Tom.VIII.* *Cap.14. Tom.III.* *1.Cor.13.* *Hier.17.*

tionum. Respira peccator, respira, ne desperes. Spera in eo quem times, cófuge ad eum à quo aufugisti, inuoca opportunè qué superbè prouoca sti. In ser.j. de ieiunio quadragesimæ. Spé tuá omni hora in Deo pone: & quicquid tibi accesserit, siue bonum, siue malum, ex toto corde, & cú pura mente semper dic, Deus in adiutoriũ meum intéde, Domine ad adiuuãdũ me festina. Si vis sal uus esse, versiculus iste de corde tuo nõ recedat: cum ipso dormi, & cú ipso vigila. Super Psal.

Tom. VIII. cccix. Noli aliquid à Domino tuo sperare, sed ipse Dominus tuus sit spes tua. Nãq; multi de Deo sperãt pecuniam, multi de Deo sperãt honores caducos & perituros, vel aliud quodlibet à Deo prę ter ipsum Deũ: sed tu ipsum Deũ pete. Imo nõ cõtẽptis aliis perge ad illũ, obliuiscens alia, meméto illius, relinquens retro alia, extẽdere in illũ. Ipse certè auersum correxit, ipse ducit rectũ. Ergo sit

Infrà. ipse spes tua, qui ducit & producit. Ibidẽ. Sit spes nostra Deus noster. Qui fecit hęc omnia, melior est omnibus: qui fortia, fortior: qui magna, maior: quicquid amaueris, ille tibi erit. Disce ama re in creatura creatoré, & in factura factoré: ne teneat te quod ab illo factũ est, & amittas eum à quo & ipse factus es. Super Psal. lv. Deũ gratis

Tom. VIII. diligamus, in illo semper speremus, nec hominé, nec diabolũ timeamus. Nec iste, nec ille facit aliquid, nisi quãtũ permittitur. Permitti ad nihilum potest, nisi quod nobis prodest. Toleremus malos, simus boni: quia & nos fuimus mali. Pro nihilo saluos faciet Deus omnes, de quibus desperare non debemus. Ergo de nemine desperemus, pro omnibus quos patimur oremus, à Deo nũquã recedamus. Ipse sit patrimoniũ nostrũ, ipse sit salus nostra. Ipse hîc cõsolator, ibi remunerator, vbiq; viuificator & vitæ dator: nõ alterius vitæ, sed illius de qua dictũ est, Ego sum via veritas & vita: vt hîc in lumine fidei, & ibi in lumine speciei tan quã in lumine viuẽtium in cõspectu Domini pla

Tom. VIII. ceamus. Super Psal. lx. Factus est Christus spes nostra. In illo vides laboré tuum & mercedé tuã: laborem in passione, & mercedé in resurrectione. Sic ergo factus est spes nostra. Habemus enim duas vitas: sed vnam in qua sumus, alteram quam speramus. In qua sumus, nota nobis est: quam spe ramus, ignota nobis est. Tolera in qua es, & habe bis quam nondum habes. Quomodo toleras? Vt non vincaris à tentatore. Laboribus suis tentatio nibus, passionibus & morte sua, demõstrauit tibi vitam in qua eris. Nos enim non noueramus, nisi nasci hominem & mori: resurgere hominé & viuere in æternum, non noueramus. Suscepit quod non noueramus: ideo factus est spes nostra in tribulationibus & tentationibus. Super Psal. lxx. serm. j. Tota spes nostra in Deo sit, nihilque de nobis tanquam de nostris viribus præsumamus, ne nostrum facientes quod ab illo est, & quod

Tom. VIII. habemus amittamus. Super Psalm. xc. Ne quisquam spem suam in se ponat, sed totam spem in illo ponat in quo sunt vires nostræ. Ex adiutorio enim eius vincimus, non ex nostra præsumptione. Tamen in hac vita sine spe esse non debe-

A mus. Super Psal. cxxij. Non præter spem esse debemus, imo cum magna fiducia de Christo præsumere: quia si per charitatem ipse nobiscum in terra est, per eandem charitatem & nos cum illo in cœlo sumus, Apost. dicente, Si consurrexistis cum Christo &c. vsque vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Ergo ille adhuc deorsum est, & nos iam sursum sumus. Ille deorsum cõpassione charitatis, nos sursum spe charitatis. Spe enim salui facti sumus. Valet autem spes ad supportandas miserias & tribulationes. In Epist. secũda ad Macedonium. Spe adipiscendi beatam vitam, vitã istam temporalem atque mortalem nõ tam delectabiliter, quã tolerabiliter ducimus: & mala eius cum bono consilio & Diuino munere fortiter ferimus, cum bonorum ęternorum fideli Dei

(right margin: Tom. VIII. / Tom. II. Epist. 54.)

B promissione, & fideli nostra expectatione gaude mus, sicut nos hortatur Apost. dicens, Spe gaudẽ tes in tribulatione patientes. Super Ioannem, sermo. iiij. Deus homo factus est. Quid facturus est homo, propter quem Deus factus est homo? Hæc spes consoletur nos in tribulatione & tenta tione nostra. Lib. soliloquiorum ad Deum, ca pi. xviij. Gratias tibi Deus. Ego stans in hac nocte tenebrosa, timor &, tremor venerunt super me, dum video vndiq; mihi imminere multa pericula, à multis quoque hostibus venari, multitudine innumerarũ miseriarum in hac vita me circundari. Et nisi in his tãtis malis afforet mihi tuũ adminiculum, desperarem. Sed spes mihi magna subest de te mitissime princeps Deus meus. Et cõ sideratio multitudinis miserationum tuarũ, quæ

(right margin: Cap. 26. Tom. IX.)

C apud te sunt, subleuant menté meã: & præcedẽtia signa misericordiæ tuæ, quę me antequã nascerer pręuenerũt, & nũc specialiter in me effulxerunt, de futuris benignitatis tuæ melioribus & perfectioribus muneribus, quę amicis tuis reseruas, spẽ meam admonent, vt in te lætetur Domine Deus meus. Super Psal. xcvj. Si Christiani estis, pressuras in isto mũdo sperate: tranquilliora tempora & meliora nolite sperare: quia Euãgeliũ dicit, quod in nouissimis temporibus multa mala, mul ta scandala, multæ pressuræ, multæ iniquitates abundabunt. Refrigescet, inquit, charitas multorum: sed qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Finis spei est fœlicitas. In sermone secundo de Ascensione Domini. Finitur spes, quando venit res. Libro secundo de verbis

(right margin: Tom. VIII.)

D Domini. Omnium Christianorum spes in futurum tempus extenditur: vt quod hîc seruimus Deo, alibi nos seruisse lætemur. Hîc enim nobis proposita certamina, sed in futuro sæculo certaminum præmia reseruata. Iustè siquidem & prouidè Diuina sapientia separauit tempus laboris & præmij. Hîc ergo laboremus, hîc Deo seruiamus, & mandata eius seruemus, vt in futuro sæculo, id est, in cœlorum regno, æterna præmia ca piamus. Libro tertio eiusdem, sermone secundo. Simus expediti & parati ad spem nouissimam, ad expectanda nouissima, vt post nouissima, quæ sunt in hoc sæculo metuenda, succedat requies quæ non habet finẽ: beati qui participes [illegible]

(right margin: Ser. [illegible] Tom. [illegible])

facti fuerint eius. Erunt autē tunc securi, qui modo non sunt securi: & tūc timebunt, qui modo timere nolunt. Ad hāc expectationem & propter hanc spē Christiani facti sumus. Non est spes nostra de hoc sæculo. Ab amore huius sæculi vocati sumus, vt aliud sęculum speremus. Eod. lib. ser. xxvij. Spes nostra non de isto tempore, neque de hoc mundo est, neque in ea fœlicitate qua excæcantur homines qui obliuiscuntur Deū. Hoc nosse primitus & Christiano corde tenere debemus, non ad præsentis temporis bona nos factos Christianos esse, sed ad nescio quid aliud quod Deus promittit iam & homo nōdū capit: quia de eo dictum est, Quod oculus nō vidit, nec &c. Ergo quia hoc bonum tam magnum, tā præclarū, tam ineffabile nō inuenit hominē perceptorem: tenebit Deum promissorem. Lib. de vera innoc. Non te terreat Christiane, quod credita differuntur: licet in abscondito sit promissio, in spe tamen perseueret oratio. Exerce operibus, cresce virtutibus. Dum fidei constantia probatur, gloria retributionis augetur. Super Psal. xcvj. Securus esto te accepturū vitam ipsius, qui pignus habes mortem ipsius. Vnde sic orabat ad Deū. Lib. supputationum, parte j. Quomodo nos amasti pie pater conditor, qui etiā proprio filio tuo nō pepercisti, sed pro nobis impiis tradidisti eū? Subditus ille tibi factus est vsque ad mortem crucis, tollēs chirographum peccatorū nostrorum, & affigens illud cruci, crucifixit peccatum, & occidit mortem, vnus ille inter mortuos liber, habens potestatem ponendi animam suam pro nobis, & iterum sumēdi eā. Igitur victor & victima: & ideo victor, quia victima pro nobis tibi, sacerdos & sacrificiū: & ideo sacerdos, quia sacrificiū. Meritò mihi spes valida est in illo, quia sanabis omnes languores meos per eū qui sedet ad dexteram tuam & interpellat pro nobis. Languores quippe mei Domine magni sunt & multi: Habet enim multa in me princeps huius mundi, scio & fateor, sed rogo te libera me per sedentē ad dexteram tuam redemptorē nostrū, in quo nihil sui mali potuit inuenire. Per ipsum me viuifica, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Per ipsum caput nostrū, in quo nulla est macula, libera membrum eius licet exiguū & infirmum, libera me quæso à peccatis, vitiis, culpis & negligentiis meis. Reple me tuis sanctis virtutibus, & fac me pollere bonis moribus, fac me in sanctis operibus tuis propter nomen tuū perseuerare vsque in finē secundum tuam voluntatē.

Inordinata spes & præsumptuosa ęque est mala vt desperatio. In cōmunibus sermonibus, ser. v. Duo sunt vitia generis humani quibus homines pereunt. Alij enim sperando, alij desperādo. Desperando perit qui dicit, Ego scio facinora mea, ego noui scelera mea, quomodo fieri potest, vt illa quæ feci dimittat mihi Deus? Sperādo perit qui dicit, Quid prodest quod dicis? Iam faciā quicquid possum. Hoc perdo quod nō facio: Sic me dānaturus est Deus ꝑ vno peccato sicut pro multis. Et ideo si illā vitā habiturus sum, vel istā

A perdere nolo, quare ergo non facio voluntatem meam? Quare nō explebo libidines meas? Alius verò timens periculum desperationis incipit sperando perire quando dicit, Quandocunque fuero cōuersus, promittit Deus dimittere mihi: Spero in ipsius misericordia quia totū mihi dimittit. Sed desperāti dicit Deus, Nolo mortē pecca. &c. Sperāti verò, Ne tardes cōuerti ad Dominū &c.

SPIRITVS. Distinguitur de spiritu. Lib. de cognitione veræ vitæ. Sex modis in scriptura spiritus substātialiter dicitur. Primo summus spiritus omniū Deus, vt ibi: Spiritus est Deus. Secundo modo Angeli spiritus nuncupantur, vt ibi: Fecit Angelos suos spiritus. Tertio animæ, vt ibi: Exibit spiritus eius, & reuertetur in terrā suam. Quarto vita brutorū, vt ibi: Quis scit B si spiritus iumentorū descendit deorsum? Quinto venti, vt ibi: Spiritus procellarū. Sexto aër, vt ibi: Aperui os meū & attraxi spiritū. Lib. xiiij. de Trinit. cap. xviij. & lib. xij. super Gen. ca. xiij. Spiritus multipliciter accipitur. Est enim spiritus Deus, vt in Euangelio, Spiritus est Deus &c. Dicitur etiā spiritus in homine q mens nō est, ad quem pertinent imaginationes & similitudines corporū. De quo dicit Apost. ad Cor. Si autē orauero lingua, spiritus meus orat, mens autē mea sine fructu est. Dicitur & hominis anima spiritus. Vnde & in Euangelio, Inclinato capite tradidit spiritū. Dicitur spiritus etiā pecoris: Quod in Ecclesiaste, lib. Salomonis apertissimè scriptum est, vbi ait, Quid si spiritus filiorū hominū ascendit ipse sursum, & spiritus pecoris si descēdat ipse C deorsum in terrā? Dicitur ventus, res apertissimè corporalis. Vnde est illud in Psal. Ignis, grando, nix, glacies & spiritus tēpestatis. Dicitur spiritus etiā mēs hominis, quod ait Aposto. Renouamini spiritu mētis vestræ. Vbi nō duas res intelligi voluit: quasi aliud sit mēs, aliud spiritus mentis: sed quia omnis mens spiritus est, nō autē omnis spiritus mēs est, vt dictū est. Sed iterū distinguitur. Lib. de spiritu & anima, ca. x. Spiritus multis modis dicitur. Dicitur nāq; spiritus Deus: & aër iste: & flatus aëris, qui à corde receptus, & inde per totū corpus emissus, mortaliū vitā flatu necessario cōtinet. Iste tamē spiritus iure anima dici nō potest, quia aëris varietate dissoluitur. Dicitur spiritus anima hominis, siue pecoris. Dicitur spiritus mens rationalis, vbi est quædā scintilla tāquā D oculus animæ ad quē pertinet imaginatio & cognitio Dei. Alia distātia. Lib. de fide ad Petrū, parte j. c. iij. Quosdā spiritus sic Deus creauit, vt semper essent: quosdā verò vt esse spiritus quandoq; desinerēt. Illos itaq; desituros quosdā ex aqua, quosdā, quia sic voluit omnipotēs, produxit ex terra. Superiores verò spiritus cū corporeis elemētis nullū fecit habere naturale consortium, quos & æternos creauit, & eis facultatem atque intelligentiam cogitandæ, cognoscendæ diligendæque Diuinitatis inseruit. Quos tamen creauit, vt etiam præ seipsis illum diligerent, cuius se tales creatos opere cognouissent, cum eorum vt tales fierent, nulla merita præcessissent.

Cap. 4. Tom. IX. Vocabulum Spiritus in script. sex modis. Ioan. 4. Psal. 103. Psal. 145. Eccl. 3. Psal. 10. Psal. 118. Cap. 16. Tom. III. Ioan. 4. 1. Cor 14. Varia vocabuli spiritus acceptio. Ioan. 19. Eccl. 3. Psal. 148. Tom. III. Tom. III.

A sissent. Vt autem hæc dilectio haberet iustam & congruam laudem, voluntatis quoque eis tribuit libertatem: vt esset eis possibile, siue ad eum qui supra eos est, intentionem sanctæ dilectionis erigere, siue ad ea quæ infra eos sunt. Prauæ† cupiditatis semetipsos pondere declinare. *† Aliàs, grauis.* Nō igitur est natura quæ in æternum possit, siue misere, siue bene viuendo subsistere, nisi quæ potest de Deo ipsius munere cogitare. Hæc autem natura intellectualis in animabus est hominum, & spiritibus Angelorum. Deus quippe cognoscendi ac diligēdi se, nō nisi Angelis & hominibus indidit facultatem. Quibus propter arbitrij facultatem†, quæ maximè debuit intellectuali creaturæ creatoris benignitate conferri, ita cognoscendi ac diligendi se facultatem voluntatémque donauit, vt eam vnusquisque & habere possit & perdere. *† Aliàs, libertatem.* Si quis tamen eam sponte perderet, suo etiam deinceps arbitrio resumere non valeret: vt illius esset sanctæ cognitionis initia gratuitæ dono bonitatis denuo reuocādis quibus vellet infundere, cuius fuit in ipso creationis exordio nullis præcedentibus meritis spiritus & corpora locis atque affectionibus, prout ipse sapiens voluit congruè & mirabiliter ordinare. Et ideo in Epistola ad Pascentium comitem Arrianum. *Tom. II. Epist. 174.* Omnis incorporea natura in scripturis spiritus appellatur. Vnde non tātum patri & filio & spiritui sancto, sed omni rationali creaturæ & animæ hoc vocabulum congruit. Propter hoc super Ioānem. *Tract. 55. Tom. IX.* Non semper cum dicitur spirituale, in laudē accipiendum est. Sunt enim multi maligni spiritus à quibus & spiritualia dicuntur. Nouit enim Apostolus quædam spiritualia nequitiæ in cœlestibus, aduersus quæ colluctationem nobis esse testatur. Aliter tamen distinguitur. Lib. j. quæstionum Veteris & Noui testamenti, quæst. xlj. *Tom. IIII.* Spiritus omnis est Dei: non tamen Deus est, nisi spiritus quod ipse est. Cuius significatio hæc est, vt sanctus dicatur. Nam & homines filij Dei vocantur, & Christus dicitur filius Dei: sed interuallum est, quia hic verus, illi adoptiui. Sic inter spiritum illum, & spiritum Dei diuersitas est. Spiritus enim sanctus de Deo est consubstantialis ei, reliqui verò spiritus Dei dicuntur, sed creaturæ sunt. De malo spiritu, Lib. de diuersis quæstionibus ad Simplicianum, quæst. j. *Lib. 1. Tom. IIII.* Spiritus malus potest dici spiritus Domini: quia vtitur Deus ministris etiam spiritibus immundis ad vindictam malorum, vel ad probationem bonorum: alio modo ad illam rem, alio modo ad istam. *Spiritus nequam spiritus Domini dictus.* Quamuis enim inde sit quisque malignus spiritus Domini, quia mala voluntate nocere appetit: tamen non nocendi potestatem accipit, nisi ab alio, sub quo sunt omnia certis & iustis meritorum gradibus ordinata. Quia sicut non est mala voluntas à Deo, sic non est potestas nisi à Deo. Et infra. *Quæst. ead.* Cum tantummodo dicitur spiritus Dei, etiam si non addatur bonus, ex hoc intelligitur bonus. Vnde apparet bonum spiritum secundum substantiam, malum autem secundum ministerium dici spiritum Dei. Et infra. *Quæst. ead.* Non temerè dici arbitror quoties in sanctis eloquiis commemoratur spiritus Dei, nec additur aliquid, siue ille patri & filio consubstantialis spiritus sanctus, siue aliqua creatura visibilis intelligitur, malum tamen non posse intelligi, nisi etiam addatur malus. Malo enim quia bene vtitur Deus ad ministerium iudicij sui, appellatur etiam ipse spiritus Dei, ad vindictam malorum, & disciplinam vel probationem bonorum. Difficile tamen cognoscitur malignus spiritus. Lib. xij. super Gen. *Cap. 13. Tom. III.* Discretio difficillima est, cum malignus spiritus quasi tranquillus agit, ac sine aliqua vexatione corporis, humano assumpto spiritu dicit quod potest: quandoque etiam vera dicit & vtilia prędicat, transfigurans se in Angelum lucis, ad hoc, vt cum illi in manifestis bonis creditum fuerit, B seducat ad sua. Hunc discerni non arbitror, nisi dono illo de quo dicit Apostolus, Alij datur discretio spirituum. *1. Cor. 12. Cap. 14.* Non enim magnum est, tunc eum dignoscere cū ad aliqua peruenerit vel produxerit quæ sunt contra bonos mores vel regulam fidei: tunc enim à multis discernitur. Illo autem dono in ipso primordio quo multis adhuc bonus apparet, continuò diiudicatur an malus sit. Tamen & per corporalem visionē & imagines corporalium quæ demōstrantur in spiritu, & boni instruunt, & mali fallunt. De cuius spiritus malignitate cauenda, lib. lxxxiij. quæstionum. *Quæst. 12. Tom. IIII.* Vbi recitat sententiam non suam, sed cuiusdam Philosophi Fontei Carthaginensis de mēte mundanda, quam prædictus scripsit cum esset Paganus, Christianus mortuus, vt ait lib. j. retractationum, cap. xxv. C O miseri & mortales, hoc agite ne vnquam polluat domicilium malignus spiritus, ne sensibus immixtus incestet animæ sanctitatem lucémque mentis obnubilet. Serpit hoc malum per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accōmodat coloribus, adhæret sonis, latet in ira, fallacia sermonis odoribus se subiicit, infundit saporibus, ac turbidi motus illuuiæ tenebrosis affectionibus tenebrat sensus, quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ, per quos expādere lumen rationis radius mentis solet. Et quia radius æthereæ lucis est, in eóque speculum Diuinæ præsentiæ, in hoc enim Deus, in hoc voluntas innoxia, in hoc rectè factum purúmque relucet†. *† Aliàs, in hoc recti ... fidem ... retentus.* Vt autem frustra circunstat oculos præsens imago rerum, si oculis integritas desit: ita etiam Deus qui nunquam deest, frustra pollutis D animis præsens est, quæ videre mentis cæcitas nō potest. De mundo verò spiritu distinguit & loquitur. *Tom. I.* Lib. de beata vita, disputatione secūda. Vbi & cum aliis & à Deodato suo filio disputās, eius inducit sententiam dicentis, Quis nō habeat immūdum spiritum? Spiritus, inquit angelus immundus quātum intelligo, duobus modis appellari solet: vel ille qui extrinsecus animam inuadit, sensúsque conturbat, & quendam hominibus infert furorem, cui excludendo qui præsunt, manum imponere vel exorcizare dicuntur, hoc est per Diuina eum verba adiurando expellere. Aliter autē dicitur spiritus immundus, omnis anima immun-

immunda: quod nihil est aliud quam vitiis & erroribus inquinata. Itaque abs te quæro Adeodate, qui fortasse aliquanto sereniore ac purgatiore spiritu tuam sententiam protulisti, quis nõ habet spiritum immundum: an ille qui dæmonem non habet, quo vesani homines fieri solent, an ille qui animã suam vitiis omnibus peccatísque mũdauit? Is, inquit puer ille, mihi videtur spiritum immundum non habere, qui castè viuit. Sed castum, inquam, quem vocas? Eúmne qui nihil peccat, an eũ qui ab illicito tantũ concubitu se temperat? Quomodo, inquit, castus potest esse, si ab illicito tantũ concubitu sese abstinens, cæteris peccatis nõ desinit inquinari? Ille est vere castus, qui Deum attendit, & ad ipsum solùm se tenet. Quæ verba pueri sicut dicta erant, cum placuissent, mihi conscribi feci. Is ergo inquam, necesse est bene viuat, & qui bene viuit, necessario talis est. Malus tamẽ spiritus à bono peropus discernitur. Lib. xij. super Genesim, capit. xxxvj. Cum malus spiritus arripit aut dæmoniacos facit, aut arreptitios, aut falsos prophetas: Cum autem bonus, fideles mysteria loquentes, aut accedente etiam intelligentia veros Prophetas, aut ad tempus quod oportet per eos ostendi videntes atque narrantes. Vnde Libro de spiritu & anima. Humanum spiritum aliquando bonus, aliquando malus assumit spiritus: nec de facili discerni potest à quo spiritu assumatur, nisi quia bonus instruit, & malus fallit. Fallit autem sæpe in manifestis bonis, vt si in eis creditum fuerit, ad sua seducat. Sicut plerunque humanum spiritum rapit, vt quadam occulta mixtura quasi idem spiritus esse videatur, & spiritus patientis, & spiritus vexantis, vt in dæmoniacis videmus. Animam tamen hominis, id est mentem, nulla creatura iuxta substantiam implere potest, nisi sola trinitas. Implere autẽ dicitur satanas mẽtem alicuius, & principale cordis, non ingrediens in eũ & in sensum eius, sed fraude & iniquitate: & omni malitia illum alliciens atque seducens affectu malitiæ, trahit per cogitationes & incentiua vitiorum quibus ipse plenus est, vtpote fallax, nequam & fraudulentus deceptor animarũ. Non enim participatione naturę, seu substãtię, vt quidã putant, animã implet diabolus, aut ei habitator efficitur, sed per fraudulentam deceptionem atque malitiam in eo habitare dicitur quem implet. Solius enim trinitatis est intrare & implere substantiam quam creauit. Et ideo creatus spiritus nõ dicitur bonus, nisi per Dei gratiam. Libro xiij. cõfessio. Si illud corpori non est hoc esse quod pulchrum esse alioquin deforme esse, non posset: ita increato spiritui non id est viuere quod sapiẽter viuere, aliter incommutabiliter saperet. Bonũ autẽ illi est hærere tibi semper, ne qđ adeptus est conuersione, auersione lumen amittat, & relabatur in vitam tenebrosæ abysso similem. Nam & nos qui secundum animam creatura spiritualis sumus, auersi à te nostro lumine, in ea vita fuimus alij tenebræ, & in reliquiis obscuritatis nostræ laboramus, donec simus in iustitia tua in vnico tuo sicut montes Dei. Anima humana dicitur esse

Tom. III. *Cap. 27. Tom. III.* *Spiritus qui eam afficiunt mentem bonus sed solus Deus implet.* *Cap. 2. Tom. I.*

A spiritus. Libro de spiritu & anima. Anima ex Deo data est, eo quod ad viuendum animet corpus & viuificet. Spiritus est ipsa anima ꝑ spirituali natura, vel pro eo quod spirat in corpore appellatus est spiritus. Anima & spiritus idem sunt in homine, quamuis aliud anima notet, aliud spiritus. Spiritus nanque ad substantiam dicitur, & anima ad viuificationem. Eadem est essentia, sed proprietas diuersa. Nam vnus & idem spiritus ad semetipsum dicitur spiritus, ad corpus anima, de qua dictum est, Qui autem perdet animam suam, saluã faciet eam, id est quisquis propter Deum hanc vitam, quæ nunc corporis viuificatione ex anima tẽporaliter existit, libẽter dispersierit, in futuro eãdem corporis, non solùm animæ vitam æternam & immortalitatẽ recipiet: Humana anima, quia B in corpore mortali habet esse & extra corpus, anima & spiritus pariter vocari potest: non duæ animæ, sensualis & rationalis, altera qua homo viuat, & altera qua vt putãt aliqui, sapiat: sed vna eadémq; anima in semetipsa viuit per intellectum, & corpori vitam præbet per sensum. Humanum nanque corpus, nec viuere, nec nasci sine rationali anima potest, vegetatur tamen & mouetur & crescit, & humanam formam in vtero recipit, prius quam animam rationalem recipiat. Sicut etiam virgulta & herbas sine anima moueri & incrementum habere videmus. Sed de spiritu prout est quædam vis animę mente inferior, vbi corporaliũ rerũ similitudines exprimuntur, nec ipse spiritus corpus est, sed corpori similis. Quę enim spiritu vidẽtur, non sunt corporalia, sed corporibus C similia. Facies siquidem hominis est etiam nobis forinsecus nota, & in memoria nostra habet imaginem suam, incorporalem quidem, sed corpori similem. Mundi quoque istius mirabilis pulchritudo, & nobis foris præsto est, & in memoria nostra habet imaginem suam, incorporalem quidẽ, sed corpori similem, ad quã recurrimus, cũ clausis oculis eam cogitamus. Quod enim ad corporis sensum aliquod corpus in aliquo loco est, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria: & quod est intẽtio volũtatis ad corpus visum, visionémque copulandam, hoc est eadem intẽtio voluntatis ad imaginem corporis copulandã, quę est in memoria & visione cogitantis. Ille spiritus dicitur factus ad imaginem & similitudinẽ Dei, in quo cognitio est veritatis, & amor puritatis†. D Imago siquidẽ est in cognitione, & similitudo in dilectione. Imago, quia rationalis, similitudo, qa spiritualis. Hæret si quidẽ veritati nulla interposita substãtia rationale nostrũ, quo ratiocinamur, & intelligimus, & sapimus, spiritũ dicimus. Hunc autẽ spiritũ Apostolus mẽtẽ vocat, vbi ait, renouamini spiritu mẽtis vestræ, id est mẽte. Nihil aliud est spiritus mẽtis, quã mẽs: sicut corpus carnis non est aliud quã caro. Ideo spiritus dicitur animæ maritus. Lib. lxxxiij. quæstionũ. Voca virũ tuum, id est spiritu intelligentiæ ꝓsens esto. Est enim animæ quasi quodãmodo maritus spiritus hominis, qui animalem affectionẽ tanquã coniugem regit. Quomodo fiat, ponit super Psal. lxxvij. Quãdo

Cap. 9. Tom. III. *Fœtus.* *Imago & similitudo Dei in homine.* *† Aliàs, virtutis.* *Eph. 4.* *Quæst. 64. Tom. IIII.*

cum spiritu Dei operante cooperatur spiritus ho-
minis, tūc quod Deus iusserit impletur: & hoc nō
fit nisi in eo qui iustificat impiū. Quod spiritus
ad Deum reuertitur. Libr. quæstio super Iosue. q.
Tom. IIII. xxiiij. Quod Dei spiritus reuertatur ad Deum qui
dedit eū: non arbitror de omnibus posse intelligi,
sed de iis qui sic vixerūt, vt ad Deum redire me-
reantur, tanquā ad authorē à quo creati sunt. Neq;
enim hoc & de iis rectè intelligi potest de q̄bus
dicitur, Spiritus ambulans & nō reuertēs Lib.
Cap. 32. Tom. I. de quantitate animæ, super illud. Cor mundū crea
in me Deus &c. Spiritus rectus est, vt credo, quo
fit vt anima à veritate quærenda deuiare atque er
rare nō possit. Qui profectò in ea nō instauratur,
nisi prius cor mundū fuerit. Quis verò sit spiri-
Tom. VIII. tus bonus. declarat super Psal. cxviij. sermo. xiiij.
Bonus spiritus. Spiritus bonus est ille per quē diffunditur charitas
in cordibus nostris, vt Deum proximúmque dili-
gendo, Diuina mandata faciamus. Hîc est spiritus,
in quo clamamus, Abba Pater. Ac per hoc ipse fa-
cit nos petere q̄cquid desideramus accipere: ipse
Cap. 7. nos facit petere, quē cupimus inuenire. Vnde
Tom. IX. de spiritu q̄ Deus est, dicit Lib. de cognitione ve-
ræ vitæ. Sūmus spiritus qui Deus est, sicut à nullo
intellectu propriè valet cogitari: ita nulla ꝓpria
definitione poterit determinari. Sed quia intelle-
Aenigmatica descriptionis Dei pulchra deductio. ctualis mens eū vtcunq; cognoscere anhelat, hæc
ænigmatica definitio ei interim sufficiat. Deus spi
ritus, est essentia inuisibilis omni creaturæ incō-
prehensibilis, totā vitam, totam sapientiā, totā æ-
ternitatē simul essentialiter possidēs: idē ipsa vi-
ta, ipsa sapiētia, ipsa veritas, ipsa iustitia, ipsa æter-
nitas existēs, omnē creaturā instar pūcti cōtinens.

SPIRITVS SANCTVS. Quid sit descri
Cap. 11. Tom. III. bit. Lib. v. de trini. Spiritus sanctus ineffabi-
lis est quædā patris filijq; cōmunio: & ideo
1. sent. dist. 26. et dist. 31. fortasse sic appellatur, q̄a patri & filio potest ap-
pellatio eadē cōuenire. Nā hoc ipse propriè dici-
tur, quod illi cōmuniter: q̄a pater spiritus: & filius
spūs: pater sanctus, & filius sanctus. Vt ergo ex no
mine quod vtriq; cōuenit vtriusq; cōmunio signi
ficetur, donū vocatur amborū spiritus sanctus.
Et ibidem. Spiritus sanctus secundū scripturas,
Lib. 15. Cap. 17. nec patris est solius, nec filij, sed amborū: & ideo
cōmunem qua inuicem se diligunt pater & filius,
nobis insinuat charitatem. Super Ioā. Spiritus
Tract. 74. Tom. IX. sanctus in trinitate est quē patri & filio consubstā
tialē & coæternū fides catholica cōfitetur. In
Tract. 99. eodem. Nec ob illud existimo ipsum propriè vo-
cari spiritū, cum etiamsi de singulis interrogare-
mur, non possemus nisi patrem & filiū spiritū san
ctum dicere: quoniam spiritus est Deus, id est nō
corpus est Deus, sed spiritus. Quod ergo cōmuni-
ter vocantur & singuli, hoc propriè vocari opor
tuit eum qui non est vnus eorū, sed in quo cōmu-
nitas apparet amborū. Lib. de symbolo & fide
Cap. 9. Tom. III. quē scripsit in Aphricano cōcilio Hipponiæ cele
brato. Eo ipso quo per spiritum sanctū recōcilia-
mur Deo vnde etiam donū Dei dicūt, satis signifi-
cari volunt charitatē Dei esse spiritū sanctū. Non
enim recōciliatur illi nisi per dilectionē, qua etiā
filij appellātur: nō iam sub timore tanquā serui q̄a

A consummata dilectio foras mittit timorē: & spiri
tū libertatis accipimus, in quo clamamus Abba pa
ter. Et quia recōciliati & in amicitiā reuocati per
charitatem poterimus Dei secreta cognoscere,
propterea & de spiritu sancto dicitur, Ipse vos in-
ducet in omnem veritatē. Propterea & fidētia præ Ioan. 16.
dicādæ veritatis, qua impleti sunt Apostoli in ad-
uentu eius rectè charitati tribuitur: quia & diffidē
tia timori datur, q̄ cōsummata charitas excludit.
Et ideo etiā donū Dei dicitur, q̄a in eo qđ q̄sque
nouit non fruitur, nisi & id diligat. Frui autem sa-
piētia Dei, nihil est aliud q̄ ei dilectiōe cohærere:
neque quisquā in eo quod percipit permanet nisi
dilectione: & ideo spiritus sanctus dicitur, quoniā
ad permanēdū sanciūtur quæcūque sanctificātur,
neque dubiū est à sanciēdo sanctitatē vocari. In
B libro de duabus natiuitatibus Christi. Quid respō-
debimus eis, q̄ īpio ore blasphemāt dicētes, Ideo
spiritus nō est Deus q̄a nihil operatur quasi Deus?
Videamus si in operibus eius nihil Diuinitatis ap
pareat. Primo loco peccatorū remissio nō tribui-
tur, nisi etiā spūs inuocetur. Et q̄a peccata sine spi
ritu sācto nō dātur, etiā de ipso apertissimè dictū
esse nouerimus, Nemo cōdonare potest peccata
nisi solus Deus. Quem ergo reparatorē hominis
vides, authorem hominis esse non dubites. Ipse in
primis hominē absque peccato fecit, q̄ in secūdis à
vinculo peccati hominē cū patre & filio regene-
rator absoluit. Et vt dicit Lib. iiij. cōtra Episto
las Pellagianorū. Spiritū sanctum fatēdū est etiā Cap. 7.
antiquis tēporibus, nō solùm mentes bonas adiu- Tom. VII.
uasse, verū & bonas eas fecisse. Dicitur etiā vir
C tus Dei. super Ioā. Virtutis nomine appellari etiā Tract. 99.
spiritū sanctū eo loco clarū est, vbi cū Dominus Tom. IX.
eum promittens discipulis ait, Vos autē sedete in Luc. 24.
ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.
Declarat hoc Lib. v. de ciuitate Dei, cap. ix. Spi Tom. V.
ritus vitæ qui viuificat omnia, creatórque & cor-
poris omnis, & omnis creati spiritus, ipse est Deus
spiritus vtique nō creatus. In eius volūtate summa
potestas est, qui creatorū spirituū bonas volunta-
tes adiuuat, malas iudicat, omnes ordinat, & q̄bus-
dam tribuit potestatē, quibusdam nō tribuit. sicut
enim omniū naturarū creator est, ita omniū pote
statum dator: nō malarū voluntatū. Malæ quippe
voluntates ab illo nō sunt, bonæ verò sine ipso nō
sunt. Sermo. iiij. de fide. Quia dicitur paarcletus
spiritus sāctus: proprietas operū eius exprimitur.
Paracletus enim Græcū verbum est, quod Latinè
D dicitur consolator. Et bene ipse à Christo ad disci
pulos promittitur, vt eos consoletur inter omnes
tribulationes quas pro Christi erāt cōfessiōe pas-
suri. Nominatur tamen pluries in scriptura & Tom. IIII.
multipliciter. Libr. quæstionū super Exodū. q. lv.
Cum dixit Moses in cantico, Misisti spiritum tuū,
& cooperuit eos mare. Ecce iam quinto cōmemo
ratur spiritus Dei, vt in hoc numero accipiamus
& quod dictū est, Digitus Dei est hic. Primo vbi
scriptū est, Spiritus Dei ferebatur super aquas. Se-
cūdo vbi dicitur, Nō permanebit spiritus meus in Gen. 1.
homine in æternū, quia caro est. Tertio vbi Pha- Gen. 6.
rao dixit ad Ioseph, quoniam spiritus Dei est in te. Gen. 41.
Quarto

Quarto vbi incantatores Aegyptiorum dixerũt, Digitus Dei eſt hic. Quinto in hoc cãtico, Miſiſti ſpiritum tuum & cooperuit eos mare. Meminerimus autẽ ſpiritum Dei nõ ſolùm ad beneficia, ſed etiam ad vindictã cõmemorari. Nã quid aliud etiã ſupra dixit, Per ſpiritum iracũdiæ tuæ reuerſa eſt aqua. Iſte itaque ſpiritus Dei ſubuertit Aegyptios. Nam ſpiritus eis iræ fuit, quibus nocuit aquarum diuiſio, vt intrantes poſſent aquis redeũtibus obrui: filij verò Iſraël, quibus profuit quod aqua diuiſa eſt, nõ fuit ille ſpiritus iræ Dei. Vnde ſignificatur propter diuerſas operationes & effectus ſpiritus Dei, diſsimiliter appellari, cum ſit vnus atque idem ille duntaxat, qui etiã ſpiritus in vnitate trinitatis accipitur. Proinde non arbitror alium quã eundẽ ſignificari, vbi dicit Apoſtolus. Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis, in quo clamamus Abba pater: quia eodẽ ſpiritu Dei, id eſt digito Dei, quo lex in tabulis lapideis conſcripta eſt, timor incuſſus eſt eis qui gratiam nondum intelligebãt, vt de ſua infirmitate atque peccatis per legem cõuincerẽtur, & lex illis fieret pędagogus, à quo perducerentur ad gratiã quæ eſt in fide Ieſu Chriſti. De hoc autem ſpiritu adoptionis & gratiæ, id eſt de hoc opere ſpiritus Dei, quo ĩpartitur gratia & regeneratio in vitã æternam dicitur, Spiritus autem viuificat: cũ prius diceretur, litera autẽ occidit, id eſt ſcriptura tantũmodo iubens ſine adiutorio gratiæ. Qui ſpiritus Deus eſt. Lib. diuerſarũ quæſtionũ Oroſij. Spũs ſanctus Deus eſt: qua de re non continetur loco, aut diſtẽditur: neque temporũ motionibus ſubiacet, ſed eſt vbique pſens, & totus. Eodẽ libro circa principiũ. Spiritum ſanctum neque ingenitum, neque genitum fides certa declarat. Quia ſi docuerimus ingenitũ, duos patres affirmare videbimur. Si autem genitum, duos filios credere culpabimur. Sed vt certa fides tenet, nec ingenitus eſt nec genitus, ſed ab vtroque procedens: id eſt à patre & filio. Libro xv. de trinitate. Pater eſt de quo genitum eſt verbũ, & de quo principaliter procedit ſpũs ſanctus. Ideo autem addidi principaliter procedit ſpiritus ſanctus, quia & de filio procedere ſpiritus ſanctus reperitur: ſed hoc quoque illi pater dedit, nõ iam non exiſtẽti & nõdũ habenti: ſed quicquid vnigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eũ genuit, vt etiam de illo donũ cõmune procederet, & ſpiritus ſanctus eſſet amborum. Eodẽ Libr. cap. xxvj. Ideo ſpiritum ſanctum non audemus dicere genitũ, ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa trinitate, vel duos qui non ſunt de alio quiſpiam ſuſpicetur. Pater enim non eſt de alio, ideo ſolus appellatur ingenitus. Filius autem de patre natus eſt: & ſpiritus ſanctus de patre prĩcipaliter, & ipſo ſine vllo interuallo temporis dãte cõmuniter de vtroque procedit. Diceretur autem filius patris & filij, ſi quod abhorret ab omniũ ſanorũ ſenſibus, eũ ambo genuiſſent. Non igiť ab vtroq; eſt genitus, ſed ꝓcedit ab vtroq; amborũ ſpiritus. Lib. de cognitione veræ vitæ. Nihil aliud ſpũs ſãctus q̃ amor Dei intelligitur. Vnde & Deus charitas dicitur. Cõſtat autẽ qđ pater filiũ vt ſeipſum diligit, & item filius patrẽ tanquã ſeipſum diligit. Vita nãq; diligit ſe ſapere, & iterũ ſapiẽtia diligit ſe viuere: vitæ autem & ſapientiæ probata eſt vna eſsẽtia eſſe. Igitur dilectio, vel amor, vel charitas, quod eſt ſpiritus ſanctus, in ſubſtantia patris & filii coeſſentialis exiſtit, & ideo ab vtroque æqualiter procedit. Super Ioã. Nõ dicitur natus, ſed potius procedere ſpiritus ſanctus: quia etſi ipſe filius diceretur, amborum vtique filius diceretur: quod abſurdum & diſſonum eſt: filius quippe nullus eſt duorum, niſi patris & matris. Abſit autẽ vt inter Deum patrem, & Deũ filiũ tale aliquid ſuſpicemur. Quia nec filius hominum ſimul & ex patre & ex matre procedit: ſed cum in matre procedit ex patre, non tunc procedit & ex matre: & cũ in hanc lucẽ procedit ex matre, nõ tunc procedit ex patre. Spiritus autẽ ſanctus nõ de patre procedit in filium, & de filio procedit ad ſanctificandũ creaturã, ſed ſimul de vtroque procedit: quamuis hoc pater filio dederit, vt quẽadmodum de ſe, ita de illo quoque procedat. Sermone de traditione ſymboli. Inoffenſa regula veritatis eſt, vt quorum vnum nomẽ eſt, nõ ſit eorum diuerſa cõfeſſio. Qui in cœlo apud ſe vnum ſunt, à nobis nõ ſeparẽtur in terris. Nã ſicut Diuinitati nihil de creatura æquari poteſt: ita omnẽ diuiſionẽ & inæqualitatẽ natura Diuinitatis excludit. Secũdum enim Euãgelicam veritatẽ, ſicut filius à patre exiuit, ita ſpiritus ſanctus ab vtroque procedit. Et ſicut vnigenitus filius eſt Deus, & ſpiritus ſanctus eſt Deus: & ſicut pater cuius vult miſeretur, & filius cui vult pater reuelat, ita etiã ſpiritus inſpirare legitur prout vult, & dona cœleſtium gratiarũ diuidere prout vult. Quomodo ergo nõ eſſe vnũ cum patre filióque credendus eſt ſpiritus ſanctus, cui ęquè cõpetit poſſe quod vult? Dicit tamẽ in Lib. qui dicitur inq̃ſitio de Trinitate. Spiritus ſanctus relatiuè dicitur: quia ſpiritus, alicuius ſpiritus eſt: ſed nõ ſicut in patre & filio relationis regula tenetur in eo: quia circunferri poteſt patris & filij nomẽ adinuicẽ: vt ſi dicamus pater filij pater, & filius patris filius: nõ ita duplicem relationis circunuerſionem in nomine ſpiritus ſancti inueniri poteſt: quia rectè dicere poſſumus ſpiritum ſanctum patris & filij ſpiritum, ſed conuerſo ordine non poſſumus dicere, patrẽ ſpiritus ſancti, ſicut dicimus patrẽ filij: ne duo filij in ſancta Trinitate æſtimẽtur. Item non poſſumus dicere filium ſpiritus ſancti, ſicut dicimus filium patris: ne duo patres in ſancta Trinitate intelligãtur: Dicimus itaque ſpiritũ ſanctum patris & filij, ſine reciprocatiõe nominũ relatiuorum. Lib. contra perfidiam Arrian. cap. iiij. Nec pater ſine filio, nec filius ſine patre miſit ſpiritum ſanctum: ſed eum pariter ambo miſerũt. Inſeparabilia quippe ſunt opera Trinitatis. Solus pater nõ legitur miſſus, quoniã ſolus nõ habet authorem à quo genitus ſit, vel à quo procedat. Et ideo nõ propter naturæ diuerſitatem, quæ in Trinitate nulla eſt, ſed propter ipſam authoritatẽ ſolus pater nõ dicitur miſſus. Non enim ſplẽdor aut feruor ignẽ, ſed ignis mittit ſiue ſplẽdorẽ, ſiue fer

Marginal notes: Exod. 8. — Exod. 15. — Rom. 8. — Lib. quæſt. 65. queſt. 22. Tom. IIII. — Queſt. 2. — Cap. 17. Tom. III. — Cap. 18. Tom. IX. — Tract. 99. Tom. IX. — Lib. quæſti-uncularum de trinit. Tom. III. — Reciprocatio nominũ relatiuorũ non tribus perſonis trinit. æquè cõuenit. — Lib. contra ſer. Arria-norum. Tom. VI.

uorem quãuis hoc longe sint dissimilia. Nec inueniatur aliquid vel in spiritualibus vel in corporalibus creaturis, quod Trinitati, quæ Deus est, merito cõparetur. Ideo circa finem libri contra q̃nque genera hæresum. Qui spiritum sanctũ à patre & filio æternitate, substantia vel cõmunione separat, eúmque negat spiritum esse patris & filij, plenus est spiritu immundo, & vacuus spiritu sancto. Ideo enim dicitur Deus charitas, q̃a nõ partibus diuidit vnitatem. Vnde sic eum cõfitetur Lib. soliloquiorũ ad Deũ. Cognoui te Deũ meum, & vnum spiritum sanctum patris & filij, ab vtroque pariter procedentem, cõsubstantialem, & coæternum patri & filio, paracletũ & aduocatũ nostrum, qui super eundem Deum & Dominum nostrum Iesum Christum in columbæ specie descendisti, & super Apostolos in linguis igneis apparuisti, q̃ omnes sanctos & electos Dei à principio tuæ gratiæ munere docuisti, & ora Prophetarũ, vt enarrẽt mirabilia regni tui, aperuisti, q̃ ab hominibus cum patre & filio simul adoraris & glorificaris. Inter quos & ego filius ancillæ tuæ, in toto corde glorifico nomẽ tuũ, quoniã illuminasti me. Tu es vera lux, lumẽ veridicũ, ignis Dei & magister spirituum, qui virtute tua doces nos omnem veritatem, spũs veritatis, sine quo impossibile est placere Deo, quoniam tu ipse Deus es ex Deo, & lumẽ de luce, procedens à patre luminũ ineffabiliter, & à filio suo Domino nostro Iesu Christo: q̃bus cõsubstantialis & coæternus existens, in vnius trinitatis essentia superessentialiter gloriaris & cõregnas. De huius spiritus sã cti dignitate seu authoritate. Lib de incarnatione verbi ad Ianuariũ. Dicimus tantæ esse dignitatis & authoritatis spiritus sancti substantiam, vt salutare baptisma non aliter nisi excellentissimæ omnium trinitatis authoritate, id est patris & filij & spiritus sancti cognominatione cõpleatur, & ingenito Deo patri, & vnigenito eius filio nomen quoque spiritus sancti copuletur. Quis ergo non stupescat quanta maiestas sit spiritus sanctus, cum qui dixerit verbum in filium hominis audeat veniam sperare posse, eũ verò qui in spiritum sanctũ blasphemauerit, neque in præsenti sæculo, neque in futuro veniam nõ habere? Ideo in eodẽ lib. Sicut participatione filij Dei quis in filiũ adoptatur: & participatiõe sapiẽtiæ in Deo, sapiens efficitur: ita & participatione spiritus sancti, spiritus & spiritualis efficitur. In Epistola ad Donatum tribuñ de trinitate. Vera fides etiã spiritum sanctum creatorem asserit, non creatum. Quomodo enim creator esse negetur, à quo firmata cœlorum virtus ostenditur dicente Dauid, Verbo Domini cœli firmati sunt & spiritu oris eius omnis virtus eorũ? Et alio loco, Emitte spũm tuũ & creabuntur &c. Creator q̃ppe est omnium rerum, qui factor est hominum. De quo beatus Iob dicit, Spiritus Diuinus qui fecit me. Spiritus ergo sanctus sicut omnia creauit, sic omnia replet immensus: & qui omnia replet naturaliter est Deus verus. Probat hoc Lib. contra perfidiã Arrianorũ. Quis à spiritu sancto audeat alienare opera quarũlibet creaturarũ, quẽ credidit operari

Lib. de 5. hæresibus. ca. 8. Tom. VI.
Cap. 32. Tom. IX.
Cap. 16. Tom. IIII.
Cap. 15. Tom. VI.

A dona sanctorum? De quibus scriptum est, Omnia autẽ operatur vnus atque idẽ spiritus diuidẽs p̃pria vnicuique prout vult. Postremo cũ sit Christus Dominus omnium & super omnia Deus benedictus in sæcula, q̃d ex omnibus negari potest, etiam spiritus sancti opus qui est ipsum Christum in vtero virginis operatus? Cum enim Angelo futurum partum sibi nuntianti virgo dixisset, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? respõsum accepit, Spiritus sanctus superueniet in te. Singulorum autem opera dicũtur, quæ ad vnãquãque eorum manifestantur pertinere personã. Sicut natus ex virgine, non nisi filius. Et vox de nube: Tu es filius meus dilectus: ad solius pertinet patris personã. Et specie corporali, sicut colũba, apparuit spiritus sanctus: tamen & illã carnem solius filij, & illã vocem solius patris, & illã speciẽ
B spiritus sancti vniuersa trinitas operata est: non quod inualidus sit vnusquisq; eorũ, sine aliis quod operatur ĩplere: sed nõ potest operatio esse diuisa, vbi non solùm æqualis est, verum etiam indiscreta natura: ita vt cum tres sint, & eorũ singulus q̃sq; Deus sit, tres tamen dij non sint: nã & pater Deus est, & filius Deus est, & Spũssãctus Deus est: nec filius idẽ qui pater est, nec idem spiritus sanctus qui pater aut filius: sed pater semper est pater, & filius semper est filius, & amborũ spiritus, nũquã cuiquã eorũ aut pater aut filius, sed semper vtriusque spiritus: vniuersa tamẽ trinitas vnus Deus est. Spiritus sanctus nisi sit in nobis, non potest sciri à nobis. Super Ioã. sermo. lxxiiij. Spiritus sãctus potest esse etiã sine nobis: datur q̃ppe vt sit etiã in nobis:
C sed videri & sciri queadmodũ vidẽdus sciendúsque est, nõ potest à nobis, si nõ sit in nobis. Quare datur. Lib. xv. de trinitate. Deus spiritus sanctus qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accẽdit eum in dilectionem Dei & proximi, & ipse est dilectio. Non enim habet homo vnde diligat Deum, nisi ex Deo. Propter quod Ioãnes ait. Diligamus Deum, quia ipse prior dilexit nos. Et Apostolus quoque, Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ q̃ datus est nobis. Lib. iij. de verbis Domini. Magna est misericordia Dei, quia donum dat æquale sibi. Nã donum eius spiritus sanctus est & vnus Deus tota trinitas, pater, & filius, & spiritus sanctus. Audi Apostolũ. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vt ergo ames Deũ, habitet in te Deus, & amet se de te, id
D est, ad amorem suum moueat te, accendat te, illuminet te. Luctatio enim est in isto corpore. Quãdiu viuimus, pugnamus: quãdiu pugnamus, periclitamur: sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Ista autẽ dilectio de spiritu sancto est q̃ datus est nobis. Dicitur noster esse. Lib. de trinitate. Non dicitur spiritus sanctus noster quo sumus, quia ille ipse spiritus est hominis qui in ipso est: sed alio modo iste noster est, quo dicimus, Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie, quãquã & illũ spiritũ, qui hominis dicitur, vtique accepimus. Sed aliud est q̃d accepimus vt essemus, aliud quod accepimus vt sancti essemus. Vnde scriptũ est de

1. Cor. 12.
Cap. 17. Tom. III.
Ser. ord. 43. Tom. X.
Rom. 5.
Lib. 6. Cap. 14. Tom. III.

Luc.1. est de Ioanne, qđ in spiritu & virtute Heliæ veniret: dictus Heliæ est spiritus, scilicet spiritus sanctus quem accepit Helias. Hoc & de Mose intelligendum est, cum ait Dominus, Tollã de spiritu tuo, & dabo eis: hoc est, dabo illis de spiritu sãcto, Numer. 11. quẽ iam tibi dedi. Habetur tamẽ plus & minus. Tract.74. Tom.IX. super Ioã. Sine spiritu sancto nec Christum diligere poterimus: & id nos possumus tanto minus, quanto illum percipimus minus: tanto amplius, quãto illũ percipimus amplius. Proinde non solũ non habenti, verũ etiã habenti non incassum promittitur. Nam nisi ab alio minus: ab alio amplius 4.Reg.2. haberetur, sanctus Helisæus sancto Heliæ non diceret, Spiritus qui est in te, duplex fit in me. Post Quæst.62. Tom.IIII. Christi autem glorificationẽ singularis est datus spiritus sanctus. Lib.lxxxiij.quęstionũ. Spiritus sãctus latenter dabatur ante Christi glorificationẽ: post manifestationẽ autem Diuinitatis eius manifestius datus est. Et ideo dictũ est, spiritus sanctus nondũ erat datus, id est nondũ apparuerat sic vt omnes eum datum faterentur. Sicut etiam Dominus nondũ erat glorificatus inter homines, sed tamen clarificatio eius æterna nunquã destitit esse.

Tom.III. Huius est similis sententia. super Ioã. sermone xxxij. & sermo. lij. vnde Lib.iiij. de Trinitate, capite xx. circa finẽ. Quomodo spiritus sanctus nõ erat datus, quia Christus nondũ erat clarificatus, nisi quia illa datio, vel donatio, vel missio spiritus sancti habitura erat quandã proprietatem suam in ipso aduentu, qualis antea nunquã fuit? Nusquam enim legimus, linguis quas non nouerãt homines loquutos fuisse, veniẽte se in spũ sancto, sicut tũc factum est, cum oporteret eius aduentum signis sensibilibus demonstrari, vt ostenderetur totũ orbem terrarum atque omnes gentes in linguis va- Psal.18. riis cõstitutas, credituras in Christũ per donũ spiritus sancti, vt impleretur qđ in Psal. canitur, Nõ sunt loquelæ &c. Ideo super Ioan. Intelligamus Tract.74. Tom.IX. eum habere Sanctum spiritũ, qui diligit: & habẽdo mereri vt plus habeat, & plus habendo plus diligat. Iam itaque habebant spiritum sanctum discipuli, quẽ Dominus ꝓmittebat, sine quo eũ Dominũ non dicebant: nec tamen eũ adhuc habebãt sicut Dominus promittebat. Et habebãt ergo, & non habebant: qui quãtum habendus fuerat, nondum habebant. Habebant itaque minus, dãdus eis erat amplius. Habebant occultè, accepturi fuerãt Tract.6. Tom.eod. manifestè. Nunc autẽ non sic datur spiritus sanctus, nec sic venit. Super primã canonicã Ioã. Primis tẽporibus cadebat super credẽtes spiritus sanctus: loquebãtur linguis, quomodo spiritus sãctus dabat eis pronũtiare. Signa erãt tẽpori opportuna Oportebat enim ita significari in omnibus linguis spiritũ sanctũ: qa Euãgeliũ Dei per omnes lĩguas cursurũ erat toto orbe terrarũ. Significatũ est illud, et trãsiit. Nũq̃d modo q̃bus ĩponit̃ manus vt accipiãt spiritũ sanctũ, hoc expectatur vt lĩguis loquatur? Si ergo per hæc miracula modo testimoniũ spiritus sancti nõ fit, vnũ cognoscit quisque se accepisse spũm sanctũ? Certè ĩterroget cor suũ an diligat fratres, & sic sit, tũc manet spũs Dei ĩ illo. videat si est ĩ eo dilectio pacis & vnitatis, dilectio

A Ecclesiæ toto orbe diffusę. Nõ attendat eũ solũ diligere fratrẽ, quẽ attendit ante se: multos enim nõ nouimus fratres nostros, & in vnitate spũs illis copulamur. Si ergo vis nosse quia accepisti spiritum sanctũ, interroga cor tuũ. Si ibi fuerit dilectio fratris, securus esto, q̃a nõ potest esse dilectio sine spiritu Dei. In sermone ij. de pẽtecoste. Signũ ꝓsentiæ spiritus sancti tũc erat omnibus linguis loqui: quo euidẽti miraculo, se illo tẽpore demõstrabat. Intelligẽdũ est enim hũc esse spiritũ, quo charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, & quo Ecclesiã Dei congregatura fuerat toto orbe terrarũ: & quod tũc etiã vnus homo poterat, vt spũm sanctũ accipiẽs linguis omniũ loqueretur, nũc spiritu sancto cõgregata ipsa vnitas Ecclesiæ, linguis omnibus loquitur. Proinde si quisquã dixerit alicui ve- 1.Ser.fer.4. ser. de tempore 188 Tom.X.

B strũ, Accepisti spiritũ sanctũ, quare nõ linguis omnibus loquaris? Respõdere debet, Loquor sanè omnibus linguis, q̃a in eo Christi corpore, id est Ecclesia sum, quæ loq̃tur omnibus linguis. Libr. 50. homil. Tũc sic dabatur spiritus sanctus, vt appareret datus. Qui enim accipiebãt, linguis omniũ loquebãtur, vt significaret Ecclesiã in gẽtibus, linguis omnibus loquuturã. Lib.ij. cõtra Crescomiũ grãmaticũ. Spiritus sanctus veniẽs tale signũ primitus dedit, vt qui eũ acceperãt, linguis omniũ loqueretur gẽtiũ: quia portẽdebat Ecclesiã per omnes gẽtes futurã, nec quẽquã accepturũ spiritũ sanctũ, nisi vnitati copularetur. Huius fontis largo atq; inuisibili flumine lętificat Deus ciuitatem suã, de qua ꝓdixit. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Ad hũc fontẽ nullus extraneus, quia nullus Tom.X. Cap.14. Tom.VII. Psal.45.

C nisi vita æterna dignus, accedit. Hîc est proprius Ecclesię Christi, cui tãto ante prophetatũ est, Fõs quæ tuæ sit proprius, & nemo alienus cõmunicet tibi. Ideo super Apoc. homil.iiij. Nemo potest habere spiritũ Dei ꝑter Ecclesiã. Christus etiã accepit spiritũ. Super Ioã. Quãdo Ioã. Baptista ait, Nã ad mẽsurã dat Deus spiritũ sanctũ: de ipso Dei filio loquebatur, cui nõ est spiritus sanctus datus ad mẽsurã: quia in illo iã habitat omnis plenitudo Diuinitatis. Neque enim sine gratia spũs sancti est mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus. Nõ & ipse dicit de se Propheticũ illud impletũ, Spiritus Domini super me, ꝓpter quod misit me, Euãgelizare pauperibus misit me. Quod enim est vnigenitus, æqualis patri, nõ ergo est gratiæ, sed naturæ: quod autẽ in vnitatẽ personæ vnigeniti Prouerb.3. Tom.IX. Tract.74. Tom.IX.

D assumptus est, homo gratiæ est, nõ naturæ, cõfitẽte Euãgelio atque dicẽte, puer autẽ crescebat & confortabatur plenus sapiẽtia, & gratia Dei erat in illo. Cæteris autẽ ad mẽsurã datur, & datus additur: donec vnicuique pro modo suæ perfectiõis propria mẽsura cõpleatur. Neq; enim ipse diuiditur spiritus, sed dona per spiritũ. Sed accepit & dedit. Lib.xv. de trinitate. Quod Propheta dicit, Accepisti dona in hominibus. Apostolus maluit dicere, dedit dona hominibus: vt ex vtroque, scilicet, verbo vno Prophetico, altero Apostolico, q̃a in vtroque est Diuini sermonis authoritas, sẽsus plenissimus redderetur. Vtrũque enim verũ est, quia dedit hominibus, & q̃a accepit in hominibus. De- Cap.19. Tom III.

dit hominibus tanquã mẽbris ſuis caput. Accepit in hominibus idẽ ipſe vtique in mẽbris ſuis, propter quæ mẽbra ſua clamauit de cœlo, Saule Saule, quid me perſequeris? Et de quibus mẽbris ſuis ait, Quando vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ipſe ergo Chriſtus & dedit de cœlo, & accepit in terra. Porrò autẽ dona ob hoc & ambo dixerunt Propheta & Apoſtolus, quia per donũ quod eſt ſpiritus ſanctus, in cõmune omnibus membris Chriſti multa dona, quæ ſunt quibuſdã propria, diuiduntur. Non enim ſinguli quique habẽt omnia, ſed ii illa, & alij alia: ꝗuis ipſum donũ à quo propria cuique diuiduntur omnes habeãt, id eſt ſpiritum ſanctũ. Nã & alibi cũ multa dona cõmemoraſſet, Omnia inquit, operatur vnus atq; idẽ ſpũs, diuidens propria vnicuique prout vult. Libro eodẽ. cap. xxvj. Ipſe Dominus Ieſus, nõ ſolũ dedit vt Deus, ſed etiam accepit vt homo. Propterea dictus eſt plenus gratia. In ipſo enim vtraque natura monſtrata eſt, humana, ſcilicet & Diuina. Accepit quippe vt homo, effudit vt Deus. Nos autẽ accipere hoc donũ poſſumus ꝓ modulo noſtro, effundere autẽ ſuper alios non vtique poſſumus, ſed vt hoc fiat, Deũ ſuper eos à quo id efficitur, inuocamus. Vnde nullus diſcipulorũ eius dedit ſpiritum ſanctũ. Orabant quippe vt veniret in eos qbus manus imponebãt, non ipſi tamẽ dabãt. Quẽ morem ĩ ſuis ꝓpoſitis etiã nũc ſeruat Eccleſia. Deus enim inquantũ Deus eſt, dat Deũ, & nullus hominum.

Suprà. Quare autẽ bis eũ dedit, habetur ibidẽ. Quid fuerit cauſæ vt poſt reſurrectionẽ ſuã Chriſtus in terra prius daret, & de cœlo poſtea mitteret ſpiritũ ſanctũ, hoc ego exiſtimo, quia per ſpiritũ donũ diffunditur charitas in cordibus noſtris, qua diligamus Deũ & proximũ, ſecundũ duo illa ꝓcepta in quibus tota lex pendet & Prophetæ. Hoc ſignificãs Dominus Ieſus bis dedit ſpiritũ ſanctũ, ſemel in terra propter dilectionẽ proximi: & iterum de cœlo propter dilectionẽ Dei: & ſi fortè alia ratio reddatur de bis dato ſpũ ſancto, eundẽ tamẽ ſpiritũ datũ eſſe, cũ inſufflaſſet Ieſus in diſcipulos ſuos, & qui de cœlo datus in die Pẽtecoſtes credendũ eſt per hæc miracula, pro eo quod inſufflãdo dedit Chriſtus ſpiritũ. *Cap 20.* Libr. iiij. eiuſdẽ. Ille flatus ex corpore Domini quãdo inſufflauit & ait, Accipite ſpiritũ ſanctũ: nõ fuit ſubſtãtia ſpiritus ſancti: ſed vtique ſignificatũ eſt ſic ab ipſo procedere ſpiritũ ſanctũ, quomodo ab eius corpore flatus ille ꝓceſsit. Lib. xiij. de ciuitate Dei. cap. xxiiij. *Tom. V.* Quãdo Dominus inſufflauit in diſcipulos, d. Accipite ſpiritũ ſanctũ: nimirũ hoc ĩtelligi voluit, quod ſpiritus ſanctus nõ tãtũ ſit patris, verũ etiã ipſius vnigeniti ſpũs. Idẽ ipſe qppe ſpũs eſt patris & filij, cũ quo eſt Trinitas pater & filius & ſpũs ſanctus, nõ creatura, ſed creator. Neque flatus ille corporeus de carnis ore procedẽs, ſubſtãtia erat ſpũs ſancti atque natura, ſed potius ſignificatio, qua intelligeremus ſpiritũ ſanctũ patri eſſe filioq; cõmunẽ: qa nõ ſunt eis ſingulis ſinguli, ſed vnus amborũ eſt ſpũs. *Tract. 32. Tom. IX.* Super Ioã. Inſufflauit in faciẽ eorũ, quo flatu animã mẽbris dedit, ſignificãs eũ ſe eſſe, qui inſufflauit in faciẽ eorũ vt à luto exurgerẽt, & luteis operibus renũtiarẽt. Ratio eſt etiã quare iſto modo & aliis datus ſpũs ſanctus. *Quæſt. 93. Tom. IIII.* Lib. ij. quæſt. veteris & noui teſtamenti. Triũ officiorũ formæ doni ſpũs ſancti ĩ Apoſtolis sũt oſtẽſæ. Quarũ prima eſt hæc quæ ad ius Eccleſiaſticũ pertinet in regenerãdis vel cæteris officiis: quãdo inſufflauit in eos dicẽs, Accipite ſpiritũ ſãctũ, quorũ remiſeritis peccata &c. *Ioan. 20.* Inſpiratio enim hæc, gratia quædã eſt quæ per traditionẽ infunditur ordinatis. Secunda quæ in Pẽtecoſte data eſt quę eſt generalis. Nõ ſolũ enim in Apoſtolos, verũ etiã in omnes credẽtes cecidit ſpũs ſanctus. Tertia forma eſt, quæ in ſolis Apoſtolis vel ordinatis in initio eſt cõceſſa in ſignis atq; virtutibus faciẽdis, vſq; dũ fidei ſemina iacerẽtur ad incrementũ. Vnde ꝓſente Domino, Apoſtoli virtutes fecerũt. Semen enim fidei sũt virtutes. Ipſi enim antiſtites poſiti ſunt huius virtutis, q per ſigna & prodigia nõ irrationalẽ eſſe fidẽ noſtrã teſtarẽtur. Nulla enim probatio maior eſt veritatis ꝗ virtus: hæc eſt enĩ quę oẽm terrenã Philoſophiã accuſat, qa ſẽper ſolis verbis ſtuduit, nõ habuit teſtimoniũ virtutis, quę ſtabile eſſe qđ verbis aſtructũ erat, demõſtraret. Igiť ſpũs ſãctus generaliter ſemel datur oĩbus credẽtibus, ꝑ quẽ filij Dei eſſe ꝓbẽtur dũ manet ĩ eis. In ſignis verò & prodigiis faciẽdis nõ manet ĩ hoĩe, ſed vocatus aduenit aut ſuggerit neceſſaria & recedit. Similiter ĩ traditiõe & ordinatiõe de foris gratiã ꝓſtat, tuitionẽ ẽt deferẽs deuotis fidei. *Tract. 7. Tom. IX.* Sed de eius apparitiõe ĩ columbæ ſpeciæ. Super pri. can. Ioan. In colũbæ ſpecie ſpũs ſanctus venit, quo nobis charitas infunditur. Quare hoc? Fel colũba nõ habet. Tamẽ roſtro & pẽnis pro nido pugnat, ſine amaritudine ſæuit: & ſine felle corrigit & caſtigat: *Cap. 18. Tom. IX.* Alio modo dicit Lib. de cognitione veræ vitæ. Spũs ſancti ſubſtantia, nõ in colũbã vel ignẽ trãſmutata eſt, ſicut nec verbi ſubſtãtia in carnẽ eſt cõuerſa: ſed ſpũs ſãctus corpus colũbæ cõdidit, in quo ſe ad horã per corpus ſibi inſeparabiliter vnitũ ad teſtimoniũ hominibus viſibilẽ ꝓbuit, ipſe inuiſibilis in eſſentia patris & verbi inſeparabiliter mãſit. Animas quoq; diſcipulorũ ĩterius poſsidẽs, foris ſpeciẽ ignis vel luminis oculis hominũ pro ſigno exhibuit, & tamẽ à ſubſtãtia patris & filij nõ receſsit. Profecto inſinuãs quod pater & filius per eũ peccata conſumũt vt ſic perueniamus ad æternã vitã. *Tract. 6. Tom. IX.* Sed aliter dicit ſuper Ioãnẽ. Cũ mitteret Deus ſpiritũ ſãctũ, duobus modis eũ oſtẽdit viſibiliter, per colũbã, & per ignẽ: per colũbã, ſuper Dominũ baptizatũ: per ignẽ, ſuper diſcipulos cõgregatos. Ibi ſimplicitas, ibi feruor oſtenditur. Sũt enim q dicũtur ſimplices, & pigri ſunt: Vocãtur ſimplices, ſunt autẽ ſegnes. Ergo ne ſpiritu ſanctificati dolũ habeãt, in colũba demõſtratũ eſt: ne ſimplicitas frigida remaneat, in igne mõſtratũ eſt. Vos ergo ſic ſimplices eſtote, vt ſitis feruẽtes, & feruor veſter in linguis ſit. Nolite tacere, ardẽtibus linguis loquẽtes, accẽdite pigros†. *† Aliàs, frigidos. Tom. VIII.* Dicũtur iſta per ſimilitudinẽ, nõ per ꝓprietatẽ. Super Pſal. cviij. Siue per aquã, propter ablutionẽ vel irrigationẽ: ſiue per oleũ, propter exaltationẽ† & ĩflamationẽ charitatis ſignatur ſpũs ſanctus: nõ ideo à ſeipſo eſt diuiſus, qa *† Aliàs, exultationẽ.*

signa diuersa sunt. Multũ enim diuersa sunt leo & agnus, & tamẽ vtroque significatus est Christus. Leo propter aliud, agnus ad aliud: nõ tamẽ alius. Quia nec fortis est agnus, nec innocens leo. Christus autẽ & innocens est vt agnus, & fortis vt leo.

In Epistola iij. ad Euodiũ. Sonitus ille vocis, & *Tom. II. Epist. 102.* colũbæ species corporalis, & linguæ diuisæ velut ignis, qui insedit super vnũquẽque eorũ, sicut illa in mõte Sina, quæ terribili specie facta sunt, & sicut colũna illa nubis per diẽ, & flãmæ per noctẽ, significatiua operatione acta atque trãsacta sunt. Illud in iis maximè cauendũ est, ne cuiquã Dei natura patris vel filij vel spũs sancti cõmutabilis cõuertibilis esse credatur. Nec moueat quod aliquãdo res quę significat nomẽ rei, quã significat accepit. Spiritus sanctus dictus est corporali specie tãquã colũba descendisse & mansisse super eũ, quia colũba signat eũ. Sic enim & petra dicitur Christus, quia signat Christũ. Inducit in omnẽ virtu- *Tom. VI.* tẽ. Lib. xxxij. cõtra Faustũ. Probamus spiritũ sanctum inducere in omnẽ veritatẽ, q̃a non intratur in veritatẽ nisi per charitatẽ. Charitas autẽ diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Dicitur autẽ spũs sanctus digitus *Tom. IIII.* Dei. Lib de essentia Diuinitatis Dei, & de immensitate & incõmutabilitate Dei. Digitus Dei est spiritus sanctus, à quo lex in mõte Sina in duabus tabulis lapideis scripta est. Ipse enim scripsit, q. scribẽda dictauit. De quo in Euãgelio dicitur, si in digito Dei eiicio dæmonia. Sicut enĩ digitus cũ manu & brachio, manus verò vel brachiũ cũ corpore vnũ sunt: ita pater & filius & spũs sanctus tres quidẽ personæ sunt, sed vna substãtia Diuinitatis.

Tom. IIII. Lib. de catechizãdis rudibus. Spũs sanctus Dei digitus dicitur, nõ q̃a Deus forma corporis sit sed q̃a per spiritũ sãctũ dona Dei sanctis diuidũtur: & diuisis, cũ diuersa sint, nõ tamen discedunt à concordia charitatis. In digitis autẽ maximè apparet diuisio, nec tãtũ ab vnitate p̃cisi sunt. Siue propter hæc, siue propter aliã causam, spũs sanctus appella- *Tom. IIII.* tur digitus Dei. Lib. ij. quæstionũ Euãgeliorum, quæstio. xvij. Ideo spũs sãctus digitus Dei dicitur, propter partitionẽ donorũ quæ in eo dantur, vnicuique propria, siue hominũ, siue Angelorum: In nullis enim membris nostris magis apparet parti- *Respons. seu lib. 3. Tom. VII.* tio quã in digitis. Ideo Lib. hipognosticon. Spiritus sanctus dona charismatum suorũ diuidit singulis prout vult, nõ prout volũt. Et q̃bus voluerit, non q. voluerint notas fecit diuitias gloriæ sacramenti sui. Istæ sunt vniuersæ viæ Domini inuestigabiles, misericordia & veritas. Quas si scire volueris, Paulũ interroga, & respõdebit tibi. d. Noli altũ sapere, sed time. In sermo. de Iacob & Esau in principio. Qui spiritũ Dei accipit, spiritualiter sapit. Dicit enim Apostolus, sapere secundum *Rom. 11* carnẽ mors est: Et ad hoc promisit Dominus paracletũ veritatis, & sicut promisit & misit, vt vnusquisque iam qui eũ spiritũ recepit, nõ sit tẽporalibus voluptatibus seruus, sed Dominus corporis factus & seruus creatoris, dirigat se in viã p̃ceptorũ Domini, nec vestigia eius deuitet, nec oculi eius palpitẽt, sed intentione fidei proficiat, vt veniat

A ad id quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Sed creditur antequã videatur, vt cũ viderit qui credidit nõ confundatur. Intendat ergo ambulãs in spe, sperans quod nõ tenet, & credẽs quod nõdum videt iam habet: aut si nõ habet, exercitatio tamen in spe & charitate facit eum idoneũ ad accipiẽdum quod venturũ est.

Peccatum autem in spiritũ sanctũ dicitur esse infidelitas. Lib. de fide & operibus. Eũ sanè nõ absurdè intelligunt peccare in spiritum sanctum, & esse sine venia reum æterni peccati, qui in fine vitæ noluerit credere in Christũ. Dicitur impœnitentia. Lib. de correctione Donatistarũ ad Bonifacium. Et simile dicit, Lib. iiij. contra Cresconium grãmaticum. Peccatũ in spiritum sanctum non remittitur, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Hoc, scilicet tam grãde peccatũ vt eo teneatur cũcta peccata, quod nõ probatur ab aliquo cõmissum esse, nisi cum de corpore exierit. Quãdiu verò hîc viuit, eũ, sicut dicit Apostolus, Patientia Dei ad pœnitẽtiam adducit. Sed si ipse perseuerãtissima impietate, sicut consequẽter adiũgit Apostolus, secundũ duritiam cordis & cor impœnitẽs thesaurizat sibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicij Dei, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Probat hoc, Libro de vera & falsa pœnitentia. Soli illi in spiritum sanctũ peccant, qui impœnitẽtes existunt vsque ad mortem. Spiritus enim sanctus charitas est Deitatis, amor ingenitoris & genitæ veritatis, qui suam gratiam nobis tribuit sui ipsius arram. Qui igitur peccat, & gratiam suam recuperare non amat, & nunquam curat ab eo diligi, qui totus est amor & charitas, nec ad eum tendit vnde sumpsit arrã, in spiritum sanctum peccat & nunquam post mortẽ sicut neque viuens consequitur veniam. Sicque nullus peccat in spiritum sanctum, qui fugit ad ipsum. Libro de blasphemia in spiritum sanctum. Impœnitentia est peccatum, quod non remittitur, neque in hoc sæculo, neque in futuro.

Tom. IIII. Peccatum in spiritum sanctum. Tom. II. Epist. 5. & Tom. VII. (B) *Cap. 4. Tom. IIII.* (C) *Lib. de verbis Domini, serm. 11. Tom. X.*

Ideo super Psalmum quinquagesimum. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me: Est enim spiritus sanctus in confitente. Iam ad donum spiritus sancti pertinet, quia tibi displicet quod fecisti. Immundo spiritui peccata placent, sancto displicent. Quamuis adhuc veniam de peccatis præteritis non habeas, tamen ex ea parte qua tibi displicet malum quod cõmisisti, Deo cõiungeris. D Hoc enim & tibi displicet, qđ & illi. Iã duo estis ad expugnandã febrẽ tuam, tu & medicus. Quia ergo non potest esse confessio peccati & punitio peccati in homine à seipso: cũ quisq; sibi irascitur & sibi displicet, sine dono spiritus sancti non est. *Tom. VIII.*

Dicitur etiã prædictũ peccatũ impugnatia charitatis. Lib. primo de verbis Domini. Peccare in spiritũ sanctũ, est per malitiã & inuidiã fraternam expugnare charitatẽ post acceptã gratiã spũs sancti. Quod peccatũ Dominus, neq; hîc, neque in futuro dimitti dicit sæculo. Propterea Lib. de blasphemia in spũm sanctũ. Remissio peccatorũ quę nõ datur nisi in spũ sancto, in illa tantum Ecclesia dari põt, quæ habet spiritum sanctum. Require *Serm. 11. Tom. X.*

dit hominibus tanquã mẽbris suis caput. Accepit in hominibus idẽ ipse vtique in mẽbris suis, propter quæ mẽbra sua clamauit de cœlo, Saule Saule, quid me persequeris? Et de quibus mẽbris suis ait, Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ipse ergo Christus & dedit de cœlo, & accepit in terra. Porrò autẽ dona ob hoc & ambo dixerunt Propheta & Apostolus, quia per donũ quod est spiritus sanctus, in cõmune omnibus membris Christi multa dona, quæ sunt quibusdã propria, diuiduntur. Non enim singuli quique habẽt omnia, sed ii illa, & alij alia: q̃uis ipsum donũ à quo propria cuique diuiduntur omnes habeãt, id est spiritum sanctũ. Nã & alibi cũ multa dona cõmemorasset, Omnia inquit, operatur vnus atq; idẽ spũs, diuidens propria vnicuique prout vult. Libro eodẽ. cap. xxvj. Ipse Dominus Iesus, nõ solũ dedit vt Deus, sed etiam accepit vt homo. Propterea dictus est plenus gratia. In ipso enim vtraque natura monstrata est, humana, scilicet & Diuina. Accepit quippe vt homo, effudit vt Deus. Nos autẽ accipere hoc donũ possumus ꝑ modulo nostro, effundere autẽ super alios non vtique possumus, sed vt hoc fiat, Deũ super eos à quo id efficitur, inuocamus. Vnde nullus discipulorũ eius dedit spiritum sanctũ. Orabant quippe vt veniret in eos q̃bus manus imponebãt, non ipsi tamẽ dabãt. Quẽ morem ĩ suis ꝓpositis etiã nũc seruat Ecclesia. Deus enim inquantũ Deus est, dat Deũ, & nullus hominum.

Supra. Quare autẽ bis eũ dedit, habetur ibidẽ. Quid fuerit causæ vt post resurrectionẽ suã Christus in terra prius daret, & de cœlo postea mitteret spiritũ sanctũ, hoc ego existimo, quia per spiritũ donũ diffunditur charitas in cordibus nostris, qua diligamus Deũ & proximũ, secundũ duo illa ꝑcepta in quibus tota lex pendet & Prophetæ. Hoc significãs Dominus Iesus bis dedit spiritũ sanctũ, semel in terra propter dilectionẽ proximi: & iterum de cœlo propter dilectionẽ Dei: & si fortè alia ratio reddatur de bis dato spũ sancto, eundẽ tamẽ spiritũ datũ esse, cũ insufflasset Iesus in discipulos suos, & qui de cœlo datus in die Pẽtecostes credendũ est per hæc miracula, pro eo quod insufflãdo dedit Christus spiritũ. Cap. 20. Libr. iiij. eiusdẽ. Ille flatus ex corpore Domini quãdo insufflauit & ait, Accipite spiritũ sanctũ: nõ fuit substãtia spiritus sancti: sed vtique significatũ est sic ab ipso procedere spiritũ sanctũ, quomodo ab eius corpore flatus ille ꝓcessit. Lib. xiij. de ciuitate Dei. cap. xxiiij. Tom. V. Quãdo Dominus insufflauit in discipulos, d. Accipite spiritũ sanctũ: nimirũ hoc ĩtelligi voluit, quod spiritus sanctus nõ tãtũ sit patris, verũ etiã ipsius vnigeniti spũs. Idẽ ipse q̃ppe spũs est patris & filij, cũ quo est Trinitas pater & filius & spũs sanctus, nõ creatura, sed creator. Neque flatus ille corporeus de carnis ore procedẽs, substãtia erat spũs sancti atque natura, sed potius significatio, qua intelligeremus spiritũ sanctũ patri esse filioq; cõmunẽ: q̃a nõ sunt eis singulis singuli, sed vnus amborũ est spũs. Tract. 32, Tom. IX. Super Ioã. Insufflauit in faciẽ eorũ, quo flatu animã mẽbris dedit, significãs eũ se esse, qui insufflauit in faciẽ eorũ vt à luto exurgerẽt, &

A luteis operibus renũtiarẽt. Ratio est etiã quare isto modo & aliis datus spũs sanctus. Lib. ij. quæst. veteris & noui testamenti. Quæst. 93. Tom. IIII. Triũ officiorũ formæ doni spũs sancti ĩ Apostolis sũt ostẽsæ. Quarũ prima est hæc quæ ad ius Ecclesiasticũ pertinet in regenerãdis vel cæteris officiis: quãdo insufflauit in eos dicẽs, Accipite spiritũ sãctũ, quorũ remiseritis peccata &c. Ioan. 20. Inspiratio enim hæc, gratia quædã est quæ per traditionẽ infunditur ordinatis. Secunda quæ in Pẽtecoste data est quę est generalis. Nõ solũ enim in Apostolos, verũetiã in omnes credẽtes cecidit spũs sanctus. Tertia forma est, quæ in solis Apostolis vel ordinatis in initio est cõcessa in signis atq; virtutibus faciẽdis, vsq; dũ fidei semina iacerẽtur ad incrementũ. Vnde ꝑsente Domino, Apostoli virtutes fecerũt. Semen enim fidei sũt virtutes. B Ipsi enim antistites positi sunt huius virtutis, q̃ per signa & prodigia nõ irrationalẽ esse fidẽ nostrã testarẽtur. Nulla enim probatio maior est veritatis q̃ virtus: hæc est enĩ quę oẽm terrenã Philosophiã accusat, q̃a sẽper solis verbis studuit, nõ habuit testimoniũ virtutis, quę stabile esse qđ verbis astructũ erat, demõstraret. Igit spũs sãctus generaliter semel datur oĩbus credẽtibus, ꝑ quẽ filij Dei esse ꝓbẽtur dũ manet ĩ eis. In signis verò & prodigiis faciẽdis nõ manet ĩ hoĩe, sed vocatus aduenit aut suggerit necessaria & recedit. Similiter ĩ traditiõe & ordinatiõe de foris gratiã ꝑstat, tuitionẽ ẽt deferẽs deuotis fidei. Tract. 7. Tom. IX. Sed de eius apparitiõe ĩ colũbæ speciæ. Super pri. can. Ioan. In colũbæ specie spũs sanctus venit, quo nobis charitas infunditur. Quare hoc? Fel colũba nõ habet. Tamẽ rostro & pẽnis pro nido pugnat, sine amaritudine sæuit: & C sine felle corrigit & castigat: Cap. 18. Tom. IX. Alio modo dicit Lib. de cognitione veræ vitæ. Spũs sancti substantia, nõ in colũbã vel ignẽ trãsmutata est, sicut nec verbi substãtia in carnẽ est cõuersa; sed spũs sãctus corpus colũbæ cõdidit, in quo se ad horã per corpus sibi inseparabiliter vnitũ ad testimoniũ hominibus visibilẽ ꝑbuit, ipse inuisibilis in essentia patris & verbi inseparabiliter mãsit. Animas quoq; discipulorũ ĩterius possidẽs, foris speciẽ ignis vel luminis oculis hominũ pro signo exhibuit, & tamẽ à substãtia patris & filij nõ recessit. Profecto insinuãs quod pater & filius per eũ peccata consumũt vt sic perueniamus ad æternã vitã. Tract. 6. Tom. IX. Sed aliter dicit super Ioãnẽ. Cũ mitteret Deus spiritũ sãctũ, duobus modis eũ ostẽdit visibiliter, per colũbã, & per ignẽ: per colũbã, super Dominũ baptizatũ: per ignẽ, super discipulos cõgregatos. Ibi sim- D plicitas, ibi feruor ostenditur. Sũt enim q̃ dicũtur simplices, & pigri sunt: Vocãtur simplices, sunt autẽ segnes. Ergo ne spiritu sanctificati dolũ habeãt, in colũba demõstratũ est: ne simplicitas frigida remaneat, in igne mõstratũ est. Vos ergo sic simplices estote, vt sitis feruẽtes, & feruor vester in linguis sit. Nolite tacere, ardẽtibus linguis loquẽtes, accẽdite pigros†. († Aliàs, frigidos.) Tom. VIII. Dicũtur ista per similitudinẽ, nõ per ꝓprietatẽ. Super Psal. cviij. Siue per aquã, propter ablutionẽ vel irrigationẽ: siue per oleũ, propter exaltationẽ† († Aliàs, exultationẽ.) & ĩ flamationẽ charitatis signatur spũs sanctus: nõ ideo à seipso est diuisus, q̃a

signa

ſigna diuerſa ſunt. Multũ enim diuerſa ſunt leo & agnus, & tamẽ vtroque ſignificatus eſt Chriſtus. Leo propter aliud, agnus ad aliud: nõ tamẽ alius. Quia nec fortis eſt agnus, nec innocens leo. Chriſtus autẽ & innocens eſt vt agnus, & fortis vt leo.

In Epiſtola iij. ad Euodiũ. Sonitus ille vocis, & colũbæ ſpecies corporalis, & linguæ diuiſæ velut ignis, qui inſedit ſuper vnũquẽque eorũ, ſicut illa in mõte Sina, quæ terribili ſpecie facta ſunt, & ſicut colũna illa nubis per diẽ, & flãmæ per noctẽ, ſignificatiua operatione acta atque trãſacta ſunt. Illud in iis maximè cauendũ eſt, ne cuiquã Dei natura patris vel filij vel ſpũs ſancti cõmutabilis cõuertibilis eſſe credatur. Nec moueat quod aliquãdo res quę ſignificat nomẽ rei, quã ſignificat accepit. Spiritus ſanctus dictus eſt corporali ſpecie tãquã colũba deſcendiſſe & manſiſſe ſuper eũ, quia colũba ſignat eũ. Sic enim & petra dicitur Chriſtus, quia ſignat Chriſtũ. Inducit in omnẽ virtutẽ. Lib. xxxij. cõtra Fauſtũ. Probamus ſpiritũ ſanctum inducere in omnẽ veritatẽ, q͡a non intratur in veritatẽ niſi per charitatẽ. Charitas autẽ diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis. Dicitur autẽ ſpũs ſanctus digitus Dei. Lib de eſſentia Diuinitatis Dei, & de immenſitate & incõmutabilitate Dei. Digitus Dei eſt ſpiritus ſanctus, à quo lex in mõte Sina in duabus tabulis lapideis ſcripta eſt. Ipſe enim ſcripſit, q̃ ſcribẽda dictauit. De quo in Euãgelio dicitur, ſi in digito Dei eiicio dæmonia. Sicut enĩ digitus cũ manu & brachio, manus verò vel brachiũ cũ corpore vnũ ſunt: ita pater & filius & ſpũs ſanctus tres quidẽ perſonæ ſunt, ſed vna ſubſtãtia Diuinitatis.

Lib. de catechizãdis rudibus. Spũs ſanctus Dei digitus dicitur, nõ q͡a Deus forma corporis ſit ſed q͡a per ſpiritũ ſãctũ dona Dei ſanctis diuidũtur: & diuiſis, cũ diuerſa ſint, nõ tanem diſcedunt à concordia charitatis. In digitis autẽ maximè apparet diuiſio, nec tãtũ ab vnitate p̃ciſi ſunt. Siue propter hæc, ſiue propter aliã cauſam, ſpũs ſanctus appellatur digitus Dei. Lib. ij. quæſtionũ Euãgeliorum, quæſtio. xvij. Ideo ſpũs ſãctus digitus Dei dicitur, propter partitionẽ donorũ quæ in eo dantur, vnicuique propria, ſiue hominũ, ſiue Angelorum: In nullis enim membris noſtris magis apparet partitio quã in digitis. Ideo Lib. hipognoſticon. Spiritus ſanctus dona chariſmatum ſuorũ diuidit ſingulis prout vult, nõ prout volũt. Et q̃bus voluerit, non q̃ voluerint notas fecit diuitias gloriæ ſacramenti ſui. Iſtæ ſunt vniuerſæ viæ Domini inueſtigabiles, miſericordia & veritas. Quas ſi ſcire volueris, Paulũ interroga, & reſpõdebit tibi. d. Noli altũ ſapere, ſed time. In ſermo. de Iacob & Eſau in principio. Qui ſpiritũ Dei accipit, ſpiritualiter ſapit. Dicit enim Apoſtolus, ſapere ſecundum carnẽ mors eſt: Et ad hoc promiſit Dominus paracletũ veritatis, & ſicut promiſit & miſit, vt vnuſquiſque iam qui eũ ſpiritũ recepit, nõ ſit tẽporalibus voluptatibus ſeruus, ſed Dominus corporis factus & ſeruus creatoris, dirigat ſe in viã p̃ceptorũ Domini, nec veſtigia eius deuitet, nec oculi eius palpitẽt, ſed intentione fidei proficiat, vt veniat

[Margin: Tom. II. Epiſt. 102. — Tom. VI. — Tom. IIII. — Tom. IIII. — Tom. IIII. — Reſponſ. ſeu lib. 3. Tom. VII. — Rom. 11]

A ad id quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Sed creditur antequã videatur, vt cũ viderit qui credidit nõ confundatur. Intendat ergo ambulãs in ſpe, ſperans quod nõ tenet, & credẽs quod nõdum videt iam habet: aut ſi nõ habet, exercitatio tamen in ſpe & charitate facit eum idoneũ ad accipiẽdum quod venturũ eſt.

Peccatum autem in ſpiritũ ſanctũ dicitur eſſe infidelitas. Lib. de fide & operibus. Eũ ſanè nõ abſurdè intelligunt peccare in ſpiritum ſanctum, & eſſe ſine venia reum æterni peccati, qui in fine vitæ noluerit credere in Chriſtũ. Dicitur impœnitentia. Lib. de correctione Donatiſtarũ ad Bonifacium. Et ſimile dicit, Lib. iiij. contra Creſconium grãmaticum. Peccatũ in ſpiritum ſanctum non remittitur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Hoc, ſcilicet tam grãde peccatũ vt eo teneãtur cũcta peccata, quod nõ probatur ab aliquo cõmiſſum eſſe, niſi cum de corpore exierit. Quãdiu verò hîc viuit, eũ, ſicut dicit Apoſtolus, Patientia Dei ad pœnitẽtiam adducit. Sed ſi ipſe perſeuerãtiſsima impietate, ſicut conſequẽter adiũgit Apoſtolus, ſecundũ duritiam cordis & cor impœnitẽs theſaurizat ſibi iram in die irę & reuelationis iuſti iudicij Dei, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Probat hoc, Libro de vera & falſa pœnitentia. Soli illi in ſpiritum ſanctũ peccant, qui impœnitẽtes exiſtunt vſque ad mortem. Spiritus enim ſanctus charitas eſt Deitatis, amor ingenitoris & genitæ veritatis, qui ſuam gratiam nobis tribuit ſui ipſius arram. Qui igitur peccat, & gratiam ſuam recuperare non amat, & nunquam curat ab eo diligi, qui totus eſt amor & charitas, nec ad eum tendit vnde ſumpſit arrã, in ſpiritum ſanctum peccat & nunquam poſt mortẽ ſicut neque viuens conſequitur veniam. Sicque nullus peccat in ſpiritum ſanctum, qui fugit ad ipſum. Libro de blaſphemia in ſpiritum ſanctum. Impœnitentia eſt peccatum, quod non remittitur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

Ideo ſuper Pſalmum quinquageſimum. Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me: Eſt enim ſpiritus ſanctus in confitente. Iam ad donum ſpiritus ſancti pertinet, quia tibi diſplicet quod feciſti. Immundo ſpiritui peccata placent, ſancto diſplicent. Quamuis adhuc veniam de peccatis præteritis non habeas, tamen ex ea parte qua tibi diſplicet malum quod cõmiſiſti, Deo cõiungeris. Hoc enim & tibi diſplicet, q͛d & illi. Iã duo eſtis ad expugnandã febrẽ tuam, tu & medicus. Quia ergo non poteſt eſſe confeſsio peccati & punitio peccati in homine à ſeipſo: cũ quiſq; ſibi iraſcitur & ſibi diſplicet, ſine dono ſpiritus ſancti non eſt.

Dicitur etiã prædictũ peccatũ impugnatia charitatis. Lib. primo de verbis Domini. Peccare in ſpiritũ ſanctũ, eſt per malitiã & inuidiã fraternam expugnare charitatẽ poſt acceptã gratiã ſpũs ſancti. Quod peccatũ Dominus, neq; hîc, neque in futuro dimitti dicit ſæculo. Propterea Lib. de blaſphemia in ſpũm ſanctũ. Remiſsio peccatorũ quę nõ datur niſi in ſpũ ſancto, in illa tantum Eccleſia dari põt, quæ habet ſpiritum ſanctum. Require

[Margin: Tom. IIII. Peccatum in ſpiritum ſanctum. — Tom. II. Epiſt. 5. & Tom. VII. — B — Cap. 4. Tom. IIII. — C — Lib. de verbis Domini, ſerm. 11. Tom. X. Tom. VIII. — D — Serm. 11. Tom. X.]

supra de spiritu sancto cap. Absolutio: & cap. Columba: & ca. Spiritus: & cap. Deus: & cap. Trinitas.

Tom. VIII.

SPIRITVALIS. Super Psal. ij. Spirituales sunt qui iudicāt terram: quia inferius est nobis quicquid iudicamus, quicquid autem intra spiritualem hominem est, meritò terra nominatur, quia terrena labe sauciatum est. Libr. xvj. de ciuitate Dei, cap. xxiiij. Pertractans visionem Abrahæ vbi dicitur quod aues diuisit: quoniam carnales inter se diuiduntur, spirituales autē vno modo: sic à negotiosissimis conuersationibus: hominum se remoueant, sicut turtur, siue inter illas degant, sicut columba. Vtraque tamen auis est simplex & innoxia: significans & in illo Israelitico, futuros filios promissionis, & hæredes regni in æterna fœlicitate mansuros.

Tom. V.

Quæst. 50. Tom. IIII.

SPONSVS. Libr. lxxxiij. quæstio. Venerunt obuiam sponso. Intelligendum est autem Christi nomine censeri de quibus agitur. Non enim possunt qui Christiani non sunt, sponso Christo venire obuiam. Vbi & quomodo sponsus fuerit effectus. Super Psal. xviij. In virginali vtero Deus naturæ humanæ tanquam sponsus sponsæ copulatus est. Super Psal. xc. sermo. ij. Verbum sponsus, caro sponsa, & thalamus virginis vterus. Quomodo hîc sponsus amat spōsam. Libro primo de verbis Domini, sermone vj. Concupiuit sponsus vester animā quā fecit: quoniam vt pulchram faceret, fœdā amauit. Pro infideli & fœda sanguinem fudit, fidelem ac pulchrā reddidit, dona sua in te amauit. Quid enim sponso tuo contulisti? Quid in dotem in priore patre & priore populo accepisti? Nonne luxuriam & pānos peccatorum? Abiecit pannos tuos, discidit cilicium tuum, misertus est vt ornaret, ornauit vt amaret. Quid verò amādo donauerit. Super Io. Quis offert tanta sponsæ suæ quanta Christus? Offerant homines quælibet ornamenta terrarū, aurum, argētum, lapides pretiosos, equos, mācipia, fundos, prædia: nunquid aliqui offerunt sanguinē suum? Si enim sanguinē suum sponsæ dederit, non erit qui ducat vxorem. Dominus autem sequutus, moriens dedit sanguinem suum pro ea quā resurgens haberet, quā sibi iam cōiunxerat in vtero virginis. Verbū enī spōsus, & spōsa caro humana: & vtrūque vnus Dei filius, & idē filius hominis. Vbi factus est caput Ecclesiæ ille vterus virginis Mariæ thalamus eius, vnde processit tāquā spōsus de thalamo suo, & exultauit vt gigas ad currēdā viā.

Tom. VIII.

Tom. X.

Tract. 8. Tom. IX.

STABILITAS & Stare. Stare Dei. Libr. de essentia Diuinitatis Dei. Stare dicitur, cū nos infirmos ad pœnitentiam & conuersionem patienter sustinet. Sed de Christo, super Psal. cix. Aliquid est quod transitorium Dominus fecit, est autem aliud quod stat. Aliud est, inquam, transitorium Domini, aliud stabile. Trāsitorium Domini, virginis partus, verbi incarnatio, ætatū gradatio, miraculorum exhibitio, passionum perpessio, mors, resurrectio & ascēsio. Hoc totū transitoriū fuit. De nostro verò stare qualiter esse debet. In sermone de decollatione Ioannis baptistæ. Bene viuite, bene agite, & foris, & intus, bonā

Tom. VIII.

A conuersationem habete, & corona nostra vos eritis plebs Dei, quæ estis vos, vt Apostolus instruebat, cum gaudium & coronam suam diceret quos iubebat sic stare in Domino, & ego vobis dico: gaudium meum & corona mea, sic state in Domino, Si procella tempestatum fremuerit, stabiles estote in Domino: Nolite ab ipso cadere, qui semper stat, & pugnantem expectat & adiuuat nos, vt stando & pugnando vincamus, & tunc demum ad illum coronandi veniamus. Super Psalmum xiiij. Id ipsum est & quod non mouetur homo, & fixus in Domino permanet, non sibi debet tribuere: ne cum se gloriatur non esse motum, ipsa superbia moueatur. Super psal mum centesimū trigesimum primum. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Omnia ibi stant, vbi nihil

Tom. VIII.

B transit. Vis & tu ibi stare? Illuc curre. Idipsum nemo habet ex se. Quod corpus habet, non est idipsum: quia non in se stat, mutatur per ætates, mutatur per mutationes locorum ac temporum, mutatur per morbos & defectus carnales: non ergo in se stat. Nec corpora cœlestia in se stāt, habēt quasdam mutationes suas, etsi occultas: mutantur de locis in loca ascendunt ab oriente in occidentem, & rursus circūemūt ad orientem. Non ergo stāt, non sunt idipsum. Nec ipsa anima humana stat. Quantis enim mutationibus, & cogitationibus variatur? Quantis voluptatibus immutatur? Quātis cupiditatibus diuerberatur atque discinditur? Mens ipsa hominis, quæ dicitur rationalis, mutabilis est, non est idipsum. Modo vult, modo nō vult, modo scit, modo non scit, modo meminit, modo

Idipsum.

C obliuiscitur. Ergo idipsum nemo habet ex se. Qui voluit ex se habere idipsum, vt quasi ipse sibi esset idipsum lapsus est. Cecidit Angelus, & factus est diabolus. Propinauit homini superbiam, deiecit cum inuidentia eum qui stabat. Isti sibi voluerunt idipsum esse: sibi principari & dominari voluerunt. Noluerunt habere verum Dominum, qui vere est idipsum: cui dictum est, Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es. Super Psal. cxxiiij. Isti stare dicū tur, qui in mēdaciis eius perseuerant, qui in fide non ficta, & spe firma, & charitate syncera seruiunt Deo, & honorant Ecclesiam eius: non dant offensionem malè viuendi eis qui venire volunt, & in via lapides offensionis

D inueniunt. Quomodo verò stabilitas contra vagationes repugnat. Libro de conflictu vitiorum. Dissoluta vagatio dicit, Si Deum esse vbique credis, cur vnum singulariter locum, quo tanta mala perpetrantur custodis, & non potius ad alia transis? Stabilitas firma respondet, si ita est, vt asseris, quia Deum vbique esse fateris, ergo nec iste locus deserendus est, quia & in ipso Deus est. At, inquis, meliorem inquiro, meliorem inuenio. Sed respōdeo, nunquid meli orē, aut etiā talem inuenis, qualem diabolum & angelos eius & hominem perdidisse cognoscis? Memor esto itaque, quia primus angelus de cœlo ruit, & primus homo de Paradiso expulsus, ad ærumnam huius sæculi peruenit. Attende quia Loth exercitio malorū procreatus, inter Sodomitas sanctus fuit: in

Cap. 14. Tom. IX.

fuit, in montis verò securitate torpens, inebriatus cum filiabus peccauit. Quod videlicet vacationis tædium adhuc alteram speciem addit, dum quosdam in vno loco perseuerantes, à spiritualibus retrahens, vel terrenis negotiis implicare, vel rebus vilissimis satagit occupare: contra dicta Apostoli perpetrans, qui ait, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus vt placeat ei cui se præparauit. Et rursum, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.

2.Tim.2. 1.Thess.5.

STATVTVM. De statutis Ecclesiæ. Lib.j. ad Ianuarium. Illa quæ nō scripta, sed tradita sunt custodimus quæ quidem toto orbe terrarum obseruātur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis consiliis quorū est in Ecclesia saluberrima authoritas cōmendata atq; statuta retineri, sicuti quod Domini passio & resurrectio & ascensio in cœlum & aduentus de cœlo spiritus sancti, anniuersaria solemnitate celebrantur: & si quid aliud tale occurrerit, quod obseruetur ab vniuersa quocunque se diffundit Ecclesia. Alia verò quæ per terrarum loca, regionésque variantur, sicut est quod alij ieiunāt sabbato, alij nō, alij quotidie cōmunicant corpori & sanguini Domini, alij certis diebus sumūt vel accipiūt, & si q̃d aliud huiusmodi animaduerti potest, totū hoc genus rerum liberas habet obseruationes. Quod neque contra fidem, neque cōtra bonos mores esse iniungitur indifferenter est habēdum, & pro eorum inter quos viuitur societate, seruandum est.

Tom.II. Epist.118. Cap.1. Dist.12.illa. Consuetudo.

In eodē infra. Omnia talia, quæ neque sanctarum scripturarum authoritatibus cōtinentur, nec in consiliis Episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis Ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorū locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur: ita vt vix aut nunquā omnino possint inueniri causæ quas in eis cōstituendis homines sequuti sunt: vbi facultas tribuitur, sine vlla dubitatiōe resecāda existimo. Quāuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint: ipsam tamen religionem, quā paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramētis misericordia Dei voluit esse liberā, seruilibus oneribus premunt, adeo, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non cognouerint, legalibus sacramentis non humanis præsumptionibus subiiciuntur.

Tom.eod. Epist.119. Cap.19. 12.dist.omnia.

STATVS. De statu hominis ante peccatum. Lib.xiiij. de ciuitate Dei, cap.xxvj. Viuebat homo in paradiso sicut volebat, q̃diu hoc volebat q̃d Deus iusserat: viuebat fruēs Deo, ex quo bono erat bonus: viuebat sine vlla egestate, ita semper viuere habēs in potestate. Cibus aderat, ne esuriret: potus, ne sitiret: & lignū vitæ, ne illū senectus dissolueret: Nihil corruptionis in corpore vel ex corpore vllas molestias, vllis eius sēsibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, vnus ictus metuebatur extrinsecus. Sūma in carne sanitas, in animo tota trāq̃llitas. Sicut in paradiso nullus æstus aut frigus, sic in eius habitatiōe nulla ex cupiditate vel timore accidebat bonę volūtatis offensio. Nihil omnino triste, nihil erat inaniter læ-

Tom.V. Vita ante lapsū Adæ.

A tū: gaudiū verū perpetuebatur ex Deo, in quē flagrabat charitas de corpore puro & cōsciētia bona & fide nō ficta: atque inter se cōiugū fide ex honesto amore societas, cōcors mentis corporísque vigilia, & mandati sine labore custodia. Nō lassitudo fatigabat otiosum, nō somnus p̄mebat inuitū. Lib xiij. eiusdē. cap. vigesimo. Qui licet morituri nō essent nisi peccasset, alimētis tamē vt homines vtebātur, nondū spiritualia, sed adhuc carnalia corpora terrena gestātes. Quæ licet senio nō veterascēt, nec necessitate perducerētur ad mortē, qui status eis de ligno vitę, quod in medio Paradisi, cū arbore vetita simul erat, mirabili Dei gratia p̄staba tur: tamē & alios sumebāt cibos p̄ter vnā arborē, quæ fuerat interdicta, nō quia ipsa erat malū, sed ꝓpter cōmendandū puræ & simplicis obedientiæ bonū, quæ magna virtus est rationalis creaturæ sub factore Domino cōstitutæ. Causam huius status, & eius talis productionis ponit. Lib.xij. eiusdē, cap.xxxj. Multo fuit melius quod factum est, vt ex vno homine quē primū cōdidit, multiplicaret Deus genus humanū, q̃ si id inchoasset à pluribus. Nā cum animantes alias solitarias, & quodam modo soliuagas, id est quæ solitudinē magis appetant, sicuti sunt aquile, milui, leones, lupi, & quæcunque alia ita sint: alias verò cōgreges instituit quæ congregatæ atque in gregibus malunt viuere, vt sūt columbi, sturni, cerui, damulæ, & cætera huiusmodi: vtrunque tamē genus nō ex singulis propagauit, sed plura simul iussit existere. Hominē verò, cuius naturā quodā modo mediā inter Angelos bestiásque condebat, vt si creatori suo tanquam verò Domino subditus p̄ceptū eius pia obedientia custodiret, in cōsortiū trāsiret Angelicū sine morte media beatā immortalitatem absque vllo termino cōsequuturus: si autem Dominū Deum suū libera voluntate superbè atque inobedienter vsus offenderet, morti addictus, bestialiter viueret libidinis seruus, æternóque post mortē supplicio destinatus: vnū ac singulū creauit, non vtique solū sine humana societate deserendum, sed vt eo modo vehementius ei cōmēdaretur ipsius societatis vnitas, vinculúmque cōcordiæ, si nō tantū inter se naturæ similitudine, verū etiam cognationis affectu homines vecterētur: quando nec ipsam quidem fœminam copulandam viro sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, vt omne ex homine vno diffunderetur genus humanum. Nec ignorabat Deus hominem peccaturum, morti iam obnoxium morituros propagaturum, eóque progressuros peccandi immanitate mortales, vt tutius atque capacius inter se rationalis voluntatis expertes bestiæ sui generis viuerēt, quarum ex aqua & terris pullulauit exordium: quam homines, quorum genus ex vno est ad cōmendandam concordiam propagatum. Neque enim vnquam inter se leones aut dracones, qualia inter se homines bella gesserunt. Sed præuidebat etiam Deus gratia sua populum piorum in adoptionem vocandum, remissísque peccatis iustificatum sancto spiritu sanctis Angelis in æterna pace sociādum, nouissima inimica morte destructa

Tom.eod. Alimenta in statu naturę integrę. Tom.eod.

(Section letters in the right column: B at "bedientiæ bonū", C at "suo tanquam", D at "humanum. Nec ignorabat".)

destructa:cui populo esset huius rei consideratio profutura: quia ex vno homine Deus ad commendandum hominibus quã ei grata sit etiam in pluribus vnitas,genus instituisset humanũ. Sed de eius statu post peccatum,require supra, capite Præsens.Et eiusdẽ Lib.xxj. Quanto magis homo bono fruebatur Deo,tanto maiore impietate dereliquit Deum,& factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonũ,quo esse posset æternum.Hinc est vniuersa generis humani massa dãnata,quoniã qui hoc primitus admisit cũ ea, quæ ĩ illo fuerat radicata sua stirpe punitus est,vt nullus ab hoc iusto debitóque supplicio , nisi misericordia & indebita gratia liberetur , atque ita dispertiatur genus humanũ, vt in quibusdam demõstretur quid valeat misericors gratia,in cæteris q̃d iusta vindicta.Neque enim vtrunque demõstraretur in omnibus:quia si omnes remanerẽt in pœnis iustæ damnationis,in nullo appareret misericors gratia redimentis:rursus si omnes à tenebris trãsferrentur in lucem,in nullo appareret seueritas vltionis.In qua propterea multo plures,quam in illa sunt,vt sic ostendatur,q̃d in omnibus deberetur.Quod si omnibus redderetur,iustitia vindicantis iustè nemo reprehenderet. Quia verò tam multi exinde liberantur , est vnde agantur maximæ gratiæ gratuito muneri liberantis. De statu hominis post resurrectionem.In sermo.v.de sancto Vincentio.In resurrectione corruptibile hoc induet incorruptionẽ,& mortale hoc induet immortalitatẽ:q̃a q̃d nũc est onus,tunc erit honor: quod nunc sarcina,tunc leuamen:non enim sic habebit pondus,vt põdere corpus habere te sentias. Videte quãdo sanum est corpus nostrũ hoc mortale atque fragile.Quando suarum partium tẽperamento moderatũ est,quando in eo nihil aduersus aliud rixatur,non calor superat & vrget algorem,non copia frigoris feruor extinguitur(quod dum luctatur affligit) nõ humorẽ siccitas sorbet, non mundat humor & premit,sed omnia, quibus constat,concorditer adinuicem se habent,sanitas dicitur.Est autem,vt breuiter dicã,sanitas corporis,eorum quibus constat corpus concordia.In re corruptibili,in re egena & infirma,in re quæ adhuc esurire & sitire potest,stãdo lassari , & rursus sedendo fatigari,nec sic succurrere defectibus p̃teritis,nisi aliis inchoatis(quicquid enim ad refectionem ceperis lassitudinis vnius initium est alterius)in hoc ergo infirmo & corruptibili corpore,quid est ipsa sanitas qualiscũque?Nullo modo Angelorum sanitati comparanda est:quorum nobis æqualitas in resurrectiõe promittitur.Et tamẽ hæc sanitas quid delectationis habet?Quã optabile bonum est omnibus?Quantã rem habet pauper qui hanc solam habet?Quid habet diues,cum hãc solam nõ habet?Quid se iactat diues?copiosum eius lectum febris aggreditur.Non formidat argẽtum,non timet põpam diuitis,nõ timet iacula bellatoris.Quid est ergo sanitas ipsa?Magna res: quã tamẽ rectè martyres cõtẽpserunt,quia in ipsa carne aliã sperauerũt.Tamẽ quia illã nondũ experti sumus,ex ista q̃ nouimus,illã vtcũque cõprehendimus.Quid est sanitas?Si dicas mihi,Quid est videre?Quãtum ad corpus attinet,respondebo tibi, Formas colorésque sẽtire.Si dicas mihi,Quid est audire?respõdebo,sonos sẽtire.Si dicas mihi,quid est olfacere?respõdebo,Odorẽ sẽtire.Quid est tãgere?Dura vel mollia , calida vel frigida , aspera vel leuia sẽtire.Si dicas mihi, Quid est sanitas?Nihil sentire aduersum.Sed hoc ipsa in nobis aliorũ cõparatione vilescunt.Acutè vides aut audis,pleraque animantia acutius vidẽt,aut audiunt. Acutè olfacis , canẽ sagacẽ nõ vincis.Acutè sapores gustãdo diiudicas,sunt alia animalia quæ ineptas herbas discernunt,& quod noxium est nõ attingunt. Nã tu quãlibet acutè discernas cibũ, imprudẽs irruis in venenũ.Acutè sentis tangendo,q̃ multæ aues te superant?Sensu percipiũt æstatẽ,citò futurã p̃nuntiant,& inde detectis locis nidificãt.Hyemẽ imminere præsentiunt,& ad loca calidiora demigrant.Quod tu cũ venit sentis,illæ p̃sentiunt. Sed viuere in corpore,& nihil aduersi in eo sentire, hoc est sanum esse:& tamen q̃tũlibet sit homo in hac vita sanus,corpus quod corrũpitur aggrauat animã,id est nõ obtẽperat animæ ad omnẽ motũ voluntatis.Obtẽperat in multis,sed non ea facilitate qua mouet animus.Mouet manus ad operandum,pedes ad ambulandũ,linguã ad loquendum, oculos ad videndũ,ad sentiendas voces inclinat auditũ,in his corpus onus sentit & põdus.Non tanta facilitate mouetur corpus qua mouet animus ad perueniendũ quo desiderat.Non potest ad celeritatẽ iussam obedire voluntati pondus carnis. Sed fac ita velocẽ vt sunt aues:sed ipsæ volando lassantur,& alæ fessæ insident arboribus: Non enim in nictu perueniũt quo volunt. Ergo si etiã sicut aues volare possemus,p̃ desiderio perueniẽdi tardi essemus.Cũ verò fuerit corpus spirituale, de quo dictũ est,Seminatur corpus animale,resurget corpus spirituale:quanta fœlicitas†,quanta obediẽtia voluntatis?In nullo egestas, in nullo lassitudo,in nullo ex aliqua parte reluctatio.Quale illud corpus,quod sicut corpus Domini erit,quod per clausa ostia transit? Sanitatẽ fragilitatis corporis huius dicimus, nihil aduersum sentire. Multa habemus intus in visceribus nostris, quæ dicũtur intestina,quæ nõ sentimus:quia tunc sani sumus. Dic alicui,Obserua stomachũ,respõdet tibi, Quid est stomachus?Fœlix hæc ignorantia.Quid est quod nescit vbi stomachũ habet,nisi quod semper sanũ habet? Si sanum non haberet,sentiret, & sic non bono suo sentiret. Sed quamuis laudaueris corporis sanitatem, venimus ad celeritatem motus, & inuenimus nos quodam modo plumbeos. Quanta est celeritas cœlestium corporum? Cum attenduntur , videntur non moueri. Cui celeritati comparare possumus corpus Angelicum? Apparuerunt enim Angeli quãdo voluerunt & quibus voluerunt. Nihil difficultatis , vel tarditatis. Sed quia nõ vidimus eos,non est euidentissimum celeritatis huius exemplũ.Omittamus incognita, & de inexpertis nihil temerè p̃sumere audeamus. In hoc ipso corpore quod gestamus, inuenio aliquã ineffabilẽ,quã miror,celeritatẽ:hæc est radius oculi

Cap.12. Tom.ecd.

Massa humana in Adam.

† Alias, facilitas.

oculi in quo tãgimus quicquid cernimus: & tamẽ oblatũ obiectum corpus transire nõ permittitur: & citius peruenit ad proximum, tardius ad longinquũ: & subito peruenit ad solẽ, percipit enim quã cito oculus eum apparuisse: hoc est peruenisse. Quãta ergo est ista celeritas? Merito huic celeritati Paulus Apostolus fœlicitatem cõparat resurrectionis. d. In nictu oculi. Nictus oculi est in palpebris claudẽdis & aperiendis: sed & hoc tardius agitur quàm videtur. Tardius palpebras leuas, q̃ dirigis radiũ oculi: & citius radius peruenit ad cœlum, quã palpebra leuata ad supercilium. Fiet resurrectio in nictu oculi. Quanta erit celeritas mouendi, si tanta potuit esse resurgendi? Laniata sunt corpora à sæuientibus. Toto licet mundo dissipẽtur membra mortuorum, per totam terram cineres dispergantur, de tam grandi sinu mundi totũ quod sparsum est, in nictu oculi reparatur. Miramur radiorum nostrorum, qui effunduntur ex oculis, nimiam quandã, & nisi experiremur, incredibilẽ celeritatẽ: mirabilior est in corpore quod futurũ est spirituale celeritas: quoniã in nictu resurget. Sed Dominus noster, quod radius oculi nõ potest, etiam clausa loca penetrauit quando post resurrectionem ostiis clausis discipulis apparuit. Nemo dicat potuit & hoc quidẽ Domini nostri corpus, nunquid continuo etiam meum hoc poterit? Huius rei quisque accipiat à spiritu sancto, qui in Apostolo loquebatur, plenam securitatem. De ipso quippe Domino dictum est, quod trãsfigurabit corpus humilitatis nostræ, & efficiet cõforme corpori gloriæ suæ. De ista ergo Ecclesiæ innouatione, de huius corporis tanta fœlicitate, de tam multa sanitate, nihil temerè, aut præsumere, aut definire audeat humana fragilitas.

Cap.14. Tom.III. STELLA. Ad quæ signa sint cõditæ. Lib. ij. super Genes. Quæ signa dicit, cũ dicit de syderibus, vt sint in signa? Neq; enim illa dicit quæ obseruare vanitatis est, sed vtiq; vtilia & huius vitæ vsibus necessaria, quæ vel nautę obseruãt ĩ gubernãdo, vel omnes homines ad p̃uidẽdas aëris qualitates per ęstatem, & hyemẽ, & autũnalem vernalémque temperiẽ. Cap.5. Quod vna stella moueatur velocius altera. Eodẽ libr. cap. v. Quidam nostri asserunt stellam, quã Saturnum appellant, esse frigidissimã, éamque per annos triginta Saturni motus. signiferũ peragere circulum, eo quod superiore ac per hoc ampliore ambitu graditur. Nã sol eundem circulum per annũ complet, & luna per mensem, tanto, vt dicunt, breuius, quanto inferius, vt spatio loci, spatium temporis cõgruat. Cap.eod. Subdit ibidem. Proculdubio cũ rotunda moles circulari motu agitur, interiora eius tardius eunt, exteriora celerius vt maiora spatia cum breuioribus ad eosdem gyros pariter occurrant: quæ autem celerius, vtique feruentius. Proinde memorata stella magis debuit esse calida quã frigida: quãuis enim suo motu, quoniã grande spatium est, triginta annis totum ambitum permeet, tamen cœli motu in contrarium rotata velocius, quod quotidie necesse est, patiatur, quando sicut dicunt, cœli singulæ cõuersiones, dies singulos explicant, calorẽ ma

A iorẽ debuit cœlo cõcitatiore concipere. Quod sol & luna inter stellas tenent principatum. Libr. primo de Genes. contra Manichæũ. Per diem sol principatum tenet, luna verò per noctem: quia etsi cætera sydera tunc apparent, illa tamen suo fulgore omnia superat, & ideo princeps eorũ rectissime dicitur. Quod Christo nõ dominabantur stellę. super Io. Hĩc quod ait, Pater venit hora, clarifica filium tuũ: ostẽdit omne tẽpus, & q̃d quãdo faceret, vel fieri sineret, ab illo esse dispositũ qui tempori subditus nõ est: quoniã quæ futura erant per singula tempora, in Dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Nõ ergo credatur hæc hora fato vrgente venisse, sed Deo potius ordinãte. Nec syderũ necessitas Christi cõnexuit passionem: absit enim vt sydera mori
B cogerẽt syderum cõditorem. Nõ itaque Christũ tempus vt moreretur impegit, sed tẽpus Christus quo moreretur elegit: qui etiã tẽpus quo de virgine natus est, cum patre constituit. Quod sancti dicũtur stellæ. Lib. annotationum in Iob. Omniũ syderum nomine, omnes in Ecclesia tales intelligendi sunt, qui conuersationem habent in cœlis.

Cap.14. Tom.I. — Tract.140. Tom.IX. — Tom.IIII.

Non obseruamus dies & annos. Libr. ij. ad Ianuarium de diuersis cõsuetudinibus Ecclesiæ. Nõ igitur de sole & luna annuis, menstruísue temporibus actionum nostrarum euenta coniicimus, ne in vitæ humanæ periculosissimis tẽpestatibus tanquam in scopulos miseræ seruitutis illisi, à libero arbitrio naufragemus: sed ad rem sacratè significandam similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, sicut de cætera creatura. Tom.II. Epist.119.

C STEPHANVS. De nominis interpretatione. Super Psal. lviij. sermone primo. Stephanus lapidatus est: & quod vocabatur, accepit. Stephanus, corona dicitur: Humiliter lapidatur, sed sublimiter coronatur. In sermone ij. de sancto Stephano. Stephanus vt nominis sui coronam meruisset accipere, charitatem pro armis habebat, & per ipsam vbique vincebat. Per charitatem Dei sæuientibus Iudæis nõ cessit. Per charitatem arguebat errantes vt corrigerẽtur, & pro lapidantibus orabat ne punirentur. Charitatis virtute subnixus, vincit Saulum crudeliter sæuientẽ: & quem habuit in terra persequutorem, in cœlo meruit habere consortem. Ipsa sancta & indefessa charitas desiderauit orando acquirere, quos nequit moriendo conuertere. In sermone quarto de eodem. Hebraicè autẽ Stephanus interpre-
D tatur norma: quia norma factus est fideliũ populorum. Qui enim primus fuit in numero martyrum, formam fidelibus præbuit moriendi, normã dedit pro inimicis orandi. De eius dignitate. In sermone de eodem. Si quid distare inter martyres potest, præcipuus videtur esse q̃ primus est. Serm.5. Nam cum sanctus Stephanus diaconus ab Apostolis ordinatus sit, Apostolos ipsos tamen sancta ac triũphali morte p̃cessit: ac sic q̃ erat inferior ordine, primus factus est passiõe: & q̃ erat discipulus gradu, magister cœpit esse martyrio, cõplẽs illud q̃d Propheta dixit ĩ Psal. Quid retribuã Domino p̃ omnibus quæ retribuit mihi? Retribuere voluit

primus

primus ipse Domino, quod cum omni humano genere accepit à Domino. Mortem enim quã saluator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit saluatori. Ideo in eodem. Omni Ecclesiæ beatus Stephanus datus est ad profectũ. Adhuc laicus diaconij meruit electionem, & leuita martyrij obtinuit principatum. In plebe adhuc positus erat, sed iam virtutibus eminebat. Humilis erat loco, sed celsus fide. Discipulus erat ordine, sed factus est magister exẽplo. Quos sequebatur deuotione fidei, præcessit velocitate martyrij. Subdit de officio. Ibidẽ. In hoc quod præpositus est fœminis, testimonium meruit syncerissimæ castitatis. Beatus ergo erit quicunq; hunc sectatus & imitatus fuerit, & pudicitiæ enim palmam, & martyrij consequitur coronam. Causa perfectionis. In sermone v. de eodem. Pulcher erat vbique Stephanus, in corde & in corpore. Et pulchritudo corporis, & flos ætatis, & eloquentia sermocinantis, & sapientia sanctissimæ mentis, & operatio Diuinitatis, inuidia magna erãt Iudæis, ob Christianæ cãm professionis. De acerbitate passionis. In sermone iiij. de eodem. Respice martyr, vicinam grandinem inspice, ingentem aceruum lapidum intuere, feruentes iam vide manus, anhelantia ora iam conspice, ignita rabie lumina iam cõtẽplare. Ecce acies funesta appropinquat, iam lapides vibrat. Fremebãt impij cordibus suis, & stridebant dentibus aduersus eum: sed fortis columna Dei, cum inter lapidiferas manus captatorio forcipe teneretur, fide fundabilis, spe erigibilis, charitate constabilis: feriebatur, & firmabatur: cõstringebatur, & augebatur: cædebatur, & nõ vincebatur. Beata fidei officia quæ tãtum honorastis martyrẽ, vt inuisam conspiceret maiestatem. Ecce, inquit, video cœlos apertos &c. Patuit sedes Dei, & sulcato aëre, cœlorum latera pepẽderũt, hiauit lucidus axis & cœli omnes. Denique dum super eum torti lapidum vertices deciderent & rotati aggeres torquerentur, pro sæuientibus sic orabat, Domine ne statuas illis hoc peccatũ. Leo rugiens ouem deuorare voluit, sed ouis Christi mansuetudinem non amisit. Ille quidem fauces aperuit, sed martyrem deglutire non potuit, quia ouem suam Dauid noster de ore frendẽtis excussit. O Iudæa Prophetarum sanguine temulenta, nec dum repleta, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, flumina tui sceleris spumãt, & te non satiant. Abel sæculum cruẽtasti, ibi fontem tuum fũdisti, & in vena huius sanguinis ebulisti, & adhuc sitis, adhuc æstuas mortẽ martyris, & anhelas adhuc sanguinem confessoris, necdum furoris tui vnda siccatur, adhuc alueus tui sceleris fluit, pone tandem finem sceleri, parce vel martyri. In sermone septimo de eodem. Aestuas, furis, anhelas, festinas de aduersario vindicari, attende Christum redemptorem animæ tuæ, medicum ægritudinis tuæ, qui ideo pati voluit, vt tibi patientiæ suæ monstraret exemplum. Vide pendentem, & tibi languenti de suo sanguine medicamentum conferentem. Audi deprecantem, Pater, inquit, ignosce eis quia nesciunt quid faciunt. Si

Suprà. *Infrà.* *Serm.2.*

A non potes imitari Dominum, imiteris cõseruum. Potuit hoc Stephanus qui homo erat, & dicebat, Domine ne statuas illis hoc peccatum. In sermone secundo de concordia cum Donatistis. Nõ potes tollere odium de corde tuo? Christus pro te pependit in ligno, & nondum vindicatus est, & tu vis vindicari. Vide Dominũ tuum in ligno pendentem, & tibi tanquam languenti in suo sanguine medicamentum conficientem. Audi deprecãtem, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt. Sed potuit hoc Christus, dicis, nõ ego. Ego enim homo sum, ille Deus est. Deus ergo vt quid homo si non corrigitur homo? Si multum est ad te imitari Dominum tuum, attende Stephanum cõseruum tuum. Sanctus homo erat, non Christus, q. Deus & homo erat. Homo erat planè Stephanus.

Ead. ferè Ser. 2. de S. Stephano.

B Et quod fecit, non fecit nisi illo donante quẽ tu rogas. Vide quid fecerit, cũ loquebatur Iudæis, sæuiebat & diligebat. Audi sæuientem, duræ ceruices. Verba sunt sancti Stephani quando alloquebatur Iudæos, Duræ ceruices & incircuncisi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis. Quem Prophetarum non occiderunt patres vestri? Audisti sæuientem, audi & diligentem. Irati facti illi & grauius inardescentes, & mala pro bonis reddentes ad lapides cucurrerunt, & Dei famulũ lapidare cœperũt. Videamus sancte Stephane, si odisti, aut aliquid odiosè protulisti. Tũc est tẽpus, quãdo lapidaris. Videamus si reddis duritiã cordis lapidibus duris. Qui te lapidãt, lapides mittũt lapides, qui in lapide legẽ acceperunt. Spectemus magnum spectaculum quasi constitutum ante oculos nostros. Videamus ecce Stephanus lapi

C datur. Eia membrum Christi, eia athleta Christi, aspice illum qui pro te pependit in ligno. Crucifigebatur ille, tu lapidaris: Ille dixit, pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: Tu quid dicis, audiam, videam, teneam, fortè possum imitari te. Postea beatus Stephanus orans, orauit pro se, & ait, Domine Iesu Christe accipe spiritum meum. Hoc dicto genu flexit & genu flexo ait, Domine ne statuas illis hoc peccatum: Et hoc dicto, obdormuit in Domino. O fœlix somnus & requies vera. Ecce quid est requiescere: Pro inimicis orare. sed quæso ò sancte Stephane expone mihi hoc, quare protestans orasti, & pro inimicis genu

D flexisti? Responderet fortasse quod intelligimus. Pro me inquiens, stans oraui, quia pro me qui recte Deo seruiui orando & impetrando minus laboraui. Quia qui pro iusto orat, non laborat. Ventum est autem vt oraret pro Iudæis pro interfectoribus Christi & sanctorum, pro lapidatoribus suis, & genu flexit. Vide magnum opus & egregium, laudandum multum, & ab omnibus imitandum. Hunc sequendo, odium de corde excussisti.

In sermone quarto de sancto Stephano. Audiuimus linguam clamantem, probemus animũ diligentem. Nam cum ad lapides cucurrissent duri ad duros, iactabant in illum pares suos. Illũ petris lapidabant, qui pro petra moriebatur, dicente Apostolo, Petra autem erat Christus. Et cum tanta esset in docendo constantia, videte qualis extiterit in

rit in morte patientia. Hi enim ictibus lapidum corpus eius quatiebant, & iste pro eis orabat. Cōtēdebat homo exterior, & supplicabat interior: Sed Deus qui miserat, qui probauerat, qui characterem non in manu, sed in fronte posuerat, spectabat de super militem suum, iuuaturus certantem, coronaturus vincentem. Denique ostendit se illi, Ecce, inquit, cœ.ap.& fi.ho.se.ad dex.Dei. Solus videbat, quia illi soli apparebat. Et qui ait pro se, Domine, accipe spiritum meum: qui pro se rogās stetit: pro illis genu flexit: pro se erectus, pro illis curuus: pro se celsus, pro illis genu flectens: & ait, Domine, ne statuas illis hoc peccatū: & hoc dicto, obdormiuit. O somnus pacis, quo inter lapides inimicorū obdormiuit, quomodo in suis cineribus vigilabat. Dormiuit securus & quietus in pace, quia spiritum suum Domino cōmendauit. Addit in sermone viij. de eodē. Plus itaque dolebat illorum peccata, quàm sua vulnera: plus de illorum impietate, quàm de sua morte.

Serm.2. Et in prædicto sermone de eius modo orandi dicit, Quæso te beate Stephane expone nobis quare pro te stans orasti, & pro inimicis genu flexisti. Fortasse responderet, Pro me stans oraui, quia pro me qui rectè Deo seruio, orando & impetrando non laboraui: qui enim pro iusto orat, non laborat: pro lapidatoribus genua flexi, quia multā & magnā impietatē ipsorum vidi, quā difficile mihi donari posse agnoui. De vtilitate

Serm.4. eius orationis. In ser.j. de eodē. Denique vt noueritis quantū valuerit oratio sancti martyris: perdi debuerat Saulus, qui omnium vestimenta seruabat, & tanquā manibus omnium lapidabat, sed pro eo orauit Stephanus. Vnde elisus est sæuiens, erectus est credens: elisus est lupus, erectus est agnus: elisus est persequutor, erectus est prædicator. Dicam planius, dicam apertius. Elisus est filius perditionis, erectus est vas electionis: elisus est Saulus, erectus est Paulus. Nam si martyr Stephanus non sic orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Sed ideo de terra erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus.

Vnde vtriusq; causa dicit in tertio sermone de eodem. Christi charitate compulsi bonos hortamur, vt in bono permaneant: & malos compellimus, vt à malo discedant: vt si quis bonus est, imitetur perseuerantiam charitatis in Stephano: qui autem malus, sectetur exempla conuersionis in Paulo: & qui bonus est, æquitatem vsq; in finem teneat: qui autem malus est, quam citius à sua peruersitate discedat: nec bonum hominem præsumptio iustitiæ faciat negligentem, nec malum iniquitatis consideratio faciat desperantem: sed ille bonum fortiter teneat, iste malum celeriter deserat. Bonus timeat, ne cadat: malus conetur, vt surgat. Charitas enim in Stephano superauit sæuitiam Iudæorum: charitas in Paulo cooperuit multitudinem peccatorum: charitas in vtroque regnum meruit possidere cœlorū. De cuius singularitate. In v. sermone de eodē Istum martyrē Gamaliel stolatus reuelauit: Saulus spoliatus lapidauit: Christus pannis inuolutus con-

A fortauit: & pretioso lapide coronauit. De cuius miraculis. lib. xxij. de ciuitate Dei. Si miracula Cap.8. Tom.V.
sanitatum, vt alia taceam, tantūmodo velim scribere, quæ per martyrem gloriosissimum Stephanum facta sunt in colonia Calamēsi, & in nostra, plurimi conficiendi essent libri. De inuentione sancti Stephani loquitur in sermone de ipsa. Expectat sanctitas vestra scire quid hodie in isto loco positum sit. Reliquiæ sunt primi & beatissimi martyris Stephani. Huius corpus vsque ad ista tēpora latuit: nuper autem apparuit, sicut apparere solent sanctorū martyrum corpora reuelatione Dei, quando, & sicut placet creatori. Sic ante aliquot annos nobis iuuenibus apud Mediolanū apparuerunt corpora sanctorum qui longe ab eo
B tempore passi sunt quo beatus Stephanus. Quare autem illorum primo & huius corpus postea apparuit, nemo disputet. Voluntas Dei fidem quærit, non quæstionem. Reuelatum autem fuit ei, qui res ipsas inuentas monstrauit. Præcedentibus enim signis locus demonstratus est: & quomodo fuerat reuelatum, sic inuentum est: & multi inde reliquias acceperunt. Commendatur ergo charitati vestræ & locus & dies vtique celebrandus in honorem Dei, quem confessus est Stephanus. Nos enim in isto loco non fecimus aram Stephano, sed de reliquiis Stephani construximus aram Deo gratā. Si quæris, quare? Quia pretiosa in cōspectu Domini mors sanctorum eius. Redempti sunt sanguine, qui sanguinem pro redemptore fuderunt. Ille fudit, vt eorum salus redimeretur: illi
C fuderunt, vt Euangelium eius diffamaretur. Reddiderunt vicem, sed non de suo: vt enim hoc possent, ille donauit: & vt fieret quod ab ipsis fieri potuit, ille donauit. Exhibendo donationem, dedit communionem. Passi sunt, & mundum calcauerunt. Parum eis fuit contemnere diuitias sæculi, sed & pœnas, minas, tormenta vicerunt. Pro confessione enim Dei contemnere quod delectat, valde magnum est: sed minus est quàm vincere quod molestat. Constitue alicui dictum esse, Nega Christum: & do tibi quod non habes: contemnit ille quædam quæ delectāt, & Christum non negat: at ipse persequutor addit, Non vis accipere quod non habes, tolle quod habes: non sicut sapit lucrum, eo modo dolet damnum: quia fa-
D cilius non manducare, quam vomere. Non acquirit, non manducat: quod acquisiuerat perdidit, quod manducauerat vomit. In non manducando gula fraudatur: in vomendo stomachus euertitur. Fortior est ergo in confessione Christi qui damna non timuit, quàm qui lucra cōtemnit. Sed damna qualia? Amisionē pecuniæ: amissionē patrimonij, amissionē rerū omniū q̄ habebat. Sed res perierūt quæ forinsecus adiacebāt: q̄ si nō sunt amatæ cū habētur, non cōtristant cum amittuntur. Et vt breuiter dicā, quādo amittūtur, tantum mœroris inducunt, quantum cum haberentur, gaudij. Sanctis autem parum fuit dicere, Aufero quod habes: nisi etiā diceret, Torqueo, ligo, occido. Hæc qui non timuit, mundum vicit. Certamen ergo pro veritate ad summum per-

duxerunt, qui vsque ad ista certauerunt.

Serm.2.fer. 6.post 1.Dominic.in quadr. ord.ser. de temp.72. Tom.X.

STERILITAS. In sermo. de Abraham & immolatione Isaac. Quid de Deo nō sperandum, cui difficile nihil est: qui sic facit magna quomodo parua, sic suscitat mortuos quomodo creat viuos? Si pictor eadem arte facit murem qua elephantum, diuersa opera sed ars vna: quanto magis Deus dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt? Quid difficile facit, qui verbo facit? Ea facilitate luminaria in cœlis, qua facilitate pisces in mari, qua facilitate arbores & animalia in terra: Ea facilitate magna, qua parua. Cui ergo cuncta facillimum fuit facere de nullo, mirandum est, quia dedit & senibus filium? In sermone v. de sancto sabbato. Nō sit sterilis in vobis ager Dei. Reuirescite, granescite. Qui enim vos seminat, spicas vult inuenire, non spinas.

Cap.27. Tom.III.

STOLA. Lib.vj. super Genes. Dicit Apostolus, Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite vos nouum hominē qui secundū Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ecce quod perdidit Adam per peccatum. In hoc ergo renouamur, sed id quod amisit Adam, id est, secundum spiritum mentis nostræ. Secundum autem corpus quod seminatur animale, & resurget spirituale, in melius renouabimur, quod nondum fuit Adam. Dicit autem Apostolus, Expoliātes vos veterem hominem cum actibus suis induite nouum qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Hanc imaginem in spiritu mentis impressam perdidit Adam per peccatum, quam recipimus per gratiam iustitiæ: non spirituale atque immortale corpus in quo ille nondum fuit, & in quo erunt omnes sancti resurgentes à mortuis, hoc enim primum est illius meriti quod amisit. Proinde illa stola prima, aut ipsa iustitia est, vnde lapsus est: aut si indumentum corporalis immortalitatis significat, etiā hanc ille sic amisit, cum propter peccatum ad eam peruenire non potuit. Dicitur enim & amisisse vxorem qui speratam non acceperit, illo à quo sperabat offenso.

Quæst.10. Tom.IIII.

STVDIVM. Requiritur solicitum. Lib. j. quæstionum veteris & noui testamenti. Sic lex loquitur, vt à diligentibus & credulis possit intelligi: vt ratio veritatis non in curiosis, sed solicitis se reuelet. Requirit librum. In epistola prima ad Volusianum. Quod scriptum habetur, semper vacat ad legendum, cum vacat legens, nec onerosum fit præsens, quod cum voles sumitur, & cum voles punitur. Qui libri sunt studendi. Lib.ij. de doctrina Christiana. In libris omnibus canonicis timētes Deum, & pietate mā sueti quærunt voluntatem Dei. Cuius operis & laboris prima obseruatio est, nosse istos libros, etsi nondum ad intellectum, legendo tamen vel mādare memoriæ, vel omnino incognitos nō habere. Deinde illa quæ in eis aperte sunt posita, vel præcepta viuendi, vel regulæ credendi, solertius diligentiusq; inuestiganda sunt. Quæ quāto quisque plura inuenit, tanto est intelligētia capacior. In iis enim quæ aperte in scripturis posita sunt,

Tom.II. Epist.1.

Cap.9. Tom.III.

A inueniuntur illa quæ continent fidem moresque viuendi, spem, scilicet, atque charitatem. Requirit studium rectum & affectum. Ideo super Psal.cxviij. ser.j. Nouimus operarios iniquitatis adhuc scrutari testimonia Domini, quia malunt docti esse quam iusti. Nouimus & alios ad hoc scrutari testimonia Domini, non quod iam rectè viuant, sed vt sciant quemadmodum viuere debeant. Ibidem infra. Nolunt esse sapientes in Dei gloriam, sed volunt propter hominum gloriam. Propterea distinguit de studētibus. Super eūdem Psal. ser.xxix. Multi sunt qui dicta sapientiæ studiosissimè inquirunt, eámque in doctrina non in vita habere volunt: vt per mores quos iubet sapientia perueniant ad Dei lumen, quod est ipsa sapientia: sed per sermones quos habet sapientia, perueniant ad hominum laudem, quod est vana gloria. Non igitur sapientiam quærunt, & quando eam quærunt, non quærūt ipsam, alioquin viuerent secundum ipsam: sed volunt verbis eius inflari. Et quanto magis inflantur, tanto magis efficiuntur contra ipsam. Studium aliarum artium vtile est propter proximum. Lib.vj. musicæ circa fi. Nos eos negligendos esse nō existimamus, quos hæretici rationis & solertiæ fallaci pollicitatione decipiunt, tardius incedimus, consideratione ipsarum viarum, quam sancti viri qui eam volando non dignantur attendere. Quod tamen non auderemus facere, nisi multos pios Ecclesiæ catholicæ matris optimę filios, qui puerilibus studiis loquēdi ad disserendi facultatē quantū satis est consequuti essent, eadē refellēdorū hæreticorū necessitate fecisse videremus, &c.

Tom.VIII.

Tom.VIII.

B

Cap.17. Tom.I.

C STVLTVS Quando homo dici debet stultus. Lib.iij. de libero arbitrio. Tunc homo incipit aut stultus esse, aut sapiens, aut alterū horū necessario appellatur, cū iam possit, nisi negligeret, habere sapientiā, vt vitiosæ stultitiæ sit voluntas rea. Infra subditur quid sit stultitia. Stultitia est rerū appetendarū & vitandarum non quælibet, sed vitiosa ignorantia. Subiungitur vnde oritur stultitia. Superbia auertit à sapientia, auersionem autem stultitia consequitur. Stultitia quippe cęcitas quędā est, sicut Apostolus dicit, Obscuratum est insipiens cor eorum. Vnde autem hæc obscuratio, nisi ex auersione à lumine sapientiæ? vnde autē hæc auersio, nisi dū ille cui bonū est Deus, sibi ipse vult esse bonū sicuti sibi D est Deus? Quis verò stultus. Lib.j. eiusdē. Stultus est, in quo mens summā potestatē non habet.

Cap.24. Tom.I.

Cap.eod.

Cap.eod.

Cap.9.

Lib. de vera innocentia. Stultus est, qui nō credit demonstrationibus Prophetarū in paucis quę restant, cum videat tam multa completa, quæ tūc non erant, quando prædicabantur implenda.

Tom.III.

Lib. de beata vita, disputatione iij. Omnis stultus eget, & qui eget stultus est: Credo etiā animū stultū vitiosum esse, omniáque animi vitia vno stultitiæ nomine includi. De hoc require supra cap. Fatuus, &c.

Tom.I.

SVFFICIENTIA. Lib. de vera innocentia. Nemo fideliū, quamuis multū profecerit, dicat, sufficit mihi. Qui enim hoc dixerit, re

Cap.134. Tom.III.

rit, remansit & hæsit in via ante finem qui non perseuerauerit vsque in finem.

Tom. IIII. SVFFRAGIVM. De suffragiis mortuorum. Lib. de viij. quæstionibus ad Dulcitiũ. quæst. ij. Quodam genere vitæ acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent ista defunctos: ac per hoc secundũ ea quæ per corpus gesserunt, eis quæ post corpus religiose pro illis facta fuerint, adiuuãtur. Sũt em̃ quos omnino nihil adiuuant ista: siue pro eis fiant, quorũ tamen mala sunt merita, vt neq; talibus digni sint adiuuari: siue pro eis, quorum tã bona sunt, vt talibus non egeant adiuuamentis. Genere igitur vitæ, quod gessit quisque per corpus, efficitur, vt vel prosint, vel non prosint, quæcunq; pro illo piè fiunt cum reliquerit corpus: nam meritum, per quod ista prosint, si nullum compertũ est in hac vita, frustra quæritur post hanc vitam. Ita fit vt neque inaniter Ecclesia, vel suorum cura pro defunctis quod potuerit religionis impendat: & tamen ferat vnus quisque secundũ ea quæ gesserit per corpus, siue bonũ, siue malũ, reddẽte Domino vnicuiq; secundum opera eius. Vt enim hoc quod impenditur possit ei prodesse post corpus, in ea vita est acquisitũ, quam gessit in corpore. Dixi etiam tale aliquid ad Laurentiũ, quod ita se habet. Tẽpus autẽ, inquã, quod inter hominis mortẽ, & vltimã resurrectionẽ interpositũ est, animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæq; digna est, vel requie, vel ærumna, pro eo quod sortita est in carne, dũ viueret. Neq; negandũ est defunctorũ animas pietate suorũ viuẽtiũ reuelari, cum pro illis sacrificiũ mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cum viuerent, vt hæc sibi possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem: nec tam malus, vt nõ prosint ista ei post mortem. Est verò talis in bono, vt hoc non requirat: est & rursus talis in malo, vt nec iis valeat, cũ hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hîc omne meritum cõparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Nemo autẽ se putet quod hîc neglexit, cum obierit apud Deum promereri. Non igitur ista quæ pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictum est, Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; secundũ ea quæ per corpus gessit, siue bonũ, siue malũ: quia etiã hoc meritum sibi quisque, dum in corpore viueret, comparauit, vt ei possent ista prodesse: nõ enim omnibus prosunt. Et quare nõ omnibus prosunt, nisi propter distãtiã vitę? Cum ergo sacrificia, siue altaris, siue quarũcunq; eleemosynarũ pro baptizatis defunctis omnibus offerũtur, ꝓ valde bonis gratiarũ actiones sunt, pro nõ valde malis propitiationes sunt, pro valde malis etiã, si nulla sint adiumenta mortuorũ qualescũq; viuorũ cõsolationes sunt. Quibus autẽ prosunt, aut adhuc prosunt, vt sit plena remissio? aut certè vt tolerabilior sit ipsa dãnatio.

In enchirid. cap. 109. — *4. sent. dist. 45. cap. neq. negandum.* — *Hæc non ad verbum in illo serm.*

Sed in ser. j. de cathedra sancti Petri, modũ docet suffragiorũ in hæc verba. Ostendã hominibus qua ratione animas defunctorũ suorũ iuuare vtilius possint. Orent quotidie pro charis suis, interpellent Deum voce flebili. Pro eis orẽt veniã & lapsuum remissionẽ. Pascant esuriẽtes, vestiant nudos, vt si quod horum defunctorũ negligentia minus factum est, fide viuentiũ adimpleatur. Adhibeat quoq; vnusquisq; pro charis suis preces sanctorũ, sacrificia offerat, & sacerdotali eos ꝓsequutione Domino commendet. Quod quidem cum non nostra doctrina sit sed Ecclesiæ, & Ecclesiarũ omniũ est Deus. Hæc sunt quæ charos nostros iuuare possunt, hæc refrigeria quiescentium, hæc sunt remedia defunctorũ. Cibi autem & pocula, quæ sepulchris superponuntur, si qua ad defunctos cura superstitionis istius pertineret, lædi his magis, quã delectari possunt. Huic enim aliquis vinum offert, quẽ scit ebrietate & gulæ nimietate torqueri. Contumelia hæc magis est, quàm humanitas: & probatio criminis, nõ officiũ pietatis. Ita fit vt videantur defunctis peccatoribus à charis non tã amore solatia tribui, quã cõsciẽtiæ tormenta cumulari. Hæc de peccatoribus dicimus. Si autẽ sanctus est cui hæc parantur, nihil quidẽ ad eũ pertinet. Illud vnusquisq; vestrũ agat, quod superius diximus: vt per orationes & eleemosynas, per sacrificia, per oblationes etiam defunctis suis prosit & sibi: id est, vt si peccator est mortuus pro quo hoc agit, alleuientur peccata eius: si autem sanctus est pro quo sacrificium Deo offertur, in æternum cum sanctis esse mereatur, &c.

Tract. 55. Tom. IX. SVGGESTIO. Super Ioannẽ. Non est dubitandum bonas suggestiones à bono spiritu, sicut malas à malo fieri. Sed interest quibus nã earũ mens humana cõsentiat, Diuino auxilio, vel deserta per meritũ, vel adiuta per gratiã.

Tom. IIII. SVBIECTIO. Omnia sunt subiecta Deo. In dialogo ad Orosiũ. Omnia sunt subiecta Deo: tamen Angeli & homines boni ei se subiectos esse cognoscunt: Mali homines & angeli mali sunt ei subiecti, cũ nihil aliud nisi quod ab ipso permittitur agere deprehenduntur. Vel omnia ei subiecta dicũtur, quia ipse super omnia est, & ab ipso sunt omnia, tamẽ nõdũ omnia sunt ei subiecta per fidem. Subiicit alia alij ordine quodã. Lib. viij. super Gen. Dei prouidẽtia regẽs atq; administrans vniuersam creaturã, & naturas & voluntates nostras: naturas vt sint, voluntates autẽ vt nec infructuosæ sint bonæ: nec impunitæ malæ: subdit primitus omnia sibi, deinde creaturã corporalẽ creaturæ spirituali, irrationalem rationali, terrestrem cœlesti, fœminã masculo, minus valentẽ valentiori, & indigentiorẽ copiosiori. In voluntatibus autẽ bonas sibi, cæteras verò ipsis seruientibus sibi. *Cap. 23. Tom. III.* Subiicere nos eis debemus. Lib. de verbis Apostoli, ser. x. Subde te Deo, adora, prosterne te, confitere illi qui fecit, quoniã nemo recreat, nisi qui creat: nemo reficit, nisi qui fecit. Confitere Deo te habere quicquid boni habes, à te quicquid mali. Ne in bonis tuis illum cõtemnas, te laudes: ne in malis tuis illum accuses, te excuses. Ipsa est vera cõfessio. Ille qui in tantis *Tom. X.*

bonis præuenit te, venturus est ad te, & inspecturus dona sua & mala tua, quomodo enim bono eius vsus fueris, inspicit te. Ergo quia in omnibus istis donis præuenit te: vide in quo tu præuenias faciem venturi. Audi Psal. Præueniamus faciem eius in confessione. Antequã veniat, propitietur: antequã assit, placetur: Habes enim sacerdotẽ per quem placare possis Deum tuum, & ipse cum patre Deus est ad te, qui est homo propter te. Ita iubilabis in Psal. præueniens faciem eius in confessione. *Tom.III.* Subiicienda est anima Deo. Lib. de agone Christiano. Subiiciamus animã Deo, si volumus subiicere seruituti corpus nostrũ, & de diabolo triũphare. Fides est prima quæ subiugat animã Deo propter ipsum: deinde fiũt præcepta viuẽdi, quibus custoditis, spes nostra firmatur, & nutritur charitas per gratiam Domini nostri Iesu Christi, & lucere incipit qui tantummodo credebat.

Tom VIII. SVBSTANTIA. De Diuina substãtia. Super Psa. lxxxix. Insinuãs Deus suã substãtiã omnimodè incõmutabilẽ, vbi non est, fuit & erit, sed tantũ est, ait, Ego sum qui sum. *Tom.III.* Lib. de symbolo & fide quẽ scripsit in Aphricano cõcilio Hipponiæ celebrato. Quicquid intelligi potest in Deo, substantia est: verũ hæc dici possunt facilè: credi autẽ nisi corde puro quomodo se habet, omnino non possunt. *Cap.54. Tom.VII.* Lib. de natura & gratia. Substantiæ quippe nõ per seipsas, sed per suas qualitates sicut aqua & ignis dicũtur sibi esse cõtrariæ. *Cap.56.* Ideo subdit infra. Quia caro concupiscit aduersus spiritũ nõ de carnis substãtia, sed de operibus substantiæ necesse est sentire. *Tom.VII.* A Deo recedendo qui est substãtia, per peccatũ quod nõ est substãtia, humana natura debilis fit & infirma. Eodẽ lib. c.xx Dicimus peccatũ non esse substãtiã. Sed etiã nõ mãducare, nõ substãtia est. A substãtia quippe receditur, quoniã cibus substãtia est. Sed abstinere à cibo, nõ est substãtia: & tamẽ substantia corporis, si omnino abstinetur à cibo ita languescit, ita valetudinis inæqualitate corrũpitur, ita exhauritur viribus, ita lassitudine debilitatur & frangitur, vt si aliquo modo perduret in vita, vix possit ad eũ cibũ reuocari vnde abstinẽdo vitiata est. Sic nõ est substãtia peccatũ, sed substantia est Deus, summáque substãtia, & solus verus rationalis creaturæ cibus, à quo per inobediẽtiã recedendo, & per infirmitatẽ non valendo capere quod debuit, languescit. Audi quemadmodum dicat. *Psal.101.* Percussus sum vt fœnum, &c. Vnde lib. iiij. super Genes. Nos mortales & peccatores, quorũ animas aggrauant corpora corruptibilia, & quorũ sensum multa cogitãtẽ terrena deprimit habitatio, quanquã & corda mundissima & mentes simplicissimas gereremus, sanctisq; angelis iã essemus æquales, non vtique ita vera esset Diuina substantia sicut ipsa sibi. *Tom.VII.* De peccato autem dicit super Psal. cxxiij. Peccata nõ habẽt substantiã. Inopiam habent & egestatem & non substãtiam.

De temporali verò substãtia. Lib de perfectione iustitiæ hominis. Bona est substãtia, cui nõ est peccatũ in cõsciẽtia. Tũc enim erit verè bona substãtia, id est, veræ diuitiæ, cũ trãsierit tota paupertas, id est, cũ cõsumpta fuerit omnis infirmitas. Nunc verò auertat se homo à delicto, cum proficiendo inde discedit, & renouetur de die in diẽ, & dirigat manus in opere misericordiæ, & ab omni delicto mũdet cor suũ dũ per opera miserationis meretur, vt quod restat per veniã dimittatur. Hoc enim salubriter & sine va na inanique iactantia bene intuetur, &c. *Homil.11. Tom.X.*

SVSTINERE. Sustinere Deũ. Lib. 50. homil. Sustinere Dominum est, vt tunc accipias quando dabit, non tunc exigas quãdo vis. Tempus dandi nondũ est. Sustinuit te, sustine illum. Sustinuit te vt mutares vitam malam, sustine illũ vt coronet vitã tuã bonã. Nam si & ille non sustineret, nõ esset cui daret. Sustine ergo, quia sustentatus es. *Tom.VIII.* Sustinere mala. Super Psal. xxxvj. ser. ij. Sustine Dominum. Ad tempus laboras, in æternum nõ laborabis. Breuis est molestia tua, æterna erit beatitudo tua. Ad modicũ dolebis, sine fine gaudebis. Sed inter molestias incipis labi, proponitur tibi exemplum passionũ Christi. Vide quid pro te pertulit, qui quare perferret nõ habebat. Quantacunq; patiaris, non peruenies ad illas insultationes, ad illa flagella, ad illam ignominiosam vestem, ad illã spinosam coronã, ad illã postremo crucẽ nõ peruenies, quia iã & de pœna generis humani sublata est. A loco suppliciorum fecit trãsitũ ad frõtes imperatorũ. Qui tantũ honorũ dedit pœnis suis, quid seruat fidelibus suis. His ergo rebus, his verbis, his abloquutionibus, hoc tali exemplo confirmat iustos Dominus. In ser. j. de Abraham. Duo sunt quæ in hac vita laboriosa nobis præcipiuntur à Domino, cõtinere, & sustinere. Iubemur enim cõtinere ab eis, quæ in hoc mundo dicuntur bona, & sustinere etiã ea quæ dicuntur mala. Et illa continentia, ista sustinentia vocatur: duæ virtutes quæ mũdãt animã, & capacẽ faciũt Diuinitatis. In refrænãdis libidinibus, & cohærcẽdis voluptatibus his opus est, ne seducat quod malè blanditur, & exterminet quod aduersitas dicitur. Cõtinẽtia, inquã, nobis opus est: nõ credere fœlicitati terrenæ, & vsq; ad finẽ quærere fœlicitatẽ quæ nõ habet finẽ. Vt autẽ est cõtinẽtiæ fœlicitati mũdi nõ credere: ita sustinẽtiæ est infœlicitati mũdi nõ cedere. Siue igitur in affluentia rerũ sumus, siue in angustia, expectãdus est Dominus: qui & quod verè bonũ & suaue est det, quod verè malũ est auertat à nobis. Bona quæ Dominus promittit iustis in fine sæculi seruãtur: & mala quæ numerãtur impiis in fine sæculi seruantur: bona autẽ & mala quæ non seruantur miscentur in hoc sæculo, nec ea habent soli boni, nec soli mali. *Tom.VIII.* Inducitur Christus in exẽplum. Super Psal. lviij. ser. j. Planè etiã illud considerãdũ est, quia magnũ pietatis indicium est nosse, quis pro te quid sustinuit. Nõ quicũque paruus pro te magno, sed pro te infirmo, ille summus q̃ pro te factus est paruus, qui cum informa Dei esset, humiliauit se, & factus est obediens vsque ad mortem. *Super Psal. 68. Serm.1. Tom.VIII.* Ideo super Psal. Nihil magnum, si sustines quia peccasti. Propter te sustines non propter Deum. Quæ enim vobis gloria est, ait Petrus.

trus, si peccatis punimini & suffertis? Si autem sustines quia mandatum Dei seruasti, verè propter Deũ sustines, & merces tua manet in æternũ: q͂ ꝓpter Deũ sustinuisti opprobria. Ideo enim prior ille sustinuit, vt nos sustinere disceremus: Et si ille qui nõ habebat quod illi obiiciebatur, quanto magis nos, qui & si non habemus peccatũ quod nobis obiicit inimicus, habemus tamen alterum quod dignè in nobis flagelletur? Nescio quis furem te dicit, & non es fur. Audis opprobriũ, non tamen sic nõ es fur, vt nõ sis aliquid quod Deo displicet. Porro si ille qui nihil omnino rapuerat, qui verissime dixerat, Venit princeps huius mũdi, & in me non habet quicquã: dictus est peccator, dictus est iniquus, dictus Belzebuth, dictus est insanus, tu dedignaris, serue, audire pro meritis tuis, quod Dominus audiuit nullis meritis suis? Ille venit vt tibi præberet exemplum. Quasi gratis hoc fecerit, si tu non proficis. Quare enim ille audiuit, nisi vt tu cum audires, non defficeres? Ecce tu audis & deficis. Frustra igitur ille audiuit, quoniam pro te sustinuit opprobrium. Propterea in historia sancti Vincentij. Paratus est Dei seruus ad omnia pro saluatoris nomine sustinenda, &c.

Tom. VIII. SVBVENIRE. Subuenit Deus. Super Psal. xxxiiij. ser. j. In ipsis temporalibus angustiis per hominem subuenit Deus, quia salus tua ipse est. Per Angelum subuenit Deus, quia salus tua ipse est: omnia illi subiecta sunt. Sed ad istam quidem vitam temporalem subuenit alij inde, alij inde: æternam autem vitam non dat nisi de se. Sed ecce in angustiis tibi constituto, non subest quod quæris, sed adest quem quæris. Et illũ quære qui nunquam deesse potest. Subtrahuntur quæ dedit, nunquid subtrahetur qui dedit? Tom. II. Subueniẽdum est citius infirmioribus. in episto. clviij. ad Marcellinum pro Donatistis. Charitas quę tãquam nutrix fouet filios suos, non ordine amandi, sed ordine subueniendi infirmiores fortioribus anteponit, quos tales vult esse, quales iam illi sunt quos non contemnendo, sed de eis confidẽdo interim præterit.

Cap. 5. Tom. I. SVPERBIA. Definitur superbia. Lib. ij. de Genes. contra Manichæum. Quid est aliud superbia, nisi deserto secreto conscientiæ foris videri velle quod non est? Tom. V. Cap. eod. inf. Libro decimo quarto de ciuitate Dei, cap. decimo tertio. Superbia, est peruersæ celsitudinis appetitus.

Vnde declarando subdit ibidem. Superbi secundum scripturas sacras, alio nomine appellantur, sibi placentes. Bonum est enim sursum habere cor, nõ tamẽ ad seipsum, quod est superbiæ, sed ad Deũ, quod est obediẽtiæ, quæ nisi humiliũ nõ potest esse. Est igitur aliquid humilitatis miro modo quod sursum faciat cor, & est aliquid elationis quod deorsum faciat cor. Hoc quidẽ cõtrariũ videtur vt elatio sit deorsum, & humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditũ sũpiori, nihil est autẽ superius Deo, & ideo exaltat humilitas, quæ facit subditũ Deo. Elatio autẽ q̃ in vitio est, eo ipso quo respuit subiectionẽ cadit ab illo, quo nõ est q̃cquã supius, & ex hoc erit inferius, & fit quod scriptũ est, Deiecisti eos cũ extollerentur. Non enim ait, cũ elati fuissent, vt prius extollerentur, & postea deiicerẽtur: Sed cũ extollerentur, tunc deiecti sunt. Ipsum quippe extolli, non nisi deiici est. Quapropter quod nunc in ciuitate Dei in hoc sæculo peregrinante maximè cõmẽdatur humilitas, & in rege eius, qui est Christus, maximè prædicatur: contrariúmq; huic virtuti elationis vitiũ, in eius aduersario qui est diabolus maxime dominari sacri literis edocetur: profecto ista est magna differẽtia, qua vtraq; ciuitas discernitur, vna scilicet societas piorũ hominũ, altera impiorũ, singula quæq; cũ angelis ad se pertinẽtibus, in quibus præcessit hàc amor Dei, hàc amor sui. Manifesto igitur apertóq; peccato factum est quod Deus fieri prohibuerat, diabolus hominẽ nõ cœpisset nisi iam ille sibi placere cœpisset. Sic enim declarauit quod dictum est, Eritis sicut dij: quod melius esse possent summo veróq; principio cohærẽdo ꝑ obediẽtiã, nõ suũ sibi exhibendo principium per superbiam. Dij enim creati, nõ sua virtute sed Dei veri participatione sunt dij: plus autẽ homo appetẽdo, minus est: q̃ dũ sibi sufficere delegit, ab illo qui ei verè sufficit, deficit. Illud itaque malum, quo cũ sibi homo placet, tanquã & ipse sit lumẽ, auertitur ab eo lumine, quod si ei placet, & ipse fit lumen: Illud inquã, malũ pręcesserat in abdito, vt sequeretur hoc malum, quod perpetratum est in aperto. Verum est enim quod scriptum est, Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriã humiliatur. Illa prorsus ruina quæ fit in occulto, præcedit ruinã quæ fit in manifesto, dũ illa ruina esse nõ putatur. Quis enim exaltationem ruinã putat, cũ ibi sit defectus, quo est relictus excelsus? Quis autẽ ruinam esse nõ videat, quando fit mandati euidens atq; indubitata transgressio? Propter hoc Deus illud prohibuit, quod cũ esset admissũ, nulla deffendi posset imaginatione iustitię. Et ideo audeo dicere, vtile esse superbis cadere in aliquod apertũ manifestúmq; peccatum, vnde sibi displiceat, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit quando fleuit, quã sibi placuit quãdo præsumpsit. Hoc dicit sacer Psal. Imple facies eorũ ignominia, & quærent nomẽ tuũ Domine, id est, vt tu eis placeas quærentibus nomẽ tuum qui sibi placuerant quærendo suũ. De superbiæ origine. Cap. 7. Tom. III. Libro de spiritu & litera. Superbia oritur, cum sibi quisq; præ fidit séque sibi ad viuendum caput facit. Quo motu receditur ab illo fonte vitæ, cuius soluis haustu iustitia bibitur, bona, scilicet, vita: & ab illo lumine, cuius participatione anima rationalis quodãmodo accẽditur, vt sit etiam ipsa factũ creatũq; lumẽ: sicut erat Ioannes lucerna ardens & lucens: Qui tamen, vnde luceret, agnoscens, Nos, inquit, de plenitudine eius accepimus. Ioan. 1. Periculosum est hoc vitium. Tom. III. Lib. iiij. de Trinitate. cap. xv. Nullum vitiũ est cui magis Diuina lege resistatur, & in quod magis accipiat ius dominandi ille superbissimus spiritus: ad ima mediator, ad summa interclusor. Lib. de natura &

Tom.VII. gratia.cap.xxvij.Omnia vitia in malefactis tantummodo valent:sola superbia etiam in rectè factis cauenda est. Eodem lib.cap. xxix.Et quidē superbia cū magnū sit peccatū,ita sine aliis per se ipsa ē, vt etiā plerūq; nō in peccatis,sed in ipsis rectè factis, vt dixi, pede celeriore superueniat & obrepat.Sed ideo verissimè dictum est, Initiū
Initium peccati supbia. omnis peccati superbia:quoniā diabolū,à quo exitit origo peccati,ipsa deiecit,& subsequente inuidētia, hominē stātē vnde ipse cecidit,inde subuertit.Nam vtiq; iactantiæ ianuā,qua intraret ser
Eccles.10. pens ille quæsiuit, quādo ait,Eritis sicut dij. Ideo dictum est,Initium omnis peccati superbia:& initiū superbiæ hominis,apostatare à Deo. In re-
Tom.II. Epist 209 et Tom.I. gula.Alia quippe quæcunq; iniquitas in malis operibus exercetur,vt fiāt:superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant. Et quid prodest dispergendo dare pauperibus & pauperem fieri,cū anima misera superbior efficitur diuitias
Cap.19. Tom.IIII. contemendo,quā fuerat possidēdo? Lib.de salutaribus documentis Humilitas homines similes Angelis sanctis facit, & superbia dęmones ex angelis facit.Ipsa est omniū peccatorū initiū & finis & causa,quia nō solū peccatū est superbia, sed etiam nullū peccatū esse potuit,aut potest,aut poterit sine ea. Si quidē nihil aliud est peccatū, nisi Dei contēptus,quo eius præcepta contemnimus: & hoc nulla res alia persuadet hominū, nisi superbia.Porrò cupiditas & superbia in tātum est vnū malū,vt nec superbus sine cupiditate, vel sine superbia possit cupidus inueniri. De superbia nanq; nascūtur hæreses,schismata, detractiones, inuidiæ,iræ,rixæ,contentiones,animositates,ambitiones,elationes,præsumptiones, iactātia, verbositas,vanitas,inquietudo,mendaciū, & cætera huiusmodi,quæ dinumerare per singula longum
Tom.VIII. est. Super Psal.lviij.ser.ij.Superbia non permittebat hominē perfici,nihil enim sic impedit perfectionē:& inde malū nimis molestum, nimis cauendū. Diabolus inde solū puniendus est: certè particeps est omniū peccatorū,certè seductor est ad peccandū.Non ei imputatur adulteriū, nō fornicatio,nō rapina rerū alienarū,sola superbia lapsus est.Et quoniā superbiæ comes est inuidētia, fieri non potest, vt superbus non inuideat: ex hoc vitio quod superbiā necessario sequitur.Lapsus enim inuidit stāti,& dedit operā seducere hominē,ne illo leuaretur,vnde ille deiectus est.Et ideo satagit vera persuadere peccata, quia talē iudicē habemus,vbi celare falsa non possumus. Et quia scit iustū personas accipere non posse,tales ei vult perducere reos quos necesse sit vt damnet, quia iustus est.Dat vtique operā vt peccemus sola inuidentia,quæ inuidentia,necesse est,vt comitetur superbiā.Hoc igitur malū superbia est, impediēs perfectionē.Iactet igitur se quisq; de diuitiis, iactet de pulchritudine & de viribus corporis: ista certè omnia mortalia sunt. Ridendi sunt, qui se de mortalibus iactātā quibus rebus plerunq; aut viui deseruntur,aut mortui eas necesse est vt deserant.Illud est vitium capitale,quod cū quisq; bene profecerit,superbia tentatur,vt perdat totum

A quod profecit.Deniq; omnia vitia in malefactis timenda sunt,superbia in benefactis plus metuēda est.Super Psal.cxij.Quid superbiæ malitia deterius,quę Propositū nō vult habere,nec Deum? Lib.ij.contra Manichæum.Non potest maius esse signū superbiæ, quā vt dicat anima se esse hoc quod Deus est, cū adhuc sub tātis vitiorum & miseriarū molibus agat. Lib.de vera innocentia. Ob primū vitiū superatus est homo,hoc idem vltimum dicit. Cū enim omnia peccata superauerit,manet periculū, ne mēs in se potius,quā in domino glorietur. In homil.de publicano & pharisæo. Superbia in Pharisæo de templo damnata descendit.Meliora enim sunt peccata cum humilitate,quàm innocētia cū superbia. Simulat superbia se virtuosam. Lib.j. de ciuitate Dei. Scio
B quibus viribus opus sit, vt persuadeatur superbis, quanta sit virtus humilitatis:qua fit vt omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia, non humano vsurpata fastu, sed Diuina gratia donata, celsitudo transcendatur. Deus enim superbis resistit,humilibus autē dat gloriā.Hoc verò,quod Dei est,superbè quoq; animæ inflatio affectat amátq;,etiā in laudibus dici, parcere subiectis & debellare superbos. Super primā canonicā Ioan.homil.viij.Similia & quasi paria facit superbia charitati.Pascit esuriētē charitas, pascit & superbia:Sed charitas vt Deus laudetur: superbia vt ipsa laudetur. Vestit autē nudū charitas. vestit & superbia:ieiunat charitas, Ieiunat & superbia:sepelit mortuū charitas, sepelit & superbia.Omnia opera bona quæ vult facere charitas, Tract.8. Tom.IX.
C facit etiam superbia: & quasi ducit equos suos. Sed væ homini cuius auriga superbia est, necesse est enim vt in præceps eat. Deprimit non Tom.I.
eleuat superbia.Lib.vij.confess. Cum super hoc contra te surgerē,& currerē aduersus Dominum in ceruice erecta, etiā ista infima super me facta sunt. Ideo super Psalmum centesimum trigesimum septimum ,Erigat se superbus quantum voluerit,certe in alto habitat Deus: in cœlo est Deus.Vis tibi vt propinquet? Humilia te. Nam Cap.xi.
tanto te altior est, quanto tu elatior. Superbia malum non emendat, sed excusat. Libro xj. Tom.III.
super Genes. Non dixit Adam peccaui, sed mulier,&c.Quia superbia habet deformitatem cōfusionis, non habet humilitatem confessionis. Cap.eod.
Ibidem infra.Isto morbo superbiæ laborant Cap.eod.
D homines hodie,non nisi in creatorē conantes referre, si quid egerint mali. Ibidem. Nec mulier confitetur peccatum suum,sed in alterum refert.Impar sexu,pari fastu. Lib.de ciuitate Dei. Lib.14. Cap.14. Tom.V.
Sed & peior damnabiliórq; superbia, qua etiam in peccatis manifestis, suffragium excusationis inquiritur:sicut illi primi homines,quorū & illa dixit, serpens seduxit me: & ille dixit, Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & edi. Nusquam hîc sonat petitio veniæ, nusquam imploratio medicinæ.Nam licet isti non sicut Cain quod commiserunt negent,adhuc tamen superbia in aliū quærit referre quod perperā fecit:superbia mulieris,in serpētē:superbia viri, in mulierē. Superbia peccatum vi agn. scit se excusat.
Sed

Sed accuſatio potius quàm excuſatio vera eſt, vbi mandati Diuini eſt aperta trãſgreſsio. Neq; enim hoc propterea nõ fecerunt: quia id mulier ſerpente ſuadente, & vir muliere impertinete cõmiſit: quaſi quicquid Deo, cui nihil crederetur, vel cederetur, anteponendũ fuerit. *Cap.14. Tom.III.* Eſt ſuperbia mater inuidiæ. Lib.ij. ſuper Gene. Inuidia ſequitur ſuperbiam, nõ præcedit, non enim cauſa ſuperbiendi eſt inuidia, ſed cauſa inuidendi ſuperbia. Cum igitur ſuperbia ſit amor excellentiæ propriæ, inuidia verò ſit odiũ fœlicitatis alienæ, quid & vnde naſcatur ſatis in promptu eſt. Amando enim quis excellentiam ſuam, vel paribus inuidet quod ei coæquantur: vel inferioribus, ne coæquentur: vel ſuperioribus, quod eis nõ coæquatur: ſuperbiẽdo igitur inuidus, nõ inuidende quiſque ſuperbus eſt. Meritò initium omnis peccati ſuperbiam ſcriptura definit, dicens, Initiũ peccati ſuperbia. Lib.iij. de verbis Domini, ſerm.xvj. *Ser.ord.53. Tom.X.* Prior eſt in vitiis ſuperbia, deinde inuidia: Non enim inuidia peperit ſuperbiam, ſed ſuperbia inuidiam: Non enim inuidet, niſi amor excellentię. Amor excellentiæ ſuperbia vocatur. Cum igitur in ordine prior ſit ſuperbia, deinde inuidia. Apoſtolus in laudibus charitatis noluit dicere prius, Non inflatur: & poſtea, non æmulatur: ſed prius dixit, Non æmulatur: & poſtea, Non inflatur: Si enim inflatur, æmulatur. Hæc charitas in vobis creſcat, & anima ſolidatur, quia nõ inflatur charitas. *Tom.VIII.* Super Pſal.lxxxj. Per diabolicam ſuperbiam factum eſt, vt Chriſti glorię peruerſi & cęci principes Iudęorũ inuidiſſent. Per hoc vitium factum eſt & fit, vt Chriſti vſque ad mortẽ crucifixi humilitas vileſcat eis, qui huius ſæculi diligũt excellentiã. *Cap.1. Tom.IX.* Vnde in prologo libri de cõflictu vitiorum. O quàm durus, ò quàm amarus eſt ſuperbiæ congreſſus, quæ Angelos de cœlo proiecit, homines de Paradiſo expulit. De ſuperbiæ creatione oſtenſa per Chriſtum. *Tract.25. Tom.IX.* Super Ioan. Cura ſuperbiam, & nulla erit iniquitas. Vt ergo cauſa omniũ morborũ curaretur .i. ſuperbia, deſcẽdit & humilis factus eſt filius Dei. Quid ſuperbis homo? Deus humilis propter te factus eſt. Puderet te fortaſſe imitari humilem hominẽ, ſaltem imitare humilem Deũ. Venit filius Dei in hominẽ, & humilis factus eſt. Præcipitur tibi vt ſis humilis, nõ præcipitur tibi vt ex homine fias pecus. Ille Deus factus eſt homo, tu homo cognoſce quia eſt homo. Tota humilitas tua eſt, vt cognoſcas te. Ergo quia humilitatem docet Deus, dixi, *Humilitas non ſibi ſed Deo ſubditur.* Non veni facere voluntatẽ meã, ſed eius qui miſit me. Hæc enim eſt cõmendatio humilitatis. Superbia quippe facit voluntatẽ ſuam, humilitas facit voluntatẽ Dei. *Tom.X.* Lib.j. de verbis Domini, ſermo.xxj. De diabolo debent erubeſcere mortales ſuperbi. Ille enim etſi ſuperbus, tamẽ immortalis eſt, ſpiritus eſt, etſi malignus. Illi dies nouiſſimus pœnalis ſeruatur in finem, tamen mortem quam nos patimur, ille nõ patitur: Audiuit autẽ homo, Morte morieris: inde vtatur bene pœna ſua. Non eat ad ſuperbiã, vnde accipit pœnam. Agnoſcat ſe mortalem, & frangat elationem. Audiat ſibi di-

A ci: Quid ſuperbis terra & cinis? Etiam ſi ſuperbis diabolus nõ eſt terra & cinis. Ideo dictũ eſt, Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis. Non attenditis quia mortales eſtis, & ſicut diabolus immortalis ſuperbi eſtis. Vtatur ergo homo bene pœna ſua, bene vtatur malo ſuo, vt proficiat bono ſuo, ideſt, morte, vt proficiat in humilitate. Lib.iij. euiſdẽ, ſerm.iiij. *Ser.ord.41. Tom.eod.* Medicina tumoris hominis, humilitas Chriſti. Nõ enim homo periſſet, niſi ſuperbia tumuiſſet. Initium enim omnis peccati ſuperbia. Contra initium peccati, initium iuſtitiæ neceſſarium fuit. Si igitur initium omnis peccati ſuperbia, vnde ſanaretur tumor ſuperbiæ, niſi Deus dignatus eſſet humilis fieri? Erubeſcat homo eſſe ſuperbus, quoniam factus eſt humilis Deus. Lib. de verbis *Tom.X.*

B Apoſtoli, ſermone iij. Inducens illud, Ne magnitudo reuelationum &c. Videte medicamentum quod ſibi dicit appoſitum, Datus eſt mihi, inquit, ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ. O venenum quod non curatur niſi veneno. Caput cædebatur, ne caput extolleretur. Lib.ij. de peccatorũ meritis, & remiſſione & baptiſmo paruulorum. *Cap.17. Tom.VII.* Nullus quippe humanę culpę in Deũ referat cauſam: vitiorum nanque omnium humanorum cauſa ſuperbia eſt. Ad hanc conuincendam atque auferendam, talis in medicina cœlitus venit. Ad elatum hominem per ſuperbiam, Deus humilis deſcendit per miſericordiam, gratiam claram manifeſtámque commendans in ipſo homine, quẽ tanta partibus ſuis charitate ſuſcepit. Ideo ſcribit *Cap.19. Tom.IIII.* actus & verba Chriſti contra ſuperbiam diaboli.

C Libr. de ſalutaribus documentis. Per ſuperbiam nanq; & cupiditatẽ Diabolus dicit, In cœlum conſcendam: *Iſai.14.* Chriſtus cũ humilitate dicit. Humiliata eſt in terra anima mea. *Pſal.43.* Diabolus per ſuperbiã & cupiditatem dicit, Ero ſimilis altiſsimo: *Iſai.14.* Chriſtus per humilitatem, cũ eſſet in forma Dei, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, & factus eſt obediens patri vſq; ad mortem. *Phil.2.* Diabolus per ſuperbiam & cupiditatẽ dicit, Super aſtra exaltabo ſolium meum: *Iſai.14.* Chriſtus cum humilitate dicit: Diſcite à me quia mentis ſum & humilis corde: *Mat.11.* diabolus cupidus & ſuperbus, per Pharaonem loquitur dicens, Neſcio Deum, & Iſrael non dimittam: *Exod.5.* Chriſtus cum humilitate dicit, Si dixero quia non noui eum, ero ſimilis vobis mendax. *Ioan.7.* Sed noui eum, & mandata eius ſeruo.

D Diabolus ſuperbus & cupidus dicit, Mea ſunt omnia regna mundi, & gloria eorum, & cui volo do ea: *Mat.4.* Chriſtus cum diues eſſet, pro nobis factus eſt pauper, vt eius inopia nos diuites redderemus. *2.Cor.8.* Diabolus ſuperbus & cupidus dicit, Sicut colliguntur bona quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terram ego cõgregaui, & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os atque ganniret. Chriſtus cum humilitate dicit, Similis factus ſum pellicano ſolitario, vigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. *Iſai.10. Pſal.101.* Diabolus per ſuperbiam & cupiditatẽ dicit. Exſicaui veſtigio pedum meorũ omnes riuos aggerũ. *Iſai.37.* Chriſtus cũ humilitate dicit, Nũquam nõ poſſum *Matt.26.*

rogare patrẽ meum,& exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorũ? Et vt ad vltimum concludã, diabolus per superbiam & cupiditatem cum ruina magna ad infernũ præcipitatur. Christus cũ humilitate ad cœlos subleuatur. Ideo, frater charissime, paucos tibi diabolicæ fraudis laqueos, & sanctæ humilitatis gradus descripsi, vt facilius tibi subiectos valeas docere, quomodo & qualiter hos euadãt, atq; per humilitatem regna cœlorũ possideãt. Et nos si volumus perficere nostri certaminis cursum,& ad æternã beatitudinem peruenire, caueamus in primis cupiditatẽ malam, & superbiam diabolicam, & cũ omni humilitate Christi conemur sequi vestigia:& si quis militãs imperatori terreno omnibus iussis eius obedire decertat, quanto magis militaturus imperatori cœlesti, debet custodire præcepta cœlestia. Cõcludit in cõmunibus sermonibus, sermone.j. Quid tibi prodest vẽtosa superbia? Nisi Deum imiteris, inter filios Dei non eris,&c.

Tom.II. Epist.119. Cap.20. Tit.1.

SVPERSTITIO. Lib.ij. ad Ianuarium de diuersis consuetudinibus Ecclesiæ. Omnia munda mundis, immundis autem & infidelibus, nihil est mundum, sed polluta sunt eorum mens & consciẽtia. Tu ipse lege cæter a,& recita quibus potes, ne in se irritam faciãt gratiam Dei, quia in libertatem vocati sunt, tantum ne libertatem in occasionem carnis assumant. Et ideo iam voluit refrenandæ carnalis concupiscentiæ causa à quibuslibet cibis tẽperari, quia non eis hoc permittitur superstitiosè, atq; infideliter facere. Ij verò qui de paginis Euangelicis sortes legunt:& si optandum est vt hoc potius faciant, quàm vt ad dæmonia cõsulenda concurrant, tamẽ etiam ista mihi displicet cõsuetudo, ad negotia sæcularia & ad vitæ huius vanitatem propter aliam vitam loquentia oracula Diuina conuertere.

26 q.2.ij. qui sortilegi.

Tom.IIII.

SVPPLICIVM. Lib. de mẽdacio. Nõ peccat quisquam cũ euitat supplicium, sed cum facit aliquid dignum supplicio. De hac materia require supra. cap. Pœna.

Cap.9.

Tom.VI.

SVSPICIO. Lib. de vtilitate credendi. Incredulus à suspicioso differt: quia ille incognitis aliquam, iste nullam tribuit dubitationem. Vnde oritur suspicio. super Psal. cxviij. sermo.xij. Quod in seipso agitur, hoc de aliis homo suspicatur: vt propter quod ipse colit Deum, vel propter quod bona opera facit, propter hoc credat & alterum facere. Possunt quidem homines videre quod agimus, cuius autẽ rei cõtemplatione agimus, occultũ est: & ideo datur suspicionibus locus, vt audeat homo iudicare de occultis hominũ,& falsa plerũq;, etsi natura, tamẽ ei incognita temerè suspicari. Non est danda malæ suspicionis occasio. Lib. de conflictu vitiorum. Timor dicit, Testem habes Deum in cœlis: tibi non sit curæ quid de te suspicentur in terris homines. Sed humilis satisfactio respondet, Non est danda detrahendi occasio, non susurrandi suspicio: sed si assunt quæ corrigantur, manifestanda: aut certè si dessunt, humili protectione negãda: quia Apostolus admonet nullam occasionẽ diabolo dare maledicti gratia. Quod etiã in illis detestatus est, qui Christianæ fidei consentientes, in idolio recumbebant ad comedendum. Et quanquam idolum pro nihilo ducẽtes ipsi, immolata quasi in noxios cibos sumerent: infirmos tamẽ fratrum conscientias per hoc factum ad nephãdos idolorum ritus trahebant &c. In sermone quodam. Erimus in regno magno & sempiterno. Et ideo magno & sempiterno, quia in eo nemo fallit, nemo fallitur. Nihil est illic quod malè suspiceris de fratre tuo: pleraq; enim mala aliunde nõ oriuntur, nisi de suspicionibus falsis. Credis de homine quod odit te, qui fortè amat te:& per paruam suspicionẽ fis inimicissimus amicissimo. Quid faciet tibi vt credas? Cor suũ demonstrare nõ valet. Loquitur tibi dicens, Amo te, sed quia potest tibi hoc dicere & mentiri (eadem enim sunt verba mentientis, quæ vera dicentis) ideo non credis:& adhuc odisti. Vnde securum te facere voluit ab eo peccato qui tibi dixit, Veniet Dominus & illuminabit abscondita tenebrarum,& manifestabit cogitationes cordis. Si quis nobis modo diceret, præsertim si Propheta diceret, & quomodo Deus vellet diceret, Viuite securi, omnia vobis abundabunt, nemo vestrum morietur, nemo ægrotabit, abstulit Deus mortẽ de genere humano, nõ vult vt quisquam moriatur: Si hoc diceretur, quasi securi facti exultaremus,& nihil amplius requireremus, nisi quod cõtinuo addi nobis vellemus, vt corda inuicem videremus, ne inuideremus, vt non humana suspicione, sed Diuina voluntate videremus: non essem solicitus de amico meo, non essem solicitus de vicino meo, ne me odisset, ne mihi malum vellet: & ipsa solicitudine prius malum facerem, quam paterer. Haberemus sine dubio certam vitam. Si tam delectat illa vita in qua cogitatio cordium videretur ad veritatẽ vt corda nostra inuicem nosceremus, ne nostris suspicionibus falleremur: iam incipiamus non malè suspicari, neminem fallere, expectãtes æternæ vitæ veritatem. Nemo vult falli, quomodo nõ vult mori. Qui fallere velint, quam multi inueniuntur, qui falli, nemo. Non vis falli, noli fallere. Vis venire ad vitã vbi non falleris, age modo vitam vbi non fallas, & venies ad vitam vbi non falleris. A verace iudice reddetur veritas: & temporaliter bene viuenti, merces reddetur ęternitatis.

Tom.VIII.

Cap.11. Tom.IX.

Tom.VIII.

TABERNACVLVM. Super Psalm. septuagesimum septimum. In tabernaculis gentium habitare fecit tribus Israël. Quod spiritualiter sit melius desiderandum puto: vt in cœlestem gloriam vnde peccantes angeli deiecti sunt, per Christi gratiã nos subleuemur.

Tacitur

TACITVRNITAS. Quando, & quare sit tacendū & loquendū. Lib. ij. de prædestinatione sanctorū. Alia est ratio verum tacendi, alia verū dicendi necessitas. Causas verū tacendi longū est omnes quærere vel inserere, quarum tamen est & hæc vna, ne peiores faciamus eos qui non intelligūt, dum volumus eos qui intelligūt facere doctiores, qui nobis aliquid tale tacentibus doctiores quidē non fiunt, sed nec peiores fiūt. Cum res verò ita se habet, vt fiat peior nobis eam dicētibus, ille qui capere nō potest: nobis autem tacentibus, ille qui potest: quid putamus esse faciendū? Nonne potius dicendū est verum, vt qui potest capere capiat, quā tacendū, vt non solùm illud ambo non capiāt, verumetiā qui est intelligentior, ipse sit peior? Qui si audiret & caperet, per illū etiam plures disceret. Quò enim est capacior vt discat, eo magis est idoneus vt alios doceat. Reprimit taciturnitas discreta multiloquium. Libro de conflictu vitiorum. Multiloquiū dicit, Non ille tenebitur reus, qui plura quidem, sed bona loqui: sed ille qui saltem, sed rara dicere mala comprobatur. Discreta taciturnitas respōdet, verum est quod dicis, sed dum multa bona proferri videntur, sæpe cōtingit vt à bonis loquutio inchoata, ad aliquod prauum deriuetur. Hoc ipsum sacra scriptura denuntiat, quare in multiloquio, inquit, nō deerit peccatum: an forte inter innumera verba declināntur criminosa? Sed nunquid declinari poterūt inutilia atq; otiosa, de quibus vtiq; ratio in futurum erit reddenda? Tenendus est igitur modus in loquendo, & ab ipsis nonnunquā vtilibus verbis parcendū, sicut beatus Psalmista legitur fecisse. Dicit enim, Humiliatus sum, & silui à bonis. Et orabat Dominū. Libro de salutaribus documētis, versus finem. Da mihi in mansuetudine moderati sermonis adipisci silentium: vt loquar quod condecet, taceam quod loqui non oportet. In serm. de Iacob & Esau. Sunt qui portare sibi videntur peccata, cum ea tacent peccatoribus. Iam ista simulatio detestanda est. Porta peccatorem, non vt ames peccatum in illo, sed vt persequaris peccatum propter illud. Dilige peccatorē, non inquantum peccator est, sed inquantum homo est. Quomodo si diligis ægrum, persequeris febrem: nam si parcis febri, non diligis ægrum. Dic igitur quod verum est fratri tuo, noli tacere. Quid enim aliud agimus, quam dicere vobis quod verum est? Noli igitur mendaciter, sed aperta veritate, dic quod verum est: sed donec corrigatur, portetur. De hac materia require supra, capit. Loqui hominis, &c.

Cap. 16. Tom. VII. — *Cap. 21. Tom. IX.* — *Cap. 65. Tom. IIII.*

TACTVS. Qualiter tāgat singula Deus. Libro de speculo, cap. quinto. Deus qui vbique es & vbique totus, qui sciri potes & videri non potes, qui nusquam dees, & ab iniquorum cogitationibus longe es: qui non ibi dees, vbi longe es: quia vbi non ades per gratiam, ades per vindictam. Qui omnia tangis, nec tamē æqualiter omnia tangis. Quædam enim tangis vt sint, viuant & sentiant, nec tamen discernāt: quædam tangis vt sint, viuant, sentiant atq; discernāt. Et cum tibimetipsi nunquam dissimilis sis, dissimiliter tangis dissimilia: qui vbiq; præsens es, & inueniri vix potes, quem stantē sequimur, & apprehendere non valemus. In Libro quæst. veteris & noui testamenti. Tactus Domini, manus est Domini corripiens & viuificans. De sensu verò tactus. Libro tertio super Gen. Quare tactu qui ad terram propriè pertinet, sentiri possunt & fluctus vndarum, & flatus aurarū, quia in omnibus terra admiscetur elementis: sed in his crassioribus sentitur amplius, ita vt iam tangendo contrectari valeant. Propterea ipsa quoque aquatiliū corpora, & terrenis vescuntur, & maximè aues etiam in terra requiescunt, fœtúsque propagant: pars enim humoris qui vaporaliter exhalatur, etiam super terras extenditur. Lib. v. eiusdem. Tangendi sensum, qui per totum corpus est, medici dicunt à cerebro dirigi per medullā ceruicis, & eam quæ continetur ossibus, quibus dorsi spina conseritur, vt inde se tenuissimi quidam riuuli, qui tangendi sensum faciunt, per cuncta membra diffundantur. Quid sit tangere Christū. In sermone quadragesimo secundo de resurrectione Domini. Noli me tāgere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Quid sibi vult hoc? Viri non potuerunt eum tangere nisi in terra: & mulieres eum habebant tangere in cœlo? Quid est igitur tangere? Est credere. Fide enim tangimus Christum. Et est melius fide tangere, quàm manu palpare, & fide non credere. Manu enim non magnum fuit Christum tangere. Iudæi tetigerunt eum, quando comprehenderunt: tetigerunt, quando suspenderunt: sed male tangendo, quod tetigerunt perdiderunt. Tange fide ô Ecclesia catholica, & fides saluam te fecit. Tu tantum fide tange, id est, fideliter accede, & firmiter crede. Si Christum tantum hominem putaueris, in terra tetigisti: si Christum Dominum credidisti æqualem patri, tunc tetigisti quando ascendit ad patrem. Ergo ascendit à nobis, quando illum rectè intelligimus. Semel tunc illo tempore ascendit, sed modo quotidie ascendit, &c.

Tom. IX. — *Cap. 7. Tom. III.* — *Lib. 7. Cap. 13. Tom. III.*

TENEBRAE. Quid sint. Lib. xj. de ciuitate Dei. Nihil sunt aliud quorumcūq; locorum corporalium tenebræ, quàm aër carens luce. Ita tenebrescere anima sapientis luce priuata dicitur. Lib. xij. confessionū. Tenebræ non sunt aliud, quàm lucis absentia: sicut silentium, vbi non est sonus. Libr. j. de Genes. contra Manichæū. Libro contra epistolā fundamēti. Tenebræ non sunt aliquid, sed ipsa lucis absentia tenebræ dicuntur. Sicut silentiū non est aliqua res, sed vbi sonus non est, silētium dicitur. Et nuditas, non est aliqua res, nisi corpus vbi tegumentum non est, nuditas dicitur. Et inanitas non est aliquid, sed locus vbi corpus non est, inanitas dicitur, sic tenebræ non sunt aliquid, sed vbi lux non est, tenebræ dicuntur. Pluribus modis lux intelligitur, quibus contrariæ præuaricationes possunt tenebræ nominari. Alia est enim lux quæ videtur his oculis corporeis etiam ipsa

Tom. V. — *Tom. I.* — *Cap. 4. Tom. I.* — *Lib. de Gen. imperfect. Cap. 5.*

Tom.III. Lux multiplex.

corporea, vt solis, & lunę, & stellarũ & si quid huiusmodi est, cui contrariæ sunt tenebræ cũ aliquis locus ea luce caret. Alia lux est vita sentiẽs, & valens discernere quæ per corpus ad animæ iudiciũ referuntur, id est, alba & nigra, canora & rauca, suaueolentia & putentia, dulcia & amara, calida & frigida, &c. huiusmodi. Alia est lux quæ sentitur oculis, alia quæ per oculos agitur vt sentiatur. Illa enim in corpore, hæc autem quãuis per corpus ea quæ sentit percipiat, inanimata tamen est. Huic cõtrariæ sunt tenebræ insensibilitatis quædam, vel si melius insensualitas dicitur, id est, nõ sentire, quamuis inferantur quæ sentiri possent, si esset illa vita lux, ista vnde sentitur. Neq; hoc cũ ministeria desunt corporis, sicut in cæcis aut surdis. Nam in istorũ animis est ista lux de qua nunc agimus, sed iustitia corporis desinit. Neque illo modo quo modo in silẽtio vox nõ auditur, & cũ ista lux est in anima, & assunt corporis instrumẽta, sed nihil quod sentiatur infertur. Non igitur qui his causis non sentit, caret ista luce. Sed cũ talis potẽtia non est in anima, quæ iam nec anima dici solet, sed tantũ vita, qualis perhibetur esse vitis & arboris, & quarũcunq; stirpiũ. Insensibilitatis ergo sunt tenebræ huius lucis qua quicquid sentitur, cũ ipsam vim sentiendi non habeat vita quælibet: cõuenienter autẽ hãc lucẽ dici cõcedit, quisquis cõcedit rectè dici lucẽ, qua res quæq; manifesta est. Cum autẽ dicimus. Manifestũ est hoc canorũ esse, manifestũ est hoc dulce esse, manifestum est hoc frigidũ esse, & quod forte huius generis per corporales sensus attingimus, hæc lux qua ista manifesta sunt, vtiq; in anima est, quãuis per corpus inferãtur, quæ ita sentiũtur. Tertiũ lucis genus in creaturis intelligi potest, quo ratiocinamur. Huic contrariæ tenebræ irrationabilitas, sicut sunt animæ bestiarũ. Distinguitur de tenebris. super Ioannẽ, serm. xxxiiij. Tenebræ metuendæ sunt morũ, non oculorũ: & si oculorũ, nõ exteriorũ, sed interiorũ: vnde discernitur nõ albũ & nigrũ, sed iustum & iniustũ. Lib. 50. Homil. vbi loquitur de tenebris. Vtinam tales essent tenebræ odij, quales patiuntur in carceribus inclusi. Tamẽ in talibus nemo vult esse. In his autẽ carcerũ tenebris, possunt includi & innocẽtes. In talibus enim tenebris inclusi sunt martyres. Tenebræ circũquaque fundebantur, & lux fulgebat in cordibus eorũ. In illis tenebris oculis non videbant, sed amore fraternitatis Deum videbãt. Vultis scire quales sunt istæ tenebræ de quibus dictũ est, Qui odit fratrem suum in tenebris est. Et alio loco, Qui odit fratrem suum, homicida est? Qui odit fratrem, ambulat, exit, intrat, procedit, nullis catenis oneratus, nullo carcere inclusus, reatu tamen ligatus est. Noli illum putare sine carcere esse. Carcer eius, cor eius est. Sumus nos sine Deo tenebræ. Libro soliloquiorum ad Deum, Sero te cognoui lumẽ verum. Erat autem nubes magna & tenebrosa ante oculos vanitatis meæ, ita vt videre non possem solẽ iustitiæ & lumen veritatis. Inuoluebat me tenebris filius tenebrarum. Tenebras meas amabam, quia lumẽ non co-

Homil. 40. Tom.X.

I. Ioan. 3.

Cap. 33. Tom.IX.

A gnoscebam. Cæcus eram, cæcitatem amabam, & ad tenebras ambulabã. Quis inde me eduxit, vbi eram homo cæcus in tenebris, & in vmbra mortis? Quis accepit manum meam, vt inde me educeret? Quis ille est? Tu es Deus meus misericors & miserator, pater misericordiarum & Deus totius consolationis. Non te quærebã, tu me quæsiuisti: nõ te inuocabã, tu me vocasti. Vocasti enim me nomine tuo, intonasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei. Fiat lux, & facta est lux: & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa, quæ operuerat oculos meos, & vidi lucem tuam, & cognoui vocem tuam, & dixi, Verè tu es qui deduxisti me de tenebris & vmbra mortis, & vocasti me in admirabile lumen tuũ, & ecce video. Et cõuersus sum & vidi tene-

B bras in quibus fueram, & abyssum tenebrosam in qua iacueram, & cõtremui, & expaui, & dixi, Væ tenebris meis in quibus iacui. Væ cæcitati illi in qua videre non poteram lucem cœli. Væ præteritæ ignorantiæ meæ, quãdo non agnoscebam te Domine. Gratias tibi ago liberator meus, quoniã illuminasti me & cognoui te. Sero te cognoui veritas antiqua, sero te cognoui vita æterna. Tu eras in lumine, & ego in tenebris, & non cognoscebam te: quia illuminari non poteram sine te, & non est lux extra te. Peccatores autem tenebrant tenebras suas. Super psalm. cxxxvij. Homines mali & peruersi tenebrãt tenebras suas, quas Deus non tenebrat. Cum enim peccant, vtiq; tenebræ sunt, dum non confitentur peccata sua quæ fecerunt, sed insuper defendunt, tenebrant tene-

Tom. VIII.

C bras suas. Ergo si iam peccasti, in tenebris es: sed confitendo tenebras tuas, mereberis illuminari tenebras tuas. Defendendo autẽ tenebras tuas, tenebraberis tenebris tuis. Et quando euades à duplicibus tenebris, qui in simplicibus laborabas? Vnde autem Dominus non tenebrat tenebras nostras? Quia non nos finit impunita habere peccata. Flagellat nos in istis laboribus, & erudit nos. Tota ista miseria generis humani in qua genuit mundus, noueritis fratres quia dolor medicinalis est, non sententia pœnalis. Videte quia dolor vbique, vbique metus, vbique necessitas, vbiq; labores. Crescit auaritia, sed in malis. Si ad hoc Deus talibus flagellis erudit nos, & non tenebrentur tenebræ nostræ, agnoscamus nos sub pœna flagelli esse, & benedicamus Domino miscenti

D amaritudines dulcedini vitæ temporalis, ne temporalium deliciarum delectatione cæcati, nõ desideremus delicias æternas, nec velimus finire mare, & habitare in nouissimo maris. Sæuiant igitur fluctus maris. Quanto plus sæuiunt, tanto se illa cum pennis columba suspendit. Non ergo tenebrat Deus tenebras nostras: quia miscet flagella peccatis nostris, & amaritudines prauis dulcedinibus nostris. Nos nõ tenebremus tenebras nostras, defendẽdo peccata nostra. De operibus tenebrarum. Libro de salutaribus documentis. Deponamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, vt expulsa noctis caligine, effugatísque vmbris tenebrarum, radius veri luminis

Cap. 59. Tom. IIII. Arma lucis.

minis fulgeat in cordibus nostris. In nocte non opera noctis, sed diei opera peragamus, quia filij diei appellati sumus. Neq; enim delectatione somni sensus nostri torpescant, nec vanis phātasmatibus animas nostras illudat, nec ipsa corpora stramentorum calore depressa in alto torpore quies inclinet: sed vigilando, orando, ieiunando, psallendo, cōtra diabolum aduersariū nostrum dimicemus, & magnā lucē infusam cordibus nostris sentiamus, & in nocte opera diei peragamus. Quid nobis agendū est in nocte huius sæculi caliginosa, nisi diabolū effugare, & Christū introducere? Quid agendū nobis est in huius noctis cæcitate, nisi captiuatorē captiuare, & liberatorem sequi? Quid agendum nobis est in nocte, nisi tenebras diabolicas de cordibus nostris excutere, & lumē verum haurire? Quid agendū est nobis in nocte, nisi principē omnium vitiorū à nobis expellere, & fontem omniū bonorū suscipere? Suscipiamus eum, frater charissime, suscipiamus eum, vt suscipiamur ab eo: & videamus quæ bona præparata ab eo habeamus, qui nos quotidie vocat, suscipiamus iugum eius leue, qui sarcinā peccatorum nostrorū releuat: deponamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Quid est enim deponere opera tenebrarū, nisi renuntiare diabolo, pompis & angelis eius? Et quid est nos induere arma lucis, nisi credere in Deum patrē omnipotentē, qui illuminat omnē hominem venientē in hunc mundum, qui dicit, dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis? In sermone super illud Micheæ, Indicabo tibi quid sit bonū. Nolite, inquit Apostolus, ante tēpus iudicare, &c. Nūc deprehēduntur tenebræ, tūc patebūt corda in luce. Latēt enim nunc omnia in tenebris. Suspectus est nescio quis quasi inimicus, & forte est amicus, & videtur alter quasi amicus, & est forsitan occultus inimicus. O tenebræ, Ille sæuit & amat, iste blanditur & odit: & si vocibus iudicē, tranquillū vitans in scopulū incurro. Fuge amicū ab eo inimico. Corrige ergo teipsum, & in tenebris alios iudicare noli. Libr. de symbolo legendo in aduētu Domini. Quid est deponere opera tenebrarum, nisi renuntiare diabolo, pompis & angelis eius? Et quid est induere arma lucis, nisi credere in Deum patrē omnipotentē? Ideo dicit, Lib.
Sup. cap 39. Tom. IIII. annotationum in Iob. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autē lux in Domino. In voluntate cuiusque est, vtrū tenebræ sit an lux. Sed cum tenebræ est, in seipso est, hoc est peccatis, quæ ipsius sunt propria: cum autē lux, non in seipso est, sed in Domino, à quo illuminatur. In sermone de tenebris
Ord. ser. de sanctis 45. Tom. X. damnatorum in serm. j. de martyribus. Non solæ tenebræ erunt in damnatis, non enim eis sola tollitur species qua gaudebant, sed datur etiam in æternum quod gemant. Ne contēneres enim tenebras ò quisquis es flagitiosus, qui soles propter tua malefacta, & propter lasciua adulteria non solùm tenebras nō horrere, sed quærere: qui soles plus gaudere quādo lucerna extinguitur, nō tales tenebras habebis vbi gaudeas, vbi læteris, vbi te voluptatibus carnis oblectes, non sic erunt

A ipsæ tenebræ. Sed quomodo erunt? Ibi erit fletus & stridor dentiū. Tortor sine defectu, tortus sine defectu. Nec q torquet fatigatur, nec qui torquetur moritur. Super psal. vj. Tenebræ exterio- *Tom. VII.* res, magis ad diem iudicij pertinere intelligūtur. vt penitus extra Deū sit, quisquis dum tēpus est, corrigi voluerit. Penitus autē esse extra Deū q̄d est, nisi esse in summa cæcitate? Siquidē Deus habitat lucem inaccessibilem, quo ingrediūtur quibus dicitur, Intra in gaudium Domini tui, &c.

TEMPERANTIA. Diffinitur Libr. j. de libero arbitrio. Temperantia, est af- *Cap. 13.* fectio coërcens & cohibēs appetitum *Tom. I.* ab iis rebus quæ turpiter appetuntur. Ibidem. Temperantia, est virtus quæ libidines cohibet. *Cap. eod.*

Lib. vj. musicæ. Temperātia, est actio qua sese *Cap. 15.*
B anima opitulante Deo & Domino suo, ab amore *Tom. I.* inferioris pulchritudinis extrahit debellans atq; interficiens aduersus se militantem consuetudinem suam, ea victoria triumphatura in semetipsa de potestatibus aëris huius, quibus inuidentibus & præpedire cupientibus, euolat ad suam stabilitatem & firmamentum Deum. De eius officio. Libro de moribus Ecclesiæ. Omne officium *Cap. 19.* temperantiæ, est exuere veterem hominem, & *Tom. I.* in Deo renouari, id est, contemnere omnes corporeas illecebras, laudémq; popularem, totúmque amorem ad inuisibilia & Diuina conferre.

Et ideo vt dicit psalm. cx. Præcipitur nobis ex *Tom. VIII.* lege & Prophetis, & ex ipso Euangelio, quod testimonium habet à lege & Prophetis (vnde etiā in monte inter vtranq; personam medius salua-
C tor effulsit) vt ab omnibus mundi illecebris, quibus captiui homines obliuiscuntur Deum, auiditatem nostram tanquam ieiunio temperantię refrænemus. De cuius mirabili effectu. Libro de moribus Manichæorum, cap. octauo. Quis me- *Tom. I.* liuscule imbutus & eruditus, non videat per inconuenientiam temporalis tentationis aliquod lædere, ac rursus per conuenientiam non lædere, sæpe commoda non parua conferre? Nam si scor *Venenum* pionis venenum per seipsum malum esset, ipsum *scorpij.* malum esset, ipsum eundem scorpionem magis priusque perimeret. Ac contra, si ei penitus aliquo pacto detrahatur, sine dubitatione interiret. Ergo illius corpori malum est amittere, quod nostro est malum recipere. Et illi bonum est habere id, quo nobis bonum est carere. Erit igitur ea-
D dem res & bonum & malum? Nullo modo, sed malum est quod contra naturam est: hoc enim & bestiæ illi & nobis malum est, id est, ipsa inconuenientia, quæ sine dubio non est substantia, imo est inimica substantiæ, &c.

TEMPESTAS. Super psal. liiij. Turbat *Tom. VIII.* te tempestas mundi, alloquatur te Christus intus, & dicat tibi, Me attēde quid pertulerim. Fratrē malum fortè pateris, aut inimicum forinsecus pateris. Quos non passus sum? Fremebant forinsecus Iudæi. Intrinsecus discipulus tradebat. Sæuit igitur tēpestas, & turbatur cor tuum. Et merito, quia excidit tibi in quem credideris. Intolerabiliter pateris, quia nō tibi venit in

men

A mentem quid pro te pertulit Christus. Cum autẽ pleno corde intuitus fueris quid ille fuerit passus, nonne æquo animo & tu tolerabis? Et fortasse gaudes quia inuentus es in aliqua similitudine passionum regis tui, &c.

TEMPLVM. De tẽplo Dei quod est militans Ecclesia. Super psal. Nũquid illi qui voluerunt facere domum Dei speluncam latronum, fecerunt vt rueret templũ? Sic & illi qui malè viuunt in Ecclesia catholica, quantum in eis est, domum Dei volunt facere speluncam latronum. Nec ideo tamen euertunt templũ Dei: veniet enim tempus quando in vindictã peccatorum suorum foras mittantur. De ædificationibus materialis templi, loquitur in serm. vij. de dedicatione Ecclesiæ. Retribuet Dominus fidelibus suis tam piè, tam hilariter, tam deuotè, ista
B operantibus, vt eos quoque ipsos in suæ fabricæ constitutione componat, quò currunt lapides viui, fide formati, spe solidati, charitate compacti. Vbi sapiẽs ille architectus Apostolus fundamentum posuit Christum Iesum summum ipsum lapidem angularem, sicut & Petrus de Prophetica scriptura commemorat: ab hominibus quidẽ reprobatũ, à Deo autẽ electũ & honorificatũ. Huic adhærendo pacamur, huic incũbendo firmamur. Simul enim est & fundamentũ, quia ipse nos regit: & angularis, quia ipse cõiungit. Ipse enim est petra, supra quam vir sapiens ædificans domũ suã, contra omnes huius sæculi tentationes tutissimus perseuerat. Nec pluuia irruente illabitur, nec flumine inundãte subuertitur, nec vẽtis flãtibu commouetur. Ipse est pax nostra qui fecit vtrũq; vnũ.
C Itaq; sicut hoc ædificiũ visibile factum est nobis corporaliter cõgregandis, ita illud ædificiũ, quod nos ipsi sumus, Deo spiritualiter inhabitatori construitur. Templum enim Dei sanctum est, inquit Apostolus, quod estis vos. Et infra. In ædificatione labor est, in dedicatiõe lætitia est. Dum cæduntur de montibus lapides, & ligna de syluis, dum formãtur, dolantur, coaptãtur, labor & cura est. Cum autẽ perfecti ædificij dedicatio celebratur, gaudiũ & securitas laboribus curisq; succedunt. Sic etiam ædificatio spiritualis: cuius habitator Deus, nõ ad tẽpus, sed in æternũ erit. Dum ex infideli vita homines segregantur ad fidem, dum quicquid nõ bonũ atq; peruersum est amputatur & cæditur, dum fiunt aptæ iuncturæ, quãtæ tentationes timẽtur, quantæ tribulationes sustinentur?
D Cũ verò adueniet dies dedicationis domus æternæ, cũ dicetur nobis, Venite benedicti patris mei percipite regnũ quod paratum vobis est ab initio mũdi. Quæ illa exultatio, quæ securitas erit? Cantabit charitas, nec compungetur infirmitas. Cum ostendet seipsum nobis qui nos dilexit, & tradidit semetipsum pro nobis. Et infra. Omnia facite sine murmuratione: & tanquã lapides viui coædificamini in templũ Dei, & tanquã ligna imputribilia de vobis ipsis facite domũ Dei. Cõquadramini, dolamini, in laboribus, in necessitatibus, in vigiliis, in ieiuniis, ad omne opus bonũ paramini: vt in æterna vita velut cõpage in societate Angelorum requiescere mereamini. Et infra. Fidei ac spei domum spirituali dilectione construite in omni opere bono. Fundamenta ergo in cordibus vestris Apostolica & Prophetica monita iacite, humilitatem vestram sicut pauimentũ sine offensione prosternite: salũtarem in corde vestro doctrinã orationibus & sermonibus, tanquã firmis parietibus communite, Diuinis eos testimoniis tanquã luminaribus illustrate, & infirmos sicut colũnæ sufferte, inopes sicut tecta protegite, vt Dominus Deus noster pro temporalibus bonis æterna restituat, & vos in ęternũ perfectos dedicatósq; possideat. In cõmunibus sermonibus, serm. xv. Arbitror esse templum Dei ex lapidibus viuis constructam Ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea, nõ sicut docet, spiritualiter viuentes, sed secundũ carnem militantes: qui & domũ Dei domum orationis, constructam de lapidibus viuis, faciunt speluncam latronum. Sed spelũcam latronum per actus suos nõ Dei Ecclesia dignos. Qui enim considerat in multis Ecclesiis talium Christianorum peccata, qui arbitrãtur quæstum esse pietatem, & cum deberent de cura viuere secundũ quod viuere decet seruos Dei, non faciũt, sed diuitias & multas possessiones acquirunt: non dicit speluncã latronum esse factam sub illis Ecclesiam? Vt rectè Christus dicat ad eos propter dissipationem Ecclesiæ suæ. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descẽdo, &c? De templo Dei quod sumus nos. Super psal. xlix. Quia nos sumus templum Dei, ideo ara Dei est anima nostra, vbi sacrificium imponimus. Ideo super psal. lxiiij. *Tom. VIII.*
Sanctum est templum tuum mirabile in iustitia tua. Ista sunt bona domus Dei. Non dicit, Templum tuum sanctum mirabile in columnis, mirabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis, sed mirabile in iustitia. Libro de natura & gratia. *Cap. 64.* Allegat Sixtum Papam. Sed hoc corrigit. Lib. ij. *Tom. VII.* retractationum. Libertatem arbitrij sui permisit *Cap. 42.* hominibus Deus, vt purè & sine peccato viuentes, similes fiant Deo. Et subdit infra allegãdo *Tom. I.* eum. Templum sanctum est Deo mens pura, & altare optimum est cor mũdum & sine peccato. *Eod. cap. lib. de nat. & gratia.*

Eodem Libro allegat Hieronymum. Mundus mundo corde conspicitur, templum Dei non potest esse pollutum: hoc vtique agitur in nobis conando, laborando, orando, impetrando, vt ad illã perfectionem in qua possimus Deũ mundo corde conspicere eius gratia perducamur per Dominum nostrum Iesum Christum. Lib. j. de verbis Domini, sermon. xvj. Nemo se fallat, & dicat, Templum Dei animus meus est, nõ corpus meũ. Apostoli est sententia. Nescitis, inquit, quod corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti, quem habetis à Deo? Contẽnebas corporale peccatum, contẽnas quod peccas in templum ipsum corpus tuum, templum in te est spiritus Dei. Iam vide quid facias de templo Dei. Si eligeres in Ecclesia facere adulterium, intra istos parietes, quid te esset sceleratius? Modo autem tuipse es templum Dei, templum intras, templum eris, templũ in domo tua manes, templum surgis. Vide quid agas, *Cap. 65.* *Tom. X. I. Cw. 6.*

agas, vide ne offendas templi habitatorem, ne deserat te, & in ruinam vertaris. Sed si contemnis corpus tuum, considera pretium tuũ. Nam postquam Apostolus dixit, Nescitis quod corpora vestra &c. subdit, Et nõ estis vestri: Empti enim estis pretio magno. Sed de templo Dei quod est triumphans Ecclesia. In Enchiridion. Deo est templum suum, & conditori ciuitas sua. Quæ tota hic accipienda est, nõ solùm ex parte qua peregrinatur in terris à solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini, & post captiuitatem vetustatis cantans canticum nouum: verùetiam ex illa quæ in cœlis semper, ex quo condita est, cohæsit Deo, nec vllum malum sui casus experta est. Hæc in sanctis Angelis beata persistit, & suæ parti peregrinanti sicut oportet opitulatur: quia vtraq; vna erit consortio æternitatis, & nunc vna est vinculo charitatis, quæ tota instituta est ad colendum Deum vnum. Vnde nec tota, nec vlla pars eius vult se coli pro Deo, nec cuiquam esse Deus pertinenti ad templum Dei, quod ædificatur ex diis, quos facit non factus Deus. Ac per hoc spiritus sanctus si creatura non creator esset, profecto creatura rationalis esset. Ipse enim esset summa creatura, & ideo in regula fidei non poneretur ante Ecclesiam, quia & ipse ad Ecclesiam pertineret in illa eius parte quæ in cœlis est. Nec haberet templum, sed etiam ipse templum esset. Templum enim habet de quo dicit Apost. Nescitis quia corpora vestra tẽplum sunt spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo? De quibus alio loco dicit, Nescitis quoniã corpora vestra membra sunt Christi? Quomodo ergo Deus non est, qui templum habet? Neque enim aliud templum eius, aliud templum Dei est, cum idem dicat Aposto. Nescitis quia templum Dei estis? Quod vt probaret adiecit, Et spiritus Dei habitat in vobis. Deus ergo habitat in templo suo, nõ solùm spiritus sanctus, sed etiam pater & filius, qui etiam de corpore suo, per quod factus est caput Ecclesiæ, quæ in hominibus est, vt sit in omnibus ipse primatum tenens, ait, Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Templum ergo Dei, hoc est totius summæ illius Trinitatis, sancta Ecclesia est, scilicet vniuersa in cœlo & in terra. Sed de illa quæ in cœlo est, affirmare quid possumus, nisi quod nullus in ea malus est, nec quisquam deinceps inde de illa cecidit, aut casurus est, ex quo Deus angelis peccantibus non pepercit? &c.

(Margin: Cap.56. Tom.III. — 1.Cor.6. — 1.Cor.6. — 1.Cor.3. — Ioan.2. — 2.Pet.2.)

TEMPVS. Quid sit tempus secundũ quorũdam opinionem. Lib. xj. confess. Audiui à quodã homine docto, quod solis & lunæ ac syderum motus, ipsi sunt tempora: & non annui. Cur enim potius non omnium corporum motus sint tempora? An verò si cessarent cœli lumina, & moueretur rota figuli, non esset tempus quo metiremur eos gyros, & diceremus aut æqualibus morulis agi, aut si aliàs tardius, aliàs velocius moueretur, alios magis diuturnos esse, alios minus? Aut cũ hoc diceremus, non & nos in tempore loqueremur? Quid sit

(Margin: Cap.23. Tom.I.)

A tempus secundum eum, & secundum veritatem. Ibid. Nemo mihi dicat cœlestiũ corporum motus esse tempora, quia & cuiusdã voto cũ sol stetisset, vt victor Iosue præliũ perageret, sol stabat, sed tempus ibat. Per suũ quippe spatium temporis, quod ei sufficeret, illa pugna gesta atque finita est. Video igitur tempus quandã esse distensionem: quia cũ mouetur corpus, tempore metior, & quandiu mouetur, & ex quo moueri incœpit, & donec desinat. Ibid. infra. Si corpus aliquando mouetur, aliquando stat, nõ solùm motũ eius, sed etiã statum tempore metimur: & dicimus tantum stetit, quantum motum est, aut duplo vel triplo stetit ad id quod motum est, et si quid aliud nostra dimensio, siue cõprehenderit, siue existimarit, vt dici solet, plus minus. Non est ergo tempus corporis motus.

(Margin: Cap. eod. inf. — Cap.24.)

B Lib. xij. de ciuit. Dei, ca. xv. Istę diuisiones tẽporaliũ spatiorum, quæ vsitatè ac ꝓpriè dicũtur tẽpora, manifestũ est quod à motu syderum cœperunt: Vnde & Deus cũ hoc institueret dixit, Sint in signa &c. Sed in aliquo mutabili motu, cuius aliud anterius præterierit, aliud posterius successerit, eo quod simul esse nõ possunt. Vnde tempus cœpit à motu creaturarum. Lib. v. super Gen. Frustra ante creaturã tempora requiruntur: quasi possint ante inueniri tẽpora. Motus enim si nullus esset vel spiritualis vel corporalis creaturæ, quo per præsens præteritis futura succederent, nullum esset tẽpus omnino. Moueri autẽ creatura vtiq; nõ posset, si nõ esset. Potius ergo tempus à creatura, quam creatura cœpit à tẽpore, vtrũque autẽ ex Deo. Ex ipso e-

(Margin: Tom.V. — Cap.5. Tom.III.)

C nim, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Nec sic accipiatur quod dictum est, Tempus à creatura cœpit, quasi tempus creatura non sit, cũ sit creaturæ motus ex alio in aliud, consequentibus rebus secundum administrationẽ administrantis Dei cuncta quæ creauit. Ideo ad creaturæ mẽsuram mensuratur. Libro confess. Non dicimus tempus futurum longum, sed futurum longum, quia longa expectatio futuri. Nec præteritum longum, sed longum præteritum, quia præteriti longa memoria est. Nec præsens dicitur longum, quia in præteritum transit. Temporum creator Deus est. Lib. iiij. super Gen. Nulla tẽpora sunt vel esse potuerunt, quorũ Deus non sit creator. Ideo lib. de vera innoc. Id quod in tempore nouum est, non est nouum apud Deũ,

(Margin: Li.xi. Cap.28. Tom.I. — Cap.40. Tom.III.)

D qui condidit tẽpora, & sine tẽpore habet omnia quæ suis quibuscunque tẽporibus, pro eorũ varietate distribuit. Eod. lib. c. xlj. Mutabiliũ omnium disputationẽ, immutabilis ratio cõtinet, vbi sine tẽpore simul sunt quæ in temporibus nõ simul fiunt. In eo. c. lvij. Ordo tẽporũ in æterna Dei sapiẽtia sine tẽpore est, nec aliqua sunt apud illũ noua, qui fecit quæ sunt futura. Lib. annot. in Iob, super ca. xxxv. Tẽpora huius sæculi sub certis potestatibus sunt ordinata: quia nec in ista erroris nocte relinquet hominẽ sine custodia, qui fecit eũ. Vnde ante tẽpora Deus. Lib. cõfess. xj. Ante cœlũ & terrã nõ erat tẽpus: sed tu Deus, qui hæc fecisti, præcessisti omnia tempora.

(Margin: Cap.57. — Tom. IIII. — Cap.13. Tom.I.)

Præcedis enim omnia præterita, celsitudine semper præsentis æternitatis, & superas omnia futura: quia illa futura sunt, & cũ venerint, præterita erũt: tu autẽ idẽ ipse es, & anni tui nõ deficiẽt. In dialogo ad Orosiũ. Deus est qui instituit tẽpora, & est ante tẽpus. Nihil in eo est præteritũ vel futurũ, nullũ consiliũ nouũ, nulla noua cogitatio.

Tom. IIII.

Probat hoc, lib. xj. de ciuit. Dei, cap. vj. Si enim rectè discernũtur æternitas & tẽpus quod, tẽpus sine aliqua mobili mutabilitate nõ est, in æternitate autẽ nulla mutatio est, quis non videat quod tempora non fuissent, nisi creatura fieret, quæ aliquid aliqua motione mutaret: cuius mutationis & motionis cũ aliud atque aliud, quæ simul esse non possunt, cedit atque succedit, in breuioribus vel productioribus morarũ interuallis tẽpus sequeretur? Cum igitur Deus, in cuius æternitate nulla est omnino mutatio, creator sit tẽporum & ordinator, quomodo dicatur post temporũ spatia mũdũ creasse, nõ video: nisi dicatur ante mundum aliquã iam fuisse creaturã, cuius motibus tẽpora curreret. Porro si literæ sacræ maximéq; veraces ita dicũt, in principio fecisse Deũ cœlum & terrã, vt nihil antea intelligatur fecisse, quia hoc potius in principio fecisse diceretur, si quid fecisset ante cætera cũcta quæ fecit: proculdubio non est mundus factus in tẽpore, sed cũ tẽpore. Quod enim fit in tẽpore, & post aliquod fit, & ante aliquod tẽpus: post id quod prẹteritũ est, ante id qđ futurum est. Nullũ autẽ ante mũdum posset esse præteritum, quia nulla erat creatura cuius mutabilibus motibus ageretur. Cũ tẽpore autẽ factus est mundus, si in eius cõditione factus est mutabilis motus, sicut videtur se habere etiam ordo ille primorũ sex vel septẽ dierum, in quibus mane & vespera nominãtur, donec omnia quæ his diebus Deus fecit sexto perficiãtur die, septimóq; in magno mysterio Domini vacatio cõmẽdetur. Qui dies cuiusmodi sunt, aut perdifficile nobis, aut etiam impossibile est cogitare, quãto magis dicere? Videmus qppe istos notos dies nõ habere vesperã, nisi de solis occasu: nec mane, nisi de solis ortu. Illorũ autẽ priorũ tres dies sine sole peracti sunt, qui quarto die factus refertur. Et ideo de Christo qđ nõ subditur tẽpori, super Ioã. Ab illo omne tẽpus est dispositũ q̃ tẽpori subditus nõ est: quoniã quæ futura erãt per singula tẽpora, in Dei sapiẽtia causas efficientes habet, in qua nulla sunt tẽpora. Nõ ergo credatur hæc hora fato vrgẽte venisse, sed Deo potius ordinãte. Nec ei sydrea necessitas Christi cõnexuit passionẽ: absit enim sydera mori cogerent syderũ cõditorẽ. Non itaque Christũ tẽpus vt moreretur impegit, sed tẽpus Christus quo moreretur elegit, qui etiã tẽpus quo de virgine natus est cũ patre cõstituit, de quo sine tẽpore natus est. Secundũ quã veram siquidem doctrinã, Apost. Paulus ait, Cũ venit plenitudo tẽporis, misit Deus filiũ suum. Quia vt dicit eod. lib. Præteritũ & futurũ inuenio in omni motu rerũ: in veritate quæ manet, præteritũ & futurũ nõ inuenio, sed solũ præsens: & hoc incorruptibiliter, quod in creatura nõ est. Discute re-

Tom. V. — *Temporis & tẽporalis vnũ esse principium.* — *Cap. 7.* — *Tract. 104. Tom. IX.* — *Gal. 4.* — *Tract. 38.*

A rum mutationes, inuenies, fuit & erit: Deũ cogita, inuenies, est. Differt tẽpus ab æterno. Lib. lxxxiij. quæst. Inter æternũ, & tẽpus hoc distat: quia illud stabile est, tẽpus autẽ mutabile. De partibus autẽ tẽporis. Lib. xj. cõfess. Quia futura nõ sunt, nec præterita. Nec propriè dicitur, tẽpora sunt tria, præsens, præteritũ, & futurũ: sed fortasse, ꝓpriè diceretur, tẽpora sunt tria, præsens de præteritis, præsens de præsentibus, præsens de futuris. Sũt enim hæc in anima tria quædã, & alibi ea nõ video. Præsens de præteritis memoria, præsens de præsentibus contuitus, præsens de futuris expectatio. Sup Ioã. ser. xxxvij. In omnibus actibus & motibus nostris, & in omni prorsus agitatione creaturę, duo tẽpora inuenio, prẹteritũ et futurũ. Præsens quæro, nihil stat. Quod dixi, iam B nõ est: quod victurus sum, adhuc nõ est. Quod feci, iam nõ est: quod facturus sum, nõdũ est. Quod vixi, iã nõ est: quod victurus sum nõdũ est. Prẹteritũ & futurũ inuenio in omni motu rerũ: in veritate quæ manet, præteritũ & futurũ nõ inuenio, sed solũ præsens, & hoc incorruptibiliter, quod in creatura nõ est. Discute rerũ mutationes, inuenies fuit & erit: cogita Deũ, inuenies est, vbi fuit & erit esse nõ potest. Mysticè de tẽporibus quo ad statũ fideliũ. Lib. lxxxiij. quæst. In toto sęculo generis humani primũ tẽpus est ante legẽ: secundũ, sub lege: & tertiũ sub gratia. Quartum, adhuc restat, quo ad plenissimã pacẽ Hierusalem cœlestẽ venturi sumus: quo tẽdit quicũq; rectè credit in Christũ. In eod. quæst. lxvj. Prima est actio ante legẽ, secũda sub lege, tertia sub gratia, quarta C ĩ pace. Ante legẽ actio est, cũ peccatũ ignoramus, sequimur carnales cõcupiscẽtias. Sub lege est actio, cũ iã ꝓhibemur à peccato, & tamẽ eius consuetudine victi, peccamus: q̃a nos nõdũ adiuuat fides. Tertia actio, quãdo iã plenissimè credimus liberatori, nec meritis nostris aliquid tribuimus, sed eius misericordiã diligẽdo, nõ iam vincimur delectatione cõsuetudinis malæ, cũ ad peccãdum nos ducere nititur: sed tamẽ adhuc eã interpellãtẽ patimur, quãuis ei nõ tradamur. Quarta est actio, cũ omnino nihil est in homine quod resistat spiritui, sed omnia sibimet cõcorditer iũcta & cõnexa, vnũ aliquid firma pace custodiũt. Qđ fiet mortali corpore viuificato, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ. Super Epist. ad Rom. Quatuor D gradus hominis distinguimus. Ante legẽ, sequimur cõcupiscẽtiã carnis. Sub lege, trahimur cum ea. Sub gratia, nec sequimur eam, nec trahimur ab ea. In pace, nulla est cõcupiscẽtia carnis. Ante legẽ ergo nõ pugnamus, q̃a nõ solũ cõcupiscimus, & peccamus, sed etiã approbamus peccata. Sub lege pugnamus, sed vincimur: fatemur enim mala quæ facimus, & fatẽdo mala, vtique nolumus facere: sed quia nõdũ est gratia, superamur. Gratia verò efficit, vt nõ tãtũ velimus rectè facere, sed etiã possimus: nõ viribus nostris, sed liberatoris auxilio, q̃ nobis etiã perfectã pacẽ in resurrectione tribuet, quæ pax perfecta bonã volũtatẽ cõsequitur. Gloria enim est in excelsis Deo, & in terra pax

Tom. IIII. — *Cap. 20. Tom. I. Differentia tẽporũ quomodo nominanda.* — *Tract. 38. Tom. IX.* — *Tom. IIII.* — *Prop. 13. Tom. IIII.*

pax hominibus bonæ voluntatis. Mysticè verò de partibus diurni tēporis. Lib. de vera innoc. Vigor fidei Christianę tribus tēporibus initiatur, vespere, mane, & meridie. Vespere enim Dominus in cruce: mane, in resurrectione: meridie, in ascēsione. Vnū, ad patiētiā occisi: aliud, ad vitā resuscitati: tertiū, ad gloriā pertinet maiestatis in patris dextera cōsidētis. Tēporū spatiū mēsuratur secūdū ea quæ tēpore fiunt. Ideo eod. lib. Omne tēpus malorū pusillū est. Quid enim tā exiguum est, quā id quod in hoc tēdit vt nō sit? Vnde vj. libro musicæ. Nō sicut æterna tēporalibus, ita ea quæ diutius abolentur iis quæ breuiore tempore transeunt præferenda sunt. Quia & sanitas vnius diei pfectior & melior est, quā imbecillitas multorum dierū. Etsi optāda optādis cōparemus, melior est vnius diei lectio, quā pluriū scriptio, si eadem res vno die legatur, quæ pluribus scribitur.

Cap.303. Tom.III. Cap.94. Malitia, breuis. Cap.4. Tom.I.

Sed q̄d sit tēpus redimere. Lib. v. homil. homi. j. Redimere tempus, est cū opus est etiā detrimēto corporaliū cōmodorū, ad æterna quærēda & capessenda spatia tēporis cōparare. Vnde & Deus præcepit dicēs, Si q̄s voluerit iudicio tecū cōtendere & tunicā tuā tollere, dimitte illi & pallium, vt, scilicet, amissa re aliqua tēporali, impendas ad quietē, quod eras impēsurus ad litē. In eod. lib. Redimere tēpus, hoc est, quādo aliquis tibi litem ingerit, perde aliq̄d, vt Deo vaces, nō litibus. Ex eo quod perdis, pretiū est tēporis. Certè quādo ꝓ tuis necessitatibus procedis ad locū publicū, das nūmos, & emis tibi panē & vinū, aut oleū, aut lignū, aut vestē, aut supellectilē, aut quodcūq; tibi opus est. Das & accipis: & aliq̄d amittis, aliq̄d accipis: hoc est emere. Nā si nihil amittis, & habeas quod nō habebas, aut inuenisti, aut donatū accepisti, aut hæreditatē acquisisti: Quādo aliquid amittis vt aliquid habeas, tūc emis. Quod habes, emptū est: qđ amittis, pretiū est. Quomodo perdis nūmos, vt emas tibi panes: sic perde nūmos, vt emas tibi quietē. Et hoc est tēpus redimere, vt habeas tēpus quietum, perdere aliquid. Audi ꝓuerbium antiquum vtile & necessariū. Pestilētia ante ostiū, venit, & nūmū quærit. Duos da illi, & ducat se. Pestilētia, est homo malus, q̄ te vult per calumniā expoliare. Pestilentia, est homo calūniator, ꝓditor. Iste talis sic est, quomodo pustula mala in corpore. Sicut enim quādo pustulā incurrit homo, desiderat vt citò spōdylū faciat, & optat, vt sine aliqua mora ipsa mala pustula aliquā pustulā tollat de corpore, & cū ipsa discedat, ne venenū ipsius totum corpus occupet & animā petat: ita etiā quādo iniquus & malus homo qui nō vult nisi litibus vacare, aliquā calumniā facit, puta illum esse pustulā malā, & acquiesce vt qualēcunque particulā de substātia tua perdas, nedum te nimium litigādo occupas, quietum cor habere & Deo vacare nō possis. Nūquid nō supradictū prouerbium de Euangelio videtur natum, quando Dominus ait, Si quis vult in iudicio contēdere, & tunicā tuā tollere, dimitte illi & palliū? Auocare te habet homo litibus à Deo tuo, nō habebis quietum cor, non habebis tranquillum animum.

Tom.X. Homil.10. Redimere tempus.

Euerteris cogitationibus tuis, irritaris aduersus ipsum aduersarium tuum. Ecce tēpus perdidisti. Quanto melius nummū amitteres, & si tēpus redimeres? Causa amissionis. Lib. de vera relig. Nōnulli peruersi magis amāt versum, quā ipsam artem qua conficitur versus: quia plus se auribus quam intelligentię dederunt: ita multi tēporalia diligunt, conditricē verò ac moderatricem temporum Diuinā prouidentiā, nō requirunt, atque in ipsa dilectione temporalium nolunt transire quoque amant: & tam sunt absurdi, quam si quisquam in recitatione pręclari carminis vnā aliquā syllabā solā perpetuo vellēt audire: sed tales auditores carminum non inueniuntur, talibus autem rerum ęstimatoribus plena sunt omnia: propterea quia nemo est qui nō facilè, nō modo totū versum, sed etiā totum carmen possit audire: totum autem ordinē sæculorum sentire nullus hominū potest. Huc accedit quod carminis nō sumus partes, sæculorū partes verò dānatione facti sumus. Illud ergo canitur sub iudicio nostro, ista peragūtur de labore nostro. Nulli autē victo ludi agonistici placent, sed tamen cū eius dedecore decori sunt. Et hæc enim quædā imitatio veritatis est. Nec ob aliud à talibus prohibemur spectaculis, nisi vmbris rerum decepti, à rebus quarū vmbræ sunt oberremus. Ita vniuersitatis huius conditio atque administratio solis impiis animis dānatísque nō placet, sed etiā animalibus sanctis cū miseria earū, multísque in terra victricibus quę vel in cœlo sine periculo spectātibus placet: nihil enim iustum displicet iusto. Quocirca cum anima omnis rationalis vt peccatis suis misera sit, aut rectè factis beata, omnis autē irrationalis aut cedat potentiori, aut pereat meliori, aut cōparetur æquali, aut certamen exerceat, aut damnato noceat, & omne corpus suę animæ seruiat, quātum pro eius meritis & pro rerum ordine sinitur, nullum malum est naturæ vniuersæ, sed sua cuique culpa fit malum. Porro cum anima per Dei gratiā regenerata & in integrum restituta, & illi subdita vni à quo est creata, instaurato etiā corpore in pristinam firmitatē, nō cum mūdo possideri, sed mundum possidere cœperit, nullum ei malum erit: q̄a ista infima pulchritudo tēporalium vicissitudinum, quæ cum ipsa peragebatur, sub ipsa peragetur, & erit, sicut scriptum est, Cœlum nouum & terra noua, nō in parte laborantibus animis, sed in vniuersitate regnātibus. Omnia enim nostra, inquit Aposto. Nos autē Christi, Christus autem Dei. In Epist. ad catholicos cōtra Donatistas. Ideo talia nō dicimus, ne tēpus rebus necessariis vtile, in rebus non necessariis conteramus &c.

Cap.22. Tom.I.

TEMPORALIA. Distribuit tēporalia Deus bonis & malis. Super Psalm. lxvj. Permixta ista tēporalia bonis & malis Deus esse noluit, q̄a si solis bonis ea daret, putarēt mali ꝓpter hoc colendū Deum. Rursus si ea solis malis daret, timerēt boni infirmi cōuerti, ne ista illis fortè deessent. Ergo si solis bonis darentur ista, oēs propter hæc accipiēda vellent cōuerti ad Deū. Rursus si solis malis darentur, timerent in-

Tom.VIII.

firmi ne cũ cõuerterentur, amitterent quod soli
mali haberẽt. Permixtè data sunt & bonis & ma
lis. Rursus si solis bonis auferrẽtur, idẽ ille timor
esset infirmorum, nec conuerterentur ad Deum.
Temporaria bona cur dẽtur bonis & malis, vel auferantur. Rursus si solis malis auferrẽtur, ipsa sola putare-
tur pœna, qua mali plectuntur. Quod ergo dat ea
bonis, consolatur itinerãtes: quod dat ea & malis,
admonet bonos vt alia desiderent, quæ nõ habẽt
cum malis cõmunia. Rursus bonis aufert ea quã-
do vult, vt interrogent se de viribus suis: & inue-
niant se, qui fortè latebãt se, vtrũ iam possint di-
cere, Dominus dedit, Dominus abstulit &c. Sub-
Iob. 1. traxit data, sed nõ subtraxit datorem. Omnis ani
ma benedicta simplex, non hærẽs rebus terrenis,
nec visco implicatis pennis iacens, sed exerto ni-
tore virtutũ in geminis alis geminæ dilectionis
exultat in auras liberas: & videt sibi subtractum
esse quod calcabat, non vbi incumbebat, & dicit
secura, Dominus dedit, Dominus abstulit, sit no-
men eius benedictũ. Ad hoc ergo ista auferuntur
bonis. Sed ne fortè quis infirmus diceret, quando
ego esse possem tantæ virtutis vt Iob? Robur mi
raris arboris quæ modo nata est? Hęc magna quã
modo mireris, sub cuius ramis & vmbra refrige-
raris, virga fuit. Sed times ne tibi auferantur hæc
cum talis fueris, attẽde quia auferuntur & malis.
Quid te ergo differs à cõuersione? Quod bonus
times amittere, fortè malus amissurus es. Si bonus
ea perdideris, adest consolator qui abstulit. Arca
exinanita est auro, cor plenum est fide. Pauper es
foris, sed intus diues es. Diuitias tecũ portas, quas
non amitteres etiãsi de naufragio nudus exires.
Quod ergo fortè perditurus es malus, cur nõ bo-
num te inuenit damnũ, quãdoquidẽ vides & ma-
los pati dãnum? Sed maiore illi damno feriũtur.
Inanis est domus, inanior est conscientia. Quis-
quis malus ista perdiderit: non habet foris quod
teneat, nõ habet intus vbi requiescat. Dedit tibi
Deus non extollaris: abstulit tibi, non fatigeris.
Times ne auferat, potest auferre & malo. Melius
ergo bonus quod Dei est amittis, si Deum tenes.
Tom. II. Epist. 70. In Episto. ad Bonifa. comitem. Sic vtaris hoc
mundo tanquã non vtens, vt ex bonis eius bona
facias, non malus fias: quia & ipsa bona sunt, nec
dantur ab hominibus nisi ab illo qui habet om-
nium cœlestium & terrestrium potestatẽ. Sed ne
putentur mala, dantur & bonis: itémq; auferun-
tur ista & bonis, vt probentur: & malis, vt cruciẽ-
tur. Quis enim nesciat, quis ita sit stultus, vt nõ vi
deat quod salus huius mortalis corporis, & mẽ-
brorum corruptibiliũ virtus, & victoria de ho-
minibus inimicis, & honor atque potentia tẽpo-
ralis, & cætera ista bona terrena, & bonis dentur
& malis, & bonis auferentur & malis? Salus verò
animę cũ immortalitate corporis, virtúsque iusti
tię, & victoria de cupiditatibus inimicis, & gloria
& honor & pax in æterna vita non dãtur nisi bo
nis. Ideo si desipit, nõ est dolendũ. Super Psal.
Tom. VIII. lxxij. In nomine Christi & in timore eius exhor
tor vos, vt quicũque ista tẽporalia non habetis,
non cupiatis: quicunque habetis, nõ in eis præsu-
matis. Ecce dixi vobis, nõ dico dãnamini, q̃a ha-

A betis. sed dãnamini si de talibus præsumatis. Si de
talibus præsumatis, si propter talia magni vobis
videamini, si propter talia pauperes nõ agnosca-
tis, si generis humani cõmunẽ cõditionẽ propter
excellentẽ vanitatem obliuiscamini. Tunc enim
Deus necesse est retribuat in nouissimo die, & in
ciuitate sua imaginem taliũ ad nihilum redigat.
Nõ prosunt morięti. Lib. de salutaribus docu- *Cap. 8.*
mẽtis. Semper ante oculos cordis tene, quod nec *Tom. IIII.*
amicorũ turba, nec familiæ multitudo, nec auri
argentique congestio, nec gẽmarũ lapilli fulgen-
tes, nec vindemiarum vbertas, nec densitas sege-
tum, nec iucunditas extensa pratorũ, possunt ani
mæ à corpore exeunti vllum auferre præsidium,
sed plus lugẽt qui ea plus diligũt. Ideo diligẽdus
est verus amicus Dominus noster Iesus Christus,
B qui præsentem fœlicitatem nobis dedit, & æter-
nã tribuet beatitudinẽ. Sed de iusto eorũ do- *Tom. II.*
minio. In Epistola ad Probã. In temporalibus bo *Epist. 121.*
nis sufficientia nõ debet appeti propter seipsam, *cap. 6.*
sed propter salutem corporis & congruentẽ ha-
bitum personæ hominis, quo habitu nõ sit incon
ueniens eis cũ quibus honestè officioséque viuẽ-
dum est. Et subdit. Ipsa sufficientia, & ipsa in- *Cap. 7.*
columitas, vel propria, vel amicorum, quandiu
tẽporalis est, pro æternæ vitæ adeptione abiicien
da est: quanquã fortasse corpus, animus verò nul
lo modo sanus existimandus est, qui non tempo-
ralibus æterna præponit. Vnde super Ioannẽ. *Tract. 10.*
Quid prodest acquirere in hoc sæculo aliquod *Tom. IX.*
temporale & transitorium, siue sit voluptas ven-
tris & gutturis, siue sit honor in laude humana?
C Nonne omnia fumus & ventus. Nonne omnia
transeunt & decurrunt? Et væ iis qui inhęserunt
transeuntibus, quia simul transeunt. Nõne o-
mnia vt fluuius præceps currens in mare? Et væ
ei qui ceciderit, quia in mare trahetur. Ergo te-
nere debemus omnes affectus à talibus cõcupiscẽ
tiis. Sed vt dicit lib. vj. musicæ. Amor tempo- *Tom. I.*
ralis & temporaliũ rerum non expugnatur, nisi
aliqua suauitate æternorũ. Nõ tamen dicitur
temporalia spiritualia impedire. Lib. de doctrina *Lib. 1. Cap. 34.*
Christiana. Nulla res nos tenere debet, quãdo nec *Tom. III.*
ipse Dominus inquantũ via nostra dignatus est es
se, tenere nos voluerit, sed trãsire, ne rebus tempo
ralibus quãuis ab illo pro salute nostra susceptis
& gestis hæreamus infirmiter, sed per eas potius
curramus alacriter: vt ad eumipsum qui nostram
D naturam à temporalibus liberauit & collocauit
ad dexteram patris, prouehi atque peruenire me-
reamur. Propterea dicit in Epist. ad Largum. *Tom. II. Epist. 203.*
Si inexperta concupisti, experta cõtẽnas. Fallax
est enim in eis insuauitas etiã & infructuosus la-
bor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas.
Initium siue prudentia & finis cum pœnitentia.
Ita se habent omnia quæ in ista mortalitatis ærũ-
na cupidius quàm prudentius appetuntur. Alia
autem spes piorum, alius laboris fructus, alia pe-
riculorum merces. Nam in hoc mundo non time-
re, non dolere, non laborare, non periclitari, im-
possibile est. Sed plurimum interest qua causa,
qua expectatione, quo termino ista patiantur.
Ego

Ego quidem cum amatores sęculi huius intueor, nescio quādo posit esse ad eorum animos sanandos sapientia opportuna: quando enim res velut prosperas habent, fastu respuunt salubres monitus, & quasi anilem reputant cantilenam: quando autem in aduersis agunt, magis cogitant euadere, vnde ad præsens anguntur, quàm capere vnde curentur, &c.

Tom.II. Epist.146. TENTATIO. Tentationis nomē plura habet significata. In Episto. ad Consentium de aduentu Domini. Vocabulum tentationis diuersas intelligentias habet, eò quòd alia sit tentatio deceptionis, alia probationis: secundum illam non intelligitur qui tentat, nisi diabolus: secundū hāc verò tentat nos Deus.

In sermone de Abrahā, & immolatione Isaac. Deus tentat vt doceat, diabolus vt decipiat. Distinguitur lib. iij. quęstionum Veteris & Noui testamenti, quæst. xcix. Tom.IIII. Duplex est tentatio, aliquādo enim quasi fideles, aliquando diffidentes tentamur: vt fidelium tentatio humana sit: propter fidem enim ab hominibus tribulamur. Tentant enim nos si posint abducere à fide. Propter diffidentiam autem tentantur, vt angustiati pœnitentes redeant in viam, sicut factum est etiam Iudæis: cum enim diffiderent de prouidentia Dei, tentati sunt à serpentibus, vt dolore correpti emendarentur. Deus enim sic tentat, vt corrigat huiusmodi homines. Est & alia tentatio qua tentatus est Abraham & Iob, necnon & Tobias famuli Dei: vt Abraham per tribulationem ablati vnici & dilectissimi filij vberiorem fructum iustitiæ haberet ad æternam gloriam: Iob autem amissione totius substantiæ augmentaretur diuitiis locupletatus in cœlis & in terra: Tobias verò cæcitatem luminū passus sic prouectior extitit, vt ad præsens gloriosus fieret receptis oculis, & in futurū seruaretur ei claritas perpetua, quia ad hoc probantur iusti, vt proficiant. Ideoque in tentatione robusto animo esse debemus, scientes non ad diminutionem nostram hoc proficere, sed ad augmentum, si modo ęquo animo toleremus per Christum. Tom.IX. Super Ioan. Duæ sunt tentationes, vna quæ decipit: altera quæ probat. Illa diaboli tentatio, ista Dei. Tom.IIII. Lib. ij. de consensu quatuor Euangelistarū, cap. xxx. Duplex est tentatio, vna probationis, de qua dictum est, Tētat vos Deus, Deut.13. vt sciat si diligeretis eum. Alia est seductionis, de Iac.1. qua dictum est, Deus neminem tentat. Sed per Tom.VIII. alium modū distinguitur. Super Psal. Quatuor Psal.106. sunt tentationes, ex quibus nos liberat cui confitentur suæ miserationes. Prima est erroris & famis verbi & veritatis, de qua fatigatus, si clamauerit, perducetur ad Christum, qui est via & veritas. Secunda est difficultatis vincendarum concupiscentiarum, & est difficultatis in bene operando: sed & ab hac liberat Dominus inuocantem, & incipit facilè esse quod difficile fuerat abstinere à malis. Tertia est tædij atque fastidij. Iam non te illicit adulterium, nec tamen delectat Dei verbū. Et tamen de hac tentatione liberat te Deus. Liberatus autē à tædio fastidióque verbi Dei, fortas-

A sis dignus eris cui populus cōmittatur, cōstituaris in gubernaculis nauis recturus Ecclesiā. Ibi quarta tentatio. Tempestates maris quatientes Ecclesiam, turbant gubernatorem. Et in his omnibus & exclamationes, & liberationes, & miserationes, & miserationū Dei cōfessiones. Vnde de tentatione qua Deus tētat. Lib.de verb. Dom.ser.11. Lib. de blasphemia in spiritum sanctum. Tom.X. Est tentatio adducens peccatum, qua Deus neminem tentat: & est tentatio probans fidem, qua & Deus tentare dignatus est. Tom.IIII. Lib. quæst. Exodi, quæst. lviij. Cum dixit Deus, Vt tentem illos, tentatio, probatio est: non ad peccatum seductio. Nec ideo probatio vt Deus nouerit, sed vt ipsos ipsis hominibus ostendat quo humiliores fiant ad petendum adiutorium, & ad cognoscēdam Dei gratiam. Tom.V. Propterea lib. xvj. de ciuitate Dei, cap. xxxij. Non
B omnis culpanda est tentatio: quia & congratulanda est, qua fit probatio. Et plerunque animus humanus aliter sibiipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi non verbo, sed experimento tentatione quodammodo interrogante respondeat: vbi si Dei munus agnouerit, tunc pius est, tunc solidatur firmitate gratiæ, nō inflatur inanitate iactantiæ. Ideo permittit Deus tentare hominē. Cap.4. Tom.III. Lib. xj. super Gen. Permisit Deus tentari hominē quem præsciebat tentato cōsensurum, cum id facturus esset propria voluntate per culpam, & ordinandus esset illius æquitatem per pœnam: vt etiam sic ostenderet animæ superbæ ad eruditionem futurorum sanctorū, qua rectè ipse vteretur animarum voluntatibus etiā malis, cum illæ per-
C uersè vterentur naturis bonis. Cap.5. Nec arbitrandū est quod esset hominē deiecturus iste tētator, nisi Prouerb.16. pręcessisset in anima eius quędā elatio cōprimenda. Quia verissimè dictum est, Ante ruinā exaltatur cor. In eo. ca. vj. Permittit Deus tētari: q̄a p̄batur & exercetur virtus, & est palma gloriosior non consensisse tentatum, quā non potuisse tentari. Cap 213. Tom.III. Super Psal. xc. ser. j. Ipse Deus temperat tentationes, ipse tantū venire permittit quātum potest ferre cui venit. Est ipsa tentatio vtilis. Profectus bonorum tentatio. Lib. de vera innoc. cap. ccxvj. Profectus fidelium sine tentatione nō peruenit, nec sibi quisquam innotescit, nisi examine probationis. Nec coronabitur, nisi qui vicerit: nec vincet, nisi q̄ certauerit: quis autem certat, nisi inimicū habens & tentatori resistens? In dialogo ad Orosiū. Ma-
D gna laus non est si homo non peccat, quia nō tentatus est. Tom.IIII. Vnde tentamur assiduè. Super Psal. xlij. Tom.VIII. Quotidianis tentationibus nos affligit inimicus, immittens vel quod malè amemus, vel quod malè timemus. Sunt tentationes cōmunes. Tom.VIII. Super Psal. iij. Habet vnusquisque tentationes q̄bus circūuallatur. Habet etiam vitiorū authores conantes eum à corpore Christi præcidere: sed Domini est salus. Cauenda superbia, & dicendū. Adhæsit anima mea post te. Et super populū tuū benedictio tua. Hoc est, super vnumquenque nostrum. Tom.VIII. Super Psal. lxv. Non est quisquā in hac vita, qui se à tentationibus posit dicere immunē. Ergo imponūtur & homines super capita nostra:

toleramus enim quos nolumus, patimur superiores aliquando quos nouimus peiores. Peccata autem si desint, bene superbior est homo: quanto autem plura assunt, tanto est inferior. Et bonum est vt consideremus nos peccatores esse, & sic toleremus impositos super capita nostra: vt & nos Deo cõfiteamur, quia dignè patimur. Quid enim indigne pateris quod facit qui iustus est? Quia

Tom. VIII. vt dicit, super Psalm. lx. Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostrã fit: nec sibi quisquam innotescit nisi tentatus, nec potest coronari nisi vicerit, nec potest vincere nisi certauerit, nec potest certare nisi inimicum & tentationes habuerit. Ideo super Psal. lxij. Quis pertinens ad Christum, nõ variis tentationibus agitatur? Quotidie enim cum illo diabolus & angeli eius agunt, vt peruertãt qualibet cupiditate, quibuslibet suggestionibus, aut promissionibus lucri, vel timore damni, vel promissione vitæ, vel terrore mortis, aut alicuius potẽtis inimicitiis. Omnibus modis instat diabolus quẽadmodũ deiiciat. Et in persequutionibus viuimus, & habemus perpetuos inimicos, diabolũ & angelos eius: sed non timeamus. Sic sunt diabolus & angeli eius, quasi milui. Sub illius gallinæ alis simus, & non potest nos contingere. Gallina quæ nos protegit, fortis est in se Dominus noster Iesus Christus ipsa sapiẽtia Dei: sed infirmus propter nos. Sed

Tom. VIII. (margin note: Tom. VIII.)

Tom. VIII. dicit super Psal. lv. Omnis tentatio est probatio, & omnis probationis effectus habet fructũ suũ, quia homo plerunque etiam sibiipsi ignotus est. Quid ferat, quídue nõ ferat, ignorat: & aliquãdo præsumit se ferre quod non potest, & aliquando desperat se ferre quod potest. Accidit tentatio quasi interrogatio, & inuenitur homo à seipso, qui latebat & seipsum, sed artificem non latebat.

Exposit. 2. Tom. VIII. Ideo alij sancti inducuntur in exemplum. Super Psalm. ciiij. Si tẽtationes duræ sunt in hoc sæculo: Ioseph in carcere, Christum in cruce cogitate. Si temporalium rerum prosperitas adiacet, non propter seipsam Deo, sed ipsa vtamini propter Deum. Nec eũ existimetis propter vitæ huius necessaria coli à cultoribus suis, quæ donat & blasphematoribus suis: sed quærite primum regnũ Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis. Et Christus similiter, lib. de pastori-

Cap. 5. Tom. IX. bus. Sunt aliqui qui auditis futuris & necessario venientibus tentationibus, quas proprie oportet venire Christiano: quas nemo sentit, nisi qui voluerit esse verè Christianus: imminentibus ergo sibi aliquibus, franguntur & claudicant. Affer ergo consolationis alligamentum, & alliga quod fractum est: Dic, Ne timeas, nõ deserit in tentationibus ille in quem credidisti. Fidelis Deus, qui non sinet tentari, supra quàm potes ferre. Noli dimittere corrigentem, hortãtem, terrentẽ, & consolantem, percutientem & sanantem. Propter-

Cap. eod. ea ibidẽ supra. Christi passiones imitandæ sunt, nõ à Christiano deliciæ cõquirendæ. Confortatur infirmus cũ ei dicitur, Spera quidẽ tẽtationes huius sæculi, sed ab omnibus te eruet Dominus,

A si ab illo non recesserit retro cor tuum. Venit ille pati, venit ille mori, venit sputis illiniri, venit spinis coronari, venit opprobria audire, venit postremò ligno configi: hæc omnia ille pro te, tu nihil pro eo, sed ipse pro te. Super Psal. Ideo tentatus est Christus, ne vincatur à tentatione Christianus. Ille quippe Christianorum magister in omnibus tentari voluit, quia tentamur: sic & mori voluit, quia morimur: sic resurgere, quia resurrecturi sumus. Illa enim ostendit in se propter hominem, qui factus est propter nos homo cum Deus esset, per quẽ facti sumus & nos. Lib. de vera relig. Quãquã in hac extremitate miseri iaceant, vt vitia sua sibi dominari patiantur vt libidine vel superbia vel curiositate dãnati, vel duobus horũ, vel omnibus, quãdiu sunt in hoc stadio Cap. 38. Tom. I.

B vitæ humanæ, licet eis cõgredi & vincere, si prius credant quod intelligere nondum valẽt, & nõ diligant mundũ: quoniã omne quod in mũdo est, sicut Diuinitus dictum est, concupiscẽtia carnis est, & cõcupiscentia oculorum, & ambitio sæculi. Hoc modo tria illa notata sunt: nam & concupiscentia carnis, voluptatis infimæ amatores significat: concupiscentia oculorũ, curiosos: ambitio sæculi, superbos. Triplex est tentatio in homine quam veritas ipsa suscepit, cauenda monstrata est. Dic, inquit tẽtator, lapidibus, vt panes fiãt. At ille vnus & solus Dominus & magister: Non, inquit, in solo pane viuit homo, sed in verbo Domini. Ita enim domitam docuit esse oportere cupiditatem voluptatis, vt nec fami credendum sit. Sed forte dominationis temporalis fastu decipi Triplex tentatio.

C poterat, q carnis voluptate nõ potuit: omnia igitur mũdi regna mõstrata sunt, & dictũ est, Omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. Cui respõsum est, Dominũ Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Ita calcata superbia est. Subiecta est autẽ extrema etiã curiositatis illecebra: nõ enim vt se de fastigio tẽpli præcipitaret, vrgebat, nisi causa tãtũ aliquid experiẽdi. Sed neq; hinc victus est, et ideo sic respõdit, vt intelligeremus nõ opus esse ad cognoscẽdũ Deũ tẽtationibus visibiliter Diuina explorare moliẽtibus: Nõ tẽtabis, inquit, Deũ & Dominũ tuũ. Quãobrẽ qsquis intus Dei verbo pascitur, nõ quærit in ista eremo voluptatẽ. Qui vni Deo tantũ subiectus est, nõ quærit in mõte. i. in terrena elatione iactantiam. Quisquis æterno spectaculo incommutabilis veritatis adhærescit,

D nõ per fastigiũ huius corporis. i. per hos oculos pręcipitatur vt tẽporalia & inferiora cognoscat.

Iustè qs à tẽtatione deuincitur. Super Psal. 100. Qui tẽtantur, aliquãdo tradũtur occultè merito suo in manus tẽtatoris: quia traditi sunt forte in cõcupiscentias suas. Nã diabolus nulli nocet, nisi acceperit potestatẽ à Deo. Quis verò tẽtatur p gratiã Dei. Lib. solilo. ad Deũ. c. xvj. Tẽtator defuit & vt deesset tu fecisti. Affuit tẽtator, & non defuit locus, nõ defuit tẽpus: sed vt nõ cõsentirẽ, tu fecisti & tenuisti. Venit tẽtator tenebrosus, vt est, & vt eũ despicerẽ, tu me cõfortasti. Venit tẽtator fortis & armatus: & vt me nõ vinceret tu eum frenasti, & me roborasti. Venit tẽtator trãsfigura- Tom. IX.

tus in

tus in Angelũ lucis, & vt me nõ deciperet tu eũ
increpasti, & vt eũ agnoscerẽ tu me illuminasti.
Tom.II Quod dictum est in Epist.ad Hilariũ.Nõ nos
Epist.89. inferas in tentationẽ: intelligitur, ne nos inferri
Quæst.2. deserendo permittas. Ideo super Psal.lxj.Qui
Tom.VIII. dat tentatori potestatẽ,ipse tẽtato dat misericor-
diam. Ad mensurã enim tentare permittitur dia
bolus.Et potabis nos,inquit, in lachrymis in mẽ
sura. Noli igitur timere nisi permissum aliquid
facere tẽtatorẽ. Habes enim misericordissimum
saluatorẽ.Tantum permittitur ille tentare,quan
tum tibi prodest vt exercearis, vt proberis: vt
qui te nesciebas,à teipso inueniaris. Super Psal.
Tom.VIII. cl. Petiuerat diabolus Iob tentandum quærens à
Deo escã.Et accepit tentandum,non opprimen-
dum:purgandum,nõ euertẽdum. Aut fortè nec
purgandum, sed probandum:Et tamen qui ten-
tatur,aliquãdo traditur merito suo in manus ten
tatoris. Non vincimur nisi velimus. In ser. de
natiuitate Domini.Quando peccatum quodcun
que aut delectat,aut surrepit,sit vobis in memo-
ria quod iam deleta sunt peccata vestra.Nõ per-
damus pretiũ sanguinis Christi, nec maculemus
stolã animæ per iniquitatem,aut rapinã, aut con
cupiscentiã. Iacuimus,iã erecti sumus: vulnerati
fueramus, iam sanati sumus: non erit excusatio
qualiscunque. Diabolus potest inuitare ad ma-
lum, sed non potest trahere:delectationem infer
re, non cogere:consiliũ ingerere,non cõsensum.
Tom.IIII. De humana tentatione,Lib.ij.de ser. Domini
in monte.ca.iij. Humana tentatio est, cum bono
quisque animo secundum humanã fragilitatẽ in
aliquo consilio labitur, aut irritatur & incitatur
in fratrem studio corrigendi, paulò tamen am-
plius quã Christiana trãquillitas postulat:de qua
1.Cor.10. dicit Apostolus,Tentatio vos non apprehendat,
Cap.10. nisi humana. Lib.xij.de trinit.Cum bona vo-
Tom.III. luntate ad interiora ac superiora percipiẽda,quæ
non priuatim, sed cõmuniter ab omnibus qui ta
lia diligunt sine vlla angustia vel inuidia casto
possidentur amplexu, vel sibi vel aliis cõsulit, &
si fallitur in aliquo per ignorãtiã temporalium,
quia & hoc temporaliter gerit, & modum agen-
di non teneat quem debebat,humana tẽtatio est.
Et magnũ est hanc vitã sic diligere,quãvelut viã
redeuntes carpimus, vt tentatio nos non appre-
hendat nisi humana. Hoc enim peccatum extra
corpus est, nec fornicationi deputatur, & pro-
Cap.56. pterea facilimè ignoscitur. Sed de non tentan
Tom.VI. do Deum.Libr.xxij.contra Faustum.& Libr.q.
super Homil.ix.Pertinet autem ad sanam doctri
nam,vt quando habet quod faciat homo,nõ ten
tet Deum Dominum suum. Neque enim & ip-
se saluator nõ poterat tueri discipulos suos, qui-
bus tamen ait,si vos persequuti fuerint in vna ci-
uitate,fugite in aliã. Cuius rei prior præbuit exẽ
plum.Nã cum potestatẽ haberet ponendi animã
suam,nec eam poneret,nisi cum vellet, in AEgy
ptum tamen infans portantibus parentibus fu-
git: & ad diem festum non euidenter, sed laten-
ter ascendit,cum aliàs palã loqueretur Iudæis ira
scentibus,& inimicissimo animo audiẽtibus, nec

A tamen valentibus in eum mittere manus, quia
nondum venerat hora eius:nõ cuius horæ neces-
sitate cogeretur mori, sed cuius horæ opportu-
nitate dignaretur occidi.Qui ergo palã docendo
& arguendo,& tamen inimicorum rabiem vale-
re in se aliquid nõ sinendo, Dei monstrabat pote
statem: idem tamen fugiendo & latẽdo hominis
instruebat infirmitatẽ,ne Deum tentare quis au-
deat, quando habet quod faciat, vt quod cauere
oportet euadat. Et lib.quæst.super Gen.quę-
stione ciij.vbi dicit de Iacob quando ibat versus Tom.IIII.
Esau. Admonendi sumus sancti eius exemplo,vt
quãuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ
facienda sunt ab hominibus in pręsidium salutis,
ne prætermittẽtes ea, Deũ tentare videamur &c.

B THEOLOGIA. Lib.viij.de ciui.Dei.
c.j.Theologia Græcum verbũ est, quo To m.
significari intelligimus de Diuinitate
rationem siue sermonẽ. De hac materia,requi
re supr.c.Scriptura sacra.Sed lib.vj.de ciui. Dei.
ca.v.refert Varronẽ Theologiam distinxisse,sic
dicens,Tria genera Theologiæ dicit Varro esse,
id est rationis quæ de iis explicatur, eorúmque
vnum mythicon appellari,alterum physicõ,ter-
tium ciuile.Latinè si vsus admitteret,genus quod
primum posuit,fabulare appellaremus, sed fabu
losum dicamus: à fabulis enim mythicõ dictum
est:quoniã μῦθος Græcè,fabula dicitur.Serui au-
tem, vt naturale dicatur, iam & consuetudo lo-
quutionis admittit. Tertium etiam ipse Latinè
enuntiauit, quod ciuile appellatur. Deinde ait:
Mythicon appellant,quo maximè vtuntur poë-
C tæ: Physicon, quo Philosophi: ciuile, quo po-
puli, &c.

TERRA. Lib.j.de Gen. contra Mani
chæum. Inter omnia elementa mundi, Tom.I.
terra videtur esse minus speciosa quàm
cætera. Per terram intelligũtur homines.Lib. Non est in
loquutionum super Gen. loquutione xxxj. No- eod.lib.loqu.
tandum omnem terram appellatam omnes ho- sed serm.1.in
mines qui in terra:& de cognatione tua,& de do sexag. ord.
mo patris tui. Hæc omnia per sacramentum ba- serm. de tẽp.
ptismi in nobis credimus & sentimus impleri. 51.
Terra nostra,caro est: de qua egredimur,quan- Tom.X.
do carnales consuetudines deserẽtes,Christi ve-
stigiis inhæremus. An non videtur tibi fœliciter
de terra sua,id est,de seipso egredi,qui de super-
bo efficitur humilis, patiens ex iracundo, castus
D ex luxurioso, largus ex cupido, benignus ex in-
uido,placitus ex cruento? Per cognationem ista
vitia intelliguntur atque peccata,quæ nobiscum
quodammodo ex patre nascuntur, ab infantia
malis actibus adduntur atque nutriuntur.De no
stra ergo cognatione egredimur, quando per
gratiam omnibus vitiis, & peccatis vacuamur:
Quibus expulsis cum Dei adiutorio, virtutibus
replemur. Patrem,diabolum dixit:nõ nascendo,
sed nequitiam imitando.Relinquimus igitur do
mum patris,cum calliditates & nequitias diabo-
li semper vitare vel fugere studemus. Sed hæc o-
mnia, videlicet de carnali conuersatione exi-
re,vitia & peccata relinquere,diabolum patrem

effugere, non nostris viribus, sed Dei gratia adiuuante valemus. Et ideo quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne ad consortiũ vel amicitias diaboli, aut ad vitia, vel ad carnales cõcupiscentias redeamus, propter illud quod scriptum est, Ecce iam sonus factus es, noli amplius peccare. Vnde per terrã intelliguntur ipsi peccatores. Super Psal. ciij. ser. iiij. Vbi dictũ est draconi, Terram manducabis: ibi iam dictũ erat prę uaricatori. Terra es, & in terrã ibis. Cibus serpẽtis esse non vis, noli esse terra. Si non sapis terrena, non es terra: si non es terra, non manducaberis à serpente. Cibũ suum dat Deus serpenti quãdo vult, quem vult. Bene autem iudicat, falli non potest. Nõ enim dat aurum pro terra. Lib. de terra promissionis. Si diligenter attenditis, ratione euidentissima cognoscetis, quod terra repromissionis, quã toties Deus laudat, nos fuimus antequam peccaret Adã, quando nihil aliud in nobis erat, quã quod natura cõtulit cõditoris. Postquam autem in Adã omnes moriuntur, terrã repromissionis Chananæi cœperant possidere. Voluntas enim Domini possessionem cordis nostri, nõ vitiis, sed virtutibus naturaliter deputauerat. Sed post præuaricationem Adę insolescẽtibus vitiis tãquã populis Chananæis, à propria regione, id est, ab intellectu vel mente rationali, virtutes sanctæ depulsæ sunt, & vitia remanserunt. Cũ autem virtutibus rursum Dei gratia possessio animæ nostræ fuerit restituta, nõ tã alienas occupasse terras, quã proprias videbimur recepisse. Et illud aduertite fratres, quod specialiter ad donum gratiæ pertinere cognoscitur. Quia non per Mosen, sed per Iesum Mosi successorem, terra promissionis Israëlitico populo reformatur: quia nõ per bonũ naturę, nec per legẽ literę, sed per Euãgelicã gratiã, gentes crudeles & pessimas, id est, originalia & actualia crimina, de Christianorũ cordibus poterimus effugare. Sic in Euangelio dicit, Nemo potest domũ fortis intrare, nisi prius alligauerit fortem. Et iterum. Confidite, ego vici mundum. Sed aliter dicit, Lib. ij. de Gen. contra Manichæum. Terram manducabis: Duobus modis intelligi potest. Vel ad te pertinebũt quos terrena cupiditate deceperis, id est, peccatores, qui terræ nomine significantur. Vel certè genus tertium tentationis his verbis figuratur, quod est curiositas. Terram enim qui manducat, profunda & tenebrosa penetrat, & tantum temporalia atque terrena. Per terram intelligitur bonitas Dei. Super Psal. j. Terra potest dici stabilitas ipsa quæ in Deo est: secundum quod dicitur, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Similitudo autem hîc ducta est, quia vt hæc terra visibilis exteriorem hominem nutrit & continet, ita illa terra inuisibilis interiorem hominem. A cuius terræ facie proiicit ventus impium, id est, superbia quia inflat. Per terram intelliguntur auditores qui pascere debent suos prædicatores. super Psal. ciij. ser. iij. Christus loculos habebat, & de his quæ dabantur in loculos mittebantur: dabatur tamen & illis pauperibus quos Deus docuit non contemnendos. Sed si illum non cõtemnis, quanto magis bouẽ per quem trituratur hæc area? Quanto magis seruum tuum? Non indiget cibo, fortè veste indiget: veste non indiget, fortè tecto indiget, fortè Ecclesiam fabricat, fortè aliquid in domo Dei molitur: expectat vt attẽdas, expectat vt intelligas super egenum & pauperẽ. Tu cõtra terra dura, lapidea, nõ irrigata, aut frustra irrigata, seruas tibi dicere, Nõ sciebam, non noueram. Nemo tibi dixit? Christus nõ cessat dicere, Propheta non cessat, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: Non vides arcã inanem prępositi tui? Vides certè vel surgentem fabricam, quo intraturus & oraturus es. Nõne admouetur oculis tuis, nisi fortè putatis, quia præpositi vestri thesaurizant: & nouius multos non thesaurizare, & ad quotidiana egere, de quibus omnino non creditur. Quod & vos inueniretis si velletis, si circunspiceretis, si ad hoc vigilaretis vt fructum daretis. Dixi quod potui, quãtum potui. Puto autem manifestos nos esse vobis, sicut ait Apostolus: non ideo nos dicere, vt in vos ista faciatis. Præstet Deus, vt hæc non frustra dixerim. Præstet hoc Deus, vt terra irrigata sitis, non lapidea, sed fructifera, terráque irrigata, fructum reddat agricolæ &c.

Ioan. 5. Tom. VIII. Gen. 3. Serm. 2. fer. 6. post. Dominic. 4. quad. 4. ord. ser. de temp. 105. Tom. X. Cap. 18. Tom. I. Tom. VIII. Tom. VII.

TERROR. Super Psal. cv. Quæ sunt mirabilia, ipsa sunt terribilia: nulla q̃ppe admiratione sine quadam formidine. Potest esse laudabilis. sup Psal. ciij. ser. iiij. Melior est tremor humilitatis, quàm confidentia superbiæ. De hac materia require infra, ca. Timor: sed de culpabili require supra. ca. Error. *Tom. VIII.*

THESAVRVS. In tract. de auaritia & luxuria, ca. j. Nemo potest cogitare nisi de thesauro suo, & cordis itinere diuitias suas semper sequi. Si igitur in terra reponuntur, ima petit cor: si autem in cœlo seruatur sursum erit cor. Si igitur volunt facere Christiani, quod nouerunt se etiã profiteri (neque eũ omnes qui audiunt nouerunt, atque vtinã nõ frustra nouerint qui nouerũt) qui cor vult sensum habere, ponat ibi qđ amat, & positus in terra carne, cũ Christo habitet corde: & sicut Ecclesiã præcessit caput eius, sic Christianũ præcedat cor eius, &c.

TESTAMENTVM. Super Psal. lxxxij. Testamentũ in scripturis, non illud solum dicitur, quod nõ valet nisi testatoribus mortuis: sed omne pactũ & placitũ testamẽtum vocabãt. Distinguitur de testamento. lib. xvj. de ciui. Dei. c. xxvij. Multa quippe appellantur testamẽta Dei, exceptis illis duobus vetere & nouo, quod licet cuique legẽdo cognoscere. Testamẽtũ autẽ primũ quod factũ est ad hominem primũ, profecto illud est: Qua die edentes morte moriemini. Vnde scriptũ in Ecclesiastico est. Omnis caro sicut vestis veterascet. Testamẽtũ à sæculo est mori eos, q̃ trãsgrediũtur præcepta Dei. Differt testamẽtũ nouũ à veteri. Lib. lxxxiij. q. Duorũ testamentorũ differentiã sic ponimus, vt in illo sint onera seruorum, in isto gloria liberorum: in illo cognoscatur præfiguratio possessionis

Tom. VIII. Tom. V. Tom. IIII.

sionis nostrę in isto teneatur ipsa possessio. Eodē lib. Hęc est causa securissima & aptissima duorum testementorum timor & amor. Illud ad veterem, hoc ad nouum hominem pertinet: Vtrunque tamen vnius Dei misericordia & dispēsatione collatum atque confirmatū est. Lib. de spiritu & litera. (Cap.10. Tom. III.) Propter veteris hominis noxā, quæ per literam iubentem & minantem minimè sanabatur, dicitur illud testamētum vetus: hoc autem nouum, propter nouitatem spiritus, quę hominē nouum sanat à vetustatis vitio. Lib. ij. contra aduersarium legis & prophetarum. (Cap.7. Tom. VI.) Hoc est testamentum nouū distans à vetere, quia ibi vetus homo formidinis coarctatur angustiis, hîc nouus homo spatiatur latitudine charitatis. Libr. q. super Exo. q. lxxiij. (Tom. IIII.) Multum & solidè significatur ad vetus testamētū timorē potius pertinere, sicut ad nouum dilectionē: quāquam & in veteri nouū lateat, & in nouo vetus pateat. Alia differentia. Lib. quest. super Nume. q. xxxiij. (Tom IIII.) Rectè intelligitur duo testamenta distinguere quia eadem sunt in veteri & in nouo: sed ibi adumbrata, hîc reuelata: ibi præfigurata, hîc manifestata.

Ideo libr. de catechizandis rudibus. (Cap.4. Tom. IIII.) In veteri testamēto est occultatio noui, & in nouo est manifestatio veteris: Secundum illā occultationem carnaliter intelligentes carnales, & tunc & nunc sunt pœnali timore subiugati: Secundum hanc autem manifestationē spirituales, & tunc quibus piè pulsantibus etiā occulta patuerūt, & nūc qui non superbè quærunt, nec etiā aperta claudunt, spiritualiter intelligentes donata charitate liberati sunt. Alia differentia. Lib. de ciuita. Dei. (Lib.10. Cap.4. Tom. V.) Testimonia de scripturis sanctis, quæ ponere institui, prius eligēda sunt de libris noui testamēti, postea de veteris. Quāuis enim vetera priora sint tempore, noua tamē anteponēda sunt dignitate: quoniam illa vetera præconia sunt nouorū. Noua ergo ponemus prius, quæ vt firmius probemus, assumentur & vetera. (Testamentum nouum prestat veteri.) In veteribus habētur lex & Prophetiæ: in nouis Euangelium & Apostolicæ literæ. Ait autē Apostolus: Per legem cognitio peccati. Nūc autē sine lege iustitia Dei manifesta est, testificata per legē & Prophetas. Iustitia autem Dei per fidē Iesu Christi, in omnes qui credunt in eum. Hæc autem iustitia Dei ad nouū pertinet testamentum, & testimoniū habet à veteribus libris, hoc est, à lege & Prophetis. Prius igitur ipsa causa est ponenda, & postea testes introducēdi. Hunc & ipse Iesus Christus ordinem seruandum esse demonstrans, Scriba, inquit, eruditus in regno Dei, similis est viro patrifamiliâs proferenti de thesauro suo noua & vetera. Nō dixit vetera & noua: quod vtique dixisset, nisi maluisset meritorum ordinē seruare quā tēporum.

Eadē tamē est scriptura. Super Epist. ad Gal. (Sup. cap.6. Tom. IIII.) Eadē scriptura & idē mandatum cū bonis terrenis inhiantes premit seruos, testamētū vetus: cū in bona æterna flagrantes eligit liberos, testamentum nouum vocatur. In sermo. v. de aduētu in carnē. Eorum ille redarguēdus est error, qui putant ad nos ideo nō pertinere testamēti veteris libros, quia iam nō vetera, sed noua sacramēta seruamus. Dicunt enim nobis, Quid apud vos facit lectio legis & Prophetarum cuius præcepta seruare non vultis? Hoc dicunt eo quod carnē præputij nō circuncidimus masculi, & vescimur carnibus quas lex dicit immūdas, nec sabbata, & neomenias, & dies festos eorum circulariter obseruamus, nec victimas pecorū Deo sacrificamus, nec Pascha in oue & azimis similiter celebramus, & si quæ vetera sacrificia, quæ generali vocabulo vmbras futurorū appellat Apostolus, quia ea significabant tēpore suo reuelanda quę nos reuelata perspicimus, vt remota vmbra Iudęorū, luce perfrueremur: de quibus sigillatim nimis lōgum est disputare. Nos autē exuendo veterem hominem circuncidimur, sed nō expoliatione corporis carnis: Et quos cibos vitant in pectoribus, vitamus in moribus, & exhibemus corpora nostra hostiam viuā sanctam Deo placentē: Cui & animas nostras in desideriis sanctis pro sanguine intelligentes effundimus: & Christi velut agni immaculati sanguine, etiā ab omni iniquitate mūdamur: qui propter similitudinē carnis peccati, etiā caprino pecore in veteribus sacrificiis figuratus est. Nec enim negant in crucis cornibus taurum, qui in illo cognoscit maximā victimā, in isto requiē cū inuenimus, vere sabbatizamus. Et lunæ nouæ obseruatio, vitæ nouæ est sanctificatio: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus: Et azimus synceritatis & veritatis, fermentū nō habens vetustatis, & si quæ sunt alia, in quibus nunc morari nō opus est, quæ illis veteribus adumbrata sunt signis, in isto habent finē, cuius regni non erit finis. In ipso quippe oportebat omnia impleri qui nō venit legem & prophetas soluere, sed adimplere. Proinde illa vetera signa rerum nō euacuauit arguendo, sed immutauit implendo: vt alia essent quę nuntiarent venisse iam Christum, quā fuerant illa quæ prænuntiauerāt esse venturum. Sed de vetere testamēto. Super Apoc. Hom. iiij. (Tm. IX.) Vetus testamentū fuit signatum & clausum. i. mysteriorū plenitudine obscuratū, quod vsq; ad passionē & resurrectionem Christi mansit signatum. Nā quomodo testamentum nō dicitur, nisi quod faciunt morituri, & signatur vsque ad mortē testatoris, & post mortē ipsius aperitur: ita & post mortem Christi omnia mysteria reuelātur. De causa verò mutationis. Libr. de vera relig. (Cap.17. Tom. I.) Nūc quoniā pietas timore inchoatur, amore perficitur: populus timore constrictus tēpore seruitutis in veteri lege multis sacramentis onerabatur. Hoc enim vtile talibus erat ad desiderandum gratiā Dei, quę per Prophetas vētura canebatur. Quę vbi venit, ab ipsa Dei sapiētia homine assumpto, à quo in libertatē vocati sumus, pauca sacramenta cōstituta sunt, quę societatem Christiani populi, hoc est sub vno Deo liberę multitudinis cōtinerēt. Multa verò quæ populo Hebręo, hoc est sub vno eodē Deo cōpeditę multitudini imposita erāt, ab actione remota sunt, in fide atq; interp̄tatione tātū remāserūt: ita nūc nec seruiliter alligāt, sed exercent liberaliter animū.

In Epistola

Tom.II. Epist.83. In Epistola prima ad Hilarium. Tempore veteris testamenti velabantur, quæ in tempore noui testamenti reuelantur: ideo eius sacraméta variata sunt, vt alia essent & in veteri testamento, alia in nouo, cum fides varia non sit. Sed vna sit. *Tom.I.* Libr.iij.confess.cap.vij. Lex iustissima est, secundum quod iusti erant Abraham, Isaac, Iacob, Moses & Dauid, & illi omnes laudati ore Dei, sed eos ab imperitis iudicari iniquos, iudicãtibus ex humano die, & vniuersos mores humani generis ex parte moris sui metientibus: tanquam si quis nescius in armamẽtis, quid cui membro accommodatum sit, ocrea velit caput contegi, & galea calciari, & murmuret quod non aptè conueniat: aut in die vno indicto à pomeridianis horis iustitio, quisquam stomachetur non sibi concedi quid venale proponere, mane quia concessum est: aut in vna domo videat aliquid post præsepia fieri, quod ante mẽsam prohibeatur, & indignetur, cum sit vnum habitaculum & vna familia, non vbique atque omnibus idem tribui. Sic suntisti qui indignantur, cum audierint illo sæculo licuisse iustis aliquid quod isto non licet iustis, & quia illis aliud præcepit Deus, aliud istis pro temporalibus causis, cum eidem iustitiæ vtrique seruierint: cum in vno homine, & in vno die, & in omnibus ædibus videant aliud alij membro congruere, & aliud iandudum licuisse, & post horam non licere quiddam in illo angulo permitti aut iuberi, quod in isto iustè vetetur & vindicetur. Nũqđ iustitia varia est & mutabilis? Sed tempora quibus præsidet non pariter eunt.

Tom.II. Epist.5. Require de hoc supra. ca. Iustitia. Probat demonstratiuè. In Epistola ad Marcellinum. Nonne hyemi æstas addito sensim calore succedit? Nonne diurnis tẽpora nocturna vertũtur? Quoties nostræ variantur ætates? Adolescentiæ pueritia non reditura cedit, iuuentus adolescentiæ non mansura: succedit finiens iuuentutem senectus, senectus autẽ morte finitur. Hæc omnia mutantur, nec mutatur prouidentiæ Diuinæ ratio, qua fit vt ista mutẽtur. Non autem opinor cum agricola æstate aliud iusserit quã iusserat in hyeme, ratio mutatur agriculturæ. Et cum mane surgit qui nocte quiescebat, vitæ consilium non mutauit. Magister aliud adolescenti quam puero solebat, imposuit. Doctrina igitur constans, mutato præcepto, non mutat instructionem. Magnus ille nostrorum tẽporum medicus Vindicianus, *Vindiciani dictum.* consultus à quodam, dolori eius adhiberi iussit quod in tempore congruere videbatur, adhibitum sanitas consequuta est. Deinde post aliquot annos eadem rursus corporis causa commotus, hoc idem ille putauit adhibendum, adhibitum vertit in peius. Miratus currit ad medicum, indicat factum: at ille vt erat acerrimus, ita respõdit. Ideo male accepisti, quia non ego iussi, vt omnes qui audissent, parúmque hominem nossent, non eum arte medicinali fidere, sed nescio qua illicita potentia putarent. Vnde cum esset à quibusdã postea stupentibus interrogatus, aperuit quod non intellexerant, videlicet illi iam ætati nõ hoc se fuisse iussurum. Tantum igitur valet ratione atque artibus non mutatis, quid secundum eas sit pro temporum varietate mutãdum. Non itaque verum est quod dicitur, Semel rectè factum, nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis causa, quod rectè antea fuerat factum, ita mutari vera ratio plerunque flagitat: vt ipsi dicant, rectè non fieri si mutetur: contra veritas clamet, Rectè non fieri nisi mutetur: quia vtrunque tũc erit rectum, si erit pro temporum diuersitate diuersum. Age nunc ea quę diximus, refer ad illud vnde agitur. Aptum fuit primis temporibus sacrificium quod præceperat Deus, nunc verò ita non est. Aliud enim præcepit quod huic tẽpori aptum esset, qui multo magisquam homo nouit quid cuique tempori accommodatè adhibetur: quid quando imperti at, addat, auferat, detrahat, augeat, minuátve, immutabilis mutabilium, sicut creator ita moderator, donec vniuersi pulchritudo, cuius particulæ sunt quæ suis quibusque temporibus apta sunt, velut magnum carmen cuiusdam modulatoris ineffabilis excurrat, atque inde transeant in æternam contemplationem qui Deum ritè colunt, etiam cum tempus est fidei. Sicut autem non ideo est mutabilis homo, quia mane aliud, aliud vespere: *illud hoc mẽse, illud alio*: ita nõ ideo est mutabilis Deus, quia sæculi priore volumine aliud, aliud posteriore sibi offerri iusit, quo conuenienter significationes ad doctrinam religionis saluberrimam pertinentes, per mutabilia tempora sine vlla sui permutatione disponeret. *Cap.1. Tom.VI.* Testamentum vetus probat nouum. Libr.iiij.contra Faustum. Vetus testamentum, non ad consequendas illas promissiones, sed ad intelligendas noui in eis testamenti prænuntiationes accipimus. Veteris quippe testificatio, fidẽ nouo cõsiliat. *Cap.9. Tom.eod.* Libr.vj.eiusdem. Illud tempus erat significandi, hoc manifestandi. Ergo ipsa scriptura, quæ tunc fuit exactrix operum significantium, nunc testis est rerum significatarum: & quæ tunc obseruabãtur ad prænuntiationem, nũc recitãtur ad cõfirmationem.

Tract.1. Tom.IX. TESTIS ET TESTIMONIVM. Testes Dei sunt martyres. Super primã canonicam Ioannis. Testes Dei sunt martyres: quia cum displiceret ipsum testimoniũ hominibus aduersus quos dicebatur, passi sunt. Voluit enim Deus testes habere homines, vt & homines habeant testem Deum. *Tom.X.* Libr.50.Homil. Homil.j. Si sub ipso percussoris ictu veritatẽ seruabimus in testimonio, mortem contemnimus in mundo, vitam consequimur in cœlo. *Tract.36. Tom.IX.* Exponitur numerus testium, super Io. Quomodo accipiendum est, In ore duorũ vel trium testium stabit omne verbum: nisi quia hoc modo per mysterium trinitatis cõmẽdata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis? Vis habere bonã causam? Habeto duos vel tres testes, patrẽ & filiũ & spiritum sanctum. Deniq; quando Susanna casta fœmina fidelísq; coniunx, duobus falsis testibus vrgebatur, trinitas illi in cõscientia atque in occulto suffragabatur: illa trinitas de occulto vnum testem

Danielem

Danielem excitauit,& duos cõuicit. Lib.xvj. contra Faustum. [Cap.3. Tom.VI.] Quid aliud sonat rectè intelligentibus,in ore duorum &c. nisi illum testium numerum in lege Prophetico spiritu consecratum & commendatum , vt etiam sic pronuntiaretur futura reuelatio patris & filij , quorum est in illa inseparabili trinitate spiritus sanctus? Ideo scriptum est, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Alioquin & vnus testis plerunque verum dicit, & plures plerũque mentiuntur, potiúsque creditum est in exordio fidei gentium vni Apostolo Euãgelizanti;quàm populis errantibus,à quibus persequutionem patiebatur. Non igitur frustra quodammodo consecratus est iste numerus testium, & cũ hoc Dominus respondit,eo quoque ipso intelligi voluit de se Prophetasse Mosen. Non omnibus testimonium dare debemus. Lib. de mendacio. [Cap.17. Tom.IIII.] Nullo modo contendi potest, dilectionem veritatis in corde seruandam, & proferendum falsum ad eum apud quẽ dicitur testimonium. Cum enim Deo tantum dicitur,tunc tantum in corde veritas amplectẽda est. Cum autem homini dicitur, etiam ore corporis verum proferendum est, quia homo non est cordis inspector. Sed planè de testimonio quæritur,apud quem quisque sit testis. Non enim apud quoscunque loquimur, testes sumus, sed apud eos quibus expedit & debetur per nos cognoscere aut credere veritatem: sicuti est iudex,ne in iudicando erret: aut qui docetur doctrina religionis,ne erret in fide,aut in ipsa doctoris authoritate dubius fluctuet. Cum autẽ ille te interrogat,aut vult ex te aliquid nosse,qui eam rem quærit,quæ ad eum non pertineat,aut quam ei nosse non expedit,non testẽ, sed proditorẽ requirit. Minor pro maiori testificatur. Libr.ij. quæstionum veteris & noui testamenti.q.cj. [Tom.IIII.] Testimonio diaconi ordinatur sacerdos: nõ tamen istud pertinet ad prærogatiuam magnitudinis. Omnium est testimoniũ dare, & tamen non omnes hoc honore digni sunt. Iudicare enim omnes possunt,sed nõ omnes possunt esse quod iudicãt. Potest enim pictor bonus iudicari,& præferri alteri ab illo qui pingere nesciat: & choraula melior alio choraula approbari ab eo q alterius artis sit. Ita & testis potest esse creandi presbyteri qui inferior ordine est. Causa testiũ,dicit libr. iij. confess. [Cap.9. Tom.I.] Multa facta, quæ hominibus improbantur,testimonio tuo approbata sunt: & multa laudata ab hominibus,te teste damnãtur: cũ sæpe se aliter habet species facti,& aliter facientis animus,atque articulus occulti temporis. Libr.j. retract.c.xiiij. [Tom.I.] Dixi in libro de vtilitate credẽdi. Quod scimus, debemus rationi: quod credimus, authoritati: non sic accipiendum est vt in sermone vsitatiore vereamur nos dicere scire,quod idoneis testibus credimus. Propriè quippe cum loquimur,id solùm scire dicimus,quod mentis firma ratione comprehendimus. Cum verò loquimur verbis cõsuetudini aptioribus, sicut loquitur etiã Diuina scriptura, non dubitaremus dicere scire nos, & quod percipimus nostri corporis

A sensibus, & quod fide dignis credimus testibus, dum tamen inter hæc & illud quid distet intelligamus. Christus est testis & iudex. Super Ioã. [Tract.36. Tom.IX.] Testis erit ipse Christus & iudex. Quare ipse testis? Quia non quærit alium vnde cognoscat qui sis. Quare ipse iudex est? Quia ipse habet potestatem mortificandi & viuificandi, damnãdi & absoluẽdi, in gehennã præcipitãdi & in cœlos leuãdi, diabolo cõiungendi & cũ Angelis coronãdi.

Testimonia Diuina sunt habenda. Lib. de correctione Donatistarum ad Bonifacium comitẽ. [Tom.II. Epist.50.] Quia Diuina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonij perdiderũt. Quia vt dicit in libro ad sacras virgines. Humana decent Diuinis,nõ Diuina humanis testimoniis cõfirmari.

TIMOR. Distinguit de timore. Lib.j. B de quæst. Euangeliorum. [Quæst.47. Tom.IIII.] Sicut tẽtatio cupiditatis trina est:ita & tẽtatio timoris trina est. Cupiditati quæ in curiositate est, opponitur timor mortis. Sicut enim in illa cognoscendarum rerum est auiditas:ita & in ista metus amittendæ taliũ notitię. Cupiditati verò bonorũ vel laudis,opponitur timor ignominiæ & contumeliarum. Cupiditati autẽ volũtatis,opponitur timor doloris. Non absurdè autem intelligitur propter trinam tentationẽ passionis, ter Dominum orasse vt trãsiret calix, sed ita vt potius impleretur volũtas patris. Alia distinctio super Ioã. [Tract.43. Tom.IX.] Est timor seruilis,est timor castus. Est timor ne patiaris pœnã,est alius timor ne amittas iustitiam. Timor ne patiaris pœnã, seruilis est. Quid enim magnum est timere pœnã? Hoc facit & ne- C quissimus seruus: hoc & crudelissimus latro. Nõ est magnum timere pœnam,sed magnũ est amare iustitiam. Qui ergo amat iustitiã nihil timet? Timet planè: non ne incidat in pœnam, sed ne amittat iustitiam. Libro quæst. super Exod.q. xxxv. [Tom.IIII.] Facilè est pœnam timere, sed non hoc est Deum timere, illo scilicet timore pietatis, quem commemorat Iacob,cùm dixit, Nisi Deus patris mei Abrahã & timor Isaac esset mihi &c. [Gen.31.] Vnde de timore seruili. Libro de sancta virginitate. [Cap.38. Tom.VI.] Cum dicit Apostolus, Non accepistis spiritũ seruitutis &c. Illum eum timorem credo dicere, qui datus erat in veteri testamento, ne amitterentur temporalia bona, quæ Deus promiserat, nõdum sub gratia filiis, sed sub lege adhuc seruis. Est etiã timor ignis æterni, propter quem deuitandum D Deo seruire, non vtique est perfectæ charitatis. Aliud est enim desiderium præmij, aliud formido supplicij. In sermo.ij. de timore. [Serm.2. Dominic.9.post trinit. ord. serm de tẽp. 14. Tom.X.] Est timor quem perfecta charitas foras mittit, cum pungit animam ne amittatur aliquid quod in creatura diligitur, vel ipsa requies, vel salus corporalis, aut aliquid tale post mortem. Propterea enim timentur & apud inferos pœnæ & dolores ac tormenta gehennarum. Cum verò cauet anima ne Deus illam desertus deserat, timor eius castus est permanens in sæculum sæculi. Libro de verbis Apostoli, sermone xiij. [Tom.X.] Qui adhuc ideo bene agit, quia pœnam timet, Deum non amat, nondum est inter filios. Eodem libro, sermon.xv.

Quid

Quid magnum est pœnam timere? Quis eam nõ timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nepharius? Sed hoc interest inter timorem tuum, timorémque latronis, quia latro timet leges hominum, & ideo facit latrocinium, quia sperat se fallere leges hominum: tu autem eius leges times, & eius pœnam, quem fallere non potes. Nam si fallere posses, quid non fecisses? Super Psalmum xxxij. sermo. j. (*Tom. VIII.*) Qui timendo non facit malè, malè faceret si liceret: itaque etsi facultas nõ datur, voluntas rea tenetur. Ibidem. (*Infrà.*) Mallet non esse quod præcipitur, qui ad faciendum non amore ducitur, sed timore coarctatur. Non vult furtum facere, quia gehennas timet: mallet non esse gehennas in quas mitteretur. Qui verò amat iustitiam, mallet furta non esse, & si gehennæ non essent, in quas fures mitterentur. B Super Psalmũ. 118. Serm. 12. (*Super Psal. 118. Serm. 12.*) Aliter quippe timet adultera virum suum, aliter casta. Adultera, ne veniat: casta, ne deserat. Ibidem sermone xxv. (*Super eũd. Psal.*) Timor quo nõ amatur iustitia, sed timetur pœna, seruilis est: quia carnalis est. Viuit enim peccandi voluntas, quæ tunc apparet opere, quando speratur impunitas. Cum verò pœna creditur sequutura, latenter viuit, viuit tamen. Mallet enim licere, & dolet non licere quod lex vetat: quia non spiritualiter delectatur eius bono, sed carnaliter malũ metuit quod minatur. Timore autem casto ipsa quæ hunc timorem foras mittit, peccare timet charitas, etiã si sequatur impunitas: quia nec impunitatem iudicat sequuturam, quando amore iustitiæ peccatum ipsum deputat pœnam. In Epistola ad Anastasium. (*Tom. X. Epist. 144.*) C Inaniter putat victorem se esse peccati, qui pœnæ timore non peccat: quia etsi non impletur foris negotium malæ cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. (*Abstinere à peccato timore pœnæ nõ est iustitia.*) Et quis coram Deo innocens inuenitur, qui vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri, sed ideo nõ facit, quia impunè nõ potest fieri. Nam quãtum in ipso est, mallet non esse iustitiam peccata prohibentem atque puniẽtem. Et vtique si mallet non esse iustitiam, quis dubitauerit quod si posset auferret? Ac per hoc quomodo iustus est iustitiæ talis inimicus, vt eã si potestas detur præcipientem auferat, ne cõminantem vel iudicantem ferat? Inimicus ergo iustitiæ est qui pœnæ timore non peccat: amicus autem erit, si eius amore non peccet. D Tunc enim verè timebit peccare. Nam qui gehẽnas metuit, non peccare metuit, sed ardere. Ille autem peccare metuit, qui peccatum ipsum sicut gehennas odit: ipse est timor Domini castus permanens in sæculum sæculi. Nam ille timor pœnæ tormentum habet, & non est in charitate, eúmque perfecta charitas foras mittit. Tantum porrò quisque peccatum odit, quantum iustitiam diligit. Super primam canonicam Ioannis. (*Tract. 9. Tom. IX.*) Timor non est in charitate, scilicet perfecta: sed est in charitate inchoata: quia initium sapientiæ, timor Domini. Timor quasi locum præparat charitati. Cũ cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauit locum. Quantũ enim illa crescit, tantum ille decrescit: quantum illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si nullus timor, nõ est quà intret charitas. Infra ibidem. (*Infrà.*) Est timor quem charitas foras mittit, & est timor castus permanens in sæculum sæculi. Sicut sunt homines qui timent Deum ne mittantur in gehennam, iste timor introducit charitatẽ: sed ille venit vt exeat: (*Timor duplex.*) Si enim propter pœnas times Deũ, nõ amas, non bona desideras, sed mala caues: sed ex eo qđ mala caues, corrigis te, & incipis bona desiderare, & cum cupis bona desiderare, est in te timor castus, ne amittas ipsa bona. Sicut si ponas duas mulieres maritatas, quarũ vna velit adulterium facere, sed timet maritũ ne veniat: hæc diligit neqtiã, & onerosa est ei mariti præsentia. Altera amat virũ, & nulla se adulterij immũditia vult maculare, optat præsentiã viri. Timet illa, timet ista. Illa timet virũ, ne veniat: ista timet virum, ne discedat. Illa dicit, Timeo ne damnet: ista dicit, Timeo ne deserat. Pone hoc in animo Christianorum; & videas timorem quem charitas foras mittit: & aliũ timorem castum permanentem in sæculum sæculi. Lib. 50. Homil. Hom. ix. (*Tom. X.*) Si timore gehennæ non facis malum, est inde quidem fides: quia credis futurum esse iudicium: gaudeo fidei tuæ, sed adhuc timeo malitiæ tuæ. Quia si timore gehennæ non facis malum, non amore iustitiæ facis bonum. Aliud est timere pœnam, aliud est timere iustitiam. Amor castus in te esse debet, quo amore desideres videre, non cœlum & terram, non campos liquidos maris, non spectacula nugatoria, non fulgores nitorésque gemmarum, sed desideres videre Deum tuum, & amare Deũ tuum. Propter istam visionem fac bonum, & noli facere malum. Si enim amas videre Deum tuũ in hac peregrinatione, illum toto amore suspira & desidera. Ecce fac quo te vult probare Deus tuus, vt appareat pro quibus rebus diligas Deum, vtrum pro seipso, an pro rebus terrenis quas tibi præstitit, & dicat tibi, Fac quod vis, imple cupiditatem tuam, extende nequitiam, dilata luxuriam, quicquid libuerit licitum puta, non te hic punio, faciem meam nunquam videbis. Si ad istam sententiam expauisti, amasti. Si ad hoc quod dictũ est, Faciem suam tibi negabit Deus tuus, contremuit cor tuum, & non videndo Deum tuum magnam pœnam putasti, gratis amasti. Hoc ideo dixi, quia sunt homines ita negligẽtes & tepidi, & quod peius est, etiam infideles qui dicunt, Vtinam hîc mihi Deus in hoc sæculo omnia bona tribuat, nõ ad me ptinet quid in futuro de me fieri velit. O infœlix anima, etiamsi te Deus nõ dimittat in pœnam, tantummodo faciem suam videre non permittat, nunquid non melius fuerat te non fuisse natum? Cum verò fieri non posit, vt qui faciem eius non meruit videre, ignem æternum euadere possit, quare sic amas præsentis sæculi voluptatem, vt non expauescas æterni ignis ardorem? Si ergo meus sermo inuenit in vobis aliquam scintillã gratuiti amoris Dei, ipsam nutrite. Adhanc

augendam

augēdam vos aduocate præcepto humilitatis, dolore pœnitentiæ, dilectione iustitiæ, operibus bonis, gemitibus synceris, cōuersatione laudabili, amicitia fideli. Hanc scintillam boni amoris, de qua Dominus dixit, Ignem veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt ardeat? flate in vobis, mittite in vobis. Ipsa cum creuerit, & flammam dignissimam fecerit, omnium cupiditatum carnalium ligna consumet. Tom.II. Habet tamen ipse timor corrigere malos. Lib. de correctione Donatistarum ad Bonifa. comitem. Epist.50. Proponunt nobis quidam sentētiam cuiusdam secularis authoris, qui dixit, Terent. in Adelp. Pudore & liberalitate liberos retinere, satius esse credo quàm metu. Hoc quidem verū est: sed sicut meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. Nam vt de ipso authore istis respondeatur, apud illum etiā legunt, Tu nisi malo coactus, rectè facere nescis. Porrò autem scriptura Diuina, & propter illos meliores dixit: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et propter hos inferiores qui Prouerb.23. plures sunt, ait, verbis non emendabitur seruus durus, si enim & intellexit, non obediet. Cap.248. Tom.III. Ideo lib. de vera innocentia. Ad omne opus, bonus amor Dei ducit & timor. Ad omne peccatū, amor mundi ducit & timor. Vt ergo appræhēdatur bonum, & declinetur malum, discerendum est quid & diligi debeat, & quid timeri. Sed de timore bono. In sermo. v. de Letaniis. Beatus est ille, cui timor suus est pro flagello: quem non pœna corrigit, sed disciplina. Nunquam tormenta patitur, qui timet ne aliquando patiatur. Tom.IIII. Lib. annotationū in Iob, cap. xl. Nisi gaudiū spei nostræ cū timore damnationis esset, in vobis negligens esset ipsa securitas & superba præsumptio: neq; in Psal. nobis diceretur, Psal.2. Exultate ei cum tremore. In sermo. xv. de martyribus. Timeamus, vt nō timeamus. Timor videtur ad ignauiam pertinere: Timor infirmorum videtur esse, non fortium: sed videte quid ait scriptura, Timor Domini spes fortitudinis. Timeamus ergo vt non timeamus: hoc est, prudenter timeamus, ne inaniter timeamus. Tom.V. Lib. xiiij. de ciuitate Dei, cap. ix. Timor castus permanens in sæculum sæculi, si erit & in futuro sæculo, non erit timor exterrēs à malo, quod accidere potest: sed tenens in bono, quod admitti non potest. Vbi enim boni adepti amor immutabilis est, profectò si dici potest, mali cauendi timor securus est. Timoris quippe casti nomine, ea voluntas significata est, qua nos necesse erit nolle peccare: & nō solicitudine infirmitatis, ne fortè peccemus, sed trāquillitate charitatis cauere peccatum. Aut si nullius omnino generis timor esse poterit in illa certissima securitate perpetuorum, fœliciúmq; gaudiorū, sicut dictū est, Timor Domini castus permanet in sæculum sæculi: quemadmodū dictum est, Patientia pauperum non peribit in æternum. Nec enim æterna erit ipsa patientia, quæ necessaria non est, nisi vbi toleranda sunt mala: sed æternum erit, quo per patientiam peruenitur. Ita fortasse timor castus in sæculū sæculi dictus est permanēs, quia id permanebit, quo timor ipse perdu-

A cit. Ideo super Psal. lxiij. Si timet homo Deum Tom.VIII. nō terreat homo. Eum enim timere debet homo, à quo factus est homo. Quod supra homines est time, & homines te non terrebunt. Mortem sempiternam time, & præsentem non curabis. Voluptatem illam incorruptam, & quietem sine labe concupisce: & promittentem dona ista temporalia, & totum mundum, derridebis. Ama ergo & time. Ama quod promittit Deus, time quod minatur Deus: nec corrumperis ex eo quod promittit homo, nec terreberis ex eo quod minatur homo.

Tom.X. Lib. de verbis Apostoli, sermo. xviij. Admitte charitatem, timendo peccare, admitte amorem non peccantem, admitte amorem bene viuētem. Illo intrante, incipit timor exire. Quanto plus illa intrauerit, tanto timor minor erit. Cum illa intra B uerit, nullus timor erit: quia perfecta charitas foras mittit timorem. In sermo. j. de timore. Prima sapiētia est timor Domini. Qui Deum timet, quæ bona sunt non negligit. Cap.77. Tom.III. Lib. de vera innocentia. Omnia quæ timentur, rationabiliter declinantur. Deus sic timendus est, vt ab ipso ad ipsum confugiatur. Tom.X. Propterea lib. j. de verbis Domini, sermo. iiij. Euangelium quod audiuimus valde nos terruit, si fidem habemus: eos autem non terruit, qui fidem non habent. Et quia nō terret eos, volunt esse peruersè securi, nescientes distribuere & distinguere tēpora timoris & securitatis. Timeat ergo qui ducit modo vitam cum fine, vt possit in illa vita habere securitatem sine fine.

Vnde non timet iustus nisi Deum. Tom.VIII. super Psal. xxvj. Quid timeat anima quam inhabitat Deus. Timor Dei piorū tutamen. C Quanta fiducia debet esse in eo qui nouit dicere, Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Protegitur imperator scutatis, & non timet: protegitur à mortalibus mortalis, & securus est: protegitur mortalis ab immortali, & timebit, & trepidabit? Si insurgant aduersum me castra: Castra munita sunt: sed quid munitius Deo? Ideo non timebit cor meum. Si insurgat aduersum me bellū: Quid mihi faciet bellū? Potest mihi auferre spem meam? Potest mihi auferre quod dat omnipotēs? Sicut non vincitur qui dat, sic non aufertur quod dat: quia si auferri potest datum, vincitur dator. Ergo dum nemo nobis potest auferre quod dat Deus, non timeamus nisi Deum. Tom.VIII. Super Psalm. xxxij. sermone ij. Fera sæuit, Deum time: Serpens insidiatur, Deum time: Homo te odit, Deum ti- D me: Diabolus te impugnat, Deū time: Tota enim creatura sub illo est, quem iuberis timere: quoniā ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Tom.VIII. Super Psal. xxxvj. sermo. ij. Quid timebis ò homo, cuius directi sunt gressus, vt ambules viam Domini? Timebis dolores? Flagellatus est Christus. Timebis contumelias? Audiuit, Dæmonium habes, qui dæmonia excludebat. Fortè factionem & conspirationem malorum? Conspiratum est aduersus illum. Non potes fortè ostendere consciētiam tuam bonam in aliqua accusatione, & vim pateris quod aduersus te falsi testes audiuntur. Contra ipsum falsum testimonium dixerunt, non solùm ante mortem, sed etiam post re-

Tom. VIII. surrectionem. Super Psal. xlviij. sermo. j. Non timeat homo quod non habet in potestate deuitare. Verbi gratia, Qui timet mortẽ, quid facturus est vt non moriatur? Non est qua euadat. Si timet damnationem timeat iniquitatem quam vitare potest. Tom. VIII. Super Psal. xcvj. Quid tibi facit inimicus? Quod Domino deo tuo. Quare amas habere quod Christus, si times pati quod Christus? Ille venit ferre vitam tuam temporalem, infirmam, morti obnoxiam. Certè time mori, si potes non mori. Quod per naturam vitare non potes, quare propter fidem non suscipis? Tollat tibi istã vitam qui minatur aduersarius, dat tibi Deus aliã vitam: quia & istam ipse tibi dedit, & si ipse noluerit, nec ipsa tolletur. Si autem voluerit vt tollatur tibi: habet quod tecum mutet, noli timere spoliari pro illo. Non vis exui veste pannosa? Stolam gloriæ tibi daturus est. Capi. Tom. IX. Lib. de tempore Barbarico, versus principium. Sunt multi qui nõ gemũt & dolent ob iniquitates quę fiunt in medio eorũ, volentes resistere, sed propter timorem sæcularium rerum nõ audentes, quas adhuc vel adipisci desiderat humana fragilitas, vel amittere formidat infirmitas secundũ id quod dolẽt, non omnes, secundũ quod rem nõ timendam timent. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: quia plus existimatur timor hominis quam timor Dei, & præferunt homines res quas acceperunt à Deo ipsi Deo: & ne eas tollat malus homo, contemnitur Deus, per quem factus est homo. In sermo. de diuite & Lazaro. Sancta lectio si in vita ista nos salubriter terreat, post istam vitam nemo nos terret: fructus enim timoris correctio est. Ideo non tantum dixi, terreat: sed, si salubriter terreat. Multi enim timere norunt. Quid est autem sterilius timore infructuoso? Sed, vt dicit libro de Tom. X. verbis Apostoli, sermo. xviij. Ex iis quæ in hoc tempore homines timent, coniiciant quid timere debeant. Timet quis carcerem, & non timet gehennam. Timet quæstionarios tortores, & non timet infernales angelos. Timet cruciatum temporalem, & non timet pœnas ignis æterni. Postremò timet ad modicum, & non timet in æternum mori. Ille qui te occisurus est quem times, quem exhorrescis, quid facturus est tibi? Exclusurus est de carne tua animam tuam. Quo eat exclusa vide.

Tom. VIII. Sed de timore suspicionis. Super Psal. xxx. expositione ij. sermo. ij. Timor factus sum notis meis. Quid tam timendum, quã cum videt homo multos malè viuentes, & de quibus bene sperabatur in multis malefactis inuentos? Timet ne tales sint hi quos putabat bonos esse, veniunt in suspicionem malam prope oẽs boni. Qualis vir? Quomodo cecidit? Quomodo inuentus est & in illa turpitudine, in illo scelere, in illo facto malo? Putas ne tales sunt omnes. Hoc est timor notis meis, vt & ipsis quibus noti sumus, plurimum in dubium veniamus. Et nisi te consoletur quod es, si aliquid es, non credis alterum esse talem. Consolatur hominem qualiscunque conscientia, vt dicat sibi homo qui bene viuit. O tu qui modo vereris ne tales sint oẽs, vt talis es? Respõdet conscientia tua,

A Non sum. Ergo si tu talis nõ es, solus es. Vide ne peior sit ista superbia, quàm illa nequitia. Noli te solùm dicere bonum.

TYRANNVS. De tyranni nomine & vitio, require supra, capit. Dominus. Capi. Tom. IX. Sed de eorum malis atque pœnis. Libr. de vita Christiana. Non tardes conuerti ad Deũ, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira eius. Quod in plerisque impletur, quibus ob nimia peccata, & in præsenti Dei ira superuenit, & in futuro seruatur. Sed hoc nemo intelligit, nemo cognoscit, nec quisque aduersa substinens malis suis æstimat irrogari, sed si quod pertulerit, consuetudinis potius putat esse quàm criminis. Et ideo Deus in præsenti non videtur punire peccantes, quia cum punit, non cognoscitur. B Multi sunt enim quos nemo intelligit, qui ob multitudinem peccatorum ante iudicij diem in præsenti etiam iudicantur. Aut dicat quis si quem sacrilegum, rapacem, falsarium, homicidam, furem, fraudulentum, adulterum, cæterorúmque criminum reum, vel in pręsenti tempore potuit videre longæuum? Nos enim plurimorum videmus exempla, per quæ probare sufficimus sceleratos & impios peccatorum suorum fine completo, & hoc tempore iudicari, & præsentem eis vitam negari non minus quàm futuram. Sed hoc ille facilius intelligere potest, qui per diuersa tempora diuersorum iudicum impiè sceleratéque versantium spectauit interitum. Quorum quo potestas sublimior est, eo ad peccandum maior audacia, quæ totum credit licere quod potest. Et dum alterius iudicium C non timent qui alios iudicant, ad cadendum præcipites sunt. Ita fit vt qui hominis non timent in delinquẽdo iudicium, Deum iudicem sentiant & vltorem. Et quibus alij, qui insontium sanguinem frequenter effuderant, ita Dei iram iudiciúmque senſere: & ipsi postmodum sanguinem fundere cogerẽtur suum, qui fundebant libenter alienum. Alij verò qui similia commiserant, sic Dei indignatione prostrati sunt, vt in sepulti iacerent, & esca færis & cœli volucribus fierent. Alij autẽ qui innumerabilem multitudinem hominum iniustè peremerant, membratim particulatímue concisi sunt, vt non minor fuerit concisura membrorum quos interimi fecerant numero punitorum. Et quorũ iudicio maritis iniustè peremptis multæ viduæ effectæ, multi orphani occisis D patribus derelicti, quibus præter orbitatem mendicitas inferebatur & nuditas: nam addebant impietati & crudelitati quod deerat, vt eorum quos fecissent occidi, spoliarent & liberos: nunc verò ipsorum coniuges viduæ, & filij orphani quotidie alienis egent panibus. Nónne tibi videtur istud testimonium in ipsis esse completum comminantis Dei, & dicentis, Viduam & orphanos non vexabitis: quod si vexabitis eos, & vociferãtes proclamauerint ad me, exaudiam vociferationem eorum, & irascar animo, perimam vos gladio, & erunt coniuges vestræ viduæ, & filij vestri orphani. O indignum nefas. O scelestum facinus. O nimia & non ferenda crudelitas, duo

Certo peccatorũ numero cõpleto punit Deus hominẽ etiam in præsenti.

sæuissi

ſæuiſsima & atrociſsima vno perpetrãtur in tempore, homicidium fit, vt rapina ſuccedat: occiduntur mariti, occiduntur & patres, quo facilius viduæ ſpolientur & orphani: & ita quiſque in alterius morte gaudet, quaſi non ſit & ipſe quandoque moriturus. Meritò ergo Deus huiuſmodi crudelitatibus & impietatibus cõmouetur. Meritò iudicium ſuum in quibuſdam etiam ante tempus oſtendit. Meritò vita talibus nec præſens nec futura conceditur. Quorúmne nos nec ſceleratum, nec impium, & in præſenti etiam Dei iudicium euadere poſſe exiſtimemus, admonemur exemplo: ſed hoc magis ſentire nos conuenit, tandiu vnumquenque Dei patientia ſuſtentari, quãdiu nondum peccatorum ſuorum terminum finémque repleuerit: quo conſummato, eum illico percuti, nec illi iam vllam veniam reſeruari. Eſſe autem certum peccatorum modum atq; menſuram, Dei ipſius teſtimonio declaratur. Et quod vnus quiſque vel ſcelerius vel tardius prout peccatorum ſuorum modum expleuerit iudicetur, euidentiſsime demonſtratur, quando de Sodomorum & Gomorreorum interitu atque incendio, qui ſua iam peccata cõpleuerant, Abrahæ Deus loquitur dicens, Clamor Sodomorum & Gomorreorũ completus eſt, & peccata eorũ magna vehemẽter cõpleta ſunt. De Amorreis verò quid dicit qui ſua nondum peccata finierant, quos poſt multos annos quam ſupra dictæ ciuitates crematæ ſunt, conſtat eſſe dilectos? Nondum ſunt expleta peccata Amorreorum vſque adhuc. Quo exemplo manifeſtiſsimè inſtruimur & docemur, ſingulos ſecundum peccatorum ſuorum plenitudinem conſumari, & tandiu vt conuertãtur ſuſtineri, quandiu cumulum ſuorũ non habuerint delictorum. Libro de magiſtro ad Hieronymum, Perſius omnibus pœnis quas tyrannorũ vel crudelitas excogitauit, vel cupiditas pendit, hanc vnam anteponit, qua cruciantur homines, qui vitia quæ vitare non poſſunt, coguntur agnoſcere. Verba Perſij.

Cap.4.

Magne pater diuûm ſæuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Mouerit ingenium, feruenti ficta veneno
Virtutem videant, intabeſcántque relictæ.

Perſius Saty.3.

TOLLERE. Libro ſupputationum parte iiij. capite ij. Chriſte domine verbum patris qui veniſti in hunc mũdum peccatores ſaluos facere, rogo te per indulgentiſsima miſericordiæ tuæ viſcera, emenda vitam meam, meliora actus, compone mores, tolle de me quod mihi nocet & tibi diſplicet, & da quod noſti tibi placere & mihi prodeſſe. Quis poteſt mundum de immundo facere, niſi tu ſolus? Tu es Deus omnipotens infinitæ pietatis qui iuſtificas impios, & viuificas mortuos propter peccatum, qui mutas peccatores & non ſunt. Tolle ergo de me quicquid diſplicet in me, imperfecta enim plurima mea vident oculi tui: Mitte quæſo manum pietatis in me, & tolle de me quicquid offendit oculos pietatis tuæ in me. Coram te Domine eſt ſanitas & infirmitas mea, illam precor ſerua,

Lib. Medit. cap.36. Tom.IX.

A iſtam ſana. Sana me Domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: tu qui infirma ſanas, & ſanata conſeruas: tu qui ſolo nutu tuo reſtauras diruta, releuas collapſa.

TOLERARE. Toleranda ſunt mala. In Epiſtola ſecunda ad Voluſianum. Miſericordia & gratia prædicata hominibus per hominem Chriſtum, impartita autẽ per Deum Deíque filium eundem ipſum Chriſtum, non deſerit eos qui ex eius fide viuunt, eúmque piè colunt, ſiue mala huius vitæ patienter fortitérque experiantur, ſiue bonis eius miſericorditer ac temperanter vtantur, æternum pro vtroque præmium recepturi in ciuitate ſuperna atque Diuina, vbi iam non ſit moleſtè B toleranda calamitas, nec laborioſè frænanda cupiditas, ſed ſola ſine vlla difficultate, & perfecta libertate retinenda Dei & proximi charitas.

Tom.II. Epiſt.3.

Libro de vera innocentia. Tolerentur præſentia mala, donec veniat beatitudo promiſſa. Suſtineantur à fidelibus infideles, & inter ortorum frumenta zizaniorum auulſio differatur: quantumlibet ſæuiant impij, melior eſt etiam in hoc tempore cauſa iuſtorum, qui quanto acrius impetuntur, tanto glorioſius coronantur.

Cap 99. Tom.III.

Ibidem. Qui ideo neminem vult hominum pati, quia vt arbitratur proficit, per hoc ipſum quod alios non tolerat, oſtendit quod potius non proficit. Libro de paſtoribus. Pertinet ad Chriſtianam firmitatem, non ſolùm operari quæ bona ſunt, ſed tolerare quæ mala ſunt. Qui ergo vi- C dentur feruere in operibus bonis, ſed imminentes paſsiones tolerare nolle, aut non poſſe, infirmi ſunt. Qui verò aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipſis bonis operibus reuocantur, languidi & ægroti iacent: quippe in ipſo languore tanquam ſine vllis viribus nihil boni poſſunt operari. Inducimur ad tolerandum exemplo crucis. Libro de quatuor virtutibus charitatis. Si qua es anima quæ cupis poſsidere virtutem charitatis, quæ omnia tolerat, relinque mũdum, confuge ad crucis lignum, non metuas procellas & turbines huius diluuij: non mergeris ſi ligno portaberis, nouit gubernare qui dignatus eſt creare, tantum adſit virtus charitatis, quæ omnia tolerat. Nulla res te ab arcæ ſoliditate euellat. Per- D mane bonus, & tolera malos: melius enim eſt, vt intus poſitus propter bonos toleres malos, quã foras exiens & periens, & bonos relinquas & malos. Si ergo ſunt tecum feræ, id eſt, ſi tecum ſunt in Eccleſia praua docentes, falſa ſentientes, hæretici vel ſchiſmatici, aut etiam ipſi mali catholici, more ferarum animas deuorare quærentium, tolerentur vſque ad finem ſæculi, tanquam ad finem diluuij: rugiant licet fremant dentibus, atque ipſam arcam confringere conentur, non expaueſcas: finito enim diluuio, illas rapiet inanis & ſpinoſa ſylua, te fertilis ſuſcipiet terra. Poſt finem ſæculi impij rapientur ad tenebras exteriores: pios autem ſuſcipiet terra viuentium. Inducimur exemplo malorum. Libro de patientia. Intueamur quanta in laboribus

Cap. 115. Cap.6. Tom.IX. Tom.IX. Cap.3. Tom IIII.

Patientia malorum. & doloribus homines sustineant dura, pro rebus quas vitiose diligunt, & quantum his se fœliciores fieri putãt, tanto infœlicius cõcupiscunt. Quanta pro falsis diuitiis, quãta pro falsis honoribus, quãta pro ludicris affectionibus periculosissima & molestissima patiẽtissime tolerãtur. Pecuniæ & gloriæ cupidos videmus, vt ad desiderata perueniant, adeptisque non careant, soles, imbres, glacies, fluctus, & procellosissimas tempestates, aspera & incerta bellorum, immanium plagarum ictus, & vulnera horrenda, non ineuitabili necessitate, sed culpabili voluntate perferre. Verum hæc quodam modo licitæ videntur insaniæ. *Cap.7.* In eodem infra per exempla dolorum. Si tanta suffert anima vt possideat vnde pereat, quanta debet sufferre ne pereat? Deinde vt illud dicam quod culpabile non est, si tanta suffert pro salute carnis inter manus secantium siue vrentium medicorum, quanta debet sufferre pro sua anima inter furores quorumlibet inimicorum: cum medici ne corpus moriatur per pœnas corpori consulant, inimici autem pœnas & mortem corporis comminando, vt anima & corpus in gehenna occidatur impellant: quanquam & ipsi corpori tunc prouidentius consulatur, si temporalis salus eius pro iustitia contemnatur, & pœna vel mors eius pro iustitia patientissime sufferatur? *Tom.I.* Tolerare debemus Diuino præcepto. Libro decimo confessionũ. Molestias & difficultates sæculi tolerari iubes, non amari. Nemo quod tolerat, amat, & si tolerare amat, quamuis enim gaudeat se tolerare, mallet tamen non esse quod toleraret. Prospera in aduersis desidero, aduersa in prosperis timeo. Quis inter hoc medius locus, nisi vita vbi non est humana tentatio? *Cap.181. Tom.III.* Libro de vera innocentia. Nemo quod tolerat amat, etiam si tolerare amat: quia aliud est fortis patientia, aliud secura fœlicitas. Nec eiusdem est temporalis labor pugnæ & beatitudo victoriæ. *Tom.VIII.* Tolerare debemus Christi exemplo, Super Psalmum nonagesimũ, sermo. primo. Qui sic imitatur Christum, vt toleret omnes molestias sæculi huius, spes eius in Deo sit: vt nec illecebra capiatur, nec timore frangatur. *Tom.VII.* Libro secundo, de peccatorum meritis, & remissione, & baptismo paruulorum. Intelligat ergo quantum debet æquo animo tolerare quæ pertulit, si Christus in quo peccatum (cum propter nos homo factus esset) omnino nullum fuit, & in quo tanta potẽtia est, nequaquam tamen passionis obedientiam recusauit. *Cap.6. Tom.IIII.* Et malos maxime debemus tolerare. Libro iiij. de consensu quatuor Euangelistarum. Ita tollerandi sunt mali, sicut ante ventilationem palea toleratur in area, vt neque illis aliquid iniquitatis cõsentiatur ad cõmunionem, nec propter illos bonorum societas deseratur. *Cap.1. Tom.VII.* Libro secundo contra Epistolam Parmeniani. Quisquis vel quod potest arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest saluo pacis vinculo excludit: vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus: & ab isto maledi-

A cto immunis, quod scriptura dicit, Væ his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam: omnino liber, prorsus securus, penitus alienus. *Isai.5.* Libro tertio contra eundem, post principium. Ecce ante tempus ventilationis tolerare oportet potius propter bonos commistionem malorum, quàm violare propter malos charitatem bonorum. Hæc quippe commistio non æterna, sed temporalis: non spiritualis, sed corporalis est. *Cap.5. Tom.IX.* Libro, vel Homil. de ouibus, ante medium. Alia est conditio agri, alia quies horrei. Tolera, ad hoc enim natus es: Tolera, quia forte toleratus. Si semper bonus fuisti, habeto misericordiam: Si alteri malus fuisti, habeto memoriam. Et quis est semper bonus: facilis si te Deus diligenter discutiat, inueniat te etiam nunc malum, quam tu te semper bonum. B Ergo toleranda sunt zizania hæc inter frumentum, hirci inter arietes, hœdi inter oues. *Cap.eod.inf.* Et infra subdit. Modo tempus separationis non est, sed tolerationis. Nec ideo ista dicimus, vt corripiendi dormiat diligentia, sed vt disciplina exerceatur, & iudicium non præcipitetur. In epistola ad catholicos de Donatistis. Quia scriptum est. Charitas omnia tolerat: per bitumen area signata est, intus & foris arca linita est: quia intus & foris mali tolerandi sunt, ne pacis compago soluatur. Super Psalmum quinquagesimumprimum. Hoc affectare debemus tolerare hîc malos, quàm tolerari à bonis. *Tom.VIII.* Super Psalmum quinquagesimum quartum. In omni congregatione multitudinis, necesse est vt inueniantur mali. Deus enim qui C nouit exercendos nos, miscet nobis etiam non perseueraturos: aut certè ita simulatos, vt nec inchoauerint in quo perseuerare debent. Nouit enim necessarium esse nobis vt feramus malos: & proficiat quod boni sumus. *Tom.VIII.* Super Psalmum centesimumnonagesimum nonum. Si nunc mali à bonis non possunt separari, ferendi sunt ad tempus. Mali in area nobiscum esse possunt, in horreo non possunt. Et fortè hodie qui mali apparẽt, cras boni erunt: & qui hodie de bonitate superbiunt, cras mali inuenientur. Quisquis ergo humiliter malos ad tempus fert, ipse perueniet ad requiem sempiternam. *Cap.181. Tom.III.* Et malorum mores debent tolerare. Libro de vera innocentia. Magnus bonorum labor est, mores tolerare contrarios: quibus qui non offenditur, parum proficit. D Tantum enim torquet iustum aliena iniquitas, quantum recedit à sua. *Tom.II. Epist.106.* In Epistola ad Christinum. Quantum ad me legendum attinet: magis vereor in manibus vestris loquacitatẽ meam reprehendi, quàm eloquium requiri. Illud tamẽ breuiter dixerim, quod diuturna cogitatione si ruminaueris, senties quid sapiat. Cum in itinere Dei faciliora & fructuosa ignaua formidine fugiuntur, in itinere sæculari duriora & sterilia ærumnoso labore tolerantur.

TONITRVVM. Libro annotationũ in Iob, capite vigesimo octauo. Tonitruum est euidentissima vox manifestationis Dei, Aut certè vox illa, quam dedit per filium

Ioan.1. Cap.7. Tom.IX. lium tonitrui. In principio erat verbum &c.

TOTVM. Dicitur totus vbique Christus. Libro de symbolo, tractatu tertio. Totus filius est apud patrẽ, totus in cœlo, totus in terra, totus in vtero virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso quo latronem introduxit. Non per diuersa vel loca vel tempora dicimus vbique esse totum, vt modo ibi totus sit, & alio tempore alibi totus: sed vt semper vbique sit totus. Si enim Deus hoc præstitit huic luci, quæ videtur nostris aspectibus, vt simul tota vbique sit (neque enim quando hîc est, in oriente vel in aliis partibus terrarum non est) & in omnibus tota est, & omnium oculos satiat, & ipsa integra perseuerat: si hoc potest creatura, quanto amplius ipse creator? *Cap.18. Tom.III.* Tota in toto est anima. Lib de spiritu & anima. Quoniam vbique est anima in suo, videlicet corpore; non tamen per loci spatium ita sistitur vel mouetur, vt maiore sui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiorem: minórque sit in parte quàm in toto. Per omnes siquidẽ particulas corporis tota simul adest, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus: sed alicubi intensius, alicubi remissius, & tota in omnibus, & in singulis tota est. *Anima tota agit quicquid agit.* Sicut enim vbique Deus est totus in toto mundo, & in omni creatura sua: sic anima vbique in toto corpore suo, quasi in suo quodã est mũdo, intensius tamen in corde & cerebro, quemadmodum Deus dicitur præcipuè in cœlo. Inuisibilis enim & incorporea est anima: Si enim visibilis esset, corporea esset, & si corporea esset, partibilis esset, & partes haberet, neque tota simul in vno loco esse posset. Nullum enim corpus aut simul totũ tangi, aut simul totũ tangere potest. Anima verò in quibuscunq; suis motibus, vel actibus tota simul adest. Tota videt, & tota visorũ meminit. Tota audit, & tota sonorũ reminiscitur. Tota odorat. & tota odores recolit. Tota per linguam & palatum sapores sentit & discernit. Tota tangit, vel dura vel mollia. Tota simul approbat vel improbat. Calida verò vel frigida summo tantum digito tota discernit. Tota est visus, tota est auditus, tota meminit, & cum tota meminit, tota est memoria. Cum tota vult, tota est voluntas. Cum tota cogitat, tota est cogitatio. Cum tota diligit, tota est dilectio. Potest nanque ex parte cogitare, & ex parte diligere. *Cap.18. Tom.IX.* Totus homo debet seruire Deo. Libro soliloquiorum ad Deum. Totus Domine eram in morte, totũ me resuscitasti: tuũ igitur sit totum id quod viuo, & totus totum me tibi offero. Totus spiritus, totum cor, totum corpus, tota vita mea viuat tibi: quoniam totum me liberasti, vt totum me possideres: totum me refecisti, vt totum me rehaberes. Probat alia ratione eodem libro, capite vigesimo. Vt totus tibi seruirem, omnia quæcunque fecisti, in meum seruitium tradidisti. Omnia sub pedibus hominum subiecisti, vt solus homo totus tibi subiiceretur. Et vt tuus totus homo esset, super omnia opera tua dominatus est homo. Exteriora nem-

A pe pro corpore creasti, ipsum verò corpus pro anima, ipsam verò animam pro te vt tibi soli vacaret, & te solum amaret.

TRANSIRE. De transire Dei. Libro de essentia diuinitatis Dei. *Tom.IIII.* Transire Dei, est cum de cordibus quorundam hominum, in quibus ante per fidem habitare credebatur, postea surrepente perfidia, vel quolibet delicto recedit, & ad alios transit. In sermone de Iacob & Esau. *Lib. de verb. Domini ser. 18. qui est de 2. cæcis.* Quid est transiit Iesus: nisi agit transitoria Iesus? Attendite & videte quanta eius gesta transierunt. Natus est de virgine Maria, nunquid semper nascitur? Infans lactatus est, nunquid semper sugit? Per ætates cucurrit vsque ad iuuentutem, nunquid semper corporaliter crescit? B Infantiæ pueritia, pueritiæ adolescentia, adolescentiæ iuuentus transeunti sedentíque successit. Ipsa etiã quæ fecit miracula transierunt. Leguntur & creduntur. Quia enim talia scripta sunt vt legi possint transibant cum fierent. Postremò ne in multis moremur, cruxifixus est: nunquid semper pendet in cruce? Sepultus est, resurrexit, ascendit in cœlum, iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur, & Diuinitas eius semper manet, & immortalitas iam corporis nunquam deficiet. Sed tamen omnia illa quæ corporaliter ab eo gesta sunt, transierunt, & legenda scripta sunt, & credenda prædicantur. In illis ergo omnibus transiens & Iesus. De nostro transitu distinguitur super Ioannem. *Tract.55. Tom.IX.* Transeunt infideles & mali, quia non permanent: sed aliud est transire de mũdo, aliud transire cũ mundo: aliud ad patrem, aliud ad hostẽ. C Nam Aegyptij transierunt Israëlem enim persequendo transierunt. Sed non transierunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitum. *Suprà.* De bono transitu ibidem. Salubris transitus est, cum à diabolo transimus ad Christum: & ab isto instabili sæculo, ad fundatissimum regnum. Ideo quippe ad Deum permanentem transimus, ne cum mundo transeunte transeamus. *Præfat. in hunc Psal. Tom.VIII.* Super Psalmum septuagesimum sextum. Omnia ista transeunda sunt, vt ad Christum finem peruenire possimus, vbi quod iam transiliamus non habebimus. Etenim tandiu transilire debemus, quicquid nos impedit, quicquid irretit, quicquid visco quodam illigat, & onere aggrauat volatum nostrum, donec perueniamus ad id quod D sufficit: vltra quod nihil est infra quem sunt omnia. & ex quo sunt omnia.

TRIBVLATIO. Vnde dicitur tribulatio. *Tom.IIII.* Libro octogesimo tertio quæstionum. Omnis tribulatio aut pœna est impiorum, aut exercitatio iustorum: quia eadem tribulatio & paleas conterit, & frumenta paleis exuit. Vnde tribulatio nomen acceperit. Distinguitur de tribulationis fine. *Tom.I.* Libro secundo de Genesi contra Manichæum. Vrit quodam modo omnis tribulatio: sed aliud est vri ad consumptionem, aliud est vri ad purgationem. Est tribulatio culpæ expiatiua. *Tom.II.* In Epi-

Epi. 121. Cap. 14. stola ad Probam. Molestiæ tribulationésque temporales plerunque prosunt, vel ad sanandum tumorem superbiæ, vel ad probandam exercendámque patientiam, cui probatæ & exercitatæ clarior merces, vberiorque seruatur, vel ad quæcunque flagellanda & abolenda peccata.

Tom. X. Vnde libro primo de verbis Domini, sermone decimo octauo. Dedit nobis præcepta medicus sanis, & dedit præcepta medicus ne medico indigeremus. Sani præcepta contempsimus, & experimento sensimus in quantam perniciem nostram pręceptum illud contẽpserimus. Aegrotare iam cœpimus, laboramus in lecto, infirmati sumus, sed non desperemus. Quia enim ad medicum venire non poteramus, ipse ad nos venire dignatus est. Non contempsit saucium contemptus à saucio †. Non destitit dare alia præcepta languenti, qui prima noluit custodire ne langueret: tanquam diceret. Certè experimento sensisti verum me dixisse, quando dixi, Noli hoc tangere. Sanare ergo tandem, & reuiuisce. Ecce porto infirmitatẽ tuam. Bibe amarum calicem, tu enim tibi fecisti. Præcepta illa mea quæ sano data sunt tam dulcia, tam leuia contempta sunt. Cœpisti laborare, sanari non potes nisi amarum biberis calicem tentationum quibus abundat hæc vita, calicem tribulationum, angustiarum & passionum. Bibe, inquit, bibe vt viuas. Et ne responderet ei languidus, Non possum, non fero, non bibo: prior bibit medicus sanus, vt bibere non dubitaret ægrotus. Quid enim amarum est in tali poculo quod ille non biberit? Si contumelia, prior audiuit cum dæmones expelleret. In Beelzebuth, eiicit dæmones: Et Dæmonium habes. Si dolores amari sunt, ligatus, & flagellatus, & cruxifixus est. Si mors amara est, etiã mortuus est. Si genus mortis exhorrescit infirmitas, nihil illo tempore fuit ignominiosius quam mors crucis. Non enim crux tunc honorabilis erat, sed ignominosa. Sed quia ipse honoraturus erat fideles suos in fine huius sæculi, prius honorauit crucem in hoc sæculo, vt terrarum principes credentes in eum prohiberent aliquem nocentium crucifigi: & quod cum magna insultatione persequutores Iudæi Domino procurauerunt, magna fiducia serui eius etiam reges in fronte nunc portant. Hæc ergo Dominus faciens Diuina, & patiens humana, admonet nos miraculis corporalibus & patientia corporali, vt credamus & sanemur ad conspicienda illa inuisibilia quæ carnis oculus nescit. In serm. de pressuris mundi. Quotiescunque pressuras seu tribulationes aliquas patimur, admonitiones sunt & coreptiones nostræ. Nam & ipsæ sanctę literæ non nobis promittunt pacem, securitatẽ & quietem: sed tribulationes, pressuras & scandala. Quid enim boni aliquando habuit vita ista ab ipso primo homine, ex quo meruit mortem, & maledictum accepit, de quo nos Christus liberauit? Non est ergo murmurandum. Nam quid tale modo genus humanum patitur insolitum, quod non patres nostri

† Aliàs, sano.

A passi sunt? Aut quando talia patimur qualia ipsos passos cognouimus? Inuenies homines murmurare de temporibus suis: & quod illa tempora bona fuerint parentum nostrorum: qui si possent reuocari ad ista tẽpora, adhuc murmurarẽt? Quæ enim putas tempora bona fuisse præterita? Nõ iam sacris literis vel imbutus vel eruditus es? Miror quod putes bona tẽpora habuisse Adam cui dictum est, In sudore vultus tui &c. vsque, spinas & tribulos &c. Quid ergo putas præterita tempora fuisse meliora quam tua: cum ab Adam, vsque in hodiernum diem labor & sudor spinæ & tribuli? Excidit nobis diluuium? Excidere laboriosa tempora famis atque bellorum? Quæ B ideo scripta sunt, ne contra Deum de præsenti tempore murmuremus. Excidit tempus illud longe à temporibus nostris, quando caput asini tanto auro vendebatur: & stercus columbinum non paruo argento emebatur: quando mulieres de comendedis infantibus suis peractæ sunt, & cum vnus occisus & sumptus esset, & alia suum nollet occidere, talis causa ad regem iudicem venit, vbi seipsum reum potius quàm necatricem inuenit? Et quis sufficit commemorare omnia illius temporis, aut bella, aut famem. Qualia per illa tempora fuerunt? Quæ lecta & audita omnes perhorrescimus, vt habeamus potius vnde gratulemur, quàm vnde de nostris temporibus murmuremus. Quando ergo bene fuit generi humano? Quando non timor? Quando non dolor? C Quando non incerta fœlicitas? Quando non vera infœlicitas? Sed non habes artes vt acquiras. Habes, times ne perdas, & quod est miserius, & illo ardore & isto timore sanum te putas. Ducenda est vxor: si mala, pœna tua: si bona, ne fortè moriatur. Filij non nati contristant, torquent nati timoribus. Quam gaudentes facit natus, qui continuo timetur, ne plangatur eiectus. Vbi erit vita secura? Nonne omnis ista terra quasi nauis magna est portans fluctuantes & periclitantes: procellis & tempestatibus subiacens, timens naufragium, suspirans in portum? Et ij quidem suspirant in portum, qui iam se intelligunt peregrinari. Ergo qui dies boni? Dies menti, dies prætervolantes, dies antefiniti quam veniant, dies qui ideo veniunt vt non sint. Quis est ergo qui vult D vitam: & diligit dies videre bonos? Hic autem nec vita, nec dies boni. Dies enim boni, ipsa est æternitas: dies sancti sine fine dicti sunt dies. Habitabo, inquit, in sæculum, in longitudinem dierum. Super Psalmum xxj. sermo. ij. Multi clamant in tribulatione & non exaudiuntur, vt intelligat homo medicum esse Deum, & tribulationem medicamẽtum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamento positus: vreris, fæcaris, clamas: non audit medicus ad voluntatẽ, sed ad sanitatem. Est tribulatio gratiam largiens. Ibidẽ. In tribulatione positus Christianus probatur, si non dereliquit Deum suum, quãdo bene est homini, desertus est sibi Christianus. Ignis intrat fornacem, & fornax aurificis magni

Gen. 3.

4. Reg. 6.

gni sacraméti res est. Ibi est aurũ, ibi palea, ibi ignis in angusto operatur. Ignis ille non est diuersus, & diuersas res agit: paleam in cinerem vertit, auro sordes tollit. In quibus autem habitat Deus, vtique in tribulatione meliores fiunt tanquã aurum probati. Et si fortè petierit inimicus diabolus, & cõcessum ei fuerit: siue aliquo dolore corporis, siue aliquo damno, siue amissione suorum, fixum cor habeat in illo qui se non subtrahit, & si quasi subtrahit aurem ploranti, sed apponit misericordiam deprecanti. Nouit quid agat. Qui nos fecit, nouit & reficere nos. Bonus est structor qui ædificauit domum, & si aliquid ceciderit, nouit resarcire. In serm. iij. de Machabæis. Totus mundus fornax aurificis est. Ibi iustus tanquam aurũ, impij tanquã palea. Ibi tribulatio sicut ignis, ibi Deus sicut aurifex. Pius Deum laudat, aurum rutilat: impius Deum blasphemat, palea fumat. Ad vnam tribulationem tanquam ad vnum ignẽ, iste purgatur, ille vastatur: Deus in vtroque laudatur. Super Psal. xxx. expositione ij. sermone. iij. Illi sunt qui male cadunt, qui spem suam in hoc sæculo ponunt. Aufertur quod nitebat foris, nihil remanet intus nisi fumus malæ consciẽtiæ. Vnde se consolentur non habẽt, non habent quo foras exeant, non habẽt quo intro redeant: deserti pompa sæculari, inanes gratia spirituali, verè humiliantur. Et multis facit Deus ista in isto tempore, sed non omnibus. Si enim nemini faceret, quasi non videretur vigilare Diuina prouidentia. Si omnibus faceret, non seruaretur Diuina patientia. Tu tamen, Christiane, didicisti tolerare, non vindictam retribuere. Vindicari vis Christiane? Nondum vindicatus est Christus. An tu passus es improbum, & ille non passus est? Nõne prior pro te passus est, qui non habebat quare pateretur? Nã in te tribulatio fornax aurificis est si tamẽ aurũ sis & nõ palea: vt sordibus careas, nõ in cinerem conuertaris. Super. Psal. ser. ij. Quid facit malus homo cũ cœperit tribulari, foris nihil habet, ablata sunt omnia: in conscientia nullũ habet solatiũ. Nõ est quo exeat, quia dura sunt: non est quo intret, quia mala sunt. Super Psal. xl. Patitur quis tribulationes, docetur amare meliora per amaritudinem inferiorum, ne viator tendens ad patriam, stabulum amet pro domo sua. Super Psalmum quinquagesimũ quintũ. Si putas te non habere tribulationem, nondum cœpisti esse Christianus. Super Psal. cxxxvij. Vita ista tribulatio est. Si non est tribulatio, non est peregrinatio. Si autem peregrinatio est, aut parum patriam diligis, aut sine dubio tribularis. Quis enim non tribuletur nõ se esse cum eo quod desiderat? Vnde tibi non videtur ista vita tribulatio, quia non amas. Ama alteram vitam, & videbis quia ista vita tribulatio est, quacunque prosperitate fulgeat, quibuslibet deliciis abundet atque circunfloreat. Quando nondum est illud gaudium sine vlla tentatione certissimum, quod nobis seruat Deus in fine: sine dubio tribulatio est. Libro de vera innocentia. Ad hoc excoquuntur homines tri-

Super Psal. 36.
Tom. eod.
Tom. eod.
Tom. eod.
Tom. eod.

A bulationibus, vt vasa electionis euacuentur nequitia, & impleantur gratia. Eodẽ libro. Cum Dominus permittit aut facit vt aliqua tribulatione vexemur, etiam tunc misericors est: quia exercitans fidem, & differens adiutorium: non auxilium negat, sed desiderium mouet. Propterea quia tribulatio est vtilis. In sermone secundo, de letaniis. In die tribulationis meæ exquisiui manibus meis: quæsiui in die tribulationis meæ Deum. Non quæsiui in die tribulationis meæ aurum, neque argentum, aut pecuniam, aut sæculum, sed Deum. Omnis homo non vult habere tribulationem, sed tamen bona est tribulatio, quæ cogit hominem Deum quærere. Nunquid dicit, In die deliciarum mearum Deum exquisiui? Forte cum habeat delicias, non quæ

B sunt Deum. Dedit illi Deus tribulationem, non irascendo, sed magis miserendo. Non ipsum deseruit, sed se ab illo quæri voluit. Nouimus enim multos quando illis bene est, nõ quærunt Deum: quãdo autẽ sunt in tribulatione, tũc quęrũt Deũ. Profuit tribulatio, vt sit illis Dei inquisitio, cũ enim fuit inquisitio sequitur inuẽtio vt toleretur tribulatio. In episto. ad Felicitatẽ & Rustic. Et pluit super iustos & iniustos. Breuiter enim aliquid dictũ est, vt plura cogitẽtur. Quàm multa enim habeãt impij in hac vita munera & dona gratuita ab illo quẽ cõtẽnũt, enumerare quis potest? Inter quę illud magnũ est quod exẽplis interpositarum tribulationum, quas huius sæculi dulcedini tanquam bonus medicus miscet, admonet eos, si attendere velint, fugere ab ira ventura: & cum

C in via sunt, id est, in hac vita, concordare cum sermone Dei, quem sibi aduersarium male viuendo fecerunt. Quid ergo non misericorditer præstatur hominibus à Domino Deo, à quo etiam tribulatio beneficium est? Nam res prospera donũ est consolãtis: res autẽ aduersa donum est admonentis Dei. In epistola ij. ad Probam. Si fallacis prosperitatis semper hîc tranquillitas accederet, anima humana illum verè certéque securitatis portum non appeteret. Est ipsa tribulatio gloriæ procuratiua. Libro de catechizandis rudibus. Si insultationes vel tribulationes pro nomine Christi passus, non defeceris à fide, nec à bona vita deuiaueris, maiorem mercedem accepturus es. Qui autem in his diabolo cesserint, etiam minorem perdunt. Sed humilis esto Deo,

D vt non permittat te tentari vltra vires tuas.

Tom. II. Epist. 81.
Tom. eod. Epist. 156.
Tom. IIII.
Tom. X.

Ideo libro primo de verbis Domini, sermone nono. Quanto pretio temporalium emenda est futura vita beatorum, & non pati æternos labores impiorum, & sine vlla solicitudine perfrui æterna fœlicitate iustorum attendite. Secari & vri se homines patiuntur, vt dolores non æterni, sed aliquanto diuturnioris vlceris acriorum dolorum pretio redimantur, in languida & incerta vacationis breuissimæ, atque vltima vita. Immanissimis bellis miles atteritur, pluribus forte annis in laboribus inquietus, quàm in otio quieturus. Quibus tempestatibus

A & procellis, quàm horribili & tremendæ sæuitiæ cœli & maris in portum sunt mercatores, vt diuitias venturas acquirant, maioribus quam quibus sunt acquisituri periculis & tempestatibus plenas. Quos æstus, quæ frigora, quæ pericula, ab equis, à fossis, à præcipitiis, à fluminibus, à feris perferunt venatores, quem laborem esuriendi & sitiendi, quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias vt bestiam capiant, & interdum nec ipsius bestiæ carnes propter quam hæc tanta sustinent, epulis necessariæ sunt: quanquam & si aper ceruúsve capitur, magis suaue sit venantis animo quia captus est, quàm comedentis palato, quia coctus est. Quantis cruciatibus propè quotidianarum plagarum tenera puerorũ ætas subditur? B Quantis etiam scholis vigiliarum & abstinentiæ molestiis exercentur, non propter discendam sapientiam, sed propter opes honorésque vanitatis, vt numeros, & literas, & disertas fallacias eloqui discant? Sed in his omnibus qui hæc non amant, eadem grauia patiuntur. Qui verò amant, eadem quidem, sed non grauia pati videtur. Omnia enim sæua & immania prorsus facilia & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius atque facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quòd ad miseriam quantũ potuit cupiditas fecit. Quàm facile toleratur qualibet aduersitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur. Non immerito ille vas electionis cum ingenti lætitia dixit, Nõ sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. C In ser. iij. de sancto Cypriano. Tempus neminem lædit. Qui lædunt, homines sunt: à quibus læduntur, homines sunt. O magnus dolor. Homines læduntur, homines opprimuntur, homines expoliantur, non à leonibus, non à colubris, nõ à scorpionibus, sed ab hominibus. Qualiter tribulatio sit ferenda. *Tom. II, Epist. 121, Cap. 14.* In supradicta epistola ad Probam. In his tribulationibus quæ possunt, & prodesse, & nocere, quid oremus & sicut oportet, nescimus; quia contra sensum nostræ infirmitatis sunt. Vniuersaliter humana voluntate, vt à nobis hæc auferantur, oramus. Sed hoc deuotionis debemus Domino Deo nostro, vt si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo negligi existimemus: sed potius pia patientia malorum, bona speremus ampliora. Sic enim virtus in infirmitate probatur. *Tom. II. Epist. 80.* In epistola ad Hesicium. D In omnibus tribulationibus est cauendum ne quisquam deuictus profecerat ad carnalẽ vitã de spiritali sublimitate descẽdat, aut qui profecerat in anteriora se extẽdẽs, deficiẽdo in posteriora deficiat. *Tom. VIII.* Super Psalmum trigesimum quartum, sermone secundo. Nullum maius, nullum melius negotium in tribulatione quàm recedere ab eo strepitu qui foris est, & ire in interiora mentis secretaria, vbi Deum inuocare, vbi nemo videt gementem & subuenientem. Illius cubiculi aduersus omnem extrinsecus illatam molestiam ostia claudere, humilare seipsum in confessione peccati magnificare & laudare Deum corripientem & consolantem. *Tom. VIII.* Super Psalmum nonagesimum, sermone secundo. Noli timere quando tribularis, ne quasi non sit tecum Deus, fides sit tecũ, & tecũ est Deus in tribulatione. Fluctus maris sunt, turbaris in nauigio, quia dormit Christus: Si fides tua dormit in corde tuo, tanquam in naui tua dormit Christus, quia Christus per fidem in te habitat. Cum turbari cœperis, excita Christũ dormientem: erige fidem tuam. & noueris quia non te deserit. Sed ideo putas te deseri, quia non quando vis eripit. *Tract. 25. Tom. IX.* Augẽtur autẽ tribulationes assidue. Super Ioan. Super illud, Venit ad eos super mare. Venit calcans fluctus, omnes tumores mundi sub pedibus habens, omnes altitudines sæculi premens. Hoc agitur quantum additur tempori, & quantum accedit ætas sæculi. Augentur in isto mundo tribulationes, augentur mala, augentur cõtritiones, exaggerantur hæc omnia, Christus transit calcans fluctus. Et tamen tantæ sunt tribulationes, vt etiam ipsi qui crediderunt in Christum, & qui conantur perseuerare in finem, expauescant ne deficiant. *Tom. X.* Libro primo de verbis Domini, sermone vigesimo. Quomodo appropinquante fine mundi, sicut dicit Euangelium, abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum: sic propter ipsas iniquitates nunquam deerit aduersitas. Opus est ergo vt animum nostrum non solùm ad pœnitentiam, sed etiam ad patientiam præparemus. Non enim nobis promittunt scripturæ sacræ in hoc sæculo nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tentationum, sicut Dominus in Euangelio dicit, In mundo pressuras habebitis. Ad ista pæcipuè nos præparemus, ne imparati deficiamus. *Tom. VIII.* Super Psalmum trigesimum nonum. Venient dies tribulationum, & maiorum tribulationum: Venient, sicut dicit scriptura: & quantum accedunt dies, tantum augentur tribulationes. Nemo sibi promittat quod Euangelium non promittit. Nobis scripturæ non promittunt in hoc sæculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tentationum. Ad ista præcipuè nos præparemus, ne imparati deficiamus. Ibidem infra. Erunt tribulationes, sed non tam longe quàm sperantur. Citò illæ transibunt: requies veniens non transibit: quanquam longum ferri debuit malum pro infinitò bono. *Tom. VI.* Libro vigesimo secũdo contra Faustum. Quid iustius vnico: cui tamen non pepercit? Et quid euidentius, quòd nec iustis parcit, emendans eos varietate tribulationum? Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? *Tom. X.* Tamen vt dicit libro primo de verbis Domini, sermone nono. Facilitate simplicis fidei, & bonæ spei, & sanctæ charitatis, quicquid molestiarum exteriori homini forinsecus intulit ille princeps qui missus est foras, ex interiori gaudio leue fit. Nihil enim tam facile est bonæ voluntati, quàm ipsa sibi, & hoc sufficit Deo. Quamlibet ergo sæuiat iste mundus, verissimè Angeli nato in carne Domino clamauerunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax

ra pax hominibus bonæ volũtatis: quia eius qui natus erat, iugũ est suaue & sarcina leuis. Et sicut
Tom.VIII. dicit Apostolus. Fidelis Deus qui vos non finit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Sunt autem ipse tribulationes multæ. Super Psal.xlix. Sunt tribulationes omnibus notæ. Ecce istæ quæ abũdant in genere humano, alius damno affectus plangit, alius orbitate percussus luget, alius à patria exulatus mœret, & redire cupit, intolerabilẽ peregrinationem deputans. Alteri vinea grandinata est: attendit ad labores suos, & consumptam omnem operam incassum. Quando potest non contristari qui inimicum patitur ex amico? Quæ est maior miseria in genere humano? Plangunt hæc omnes & dolent, inuocãt Deum, & rectè faciunt. Potés est enim vel docere ad tolerandum, vel sanare toleratum. Nouit ille non sinere tentari nos supra quàm possumus ferre. Sed iste tribulationes inueniunt nos. Est quædã tribulatio quã debemus quærere, tribulatio nostræ peregrinationis, quia cum Deo nondũ sumus, hoc ipsum quod inter tentationes molestiásq; versamur, quod sine timore esse non possumus. Modo inuenimus miseros super quos misericodiã faciamus. Etsi miserorũ miseria nos facit cõpatientes: quanto melius ibi iam esses vbi nõ inuenis esurientẽ quẽ pascas, non peregrinũ quẽ suscipias, non nudum quẽ vestias, nõ ægrũ quẽ visites, non litigantẽ quẽ concordes? Omnia ibi summa sunt, vera sunt, sancta sunt, æterna sunt. Panis noster ibi iustitia est, potus noster sapientia, vestis immortalitas, domus nostra æterna in cælis, firmitas nostra immortalitas. Nunquid ægritudo surrepit? Nũquid lassitudo ad somnum trahit? Nulla mors ibi est, nulla lis: ibi pax, quies, gaudiũ & iustitia. Nullus intrat inimicus, nullus labitur amicus. Quæ ibi quies? Si cogitemus, & attendamus vbi sumus, & vbi nos futuros esse promisit qui mentiri nescit: ex ipsa eius promissione inuenimus in qua tribulatione sumus. Hãc tribulationem nemo inuenit, nisi qui quæsierit. Quando sanus es, vide quia miser es,
Tom.VIII. quia cũ Deo nõdũ es. Quàm tibi grata in tribulatiõe Diuina gratia. Super Psal.lxviij.ser.ij. Sicut pluuia in siccitate, ita speciosa est misericordia in tribulatione: quia & panis dulcis non esset, nisi Dei fames præcederet. Ergo & quãdo Dominus permittit aut facit vt in tribulatiõe aliqua simus, etiã tũc misericors est. Nõ enim alimẽtũ subtrahit sed desideriũ mouet. Qualiter in tribulatione Deus sit rogandus, ostendit in oratione quam fecit, dum esset obsessa ciuitas Hipponensis ab exercitu Barbarorum. Quam orationem, prout in antiquo libro sub ipsa rubrica reperi, hic posui. ante oculos tuos Domine culpas nostras fecimus, & plagas quas accepimus sufferimus. Minus est quod patimur, maius quòd meremur. Peccati pœnam sentimus, & peccandi pertinaciam non vitamus. In flagellis tuis infirmitas nostra vertitur, & iniquitas non mutatur: mens ægra torquetur, & ceruix non flectitur: vita in dolore suspi-

A rat, & in opere non emendat. Si expectas, non corripimur: si vindicas, non duramus. Confitemur in correptione quod egimus: obliuiscimur post visitationem quod fleuimus. Si extenderis manum, facienda promittimus, si suspenderis gladium, promissa non soluimus. Si ferias, clamamus vt pereas: si iterũ peperceris, prouocamus, vt ferias: habe Domine confidentes reos. Nouimus quod nisi dimittas, rectè nos perimas. Præsta pater omnipotens Deus sine merito, quod rogamus: qui fecisti ex nullo, qui te rogarent.

TRIBVS. Super Psal.lxxv. Tribus dicuntur tanquam curiæ, & congregationes distinctæ populorum. Require supra. cap. Curia.

B TRINITAS. Quid ipsa Trinitas sit. Li. ij. de ciuitate Dei. cap.x. Deus est simplex bonũ, & ob hoc incõmutabile. quo creata sunt omnia bona: sed non simplicia, & ob hoc mutabilia. Creata sanè, inquam, id est, facta, non genita. Quod enim de simplici bono genitum est, pariter simplex est & hoc est, quod illud de quo genitum est: quę duo patrem & filium dicimus, & vtrunque hoc cum Spiritu sancto est vnus Deus: qui Spiritus patris & filij, Spiritus sanctus propria quadam notione huius nominis in sacris literis nuncupatur. Alius est autem quam pater & filius, quia nec pater est, nec filius: sed alius dixi, nõ aliud: quia & hoc pariter simplex pariterque in cõmutabile bonũ est & coæternũ. Et hęc Trinitas vnus est Deus: nec ideo nõ simplex, Tom.V.
C quia Trinitas. Neque enim propter hoc naturam istam boni simplicem dicimus, quia pater in ea solus, aut solus filius, aut solus Spiritus sanctus. Non enim sola est ista nominis Trinitas sine subsistentia personarum, sicut Sabelliani hæretici putauerunt. Sed ideo simplex dicitur, quoniam hoc est, quod habet, excepto quod relatiuè quæque persona ad alteram dicitur. Nam vtique pater habet filium, nec tamen ipse est filius. Et filius habet patrem, nec tamen ipse est pater. In quo ergo ad semetipsum dicitur, non ad alterum, hoc est quod habet: sicut ad semetipsum dicitur viuens, habendo vtique vitam, & eadẽ ipsa vita ipse est. Propter hoc vtiq; natura dicitur simplex, cui nõ sit aliquid habere, quod vel
D possit admittere, vel quod aliud sit habens aliud quod habet: sicut vas aliquẽ liquorẽ, aut corpus colorem, aut aër lucem siue feruorem, aut anima sapientiam, nihil enim horum est id quod habet. Nam neque vas liquor est, nec corpus color: nec aër lux siue feruor: nec anima sapientia est. Hinc etiam est quod priuari possunt rebus quas habet, & in alios habitus vel qualitates verti atque mutari, vt & vas euacuetur humore quo plenum est: & corpus decoloretur, & aër tenebrescat siue frigescat, & anima desipiat. Sed si sit corpus incorruptibile, quale erit in resurrectione: aliud est tamen sustantia qua corpus dicitur, & aliud qualitas eius qua incorruptibile nuncupatur. Et ideo etiam sic, non hoc

A hoc est quod anima habet ipsa,etiamsi semper sit sapiens:aliud enim est ipsa,aliud sapientia.Neque enim si aer infusa luce nunquam deseratur, ideo nõ est aliud ipse,aliud lux qua illuminatur.Secundum hoc ergo dicuntur illa simplicia,quæ principaliter veréque Diuina sunt, quod non est in eis aliud qualitas,aliud substantia, nec aliorum participatione, vel Diuina, vel sapientia, vel beata sunt.Cæterum dictus est in scripturis sanctis, spiritus sapientiæ multiplex,eo quod multa in se habeat:sed quæ habet, hoc & est:& ea omnia vnus est. Qualiter ipsæ personæ sint,eodem lib.capi. xxiiij.Credimus & tenemus,& fideliter prædicamus, quod pater genuerit verbum, hoc est sasapientiam,per quam facta sunt omnia,vnigenitum filium, vnus vnum, æternus coæternũ, summè bonus,æqualiter bonum,& quod Spiritus san-

B ctus similis & patris & filij sit Spiritus,& ipse cõsubstantialis & coæternus ambobus. Atque hoc totum & Trinitas sit propter proprietatem personarum,& vnus Deus propter inseparabilẽ Diuinitatem,sicut vnus omnes propter inseparabilem omnipotentiam: ita tamen vt etiam cum de singulis quæritur,vnusquisque eorum &Deus & omnipotens esse respondeatur:cum verò de omnibus simul, non tres dij,tres omnipotentes, sed vnus Deus omnipotens:tanta est ibi in tribus inseparabilis vnitas, quæ sic se voluit prædicari. Vtrum autem boni patris,& boni filij, Spiritus sanctus,quia communis est ambobus, recte bonitas dici possit amborum, non audeo temerariã præcipitare sententiam:verumtamen amborum eũ

C dicere sanctitatem facilius ausus fuero, non amborum quasi qualitatem, sed ipsam quoque substantiam,& tertiam in Trinitate personã. Ad hoc enim me probabilius ducit,quod cum sit & pater Spiritus, & filius Spiritus,& pater sanctus,& filius sanctus,proprie tamen ipse vocatur Spiritus sanctus,tanquam sanctitas substãtialis & consubstantialis amborum. Sed si nihil est aliud bonitas Diuina quam sanctitas,profecto & illa diligentia rationis est,non præsumptionis audacia,vt in operibus Dei secreto quodam loquendi modo, quo nostra exerceatur intentio,eadem nobis insinuata intelligatur Trinitas,vnamquãq; creaturã quis fecerit, per quid fecerit, propter quid fecerit. Pater quippe intelligitur verbi, qui dixit vt fiat. Quod autem illo dicente factum est, proculdubio

D per verbũ factũ est. In eo verò quod dicitur,Vidit Deus quod bonum est:satis significatur Deum nulla necessitate,nulla sua cuiusquã vtilitatis indigentia,sed sola bonitate fecisse quod factũ est.i.quia bonũ est.Quod ideo posteaquam factũ est dicitur,vt res quæ facta est cõgruere bonitati, propter quam facta est, indicetur. Quæ bonitas si Spiritus sanctus recte intelligatur,vniuersa nobis Trinitas in suis operibus intimatur.Inde est ciuitatis sanctę,quæ sanctis Angelis sursum est,& origo,& informatio,& beatitudo. Nã si quæratur vnde sit,Deus eã cõdidit.Si vnde sit sapiẽs,à Deo illuminatur,Si vnde nõ sit fęlix,à Deo quo fruitur subsistens modificatur: contemplans illustratur,

inhærẽs iucundatur:est,videt, amat:in æternitate viget: in veritate Dei lucet:in bonitate Dei gaudet. In epistola iij.ad Euodium.In patrẽ & filium & Spiritum sanctũ firma pietate credamus, ita vt filius non credatur esse qui pater est,nec pater qui filius est,nec pater nec filius qui vtriusque Spiritus est, nihil putetur in hac Trinitate tẽporibus locísve distare, sed hæc tria æqualia esse & coæterna:& omnino vnã esse naturã:aliã à patre, aliam à filio,& aliã à Spiritu sancto cõditam esse creaturam,sed omnia & singula quæ creata sunt vel creantur, Trinitate creãte subsistere:nec quãquam liberari à patre sine filio & Spiritu sancto, aut filio sine patre&Spiritu sancto,autSpiritu sancto sine pate,&filio,sed à patre & filio & Spiritu sancto vno, vero, veræq; immortali,id est, omnimodo incõmutabili solo Deo. Multa autẽ etiã separatim in scripturis de singulis dici, vt insinuetur, quanuis inseparabilis Trinitatis, tamen Trinitas: vt quemadmodum filius dici non possunt cum sonis corporalibus commemorantur, quanuis simul sint inseparabiliter:ita & quibusdã scripturarum locis,& per quasdam creaturas sigillatim vicissimque monstrentur. Sicut pater in voce, qua sonuit, Tu es filius meus dilectus: & filius in homine,quẽ suscepit ex virgine:& Spiritus sanctus columbæ corporali specie. Hoc separatim quidẽ, sed nullo modo separata illa tria demonstrãt. Sed in Epistola secũda ad Consentiũ hoc addit. Tene in cõcussa fide patrẽ & filiũ & Spiritũ sanctũ esse Trinitatẽ,& tamen vnũ Deum:nõ quod sit eorum communis quasi quarta Diuinitas, sed quod sit ipsa effabilis & inseparabilis Trinitas:patrẽmque solùm genuisse filium,filiũq; solùm à patre genitum,& Spiritum sanctũ,& patris & filij esse Spiritũ. Et quicquid tibi, cum ista cogitas, corporeæ similitudinis occurrerit, abige,abnue,nega,respue,abiice,fuge. Nõ enim parua inchoatio est cognitionis Dei,si antequã possimus nosse quid sit,incipiamus iã nosse quid nõ sit. Intellectũ verò valde ama:quia & ipsæ scripturæ sanctæ, quæ magnarum rerum ante intelligentiã suadẽt fidẽ,nisi eas recte intelligas, vtiles tibi esse nõ possũt. Omnes enim hæretici,q. eas in authoritate recipiũt,ipsas sibi vidẽtur sectari,cũ suos potius sectẽtur errores:ac per hoc nõ quod eas cõtemnãt,sed quod eas nõ intelligant,hæretici sunt.

Qualiter sit credẽda.lib.de fide adPetrũ,parte j.cap.j.Principaliter atq; indubitanter toto corde retine,patrem Deũ,& filium Deum,& Spiritum sanctum Deum, id est, sanctam atq; ineffabilem Trinitatem vnum esse naturaliter Deum,de quo in Deuteron.dicitur,Audi Israël,Dominus Deus, tuus vnus est:& , Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Veruntamen quia istum vnum Deum,qui solus est verus naturaliter Deus non patrẽ solũ,neque filium solũ,neq; solũ Spiritum sanctum, sed simul patrem & filium & Spiritum sanctum esse diximus:cauendũ est ne sicut patrem & filium & Spiritum sanctum vnum Deum esse, quantum ad naturalem attinet vnitatem, veraciter dicimus: sic eum cui pater est, eund

Tom.II. Epist.102.

Tom.II Epist.iii.

Tom.III.

Deu.6. Mat.4.

eundē vel filiū vel Spiritum sanctum: aut eū qui filius est, siue patrē, siue Spiritū sanctū, aut eū q. Spiritus sanctus proprie in confessione huius Trinitatis dicitur, vel patrem, vel filium personaliter dicere siue credere, qđ omnino nephas est, audeamus. Quod autē sit in Trinitate vnitas, subdit ibidē. Fides quā sancti Patriarchæ atq; Prophetæ ante incarnationē filij Dei Diuinitus acceperunt, quā etiā Apostoli sancti ab ipso Domino in carne posito audierunt, & Spiritus sancti magisterio instructi, non solùm sermone prædicauerunt, verum etiam ad instructionem saluberrimam posterorū scriptis suis inditam reliquerunt, vnum Deū prædicāt Trinitatē, id est, patrē & filium & Spiritum sanctum. Sed Trinitas vera non esset, si vna eademq; persona diceretur pater & filius & Spiritus sanctus. Si enim sicut est patris & filij & Spiritus sancti vna substantia, sic esset vna persona, nihil esset omnino in quo veraciter Trinitas diceretur. Rursus quidem Trinitas vera esset, sed vnus Deus Trinitas ipsa non esset, si quēadmodū pater & filius & Spiritus sanctus personarū sunt ab inuicem proprietate distincti, sic fuissent naturarū quoque diuersitate discreti. Sed quia in vno illo vero Deo Trinitate, nō solū quod vnus Deus est, sed etiā quod Trinitas est naturaliter verum est, propterea ipse verus Deus in personis Trinitas est, & in vna natura vnus est. Per hāc vnitatem naturalē totus pater in filio & Spiritu sancto est, & totus filius in patre & Spiritu sancto est, totus quoq; Spiritus sanctus in patre & filio. Nullus horum extra quēlibet ipsorū est, quia nemo aliū aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio, nec Spiritui sancto quātū ad naturæ Diuinæ vnitatē pertinet: aut anterior, aut maior est pater: nec filij æternitas atque immensitas, vel vt anterior aut maior Spiritus sancti æternitatē immēsitatēq; aut præcedere, aut excedere naturaliter potest. Sicut ergo nec filius posterior aut minor est patre, ita nec Spiritus sanctus posterior aut minor est filio. Aeternū quippe & sine initio est, quod filius de patris natura natus existit, & ęternū & sine initio est, qđ Spiritus sanctus de natura patris filiiq; pcedit. Ob hoc ergo tres, vnū recte credimus & dicimus Deū, quia vna prorsus ęternitas, vna immēsitas, vna naturaliter triū est personarū Diuinitas. Teneamus igitur patrē & filiū & Spiritū sanctū vnū esse naturaliter Deū, neq; tamē ipsum patrē esse qui filius est, nec filiū ipsum esse qui pater est, nec Spiritū sanctū ipsum esse qui pater aut qui filius est. Vna est enim patris & filij & Spiritus sancti essentia, quā Græci οὐσίαν vocāt, in qua nō aliud pater, aliud filius, aliud Spiritus sanctus: quāuis psonaliter sit alius pater, alius filius, alius Spiritus sanctus. Vnde lib. soliloq. ad Deū. Tres coęquales & coęternę personæ. Deus vnus & verus, pater & filius & Spiritus sanctus, qui solus habitas æternitatē & lucē inaccessibilē. Qui fundasti terrā in potētia tua, & regis orbē prudētia, Sāctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth terribilis & fortis, iustus & misericors, admirabilis, laudabilis, & amabilis. Vnus

Cap. eod. inf.

Ca. 37. Tom. IX.

A Deus, tres personæ, vna essentia, potētia, sapiētia, bonitas: vna & indiuisa Trinitas. Lib. iij. cōtra Maximinū Arrianū. Trinitati illa seruitus debetur, quia nō nisi vni Deo cū vera religione seruitur. Ibidē. Pater & filius & Spiritus sanctus, Trinitas vnus Deus: cui vni iubemur ea, quæ non nisi Deo debetur, seruitute seruire: cū audiuimus, Dominū Deū tuum adorabis, & illi soli serules. In Epistola ad Donatū tribunum de Trinitate. Cōmoueo vt prius teneas sanctā Trinitatē, patrē & filium & Spiritum sanctū, naturā Deū summū verū & bonum, vnius naturæ, vnius essentiæ, vnius omnipotentiæ, vnius bonitatis, vnius æternitatis, vnius immēsitatis. Ac sic cū vnum Deū audis, patrē & filiū & Spiritum sanctū vnā naturam B summæ illius Trinitatis intellige: Cum Trinitatem audis, patrem, & filium, & Spiritum sanctum vnitatem Trinitatis, summæ illius Deitatis agnosce. Tres enim personæ sunt pater & filius & Spiritus sanctus, ideo Trinitas, vna est substātia, pater & filius & Spiritus sanctus: ideo ipsa Trinitas vnus Deus veraciter à fidelibus prædicatur. Ibidē infra. Trinitas illa sancta digne creditur in personis: tres autem deos dici patrem & filium & Spiritū sanctum, nō permittit vnitas naturalis. Et quia in vna natura Trinitatis nulla potest esse diuersitas, ideo etiam in tribus personis manet inconfusa proprietas, & in vnitate naturæ regnat incōmutabilitas substantialis essentiæ. Ibid. Infra. In illa Trinitatis natura, sicut vnum totum est, vt nihil possit vel separari vel diuidi: sic totū æquale est, C vt nihil maius aut minus valeat inueniri. Et inf. Trinitas, est vnus solus creator omniū rerū Deus. Trinitas est vnus solus æternus sine initio. Deus Trinitas est vnus solus, æternus, immēsus naturaliter Deus. Ad eius imaginem Trinitatis homo factus agnoscitur, & in eius nomine baptizatus de nouo renouatur. Lib. iij. de symbolo. Ista Trinitas vnus Deus, est vna natura, vna substātia, vna potentia, summa æqualitas, nulla diuisio, nulla diuersitas, perpetua charitas. In paruo libello de symbolo. In hac Trinitate nō est aliud alio maius aut minus: nulla opū sepatio, nulla dissimilitudo substātiæ: vnus pater Deus, vnus filius Deus vnus Spiritus Deus: nec tamē pater & filius & Spiritus sanctus tres dij, sed vnus Deus: ita, vt nō sit ipse pater q. filius, nec filius sit q. pater, nec spiritus sit aut D pater aut filius: sed pater filij pater, & filius patris filius, & Spiritus sanctus patris & filij Spiritus, & singulus quisq; Deus, & ipsa Trinitas vnus Deus. Hæc fides imbuat corda vestra, & cōfessione dirigat. Hoc audiendo credite, vt intelligatis, & vt quod creditis, intelligere proficiendo valeatis.

Tom. VI.

Compēdiosa trinit explicatio.

Sed quare à principio mundi hæc fides non fuit prædicata. Lib. secundo quæstionum veteris & noui testamenti. quæstione lxxxvij. Si vnus est Deus, cur in tribus spes salutis est, & non in duobus aut quatuor, aut certe in ipso vno, & quare non est ab initio Trinitas prædicata? Nihil penè nouum effectum est: sic enim Trinitas prædicatur, vt Deus vnus credatur. Non ergo additum est aliquid, sed sacramentum Dei vnius, reue

Tom. IIII.

reuelatum. Inter ipsa autẽ primordia manifestari non oportuit, quia prius prædicandum est, & postea quod prædicatum est, reuelandũ: vt scias patrẽ esse, à quo cuncta sunt: filiũ verò dici, per quẽ facta sunt omnia: spiritum autem sanctum appellari, per quẽ omnia quæ à patre quidem, sed per filium sunt, regenerantur ad fidem Dei vnius. Hi ergo tres sunt quidem, sed vna Deitas. Ratio ergo facit vt tres sint, nõ plures aut infra. Omnis enim numerus vsque ad nouem peruenit, quia tres dũ inuicem in se sunt, faciũt numero nouem: quia in vno tres sunt, & tres sunt vnum. Qui enim videt vnum, videt tres, dum nihil differt alter ab altero. Tres ergo vnũ, & ter tres vnũ. Hæc enim in nono numero perfectio est, quãtum ad numerũ pertinet, quia de vno sunt omnia. Addito enim vno, ex quo vel in quo tres qui numerantur nouem, fiunt decem aut viginti. Semper tamen vsque ad nouem venitur, & vnus additur, quia nouem vnũ sunt, vt plena perfectio sit vnitatis. Est distin-

Tom. VIII. ctio personarũ relationis causa. Super Psal. lxviij. ser. j. In fide catholica contra venena quorundam hæreticorum sic ædificamus, vt dicamus patrem & filium & spiritum sanctum vnius esse substantiæ. Vt, verbi gratia, si aurum est pater, aurum & filius, aurum & Spiritus sanctus. Quicquid est pater quod est Deus, hoc filius, hoc Spiritus sanctus. Cum autem pater est, non idem est quod est. Pater enim non ad se, sed ad filium dicitur: ad se autem, Deus dicitur. Itaque eo quod Deus est. hoc ipso substantia est. Et quia eiusdẽ substantiæ filius, proculdubio & filius Deus. At verò quod pater est, quia non substantiæ nomẽ est: sed refertur ad filium: non sic dicimus filium patrem esse, quomodo dicimus filiũ Deum esse. Quæris quid sit pater? Respondeo, Deus. Quæris quid sit filius? Respondeo, Deus. Quæris quid sit pater & filius? Respondeo, Deus. De solo patre interrogatus, Respõdes, Deum: de solo filio interrogatus Deũ respondes: de vtroque interrogatus, nõ deos, sed Deum respondes. Non sicut in hominibus, quæris quid sit pater Abrahã, respõdetur homo: substantia eius respõdetur. Quæris q̃d sit filius eius Isaac, Respõdetur homo: eiusdẽ substãtiæ Abraham & Isaac. Quæris quid sit Abrahã & Isaac, nõ respondetur homo: sed homines. Nõ sic ĩ Diuinis. Tãta enim ibi est substãtiæ societas, vt æqualitatem admittat, pluralitatẽ nõ admittat. Si ergo tibi dictũ fuerit, cũ dicis mihi filiũ hoc esse quod pater est, profecto & filius pater est: Respõde secũdũ substãtiã tibi dixi hoc esse filiũ quod pater est, nõ secundũ id quod ad aliud dicitur. Ad se enim Deus dicitur, ad patrẽ filius dicitur. Rursumq; pater ad se Deus dicitur, ad filiũ pater dicitur. Quod dicitur ad filium, pater non est filius. Quod dicitur filius ad patrẽ, nõ est pater. Quod dicitur pater ad se, filius ad se: hoc est pater & filius, id est, Deus.

Lib. quæstiuncul. de trinitate. Tom. III. Lib. q. dicitur inq sitio. de trinitate. Propriũ est patris, quod solus est pater, & quod ab alio nõ est nisi à se. Propriũ est filij, quod à patre genitus est solus à solo, & coæternus & cõsubstãtialis genitori. Proprium est Spiritus sancti, quod nec ingeni-

A tus, nec genitus est, sed à patre & filio procedens. Nã si ingenitus diceretur sicut pater, duo patres: si genitus sicut filius, duo filij existimari possent in sancta trinitate. In altercatione cũ Pascentio comite Arriano, corã Laurentio viro clarissimo, *Tom. II. Epist. cl.* quæ ponitur inter epistolas. Est ingenitus pater, quia à nullo est genitus, sed hoc est quod ingenitus, quod genitus, vt pote de Deo Deus. Nõ enim quia Adam ingenitus approbatur, idcirco est homo: & Abel quia de ipso est genitus, nõ est homo: hominẽ genuit quòd est, ingenitus homo: Deus quod est genitus eiusdẽ substãtiæ, eiusdẽ essentiæ sine tẽpore, sibi cœternũ genuit. Ante quẽ nihil est, tẽporis nõ accipit modũ. Est igitur ingenitus pater, quia (vt dictũ est) à nullo est genitus, sed est

B genito coæternus: quomodo ignis in substãtia sua, in qua est à creatore creatus, est quidẽ ingenitus, sed genito à se splẽdori cõsubstãtialis est & coæternus. Hanc Dei trinitatis substãtiã vnã homousiõ verbo Græci cõplecti breuiter maluerunt. Non enim nomẽ est, sed terribilis res in verbo huiusce modi, sonãs. Quod verbũ aperte ipse filius declarat cũ dicit, Ego & pater vnũ sumus. In isto vno cõsistit substãtia vna: nã ex eo quod est vna, & ipse filius manet in ea. Et infra subdit. Laudantes Deũ, dicere solemus in precibus, eius magnitudinẽ admirantes. Qui capit omnia, quẽ capit nemo hominũ. Nam totus capitur à filio, cuius formã implet filius vnius incommutabilis naturæ secreto. Ergo neque solus inuisibilis pater, sed & filius inuisibilis. Sicut hominibus inuisibilis pater, ita

C inuisibilis hominibus filius, secũdũ illud secretũ quod manet in patre. Non ergo iuste positus est inuisibilis solus pater in symbolo, sed inuisibilis *1. Tim. 1.* tota Trinitas Deus, excepta carne suscepta à filio, de qua dicit Apostolus. Inuisibili soli Deo honor & gloria. Totus habitat pater in filio, cuius patris formã idẽ filius nõ ex p̃te, sed impletĩ pleno.

Et inf. Vbi est forma, nihil habet p̃rsus minus omnino natura. Deus enim, ait Apostolus, erat in Christo mũdũ recõciliãs sibi. Quomodo enim suſciperet minor maiorẽ, nisi se vna natura cognosceret parẽ? Neq; enim liniamẽtis spatijsq; mẽbrorũ hæc Dei forma distẽditur, vt pater filium in se suscipiat habitãtẽ, aut in se filius patrẽ ostẽdat manẽtẽ, sicut ipse ait: Pater in me manens, facit opera

D mea: aut euacuatur cũ Spiritũ sanctũ suũ pater & filius omnẽ creaturã suã proferat illustrãtẽ. Quomodo ergo cogitari nõ potest, quomodo explicari nõ potest, simul secũ vnũ esse, quod secũdũ incõmunicabilẽ omnino substãtiã ĩ Trinitate Deus est. Et infra. Cõsubstãtialẽ itaq; sibi genuit filiũ pater: quia nõ accepit tãquã creatura indigens vnde genuisset, tota copia q̃d ipse est hoc genuit, perfectũ genuit, quia sine tẽpore est ipse q̃ genuit & quẽ genuit. Si homo generat quod est, Deus nõ potuit generare quod est? Accepit homo ab ipso Deo, & tamẽ licet accepit, hoc generat quod accepit. à nullo accipiẽs pater Deus quod est generare nõ potuit? Et infra. Nõ recte dicitur Deum Dominum amare, qui Dei & Domini vnius audet substantiã separare, de quo dicitur in lege. Audi Isr

di Israël, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Nō corpore vtique liniamentísque corporeis extensus, sed vna pater & filius & spiritus sanctus Deitate perfectus. Et in fine concludit. Credatur honorificè vnitati, ne fiat iniuria trinitati. Omnia prædicata Diuinitatis æqualiter dicuntur de personis. Lib. de speculo. Inseparabilis vnitas, separabiles nō potest habere personas: quia sicut es trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate, sic separationem non potes habere personarum. Nominantur quidem illæ personæ aliquando singulæ, sed ita te voluisti Deus trinitas inseparabilem ostendere in personis, vt nullum ibi nomen sit in qualibet persona, quod ad aliam personā secundum relationis regulam nō referatur: sicut pater ad filium, & filius ad patrem, vel spiritus sanctus ad patrē & filium verissimè refertur. Ea verò nomina quæ substantiam, vel potentiam, vel essentiam tuam significāt, vel quicquid Dei propriis omnibus personis æqualiter conuenit, vt Deus magnus, omnipotens, ęternus: omnia naturaliter de te Deo dicuntur. Non est igitur aliquod naturæ nomen quod sic tibi Deo patri cōueniret, vt aut filio tuo, aut spiritui sancto conuenire negetur. Dicimus te patrē naturaliter esse Deum, sed naturaliter est & est filius Deus, naturaliter est & spiritus sanctus Deus: non tamen tres dij, sed vnus Deus, pater & filius & spiritus sanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas Deus in personis, sensu intelligenda, quamuis in voce separabilia habeas nomina, quia pluralem numerū naturæ nominibus nullatenus recipis. In hoc enim ostenditur personas non posse diuidi in sancta trinitate, quæ vnus Deus verus est, quia cuiuslibet personæ nomen semper ad alteram respicit personam. Si patrem dico, filium ostēdo: si filium dico, prædico patrem: si spiritum sanctū appello, alicuius esse spiritum necesse est intelligi, id est, patris & filij. Hæc est vera fides veniens de sacra doctrina. Hęc est certa fides catholica & orthodoxa, quā me docuit in sinu matris Ecclesiæ Deus gratia tua. Inuocat itaque Domine fides quam dedisti mihi per bonitatē tuam ad salutationem meam. Fidelis autem qui ex fide viuit, tenet interim in spe, quam videbit in re. Inuocat te Deus meus casta conscientia & suauis amor fidei meæ, quam excussis tenebris ad veritatis intelligentiam perduxisti, & quam à stulta sæculi amaritudine eruisti, atque ad habitum tuæ dilectionis & charitatem iucundam mihi & mellifluā reddidisti. Inuocat te trinitas beata, vox clara & syncerus amor fidei meæ, quam ab ipsis enutriens cunabulis illuminasti per illustrationem gratiæ tuæ, & quam adaugens confirmasti in me per documenta matris Ecclesiæ. Te inuoco beata & benedicta & gloriosa trinitsa, pater & filius & spiritus sanctus, Deus & dominus, paracletus, charitas, gratia, communicatio, lumē ex lumine, vera illuminatio, genitor, regenerans, fons, flumen, irrigatio, ab vno omnia, per vnum omnia, in vno omnia, à quo & per quem & in quo omnia, vnus à se, vnus ab vno, vnus ab ambobus, viuens vita, vita à viuente, viuentium viuificator. Quoniam à se pater, à patre filius, & ab vtroque spiritus sanctus: veritas pater, veritas filius, veritas spiritus sanctus. Vna virtus, æqualis maiestas, par gloria, vna beatitudo Deus vnus, à quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia beata sunt quæcunque beata sunt, Deus trine & vne, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obūbratio. Difficulter trinitas intuetur. Lib. xv. de trinit. c. xxvij. Inter multa quæ dixi, nihil illius summæ trinitatis ineffabilitate dignum me dixisse audeo profiteri, sed confiteri potius mirificatam sciētiam eius ex me inualuisse, nec posse me ad illam. O tu anima mea vbi te esse sentis, vbi iaces, vbi stas, donec ab eo qui propitius est omnibus iniquitatibus tuis, sanentur omnes lāguores tui? Agnoscito certè in illo esse stabulo, quo Samaritanus ille perduxit eum quē reperit multis à latronibus inflictis vulneribus semiuiuū relictū. Quia vt dicit libr. de essentia Diuinitatis, in princi. Omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus, vnus atque trinus: vnus videlicet in natura, trinus verò extat in personis: solus inuisibilis atque incomprehensibilis, solus incircūscriptus, solus immutabilis, incorporeus & immortalis: vbique præsens, sed latēs: vbique totus, sed immensus. Inuisibilis est, quia in essentia sua omnino videri non potest, Apostolo testante, Quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest. Ait in Euangelio, Deum nemo vidit vnquam. Incorporeus est, quia nullis membrorum liniamentis compositus, siue compactus existit: sicut veritas in Euangelio ait, Spiritus est Deus. Immensus est, quia quātitas eius vel qualitas à nullo ex creaturis metiri potest. Cui Salomon in oratione sua supplicans ait, Si cœlum & cœli cœlorum te non capiunt, quantomagis domus ista quam ædificaui? In circunscriptus est, quoniam circunscribi nullo modo potest. Illocalis est, quoniā à loco ad locū alium nequaquam transit, sed neque in loco quolibet continetur, ipso de seipso testimoniū perhibente per Hieremiam. Nonne cœlū & terrā ego impleo dicit Dominus? Probatur tamen trinitas per essentiam naturalē. Lib. lxxxiij. q. q. xviij. Creaturę causam trinam esse oportet, qua sit, qua hoc sit, qua sibi amica sit. Creaturæ autē causam, id est authorem Deū dicimus. Oportet ergo esse trinitatē qua nihil pręstantius, intelligentius & beatius inuenire perfecta ratio potest. Ideoq; etiā cū veritas quæritur, plus quā tria genera quæstionū esse nō possunt, vtrū omnino sit, vtrū hoc an aliud sit, vtrū approbandū improbādúmue sit. Vnde lib. de incarnatione verbi ad Ianuariū. Omnia quę sunt primo vt sint habēt ex Deo patre: secundo vt rationabilia sint, habent ex verbo: tertio vt sancta sint, habent ex spiritu sancto. Ideo refellit hęreticos, Lib. de agone Christiano. Nec eos audiamus, qui patrē tantūmodo esse dicūt, nec habere filiū, nec esse cū eo spiritū sanctū, sed ipsum patrē appellari aliquando filium, aliquādo spiritū sanctū: nesciunt enim principiū ex quo sunt omnia,

Cap. 20. Tom. IX. — Cap. 23. — Non hic omnia ad verbum. — Cap. 30.

Tom. III. — Tom. IIII. — Inuisibilis Deus. — 1. Tim. 6. — Ioan. 1. — Incorporeus Deus. — Ioan. 4. — Immensus Deus. — 3. Reg. 8. — Incircūscriptus Deus. — Illocalis Deus. — Hier. 23. — Tom. I. II. — Tom. II I. — Tom. III.

A & imaginem eius per quam formantur omnia, & sanctitatē eius in qua ordinantur omnia. Probatur trinitas per creaturā sensibilem? (Cap 10. Tom.IX.) Lib. de cognitione veræ vitæ. Sicut in substātia solis, lucis, splendoris & caloris nō inuenitur diuersitas, sed identitas: sic in vocabulis vel in officiis nō prædicatur identitas, sed diuersitas. Nam lucis vocabulum ipsam substantiā, splendoris vocabulum lucis gratiam, caloris verò vocabulum videtur exprimere lucis efficaciā. Sic patrem lucem appellari, habetis in Apostolo, (1.Ioan.1.) Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Filium splendorē nuncupari, habetis in alio loco, (Heb.1.) Qui est splendor substantiæ eius. Et nouimus spiritum sanctū calorē nominari, apud Mosen, (Deut.4.) Deus noster ignis est. Cum itaque lux, splendor, calor, sit vna natura & indiuidua substantia, vocabula verò diuersa, constat profectò patris & filij & spiritus sancti vnā esse naturam indiuiduámque essentiam. Probatur trinitas per creaturā rationalem. (Cap.11. Tom.I.) Lib. xiij. cōfess. Trinitatem omnipotentē quis intelligit? Et quis non loquitur eam, si tamen eā? Rara anima, quæ cum de illa loquitur, scit quod loquitur. Et contendunt homines & dimicant, & nemo sine pace videt istā visionem. Vellem hæc tria cogitarent homines in seipsis. Longe aliud sunt ista tria quā illa trinitas. Sed dico vbi se exerceant & probēt, & sentiant quam longe aliud sunt. Dico autē hęc tria esse, nosse, & velle. Sū enim, & noui, & volo: sum sciēs & volens, & scio esse me, & velle vt sim: & volo esse & scire. In iis igitur tribus quā sit īseparabilis vita, & vna vita & vna mēs, & vna essentia, quā deniq; inseparabilis distinctio, & tamē distinctio, videat q potest. Certè corā se est, attēdat in se, & videat & dicat mihi. Sed cum inuenerit in iis aliquid & dixerit, non iam se putet inuenisse illud quod supra ista incōmutabile, quod est incommutabiliter, & scit incōmutabiliter, & vult incōmutabiliter: & vtrum propter tria hæc & ibi trinitas: an in singulis hęc tria, aut terna singulorum sint, an vtrunque miris modis simpliciter & multipliciter infinito in se sibi fine, quo est, & sibi notum est, & sibi sufficit incōmutabiliter idipsum copiosa vnitatis magnitudine, quis facilè cogitauerit? Quis vllo modo dixerit? Quis quolibet modo temerè pronuntiauerit? Procede in cōfessione fides mea, dic Domino Deo tuo, Sācte, sancte, sancte, Domine Deus meus, in nomine tuo baptizati sumus, pater & fili & spiritus sancte.

(Tom.III.) Lib. iiij. de trinit. c. xxj. Quemadmodum cum memoriam meam & intellectum & voluntatem nomino, singula quidem nomina ad res singulas referuntur, sed tamen ab omnibus tribus singula facta sunt: nullum enim horum trium nominum est, quod non memoria & intellectus & voluntas mea simul operata sint. Ita trinitas simul operata est & vocē patris, & carnem filij, & colūbam spiritus sancti, cū ad personas singulas hæc singula referantur. Qua similitudine vtcunque cognoscitur inseparabilē in seipsa trinitatem per visibilis creaturæ speciē separabiliter demonstrari, & inseparabilē trinitatis operationē, etiā in singulis esse rebus, quæ vel ad patrem, vel ad filium, vel ad spiritum sanctū demonstrandum propriè pertinere dicuntur. Vnde lib. de vera religio. (Cap.45. Tom.I.) Ipsum donū Dei cū patre & filio æquè incōmutabile colere & tenere nos cōuenit vnius substantiæ trinitatē, vnum Deum à quo sumus, per quē sumus, in quo sumus: à quo discessimus, cui dissimiles facti sumus, à quo perire non permissi sumus: principium ad quod recurrimus, formam quā sequimur, & gratiā qua recōciliamur: vnum Deum quo authore cōditi sumus, & similitudinē eius, per quē ad vnitatem reformamur, & pacem qua vnitati adhæremus: Deum qui dixit, Fiat: & verbum per quod factum est omne quod substātialiter & naturaliter factū est, & donū benignitatis eius, quo placuit & recōciliatum est autho- B ri suo, vt nō interiret quicquid ab eo per verbū factum est: vnum Deū quo creatore viuimus, per quem reformati sapienter viuimus, quē diligētes & quo fruētes beatè viuimus: vnū Deum ex quo omnia, in quo omnia, per quē omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorū. Probatur trinitas per scripturā veteris testamenti. Libr. de fide ad Petrum, parte. j. (Cap.1. Tom.III.) Quod nobis maximè in ipso sanctarum scripturarum demōstratur initio, vbi dicit Deus, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostrā. Cum enim in singulari numero dicit, imaginem: ostendit vnā naturam esse, ad cuius imaginem homo fieret: cū verò dicit pluraliter, nostrā: ostendit eundē Deum, ad cuius imaginem homo fiebat, nō vnā esse personā. Si enim in vna illa natura patris & filij & spiritus sancti vna esset per- C sona, nō diceretur, ad imaginē nostrā, sed ad imaginem meā: nec dixisset, faciamus: sed, faciā: si verò in illis tribus tres essent intelligendæ vel credendę substātię, nō diceretur, ad imaginē nostrā: sed ad imagines nostras. Vna enim imago trium naturarum inæqualium esse nō posset. Sed dū ad vnā imaginē vnius Dei homo factus dicitur, vna sanctæ trinitatis essentialiter Diuinitas itimatur. Denique & paulò pòst pro eo quod superius dixerat, faciamus hominē ad imaginem & similitudinē nostrā: sic hominem factum scriptura narrauit vt diceret, Et fecit Deus hominē, ad imaginē Dei fecit illū. Hanc autē trinitatem personarum atque vnitatem naturæ Propheta Isaias reuelatā sibi nō tacuit, cū se dicit Seraphin vidisse clamentia, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sa- D baoth. Vbi ꝓrsus in eo quod dicitur ter sanctus, personarum trinitatē: in eo verò quod dicitur semel Dominus Deus sabaoth, Diuinæ naturæ cognoscimus vnitatem. In illa ergo sancta trinitate quod ideo à nobis repetitur toties vt nostro cordi tenacius infigatur, vnus est Deus pater, qui solus essentialiter de seipso vnum filium genuit: & vnus filius, qui de vno patre solus est essentialiter natus: & vnus spiritus sanctus, qui solus essentialiter de patre filióque procedit. Hoc autē totū vna persona non posset, scilicet gignere se, & nasci de se, & procedere de se. Quia igitur aliud est genuisse quam natum esse, aliúdque est procedere quam genuisse vel natum esse, manifestum est quoniam

quoniã alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Trinitas itaq; ad psonas patris & filij & spiritus sancti refertur, vnitas ad naturã. Similiter probatur per authoritatẽ testamẽti noui. Lib. de speculo. Domine Deus noster vnus & verus, nisi tu trinitas esses, nõ diceretur voce veritatis, Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Neque enim baptizari iubemur nomine alicuius qui non esset Deus. Et rursus, nisi tu trinitas esses vnus Deus, nequaquã tua voce diceretur, Audi Israël, Dominus Deus tuus vnus est. Ergo nisi tu Deus pater ipse esses, & filius tuus verbum tuum Iesus Christus ipse esset, & donum nostrum esset ipse spiritus sanctus, nõ legeremus in literis veritatis, Misit Deus filium suum: Nec tu vnigenite de spiritu sancto diceres, Quẽ mittet pater in nomine meo: &, Quẽ mittã vobis à patre: de quo patre alibi dicis, Ego & pater vnum sumus: &, Qui videt me, videt & patrẽ: &, Ego in patre, & pater in me est. Quid in iis verbis aliud, nisi trinum & vnum Deum doces nos credere tu magister veritatis, in cuius pectore sunt recõditi omnes thesauri sapientiæ & sciẽtiæ Dei? Verum vt dicit eod. lib. Quis talia de trinitate audire potuit, vel de trinitate, & vnitate, de personis & substantia? De te quidem pater Deus quod sis à nullo, & ideo ingenitus diceris: de filio autẽ tuo, quia genitus, & à te sit non à se: de spiritu quoque sancto, quia procedens, & nõ à se, sed à te & filio quorum est spiritus. Quis ergo te vnũ Deum patrẽ simul cum vno filio & vno spiritu sancto patenter nobis ostẽdat? Quis in prioribus sæculis in te vnum credere Deum, téque cõfiteri trinum, neque substantiã separans, neque personam cõfundens, sic prudenter intellexit, sic palã sapuit, sic verè cognouit? Filius tuus missus ad publicum nostrum de sinu tuo, hãc rectę fidei normam euidentius huic patefacit ętati. Nam antea Deus creator tantum in sola Iudæa notus eras, & in Israël magni nominis tui fama & cultus audiebatur. Sed nunquid sic liquido, aut tãtũ quantum apud vos sub gratia cõstitutos? De trinitate verò indiuidua parum quidẽ tunc perpauci senserunt. Legislatorum enim filij quod de vna trinitate, vel trina vnitate scire debeant, digna percussi cęcitate adhuc ignorant: aliud pręter vnum Deum, miseri nolentes confiteri, & garrientes in nos verbis malignis dum dicimus te patrẽ habere filium. Nobis autẽ qui ex gentibus venimus, quã multa & vera de trino vnóq; Deo datum sit sapere: probãt corda quæ credunt, necnon & ora quæ cõfitẽtur, atque flagella & mortes, quæ pro hac cõfessione tuis quãpluribus illata sunt. Et ideo contra incredulos. Lib. xv. de tri. c. xxvij. Si propterea aliqui negandã putãt trinitatem, quia eam nõ valent cæcis mentibus cernere: debẽt & illi qui ex natiuitate sua cæci sunt, istum esse solẽ negare. Lux ergo lucet in tenebris. Quod si eam tenebræ non comprehendunt, illuminentur Dei dono prius vt sint fideles, & incipiant esse lux in cõparatione infidelium: atque hoc præmisso fundamento ædificentur ad videnda quę credunt, vt aliquando possint videre. Sunt enim quæ ita creduntur, vt videri iam omnino non possint. Non enim Christus iterum in cruce videndus est: sed nisi hoc credatur quod ita factum atque visum est, vt futurum ac videndum iam nõ speretur, nõ peruenitur ad Christum qualis sine fine vidẽdus est. Ideo ibid. infra. Quòd acie fixa ipsam trinitatem videre nõ possis, nõ vtique aliud nisi infirmitas causa est. Et quid eã tibi fecit nisi iniquitas? Quis ergo sanat omnes languores tuos, nisi qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis?

Cap. 16. Tom. IX. — Cap. 15. — Tom. III. — Cap. eod.

Est autẽ in ipsa trinitate inseparabilitas. Lib. j. de verb. Domini. ser. xj. Inseparabilis est operatio trinitatis, ita vt cum operatio patris dicitur, nõ eã sine filio & spiritu sancto intelligatur operari: & cum operatio filij, nõ sine patre & spiritu sancto: & cum operatio spiritus sancti, nõ sine patre & filio: satis notum est rectè credentibus, vel etiam vt possunt intelligentibus. Ita singulorum quoq; in trinitate opera trinitatis operatur, vnicuique operanti cooperantibus duobus, conueniente in tribus agendi cõcordia, nõ in vno deficiente efficacia peragendi. Super Io. In nullo credẽdus est esse pater sine filio & spiritu sancto, aut pater & filius sine spiritu sancto, aut filius sine patre & spiritu sancto, aut sine patre & filio spiritus sanctus, aut pater & spiritus sanctus sine filio: sed vbi eorũ quilibet vnus, ibi trinitas Deus vnus. Vnde dicit lib. de Gen. Locus itaque magnus neque prætereundus proponitur, vt intueamur quãtum possumus, quãtum ipse adiuuare & donare dignatur, opus Diuinæ prouidẽtiæ bipertitum: quod superius cum de agricultura loqueremur, transitoria quadam occasione perstrinximus, vt inde iam inciperet legentis animus hoc assuescere contueri, quod adiuuat plurimum ne quid indignum de ipsa Dei substãtia sentiamus. Dicimus itaq; ipsum summum, verum ac vnum Deum solùm, patrẽ & filium & spiritum sanctũ, id est, Deum verbúmque eius & vtriusque spiritum trinitatem ipsam, neque confusam, neq; separatã, Deum qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest, nec locorum vel finito vel infinito spatio cõtineri, nec temporum vel finito vel infinito volumine variari. Neque enim est in eius substãtia qua Deus est, quod breuius sit in parte quã in toto, sicut necesse est esse de iis quæ in locis sunt: aut fuit in eius substantia quod iam nõ est, vel erit quod nondum est, sicut in naturis quæ possunt tẽporis mutabilitatem pati. Hic ergo incõmutabili æternitate viuens creauit omnia simul, ex quibus tempora currerẽt, & implerentur loca, temporalibúsque & localibus rerum motibus sæcula voluerentur. In quibus rebus quædam spiritualia, quædam corporalia condidit, formans materiam quam nec alius, nec nullus, sed omnino ipse informẽ ac formabilem instituit, vt formationem suam nõ tempore, sed origine præueniret. Spiritualem creaturam corporali præposuit: quod spiritualis tantummodo per tempora mutari posset, corporalis autem per

Tom. X. — Tract. 94. Tom. IX. — Lib. 8 sup. Gen. c. 19. Tom. III.

tempora atque loca. Et infra subdit. Omnino *Cap.23.* incommutabilis est illa natura trinitatis, & ob hoc ita æterna, vt ei aliquid coæternum esse non posit, ipsa apud seipsam, & in seipsa sine vllo est tempore ac loco, mouet tamen per tempus ad locum sibi subditam creaturam, naturas creans bonitate, voluntates ordinans potestate: vt in naturis nulla sit quæ non ab illo sit, in voluntatibus autem nulla bona sit, cui non præsit: nulla mala sit, qua bene vti non posit. Qualis fuerit trinitatis confessio ipsius Augustini. Lib. de speculo. *Cap. 17. Tom.IX.* Confiteor te patrem & filium & spiritum sanctum in personis trinum, in substantia vnum, verum Deum omnipotentem, visibilium & inuisibilium conditorem, non corpus aut in corpore positum, neque ex diuersis speciebus admixtum, aut membrorum compaginibus effigiatum, sed vnius simplicis & incorporeæ inuisibilis & incircũscriptæ naturę. Te quidẽ verum patrem summæ bonitatis, & totius Diuinitatis principiũ incircunscriptæ & ingenitæ maiestatis Deum, ex nullo ducentem initium, sed omnibus dãtem: credo, confiteor non corporali progenie, neque extrinsecus, neque necessitate, neque voluntate, & natura filium generantem. Confiteor & verum te filium ex patre sine initio ineffabiliter natum, verum Deum vnigenitum, per quem omnia facta sunt, & verum patris verbum non factum, non creatum, non adoptatum, sed genitum & vnius cum patre substantiæ, atque ita per omnia ęqualem Deo patri, vt nec tempore, nec gradu, nec potestate esse posis inferior. Tantúmque te esse confiteor qui genitus es, quantus est ipse qui genuit. Non autem, quia dico genitum à patre filium, Diuinæ & ineffabili generationi aliquod tempus ascribo: sed nec patrem dico aliquando cepisse, nec te eius filium. Quia semper fuit pater, nunquam igitur non fuisti filius. Non enim aliter confiteri possumus æternum patrem, nisi confiteamur te etiam coæternum filium: ex filio enim pater dicitur. Et quia semper fuit, semper habuisse filium dubium non est. *Cap.18.* Te quoque credo spiritum sanctum, verum Deum, non factum, nõ creatum nec genitum, neque ingenitum: sed ex patre filióque inenarrabiliter procedẽtem, & in patre simúlque filio substantialiter permanentem. Sic igitur ab vtroque procedis, vt inseparabiliter in vtroque permaneas: atque ita per omnia Deo patri & filio æqualem, coæternum, consubstantialem, vt neque potestate, neque voluntate, neque æternitate, neque substantia differre posis ab eis vel præcidi à quibus procedis. Igitur æternũ patrẽ sine natiuitate, ęternum filiũ cũ natiuitate, æternũ spiritum sanctũ cum processione sine natiuitate: totum patrem in filio & spiritu sancto, totum filium in patre & spiritu sancto, totum spiritum sanctũ in patre & filio permanentem: patrem & filium & spiritum sanctũ vnum Deum omnipotentẽ, vna potestate, vnóq; regno, vna maiestate, vna æternitate, ex tunc & nũc & semper & vbiq; regnãtẽ corde credo, ore confiteor & mente diligo. Ad hãc fidei regulam

A dirigens intentionẽ meã quantum me posse fecisti Deus meus, quęsiui te & desideraui intellectu videre quod credidi. Huius rei gratia ingressus sum multarum apothecã deliciarum, quibus pascitur mater Ecclesia: vbi cõsideraui plurima esse, & cœpi considerare singula. Et cum huc & illuc anxius auidúsque discurrerem, tu bonus adiuuare cupiens desiderium quod dedisti, misisti manum pietatis tuæ & soluisti nodum ambiguitatis meæ: & ideo delectat me valde de te cogitare, de te loqui, laudésq; tuas pro modulo exiguitatis meæ desiderãti corde depromere, vt in pręsenti miseria solo quidẽ corpore, tecum autẽ mente & omni auiditate tui tenear. Domine Deus trine & vne, scientiæ lumẽ, accende in me per quod te intelligere merear trinum & vnum Deũ, sicut

B es Deus trinus & vnus. Et ignorãtiæ tenebras magis magísque sicut cœpisti remoue à me, vt spiritualia spiritualiter videam quãtum posibile est humanę fragilitati. Vnde cõcludit, lib. soliloquiorum ad Deum. c. xxxix. in fi. Omnis gloria, omnis laus, omnis virtus, omnis potentia, omnis magnificentia, omnis beatitudo, omnis clementia sit Deo patri, & filio, & spiritui sancto. *Tom.IX.*

TRISTITIA. Repellitur tristitia vitiosa. Lib. de conflictu vitiorum. Temporalis tristitia dicit, Quid habes vnde gaudeas, cum tanta mala de proximis spargas? *Cap.11. Tom.IX.* Perpende cũ quo mœrore omnes intuendi sunt, qui in tanto contra te amaritudinis fele versantur? Spirituale gaudium respondet, Geminã esse tristitiam noui, imo duas esse tristitias pręcognou

C i: vnam scilicet quæ salutem, alteram verò quæ perniciem operatur: vnam quæ ad pœnitentiam trahit, alteram quæ ad desperationem perducit. Tu quidem vna ex illis esse cognosceris, sed omnino quæ mortem operatur. Nõ est igitur in his contristandum quæ suades, sed ecõtra magis gaudendum in iis quæ nondũ intelliguntur: quia & dator gaudij perennis dixit, Cum persequutivos fuerint homines, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter nomen meum, gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlis. *Matt.5.* Memento quia nostrę religionis authores Apostoli ibant gaudentes à cõspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumelias pati. Nullus ergo mœroris locus esse debet, vbi tãta lætitia succedit. Sed

D de virtuosa tristitia. Lib. iiij. super Gen. Cum dicit Apostolus, Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redẽptionis: *Cap.9. Tom.III.* Non debet intelligi, quod ipsa spiritus sancti substantia, qua est quicquid ipse est, contristari posit, cum habeat æternam vitam atque incommutabilem beatitudinem, magísque sit ipsa æterna & incommutabilis beatitudo: Sed quæ ita in sanctis habitat, vt eos impleat charitate, qua necesse est vt homines ex tempore gaudeant profectu fidelium, & bonis operibus, & ideo necesse est etiam contristentur lapsu vel peccatis eorum, de quorum fide ac pietate gaudebant, quæ tristitia laudabilis est, quia venit ex dilectione quam

quam spiritus sanctus infundit: propterea ipse spiritus sanctus dicitur contristari ab eis qui sic agunt vt eorum factis contristentur sancti, non ob aliud nisi quia spiritum sanctum habent, quo dono tam boni sunt, vt mali eos mœstificent, hi maximè quos bonos fuisse, siue nouerunt, siue crediderunt. Quæ profecto tristitia, non solùm non culpanda, verum etiam præcipuè laudanda ac prædicanda. Libr. de vera innocentia. Melior est tristitia iniqua patientis, quam lætitia iniqua facientis. *Tom. III.*

TVBA. In sermone de muris Hierico. Populus Israël ad ciuitatem Hierico venit, & muri eius clamore populi & sono tubarum vsque ad fundamentum deiecti sunt. Hierico, fratres charissimi, typũ habuit huius mundi. Sicut tunc canentibus tubis muri eius ceciderunt: ita & nunc oportet vt ciuitas mũdi, id est superbia cum suis turribus, auaritia, scilicet, inuidia atque luxuria, simúlque cum populis suis, id est omnibus concupiscentiæ malis, assidua sacerdotum prædicatione destruatur atque dispereat. Non ergo oportet vt sacerdotes in Ecclesia taceant, sed audiant Dominum dicentem, Clama ne cesses, quasi tuba exalta, &c. Clamare ergo iubemur, & vehementer clamare. Ne parcas, inquit, hoc est, peccatoris iniquitati, ne parcẽdo †pereas, & dum verecundiæ eius cõsulis, nõ cõsulas sanitati, ne vulnera eius, quæ clamãdo resecare poteras, reticẽdo in peius enutrias. Clamare ergo iubemur, & ne quis se non audisse dicat, aut quenquã vox lateat sacerdotis, vehementer clamare. Et ne fortè hoc non sufficiat, addit dicens, Sicut tuba exalta vocem. Scitis quod tubæ sonus non tam oblectationis esse solet, quàm terroris: nec tam delectationem præferre, quam inferre formidinem. Tuba itaque peccatoribus necessaria est, quæ non solùm aures eorum penetret: sed & corda concutiat: nec delectet cantu, sed contristet † auditu, & strenuos quosque hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis. Nã sicut in prælio tuba formidolosi militis mentem deiicit, & animum viri fortis accendit: ita & sacerdotalis tuba mentem peccatoris conturbat, & iusti corroborat. Et quemadmodum adhortatio si fortior fuerit, ad vincendum animum præparat: ita si tardior fuerit, ad peccandum relaxat. Hæc consuetudo est tubę sacerdotalis, vt delinquentium opera dissipet, & sanctorum facta cõfirmet. Denique per sacerdotales tubas Hierico muri, qui intra se cõtinebant peccatorẽ populũ, corruerunt. Nõ illos pulsauit aries, nõ expugnauit machina, sed sacerdotalis sonus ac tubæ terror euertit. Muri qui aduersus ferrum inexpugnabiles extiterant, sacrarum tubarum sono collisi sunt. Quis non stupeat illo sancto sono saxa diruta, fundamenta clangore esse conquassata, & ita vniuersa collapsa, vt victores manu nihil læderent, & apud aduersarios nihil stabile remaneret? Sed quamuis muros illos nemo contingeret, expugnabantur tamen forinsecus sono iu-

Serm. 1. Dom. 4. quadrag. & ord. serm. de tẽp. 96. Tom. X.

† Alias, tacendo.

† Alias, castiget.

A storum, intrinsecus peccatorum. Sic enim æquo Dei iudicio, & iustis aperuerunt viam, & perfidis negauerunt propugnacula. Sed hęc omnia in figura facta sunt. Nam sacerdotales illius temporis tubas quid aliud figurasse credimus, quàm huius temporis sacerdotum prędicationes, per quas nõ cessant terribili sono peccatoribus austerum iudicium nuntiare, tristem gehennæ interitum prædicare, & magno comminationis strepitu aures delinquentium verberare? Sicut enim tunc clangore tubarum destructis cementorum muris, Dei populus ad† interiora peruenit: ita nunc sacerdotum prædicatione, destructis prauis cogitationibus, ad animæ nuda Dei verbum pertransit. Et sicut sacræ vocis sonus contumacem populum destruxit & captiuauit, ita nunc sacer- B dotalis prædicatio populum peccatorem subiugat. Septem ergo diebus muri Hierico sacerdotalibus tubis circundati ceciderunt. Vbi, sicut in singularis vrbis nuncupatione vniuersi mundi ambitus figuratur, ita septem dierum circulo, totius temporis spatia distinguuntur, per quæ sacerdotalium prædicationum tubis sæculo excidium annuntiatur, & mundi iniquitas dissipatur, quoniam mundus peribit & omnia quæ in mundo sunt: virtutibus præmium prædicatur, iustis gloria promittitur, in Paradisum aditus aperitur. Nam qui voluntatem Dei facit, viuet inæternum.

† Communiter hoc nõlegitur, Sicut enim tũc tubarum clangor destruc. cem. muris ad populi interiora peruenit, ita &c.

TVRBA. Libr. loquutionum super Genes. Turba est multitudo inordinata, non sicut populus. *Tom. III.*

C TVRBATIO. Super Ioannem. Caput nostrum membrorum suscepit affectum: Et ideo non ab aliquo, sed à seipso turbatus est. Oportebat enim vt vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sicut nos excitauit ad summa, ita nobis compateretur ad infima. Cuius turbationis causam aliter pertractat ibidem. Christus qui mortuus est pro nobis, turbatus est prius pro nobis. Qui ergo potestate mortuus est, potestate turbatus est. Qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ conformè corpori gloriæ suæ: transfigurauit in se etiam affectum infirmitatis nostræ compatiens nobis affectu animæ suæ. Proinde quando turbatur magnus, fortis, certus, inuictus, non ei timeamus quasi deficiat: non perit, sed nos D quærit. In illius perturbatione nosipsos videamus, vt quando turbamur ne desperatione pereamus. Quando turbatur qui non turbaretur, nisi volens, eum cõsolatur qui turbatur & nolens. Pereant argumenta Philosophorum, qui negant in sapientem cadere perturbationes animorum. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Et Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Turbetur planè animus Christianus, non miseria, sed misericordia. Timeat ne pereant homines Christo, contristetur cum parit aliquis Christo: concupiscat acquiri homines Christo: lætetur cum acquiruntur homines Chri

Tom. IX.

Tract. 60.

Perturbationes in sapientem cadere.

sto. Timeat & sibi, ne pereat Christo: contristetur peregrinari se à Christo: concupiscat regnare cum Christo: lætetur, dum sperat se regnaturum esse cum Christo. Istæ sunt certè quatuor, quas perturbationes vocant, timor & tristitia, amor & lętitia. Habeât iustis de causis animi Christiani, nec Philosophorum Stoycorum, vel quorumcunque similium consentiatur errori: qui profecto quemadmodum vanitatem existimant veritatem, sic stuporem deputant sanitatē, ignorantes sic hominis animum, quemadmodum corporis membrum desperatius ægrotare, quando & doloris amiserit sensum. Ibidem. Spirituales homines in scandalis malorum, non peruersitate, sed charitate turbantur: ne fortè in separatione aliquorum zizaniorum, simul aliquid eradicentur & tritici.

Tract.61.

VANITAS. Super Psalmum XXX. sermone.j. Odisti omnes obseruātes vanitatē superuacuè. Quis obseruat vanitatem? Qui timendo mori mentitur. Timēdo enim mori mentitur, & moritur antequam moriatur, qui ideo mentiebatur vt viueret. Mentiri vis ne moriaris, & mentiris vt moreris: & cum vitas vnam mortem quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas: vt prius in anima, postea moriaris in corpore. Vnde hoc, nisi obseruando vanitatem? Super Psalmum lj. Eo damnato quid? Sperauit in multitudine diuitiarum, & præualuit in vanitate sua. Quid vanius eo qui putat plus valere nummum quam Deum? Lib.xvij. de ciuitate Dei.c.xj. Omnis quippe humana natura per peccatum primi hominis in vanitatem de veritate collapsa est.

Tom.VIII. *Tom.VIII.* *Tom.V.*

VAS. In Homil. De transfiguratione Domini, quod Sancti sunt vasa. Electorum corda in sancta Ecclesia quædam, vt ita dixerim, sunt vasa regalia. Vos igitur fratres, vos estis vasa regis æterni, qui sacræ religionis cultu, velut pretiosa metalla fulgetis. Sed mementote quod quandiu hîc viuitis, sine maculis vitiorum esse nequaquam potestis. Ne ergo vasa Dei rubigo delictorū consumat, necesse est vt manus sanctæ prædicationis continuè tergat.

VBIQVE. Deum vbique esse. Lib. de præsentia Dei ad Dardanum, in fi. Hæc si pro viribus nostris quantum Dominus adiuuit ritè tractauimus, quādo Deum vbique præsentem, & non spatiis distantibus, quasi aliqua mole vel distensione diffusum, sed vbique totum cogitare te extendis, auerte mentem ab omnibus imaginibus corporum, quas humana cogitatio voluere consueuit. Non enim sic sapiētia, non iustitia, non sic denique charitas cogitatur, de qua scriptum est, Deus charitas est. Cum verò eius habitationem cogitas, vnitatem congregationémque fidelium vel sanctorum, maximè in cœlis: vbi propterea habitare maximè dicitur, quia ibi fit voluntas eius perfecta eorum in quibus habitat obedientia. Deinde in terra, vbi ædificans habitat, domum suam in fine seculi dedicandam. Christum autem Dominū nostrum vnigenitum Dei filium æqualem patri, eundémque hominis filium, quo maior est pater, & vbique totum præsentem esse non dubites tanquam Deum, & in eodem templo Dei esse tanquam inhabitantem Deum, & in loco aliquo cœli propter veri corporis modum. De hoc require supra.c. Habitatio.

Tom.II. Epist.57.

VENATOR. A crudelitate & superbia sumpsit exordium. Lib.xvj. de ciuitate Dei, c.iiij. Dicitur Nebroth ille Gigas venator contra Deum. Quid autem significatur hoc nomine quod est venator, nisi animalium terrigenarum deceptor, oppressor, extinctor? Erigebat autem cum suis turrem contra Dominum, qua est impia significata superbia.

Tom.V.

VENIRE. De aduentu Dei ad nos. In communibus sermonibus, sermone decimo tertio. Primus homo totā massam damnabilem fecit. Veniat secundus homo, veniat ex alio tramite, veniat per virginem, veniat viuus, inueniat mortuos, moriatur vt morituris subueniat, mortuos ad vitā transferat, mortuos redimat à morte, seruet vitam in morte, occidat mortem de morte. Sola est ista gratia paruulorum, sola maiorum, sola liberat pusillos cum magnis. Quæris istū & quæris illum. Nolo à me quæras, homo sum. Profundum aduerto, non penetro: expauesco, non scrutor: inscrutabilia enim sunt iudicia eius. Super Psalm. quadragesimum nonum. Venit Deus esurire & satiare, venit sitire & potum dare, venit algere & immortalitate vestire, venit pauper diuites facere. Etenim non perdidit diuitias suas assumendo paupertatem nostram: quia in illo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Libro de verbis Apostoli, sermone tertio. Venit Dominus & totum quod de Adam traxisti, totum quod tuis prauis moribus amisisti, totum dimisit, totum deleuit, orationem docuit, gratiam promisit, certamen indixit, laboranti subuenit, victorem coronauit. Eodem libro, sermone octauo. Hîc erat Christus, & venit. Hîc erat per Diuinam maiestatem, & venit per humanam infirmitatem. Quia ergo venit per infirmitatem humanam, ideo prædicans aduentum eius Apostolus dixit, Humanus sermo. Non liberaretur humanum genus, nisi sermo Dei dignaretur esse humanus. Nam si humanus dicitur qui in domo sua suscipit hominem, quam humanus est qui in seipso suscepit hominem? Ergo humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in mundum peccatores saluos facere. Ibidem infra. Venit in mundum peccatores saluos facere. Alia causa non fuit, quare venire in mundum voluit

Tom.X. *Tom.X.*

voluit. Non eum de cœlo ad terram merita bona, sed peccata duxerunt. Hæc est causa cur venit peccatores saluos facere. In homilia, super missus est. Venit creator mundi ex mundis visceribus effusus in mundum, & nouo miraculo natus in mundo, vt mundum immundum redderet mundū. In ser. de amore Dei & sęculi in principio. Amores duo in hac vita secum in omni tentatione luctantur, amor sæculi, & amor Dei. Et horum duorum qui vicerit, illuc amantem tanquam pondere trahit. Non enim pennis aut pedibus, sed affectibus venimus ad Deum: & rursum non corporis nodis & vinculis, sed contrariis affectibus terræ inhæremus. Venit Christus mutare amorem, & de terreno facere vitæ cœlestis amatorem, homo propter nos factus, qui nos homines fecit, vt homines assumens Deus, homines faceret Deos. In sermone xiiij. de natiuitate Domini. Eramus quippe ligati in morte, eramus in seruitute, eramus in captiuitate. Vnde probamus mortem? Audi Apostolum dicentem, Regnauit mors ab Adam vsque ad Mosen etiam in his qui non peccauerunt. Vnde probamus seruitutem? Christus ait, Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Vnde probamus captiuitatem? Vox martyrum clamat in Psalmis, Conuertere Domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro. Et si ista temporalis captiuitas hostium Barbarorum tam crudelis & amara est, quæ aut per fugam vitatur, aut pecunia redimitur, aut postremò morte finitur, qualis est illa æterna captiuitas, quæ nec finitur, sed in ęternum apud inferos cruciat? Hæc igitur fratres multiformis necessitas fecit, vt Dominus Christus hoc tempore veniret ad terras. Veniendo enim in carne nostra abstulit mortem, reddidit vitam: abstulit seruitutem, reddidit libertatem: abstulit captiuitatem dæmoniorum, & reddidit nobis adoptionem filiorum, dicente Propheta, Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Ibidem infra. Occurrit nobis ediuerso quæstio infidelium Iudæorum, Gentilium, Paganorum atque Manichæorum ita dicentium, Quid est quod asserunt Christiani dicentes Deum maiestatis venisse in hunc mundum ad saluandum genus humanum? Quare hoc dicunt? An fortè non habebat in cœlis quem mitteret? Non habebat Angelum? Non habebat aliquam potestatem, sicut fecit, quando Mosen & Aaron elegit ad populum Israël ab Aegyptiis liberandū? Certè si ipse venire disposuit, quare per fœminam venit? Quare per obscœna membra transiuit. His respondemus & dicimus. Potuit aliter liberare nos, quia omnipotens Deus est: sed non sufficiebat in Deo vt esset sola potestas, sed pariter æquitas potestatis. Potestas est in virtute, æquitas in ratione. Ratio itaq; exigebat vt per eum saluaretur homo, sicut legitur Deum patrem dixisse ad filium, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Qui autē dicunt quod per mēbra obscœna transitum fecit: facilè superatur. Nulla est obscœnitas,

A vbi est intacta virginitas: nec potest dici esse aliqua macula, vbi est incontaminata natura. Nam si sol iste corporeus ex luce & calore compositus per scœnosa & squalida loca trāsitū facit & non potest pollui, quantomagis incorporalis Christi Diuinitas nascendo per virginem non potuit inquinari? Virgo concepit & peperit Quod enim Eua perdidit, virgo Maria reddidit. Eua virgo fecerat mortem, Maria virgo genuit saluatorem. Et idcirco iusta & æqua ratio persuasit, vt eisdem vestigiis, quibus primus homo perierat, secūdus reparando saluaret. In ser. xiiij. de Ioan. Bapt. Quantus venit? Ad quos ille venit? Quomodo venit? Verbum planè caro factum est vt habitaret in nobis. Si enim in sua diuinitate tantummodo veniret, quis eum ferret? Quis eum caperet?
B Quis susciperet? Sed suscepit quod nos eramus, ne remaneremus quod eramus, non natura, sed culpa: Quia enim ad homines homo, non tamen quia ad peccatores peccator venit: de duobus illis, natura humana & culpa humana, vnum suscepit, aliud sanauit. Nam si ipse susciperet nostram iniquitatem, & ipse quæreret saluatorem. Suscepit tamen ferendam & sanandam, non autem habendā: & tamen vt homo verus, inter homines latens in homine Deus. Desiderandus est vt veniat nobis donando gloriam. Libro soliloquiorum ad Deum, capite trigesimo quinto. Expectamus Dominum quando reuertatur à nuptiis, vt inducat nos ad suas nuptias. Veni Domine & noli tardare. Veni Domine Iesu, veni visitare nos in pace. Veni, & educ vinctos de carcere, vt lætemur coram te corde perfecto. Veni desideratus cunctis gentibus, ostende faciem tuam, & salui erimus. Veni lux mea, veni redemptor meus, educ de carcere animam meam ad confitendum nomini sancto tuo. Quandiu miser iactabor in fluctibus mortalitatis meæ, clamans ad te Domine, & nōn exaudies? Audi clamantem de hoc mari magno, & duc me ad portum fœlicitatis æternæ. Fœlices qui de periculo maris educti, ad te Deus portum tutissimum peruenire meruerunt. O vere fœlices, qui de pelago ad littus, de exilio ad patriam, de carcere ad palatium peruenerunt: quia brauium illud perpetuæ gloriæ adepti sunt quod hîc per multas tribulationes quæsierunt, iam fœlici iucunditate adepti, lætantur in perpetuum O vere beati, ô
D térque quatérque beati, qui iam malorum omnium exuti, de sua immarcessibili gloria securi ad regnum decoris peruenire meruerunt. De nostro verò ad Deum veniendi. Lib. de gratia & libero arbi. ad Valentinum. Venire ad Christum non est aliud, quā ad Christū conuerti. Et tamen, vt dicit, Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei à patre meo. In communibus sermo. ser. xij. Veni ad Christū amando, credendo, desiderando. Noli longua itinera meditari. Vbi credis, ibi venis. Ad illum qui vbique est amando venitur, nō maria nauigando. Sed quoniā in tali itinere abundāt fluctus & tēpestates diuersarum

Tom. I V.

Tom. VII.

tentationum, & in crucifixum crede, vt posſit fides tua lignum aſcendere. Nõ mergeris, ſi ligno portaberis. Sic in huius ſæculi fluctibus nauigauit ille qui dicebat, Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Gal.6.
Cap.268.
Tom.III.

Et vt dicit lib. de vera innocentia. Dominus autem ait, Ego ſum via veritas & vita: hoc eſt, per me venitur, ad me peruenitur, in me permanetur. Cum enim ad ipſum peruenitur, etiam ad patrem peruenitur, quia per æqualem ille cui æqualis eſt cognoſcitur, vinciente atque glutinante nos ſpiritu ſancto, vt in ſummo atque incommutabili bono ſine fine maneamus.

Cap.9.
Tom.III.

De vtroque aduentu. Lib. j. de doctrina Chriſtiana. Prauorum morum quaſi contrariis flatibus ab ipſa patria repercutiuntur homines, poſteriora atque inferiora ſectantes, quam illud quod eſſe melius atque præſtantius confitentur.

Cap. 10.
Purgandus animus.

Quapropter cum illa veritate perfruendum ſit, quæ incommutabiliter viuit, & in ea trinitas Deus author & conditor vniuerſitatis, rebus quas condidit conſulat, purgandus eſt animus vt proſpicere illam lucem valeat & inhærere perfectè. Quam purgationem quaſi ambulationem quandam, & quaſi nauigationem ad patriam eſſe arbitremur. Nõ enim ad eum qui vbique præſens eſt, locis mouemur, ſed bono ſtudio boníſque moribus.

Cap.11.
Cur Deus homo.

Quod nõ poſſemus, niſi ipſa ſapientia tantæ etiam noſtræ infirmitati congruere dignaretur, & viuendi nobis præberet exemplum, non aliter quam in homine, quoniam & nos homines ſumus. Sed quia nos cum ad illam venimus, ſapienter facimus: ipſa cũ ad nos venit, ab hominibus ſuperbis quaſi ſtultè feciſſe putata eſt. Et quoniam nos cum ad illam venimus, conualeſcimus: ipſa cum ad nos venit, quaſi infirma exiſtimata eſt. Sed quod ſtultũ eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.

Cap.12.

Cum ergo ipſa ſit patria, viam ſe quoque nobis fecit ad patriam. Et cum ſano & puro interiori oculo vbique ſit pręſens, eorum qui oculum illum infirmum immundúmque habent, oculis etiam carneis apparere dignata eſt. Quia enim in ſapientia Dei non poterat mundus per ſapientiam cognoſcere Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Non igitur per locorum ſpatia veniendo, ſed in carne mortali mortalibus apparendo, veniſſe ad nos dicitur. Illuc ergo venit, vbi erat: quia in hoc mundo erat, & mundus per eum factus eſt. Sed quoniam cupiditate fruendi pro ipſo creatore creatura, homines configurati huic mundo, & mundi nomine congruentiſsimè vocati, non eum cognouerunt, propterea dixit Euangeliſta, Et mundus eum non cognouit. Cur verò venit cum hîc eſſet, niſi quia placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes?

Cap. 13.

Quomodo venit, niſi quod verbum caro factum eſt & habitauit in nobis? Sicuti cum loquimur, vt id quod in animo gerimus, in audientis animum per aures carneas illabatur, fit ſonus, verbum quod corde geſtamus, & loquutio vocatur: nec tamen in eundem ſonum cogitatio noſtra conuertitur, ſed apud ſe manens integra, formam vocis qua ſe inſinuet auribus ſine aliqua labe, ſine mutatione aſſumit: ita verbum Dei non cõmutatũ, caro tamẽ factũ eſt, vt habitaret in nobis.

Cap.14.

Sicut autem curatio via eſt ad ſanitatem, ſic iſta curatio peccatores ſanandos reficiendóſque ſuſcepit. Et quemadmodum medici cum alligant vulnera, non incompoſitè, ſed aptè id faciunt, vt vinculi vtilitatem quædam pulchritudo etiam conſequatur: ſic medicina ſapientiæ per hominis ſuſceptionem noſtris eſt aptè accommodata vulneribus, de quibuſdam contrariis curans, & de quibuſdam ſimilibus. Sicut etiam ille qui medetur vulneri corporis, adhibet quædam contraria, ſicut frigidum calido, vel humidum ſicco, vel ſi quid aliud huiuſmodi. Adhibet etiam quædam ſimilia, ſicut linteolum rotundum vulneri rotundo, vel oblongum oblongo, ligaturámque ipſam non eandem membris omnibus, ſed ſimilem ſimilibus coaptat: ſic ſapientia Dei hominem curans, ſeipſam exhibuit ad ſanandum, ipſa medicus, ipſa medicina. Quia ergo per ſuperbiam homo lapſus eſt, humilitatem adhibuit ad ſanandum: ſerpentis ſapientia decepti ſumus, Dei ſtultitia liberamur. Quemadmodum autem illa ſapientia vocabatur, erat autem ſtultitia contemnentibus Deum, ſic iſta quæ vocatur ſtultitia, ſapientia eſt vincentibus diabolum. Nos immortalitate malè vſi ſumus, vt moreremur: Chriſtus mortalitate bene vſus eſt, vt viueremus. Corrupto animo fœminæ ingreſſus eſt morbus: integro corpore fœminæ proceſsit ſalus. Ad eadem contraria pertinet quod etiam exemplo eius virtutum vitia noſtra curantur. Iam verò ſimilia quaſi ligamenta membris & vulneribus noſtris adhibita illa ſunt, quod per fœminam deceptos, per fœminam natus homo, homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberauit. Multa quoque alia diligentius conſiderantibus, quos inſtituti operis peragendi neceſsitas non rapit, vel à contrariis, vel à ſimilibus medicinæ Chriſtianæ apparet inſtructio.

Cap.15.

Iam verò credita Domini à mortuis reſurrectio, & in cœlum aſcenſio, magna ſpe fulcit noſtram fidem. Multum enim oſtendit quàm voluntariè pro nobis animam poſuerit, qui eam ſic habuit in poteſtate reſumere. Quanta ergo ſe fiducia ſpes credentium conſolatur, conſiderans quantus quanta pro nondum credentibus paſſus ſit. Cum enim iudex viuorum & mortuorum expectatur è cœlo, magnum timorem incutit negligentibus, vt ſe ad diligentiam conuertant, eúmque magis bene agendo deſiderent, quam malè agendo formident. Quibus autem verbis dici, aut qua cogitatione capi poteſt præmium quod ille in fine daturus eſt: quando ad conſolationem huius itineris de ſpiritu ſuo tantum dedit, quo in aduerſis vitæ huius fiduciam charitatémq; tantam eius quem nondũ videmus habeamus: & dona vnicuiq; ꝓpria ad inſtructioné Eccleſię ſuę, vt id quidé quod oſtẽdit eſſe faciẽdum, non ſo

non solùm sine murmure, sed etiã cum delectatione faciamus. Sed vt consulit, lib. de verbis Apost. serm. ix. Vnusquisque quãdo audit Dominum Iesum Christum nõ venisse propter iustos, sed propter peccatores: non amet esse peccator, ne fortè dicat in corde suo, Si iustus fuero, non me amat Christus: sed si peccator fuero, amat me: quia propter peccatores descendit, non propter iustos. Respondeo tibi, Si medicum agnouisti, febrem quare non timuisti? Vtique medicus ad ægrotum venit, vult facere sanum. Amat quod vult facere, non quod inuenit: plus enim amat sanum, quam ægrotum.

Tom. X.

VENDITIO. De venundatione peccatoris: In cõmunibus sermonibus, ser. j. Ipse homo se vẽdidit per liberum arbitrium sub dominãte iniquitate: & accepit pretium, exiguam de arbore vetita voluptatẽ. Vnde infra subdit. Vendidi me arbitrio meo, redime me Domine sanguine tuo. In venditore erubescat superbia, in redemptore glorietur gratia. Super Psal. cxxv. Venundati sumus sub peccato. Quis nos vendidit? Nosipsi qui consensimus seductori. Vendere nos potuimus, redimere non possumus. Vendimus nos cõsensione peccati, redimimur in fide iustitiæ: sanguis innocens datus est pro nobis vt redimeremur.

Tom. VIII.

VENTER. Lib. de essentia Diuinitatis Dei. Venter Dei patris, secreta origo substantiæ eius accipitur. Ex qua origine ineffabiliter ante omnem creaturam filium suum genuit, ipso testimonium perhibente per Prophetam, ac dicente, id est, patre ad filiũ: Ex vtero ante luciferum genui te. Aliter vterus eius incomprehensibilia iudicia eius, quæ rimari nequeunt, mysticè insinuat: de quibus occultis iudiciis eius in libro Iob scriptum est, De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cœlo quis genuit?

Tom. IIII. Psal. 109. Iob. 38.

VENTVS. Lib. de cognitione veræ vitæ. Ventus spiritus, est aër Dei nutu aliquo modo agitatus, procellis aquarũ augmentatus, per Angeliqua ministeria excitatus, per eadem tranquillatus. Lib. de quantitate animæ. Ventus est aëer commotus atque agitatus. Quod in loco tranquillissimo & ab omnibus ventis quietissimo, vel breui flabello approbari potest: quo etiam muscas abigentes, aërem cõmouemus, flatúmque sentimus. Quod cum euenerit occultiore quodam motu cœlestiũ vel terrenorum corporum per magnum spatiũ mundi, ventus vocatur: ex diuersis partibus cœli, nomina etiam diuersa sortitus. Super Psalm. ciij. serm. j. Ventus non est nisi quem sentimus, motus quidam & quasi fluctus aëris, impellens quod potest pro viribus. Ibidem quoq; per ventum anima potest significari. Ventos quidem intelligimus insinuare non absurdè animas: non quia ventus est anima, sed quia inuisibilis est ventus quamuis res corporea, corpora impellens, tamen quia humani oculi aciem fugit. Est autem anima inuisibilis. Propterea bene intelligimus animas ventos. Inde est quod & Deus insufflasse dicitur

Cap. 4. Tom. IX. Tom. I. Tom. VIII. Psal.

A spiritum vitę formato homini, & factus est homo in animam viuentem. Lib. de sex quæstionibus ad Deogratias, quæstione v. Quis colligit ventos in sinum, id est, Christus animas in occultum atque in secretum. Quibus dicitur, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quis conuertit aquam in vestimento: vt dici posset, Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis. Quis tenuit fines terræ: qui dixit discipulis suis, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vsque ad fines terræ.

Tom. II. Epist. 49. Eplicatur locus Prouebr. 30.

VERBVM Deus. Libro de cognitione veræ vitæ. Tripliciter verbum intelligitur, verbi gratia, Cum hoc verbum homo, homo profert ore: aut cum idẽ verbũ homo absque motu linguæ in corde suo format: aut cum ipsa res quam significat illud verbum homo, qualis sit intellectu cogitatur. Hoc tertio modo Deus verbum suum genuit, cum seipsum cogitando dixit. Et quia totam mundi formam eadem cogitatione produxit, ideo dicitur quod omnia suo verbo fecerit. Vnde & de creatione mundi legitur, Ipse dixit, & facta sunt. Nihil est enim aliud filius vel verbum Dei, quam cogitatio vel ars vel sapientia eius. Nempe cum rem aliquam cogitamus, ipsius rei imaginem in cogitatione nostra formamus. Sic Deus cum seipsum cogitauit, similem sibi per omnia imaginem formauit: ideo hoc verbum imago, vel similitudo Dei dicitur, sed nihil aliud nisi essentia exprimitur: vnde & hoc verbum dicitur quasi verè bonum. De cuius generationis modo. Eodem libro, capite xxxvij. Sicut sempiterna virtus Diuinitatis, per ea quæ facta conspiciuntur potest intelligi, sic homo profundum mysterium & occultum, per ea quæ in nobis gerũtur ratione perscrutante poterit inspici. Notum est enim quod humana mens verbum communis loquutionis ex se cogitando gignit, & idem verbum in mente & in memoria simul vna essentia existit. Cum ergo mens verbum suum aliis innotescere cupit, cum eadem cogitatione quæ nihil aliud est quam verbum suum, & cum memoria disponit, & quod idem verbum corpus vocis induit, & auribus audibile, & audientium cordibus visibile procedit, & etiam literis corpus suum ligari & videri permittit: & tamen inuisibile manens, de essentia mentis & memoriæ non recedit. Non ergo mens neque memoria, sed solùm verbum singulariter sonuit per corpus vocis sensibile: & tamen inseparabiliter mansit in essentia mentis & memoriæ inuisibile. Sic summus pater verbum suum seipsum cogitando genuit, quod in patris & spiritus sancti essentia simul coessentiale subsistit. Lib. xv. de Trinit. cap. x. Ex ipsa scientia quam memoria tenemus, nascitur verbum. Formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus, verbũ est quod in corde dicimus, quod nec Gręcum est, nec Latinum, nec linguæ alicuius alterius, sed cũ id opus est in eorũ q̃bus loquimur perferre notitiã, aliquod signum quo significetur assumitur.

Cap. 14. Tom. IX. B C Cap. 16. D Tom. III.

Et ple

Et plerunq; sonus, aliquãdo etiam nutus, ille auribus, iste oculis exhibetur, vt per signa corporalia etiam corporis sensibus verbum quod mente gerimus, innotescat. Eod. lib. cap. xij. In verbo nostro velut in ęnigmate, Dei verbi est similitudo: quia sicut de illo verbo dictũ est, Omnia per ipsum facta sunt: vbi Deus per vnigenitũ verbũ suum prædicatur vniuersa fecisse: ita hominis opera nulla sunt, quę non prius dicantur in corde. Vnde scriptum est, Initiũ operis verbum: sed etiã hic cum verum verbum est, tunc est initium boni operis. Verum autem verbum est, cum de scientia bene operãtis gignitur, vt etiã ibi seruetur, est est, non non: vt si est in ea scientia qua viuendum est, sit & in verbo per quod operandum est, si nõ non: alioquin mendacium erit tale verbum, non veritas, & inde peccatum, non opus rectum. Est et hæc in ista similitudine verbi nostri similitudo Dei verbi, quia potest esse verbũ nostrum quod non sequatur opus: opus autem esse non potest, nisi præcedat verbum. Sic verbum Dei potuit esse nulla existente creatura: creatura verò nulla esse potest, nisi per ipsum per quod facta sunt omnia. Propterea quia dicitur, verbũ ponit differentiã inter verbũ & vocẽ, in serm. viij. de natiui. Ioan. Bapt. Hoc interest inter verbum & vocem: quia verbum esse definiunt, quod intra animi silentium mẽte concipimus: Verbum esse definiũt ipsam cogitationem, quæ adhuc intra consciẽtiæ secreta retinetur: vocem verò per quam verbum profertur. Vox, sonus est, & index cogitationis: verbũ verò, ipsa cogitatio. Sed de ipso verbo. Lib. ix. de trin. cap. vij. Nihil agimus per mẽbra corporis in factis dictísque nostris, quibus vel approbantur, vel improbantur mores hominum, quod non verbo apud nos intus edito præuenimus. Nemo enim volens aliquid facit, quod non in corde suo prius dixerit. Quod verbum amore concipitur, siue creaturæ, siue creatoris. i. aut naturę mutabilis, aut incõmutabilis veritatis. Ibidem, cap. xj. Verbũ est notitia placita dignéque amata. Lib. de fide & symbolo quẽ scripsit in Aphricano concilio Hipponiæ celebrato. Verbum patris ideo dictum est, quia per ipsum innotescit pater. Sicut ergo verbis nostris id agimus, cũ verũ loquimur, vt noster animus innotescat audienti, & quicquid secretũ corde gerimus, per signa huiusmodi ad cognitionem alterius proferatur: sic illa sapientia quam Deus pater genuit, quoniam per ipsam innotescit animus secretissimus, patris verbum eius conueniẽtissime nominatur. Inter animum autem nostrũ, & verba nostra, quibus eundem animũ ostendere conamur, plurimum distat. Nos quippe non gignimus sonantia verba, sed facimus: quibus faciendis materia subiacet corpus. Plurimum autem interest inter animum & corpus. Deus verò cum verbum genuit, id quod est ipse genuit, neque de nihilo, neque de aliqua iam facta conditáque materia, sed de seipso id quod est ipse. Hoc enim & nos conamur cum loquimur, si diligenter consideremus nostræ voluntatis appetitũ, non cum mentimur, sed cum verũ loquimur. Quid enim aliud mollimur, nisi nostrum animum, si fieri potest, cognoscendum & perspiciendum animo auditoris inferre: vt in nobis quidem ipsi maneamus, nec recedamus à nobis, & tamen tale iudiciũ quo fiat in altero nostra notitia proferamus, vt quantum facultas conceditur, quasi alter animus ab animo per quem se indicet proferatur? Id facimus conantes & verbis & ipso sono vocis, & vultu & gestu corporis, tot, scilicet, machinamentis id quod intus est demonstrare cupientes, quia tale aliquid proferre non possumus: & ideo non potest loquentis animus penitus innotescere, vnde etiam mendacij locus patet. Deus autem qui verissimilè indicare animis cogni turis & voluit & potuit, hoc ad seipsum indicandum genuit, quod est ipse qui genuit. In serm. liij. de resurrectione Domini. Christus filius Dei verbum Deus. Quid est quod dici nõ potest per verbum hominis? Hoc est verbum Dei. Quæris à me, Quid sit verbum Dei? Si tibi vellem dicere quid sit verbũ hominis, non explico, fatigor, hęsito, succumbo: non possum explicare vim verbi humani: quantomagis verbi Dei? In sermone xiij. de Ioanne Baptista. Remoue diuersitates auditorum, & verbum quod conceptum est, nec Græcum est, nec Latinum, nec cuiusque linguæ: sed talem vocem quærit procedendi, qualis assistit auditor. Et infra. Verbum cordis sine vlla sui mutatione vel varietate peruenit ad Latinum voce Latina: ad Græcum Græca: ad Hebræum Hebræa: ad audiẽtem peruenit, nec à loquente discedit. Nunquid enim quod dicendo in alio facio, ego amitto? Sonus vocis adhibitus est medius cum ad te properauit, à me non emigrauit. In sermo. lv. de resurrectione Domini. Verbum æquale patri, est ars omnipotentis artificis, per quem facta sunt omnia, incommutabilis & incorruptibilis sapientia in seipsa manens, innouans omnia, attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter. Lib. de sex quæstionibus ad Deogratias, quęst. ij. Verbũ Dei filium dicimus per quod facta sunt omnia: & ideo filius quia verbum, nec verbum dictum atque transactum, sed apud incommutabilem patrem incommutabile ipsum, atque incommutabiliter manens, sub cuius regimine vniuersa creatura spiritualis & corporalis pro congruentia temporum locorúmque administratur, cuius moderãdæ & gubernandæ, quid, quando & vbi, circa eam fieri oporteat, sapientia & scientia penes ipsum est. Differt tamen illud verbum à nostro plurimum. Libro xv. de Trinitate. Sicut scientia nostra dissimilis est scientiæ Dei: sic verbum nostrum quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi verbo Dei, quod natum est de patris essentia. Tale est autem ac si dicerem, de patris scientia, de patris sapientia, vel quod est expressius, de patre scientia, de patre sapientia. Ibidem, capite decimo quinto. Magna est verbi Dei potentia non posse mentiri: quia non potest illic esse, est & non, sed est est: non non At enim nec verbum dicendũ est, quod verum

Margin notes: Cap. 11. — Eccl. 38. — Tom. III. — Cap. 4. Tom. III. — Verbum quare dictũ. — Tom. II. Epistola. — Cap. 13. Tom. III.

verum non est. Sit ita, libens asentior. Quid cum verum est verbum nostrum, & ideo rectè verbũ vocatur? Nunquid sicut dici potest vel visio de visione, vel scientia de scientia, ita dici potest essentia de essentia, sicut illud verbum Dei maximè dicitur maximéque dicendum est? Ibid. infra. Solus Deus, & nulla creatura, intelligitur habere verbum sempiternũ sibi coæternũ. Lib. j. super Gen. Verba nostra temporis sunt, cum dicimus quando & aliquando, æternum autem est in verbo Dei, quãdo aliquid fieri debeat: & tunc sit quando fieri debuisse in illo verbo est, in quo nõ est quando & aliquãdo, quoniã illud totũ verbũ æternum est. Ibid. Verbum Dei filius non habet informẽ vitã, cui nõ solùm hoc est esse quod viuere, sed etiam hoc est ei viuere, quod est sapiẽter ac beatè viuere. Creatura verò quanquã spiritualis & intellectualis vel rationalis quæ videtur esse illi verbo propinquior, potest habere informem vitam: quia sicut non hoc est ei esse quod viuere, ita nec viuere quod sapienter ac beatè viuere. Auersa enim à sapientia incommutabili, stultè ac miserè viuit, quæ informitas eius est. Formatur enim conuersa ad cõmutabile lumen sapientiæ verbum Dei: à quo enim existit vt sit, vtque viuat, ad illum conuertitur vt sapienter ac beatè viuat. Principium quippe creaturæ intellectualis est sapientia æterna. Super Psal. ciij. serm. j. In principio erat verbum: nõ qualecũque verbum, sed verbũ Deus: & nõ vbicunque, sed apud Deũ: & non vacans, sed omnia per ipsum facta sunt.

De cuius verbi dignitate & potestate. Lib. de speculo. Dicis tu Deus verbũ, Mea doctrina non est mea: Et sermonẽ quẽ audistis nõ est meus &c. Res mira, res mirãda. Dic rogo, dic verbũ patris, Responde quæso virtus & sapientia summi principij: sed & tuipse principium de principio, non duo tamen principia, sed vnum principium. Dic verbum semper manens, doce seruum humiliter interrogantem. Quid enim tam tuum quam tu? Sed tu tuus & non tuus, quia non es à teipso, sicut in multis sæpe locis testaris: sed à patre cuius verbum es, nõ sonabile per syllabas nec volatile, sed semper immobiliter viuens atque manens. Et ideo verbum non quod desinit prolatũ, sed quod permanet natum: non transitoriũ, sed æternum: non factum, sed genitum: nec solùm genitũ, sed etiam vnigenitum: cui ratio adest disponenti, & præsto est virtus perficienti, vtpote vero Deo & summo Domino. Te quippe vnigenitum verbũ pater genuit de seipso, per quod omnia creauit ex nihilo. Et idcirco indubitãter credimus quia nisi omniscium & cunctipotens verbum Deus esses, nullo modo per te omnia facta fuissent. Quomodo creatura creare aliquid potest? Creare certè solus Deus valet, qui creatus nõ est: nihil enim excepto Deo nõ creatum est. Absit ab intellectu nostro, vt aliquid faciamus ex patre nasci nisi filium, & ideo non nisi Deus potuit nasci ex Deo. Vnde te mihi patris verbum considerare volenti, nulla sufficiunt verba quibus te valeam explicare. Quid autẽ abundè vel dignè loqui potero? A Quis de quo? Homo de Deo, opus de opifice, creatura de creatore, paruus de immẽso, tẽporalis de æterno: cuius venerabilis potentia omnipotentissima qua nos gratuita bonitate fecisti: nec minus tamen est venerabilis gratia, qua nos omnipotentissima misericordia saluasti. Qui & opus creatricis omnipotẽtiæ gratis fecisti, & opus saluatricis gratiæ omnipotenter implesti: habẽs nimirũ perpetuã potestatẽ, & condendi incõdita, & reparãdi perdita. Nec igitur ille præcipuus theologorũ suprema profundius cæteris aquilinis contẽplatus obtutibus scriptitãs eructaret, In principio erat verbum &c. vsque apud Deum: nisi tu Deus verbum, semper apud patrẽ, semper cũ patre, semper de patre, semper in patre esses. Non sicut vas in vase, vel ciuis apud vrbẽ, sed vt sapientia intra sapientem, veritas in verace, bonitas in bono, B æternitas in æterno: quia nihil aliud in patris substantia nisi Deus & æqualis & coæternus illi à quo genitus est, esse potest. Obmutescat itaq;, & cũ suis authoribus pereat omnis hæretica prauitas: quæ inimica semper lite nunc substantiã diuidit, nunc personas confundit. Crescat rogo fide, & magis magísque piis fœcundetur actibus mater Ecclesia, quæ tres Deos colere, trinitatẽ in personis cõfundere prophanũ & nimis impiũ iudicat. Hæc denique cœlestibus erudita disciplinis, credit, cõfitetur & docet vnam proculdubio substantiã & tres personas, sciens omnia quæ ad fidei regulam pertinent. In ser. xv. de natiuit. Domini. Verbum Dei ante omnia tẽpora, verbum caro factũ est opportuno tẽpore: Conditus sub sole conditor solis. Cuncta sæcula ordinans de sinu patris, C hunc diem cõsecrans de vtero matris: Ibi manẽs, hinc procedens: Effector cœli & terræ, sub cœlo ortus, in terra: Ineffabiliter sapiens, sapienter infans: Mundum implens, in præsepio iacens: Sydera regens, vbera lambens. Ita magnus in forma Dei, breuis in forma serui, vt nec ista breuitate magnitudo illa minueretur, neq; illa magnitudine ista breuitas pmeretur. Neq; enim quãdo mẽbra humana suscepit, opera Diuina deseruit, neque attingere à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponere omnia suauiter destitit. Quando infirmitate carnis indutus, virginali vtero receptus est non inclusus, vt nec Angelis subtraheretur sapientiæ cibus, & nos gustaremus quam suauis est Dominus. Quid hoc miramur de verbo Dei, cũ sermo D iste quem promimus ita liber sensibus influat, vt eum recipiat, & non includat auditor? Nam si non reciperetur neminem instrueret: si includeretur, ad alios non veniret. Et vtique sermo iste verbis syllabísque diuiditur, nec tamen ex eo tanquam ex cibo ventris singulas particulas tollitis, sed omnes totum auditis, totum singuli capitis. Nec timemus dum loquimur, ne totum audiẽdo vnus absumat, nec alter possit habere quod sumat: sed ita vos attentos esse volumus, nullius aurem mentémque fraudantes, vt & totum singuli audiatis, & totũ ad audiẽdũ cæteris relinquatis. Neq; hoc fit alternis temporibus, vt cũ sermo qui dicitur ad te primò intrauerit, exeat à te vt ad alium

Cap. ed. ins. — Cap. 2. Tom. III. — Cap. 5. — Tom. VIII. — Cap. 16. Tom. IX. — Cap. 7. — Cap. 14. — Ser. 24 ord. ser. de temp. 27. Tom. X.

alium poſsit intrare: ſed ſimul ad omnes venit, & totus ad ſingulos peruenit. Etſi totus in memoria teneri valuiſſet, ſicut ad totum audiendum veniſtis, ita cum toto ſinguli rediretis: quanto magis verbum Dei, per quod facta ſunt omnia, & quod in ſe manens innouat omnia: quod nec locis concluditur, nec temporibus tenditur, nec moris breuibus longíſque variatur, nec vocibus texitur, nec ſilẽtio terminatur: quantomagis hoc tantum & tale verbum potuit matris vterum aſſumpto corpore fœcundare, & de ſinu patris nõ emigrare. Hinc ad oculos humanos exire, inde mentes Angelicas illuſtrare: hinc ad terras procedere, inde cœlos extẽdere: hinc homo fieri, inde homines facere. Nemo ergo credat Dei filium conuerſum mutatúmque eſſe in hominis filium: ſed potius credamus, & non cõſumpta Diuina & perfectè aſſumpta humana ſubſtantia manentem Dei filium, factum hominis filium. Neque enim quia dictum eſt, Deus erat verbum, & verbum caro factum eſt: ſic verbum caro factum eſt, vt eſſe deſineret Deus, quãdo in ipſa carne quod verbum caro factum eſt, Emanuel natum eſt, nobiſcum Deus. Sicut verbum quod corde geſtamus fit vox, cum id ore proferimus: nec tamen illud in hanc commutatur, ſed illo integro, iſta in qua procedat aſſumitur, vt & intus maneat quod intelligatur, & foris ſonet quod audiatur, hoc idem tamen profertur in ſono, quod ante ſonum erat † in ſilentio: atque ita verbum cum fit vox non mutatur in vocẽ, ſed manens in mentis luce, & aſſumpta carnis voce, procedit ad audientem, & non deſerit cogitantem. Non cum ipſa vox in ſilentio cogitatur, quæ vel Græcæ, vel Latinæ, vel linguę alterius cuiuſlibet: ſed cũ ante omnem linguarum diuerſitatem res ipſa quæ dicenda eſt adhuc in cubili cordis, quodammodo nuda eſt intelligenti, quę vt inde procedat, loquentis voce veſtitur. Verumtamen vtrunque hoc, & quod cogitatur intelligendo, & quod ſonat audiendo, mutabile atque diſsimile eſt. Neque illud manebit cum oblitus fueris, neque hoc cum ſilueris. Verbum autem Domini manet in æternum, & incommutabiliter manet. Et cum carnem aſſumpſit in tempore, vt ad temporalem noſtram vitam procederet, non in carne amiſit Diuinitatem vel æternitatem, ſed etiam carni præſtitit immortalitatem: ita ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit vt Gigas &c. Lib. ſoliloquiorũ ad Deum, cap. iij. O verbum per quod facta ſunt omnia, ſine quo factum eſt nihil: verbum quod es ante omnia, & ante quod nihil: verbum creãs omnia, ſine quo nihil omnia: verbum regens omnia, ſine quo nõ ſunt omnia: verbũ per quod dixiſti, Fiat lux, & facta eſt lux: Dic nũc mihi, Fiat lux: & facta ſit lux: vt videã lumen, & cognoſcam quicquid non eſt lumen: quia ſine te mihi tenebræ lumẽ, & lumẽ tenebræ ponũtur. Libro xj. confeſſ. Verbo tuo Deus tibi coęterno ſimul & ſempiterno dicis omnia quæ dicis, & fit quod dicis, & vt fiat, non aliter quã dicendo facis: & tamẽ ſimul & ſempiterna fiunt apud te omnia

† *Aliàs, ſonuerat.*

Tom. IX.

Tom. I.

A quæ dicendo facis. Lib. ij. ſuper Gen. Verbum patris, eſt vnigenitus filius, in quo ſunt omnia quę creantur, etiam antequam creentur: & quicquid in illo eſt, vita eſt, & vita vtiq; creatrix, ſub illo autẽ creatura. Aliter ergo in illo ſunt ea quæ per illum facta ſunt, quia regit & continet ea facta: aliter autem in illo ſunt ea quæ ipſe eſt. Ipſe enim vita eſt, quæ ita in illo eſt vt ipſe ſit, quoniã ipſe vita eſt lux hominũ. In ſerm. de natiuitate Dom. Verbum quod Deus eſt, verbum eſt ſine tempore, & per eum facta ſunt tempora, verbũ quod nullus labia aperuit cœptum, vel clauſit finitum, verbum quod initium non habet ex ore loquentium, & aperuit ora mutorũ, verbũ quod linguis non fit, & linguas infantium diſertas facit. Lib. de vera innoc. Omnia per verbum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Cum itaq; vniB uerſæ naturæ per verbum Dei factæ ſint, iniquitas per ipſum nõ eſt facta: quia iniquitas eſt ſubſtantia, & peccatum non natura eſt, ſed vitium naturę, id appetẽtis quod nõ eſt ſui ordinis. Sed de huius verbi incarnatione, eod. lib. Verbũ Dei per quod facta ſunt omnia, tempus præordinauit quo ſuſciperet carnem, nõ tẽpori ceſsit quo verteretur in carnẽ: Homo quippe Deo acceſsit, non Deus à ſe receſsit. Lib. ſoliloq. ad Deũ. Cõſiderãti mihi q̃ a filius hominis eſt factus filius Dei, fiducia eſt dicere, nõ homo minor eſt paulominus ab Angelis, nõ vtique tantũ Angelis æqualis: ſed ſuperior Angelis, quia homo Deus, & Deus homo, non Angelus, & dicam propter hoc hominẽ eſſe creaturam dignisſimam, quia verbum quod C erat in principio apud Deum, verbum per quod dixit Dominus, Fiat lux, & facta eſt lux, Angelica, ſcilicet natura, verbũ per quod creauit Deus omnia in principio, idem verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriã eius &c. Ecce gloria per quam glorior, quando ſanè glorior. Ecce gaudium per quod gaudeo, quando ſanè gaudeo. Domine Deus meus vita & gloria tota animæ meæ. Lib. iiij. de Trin. cap. ij. Vt nos curaret & ſanaret, verbũ per quod facta ſunt omnia, caro factum eſt, & habitauit in nobis. Illuminatio quippe noſtra participatio eſt verbi illius, ſcilicet vitæ quæ lux eſt hominũ. Huic autẽ participationi prorſus inhabiles, & minus idonei eramus propter immũditiam peccatorum. Mundandi ergo eramus. Porrò iniquorum & ſuperborum vna mundatio eſt ſanguis iuſti, & humiliD tas Dei: vt ad contemplandũ Deum quod natura non ſumus, per eum mundaremur, factum quod natura ſumus, & quod peccato non ſumus. Deus enim natura non ſumus, homines natura ſumus, iuſti peccato non ſumus. Deus itaque factus eſt homo iuſtus, interceſsit Deo pro homine peccatore. Non enim congruit peccator iuſto, ſed congruit homini homo. Adiungens ergo nobis ſimilitudinem humanitatis ſuæ, abſtulit diſsimilitudinem iniquitatis noſtræ. Et factus particeps mortalitatis noſtræ, fecit nos participes Diuinitatis ſuæ. Meritò quippe mors peccatoris proueniens ex damnationis neceſsitate, ſoluta eſt per mortem

Cap. 6. Tom. III.

Serm. 10. & ord. ſerm. de ſanctis. 14. Tom. X.

Genitũ diſertis. Cap. 128. Tom. II.

Cap. 127.

Cap. 8. Tom. IX.

Tom. III.

Quomodo ſimus habiles percipiẽdæ veritati.

tem iusti venientem ex misericordiæ voluntate.
Lib. decimo tertio eiusdē. Cum lego, Verbum
Cap. 19. caro factū est & habitauit in nobis: in verbo in-
telligo verum Dei filium, in carne agnosco verū
hominis filium, & vtrunque simul in vna persona
Dei & hominis ineffabili gratiæ largitate coniū-
ctum. Propter quod sequitur, ac dicit: Et vidimus
Tom. e. d. gloriam eius &c. Libr. decimo quinto eiusdē,
capite xj. Verbum quod foris sonat, signum est
verbi qđ intus lucet, cui magis verbi cōpetit no-
men. Nam illud quod profertur carnis ore, vox
verbi est: verbúmque & ipsum dicitur propter il-
lud à quo, vt foris appareat, assumptum est. Ita e-
nim verbum nostrum vox quodammodo corpo
ris fit, assumēdo eam in qua manifestetur sensibus
hominū: sicut verbum Dei caro factum est, assu-
mendo eam in qua & ipsum manifestaretur sensi-
bus hominū. Et sicut verbum nostrū fit vox, nec
mutatur in vocem: ita verbum Dei caro quidem
factum est, sed absit, vt mutaretur in carnem. Assu
mendo quippe illam, nō in eam se conuertēdo †,
† Aliàs, assumendo. & hoc nostrum vox fit, & illud caro est factum.
Similem huic sententiam ponit, super Ioannē.
Tract. 105. Tom. IX. Quidam putauerunt quod natura humana, quæ
suscepta est à verbo, conuerteretur in verbum, &
homo mutaretur in Deum, imò si diligentius qđ
opinati sunt cogitemus, homo periret in Deo.
Non enim quisquam ex ista mutatione hominis,
vel duplicari Dei verbum dicturus est, vel augeri:
vt aut duo sint quod vnū fuit, aut amplius sit qđ
minus fuit. Porro si natura humana in verbum est
mutata atque conuersa, verbum Dei quantum
erat & quod erat hoc erit, vbi est homo si non pe
reat? Sed hanc opinionem veritati prorsus nō vi-
Tom. II Epist. 3. deo conuenire. In Epistola secunda ad Volu-
sianum. Cum dicitur verbum Dei, per quod facta
sunt omnia, sic assumpsisse corpus ex virgine, &
sensibus aperuisse mortalibus, vt immortalitatem
suam non corruperit, vt æternitatem non muta-
uerit, vt potestatem non minuerit, vt administra-
tionem mundi non deseruerit, vt à sinu patris, id
est à secreto quo cum illo & in illo est non reces-
serit: verbum Dei sic intellige per quod facta sunt
omnia, non vt eius transire aliquid cogites, & ex
futuro præteritum fieri. Manet sicuti est, & vbiq;
totum est. Venit autem cum manifestatur, & cum
occultatur abscedit. Adest tamen siue occultum,
siue manifestum, sicut lux adest oculis & videntis
& cæci: sed videnti adest præsens, cæco verò ab-
sens. Adest & vox audiētibus auribus, adest & sur
dis: sed illis patet, istis latet. Quid autem mirabi-
lius quoniam id quod accidit in vocibus nostris,
verbísque sonantibus, in re scilicet raptim transi
toria? Cum enim loquimur, nec secundæ quidem
syllabæ locus est, nisi prima sonare destiterit: &
tamen si vnus adsit auditor, totum audit quod dici
mus: & si duo adsint tantūdem ambo audiūt, quod
& singulis totum est. Et si audiat multitudo simi-
les, non inter se particulatim cōminuunt sonos tā
quam cibos, sed omne quod sonat, & omnibus to-
tum est, & singulis totum. Itáne iam non illud est

A potius incredibile, si verbum hominis transiens
quod exhibetur auribus, verbum Dei permanens
non alibi exhiberet rebus: vt quemadmodum hoc
simul auditur etiam à singulis totum, ita illud si-
mul vbique sit totum? Non itaque metuendū est
corpusculum infantiæ, ne in illo tantas Deus an-
gustias passus esse videatur. In sermone de nati Serm. 21. & ord. serm. de temp. 25. Tom. X.
uitate Domini. Non mirum nos nō inuenire ver
ba, quibus vnum verbum dicamus, in quo dictum
est, vt essemus qui de illo aliqd diceremus. Hæc
enim cogitata verba atque probata mens nostra
format, illo autem verbo ipsa formatur. Nec eo
modo facit homo verba, quomodo est ipse factus
per verbum: quia nec eo modo genuit pater vni-
cum verbum, quo facit cuncta per verbum. Deū
quippe genuit Deus, sed simul gignens & genitus
B vnus est Deus. Mundum autem fecit Deus, sed mū
dus transit, & permanet Deus, & sicut ea quę facta
sunt seipsa vtique non fecerunt, sic à nullo factus
est per quem omnia fieri potuerunt. Huc itaque
paululum aures & animos aduertamus, si fortè
valeamus aliquid dignum & congruum dicere,
non ex eo quod in principio erat, sed ex eo quod
verbum caro factum est. Propter hoc enim istum
diem celebramus, quo nasci dignatus est ex virgi-
ne, quam generationem suam fecit ab hominibus
vtcunque narrari. In illa verò æternitate in qua
Deus de Deo natus est, generationem eius quis e-
narrabit? Ibi talis dies non est qui solemniter cele-
bretur. Neque enim transit anniuersario volumi-
ne rediturus, sed permanet sine occasu, quia nō cœ
pit ex ortu. Verumtamē hodiernus dies natum ex
C virgine commendat æternum, quia æternus na-
tus ex virgine consecrauit hodiernum. Quas itaq;
laudes charitati Dei dicamus, quas gratias agamus
qui nos ita dilexit, vt propter nos fieret in tempo-
re per quem facta sunt tempora: & multis seruis
suis in mundo minor ætate esset, ipso antiquior
mundo sine vetustate: homo fieret qui hominem
fecit, crearetur ex matre quam creauit, portare-
tur manibus quas formauit, sugeret vbera quę im
pleuit, in præsepio muta vagiret infantia, verbum
sine quo humana muta est eloquentia? Vide ho-
mo quid pro te factus est Deus, doctrinam tandē
humilitatis agnosce, etiam nondum loquente do
ctore. Tu quondā in Paradiso tam facundus fui-
sti, vt omni animæ viuenti nomina imponeres,
propter te autem creator tuus infans iacebat, &
D nomine suo nec matrem vocabat. Tu in latissi-
mo fructuosorum nemorum prædio te perdidi-
sti obedientiam negligendo, iste obediēs in angu-
stissimum diuersorium mortalis venit, vt mor-
tuum quæreret moriendo. Tu cum esses homo,
Deus esse voluisti vt perires: iste cum Deus esset,
homo voluit esse, vt quod perierat inueniret. Tā-
tum te pressit humana superbia, vt te non posset
nisi humilitas subleuare Diuina. Libro octo-
gesimo quæstionum. Ideo sic in Euangelio po- Tom. III.
situm est, Verbum caro factum est: quia vsque
ad visibilem carnem, assumptio illa humanæ na-
turæ à Domino facta est, atque in tota illa vnita-

te susceptionis principaliter verbum est, extrema A autem atque vltima caro. Volens enim Euangelista commendare pro nobis dilectionem humilitatis Dei, qui sese humiliauerit, & quousque se humiliauerit exprimens, verbum carnémque nominauit: prætermittens animæ naturam, quæ verbo est inferior, carne verò præstantior. Magis enim commendat humilitatem, quia dictum est, Verbum caro factum est: quàm si diceretur, Verbum homo factus est. Et infra subdit. Secundum loquendi celebriorem consuetudinem, quicquid fit quod non erat, desinit esse quod erat. Nec tamen hæc verba intelligimus ita, sed etiam ipsi nobiscum ita intelligunt, vt manés verbum quod est, ex eo quod accepit formam serui, non ex eo quod in illam formam aliqua mutatione conuersum est, dictum sit, Verbum caro factum est. De- B inde si vbicunque caro fuerit nominata & anima tacita, sic intelligendum est vt anima ibi esse non credatur, nec illi habeant animam de quibus dictum est, Videbit omnis caro salutare Dei: Et illud in Psalmis, Ad te omnis caro veniet. Vnde intelligitur solere homines per nominationem solius carnis significari, vt secundum hanc loquutionem etiam illud intelligi posit: vt quod dictum est, Verbum caro factum est: nihil sit dictum, nisi verbum homo factum est. Sicut enim à parte totum plerunque nominata sola anima totus homo intelligitur, sicut est illud, Tot animæ descenderun in Aegyptum: sic rursus à parte totum etiam nominata sola carne homo intelligitur. Super primã canonicã Ioannis. Vt res quæ solo corde vi- C deri potest, videretur & oculis, vt corda sanarent Solo enim corde videtur verbum, caro autem & oculis corporalibus videtur. Erat vnde videremus carnem, si nõ erat vnde videremus verbum: factum est verbum caro quam videre possemus, vt sanaretur in nobis vnde verbum videremus.

Luc. 3. *Psal. 64.* *Tract. 1.* *Tom. IX.*

Libro de verbis Apostoli, sermone vigesimo. Verbum caro factum est, vt habitaret in nobis, latens maiestas, apparens infirmitas: vt moriatur infirmitas, & timeatur† maiestas. Super primã canonicã Ioannis, vt supra. In vtero virginali velut in sponsi thalamo, coniuncti sunt duo, sponsus & sponsa: sponsus verbum, sponsa caro. Super Psalmum centesimum. Verbum Deus, vt redimeret nos, caro factum est, & habitauit in nobis. Factus est homo Deus super omnia, filius Dei æqualis patri. Ad hoc factus est homo, vt mediator es- D set inter homines & Deum, & reconciliaret longè positos, & coniungeret separatos, & reuocaret alienatos, & reduceret peregrinos. Ad hoc factus est homo. In sermone decimo nono de natiuitate Domini. Verbum patris, per quod facta sunt tempora, caro factum, natale suum nobis fecit in tempore. In ortu humano habere voluit vnum diem, sine cuius nutu nullus voluitur dies. Qui ipsorum apud patrem præcedit cuncta spatia sæculorum, ipse de matre in hac die cursibus se ingessit annorũ. Homo factus est hominũ factor, vt sugeret vbera regens sydera, vt esuriret panis,

Tom. X. *† Aliàs, teneatur.* *Tom. VIII.*

vt sitiret fons, dormiret lux, ab itinere via fatigaretur, falsis testibus veritas accusaretur, iudex viuorum & mortuorum à iudice mortali iudicaretur, ab iniustis iustitia damnaretur, flagellis disciplina cęderetur, spinis botrus coronaretur, ligno fundamentum suspẽderetur, virtus infirmaretur, salus vulneraretur, vita moreretur: ad hoc & alia huiusmodi sustinẽda pro nobis se inclinãs, vt liberaret indignos, quando nec ipse aliquid mali meruit, qui propter nos cuncta mala portauit: nec nos aliquid merebamur, qui per eum cuncta accepimus bona. Propter hoc ergo, qui erat ante sæcula sine initio dierum Dei filius, in nouissimis diebus dignatus est fieri hominis filius: & qui de patre natus, non à patre factus, factus est nũc in matre quam fecerat, vt ex illa ortus, hoc aliquando esset quod nisi per illum nunquam & nusquam esse potuisset. Sic adimpletum est quod psalmista prædixerat, Veritas de terra orta est. Ibidem infra. Si verbum Deus, & homo caro, quid aliud est, Verbum caro factum est: nisi, qui Deus erat, homo factus est? Ac per hoc, qui erat Dei filius, factus est hominis filius: asumptione inferioris, non conuersione potioris: accipiendo quod non erat, non amittendo quod erat?

Super Psalmum centesimum primum, sermone primo. Partus virginis, est lapis sine manibus *Tom. VIII.* de monte præcisus, vbi nullus hominum operatus est, nulla transfusa concupiscentia, sed sola fides accensa, & verbi caro concepta. Deinde procelsit ex vtero: Loquuti sunt cœli. Angeli pastoribus nuntiauerunt. Stella ad adorandũ regem Magos traxit, Simeõ impletus spiritu sancto, infantẽ Deũ in manibus matris cognouit. Accessit ætas nõ Diuinitati, sed carni: horrent, mirantúrque sapientiã Dei pueri duodẽnis imperiti senes. Aut etiã si periti senes, quid illorum peritia ad sapientiam Dei? Nonne & periti nisi illo subueniente vtique perituri? Crescit adhuc ætate corporis, venit ad fluuium baptizandus. Baptizator Dominum cognoscit, indignum se soluendæ calciamenti corrigiæ confitetur. Iam inde cæci illuminantur, surdis aperitur auditus, Loquũtur muti. Mundantur leprosi. Stringuntur paralytici. Conualescunt languidi. Resurgunt mortui. Iam quidem in verbi illius per quod facta sunt omnia comparatione diuitiarum agnosco paupertatem. Super Psalmum centesimum trigesimum. Quia ipsum ver- *Tom. VIII.* bum caro factum est, & ipsum verbum crucifixum est; sed non est, mutatum est in hominem, homo in illo mutatus est. Mutatus est homo in illo, vt melior fieret quam erat, non vt ipsa substantia verbi cõuerteretur. Per id ergo quod homo erat, mortuus est Deus: & per id quod Deus erat, excitatus est homo, & resurrexit, & ascendit in cœlum. Quicquid passus est homo, non potest dici, non passus est Deus, quia Deus erat hominem assumendo, sed non est mutatus in hominem: quomodo non potes dicere non te passum iniuriam, si vestis tua conscidatur? Et quando quereris vel amicis vel in iudicio, hoc dicis iudici, Conscidit me

me. Non dicis, Conscidit birrhum meum: sed conscidit me. Si potuit & meruit vestis tua dici tu, quę non est tu, sed vestis tua: quanto potius meruit audire caro Christi templum verbi vnitũ cum verbo: vt quicquid in carne pateretur, Deus ipse pateretur: quamuis verbum nec mori potuerit, nec corrumpi, nec mutari, nec occidi: sed quicquid horũ passum est, in carne passum est. Et noli mirari, quia verbum nihil passum est: nec anima hominis potest pati aliquid occisa carne, dicente ipso Domino: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Si anima non potest occidi, verbum Dei poterat occidi? Et tamen quid dicit? Flagellauit me, colaphizauit me, percussit me, dilaniauit me, totũ hoc nõ fit in anima: & tãtum nõ dicit, nisi me, propter vnitatẽ consortij ipsius. Lib. tertio de verbis Domini, sermone primo. Nihil potuit misericordius procurari & donari à Deo, nisi vt illud verbum per quod facta sunt omnia, fieret quod nos sumus, vt attingere possemus illud quod non sumus. Non enim Deus sumus, sed possumus mente vel cordis acie interiore videre Deum. Peccatis acies nostræ obtritæ, obtusæ, infirmitate abiectæ cupiunt videre: sed in spe sumus, in re nondum sumus. Si nondum possumus videre verbum Domini, audiamus verbum carnem: quia carnales facti sumus, audiamus verbum carnem factum. Ideo enim venit, ideo suscepit infirmitatem nostram, vt possis firmam loquutionem capere Dei portantis infirmitatem tuam. In sermone quinquagesimo septimo de resurrectione Domini. Quid est verbum caro factum est, nisi aurum fœnum factum est? Sed assumendo fœnum, mansit aurum: & in fœno non periit, & fœnum mutauit. Quomodo mutauit? Quia resuscitauit, viuificauit, in cœlum leuauit, ad patris dexteram collocauit. Libro de gratia noui testamẽti, quæstione prima. Deus verbum Dei perquod facta sunt omnia, filius Dei est, incommutabiliter manens, vbique præsens, nullo clausus loco, nec partiliter per cuncta diffusus, tanquam minorem partem habeat in minore loco, & in maiore maiorem: sed vbique totus, atque ita non absens, etiam mentibus impiorum, quamuis eum non videant, sicut nec ista lux videtur oculis præsentata cæcorum. Lucet ergo & in talibus tenebris, quales Apostolus significat vbi dicit, Fuistis aliquãdo tenebræ, nunc autẽ lux in Domino: sed eum tales tenebræ non comprehenderunt. Suscepit itaque hominem, quem videre homines poterant, vt sanati per fidem, postea viderent, quod tunc videre non poterant. Ibidem infra. Factus est quippe ille quod non erat, sed tamen aliquid aliud erat: Et hoc ipsum aliquid, verbum Dei erat per quod facta sunt omnia, & lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & Deus apud Deum. Nos quoque per eius gratiam facti sumus quod non eramus, id est filij Dei: sed tamen aliquid eramus, & hoc ipsum aliquid, multo inferius, hoc est filij hominum. Descendit ergo ille vt nos ascenderemus, & manens in sua natura particeps factus est nostræ, vt & nos manentes in natura nostra efficeremur participes naturæ ipsius. Non tamẽ sic: nam illum naturæ nostræ participatio non fecit deteriorem: nos autem facit naturæ illius participatio meliores. Ibidem infra. Neque iam desperandum est, participatione verbi fieri posse homines filios Dei: quando filius Dei participatione carnis, factus est filius hominis. Nos itaque mutabiles in melius commutandi, participes efficimur verbi: verbum autem incommutabile nihil in deterius commutatum, particeps carnis effectum est rationali anima mediante. Ibidem infra. Nihil proinde aliud dictum est, Verbum caro factũ est: quàm si diceretur, filius Dei filius hominis factus est. Ibidem. Sicut non augetur numerus personarum cum caro accedit animæ, vt sit vnus homo: sic non augetur numerus personarũ, cum homo accedit verbo, vt sit vnus Christus. Ibidem quæstione secunda. Audi vocem carnis, quæ facta est inter omnia, quoniam verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Audi potius medicinę vocem qua sanaris vt videas Deum, quem tibi videndum distulit, hominem autem videndum attulit, occidendum obtulit, mirandum contulit, credendum transtulit, vt ista fide ad videndum Deum mentis oculus sanaretur.

Tom. X. (margin, at "Lib. tertio de verbis Domini")

Tom. II. Epist. 120. Cap. 3. (margin, at "Libro de gratia noui testamẽti")

Cap. 4. (margin, at "Ibidem infra. Factus est")

Cap. eod. (margin, at "Ibidem infra. Neque iam")

Cap. eod. (margin, at "Ibidem infra. Nihil proinde")

Cap. eod. (margin, at "Ibidem. Sicut non augetur")

Cap. 6. (margin, at "Ibidem quæstione secunda")

VERBVM Dei. De vtilitate & singularitate verbi Dei. In communibus sermonibus, sermo. decimo tertio. Opportune nanque etiã vẽtribus ieiuni sumus. Lętabitur cor nostrum, si mentibus esurimus. Cum aliqua suauia apponuntur in epulis nostris, lætantur fauces quærentium cibum. Cum variè colorata blandéque depicta apponuntur aspectibus nostris, lætantur oculi quærentium aliquid videre luminosum: Sic pro obiectorum qualitate lætantur aures quærentium cantum: lætatur olfactus quærentiũ odorem gratum: Sed lætetur cor quærentium Dominum. Proculdubio singula quæ exhibentur diuersis sensibus nostris, singulos sensus delectant: Neque enim vel sonus delectat aspectum, vel color auditum. Cordi autem nostro Dominus & lux est, & vox est, & odor est, & cibus est: & ideo omnia est, quia nihil horum est. Est lumen cordi nostro, cui dicimus, In lumine tuo videbimus lumen. Est sonus cordi nostro cui dicimus, Auditui meo dabis gaudium & lętitiam &c. Est odor cordi vestro, de quo dicitur, Christi bonus odor sumus. Si autem cibum quæritis quia ieiunastis, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam Dei. De ipso autem Domino Iesu Christo dictum est, quia factus est nobis iustitia & sapientia. Ecce epulæ præparatæ sunt. Iustitia Christus est, cibus est, quem sentit omnis qui sanas fauces habet interioris hominis. Cibus est, qui seipsum commendans ait, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendit. Cibus est, qui reficit nec deficit: Cibus est qui esurientes satiat, & integer manet. Cum hinc ad mensas vestras discesseritis, nihil tale manducabitis, qui ad istas epulas conuenistis. Bene comedite, sed cum

audieritis bene digerite. Bene manducat & malè digerit, qui audit verbum Dei & non facit: non enim ducit vtilem succũ, sed crudum ructat in digestione fastidium. Nec miremini quod corda nostra sic epulantur, vt & ipsa reficiantur & non minuant vnde reficiuntur: corporalibus oculis nostris Deus talem cibum dedit. Nam lux ista, cibus est oculorũ. Hac lumina nostra pascuntur: & si quis in tenebris diutius fuerit, tanquam ieiuni eius deficiunt oculi. Perdiderunt enim homines oculos sedendo in tenebris: nec aliquid irruit oculis, nec aliquis quisquam percussit, nec humor alienus influxit, nec puluis nec fumus. Producitur homo post tenebras, & non videt quod videbat: oculi eius fame mortui sunt, cibum suum hanc lucem non sumendo defecerunt. Et ista lux quę videtur ab hominibus omnium pascit oculos: & aspectus vidẽtis reficitur, & lux integra perseuerat. Si duo videant, tanta permanet: si plures videant, tanta permanet. Diues videat, pauper videat, ęqualis est omnibus. Nullus in ea limites figit, impletur pauperis inopia, vacat diuitis auaritia. Nunquid enim qui plus habet, plus videt? aut prolato auro diues præoccupat pauperem, & emet sibi quod videat vt ille non habeat? Si ergo talis cibus est oculis vestris, quid est Deus mentibus vestris? Aurium quidẽ cibus est sonus: & ipse qualis est? Ecce loquor charitati vestræ. Assunt aures, assunt mentes. Duo quædam nomina sunt aures & mentes: & in eo quod loquor duo quædam sunt sonus & intellectus. Simul feruntur, simul ad aurem perueniunt; sonus remanet in aure, intellectus descẽdit in cor. Excellentius intellectum amare debemus. Sonus est quasi corpus, ĩtellectus quasi animus: sed sonus, mox vt aurem percusserit, aurémque tetigerit, transit: non reuocatur, nec adhuc sonat: ita enim syllabæ præeundo sibi & sequendo succedunt: secunda non sonat, nisi prima transierit. Verũtamẽ quanquam sit quiddam transitorium, magnum habet miraculum. Ecce enim si vobis esurientibus panem apponerem, non perueniret ad singulos totus: diuideretis vobis quod apposuissem: & quanto plures essetis, tanto minus haberetis. Modo autem sermonem profero, & verba inter vos, & syllabas non diuiditis, nec secatis sermonem meum, vt alius tollat istam partem, alius illam, & sic particulatim & minutatim ad singulos quosq; quod dico perueniat: sed totum audit vnus, totum audiunt duo, totum audiunt plures: & quotquot veniunt, totum audiunt: & omnibus sufficit, & singulis integrum est. Præparatur ad audiendum auris tua, nec eam fraudat auris aliena. Si hoc fit de verbo sonantis, quid fit de verbo omnipotẽtis? Quomodo enim vox ista vestra aurium omnium audientium singulis tota est, & apud singulos tota est, nec sunt tot meæ voces quod vestræ aures, sed vna vox multas aures implet, non diuisa, sed omnibus tota: sic cogitate verbum Dei totum in cœlis, totum in terris, totum in Angelis, totum apud patrem, totum apud virginem, totum in æternitate, totum in carne, totum in inferis cum eos visitaret, totum in Paradiso quo latronem transtulit. Hæc dixi de sono: quid si de intellectu aliquid dicam? Et quanto minus est quam verbum Dei? Ecce enim sono profero, sed cum protulero iam non reuoco: si volo audiri, alterum sonum profero: & cum ipse trãsierit, profero alterum, aut silẽtium consequetur: Intellectũ verò & profero ad te, & teneo apud me: & inuenis quod audisti, & non perdo quod dixi. Intellectus ergo manet in corde meo: migrat ad tuum, nec deserit meum. Veruntamen cum intellectus inest cordi meo, & volo vt insit etiã cordi tuo, quæro quod ad te transeat, & assumo sonum quasi vehiculum, & quasi impono intellectum, & profero, & perduco, & doceo, & non amitto. Si potuit hoc facere intellectus meus de voce mea, non potuit verbum Dei de carne sua? Ecce enim verbum Dei Deus apud Deum sapientia Dei manens incommutabiliter apud patrẽ, vt procederet ad nos, carnẽ quasi sonũ quæsiuit, eique se inseruit, & ad nos processit, & à patre non recessit. Intelligite sapiẽter hoc qđ audistis, quantũ sit & quale, cogitate, & de Deo maiora sentite. Vicit ille omnẽ lucẽ, omnem sonum, omnem intellectum. Desiderãdus est, & ad eum inhiandum, vt lætetur cor quęrentium Dominum. Est autem verbum Dei vtile. Super Psalmum trigesimum sextum, sermone tertio. Liberat à laqueo verbum Dei in corde, liberat à via praua verbum Dei in corde, liberat à ruina verbum Dei in corde. Tecum est enim verbum, non à te recedit. Quid enim mali patitur quem custodit Deus? Ideo semper debet audiri. Libro contra Adimantum discipulum Manichæi, capite vigesimo quarto. Vnusquisque Christianus in rerum tranquillitate, quam significat æstas, colligat verbum Dei, vt in aduersitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine significantur, habeat vnde spiritualiter viuat. Non enim in pane solo viuit homo, sed in omni verbo Dei. Si autem hoc eos mouet quod in terra condit formica quod colligit, irascantur etiam illi thesauro, quem Dominus dicit in agro inuentum. Et vt dicit Libro tertio de quæstionibus Euangeliorũ. Verbum Domini lucidum est candore veritatis, & solidũ firmitate æternitatis, & vndique sui simile pulchritudine Deitatis. Est autem audiendus cum profectu. Libro quinto Homiliarum, homilia nona. Christianus es, frequentas Ecclesiam, verbum Dei libenter audis, de lectione verbi lætissimè commoneris. Tu laudas tractantem, ego quæro facientem. Amas verbum Dei & libenter audis. Ecce quod propono, in eo te examina, in eo te appẽde, in eo ascende ad mentis tuæ tribunal, & constitue te ante te, & iudica te: & si prauum inueneris te, corrige te. Displicet audientem malis. Libro de verbis Apostoli, sermone quarto. Sanis suauis est panis. Quid melius & præclarius pane cœlesti? Sed si non obstupefacit dentes iniquitas. Scriptura enim dicit, sicut vua acerba dentibus noxia est & fumus oculis, sic iniquitas vtentibus ea. Quid prodest quia panem laudatis, si

tis, si malè viuitis? Quod laudatis non manducatis. Cum ergo audis verbum iustitiæ & veritatis, & laudas, multò laudabilius est si facias. Fac ergo quod laudas. An dicturus es, Volo & non valeo? Quare non vales? quia sanitas tibi non est. Vnde sanitatem perdidisti, nisi quia peccando creatorem offendisti? Ergo vt eius panem quem laudas cum suauitate, id est cũ sanitate manduces, dic illi, Ego dixi Domine miserere mei &c. Psal.40. Quomodo tractandũ. Tom.IIII. Lib. quæstionũ, q. sexagesima qnta. Pia diligentia verba Diuina tractanda sunt. Sed vt dicit super Apoc. homil. viij. super illud, faciet Tom.IX. amaricare ventrem tuum, sed in ore tuo erit tanquam mel dulce. In ore, intelliguntur boni & spirituales Christiani: in ventre, carnales & luxuriosi. Inde est, quod quando verbum Dei prædicatur, spiritualibus dulce est: carnalibus vero, quorum secundum Apostolum Deus venter est, amarum videtur & asperum.

Tom.I. VERBA humana. Quid sint, & quid valeant. Libro de magistro ad Hieronymum. Verba sunt signa rerum quæ sunt in anima. Libro quæstionum super Genesim. Tom.IIII. Volũtati enuntiandæ, & in notitiam proferendæ oportet verba seruire. Tom.IIII. Libro quæstionum super Deutero. Nihil aliud in verbis loquentium quæritur, nisi voluntas: propter quam enuntiandam, verba instituta sunt. Super Ioannem. Nihil aliud sunt verba quam signa: significando enim verba sunt. Tolle significationem verbo, strepitus inanis est. Cap.22. Tom.III. Ideo contra mentientes dicit in Enchiridion. Porrò omne mendacium ideo dicendum est esse peccatum, quia homo non solùm quando scit ipse quod verum sit, sed etiam si quãdo errat & fallitur sicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit: siue illud verum sit, siue putetur & non sit. Omne mendacium peccatum. Omnis autem qui mentitur, contra id quod animo sentit loquitur voluntate fallendi. Et vtique verba propterea sunt instituta, non per quæ inuicem se homines fallant: sed per quæ in alterius quisque notitiam cogitationes suas proferat: Verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est. Quantum valeant bona verba. Super Ioannem, & Libro tertio de verbis Domini, sermone decimo nono. Verba opera sunt. Nam profecto qui proximum loquendo ædificat, bonum opus operatur. Cap.2. Tom.I. De verbis quibus oramus Deum, dicit Libro prædicto de magistro. Non opus est loquutione cum oramus, id est, sonantibus verbis, nisi forte, sicut sacerdotes faciunt, significandæ mentis suæ causa, non vt Deus, sed vt homines audiant, & in consensione quadam per commemorationem suspendatur in Deum. Loquutione igitur in oratione nihil aliud agimus, quàm quod commonemus, cum memoria, cui inhærent verba, ea reuoluendo, facit in mentem venire res ipsas, quarum signa sunt verba. Tom.I. Curandum est de re & non de verbis. Libro de quantitate animæ, Non solùm approbo, verum etiam moneo, vt semper rerum magis curam, quàm verborum te habere delectet. De verbis maledicorum non curandum. Super Psalmum nonagesimum. sermone primo. Tom.VIII. Qualia verba audio, seruus peccator? Dominus Deus audiuit, Dæmonium habes.

VERECVNDIA. Definitur in Epistola ad Macedonium. Tom.II. Epist.54. Cap.1. Verecundia est quidam displicendi metus. Verecundia ortum habuit à culpa. Tom.III. Libro vndecimo super Genesim. Scriptum est de primis hominibus quod nudi erant, & non confundebantur. Nullus enim motus erat in corpore cui verecundia deberetur: ideo nihil putabant velandum, quia nihil senserant refrenandum. Vnde Libro decimo quarto de ciuitate Dei, capite decimo septimo. Tom.V. Meritò autem huius libidinis maximè pudet, meritò & ipsa membra quæ suo quodam, vt ita dixerim, iure, non omnimodo ad arbitrium nostrum mouet, aut non mouet, pudenda dicuntur, quod ante peccatum hominis non fuerũt. Est autem nunc naturalis illa verecundia. Eodem libro, capi. vigesimo. Pudet enim huius libidinis humanam sine vlla dubitatione naturam, & meritò pudet. In eius quippe inobedientia, quæ genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit, & potestati voluntatis eripuit, satis ostenditur, quid sit hominis illi primæ inobedientiæ retributũ: quod in ea parte maximè oportuit apparere, qua generatur ipsa natura, quæ illo primo & magno in deterius est mutata peccato: à cuius nexu nullus eruitur, nisi id, quod cum omnes in vno essent, in cõmunem perniciem perpetratum est, & Dei iustitia vindicatum, Dei gratia in singulis experietur. Non tamen propter verecundiam est tacenda vel omittenda veritas. Eodem libro, capi. vigesimo tertio De hac re volentibus nobis diligentius disputare, verecundia resistit, & compellit veniam honore præfato à pudicis auribus poscere, cur id fieret nulla causa esset: sed in omnia quæ de huiuscemodi membris sensum cogitantis attingerent, sine vllo timore obscœnitatis liber sermo ferretur: nec ipsa verba essent, quæ vocarentur obscœna, sed quicquid inde diceretur, tam honestũ esset, quàm de aliis cũ loquimur corporis partibus. Quisquis ergo ad has literas impudicus accedit, culpam refugiat, non naturam: facta denotet suæ turpitudinis, non verba nostræ necessitatis, in quibus mihi facillimè pudicus & religiosus lector vel auditor ignoscet, donec infidelitatem refellam, non de fide rerum inexpertarum, sed de sensu expertarum argumẽtantem. Non debet erubescere Christianus confiteri Christum. Tom.VIII. Super Psalmum sexagesimum octauum sermone primo. Oportet vt habeat Christianus irreuerentiam istam, quando venerit inter homines quibus displicet Christus, Tunc si erubuerit de Christo, delebitur de libro viuentium. Opus est ergo vt habeas irreuerentiam, quando tibi de Christo insultatur: quando dicitur, Cultor crucifixi, adorator male mortui, venerator occisi. Hîc si erubueris, mortuus es. Esto ergo frontosus, quando audis opprobriũ de Christo. Quid times frõti tuæ, quam

signo crucis Christi armasti? De rationabili ve- recundia. Tom.VII. Libro quarto contra Cresconium grãmaticum, post medium. Verecundia quippe in rebus manifestis vel etiam ipsa impudentia obmutescere potest: insania nō potest.

VERITAS & Verum. Differt verum à probabili. Tom.VII. Lib. tertio contra Cresconiũ grammaticum versus finem. Probabile quãdo dicitur, non cōsequẽter est verum: cũ ea dicantur quæ fieri possunt ac solent, & ideo probantur, hoc est approbantur & creduntur, etiam si facta non sint. Quod autem verum est, cum ostenditur, necessario probabile est: & illo vtique probabilius. Tom.I. Quid sit. Lib. ij. soliloquiorum suorũ, versus principi. Verũ, est quod ita est vt videtur. Tom.I. Ibidem infra. Verum, est quod ita se habet vt cognitori videtur, si velit possitque cognoscere. Libro de immortalitate animæ, capite xvj. Si quidam veritatem eam dicimus, qua vera sunt omnia quæcunque sunt. Intantum autem sunt, inquantum vera sunt. Et ideo solus Deus propriè Tom.II. Epist.174. dicitur verax. in Epistola ad Pascentium comitẽ Arrianum. Solus Deus est verax; omnis autẽ homo mendax. Vnde neq; in nobis ipsis vel per nos ipsos veraces sumus, cum sumus: sed cum ille in seruis suis loquitur, qui solus est verax. Tom.I. In Epistola ad Petilianum. Cum de cuiuslibet hominis ore veritas sonuerit, non est ab illo homine, qui fortè peccator est: sed ab ipsa veritate, hoc est, à Christo, qui iustus est. Libro decimo tertio cōfess. Non alio præter te Domine inspirante credo me verum dicere, cum tu sis veritas, omnis autem homo mendax: Et ideo qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Ergo vt verũ loquar, de tuo loquitur. Tom.VIII. Super Psalmum centesimum octauũ. Deus est verax, omnis homo mendax: quia non est homo verax, nisi in quo loqtur Deus. Super Psal. cxxiij. veritas immortalis est, veritas incommutabilis est, veritas illud verbum est, de quo dicitur, In principio erat verbum &c. Tom.III. Libro de agone Christiano. Sacrilegium est credere Dominũ nostrum, cum ipse sit veritas in aliquo fuisse mentitum. Super Ioannem. Veritas incommutabilis est. Veritas panis est. Mentes reficit, non deficit: mutat vescentem, nō ipsa in vescentem mutatur. Ipsa veritas est verbum Dei, Deus apud Deum vnigenitus filius. Hæc veritas carne induta est propter nos, vt de Maria virgine nasceretur, & impleretur prophetia, Veritas de terra orta est. In Epistola ad Donatum tribunum de Trinitate. Sicut excepta vna veritate, non est alia veritas: ita absq; vno vero Deo non est alius verus Deus: ipsa enim vna veritas est naturaliter vna Diuinitas. Et ita nō possunt duo veridici veraciter dici, sicut ipsa vna veritas naturaliter non potest diuidi. Infra subdit ibidem. Verum itaque Deum colere veróque Deo seruire non est vtique veritatem in mendacium commutare. Ille autem veritatem Dei commutat in mendacium, qui Deo nō vero existimat seruiendum. Ille autem Deum verum nō colit, & Deo vero non seruit, qui creaturæ seruierit, crea-

A turámque coluerit. Ibidem. Omnis creatura o- Tom.I. pus est veritatis. Est q, dẽ creatura vera, non tamẽ veritas. Sola est naturaliter veritas, quæ naturaliter est vera Diuinitas. Lib. iiij. musicæ. Veritas vocatur ars Dei summi. Veritate facta cũcta sunt, omniúmque forma est veritas. Et ideo veritatis causa necessario venit Christus. Tom.II. Epist.56. In Epistola ad Dioscorum. Nullo modo ad consequendam veritatem melius consuli potuit generi humano, quã vt homo ab ipsa veritate susceptus, ineffabiliter atque mirabiliter, & ipsius in terris personam gerens recta præcipiendo, & Diuina faciẽdo, salubriter credi persuaderet, quod nunquam prudẽter posset intelligi. Super Psal. xliij. Christus dixit veritatẽ, pertulit iniquitatẽ, & oblaturus est æquitatem. Super Psal. lxvj. Cognoscamus B in terra viam tuam. Tom.VIII. Possumus eam de Euangelio discere, Ego sum via, Dominus ait. Christus dixit, Ego sum via. Sed times ne erres: Adiecit, Et veritas. Quis errat ĩ veritate? Errat qui recesserit à veritate. Veritas Christus, via Christus, ambula. Times ne moriaris antequam peruenias. Ego sum vita. Ego, inquit sum via veritas & vita: quasi diceret. Quid times? Per me ambulas, ad me ambulas, in me requiescis. Quod ergo ait cognoscamus &c. id est, cognoscamus in terra Christum tuum.

Tom.III. Et ideo omnis ĩ nobis est, & adipiscitur à Deo. Libro primo de Trinitate, cap. iij. Spero in misericordia Dei, quod in omnibus veris quæ certa mihi sunt, perseuerantem me faciet. Si quid autem aliter sapio, id quoque ipse mihi reuelabit, siue per occultas inspirationes atq; admonitiones, siue per C manifesta eloquia sua, siue per fraternas sermocinationes. Tom.IIII. Quia vt dicit super Epistolã ad Gal. Quicquid veritatis inuenitur in homine, non est ab homine, sed à Deo: Omnis enim homo mendax. Tom.II. Epist.56. Est autem ipsa veritas firmitate & virtute dotata in supradicta Epistola ad Dioscorum. Cognitio veritatis omnia falsa, si modo proferãtur, & quæ prius inaudita erãt, & diiudicare & subuertere idonea est: vt non solùm aperta feriantur, sed etiam abscondita eruantur. Tom.I. Et ideo Libr. vij. de ciuitate Dei, cap. xix. Verba quæ à veritate nō venerit, plerunque etiã nullo impellente seipsa subuertunt. Lib. v. confess. cap. vj. Abs te didicerã Deus meus, nec ideo debere videri aliquid verũ dici, quia eloquenter dicitur; nec ideo falsum, q̃a incomposite sonant signa labiorũ: rursus nec ideo verũ, quia impolitè enuntiatur: nec ideo falsum, D quia splendidus sermo est: sed perinde esse sapientiã & stultitiam, sicut sunt cibi vtiles & inutiles: verbis autem ornatis & inornatis sicut vasis vrbanis & rusticanis vtrosque cibos posse ministrari.

Vnde super Psal. lvij. Quid gloriosius, fratres quã subiici & vinci à veritate? Superet veritas volentem, nam & inuitum ipsa superabit. Est veritas pulchritudine ornata. In Epistola ad Hieronymum. Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quã fuerit Helena græcorum. Et pro ista fortius nostri martyres aduersus hanc Sodomam: quã pro illa illi Tyrones aduersus Troiã dimicaue

dimicauerunt. Et ideo in Epistola supradicta ad Dioscorum. Purissima & syncerissima est veritas Christiana, cuius authoritati tãto deuotius obtemperari oportet, quanto videmus nullum iam errorem se audere extollere ad congregandas sibi turbas imperitorũ, qui non nominis Christiani velamenta cõquirat. In Epist. Ad Deo datũ & cæteros seruos Dei. Veritas Dei tãto reatu maiore contemnitur, quanto celebriore excellentia prædicatur. Vnde pulchritudinis eius causa dicit. Libro primo de Genesi contra Manichæum circa finem. Incommutabilis veritas tanquam sol fulget in anima: & quemadmodum anima ipsius veritatis particeps fiat, & corpori ordinẽ & pulchritudinem præstet, tanquam luna illuminãs noctem: & quemadmodum stellæ omnes, scilicet intelligẽtiæ spirituales, in huius vitæ obscuritate tãquam in nocte micent & fulgeant. Causam dat, Lib. viij. de ciuitate Dei cap. xxiiij. Quod instituit multitudo erroris, abstulit via veritatis: quod instituit incredulitas, abstulit fides: quod instituit à cultu Diuinæ religionis auersio, abstulit ad vnum verum Deum sanctúmq; cõuersio. Propterea dicit in sermone quodam qui incipit, Audiuimus, & mente integra prospeximus. Quandiu blãditur iniquitas & dulcis est, amara est veritas. Vt ergo suauis fit veritas, dulcedo contemnatur iniquitatis: multo enim est melior & suauior veritas. Sed sanis suauis est panis. In Epistola ad Romulum. Veritas dulcis est & amara: quando dulcis est, parat: & quando amara est, curat. Et ideo veritas gratia sui est diligenda. Super Epistolã ad Gal. vt supra. Veritas propter seipsam diligenda est, non propter hominem, aut propter Angelum per quẽ annuntiatur. Qui enim propter annuntiatores eã diligit, potest & mendacia diligere, si qua fortè ipsi sua protulerint. Debet etiam annuntiator propter veritatem auditoribus placere velle. Ibidem. Nemo Deo suadet, quia manifesta sunt illi omnia: sed hominibus ille bene suadet, qui non se illis placere vult, sed ipsam quã suadet veritatem. Qui enim placet hominibus, non ab ipsis suã gloriam quærens, sed Dei vt salui fiant, non iam hominibus, sed Deo placet: aut certe iam & Deo & hominibus. Item qui hominibus propter veritatẽ placet, non iam illis ipse, sed ipsa veritas placet.

Tom. II. Epist. 56.

Cap. 25. Tom. I.

Tom. V.

Tom. II Epist. 211.

Tom. IIII.

Veritas ad beatitudinem pertinet. Lib. x. cõfess. circa medi. Beata quippe vita est gaudium de veritate. Hoc est enim gaudium Domine Deus de te, qui veritas es. Hanc beatam vitam omnes volunt. Hanc vitã, quæ sola beata est, omnes volunt, id est gaudium de veritate. Multos expertus sum qui vellent fallere, qui autem falli, neminẽ. Et ideo super Psal. lviij. Alienati sunt peccatores ab ipsa origine, id est à veritate. Vnde alienati sunt à patria beata & vita beata. Et super Psal. cxxiij. Veritas nec falli potest, nec fallere. Bonũ est vt hęreamus illi. Illa nos liberat, sed si manserimus in verbo eius. In sermone ij. de plagis Aegypti & præceptis. Veritas est ipse Deus. Veritas ergo mũdat, vanitas inquinat: quoniam qui veritatẽ loquitur, de Deo loquitur: mẽdacium qui loquitur, de

Tom. VIII.

Serm. 2. fab. post 3. Dominic. quadr. ord. serm de temp. 94. Tom. X.

A suo loquitur. Veritatem loqui, est rationabiliter loqui: vanitatem autem loqui, est strepere potius quã loqui. Et merito: quia secundum præceptum est dilectio veritatis, cui contraria est dilectio vanitatis. Loquitur autẽ veritas, perstrepit vanitas. Huic secundo præcepto contrariam vide secũdã plagam, quæ est ranarum abundantia. Habes expresse significatam vanitatem, si attendas ranarũ loquacitatẽ. Vide amatores veritatis, non accipientes in vanum nomen Domini sui, loqui sapiẽtiam inter perfectos & imperfectos. Nõ quidem loqui quod capere non possunt: nec recedere à veritate, & perire in vanitate, quãuis eã veritatẽ imperfectã nõ capiãt. In Epistola ad Donatũ tribunũ, de Trinitate. Incipias meditari nõ qbus voluptas carnẽ dãnabiliter nutriat, sed agnita veri-

Non omnia ad verbum.

B tas spiritualiter animũ pascat. Propterea Lib. de gratia noui testamenti. Necesse habet rationalis creatura obtẽperãs Deo, tẽporales causas ad æternam veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quod faciat, qui pius mentis affectus est, vt ipsa cõstruatur, nõ vt Deus instruatur. Lib. ij. de libero arbi. capite vj. Veritas est sublimior & excellentior nostra mente atque ratione. Amplectere illam si potes, & fruere illa, & delectare illa in domo, & dabit tibi petitiões cordis. Quid enim petis amplius, quã vt beatus sis? Et quid beatius eo qui fruitur incõcussa & incõmutabili & excellentissima veritate? Clamant homines se esse beatos, cũ pulchra corpora magno desiderio concupita, siue coniugum, siue etiam meretricum amplexantur, & nos in amplexu verita-

Tom. II. Epist. 120. Cap. 19.

Cap. 13. Tom. I.

Veritas beat.

C tis beatos esse dubitamus? Clamant homines se beatos, cum æstu aridis facibus ad fontem abundãtem salubrémque perueniunt, aut esurientes prandium cœnámue ornatam copiosámque reperiũt: & nos negabimus beatos esse, cum irrigamur pascimúrque veritate? Solemus audire voces se clamãtium beatos, si iaceant in rosis atque floribus, vel etiam vnguentis odoratissimis perfruantur: quid fragrantius, quid iucundius inspiratione veritatis? & dubitamus nos cum ab illa inspiramur, dicere beatos. Multi beatam vitam in cantu vocum & numerorum & tibiarum sibi constituunt, & cum ea sibi desunt, se miseros iudicant: cum autem assunt, efferuntur lætitia: & nos cum mentibus nostris sine vllo strepitu, vt ita dicam, canorum & facundum quoddam silentium verita-

D tis illabitur, aliam beatam vitam quærimus, & tam certa & præsente non fruimur: luce auri & argenti, luce gemmarum & aliorum colorum, siue ipsius lucis quæ ad hos oculos pertinet, siue in ignibus, siue in stella vel luna vel sole claritate & iucunditate delectati homines, cum ab ista lætitia nullis molestiis, nulla indigentia reuocantur, beati sibi videntur, & propter hæc semper volunt viuere: & nos in luce veritatis, beatam vitam collocare metuimus: Imò verò quoniam in veritate cognoscitur & tenetur summum bonum, eáque veritas sapientia est, cernamus in ea, teneamúsque summum bonum, eóque perfruamur. Beatus est

quippe qui fruitur summo bono: hæc enim veritas ostendit omnia bona quæ vera sunt, quæ sibi suo captu intelligentes homines, vel singula, vel plura eligunt, quibus fruantur. Sed quemadmodũ illi qui in solis luce eligunt quod libẽter aspiciãt, & eo aspectu lætificantur, in quibus si qui forte fuerint vegetioribus sanisque & fortissimis oculis præditi, nihil libentius quàm ipsum solem contuentur, qui etiam cætera quibus infirmiores oculi delectantur, illustrat: sic fortis acies mentis & vegetat, cũ multa vera & incommutabilia certa ratione conspexerit, dirigit se in ipsam veritatem qua cuncta monstrantur, eique inhærens tanquã obliuiscitur cætera, & in illa, simul omnibus fruitur. Quicquid enim iucundum est in cæteris veris, ipsa vtique veritate iucundum est. Hæc est libertas nostra, cum isti subdimur veritati: & ipse est Deus noster qui nos liberat à morte, id est à cõditione peccati. Ipsa enim veritas etiam homo cũ hominibus loquens ait credentibus sibi, si manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit nos. *Ioan. 8.*

Cap. 7. Tom. VII. Et quia intelligit de veritate affectionis, non tantum modo de veritate cognitionis. Ideo Libr. de vnico baptismo ad Constantium. Neque in regnum suum Deus recepturus est omnis in quibus inuenerit aliquam veritatem, sed in quibus inuenerit congruam veritati charitatem. Quæ si defuerit, iniquitas erit. In qua tamen detenta veritas neganda non est, sed ipsa iniquitas non destructa veritate damnanda est. Vnde & Paulus dicit, Et si sciero omnia sacramenta & omnem scientiam, & si habuero omnem Prophetiam & omnem fidẽ, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. *1. Cor. 13.* Se dixit nihil esse, si nõ habeat charitatem, non sacramẽta & scientiam, & prophetiam, & fidem. Illa enim magna sunt, etiam si ille nihil sit, qui ea sine charitate habuerit, & eorum veritatem in sua iniquitate detinuerit. Est ipsa veritas seruãda semper & omni tẽpore, in sermone primo de decollatione Ioannis baptistę. Didiscimus pro veritate vsque ad mortem dimicare, & falsum testimonium non dicere, non peierare, tenere iustitiam in periculis. Nam non est magnum eam tenere in securitate, aut in deliciis: semper existimemus nos vigilare debere aduersus diabolum tentatorem & persequutorem nostrũ, ne in aliquo nos per cupiditatem, qua solet tentare, superet; quia quem non vincit cupiditas, vincit pudor falcitatis & timor, quæ sunt tela inimici, vnde homines, qui in sæculo spem habent, variis laqueis implicantur, ita vt non præualeant veritatem obtinere. Duas denique ianuas habet diabolus, quas pulsat, vt intret: primo, per cupiditatem: postea, per timorem. Si ambas ianuas clausas apud fideles inuenerit, transit. Id est, vt nõ cupias quod præterit, & non timeas quod in tempore deficit & parit: & tunc demum vbi inimicus habitet, nõ inuenit. *Tom. VIII* Est etiam ipsa veritas seruanda cum omnibus. Super Psalmum vigesimum quintum. Nemo vestrum cogitet cum Christiano loquen- A dam veritatem, & cum Pagano mendacium. Cũ proximo tuo veritatem loquere. Proximus tuus ille est, qui tecum natus est ex Adam & Eua. Omnes proximi sumus conditione terrenæ natiuitatis: sed aliter fratres illa spe cœlestis hæreditatis. Proximum tuum debes putare omnem hominẽ, & antequam sit Christianus. Non enim nosti q̃d sit apud Deum, quomodo illum præsciuerit Deus ignoras. Aliquando quem rides adorantem lapidem, conuertitur & adorat Deum fortasse religiosius, quàm tu qui eum paulo ante irridebas. Sunt ergo proximi nostri, latentes in his hominibus qui nondum sunt in Ecclesia: & sunt longè à nobis latentes in Ecclesia. Ideóque quia nescimus futura, vnũquenque proximũ habeamus, nõ solùm conditione mortalitatis humanæ, qua in B hanc terram eadem sorte deuenimus: sed etiã spe illius hæreditatis, quia nescimus quid futurus sit q̃ modo nihil est. Et ideo ipsa veritas est cõmunis omnibus. *Tom. I.* Libr. duodecimo cõfessio. Ideo Domine tremenda sunt iudicia tua, quoniam veritas tua nec mea est, nec illius, sed omnium nostrum, quos ad eius cõmunionem publicè vocas, terribiliter admones nos, vt eam nolimus habere priuatam, ne priuemur ea. Nam quisquis id, quod tu omnibus ad fruendum proponis, sibi propriè vendicat, & suum vult esse quod omnium est, à communi propellitur ad sua, hoc est, à veritate ad mẽdacium. Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur. Probat ibidẽ infra. Si ambo videmus verum esse quod dicis, & ambo videmus verum esse quod dico, vbi quæso id videmus? Nec ego vtique C in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa, quæ supra mẽtes nostras est incommutabili veritate. *Tom. I.* Ideo super Psalmum centesimum tertium, sermone secũdo. *Tom. VII.* Veritas nec mea sit propria nec tua: vt & tua sit & mea. *Cap. 33.* Propterea Libro quinto de baptismo contra Donatistas. *Tom. VII.* Nec alteri potius quã sibi aduersatur, qui resistit apertissimæ veritati. *Mat. 7. Apoc. 7.* Tamen vt dicit Libro quarto contra Cresconiũ grãmaticum post medium. In paucis, inquis, frequenter est veritas, errare multorum est: non intelligẽs quomodo à Domino dictum sit, paucos intrare per angustam portam: cum & multos dixerit ab oriente & occidente recubituros cum Abraham Isaac & Iacob. Et in Apoc. demonstretur ex omni D gente, & tribu, & lingua millia candidatorum quę nemo numerare possit. Qui ꝓfecto & multi sunt per seipsos, & idem ipsi pauci sunt in cõparatione lõgè pluriũ, qui cũ diabolo puniẽdi sunt. In fine tamẽ primi libri cõtra Petilianũ dicit. Diligite homines, interficite errores, sine superbia de veritate ꝑsumite, sine sænitia ꝑ veritate certate. Tamen vt dicit Lib. ij. cõtra eundẽ. *Tom. VII.* Nõ sicut excusat infirmitas carnis, q̃do cecidit violẽtiæ persequutionis, sic debet etiam & veritas cedere falcitati.

VERMIS. Lib. de sex quęstioni. ad Deogratias. q. vj. super illud Ionæ iiij. secundũ aliã literã. *Tom. II. Epist. 49.* Vermis matutinus quo rodente cucurbita exaruit. Ipse vermis Christus, ex cuius ore Euangelio diffamato, cuncta illa quæ tempora

temporaliter apud Israëlitas velut vmbratili prius significatione viguerunt, euacuata inardescũt. Et nunc ille populus amisso Hierosolymitano regno, & sacerdotio, & sacrificio (quod totum vmbra erat futuri) in captiuitate magno ęstu tribulationis aduritur, sicut Ionas, scriptum est, à solis ardore, & dolet grauiter, & tamen dolori eius atq; vmbræ quam diligebat, salus gentium pœnitentiáque præponitur. Et infra subdit. Vermis est Christus propter humilitatem carnis: fortasis etiam propter virginis partum. Nam hoc plerunque animal de carne, vel dequacunque re terrena nasci solet sine vllo concubitu. Matutinus est, quia diluculo resurrexit. Super Ioannem dixit.
Tract. 1. Tom. IX. Omnia facta sunt per verbum: sed quæcunque facta sunt naturaliter, quæcunque facta sunt in creaturis, omnia omnino quæ fixa in cœlo sunt, quæ fulgent de super, quæ volitant sub cœlo, & quæ mouentur in vniuersa natura rerũ, & omnis omnino creatura. Dicam planius vt intelligatis, ab Angelo vsque ad vermiculum. Quid præclarius Angelo in creaturis? Quid extremius vermiculo? Per quem factus est Angelus, per ipsum factus est & vermiculus: Sed Angelus dignus cœlo, vermiculus terra. Qui creauit, ipse disposuit. Si poneret vermiculum in cœlo, reprehenderes. Si vellet Angelos nasci de putrescentibus carnibus, reprehenderes. Et tamen pro te facit hoc Deus, & non est reprehendẽdus. Nã omnes homines de carne
Psal. 21. nascentes, quid sunt nisi vermes? Et de vermibus
Iob. 25. Angelos fecit. Si enim ipse Dominus dicit, Ego autem sum vermis & non homo: quis dubitat hoc dicere quod scriptum est in Iob, Quantomagis homo putredo, & filius hominis vermis? Primo dixit, homo putredo: postea, filius hominis vermis: quia vermis de putredine nascitur, ideo homo putredo, & filius hominis vermis. Ecce quid fieri propter te voluit, illud quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus
Tom. V. erat verbũ. De vermibus damnatorum. Libro vigesimo primo de ciuitate Dei capite nono. Qui pœnas & animi & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne corpus vri, animam autem rodi quodãmodo verme mœroris affirmãt. Quod & si credibilius dicitur, qđ vtique absurdũ est, ibi doloré aut corporis, aut animi defuturum, ego tamen facilius existimo, vt ad corpus dicam vtrunque pertinere quam venturũ: & ideo tacitũ in illis Diuinæ scripturæ verbis animi dolorem, quoniam consequens esse intelligitur etiam si nõ dicatur, vt corpore sic dolente, animus quoque sterili pœnitentia crucietur. Legitur quippe & in veteribus scripturis, Vindicta carnis impij ignis & vermis. Potuit breuius dici. Vindicta impij. Cur ergo dictum est carnis impij, nisi quia vtrunque, id est ignis & vermis pœna erit carnis?

Et infra. Disputaui posse animalia etiam in ignibus viuere, in vstione sine consumptione, in dolore sine morte, per miraculum omnipotẽtissimi creatoris. Nam dicit ibidem. Libr. quarto.
Cap. 2. Nonnullum genus vermium certum est in aquarum qualidarum scaturigine reperiri, quarum feruorem nemo impunè contrectat: illos autem non solùm sine vlla sui læsione ibi esse, sed extra esse non posse. Et infra. Mirabile est dolere in ignibus, & tamen viuere: sed mirabilius in igne viuere, & non dolere. Cap. eod.

VESTIGIVM. Vestigia Trinitatis in omnibus creaturis sunt expressa. Libro vndecimo de ciuitate Dei, capite vigesimo octauo. Quoniam homines sumus, & ad nostri creatoris imaginem creati, cuius est vera æternitas, æterna veritas, æterna & vera charitas, eséque ipse æterna & vera & chara Trinitas, neque confusa, neque separata: in his quidem rebus quæ infra nos sunt, quoniam & ipsa nec aliquo modo essent, nec aliqua specie cõtinerẽtur, nec aliquem ordinem vel appeterent vel tenerent, nisi ab illo facta essent qui summè est, qui summè sapiens est, qui summè bonus est, tãquam per omnia quæ fecit mirabili stabilitate currentes, quasi quædam eius alibi magis, alibi minus impressa vestigia colligamus: in nobis autem ipsis eius imaginem contuentes, tanquam minor ille Euangelicus filius ad nosmetipsos reuersi surgamus, & ad illum redeamus, à quo peccando recesseramus. Ibi esse nostrum non habebit mortem, ibi nosse nostrum non habebit errorem, ibi amare nostrum non habebit offensionem. Et ibidem, capite vigesimo quinto. Quantum intelligi datur hinc Philosophi sapientiæ disciplinam tripartitam esse voluerũt, imò verò tripartitam esse animaduertere potuerunt. Neque enim ipsi instituerunt vt ita esset, sed ita esse potuisse inuenerunt, cuius vna pars appellatur Philosophica, altera logica, tertia ethica. Quarum nomina Latina iam multorũ literis frequentata sunt vt naturalis, rationalis, moralisque vocarẽtur. Non quod sit consequens, vt isti in his tribus aliquid secundum Deum de Trinitate cogitauerint. Quamuis Plato primus istam distributionem reperisse, & commentasse dicatur, cui neque naturarum omnium author, nisi Deus est visus, neque intelligentiæ dator, neque amoris quo bene beatéque viuitur inspirator. Tom. V.

VESTIS. De veste Dei. Libr. de essentia Diuinitatis Dei. Vestis filij, est caro eius, quæ à Diuinitate assumpta est: Et vestimenta eius Ecclesia sancta quæ per fidem & dilectionem ei est coniuncta. Vnde in Psal. Confessionem & decorem induisti. Ideo super Psal. xcij. Super illud. Dominus regnauit decorẽ indutus est &c. Imitare Dominum Deum tuum, vt possis esse vestis ipsius. Esto cum decore ad eos quibus placent bona opera tua: & esto fortis aduersus detractores. De veste Christi. In sermo. xiiij. de ascensione Domini. Christus tunicam de super textam inconsutilem nusquam diuidi voluit. In illa vnitas commendata est, in illa veste charitas est prædicata. Ipsa de super dicitur texta quia de terra cupiditas, de super charitas. De veste gloriæ. Super Psalmum quinquagesimum primum. Non tunicas inspecturi sumus in regno Tom. IIII. Psal. 103. Tom. VIII.

regno cœlorum,sed vestis cuiuscũque fulgor iustitiæ deputabitur. De veste materiali. Libro de verbis Apostoli,sermone decimo quinto. Vestis accipitur,non cum capillis nascitur. Pecora, non homo,de suo vestiuntur. In sermone secũdo de quadragesima. Me arguo & reprehendo, quia fortè aliquoties euenit,vt per negligentiam vestimenta mea quæ debuerunt accipere pauperes, deuorarentur à tineis: & timeo ne mihi ipsi panni ad testimonium proferantur in die iudicij.

In regula. Non sit notabilis habitus vester,nec affectetis vestibus placere,sed moribus. Per vestem intelligitur honor. Libro de pastoribus cap. tertio Super illud Eze. xxiiij. Lanis vos tegitis. Vestimentum propterea intelligitur in honore, quia nuditatem cõtegit. Est enim vnusquisque homo infirmus:tu tãtum honorando eum velut Angelum,contegis quod infirmum est.

Tom.I.& Tom.II. Epist.109.

VIA. Vita præsens est via in sermone secundo qui ponitur in letaniis. Via, est huius sęculi vita,in qua omnes velut peregrini transeunt,necvllus quasi possessor manet.

Libro quinto homil. Via vita ista est dicta. Finisti istam vitam. Finisti viam. Ambulamus:& ipsum viuere accedere est,nisi fortè putatis quia tẽpus accedit,& nos stamus:Non potest fieri. Quomodo accedit tempus, accedimus & nos;& non anni nobis accedunt,sed magis decedunt. Ideo super Psal. centesimum decimum octauum sermone quinto. Nullo modo dicenda est via correcta, quandiu est vita peruersa. Et quia sæculum istud est via:ideo super Ioannem. Via huius sæculi molesta est, plena tentationibus: in rebus prosperis, ne extollat:in rebus aduersis, ne frangat. Qui tibi dedit fœlicitatem huius sæculi,ad consolationem tuam dedit, non ad corruptionem. Rursus te flagellat in isto sæculo, ad emendationem,non ad damnationem. Ferto patrem erudientem,ne sentias iudicem punientẽ. Christus nobis factus est via. In sermone quarto de ascensione Domini:Idẽ Christus tibi est via & patria:secundũ hominẽ via:secundũ Deũ, patria. Si fideliter curris,per ipsumvadis,& ad ipsum peruenis. Lib.iij. de verbis Domini. sermone decimo octauo. Dominus Iesus ait:Ego sum via veritas & vita. Veritatem & vitam omnis homo cupit,sed viam non omnis homo inuenit:Deum esse quandam vitam, æternam, incommutabilem, intelligibilem, intelligentem,sapientem, sapientes facientẽ,nonnulli etiam huius sæculi Philosophi viderunt,veritatem fixam, stabilem,indeclinabilem,vbi sunt omnes rationes rerum omnium creaturarum. Viderunt quidem,sed de longinquo viderunt,sed in errore positi,& idcirco ad tã magnam & ineffabilem & beatificam possessionem, qua via perueniretur non inuenerunt Nam quia viderunt,etiam ipsi quantum videri ab homine potest,creatorem per creaturam,factorem per facturam,fabricatorem mundi per mundum: Paulus Apostolus testis est,cui vtique debent credere Christiani. Ait enim,cum de talibus loque-

Tom.X.

Ser.ord.55. Tom.X.

Rom.1.

A retur,Reuelatur ira Dei super omnem impietatem & iniustitiã hominum, qui veritatem in iniquitate detinent. Bonum est quod tenent,sed malum est vbi tenenet. Sequitur. Quia quod notum est Dei,inquit,manifestum est in illis. Manifestauit enim illis,quibus legem non dedit. Audi quomodo. Inuisibilia enim eius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Interroga mundum, ornatum cœli,fulgorem dispositionémque syderũ, solem diei sufficientem,Lunam noctis solatium: interroga terram fructificantem herbis & lingnis,& animalibus plenam, hominibus exornatã:Interroga mare quantis & qualibus natatilibus plenum:Interroga aërem quantis volatilibus viget:Interroga omnia,& vide si non sensu suo tan quam tibi respondeant, Deus nos fecit. Hæc &

B Philosophi nobiles quæsierunt, & ex arte artificem cognouerunt. Quare ergo reuelatur ira Dei super ipsam impietatem eorum? Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum honorauerunt aut gratias egerunt,sed euanuerunt in cogitationibus suis,& obscuratũ est insipiens cor eorum,dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Ergo quod curiositate inuenerunt, superbia perdiderunt,id est donum Dei sibi attribuentes, stulti facti sunt. Ergo ad possessionem illam quam viderunt,viam perducentem non inuenerũt. Christus autem quia ipse est apud patrẽ veritas & vita, verbum Dei de quo dictũ est. Vita erat lux hominum:Quia ergo ipse est apud patrem veritas & vita,& non habebamus qua iremus ad veritatem & vitam,filius Dei qui semper in patre veritas & vi-

C ta est,assũmendo hominem factus est via. Ambula per hominem,& peruenis ad Deum. Per ipsum vadis,ad ipsum vadis. Noli quærere quà ad illum venias præter ipsum. Si enim via ipsa esse noluisset,semper erraremus. Factus est ergo via qua venias. Non tibi dico,Quære viam? Ipsa via ad te venit:surge & ambula moribus, non pedibus. Multi enim bene ambulant pedibus,& malè moribus. Aliquando enim ipsi bene ambulantes propter viam corruunt. Inuenies quippe homines bene viuentes,sed non Christianos. Bene currunt, sed non in via currunt. Quanto plus currunt,plus errant,quia à via recedunt. Si autem tales homines perueniant ad viam,& teneant viam. O quanta securitas est,quia & bene ambulant, & non errant. Si autem non tenent viam,quantum vis bene am-

D bulent,heu quantum dolendum est. Melius est enim in via claudicare,quàm præter viam fortiter ambulare. In homil. de via trium dierum. Tres dies non incongrue possumus dicere, patrem & filium & spiritum sanctum: quia pater dies & filius dies,& spiritus sanctus dies,& hi tres vnus dies. Via ergo trium dierum qua exitur de Aegypto, ille intelligitur qui dixit, Ego sum via veritas & vita,quia nemo venit ad patrem, nisi per ipsum. Ipse est via per quam populus qui Deo cõiungitur,de Aegypto,id est de idolorũ obserua tione educitur: per mare rubrũ,id est baptismi sacramentũ Christi sanguine rubicũdum, Pharaone sub

Ser.1.fer.4. post.3. Domin. in quadrag ord. Ser.de tempore 90. Tom.X.

salutari lauachro tertio Christiani merguntur: tunc quasi in rubro mari Aegyptij, id est originalia peccata & actualia crimina sepeliuntur, & filiis Israël pertraseuntibus ad Dei seruitium sola peccata patiuntur naufragium. Et ne aliquis dubitet & putet nō omnia peccata deleri per baptismum, agnoscat & intelligat, quia quomodo vnus nō remansit Aegyptiorum: sic nihil penitus remanet peccatorum. Sed antequam mare rubrum populus trāsiret, Moses ex præcepto Dei virgā eleuauit super mare. Per virgā mysteriū sanctæ crucis agnoscite. Et attendite quod nisi virga super mare eleuetur, populus Dei de potestate Pharaonis nō liberatur. Sic est, fratres, quia nisi sancta crux eleuata fuisset, Christianus populus in æternum perisset. Eleuata ergo virga.i. cruce erecta, mare diuiditur, cedunt fluctus, hoc est, vincitur mundus, & cedunt potestates mundi huius. Colliguntur † fluctus in cumulum, & vnda in semetipsa repressa curuatur. Soliditatem recipit liquor, & solum maris arescit in puluerem. Ibi bonitatē Dei creatoris intellige: si voluntati Dei obtemperes, si legis eius viam sequaris, ipsa tibi elementa etiā contra sui naturam seruire compellit. Libro secundo de sermone Domini in monte. Firmitas & valentia quędam ambulandi, per sapientiæ viā, in bonis moribus constituta est. Libro primo de doctrina Christiana capite xxxiiij. Vide quemadmodum cum ipsa veritas & verbum, per quod facta sunt omnia, caro factum esset & habitaret in nobis, tamen ait Apostolus, Et si noueramus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus. Ille quippe qui non solùm peruenientibus, possessionem, sed etiam viam præbere se voluit venientibus ad se principium viarum, voluit carnem assumere: vnde etiam est illud, Dominus creauit me in principio viarum suarum: vt inde inciperent qui vellent venire. Apostolus igitur quamuis adhuc ambularet in via, & ad palmam supernæ vocationis sequeretur vocantem Deum, tamen ea quæ retro sunt obliuiscens, & extentus in ea quæ ante sunt, iam principium viarum suarū transierat, hoc est eo non indigebat: à quo aggrediendum & exordiendum iter est omnibus, qui ad veritatem peruenire & in vita æterna desiderant permanere. Sic enim ait, Ego sum via veritas & vita: hoc est, per me venitur, ad me peruenitur, in me permanetur. Cū igitur ad ipsū peruenitur, etiā ad patrē peruenitur: q͂a per æqualē ille cui est æqualis agnoscitur, vinciente & tanquam adglutinante nos spiritu sancto, quo in summo atque incommutabili bono permanere possimus. Ex quo intelligitur quod nulla res in via nos tenere debeat, quando nec ipse Dominus inquantum via nostra esse dignatus est, tenere nos voluerit, sed transire, ne rebus temporalibus quamuis ab illo pro salute nostra susceptis & gestis hęreamus infirmiter, sed per eas potius curramus alacriter: vt ad eum ipsum qui nostram naturam à temporalibus liberauit & collocauit ad dexterā patris, prouehi atque peruehi mereamur. Libro de incarnatiōe verbi ad Ianuarium. Via facta est verbum Dei ac sapientia. Quæ via idcirco dicitur, quia ad patrem ducit eos qui incedunt per illam. In cōmunibus sermonibus, sermo. lij. Via nobis factus est Christus, & desperamus nos peruenturos. Via ista finiri nō potest, præcidi nō potest, corrūpi nō potest, nec pluuia, nec diluuiis, nec potest à latronibus obsideri. Ambula securus in Christo, ambula, ne offendas, ne cadas, ne retro respicias, ne ī via remaneas, ne à via recedas. Ista omnia p̄caue tātū, & peruenisti. Et cū perueneris, tūc iā gloriari noli in te. Nam qui se laudat, Deum non laudat: sed se à Deo alienat. Quomodo qui vult recedere à lumine, si recesserit, lumen in se lucidum remanet, sed ille tenebratur: ita euenit ei qui recedit à lumine veritatis. Libro de quatuor virtutibus charitatis, circa finē. Via factus est ipse saluator: surge & ambula, habes quò, noli pigrescere. Sed fortè quæris, quò, vides viam, & quæris quò ducat hoc ipsa via? Ad veritatem & ad vitam ducit. Si amas veritatem, si desideras vitam, & ad veritatem & vitam cupis peruenire, à via noli errare. Video, inquis, viam, & cupio ambulare, sed amara est, aspera est. Amara est enim & angusta via quę ducit ad vitā. Christus trāsiuit, & adhuc aspera est? Caput trāsiuit, & adhuc mēbra dubitāt? Sed Christus, in q̄s, Deus & homo: ego autē homo. Tot millia martyrum trāsierūt, & adhuc aspera tibi est? Trāsierunt senes, transierunt iuuenes, trāsierunt puellæ, viam quam timebas tritam tibi fecerunt. Ambula ergo viam, securus ambula. Quid enim metuis in hac via? Mortem? Et mortem times, qui ad vitam curris? Si bonus eris, bene in hac vita curris: mors tibi ianua erit, quæ te repræsentet, non quæ te auferat vitæ. Ambula ergo viam: imo ipse qui p̄pter te factus est via, ipse ducat per seipsum ad seipsum. Ipse est via, veritas & vita. Super Psal. cxxiij. Mundantur corda nostra per fidē, vt possint esse idonea capere speciem. Ambulamus enim nūc per fidem, quādiu hîc peregrinamur. Qui ergo est peregrinus & per fidē ambulat, nōdum est in patria, sed iam est in via. Qui autem non credit, nec est in patria, nec in via. Sic ergo ambulemus tanquam in via simus: quia ipse rex patriæ factus est via. Rex patriæ nostræ, Dominus Iesus Christus. Et ibi veritas, hîc autem via. Quo imus? Ad veritatem. Qua imus? per fidem. Quo imus? Ad Christū. Qua imus? Per Christū.

Et ideo de via illuc perueniendi. Libro nono de ciuitate Dei, capite decimo octauo. Non itur ad Deum via corporali, quæ falcissima est, & plenissima erroris, qua non iter agit iustitia, quoniam non per corporalem altitudinem, sed per spiritualem, hoc est in corporalem similitudinem ad Deum debemus ascendere. Libro quarto eiusdē. Religio nostra continet vniuersalē viā animæ liberandæ, quoniā nulla, nisi in hac, liberari potest. Hæc est enim quodammodo regalis via, quæ vna ducit ad regnū: nō tēporali fastigio nutabūdū, sed ęternitatis firmitate securū. Lib. de vera innocētia, cap. xix. Angusta est via quæ ducit ad vitam

Marginalia: † Aliàs, igitur. — Tom. IIII. — Tom. III. — Tom. IX. — Præfat. in hunc Psal. Tom. VII. — Tom. V. — Tom. III.

vitam, & tamen per ipsam nisi dilatato corde nō curritur:quia iter virtutum quo gradiuntur pauperes Christi,amplum est fidelium spei, etiam si arctum est infidelium vanitati. Super Psal.xxx. expositione ij. sermone primo. Angusta est via. Certè laboranti angusta est,amanti lata est, eadē quæ angusta est,lata fit. Conādum est pro ipsa via & vię termino. Lib.de natura & gratia,capite xxxiij.Superbia in ipsis rectè factis cauenda est, id est in ipsa via iusta,ne homo dū quod Dei est deputat suum, amittat quod Dei est,& reddat ad suum.Ideoquod præsens psalmus consulit faciamus. Beati omnes qui confidunt in eo:vtique vt ipse faciat. Ipse ostendat viam suam, cui dicitur, Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & ipse det salutē,vt ambulare possimus, cui dicitur, Et salutare tuum Domine da nobis.Ipse in eadem via deducat cui dicitur, Deduc me Domine in via tua,& ambulabo ī veritate tua.Ipse ad illa quo via ducit promissa perducat,cui dicitur, Etenim illuc manus tua deducet me &c.Ipse ibi pascat recūbentes cū Abrahā Isaac & Iacob:de quo dictū est, faciet eos discumbere,& trāsibit & ministrabit eis: Nec cum ista cōmemoramus, arbitriū volūtatis tollimus:sed Dei gratiam prædicamus.Cui enim prosunt ista,nisi volenti?Sed humiliter volēti, nō se de voluntatis viribus, tanquam ad perfectionē iustitiæ sola sufficiat,extollenti. Aliter dicit,Libro.v.Homil.homil.xxxv, in principio. Et libro tertio de verbis Domini.sermo.decimoseptimo. Inter sinistram desperationis,& dexteram præsumptionis,viam mediam,veram,rectam tenere difficillimum nobis esset,nisi Christus diceret,Ego sum,inquit,via veritas & vita. Tanquam diceret,Quò vis ire?Ego sū via.Quò vis ire: Ego sum veritas. Vbi vis permanere?Ego sum vita.Securè ergo ambulemus in via,sed insidias timeamus iuxta viam.Inimicus enim insidiari nō audet in via, quia Christus est via:sed iuxta viam planè nō desunt. Vnde & in Psal.dicitur, Iuxta iter scandalū posuerunt mihi. Ne formides ergo viā,sed time si deseras viam.Nam ideo permittitur ponere iuxta viam laqueos,ne securitate exultationis via deseratur,& in incidias incidatur. Via Christus humilis, Christus veritas & vita, Christus excelsus & Deus si ambules in humili, peruenies ad excelsum:si infirmum humilémque non spreueris, in excelso fortissimus permanebis. Quæ enim causa humilitatis Christi,nisi infirmitas tua? Venit docens humilitatem qua redeas,quia superbia te redire non finit. Vnde Libr.de triplici habitaculo.Omni studio lata via sęculi vitanda est quæ ducit ad mortem:at verò omni cordis desiderio via angusta quæ ducit ad vitam,adeunda est & appetenda. Via hæc quæ angusta est,via abstinentiæ,castitatis,humilitatis & omnis religionis:quā viam ante nos Christus attriuit,qua via ad suum regnū migrauit.Cuius vestigia & nos sequamur, donec post eam eadem via ad vrbem regiam perueniamus,in qua ipse regnat.De qua vrbe quicquid homo dixerit,quasi stilla de mari est, vel quasi scintilla de foco.In qua videlicet vrbe, fulgebūt iusti

Tom.VIII.
Tom.VII.
Psal.48.
Psal.85.
Psal.138.
Luc.12.
Tom.X.
Psal.139.
C.p.4.
Tom.X.

A sicut sol, vt Dominus ait. Vbi summa pax erit,& summa qes:Nullus labor,nullus dolor,nulla paupertas, nec senectus,nec vlla mors,nec vlla nox, nullum cibi desiderium, nullum sitis incendium: sed cibus & potus omnium erit visio Christi,& sanctæ Trinitatis,& contemplatio. In communibus sermonibus,sermone quadragesimo secundo. Non per delicias mundi, non per opulentiam auri & argenti,non lapidibus & vestibus preciosissimis, non per conspicuum honorem omni nobilitate præditum,non per sapientiam Prophetarum cuncta rimantem,Deus te ordinauit ire ad regnum cœlorum:quia hæc & omnia & his similia,quibus malè vtimur,& quibus bene vti datur, efficiuntur eis via lata & spatiosa, & in spe tātum quæ videtur.Inducit eos cum præsenti fuerint vita priuati,non ad speciem, in qua non habuerunt B spem:sed ad perditionem:quia dormierunt somnum suum,& nihil inuenerunt diuitiarum in manibus suis.Sed per semitas iustitiæ ire te disposuit, id est per misericordiam & veritatem: quia omnes viæ Domini misericordia & veritas. Contempta via lata & spatiosa,semittas arctas & spatiosas incedere te vult,id est per famem & sitim, per nuditatem, per ignobilitatem, per paupertatem, per despectum omnium præsentium nondum habentem speciem promissam. Vis autem euidenter agnoscere compendium semitarum per quas iussus es ambulare? Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,ex tota anima tua, ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut te ipsum.In his duobus præceptis,tota lex pendet & Prophe- C tæ. Vt ergo citò peruenias,si festinas ad regnū cœlorum,in duabus his semitis, quæ omnium caput sunt viarum bonarum, & vnam efficiunt viam, gradere,& vniuersas cū peregeris,leuiter te & sine fatigatione peregisse gaudebis. Has ergo tene semitas,in his maneant incessus tui,vt inter diaboli sæuientis insidias, securus possis cantare & dicere Deo,Nam et si ambulauero in medio vmbræ mortis,non timebo mala,quoniam tu mecum es. Vmbra mortis,via peccati est:in qua nebulo pirataque diabolus rectè gradientibus retia deceptionis expandit. Vmbra,quia nihil est cōmune luci cum tenebris.Huius vmbræ opera repudianda dicit Apostolus inquiens,Abiiciatis opera tenebra- D rum,& induamini armis lucis &c. Quandiu igitur in præsenti vita manes,in medio vitiorum & sęcularium presurarum,quæ sunt vmbra mortis, ambulas:Luceat in corde tuo Christus,qui illuminat lucernam mentis tuæ per dilectionem Dei,& proximi,& non timebis mala,quoniam ipse tecū est. Libro de visitatione infirmi,sermone primo. Quò vadis? Ad vitam. Per quam viam? Audi Cap.1. Dominum dicentem,Ego sum via, veritas & vi- Tom.IX. ta.Non potes falli,Christus veritas est,Non potes non viuere, Christus vita est.Per Christum viam,vadis ad Christum veram vitam. Christus via est,tu viator:Christum viaticum porta,& ipse conducet te ad seipsum. Sed quomodo inuenies viam istam?Quomodo inuenies viaticum? Christus Deus est,Deus autem vbique est.Si Deus vbique

que est,& in te est:post te est,ante te est:in circuitu tuo est, Deo plena sunt omnia. Ne longe Deum arbitreris,quocunque Deum quæsieris, ipsum inuenies, quia vbique est. Sed de via Dei, dicit super Psal. vigesimũ quartũ. Ideo vniuersæ viæ Domini,misericordia & veritas: quia duo sunt aduentus filij Dei,vnus miserantis, alter iudicantis.

Tom.V. VICTORIA. Temporalis victoria est bona solummodo causa finis pacis. Lib. xv. de ciuit. Dei, cap. iiij. Terrena ista ciuitas quacunque sui parte aduersus alteram sui partem bellando surrexerit, quærit esse victrix gentium, cum sit captiua vitiorum. Et si quidam cum vicerit, superbius extollitur, etiam sic mortifera. Si verò conditionem cogitans casúsque cõmunes, magis quæ accidere possunt aduersis angitur, quam eis quæ præuenerint secundis rebus inflatur, tantummodo mortalis est ista victoria. Neque enim semper dominari poterit permanẽdo eis, quos potuerit subiugare vincendo. Non autem rectè dicuntur ea bona non esse, quæ concupiscit hæc ciuitas, quando est & ipsa in suo genere humano melior. Concupiscit enim terrenã quandam pro rebus infimis pacem: ad eam nanque desiderat peruenire bellando. Quoniam si vicerit, & qui resistat, non fuerit, pax erit, quam nõ habebant partes inuicem aduersantes, & pro his rebus quas simul habere non poterant, infœlici egestate certantes. Hanc pacem requirunt laboriosa bella, hanc adipiscitur, quæ putatur gloriosa victoria. Quando autem vincunt qui causa iustiore pugnabant, quis dubitet gratulandam esse victoriam, & prouenisse optabilem pacem? Hęc bona sunt, & sine dubio Dei dona sunt. Sed si neglectis melioribus, quæ ad supernam pertinent ciuitatem, vbi erit victoria in æterna & summa pace secura, bona ista sic concupiscuntur, vt vel sola esse credantur, vel iis quæ meliora creduntur: amplius diligantur, necesse est miseria consequatur, & quæ inerat augeatur. Victoriæ appetitus naturaliter nobis inest. Lib. de vera religio. c. xlv. Inuicti esse nolumus, & rectè: hoc enim habet animi nostri natura post Deũ, à quo ad imaginẽ eius factus est: sed eius erãt pręcepta seruãda, q̃bus seruatis, nemo nos vinceret. Nũc verò dum ipsa caro, cuius verbis turpiter consentimus, domatur dolore pariendi, & nos in terra laboramus, & cum magno dedecore superamur ab omnibus quæ nos commouere ac perturbare potuerunt. Itaque nolumus ab hominibus vinci, & iram non possumus vincere. Qua turpitudine quid execrabilius dici potest? Fatemur hominem hoc esse quod nos sumus, qui tamen etsi habeat vitia, non tamen est ipse vitium. Quanto igitur honestius homo nos vincit, quam vitium? Quis autem dubitet immane vitium esse inuidentiam, qua necesse est torqueatur & subiiciatur qui non vult in rebus temporalibus vinci? Melius est ergo vt homo nos vincat, quam inuidentia, vel quodlibet aliud vitium. Sed nec ab homine vinci potest, qui vitia sua vicerit: non

(Tom.I. — Cap.46. in margin)

A enim vincitur, nisi cui eripitur ab aduersario quod amat. Qui ergo id amat solùm, quod amanti eripi non potest: ille indubitanter inuictus est, nec vlla cruciatur inuidia. Victoriam facit nos obtinere Christus. Super Psal. cij. Quia in nobis victi sumus, in redempore nostro vincimus. Ergo coronat te, quia dona sua coronat, non merita tua. Probat hoc super Psal. xcij. ferm. ij. Si non vinceret tentatorem Christus, quomodo disceres cum tentatore pugnare? Nullus perfectè vincit diabolum, nisi cuncta superet tentamenta. In sermone ij. de sancto Vincentio. Bene vincere, hoc est vniuersas machinas diabolicas vincere. Illecebras dum ministrat, vincitur per continentiam: Pœnas & tormenta infligit, vincitur per patientiam. Errorem B suggerit, vincitur per sapientiam. Ad extremum, cum omnia eius victa fuerint, suggerit animæ superbiam, inquiẽs: Euge euge: quantum potuisti certare? Quis tibi comparatur? Quam bene vicisti? Respondeat illi anima sancta, Confundantur & reuereantur qui dicunt mihi, Euge euge. Quando ergo vincit, nisi cum dicit, In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur? In sermone ij. de catechismo. Ad agonem produceris contra diabolum vitiorum principem, dimicabis in arena huius mundi. Vtréque partes scilicet Christi & diaboli, infinita multitudo populi te circunspectat luctantem. Si vis vincere, noli de te præsumere: sed illi assigna victoriæ gloriam, qui tibi donat vt victoriæ perferas palmam. Vis vincere? Caput prius C contere inimici, excludendo à corde tuo suggestiones diaboli. Manus tuæ inueniantur in bono opere, fige pedes in fide. Non nutent vestigia tua, frequentando spectacula, & deserendo Ecclesiam. Vinci melius est à veritate quam vincere. Lib. iij. de origine animæ contra Vincentium Victorem. Assit Dominus menti tuæ, & tam spiritui tuo, spiritu suo facilitatem humilitatis, lucem veritatis, dulcedinem charitatis, pacem pietatis infundat, vt victor tui animi esse malis in veris, quam cuiuslibet contradicentis in falsis. Vnde contra obstinatos in falsa opinione, dicit lib. primo contra Cresconium grammaticum. Multi ipsam correctionem, quæ modestè fit, vel peccatis suis fauentes, vel quid respondeant non inuenientes, nec tamen veritati D acquiescentes onerosè ac molestè ferunt eos, qui secum sedulò agunt, nec ab eorum conuincendo errore dissimulant, litigiosos & contentiosos vocant. Falsitas verò quæ nudari & redargui metuit, eorum vitiorum nomine quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accusat.

(Tom.VIII. — Tom.VII. — Cap.6. Tom.VII. in margin)

Cap.7. Ibidem infra. Puto nequaquam iustè reprehendi ministerium nostrum, si contra quosque aduersarios veritatis feruenti spiritu pro veritate certemus. Et infra dicit allegando Tullium, Verbi controuersia iandiu torquet homines Græculos, contentionis cupidiores quam veritatis. Et infra subdit. Cum quisque suis responsionibus vincitur, & si male respodit,

non habet quod imputet disputatori, sed sibi: & si bene respondit, erubescit vlterius resistere, nō iam disputatori, sed sibi. Et ibid. infr. Probaui enim & de scripturis sanctis, & qua potui ratione perspicua, nec eloquentiam quantamlibet, nec dialecticam qualemlibet metuendam esse assertoribus veritatis, quominus assertores falsitatis disputando cum eis, & eis refellendo conuincant. Sed vt dicit in principio historiæ quam compilauit de sancto Vincentio. Naturalis quippe prouidentiæ est, malè errātium auferre de medio testimonia probitatis.

Cap.34.

VIDVA. Distinguit de viduis, libro de vita Christiana, versus finem. Tuæ prudentiæ est æstimare qualem tu te viduam debeas exhibere, quam cunctis bene conuersantibus esse oportet exemplum. Tria autem esse viduarum genera non ignorare te credo. Vnum quod perfectissimum est, & cœlesti præmio destinatum: quod ritu illius de Euangelio viduæ Deo orationibus & ieiuniis die noctúque deseruit. Aliud verò quod filiorum curam habere dicitur & domus: non tamen tanto præmio dignum, nec tamen peccatis obnoxium. Tertiū genus est in epulis & deliciis, quod æternę morti seruatur & pœnæ, sicut scriptum est, Viduas honora quæ verę viduæ sunt, istæ sunt primę quæ dicuntur & naturæ, & quæ iubentur à tanto sacerdote, hoc est à Timotheo honorari. Secundæ sunt illæ quibus iam non iubetur exhiberi honor, nec vita tamen negatur, de quibus dicitur, Quæ autem filios habēt aut nepotes, discant primum suam domum piè tractare, & parem gratiam reddere parentibus. Illæ verò tertiæ sunt, de quibus scriptum est, Vidua autem quæ in deliciis est, viuens mortua est. Vnde intelligi datur: non omnes viduas esse æquales: nec eas Deo placere, quæ corpore tantum viduæ videntur esse, non opere. Qualis autem esse Christi vidua debeat, Apostolus dicit: Quæ autem verè vidua est, sperat in Domino & instat orationibus die ac nocte. Nec illud præterire te volo, quod quando veras viduas Apostolus nominat, esse demonstrat & falsas. Et subdit in fine libri, de bonis viduis & malis. Veræ viduæ & electæ actum conuersationémque describit ibidem Apostolus dicēs, Vidua eligatur quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens. Si filios educauerit: vbi subintelligitur, Deo: si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus ministrauit, si omne opus bonum sequuta est. Hāc esse veram viduam iudicauit, cuius talia sunt opera. Illa verò se quomodo Christi viduam dicit, quæ nihil tale aliquando operata est? Sed sunt aliquæ viduæ diuites, nobiles & potentes, quibus forsitan videtur indignum, vt aut filios Deo & non sæculo educent, aut auspitio recipiant aduenam, aut sanctorum pedes laboriosos lutulentos & horridos delicatis & nitidis manibus tangant. Sed nec dignæ erunt tales in futuro tempore sanctorum esse consortes, quos in præsenti spreuerunt, nec partē poterunt habere cum Christo, quem suscipere noluerunt, & eius plantas suis contrectare manibus horruerunt: quia Christum spernit, quicunque Christi famulos spernit, sicut ipse dixit, Qui vos spernit, me spernit. Mariæ vnde Christi pedes lauarētur, lachrymæ abūdauerunt: nostri autem temporis fœminis aut viduis, vnde peregrinorum pedes lauent, ipsa deficit aqua. Tu ergo sanctissima & prudentissima fœmina, ne velis imitari huiusmodi, quæ cum audenter malè fecerint, benefacere erubescunt: & confunduntur iustè viuere, quæ peccare non confusæ sunt: & quæ se morti vltro obtulerunt, nec inuitate reuertuntur ad vitam, quæ hominum magis risus, subsannationes & fabulas, quàm Dei iudicium pertimescunt: & quibus charius est miseris hominibus placere quàm Christo. Sed esto talis, qualem te Dominus esse præcepit, qualem Apostolus iubet exhiberi Christo viduam. Esto sancta, humilis & quieta: misericordiæ & iustitiæ opera indesinenter exerce. Et quisquis te in opprobrium habeat, quisquis te subsannet & irrideat, tu tantum Deo placeas, & quæ Christi sunt geras. Ante omnia incessabiliter Domini tui meditare mandata, orationibus & psalmis instanter incumbe: & si possibile est, nemo te aliquando nisi aut legentem inueniat, aut orantem. In sermone vj. de natiuitate Domini. Quæ viduæ estis, custodite viduitatem: non estote verbosæ, sed cum silentio expectate dominum, qui pupillum & viduam suscipit. Sed bonam viduam, sed illam quæ in oratione & humilitate & eleemosynis est prompta: si certè vnde faciat non habet, voluntatem bonam & cogitationem synceram habeat. Mulieres, non maledicite, non iurate, non prompte estote ad loquendum. Forte dicitis importunum esse quod dico. Non mihi licet tacere. Plus timeo illum qui iubet, quàm illum qui detrahit. Ego dico, qui agnoscit emendet: & qui in se non recognoscit, audiat & teneat vt aliis pro salute dicere possit. Vidua sanctius secundas deuitat nuptias. Libro de sancta viduitate. Ideo Anna vni viro vidua beatior fuit, quia & Prophetissa Christi esse meruit. Quam credendum est etiā si filios nullos habuit, quod quidē scriptura reticendo reliquit incertum, eo spiritu præuidisse Christum ex virgine proximè esse venturum, quo potuit agnoscere & paruulum. Vnde merito etiā sine filiis, si tamē eos nō habuit, secūdas nuptias recusauit: quia nouerat iam tempus esse, quo Christo non officio pariendi, sed studio continendi: nec coniugalibus fœtandis visceribus, sed castigandis moribus vidualibus, melius seruiretur. Et infra dicit ibidem: Bonum quod prudenter scitur, etiam diligatur ardenter. Qua in re prius illud admoneo, vt quantumcunque tibi inesse sentis piæ continentiæ dilectionem, beneficio Dei tribuas, eique gratias agas, qui de spiritu suo tibi tantum largitus est, vt eius in corde tuo charitate diffusa, licitę rei licentiam tibi amor boni melioris auferret. Donauit enim ne ii

Cap.15. Tom.IX.

Triplex viduarum genus.

Cap.eod.

Ser.3.et ordi. ser.de tēp.7. Tom.X.

Lib.de bono vidui. Cap.7. Tom.IIII.

Cap.16.

ne liberet nubere cum liceret, & vt iam non liceret, etiam si liberet, & ex hoc firmius non liberet, ne fieret quod non liceret, quod factum non est etiam cum liceret. Et in eodem infra. Cap. 19. Si nondum nouisses continentiam vidualem, exhortaremus profecto vt voueres. Quia verò iam vouisti, exhortamur vt perseueres. Talia mihi tamen video esse dicenda, quibus eam diligant & arripiant, & quæ adhuc nubere cogitabant. Aurē igitur inclinemus Apostolo: Quę innupta est, inquit, soli cita est ea quæ sunt Domini, vt sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est solicita est ea quæ sunt mundi quomodo placeat viro. Non ait. Solicita est ea quæ sunt mundi, vt sancta non sit: Sed certè minor est ea coniugalis sanctitas, ex ea parte curarum qua mundana cogitatur voluptas. Quicquid itaque intentionis animæ etiam iis rebus impenderetur quibus placendum esset viro, colligere quodammodo & redigere debet innupta Christiana in eam intentionem qua placendum est Domino.

Tom. IIII. VIGILIA. Vigilare Dei, libro de essentia Diuinitatis Dei. Vigilare Dei, est in defensionem electorum suorum, & vltionem inimicorum, se manifestum demonstrare. De nostrarum vigiliarum horis. Lib. 50. homil. Vigilia vna tres horas habet: nox enim quatuor vigilias habet, ternis horis per singulas distributas. Vigilandum nobis est. in serm. vj. de Assumptione Virginis. Oportet nos vigilare, quia nescimus qua hora fur veniat. Et mors quidem vniuersalis euentus est, sed hora mortis & tempus est incertum, & ob hoc metuendum: Quia vnoquoque transeunte, Diuina virtus Angelorum, & malignorum spirituum multitudo, ad dormientis lectum veniens discernunt lucis ac tenebrarum opera. Quamobrem præcauere opus est, & virtutum semper instantia vigilare ad exitum. In sermone tertio de sabbato sancto. Ab ipsis etiam inimicis nescientibus admonemur, quia debeamus vigilare pro nobis, si propter nos vigilant etiam qui inuident Tom. VIII. nobis. Super Psalm. cxx. Semper vigila: vt quod nescis quando veniat, paratum te inueniat cum venerit. Et ob hoc fortè nescis quando ven-Tom. VIII. turus est vt semper paratus sis. Sed vigilare non possumus nisi per gratiam. Super Psalm. lxij. Non vigilares in te, nisi oriretur lux tua, quæ te de somno excitaret. Illuminet enim animas Christus, & faciat eas vigilare. Si autem lumen suum detrahat, obdormiunt.

VINCENTIVS. De sancto Vincentio dicit in sermone primo quem de ipso fecit, cuius passionem vtilem esse audientibus ostendit. Magnum & multum mirandum spectaculum noster animus cepit, nec inanissimam & perniciosissimam (sicut solet in theatris quarumque nugarum) Sed planè vtilissimam & fructuosissimam voluptatem oculis interioribus hausimus, cum beati Vincentij gloriosa passio legeretur. Erat videre inuictam mar-A tyris animam contra insidias antiqui hostis, contra sæuitiam impij iudicis, contra dolores mortis carnis acerrima conflictatione certantem, & in adiutorio Domini cuncta superantem. Vnde in sermone tertio eiusdem. Nō enim aliud proponitur Christiano venienti ad martyrium, nisi virtus martyrum. Sint nobis documenta exempla sanctorum. Imitemur saltem fide quos imitari non possumus passione. Victor in qualibet passione fuit. In sermone ij. eiusdem. Magnū spectaculum sancti Vincentij spectauimus oculis fidei, martyrem sanctum Vincentium vbique vincentem. Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione vicit exustus, vicit submersus fluctibus, postremo vicit mortuus. In sermone iiij. eiusdem. O insuperabilis B virtus, ò inuicta animi fortitudo. Sanctus Vincentius torquetur, tunditur, flagellatur, exuritur, & extentis membris crescit ad pœnam, cuius spiritus iam migrauerat ad coronam. Ideo in eodem sermone. Sanctus Vincentius in exilium mittitur, & iter ad paradisum meditatur: morte afficitur: & de vita meliore lætatur, æculeo extenditur, & fit clarior dum à persequutore punitur: extitit ante hominem iudicem, & dum ante hominem stabat, in corde Dominū iudicem rogabat. Vicit tormenta & blandimenta. In sermone iij. eiusdem. Inimicus non tantum sæuit, sed etiam blanditus est: in vno quoque Daciano conspeximus & tempus persequutionis, & tempus quietis. Nam & terruit, & promisit. Voluit ergo à fide diuellere terrendo, postea C deiicere blandiendo. Rursus rediit ad pœnas: itē à pœnis regressus ad beneficia. Induit tanquā in ludicro spectaculo multas personas. Extitit ille varius, sed stetit iste solidus. Ille sedebat, iste pēdebat: iste torquebatur, ille torquebat: sed ille fatigabatur, & iste vincebat. Leo rugiens, canis esuriens, serpens blandiens, lupus subdolè agens, vulpes nequitiam occultans, quid egit? Diu laborauit, & tamen Vincentius vicit. Denique torquetur, vt exerceatur: tunditur, vt solidetur: flagellatur, vt erudiatur: exuritur, vt purgetur: & tamē Vincētius à Daciano non vincitur. Certat etiā & exultat cum viuo mortuus. Non solùm vicit patiendo, sed etiam respōdendo. In serm. j. eiusdem. Tanta pœna erat in membris, & tanta securitas in verbis: tanquam alius torqueretur, & D alius loqueretur. Et verè alius, quia spiritus sanctus. Et infra subdit ibidem. Quid magnū est Deo nostro ad confirmandam prædicationem nominis sui, ipsorum prædicatorum carnem in manus persequentium tradere, mentem verò in arcem libertatis assumere, vt dum etiam illa patitur non iniquitate, hoc asserat veritate, scilicet vt victores non tolerantia faciat, sed iustitia: quoniam martyres discernit causa, non pœna?

Hæc autē victoria erat fidei Christianæ. In ser. ij. eiusdem. Fides pugnat: & quādo fides pugnat, nullus expugnat, quia etsi laniatur & si laceratur quando perit qui sanguine Christi est redemptus? Potens homo non potest perdere quod

emit auro suo: & Christus perdit quod emit sanguine suo. Sed hoc totum non ad hominis, sed ad Dei gloriam referatur. Ab ipso verè est patientia vera, patientia sancta, patientia religiosa, patientia Christiana, quæ donum Dei est. Ideo in fine tertij sermonis eiusdem. Qui adiuuit certantem, coronauit vincentem: quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. De eius cadauere, quod etiam apparuerit gloriosum, dicit in iiij. serm. eiusdem. Insequere sæuissime diabole. Fac martyrem nostrum etiam alio elemento esse gloriosum, & te in omnibus remanere confusum. Ecce mare obaudit, & tu surdus es: ecce ventus cessat, & tu sufflas: ecce vnde cum tremore suscipiunt, quod nautæ tuo præcepto cum furore proiiciunt. Ecce fluctus cum summo honore, velociore Dei gubernante manu, tuos remiges ad portum præueniunt, ac martyris corpus ad honorificentiam sepulturæ iam reddunt. Ecce in mari tanta tranquillitas, & te nefandissime magna possidet iniquitas. Quid agit humana iam rabies, vbi vnda reuocat mortuum? Quid agit sceleratorum feritas sæua, vbi aquæ reuocant sepulturam? Perdidit misera crudelitas quod tenebat. Lugeat nunc Daciani sæua perfidia, quæ Dominicam non potuit recordari potentiam. Magnum se gaudebit reperisse consilium, cui nec aqua voluit præbere consensum. Malè commendasse miserum desideria sua, vel mare docere debuit, qui contra creatorem suum celare non potuit corpora. O spectaculum suauissimum, videre certantem martyrem contra impium cogentem, in nulla pœna fide vera succumbentem: qui & viuus inimicum prostrauit, & mortuus maria transnatauit. O beatæ passionis memorabilis gloria, in qua dignatus est Christus talia exercere magnalia. O gloriosa beati Vincentij constantia, qui in morte sua victriem martyrij exibuit coronam. Sine dubio, fratres, ipsum fuisse credamus cum beato Vincentio in fluctibus ne absorberetur, qui fuerat cum Petro in mari ne mergeretur. Iam ipsum beatum Vincentium pariter deprecemur, vt nobis patronus apud Deũ esse dignetur, cuius meritis Ecclesia Christi quotidie sublimetur. Propter corpora tamen omniũ sanctorum, dicit in primo sermone eiusdem. Magnum testimonium Dominus præbet maryribus suis, cum ille qui erexit corda credentium, nec corpora deserit mortuorum: velut de huius ipsius beati Vincentij corpore præclarissimum miraculum exhibuit, vt id quod inimicus omnino non apparere cupierat, satagerat, fecerat, tamen præsenti nutu Diuino prodeteretur, & religiosis humandum venerandúmque demõstraretur, vt victricis pietatis, & debitæ impietatis præclara memoria perduraret. Verè pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius quando nec terra carnis vita deserente contemnitur: & inuisibili anima de domo visibili discedente, habitaculum serui cura Domini custoditur, & in gloria Domini à conseruis fidelibus honoratur. Quid enim agit Deus mira opera faciendo circa sanctorum corpora mortuorum, nisi quod testimonium perhibet sibi non perire quod moritur: & vt hinc intelligatur in quali honore secum habeat animas occisorum, quando caro exanimis tanto affectu ornatur Diuinitatis? Sic enim de membris Ecclesiæ loquens Apostolus, similitudinem adhibuit de membris corporis nostri: Quoniã, inquit, quæ inhonesta sunt nostra, his abundantiorem honorem circumposuimus: ita prouidentia creatoris cadaueribus martyrum tam præclara testimonia præstando, abundantiorem honorem exanguibus reliquiis circumponit: & quod vita migrante tanquam deforme iam remanet, ibi euidentius præsens vitæ dator apparet.

VINCVLVM In epistola ad Licentium. Sapientia quos primo alligauerit & execitatoriis quibusdam laboribus edomuerit, soluit postea, liberatísque sese donat ad fruendum: & quos primo temporalibus nexibus erudierit, postea æternis amplexibus alligabit. Quo vinculo nec iucundius, nec solidius cogitari quicquam potest. Prima hæc aliquantulum dura esse confiteor: illa verò vltima, nec dura dixerim, quia dulcissima sunt: nec mollia, quia firmissima. Quid igitur est nisi quod dici non potest, sed credi tamen & sperari & amari potest? Vincula verò huius mundi, asperitaté habet veram, iucunditatem falsam: certum dolorem, incertam voluptatem: durum laborem, timidam quietem: rem plenam miseriæ, specie beatitudinis inanem. Tom.II. Epist.39.

VINDICTA. Quid sit. Libro quæstio-cum super Leui. Vindicari nõ est aliud nisi delectari vel consolari de alieno malo. Quid sit vindicare Dei, super Psal. lviij. sermone ij. Omnis vindicta Dei ira dicitur. Sed aliquando ad hoc vindicat vt proficiat: quoniam flagellat omnem filium quem recipit. Aliquando ad hoc vindicat vt damnet: quando posuerit impios ad sinistram, & dixerit eis, Ite in ignem æternum &c. Quomodo sancti dicuntur vindictam petere. Lib. ij. quæstionum veteris & noui testaméti, quæstio. lxviij. Sanguis sanctorum effusus vindicari se postulat: non voce, sed ratione. Nam & opus opificem laudare dicitur, per hoc ipsum quod videntem se oblectat. Non enim tam impatientes sunt sancti, vt vrgeant fieri quod sciunt tempore præfinito futurum, quod nec anticipari potest, nec differri. Sed hoc dicto ostẽdere voluit, vindicaturũ Dominum sanguinem sanctorum suorum: ne quia tam patiens nunc videtur, multum putaretur impium bellum quod contra sanctos geritur: vt & terrorem incutiat persequentibus Dei seruuos, & exhortaretur pro se patientes. Releuatur enim animus patientis, quando vindicari se audiat à potente. Præ se enim fert, si mortem suam audiat iudici displicere: tunc enim pro certo habet innocentem se esse. Et Deus quidem misericors & patiens est, sed moderate: Expectat enim vt impij credant. Libro secundo quæstionum Euange Tom.IIII. Tom.VIII. Tom.III.

Tom.IIII. Euangeliorum.quæst.xlv.Intelligendum est eã vindictam esse iustorum,vt omnes mali pereãt. Pereunt autẽ duobus modis:aut conuersione ad iusticiam,aut amissa per suppliciũ potestate qua aduersus bonos nũc quandiu hoc ipsum bonis expedit,vel tẽporaliter aliquid valent. Sed quomodo vindicta expeti posit,ostẽdit libro de vera innocẽtia. Cap.246. Tom.III. De beneuolentia est, nõ de malitia cum lætatur iustus in impios processisse vindictã, quoniam nõ ei peccatoris exitium placet,quem voluit corrigi,sed iustitia Dei qua scit multos posse conuerti. Et in epistola ad Donatum. Tom.II. Epist.127. Non sic vindictam de inimicis requirimus, vt obliuiscamur quid nobis præceperit,pro cuius veritate ac nomine patimur,qui diligimus inimicos nostros & oramus pro eis.Vnde ex occasione terribilium iudicum ac legum , ne in æterni iudicij pœnas insidant, corrigi eos cupimus, non necari,nec disciplinã erga eos negligi volumus, nec suppliciis q̃bus digni sunt exerceri. Sic ergo eorum peccata conpesce, vt sint quos pœniteat peccasse. Huius ratio habetur in secunda epi. Tom.II. Epist.54. Ad Macedonium.Non frustra instituta sunt potestas regis,vis gladij cognitoris, vngulæ carnificis , arma militis,disciplina dominantis, seueritas boni patris. Habent enim ista omnia modos suos,causas, rationes, vtilitates. Hæc cum timẽtur,& cohærcentur mali,& quietius inter malos viuunt boni , non quia pronuntiandi sunt boni, qui talia metuendo nõ peccant: non enim bonus est quispiam timore pœnæ,sed amore iustitiæ.

Est & autẽ vindicta cum moderamine sumẽda. Lib.2.quæst. vet.& nou. test. Tom.IIII. Lib.quęst.supradict. quæst.lxix.Qui vicem non reddit malo,perfectus est.Reddere enim inuicẽ iustitia est.sed nõ plena: si verò dissimilet ab iniuria,plena iustitia est & abũdãs. Retribuere enim gauderet ad tẽpus,remittere autẽ in futurũ præstat lætitiã. Et subdit.Si quis Christianus ad tẽpus vindicet non acerbè, neque cũ sanguine,non peccat: melius tamen faciet, si dimiserit Iudici Deo. Soluit quæstionem quare in veteri testamento dixit Deus vindicandum, & nõ in nouo, Cap.21. Tom.VI. Lib.xix.contra Faustũ. Illud quod antiquis dictum est, Oculum pro oculo &c. quomodo cõtrarium habet quod ait Dominus, Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in maxillam tuã dexteram, prębe illi & alteram &c.Quandoquidem & illud antiquũ ad reprimendas flammas odiorum,sæuientiũmque immoderatos animos refrænandos,ita præceptũ est.Quis enim tantũdem facile contentus est rependere vindictæ,quantum accepit iniuriæ?Nõne videmus homines leuiter læsos molliri cædem,sitire sanguinẽ, vix que inuenire in malis inimici vnde satientur ? Quis pugno percussus, nõ aut iudicia concitat in damnationem eius qui percusserit , aut si ipse repercutere velit, totum hominem. Si non etiam telo aliquo arrepto,pugnis calcibúsque contendit? Huic igitur immoderatæ,ac per hoc iniustæ vltioni lex iustũ modũ figẽs, pœnã talionis instituit:hoc est vt talem quis intulit iniuriã,tale suppliciũ pẽdat.

A Proinde oculum pro oculo,dentem pro dẽte,nõ fomes sed limes furoris est:non vt id quod sopitum erat,hinc accenderetur,sed ne id quod ardebat,vltra extenderetur impositus.Est enim quędam iusta vindicta,iustéque debetur ei, qui fuerit passus iniuriam:vnde vtique cum ignoscimus, de nostro quodã modo iure largimur.Vnde etiã debita dicuntur, quæ in oratione Dominica humanitus dimittere monemur,vt nobis & nostra Diuinitus dimittãtur.Quod autem debetur, & si benigne dimittitur, nõ tamẽ iniquè repetitur:sed sicut in iurando,etiam qui verum iurat propinquat periurio,vnde longe abest, qui omnino nõ iurat:& quamuis non peccet qui verum iurat,remotior tamen à peccato est qui non iurat: vnde admonitio nõ iurandi,conseruatio est à peccato B periurij:Ita cum peccet,qui per immoderationẽ iniustè vult vindicari:nõ peccet autem qui modũ adhibens,iustè vult vindicari,remotior est à peccato iniustæ vindictæ,qui non vult omnino vindicari. Peccat enim, qui exigit vltra debitũ. non peccat autẽ qui exigit debitũ:sed tutior lõge est à peccato iniusti exactoris qui omnino nõ exigit debitũ,præsertim ne cogatur & ipse reddere debitum ab eo,qui nullum habet debitũ. Id ergo quod lex volebat efficere ne iniustè se quisquam vindicãdo peccaret:Christus monuit conseruari tutius,si omnino se non vindicaret:sicut id quod nolebet efficere,ne quisquã peierando peccaret conseruaret tutius,si omnino non iuraret. Et infra subdit ibidẽ. Cap.38. Ad benignã patientiã Dei, qui solem suum oriri facit super bonos & malos & C pluit super iustos & iniustos,nos imitandã Christus hortatur :vt vindicare nostras iniurias negligamus,& benefaciamus his qui nos oderunt, vt simus perfecti,sicut pater noster qui est in cœlis, perfectus est. Valere autem nobis & ad remittẽda debita peccatorũ nostrorũ,qđ aliis ista vltionum debita relaxamus: & cauendum esse, ne si hoc nõ faceremus,nec nobis deprecãtibus peccati obligatio remittatur. Vndẽ non est vindicãdum, Libro tertio de verbis Domini , sermone quarto. Ser.ord.41. Tom.X. Vt velint homines vindicari : quando laudantur superbia facit, quando humiliari dedignãtur,quasi pœna cuique prodesse posit aliena Læsus & iniuriam passus vindicari vult,de aliena pœna quærit sibi medicamentum. Et ideo distinguit super Psal.cviij.& habetur in decr.xxiij. Tom.VIII. D quæst.iij.Super illud pro eo vt me diligerent detrahebant mihi.Sex sunt in isto genere differentiæ,quæ commemoratæ animaduerti facillimè possunt,reddere bona pro malis,non reddere mala pro malis:reddere bona pro bonis,reddere mala pro malis:Non reddere bona pro bonis:reddere mala pro bonis.Horum duo prima,bonorum sunt,& eorum duorũ prius est melius postrema duo malorum sunt,& eorum posterius deterius, duo media quodãmodo mediorũ,sed eorũ prius quodammodo propinquum bonis,posterius propinquum malis.Reddere mala pro malis,habent mali vel mediocriter mali,vel mediocriter boni vsque adeo vt lex eis dederit vlciscendi modum.

Oculum pro oculo, dentem pro dente: quæ si dici potest, iniustorum iustitia est. Nō quia iniquū est vt recipiat quisque quod fecerit, alioquin lex nequaquam id constitueret: sed quia vlciscendi libido vitiosa est, magísque ad iudicē pertinet inter malos hoc discernere, quam bonum hominē sibi expetere. Quapropter impij ex illa benignitatis summitate delapsi, vbi redduntur bona pro malis, ad quantam malignitatis profunditatē venerunt retribuendo mala pro bonis? Vnde cōtra vindicantes dicit. Lib. 50. homil. Ira, est libido vindictæ. Et libet hominem vindicari. Et nōdum est Christus vindicatus, nondum sunt martyres vindicati? Adhuc expectat patientia Dei, vt reuertantur martyrum inimici, & conuertantur inimici Christi. Nos qui sumus vt vindictas quęramus? Si quæreret illam Deus de nobis, vbi remaneremus? Ille qui nihil nos læsit, non vult se vindicare de nobis: & nos quærimus vindicari, q̄ pene quotidie Deū offendimus? In ser. xj. de sancto Stephano. Exercete vos quantum potestis ad exhibendum mansuetudinem etiam erga inimicos vestros. Frænate irā quæ vos stimulat ad vindictam. Ira enim scorpius est. Si te interius flammis excitauerit, magnū aliquid putas si te de inimico tuo vindicas: sed si te vindicare vis de inimico tuo, ad ipsam iram tuā te cōuerte, quia ipsa est inimica tua, quæ occidit animam tuam. Super Psalm. xxx. expositione ij. serm. iij. Tu Christiane didicisti tolerare, nō vindictam retribuere. Vindicari vis Christianæ? Nondū vindicatus est Christus. An tu passus es improbum: & ille non passus est? Nonne prior pro te passus est qui non habebat quare pateretur? Nā in te tribulatio fornax aurificis est, si tamē auru m sis & non palea: vt sordibus careas, non in cinerem conuertaris.

Homil. 42. Tom. X.

Tom. VIII.

Ideo super Psal. vij. Inaniter se iactat homo, qui cum & ipse homo sit, cupit se de homine vindicare: Et cum superare hominem palam quærit, occultè à diabolo superatur inanis effectus vana & superba lætitia, quod quasi vinci non potuit.

Tom. VIII.

Propterea de iustis. Super Psal. lxxviij. Cū & homo iustus, & homo malus de inimicis suis velint à Domino vindicari, vnde discernuntur, nisi quia iustus magis cupit inimicum suum corrigi quam puniri, & cum in eum videt à Domino vindicari, non eius delectatur pœna, quia non eū odit: sed Diuina iustitia, quia Deum diligit. Denique si in hoc sæculo in eum vindicatur: vel pro illo etiā lætatur si corrigitur, vel certè pro aliis, vt eū timeāt imitari. Ipse quoque fit melior: nō supplicio illius odia sua pascendo, sed errata emendando. Ac per hoc de beneuolentia, est nō de malitia quod lætatur iustus cum videt vindictā, & manus suas lauat, id est, opera sua mundiora efficit in sanguine, hoc est, in exitio peccatoris: sumens inde non mali alieni gaudium, sed Diuinæ admonitionis exemplum. Si autem in futuro sæculo vltimo Dei iudicio vindicatur, hoc ei placet quod Deo: ne bene sit malis, ne piorū præmiis etiam impij perfruātur: Quod vtique iniustum est & à regula veritatis, quam iustus diligit, alienum.

Tom. VIII.

Appetitus vindictæ in piis qualis.

A Cum enim nos ad diligēdos inimicos Dominus hortaretur, exemplū proposuit patris nostri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nunquid tamen ideo vel tēporalibus correptionibus non emēdat, vel pertinaciter duros in fine non damnat? Sic ergo inimicus diligatur vt non displiceat Domini iustitia qua punitur. Et sic placeat iustitia qua punitur, vt non de malo eius, sed de bono iudice gaudeatur. Maleuolus enim animus contristatur, si eius inimicus correctus euaserit pœnam. Et cum puniri eum videt: vindicari se ita gaudet, vt non iustitiā Dei, quam non diligit, sed illius quem odit miseria delectetur. Et cum Domino dimittit iudicium: vt plus noceat Deus, quam ipse nocere possit, exoptat. Vnde dat consilium super Psal. cij. Exercete misericordiam. Non est enim aliud vinculū charitatis, non est aliud vehiculum quo perducamur in hac vita B ad illam patriam: extendite dilectionē vsque ad inimicos, securi estote. Ideo venit Christus, cui tanto ante dictum est, Ex ore infantium & lactātium perfecisti laudem, vt de ini. & vl. Destruere noluit Dominus vindicatorem, idest eum qui se voluit vindicare, vt non illi dimittantur peccata sua. Quid ergo inquis? Dormiet disciplina? auferetur omnis correptio? Nō auferetur. Quid ergo de luxurioso filio facturus es? Nō castigabis, nō verberabis? Seruum & ipsum tuum si malè viuētem videris, non pœna aliqua, non verberibus refrenabis? Fiat hoc, fiat. Admittit Deus, imo reprehendit, si non fiat: sed animo dilectionis fac, non vltionis. Vbi autem potentiores aliquos iniuriosos passus fueris, vbi tibi nec corrigere disciplina licet, nec fortè etiam monere aut pręcipere, C tolera, securus tolera. Audi Euangelium, beati eritis cū maledixerint vobis homines & dixerint omne malum aduersum vos mentiētes propter nomen meum. Et ibi addidit propter quid, ne merito tuo accipias maledicta, non causa iustificationum Dei. Non enim omnis qui maledictus fuerit iustus est: sed qui iustus est, & iniustè maledicitur. Et si iniustè maledicatur: præmium illi reddetur. Propterea itaque securus esto misericors, extende dilectionem vsque ad inimicos. Qui forte pertinet ad gubernationem tuam, vindica: coerce cum dilectioue, cum charitate, attende salutem æternam, ne cum parcis carni anima pereat. Fac hoc & multos passurus es iniquos, nō D potes exercere disciplinam: quia non pertinent ad iura gubernationis tuæ. Fer to iniurias, securus esto. Facit enim Dominus misericordiam & iudicium omnibus iniuriam patientibus. Sic in te facit misericordiam, si misertus fueris: sic eris misericors, vt quod pateris iniuriam, non sit impunitum. Mihi, inquit, vindictam, & ego repēdam dicit Dominus. Cōcludit in fine tractatus de concordia fratrum. Non expectemus vindicari fratres. Quid est vindicari, nisi malo alieno pasci: Planè ora vt occidat Deus inimicū tuū, & saluet fratrem tuum: occidat inimicitiā, saluet naturā. Sic ora vt vindicet te Deus: Pereat qui te perse

Tom. VIII.

Psal. 8.

te persequebatur, sed maneat qui tibi reddatur.

VINEA. Super canticum Isai. versus principium. Vinea est omnis Christiana anima, plantata manibus Apostolorum, rigata vocibus Prophetarum, cuius radix Christus est. Quæ dilecta dicitur, quia amãdo tenet Christum, vt per eum afferat bonum. In eodem infra circa medium. Quam metuẽdus est locus in quo dictum est, Mandabo nubibus, ne pluant in illa vinea imbrem. Nos tangimur, nos castigamur. Quid est ne pluãt nubes, ne irrigetur vinea, nisi prædicatores verbi Dei, vt quæ dicenda sunt non dicant, aut non faciant ipsi quæ dicũt prædicando nec faciendo, dum vinea intenta sit moribus doctorum magis quam verbis Diuinis sonantibus, vt non in ea descendat pluuia ac sic iam & ipsę nubes siccę remaneãt: quia hoc quod aliis prædicarent acceperũt, sed ipsi quoque facere noluerunt? Nubes enim accipiunt quod dant: implentur, vt fundãt. Rigant prædicatores tãquã nubes vineam, non solùm prædicando, sed etiam faciendo. Mandatum est autem vt non pluant: ergo nec ipsi acceperunt quod ærogent. Væ nobis, quoniam omnes miseri facti sumus.

Tom. VIII. VINVM. Distinguitur de vino, super Psalm. ciij. ser. iij. Vinum lætificat cor hominis. Videtur dicere de spirituali vino, nam id lætificat cor hominis. Sed adhuc putatur de vino isto dici, quia ebrij quasi læti corde videtur apparere. Vtinam lætentur & non rixẽtur. Dicis mihi: Quid lętius ebrio: Imo quid insanius ebrio? Quid plerunque iracũdius? Est ergo vinum quod verè lætificat cor, & nõ nouit aliud nisi lætificare cor. Vinum illud iustitia est, veritas est, veritas Christus est. Causa verò materialis vini quo ad inordinatum vsum, dicit lib. ad sacras virgines. Quoniam ab aliquantis vini non temperatur vsus, sed potius appetitur excessus, habitus corporis, & vitæ periculum, & opinionis ac famæ grauissimum acquiritur damnum, Fomentis enim corporalibus prouisum est vini munus: sed vsus penitus interdicitur, vbi sobrietatis disciplina custodienda sancitur. Est quidem in multis, vitæ mortalium vinum necessariũ. Debilem enim stomachum reficit, vires deficiẽtes reparat, algentem frigore calefacit, vulneribus infusum medetur, antidotis etiã diuersísque medicaminibus adiunctum salutem operatur, tristitiam remouet, lãguores omnes animi delet, lætitiam infundit, cõuiuas honesta miscere colloquia facit: Paulò amplius verò sumptum, quodãmodo conuertitur in venenum. Propterea enim vini abstinẽtiam sacerdotibus primo & leuitis à Domino legimus imperatam, quia oportebat vt illi primitus sobrietatis modum obseruãdum susciperẽt, qui cæteris mortalibus nõ solùm dictis, sed etiã factis præcepta Diuina castitatis & sanTom. IX. ctitatis moribus adimplerent. Require de hoc supra, vbi est Ebrietas. Sed de vino mystice. Super Ioãnẽ. Et torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. Quale vinum est vnde inebriari laudabile est?

A Quale vinum est quod non turbat, sed erigit mẽtem? Quale vinum est, quod facit perpetuo sanũ non inebriãdo facit insanũ? Ideo super Apoc. Homil. vj. Vinum & oleum ne læseris. In vino & Tom. eod. oleo, omnes qui iusti sunt in Ecclesia intelliguntur, quos nemo lædere poterit nisi ad probationem illorum permiserit Deus. Lib. j. quæst. Euangeliorum, quæst. xlij. Vinũ nouũ immortalitatẽ corporũ renouatorũ intelligere debemus.

VIOLENTIA. Lib. de verb. Apost. Ser. 2. Super illud. Nemo venit ad me, nisi pa Tom. X. ter meus traxerit eum. Non dicit duxerit, sed traxerit. Ista violentia cordi fit, non carni. Quid ergo miraris? Crede, & venis: ama & traheris. Ne arbitreris istam asperam molestámque violentiam: dulcis est, suauis est, ipsa B suauitas te trahit. Nonne ouis trahitur, cui esuriẽti herba demõstratur? Et puto quia non corpore impellitur, sed desiderio colligatur. Sic & tu veni ad Christũ: Noli longa itinera meditari. Vbi credis, ibi venis. Ad illum enim qui vbique est, amãdo venitur, non nauigando. Sed quoniam etiam in tali itinere abundant fluctus & tempestates diuersarum tentationum, in crucifixum crede, vt fides tua lignum possit ascendere. Non mergeris si ligno portaberis. Sic in huius sæculi fluctibus nauigabat ille qui dicebat, Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. De ipsa violẽtia require supra ca. Coactio.

VIRGA. In serm. ij. de catechismo cir- Gal. 6. ca medium. O Christe sancte pro nobis C crucifixe qui vt lapsa reperares in cruce pependisti. Ipsa est illa virga regni tui. Crux ipsa inquam, quia virtus in infirmitate perficitur. Ipsa illa virga crux est, ipsa illa virga quæ floruit ex radice Iesse. Illa virga est quam portabat Moses, quæ conuersa in serpentem deglutit Magorum serpentes: est & doctrina Christi diffusa per omnes gentes, hæreticos superans dementes. In eodem infra circa finem. Ille pastor noster dilectissimi qui in virga ferrea nos pascit & regit, cõfringit & restituit, ipse pastor, ipse rector, ipse fabricator, ipse architector noster. Magnũ te pastorem video Domine Iesu oues pascentem, errantem requirentem, inuentam cum gaudio ad gregem tuis huneris reportantem. Magnum te architectorem video, virgam portantem, idest in virga pendentem, & de ista virga multa miracu-D la facientem, multum expauesco expositionem virgæ huius dilectissimi. Loca Diuinarum scripturarum considero. Virga Maria sancta, virga ipse Christus, virga crux. Et de ista virga quàm magna & mira fecit hic architector? Et arborem fecit crucis, vbi ipse angularis pependit lapis: & scalas cœli, per quas hominem lapsum ad patrem leuauit. Quale miraculum fratres huius architecti, vt de virga sua faceret scalas, & tales quarum caput in cœlum poneret, & per eas ipse ascenderet, & descenderet, & propter confirmationem ipse super eas incumberet? Ascende securus qui desideras cœlum. Non te

A terreat earũ nec angustia, nec longitudo. Nihil timeas. Non nutant gradus eius, quos ille architector sic cõfirmauit, vt in eius ligno manus suas clauis affigi voluerit. In sermone secundo de plagis Aegypti & præcepti legis. Virga significat regnum Dei: serpens autem, tempus mortalitatis huius: Mors enim à serpente propinata est. Tanquam ergo cadentes de manu Domini in terram, mortales effecti sunt: Vnde proiecta virga, serpens effecta est. Magi Pharaonis similiter faciunt, sed virga Mosi deuorat serpentes eorum: ea demum cauda appræhensa, iterum virga est facta. Virgæ Magorum sunt populi impiorum: victi Christi nomine, cum in eius corpus transferuntur, tanquam à serpente Mosi deuorantur. Tunc reddetur regnum Dei ad manum Dei: & hoc erit in fine sæculi, quod significat cauda serpentis. In epistola ad catholicos cõtra Donatistas. Reges eos in virga ferrea &c. Eadem quippe firma iustitia boni reguntur & mali conteruntur. In sermone de virga Aaron. Omnis princeps tribus populi habeat virgam. Non enim quis potest regere populum, nisi habeat virgam. Vnde Paulus Apostolus, quia princeps erat populi, dicebat, Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudins? Omnes ergo principes tribuum habeant necesse est virgas suas sed vnus solus est verus pontifex, cuius ille Aaron sacerdos præferebat figuram. Huius ergo virga germinauit: sicut enim virga Aaron germinauit in populo Iudæorum, ita crux Christi in populo Gentium: Et non solùm germinauit, sed & floruit, & omnium credentium populorum fructus exhibuit. Fructus autem quem attulit, amygdalarum fuit. Amygdalæ nuces sunt. Qui fructus primo quidem cortice amarus est, sequenti munitur ac tegitur, tertio sumentem pascit ac nutrit. Talis ergo est in Ecclesia Christi doctrina legis & Prophetarum. Prima enim literæ facies satis amara est, quæ de circuncisione carnis præcipit, & de sacrificiis mandat, & cętera quæ per occidentem literam designantur. Hæc omnia vt amarum nucis corticem proiice. secundo in loco ad munimenta tecta peruenies, in quo vel moralis doctrina, vel ratio continentiæ designatur. Quæ necessaria quidem sunt ad custodiam eorum quæ seruantur intrinsecus, frangenda tamen quandoque & sine dubio dissoluenda sunt: vt si, verbi gratia, dicamus, Abstinentia ciborum & castigatio corporis donec sumus in isto corpore corruptibili & passibili sine dubio necessaria est: cum autem superuenien te morte fuerit corpus resolutum, & resurrectionis tempore, ex corruptibili incorruptibile redditum, non iam labore afflictionis, nec abstinentiæ castigatione, sed qualitate sui nulla iam corpori corruptela dominabitur. Sic ergo & nunc durior testa nucis velut abstinentiæ ratio necessaria videtur, sed postmodum tanquam fracta non etiam requirenda. Tertio autem loco, reconditum velut in nuce inuenies secretum nucleum mysteriorum scilicet sapientiæ & scientiæ Dei, sensum quo pascitur anima, non solùm in præsenti vita, sed etiam in futura. Ipse est enim pontificalis fructus, qui promittitur his qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quia ergo in omnibus scripturis triplex huius sacramenti ratio percurrit, ideo sapiens sapientiam tripliciter descripsit. Et quia sacramentum sacerdotale est virga nucis, idcirco arbitror Hieremiam etiam, qui erat vnus ex sacerdotibus ex Anathot, vidisse virgam nuceam, cum prophetaret de olla succensa, quasi ostenderet in virga esse vitam, & in lebete succensa esse mortem. Vita enim & mors ponitur ante faciem nostram, & vita quidem est Christus in sacramento nucis, mors autem diabolus in figura lebetis succensæ. Si ergo peccaueris, portionem tuam pones cum olla succensa. Si autem iustè egeris, efficietur portio tua in virgam nuceam cum magno pontifice. Attendite fratres, quia in virga vnum promisit Dominus, & plura dedit. Consuetudinis suæ est. Semper enim maiora tribuit quàm promittit. Promisit ergo Dominus vt virga germinaret, at nõ solùm germinauit, sed frondes, & flores, & fructus protulit. In quibus videamus resurrectionis sacramẽtũ. Virga est arida, germinauit: cũ corpus extinctũ fuerit, reuiuiscet. Hinc quatuor supradicta pręstabuntur, videlicet, vt seminatum in corruptionẽ, surgat in incorruptionẽ: Seminatum in ignominiam, surgat in gloriam: Seminatum in infirmitatem, surgat in virtutem. Et seminatum corpus animale surgat corpus spirituale. Possumus adhuc sic in virga quæ germinauit intelligere differentias. Omnis qui in Christum credit, primo moritur, & post hoc renascitur. Primum ergo germen, prima hominis est in Christo confessio. Secundo frondescit, cum renatus donum gratiæ spiritus sancti, sanctificationémque susceperit. Inde affert flores, quando morũ suauitate cœperit decorari, ac flagrantiam misericordiæ & benignitatis effundere. Ad vltimum quoque affert eius fructus iustitiæ, quibus non solùm ipse viuat, sed & aliis præbeat vitam. Cum autem ad perfectum venerit proferens ex se verbum fidei & scientiæ, vt per doctrinam suã alios lucrifaciat: affert fructus q̃bus alij nutriantur. Sic ergo singuli quique credentiũ de virga Aaron, quæ Christus est, germinantur. Quorum quatuor istæ differentiæ in aliis scripturæ locis velut ætates quatuor designantur, quas Ioannes Apostolus in epistola sua, distinctione mystica compræhendit. Ait enim, Scripsi vobis pueri, scripsi vobis adolescẽtes, Scripsi vobis iuuenes, Scripsi vobis patres. In quibus vtique nõ corporales ętates sed spiritualiũ ꝓfectuũ differẽtias ponit. Habentur ergo hęc oĩa nõ tã in virga Aarõ, quã in virga quæ exiit de radice Iesse; & in flore qui de radice eius ascẽdit. In quo nõ est otiosum quod virga dicitur exire, & flos ascendere. Quãuis enim vnus sit Christus, singulis tamẽ diuersus efficitur ꝓut indiget his quo operatur. Qui ergo segnior est & negligẽtior, ꝓ disciplina Christus ei efficitur

Ser. 2. fer. 2. post Domin. 4. quadrag. & ord. ser. de tẽpore. 99. Tom. X.

Quid adumbret virga Aaron.

Prouer. 22.

1. Ioan. 2.

efficitur virga, & in virga non dicitur ascendere sed exire. Exeundum est nanque ei qui inutilis & ignauus est, de eo statu in quo non rectè cōsistit, & transeundum ad alium statum tanquā virgæ compulsione, id est seueritate doctrinæ rigidi oris admonitu. Qui autem iustus est, quia iustus sicut palma floret, in hoc ascendere dicitur Christus. Sic ergo qui indiget verberibus, exit ad eum virga. Qui autem proficit ad iustitiam, ascēdit ei in florem. Ascendit autem quousque afferat fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, patientia & reliquæ virtutes.

Tom. III. Epist. 179. VIRGINITAS & Virgo. Commendatur virginitas, in epistola ad Probam & Iulianum de conuersione neptis Demetriadis. Quis verbis explicet, quis digno præconio prosequatur, quam incomparabiliter gloriosius atque fructuosius habeat ex vestro sanguine fœminas virgines Christus, quam viros consules mundus? Nam volumina temporum, si magnum atque præclarum est nominis dignitate signare, quanto est maius atque præclarius cordis & corporis integritate transcendere? Magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobilior sanctitate, quod sit per Diuinum consortium præcipuam in cœlis consequutura sublimitatem, quam si esset per humanum connubium prolem propagatura sublimem. Generosius quippe elegit Aniciana posteritas tam illustrem familiam beare nuptias nesciendo, quam multiplicare pariendo, & in carne iam imitari vitam Angelorum, quàm ex carne numerum adhuc augere mortalium. Hæc est vberior fœcundiórque fœlicitas, non ventre grauescere, sed mente grādescere: nō lactescere pectore, sed corde candescere: non visceribus terram, sed cœlum orationibus parturire. Dominarum igitur honore dignissimæ filiæ, perfruamini in illa quod defuit nobis, perseueret vsque in finem, adhærens coniugio quod non habet finem. In sermone primo de assumptione virginis. Potest lilij nomine vna quæque virgo significari. Lilium siquidem flores reliquos candore nimij nitoris præcellit: & odoris nihilominus iucunditate præpollet. Vnde satis congruè virgineo assimilatur decori. Iste nanque flos altius aqua ortus ex tellure sustollitur, & reportandus ad æthera totus aperitur: A foris quoque nimis candidus, intus verò rutilo flammescit aspectu, habens præterea quasi quendam permanentem in medio flosculum. Sic nimirum virginitas toto à visu ab infimis ascendens, ad ea quæ superna sunt ambit. Candescit exterius mundicia virgineæ carnis, flammescit interius amore germinæ charitatis, flagrat passim odore bonæ opinionis, extollitur ad sublimia intentione continua cordis. Sed hoc pretiosum germinis lilium, sicut sacra perhibet lectio, inter spinas inuenitur vt nouerint venerandæ virgines, & hominum se debere tolerare molestias, inter quos degunt, & punctionum tentamina malignorum fortiter exsuperare spirituum, vt per hoc à Domino

A amicè inter filias vocari mereantur. Libro quarto de doctrina Christiana allegans Cyprianum sic. Est apud Cyprianum virginitatis illa laudatio: Nunc nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior est gloria, maior & cura. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis, læta indoles laudis & honoris, opus integrum atque incorruptum Dei Imago resplendens † ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per ipsas, atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fœcunditas: quantóque plus gloriosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augescit. Et hoc ideo, quia vt dicit libro primo contra Iulianum, allegans Irenæum, de quo mētionem facit Hieronymus lib. B de viris illustribus. Irenæus Lugdunensis Episcopus, non longe fuit à temporibus Apostolorum. Iste ait, Quemadmodum adstrictum est morti genus humanum per virginem, soluatur per virginem, æqua lance disposita virginalis inobediētia, per virginalem obedientiam. Adhuc enim protoplasti peccato per correptionem primogeniti emendationem accipiente, serpentis prudentia deuicta per simplicitatem colūbæ, vinculis illis resoluti sumus, per quæ alligati morti eramus. Est autem virginitas meritoria solū in fide catholica. Libro de sancta virginitate. Non parit virgines sacras, nisi virgo sacra, virgo illa desponsata vni viro casta exhiberi Christo. Ex illa non tota corpore, sed tota virgine spiritu nascuntur sanctæ virgines & corpore & spiritu.

C In epistola ad Feliciam. Si de isto sæculo exires separata ab vnitate corporis Christi, nihil tibi prodesset seruata integritas corporis tui. Ideo hæc virtus stat in mente. eodem libro de virginit. Nulla carnis fœcunditas sanctæ etiam virginitati carnis comparari potest. Neque enim & ipsa quia virginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur: quælibet in carne seruetur, spiritus tamen religione ac deuotione seruatur. Ac per hoc spiritualis etiam est virginitas corporis, quā mouet † & seruat continentia pietatis. Sicut enim nemo impudicè vtitur corpore, nisi spiritu concepta prius nequitia: ita nemo pudicitiam seruat in corpore, nisi spiritui prius insita castitate. In sermone vj. de natiuitate Domini. Audite me, quicunque dono Christi in corpore virgines estis. Quicunque agnoscit se esse quod dico, studeat vt virgo sit corde. Sic gaudeat de lucro corporis, vt non habeat damnum animæ, gaudeat tunc de tam pretioso dono Christi: gaudeat cum humilitate, & fleat cum pietate. Gratias agat quia tantam fœlicitatem integritate portat, læterur quia sequuturus est agnum quocunque ierit: si tamen in eius ore mendacium non inueniatur. Oret perseuerantiam, vt non illi qualiscunque delectatio sæculi, aut inuidia diaboli tantum donum tollat, tantam claritatem obnubilet, tantum nitorem infuscet. Teneat fortiter ne perdat rem irrecuperabilem ne in vno momento delectationis, amittat grat

Cap. 21. Tom. III.

† Aliàs, respondens.

Cap. 2. Tom. VIII.

Cap. 12. Tom. VI.

Tom. II. Epist. 209.

Cap. 8. Tom. VI.

† Aliàs, nouet.

Ord. ser. de temp. 7. Tom. X.

D

gratiam mentis & corporis, non contrahat turpitudinem animæ; per pulchritudinem formæ corruptæ, non illum concupiscentia vincat. Si me audierit, permanet: quod si non audierit, amissurus est quod nunquam erit recuperaturus.

In sermone de Christo contra Arrianos. Adducens illud Apostoli, Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Virginitas enim nostra in mente, virginitas corporis in paucis. Ecclesiæ virginitas mentis in omnibus fidelibus esse debet. Hanc virginitatem vult serpens corrumpere, de quo idem Apostolus dicit, Sed timeo ne sicut Euam astutia sua serpens decepit &c. Libro de verbis Apostoli, serm. xviij. Non grande onus impositum est virginibus, maior amor imposuit maius onus. Virgines quod licebat noluerunt, vt plus placerent ei cui se deuoueruut. Ambierunt illam pulchritudinem cordis sui, tanquã Deo dicentes. Quid iubes? Ne adultere simus? Plus facimus amando te, quam iubes. Illæ ergo, quibus terrenæ nuptiæ viluerunt, quæ terrenos amplexus non desiderauerunt, vsqueadeò acceptauerunt præceptum, vt non recusarent consilium, vt plus placerẽt, plus se ornauerunt. Corporis enim huius. i. exterioris hominis ornamenta, quanto magis appetuntur, tanto sunt interioris hominis maiora detrimẽta. Quanto autem minus appetũtur, tantomagis moribus pulchris homo interior adornatur. Ibidem. Virgines doceant coniugatos & coniugatas, non ire in adulterium. Illæ faciunt plus quam libet, illæ faciunt quod non licet. Quæ sit autem virginitas mentis, dicit super Ioannẽ. Virginitas mentis, est integra fides, solida spes, syncera charitas. Libro de vera innocentia. Virginitas carnis, est corpus intactum: virginitas animæ est fides incorrupta. Hoc præualet. Ideo super Psal. xc. serm. ij. Virginitatem cordis, quæ est in ipsa fide, qui perdiderint, fine causa suntvirgines corpore. Corrupta corde quid seruat in corpore. Ideo mulier catholica præcedit virginem hæreticam. Virginitas mentis non perditur nisi voluntate. Ideo lib. j. de ciuitate Dei, cap. xxviij. Si fortè quæritis cur permisit Deus nos violenter violari: alta quidem est prouidentia creatoris mundi atque rectoris, & inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Veruntamen interrogate animas vestras fideliter, ne fortè de isto virginitatis & continentiæ vel pudicitiæ bono vos inflatius extulistis, & humanis laudibus delectatæ in hoc etiam aliquibus inuidistis? Non acuso quod nescio, nec audio quod vobis interrogata corda vestra respondent, tamen si ita esse responderunt, nolite mirari hoc vos amisisse, vnde hominibus placere gestistis: Illud vobis remansisse, quod ostendi hominibus non potest. Si peccantibus non consensistis, Diuinæ gratiæ ne amitteretur Diuinum accessit auxilium: humanæ gloriæ, ne amaretur, humanum successit opprobrium. In vtroque consolamini pusillanimes: illinc probatæ, hinc castigatæ, illinc iustificatæ, hinc emendatæ. Quarum verò corda interrogata respondent, nunquam se de bono virginitatis, vel viduitatis, vel coniugalis pudicitiæ superbuisse, nec aliis inuidisse. Nec istæ quidem quæ tales sunt, si earum quoque aliquas, eas Barbarica libido compresit, hoc esse permissum causentur: nec ideo credant Deum ista negligere, quia permittit quod nemo impunè committit. Quædam enim veluti pondera malarum cupiditatum, & per occultum præsens Diuinum iudicium relaxantur, & quædam manifesto vltimo reseruantur. Fortasis enim istæ, quæ bonę sibi cõscientiæ sunt, non se ex isto castitatis bono cor inflatum extulisse, & tamen vim hostilẽ in carne perpessæ sunt, habebant aliquid latentis infirmitatis, quod posset in superbiæ fastum, si hanc humilitatem euasissent, extolli. Sicut enim quidam morti rapti sunt, ne malitia mutaret intellectum eorum: ita quiddam ab istis vi est raptum, ne prosperitas mutaret modestiam earum. Non ablata est castitas, sed humilitas persuasa. Illarum tumori est occursum manenti, istarum occursum est imminenti. Videant ergo nequaquã Deum fuisse permissurum vt hæc acciderent sanctis suis, si eo modo perire posset sanctitas in eis, quã contulit eis & diligit in eis. Debet virginitas esse humilitate fundata. Libro de bono coniugali. Virgines integritatem ipsam Deo dicantes, multo maximè commonemus, vt tanta norint humilitate tuendum esse quod in terra interim viuũt, quanto magis cœli est quod nouerunt. Nempe scriptum est, Quanto maior es humilia te in omnibus: Nostrum est de magnitudine eorum aliquid dicere, illorum est de magna humilitate cogitare. Libro de sancta virginitate, cap. primo. Non solùm est prædicanda virginitas vt ametur, verum etiã monenda ne infletur. Eodem libro. Bonum est tibi ò virginalis anima, vt sic quomodo virgo es, sic omnino seruans in corde quod renata es, seruans in carne quod nata es, concipias tamen à timore Domini, & parturias spiritum salutis. Timor quidem non est in charitate, sed perfecta charitas, sicut scriptum est, foras mittit timorem: sed timorem hominum, non Dei: timorem temporalium malorum, non Domini in fine iudicij. Noli altum sapere, sed time. Ama Dei bonitatem, time seueritatem, vtrunque te superbam esse non finit. Amando enim times, ne amantem & amatum grauiter offendas. Nam quæ grauior offensio est, quàm vt superba illi displiceas, qui propter te superbis displicuit? Et vbi magis debet esse timor ille castus permanens in sæculum sæculi, quam in te, quæ non cogitas quæ sunt mundi, quomodo placeas coniugi: sed quæ sunt Domini, quomodo placeas Deo? Et ideo humilitatis causa, dicit eodem libro circa principium. Virgines Christi admonuimus atque monemus, ne prooter excellentiam muneris amplioris quod Diuinitus acceperunt, contemnant in sui comparatione patres & matres populi Dei. Debet virginitas esse sapient

pientia illuminata. Eodem lib. Sapientes virgines esse decet, ne lampades earũ extinguantur. Quomodo sapientes? Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Et de sapientia siue scriptura, dicit eodem lib. Melior est in scriptura Dei, veritas Dei, quam in cuiusquã mente aut carne virginitas hominis. Quod castum est sic ametur, vt quod verum est non negetur. Debet virginitas esse charitate decorata. Eodem lib. Vos virgines genus electum, & in electis electius virginei chori sequẽtes agnũ: etiã eius figmentũ creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambuletis. Ergo ne hunc, quanto eius donis ornatiores estis, tanto minus amabitis?

Cap. 18.

Cap. 40.

Eodem libr. circa finem libri. Si nuptias contempsistis filiorum hominum, toto corde amate speciosum forma præ filiis hominum: vacat enim vobis, liberum est cor à coniugalibus vinculis, inspicite pulchritudinem amatoris vestri: cogitate æqualem patri, subditum & matri: etiã in cœlis dominantem, & intus seruientem: creantẽ omnia, creatũ inter omnia. Illud ipsum quod in eo derident superbi, inspicite quàm pulchrum sit: internis luminibus inspicite vulnera pendentis, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, pretium credentis, commertium redimentis. Hæc quanti valeant cogitate. Hæc in statera charitatis appendite, & quicquid amoris in nuptiis vestris impẽdendum habebatis, illi impendite. Bene quod interiorem vestram pulchritudinem quærit, vbi vobis dedit filias Dei fieri potestatem non quærit à vobis pulchram carnem: sed pulchros mores quibus frænetis & carnem. Nõ est cui de vobis quisquam mentiatur, & faciat se iure zelantem. Videte cum quanta securitate seruitis †, cui disciplinæ falsis suspicionibus non timetis. Debet virginitas esse aliis virtutibus ornata. In sermone primo de assumptione virginis supradicto. Non tibi solus sufficit ad capescenda præmia virgineus pudor, nisi etiam & aliis fueris dotata virtutibus. Sed neque hunc tantum poteris custodire thesaurum, nisi tuum possederit continuè humilitas pectus. Non queras diuitias perituras in terris, qui perennia eris præmia possessura in cœlis. Fuge superfluitatem habendi. Fuge lætitiam sæculi, quæ in cœlo futura es gauisura cum Angelis sanctis. Serua cor tuum domini custodia. Contine ab otiosis sermonibus linguam, & in omnibus te talem virgo venerabilis exhibe, vt quasi lilium de horto Ecclesiæ colligaris, & regi digna sis virginum in perpetuum copulari. In sermone xix. de natiuitate domini. Sola Maria mater & virgo esse potuit: quia omnem potestatem peperit per quam potuit. Solum enim vnicum Dei filium isto vnico modo fieri oportebat hominis filium. Nec tamen ideo vobis virginibus non est aliquid Christus, quia est vnicus virginis fœtus: ipsum quippe vos, quem filium edere non potuistis carne, sponsum inuenistis in corde: & talem sponsum, quem & redemptorem sic teneat fœlicitas vestra, vt peremptorẽ nõ timeat virginitas

Cap. 54.

† alias anatis.

A vestra. Qui enim matris virginitatẽ nec corporis abstulit, multò magis in vobis eam spirituali seruat amplexu. Nec propterea vos steriles deputetis, quia virgines permanetis, nam & ipsa pia integritas carnis ad fœcunditatem pertinet mentis. Agite quod ait Apostolus, quoniam non cogitatis ea, quæ sunt mundi quomodo placeatis maritis: cogitate quæ Dei sunt, quomodo illi in omnibus placeatis, vt non vterum fœtibus, sed animũ fœcundum possitis habere virtutibus. Lib. iiij. de doctrina Christiana, allegans Cyprianum in fine cuiusdam Epistolæ sic. Quomodo portauimus, inquit, imaginẽ eius qui de limo est, sic portemus & imaginẽ eius qui de cœlo est. Hãc imaginem virginitas portat, portat integritas, sanctitas portat, & veritas: portant disciplinæ Dei memores iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendas iniurias mites, ad faciẽdam misericordiam faciles, fraterna pace vnanimes atque concordes. Quæ vos singula ò bonæ virgines obseruare, diligere, & implere debetis, quæ Deo & Christo vacantes, ad Dominum cui vos dicastis, maiore & meliore parte præceditis: prouectæ annis, iunioribus facite magisteriũ: minores natu, præbete paribus incitamentum, hortamentis vos mutuis excitate, æmulis de virtute documentis ad gloriam prouocate, durate fortiter, spiritualiter pergite, peruenite fœliciter, tantũ mementote tunc nostri cum incipiet in vobis virginitas honorari. Ibidem allegans Ambrosium lib. de virginibus, qui professis virginibus proponit de matre Domini, tanqum sub exempli forma, quod moribus imitentur: & dicit in hæc verba. Virgo erat, non solùm corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu syncerum adulteraret affectum, corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior: non in incerto Diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens, intenta operi, verecunda sermoni, arbitrium mentis solita, non hominem sed Deum quærere, nullum lædere, omnibus bene velle, assurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quando ista vel vultu læsit parentes? Quando discessit à propinquis? Quando fastidiuit humilem? Quando irrisit debilem? Quando vitauit inopẽ? Eos solos solita cœtus virorũ inuisere, quos misericordia nõ erubesceret, neque præteriret verecũdia. Nihil toruũ in oculis, nihil in verbis ꝓcax, vel in actu inuerecũdũ: nõ gestus fractior, non incessus solutior, nõ vox petulãtior, vt ipsa corporis species simulachrũ fuerit mẽtis & figura ꝓbitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo prætẽdat ingressu, nihil intus latere tenebrarũ tãquam lucernæ lux intus posita, foris luceat. Quid ergo exequar ciborũ parcimoniã, officiorũ redũdãtiã? Alterũ vltra naturã superfuisse, alterum ipsi naturæ pene defuisse? Illic nulla intermissa tempora, hîc congeminati ieiunio dies: & si quando reficiendi successisset voluntas

B

C

D

Cap. 21. Tom. III.

Cap. eod. in f.

Ambro. lib. de virginib.

luntas, cibus plerunque obuius erat qui mortem arceret, non delicias ministraret &c. Hæc ꝑpterea in exemplo posui, quia non hîc agit vt virginitatem voueant quæ nondum vouerũt, sed quales esse debeant quæ iam votæ sunt. Lib. ad sacras virgines, circa medium. Dominica virgo debet agnoscere quibus præceptis conueniat insistere, vel à quibus vitiis debeat abstinere, si vult & in sęculo posita cum Deo, & cum eodem post huius vitæ resolutionem in claritate cœlesti regnare. Dominica virgo primitus publicos debet vitare conspectus, & platearum frequentiam declinare, atque in domo posita, lanificio insistere vel lectioni Diuinæ. Dominica virgo in fœminarum laicarum conuentu considens vel consistens ne verbis scurrilibus neque lubricis earum aut canticis præsentiæ suæ copiam faciat: sed magis fugiat, oculos suos aurésque concludat, ne Dei timore deprauata, ad diabolicas cogitationes sensus suos intromittat quibus in breui forte dispareat. Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu comæ, nec oculis erectis vel lætis, sed inclinato ad terram vultu procedat: ne in seruiles inducta mores, & si ipsa non pereat, aliis tamen causa perditionis existat. Oculorum enim cupiditas, quos animæ interitus faciat, Euãgelica vox nobis semper pronuntiat. Dominica virgo ab omni inuerecundo sermone vel risu debet se penitus abstinere, & cum silentio & disciplina omnem suam vitam ornare. Dominica virgo quæ vultum suum ob splendorem genarum aliquo succo infecerit, in Isaia Propheta de filiabus Sion promissam sententiam promerebit. Dominica virgo, vt de viduis Apostolus docet, & sermone garrula, aut loquacitate verbosa, vel curiositate superflua, casta non potest iudicari: imo prostituta, & ad luxuriam magis accendi. Dominica virgo nulli se virorum cuiuslibet ætatis, siue grauissimarum mulierum præsentia singulari habitaculo vel colloquio credat: & cum sola in taberna culo consistit, clausis super se ianuis, sedeat: nullíque virorum pulsanti facilè ianuam suam pãdat: ne fortè in suspicionem turpissimam, aut in pudoris sui naufragium cadat. Dominica virgo in locis, quibus viri cubitant non debet accedere: ne ipsa se veluti scortum credatur suis corruptoribus præbuisse. Dominica virgo malè docẽtis miserabilísque vitæ fœminæ, aut aliquando sinistra opinione vexatæ, cõsortium colloquiúmque declinet: quoniam corrumpi mores bonos colloquiis malis Paulus Apostolus docet. Dominica virgo ob extinguendas libidinis vel omnis lasciuiæ flammas, ieiuniis & abstinentiæ debet operã dare, orationibus die noctúque insistere, si cupit & laqueos diaboli insidiantis euadere, & ad promissa virginitatis præmia peruenire. Dominica virgo omnem fratrem, quẽ vitandũ mala fama cõmendat, nimis fugiat: & quantũ potest ab eo, vel à conuiuiis, suos accessus declinet: vt nesciat ex conuiuali colloquio molescere libidinis vitia, & exinde ad fornicationis venire peccata. Dominica virgo, vt citò concludam, ab omnibus il-

A lecebris gulæ abstinens esse debet: & parco victu & potu debet esse contenta, & honesta taciturnitate semper ornata. Et in eodem lib. Dominicam virginem, Dei beneficium est, irasci nescire, nosse magis iracundiam cohibere, cunctis benignam existere, oculis non abnuere, dolos & malitiam lingua non fabricare, alienæ domus secreta non occultare nec prodere, auaritiam cupiditatémque fugere, sibi deposita non negare, in vsuris pecuniam non habere, sorori culpam ex corde dimittere, scandala nulli apponere, tribulatis consolationem præbere, infirmantibus ministrare, detrahenti alteri nõ consentire, & à detrahente se penitus abstinere. Dominica virgo in Ecclesia stare debet cum silentio, & nihil legis docere. Audi Apostolum loquentem, Mulieres, inquit, in Ecclesia taceant: turpe est mulieri-
B bus loqui in Ecclesiis. Itẽ ait, Mulieres in silentio discãt. Itẽ, Mulieribus docere nõ permitto. Si ergo mulieribus turpe est docere, aut in Ecclesia loqui, quãto magis virginibus, quæ castitatis Deo promissæ cura professióque constringit: vt eas magis aliæ in bonis operibus imitentur? Dominica virgo ne quid prauè aut scurriliter vel simillate loquatur, & omne mendacium ex ore suo penitus eradicet: loquentes enim mendaciũ Dominus disperdet. Dominica virgo quantum fidẽ in omnibus debet exhibere, tãtũ caueat iurare de iis quæ egerit, & propter veritatem confirmandam iuramenta persoluere, & ne in toto aut omnino iuretur, Dominum agnoscat in Euangelio præmonentem. Dominica virgo furta fraudésq; facere, aut falsa testimonia dicere, aut ea faciẽtibus consentire caueat: quia ea committentes bea
C tus Paulus obiurgat. Dominica virgo matronalibus conuiuiis, quibus viri miscentur, inter esse declinet: ne concupiscẽtiæ peccatũ sibi, aut secũ inter pocula loquentibus viris importet. Dominica virgo contra omnes sonos musica arte ꝑlatos, contra cuncta cantica sæcularia, contra omnia quæ dulciter delectãt audiri, aures & cor claudat: ne diabolicum melos de corde eius Christi abscidat amorem. Dominica virgo à motibus flexibúsque saltantium cymbalistarum & tympanistriarum, omniúmque ludorum, quantum potest vultus suos auertat: ne alicuius eorum repentino amoris telo percussa, grauiter incipiat interire. Dominica virgo nõ tãtũ, ne superbia litiget, caueat, sed & etiã à superbiẽtibus litigãtibus quã-
D tũ potest ꝑcul abscedat. Dominica virgo nec sermonis iactãtia, nec diuitiis, nec generis nobilitate se debet extollere: sed in humilitate & paupertate spiritus, Christo accepta debet quãdiu vixerit permanere. In iudicio enim Dei, non natales, sed actus proprij pensabuntur: ex quibus singuli mercedem sic vt se gesserint, non sicut nati sunt, reportabũt. Dominica virgo vigilias funebres vel cætera quæ in priuatis domibus eueniunt debet effugere: vbi præcipue sine discretione sexus mixti conueniunt. Dominica virgo, quæ secundum proprias vires nulli porrigit, non potest Dei ancilla dici vel credi. Sed, vt breuiter dicam, Dominic

minic

minica virgo, quæ pudoris sui Domino promissi custodiam gerit, nitatur, vt nec incessu notabili, nec in nutu aut dicto molli, nec otiositate verbi, nec corde, nec mente omnino in se, vel in alio sit causa peccati. Et libro de sancta virginitate. Non vos virgines de viribus vestris extollatis, nec quia ferre aliquid potuistis inflemini: de inexpertis autem orate, ne supra id quod potestis ferre tentemini. Existimate aliquos in occulto superiores, quibus estis in manifesto meliores. Cum aliorum bona, fortè ignota nobis, benignè creduntur à vobis, vestra vobis nota non comparatione minuuntur, sed dilectione firmantur. Et quæ fortè adhuc desunt, tanto dantur facilius, quanto desiderantur humilius. Perseuerantes in numero vestro præbeant vobis exemplum, cadentes autem augeant timorem vestrum. Illud amate vt imitemini, hoc lugete ne inflemini. Iustitiam vestram nolite statuere, Deo vos iustificanti subdite: Veniam peccatis donate alienis, orate pro vestris: futura vigilando cauete, præterita confitendo delete. Ecce iam tales estis vt professæ atque virginitati, cæteris etiã moribus congruatis. Ecce iam non solùm homicidiis, sacrificiis diabolicis & abhominationibus, furtis & rapinis, fraudibus, periuriis, ebriositatibus, omnique luxuria & auaritia, simulationibus, æmulationibus, impietatibus, crudelitatibus, abstinetis: verum etiam illa quæ leuiora vel sunt vel putantur, non inueniuntur nec oriuntur in vobis: non improbus vultus, non vagi oculi, non infrenis lingua, non petulans risus, non curiosus & indecens habitus, non timidus aut fluxus incessus. Iam non redditis malum pro malo, neque maledictũ pro maledicto. Iam postremò illam mensuram dilectionis impletis, vt ponatis, animas pro fratribus vestris. Ecce iam tales estis quia & tales esse debetis. Hæc addita virginitati, Angelicam vitam hominibus, & cœli mores exhibent in terris. Sed quanto magis magni estis, quicunque ita magni estis, tanto humiliate vos in omnibus, vt coram Deo inueniatis gratiam: ne superbis resistat, ne exaltantes se humiliet, ne inflatos per angustam portã non traiiciat: quanquam superflua sit solicitudo, ne vbi feruet charitas, desit humilitas. Ex hoc meritò quia virgo Deo dicata debet esse melior, ideo eodem libro. Nos nec hoc in virginibus prædicamus quod sunt virgines, sed quod Deo dicatæ pia sunt continentia virgines. Nam quod non temerè dixerim, fœlicior mihi videtur nupta mulier quàm virgo nuptura: habet enim iam illa quod ista cupit, præsertim si nondum vel sponsa cuiusquam sit. Illa viro studet placere cui data est, hæc multis, incerta cui danda est: hæc vno pudicitiam cogitationis deffendit à turba, quod nõ adulterũ, sed maritũ quærit in turba. Vnde in eodem infra. Illa virgo coniugatę meritò præponitur, quę nec multitudinẽ se amandam proponit, cũ amorem vnius ex multitudine inquirit: nec se vni iam cõponit inuento, cogitans quæ sunt mundi, quomodo placeat viro: sęd speciosum forma præ filiis

Cap.52. Tom.VI. — Eccl.53. — Cap.11. — Cap.eod.inf.

A hominũ sic amauit, vt quia eum sicut Maria concipere carne non possit, ei tamen corde cõcepto etiam carnem integram custodiret. Et custodienda est, quia vt dicit eodem libro. Potestis facere vt virginitatis bonum à vobis pereat, sed facere nõ potestis vt perditum redeat. Est autem ipsa virginitas singularis miraculi etiã apud infideles. Nam vt refert lib.x. de ciuita. Dei. cap. xvj. Nauim qua simulachrũ Martis Phrygiæ vehebatur, multis hominũ bonumq; conatibus immobilem redditam, vna muliercula zona alligatam, ad suæ pudicitiæ testimoniũ mouit & traxit. Virgo vestalis, de cuius corruptione quæstio vertebatur, aqua impleto cribro de Tiberi neque perfluente, abstulit controuersiam. Est autem singularis præmij apud Christũ. Vnde in sermone B præallegato de assumpt. Virgi. Vt lectionum frequentium docemur affatu, ad sacrarum virginum obitum, ipse per se solet humani generis aduentare redemptor. Vnde lib. de sancta virginitate. Pergite sancti Dei, pueri & puellæ, mares & fœminæ cœlibes & nuptæ, pergite perseueranter in finem. Laudate Dominum dulcius, quã cogitatis vberius: sperate fœlicius, cui seruitis instãtius: amate ardẽtius, cui placetis attentius. Lumbis accinctis & lucernis ardentibus expectate Dominum quando veniat à nuptiis. Vos afferte ad nuptias agni cãticum nouum, quod cantabitis in citharis vestris. Et infra subdit ibidem. Sequimini agnum quocunq; ierit. Quo ire putamus hunc agnum? Quo nemo eum sequi vel audeat vel valeat nisi vos virgines? Quo putamus eum ire? In C quos saltus & prata? Vbi credo sunt grandia gaudia, nõ gaudia huius sęculi vana, insanię mẽdaces, nec gaudia qualia in ipso regno dei cæteris nõ virginibus erunt, sed à cæterorũ omnium gaudiorũ sorte distincta. Gaudium virginum Christi, de Christo, in Christo, cũ Christo, post Christũ, per Christum, propter Christum. Gaudia propria virginum Christi, non sunt eadẽ non virginũ quamuis Christi. Et eod. lib. Merito vos virgines sequimini agnum virginitate cordis & carnis quocunq; ierit. Quid est enim sequi, nisi eum imitari? Quia Christus pro nobis passus est, relinquẽs nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Hunc in eo quisq; sequitur, in quo imitatur: non inquantum ille filius Dei est vnus, per quem facta sunt omnia: Sed inquantum filius hominis quæ oporD tebat in se præbuit imitanda: & multa in illo ad imitandum omnibus proponuntur, virginitas autem carnis non omnibus: non enim habẽt quid faciant vt virgines sint, in quibus iam factum est vt virgines non sint. Sequantur itaq; cæteri fideles agnum qui virginitatem amiserunt corporis, nõ quocunque ille ierit, sed quousque ipsi potuerint. Possunt autem vbiq; præterquam cum in decore virginitatis incedit Beati pauperes spiritu, imitamini eum, qui propter vos pauper factus est cum diues esset. Beati mites, imitamini eum qui dixit, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Beati lugentes, imitamini eum qui fleuit super Hierusalem. Beati qui esuritis & sititis iustitiam,

Cap.29. — Tom.V. — Cap.27. Tom.VI. — Cap.eod.inf. — Cap.eod inf. — Cap.28.

imitamini eum qui dixit. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me. Beati misericordes, imitamini eum, qui vulnerato à latronibus & in via iacenti semiuiuo desperatóque subuenit. Beati mundo corde, imitamini eum qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Beati pacifici, imitamini eum qui pro suis persequutoribus dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Beati qui persequutionem patimini propter iustitiam, imitamini eum qui pro vobis passus est vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Hæc qui imitantur, in iis agnum sequuntur. Sed certè etiam coniugati possunt ire per ista vestigia, & si non perfectè in eadem forma ponentes pedes, veruntamen in eisdem semitis gradientes. Sed ecce ille agnus graditur itinere vriginali, quomodo post eum ibunt, qui hoc amiserunt quod nullo modo recipiunt? Vos ergo virgines sequimini eum quocunque ierit. Veruntamen vt dicit libro de bono coniugali, Sequentur pueri agnum cãtantes canticum nouum, sicut in Apocaly. scriptum est, qui cum mulieribus se non contaminauerunt, non ob aliud, nisi quia virgines permanserunt. Nec ideo arbitrentur se maiores esse primis patribus sanctis, qui nuptiis, vt ita dicam, non nuptialiter vsi sunt.

Cap. 29. *Tom. VI.*

VIRTVS. Definitur virtus. Libro iiij. contra Iulianum. Virtus est animi habitus, naturæ modo atque rationi consentaneus. Libro quarto de ciuitate Dei, cap. xxj. Virtus, ars bene rectèque viuendi à veteribus definita est. Vnde ab eo quod Græcè ἀρετὴ dicitur virtus, nomen artis Latinos traduxisse putauerunt. Libro decimo nono, capite tertio. Virtus est ars regendæ vitæ. Est aute virtus à Deo, eodem libro, capite xxv. licet à quibusdam tunc veræ & honestę putentur esse virtutes, cum referuntur ad seipsas: nec propter aliud expetuntur, etiã si tunc inflatæ ac superbæ sunt: & ideo non virtutes, sed vitia iudicantur. Sicut enim non à carne est, sed super carnem, quod carnem facit viuere: sic non est ab homine, sed super hominem, quod hominem facit beatè viuere: nec solùm hominem, sed etiam quamlibet potestatem virtutémque cœlestem. Lib. v. eiusdem, capite duodecimo. vbi dicit, Romanos duas edes coniunctissimas construxisse, virtutis & honoris, infra subdit. Honorem & imperium non debet sequi virtus, sed ipsam virtutem. Neq; enim est vera virtus, nisi quæ ad eum finem tendit, vbi est bonum hominis quò melius non est. Quia vt dicit lib. iiij. eiusdem, capi. xxj. Hęc enim veri Dei munera sunt, non sunt deæ. Veruntamen vbi est virtus & fœlicitas, quid aliud quæritur? Quid enim sufficit cui virtus fœlicitásque non sufficit? Omnia agẽda complectitur virtus: omnia optanda fœlicitas. Et lib. xix. eiusdem, capite quarto. Veræ virtutes nisi in eis quibus vera inest pietas, esse non possunt. Ideo in Epistola ad Bonifacium. Hoc primum cogita quando amaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis, do-

Tom. VII. *Tom. V.* *Tom. eod.* *Tom. eod.* *De virtute et fide loquitur, quas Pagani deas fecerant.* *Tom. II. Epist. 215.*

A num Dei est. Sic ergo cogitabis de dono Dei, non facere contra Deum. Distinguitur de virtute libro primo de consensu, quatuor Euangel. circa medium. Duæ virtutes propositæ sunt animæ humanæ: vna actiua, altera contemplatiua: illa qua itur, ista qua peruenitur: illa qua laboratur vt cor mundetur ad videndum Deum, ista qua vacatur & videtur Deus: illa in præceptis exercendæ vitæ huius temporalis, ista in doctrina vitæ illius sempiternæ. Ac per hoc illa operatur, ista quiescit: quia illa est in purgatione peccatorum, ista in lumine purgatorum. Describuntur & distinguũtur aliter. lib. de spiritu & anima. Habet anima virtutes quibus instruitur & armatur contra vitia. A prudentia nanque scit quomodo quid debeat facere: temperantiam habet contra

B prospera, fortitudinem contra aduersa: iustitiam qua scit quid cuique debeat reddere. Prudentia verò est scire quid possis: fortitudo facere quod possis: temperantia verò non præsumere quod non possis: iustitia non velle plusquam possis. Prudentia est in eligendis: temperantia in vtendis: fortitudo in tolerandis: iustitia in distribuendis. Prudentiæ est nihil pœnitendum appetere, & nihil præter iustum velle facere. Temperantiæ est nihil præter turpia timere, & quicquid agimus vel cogitamus ad rationis normam dirigere. Fortitudinis est terrenas cupiditates nõ solùm reprimere, sed penitus obliuisci. Iustitię est omnẽ cogitationẽ animi ad solũ Deũ dirigere, eúmq;, tanquã nihil aliud sit, sola mẽtis acie, intueri. Habet anima sacramẽtales virtutes quibus initiatur,

C id est, fidẽ, spem sacrum baptisma, sanctã vnctionem, confirmationẽ, & cætera quibus Deo consecratur. Habet etiã virtutes quibus proficit, & quibus Deo coniungitur, vt est humilitas, puritas, charitas. Humilitas eam Deo subiicit: puritas iungit, charitas vnit. Habet quoque anima vires quibus corpori commiscetur, quarum prima est naturalis, secunda vitalis, tertia animalis. Et sicut Deus trinus & vnus, verus & perfectus omnia tenet, omnia implet, omnia sustinet, omnia superexcedit, omnia circumplectitur: sic anima iis tribus viribus per totum corpus diffunditur, non locali distensione, sed vitali animatione †. Naturalis virtus operatur in hepate sanguinem & alios humores, quos per venas ad omnia corporis membra transmittit vt inde augeantur & nutriantur.

D Vis ista quadrifaria est: diuiditur nanque in appetitiuam, retẽtiuam, expulsiuam, & distributiuam. Appetitiua quæ sunt necessaria corpori appetit. Retentiua sumpta detinet, donec ex illis vtilis digestio fiat. Expulsiua quæ nocitura & superflua sunt expellit. Distributiua bonos humores ciborum omnibus membris distribuit prout cuique expedit. Et infra subdit. Quomodo vis vitalis est in corde: & vis animalis in cerebro. Distinguũtur autem virtutes propter fines. Libro quarto, contra Iulianum, capite sexto. Non officiis sed finibus à vitiis discernendæ sunt virtutes. Officium autem est quod faciendum est: finis autem, propter quid faciendum. Cum itaq; facit homo aliquid

Tom. IIII. *Cap. 20.* *Tom. III.* *Animæ virtutis.* *Vires animæ.* *† Aliàs, intensione.*

aliquid, vbi peccare non videtur, sed non propter hoc facit, propter quod facere debet peccare conuincitur. De theologicis virtutibus, dicit in Epistola ad Probam. Tres virtutes significantur per illa tria petenda. Nam fides significatur in pisce, vel propter aquam baptismi, vel quod in huius sæculi fluctibus integra est: cui contrarius est ille serpens, qui vt non crederetur Deo, venenosa fraude persuasit. Spes in ouo, quia vita pulli nondum est, sed futura est: nec iam videtur, sed adhuc speratur: spes enim quę videtur, nō est spes: cui contrarius est scorpius, quoniā qui sperat æternam vitam, quę retro sunt obliuiscitur, & in anteriora se extendit: cui noxium est retro respicere, Scorpius autem ex ea parte cauendus est, quę venenatam & aculeatam caudam retrorsum habet. Charitas, in pane, maior enim bonorum est charitas, & in cibis vtiq; vincit cætera panis vtilitas: cui cōtrarius est lapis, quoniam dura corda respuunt charitatem. Hæc vtiq; petere debemus. De cardinalibus verò dicit. lib. lxxxiij. quæstionū. Quatuor sunt virtutes, quibus in hac vita spiritualiter viuimus, prudentia, temperantia, fortitudo & iustitia. Quarum prima, est agnitio rerum appetendarum & fugiendarum: secunda est refrenatio cupiditatis ab iis quę temporaliter delectant: Tertia est firmitas animi aduersus ea quæ temporaliter molesta sunt: Quarta, quæ per cæteras diffunditur, est dilectio Dei & proximi. Sunt autē prædictæ virtutes omnes simul. Lib. de sententia Iacobi, ad Hiero. Qui vnā virtutē habuerit, habet omnes: & omnes desunt, cui vna defuerit: Prudentia enim, nec ignaua, nec iniusta, nec intemperans potest esse. Nam si aliquid horū defuerit, prudentia non erit. Porrò prudentia tunc erit, si & fortis & iusta & temperās sit, profectò vbi fuerit, secum habet cæteras. Sic & fortitudo imprudens esse nō potest, vel intemperans, vel iniusta: Sic tēperantia necesse est vt prudens, & fortis, & iusta sit: sic iustitia non est, si non fuerit prudens, fortis, & temperans. Ita vbi est vna aliqua earum, & aliæ similiter sunt: vbi autem aliæ desunt, vna illarum non est, etiam si aliquo modo similis esse videatur.

Tom. II. Epist. 121. Cap. 8. — *Tom. V.* — *Tom. II. Epist. 19* — *Virtutum cathena.*

Quod prædictæ virtutes sunt in hac vita necessariç. Ideo arguunt nostram miseriam. Lib. xix. de ciui. Dei. cap. iiij. Sapiens contra libidines conflictum habet. Quid illa virtus quæ prudentia dicitur? Nonne tota vigilantia sua bona discernit à malis, vt in illis appetendis, istísq; vitandis, nullus error obrepat? Ac per hoc & ipsa nos in malis, vel mala in nobis esse testatur. Ipsa enim docet malum esse ad peccandum consentire, bonúmq; esse ad peccandum non consentire libidini. Illud tamen malum est, cui non consentire docet nos prudentia, facit & tēperantia: qua carnales libidines frænantur, ne in quęque flagitia mentem consentientem trahant. Sed nec prudentia nec temperantia tollit huic vitæ hoc malum. Quid iustitia cuius munus est cuique sua tribuere? Vnde fit in homine ipso quidā iustus ordo naturæ, vt anima subdatur Deo, & animæ caro, ac per hoc Deo & anima & caro. Nonne demōstrat in eo se adhuc opere laborare potius quàm in huius operis iam fine requiescere? Tanto quippe cuius anima subditur Deo, quanto minus Deum in ipsis suis cogitationibus concipit: & tanto minus animæ subditur caro, quanto magis aduersus spiritum concupiscit. Quandiu ergo nobis inest hæc infirmitas, hæc pestis, hic languor, quomodo iam nos saluos, & si nondum saluos, quomodo iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus? Iam verò illa virtus, quæ est fortitudo, in quantacūq; sapientia euidentissima testis est humanorum malorum, quæ cōpellitur patientia tolerare. Virtus agit cum vitiis perpetua bella. Ibidem. Porrò ipsa virtus, quæ non est inter prima naturæ, quoniam eis postea doctrina introducente superuenit, cū sibi bonorum culmen vendicet humanorū, quid hîc agit, nisi perpetua bella cum vitiis: nec exterioribus, sed interioribus: nec alienis, sed planè nostris & propriis: & maximè illa quæ Græcè σωφροσύνη, Latinè temperātia nominatur, qua carnales frænantur libidines, ne in quæ flagitia mentem consentientē trahant? Neq; enim nullum est vitium, cū sicut dicit Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum: cui vitio contraria est virtus, sicut idē dicit, Et spiritus concupiscit &c. Vnde quæ sit vera virtus. Lib. eod. capi. x. In hoc loco infirmitatis & diebus malignis solicitudo nō est inutilis: vt illa securitas, vbi pax plenissima atque certissima est, desiderio feruentiori quæratur. Ibi enim erunt naturæ munera, hoc est, quæ naturæ nostrę ab omni creaturarum creatore donantur: non solùm bona, verum etiā sempiterna: non solùm in animo, qui sanatur per sapientiā, verùm in corpore quod resurrectione renouabitur. Ibi virtutes non cōtra vlla vitia vel mala quæcunq; certantes, sed habentes victorię præmium, æternā pacem, quā nullus aduersarius inquietat. Ipsa enim est beatitudo finalis, ipsa perfectionis finis, qui cōsumentem non habet finem. Hîc autē dicimur quidem beati, quando pacem habemus, quantulacunque hîc haberi potest in vita bona. Sed hæc beatitudo illi, quam finalem dicimus, beatitudini comparata, prorsus miseria reperitur. Hanc ergo pacem, qualis hîc potest esse, mortales homines in rebus mortalibus quando habemus, si rectè viuimus, bonis eius rectè vtitur virtus, quando verò eam non habemus, etiam malis quæ homo patitur, bene vtitur virtus. Sed tunc est vera virtus, quando & omnia bona, quibus bene vtitur, & quicquid in bono vsu bonorum & malorum facit, & seipsam ad eum finem refert, vbi nobis talis & tanta pax erit, qua melior & maior esse non possit. In alia vita non erit vsus earum necessarius. Super Psalmum octogesimum tertium. Virtutes agendæ vitæ nostræ quatuor describuntur à multis, & in scriptura inueniuntur. Prudentia dicitur, qua dignoscimus inter bonum & malum. Iustitia dicitur, qua sua cuique tribuimus, nemini quicquam debentes, sed inuicem diligentes. Tēperantia dicitur, qua libidines refrenamus. Fortitudo dicitur, qua omnia molesta toleramus. Istæ virtutes in conualle plorationis per

Tom. V. — *Cap. eod. sup.* — *Gal. 5.* — *Tom. VIII.* — *Quatuor virtutes si maneant in patria.*

gratiam Dei dantur nobis. Ab iis virtutibus imus A in illam virtutem, quæ erit solius contemplationis Dei. Necessaria ibi non erit ista prudentia, nulla mala occursura sunt quæ vitemus: Non ista iustitia, vbi nulla erit cuiusque indigentia, cui subuenire debeamus: Non ista temperantia, vbi nulla libido frænanda: Non ista fortitudo, vbi nulla erunt mala toleranda. Ergo ab iis virtutibus huius actionis imus in virtutem illius contemplationis, qua contemplemur Deum.

Libro decimo quarto. de Trini. capite nono. Tom. III. Virtutes quibus in hac mortalitate bene beatéque viuitur, cū ad æterna perduxerint non desinent: & maximè iustitia in illa beatitudine esse non desinet: sed talis ac tanta erit, vt perfectior & maior esse non possit. Fortassis & aliæ tres virtutes, B vt prudentia sine vllo iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerādorum malorum, temperantia sine repugnatione libidinum erit in illa fœlicitate: vt prudentiæ sit nullum bonum Deo præponere vel æquare, fortitudinis ei firmissimè cohærere, temperantiæ nullo defectu noxio delectari. Nunc autē quod agit iustitia in subueniendo miseris, quod prudentia in præcauendis insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia in cohærcendis delectationibus prauis, non ibi erit, vbi nihil omnino erit mali: Ac per hoc ista virtutum opera, quæ huic mortali vitæ sunt necessaria, sicut fides ad quam Tom. II. referenda sunt, in præteritis habebuntur. In Epist. 52. Epistola. j. ad Macedonium. In beata vita nō prudenter discernentur à bonis mala, quia non erunt: nec fortiter aduersa tolerabuntur, quia nō ibi erit C nisi quod amemus, nō quod toleremus: nec temperanter libido frenabitur, quia nulla eius incitamenta sentiemus: nec iuste subuenietur ope indigentibus, quia ibi inopem & indigentem non habebimus. Vna ibi erit virtus, & idipsum erit virtus, præmiúmq; virtutis, quod dicit in sanctis eloquiis homo qui hoc amat. Mihi adhærere Deo bonum est. Hæc erit ibi plena & suprema sapientia, eadémque vita veraciter iam beata. Peruētio quippe est ad æternum ac summum bonum, cui adhærere in æternum est finis nostri boni. Et dicitur hæc & prudentia, quia prospectissimè adhærebit bono, quod non admittatur: & fortitudo, quia firmissimè adhærebit bono vnde non auellatur: & temperantia, quia castissimè adhærebit bono, vbi non corrumpatur: & iustitia, quia re- D ctissimè adhærebit bono, cui meritò subiiciatur. Quanquam & in hac vita virtus non est, nisi diligere quod diligendum est. Id eligere, prudentia est: nullis inde auerti molestiis, fortitudo est: nullis illecebris, temperantia est: nulla superbia, iustitia est. Vnde claram ponit huius sententiæ conclusionem. In eadem epistola, circa finem. Ipsis quatuor virtutibus Diuinitus impartitis, & bona vita nunc agitur, & postea præmium eius, quæ non æterna esse potest, beata vita persoluitur. Hîc enim sunt ædem virtutes in actu, ibi in effectu: hîc in opere, ibi in mercede: hîc in officio, ibi in fine. Huius ratio habetur. libro Tom. III. decimo quarto de Trinitate. Virtutes quibus, si veræ sunt, in hac mortalitate ideo bene viuitur, vt beatę in illa, quæ Diuinitus ꝑmittitur, immorlitate viuatur. Simile est de theologicis virtutibus. Libro duodecimo super Genes. Fides, est Cap. 31. Tom. III. qua credimus ea quæ nondum videmus: & spes, qua futura cum patientia expectamus: & ipsa patientia, qua omnia toleramus aduersa, donec quò volumus, veniamus. Istę quippe & huiusmodi virtutes, quæ propter transgrediendam istam perigrinationem valde necessariæ sunt, non erunt in illa vita, propter quam adipiscendam sunt necessariæ. Et tamen intellectualiter videntur. Tom. III. Pertinent virtutes ad animam, non ad corporis sensus. Libro xv. de Trinitate. Virtutes, quæ sunt artes agendæ vitæ, quę manifesta ratione cernuntur & scientia continentur, oriuntur in animo, non pertinent ad corporis sensus. De virtutis Tom. I. valitudine. Libro primo de libero arbitrio. Virtutem omnem non dubitamus omni vitio anteponere: vt virtus quanto melior atque sublimior, Cap. 6. tanto firmior inuictiórque sit. Ibidem subdit. Nullus vitiosus animus, virtute armatum superat Tom. I. animum. Libro de moribus Ecclesiæ. Nemo dubitat, quin virtus faciat animam optimam.

Vnde libro de salutaribus documētis, loquens Tom. IIII. de virtutibus dicit. Heæ sunt veræ diuitiæ nostræ. Nam pudicitia pudicos facit nos: Iustitia iustos: Pietas pios: Humilitas humiles: Mansuetudo mansuetos: Innocentia innocentes: Simplicitas simplices: puritas puros: Prudentia prudentes: Temperantia temperatos: Charitas Deo & hominibus nos facit charos. Hæc bona à bono Deo condita. Si in illo esse volumus, tales esse debemus. Tom. II. Epist. 52. A Deo debent recognosci. In præallegata Epistola ad Macedonium. Virtuosum te esse arbitror, si virtutes quas accepisti, à quo acceperis sentiens, eíque gratias agens, eas ad ipsius cultum etiam in tuis istis sæcularibus honoribus conferas, tuéque potestati subditos homines ad eum colendum exemplo tuæ religiosæ vitæ & ipso studio consulendi, seu fauendo, seu terrendo erigas & adducas.

VIs. A Christo sunt nobis vires. In sermone primo de sancto Vincentio. Quid est homo, nisi quod Christus melior est eius? Aut quæ vires pulueris, nisi illo adiuuante qui nos fecit ex puluere: vt qui gloriatur, in Domino glorietur?

VIsio. Visus & videre Dei qui sit, Tom. IIII. dicit libro de essentia Diuinitatis Dei. Gen. 1. Videre Dei, est bona opera approba- Isai. 59. re: sicut vidit Deus lucem quod esset bona & cætera. Vel eius videre, est mala hominum scientera. Vel eius videre, est mala hominum scienter do reprobare: Sicut in nullum legitur, Vidit Deus, & malum est in oculis eius. Vel videre eius, est nos videntes, id est, scientes facere: vt in Psalmis, Proba me Deus, & cætera. De Tract. 121. sensu autem visus quo ad nos, dicit quod gerit Tom. IX. vicem omnium sensuum. Super Ioan. Super illud, Quia vidisti me Thoma credisti. Non ait, Tetigisti me: sed, vidisti me: quoniam generalis

lis quodammodo ſenſus eſt viſus. Nam & per alios quatuor ſenſus nominari ſolent, vel vt cũ dicimus, Audi & vide quàm bene ſonet, olfac & vide quam bene oleat, guſta & vide quàm bene ſapiat, tange & vide quàm bene caleat. Vbique ſonuit vide, cum viſus propriè non negetur ad oculos pertinere. Vnde & hîc ipſe Dominus. Infer digitum huc, & vide manus meas. Quid aliud ait, quam tange & vide? Nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo ſiue intuendo, ſiue etiam tangendo, quia vidiſti me, inquit, credidiſti.

Tom.II. Epiſt.112. Cap.2. Libro de videndo Deũ ad Paulinam. Cum ſint quinque corporis ſenſus, cernendi, audiendi, olfaciendi, guſtandi, & tangendi: viſus quidam in eis præcipuè oculis attributus eſt: veruntamen hoc verbo, video, vtimur incæteris. Neque enim tantum dicimus, Vide quid luceat: ſed, & vide quid ſonet: vide quid oleat: vide quid ſapiat: vide quid caleat.

Lib.quæſt. 65. Quæſt.63. Tom.IIII. De viſione diſtinguitur. Libro de diuerſis quæſtionibus ad Oroſium. Tria ſunt genera viſionum: prima eſt corporalis, quæ fit per corpus: ſecunda, ſpiritualis, cum imagines rerum quas videmus in memoria condimus: tertia, intellectualis, cum ea quæ corporaliter videmus, & imaginaliter in memoria retinemus & intellectu diſcernimus.

Cap.6. Tom.III. Libro duodecimo, ſuper Geneſ. Triplex eſt viſio vel genus viſionis, In hoc vno præcepto, Diliges proximum tuum tanquam teipſum: tria genera viſionum occurrunt. Vnum per oculos, quibus ipſe literæ videntur: alterum per ſpiritum hominis, quo proximus etiam abſens cogitatur: tertium per contuitum mentis, quo ipſa dilectio intellecta conſpicitur. Primum appellamus corporale, quia per corpus percipitur, & corporis ſenſibus exhibetur: Secundũ ſpirituale, quicquid enim corpus nõ eſt, & tamen aliquid eſt, iam rectè ſpiritus dicitur: & vtique non eſt corpus, quamuis corpori ſimilis ſit imago abſentis corporis: nec ille obtuitus, quo cernitur. Tertium verò intellectuale, ab intellectu.

Cap.13. Et ſubdit infra. Viſio corporalis refertur ad ſpiritualem, & ſpiritualis ad intellectualem.

Cap.24. Et comparat ad inuicem iſta. Eodem libro. Præſtantior eſt viſio ſpiritualis quam corporalis, & rurſus præſtantior intellectualis quam ſpiritualis.

Cap.25. Fallitur enim anima in corporali viſione, cum in ipſis corporibus fieri putat quod fit in corporeis ſenſibus. Sicut nauigantibus videntur moueri quæ ſtant in terra, & intuentibus cœlum ſtare ſydera, quæ mouentur, & diuaricatis radiis oculorum, duas lucernæ ſpecies apparere, & in aqua remus infractus, & multa huiuſmodi. Aut cum putat aliquid hoc eſſe, quod ſimiliter coloratum eſt: vt ignotus annulus contrectatus in tenebris, putatur aureus, cum ſit æreus. Aut cum repentinis inopinatiſque corporalibus viſis anima turbata vel in ſomnis videre ſe putat, vel aliquo huiuſmodi ſpirituali viſo afficitur. In viſione autem ſpirituali, id eſt, in corporum ſimilitudinibus, quæ ſpiritu videntur, fallitur anima, cum ea quæ ſic videt, ipſa corpora eſſe arbitratur: vel quod

A ſibi ſuſpicione falsáque coniectura finxerit, hoc etiam in corporibus putat, quæ non viſa coniectat. At verò illis intellectualibus viſis fallitur: aut enim intelligit, & verum eſt: aut ſi verum non eſt, non intelligit. Vnde aliud eſt errare in iis quæ videt, aliud ideo errare quia non videt.

Cap.24. Tom.III. Diffuſius pertractatiſta. Libro de ſpiritu & anima. Iſta tria genera viſionum manifeſta ſunt. Primum corporale, quo per corporis ſenſus corpora ſentiuntur. Secundum ſpirituale, quo corporum ſimilitudines ſpiritu, non mente cernuntur. Tertium intellectuale, quo ille res quæ nec corpora, nec corporeas formas habent conſpiciuntur.

Quæ viſione fallatur anima, quæ non. Intellectuali viſione nunquã fallitur anima: aut enim intelligit, & verum eſt: aut ſi verum non eſt, B non intelligit. In viſione autem corporali, ſæpe fallitur anima: cum in ipſis corporibus fieri putat, quod fit in corporeis ſenſibus. Sicut nauigantibus videntur in terra moueri, quæ ſtat: & intuentibus cœlum, ſydera ſtare, quæ mouentur: & diuariatis radiis oculorum, res vna duas formas habere videtur, & vnus homo duo capita, & in aqua remus confractus, & multa huiuſmodi. In ſpirituali autem viſione anima fallitur, & illuditur, quando ea quæ videt aliquando vera, aliquando falſa, aliquando perturbata, aliquando tranquilla ſunt. Ipſa autem vera, aliquando futuris ſunt omnino ſimilia, vel à parte dicta, aliquando obſcuris ſignificationibus & quaſi figuratis loquutionibus prænuntiata.

Ecſtaſis. In ecſtaſi verò quando ab omnibus corporis ſenſibus alienatur & auertitur anima, C amplius quàm in ſomno ſolet, ſed minus quàm in morte, non fallitur. Sed ipſa mente Diuinitus adiuta, vel aliquo ipſa viſa exponente, ſicut in Apocaly. Ioan. exponebantur, magna reuelatio eſt. Cum enim bono ſpiritu aſſumitur anima, falli non poteſt, quia ſancti Angeli miris modis viſa ſua facili quadam ac præpotenti vnitione vel commixtione noſtra eſſe faciunt, & viſionem ſuam quodam ineffabili modo in ſpiritu noſtro informant. Ipſi ſiquidem iis corporalibus iudicandis atque miniſtrandis præſunt, & eorum ſignificatiuas ſimilitudines in ſpiritu ita diſcernunt, & tanta potentia quodam modo tractant, vt etiam eas poſsint hominum ſpiritibus reuelando miſcere. Inde eſt quod An-

Mat.1.& 2. D gelus Domini apparuit Ioſeph in ſomnis dicens, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Et iterum: Tolle puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Deus etiam per Prophetam dicit, Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt. Iohel. 2.

Sunt autem alia viſa vſitata & humana, quæ vel ex ipſo ſpiritu noſtro multipliciter exiſtunt, vel ex corpore ſpiritui quodammodo ſuggeruntur, ſicut fuerimus affecti à carne vel animo. Non ſolùm autem vigilantes homines curas ſuas cogitando verſant in ſimilitidunibus corporum, verum etiam dormientes hoc ſæpe ſomniant,

quo indigent. Nam & negotia sua gerunt ex animi cupiditate, & epulis poculísque inhiant instanter, si fortè esurientes sitientésque dormierunt. Vigilantibus etiam occulto quodam instinctu ingestas esse cogitationes quas diuinarent nouimus: Sicut Cayphas pontifex Prophetauit, cum eius intentio prophetandi voluntatem non haberet. Multa videt anima, & eadem natura est omnium visionum, siue in vigilantibus, siue in dormientibus, siue in ægrotantibus: quoniam non ex alio genere sunt quæ videntur, quam ex natura spiritus, de quo, vel in quo fiunt similitudines corporum. Visa siquidem phreneticorum, similia sunt visis somniantium: obturatas nanque vias sentiendi habent, vt videant quod somniantes vident. Visa etiam somniantium, similia sunt cogitationibus vigilantium. Dormientibus quippe in cerebro consopitur via sentiendi, quæ intentionem ad oculos ducit. Ideóque ipsa intentio in aliud versa, cernit visa somniorum tanquam species corporales adsint, vt sibi dormiens vigilare videatur, & non similia corporibus, sed ipsa corpora intueri se putet. Ego autem multò amplius admiror & vehementius stupeo, quanta celeritate atque facilitate in se anima fabricet imagines corporum, quas per corporis oculos viderit, quam phreneticorum, vel somniantium vel etiam in ecstasi visiones. Quæcunque tamen illa natura visorum est, proculdubio corpus non est. Non enim corpora visa illas imagines in spiritu faciunt, nec eam vim habent vt aliquod spirituale forment, sed ipse spiritus in seipso celeritate mirabili, vt pote spiritualis, rationalis atque intellectualis. Discernitur inter eas à mente nostra. Libro de videndo Deum ad Paulinam. epistola ceutesima duodecima. ca. decimo sexto. Quamuis alia mente, alia corpore videamus, horum tamen duorum generũ ipsa discretio videtur mente nõ corpore, & ea quæ mẽte conspiciuntur, non indigent corporis sensu, vt ea vera esse nouerimus. Quæ autem per corpus videntur, nisi mens asit quæ talia nuntiata suscipiat, nulla possunt scientia contineri: & quæ nuntiata quasi suscipere perhibetur, foris ea reliquit. Sed eorum imagines, id est, corporeas similitudines corporum incorporaliter commendat memoriæ, vnde cum voluerit & potuerit, velut de custodia productas atque in conspectu cogitationis exhibitas iudicet. Et cum volet etiam duo ista discernit, videlicet quid in specie corporali reliquerit, & quid eius simile intus conspiciat: & illud absens, hoc præsens esse dignoscit. Sicut me absente faciem meam cogitas, & illa tibi est imago præsens. Absens autem facies, cuius imago est hoc corpus. Illa verò incorporea corporis similitudo est. In Epistola ad Euodium. Sunt visiones quæ apparent spiritui tanquam corporis sensibus, non solùm dormientibus vel furentibus, sed aliquando sanæ mentis vigilantibus: non per fallaciam illudentium dæmonum, sed per aliquam reuelationem

Visionum alia genera.

Tom. II. Epist. 112. Cap. 16.

Tom. II. Epist. 103.

A spiritualem, que fit per formas incorporeas corporibus similes: quæ discerni omnino non possunt, nisi Diuino adiutorio plenius reuelentur, & mentis intelligentia diiudicentur, vix aliquando cum fuerint, sed plerunque postea cum transierint. Quæ cum ita sint, siue in naturis corporeis, siue in sola specie corporali, natura autem spirituali nostro spiritui tanquam sensibus corporis apparere videantur, quando hæc sacra scriptura commemorat cuius istorum duorum generis sint, & vtrum mediante viua creatura fiant, si corpore fiunt, iudicare temerè non debemus: dum tamen creatoris, hoc est summæ atque ineffabilis trinitatis inuisibilem, in cõmutabilémque

B naturam, & à mortalium carnalium sensibus, & ab omni conuertibilitate, siue in melius, siue in deterius, siue in quodlibet aliud atque aliud remota atque discreta, vel sine vlla dubitatione credamus, vel qualicunque etiam intelligentia capiamus. Et mentalis visio melior est. Ideo super Psalmum quinquagesimum septimum. Non est magnum visio carnis, sed cordis. Nam Thobias non habebat carnis oculos, & filius ipsius habebat: Ille non habebat, & viam vitæ cæcus videnti ostendebat. Et mente videtur Deus. In commonitorio de videndo Deũ, ad Fortunatũ Succensem episcopum. Melius id affirmamus, vnde minimè dubitamus, quod homo interior videbit Deũ, qui modo solus potest videre charitatem. Quæ cũ laudaretur, dictũ est,

C Deus charitas est: solus potest videre pacem & sanctificationem & si qua sunt similia, quæ non videt modo vllus oculus carnis: quæ tamẽ omnia iam videt oculus mentis, tanto purius, quanto purior. In sermone decimo sexto de Ioan. baptista. Rationale animal te fecit Deus. Præponit te pecoribus, ad imaginem suam te formauit. Vti ergo non debes oculis sicut pecus, vt tantum videas quid addas ventri & non menti. Erige ergo rationalem aspectum, & vide oculis vt homo. Intende in cœlum & terram, ornamenta cœli, fœcunditatem terræ, volatus auium, natatus piscium vim seminum, ordinem temporum. Vide facta, & quære factorem. Aspice quæ vides, & quære quæ non vides. Crede in eum quem non vides, propter ista quæ vides. Apostolum audi

D dicentem, Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciũtur. Non potest Deus videri oculo corporali. libro primo de Tri. capite sexto. similem sententiam diffusius ponit in Epistola ad Italicam. Videri Diuinitas humano visu nullo modo potest: sed eo visu videtur, quo iam qui vident non homines, sed vltra homines sunt. Huius ratio habetur libro duodecimo super Gene. Incorporea natura non potest videri per corpus. Ideo eodem libro. In illa specie qua Deus est, nemo eum videt viuens vita ista, qua mortaliter viuitur in istis sensibus corporis. Sed nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, siue omnino exiens de corpore, siue ita alienatus à carnalibus sensibus, vt meritò nesciat, sicut Apostolus ait, vtrum in subue

Tom. VIII.

Tom. III.

Tom. III.

Tom.IX. corpore, an extra corpus sit, non in illa rapitur & subuehitur visionem. Vnde sic orabat Deum Libro soliloquiorũ ad Deum, c. primo circa medium. Cur Domine faciem tuam abscondis? Dicis fortè, Non videbit me homo & viuet. Eia Domine, moriar vt te videam. Nolo viuere, volo mori: Cupio dissolui & esse cum Christo: Mori desidero, vt videam Christum, Viuere renuo, vt viuam cum Christo. Domine Iesu accipe spiritum meum.

Tom. IIII. Quod in præsenti vita non videtur Deus corporaliter, sed mentaliter. Lib. de essentia Diuinitatis Dei, versus fi. In præsenti vita nullus est tam sanctus, nemo ita perfectus ex electis Dei, qui ipsum Deum in essentia Diuinitatis suæ sicuti est, viderit nunquam, aut videre poterit, ipso testante ad Mosen: Non videbit me homo & viuet. Ac si diceret. Nemo quandiu mortaliter viuit, Deum videre non poterit. Vident enim sancti in præsenti vita Deum, non ita vt est in substantia sua, sed per speculum in ænigmate: postea autem facie ad faciem. Vident in hac vita credendo, non corporis oculis cernendo. Videre enim Deũ, est rectè in illum credere, & ex corde diligere.

Cap. 3. Tom. IX. Lib. de symbolo. tractatu iij. Non videtur Deus noster oculis carnis, sed videtur oculis mentis: non videtur ad tempus, sed videtur in æternum. Dicit mihi Paganus, Ostende mihi quem colis. Respõdeo: Ego quidem habeo etiam modo quem tibi ostendam, sed non habes oculos vnde videas. Beati enim, ait saluator noster, mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cor immundum, & tenebris peccatorum obuolutum, Deum quærit videre? Lux lucet in tenebris, sed tenebræ eam non comprehenderunt. Nunquid quia cæcus non videt, ideo lux non lucet? (Mat. 5.)

Tom. II. Epist. 12. Cap. 6. Lib. de videndo Deum ad Paulinam. Neque in loco Deus videtur, sed in mundo corde: nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circunscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et cum absens putatur, videtur: & cum præsens est, non videtur.

Cap. 8. Ibidem. Inuisibilis est natura Deus, non tantum pater, sed ipsa trinitas vnus Deus. Et quia non tantum inuisibilis, verum etiam incommutabilis sic apparet quibus voluerit, & in qua voluerit specie, vt apud eum integra eius maneat inuisibilis incommutabilisque natura. Desiderium autem veraciter piorum quo videre Deum cupiunt, & inhianter ardescunt, non opinor in eam speciem contuendam flagrat, qua vt vult, apparet quod ipse non est, sed in eam substantiam qua ipse est quod est.

Cap. eod. inf. Et infra subdit. Nemo potest faciem Dei videre & viuere, id est, nemo potest eum in hac vita viuens videre sicuti est. Nam multi viderunt, sed quod voluntas elegit, nõ quod natura formauit.

Cap. 14. Et subdit infra. Quomodo autem ipsa Dei substantia videri potest à quibusdã in hac vita positis, propter illud quod dictum est ad Mosen, Nemo potest faciem meã videre & viuere: nisi quia potest humana mens Diuinitus rapi ex hac vita ad Angelicam vitam, antequam per istam communem mortem carne soluatur. Sic enim raptus est qui audiuit illic ineffabilia verba, quæ nõ licet homini loqui: vbi vsq; adeo facta est ab huius vitæ sensibus quędam intentionis auersio, vt siue in corpore, siue extra corpus fuerit, id est, vtrum vt solet in vehementiori ecstasi mens ab hac vita in illam vitam fuerit alienata manente corporis vinculo, an omnino resolutio fuerit facta qualis in plena morte contingit, nescire se diceret. Ita fit, & illud verum sit quod dictum est, Nemo potest faciem meam videre & viuere: quia necesse est abstrahi de hac vita mentem, quando in illius ineffabilitatem visionis assumitur, & non sit incredibile quibusdã sanctis nondum ita defunctis, vt sepelienda cadauera remanerent, etiam istam excellentiam reuelationis fuisse concessam.

Cap. 9. Tom. IX. Lib. de cognitione veræ vitæ. Visio Dei facie ad faciem, regnum cœlorum vocatur, quia extra hoc corporeum cœlum, imò extra omnem locum, Angeli & iusti qui cœli nominantur, hac visione fruuntur. Idcirco etiam quamuis Deus in omnibus creaturis essentialiter manere credatur, propriè in cœlis vel in iustis habitare prædicatur: quia ipsi in habitationem eius fruendo sentiunt, & eum omnibus rebus inesse gaudentes conspiciunt, quem sibi minimè adesse cognoscunt qui terrena diligunt. Sicut enim videns & cæcus in sole stantes, videns claritate solis fruitur videndo, cæcus lumine eius priuatur, & quamuis solis præsentia vtrique æque assit, non tamen eius præsentiam æqualiter vterque sentit: sic Deus hos inhabitare dicitur, qui eius præsentia facie ad faciem videndo vt Angeli, aut per contemplationem speculando vt sancti iusti, in hac vita fruuntur: in iis autem non esse dicitur, qui eius visione priuantur, Vnde & regnum cœlorum intra nos esse prædicatur, quia visio Dei omnipotentis, quæ regnum cœlorum, id est, iustorum nominatur, in angelis & in iustis contemplatur. Tom. VI.

Lib. j. contra Maximinum Arrianum. Quando se patribus Diuinitas ostendebat, per subiectã creaturam se visibilem demonstrabat. Nam per ipsam suam naturam vsque adeò inuisibilis est, vt ipse Moses ei, cum quo facie ad faciem loquebatur, diceret, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi teipsum: Manifestè enim volebat eum videre, sicut videbitur oculis cordis. Beati enim mundo corde quoniã ipsi Deum videbunt. Cap. 26. Tom. eod.

Lib. iij. contra eundem. Per subiectam creaturam, & pater videri potuit & filius & Spiritus sanctus: per suam verò substantiam, nullus eorum visus est. Hoc quippe in futura vita promittitur sanctis. Cap. eod. inf.

Et infra subdit. Ego Diuinitatem patris & filij & Spiritus sancti in sua natura atque substantia oculis mortalibus inuisibilẽ dico. Eã verò se in formas sensibiles vertere, absit vt dicã, quia & immutabilem dico. Restat ergo vt aspectibus humanis quãdo se ostẽdit vt voluit, per subiectã intelligatur hoc fecisse creaturã, quæ potest oculis apparere mortalibus. Tom. VI.

In ser. super illud, Ego sum qui sum. Natura propria Deus pater & fi. & Spiritus sanctus id est, trinitas inuisibilis est. Apparuit autẽ quãdo voluit &

A cui voluit, non vt est, sed vt voluit, cui seruiunt omnia. Si enim anima tua cum sit inuisibilis in corpore tuo per quod appareat profert vocem, & vox in qua apparet anima tua cum loqueris, non est substantia animæ tuæ, aliud enim est illa, aliud est vox, & tamē apparet, & in ea re quæ ipsa non est: sic & Deus si in igne apparuit, non est ignis: si in fumo, non est fumus: si in sono, non est sonus: Non sunt hæc Deus, sed indicant Deum.

Tom. II. Epist. 112. Cap. 15. Vnde sic determinat quæstionem istam. Lib. prædicto de videndo Deum ad Paulinam. Si quæris, vtrum possit Deus videri? Respondeo, potest. Si quæris, vnde sciam? Respondeo, quia in veracissima scriptura legitur, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Si quæris, quomodo dictus sit inuisibilis si potest videri? Respondeo, Inuisibilem esse natura, videri autem cum vult & sicut vult: plurimis enim visus est, non sicuti est, sed quali specie illi placuit apparere. Si quæris, quomodo eum vidit Cain sceleratus, quando de suo scelere ab illo interrogatus & iudicatus est: vel etiam ipse diabolus, quando venit cum Angelis vt coram illo assisteret, si beati mundicordes, quoniam ipsi Deum videbunt? Respondeo, non quidam esse consequens, vt etiā videant Deum, qui ab eo facta aliquādo audiūt. Neque enim viderunt eum qui audierunt quando dixit ad filium: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Veruntamen non esse mirandum, si aliqui etiam non mundo corde viderint Deum in specie, quam voluntas eius fecerit latente inuisibili & apud se manente incommutabili natura. Si quæris, vtrum etiam sicuti est possit aliquando videri? Respondeo, Filiis hoc esse promissum, de quibus dictum est. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eū sicuti est. Si quæris vnde eum videbimus? respondeo, vnde Angeli vident, quibus tunc erimus æquales. Sicut enim videntur ista quæ visibilia nominantur, Deum nemo vidit vnquam, nec videre potest. Si quæris vnde sciam? respondeo, quia lucem habitat inaccessibilem, & est natura inuisibilis sicut & incorruptibilis; quæ contextim posuit Apostolus dicens, Regi sæculorum immortali & incorruptibili: quia sicut nunc est incorruptibilis nec tamen postea corruptibilis, ita non solùm nunc, sed etiam semper inuisibilis. Nec in loco enim videtur, sed mundo corde nec corporalibus oculis quæritur nec circunscribitur visu, nec tactu tenetur nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Vnigenitus autē filius qui est in sinu patris Deitatis naturā atq; substātiā insonabiliter narrat, vt ideo dignis idoneísque tanto conspectu oculis etiam inuisibiliter monstrat. Ipsi autem sunt oculi de quibus dicit Apostolus, Illuminatos oculos cordis vestri. Et de quibus dicitur, Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Nunquam tamen videtur taliter vt totus comprehēdatur. Eodem lib. Deum nemo vidit vnquam: quia eam quæ in Deo plenitudo Diuinitatis habitat, nemo conspexit: nemo mente aut oculis comprehendit.

Matt. 5. Gen. 4. Iob 1. 1. Ioan. 2. Ephe. 1. Psal. 12. Tom. VI.

Cap. 9. Et in eodem infra. Dei plenitudinem non solùm quisquam oculis corporis, sed nec ipsa mente aliquādo comprehendit. Aliud est enim videre, aliud totum videndo comprehendere, quādoquidem Cap. 10. id videtur quod præsens vtcunque sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circunspici possint: sicut te nihil latet præsentis voluntatis tuæ circunspicere autem potes fines annuli tui. Concludit ibidem. Nusquam est absens Deus, qui cœlum terram implet: Cap. 11. nec spatiis includitur paruis, magnísve diffunditur, sed vbique est totus, & nullo continetur loco. Hoc qui excedente mente intelligit, videt

B Deum, & cum absens putatur. Qui autem hoc non potest intelligere, oret & agat vt ipse mereatur, nec ad hominem disputatorē pulset vt quod non legit legat, sed ad Deum saluatorem, vt quod non valet valeat. Reseruatur nobis Dei visio Tract. 101. in futura vita. Super Ioan. Visio illa, de qua di- Tom. IX. ctum est, Videbimus eum sicuti est, non est vitæ huius, sed futuræ: non temporalis, sed æternæ.

Sed nec nunc nec tunc à malis videbitur. Prædicto lib. de videndo Deum. Quid mirum si in Tom. II. Epist. 112. Cap. 11. præsenti sæculo, nisi quando vult Deus, non videtur? In ipsa quoque resurrectione non facilè est Deum videre, nisi iis qui mundo sunt corde, & ideo beati, quoniam ipsi Deum videbunt. Si ergo hi qui mundo sunt corde Deum videbunt, vtiq; alij nō videbūt. Neque enim indigni Deum videbūt, neq; is qui Deum videre voluerit potest

C Deū videre. Intelligitur de Diuinitate eius, Visio est vita ęterna. Lib. j. de Trin. c. xiij. Illa visio, Tom. III. quæ est vita æterna, non pertinet ad malos. Sed vt subdit ibidē, Humanitatis visio, cōmunis erit impiis & iniustis. Vnde super Psal. cix. Scimus Tom. VIII. quia cum apparuerit, similes ei erimus, &c. Hæc claritas Dei est, ineffabilis lux, fons lucis sine cōmutabilitate, veritas sine defectu, sapiētia in seipsa manens, innouans omnia. Hæc substātia Dei est. Itaque tolletur impius, vt non videat hunc honorem Domini. Et infra subdit. Virtus Dei & sapientia Dei, est Christus in lumine perpetuo incommutabilis veritatis, ad quam visionem seruamur, ad quam visionem differimur, ad quam visionem fide mundamur, à qua visione tollitur Tom. II. Epist. 6. impius ne videat honorem Domini. In episto-

D la prædicta ad Italicam. In tantum ergo videbimus, inquantum similes sumus. Inde ergo videbimus vbi similes erimus. Quia vt dicit Libr. iij. contra epistolas Pellagianorum. Nimis insi- Cap. 7. Tom. VII. pienter dicitur, tantum amari Deum antequam videatur, quantum amabitur cum videbitur. Porrò si in hac vita, pio nemine dubitante, quanto amplius diligimus Deum, tanto sumus vtique iustiores: quis dubitet, tunc veram piámque iustitiam cū defuerit Dei dilectio perfecta, tunc perfici. Vt videatur, omnia mala sunt toleranda. Lib. de cōtēplatione Iesu Christi. O anima mea Lib. dicto Manuale cap. 15. si quotidie oporteret tormēta perferre & ipsam gehen

Tom.IX. gehennam longo tempore tolerare, vt Christum in gloria sua videre possemus & sanctis eius sociari, nonne esset dignum pati omne quod triste est, vt tanti boni tãtæq; gloriæ participes haberemur? Insidientur igitur Dæmones, parent suas tentationes, frangant corpus ieiunia, premãt carnem vestimenta, labores grauẽt, vigiliæ excicent, clamet in me iste, inquietet me ille, frigus incuruet, calor vrat, conscientia murmuret, caput doleat, pectus ardeat, infletur stomachus, pallescat vultus, infirmetur totum corpus, deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus, ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis, & ascẽdam ad populum accinctum nostrum. Est autem ipsa visio tãta merces. Lib.j. de Trini. cap. ix. In visione merces tota promittitur delectationis & desiderij nostri. Tom.I. Eodem lib. cap. xiij. Ipsa visio quæ est facie ad faciem, summum præmium promittitur iustis. Tom.IIII. Tract.4. Lib. quæstionum super Gene. quæst. cxiiij. Dei visio summum præmium. Excellit prædicta visio omne delectabile. super primã cano. Ioan. Visuri sumus Diuinitatem, cuius visio præcellit omnes pulchritudines terrenas auri & argenti, nemorũ atque camporum, pulchritudinẽ solis & lunæ & stellarum, pulchritudinem Angelorum, quia exsuperat omnia: ex ipsa enim pulchra sunt omnia. Tom.IX. Lib.x. de ciuita. Dei. cap. xvj. Illa visio Dei tantæ pulchritudinis est, & tanto amore dignissima, vt sine hac quibuslibet aliis bonis præditum atque abundantem, nõ est dubiũ infœlicissimum esse. Tom.V. Lib. supputationũ parte ij. cap. j. Illi laudant Deum purissime & incessanter, qui semper adhærerent contẽplationi Diuinæ, non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem. Sed quis dicere vel cogitare sufficiat qualis sit in conspectu Dei omnipotentis illa beatorum spirituũ cœlestiúmq; virtutũ innumerabilis multitudo? Quæ sit in eis sine fine festiuitas visionis Dei, Quæ lætitia sine defectu, quis amoris ardor, nõ crucians, sed delectans? Quod sit in eis desiderium visionis Dei cum satietate, & satietas cum desiderio, in quibus nec desiderium pœnam generat, nec satietas fastidiũ parit? Quomodo inhærendo summæ beatudini sint beati? Quomodo coniuncti vero lumini facti sint lux? quomodo semper aspiciẽtes incõmutabilẽ Trinitatem, mutati sunt in incõmutabilitatem? Lib. quæstiũ col. de tri. Tom.III. Lib. qui dicitur inquisitio de Trinitate. Nullatenus æqualiter omnes vel Angeli vel animæ sanctorum Deum, vel nunc vident vel post resurrectionem videbunt: sed secundum donatoris dispensationem & meritorum qualitatẽ. Vnusquisque tamen sufficientem in eius visione suis meritis habebit beatitudinem, nec plus quæreret quam habebit, nec se minus habere quàm velit dolebit. In sermone xiij. de iudicio. Iusti in vita æterna nunquam iam vlterius morientur, nunquam corruptionem visuri, sed semper læti, atque dulcedine visionis Christi, satiati, fulgebunt sicut sol in gloria & claritate, quàm præparauit Deus diligentibus se. Et hoc erit tunc, vt quanto amplius aliquis alio

A obediens fuit, tanto ampliorem illic mercedem acipiet: quanto hîc amplius Deum amauit, tanto propius Deum videbit. Quomodo autem videbitur, dicit Libro vigesimo secundo, de ciuitate Dei. capite trigesimo primo. Cap.29. Tom.V. Valde credibile est sic nos visuros mundana tunc corpora cœli noui & terræ nouæ, vt Deum vbique præsentem & vniuersa etiam corporalia gubernantem, per corpora quæ gestabimus, & quæ conspiciemus quaqua versum oculos duxerimus, clarissima perspicuitate videamus: non sicut nũc inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur per speculum in ænigmate, & ex parte, vbi plus in nobis valet fides, qua credimus, quàm corporalium rerum species, quàm per oculos cerni- B mus corporales. Sed sicut homines inter quos viuentes motúsque vitales exercentes viuimus: *Quomodo Deus in gloria videbitur.* mox vt aspicimus, non credimus viuere, sed videmus, cum eorum vitam sine corporibus videre nequeamus, quam tamen in eis per corpora remota omni ambiguitate conspicimus: ita quacunque spiritualia illa lumina corporum nostrorum circunferamus, incorporeum Deum omnia regentem, etiam per corpora contuebimur. Aut ergo sic per illos oculos videbitur Deus, vt aliquid habeant in tanta excellentia menti simile, quo & incorporea natura cernatur, quod vllis exemplis siue scripturarum testimoniis, vel difficile, vel impossibile est ostendere. Aut quod est ad intelligendum facilius, ita Deus erit notus atque conspicuus, vt videatur C spiritu à singulis nobis in singulis nobis, videatur ab altero in altero, videatur in seipso, videatur in cœlo nouo, & in terra noua, atque in omni, quæ tunc fuerit creatura: videatur & per corpora in omni corpore quocunque fuerint spiritualis corporis oculi acie peruenientes directi. Patebunt etiam cogitationes nostræ inuicem nobis. Tunc implebitur quod Apostolus ait cum dixisset, Nolite ante tempus iudicare: mox addidit, Donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis: & tunc laus erit vnicuique à Deo. Et infra subdit. Cap.eod.sup. Visuri sunt sancti Deum in ipso corpore, sed vtrum per ipsum, sicut per corpus nunc videmus solem & D lunam, & stellas, & mare, & terram, & omnia quæ in eis sunt, non parua quæstio est. Durum est enim dicere quod sancti talia corpora tunc habebunt, vt non possint oculos claudere & aperire cum velint. Durius autem, quod ibi Deum quisquis oculos clauserit, non videbit. Si enim Propheta Helisæus puerum suum Giezi absens corpore vidit accipientem munera, quæ dedit ei Naaman Syrus, quem propheta memoratus à lepræ deformitate mundauerat, quòd seruus nequam domino suo non vidente, latenter se fecisse putauerat: quanto magis in illo corpore spirituali videbunt sancti omnia, non solùm si oculos claudant, verum etiam vnde sunt absentes corpore? Tunc erit perfectum illud quod Apostolus ait. Ex parte

scimus,

ſcimus,& ex parte prophetamus:cum autẽ venerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Abſit ergo vt dicamus illos ſanctos in illa vita Deum clauſis oculis non viſuros,quem ſpiritu ſemper videbunt.Sed vtrũ videbunt & per oculos corporis,cum eos apertos habebũt,inde quæſtio eſt.Si enim tantũ poterunt in corpore ſpirituali,eo modo vtique etiam ipſi oculi ſpirituales, quantũ poſſunt iſti quales nũc habemus, proculdubio per eos Deus videri nõ poterit.Lõge itaq; alterius erunt potẽtiæ,ſi per eos videbitur incorporea illa natura,quæ non cõtinetur loco, ſed eſt vbique tota. Verũ vt dicit prædicto lib.ſupputationum.Certũ eſt Domine Deus corporis ſenſibus te non poſſe ſentiri, ſed nec ab vllo mortaliũ in propria eſſentia aliquando potuiſſe videri. Hinc enim patẽter datur intelligi quòd vnde Angeli te intuentur,inde & nos poſt hanc vitã videbimus.Sed nec ipſi profectò te videre poſſunt ſicuti es:nulli deniq; alij tota niſi tibi ſoli nota eſt omnipotẽs Trinitas.Tu verò vnitas es Deitatis, perſonarum pluralitate multiplex, numeraliter es innumerabilis: ac idcirco menſurabiliter immenſurabilis, & ponderabiliter imponderabilis. Non enim ſummæ bonitatis quæ tu ipſe es profitemur originem, ex qua omnia, in qua omnia & per quam omnia:ſed eius participatione dicimus bona omnia. In Deo videtur omnia. Lib.de diuerſis quæſtionibus ad Oroſiũ. Plus videtur ipſa creatura in Domino, quàm in ſeipſa:plus in arte qua facta eſt,quã ipſa in ſeipſa quæ facta eſt. In prædicta epiſtola ad Italicam. Cum venerit Dominus & illuminauerit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtauerit cogitationes cordium, tunc nihil latebit proximum in proximo:nec erit quod ſuis quiſque aperiat, & abſcondat alienis, vbi nullus erit alienus. Quomodo videndo Deum cognoſcitur Deus à ſanctis.Lib.de ſpeculo. Dũ venerit viſio hæc quæ danda facie ad faciem promittitur,quando palam de cunctis annuntiabitur myſteriis & fidei ſpecies,atque ſpei res ſuccedet, & tunc clarius certiúſque ſcientes intuebimur,nihil creatum,aut ſeruiens in te Trinitas vna, nihil inæquale,nihil gratia æquale,nihil anterius poſteriúſve, nihil maius aut minus, nihil extraneũ aut officiale alteri,nullis perſuaſione aut ſurreptione miſertum,nihil moribus aut voluntate diuerſum,nihil officio ſingulare,aut alteri communicabile,nihil confuſum, ſed totum perfectũ,quoniam totum in vno,& vnum in toto, non tamen ſolitarium,quoniam ſummum bonum & ſummã ſapientiam, & ſummam benignitatem te ſancte pater vnum omnium principium & veritatem tuam,per quam te intelligimus nulla ex parte tibi diſsimilem,quæ forma eſt omnium, & quæ ſola imples hoc quod appetunt omnia: ſimúlque ipſum vtriuſque donum,quo beata ſunt,quæcunque beata ſunt,in te & cum te colimus, & adoramus vnam ſcilicet & incommutabilem Trinitatem. Non quia tertio repetitur quod vnum eſt, ideo numerus coaceruatur.Sed vnum eſſe illud aſſeritur, gignens, & genitus, & procedens,

Lib.medit. Cap.30. Tom.IX.

Cap.30.

Lib.quæſt. 65. Tom.IIII. Tom.II. Epiſt.6.

Cap.25. Tom.IX.

Exemplum de igne & anima.

A tres quidem perſonæ, ſed vna ſubſtantia. Sicut ignis,candor,& calor, tria nomina ſunt res vna: ſic memoria,intellectus,& voluntas,Sed vna eſt anima,quæ inſeparabiliter demonſtratur,& inſeparabiliter operatur. Si hoc in creaturis inuenitur,quid de te creatorem intelligendum eſt? Suſtantia quippe ſummæ diuinitatis tuæ immobilis eſt omnino & immutabilis,perſonæ verò immobiles ſunt ſecundum relationẽ,& ideo in relatione perſonarum,Trinitas, in naturæ verò ſubſtantia,vnitas. Vnitas quidem, propter inſeparabilem eſſentiã Diuinitatis:Trinitas autem propter diuerſitatem nominum. Non enim nomina ſunt tantum, ſed etiam proprietates nominum,vt in perſonis proprietas,& in ſubſtantia adoretur æqualitas. Hæc tamen Deus de te non poteſt humana intelligentia capere. B Quis enim in hac vita poſitus,vel criſtallino pectore ſufficiat penetrare tantum Trinitatis internum myſterium, quomodo pater & filius & Spiritus ſanctus tres perſonæ eſtis,& vna natura? Quomodo tu pater diceris ingenitus, filius genitus, Spiritus ſanctus nec ingenitus nec genitus ſed procedens dicatur? Quomodo, filius de te patre natus eſt, & Spiritus ſanctus procedit,& ideo non filius? Quomodo naſcendo non procedit Spiritus ſanctus & procedendo non naſcitur? Quomodo filius non de ſe,ſed de te eſt,nec tamen tui eſt poſterior de quo eſt?Quomodo Spiritus ſanctus de te procedit & filio,nec tamen à vobis præſcinditur à quibus procedit? Quomodo tria vnum eſtis, & vnum tria?Quomodo relatiuè tres eſtis, & eſſentialiter vnum. C Quomodo trinus es & vnus Deus, non localiter,ſed vbique es, & non particulatim vbique es, ſed vbique totus, vbique præſens, ſine ſitu & loco & motu?Quis iſta rogo conſideret?Quis hæc compræhendat quantalibet probitate vel ſcientia præditus? Hoc tamen in ſpe promiſsionis repoſitum eſt, quando videbimus te Domine:& tanto vnuſquiſque perſpicacius,quãto hîc vixerit purius. Quia mundi corde, teſte ſcriptura,Deum videbunt. Apertè nanque videbitur cuncta mentis deterſa caligine, quomodo filius qui oriendo eſt, coæternus eſt tibi patri de quo oritur:& Spiritus amborum qui per proceſſionem proditur à nobis proferentibus non præitur:quomodo & vnum diuiſibiliter tria, & tria indiuiſibiliter eſtis vnum. Viſa enim claritas ad D impatefactam nobis tuæ maieſtatis ſpeciem purum amant intuitum mentis, rapiens ſubleuabit. Sed ipſa claritas natura eſt,& ipſa natura claritas eſt.Quæ nimirum viſio nunc fide inchoatur, ſed tunc in ſpecie perficietur:quando ſapientiam tibi coæternam, quam ſuper omnia ſitiuimus, in ipſo fonte bibemus. Omnia ſacramenta & cuncta nobis tunc apparebunt arcana, non doctorum verbis,non enim ibi indigebimus magiſtris, cum facie ad faciem videbimus te: ſed inde, ni fallor,vnde Angeli vident te. Et quid nos tũc latere poterit,quãdo tu Deus noſter vita viuentiũ,cauſa cauſarũ,forma formarum, forma formoſiſsima te nobis clara facie inſinuabis? Sed vt dicit eo. lib.

Cap.37.

libro. cap.sequenti. Non enim indignum tibi videtur, cum te formam vocamus. Nam tua essentia, & species dici potest & forma. Nam frustra iam speciosissimum quam formosissimũ in laude tua ponitur, sed forma quæ materia caret & motu & tẽpore & loco, atque idem vnum est, & est id quod est: reliqua verò non sunt id quod sunt. Hæc verissimè sola dicere potest, Ego sum qui sum. Hæc tanta & talis est, vt de eius pulchritudinis visione nihil in hac vita vsurpare sibi mẽs humana audeat, quod solùm electis tuis prçmium in sequenti remuneratione reseruas. Cum ergo ad te peruenerimus fontẽ viuum & lumen æternũ & dulcissimam speciem & visionem tuam: erit nobis delectabiliter impressã sitis simul & satietas. Sed longe aberit à siti satietas, longe à satietate fastidium: quia sitientes satiabimur, & satiati sitiemus. Tu denique æterna nobis vita, & gaudiũ, & corona eris. Tua benedicta visio erit nostri laboris præmium, vt post mortalitatis huius tenebras, accensa tuæ gloriæ luce gaudeamus. Videbimus itaque tuæ incommutabilitatem essentiæ, vbi per eam nos efficiemur incommutabiles. Sed nunquid sic nosse valebimus te, sicut tu te nosti Deus, imò comprehenderis solum à te? Rationalis ipsa electa creatura videbit te, sed nunquid cõprehendet te? Vnicuique autẽ pro mercede laboris sui de te dabitur intueri. Beati qui habitãt in domo tua Domine. Et fœlices qui iam pelagus huius mortalitatis trãsierũt, & ad portũ perpetuę securitatis peruenerũt. Infœlices autem nos, qui in solo huius vitæ fluctibus agitamur & procellis, & inter pericula multa varióſque casus incerti nauem laborãtes trahimus.

Cap.29.

Hæc omnia quæ à Dei visione procedunt, diffusius & clarius ponit, Lib. de triplici habitaculo circa medium. In ciuitate Dei præmium singulorum erit omnium per charitatem. Ibi omnium bonum omnibus patebit. Ibi omnes inuicem suas cogitationes cognoscent. Ibi, nullus superior superbus erit, nullus inferior inuidus. Quomodo enim qui omnes sicut seipsum diliget, alicui inuidere poterit? Nemo sibi inuidet. Ibi nullus melius esse, vel superius cõcupiscet quã erit: quia aliter esse quã quòd meretur, nec esset decorũ. Nec aliter esse desiderabit quã quod erit: quia ita vt erit, pulchrũ erit: nõ solũ sibi ipsi, sed etiã vniuerso corpori Ecclesiæ cœlestis. Quomodo enim quodlibet mẽbrũ in corpore, si superius vel inferius ponatur aliter quã natura cõstituit, monstruosum efficit corpus & turpe: sic nimirũ si aliquis in regno Dei superius ordinetur quã postulat ars omnipotentis artificis, turpitudinem efficiet, nõ solũ sibimetipsi, sed etiam omni cõgregationi, in qua qui erit minimus, maiorem sine dubio habebit gloriã, quam totum habens mundi huius regnum, etiã si æternũ esset. Vile enim valde electis frui mundo, in comparatione fruendi & gaudendi Deo, & visibilibus delectari & corporalibus. Nihil est comparandum delectationi & gaudio quod nascitur ex inuisibilibus incorporeis, & ex societate Angelorum & iustorum omnium, & incerta scientia & co-

Cap.4. Tom.IX.

A gnitione ipsius Diuinæ naturæ, & ex Dei ipsius facie ad faciem visione. Cuius pulchritudinem mirantur Angeli, cuius imperio suscitantur mortui, cuius sapientiæ non est numerus, cuius regnum finem nescit, cuius gloria nequit narrari, cuius lux ita solem obscurat, vt eius comparatione nullam habeat lucem. Cuius dulcedo tam mel superat, vt ei comparatum vel videatur absinthium amarissimum. Cuius faciem si omnes carceres inferni inclusi viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullam tristitiam sentirent. Cuius præsentia si in inferno cum suis habitatoribus appareret, continuò infernus in amœnum conuerteretur Paradisum. Cuius sine nutu B nec folium de arbore cadit. Cuius oculus, profundum penetrat inferni. Cuius auris tacitam cordis vocem audit, id est cogitationem. Cuius auris non minus audit quàm videt. Cuius auris non minus videt quam audit. Quia non corpus sunt, sed summa sapientia & certa cognitio. Cuius deliciæ sine fastidio satiant, quæ cum à beatis inueniuntur, semper tamen desiderantur, & esuriem & sitim sine pœna efficiunt, id est, ardenti semper desiderio delectant. Cuius secreta mirabilia videntibus ea semper noua & mira sunt, & non plus cum incipiunt videri pariunt stuporẽ cernẽtibus, quàm post mille annos & millies mille. Et cũ Angeli ab initio mũdi ea soliti sunt videre, inde hodie non minus mirantur ea quàm in primo die: alioquin dudũ corã Angelis assiduo vidẽdi vsu vilescerẽt. Cuius cogitationi præterita & futura, nõ præterita & futura, sed pręsentia sunt. Vnde C non diem iudicij videbit, & primum diem sæculi non vidit: sed vtrunque videt. Cuius præscientia neminem cogit ad peccandum, vt multi errantes dicunt. Si enim, inquiunt, præsciuit Adam peccaturum esse, non peccare non potuit. Ex quo errore nascitur, Deum causam esse peccati, quod nephas est dicere, & illi tamen suis verbis alligantur. Si enim quod præscientia Dei habet, necesse est fieri, ideo voluntate propria homo peccauit, & nõ alia necessitate cogente, quia in præscientia Dei fuit, vt voluntate & libero arbitrio, & non necessitate cogẽte peccaret. Si ergo præscientia Dei non potest vitari, non potuit homo aliter peccare nisi voluntate, nulla alia vi cogente: quia ita Deus præsciuit peccaturum. Si ergo voluntate, non coactus est. Si enim non coactus est ad peccandum, potuit sine dubio non D peccare si vellet: ideóque pœnam meruit, quia non inuitus peccauit, alioquin à Deo pœnam mortis non susciperet. Cuius loquutio est occulta inspiratio, qua mentibus suam voluntatem & suam charitatem inuisibiliter ostendit: quàm videndo Angeli per omnia Deo obediunt. Cuius laus est, qua electos laudabit manifestatio qua suorum electorum bona omnibus mõstrabit: assidua autem laus, qua electi Deum laudabunt, est admiratio eius perennis. Qui miro modo non temporaliter præcessit mundum & tempus. Nullius enim horæ spatio fuit ante mundum, & semper tamen erat sine initio.

tio. Non enim erat tempus ante tempus. Tempus autẽ cum mundo cõcreatum est. Si igitur tempus ab initio mundi cœpit concurrere, ante mundum factum non erat. Ideóq; nullo tempore præcessit Deus tempora, & mundum eis coæuum, imò paulo eis prior est: eius enim motu cœperunt currere tempora, quicquid mouetur, suum præcedit motum. Ineffabili æternitate præcessit Deus mũdum, non tempore: cũ tẽpus ante mundũ nõ erat. Cuius lux tenebras depellit ignorantiæ, cuius aliqua particula hęc omnia quæ diximus vera & certa esse cognoscimus. Eadẽ luce melius esse verũ quàm falsum videmus, & tamen peius esse verũ malum, vel verum peccatum, quàm falsum malũ vel falsum peccatum: nõ quia verum est, sed quia malũ vel peccatũ est, sed ideo malum vel peccatum est, quia verum malũ vel peccatũ est. Aliter enim non posset esse malũ vel peccatum: falsum enim malum, non est malum, vt falsum argẽtum, argentum non est. Potest aliquis dicere à veritate malum vel peccatum, exortũ esse, vel factũ, & quodãmodo opus esse veritatis malũ, quod omnino falsum est. Omne enim verum inquantũ verum, bonum est: à veritate igitur est esse verum, vt sit malum vel peccatũ, non ipsum malum vel peccatum: Aliud nanque est ipsum malum, aliud verum esse illud. Quanuis igitur ipsum malum bonũ non est, bonũ est tamẽ verũ esse vt sit illud. Nisi enim bonũ esset esse malum, nullo modo sineret Deus illud fieri. Multa quippe bona de malis omnipotens facit, vt de adulterio hominum bonos format & facit homines. Si verò quadam lucis particula quasi per angustas rimas infusa, hæc & alia quæ nouimus vera esse cognoscimus: quali & quanta luce scientiæ & sapientiæ illic illustrabimur, vbi ipsum solem veritatis facie ad faciem videbimus, id est, certa & vera sapientia cognoscemus? Cuius præsentia similes ei facit præsentes? Qui enim veræ sapiẽtiæ, veræ pulchritudini, veræ æternitati adhærebit, sapiens vtique & pulcher & æternus erit. Sic enim absentia eius dissimiles omnino eos facit. Cuius æternitas sine initio & sine fine est. Si enim esset tempus quando nõ esset, quis eum faceret? Ipse est solus Deus, & ante ipsum alius Deus nõ erat, nec est, nec erit. Non seipsum creauit, cũ nihil seipsum creat. Qua enim potẽtia qui omnino nõ esset, seipsum faceret? Restat igitur quòd omnino non est factus Deus. Cum ergo nullo modo Deus factus est, sine initio ante omnia erat. Quicquid enim factũ est, habet initium: & quicquid initium habet, sine dubio factum est: non ab alio, nisi à Deo, non facto, sed omnia faciente. Cuius scientia sine vlla varietate cognitionis, & sine vllo visu huc & illuc immutabilem, innumerabilem varietatem omnium creaturarum, Angelorum, hominum, stellarum, arenarum, capillorum, verborum, cogitationum, momentorum omnium, simul & semel comprehendit & intelligit. Fons igitur & origo omnis scientiæ Deus est: quam quanto plus quis bibet, tanto plus sitiet. Incomparabiliter ergo totius mundi regnum, vt supra diximus, etiam si æternum esset, præcellit societas Angelorum & sanctorũ, & præsenti ipsius Dei adesse visioni. In cuius visione trina nascitur scientia, id est, homo qui cernit, & Deus qui cernitur, & cæteri omnes videbunt & intelligent. Sicut enim per speculum vitreum trina nobis visio administratur, quia nos ipsos, & ipsum speculum, & quicquid præsens adest videmus: sic per speculum Diuinæ claritatis, & ipsum Deum vt est videbimus, quantum possibile est creaturæ, & nos ipsos, & cæteros certa & vera scientia cognoscemus. Tunc abdita creaturarum & ipsius inferni, videndo Deum videbimus. Tunc iustis manifestũ erit quomodo Deus inuisibilis, incõparabilis, sine initio & sine fine ante omnia. Quicquid interest inter nasci, quod ad filium pertinet, & procedere, quod ad Spiritũ sanctum: excepto quod vnus ex vno natus sit, alter ex duobus processit. Et quomodo pater nõ præcessit filium tempore, sed origine: nec Spiritũ sanctum. Et quomodo omnia Dei, vnũ sunt in Deo: excepto quòd ad relationem pertinet. Nam sapientia Dei, & veritas, & æternitas, nõ sunt diuersa inter se: sed vnum sunt sicut & omnia. Sapientia enim Dei, non magis sapientia est quàm veritas, & veritas non magis veritas quàm sapientia, & quàm æternitas, & quàm cætera Dei omnia: vnum enim sunt in Deo, & non solùm hæc inter se eadem sunt in Deo, sed non sunt aliud quàm ipse Deus. Et quomodo mundus erat in Deo, antequam in seipso esset, non mundus tamen, sed Deus: & quomodo vbique totus sine loco, magnus sine quantitate, bonus sine qualitate: & quomodo omnia penetrat munda & immunda sine sui pollutione. Si enim lux ista visibilis omnia loca illustrat, & sterquilinia penetrat sine sui fœtore, & sine sui pollutione: quanto magis Deus qui est inuisibilis, incommutabilis lux, omnia penetrat, regit, sustinet, circundat, illustrat, sine vlla mutatione vel pollutione, non solùm cœlestia & terrestria, sed etiã infernalia. Tũc erit electisDei trina visio, id est, corporalis, qua corpora cernẽtur: quorũdã splẽdentia vt sol, quorundã vt luna, quorũdã vt stellæ. Et spiritualis, qua similitudines corporũ in Spiritu nõ fallaci phãtasia inspicient, qua visione etiã hodie fruũtur spiritus iustorũ post corporũ claustra. Et visio intellectualis, qua puro mentis oculo in Spiritu Deum videbunt, & suas animas, & virtutes intimas, & Spiritus Angelicos. Tũc duplices Deo acturi sunt gratias, pro sua videlicet liberatione à perpetua dãnatione, & pro bonorũ ineffabili retributione. Tũc cõmunis omniũ reus & hostis diabolus in cõspectu omniũ electorũ dãnabitur. Cuius dãnatio & intolerabilis pœna delectabile spectaculũ pręstabit electis. Tunc ardẽtissimo amore liberatorem suum & omnium bonorum datorem amabunt, & sine fine & fastidio clamore cordis laudabunt, Deum omnipotentem benignum & misericordem.

Cap. 6.

VISITARE. In ser. x. de nat. Ioã. Bap. Visitauit nos apparẽs Dominus, quasi longius a se recedentes, in peccatis positos quær

quærens iustificare, curauit. Visitauit quasi medicus ægrotos: qui vt inueteratum superbiæ nostrę languorem sanaret, nouum nobis suæ humilitatis exemplum adhibuit.

Tom. VI. VITA. Lib. de duabus animabus, cap. j. Nulla est vita, quæ eoipso quod vita est, ad summum vitæ fontem principiúmque non pertineat. Ideo lib. iij. de verbis Domini, serm. xxvij. Nos non habemus vitam à nobisipsis, sed in Deo nostro. Deus autem pater vitam in semetipso habet, & talem genuit filium qui haberet vitā in semetipso: qui factus est particeps vitæ nostrę, vt eius vitæ participes esse possemus. Lib. j. retractat. cap. xxj. Vita & mors à Domino Deo est: vita, scilicet, à donante, mors à vindicante. Distinguitur de vita respectu Dei. Lib. viij. de ciuit. Dei, cap. vj. Omnis vita, vel quę nutrit & continet, qualis est in arboribus: vel quæ hæc habet & sentit, qualis est in pecoribus: vel quæ hæc habet & intelligit, qualis est in hominibus: vel quæ nutritorio subsidio non indiget, sed tamen cōtinet, sentit & intelligit, qualis est in Angelis: nisi ab illo esse nō potest, qui simpliciter est. Quia nō aliud illi est esse, aliud viuere, quasi possit esse nō viuens: nec aliud est illi viuere, & aliud intelligere, quasi possit viuere non intelligens: nec aliud intelligere, aliud beatum esse, quasi possit intelligere non beatus: sed quod illi est viuere, intelligere, beatū esse, hoc est illi esse. Alia distinctio moralis. Super Ioan. Duas itaque vitas sibi Diuinitus prędicatas & commendatas nouit Ecclesia: quarum vna est in fide, altera in specie: vna in tempore peregrinationis, altera in ęternitate mansionis: vna in labore, altera in requie: vna in via, altera in patria: vna in opere actionis, altera in mercede contemplationis: vna declinat à malo & facit bonum, altera nullum habet à quo declinet malum, & magnum habet quo perfruatur bonum: vna cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat: vna fortis est in aduersis, altera nihil sentit aduersi: vna carnales libidines fręnat, altera spiritualibus delectationibus vacat: vna est vincendi cura solicita, altera victoriæ pace secura: vna in tentationibus adiuuatur, altera sine vlla tentatione in ipso adiutore lætatur: vna subuenit indigenti, altera ibi est, vbi nullū inuenit indigentem: vna aliena peccata vt sua sibi ignoscantur ignoscit, altera nec patitur quod ignoscat, nec facit quod sibi poscat ignosci: vna flagellatur malis, vt non extollatur in bonis, altera tanta plenitudine gratiæ caret omni malo, vt sine vlla tentatione superbiæ cohæreat summo bono: vna bona & mala discernit, altera sola quæ bona sunt cernit. Ergo vna bona est, sed adhuc misera: altera melior, & beata. Alia distinctio. Lib. ij. de verbis Domini, serm. iiij. In duabus fœminis, duæ vitæ significantur. ambæ innocentes, ambæ laudabiles: sed vna laboriosa, altera otiosa, nulla facinorosa, nulla desidiosa. Nulla, inquam, facinorosa, quam cauere debet laboriosa: nulla desidiosa, quam cauere debet otiosa. Alia distinctio. Super Psalmum lxx. sermone ij. Duæ sunt

Ser. ord. 64. Tom. X. — Tom. I. — Tom. V. — Esse perfectū in Deo. — Tract. vlt. Tom. IX. — Duplex vita. — Ser. ord. 27. Tom. X.

A vitæ: vna corporis, altera animæ. Sicut vita corporis est anima, sic vita animæ Deus. Quomodo si anima deserat moritur corpus: sic anima moritur, si deserat Deus. Ipsa est ergo gratia eius vt suscitet, & sit nobiscum. Vnde libro de verbis Apostoli, sermo. xiij. Viuit caro de anima tua, viuit anima tua de Deo tuo. Vnaqueque earum secundum vitam suam viuit. Caro sibi non est vita, sed anima carni est vita: anima sibi non est vita, sed Deus est animæ vita. Anima ergo debet secundum Deum viuere, non enim est debitrix carni, vt secundum carnem viuat. Ergo quæ secundum Deum debet viuere, si secūdum seipsam viuat, deficit. Tunc autem rectè viuit caro secundum animam, si anima viuat secundum Deum. Nam si anima, non dico secundum carnem, sed si B secundum seipsam voluerit viuere, deficit. Est ergo Deus vita. Ideo lib. soliloquiorum ad Deū, cap. j. O vita cui omnia viuunt, vita quæ das mihi vitam, vita quæ es mea vita: vita per quam viuo, sine qua morior: per quā suscitor, sine qua pereo: per quam gaudeo, sine qua tribulor: vita vitalis, dulcis & amabilis, sempérque memorialis. Vbi quæso es, vbi te inueniam, vt in me deficiam, & in te subsistam? Prope esto in animo, prope in corde, prope in auxilio, prope in ore: quia amore langueo, quia sine te morior, quia te recolens suscitor. Odor tuus me recreat, memoria tua me sanat: sed satiabor cum apparuerit gloria tua, vita animæ meæ. Concupiscit & deficit anima mea de memoria tua, quando veniam & apparebo tibi lætitia mea? Quare faciem tuam auertis, gaudiū C per quod gaudeo? Vbi es absconditus pulcher quem desidero? Odorem tuum haurio: viuo, & gaudeo, te autem non video. Vocem tuam audio & reuiuisco. Sed cur faciem tuam abscondis? Forte dicis, Non videbit me homo & viuet. Eia Domine, moriar vt te videam, videam vt hîc moriar. Nolo viuere, volo mori. Dissolui cupio, & esse cum Christo, mori desidero, vt videam Christū: viuere renuo vt viuam cū Christo. Domine Iesu accipe spiritum meum: vita mea suscipe animam meam. Gaudium meum, attrahe cor meum, dulcis cibus meus, comedam te. Caput meum, dirige me: lumen oculorum meorum, illumina me: melos meum, tempera me: odor meus, viuifica me: verbum Dei, recrea me. Laus mea, lætifica animā serui tui. Intra in eam gaudium meum, vt in te D gaudeat: intra in eam dulcedo summa, vt dulcia sapiat. Lumen æternum illustra super eam, vt te intelligat, cognoscat & diligat. Lib. xj. confes. Ecce Domine gustaui, & esurio: bibi, & adhuc sitio: tetigisti me, & exarsi in pacem tuam: cum inhæsero tibi, nusquam erit mihi labor & dolor: & viua erit vita mea tota plena te. Nunc autem quoniam quem tu imples, subleuas eum: quia plenus tui non sum, oneri mihi sum. Heu mihi Domine miserere mei: Vulnera mea non abscondo. Medicus es, æger sum: misericors es, miser sum: egenus & pauper sum, in occulto gemitu mihi displicens, & misericordiam tuam quærens, donec reficiatur defectus meus, & reficiatur in pa-

Tom. X. — Tom. IX.

HHH

cem illam quã nescit arrogans oculus. Et quia Christus est vita, ideo super Ioan. serm. xxij. Vita æterna mortem assumpsit, vita æterna mori voluit: sed de tuo, non de suo. Accepit de te vnde moreretur pro te. Ab hominibus enim carnẽ assumpsit: sed non more hominum. Nam patrem habens in cœlo, matrem elegit in terra: Et illic natus sine matre, hîc sine patre. Assumpsit ergo vita mortem. Est etiam tota trinitas. Lib. de vera innocentia, cap. ccclxxj. In eo quod dicitur, Hæc est vita ęterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum: ordo verborũ est, Cognoscãt te solùm verum Deum, & quem misisti Iesum Christum cognoscant solùm verum Deum. Consequenter enim intelligitur & spiritus sanctus: quia spiritus est patris & filij, tanquã charitas substantialis & consubstantialis amborum: quoniam nõ duo dij, pater & filius: nec tres dij, pater & filius & spiritus sanctus: sed ipsa trinitas vnus solus verus Deus. Nec idem tamen pater qui filius, nec idem filius qui pater, nec idem spiritus sanctus qui pater aut filius: quoniam tres sunt, pater & filius & spiritus sanctus, sed ipsa trinitas vnus Deus est. Viuere non secundũ Deũ est malum, eodem lib. Cum homo secundũ se viuit, non secũdum Deum, similis est diabolo: quia nec Angelo secundum Angelum, sed secundum Deum viuendum fuit, vt staret in veritate, & veritatem de illius, non de suo mendacium loqueretur. Vnde non frustra dicitur, Omne peccatum esse mendacium: quia non peccatur nisi ea voluntate, quæ est contraria veritati, id est, Deo. Super Ioan. Vita nostra tãquam nostra, id est, de voluntate nostra propria, non erit, nisi mala, peccatrix & iniqua. Vita verò bona de Deo in nobis est, non à nobis: à Deo nobis datur, non à nobis.

Tom. III.

cap. 150.

Tract. 19. Tom. IX

Viuere secũdum se, est viuere carnaliter. Lib. de salutaribus documentis. Ille secundum carnẽ viuit, qui secundum seipsum viuit: quia ipse homo est & viuit & secundum seipsum viuit, id est, pergit quo vult: dormit quando vult, & quandiu vult: loquetur quæ vult, & cui vult, & vbi vult: manducat & bibit quãdo vult: ridet & ioculatur ante quos vult, & quando vult. Postremo quicquid naribus suaue est, quærit: quicquid tactu blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid corpori suo iucundũ est, exercet & sequitur, qualiter & quando vult, quia omnia licita & illicita carnaliter vult. Delectatur in vestimentis pulcherrimis & equis & armis, sicut vult & quando vult: & sic non secundum Deum, sed carnaliter viuit & delectatur: & omnia desideria carnis suæ perficit sicut vult, & quando vult. Sed in tali vita non est beatitudo. Ideo super Ioan. ser. xliiij. Ad hoc debet cuiq; prodesse bene viuere, vt detur illi semper bene viuere. Nam cui non datur semper bene viuere, quid prodest bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi sunt, qui finem bene viuendi vel cæcitate nesciũt, vel inflatione cõtemnunt. Non est autem cuiq; spes vera & certa semper bene viuendi, nisi agnoscat vitã quæ est Christus: & per ianuã intret in ouile. Vnde cõ-

Cap. 17. Tom. IIII.

A cludit lib. xiij. de trin. Ille bene viuit, qui viuit vt vult, nec malè aliquid vult. In ser. de amore Dei & sæculi. Nulli omnino nos tam maximè hortantur ad amandũ vitam æternam, quam qui amant temporalẽ vitam. Quanta faciunt vt viuant paucos dies? Quis enumerare poterit conatus, & molimina omniũ viuere volentiũ, post paululũ morientium? Si quis in morbum inciderit corporis, de cuius salute ab inspicientibus desperetur, & promittat aliquis medicus liberare: quanta promittuntur? Quanta ad incertum dantur? Vt modicum viuatur, nõ dimittitur vnde viuatur. Iam verò si in hostis aut prædonis manus inciderit, vt redimatur & ne occidatur, si pater fuerit, currũt filij: & quod eis fuerat relicturus, impendunt redempturi. Et quis explicet ambulationes, preces

Tom. III.

B & conatus, & omnia quæ possunt offerre? Quanta impendunt? Quanta dant? Væ generi humano: quia vt viuant, impendunt vnde viuãt. Nihil sibi dimittunt, & post paululum non viuunt. Audite qđ peius & grauius & sceleratius est, & incredibile, nisi fiat: quia dant vnde possunt semper viuere. Quid est hoc, nisi fides, & pietas, & omnis virtus, quæ tanquam pecunia est qua vita æterna acquiratur? Veniet de transuerso inimicus trucidans, & nõ dicet tibi, Da mihi pecuniam tuã: sed Nega Christũ, vt viuas. Quod si feceris, vt liceat tibi paululum viuere, perdis vnde posses semper viuere. Quare timebas mortem homo bone, nisi amando vitam? Et Christus est vita. Attende illũ, qui tanta fecit, vt modicum viueret. Attende qui Christum negauit, quãtum malum fecit propter

C paucos dies & incertos. Ergo cõtemne ipsos paucos dies, vt nullo die moriaris, & in sempiterno die viuas, & à redemptore tuo protegaris, & in æterno regno Angelis adæqueris.

VITA æterna. Est Deus hæc vita. Lib. de cognitione veræ vitæ. Omne quod est, aut viuit, aut vita caret. Omne autem quod viuit, aut per se viuit, aut per aliud. Sed Deus per seipsum viuit, & in seipso, & omnibus aliis viuere tribuit: Ergo vera vita est, & vitalis veritas. Est hæc vita æterna est in fruitione Diuinæ visionis. Eodem loco & lib. Hæc vita ęterna appellatur, quia beati præsentia indeficiẽtis vitæ plenè perfruuntur: & nunquã nec morti, nec vllis doloribus ministrísq; mortis subiacere permittuntur. Ad hoc nanque creati sunt, vt ęternaliter

Tom. IX.

D viuant, & ęternam vitam æternè aspiciant. Lib. j. de trin. ca. xiij. Vita ęterna est in illa cõtẽplatione, qua nõ ad pœnam videtur Deus, sed ad gaudium sempiternũ. Dicitur esse vita æterna gratia Dei. Lib. de correctione & gratia. Confitendũ est vitam æternam vocari gratiam: quia his meritis redditur, quæ gratiã contulit homini. Est autem æterna & beata. Ideo super Psal. cxviij. ser. xix. Tunc verè viuam, quãdo nihil potero timere ne moriar. Ipsa enim et sine vllo additamento dicitur vita, nec intelligitur nisi æterna & beata vita, tãquã sola dicẽda sit vita in cuius cõparatione ista, quã ducimus, mors potius sit appellanda quã vita. Neque enim hîc in æternum viuam, vel beatè

Tom. III.

Tom. VII.

Tom. VIII.

beatè viuam: quasi aliud non sit viuere, quam sine vllo fine, & sine vlla miseria viuere. Quia æterna, Ideo lib. xiij. de trin. c. viij. Nullo modo poterit vita veraciter dici beata, nisi fuerit sempiterna. Lib. lxxxiij. quęst. Ea est vita beata, quę est æterna. Quid verò æternum est? Quid æternitate afficiat animum, nisi Deus? Lib. de vera religione. Aeterna vita vitam temporalem viuacitate ipsa superat. Quia beata, Ideo lib. vj. de ciuit. Dei, ca. xij. Vitã æternã dicimus, vbi est sempiterna fœlicitas. Nam si anima in pœnis viuit æternis quibus cruciabuntur spiritus immundi, mors est illa potius æterna quã vita. Nulla quippe peior & maior est mors, quã vbi non moritur mors. Sed qđ animæ natura per id quod immortalis creata est, sine qualicũque vita esse non potest, summa mors eius est alienatio à vita Dei in ęternitate supplicij. Vitã ergo æternã. i. sine fine vllo fœlicem, solus ille dat, qui dat veram fœlicitatem. Lib. soliloq. ad Deum. Vita vitalis, dulcis & amabilis, sempérq; memorialis: nõ erit hostis impugnans, nec vlla illecebra, sed summa & certa securitas, & secura tranquillitas, & tranquilla iucunditas, & iucunda fœlicitas, & fœlix æternitas, & æterna beatitudo, & beata trinitas, & trinitatis vnitas, & vnitatis Deitas, & Deitatis beata visio, quæ est gaudium Domini nostri. O gaudiũ super gaudium, gaudium vincens omne gaudiũ, extra quod non est gaudiũ, quando introibo in te, vt videam Dominum meum qui habitat in te?

Tom. III. — Tom. IIII. — Tom. I. — Tom. V. Vita non vita — Cap. 35. — Cap. eod. inf. — Tom. IIII. — Li. qui dicitur manuale cap. 7. Tom. IX.

Quæ vita quid fœlicitatis cõtinet, declarat ibidem. O regnũ beatitudinis sempiternæ, vbi tu Domine spes sanctorũ & diadema gloriæ, facie ad faciem videris à sanctis, lætificans eos vndiq; in pace tua, quę exuperat omnẽ sensum. Ibi gaudiũ infinitũ, lętitia sine tristitia, salus sine dolore, vita sine labore, lux sine tenebris, vita sine morte, omne bonũ sine omni malo: vbi iuuẽtus nũquã senescit, vbi vita terminũ nescit, vbi decor nũquã pallescit, vbi amor nunquã tepescit: vbi sanitas nunquam marcescit, vbi gaudium nunquã decrescit, vbi dolor nunquã sentitur, vbi gemitus nunquã auditur, vbi triste nihil videtur, vbi lætitia semper habetur, vbi nullum malum timetur, quoniã ibi summũ bonũ possidetur, quod est semper videre faciem Domini virtutũ. Fœlices igitur qui de naufragio vitæ præsentis ad tanta gaudia iam peruenire meruerunt. Lib. de continẽtia post medium. In illa æterna vita, in illo sęculo, & in illo regno erit bonũ summũ, & malum nullũ: quando erit, & vbi erit sapientiæ amor summus, & cõtinentiæ labor nullus. Lib. de cõtemplatione Iesu Christi, ca. xiij. O vita sempiterna & vita beata, vbi gaudium sine merore, requies sine labore, dignitas sine timore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abũdantia sine defectione, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, & beatitudo sine calamitate. Vbi omnia bona in charitate perfecta, vbi species & visio facie ad faciem, vbi plena scientia in omnibus & per omnia, vbi summa Dei bonitas cernitur, & lumen illuminãs à sanctis glorificatur, vbi præsens Dei maiestas

A conspicitur, & hoc vitæ cibo sine defectu mens intuentium satiatur. Vident semper & videre desiderant, sine anxietate desiderãt, & sine fastidio satiantur. Vbi verus sol iustitiæ, mira suæ pulchritudinis visione omnes reficit, & ita vniuersos cœlestis patriæ ciues illuminat, vt luceant ipsi, lumẽ videlicet illuminatum per Diuinum lumen illuminans super omnem solis nostri splendorẽ, atque cunctarum stellarum claritatem, immortali adhærentes Deitati: & per hoc immortales & incorruptibiles facti, iuxta promissionem saluatoris, propter quos dedisti mihi, volo vt vbi sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, & omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnum sint. Regnum cœlorum, regnum fœlicissimum, regnum carens morte &
B vacans fine, cui nulla tempora succedũt per æuũ: vbi continuus sine nocte dies nescit habere tempus, vbi victor miles nescit laborem, & donis ineffabilibus cumulatur.

Nobile perpetua caput amplectente corona.

Vtinam remissione obtenta peccatorum, & hac carnis sarcina deposita in tua æterna gaudia repausandus transirem, sanctorum supernorum choris interessem, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assisterem, præsentem Dei vultum cernerem, nullo mortis metu afficerer, sed de perpetuæ immortalitatis incorruptione gauderem, & scienti omnia coniunctus omnem ignorantiæ cæcitatem amitterem, terrena cuncta paruipenderem conuallẽ istã lachrymarum intueri vel reminisci vlterius dedignarer, vbi vita
C laboriosa, & omni amaritudine plena. Vnde comparatione illius vitę, pręsens vita est miseria. In communibus sermonibus. serm. vj. Vita æterna, sola vita dicẽda est. Nam ista vita mortalis in qua nunc sumus, ex illius vitæ cõparatione mors esse conuincitur, quæ tanta mutabilitate variatur, & nulla stabilitate firmatur, & cursu breuissimo terminatur. Et ideo vera vita dicẽda nõ est nisi æterna, quæ sola vita est beata. Non ergo est beata vita, nisi vera: & non est vita, nisi vera vita: nec vera vita est, nisi æterna vita. In serm. xiij. de die iudicij. Nolite fratres iam mũdum diligere, quem ita cernitis cum velocitate transire. Nolite in eius amore anchoram cordis figere, quem sic ad finem conspicitis declinare: pręsertim cum Apostolus clamet, quod amicitia huius mundi
D inimica sit Deo. Si enim ipse mundus nos diligeret, diligendus vtique non esset: quantomagis cũ ipse mundus nos odire probetur, quos tantis malis insequitur, à nobis omnimodè spernendus atque fugiendus est. Vitam verò æternã ex omnibus pręcordiis vestris amate, quam nunquã in sęcula finiatis. Illuc festinate, vbi semper viuatis: & vbi iam mori non timeatis. Si enim sic amatis istam miseram fluidámque vitam, vbi cum tanto labore viuitis, & vbi vix currendo, satagendo, sudando, suspirando, necessariis corporis satisfactis: quanto magis amare debetis ęternam vitam, vbi nullum laborẽ sustinebitis, vbi semper summa securitas, summa fœlicitas, fœlix libertas, &

fælix beatitudo: vbi implebitur illud, quod Dominus in Euangelio dicit, Erunt homines similes Angelis: Et illud, Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei. Qualis putatis tũc erit splendor animarum, quando solis claritatem habebit lux corporum? Ibi iam non erit vlla tristitia, nullus ibi labor, nullus dolor, nullus timor, nulla mors, sed perpetua semper sanitas perseuerat: nulla ibi consurgit malitia, nulla carnis miseria, nulla ægritudo, nulla necessitas: non erit ibi fames, non sitis, non frigus, non æstus, non lassitudo ieiunij, nulla tentatio inimici, nec peccandi voluntas, nec delinquendi possibilitas: sed totos lætitia, totos exultatio possidebit homines: quia sociati Angelis sine vlla carnis infirmitate regnabunt. Erit ibi iucunditas infinita, beatitudo sempiterna: quam qui semel adipiscitur, semper tenet. Nihil illo loco magnificentius, nihil gloriosius, vel clarius, nihil pulchrius, nihil verius: nihil illa beatitudine syncerius, nihil illa abundantia copiosius. Lib. supputationũ, parte ij. cap. xxj.

Lib. Medit. Tom. IX.

Et vita hæc, vita misera & incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorum, regina superborum, ancilla infernorum, vita atrocissima, plena miseriæ & errorum, quæ non est dicenda vita, sed mors, in qua momentis singulis morimur, & per varios mutabilitatis defectus diuersis generibus mortium rapimur. Nunquid ergo hoc quod viuimus in hoc mundo, possumus dicere vitam, quam humores tumidant, dolores extenuant: ardores exsiccant, aëra morbidant: escæ inflant, ieiunia macerant: ioci & læta dissoluunt, tristitiæ consumunt: solicitudo coarctat, securitas hebetat: diuitiæ iactant, paupertas deiicit: iuuentus extollit, senectus incuruat: infirmitas frangit, mœror deprimit? Et his omnibus malis mors furibunda succedit, simúlque cunctis gaudiis istius miseræ vitæ finem imponit, ita vt cum esse desierit, non fuisse putetur. Mors ista vitalis, & vita mortalis, licet his & aliis respersa sit amaritudinibus, proh dolor quàm plurimos suis caput illecebris, & suis falsis promissionibus decipit. Et cum ita sit per se amara & falsa, vt etiam suos cæcos amatores latere non valeat, tamen infinitam stultorum multitudinem aureo calice quem in manu habet, potat & prorsus inebriat. Fœlices illi, & ipsi rari, qui familiaritatem eius recusant, societatem abiiciunt, ne cum pereunte deceptrice, ipsi perire cogantur. O tu vita quam præparauit Deus his qui diligunt eum, vita vitalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita casta, vita munda, vita sancta, vita ignara mortis, & nescia tristitiæ, vita sine labe, sine corruptione, sine perturbatione, sine varietate & mutatione, vita totius elegantiæ & dignitatis plenissima, vbi non est aduersarius impugnans, vbi nulla peccati illecebra, vbi est amor perfectus & timor nullus, vbi dies æternus, vbi Deus facie ad faciem cernitur, & hoc vitæ cibo mens sine defectu satiatur. Libet me tuę intendere claritati, delectant me bona tua auido corde, quanto plus valeo considerare, tanto plus amore langueo: tuo vehementi desiderio, tuáque dulci memoria admodum delector. Libet itaque oculos cordis in te attollere, statum mentis erigere, & affectum animi conformare. Libet sane de te loqui, de te audire, de te scribere, de te conferre, de tua beatitudine & gloria quotidie legere, & lecta sæpius sub corde reuoluere. Prædictorum verborum sententiam ponit, in sermone de anima & corpore, & miseria vitæ, in quo adiungit. O caro omni infirmitate depressa. Illam vitam debuisti amplecti, quæ in æternitate consistit: vbi vita sine morte, vbi iuuentus sine senectute, vbi lux sine tenebris, vbi gaudium sine tristitia, vbi pax sine discordia, vbi voluntas sine iniuria, vbi regnum sine commutatione: hæc septem consequi debuisti. O caro misera, quare non egisti dum viua eras sic, vt perfruereris bono: & priuata non fuisses illo loco, vbi gaudium sempiternum, vbi immarcessibilis gloria, vbi incorruptibilis & incomparabilis delectatio, vbi chorus Apostolorum & Prophetarum & sanctorum omnium cum iucunditate æternæ lætitiæ incessabiles laudes, cum sanctis Angelis canunt. Vnde super primam canonicam Ioannis, homil. prima. Incertum est vtrum vita ista alicui sit vtilis, aut inutilis. Vita verò quę est apud Deum, sine dubio vtilis est. Et ideo est amanda. Libro quinquagesimo homil. Si curris pro hac vita centum milliaria, quot debes currere pro vita æterna? Si festinas lucrari dies paucos & ipsos incertos: hodie enim homo à morte liberatus, nescit vtrum cras moriatur: & tamen si sic curritur propter lucrum paucorum dierum, quia & vsque in senectam pauci dies sunt, quomodo currendum est pro vita æterna? Sed amor peruersus animæ abundat: amor autem rectus valde paucorum est. Libro decimo nono de ciuitate Dei, capite xx. Cum summum bonum ciuitatis Dei sit pax æterna atque perfecta, non per quam mortales transeant nascendo atque moriendo, sed in qua immortales maneant nihil aduersi omnino patiendo, quis est qui illam vitam vel beatissimam neget, vel in eius comparatione istam quæ hîc agitur, quantislibet animi & corporis externarúmque rerum bonis plena sit, non miserrimam iudicet? Quam tamen quicunque sic habet, vt eius vsum referat ad illius finem, quam diligit ardentissimè, ac fidelissimè: sperat: non absurdè dici etiam nunc beatus potest, spe illa potius, quam re ista. Res verò ista sine spe illa, beatitudo falsa & magna miseria est. Non enim veris animi bonis vtitur: quoniam non vera est sapientia, quæ intentionem suam in his quæ prudenter discernit, gerit fortiter, cohibet temperanter, iustéque distribuit: non illum finem dirigit, vbi Deus erit omnia in omnibus, æternitate sancta & pace perfecta. In sermone contra Arrianos. Qui vult ad æternam vitam peruenire, contra omnes diaboli laqueos debet fortiter vigilare. Non enim qualis est ista vita, talis inuenietur & illa. Quantum distet inter hanc & illam, nosse debet charitas vestra. Hîc falsitas, ibi veritas. Hîc perturbatio, ibi fida possessio.

Homil. 37. Tom. X.

Tom. VI.

Lib. ad catechum cõtra Iudæos, Paganos & Arrianos. cap. 20. Tom. VI.

Cap. 22.

sessio. Hîc pessima amaritudo, ibi sempiterna dulcedo. Hîc periculosa luctatio, ibi secura exultatio. Hîc timetur ne qui amicus erat, efficiatur subito inimicus: Illic semper permanet amicus, quia nullus admittitur inimicus. Hîc quicquid est bonum, timetur ne pereat: illic quicquid acceperis, ab illo seruabitur qui facit vt nec tu transeas, & quod acceperis, non amittas. Hîc mors, ibi vita. Hîc luctus, ibi gaudium. Hîc omnia mutabilitati subiacent, & non esse possunt, Deus autem illic pro omnibus & in omnibus erit, & quæ digna dicuntur, si tamen aliqua dicantur. Non enim sufficit humana lingua laudare, quod sensus mortalis non valet comprehendere. Veniemus illuc fratres, & ibi videbimus quod oculus non vidit: Ibi audiemus quod auris non audiuit: Ibi intelligemus quod cor humanum hîc comprehendere non valuit: videntes fruentésque exultabimus inenarrabili gaudio. Et quale erit gaudium, vbi nullus timor erit? Quale gaudium erit, cum te socium videris Angelorum participem regni cœlorum, regnare cum rege, nihil concupiscendo omnia possidere, sine auaritia diuitem, sine pecunia administrantem, sine successore iudicantem, sine metu Barbarorum regnantem, sine morte in æterna vita viuentem? Sed vt ad istam veniamus, viam tutissimam, quæ illuc ducit, non dimittamus. Hæc autem via Christus est.

Tom. IIII. Libro de catechizandis rudibus. Fuge illa tormenta, vbi nec tortores deficiunt, nec torti moriuntur, quibus sine fine mors est non posse in cruciatibus mori: & exardesce amore & desiderio sempiternæ vitæ sanctorum, vbi nec operosa erit actio, nec requies desidiosa: laus erit Dei sine fastidio, sine defectu: nullum in animo tædium, nullus in corpore labor, nulla indigentia, nec tua cui subueniri desideres: nec proximi, cui subuenire festines.

Cap. 10. Tom. IX Libro de symbolo, tractatu quarto. Si amatur vita, talis quæratur quæ nunquam finiatur. Et si amatur, quare non quæritur? Aut si quæritur, quia hîc non est, ad eum locum vbi est, quare non festinatur? Quid quod etiam vltro se nobis vita ipsa ingessit? Christus est enim verus Deus & vita æterna. Venit ad nos perditos, & redemit inuentos. Venit huc ad regionem mortalium ipsa vera vita, dedit gustum saporis sui: gustauimus, vidimus, quoniam suauis est. Præcessit nos, inuitauit nos vt sequamur: & adhuc ad tam magnum illud bonum, cuius talem suscepimus gustum, sequi formidamus? Venit ad te vita, repende vicem, veni & tu ad illam. Suscepit vehiculum mortis, vt transiens liberaret te: suscipe & tu mortem, vt cum ad illam veneris, ita ab illa suscipiaris, vt nunquam moriaris.

Libro de expositione dominicæ orationis & symboli, sermone secundo. Vitam æternam si credis, ama & spera. Dum enim vita æterna amatur, quid vtique nisi Christus amatur? Ipse est enim, vt ait Apostolus, Verus Deus & vita æterna. Ac proinde ipse amare Christum, qui est vita æterna, ostenditur, qui facit quæ Christus do-

A cuisse monstratur: ipso contestante, Qui audit, inquit, sermones meos & facit illos, ille est qui diligit me. Ergo qui non facit ea quæ docuit Christus, odit Christum. Odit vtique Christum, non dictis, sed factis, dicente Apostolo, Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Sicut enim negatur factis Christus, etiam si ore prædicetur: ita oditur opere, etiam si tantum verbis & non factis ametur. Pro qua re nemo vestrum se decipiat, si credit in Christum, & faciat quæ prohibuit Christus. Omnis enim confitens Christum, qui dicit se manere in Christo, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Quid prodest habere Christum in ore, & ab itinere doctrinæ eius per deuia oberrare? Sic ergo debetis fidei accommodare assensum, vt bonorum non negli-

B gatis efficaciam operum. Pro qua re veniens Dominus, sic nos inueniat plenos, vt & opere reperiat ornatissimos.

In sermone nono de martyribus, qui dicitur massa candida. Omnis homo qualiscunque sit, beatus vult esse. Hic nemo est qui non velit: atque vtinam ita velit, vt præ cæteris velit: imò quicunque vult cætera, propter hoc vnum velit. Diuersis cupiditatibus homines rapiuntur, & alius cupit hoc, & alius illud. Diuersa sunt genera viuendi in genere humano: & in multitudine generis viuendi, alius aliud elegit & capescit: Nemo est tamen quocunque genere vitæ electo, qui non beatam vitam cupiat. Beata ergo vita omnium est communis passio: sed qua veniatur ad eam, qua tendatur, quo itinere perueniatur, inde controuersia est. Ac per

C hoc si quæramus beatam vitam in terris, nescio vtrum inuenire possimus: non quia malum est quod quærimus, sed quia non in loco suo quærimus. Alius dicit, Beati qui militant: negat alius & dicit, Beati qui agrum colunt: & hoc negat alius & dicit, Beati qui in foro populari claritate versantur causásque defendunt, vitam mortémque hominum lingua moderantur: & hoc alius negat & dicit, Beati qui iudicant, qui potestatem habent audiendi & discernendi: negat hoc alius, & dicit, Beati qui nauigant multas regiones, discunt multa, mercantur multa, lucrantur multa. Videtis, charissimi, in omni ista multitudine generis viuendi non placere vnum omnibus, sed tamen beata vita omnibus placet: eam enim volunt omnes, & non habent omnes. Quæramus

D quæ sit hîc beata vita. Communis natura habet insitum viuere velle. Item si dicam, Vis esse sanus? Puto nemo dicet, Nolo. Nemo vult dolere: sanitas enim in diuite pretiosa: sed in paupere est sola substantia. Sed quid prodest opulentia diuiti, si sanitas non sit sibi, quæ patrimonium est pauperi? Valde vellet diues infirmus lectum argenteum, cum pauperis sani mutari cilicio, si posset ægritudo migrare cum loco. Ecce ad duo ista consentitur. Non omnium sensus consentit ad militiam, aut agriculturam, aut ad nauigationem: sed omnium ad vitam & sanitatem. Cum ergo est homo viuus & sanus, nihil plus quærit si

sapiat: quia nihil debet plus quærere: vbi est enim perfecta vita & perfecta sanitas, si quæritur amplius quid erit, nisi vitiosa cupiditas? Habebunt impij in cruciatibus vitam, sed qui viuunt in tormentis cupiunt, si fieri posset, finire talem vitam: & nemo eis dat interitum, vt nemo auferat cruciatum. Sed vide scripturam loquentem & discernentem. Non enim dignum est talem vitā vocare vitam in cruciatibus, in tormentis, in ignibus sempiternis: noluit appellare vitam, vt ipsum nomen vitæ laudis sit, non mœroris: vt vbicunque audis vitam, tormenta non cogites. Nam in tormentis est sempiterna mors, non aliqua vita. Ipsam vocant scripturæ mortem secundam. Post hanc primam, quam omnes humanæ conditioni debemus, & mors secunda, & mors vocatur: & nemo ibi moritur sanus: & melius dixerim, nemo in doloribus viuit: in doloribus enim viuere, non est viuere. Illa vita in tormentis non est vita: & illa vita sola est, quæ beata: nec beata esse potest, nisi fuerit æterna. Vita ergo æterna, est beata: quia si non est ęterna, nec beata: si ęterna in pœnis, nec vita.

Cap. 14. Tom. III. Concludit lib. de vera innocentia. Beata vita, si non amatur, nō habetur. Porrò si amatur, non ideo habetur: cæteris omnibus rebus necesse est vt excellentius diligatur, quoniam propter hanc amandum est, quicquid aliud est amādum. Quia verò beatus esse non potest, nisi qui eam vt dignum est, amet: consequens est vt eam æternam velit, quæ verè beata erit quando terminum non habebit.

Tom. II. Epist. 45. Vnde pro ea omnia contemnenda sunt. In Epistola ad Armentarium & Paulinam. Pro æterna vita, contemnenda sunt cuncta superflua: cum etiam pro hac transitoria, contemnantur necessaria.

Ser. ord. 64. Tom. X. Probat hoc libro iij. de verbis Domini, sermone xxvij. Quia amant homines viuere in hac terra, promissa est illis vita: & quia multum timent mori, promissa est illis æterna. Quid ergo amas? Viuere? Hoc habebis. Quid times? Mori? Non patieris. Et ideo hoc sufficere visum est humanæ infirmitati, vt diceretur, Habebis vitam æternam. Capit hoc mens humana: quia viuit, & mori non vult. Amat vitam æternam, vult semper viuere, & nunquam mori. Sed & illi qui torquebuntur in pœnis velle habent mori & non possunt. Non ergo magnum est diu viuere, aut semper viuere, sed magnum est beatè viuere. Amemus ergo vitam æternam, & ex eo nouerimus quantum pro ea laborare debemus, cum videmus homines amatores præsentis vitæ temporalis atque finiendæ sic pro illa laborare, vt quando venerit mortis metus, quicquid possunt faciant, non vt mortem auferant, sed vt differant. Quantum laborat homo quando mors imminet, fugiendo, latendo, quicquid habet dando & se redimendo, laborando, cruciatus molestiásque sustinendo, medicos adhibendo, & quicquid aliud potest homo. Videte quia consumptis laboribus & facultatibus suis, vt aliquantulum viuat potest facere, sed vt semper viuat non potest. Si ergo labore tanto, tantóque conatu, tantis impendiis, tanta instantia, tanta vigilantia, & tanta cura agitur vt aliquantulum plus viuatur: quomodo agendum est vt semper viuatur? Et si prudentes dicuntur, qui omnibus modis agunt vt differant mortem & viuant paucos dies, ne perdant paucos dies, quam stulti sunt qui sic viuunt vt perdant æternum diem? Hoc solùm ergo nobis promitti potest, vt dulcescat nobis vtcunque munus Dei ex hoc quod habemus modo, quia de munere ipsius habemus vt viuamus, vt salui simus. Ponamus ergo nobis ante oculos talem vitam cum promittitur æterna, vt remoueamus ab illa quicquid hîc molestum patimur. Facilius enim inuenimus quid ibi non sit, quam quid illi sit. Ecce hic viuimus, viuemus & ibi: Salui sumus quando non ægrotamus nec aliquid dolet in corpore, salui erimus & ibi: Et quando nobis bene est in hac vita, nullas pœnas patimur, nullas patiemur & ibi. Quantum dares vt semper viueres, saluus esses, & nullas pœnas sustineres? Non sufficeret quicquid haberes etiam si totum mundum possideres. Et tamen venale est: Eme si vis. Nec multum exæstues de re magna propter pretij magnitudinem. Tantum valet, quantum habes. Noli quærere quid habeas, sed qualis sis. Res ista te valet: tantum valet, Quantum es tu. Te da, & habebis illam. Quid exæstuas? Quid turbaris? Nunquid quæsiturus es te, aut empturus es te? Ecce tu qui es, qualis es, da te illi rei, & habebis illam. Et si malus es, dando te illi, bonus eris: imo hoc est bonum esse, dare se ei. Et cum bonus fueris, pretium ipsius eris, vt habeas salutem, incolumitatem, & sine fine vitam. Sed adhuc plus. Nō enim ibi erit lassari & dormire, esurire, sitire, crescere & senescere, quia nec nasci erit, vbi numeri integri manent. Numerus quidem ipse est, nec opus est vt augeatur, quia ibi non erit vt minuatur. Ecce quanta retuli, & nondum dixi quid erit ibi: quia illud nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Si in cor hominis non ascendit, nec in nostrum vt dicatur, sed solùm vt credatur.

Sed ipsa vita beata non datur, nisi bonis & virtuosis. Libro de continentia post medium. Cap. 8. Tom. IIII. Post hanc vitam, reis manebit in æternum pœna pro culpa: liberis non remanebit in æternum, nec culpa, nec pœna: sed permanebunt in æternum substantiæ bonæ spiritus & caro, quas Deus bonus & immutabilis bonas quamuis mutabiles condidit. Permanebunt autem in melius commutatæ, nunquam in deterius iam mutandæ, consumpto penitus omni malo, & quod homo fecit iniustè, & quod passus est iustè: Quibus duobus malis generibus omnino pereuntibus, quorum vnum est. Præcedentis iniquitatis, alterū consequentis infœlicitatis, erit hominis sine vlla prauitate voluntas recta, & sine vllo fine beata nostra natura. Ibi omnibus erit clarum atque perspicuum, quod nunc à fidelibus multis creditur, à paucis intelligitur.

Tom. IX. Libro de vita Christiana. Nemo sensu proprio se decipiat

decipiat & illudat. Nemo se vana existimatione seducat. Quisquis bonus non fuerit, vitam non habebit ęternam. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus, clemens, gehennæ non euadet incendium. Deus malos non amat, non diligit peccatores. Quisquis malum fecerit, inimicus est Dei. Quisquis sine dolo non fuerit, partem non potest habere cum Christo. Sed an virtutum opera sint in illa vita, determinat Lib. duodecimo super Gene. Ibi sine vlla corporis similitudine perspicua veritas cernitur, nullis opinionum falsarũ nebulis ofuscatur. Ibi virtutes animæ nec sunt operosæ nec laboriosæ neque enim opere temperantiæ libido frænatur, aut opere fortitudinis tolerantur aduersa, aut opere iustitiæ iniqua puniuntur, aut opere prudentię mala deuitantur. Vna enim & tota virtus est amare quod videas, & summa fœlicitas habere quod amas. Ibi enim beata vita in frõte suo bibitur, vnde aspergitur aliquid huic humanæ vitæ, vt in tentationibus huius sæculi temperanter, fortiter, iustè, prudentérque viuatur. Propter illud quippe adipiscendum, vbi secura quies erit, & ineffabilis visio veritatis, labor suscipitur, & continendi à voluptate, & sustinendi aduersitates, & subueniendi indigentibus, & resistendi decipientibus. Ibi videbitur claritas Domini, non p visionem significantem: siue corporalem, sicut visa est in monte Sina: siue spiritualem, sicut Isaias vel Ioannes in Apocal. sed per speciem, non per ænigmata, quantum eam capere mens humana potest, secundum assumentis Dei gratiam, vt os ad os loquatur ei quem dignum Deus tali colloquio fecerit: non os corporis, sed mentis. Ideo conclusio est. Libro decimoquarto de trinitate. In hac mortali vita, vbi humanarum rerum scientia est salubris, id agamus, quo consequamur æternam. In secundo sermone de catechismo. Hanc vitã, dulcissimi, amemus, appetamus, desideremus: ad quam omnis qui currit, non graditur via pedũ, sed via morũ. Boni ergo mores requiruntur: ipsi in omnibus inueniãtur.

Cap. 26. Tom. III.

Tom. III.

VITA PRAESENS. Est à Deo. Super Psalm. xxix. Vitæ in voluntate Dei, non in viribus nostris, non in meritis nostris: sed quia voluit, saluos nos fecit, non quia digni eramus. Quo est enim peccator dignus, nisi supplicio? Vitam dedit. Et si impiis vitam dedit, quid seruat fidelibus? Sed non est vera vita. super Ioannem. Ista vita, nõ est nominanda vita: quia non est vera vita. Nam vera vita non est, nisi quę æterna est. Ergo si apprehendenda est vera, migrandum est de falsa. Dicitur ista vita esse tribulatio. Lib. iij. de verbis Domini, sermo. v. Tota quippe vita ista intelligentibus tribulatio est. Sunt enim duo tortores animæ, non simul torquentes, sed cruciatum alternãtes. Horum duorum tortorum nomina sunt, timor, & dolor. Quando tibi bene est, times: quãdo male est, doles. Sæculi huius quem non decipit prosperitas, non frangit aduersitas. Tenenda est nobis via tutior, verbum Dei. Super Psal. cxxxvij. Vita ista tribulatio est. Si non est tribulatio, non est peregrinatio: si autem peregrinatio est, aut parum patriam diligis, aut sine dubio tribularis. Quis enim non tribuletur non se esse cum eo quod desiderat? Vnde tibi non videtur ista tribulatio? Quia non amas. Ama alteram vitam, & videbis quia ista vita tribulatio est, quacunque prosperitate fulgeat, quibuslibet deliciis abundet atque circumfloreat. Quando nondum est illud gaudium sine vlla tentatione certissimum, quod nobis in fine seruat Deus, sine dubio tribulatio est. Vnde in Epistola ad Bonifacium comitem. Necesse est in hoc mundo, vt ciues regni cœlorum inter errantes & impios tentationibus agitentur, vt exerceantur, & tanquam in fornace sicut aurum probentur. Ideo non debemus ante tempus cum solis sanctis & iustis viuere, vt hoc suo tempore mereamur accipere. Hæc vita est laboriosa. lib. ij. de verb. Domini. ser. iiij. Hæc vita, non dico, est mala, non iniqua, non nepharia, non luxuriosa, non impia: sed est laboriosa, ærumnis plena, timoribus castigata, tentationibus solicita. Super Psal. cxxxvij. Hanc vitam nobis peccantibus dedit Deus, vbi etiam necesse est vt Adam cõteratur in sudore & labore vultis sui, cum terra ei tribulos & spinas parit. In ser. xiij. de Apostolis Petro & Paulo. Vitam negare amarum est: natura enim refugit mortem. Intuere omne animalium genus, & nullum inuenies quod nolit viuere, quod nõ timeat interire. Habet istum sensum genus humanũ. Dura est mors. Ideo neganda est vita cum sit misera propter dies malos. Abundant enim hîc dies mali. Sed dies malos non iste sol creat ab oriente in occidentẽ veniens: sed dies malos, fratres, nos facimus. Si bene viueremus, omnes dies bonos haberemus. Etenim homini vnde malũ, nisi ab homine? Enumerate quãta extrinsecus homines patiuntur & abundant homini ab homine. Ab homine furta, ab homine adulterium passus est in vxore, ab homine seductus est ei seruus, ab homine proscriptus est, ab homine celatus est, ab homine expugnatus est, ab homine captiuus ductus est. Libera me Domine ab homine malo. Iam tu quisquis ista audis, non cogitas nisi de inimico quem pateris, de vicino malo homine potente, de consorte malo, forsitan de latrone cogitas: quando audis, Libera me Domine ab homine malo: & sic oras quãdo oras, vt te liberet Dominus ab homine malo illo, vel illo inimico. Tu noli tibi esse malus. Audi me: liberet te Deus à te. Quando enim Deus gratia sua & misericordia de malo facit te bonum, vnde te liberat, nisi à te ipso homine malo? Omnino fratres mei hoc verum est, hoc certũ est, hoc fixũ est: si te Dominus liberauerit à teipso homine malo, nihil tibi nocebit, quisquis fuerit alius homo malus. Et ideo deducit in Epistol. ad Armentarium & Paulinam. Labores & pericula & exercitia huius transitoriæ vitæ, si pro eadem vita quandoque finienda subeuntur,

Enarra. Tom. VIII. · Tract. 19. Tom. III. · Ser. ord. 42. Tom. X. · Tom. VIII. · Tom. II. Epist. 205. · Ser. ord. 27. Tom. X. · Tom. VIII. · Tom. II. Epist. 45.

A minore probat pro futura vita quę[que] toleranda.

vt mors eius non omnino auferatur, sed paululum differatur, quanto magis pro æterna subeũda sunt, vbi mortem nec natura solicitè cauet, nec ignauia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet? Nulli quippe erit quæ non erit. Habeat te igitur vita æterna in dilectoribus suis. Nonne cernis, hæc vita miserabilis & egena, quàm vehementes habeat, quantúmque sibi obliget amatores suos? Qui tamen periculo eius sæpe turbati, citius eam finiunt, eo ipso quod finire formidant: & mortem dum declinant, accelerant: veluti si quispiam fluuio rapiendus irruat, latronem bestiámue fugiendo. Iactant in mare tempestate sæuiente aliquando & alimenta: & vt viuant, proiiciunt vnde viuant, ne citò finiatur, quod in labore viuitur. Quantis laboribus agitur, vt longiore tempore laboretur, & mors cum impendere cœperit, ideo cauetur, vt diutius timeatur? Nam inter tot casus fragilitatis humanæ, quam multæ mortes timentur, quarum certè vna cum venerit, restat cæteras non timeri: & tamen fugitur vna cum omnes timeantur. Quibus excruciantur doloribus, qui curantur à medicis & secantur? Nunquid vt non moriantur? Sed vt aliquanto serius moriantur. Multi cruciatus suscipiuntur certi, vt pauci dies adiiciantur incerti. Et nonnunquam ipsis doloribus victi continuò moriuntur, quos mortis timore suscipiunt. Et cum omnino non eligant vitam finire ne doleat, sed dolere ne finiant, accidit eis vt doleant & finiant: non solùm quia & sanati vitam vtique finiunt post dolores, quæ tantis pœnis comparata nec sempiterna esse potest, quia mortalis est: nec diuturna, quia tota breuis est: nec de ipso breui spatio sui secura, quia semper incerta est: verum etiam quod aliquando dolore finierunt, quam ne finirent, dolere voluerunt. Habet etiam hoc magnum malum & vehementer execrandum & horrendum nimius amor vitæ istius, quod multi dum volunt paulò diutius viuere, grauiter offendunt Deum, apud quem est fons vitæ. Atque ita dum ab eis frustra, qui necessario futurus est vitæ finis metuitur, illinc prohibentur, vbi sine fine viuitur. Huc accedit quia vita misera etiam si posset esse perpetua, nullo modo beatæ vitæ etiam breuissimæ comparanda est: & tamen istam amando miserrimam atque breuissimam, perdunt beatissimam ac sempiternam: cum in hac ipsa, quam malè diligunt, hoc velint quod in altera perdunt: quia vtique in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse nolunt: nec breuiter, nam eam finiri nolunt: sed tantum quia vita est, sic amatur, vt sæpe propter eam (licet miseram & breuem) beata & sempiterna amittatur. His consideratis, quid magnum vita æterna iubet amatoribus suis, cum se iubet sic amari, quemadmodum hæc amatur & à suis? An verò dignum est, vel ferendum, cum contemnuntur omnia quæ amantur in mundo, vt post paululum vita finienda, saltem ipsum paululum teneatur in mundo: & non contemnitur mundus, vt obtineatur vita quæ sine fine apud illum est, per quem factus est mundus? Vnde super Ioannem. O si possemus excitare homines, & cum ipsis pariter excitari, vt tales essemus amatores vitæ permanentis, quales sunt homines amatores vitæ fugientis. Quid non facit homo sub mortis periculo constitutus? gladio impendente ceruicibus, prodiderunt homines quicquid sibi vnde viuerent reseruabant. Quis non continuò prodidit ne percuteretur? Et post proditionem fortasse percussus est. Quis non vt viueret, continuò perdere voluit vnde viueret, magis eligens vitam mendicantem, quàm celerem mortem? Cui dictum est, Nauiga ne moriaris, & distulit? Cui dictum est, Labora ne moriaris, & piger fuit? Leuia Deus iubet, vt in æternum viuamus, & obedire negligimus. Non dicit tibi Deus, Perde quicquid habes, vt viuas exiguo tempore in labore solicitus: sed da pauperi vnde habes, vt viuas semper sine labore securus. Accusant nos amatores vitæ temporalis, quam nec cum volunt, nec quandiu volunt habent: & nos inuicem non accusamus, tam pigri, tam tepidi ad capescẽdam vitam æternam, quam si voluerimus habebimus, & cũ habuerimus non amittemus. Hãc autẽ mortẽ, quã timemus, etiam si noluerimus habebimus. In sermone septimo de sancto Laurentio. Cum duæ vitæ sint, vna ante mortem, alia post mortem: ambæ istæ habuerunt & habent amatores suos. Quam sit hæc vita breuis, quid describere opus est: experimur quàm ærumnosa, quàm querulosa, circundata tentationibus, plena timoribus, ardens cupiditatibus, subdita casibus, in aduersis dolens, in prosperis tumens, lucris exultans, damnis excrucians: & in ipsis lucris exultatione trepidans, ne quod acquisiuit amittat, ne propter hoc quæratur, quod antequam haberet non quærebatur: vera infœlicitas, mendosa fœlicitas: humilis cupit ascendere, sublimatus timet descendere: qui non habet inuidet habenti, qui habet contemnit non habentem: & quis explicet verbis huius vitæ tantam & tam conspicuam fœditatem? Et tamen ista fœditas habet amatores suos tales, vt optemus inuenire paucissimos, qui sic diligant æternam vitam, quam finire non possunt, quomodo ista diligitur, quæ citò finitur: & si protendatur, quotidie timetur, ne per horas singulas finiatur. Est hæc vita miserabilis atque fallax. Libro soliloquiorum ad Deum, capite secundo. Vita fallax & vmbratica, plena laqueis mortis. Nunc gaudeo, statim tristor: nunc vigeo, statim infirmor: nunc viuo, statim morior: nunc fœlix appareo, statim miser: nunc rideo, statim fleo. Sicque omnia mutabilitati subiacent, vt nihil vna hora in vno statu permaneat. Hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc sitis, hinc calor, hinc frigus, hinc languor, inde dolor exuberat. Subsequetur his importuna mors, quæ mille modis miseros hoïes quotidie rapit. Hunc interimit febribus, illũ opprimit doloribus: hũc fame

Tract. 49. Tom. IX.

Tom. IX.

fame consumit, illum siti extinguit, illum verò suffocat aquis, hunc interimit laqueo, illum perimit flammis, alium dentibus ferocium bestiarum vorat, hunc trucidat ferro, alium veneno corrumpit, alterum verò repentino terrore miseram vitam finire compellit. Et nunc super omnia hæc omnia magna est miseria, quia cum nihil sit certius morte, ignorat tamen homo finem suum. Et cum stare putat, tollitur & perit spes eius: nescit enim homo quando, & vbi, & quomodo moriatur, & tamen certus est quia eum mori oportet. Et ideo consulit libro sexto confess.

Cap. 11. Tom. I. Conferamus nos ad solam inquisitionem veritatis. Vita hæc misera, est mors incerta. Si subito obrepat, quomodo hinc exibimus? Et vbi nobis discenda sunt, quæ hîc neglexim us? An non potius huius negligentiæ supplicia luenda sunt? Quid si mors ipsa omnem curam cum sensu amputabit & finiet? Ergo & hoc quærendum. Sed absit vt ita sit. Non vacat, non est inane quod tam eminens culmen authoritatis Christianæ fidei toto orbe diffunditur. Nunquam tanta & talia pro nobis Diuinitus agerentur, si morte corporis etiam vita animæ consumeretur. Quid cũctamur igitur relicta spe sæculi conferre nos totos ad quærendum Deum & vitam beatam?

Cap. 4. Tom. V. Probat hanc vitam esse miseram. Libro decimo quarto de ciuitate Dei. Hinc euidentior miseria, quia homo nõ viuit vt vult. Nam si vt vellet viueret, beatum se putaret: sed nec sic tamen Cap. 25. esset, si turpiter viueret. Quanquam si diligentius attendamus, nisi beatus, non viuit vt vult: & Vera beatitudo. nullus beatus, nisi iustus. Sed etiam ipse non viuit vt vult, nisi eo peruenerit, vbi mori, falli, offendi omnino nõ possit: eíque sit certum, ita semper futurum. Hoc enim natura expetit: nec plenè atque perfectè beata erit, nisi adepta quod expetit. Nunc verò quis hominum potest vt vult viuere, quando ipsum viuere non est in potestate? Viuere enim vult, mori cogitur. Quomodo ergo viuit vt vult, qui non viuit quandiu vult? Quod si mori voluerit, quomodo potest, vt vult viuere, qui non vult viuere: etsi ideo mori velit, non quo nolit viuere, sed vt post mortem melius possit viuere. Nondum ergo vt vult viuit, sed cum ad id quod vult moriendo peruenerit. Verum ecce viuat vt vult, quoniam extorsit, sibíque imperauit, non velle, quod non potest: atque hoc velle, quod potest: sicut ait Terentius: Quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possis: non tamen ideo beatus est, quia patienter miser est. Beata quippe vita, si non amatur, non habetur. Porrò si amatur vt habeatur, cæteris omnibus rebus excellentius necesse est ametur: quoniam propter hanc amandum est, quicquid aliud amatur. Porrò si tantum amatur, quantum amari digna est: non enim beatus est, à quo ipsa beata vita non amatur, vt digna est: fieri non potest, vt eam qui sic amat, non æternã velit. Tunc igitur beata erit, quando æterna erit.

Cap. 21. Aliter hoc probat, lib. xxij. eiusdẽ. In hac vita quam nouimus, in qua adhuc sumus, cuius tentationes, imò quam totam tentationem quandiu in ea sumus quãtumlibet proficiamus perpeti non desinimus, quæ sint indicia circa genus humanũ bonitatis Dei, Quis poterit explicare. Nã quod ad primam originem pertinet, omnẽ mortalium progeniem fuisse damnatam, hæc ipsa vita, si vita dicenda est, tot & tãtis malis plena testatur. Quid enim aliud indicat horrenda quædam profunditas ignorantiæ, ex qua omnis error existit, quoniam omnes filios Adam tenebroso quodam sinu suscipit, vt homo ab illo liberari sine labore, & timore non possit? Et subdit probãdo eius miseriã causam peruersi amoris, quod patet supra, cap. Amor: vbi allegatur huius libri hoc capitulum, & adiungit probationem causa ignorãtiæ, vt supra patet, cap. Ignorantia. Et addit causam timoris, & causam infortunij. Ibidem infra dicens, Quantus est metus, quãta calamitas ab orbitatibus atque luctu, à damnis & damnationibus, à deceptionibus & mẽdaciis hominum, à suspicionibus falsis, ab omnibus violentis facinoribus & sceleribus alienis: quandoquidem ab eis & depredatio, & captiuitas, & vincula, & carceres, & exilia, & cruciatus, & amputatio membrorum, & priuatio sensuum, & oppressio corporis ad obscœnam libidinem opprimentis explendam, & alia multa horrenda sæpe contingunt? Quid ab innumeris casibus qui forinsecus corpori formidantur, æstibus & frigoribus, tempestatibus, imbribus, alluuionibus, corruscatione, tonitru, grandine, fulmine, motibus, hiatibúsque terrarum, oppressionibus ruinarum, ab offensionibus & pauore, vel etiam malitia iumentorum, à tot venenis fruticum, aquarum, aurarum, bestiarum, ac ferarum, vel tantummodo molestis, vel etiam mortiferis morsibus, à rabie quæ contingit ex rabido cane, vt etiam blanda & amica suo domino bestia nonnunquam vehementius & amarius quàm leones draconésque metuatur, faciántque hominem quem fortè attrectauerit contagione pestifera ita rabiosum, vt à parentibus, coniuge, filiis peius omni bestia formidetur? Quæ mala patiuntur nauigantes? Quæ terrena itinera gradientes? Quis ambulat vbicunque non inopinatis subiacens casibus? De foro quidam rediens domum, sanis pedibus suis cecidit, pedem fregit, & ex illo vulnere finiuit hanc vitam. Quid videtur sedente securius? De sella in qua sedebat Heli sacerdos cecidit, & mortuus est. Agricolæ, imo verò omnes homines, quot & quantos à cœlo & terra, vel à perniciosis animalibus casus metuunt agrorum fructibus? Solent tamen de frumentis tandem collectis & reconditis esse securi. Sed quibusdam, quod nouimus, prouentum optimum frumentorum fluuius improuisus fugientibus hominibus de horreis eiecit atque abstulit. Contra milleformes dæmonum incursus, quis innocentia sua fidit, quando quidem ne quis fideret etiam paruulos baptizatos, quibus certè nihil est innocentius, aliquando sic vexant, vt in eis maximè Deo ista sinente mõstretur huius vitæ flenda

Cap. 22. Eod. cap. 22. Miseriæ humanæ vita.

tæ flenda calamitas, & alterius desideranda fœlicitas. Iam verò de ipso corpore tot existunt morborum mala, vt nec libris medicorũ cuncta comprehensa sint. In quorum pluribus ac penè omnibus etiam ipsa adiumenta & medicamenta tormenta sunt, vt homines à pœnarum exitio, pœnarum eruantur auxilio. Nonne ad hoc perduxit sitientes homines ardor immanis, vt vrinam quoque humanam vel etiam suã biberent? Nonne ad hoc fames, vt à carnibus hominum se abstinere non possent, nec inuẽtos homines mortuos, sed propter hoc à se occisos, nec quosque alienos, verum etiam filios matres incredibili crudelitate, quam rabida esuries faciebat, absumerent?

Medicamẽta tormenta. *Malesuada fames.*

Et addit de somno, probans eãdem miseriam: quod patet supra, cap. Somnus: vbi allegatur huius libri hoc capitulum. Adiungit autem prædictæ calamitatis probationem ratione belli, tam temporalis, quàm spiritualis: quod patet eadem allegatione, cap. Bellum. Vnde concludit in fine omnium prædictorum sic, ac per hoc iste etiã noster cõflictus in quo periclitamur, & de quo nos victoria nouissima cupimus liberari, ad vitæ huius mala pertinet, quam tot tantorùmque testimonio malorum probauimus esse damnatam.

Lib. eod. Cap. 25.

Libro xxj. eiusdem. capi. xiiij. Vita ipsa mortalis tota est pœna. Et infra cap. xxiiij. Ira Dei etiam est ista vita mortalis, vbi homo vanitati similis factus est, & dies eius velut vmbra prætereunt. Propter hæc omnia dicit in Epistola ad Macedonium. Sanior est Ciceronis sententia, vbi ait, Hæc vita mors est, quam lamentari possem si liberaret. Causa huius vitæ timorosæ dicit libro j. de libero arbitrio. Cupere sine metu viuere, non tantum bonorũ, sed etiam malorum omnium est. Verùm hoc interest, quod id boni appetunt auertendo amorem ab his rebus, quæ sine amittendi periculo nequeunt haberi: mali autem, vt his fruendis cum securitate incumbãt, remouere impedimenta conantur, & propter facinorosam sceleratámque vitam, quæ mors melius vocatur, gerant. Vnde concludit causa prædictorum. Super Psalmum cxxv. Vita ipsa humana, quam ingressi sumus, misera est, laboribus plena, doloribus, periculis, ærumnis & tentationibus. Nolite seduci gaudio rerum humanarum. Flenda in rebus humanis aduertite. Poterat ridere prius puer qui nascitur. Quare à fletu incipit viuere? Ridere nondum nouit, quare plorare iam nouit? quia cœpit ire in istã vitã. Est hæc vita breuis & labilis, ideo bene viuendum. Lib. v. Hom. Hom. infra. Hæc vita optatur, saltem prolixa, quia esse non potest sempiterna: & per hanc potest homo peruenire ad illam, quæ est æterna: si quemadmodum vult eam lõguam, sic velit & bonam. Quantum est autem in hac vita longum, quod erit aliquando finitum? Et quod erat longum, erit nullum: quia & quando erat, non stabat: & quando producebatur, non augebatur, nec addendo crescebat, quia veniẽdo recedebat. Quisquis es amator lõgæ vitæ, esto potius bonæ. Nam si malè viuere volueris, lõga vita

Tom. eod. *Tom. II. Epist. 52. Cic. in Tusc. quæst. Cap. 4. Tom. I.* *Tom. VIII.* *Tom. X.*

non erit verum bonum, sed erit longum malum. Vide quàm sis absurdus atque peruersus, cum te villam fatearis plus amare quàm vitam. Villam vis potius bonam quàm vitam? Nam vt inhiãdo & malè concupiscẽdo adipiscaris villam bonam, fraudando efficis vitam malam. Tamen si tibi diceretur, si à te quæreretur, vtrum malles villa bona carere perdendo, an vita mala moriendo? Responderes te, si vtrunque retinere non posses, paratiorem esse vt villa tibi auferretur. Cur igitur non sic amatur vita, vt sit etiam bona: quæ abs te omnibus tuis bonis præfertur etiam mala? Cupis certè vt longa sit, etiãsi mala sit: imo fac vt bona sit, & noli timere ne breuis sit. Nam si te solicito bene agitur, te securo cito finietur. Succedit nãque ei vita æterna sine metu beata, & sine fine longa. In communibus sermonibus, sermone xxx. More quippe humanæ vitæ prolixum est, quod Deo breue est. Sed & ipsi sæculo & humano generi quod longum videtur, quid consolatur? Nunquid si totius generis humani vltimus dies longè est, propterea vniuscuiusque longè est? Ex Adam nanque multi anni euoluti sunt & fluxerunt, fluéntque deinceps, non quidẽ tam multi, sed tamen vsque in finem sæculi transibũt anni, sicut & illi transierunt. Longum videtur quod restat, quanquam non erit tantum, quantum quod transactum est: & tamen trãsacto præterito tempore, sperandus est finis reliqui temporis. Fuit quidem tunc dies qui diceretur hodiernus, ex illo vsque in hunc diem, quicquid fuit futurum, præteritum factum est, & tale habetur, ac si non fuerit: sic erit quicquid restat extremum. Sed sit & hoc longum prolixúmque quãtum dixeris, quantum cogitaueris, quantum tibi firmat scriptura, sed fingit cogitatio noua: & quantum vis iudicium prolonga, nunquid & vltimum diem tuũ, id est vitæ tuæ, quo exiturus es de corpore, producturus es in longum? Nonne ex quo hîc incipit posse viuere, iam potest & mori? Possibilitatem mortis in hac vita initium vitæ facit. Et in genere humano ille solus mori non potest, qui nondum cœpit viuere. Incertus ergo dies tanquam quotidianus præparandus est. In sermone trigesimo quinto. de resurrectione Domini. Omnis homo cum casu suo ambulat. Differtis bene viuere, cum vitam longam putatis, & mortem subitam non timetis: sed ecce longa sit vita, videte vt sit bona: quia melior est breuis & bona, quam longa & mala. Longam cœnam malam nemo vult habere nec ferre: longam vitam malam penè omnes volunt habere. Vtique si grande est quod viuamus, bonum sit ipsum grande. Sermone de mandatis Domini. Vita æterna sola vita dicenda est. Nam ista vita mortalis, in qua nunc sumus ex illius vitæ comparatione, mors esse conuincitur? Quæ tanta mutabilitatè variatur, & nulla stabilitate firmatur, & cursu breuissimo terminatur. Libro primo. de verbis Domini, sermone decimo sexto. Scio ego, & mecum omnis homo qui paulò attentius considerauerit, neminem Deum timentem, sub verbis

Tom. X.

verbis eius non se corrigere, nisi qui putat quia plus habet viuere. Ipsa res est quę multos occidit, cum dicunt cras, cras, & subito ostiū clauditur. Remansit foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum. Cras, cras, coruina vox est. Geme vt columba, & tunde pectus, sed plagas tibi dando in pectus, cæsus correctus esto, ne non videaris conscientiā cædere, sed malam conscientiam pugnis pauiméto solidiorem reddere, non correctiorem. Geme non inani gemitu. Fortè enim dicis tibi, Promisit mihi Deus indulgentiā quando me correxero, securus sum. Lego enim Diuinā scripturam: Iniquus quacūque die conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscitur Deus. Bene dicis, verum dicis. Indulgentiam correctionis tuæ promisit tibi Deus: negare non possum. Sed dic mihi rogo te, crastinum diem quis tibi promisit? Vbi mihi legis indulgentiam te accepturum si te correxeris: lege mihi ibi quantum victurus sis. Non lego, inquis. Nescis ergo quantum victurus sis. Esto correctus, & semper paratus. Noli timere diem vltimum tanquam furem, qui te dormienti effodiat parietem, sed vigila & corrige te hodie. Quid differs in crastinum? Longa vita erit. Ipsa longa bona fit. Prandium bonum lōgum nemo differt, & vitam malam vis habere longam? Vtique si longa erit, melius bona erit: benefactum est vt bona produceretur. Sic autem homines negligunt vitam suam, vt nolint habere malam nisi ipsam. Villam emis, bonam quæris. Vxorem ducere vis, bonam eligis. Filios vis tibi nasci, bonos optas. Caligas locas, & non vis malas: & vitam amas malam? Quid te offendit vita tua, quam solam vis malam, vt inter omnia bona tua, tu solus sis malus? Lib. iij. eiusdem, sermo. secundo. *Tom. eod.* Quęrimus in terra dies bonos, vbi eos inuenire non possumus. Scio enim quia eos quæritis quando aut ægrotatis, aut in tribulationibus estis, quæ abundant in isto sæculo: quoniam quando ætas vergit ad finem, & senex plenus est querelis & nullis gaudiis, inter omnes tribulationes quibus conteritur genus humanum non quærunt homines nisi dies bonos, & vitam volunt longā quam hîc habere non possunt: quia & longa hominis vita tanta breuitate constringitur, ad vniuersi sæculi huius latitudinem, quasi si vna gutta ad vniuersum mare comparetur. Quid ergo vita hominis, etiam illa quæ longa dicitur? Longam vitam dicunt, quæ in hoc sæculo breuis est: & sicut dixi, abundant gemitus vsque ad decrepitam senectutem. Hoc totum modicum & breue est, & tamen quomodo quæritur ab hominibus, quanta diligentia, quāto labore, quanta cura, quanta vigilantia, quanto opere quęrunt homines vt diu hîc viuant & senescāt. Ipsum autem diu viuere quid est, nisi ad finem currere? Habuisti hesternum diem, habere vis & crastinum diem. Sed cum iste transierit & crastinus, minus illum habes. Ideo habes, optas vt lucescat dies, & propinquet quò tu non vis peruenire. Exhibes aliquam solennitatem amicis tuis, audis à bene optantibus, dici-

A tur tibi, Multos annos viuas, & veniat quod illi dixerunt. Quid? Vt veniant anni & anni, vt non vis vt veniat finis annorum? Studia tua contraria sunt. Ambulare vis, & peruenire non vis. Verūtamen, vt dixi, si tāta cura inest hominibus, vt quotidianis, magnis, perpetuísque laboribus cupiāt vt tardius moriantur, quanta cura agendum est, vt nunquam moriantur: Inde nemo vult cogitare. Quotidie in isto sæculo quęruntur dies boni, vbi non inueniuntur, & nemo vult sic viuere, vt illuc perueniat, vbi inueniuntur. Super Psalmum xxxiiij. sermone primo. *Tom. VIII.* Magna misericordia Dei, & monuit vt bene viuamus: & diem nobis notissimum mortis nostræ abscondit, ne nobis de futuro incerto aliq̃d promittamus. Est hæc vita fallax & deceptoria. In sermone de anima & corpore & miseria vitæ.

B O vita, quantos de prosperis decipis, tantos seduxisti, tantos excæcasti. Quæ dum fugis, nihil es: cum videris, vmbra es: cum exaltaueris, fumus es: dulcis es stultis, amara sapientibus. Qui te amant, nō te agnoscunt: & qui te contemnunt, ipsi te intelligunt. Timenda es, Fugitiua es, quasi vmbra es & velut somnus, periculosa es, breuis & nihil es. Væ qui tibi credunt, beati qui te contemnunt. Vera non est via quam ostendis. Aliis ostendis te longam, vt perdas in fine: aliis breuem, vt dum pœnitere velint, non permittas: aliis latam, vt faciant quæ volunt: aliis angustam, vt non bene faciant: aliis tristem, vt non consolentur de bono. Interrogāda es, & non credenda. Misera es, & mortalis, & non diuturna, sed casura. Curre sapiens, fuge.

C Quid fugis? Sic es in hac vita misera, quasi sit homo in domo aliena, nesciens qua die, aut qua hora dicatur ei, Veni foras: quia non est tua domus in qua habitas. O vanum sæculum, quod tanta nobis promittis dum decipis: Qui tibi amicus esse voluerit, inimicus Dei constituitur. Et infra subdit quod prædicta sunt causa corporis dicens, Caro inimica est animæ: quia si inimica ei non fuisset, non vtique dilexisset istius sæculi vanitatem, neque vita vana frueretur. Consulit tamen in sermone decimo de resurrectione Domini. Studeamus habere hanc vitam temporalem bonam: si enim bona fuerit in opere, beata erit in mercede. Si autem recusas opus, qua fronte mercedem quæris? Si non poteris dicere Christo, Feci quod iussisti: quomodo audebis dicere, Redde quod promisisti?

D Libro primo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. capite decimo quarto. *Tom. VII.* Scripsit librum de mortalitate Cyprianus, multis ac penè omnibus, qui Ecclesiæ literas amant, laudabiliter notum, in quo propterea dicit non solùm non esse fidelibus inutilem mortem, verum etiam vtilem reperiri, quoniam peccandi periculis hominem substrahit & in non peccandi securitate constituit. Agit ille copiosissimè atque optimè peccandi pericula nec deesse in vita ista, nec superesse post istam. Ideo dicit in sermone septimo de sancto Laurentio. Sumus Christiani, non propter temporalia & transitoria

transitoria vel bona vel mala, sed propter vitan A da mala, quæ non transibunt: & propter adipiscenda bona, quæ terminum nõ habebunt. Quid ergo dicturus es huic amaræ vitæ? Sic eam alloquere. Ad istam nuditatem me perduxit pulchritudo tua. Clamat illa, fœda sum: & tu amas? dura sum: & tu amplecteris? volatilis sum: & tu sequi conaris? non tecum stabo: & si tecum aliquãtulum ero, non tecum permanebo. Quoniam ergo Christiani sumus, implorato adiutorio Domini Dei nostri aduersus blanditias malè amatæ vitæ, amemus pulchritudinem illius vitæ, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. In sermone viij. eiusdem sancti. Quid est beata vita si sic amatur misera vita? Amatur tantum, quia vita. In Epistol. prima

Tom. II. Epist. 237. ad Celerem. Quam est certum tibi viuere te, tam B sit tibi certum doctrina salutari, istam vitã, quæ in deliciis temporalibus agitur, in comparatione vitæ æternæ, quæ nobis per Christum atque in Christo promittitur, non vitam sed mortem esse deputandam. Vita recta est obedire Deo.

Tom. V. Libro xvij. de ciuitate Dei. c. iiij. Rectè viuit, qui obtemperat præcipienti Deo: Et finis præcepti, id est ad quod refertur præceptũ, est charitas de corde puro &c. Sed vt dicit lib. v. eiusdem ca. quinto. Malè viuitur, si de Deo non bene creditur. Sed eodem libro, dicit de principibus Ro-

Cap. 14. manis. Quid aliud amarẽt quam gloriam, quam volebant etiam post mortem tanquam viuerent in ore laudantium?

Tract. 8. Tom. IX. VITIS. Super Ioannem. Vbi dominus se dicit vitem, & discipulos suos palmi- C tes: secundum hoc dicit quod est caput Ecclesiæ, nósque membra eius, mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus. Vnius quippe naturæ sunt vitis & palmites. Propterea cum esset Deus, cuius naturæ non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos palmites esse possemus. Sic dicitur per similitudinem, non per proprietatem. Libro de vera in-

Cap. 354. Tom. III. nocentia. Ista sunt in vitæ palmites, vt viti nihil conferant, sed inde accipiant vnde viuant. Sic quippe vitis est in palmitibus, vt vitale alimentũ subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest vtrũque, nõ Christo. Nam præciso palmite, potest de viua radice alius pullulare: qui autem præcisus est, sine radi- D ce viuere non potest.

Tom. I. VITIVM. Omne vitium contrarium est naturæ. Libro iij. de libero arbitrio. Omne quippe vitium, eo ipso quod vitium est, cõtra naturam est. Si enim naturæ non nocet, nec vitium est: si autem quia nocet, ideo vitium est, quia contra naturam est. Lib. xij. de

Tom. V. ciuitate Dei. cap. iij. Vitiũ quo resistunt Deo qui eius appellantur inimici, nõ est Deo, sed ipsis malum: neque hoc ob aliud, nisi quia corrumpit in eis naturæ bonũ. Natura non est contraria Deo, sed vitium: quia quod malum est, contrarium est bono. Quis autem neget Deum summum bonũ? Vitium ergo contrarium est Deo, tanquam malum bono. Porro autẽ bonum est, & natura quã vitiat: vnde & huic bono vtique contrarium est: sed tantummodo Deo, tanquã bono malum: naturæ verò, quam vitiat, non tantum malum, sed etiam noxium. Non aliud in vitio displicet, nisi quia detrahit vel minuit quod in natura placet.

Lib. eod. de ciui. Dei. c. j. Omne vitium naturæ nocet. In sermone super illud. Nolite omni spiritui credere &c. Lib. de verb. Aposto. sermo. xxvij. Vitium, natura non est: sed naturæ inimicum est. Ideo non est substantia. Libr. de vera Cap. 23. Tom. I. religione. Quoniam animæ vitium non natura eius, sed cõtra naturam eius est, nihílque aliud est quam peccatum & pœna peccati, inde intelligitur nullam naturam, vel si melius ita dicitur, nullam substantiam siue essentiam malum esse. Neque de peccatis pœnísque eius animæ efficitur, vt vniuersitas vlla deformitate turpetur. Quia rationalis substantia quæ ab omni peccato munda est Deo subiecta, subiectis sibi cæteris dominatur. Ea verò quæ peccauit, ibi ordinata est, vbi esse tales decet, vt conditore atque rectore vniuersitatis decora sint omnia. Et est pulchritudo vniuersæ creaturæ per hæc tria inculpabilis, damnatione peccatorum, exercitatione iustorum, perfectione bonorum. Vnde vitium est defectio à Deo. Eod. libr. c. xx. Est autem vitium primum animæ rationalis voluntas ea faciendi quæ vetat summa & intima veritas: ita homo de Paradiso *Vnde animæ vitium.* in hoc sæculo expulsus est, id est ab æternis ad temporalia, à copiosis ad egena, à firmis ad infirma: non ergo à bono substantiali ad malum substantiale, quia nulla substantia malum est: sed à bono æterno ad bonum temporale, à bono spiritali ad bonũ carnale, à bono intelligibili ad bonum sensibile, à bono summo ad bonum infimum. Est igitur quoddam bonum, quod si diligit anima rationalis, peccat, quia infra illam ordinatum est: quare ipsum peccatum malum est, nõ ea substantia quæ peccando diligitur. Non ergo arbor illa mala est, quæ in medio Paradisi plantata scribitur: sed Diuini præcepti transgresio. Quæ cum consequentem habet iustámque damnationem, contigit ex illa arbore quæ contra vetitum tacta est, dignoscentia boni & mali: quia cum suo peccato anima fuerit implicata, luendo pœnas, discit quid intersit inter præceptũ quod custodire noluit, & peccatum quod fecit: atque hoc modo malum quod cauendo non didiscit, discit sentiendo: & bonum quod non obtemperando minus diligebat, ardentius diligit comparando. Vitium ergo animæ est quod fecit, & difficultas ex vitio pœna quam patitur, & hoc est totum malum. Facere autem & pati non est substantia, quapropter substantia non est malum. Sic enim nec aqua malũ est, nec animal quod viuit in aëre: nam istæ substantiæ sunt. Sed malum est voluntaria præcipitatio in aquam, & suffocatio quam mersus patitur. Est autem vitium à voluntate. Cap. 53. Tom. VIII. Lib. de natura & gratia. Vitium humanæ naturę inobedientia voluntatis inflixit. In eod. libr.

Vitium humanæ naturæ inobedientia voluntatis inflixit. Ideo eodem lib. Vitium hoc est, quod propria inflictum est voluntate, & hoc vt in natura sanetur, eo ipso opus est saluatore, quo instituta est natura creatore. Et infra subdit. Non vtique de substantia corporis, quæ bona est: sed de vitiis carnalibus, non liberatur homo, sine gratia saluatoris. Vnde voluntate in vitium ruit, sed non sola voluntate sanatur: Eodem libr. Nemo dicit sic hominem factum, vt de iustitia quidam posset in peccatum ire, & de peccato ad iustitiã redire nõ posset: sed vt in peccatũ iret, sufficit ei liberum arbitrium, quo seipse vitiauit: vt autem redeat ad iustitiam, opus habet medico, quoniam sanus non est: opus habet viuificatore, quia mortuus est. Ideo eodem lib. Naturam hominis dignis laudibus honoremus, eásque laudes ad creatoris gloriam referamus. Sed quia nos creauit, ita simus grati, vt non simus quia sanat ingrati. Vitia sanè nostra quæ sanat, non Diuino operi, sed humanę volũtati iustæq; illius vindictæ tribuamus. Sed vt in nostra potestate fuisse ne accederent confitemur, ita vt sanentur in illius magis esse misericordia quam in nostra potestate fateamur. Et nullus est sine vitio. eodẽ lib. Natura quippe hominis primitus inculpata, & sine vllo vitio creata est: natura verò ista hominis, qua vnusquisque ex Adam nascitur, iam medico indiget, quia sana non est. Omnia quidem bona quæ habet in formatione, vita, sensibus, mente, à summo Deo habet creatore & artifice suo. Vitium verò, quod ista naturalia bona contenebrat & infirmat, vt illuminatione & curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractum est, sed ex originali peccato, quod commissum est libero arbitrio. Ac per hoc natura pœnalis ad vindictam iustissimam pertinet. Si enim iam sumus in Christo noua creatura, tamen creamur natura filij iræ sicut & cæteri: Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem suam qua dilexit nos cum essemus mortui delictis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Hæc ergo Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes, salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur. Iustificati, inquit gratis, per sanguinem ipsius. Vnde hi qui non per illam liberantur, siue quia audire nondum potuerunt, siue quia obedire noluerunt, siue etiam cum per ætatem audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent non acceperunt, iustè vtique damnantur: quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccauerunt, siue in Adam, siue in seipsis, & egent gloria Dei. Vniuersa igitur massa pœnas debet: etsi omnibus debitum damnationis supplicium redderetur, non iniustè vtique redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiæ nominantur. Vitia tamen voluntaria puniuntur. Lib. xij. d ciuit. Dei, c. iij.

[Margin: Cap. 53. Tom. VII. Cap. 52. Cap. 53. Cap. 23. Cap. 34. Cap. 3. Natura cõdita & corrupta. 2. Cor. 5. Eph. 2. Cap. 4. Gratia vnde dicta. Rom. 5. Cap. 5. Tom. V.]

A Non de vitiis naturalibus quisquam, sed de voluntariis pœnas luit. Nam etiam vitium quod consuetudine, nimióve progressu roboratum, velut naturaliter inoleuit, à voluptate sumpsit exordium. Vnde lib. de correctione & gratia. Aliud est habere vitium, & aliud est in ea bonitate in qua nullum est vitium non permanere. Eo quippe ipso quod non dicitur, nunquã sine vitio fuisse, sed dicitur sine vitio non permansisse: proculdubio demonstratur, sine vitio fuisse: in quo bono non permansisse culpatur. Inde concludit, lib. ij. contra epistolam Parmenian. Quandiu per patientiam expectamus redemptionem corporis nostri, non audemus nos dicere carere omni vitio: ne ipsa superbia sit immanissimum vitium.

B Sunt autem vitia plura virtutibus. Lib. de sententia Iacobi ad Hiero. Cogimur fateri vitia plura esse virtutibus. Vnde aliquando vitium vitio tollitur, vt amore laudis, amor pecuniæ. Aliquãdo vnum cedit, vt plura succedãt, velut qui ebriosus fuerit, si modicum biberit, & tenacitatem & ambitionem didicerit. Possunt itaque vitia cedere etiam vitiis succedentibus, non virtutibus, & ideo plura sunt. Virtus verò quo vna ingressa fuerit, quoniam secum cæteras ducit, profecto vitia cedent omnia quæcũq; inerant. Non enim omnia inerant, sed aliquãdo totidẽ, aliquãdo plura paucioribus, vel pauciora pluribus succedebãt.

Vnde peruersa fuga vnius, curritur in aliud. Li. ix. super Gen. Difficile est nanq; vt dũ peruersè homines vitia deuitant, non in eorum contraria C perniciter currant. Et enim sicut horrens auaritiam, fit profusus, aut inquietus fit, cuius pigritiam reprehenderis: aut cuius inquietudinem, piger aut qui reprehensus odisse cœperit audaciam suam, ad timiditatem fugit: aut qui timidus non esse conatur, tanquam abrupto vinculo fit temerarius, dum non ratione, sed opinione crimina metiuntur. Sunt enim quædam vitia virtutibus similia. In supradicto libr. ad Hiero. Sunt enim quædam vitia aperta discretione virtutibus cõtraria: vt imprudẽtia prudentiæ. Sunt quædam quæ tantum vitia sunt, ideo contraria, quadam tamen specie fallaci similia, vt eidem prudentiæ non imprudentia sed astutia. Vnde de vitiorum simulatione. Lib. ij. confess. Est quædam de-D fectiua species & vmbratica vitiis fallentibus. Nam & superbia celsitudinem imitatur, cum tu sis vnus super omnia Deus excelsus. Et ambitio quid nisi honores quærit & gloriam, cum tu sis præcunctis honorandus vnus & gloriosus inæternum. Et sæuitia potestatum timeri vult. Quis autẽ timendus, nisi vnus Deus? Cuius potestati eripi aut subtrahi quid potest, quãdo, aut vbi, aut quo, vel à quo potest? Et blanditiæ lasciuientium amari volunt, sed neque blandius est aliquid tua charitate, nec amatur quidquam salubrius quam illa præ cunctis formosa & luminosa veritas tua. Et curiositas affectare videtur studium scientiæ: cum tu omnia summè noueris. Ignorantia quoque ipsa atque stultitia simplicitatis & innocentiæ nomine tegitur: quia te simplicius quidquam

[Margin: Tom. VII. Tom. VIII. Tom. II. Epist. 19. Cap. 8. Tom. III. Tom. II. Epist. 19. Cap. 6. Tom. I.]

non reperitur. Quid te autem innocentius, quandoquidem opera sua malis inimica sunt? Et ignauia quasi quietem appetit. Quæ verò quies certa præter Dominum? Luxuria satietatem atque abundãtiã se cupit vocari: Tu es autem plenitudo & indeficiens copia incorruptibilis suauitatis. Effusio liberalitatis obtendit vmbram: sed bonorum omnium largitor affluentissimus tu es. Auaritia multa possidere vult: & tu possides omnia. Inuidentia de excellentia litigat, quid te excellentius? Ira vindictam quærit: te iustius quis vindicat? Timor insolita & repentina exhorrescit, rebus quæ amantur aduersantia, dum præcauet securitati: tibi enim quid insolitum, quid repentinum? Aut quis à te separat quod diligis? Aut vbi nisi apud te firma securitas? Tristitia rebus amissis contabescit, quibus se oblectabat cupiditas, quia ita sibi nollet, sicut tibi auferri nihil potest. Ita fornicatur anima cum auertitur abs te & quærit extra te ea quæ pura & liquida non inuenit, nisi cum redit ad te. Peruersè te imitantur omnes, qui longe se à te faciunt, & extollunt se aduersum te. Sed etiam sic te imitãdo indicant creatorem te esse omnis creaturæ, & ideo non esse quo à te omnino recedatur. Est autem nobis cum vitiis continua pugna. Lib. ij. contra Iulianum allegans Cyprianum sic. Cyprianus in epistola de mortalitate, Cum auaritia nobis, inquit, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus vitiis, cum illecebris secularibus assidua & molesta luctatio est. Obsessa mens hominis, & vndique diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si auaritia prostrata est, exsurgit libido: Si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat: inflat superbia: vinolentia inuitat: inuidia cõcordiam rumpit: amicitiam zelus abscidit. Cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet: compelleris iurare, quod non licet. Tot persequutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur, & delectat hîc inter diaboli gladios diu stare, cum magis concupiscendum sit, & optandum, ad Christum subueniente velocius morte properare. Vitium semper debet odiri. In sermo. ij. super illud Mich. Indicabo tibi homo, &c. Si tres eratis, & duo cœperint esse discordes, & tu solus remãsisti, si huic coniũgeris, illum habebis inimicum: si illi, istum: si ambobus, ambo inimicabuntur. Ecce tentatio, ecce spinæ inimici, quod solùm sumus. Expectas fortè à me audire quid facias: ꝑmane amicus amborum. Qui discordabant inter se, concordent per te: Mala si qua audis ab altero de altero, noli prodere alteri, ne fortè sint postea amici qui modo sunt inimici, & proditorẽ suum prodant sibi. Sed hoc propter homines dixi, nõ propter Deũ, qui occulta videt. Audisti ab irato verbũ, à dolẽte, à succẽsente, moriatur in te, non prodatur à te: non enim si in te fuerit, dirumpet te. Dic sanè amico tuo, qui te vult facere inimicum amici tui, eum alloquere medicinæ lenitate, dic illi, Quare vis vt sim inimicus inimici tui? Inimicus esse debeo vitij tui. Iste cui me vis facere inimicum homo est: est alius inimicus tuus, cui debeo esse inimicus, & hoc est vitium tuum. Ergo esto similis medico, qui non amat ægrotantem, si non odit ægritudinem: vt liberet ægrotum, persequetur febrem. Nolite amare vitia amicorum vestrorum, si vestros amatis amicos. Veruntamen volũt homines propter vitia laudari & gloriari. Ideo lib. ij. confess. Præceps ibam tanta cæcitate, vt inter cœtaneos meos puderet me minoris dedecoris, quam audiebam eos iactantes flagitia sua, & tanto gloriantes magis, quanto magis turpes essent, & liberat facere non solùm libidine facti, verũ etiam laudis. Quid dignum est vituperatione nisi vitium? Ego ne vituperarer vitiosior fiebam, & vbi non suberat quo admisso æquarer perditis, fingebam me fecisse quod non feceram, ne viderer abiectior quo eram innocentior, & ne vilior haberer quo eram castior. Ecce cum quibns comitibus iter agebam Babyloniæ platearum, & voluptabar in cœno eius, tanquam in cinamomis & vnguentis pretiosis. Et in verbiculo eius quo tenacius hærerem, calcabat me inimicus inuisibilis, & seducebat me, quia ego seductilis eram.

Tom. VII. — Cap. 3. Tom. I.

VITVLVS. Super Psal. lxviij. sermone ij. Et placebit Domino super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas: quia qui bene instructus est, & laude Dei opulentus, & cornua debet habere, quibus aduersarium ventilet, & vngulas, quibus terram excitet: & nouellus debet esse, propter vitam nouam. Sed aliter vitulus accipitur. Lib. de gratia noui testamenti. Circundederunt me vituli multi, hoc est, minores in plebe: tauri pingues obsederunt me, hoc est, superbi ac diuites principes plebis.

Tom. VIII. — Tom. II. Epist. 120.

VITVPERATIO. Cum vituperatur peccator, laudatur Deus creator. Lib. de libero arbitrio. Omnis natura rationalis, quæ cum libero voluntatis arbitrio condita est, si manet in fruendo summo atque incommutabili bono, proculdubio laudanda est: & omnis quæ tendit vt maneat, etiam ipsa laudanda est. Omnis autem quæ non in eo manet, & non vult agere vt maneat, inquantum ibi non est, & inquantum id non agit vt ibi sit, vituperanda est. Si ergo laudatur rationalis natura quæ facta est, nemo dubitat laudandum esse qui fecit. Et si vituperatur, nemo dubitat eius conditorem in ipsa eius vituperatione laudari. Cum enim propterea vituperamus hanc, quoniam summo & incommutabili bono, id est, creatore suo frui non vult, illum sine vlla dubitatione laudamus. Quantum hoc bonum, & quam vel ineffabiliter linguis omnibus vel ineffabiliter cogitationibus omnibus prædicandus & honorandus est creator omnium Deus, sine cuius laude nec laudari possumus nec vituperari? Non enim vituperari possumus, quia in eo non manemus, nisi quia magnum & summum, & primum nostrum bonum est, manere

Lib. 3. Cap. 13. Tom. I. — Deum rationalis naturę vituperatione & laudatione laudari.

nere in illo. Vnde autem hoc, nisi quia ineffabile bonum est? Quid ergo inueniri potest in nostris peccatis vnde ille vituperetur, quando vituperatio peccatorum nostrorum nulla est, nisi ille laudetur? Et non vituperatur nisi vitium. Ibidem. In ipsis rebus quæ vituperantur, nullius vituperatur nisi vitium. Nullius autem vituperatur vitium, nisi cuius natura laudatur. Aut enim secundum naturam est quod vituperas, & non est vitium, túque magis emendandus es, vt rectè vituperare noueris, quam illud quod non rectè vituperas: aut si vitium est, vt rectè vituperari possit, etiam contra naturam sit necesse est. Et infra subdit ibidem. Quoniam in quacunque re non vituperatur nisi vitium, ideo autem vitium est, quia contra naturam eius est rei cuius est vitium, nullius rectè vituperatur vitium, nisi cuius rei natura laudatur. Non enim tibi rectè in vitio displicet, nisi quia vitiat quod in natura placet. Et soluit ibidem quæstionem vtrum vitium alterius noceat. Videndum est, vtrum rectè dicatur aliquam naturam naturæ alterius vitio corrumpi, nullo adiuncto vitio suo. Si enim natura quæ accedit cum vitio suo ad aliam corrumpendam, nõ in ea corruptibile aliquid inuenit, non eam corrumpit. Si autem inuenit adiuncto eius vitio, corruptionem eius operatur. Potentior enim ab infirmiore si corrumpi nolit, non corrumpitur: si autem velit, prius incipit vitio suo corrumpi quã alieno. Aequalis autem ab æquali nihilominus corrumpi si nolit, non potest. Nam quæcunque natura cum vitio ad eam quę sine vitio est, vt corrumpat accedit, eo ipso non accedit æqualis, sed infirmior vitio suo. Si verò potentior inualidiorem corrumpit, aut vtriusque vitio fit, si vtriusque praua cupiditate fit: aut vitio potentioris, si est naturæ tanta præstãtia, vt infirmiorem quem corrumpit, etiam vitiosa præcedat. Quis enim rectè vituperauit fructus terræ, quod homines eis non vtantur bene, corruptíque vitio suo, corrumpant eos abutendo ad luxuriam: cum tamen dubitare dementis sit præstantiorem potentiorémque esse hominis naturam etiam vitiosam, quam non vitiosas quasque fruges? Potest ergo fieri vt aliquam inferiorem potentior natura corrumpat, & hoc nullius earum vitio fiat. Siquidem vitium dicimus quod vituperatione dignũ est. Quis autem vel frugalem hominem nihil aliud de frugibus, quam supplementa naturæ quæritantem, vituperare audeat, aut easdem fruges, quod vsu ciborum eius corrumpuntur? Talis enim nec vsitatè corruptio dicitur, quia maximè vitij nomen solet esse corruptio. Nam & illud in rebus facile animaduerti potest, quod plerunque in nonnullos vsus explendæ indigentiæ suæ natura potentior infirmiorem corrũpit: vel iustitiæ ordine dum vindicat culpam. Vnde subdit ibidem. quod corruptio vitiosa vituperatur. Omnium corruptionum sola quæ vitiosa est corruptio rectè vituperatur: cæteræ autem aut nec corruptiones quidem dicendæ sunt, aut certè quia vitiosæ non sunt, dignæ vituperatione esse non possunt. Nam & ipsa vituperatio quod soli vitio parata, id est, apta & debita sit, inde traxisse vocabulum creditur, vt vituperatio diceretur. Vitium autem, non aliunde malum est, nisi quia naturæ aduersatur eius ipsius rei cuius est vitium. Vnde manifestum est hanc eandem rem, cuius vitium vituperatur, naturam esse laudabilem, ita vt omnino hanc ipsam vituperationem vitiorum, naturarũ laudem esse fateamur, earum, scilicet, quarum vitia vituperãtur. Et probat quod vituperatio vitij laus sit naturæ. ibidem. Quia enim vitium naturæ aduersatur, tantum additur malitiæ vitiorum, quantum naturarũ integritati minuitur. Cum ergo vituperas vitium, id profectò laudas cuius integritatem desideras. Cuius autem, nisi naturæ integritatem? Natura enim perfecta, non solùm nulla vituperatione, sed etiam laude in suo genere digna est. Quod ergo perfectioni naturæ deesse prospexeris, id vocas vitium, satis eam tibi placere contestans, quàm vituperatione imperfectionis eius velles esse perfectam. Si ergo vituperatio vitiorum, ipsarum etiã quarũ sunt vitia naturarum decus dignitatémque commendat, quanto magis Deus conditor omnium naturarum etiam in earum vitiis laudandus, cum & hoc ab illo habeant quòd naturæ sunt, & in tantum vitiosæ sunt, in quantum ab eius à quo factæ sunt arte discedunt, & in tantum rectè vituperantur, in quantum earum vituperator artem qua factæ sunt videt, vt in eis hoc vituperet quod ibi non videt. Et si ars ipsa per quam facta sunt omnia, hoc est summa & incommutabilis sapientia Dei, verè summéque est sicuti est, respice quo tendat quicquid ab ipsa discedit. Qui tamen defectus non esset vituperatione dignus, nisi esset voluntarius.

Probat ibidem infra. In his rebus quæ ideo deficiunt, quia non vltra esse acceperunt, vt suis temporibus omnia peragantur, nemo defectum rectè vituperat: quia nemo potest dicere, debuit permanere: cum acceptas metas transire non posset. In creaturis autem rationalibus quibus siue peccantibus, siue non peccantibus, vniuersalis pulchritudo modis congruentissimis terminatur, aut nulla peccata sunt, quod absurdissimum est dicere, peccat enim saltem qui vel damnat quasi peccata quæ nulla sunt: aut nõ sunt vituperanda peccata, quod nihilominus absurdum est. Incipient quippe non rectè facta laudari, & tota turbabitur humanæ mentis intentio, vitámque subuertet: aut vituperabitur factum quod ita factum est vt debuit, quod execrabilis insania, vel vt mitius loquatur, error miserrimus orietur: aut cogit verissima ratio, sicuti cogit, vt vituperentur peccata, & quicquid rectè vituperatur, ideo vituperetur, quia non est vt esse debuit, quære quid debeat natura peccatrix, & inuenies rectè factum: quære cui debeat, & inuenies Deum. A quo enim accepit posse rectè facere cum velit, ab eo accepit vt sit etiam misera, si non fecerit: &

Cap. eod. inf.

Cap. eod. inf.

Cap. 14.

Omnia à vitiis corrumpi.

Cap. eod. inf.

Vituperatio vitij naturæ laudatio.

Cap. eod. inf.

Cap. 15.

Cap. 15.

beata si fecerit. Vnde ibidem concludit. (Cap.16.) Vsqueadeo dum non facit quisque quod debet, nulla est culpa conditoris, vt & laus sit, quoniã quod debet patitur, & in eo ipso quod vituperatur non faciendo quod debet, non nisi laudaretur ille cui debet. Si enim tu laudaris videndo quid facere debeas, cum id non videas, nisi in illo qui est incommutabilis veritas: quanto magis ille qui & velle præcepit, & posse præbuit, & non impunè nolle permisit?

(Lib.1.sup. Gen. Cap.12. Tom.III.) VMBRA. Ad quem locum cuiuslibet corporis moles lucem peruenire non sinit, in eo loco vmbra est: quoniam locus carens luce ea qua illustraretur, nisi impediret corpus oppositum, hoc totum est quod vmbra dicitur. Quod si moles corporis fuerit tam magna, vt occupet spatium terræ, quem ex altera parte dies occupat, nox vocatur.

(Cap.5. Tom.VI.) VNITAS. In doctrina veritas esse debet. Ideo lib.iij. contra Faustum. Nõ amant sancti suos electores, si suorum sociorum eos inuenerint desertores. Vnitate enim gaudent, & in Christo vnum sunt, & si alius aliud, & alius aliud, aut alius aliter, & alius aliter, vera tamẽ omnes dicunt, nec sibi vllo modo cõtraria, si pius lector accedat, si mitis legat, si nõ hæretico animo vnde rixetur, sed fideli corde vnde ædificetur, inquirat. (Cap.48. Tom.III.) In amore, charitas debet esse. Ideo lib. de vera innocentia. Multorum hominum multæ sine dubio sunt animæ, & multa sunt corda: sed vbi per fidem & dilectionem adhæreant Deo, fiunt omnes vna anima, & cor vnum. Si ergo charitas Dei quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, tanquam vnitatem multarum animarum & multorum cordium facit: quanto magis certius in patre & filio & Spiritu sancto æterna & incommutabilis vnitas manet, vbi indifferens trinitas, vnus Deus, vnum lumen, vnúmque principium.

(Cap.29. Tom.VII.) Non autem habet charitatem, nisi habeat Ecclesiæ vnitatem. Libro primo contra Cresconium grammaticum. Non existimo ita quenquam desipere vt credat ad Ecclesiæ pertinere vnitatem eum, qui non habet charitatem. Sicut ergo Deus vnus colitur ignoranter etiam extra Ecclesiam, nec ideo non est ipse, & fides vna habetur sine charitate etiam extra Ecclesiam, nec ideo non ipsa: ita & vnus baptismus habetur ignoranter & sine charitate etiam exextra Ecclesiam, nec ideo non est ipse. Vnus enim Deus, vna fides, vnum baptisma, vna incorrupta catholica Ecclesia, non in qua sola vnus Deus colitur: sed in qua sola vnus Deus piè colitur: nec in qua sola vna fides retinetur, sed in qua sola fides cum charitate retinetur: nec in qua sola vnus baptismus habetur, sed in qua sola baptismus salubriter habetur. (Tom.VIII.) Super Psalm. septuagesimum secundum. Prædicatio Dei præter Ecclesiam inanis est. Parum est laudare eum, & annũtiare omnes laudes eius: ad vnitatem tende. Noli diuidere populum: sed rape ad vnum, & fac vnum. In sermone quinto de pentecoste, quod ad vnitatem inducimur à nostra natura. (Hominum vnitas in origine spectanda.) Nunquid Deus de vna aue fecit cæteras aues? Nunquid de vno pisce omnes pisces: de vno equo omnes equos: de vna bestia omnes bestias? Nunquid non multas plantas simul terra produxit, & fœtibus multa cõpleuit? Ventum est ad hominem faciendum, & factus est vnus: & de vno genus humanum. Nec duos facere voluit separatim, masculum & fœminam: sed de vno vnam. Quare sic, & quare ab vno genus humanum inchoatur, nisi quia generi humano vnitas commendatur? Et quia, vt dicitur in sermone decimo quarto de ascensione Domini. Nos experti dolores diuisionis, studiosè quæramus coagulum charitatis. (Cap.35. Tom.VII.) Libr. post colloquutionem cum Donatistis in fine. Ecce apparuit veritas: quid adhuc fugitur vnitas? Quid adhuc contemnitur charitas? Quid nobis est per nomina hominum diuidi? Qui nos amauit, vnus est Deus: qui nos redemit vnus est Christus: qui nos cõsociare dedebet vnus est Spiritus. (Tom.VII.) Lib.ij. contra Petilianum. Teneamus charitatem, sine qua etiam cum sacramentis & cum fide, nihil sumus. Tenemus autem charitatem, si amplectimur vnitatem.

(Cap.7. Tom.I.) VNIVERSITAS. Quod vniuersum non potest augeri. Libro sexto musicæ. Vnicuique animanti in genere proprio proportione vniuersitatis sensus locorum & tẽporum tributus est, & ætas eius proportione, vniuersi sæculi tanta est cuius pars est, ita sensus eius actioni eius congruat, quam proportione agit vniuersi motus cuius hæc pars est. Sic habendo omnia magnus est hic mundus, qui sæpe in scripturis Diuinis cœli & terræ nomine nuncupatur: cuius omnes partes si proportione minuantur, tantus est, & si proportione augeantur, nihilominus tantus est: quia nihil in spatiis locorum & temporum per se magnum est, sed ad aliquid breuius: & nihil rursus in his per seipsum breue est, sed ad aliquid maius. (Tom.I.) Singula in vniuerso sunt pulchriora, quam per se separata. Libro primo de Genes. contra Manichæum. Singula opera Dei cum considerantur à prudentibus, inueniuntur habere laudabiles mensuras & numeros & ordines in suo quoque genere constituta, quanto magis simul, id est, ipsa vniuersitas quæ istis singulis in vnum collectis impletur. Omnis enim pulchritudo quæ partibus constat, multo est laudabilior in toto quam in parte: si enim corporis humani singula queque membra pulchra sunt, & ipsa sola laudamus, quanto magis totum corpus, cui omnia membra quæ singula pulchra sunt, conueniunt? (Tom.I.) Vnde libro de vera religione. capi. quadragesimo. Ita ordinãtur omnes officiis & finibus suis in pulchritudinem vniuersitatis, vt quod horremus in parte, si cum toto consideremus, plurimum placeat: quia nec in ædificio iudicando vnum tantum angelum considerare debemus, nec in homine pulchro solos capillos, nec in bene pronuntiante solum digitorum

rum motum, nec in lunę cursu aliquas tridui tantum figuras. Ita siue in tactu, siue in motu pulchra sentiantur, tota consideranda sunt, si recte volumus iudicare. Verum enim nostrum iudicium, siue de parte, siue de toto iudicet, pulchrum est: vniuerso quippe mundo superfertur, nec alicui parti eius, inquantum verum iudicamur, adhæremus. Error autem noster parti adhærens eius, ipse per se fœdus est. Sed sicut niger color in pictura cum toto fit pulcher: sic istum totum agonem decenter edit incommutabilis Diuina prouidentia, aliud victis, aliud certantibus, aliud victoribus, aliud spectatoribus, aliud quietis & solum Deum contemplantibus tribuens: cum his omnibus non sit malum nisi peccatum & pœna peccati, hoc est defectus voluntarius à summa essentia. & labor in vltima non voluntarius. Quod alio modo dici potest, libertas à iustitia, & seruitus sub peccato. Vnde libro tertio super Genes. ad literam circa finem. Deus enim naturarum optimus conditor, peccantium iustissimus ordinator est: vt etiam si qua sigillatim fiunt delinquendo deformia, semper tamen cum eis vniuersitas pulchra est. *Tom.III.*

VNvs & Vnum. Quod trinitas est vnus Deus. Super Ionnem, Tractatu trigesimo nono. Erat eis cor vnum & anima vna in Deum. Si accedentes ad Deum multæ animæ per charitatem vna anima est, & multa corda vnum cor: quid agit ipse fons charitatis in patre & filio? Nonne ibi magis trinitas est vnus Deus? Vnde nobis charitas venit de ipso Spiritu sancto, sicut Apostolus dicit, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Si ergo charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, multas animas facit vnam animam, & multa corda facit vnum cor: quanto magis pater & filius & Spiritus sanctus vnus est Deus? Libro de verbis Apostoli, sermone decimo tertio. Cum audieris, vnus est Deus. Noli putare tantum de Deo patre dictum, sed de filio, & Spiritu sancto. Hæc enim trinitas vnum sunt, & vnus Deus. Sed ne putes ipsum esse patrem, ipsum esse filium, ipsum esse spiritum sanctum, Nō ita est. Sed qui pater est in illa trinitate, nō est filius: qui filius, non est pater: qui Spiritus sanctus, non est filius, nec pater, sed spiritus patris & filij: Ipse enim vnus spiritus sanctus patris & filij coæternus, patri & filio, consubstantialis & æqualis. Hæc tota trinitas vnus Deus est summè bonus. Libro primo contra Maximinum Arrianum responsione decima tertia. Pater & filius & Spiritus sanctus vnum sunt per indiuiduam eandémq; naturam. Aliud est enim vnum sunt, aliud vnus est. Quando dicitur, vnum sunt: & si nō dicatur quid vnum intelligatur vna substantia: quando dicitur, vnus est, de duobus diuersísque substantiis, necesse vt quæratur quid vnus. Verbi gratia, diuersa substantia est anima & cor- *Tom.IX.* *Tom.X.* *Tom.VI.*

A pus, tamen vnus homo: & diuersa substantia est spiritus hominis & spiritus Dei, & tamen cui Deo adhæret, vnus spiritus est. Vnus spiritus, dicit: nō, vnum sunt. Vbi autem dicitur, vnum sunt: vna substantia significatur. Libro terio contra eundem. cap. decimo. Tres personæ sunt pater & filius & Spiritus sanctus. Et hi tres quia vnius substantiæ sunt, vnum sunt, & summè vnum sunt, vbi nulla naturarum, nulla est diuersitas volūtatum. Si autem natura vnum essent & consensione non essent, non summè vnum essent: si verò natura dispares essent, vnum non essent. Hi ergo tres qui vnum sunt propter ineffabilem coniunctionem Deitatis, qua ineffabiliter copulantur, vnus Deus est. *Tom.eod.*

B Porrò autem Christus vna persona est geminæ substantiæ, quia & Deus & homo est. Nec tamen Deus pars huius personæ dici potest, alioquin filius Dei Deus antequam susciperet formam serui, non erat totus, & creuit cum homo Diuinitati eius accessit. Quod si in vna persona absurdissimè dicitur, quia pars rei vllius esse non potest Deus: quanto magis esse non potest pars trinitatis, quicūque vnus est in tribus? Deinde vbi Apostolus ait, Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Nunquid huius vnius, pars est Dominus? Si enim hoc dicimus, quid aliud dicere deprehēdimur, nisi quod augeatur adhærente homine, & recedente minuatur? In trinitate igitur quæ Deus est & pater Deus est, & filius Deus est, & spiritus sanctus Deus est, & simul hi tres vnus Deus est: nec huius Trinitatis tertia pars est vnus, nec maior pars duo quam vnus est ibi: nec maius aliquid *1.Cor.7.*

C sunt omnes quam singuli, quia spiritualis, nō corporalis est magnitudo. Qui potest capere capiat: qui autem non potest, credat & oret, vt quod credit intelligat. Verum est enim quod dicitur per Prophetam, Nisi credideritis, non intelligetis. *Isai.7.*

Ibidem. Non dixit. Vt ipsi & nos vnum simus: sed vnum sint in nobis. Quoniam homines qui natura vnum sunt, summè atque perfectè secundum suum modum vnum esse non possunt iustitiæ plenitudine, nisi in Deo perficiantur, vt sint in patre & filio, id est, in ipsis vnum non cū ipsis vnum. Noueris de his rebus dici, vnum sunt: quæ vnius sunt eiusdémq; substātiæ, sicut quibusdā hominibus dictum est, Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu: & sicut ait ipse Christus, Ego & pater vnum sumus. Singulariter autem dicitur *Cap 22.*

D Christus vnus. Lib. de verb Apost. ser. xij. Hoc est Christianæ fidei fundamentum, vnus & vnus. Vnus homo per quem ruina, alius homo per quē structuras. Cecidit qui nō mansit, erexit qui non cecidit. Ruit ille quia dimisit manentem, manens ipse descendit ad iacentem. Est cum patre vnū, & non vnus. Lib. de Trinitate cap. primo. Ego & pater lumen sumus. Vnum sumus enim dictum est, quod ille hoc & ego secundum essentiam, non secundum relat. Aliter est vnum cum patre aliter nobiscum. Libro tertio de verbis Domini. Aliter Christus est vnum cum patre, & ali- *Tom.X.* *Lib.6. Cap.2. Tom III.*

ter vnum nobiscum. Vnum cum patre est, quia vna substantia est patris & filij: vnum cum patre est, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: vnum autem nobiscum factus est, quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Vnum nobiscum factus est secundum semen Abrahæ, in quo benedicentur omnes gentes. Et ibidem infra. Quemadmodum nobiscum, id est, cum corpore suo vnus est Christus: sic cum omnibus, quibus caput est quasi cum quodam corpore suo, vnus est diabolus.

Tom.III.

Vnde propter hæc omnia. Lib. iiij. de Trin. c. vij. Quia ab vno Deo summo & vero per impietatis iniquitatem resilientes & dissonantes defluxeramus, & euanueramus in multa, discissi per multa & inhærentes multis: oportebat nutu & imperio Dei miserantis, vt ipsa multa gesta patriarcharum & oracula Prophetarum venturum conclamarent vnum, & à multis conclamatus veniret vnus, & multa contestarentur venisse vnū: & nos à multis exonerati veniremus ad vnum: & multis peccatis in anima mortui, & propter peccatum in carne morituri, amaremus sine peccato mortuum in carne pro nobis virum: & in resuscitatum credentes, & cum illo per fidem in spiritu resurgentes, iustificaremur in vno iusto facti vnum: nec in ipsa carne nos resurrecturos desperaremus, cum multa membra intueremur præcessisse nos caput vnum: in quo nunc per fidem mundati, & tunc per spem redintegrati, & per mediatorem Deo reconciliati, hæreamus vni, fruamur vno, permaneamus vnum. Charitas autem dicitur vnum, quia facit vnum. Libr. j. de verbis Domini. serm. xviij. Vniuersa inutiliter habet, si quis vnum illud, scilicet charitatis vnitatem quo vniuersis vtatur, non habeat. Lib. ij. de ordine rerum. Ratio vult vt vnum aliquid perfectum fiat. Lapis vt esset lapis, omnes eius partes, omnísque natura in vnum solidata est. Quid arbor? Nonne arbor non esset, si vna non esset? Quid membra cuiuslibet animantis, ac viscera, & quicquid est eorum è quibus constat? Certè si vnitatis patiantur diuortium, non erit animal. Amici quid aliud quam vnum esse conantur? Et quanto magis vnum, tanto magis amici sunt. Populus vna ciuitas est, cui est perniciosa dissensio. Quid est autem dissentire, nisi non vnum sentire? Ex multis militibus fit vnus exercitus. Nonne quæuis multitudo eo minus vincitur, quo magis in vnum coit? Vnde ipsa coitio in vnum, cuneus nominatus est, quasi couneus. Quid amor omnis? Nonne vnum vult fieri cum eo quod amat? Et si ei contingat, vnum cum eo fit. Voluptas ipsa nō ob aliud delectat vehementius, nisi quod amantia sese corpora in vnum coguntur: Dolor vnde perniciosus est? Quia id quod vnum erat discindere nititur. Ergo molestum & periculosum est, vnum fieri cum eo quod separari potest. Et ideo homines debēt esse vnum. Lib. j. quæstionū veteris & noui testamenti, quæst. xxj. Hoc est ad imaginem Dei factum esse hominem, quia vnus vnum fecit: vt sicut ab vno Deo sunt omnia, ita ab vno homine omne genus humanum. Similitudo autem hæc est, vt quemadmodum de patre est filius, sic & de viro mulier, vt vnius principij authoritas conseruetur: Sed filius ineffabiliter incomprehensibilitérque natus est de Deo patre: mulier autem corporaliter, sicut legimus, facta de viro est, vt per eam natiuitas oriretur.

Cap.18. Tom.I. — *Omnia ad vnum tēdere.* — *Cuneus.* — *Tom.IIII.* — *Imago Dei in humana origine.*

Lib. de catechismo, sermone j. Fecit Deus vnum de vno, & omnes de duobus. Si ergo omnes facti sumus de vno, omnes cōueniamus in vnum. Hoc est enim quod commendauit Deus generi humano, vt de vno faceret omnes, vt diligerent omnes homines vnitatem, & coleretur Deus vno corde & vero corde. Libro ij. de verbis Domini sermone iij. Vnum cogitate fratres mei: Et videre in ipsa multitudine si delectat, nisi vnum. Ecce Deo propitio quam multi estis. Quis vos ferret, nisi vnum saperetis? Vnde in multis quies ista? Da vnum, & populus est. Tolle vnum, & turba est. Quid enim est turba, nisi multitudo turbata? Super Psal. ciij. sermone j. Omnes nos quicunque in Christum credimus, propter vnitatem corporis eius vnus homo sumus. Simile est de scriptura. super eūdem Psal. sermone iiij. Cum sit vnus sermo Dei in scripturis omnibus, dilatatus per multa ora sanctorum vnum verbum sonat.

Ser. ord. 26. Tom.X. — *Tom. VIII.*

VOCABVLVM. Require supra capit. Nomen. Lib. iiij. super Genes. c. iiij. Dū modo hoc intelligatur quod intelligēdum est, non magnopere curandum est quid vocetur. Et infra subdit. Dum res cognoscitur, non est de vocabulo laborandum. Vnde libro ij. contra Cresconium grammaticum, versus prin. Si Demosthenes clarissimus oratorum, cui verborum tanta fuit cura, quanta rerum authoribus nostris, tamen cum ei nonnulla loquutionis insolētiam obiecisset Aeschines, negauit ille in eo positas esse fortunas Græciæ, illo ne an illo verbo vsus fuerit, & an huc an illuc manum porrexerit: quanto minus nos laborare debemus de regulis deriuatorum nominum, quando siue hoc siue illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate quod dicimus, quorum non in expolitione sermonis, sed in demonstratione veritatis maior est intentio.

Tom.III. — *Cap.1. Tom.VII. Demosthenes.*

VOCATIO. Ipsa vocatio non est ex merito, sed ex gratia. Libr. lxxxiij. quæstionum. Ad illam cœnam quam Dominus dicit in Euangelio præparatam, nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt: nec illi qui venerunt, venire possent, nisi vocarentur. Itaq; nec illi debent sibi tribuere qui venerunt, quia vocati venerunt: nec illi qui voluerunt venire alteri tribuere, sed tantum sibi: quoniā vt venirent, vocati erāt in libera volūtate. Vocatio ergo ante meritū voluntatē operatur. Propterea etsi quisquā sibi tribuit quod venit vocatus, nō sibi potest tribuere quod vocatus est: q̃ autē vocatus nō venit, sicut nō habuit præmij meritū vt vocaretur, si inchoat meritū supplicij cū vocatus venire neglexit.

Quæst. 68. Tom.IIII.

xit. Ita erunt duo illa, Misericordiā & iudicium cantabo tibi Domine. Ad misericordiam pertinet vocatio: ad iudicium pertinet beatitudo eorum qui venerunt vocati, & supplicium eorum qui venire noluerunt. Libro secundo, contra Epistolas Pellagianorum. Sicut hîc nulla est acceptio personarum, quia sic alius honoratur, vt alius debito non fraudetur: sic etiam cū secundum propositum Dei vocatur alius, alius non vocatur: vocato datur gratuitum bonum, cuius boni est vocato ipsa principium: non vocato redditur malum, quia rei sunt omnes ex eo, quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. Aliquando Dei vocatio, est dilectionis indicium. Libro secundo de verbis Domini, sermo. iij. Repetitio nominis, indicium est dilectionis: aut fortè mouendæ intentionis, vt audiret attentius, bis vocata est, Martha Martha. (Cap. 7. Tom. VII.) (Ser. ord. 26. Tom. X.)

Aliquando est indicium increpationis. Libro vndecimo super Genes. Vocauit Deus Adam, & dixit, Vbi es? Increpantis vox est, non ignorantis. Et hoc sanè ad aliquam pertinet significationem. Quod sicut præceptum viro datum est, per quem veniret ad fœminam: ita vir prior interrogatur. Præceptum enim à Deo per virum vsque ad fœminam: peccatum autem à Diabolo per fœminam vsque ad virum. (Cap. 37. Tom. III.) (Quare prius interrogatus Adam.)

VOLATVS. De volatu contemplationis. Lib. supputationum, parte quarta. capite tertio. Quis dabit mihi pēnas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Nihil mihi tam dulce, quàm cum Domino meo esse. Mihi autem adhærere Deo bonum est. Da mihi Domine donec iis fragilibus assisto membris, tibi adhærere sicut scriptū est, Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Præbe mihi rogo contemplationis pennas: quibus indutus, ad te volitem sursum. Et quia omne sinistrum deorsum iacet, tene mentem meam, ne ad ima tenebrosæ vallis corruat: ne interueniente vmbra terræ à te vero sole iustitiæ separetur, & obducta tenebrarum nebula prohibeatur alta respicere. Idcirco sursum tendo ad pacis gaudium, lucísque delectabilem & serenissimum statum. Tene cor meum manu tua, quia sine te ad vlteriora non rapitur. Illuc festino, vbi summa pax regnat, & iugis tranquillitas rutilat. Tene & rege spiritum meum, & assume illum secundum voluntatem tuam, vt te duce ascendat in illam regionē vbertatis, vbi pascis Israël in æternum pabulo veritatis: vt ibi vel rapida cogitatione attingat te summam sapientiam super omnia manentem, cuncta transeuntem, & omnia gubernantem. Sed voli tanti ad te animæ multa sunt quæ obstrepunt. (Lib. Medit. cap. 37. Tom. IX.)

De volatilibus require supra, capi. Auis.

VOLVNTAS. De voluntate Dei, quod est causa omnium. Libro tertio de Trini. capite quarto. Voluntas Dei est prima & summa causa omnium corporalium specierum atque motionum. Nihil enim fit visibiliter & sensibiliter, quod non de interiore, inuisibili atque insensibili & intelligibili aula summi imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur, secundum ineffabilem iustitiam præmiorū atque pœnarum, gratiarum & retributionum. Eius voluntas omnia potest. In Enchiridion. Credere nō cogamur aliquid omnipotentem voluisse fieri, factúmque non esse: qui enim sine vllis ambiguitatibus, siue in cœlo, siue in terra, sicut ei veritas cantat, omnia quæcunque voluit fecit: profecto facere non voluit, quæcunque non fecit. Quia voluntas Dei est ipse Deus. Libro septimo confess. Voluntas tua non est maior quam potentia tua: esset autem maior, si teipso tuipse maior esses. Voluntas enim & potentia Dei, Deus ipse es. Est eius voluntas immutabilis. Libro duodecimo, eiusdem. Voluntas Dei extra eius substantiam non est. Vnde non vult hoc modo, modo vult illud: sed semel & simul & semper vult omnia que vult, non iterum & iterum: neq; ista nūc illa nūc velle postea quod nolebat, aut nolle quod volebat prius: quia talis voluntas mutabilis est, & omne mutabile æternum non est: Deus autem noster æternus est. Libro xxij. de ciuit. Dei. capi. ij. Dicimus, Fiet, si Deus voluerit: non quia Deus nouam voluntatem, quam non habuit, tunc habebit: sed quia id quod ex æternitate in eius immutabili præparatum est voluntate, tunc erit. Est eius voluntas longe à peccato. Libro lxxxiij. quæstionum. Est voluntatis vitium quo est homo deterior, quod vitium longè est à Dei voluntate, vnde semper iusta est. Eodem libro. Voluntas Dei iniusta esse nō potest. Venit enim de occultissimis meritis, quia & ipsi peccatores cum propter generale peccatū vnam massam fecerint, non tamen nulla est inter illos diuersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quāuis nondum sint iustificati, digni efficiātur iustificatione, & itē præcedit in aliis peccatoribus, quo digni sint obtusione. In Enchiridion. Quis tam impiè desipiat vt dicat Deū malas hominū volūtates quas voluerit, & quādo noluerit, vbi voluerit, in bonū non posse conuertere? Sed cum facit per misericordiam facit, cū non facit, per iudiciū facit, quoniam cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Et infra subdit. Quis, nisi insipiens, Deum iniquum putet, siue iudiciū pœnale ingerat digno, siue misericordiam præstet indigno? (Tom. III.) (Tom. III.) (Psal. 113.) (Tom. I.) (Tom. eod.) (Tom. V.) (Quæst. 3. Tom. IIII.) (Quæst. 68.) (Cap. 98. Tom. III.)

Et infra, capite nonagesimo nono. Cuius vult miseretur Deus, & quem vult obdurat. Miseretur scilicet magna bonitate, & obdurat nulla iniquitate vt nec liberatus de suis meritis glorietur, nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemptos discernit à perditis, quos in vnam perditionis concreauerat massam ab origine ducta causa communis hoc autem ei qui eo modo audit vt dicat, quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Tanquam propterea malus non videatur esse culpandus, quia Deus cuius vult miseretur & quem vult indurat: absit vt pudeat nos respondere hoc, quod respondisse videmus Apo- (Misericordia Dei & iudicium.)

ſtolum: O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Hoc loco quidam ſtulti putant Apoſtolum in reſponſione defeciſſe, & inopia reddendæ rationis repreciſſe contradictoris audaciam. Sed magnum habet pondus quod dictum eſt, O homo tu quis es? Et in talibus quæſtionibus ad ſuæ capacitatis conſiderationem hominem reuocat, verbo quidem breui ſed reipſa magna eſt redditio rationis. Si enim non capit hæc, quis eſt qui reſpondeat Deo? Si autem capit, magis non inueniet quid reſpondeat. Videt enim ſi capit, vniuerſum genus humanum tam iuſto Diuino iudicio in apoſtatica radice damnatum, vt etiam ſi nullus inde liberaretur, nemo rectè Dei poſſet vituperare iuſtitiam: & qui liberantur, ſic quoque oportuiſſe liberari: vt ex pluribus non liberatis atque in iuſtiſsima derelictis damnatione, oſtenderetur quid meruiſſet vniuerſa conſperſio, & quo etiam iſtos debitum iudicium Dei diceret, niſi eius indebita miſericordia ſubueniret: vt volentiũ de ſuis meritis gloriari, omne os obſtruatur, & qui gloriatur, in Domino glorietur.

Quod nihil fit contra voluntatem Dei. Eodem libro. Sunt magna opera Domini exquiſita (Cap. 100.) in omnes voluntates eius: & tam ſapienter exquiſita, vt cũ Angelica & humana natura peccaſſet, id eſt, non quod ille, ſed quod noluit ipſa feciſſet, etiam per eandem creaturæ voluntatem qua factum eſt quod creator voluit: bene vtens & malis, tanquam ſummè bonus, ad eorum damnationem quos iuſtè prædeſtinant ad pœnam, & ad eorum ſalutem quos benignè prædeſtinauit ad gratiam. Quantum enim ad ipſos attinet, quod Deus noluit fecerunt: quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipſo quod contra Dei voluntatem fecerunt, de ipſis facta eſt voluntas eius. Propterea nanque magna opera Domini exquiſita ſunt in omnes voluntates eius, vt miro & ineffabili modo non fieret præter voluntatem eius fit: quod etiam contra voluntatem eius: quia non fieret ſi non ſineret: nec vtique nolens ſinit, ſed volens. Nec ſineret bonus fieri malè, niſi omnipotens etiam de malo poſſet facere bene. Libro vigeſimo ſecundo, de ciuitate (Tom. V.) Dei. capite primo. Mala quidem fiunt à malis contra voluntatem Dei, ſed tantæ eſt ille ſapientiæ, tantéque virtutis, vt in eos exitus ſiue fines quos & iuſtos ipſe præſciuit, tendant omnia quæ voluntati eius videntur aduerſa. Ac per hoc cum dicitur Deus mutare voluntatem, vt quibus lenis erat, verbi gratia, reddatur iratus, illi potius quam ipſe mutantur, & eum quodammodo mutatum in iis quæ patiuntur inueniunt, ſicut mutatur ſol oculis ſauciatis, & aſper quodammodo ex miti, & ex delectabili moleſtus efficitur, cum ipſe apud ſeipſum maneat idem qui fuit. Dicitur etiam voluntas Dei, quam facit in cordibus obedientium mandatis eius, de qua dicit Apoſtolus Deus eſt qui operatur in nobis & velle. (Tom. III.) Aliquando bona voluntas hominis non conſonat voluntati Dei. In Enchiridion, capite centeſimo primo. Aliquando bona voluntate homo vult aliquid quod Deus non vult, etiam ipſe bona multò amplius multóque certius voluntate: Nam illius mala voluntas eſſe nunquam poteſt. Tanquam ſi bonus filius patrem velit viuere, quem Deus bona voluntate vult mori. Et rurſus fieri poteſt, vt hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona voluntate. Velut ſi malus filius velit mori patrem, velit hoc etiam Deus. Nempe ille vult, quod non vult Deus: iſte verò id quod vult, & Deus vult: & tamen bonæ Dei voluntati pietas illius potius conſonat, quamuis aliud volentis, quam huius idem volentis impietas Tantum intereſt quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem ſuam quiſque referat voluntatem, vt aut approbetur aut improbetur. Quod aliquando implet ſuam voluntatem, per mediam malam voluntatem. Eodem libro. Deus quaſdam voluntates ſuas vtique bonas implet per malorũ hominum voluntates malas. (Cap. eo. inf. 1. ſent. diſt. 48. c. ad q.) Sicut per Iudæos maleuolos bona voluntate patris, Chriſtus pro nobis occiſus eſt. Quòd tantum bonum factum eſt, vt Apoſtolus Petrus quando id fieri nolebat, ſatanas ab illo, qui occidi venerat, vocaretur. Quam bonæ apparebant voluntates piorum fidelium, qui nolebant Apoſtolum Paulum Hieroſolimam pergere, ne ibi pateretur mala, (1. ſent. d. ſt. 48. c. ſi vero.) quæ Agabus Propheta prædixerat: & tamen Deus hæc illum pati volebat pro annuntianda fide Chriſti, exercens martyrem Chriſti. Neque enim iſtam bonam voluntatem ſuam impleuit per Chriſtianorum bonas voluntates, ſed per Iudæorum malas: & ad eum pertinebant potius qui volebant quod nolebat, quam illi per quos volentes factum eſt quod volebat: quia idipſum quidem, ſed ipſe per eos bona, illi autem mala voluntate fecerunt. Et addit capite centeſimo ſecundo. Sed quantælibet ſint volũtate vel Angelorum, vel hominum, vel bonorum, vel malorum, vel illud quod Deus vel aliud volentes quam Deus, Dei omnipotentis voluntas ſemper inuicta eſt, quæ mala eſſe nunquam poteſt, quia etiam cum mala irrogat, iuſta eſt, & profectò quæ iuſta eſt, mala eſſe non poteſt, Deus igitur omnipotens ſiue per miſericordiam cuius vult miſereatur, ſiue per iudicium quem vult induret, nec iniquè aliquid facit, nec niſi volens quicquam facit, & omnia quæcunque vult facit. (Cap. 103.) Proponit dubium contra omnipotentiam Diuinæ voluntatis. Eodem libro. Videndum eſt quemadmodum ſit de Deo dictum, quia & hoc veriſsimè Apoſtolus dixit. Qui vult omnes homines ſaluos fieri: Cum non omnes, ſed multo plures non fiant ſalui: videtur vtique non fieri quod Deus vult fieri, humana, ſcilicet, voluntate impediente voluntatem Dei. Soluit infra. capite eodem ſupra. Quamuis certum ſit nobis non omnes homines ſaluos fieri, non tamen ideo debemus omnipotẽtiſsime Dei voluntati

tati aliquid derogare, sed ita intelligere quod scriptum est, Qui omnes homines vult saluos fieri: tanquam diceretur, nullum hominem fieri saluum, nisi quem ipse saluum fieri voluerit: non quod nullus sit hominum, nisi quem saluum fieri velit, sed quod nullus fiat nisi quem velit, & ideo sit rogandus vt velit, quia necesse est fieri si voluerit. Aliter soluit. Ibidem infra. Aut certè sic dictum est, Qui omnes homines saluos fieri vult non quod nullus hominum esset quem saluum fieri nollet, qui virtutes miraculorum voluit facere apud eos quos dicit acturos fuisse pœnitentiam si fecisset: sed vt omnes homines omne genus hominum intelligamus per quascunque differentias distributum, Reges, nobiles, ignobiles, primates, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, ingeniosos, tardicordes, sapientes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adolescentes, iuuenes, seniores, senes: in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatum & conscientiarum varietate innumerabili constitutos, & si quid aliud differentiarum est in omnibus. Quid enim est eorum vnde nō Deus per vnigenitum suum Dominum nostrum per omnes gentes saluos homines fieri velit, & ideo faciat, quia omnipotens velle inaniter non potest quodcunque voluerit? Et subdit causam illius verbi Apostoli. Ibidem. Præceperat Apostolus, vt oraretur pro singulis hominibus: & specialiter addiderat, pro regibus & iis qui in sublimitate sunt, qui putari poterant fastu & superbia sæculari à fidei Christianæ humilitate abhorrere. Proinde cum dicit, Hoc enim bonum est coram saluatore Domino nostro, id est, vt etiam pro talibus oretur: statim vt desperationem tolleret, addidit, Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Hoc quippe Deus bonum iudicauit, vt orationibus humilium dignaretur salutem prçstare sublimium. Quod vtique iam videmus impletum.

Cap. eod. inf.

Cap. eod. inf.

Quæ sit autem voluntas Dei, declarat libro de oratione Dominica. Voluntas Dei, quā Christus fecit & docuit, est humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina; iniuriam facere non nosse, & sibi factam posse tolerare, cum fatribus pacem tenere: Deum ex toto corde diligere, Amare in eo quod pater est, timere quod Deus est: Christo nihil prçponere omnino: quia nec nobis ille quicquam præposuit: charitati eius fortiter ac fidenter assistere: quando de eius nomine ac honore certamen est, exhibere in sermone constantiam, qua confirmamur: in quæstione fiduciam, qua condimur: in morte patientiam, qua coronamur. Hoc est cohæredem Christi velle esse, hoc est præceptum Dei facere. Sed quid vobis conferat Dei voluntas, dicit super Psalmum quintum. Bona voluntas Dei præcedit bonam voluntatem nostram, vt peccatores vocet ad pœnitentiam.

Tom. VIII.

A Et ipsa est arma, quibus expugnatur inimicus, cōtra quem dicitur, Quis accusabit aduersus electos Dei & cætera? Ac itaque est inuictissimum scutum, quo repellitur inimicus, desperationem salutis suggerens multitudine tribulationum & tentationum. Sed de voluntate humana quid sit, dicit, libro de duabus animabus. capi. xv. & libro retractationum. Voluntas est animi motus, cogente nullo, ad aliquid vel non admittendum vel adipiscendum. Est autem voluntas nostra libertate dotata. Libro tertio de libero arbitrio. Nihil tam in nostra potestate, quam illa voluntas est. Ea enim prorsus nullo interuallo mox vt volumus præsto est. Est infra Voluntas nostra nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate. Porro quia est in potestate, libera est nobis.

Tom. I. lib. 1. retr. Cap. 15. Tom. I. Cap. 3 Tom. I. Cap. eod. inf.

B Ideo eodem libro. Motus quo huc aut illuc voluntas conuertitur, nisi esset voluntarius, atq; in nostra potestate, neque laudandus cum ad superiora, neque culpandus homo esset cum ad inferiora detorquet quasi quendam cardinem voluntatis: neque omnino monendus esset, vt istis neglectis æterna vellet adipisci, atque vt malè nollet viuere, vellet autem bene. Hoc autem monendum non esse hominem, quisquis existimat, de hominum numero exterminandus est.

Cap. 1.

Libro de natura & gratia allegans Hieronymum in hæc verba. Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad vitia necessitate trahimur, alioquin vbi necessitas, nec corona est. Et eodem libro. Voluntatis arbitrio ac deliberatione priuatur, quicquid naturali necessitate cōstringitur. C Et hic nulla quæstio est. Per quam enim absurdum est vt ideo dicamus non pertinere ad voluntatem nostram quod beati esse volumus, quia id omnino nolle non possumus, nescio qua & bona constrictione naturæ: nec dicere audemus, ideo Deum non voluntatem, sed necessitatem habere iustitiæ, quia non potest velle peccare.

Cap. 65. Tom. VII. Cap. 46.

Ideo disputat contra Stoicos contrarium sentientes. Libro quinto, de ciuitate Dei. Stoici laborauerunt causas rerum ita distinguere, vt quasdam subderent necessitati, quasdam subtraherent: atque in iis quas esse sub necessitate noluerunt, posuerunt etiam nostras voluntates, ne videlicet non essent liberæ, si subderētur necessitati. Si enim necessitas nostra illa dicenda est, quæ non est in nostra potestate, sed etiam si nolumus D efficit quod potest, sicut est necessitas mortis: manifestum est nostras voluntates, quibus rectè vel perperam viuitur, sub tali necessitate nō esse. Multa enim facimus, quę si nollemus, vtique non faceremus. Quo primitus pertinet ipsum velle: nam si volumus, est: si nolumus, nō est. Non enim vellemus, si nollemus. Si autem definitur illa esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse, vt ita sit aliquid vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatē auferat volūtatis. Neque enim & vitam Dei & præscientiam Dei sub necessitate ponimus, si dicamus, necesse esse Deum semper viuere, & cuncta præscire: sicut nec potestas

Cap. 10. Tom. V. Si voluntas cogatur.

testas eius minuitur cum dicitur mori fallique non posse. Sicut etiam cũ dicimus necesse est esse, vt cum volumus, libero velimus arbitrio: & verum proculdubio dicimus: & non ideo ipsum liberum arbitrium necessitati subiicimus, quæ adimit libertatem. Sunt igitur nostræ voluntates, & ipsæ faciunt quicquid volendo facimus, quod nõ fieret si nolemus. Quicquid autem aliorum hominum voluntate nolens quisque patitur, etiam sic voluntas valet: & si non tamen illius hominis voluntas, sed potestas Dei est. Nam si voluntas tantum esset, nec posset quod vellet, potentiore voluntate impediretur. Nec sic tamen voluntas, nisi voluntas esset, nec alterius, sed eius esset, qui vellet: & si non posset implere quod vellet. Vnde quicquid præter suam voluntatem patitur homo, non debet tribuere humanis, vel Angelicis, vel cuiusquam creati spiritus voluntatibus, sed eius potius qui dat potestatem volentibus. Non ergo propterea nihil est in nostra potestate, quia Deus præsciuit quicquid futurum esset in nostra voluntate. Non enim qui hoc præsciuit, nihil præsciuit. Porrò si ille qui præsciuit, quid futurum esset in nostra voluntate: non vtique nihil, sed aliquid præsciuit: profectò & illo præsciente, est aliquid in nostra voluntate. Quo circa nullo modo cogimur, aut retenta præsciẽtia Dei, tollere voluntatis arbitrium: aut retento voluntatis arbitrio, Deum, quod nefas est, negare præscium futurorum: Sed vtrunque amplectimur, vtrunq; fideliter & veraciter confitemur. Illud, vt bene credamus: hoc, vt bene viuamus. Malè autem viuitur, si de Deo non bene creditur. Vnde absit à nobis eius negare præscientiam, vt liberi esse velimus, quo adiuuante sumus liberi, vel erimus. Proinde non frustra sunt leges, obiurgationes, exhortationes, laudes, & vituperationes: quia & ipsas futuras esse præsciuit, & iuste præmia bonis factis, & peccatis supplicia constituta sunt. Neque enim ideo non peccat homo, quia Deus illum peccaturum esse præsciuit: imò ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat, quia ille cuius præscientia falli non potest, non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præsciuit, qui si nolit, omnino non peccat: sed si peccare voluerit, etiam hoc ille præsciuit. Ex ipsa libertate voluntatis, homo vel Angelus est nobilior. Libro octauo super Genes. Quia non omnibus naturis Deus dedit voluntatis arbitrium, illæ autem quibus dedit, potentiores ac superiores sunt, illæ naturæ quæ nõ habent voluntatem, subditæ sint necesse est illis quæ habent: & hoc ordinatione creatoris, qui nunquam ita punit voluntatem malam, vt naturæ perimat dignitatem. Cum igitur omne corpus & omnis anima irrationalis nõ habeat voluntatis arbitrium, subdita sunt eis naturis quæ prædictæ sunt arbitrio voluntatis: nec omnibus omnia, sed sicut distribuit iustitia creatoris. Ergo Dei prouidentia regens atque administrans vniuersam creaturam, & naturas & vo- *Cap. 23. Tom. III.*

A luntates: naturas vt sint, voluntates autem vt nec infructuosæ bonæ, nec impunitæ malæ sint: subdit primitus omnia sibi, creaturam corporalem creaturæ spirituali, irrationalem rationali, terrestrem cœlesti, fœmineam masculinæ, minus valentem valentiori, indigentiorem abundantiori. In voluntatibus autem bonas sibi, cæteras verò ipsis seruientibus sibi: vt hoc patiatur voluntas mala, quod ex iussu Dei fecerit bona siue per seipsum, siue per malam, in rebus duntaxat quæ natura sunt etiam malis voluntatibus subditæ, id est, in corporibus. Nam in seipsis malæ voluntates habent interiorẽ pœnam suam, eandem ipsam iniquitatem suam. Ac per hoc sublimibus Angelis Deo subditè fruentibus, & Deo beatè
B seruientibus, subdita est omnis natura corporea, omnis irrationalis vita, omnis voluntas vel infirma vel praua, vt hoc de subditis, vel cum subditis agant, quod naturæ ordo poscit in omnibus, iubente illo cui subiecta sunt omnia. Sed si diuersificatur voluntas, non est tamen diuersa animæ natura. Libro lxxxiij. quæstionum. Non ob hoc putandum est diuersas esse naturas animarum, quia diuersæ sunt voluntates, cum etiam vnius animi voluntas pro temporũ diuersitate varietur. Siquidem in alio tempore diues esse cupit. Alio verò tempore contemptis diuitiis sapiens esse desiderat: & in vno tempore vni homini negotiatio, & in alio tempore militia placuit. Et si voluntas vacillat in volendo, etiam libera est. Lib. viij. confes. Im- *Quæst. 46. Tom. IIII.* *Cap. 9. Tom. I.*
C perat animus corpori, & paretur statim: imperat animus sibi, & resistitur. Imperat animus, vt moueatur manus, & tanta est facilitas, vt vix à seruitio discernatur imperiũ: & animus, animus est, manus autem corpus est. Imperat animus vt velit animus, nec alter est, nec facit tamen. Vnde hoc monstrum, & quare istud? Imperat, inquam, vt velit, qui non imperaret nisi vellet, & non fit quod imperat. Sed non ex toto vult, non ergo ex toto imperat. Nam intantum imperat, in quantum vult: & in tantum non fit quod imperat, inquantum non vult. Quoniam voluntas imperat vt sit voluntas, nec alia, sed ipsa. Non vtique plena imperat, ideo non est quod imperat. Nam si plena esset, nec imperaret vt esset, quia iam esset. Non igitur monstrum partim velle, partim nol-
D le, sed ægritudo animi est: quia non totus assurgit veritate subleuatus, consuetudine prægrauatus.

Est autem ipsa voluntas causa demeriti, & non meriti, nisi per gratiam. Libro decimo quinto, de ciuitate Dei, capite vigesimo primo. Voluntas in natura quæ facta est bona à bono Deo, sed mutabilis ab immutabili, ex nihilo ab eo qui est, & à bono potest declinare, vt faciat malum, quod fit ex libero arbitrio: & à malo vt faciat bonum, quod non fit sine Diuino adiutorio. Lib. de gratia noui testamenti. quæstio. vel capite vj. Animæ rationalis mutabilitas admouetur, quo nouerit, nisi participatione incõmutabilis boni, iustam, saluam, sapientem, beatam se non posse: nec sibi bonum esse propria voluntate, sed malum *Tom. V.* *Tom. II. Epist. 120.*

lum. Propria quippe voluntate auertitur à bono incommutabili, eáque auersione vitiatur, nec sanari per semetipsam potest, sed gratuita misericordia sui creatoris, qui in hac vita eam constituit ex fide viuentem in spe salutis æternæ. In Epistola ad Innocentium papam de duobus conciliis habitis contra Pellagianos. Ad non peccandum, id est, ad non malè faciendum, quamuis non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen eius potestas non sufficit, nisi adiuuetur infirmitas. In Epistola quarta ad Paulinam. Sapiens cum sciret neminem esse posse continentem nisi Deus det, adiit Dominum & deprecatus est: vtique volens adiit, voléansque deprecatus est: nec petisset, nisi esset voluntas: nec adesset qua verè petere posset, nisi data esset ab eo, qui solus bona vera dare potest. Vnde etiam qui iam continens est, non habet vtique continentiam, nisi asit voluntas: sed nisi accepisset, quid haberet voluntas? Quid enim habes quod non accepisti? De mala dicit libro quinto de ciuitate Dei, capite nono. Sicut omnium naturarum est Deus creator, ita omnium potestatum dator, non voluntatum. Malæ quippe voluntates ab illo non sunt: quoniam contra naturam sunt, quæ ab illo est. Et libro decimo quarto eiusdem, capite vndecimo. Malorum operum tanquam fructum malorum voluntas ipsa est velut arbor mala, aut ipse homo inquantum est malæ voluntatis. Porrò mala voluntas non est secundum naturam, quia vitium est, & eius naturæ est, cuius est vitium, quod nisi in natura esse non potest: sed in ea quam creauit ex nihilo, nũquam genuit creator de semetipso sicut genuit verbum per quem facta sunt omnia.

Tom.II. Epist.95.

Tom.V.

Tom.eod.

Libro secundo contra Felicem Manichæum. Siue mala sit voluntas, siue bona, semper voluntas est. Bonam voluntatem sequitur corona, malam voluntatem sequitur pœna: Deus autem iudex voluntatum est, creator autem naturarum.

Tom.VI.

Vnde ipsa est principalis causa peccati. Libro tertio contra Iuli. Voluntas mala, est origo peccati: & ita nisi voluntate mala peccatum exortum est. Libro vigesimo secundo, contra Faustum. A voluntate initium est peccati: Vnde autem initium est peccati, inde initium mali vel faciendi, contra iustum præceptum, vel puniendi, secundum iustum iudicium. Libro secundo de nuptiis & concupiscentia. Non est ortum malum nisi in bono: non in summo & immobili, quod est natura Dei: sed facto de nihilo per sapientiam Dei. Est itaque quod homo Diuino operi vendicetur: quia non esset homo, nisi Diuino opere crearetur: malum autem non esset nisi voluntate primi hominis peccaretur, & origine vitiata peccatum originale traheretur.

Tom.VII. Tom.VI. Tom.VII.

In Epistola ad Donatistam præsbyterum Donatistarum. Quis nesciat, nec damnari hominem, nisi meritò malæ voluntatis, nec liberari, nisi habuerit bonam voluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur, malæ suæ voluntati impunè & crudeliter promittendi sunt, sed vbi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam si voluntas mala semper suæ promittenda est libertati, quare Israëlitæ recusantes & murmurantes tam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur. Libro septimo confessio. capite tertio. Cum aliquid vellem aut nollem, non aliud quam me velle ac nolle certissimus erã, & ibi esse causam peccati mei iam iámque animaduertebam. Quod autem inuitus facerem, pati me potius quàm facere videbam, & id non culpam sed pœnam esse iudicabam, qua me non iniustè plecti te iustum cogitans cito fatebar. Et ideo lib. viij. eiusdem. Ego suspirabam, ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate peruersa facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexit, vnde catenam appellauit, tenebat me obstrictum dura seruitus. Libro quæstionum Exod. quæstione vigesima nona. A voluntate quippe hominis facta est origo vitiorum. Mouentur causis corda hominum, alia sic, alia verò sic: & non diuersis causis, sed sæpe diuerso modo secundum proprias qualitates quæ ex voluntatibus veniunt. Libro de duabus animabus. Dicere animas malas esse & nihil peccare, plenum est dementiæ: Dicere autem peccare sine voluntate, magnum deliramentum est: & peccati reum teneri quenquam, quia non fecit quod facere poterat, summæ iniquitatis est, & insaniæ. Super Psalmum centesimum vigesimum quintum. Facinus procedit ex ore, quando voluntas faciendi decernitur: Decreuisti furtum facere, dixisti: & fecisti. Si furtum non feceris foris, ille non meruit perdere, cui disponebas auferre: & nihil perdidit, & tu de furto damnaberis. Decreuisti occidere hominem, dixisti in corde tuo: sonuit de ore tuo interiore homicidium. Adhuc homo viuit, & tu homicida puniris. Quid sis enim apud Deum quæritur, non quid nondum apparueris apud homines. Libro tertio contra Epistolas Pelagianorum. Qui sic præcepta facit, proculdubio inuitus facit, ac per hoc in animo non facit. Illa vult enim omnino non facere, si secundum ea quæ cupit & metuit, facere permittatur impunè. Ac per hoc in ipsa voluntate intus est reus, vbi ipse qui præcepit inspicit Deus. Libro de natura & gratia, capite quinquagesimo septimo. Sub lege est, qui timore supplicij, quod lex minatur, non amore iustitiæ sese sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber nec alienus à voluntate peccandi: in ipsa enim voluntate reus est, quia mallet si fieri posset non esse quod timeat, vt liberè faciat, quod occultè desiderat.

Tom.II. Epist.204.

Tom.I. Cap.5. Tom.eod. Tom.III. Cap.11. Tom.VI. Tom.VIII. Cap.4. Tom.VII. Tom.VIII.

Eodem libro, capite sexagesimo septimo, recitans sua verba scripta. Libro tertio de libero arbitrio. capi. xviij. Nec mirandum est, quod homo vel

vel ignorando, non habet liberum arbitrium voluntatis ad eligendum quid rectè faciat: vel resistendo carnali consuetudini, quæ violentia mortalis successionis quodammodo naturaliter inoleuit, videat quid rectè faciendum sit & velit, nec possit implere. Illa est enim peccati pœna iustissima, vt amittat quisque quo bene vti noluit, cum sine vlla posset difficultate vti si vellet. Id est autem, vt qui sciens rectè non facit, amittit scire quod rectum sit: & qui rectè facere cum posset noluit, amittat posse cum velit. Nam sunt reuera omni peccanti animæ duo ista pœnalia, ignorantia, & difficultas. Ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris, vt erret inuitus, & resistente atque torquente dolore carnalis vinculi non posse à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera voluntate rectè faciendi loquimur, de illa, scilicet in qua homo factus est loquimur. Vnde circa principium dicti libri dicit allegando Salustium. Falso quæritur de natura sua genus humanum. Sine bona tamen voluntate nihil fit bonum. Libro quinto Homil. Homil. viij. Totum habet, qui habet bonam voluntatem. Ipsa est quæ potest sufficere, si cætera non sint. Si autem sola desit, nihil prodest quicquid habitum fuerit. Sola sufficit si adsit: cætera nihil prosunt si sola desit. Si haberes in domo tua thesauros vnde securus esses, gauderes, exultares: in corde tuo habes bonā voluntatem, & tristis es? In arca posses timere furem, in corde tuo quem times? Noli te pati hostem in corde tuo, bonam voluntatem habens nihil times. Ideo dicit de charitate, Super Psalmum centesimum vigesimum primum. Si sit sola charitas, quæ non inueniat quod distribuat pauperibus, diligat solùm. Calicem aquæ frigidæ det, tantum illi imputabitur, quantum Zachæo, qui dimidium patrimonij donauit pauperibus. Impar est quidem facultas, sed non impar voluntatis charitas. Super Psalmum trigesimum sextum, sermone secundo. Iustus miseretur & comodat. Quid si pauper est? Etiam sic diues est. Respicis arcam inanem, conscientiam Deo plenam non respicis. Non habet extrinsecus facultatem, sed habet intrinsecus charitatem. De charitate dat, quæ non finitur. Et si non inuenerit foris quod det, dat beneuolentiam, pręstat consilium, & si potest auxilium. Et si in hoc adiuuare non potest, ad extremum vel voto adiuuat, vel orat pro contribulato, & fortè magis ipse exauditur, quam qui porrigit panem. Semper habet vnde det, cui plenum est pectus charitatis. Ipsa est & quæ dicitur voluntas bona. Plus à te Deus non exigit, quam quod tibi intus dedit. Vacare non potest bona voluntas. Non enim habens voluntatem bonam, & si nūmus tibi superſit, pauperi non porrigis: ipsi pauperes inter se præstant sibi de voluntate bona, non sunt infructuosi. Vides cęcum à vidente duci, quia nummos non habuit quos daret egenis, commodauit oculos non habenti. Vnde hoc factum est, vt accommodaret membra sua non habenti, nisi quia intus erat voluntas bona, thesaurus pauperum? In quo thesauro dulcissima requies & vera securitas: ad ipsum amittendum nec latro admittitur, nec naufragium metuitur. Seruat secum quod intus habet, nudus euadit, & plenus est.

Tom.X. — Tom.VIII. — Tom.VIII.

Declarat autem quæ sit bona voluntas. Lib. j. de libero arbitrio. Bona voluntas est qua appetimus rectè honestèq; viuere, & ad summam sapientiam peruenire. Et infra subdit. Parum non est gaudium habere nos in animo hanc bonam voluntatem, in cuius comparatione abiectissimæ sunt diuitiæ, & honores, & voluptates corporis, & simul omnia quæ numerare longum est: pro quibus adipiscendis, multitudinem videmus hominum, nullos labores, nulla pericula recusare. Et ibidem infra. Quisquam non habet bonam voluntatem, caret profectò illa re quæ præstantior est omnibus bonis in potestate nostra constitutis: & sola illi volūtas per seipsam daret. Itaque cum seipse miserrimum iudicet, si amiserit gloriosam famam, & ingentes opes, & quælibet corporis bona, tu eum non miserrimum iudicabis, etiam si talibus abundet omnibus, cum iis inhæret quæ amittere facillimè potest, neque dum vult habet, caret autem bona voluntate, quæ nec comparanda est cum istis, & cum sit tam magnum bonum, velle solùm opus est vt habeatur. Et infra capite decimo quarto. In homine qui suam bonam voluntatem magni pēdit & diligit, omnes quatuor virtutes sunt cōparatæ: vnde huius vitam cōcedimus esse laudabilem. Libro de duabus animabus. Ista præclara & magna laude prædicanda est, qua summum appetitur bonum. Super Psalmum septuagesimum, sermone secundo. Bona, pura, syncera & perfecta voluntate, non ficto corde, Domino seruiendum est. Sed non sufficit bona voluntas sine gratia. Libro primo diuersarum quæstionum ad Simplicianum. Voluntas hominis sola non sufficit, vt rectè iustèque viuamus, nisi adiuuemur misericordia Dei: quæ non sufficit sola, nisi consensus nostræ voluntatis addatur. Ad eius tamen misericordiam pertinet vt velimus. Deus enim est qui operatur in nobis, & velle, & operari pro bona voluntate. Nam si quæramus, vtrum donum Dei sit voluntas bona: mirum si negare quis audeat. Libro de gratia & libero arbitrio. Certum est nos mandata seruare si velimus, sed quia præparatur voluntas à Deo, ab illo apparendum est vt tantum velimus, quantum sufficit vt volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est, Deus est qui operatur in nobis & velle, & operari. Certum est nos facere cum facimus, sed ipse facit vt faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit: Faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis

Cap. 12. Tom. I. — Cap. eod. — Cap. eod. — Cap. 13. — Tom. VI. — Quæst. 2. Tom. IIII. — Cap. 16. Tom. VII.

uetis & faciatis. Libro primo contra Epistolas Pellagianorum. Non potest homo aliquid boni velle, nisi adiuuetur ab eo qui malum non potest velle. Ibidem. Nemo potest habere voluntatem iustam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit veram, hoc est gratuitam desuper gratiam. Et infra.c.iiij. Dicimus homines esse opus Dei, inquantum homines sunt, sed sub diabolo esse, inquantum peccatores sunt, nisi eruantur inde per eum, qui non ob aliud factus est inter Deum & homines mediator, nisi quia ex hominibus non potuit esse peccator: nec ex Dei potentia, vel in malum, vel in bonum inuitum aliquem cogi, sed Deo deserente pro meritis ire in malum, & Deo adiuuante sine meritis conuerti ad bonum. Non enim est homo bonus si nolit, sed gratia Dei adhoc etiam adiuuatur vt velit, quoniam non inaniter scriptũ est, Deus est enim qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Libro primo de gratia Christi & peccato originali contra Pelagiũ &c. c.xxiiij. Legant & intelligant, intueantur atque fateantur, non lege atque doctrina in sonante forinsecus, sed interna & occulta mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solùm veras reuelationes, sed etiam bonas voluntates. Libro de correctione & gratia. Voluntas quippe humana non libertate consequetur gratiam, sed potius gratia libertatem: & vt perseueret delectabiliter perpetuam & insuperabilem fortitudinem. Libr. primo de prædestinatione sanctorum. Dicimus, cum Deus vult fieri quod non nisi volentibus hominibus oportet fieri, inclinari eorum corda vt hoc velint, eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili & ineffabili modo operatur & velle. Lib. de natura & gratia. Etiam in ipsis rectè factis cauenda est superbia, id est in ipsa via iusta, ne homo dum quod Dei est deputat suũ, amittat quod Dei est, & redeat ad suum. Ideo quod Psalmus concludit faciamus: Beati omnes qui cõfidunt in eo: vtique vt ipse faciat, ipse ostendat viã suam, cui dicitur, Ostende nobis Domine misericordiã tuã, & ipse det salutẽ, vt ambulare posimus, cui dicitur: Et salutare tuum Domine da nobis. Ipse in eadẽ via deducat, cui dicitur. Deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua: Ipse ad illa quo via ducit promissa perducat, cui dicitur: Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua: Ipse sibi pascat recumbentes cum Abraham Isaac & Iacob, de quo dictum est, Faciet eos recumbere, & transiens ministrabit eis. Non enim cum ista commemoramus, arbitrium voluntatis tollimus, sed Dei gratiam prædicamus. Cui enim prosunt ista nisi volenti, sed humiliter volenti, non se voluntatis viribus tanquam ad profectionem iustitiæ sola sufficiat extollenti? Vnde orabat. libro soliloquiorum ad Deum, Si vis Domine, potes me saluare: ego autem & si velim, non possem. Magna est multitudo miseriarum mearum mecum. Velle quippe adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Velle etiam quod bonum est, nõ possum, nisi tu velis: nec quod volo possum, nisi tua potentia me confortet: & quod possum aliquando nolo, nisi tua voluntas fiat sicut in cœlo & in terra. Et quod volo & possum ignoro, nisi tua sapientia me illustret. Et si etiam sciam, quandoque volens, quandoque valens, imperfecta & vacua transit sapientia mea: nisi adiuuet vera sapiẽtia tua. In tua autem voluntate cuncta sunt posita, & non est qui tuæ posit resistere voluntati, Domine vniuersorum, principatum tenens omnis carnis: & quæcunque vis facis in cœlo, & in terra, & in mari, & in omnibus abyssis. In nobis fiat igitur voluntas tua, super quibus inuocatum est nomen tuum: ne pereat hoc nobile plasma tuum quod creasti propter honorem tuum. Et quis est homo natus de muliere qui viuat & non videat mortem, & eripiat animam suam de manu inferi, nisi tu solus eripias vita vitalis omnis vitæ, per quẽ omnia viuunt? Concludit ergo libro de patientia. Voluntas bona sine adiutorio spiritus sancti non potest esse. Quod autem sit voluntas mala sine aliquo spiritu immundo, vel seducente, vel incitante, in ipso diabolo satis ostenditur: quia per nullum alium diabolum, sed propria voluntate factus diabolus inuenitur. Lib. decimoquarto de ciuitate Dei. capi. viij. Propriè voluntas in malo accipi non potest: loquutione vsitatiore quam frequentat maximè consuetudo sermonis. Tamen voluntas in bono consueuit intelligi. Lib. secundo de sermone Domini in monte. Voluntas non est nisi in bonis. Nam in malis flagitiosisque factis cupiditas propriè dicitur, non voluntas. Quod mala voluntas non habet causam efficientem sed deficientem. Libro duodecimo de ciuitate Dei, capite septimo. Mala voluntas efficiens est causa operis mali. Malæ autem voluntatis efficientem causam nemo quęrat. Non enim est efficiens, sed deficiens: quia non illa est effectio, sed defectio. Deficere nanque ab eo quod summè est, ad id quod minus est, hoc est incipere habere voluntatẽ malam. Causas porrò defectionum istarum cum efficientes non sint, vt dixi, sed deficientes velle inuenire, tale est: ac si quisquam velit videre tenebras, vel audire silentium: quod tamẽ vtrunque nobis notum est: neque illud nisi per oculos, neque hoc nisi per aures: non sanè in specie, sed in speciei priuatione. Nemo ergo ex me scire quærat, quod me nescire scio, nisi fortè vt nescire discat, quod sciri non posse sciendum est. Ea quippe quæ non in specie, sed in eius priuatione sciũtur, si dici aut intelligi potest, quodammodo nesciendo sciuntur, vt sciendo nesciantur. Cũ enim acies oculi corporalis currit per species corporales, nusquam tenebras videt, nisi vbi cœperit non videre. Ita etiam non ad aliquem alium sensum, sed ad solas aures pertinet audire silentium, quod tamen nullo modo nisi non audiendo sentitur. Sic species intelligibiles mens quidẽ nostra intelligendo conspicit, sed vbi deficiunt, nescien do condiscit. Delicta enim quis intelligit? Hoc

scio, naturam Dei nunquam, nusquam, nulla ex parte posse deficere: & ea posse deficere, quæ ex nihilo facta sunt. Quæ tamen quãto magis sunt, & bona faciunt: tunc enim aliquid faciunt, cum habent causas efficientes: inquantum autem deficiunt, & ex hoc mala faciunt (quid enim tunc faciunt nisi vana) causas habent deficiẽtes. Itémque scio in quo fit mala voluntas, id in eo fieri, quod si nollet, non fieret: & ideo non necessarios, sed voluntarios defectus iusta pœna consequetur. Deficitur enim non ad mala, sed malè, id est nõ ad malas naturas, sed ideo malè, quia contra ordinem naturarum ab eo quod summe est, ad id quod minus est. Neque enim auri vitium est auaritia, sed hominis peruersè amantis aurum iustitia derelicta, quæ incorporaliter auro debuit anteponi. Et infra ibidem. Voluntatem bonam qua meliores essent, nisi operante adiutorio creatoris habere non possunt.

Cap. 8.

Amor peruersus.

Propria voluntas non est sequenda. Libro de decem chordis. Pericula nostra debemus intueri, non voluntates nostras attendere. Nam & medicus si voluntati ægri attendat, nunquam illum curat. Quod non est faciendum, non fiat. Ideo dat consilium. Libro decimo tertio de trinitate, cap. septimo. Sapienter dixit Terẽtius, Quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possis. Commodè hoc dictum esse quis neget? Sed consilium est datum misero, ne esset miserior. Libro de beata vita, disputatione infra allegans Tullium in Hortensio, quem librum de laude & defensione philosophiæ fecit. Velle quod non deceat, idem ipsum miserrimum. Nec tam miserum est non adipisci quod velis, quàm adipisci velle quod non oporteat. Plus enim mali prauitas voluntatis affert, quam fortuna cuiquam boni. Sed an alterius voluntas possit videri. Libro decimo tertio de trinitate, capit. tertio dicit. Est quædam eiusdem naturæ viuentis & ratione vtentis tanta conspiratio, vt cum lateat alterum quid alter velit, nonnullæ sint tamen voluntates omnium etiam singulis notæ. Et cum quisque homo nesciat quid homo alius vnus velit, in quibusdam rebus possit scire quid omnes velint. Vnde illa cuiusdam mimi facetissima prædicatur vrbanitas. Qui cum se promisisset theatro quid in animo haberent, & quid vellent omnes aliis ludis esse dicturum, atque ad diem constitutum ingenti expectatione maior multitudo conflueret, suspensis atque silentibus omnibus, dixisse perhibetur. Vili vultis emere, & carò vendere. In quo dicto leuissimi Scenici, omnes tamen cõscientias inuenerunt suas, eique vera ante oculos omnium constituta, & tamen improuisa dicenti admirabili fauore plauserunt. Cur autem tam magna expectatio facta est illo promittente omnium voluntatẽ se esse dicturum, nisi quia latent alterum hominem, aliorum hominum voluntates? Sed nunquid latuit ista istum? Nunquid quenquam latet? Qua tandem causa, nisi quia sunt quædam quæ non inconuenienter in aliis de se quisque coniiciat, compa-

Tom. IX.

Tom. III.

In And.

Tom. I.

Cicero in Hortens.

Tom. III.

Aliena voluntas quomodo cernitur.

A tiente vel conspirante vitio seu natura. Sed aliud est videre voluntatem suam, aliud quamuis certissima coniectura coniicere alienam. Est autem Dei voluntas sequenda. super Ioannem. Filius vnicus dicit, Non quæro volũtatem meam: & homines volunt facere voluntatem suam. Ille tantum se humiliat, qui æqualis est patri: & tantum se extollit, qui in imo iacet, & nisi manus porrigatur, non surgit. Libro tertio contra Maximinum Arrianum. Tunc facit homo voluntatẽ Dei, quando facit iustitiam quæ ex Deo est. Eodem libro. Præpone tuæ voluntati voluntatem Dei. Super Psalmum. Duæ voluntates sunt, tua, & Dei: Sed voluntas tua corrigatur à voluntate Dei, non voluntas Dei detorqueatur ad tuam: praua est enim tua, regula est illa.

Tract. 19.

Tom. IX.

Tom. VI.

Super Psal. 31. enarra. 2.

Tom. VIII.

B Stet regula, vt quod prauum est, ad regulam corrigatur, quomodo Christus docet, qui ait, Pater si fieri potest, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Super Psalmum trigesimum secundum, sermone primo. Potes aliquid proprium velle, vt aliud Deus velit. Conceditur hoc humanæ fragilitati, conceditur humanæ infirmitati. Aliquid propriũ velle, difficile est vt non tibi contingat: sed statim cogita quis supra te sit: illũ supra, te infra illum: illum te creatorem, te creaturam: illum dominũ, te seruum: illum omnipotentem, te infirmum, corrigens te, subiugans te voluntati eius ac dicẽs, Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater. Quomodo disiunctus es à Deo, qui iam hoc vis quod Deus vult? Super Psalmum xciij. sermone secundo. Ne velis voluntatem Dei torquere ad voluntatem tuam, sed tuam corrige ad voluntatem Dei. Voluntas Dei sic est quomodo regula. Ecce puta torsisti regulam, vnde habes corrigi? Illa autem integra manet: regula enim est incommutabilis. Quandiu integra est regula, Habes quo te conuertas, & corrigas prauitatem tuam, habes vnde corrigas quod in te tortũ est. Quid autem volũt homines? Parum est quia voluntatẽ suam tortuosam habent, etiã volunt voluntatem Dei tortuosam facere quod Deus vult.

Tom. VIII.

Tom. VIII.

C

Et infra subdit. Si surrepserit tibi humana infirmitas, & cœperit aliud velle quam Deus vult: videas prauitatem cordis tui extra regulam, & dirigatur in Deum cor tuum, quod in homine cœperat esse prauum. Libro de salutaribus

D documentis. Homines nos esse cognoscamus, nec superbiamus contra Deum, vt voluntates nostras malas perficiamus, & Deum postponamus: ac deinceps ad Domini bonam volũtatem, malas nostras reflectamus. Tamen vt dicit libro de vera innocentia. Suam voluntatem homines faciũt nõ Dei, quãdo id agunt quod Deo displicet: quando autem ita faciunt quod volũt, vt Diuinæ seruiant voluntati, quamuis volentes agant quod agunt, illius tamen voluntas est à quo & præparatur & iubetur quod volunt.

Tom. III.

Cap. 336. Tom. III.

Vnde mala voluntas non est à Deo. Libro de spiritu & litera ad Marcellinum. Nusquam legimus in sanctis scripturis, Non est voluntas nisi à Deo.

Cap. 31. Tom. III.

à Deo. Et rectè non scriptum est, quod verum non est: alioquin etiam, quod absit, peccatorum author est Deus, si non est voluntas nisi ab illo: quoniam mala voluntas iam sola peccatum est, etiam si desit effectus, id est, si non habeat potestatem. Porrò cum voluntas mala potestatem accipit implere quod intenditur, ex iudicio Dei venit, apud quem non est iniquitas. Punit etiam isto modo: nec ideo iniustè, quia occultè. Declarat hoc quodammodo. Libro vndecimo de ciuitate Dei. cap. decimo septimo. Ita vitium contra naturam est, vt non possit nisi nocere naturæ. Non itaque esset vitium, recedere à Deo, nisi naturæ, cuius id vitium est, potius competeret esse cum Deo. Quapropter etiam voluntas mala grande testimonium naturæ bonæ est. Sed Deus sicut naturarum bonarum optimus creator est, ita malarum voluntatum iustissimus ordinator, vtcunque malè illæ vtuntur naturis bonis, ipse bene vtatur etiam voluntatibus malis. Itaque fecit, vt diabolus institutione illius bonus, voluntate sua malus, in inferioribus ordinatus illuderetur ab angelis eius, id est, vt prosint tentationes eius sanctis quibus eas obesse desiderat. Alio modo libro secundo de libero arbitrio. Voluntas auersa ab incommutabili & communi bono, & cōuersa ad proprium bonum aut ad exterius aut ad inferius, peccat. Ad proprium conuertitur, cum suæ potestatis vult esse: ad exterius, cum aliorum propria, vel quæcunque ad se non pertinent, cognoscere studet. Ad inferius, cum voluptatem corporis diligit: atque ita homo superbus curiosus & lasciuus effectus: excipitur ab illa vita, quæ in comparatione superioris vitæ mors est: quæ tamen regitur administratione Diuinæ prouidentiæ quæ congruis sedibus ordinat omnia, & pro meritis sua cuique distribuit. Exponit illud, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Libro quinto Homil. Homil. quadragesima tertia. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Seruiunt tibi Angeli in cœlo, nos seruiamus tibi in terra. Non te offendunt Angeli in cœlo, nō te offendamus in terra. Quomodo illi faciunt voluntatem tuam, sic & nos faciamus. Et aliter bene intelligimus, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: Vt quomodo menti nostræ placet tua iussio, sic ei consentiat caro nostra, & tollatur illa rixa de medio, Caro concupiscit &c. vt sit plena cōcordia. Et sic bene intelligi potest, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: vt cœlum ponamus Ecclesiā, quia portat Deum: terram autē infideles, quibus dictum est, Terra es, & in terram ibis. Quando ergo oramus pro inimicis nostris, inimicis Ecclesiæ, inimicis nomini Christiano, hoc oramus, vt fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, id est, sicut in tuis fidelibus, sic & in tuis blasphematoribus, vt omnes cœlum fiant. Lib. de expositione symboli & Dominicæ orationis; sermone primo. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: hoc est, vt quomodo tibi seruiunt Angeli in cœlo, & nos tibi seruiamus in terra. Angeli autem ipsius sancti obediunt illi, non illum offendunt: sed faciunt iussa amando Deum. Hoc ergo oramus vt nos præceptum Dei cum charitate faciamus. Iterum verba ista & aliter intelliguntur. Fiat volūtas tua sicut in cœlo & in terra: sicut nos audiuimus præcepta tua, sic consentiat caro nostra: ne dum contendunt caro & spiritus, præcepta minus impleantur: nedum caro concupiscit aduersus spiritum, terra contra cœlum: concupiscat voluntas nostra contra illam, & terra deiiciat cœlum: & si non possumus tollere istam contentionem, negemus assensionem. Intelliguntur ista verba etiam sic, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra cœlum fideles sunt, qui induerūt imaginem hominis cœlestis, id est Christi: infideles autem, qui solam portant imaginem hominis terreni, terra appellantur. Quando ergo dicimus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: hoc dicimus patri nostro bono. Quomodo in te crediderūt fideles, credant & infideles: ac sic discimus orare pro inimicis. Libro primo de prædestinatione & perseuerantia sanctorum. Sic voluit intelligi sanctus Cyprianus quod dicimus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: hoc est, sicut in eis qui iam crediderunt, & tanquam cœlum sunt: ita & in eis qui non credunt, & ob hoc terra adhuc sunt. Libro quarto contra Epistolas Pellagianorum. allegans Cyprianum sic dicentem, Addimus quoque & dicimus, Fiat volūtas tua sicut in cœlo & in terra: non vt Deus faciat quod vult, sed vt nos facere possimus quod Deus vult. Nam Deo quis obsistit, quo minus faciat quod vult? Sed quia nobis à diabolo obsistitur, quo minus per omnia noster animus atque actus Deo obsequatur, oramus & petimus, vt fiat in nobis voluntas Dei. Quæ vt fiat in nobis, opus est Dei voluntate, id est ope eius & protectione, quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia & misericordia tutus est. Et addit allegans eundem. Fieri autem petimus voluntatem Dei in cœlo & in terra, quod vtrunque ad consummationem nostræ incolumitatis pertinet & salutis. Nam cum corpus è terra, & spiritum possederamus è cœlo, ipsi terra & cœlum sumus, & in vtroque, id est, in corpore & spiritu, vt Dei voluntas fiat, oramus. Est enim inter carnem & spiritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, vt non quæ volumus ipsa faciamus, dum spiritus cœlestia & Diuina quærit, caro terrena atque sæcularia concupiscit. Et ideo petimus inter ista duo ope & auxilio Dei concordiam fieri, vt dum & in spiritu & in carne voluntas Dei geritur, quæ per eum renata est, anima seruetur. Et ibidē infra. Etiam sic Cyprianus intelligit, quod in oratione dicimus: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: vt etiam pro ipsis qui propter hoc terra intelliguntur oremus. Oramus ergo nō solùm pro nolentibus, verūetiam pro repugnantibus & oppugnantibus. Quid ergo petimus, nisi vt fiāt ex no-

Margin notes: Tom. V. — Cap. 19. Tom. I — Tom. X. — Cap. 8. Tom. VII. — Cap. 9. Tom. VII. — Cap. eod. inf. — Cap. eod. inf.

lentibus volentes, ex repugnantibus consentientes, ex oppugnantibus amantes? A quo, nisi ab illo de quo scriptũ est, Præparatur volũtas à Deo.

Tom. IX. VOLVPTAS. Intelligitur bona. Super Ioannem. Est quædã voluptas cordis, cui panis dulcis est illę cœlestis. Porrò si poëtæ dicere licuit, Trahit sua quęque voluptas: non necessitas, sed voluptas: non obligatio, sed delectatio: quãto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur vita sempiterna, quod totum est Christus? Intelligitur mala. Vnde libro contra Adimantum discipulum Manichæi. c. decimo quarto. Tom. VI. Immoderatam voluptatem non dedit Dominus, sed quanta sustentationi naturæ salutíque sufficiat. Quisquis autem sequitur immoderatam voluptatem, suum vitium sequitur, nõ eam voluptatem quam dedit ei Dominus.

Tom. II. Epist. 45. VOTVM. Votum continentiæ alter coniugum facere non potest, sine alterius consensu. In Epistola ad Armentarium & Paulinam. Vna sola causa esse posset, qua te id quod nouisti, castitatem, nõ solùm non hortaremur, verum etiam prohiberemur implere, si forte tua coniunx hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam & vouenda talia non sunt à coniugatis, nisi ex consensu & voluntate communi. Et si præproperè factum fuerit, magis est corrigẽda temeritas, quàm persoluenda promissio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid vouerit, sed potius vsurpare vetat alienum. Diuina quippe de hac re per Apostolum est probata sententia. Vxor non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet potestatem corporis sui, sed vxor. Quid autem vouere debeamus, dicit in Ser. 3 ord. ser. de tẽp. 7. Tom. X. sermone sexto, de natiuitate Domini. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Nos dulciter & cõfidenter voueamus, ille dabit possibilitatẽ vt reddere possimus: Nos tamen quicquid illi promittimus, de illo speremus. Et fortasse interrogatis me, quid debeatis hodie vouere & reddere. Sunt Vota. enim multi qui mouent, alius oleum, alius ceram ad luminaria noctis, alius vt vinum per aliquos annos non bibat, alius vt ieiunia certo tempore faciat, alius vt carnes nõ comedat. Non est istud votum optimum nec perfectum: Adhuc melius nolo. Nõ hoc elegit Deus, nec speciem tuam, nec oleum tuũ, sed illud quod in te redemit, hoc est animam tuam. Hoc ipsum affer, moribus sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis. Auertendo à malis, conuertendo ad bonum, damnando vitium, amandõ Deum, & diligendo proximum, impendendo misericordiam miseris, dimittendo illis qui in nobis peccant, calcando superbiam, abiiciendo inuidiam. Omnis ergo tale votum offerat simul & reddat, quia nimis est miserum, vt Deo aliquid non offeramus de nostro, qui animam suam pro nobis posuit: & propter nos, cum esset æternus, carnem suscepit. Nunc

A itaque qui iram contra alterum tenet, tantum propter amorem Dei dimittat, & obtulit votũ. Si quis consueuit longa diuturnitate in luxuria volutari, resipiscat, & excutiat sordes per compunctionem, & voueat se à nequitia conuersurum, & obtulit votum. Si iterum inuidia teneatur fratris, & fœlicitate illius aut actione prospera non delectatur, quod est peccatum vsque ad mortem, promittat & ipse in corde suo meditaturum se potius actus quã liuorem eum habiturum, & ipse obtulit votum. Si quis sibi conscius est de homicidio, indicet sibi ipse in corde suo pœnitentiam, & vindicet in se conscientiam malam, & animum cruciet per abstinentiam & humilitatem: & communicare nullatenus præsumat, & ipse offeret votum. Si quis fortè vt assolet

B detrahere semper consueuit, & aliorum actiones obloqui, nec suas respicere, voueat emendare, & offert votum. Si quis crudelem se sentit, misericordiam voueat Deo. Si quis superbum, voueat humilitatem. Si quis vino nimium deditus est, sobrietatem voueat. Si quis seniori suo peccauit, veniam petat. Et cum hæc omnia feceritis, offertis votum Deo placitum, & quasi remuneratis Christum. Et post hæc veniet vobis benedictio, & vota vestra offerentur ante tribunal Christi: & dicet vobis: Ecce populus quem acquisiui sanguine meo, saturauit me votis, impleuit odoramentis. Ego ero eis quasi Dominus, & ipsi erunt mihi in populum, & non erit eis vltra captiuitas aut desolatio. Quam dulcia sunt Deo hæc vota nostra, quæ ipsi Angeli vitæ nostræ custodes, an-

C te conspectum Diuinæ maiestatis obtulerint? Si aliquid offerimus homini terreno & morituro, & tamen speramus nos ab illo multum recepturos & adiuuandos: si Deo autem aliquid huiusmodi offeramus, quantum recipiemus? Debet vouere seipsum, libro de vera innocentia. Cap. 16. Tom. III. Reuera quisquis bene cogitat quid voueat Deo, & quæ vota persoluat, seipsum voueat & reddat. Hoc exigitur, hoc debetur. Imago Cæsaris reddatur Cęsari: imago Dei reddatur Deo. Sed sicut videndum est quid offeras, ita etiam considerandum est vbi offeras: quia veri sacrificij locus extra Ecclesiam catholicam non est. Super Psalmum. Super Psal. 131. Tom. VII. Quid vouimus Deo, nisi vt simus tẽplum Dei? Nihil gratius ei possumus offerre, quam vt dicamus ei quod dicitur in Isaia, Posside nos. E-

D quidem in istis possessionibus terrenis patrisfamiliâs præparatur, quãdo ei datur possessio. Nõ sic est possessio quæ est Ecclesia. Ipsi possessioni pręparatur, vt à tali possideatur. Super Psalm. lv. Tom. VIII. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Quid voueatis? Quid reddatis? An fortè animalia illa quæ offerebantur ad aras aliquando? Nihil tale offeras & reddas. De cordis arca proferatur laudis incensum: de cellario bonæ conscientiæ profer fidei sacrificium. Quicquid profers, accende charitate. In te sunt vota quæ reddas laudis Deo.

Cap. 11. Tom. IIII. Sed quod vouetur est reddendum. Lib. de sancta viduitate. Si enim, quod nullo modo dubitãdum

dum est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem non seruat marito: quanto grauius offenditur, cum illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quisque non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit: tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vouendi necessitatem. Super Psal. lxxv. Quis quod vouere voluerit voueat. Illud attendat, vt quod vouerit, reddat vnusquisq; Deo. Sed vouere & reddere est à Deo. Libro de vera innocentia. Nemo quicquam Domino rectè vouit, nisi ab ipso acceperit quod vouerit. Super Psalmũ cxxxj. Nemo presumat viribus suis se reddere quod vouerit. Qui te hortatur vt voueas, ipse adiuuat vt reddas. Libro xvij. de ciuitate Dei. ca. iiij. Non enim Deo quisquam quicquam rectè vouetur, nisi ab illo acciperet quod vouerit.

Cap. 55. Tom. III.

VOX. Differt vox à verbo. In ser. viij. de natiuitate Ioan. Baptistę. Inquiramus quid inter verbum sit & vocem. Scripturæ sanctæ verbum esse definiunt, quod intra animi silentium mente concipimus: verbum esse definiunt ipsam cogitationem, quæ adhuc intra conscientiæ secreta retinetur: vocem verò per quam verbum profertur in mediũ, est index cogitationis: verbum verò ipsa cogitatio. De qua voce dicit. Lib. j. super Gen. Vox propter audientem per corporalem sensum à loquente profertur: ita enim factum est, vt percusso aëre sentiatur. Libr. de magistro ad Hieronymum. Vox nullo alio sensu quam auditu percipi potest: ita fit vt cum scribitur verbum, signum fiat oculis: quo illud quod ad aures pertineret, veniat in mẽtem. Super Psalmum cxxxix. Cæteri strepitus sine anima soni dici possunt, voces non possunt: vox propriè animatorum & viuorum est.

Cap. 9. Tom. III. — Tom. I. — Tom. VIII.

Est signum cordis. Lib. de verbis Aposto. sermo. xxij. Corda vestra non vidi, sed testes cordis vestri voces audiui. Libr. xix. de ciuitate Dei, cap. iiij. Dicunt Philosophi hanc esse naturæ primam quodam modo & maximam vocem, vt homo concilietur sibi, & propterea mortem naturaliter fugiat.

Tom. X. — Tom. V.

VSVRA. Videtur fœnus ab vsura differre. Lib. loquutionũ in Deutero. Fœnerationem scriptura dicit mutuo datam pecuniam, etiam si vsuræ non accipiantur. Pro eodem tamen accipitur & prohibetur. Super Psal. xxxvj. ser. ij. Si fœneraueris homini, id est si tu mutuo dederis pecuniam tuã, à quo plus quam dedisti expectes, & non solùm pecuniam, sed aliquid plusquam dedisti, siue triticum sit, siue vinum, siue oleũ, siue quodlibet aliud: si plus quã dedisti expectes accipere, fœnerator es: & in hoc improbandus, non laudãdus. Nomine vsurę significatur peccatum. Ideo super Psal. lxxj. Ex vsuris redimet animas eorum. Quæ sunt istæ vsuræ nisi peccata, quę etiam debita nominãtur. Vsuras autem appellatas puto, quia plus mali inuenitur in suppliciis, quam cõmissum est in peccatis. Nam verbi gratia, Cum homicida tantum corpus hominis perimat, animę autem nocere nihil possit: ipsius & anima & corpus perditur in gehenna. Propter huiusmodi contemptores præsentis præcepti, & irrisores futuri supplicij dictũ est, Ego veniens cum vsuris exigerem. Vnde Libr. hypognosticon respon. vj. Eua peccatum à diabolo mutuauit, Adam cõsensu cautionem fecit, vsura posteritati creuit. Hinc est, quod infans in vtero matris hæreditario iure cõstrictus, ante promittat debitum, quàm cautionẽ patris agnoscat, vel debitorem etiam genitorem. Huius chirographi vsuræ sunt, illæ malignissimæ passiones, quibus tam maiorum ætate, quam paruulorum animæ deprimuntur, à quibus liberari neminẽ posse nisi per Christũ, Dauid ipse, qui se in iniquitatibus cõceptum & in delictis natum dixit, ostendit in psalmis, cũ de persona Christi loquitur dicens, Liberauit pauperem à potente, &c. vsque, Ex vsuris & iniquitate liberauit animas eorum. Christus vtique Adæ debitum quod nos vsuris obligauerat, soluit, cum nullis suum corpus peccatis obnoxium in patibulo crucis suspendi permisit: ipsius enim in psalmis vox est. Quæ non rapui, tũc exsoluebam. Quapropter ipse ex vsuris & iniquitate paruulorũ liberauit animas: quia, vt dicit Apostolus, Vnus ꝓ omnibus mortuus est. Fœneratur Christo per eleemosynã. Super Psal. xlviij. ser. j. Audis amicum tuum suggerentem tibi. vt leues frumenta de inferioribus, vbi putrescunt, in superiora: nõ audis Christum monentem, vt thesaurum tuum leues de terra in cœlum, vbi non hoc tibi reddatur quod seruas, sed serues terram & accipias cœlum: serues mortalia accipias sempiterna: fœnereris Christo, vt accipiat à te in terra parua, & reddat tibi in cœlo multa.

Tom. III. — Tom. VIII. — Tom. VIII. — Matt. 25. — Lib. sen respons. 5. Tom. VII. — Psal. 71. — Tom. VIII.

VSVS ET VTI. Pro vsu hominum omnia creata sunt. Lib. lxxxiij. quæst. Omnia quę sunt, in vsum hominis facta sunt: quia omnibus vtitur iudicãdo ratio, quę homini data est. Debemus vti præsentibus, vt fruamur Deo. Lib. xv. de ciuitat. Dei. c. vij. Boni vtuntur mundo, vt fruantur Deo: mali autẽ ecõtra, vt fruantur mundo, vti volunt Deo: qui tam eum vel esse, vel res humanas curare, iam credũt. Sunt autem multo deteriores, qui nec hoc quidẽ credunt. Lib. xij. de trini. Mentes nostræ in vsum mutabilium corporaliúmque rerum, sine quo hæc vita non agitur, dirigendæ: non vt conformetur huic sæculo finem constituendo in bonis talibus, & in ea detorquendo beatitudinis appetitum: sed quicquid in vsu tẽporalium rationabiliter facimus, æternorũ adipiscendorum cõtemplatione faciamus: per ista trãseuntes, illis inhęrẽtes. Lib. lxxxiij. quæst. Frui dicimur ea re, de qua capimus voluptatem: vtimur ea quã referimus ad id, vnde capienda voluptas est. Omnis itaque humana peruersio est, quod etiam vitium vocatur, fruendis vti velle, atque vtendis frui. Et rursus omnis ordinatio, quæ virtus etiam nominatur, fruendis frui, & vtendis vti. Fruendum est

Quæst. 30. Tom. IIII. — Tom. V. — Tom. III. — Quæst. 30. Tom. IIII.

autem honestis, vtendum verò vtilibus. Lib. j. A
Tom III. de doctrina Christiana. Quantū in hac vita Deo fruimur, vel per speculum, vel per ænigmata, tanto eam peregrinationem & tolerabilius sustinemus, & ardentius finire cupimus. Non est au-
Tom. I. tem in rebus vitium, sed in vsu. Lib. j. de libero arbitrio. c. xv. Cum eisdem rebus alius malè, alius bene vtatur, & is quidem qui malè, amore eis inhæreat atque implicetur, scilicet subditus eis rebus quas ei subditas esse oportebat, & ea bona sibi constituens, quibus ordinandis benéque tractandis ipse vtique esse deberet bonum: ille autem qui rectè his vtitur, ostendat quidem bona esse, sed non sibi: non enim cum bonum melioremve faciunt, sed ab eo potius fiunt. Et ideo nō eis amore adglutinetur, neque velut membra sui animi faciat, quod fit amando, ne cum resecari B cœperint, eum cruciatu ac tabe fœdent: sed eis totus superferatur, & habere illa atque regere cum opus est paratus, & amittere aut non habere paratior. Cum ergo hæc ita sint, num aut argētum & aurum propter auaros accusandum putas, aut cibos propter voraces, aut vinum propter ebriosos, aut muliebres formas propter scortatores & adulteros, atque hoc modo cætera, cum præsertim videas & igne bene vti medicum, & pane scelerate veneficum. Verissimum est non res ipsas, sed homines qui eis malè vtuntur, esse culpandos. Ibidem. Manifestum est, non rem vllam, cum ea quisque malè vtitur, sed ipsum malè vtētem esse arguendum. Libro de natura boni. ca-
Tom. VI. pit. xxxvj. Malum non est illa natura, qua malè quis vtitur: sed maius est malè vti bono. Li- C
Quæst. 30. bro lxxxiij. quæstionum. Abuti rectius dici so-
Tom. IIII. lent, qui non bene vtuntur. Non enim cuiquam prodest, id quo malè vtitur: Et quod nō prodest, non vtique vtile est. Vtile autem quicquid est vtendo est vtile, ita nemo vtitur nisi vtili. Li-
Tom. I. bro quarto confessionum, ca. vltimo. Scis tu Domine Deus meus, quia celeritas intelligendi, & disputandi acumen, donum tuum est: sed inde non sacrificabam tibi. Itaque mihi non ad vsum, sed ad perniciem magis valebat, quia tam bonam partem substantiæ meæ sategi habere in potestate: & fortitudinem meam non custodiebam ad te, sed profectus sum abs te in regionem longinquam, vbi eam dissiparem, in meretricias cupiditates. Nam quid mihi proderat bona res, non vtenti bene? In sermone tertio de sancto Cy- D priano. Qui potuit transgredi, & non est transgressus: qui post aurum non abiit. Post tedet ire aurum, non tu post aurum. Nam bonum est aurum: non enim aliquid mali creauit Deus. Tu noli esse malus, & bonum est aurum. Ecce aurum pono inter bonum hominem & malū. Tollat malus, inopes opprimuntur, iudices corrumpuntur, leges peruertuntur, res humanæ perturbantur. Quare hoc? Quia aurum tulit malus. Tollat bonus, Pauperes pascuntur, nudi vestiuntur, oppressi liberantur, captiui redimuntur. Quanta bona de auro quod habet bonus: & quāta mala de auro quod habet malus? Et quid ergo dicitis aliquando stomachati, O si non esset aurum. Tu noli amare aurum. Si malus es, is post aurum: si bonus es, it post te. Tu ducis, non duceris: tu possides, non possideris. Ergo qui post aurum non abiit, quis est hîc, & laudabimus eum? Ibidem infra. Non faciunt bonos mores, nisi boni amores. Tollatur aurum de rebus humanis, imò adsit aurum vt probes res humanas. Præcidatur lingua humana propter Dei blasphematores, & vbi erunt Dei laudatores? Quid mihi fecit lingua? Scitur quam bene cantet, & bonum est organum. Da mentem bonam ad linguam, bona dicuntur, discordes concordantur, lugentes consolantur, luxuriosi corripiuntur, iracundi refrenantur, Deus laudatur, Christus commendatur, & mens ad amorem inflammatur, sed Diuinum, non humanum: spiritualem, non carnalem. Hoc bonum facit lingua. Quam? Quia bona est mens quæ vtitur lingua. Da malum hominem & linguam. Erunt blasphematores, litigatores, calumniatores, zelatores. Omnia mala de lingua, quia malus est qui vtitur lingua. Non ergo tollantur res de rebus, sed adsit vsus earum bonus. Alia sunt enim bona, quæ non sunt nisi in bonis, pietas, fides, iustitia, castitas, prudentia, modestia, charitas, &c. huiusmodi bona. Alia sunt bona quæ communia sunt bonis & malis, pecunia, honor huius sæculi, potestas, administratio, salus ipsa. Et hæc bona sunt, sed bonos homines quærunt. Concludit ibidem. Bonum est aurum, sed mala faciunt de bono auro mali: & bona faciunt de bono auro boni. Vnde dicit Libro de vera innocentia, capite tricentesi- Tom. III. mo sexagesimo secundo. Malè vsurus eo quod vult accipere, Deo potius miserante non accipit. Proinde si hoc à Deo petitur, vnde homo exauditus lædatur, magis metuendum est ne quod poscit Deus non dare propitius, det iratus. Conclusio est Libro primo de doctrina Christiana. capite quarto. Vsus illicitus, abu- Tom. III. sus potius vel abusio nominanda est. Quomodo si essemus peregrini, qui beate viuere non nisi in patria possemus, eáque peregrinatione v- Vti & frui. tique miseri, & miseriam finire cupientes, in patriam redire vellemus, opus esset vel terrestribus, vel marinis vehiculis, quibus vtendum esset vt ad patriam, qua fruendum est, valeremus peruenire: quod si amœnitas itineris, & ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret, conuersi ad fruendum iis quibus vti deberemus, nollemus cito viam finire, & peruersa suauitate implicati alienaremur à patria cuius suauitas faceret nos beatos: sic in huius mortalitatis vita peregrinantes à Deo, si redire in patriam volumus, vbi beati esse possumus, vtendum est hoc mundo, non fruendum, vt inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciantur: hoc est, vt de temporalibus corporalibúsque rebus æterna & spiritualia capiamus.

mus. Libro tertio eiusdem. Quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur quàm sese habent mores eorum cum quibus viuit, aut téperans, aut superstitiosus est: quisquis verò sic eis vtitur, vt metus consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. In communibus sermonibus, ser. xxxix. Ipsa est peruersitas hominis, malè vti creatura Dei. Ideo iusti bene sciunt vti vnde de eorum vsu laudabili, dicit, lib. de moribus Ecclesiæ. Sunt in Ecclesia catholica fideles, qui hoc mundo non vtantur: sunt qui vtantur tanquam non vtentes, vt ab Apostolo dicitur, quod illis temporibus iam probatum est, quibus ad idolorum cultum Christiani cogebantur. Quot enim tūc pecuniosi homines, quot patresfamiliâs rusticani, quot negotiatores, quot militares, quot primates vrbium suarum, quot denique senatores vtriusque sexus, hæc omnia vana & temporalia relinquentes, quibus vtique quamuis vterentur, non detinebantur, mortem pro salubri fide ac religione subierunt, demonstrauerúntque infidelibus à se potius omnia illa, quam se ab eis esse possessos? Lib. de vera religione. Ille verisimè atque certisimè inuictus est homo, qui cohæret Deo: non vt ab eo aliquid boni extra mereatur, sed cui nihil aliud quā ipsum hærere Deo bonū est. Hic vir quandiu est in hac vita, vtitur amico ad rependendam gratiā, vtitur inimico ad patientiā, vtitur quibus potest ad beneficientiam, vtitur omnibus ad beneuolentiam. Et quanquam temporalia non diligat, ipse rectè vtitur tēporalibus, & pro eorum sorte hominibus consulit si æqualiter non potest omnibus. Quare si aliquem familiarium suorū promptius quam quemlibet alloquitur, non eum magis diligit, sed ad eum habet maiorem fiduciā, & apertiorem temporis ianuam. Tractat enim tempori deditos tanto melius quanto ipse minus obligatus est tempori. Cum itaque omnibus quos pariter diligit prodesse non posit, nisi coniunctoribus prodesse malit, iniustus est. Animi autē coniunctio maior est quam locorū aut temporum, quibus in hoc corpore iungimur, sed ea maxima est quæ omnibus præualet. Non ergo iste affligitur morte cuiusquam, quoniam qui toto animo Deum diligit, nouit nec sibi perire quod Deo nō perit. Deus autem Dominus est viuorum & mortuorum. Non cuiusquam miseria miser est, quia nec cuiusquam iustitia iustus est. Et vt nemo illi iustitiam & Deum, sic nemo aufert beatitudinē. Et si aliquando fortè alicuius periculo, vel errore, vel dolore commouetur, vsque ad illius auxilium, aut correctionem, aut consolationem, non vsque ad suam subuersionem valere patitur. In omnibus autem officiosis laboribus futurę quietis certa expectatione non frangitur. Quid enim ei nocebit, qui bene vti etiam inimico potest? Eius enim pręsidio atque munimento eius inimicitias non pertimescit, cuius præcepto & dono

Cap. 12. Tom. e. d.

Cap. 35. Tom. I.

Cap. 47. Tom. I.

A diligit inimicos. Huic viro in tribulationibus parum est non contristari, nisi etiam gaudeat, sciens quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit, quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quis huic nocebit? Quis huic subiugabit? Homo qui prosperis rebus proficit, asperis quid profecerit discit. Cum enim mutabilium bonorum adest copia, non in eis confidit: sed cum subtrahuntur, agnoscit vtrum eum non cœperint. Quia plerunque cum adsunt nobis, putamus quod non ea diligamus: sed cum abesse cœperint, inuenimus qui simus. Hoc enim sine amore nostro aderat, quod sine dolore discedit. Videtur ergo vincere cum vincatur, qui superando

B ad id peruenerit, quod cum dolore ammiissurus est: & vincit cum vinci videatur, quisquis cedendo ad id peruenit quod non amittit inuitus. Quem ergo delectat libertas, ab amore mutabilium rerum liber esse appetat: & quem regnare delectat, vni omnium regnatori Deo subditus adhæreat, plus eum diligendo, quàm seipsum. Hæc est enim perfecta iustitia, quam potius potiora, & minus minora diligimus. Libro de gratia noui testamenti, versus principium. Est quædam vita hominis carnalibus sensibus implicata, gaudiis carnalibus dedita, carnalem fugiens offensionem, voluntatémque consectans. Huius vitæ fœlicitas temporalis est: ab hac vita incipere necessitatis est, in ea persistere voluntatis. In hac quippe ex vtero matris infans

C funditur, huius offensiones quantum potest refugit, huius appetit voluptates. Nihil amplius valet. Sed posteaquam venerit in ætatem, qua in eo rationis vsus euigilet, poterit adiuta Diuinitus voluntate eligere alteram vitam, cuius in mente gaudium est, cuius interna atque æterna fœlicitas. Inest quoque homini anima rationalis, sed interest, eiusdem rationis vsu quonam potius voluntatem conuertat, vtrum ad bona exterioris & inferioris, an ad bona interioris superiorísque naturæ, id est, vtrum vt fruatur corpore & tempore, an vt fruatur Deitate atque æternitate. In quadam quippe medietate posita est, infra se habens corporalem creaturam, supra se animi sui & corporis creatorem. Potest igitur anima ra-

D tionalis etiam temporali & corporali fœlicitate bene vti, si nō se dederit creaturæ creatore neglecto, sed potius eam creaturam fecerit seruire creatori, qui & ipsam suæ bonitatis abundantisima largitate donauit. Sicut enim bona sunt omnia quæ creauit Deus ab ipsa rationali creatura vsque ad infimum corpus: ita in his bene agit anima rationalis si ordinem seruet, & distinguendo, eligendo, petendo, subdat minora maioribus, corporalia spiritualibus, inferiora superioribus, temporalia sempiternis, ne superiorum neglectu, & inferiorum appetitu, quoniam hic sit ipsa deterior, & se & corpus suum mit-

Cap. 48.

T. m. II. Epist. 120. Cap. 2.

† Aliàs, manet. tat† in peius, sed potius ordinata charitate, se & corpus suum conuertat in melius. Cum enim omnes substantiæ naturaliter sint bonæ, ordo in eis laudatus honoratur, peruersitas culpata damnatur. Nec efficit anima peruersè vtens creaturis, vt ordinationem effugiat creatoris: quoniam si illa malè vtitur bonis, ille bene vtitur etiam malis: ac per hoc illa peruersè bonis vtendo fit mala, ille ordinatè etiam malis vtendo permanet bonus. Qui enim iniustè se ordinat in peccatis, iustè ordinatur in pœnis. *Quæst. c. Tom. IIII.* Lib. lxxxiij. quæst. Perfecta hominis ratio, quæ virtus vocatur, vtitur primo seipsa ad intelligendũ Deũ, vt eo fruatur, à quo etiam facta est. Vtitur autem cæteris rationabilibus animantibus ad societatem, irrationabilibus ad eminentiam. Vitam etiam suam ad id refert vt fruatur Deo, ita enim beata est. Ergo & seipsa vtitur, quæ profecto inchoat miseriam per superbiam, si ad seipsam, non ad Deum referatur. Vtitur etiam corporalibus quibusdam viuificandis ad beneficientiam: sic enim vtitur suo corpore: quibusdã assumendis vel respuendis ad valetudinem, quibusdam tolerandis ad patientiã, quibusdam ordinandis ad iustitiã, quibusdã considerandis ad aliquod veritatis documentum. Vtitur etiam his à quibus se abstinet ad temperantiã. Ita omnibus & sensis & non sensis vtitur, nec aliquid tertium est. Iudicat autẽ de omnibus quibus vtitur, de solo Deo non iudicat, quia secũdum Deũ de cæteris iudicat, nec eo vtitur, sed fruitur. *Tom. III.* Libro de vera innoc. c. xlix. Interest plurimũ qualis sit vsus, vel earũ rerũ quæ prosperæ: vel earũ, quæ dicuntur aduersæ. Nam bonus, nec bonis tẽporalibus extollitur, nec malis frangitur: malus autẽ ideo huiusmodi infœlicitate premitur, quia fœlicitate corrũpitur. Deus bene vtitur etiã malis. Super Ioan. ser. xxiij. Sicut iniqui malè vtuntur bonis operibus Dei: sic ecõtra Deus bene vtitur malis operibus hominum iniquorum. Super Psal. ciiij. Intuẽda est res magna & pernecessaria, quomodo Deus vtatur malis operibus hominũ, sicut illi ecõtra malè vtũtur bonis operibus Dei.

Tom. II. Epist. 120. Lib. de gratia noui testam. Qui volentes iniustè vtuntur bonis, iustè nolentes cruciabũtur malis. *Tom. II.* Lib. j. de doct. Christ. Deus nobis præbet misericordiam propter suam bonitatem, nos autem nobis inuicem propter illius: id est, Ille nostri miseretur vt se perfruamur: nos verò inuicẽ nostri miseremur, vt illo perfruamur. *Cap. 32.* Et infra subdit postquam probauit quod Deus non fruitur, sed vtitur nobis. Ille vsus qui dicitur Dei, quo nobis vtitur, non ad eius sed ad nostram vtilitatem refertur, ad eius autem tantummodo bonitatem.

Cap. 21. Tom. IX. VVLNVS. De vulneribus Christi loquitur, libro de contemplatione. Deus amore venit ad homines, venit in homines, factus est homo. Amore vulneratus est propter delicta nostra. Tuta & firma requies est infirmis & peccatoribus, in vulneribus saluatoris, Securus illic habito, patent mihi viscera per vulnera. Quicquid ex me mihi deest, vsurpo mi- A hi ex visceribus Domini mei: quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina per quæ affluant. Per foramina corporis patet mihi arcanũ cordis, patet magnum pietatis sacramentum: patent viscera misericordiæ Dei mei, in quibus visitauit nos Oriens ex alto. Vulnera Domini nostri Iesu Christi plena sunt misericordia, plena pietate, plena dulcedine, plena charitate. Foderũt manus eius & pedes eius, & lancea latus eius perforauerunt. Per has rimas licet mihi gustare quã suauis est Deus meus: quoniam reuera suauis est, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus eum in veritate, omnibus inquirentibus, & maximè diligentibus. Copiosa redẽptio data est nobis in vulneribus saluatoris nostri, magna multitudo dulcedinis, plenitudo gratiæ, & perfectio B virtutum. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea, recordatione vulnerum Dei mei resurgo. Cum diabolus mihi parat insidias, fugio ad viscera misericordiæ Dei mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione vulnerum Dei mei extinguitur? In omnibus aduersitatibus non inuenio tam efficax remedium quam vulnera Christi: in illis dormio securus, & requiesco intrepidus. Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte Domini mei. Mors eius est meritũ meum, refugium meum, salus, & vita, & resurrectio mea. Nõ sum inops meriti, quandiu ille miserationũ suarum oblitus non fuerit. Lib. supputationum, *Lib. Medit. cap. 38. Tom. IX.* C parte iiij. cap. iij. Rogo te Deus meus Christe per illa salutifera vulnera quæ passus es pro salute nostra in cruce, ex quibus emanauit ille pretiosus sanguis quo sumus redempti: vulnera hanc animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es, vulnera eam potentissimo telo tuæ nimię charitatis. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Tu sagitta electa, & gladius acutissimus, qui durum scutum humani cordis penetrare tua potentia vales. Confige cor meum iaculo tui amoris: vt dicat tibi anima mea, Charitate tua vulnerata sum: ita vt ex ipso vulnere amoris tui, vberrimæ fluãt lachrymæ die ac nocte. Percute obsecro Domine hanc durissimam mentem meam pia & valida cuspide dilectionis tuæ, & altius ad intima pe- D netra potenti virtute. Et sic de capite meo educ aquam immensam, & de oculis meis fontem verum lachrymarum iugiter manantem, ex nimio affectu & desiderio visionis pulchritudinis tuæ: vt lugeam die ac nocte, nullam in præsenti vita recipiens consolationem, donec in cœlesti thalamo merear videre dilectum & pulcherrimum sponsum meum, Deum & Dominum meum, vt illic exclamem cum diligentibus te dicens, Ecce quod concupiui iam video, quod speraui iam teneo, quod desideraui, iam habeo. Illi nanque in cœlis iunctus sum, quem in terris positus tota virtute dilexi, tota charitate amplexus sum,

xus sum, cui toto amore inhæsi, ipsum laudo, benedico atque adoro, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Sed quare vulnerum cicatrices seruauit, Require supra, capite Cicatrix: & super Psalmum sexptuagesimum quartum. Terruerunt Apostolos vulnera Christi: firmauerunt cicatrices. Posset Dominus Iesus Christus sine vlla cicatrice resurgere: quid enim illi potenti magnum erat ad tantam integritatem compagem corporis reuocare, vt nullum animo vestigium præteriti vulneris appareret? Habebat potestatem vnde illud etiam sine cicatrice sanaret: sed habere voluit vnde nutantes columnas firmaret. Tom. VIII.

In sermone de exploratoribus terræ promissionis, de vulneribus animæ. Rogo vos, fratres, attendite, si vulnus corpori infligatur, aut ossa confringantur, aut numerorum iunctura dissoluatur (sub vnius horæ momento huiusmodi vulnera solent hominibus accidere) plurimis post modum cruciatibus ac doloribus exactis, multis vix temporibus sanari. Quanti enim tumores in loco læso, quanta tormenta generantur? Iam enim si acciderit vt in eodem vulnere, vel in eadem fractura iterum ac sæpius aliquis vulneretur, frequentiúsque frangatur, quantis hoc pœnis curari, quantis potest cruciatibus medicari? Quanto autem tempore poterit, si tamen poterit ad sanitatem perduci? Et vix aliquando ita curatur, vt vel debilitatem corporis, vel fœditatem cicatricis effugiat. Transi nunc ab exemplo corporis ad animæ vulnera. Anima quoties peccat, toties vulneratur. Et ne dubites eam peccatis velut telis & gladiis vulnerari, audi Apostolum monentem vt assumamus scutum fidei, in quo possimus omnia tela maligni ignea extinguere. Vides ergo peccata maligni esse tela vel iacula, quæ contra animam diriguntur. Patitur autem anima, non solùm vulnera iaculorum, sed etiam fracturas pedum, cum laquei parantur pedibus eius, & supplantantur gressus eius. Hæc ergo & huiusmodi vulnera quanto tempore putas possunt curari? O si possemus per vnumquodque peccatum videre quomodo homo interior noster vulneraretur, quomodo sermo malus vulnera infligit. Non legistis quia vulnerant gladij, sed non ita vt lingua? Vulneratur ergo & per linguam anima: vulneratur & per cogitationes & concupiscentias malas: frangitur autem & conteritur per opera peccati. Quasi omnia videre possemus, & vulneratæ animæ sentire cicatrices, certum est quod vsque ad mortem resisteremus aduersus peccatum. Sed nunc sicut ij qui phrenesim patiuntur, vel mente alienati sunt non sentiunt si vulnerentur, quia naturalibus sensibus carent: ita & nos, vel cupiditatibus sæculi, vel vitiis inebriati sentire non possumus quanta vulnera, quantas contritiones animæ peccando contrahimus, & ideo consequentissima ratio est pœnæ, id est, curæ, vt medicationis tempus extendi, & per vnumquodque vulnus pro qualitate plagæ medendi quoq; spatium propagetur. Sic ergo æquitas & benignitas Dei etiam in ipsis animæ suppliciis euidens fit, vt hoc audiens qui peccauit resipiscat, & vltra non peccet.

Eph. 6.

A

VVLPIS. Super Psal. lxxx. Vulpes insidiosos maximéque hæreticos significant dolosos, fraudulentos, cauernosis anfractibus latentes & decipientes, odore etiã retro putentes. Contra quem odorem dicit Apost. Christi bonus odor sumus Deo &c. Super Psal. lxxxviij. Reges impios vulpes appellat scriptura, dolosos & timidos, quos terret virtus aliena. Ideo ipse Dominus cum de Hærode connumerante loqueretur, Dicite, inquit, vulpi illi. Rex qui neminem hominum timet, ipse vulpis non est. Vnde quia per vulpes intelliguntur hæretici ac mali homines, & propter eos corrigendos non debent boni effici mali. Ideo dicit in lib. contra mendacium. Multis quidem modis possunt latẽtes hæretici inuestigari, nec catholica fide vituperata, nec hæretica impietate laudata. Sed si aliter omnino non posset educi de cauernis suis hæretica impietas, nisi à tramite pietatis lingua catholica deuiaret, tolerabilius illa ocultaretur, quàm ista præcipitaretur. Tolerabilius in suis foueis delitescerent vulpes, quàm propter illas capiendas in blasphemię foueã caderẽt venatores.

Tom. VIII. Tom. VIII. Luc. 13. Cap. 7. Tom. IIII.

B

VXOR. Non potest vxor dimitti propter aliquem defectum, excepta fornicationis causa. Lib. j. de sermone Domini in monte. Si vxorem quisque habeat, siue sterilem, siue deformem corpore, siue debilem membris, vel cæcam, vel surdam, vel claudam, vel huiusmodi siue morbis & doloribus, languoribúsque confectam, vel quicquid aliud, excepta fornicatione, possit cogitari vehementer horribile, pro fide & societate sustineat, neque talem abiiciat. Sed etiam si non habeat, non ducat illam quę soluta est à viro, pulchram, sanã diuitem, fœcundam. Sed vt dicit ibidem. Nihil iniquius quam fornicationis causa dimittere vxorem, si & ipse conuincatur fornicari. Occurrit enim illud, In quo alterum iudicas, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abiicere vxorem, prior debet esse à fornicatione purgatus. Quod similiter etiam de fœmina dicendum est. Quod autem dicit Dominus, Quisquis solutam à viro duxerit, mœchatur: quæri potest vtrum quomodo mœchatur ille qui ducit, sic & illa quam ducit. Iubetur enim & illa manere innupta, aut viro reconciliari. Sed si discesserit, inquit, à viro, maneat innupta. Multum autem interest vtrum dimittat, an dimittatur. Si enim virum ipsa dimiserit & alteri nupserit, videtur cupiditate mutandi coniugij virum priorem reliquisse, quæ sine dubio adulterina cogitatio est. Si autem dimittatur à viro cum quo esse cupiebat, mœchatur quidẽ, qui eam duxerit, secundũ Domini sententiã: sed vtrũ & ipsa tali crimine teneatur, incertũ est. Quãuis multominus inueniri posit, quomodo cũ vir & mulier pari cõsensu sibi misceãtur, vnus eorum mœchus

Tom. IIII.

C

D

De separatione aut diuortio coniugum.

mœchus sit, & non alter. Huc si accedit, quia A si mœchatur ille ducendo eam quæ soluta est à viro, quanquam non dimiserit, sed dimissa sit, ipsa eum mœchari facit: quod nihilominus Dominus vetat. Ex quo colligitur, siue dimissa fuerit, siue dimiserit, oportere illam manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et rursus quæritur, vtrum si vxoris permissu, siue quę sterilis, siue quę concubitum pati non vult, adhibuerit sibi alteram vir, non alienam, neq; à viro seiunctam, possit esse sine crimine fornicationis? Et in historia quidem veteris testamenti inuenitur exemplum: sed nunc præcepta maiora sunt, in quæ per illũ gradum generatio humana peruenit. Tractanda illa sunt ad distinguendas ætates dispensationis Diuinæ prouidentiæ quæ humano generi ordinatissimè subuenit, non autem ad viuendi regulas vsurpandas. Sed tamen vtrum quod ait Apostolus, Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: possit in tantum valere, vt permittente vxore, quæ maritalis corporis habet potestatem, possit vir cum altera, quæ nec aliena vxor sit, nec à viro disiuncta, concũbere. Sed non ita est existimandum, ne etiam hoc fœmina viro permittente, facere posse videatur: quod omniũ sensus excludit. Quanquam nonnullæ causæ possint existere, vbi & vxor, mariti consensu, pro ipso marito hoc facere debere videatur. Sicut Antiochiæ factum esse prohibetur ante quinquaginta fermè annos. Constantini temporibus. Nam Acindinus tunc pręfectus, qui etiam consul fuit, cum quendam libræ auri debitorem fisci exigeret, nescio vnde cõmotus, quod plerunque in istis potestatibus perniciosum est, quibus quod licet, vel potius putatur licere, comminatus est iurans & vehemeter affirmans, quod si certo die, quem constituerat, memoratum aurum non exsolueret, occideretur. Itaque cum ille tenetur immani custodia, nec posset debito illo expediri, dies metuendus imminere & appropinquare cœpit. Et fortè habebat vxorem pulcherrimam, sed nullius pecuniæ qua subuenire posset viro: cuius mulieris pulchritudine cum diues quidam esset accensus, & cognouisset maritũ eius in illo discrimine constitutum, misit ad eam, pollicens pro vna nocte si ei misceri vellet, se auri libram daturum. Tunc illa cum sciret se non habere sui corporis potestatem, sed virum suum, pertulit se ad eum dicens paratam se esse pro marito id facere, si tamen coniugalis corporis Dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquam de re sua pro vita sua vellet id fieri. Egit ille gratias, & vt fieret imperauit, nullo modo iudicans adulterinum esse cõcubitum, quia & libido nulla, & magna mariti charitas se volente & iubente flagitaret. Venit mulier in villã illius diuitis, fecit quod voluit impudicus: sed illa non nisi marito corpus dedit, non concũbere vt solet, sed viuere cupienti, accepit aurum: sed ille qui dedit fraude subtraxit quod dederat, & supposuit simile ligamentum cum terra. Quod vbi mulier iam domi suæ posita inuenit, prosiluit in publicum eadem mariti charitate clamatura quod fecerat, quod facere coacta est: interpellat præfectum, omnia fatetur, quam fraudem passa est ostendit. Tunc verò præfectus primo se reum, quod suis minis ad id ventum est, pronuntiat, tanquam in alium sententiam diceret, de Acindini bonis auri libram fisco inferendam, illam verò mulierem dominam in eam terram, vnde pro auro terram acceperat, induci. Nihil hîc in alteram partem disputo, liceat cuique æstimare quod velit. Non enim de Diuinis authoritatibus deprompta est historia, sed tamen narrato hoc facto, non ita respuit hoc humanus sensus quod in illa muliere viro iubente commissum est, quemadmodum antea cum sine vllo exemplo res ipsa poneretur, horruimus. Sed in hoc Euangelij capite, nihil fortius considerandum est, quàm tantum malum esse fornicationis, vt cum tanto vinculo sibi coniugia constringantur, hæc vna causa solutionis excepta sit. Causam ponit super Ioannem, tractatu nono. Propterea in causa fornicationis licet vxorem dimittere: quia ipsa esse prior vxor noluit, quæ fidem coniugalem marito non seruauit. Sed de eo, qui ignoranter alienam ducit vxorem, dicit libro tertio contra Cresconium grammaticum. Velut si tunica de latrocinio nesciens vestiretur, ex illo fit iniquitatis vestis illa, ex quo cognouerit, & ipse iniquus, nisi abiecerit: & qui nesciens vxorem duxerit alienam, ex illo fit adulter, ex quo didiscerit, nisi discesserit. Debet autem vir æquè castus esse, vt vult vxorem. Libro de decem chordis. Dicitur tibi ne mœchaberis, id est, non ibis ad aliquam aliam præter vxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab vxore, & non vis reddere hoc vxori. Et cum debeas in virtute præcedere vxorem, quomodo castitatis virtus est: tu sub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victricem esse, tu victus iacens. Et tu cum caput sis vxoris tuæ, præcedet te ad Deum, cuius caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere? Caput enim mulieris est vir. Vbi autem melius viuit mulier quam vir, capite deorsum pendet domus. Ibidem infra. Sine causa vos excusatis vestris vxoribus, quando dicitis, Non ad vxorem alienam vado, sed ad ancillam meam eo. Dicat ergo vxor tua tibi, Non ad virum alienum, sed ad seruum meum eo. Tu dicis, Non est vxor alterius ad quam vado. Nunquid vis dicatur tibi, Non est vir alienus ad quem vado? Absit vt hoc dicat illa. Melius enim dolet te, quam imitatur te. Illa enim sancta, & casta, & verè Christiana, quæ dolet fornicantem virum, & non dolet propter carnem, sed propter charitatem: non ideo non vult vt facias, quia & ipsa non facit, sed quia tibi non expedit. Nam si propterea non facit, vt tu non facias: si feceris, faciet. Et si fornicatur vir, castitatem fœmina illa Deo exhibet. Christus enim loquitur in cordibus bonarum fœmi

Historia. Tom.IX. Tom.VII. Cap.3. Tom.IX. Cap.9.

fœminarum, loquitur intus, & talibus verbis consolatur filiam: De iniuriis viri tui torqueris, quod tibi facit, dole, sed ipsum imitari noli, vt male facias, sed ipse imitetur te vt benefaciat. Nam in eo quod malè facit, noli eum putare caput tuum, sed time me Deum tuum. Et subdit. Si dicis, Ideo vxor castior me est, quia facilius castitatem seruare potest, eo quod multa illi custodia est, legis præceptum, diligentia maritalis, terror etiam legum publicarum: est etiam verecundiæ & pudoris illius magnum munimentum. Multæ custodiæ faciunt fœminam castiorem, ergo virum castum faciat ipsa virilitas. Nam ideo mulieri maior custodia, quia maior infirmitas. Illa erubescit viro, tu non erubescis Christo. Tu liberior, quia fortior: quia facile vincis, ideo tibi commissus es. Super illam & diligentia viri, & terror legum, & consuetudo morum, & verecundia maior: & super te tantum Deus. In sermone vndecimo de martyribus. Inquit Apostolus, Vxor non habet potestatem sui corporis &c. neque vir &c. sed vxor. Hic quod libenter audis, vitium tibi tollitur, non Dominium: adulteria prohibentur, non fœminæ subiiciuntur. Tu vir es, ostende: vir enim à virtute, non quia virtus à viro. Si habes ergo virtutem, vince libidinem. Mulieris, inquit, caput vir. Si caput es, duc, & illa sequatur. Sed vide quò ducas. Noli ire quo non vis, vt sequatur, ne in præcipitium ruas. Vide vt recto tramite gradiaris. Sic vos parate interea ad illam nouam nuptam pulchram & ornatam viro suo, non monilibus, sed virtutibus. Si enim casti & boni & sancti intraueritis, membra ipsius nouæ nuptæ, beatæ & gloriosæ cœlestis Hierusalem vos eritis. Libro quinto homiliarum. Si vires probemus in fortitudine tua quia vir es. Vir es vince libidinem. Quomodo vir es, quo vxor est fortior? Vbi est recta domus? Tu es caput mulieris, quia vir: si caput es, ducas, vxor sequatur. Sed vide quò eas noli ire quò non vis vt sequatur, noli ire quò times pedisequam sequi, ne in foueam sequatur adulterij, simúlque ruatis, ne cum tu facis, doceas quod facis. Dolet tibi anima, si in fouem adulterij simul ruatis. Dolet tibi si tu solus ruas. Zelas, non vis vt ruat illa, time tu, noli ruere. Nolite autem pudicissimæ fœminæ imitari impudicos viros nostros. Absit à vobis. Aut nobiscum viuant, aut soli pereant. Impudico marito non debet mulier pudicitiam, sed Deo illam debet. Non propter illum faciat qui non meretur, sed propter Christum faciat. Sed causa Patriarcharum qui plures habuerunt vxores, dicit libro vigesimo secundo contra Faustum. Quod pro ingenti crimine Iacob obiicitur, quod plures vxores habuit, generali præloquutione purgatur. Quando enim mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Quæ cum ita sint, quid tandem criminis est, quod de pluribus vxoribus habitis obiicitur sancto viro Iacob? Si

Cap. eod. inf.

Homil. 49. Tom. X.

Cap. 47. Tom. VI.

A naturam consulas, non lasciuiendi, sed gignendi causa illis mulieribus vtebatur. Si morem, illo tempore atque in illis terris hoc factitabatur. Si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc verò cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia & moribus & legibus non licet? Quæ duo si quis contempserit, etiam si tantummodo causa generandi vti possit fœminis pluribus, peccat tamen, & ipsam violat humanam societatem, cui necessaria est propagatio filiorum. Ibidem infra. Tam magnus honor sanctitatis tributus est quibusdam viris, etiam plures vxores habentibus, quia imperator carnis animus, tanta tẽperantię potestate præpollebat, vt genitalis delectationis motum insitũ naturæ mortalium, ex prouidẽtia generandi, leges impositas non permitteret excedere. B Libro decimo sexto de ciuitate Dei, capite trigesimo octauo. Nullã Iacob legitur petisse vxorem præter vnam: nec vsus pluribus, nisi gignendæ prolis officio, quod lex nulla prohibebat, coniugali iure seruato: vt neque hoc faceret, nisi vxores eius id fieri flagitassent, quæ corporis viri sui habebant legitimam potestatem. In tractatu de consonantia Matthæi & Lucæ in generationibus Christi. Nouimus, fratres, in Ecclesia aliquos, qui secundum quod ait Apostolus, habentes vxorem, sunt tanquam non habentes. Nouimus aliquos fructificantes in gratia in nomine Christi, ex consensu ab inuicem continere concupiscentiam carnis, non autem continere ab inuicem charitatem coniugalem: quanto enim illa reprimitur, tanto fortius ista confirmatur. C Nonne sunt cõiuges qui sic viuunt, non quærentes ab inuicem fructum carnis, non exigentes ab inuicem debitum concupiscentiæ corporalis? Et tamen illa subiecta est viro sicut decet, & tanto subiectior, quanto castior: & ille vxorem diligit verè, vt scriptum est, in honore & sanctificatione, tanquam cohæredem gratiæ: & sicut Christus, inqnit, dilexit Ecclesiam. Gratia sic copula est, sic coniugium est. Si iam non est coniugium, quia non fit illud quod etiam in non coniuge fieri, sed illicitè, potest, vtrum possunt omnes? Sed multi non possunt: non ergo ideo disiungant eos qui possunt, & propterea negent esse non illum maritum, vel illam vxorem, quia non sibi carnaliter miscentur, sed cordibus cõmittuntur. Hinc intelligite quid senserit scriptura de illis parentibus nostris, qui sic erant coniugati, vt solam prolem de coniugibus quærerent. Tam castè enim habebant illi pro tempore & pro amore gentis D suæ etiam plures vxores, vt non accederent ad carnalem commixtionem, nisi procreationis causa, verè habentes eas in honorem. Cæterum qui vxoris carnem amplius appetit quam præscribit illi limes liberorum procreandorum causa, tabulas matrimoniales fallit, quibus eam duxit vxorem. Ad hoc enim recitantur tabulæ in conspectu astantium, & ad hoc dantur & accipiuntur vxores, liberorum procreandorum causa. Nullus sana fronte dat filiam suam libidini alienæ. Ideo vt non erubescant parentes, recitantur

Cap. 48.

Tom. V.

tantur tabulæ, vt sint soceri, non lenones. Cum ergo recitantur tabulę, tergitur frons eius atque seruatur, & species viri accipientis vxorem non erubescit. Erubesceret maritus aliter accipere, si erubesceret pater aliter dare. Et si exigunt vltra debitum, infirmitatem suam in se consolentur. Non erat ille ad alteram, & illa ad alterum: inde appellatum est adulterium, quasi ad alterum. Et si egrediuntur metas matrimonialis pacti, non egrediantur metas coniugalis thori. Sed nunquid hoc non est peccatum, amplius quam liberorum procreandorum necessitas cogit, exigere à coniuge debitum? Est quidem peccatum, sed veniale. Apostolus cum de hac re loqueretur, Nolite, inquit, fraudare inuicem &c. Et statim subiunxit: Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium: nam vellem omnes homines esse sicut meipsum. Si qui verò viri propter creationem liberorum vxores tantummodo habent. Si eis posset præstari vt haberent filios sine concubitu. Nonne ineffabili gaudio tantum beneficium amplecterentur? Nonne cum ingenti lætitia susciperent? Duo enim sunt opera carnalia, quibus cōstat genus humanum, in quæ duo opera prudentes & sancti ex officio descendunt, imprudentes autem in ea per cupiditatem ruunt: aliud est enim ad aliquid officio descēdere: aliud in aliquid per cupiditatem cadere. Quæ sunt ista duo, quibus constat genus humanum in nobisipsis? Primum est quod pertinet ad assumenda alimenta: quod vtique fieri non potest sine aliqua per carnem delectatione, sicut manducare & bibere: quod si non feceris, morieris. Hoc ergo vno substentaculo stat genus humanum pro modo naturæ suę. Sed per hoc substentaculum substentantur homines quantum ad seipsos pertinet: successioni autem non consulunt manducando & bibendo, sed vxores ducendo. Sic enim constat genus humanum primo, vt viuant homines: sed quia diligentia quantalibet corpori adhibita nō possunt vtique semper viuere, & cōsequens proinde est, vt nascentes succedāt morientibus. Quia ita est genus humanum, quomodo folia in arbore, quæ nūquam sine coma est, vt olea: sed tamen non eadem semper habet folia, sed alia generat, alia deiicit. Ea quæ suboriuntur succedunt cadentibus aliis. Vnde semper deiicit folia, & semper foliis vestita est. Sic & genus humanum quotidie morientium detrimenta non sentit, per supplementa nascentium: & sic pro modo suo stat vna vniuersa species generis humani. Et sicut folia in arbore semper videntur: ita plena hominibus terra conspicitur. Si autem morerentur tantum & non nascerentur, velut arbores quædam omnibus foliis, terra omnibus hominibus nudaretur. Cum ergo sic stet genus humanum, vt necessaria sint duo substentacula: de quibus satis dictum est: ad vtrosque sapiens & prudens & fidelis officio descendit, non libidine cadit. Ad manducandum & bibendum quam multi turpiter ruunt, sicut nihil aliud putantes & ponentes totam vitam quam ipsam causam viuendi? Nam

A cum ideo manducent illi vt viuant: isti ideo putant se viuere, vt manducent. Istos omnes sapientes reprehendunt, & maximè Diuina scriptura tanquam edaces, ebriosos, heluones, quorum Deus venter est. Hos ad mensam non ducit, nisi concupiscentia carnis, non indigentia refectionis. Itaque isti cadunt in escam & potum: Illi autem qui descendunt ex officio viuendi, non ideo viuunt vt comedant: sed ideo comedunt, vt viuant. Itaque istis prudentibus & temperantibus si offerretur vt sine cibo & potu viuerent, quanto gaudio amplectentur hoc beneficium, vt quò cadere non consueuerunt, neque descendere cogerentur, sed semper suspenderentur in Domino, vt non deprimeret eorum intentiones necessita corporis. Quomodo putatis Heliam

B sanctum accepisse, quando accepit calicem aquę, & subcinericium panem, vt satis esset ei per quadraginta dierum spatium? Cum in magna vtique lætitia accepit: quia propter officium vitæ, non propter seruitutem concupiscentię manducabat & bibebat: hoc tenta præstare si possis homini, qui beatitudinem totam & fœlicitatem in epulis, tanquam pecus in præsepio, constituit: Odit beneficium tuum, & repellit à se, quia pœnam putat. Sic & in illo coniugali bono libidinosi homines vxores non quærunt propter generationem, & ideo vix tandem ipsis vxoribus contenti sunt: vbi cum sola generationis causa nuberent, si auferre non possunt aut nolunt libidinem, non vltra eam progredi sinerent, quam præscribit debitum vxoris, & quod infirmitati,

C conceditur. Sed planè si vni ex talibus homini diceres, Quare ducis vxorem? Responderet tibi fortasse verecundatus, propter filios. Et si ei diceres, & sine vlla dubitatione crederet, Potens est Deus dare tibi, & dabit filios etiam non operanti opus istud cum vxore: ibi certè concluderetur atque fateretur quod non propter filios quærebat vxorem. Confiteatur ergo infirmitatem. Accipiat quod officiosè accipere se prætendebat. Sic illi priores sancti homines Dei filios quærebant, & filios suscipere volebant, & ad hoc vxoribus iungebantur vt filios procrearent, ideo illis permissum est vt plures vxores haberent. Nam si libido immoderata placeret Deo, sic permitteretur illo tempore vt vna fœmina haberet plures viros, quomodo illo habebat vnus vir plu res fœminas. Quare fœminæ non habebant am-

D plius vno viro, vir autem plures fœminas, nisi quia plures habere fœminas vnum virum, pertinet ad prolis numerositatem: vna autem fœmina non quo plures habuit viros, plures potest parere filios? Quapropter, fratres, si spirituales viri non ob aliud quam ad liberos procreandos iungebantur & miscebantur fœminis, magnum illis esset gaudium, si præter opus istud carnale possent habere filios: propter quos habendos, ad illud non libidine ruebant, sed officio descendebant. Propterea Ioseph sponsus Mariæ virginis, non erat pater Christi, dicunt, quia sine concupiscentia carnis susceperat filium.

filium. Absit vt hoc sentiat castitas Christiana, quod Iudaica infidelitas sentiebat. Diligite vxores vestras, sed castè diligite. Ad eum modum carnale opus expetite, vt filios procreetis. Et quia nõ aliter potestis habere filios, ad illud opus cum dolore descendite. Pœna est enim illius Adę de quo exorti sumus. Non extollamur de pœna nostra. Pœna est illius, qui meruit mortaliter gignere, qa peccato mortalis est. Ipsam pœnam nõ subtraxit Deus, vt meminisset homo vnde reuocať & quo vocatur: & quæreret illum amplexum, vbi nulla potest esse corruptio. In illo ergo populo, quia opportebat fieri abundantem propagationem vsq; ad Christum, propter numerositatem prolis, in quà præfigurabantur omnia quæ præfiguranda erant Ecclesiæ documenta, habebant officium ducendarum vxorum, per quas populus cresceret: in quo populo futura præfiguraretur Ecclesia. At vbi natus est ipse rex omnium gentium, cœpit dignitas virginalis à matre Domini: quæ & filium habere meruit, & corrumpi non meruit. Sicut ergo erat istud verum, & sine vlla corruptione coniugum, sic quod castè vxor pepererat, cur non castè maritus acciperet? Sicut enim castè coniunx illa, sic castè ille maritus: & sicut illa castè mater, sic & ille castè pater. Qui ergo dicit, Non debet dici pater, quia non sic generauit filium: libidinẽ quærit in procreandis filiis, nõ charitatis affectũ. Melius ille, quod alius carne implere desiderat, animo implebat. Nàm qui adoptant filios, castius eos corde gignunt, quod carne nõ possunt. Videte fratres, videte iura adoptionis, quomodo fit homo eius filius, cuius semine non est natus, vt plus in eo iuris habeat voluntas adoptantis, quàm natura gignentis. Ita ergo debet esse pater Christi Ioseph: sed maximè dici debet. Nam & de fœminis, quæ vxores non fuerant, si generarent homines filios, & dicerentur filij naturales: & non præponerentur eis filij coniugales qui pertinent ad opus carnis. Vnde ergo isti præponũtur, nisi quia castior est vxoris charitas, de qua liberi procreãtur? Non illic attenditur commixtio carnis, quæ in vtraque fœmina par est. Vbi ergo vincit vxor, nisi affectu fidei, affectu coniugij, affectu syncerioris castiorísque charitatis? Si ergo posset de vxore quisquam sine concubitu suscipere filios, nonne tanto deberet hoc lætius, quãto est castior quem diligit amplius? Vir alligatus vxori, continentiam inuita coniuge seruare non potest. Super Psalmum centesimum quadragesimum nonum. Si quis dicat, Continere iam volo, nolo iam vxorem: Non potest. Quid si tu vis, & illa non vult? Nunquid per continentiam tuam debet illa fieri fornicaria? Si alij nupserit te viuo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus compensare tale damnum. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod debetur exigis: sed reddis quod à te debetur vxori. Præsumitur vxor pertinax esse. Libro decimonono de ciuitate Dei, capite vigesimo tertio. Interroganti Porphirio quem Deũ placando vxorem suam posset reuocare à Christianismo, hæc versibus respondit Apollo, Fortè magis poteris in aqua impressis literis scribere, aut inflans pennas leues per aera vt auis volare, quam semel pollutæ reuoces impiæ vxoris sensum. Non debet vxor sine viri licentia habitum mutare. In Epistola ad Ecdiciam. Si de faciẽdis eleemosynis, & in pauperes impendendis rebus tuis, de quo bono opere & magno tam euidẽtia præcepta sunt Domini, cum viro tuo fideli & tecum sanctæ continentiæ pacta seruante consilium communicare deberes, eiusdémque nõ spernere voluntatem: quanto magis de habitu atque vestitu nihil tibi præter eius arbitrium mutãdum vel vsurpandum fuit. Debent esse coniuges syn ceriter vniti. Libro duodecimo de ciuitate Dei, capit. vigesimo sexto. Quod fœmina Adæ ex eius latere facta est, etiam hinc satis significatum est, quã chara mariti & vxoris debeat esse cõiunctio.

Margin notes: Tom. VIII. — Tom. V. — Tom. II. Epist. 99. — Tom. V.

ZACHARIAS. Zacharias prophetauit in fine captiuitatis Babylonicę, de Christo & Ecclesia. Exulta, inquit, valde filia Sion, iubila filia Hierusalẽ: ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator: ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ: & potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ. Et alio loco, Tu quoque, inquit, in sanguine testamenti tui emisisti iunctos de lacu, in quo non est aqua. Quid per hunc locum velit intelligi, possunt diuersa sentiri, etiam secundum rectam fidem. Mihi tamen videtur non eo significari melius, nisi humanæ miseriæ siccam profunditatem quodammodo, & sterilem: vbi non sunt fluenta iustitiæ, sed iniquitatis lutum. Super titulum Psalmi centesimi primi. Spiritalem Hierusalem, non magis Hierusalem Iudæorum quàm nostram esse deputetis: sicut enim dicit Apostolus, Iam non estis peregrini & inquilini, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu: in quo omnis ædificatio compacta crescit in templum sanctum in Domino. In quo & vos coædificamini in habitaculum Domini in spiritu. Hoc est templum Dei, ad quod pertinet sacramentum prophetationis Aggæi & Zachariæ.

Margin notes: Lib 18 de ciuit. Dei. Tom. V. — Loc. Z ch. excutitur. — Tom. VIII. — Eph. 2.

ZELVS. De zelo, super Psal. lxxviij. Ira & zelus Dei non sunt perturbatiões Dei sicut nonnulli scripturas, quas non intelligunt, arguunt: sed nomine iræ intelligitur vindicta iniquitatis, nomine zeli exactio castitatis, ne anima legẽ Domini sui contemnat, & à Deo suo fornicando dispereat. Libro octogesimo ter-

Margin notes: Tom. VIII. Zelus in Deo non est perturbatio.

tio quæstio. Earum quæstionum nomina, quas animus noster patitur, quas longissime à Deo esse seiunctas iam qui melius sapit intelligit, non dubitauerūt illi viri, per quos loquutus est spiritus sanctus, opportunissime in Libro ponere, vt verbi gratia, quoniam difficilimum est vt homo aliquid vindicet sine ira, vindictam Dei, quæ omnino sine perturbatione fit, iram tamen vocandam iudicauerunt. Item quia coniugis castitatem zelādo viri custodire consueuerunt, illam Dei prouidentiam, per quam præcipitur atque agitur ne anima corrumpatur & deos alienos sequens quodammodo meritricetur, zelum Dei appellauerūt.

Quæst. 52. Tom. IIII. *…ra Dei.* *Zelus Dei.*

Libro de essentia Diuinitatis. Zelare dicitur Deus, cum creaturam quam non vult perire sæpe castigat, corripit atque flagellat, & flagellādo ad se reducit. Vel certe zelare Deus dicitur, cum nullum peccatum impunitum vul relinquere.

Tom. IIII.

ZIZANIA. Libro primo quæst. Euangelic. Omnis immundicia in segete, zizania dicitur. Quod primo separatur, zizania dicitur: quia tribulatione præcedente separabuntur impij à piis, quod per bonos Angelos intelligitur fieri. Quia officia vindictæ possūt implere boni bono animo, quomodo lex, quomodo iudex: officia verò misericordiæ mali implere non possunt. Super Psalmum sexagesimum quartū. Seminatur modo, crescit quod seminatur, erit & messis, & modo super semen superseminauit inimicus zizania: & exorti sunt mali inter bonos, pseudo Christiani, similem habentes herbam, sed non parem fructum. Etenim zizania ea propriè dicuntur, quæ nascuntur in similitudine frumentorum: sicuti est lolium, sicuti est auena & cætera talia quæ primam herbam prorsus similem habent. Libro quarto de baptis. contra Donatist, citat Cyprianum in hæc verba. Quantus arrogantiæ timor est, quanta humilitatis & lenitatis obliuio, & arrogantiæ suæ quanta iactatio, vt quis audeat aut facere se posse credat, quod nec Apostolus concesit Dominus, vt zizania à frumento putet se posse discernere, aut quasi ipsi palàm facere & aream purgare concessum sit, paleas conetur à tritico separare: cúmque Apostolus dicat, In domo autem magna, non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia &c. In Epistola ad Maximinū. Si videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen propterea impediri debet, aut fides, aut charitas nostra: vt quoniā in Ecclesia esse zizania cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Nobis tantummodo laborandum est, vt frumentum esse possimus, vt cum cœperit frumentum in Dominicis horreis recondi, fructum pro nostro opere & labore capiamus. Sunt zizania in omnibus causa fomitis & originalis peccati, Lib. Hypognosticon. Per peccatum, liberum arbitriū hominis possibilitatis bonum perdidit, non nomē & rationem. Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habēs quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneū quæ ad Deum pertinēt, sine Deo aut inchoare, aut certè peragere: sed tantùm in operibus vitæ presentis, tam bonis quàm etiā malis. Bonis dico quæ de bonis naturæ oriūtur: id est, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora velle nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam, quæ omnia non sine gubernaculo Diuino subsistūt, imò ex ipso & per ipsum sunt, vel esse cœperunt. Malis verò dico, vt est, velle idolum colere, velle homicidium, velle adulterium facere, res alienas velle diripere, Deū viuentem in sæcula blasphemare, velle turpiter viuere, velle maleficia dicere, velle inebriari & luxuriosè viuere, velle quicquid non licet vel non expedit operari. Sed ista non pertinent ad substātiam vitæ præsentis, quia non sunt à Deo, imò ma lé desiderata maculant vitam quæ est à Deo. Ista sunt zizania animæ carnísq;, quæ inimicus homo, id est, diabolus dormitante Adam, Dei videlicet præceptum non conseruante, in liberum seminauit arbitrium, in quibus procliuior & paratior est quàm in prosperis vulnerata & deprauata voluntas. Ista sunt diaboli opera, quæ Christus Dei patris verbum, quod est gladius bis acutus, in hunc mundum veniens, ex virgine natus, de credentiū libero arbitrio gratuita sua gratia amputat, idoneam in eisdem ad credendum præparans voluntatem, per quam possint tam Dei patris quàm suā sanctique spiritus iustam peragere voluntatem.

Quæst. 10. Tom. IIII. Zizania quid. *Tom. VIII.* *Quo distent zizania à frumento.* *Cap. 12. Tom. VII. Cypri ad Antonianū.* *2. Tim. 2.* *Tom. II. Epist. 203.* *Lib. ser. respons. 3. Tom. VII.* *Saucium voluntatis arbitrium per Christum sanatur.*

FINIS.

INDEX LIBRORVM AVG. IN MILLELOQVIO CITATORVM, per eundem. F. Bart. de Vrbino.

QVIA in Epistola huic compilationi præmissa, promisi omnium librorũ Augustini, quos habui, nomina siue titulos in fine describere: nunc promissum seruare volens, occurrit cordi ipsorum librorũ distinctionem ponere hoc modo. Cum per antonomasian Augustino congruat illud iij. Esdræ, Sapientior omnibus repertus est: & à Philosopho dicatur primo Metaphisicæ, Sapientis est omnia scire: quod per duo demonstratur opera, vt ab eodẽ Philosopho dicitur ij. Elenchorum, scilicet non mentiri, & mentientem manifestare posse: ipse Augustinus ad ista duo suos libros principaliter ordinauit: videlicet ad veritatem declarandam & falcitatem confutandam. Et ideo eius libri primo dupliciter distinguntur: quia primo sunt libri veritatis approbatiui, qui omnium rerum demonstrant veritatem: Secundo sunt libri falsitatis destructiui, qui omnium errorum debellant falcitatem, vt sunt libri contra hæreticos principaliter editi. Circa primum dici potest quod veritas omnis siue veritatis aprobatio quę cõtinetur in libris, vel est de Deo, vel est de creatura. Si de Deo, & hoc dupliciter: q̃a vel de essentiæ vnitate, vel de personarũ proprietate. Si primo modo, Sic sunt de essentia Diuinitatis, liber de videndo Deũ, & liber de præsentia Dei: Si secundo modo, & hoc dupliciter: quia vel considerantur personæ quo ad relationes, & sic sunt principaliter lib. de Trinitate, & collatio de Trinitate à seipso ad seipsum: vel considerantur personæ quo ad proprietates vel attributa, & sic quo ad personam patris, potest dici liber de patre ingenito & de Trinitate: quo ad filium, liber de duplici natura in Christo, & liber de incarnatione verbi, & liber cur quando & quomodo Deus homo: quo ad spiritum sanctum verò, liber de peccato vel de blasphemia in spiritũ sanctum. Si de creatura tractatur in libris, tunc dupliciter: quia vel de essentia in cõmuni, vel in speciali: Si primo modo, vel de ipsius statu, & sic est liber de natura boni: vel de eius gradu, & sic est liber de ordine rerum: Si consideratur creatura in speciali, hoc potest esse tripliciter, secundũ quod tripliciter distinguitur, in intellectualẽ & sensibilem: Si de intellectuali, hoc est, de Angelis, & hoc dupliciter: quia vel de bonis, & de his sunt libr. de ciuitate Dei: vel de malis seu dęmonibus, & de his est liber de diuinatione dæmonum. De creatura verò animali potest esse tripliciter: quia vel est vegetatiua tantũ, & sic est lib. de arbore interdicta: vel sensitiua, & sic est liber de omnibus: vel rationalis sicut est homo, & tunc erit dupliciter: q̃a vel quo ad partes compositi, vel quo ad totum cõpo-

3. Esdr. 4.

A situm: primo modo quo ad carnem siue corpus, et sic est lib. de concupiscentia carnis aduersus spiritum: Si quo ad animam, & hoc dupliciter: quia vel vt est coniuncta corpori, vel vt est separata à corpore: si primo modo, tunc occurrit triplex consideratio, scilicet de esse eius originali, naturalĩ, & virtuali: Si primo modo, sic est liber de origine animæ ad Hieronymũ, & lib. duo de eadem re ad Renatum contra Vincentium Victorem: Si verò secundo modo, sic est liber de spiritu & anima, & lib. de quantitate animæ, & liber de immortalitate animæ, & potest etiam esse lib. de duabus animabus: Si tertio modo, & sic est dupliciter secundum quod anima duplici indiget virtute, scilicet à culpa purgatiua, & in gratia perfectiua: Ad culpam purgandam sunt Ecclesiæ sacramenta velut B spiritualia medicamenta: Primo contra culpam originalem, baptismus: de quo est lib. de vnico baptismo, & lib. de catechismo: Secundo contra culpam actualem, pœnitentia: de quae st. liber de pœnitentiæ partibus: Tertio contra deffectum virtutis augmentatiuæ, & est confirmatio: ad quod sacramentũ potest reduci, lib. de Ecclesiasticis dogmatibus: Quarto contra defectũ nutritiuæ, est eucharistia: de qua est lib. de corpore Christi: Quinto contra defectum vtriusque vitæ, est extrema vnctio: de qua potest dici lib. de medicina animæ qui est paruus tractatus ad modum sermonis. Hæc quinque sacramenta faciunt ad perfectionem hominis in seipso, sed alia duo videntur ordinari ad multiplicationem Ecclesiæ: & quo ad spiritalem propagationem, potest dici sacramẽtum ordinis: C ad quod potest reduci liber qui dicitur speculum Ecclesiæ: Quo verò ad carnalem, est sacramẽtum matrimonij: de quo edidit plures libros de nuptiis & concupiscentia: Contra verò matrimonij delicta potest dici liber de adulterinis coniugiis. Ad perficiendum autem animam in natura & gratia duo sunt necessaria propter eius duo principalia: scilicet sciẽtia propter intellectum, & virtus propter voluntatem. Sciẽtia autem est duplex: prima, humanitus inuenta, de qua sunt libri liberalium artium, quos ipse nominat lib. j. retract. ex quibus ꝑ hoc opere vidi tantũ sex de musica. Secunda sciẽtia est Diuinitus inspirata: & dicitur sacra scriptura. Circa quam occurrunt duo: scilicet modus quo D discitur, & fructus qui percipitur. Modus dicendi vel respicit doctorem, vel discipulum: si doctorẽ, Sic sunt lib. de doctrina Christiana: lib. de catechizandis rudibus: & lib. de magistro. Si verò modus discendi respiciat discipulum, tunc dici potest lib. de disciplina Christiana: & lib. de perfectione disciplinæ. Fructus autem scientiæ dupliciter potest considerari: vel in vniuersali, vel in particulari, id est, quo ad particulares libros sacræ scripturæ: Si in vniuersali, tunc cum ipsa sit vel de rebus vel de signis, id est, verbis: si de rebus, tunc est lib. de mirabilibus sacræ scripturæ: Si verò de signis seu de verbis, tunc sunt septem libri loquutionum: Et quo ad vtrunque, potest reduci lib. quæst. veteris & noui testamenti, & lib. diuersarum quæst. ad Orosium, & lib. sex quæst. ad Deogratias, & libr.

Cap. 6.

octoginta triũ quæſt. Si verò ipſa ſcientia vel ſcriptura conſideretur in particulari, tunc dupliciter conſiderabitur: vel quo ad vetus teſtamentũ, vel quo ad nouum: Si quo ad vetus, & hoc dupliciter: quia vel in vniuerſali, vel in particulari: Si in vniuerſali, & hoc dupliciter vel quo ad intellectum ſanum, & ſic eſt lib. de ſpiritu & litera: vel quo ad intellectũ prauum, & ſic eſt lib. cõtra aduerſariũ legis & Prophetarũ: Si autem in particulari, tunc poteſt dici quod vetus teſtamẽtum cõtinet libros legales, hiſtoriales, ſapiẽtiales, & Prophetales: & de legalibus eſt lib. ſuper Gene. ad literã, & Lib. de Geneſ. qué reliquit imperfectũ, & lib. de Gen. cõtra Manichæum, & lib. quæſt. ſuper Geneſim, ſuper Exodũ, ſuper Leuiticum, ſuper Numeros, & ſuper Deutero. & de hiſtorialibus eſt lib. queſt. ſuper Ioſue, Iudicũ & Ruth, & poteſt etiã dici lib. annota. in Iob: De ſapientialibus ſunt ſermones quamplures, vt patebit, & lib. ſuper vlti. Prouerb. De prophetalibus eſt lib. ſuper Pſalteriũ. Si verò conſideratur quo ad nouum teſtamentũ, & tunc ſimiliter vel in vniuerſali, vel in particulari: Si in vniuerſali, ſic eſt lib. de gratia noui teſtamenti: Si verò in particulari, & tunc vel quo ad Euangelia, vel quo ad Epiſtolas (quibus etiã Actus Apoſtolorum & Apocalypſim cõprehendo, qui libri per modum epiſtolarum ſcribuntur) Si enim quo ad Euangelia, & tunc vel in vniuerſali, & eſt lib. de conſenſu Euangeliſtarum, & lib. diuerſarum quæſtionum ad Simplicianum, & lib. diuerſarum quæſt. ſuper Euangelia, & lib. de verbis Domini: vel in particulari, & tunc eſt lib. de ſer. Domini in monte, & lib. ſuper Ioannem: Quo verò ad epiſtolas, eſt lib. de verb. Apoſtoli, expoſitio ſuper epiſtolam ad Romanos imperfecta, expoſitio quarundam propoſitionum de eadem epiſtola, lib. expoſitionis epiſtolæ ad Galatas, lib. de ſententia Iacobi ad Hieronymum, lib. ſuper primã canonicã Ioãnis & lib. ſuper Apocalypſim. Si verò anima debet virtutibus perfici quo ad voluntatem, & tunc dupliciter cõſiderari poteſt: vel in vniuerſali, & ſic eſt lib. de natura & gratia, lib. de gratia & libero arbitrio, lib. de gratia & peccato originali, lib. de gratia Dei ad Vitalé, lib. de vera innocentia, lib. de correptione & gratia, & lib. Enchiridion. Secundo conſiderãtur virtutes in ſpeciali, & ſic ſunt ſeptem principales: quarum prima eſt fides, de qua eſt lib. de fide ad Petrum, lib. de fide rerum inuiſibilium, lib. de fide & operibus, & lib. de vtilitate credendi: Secũda eſt ſpes, de qua poteſt dici lib. ſoliloquiorum ad Deum: Tertia charitas, de qua eſt tractatus de quatuor virtutibus charitatis, & tractatus de laude charitatis, & libellus de ſubſtantia dilectionis. Quarta poteſt dici prudentia, ad quam poſſunt reduci libri retractationum, & duo libri ſoliloquiorum ſuorum per modum dialogorum: Quinta eſt temperantia, de qua eſt liber de ieiunio diei ſabbati, & lib. de continentia, & tractatus de quarta feria: Sexta eſt fortitudo, ad quam poteſt reduci lib. de agone Chriſtiano & corona victoriæ. Septima eſt iuſtitia, de qua eſt tractatus de iuſti-

A tia, & liber de perfectione iuſtitiæ hominis.

Si verò conſideratur anima vt ſeparata à corpore, ſic attendi poteſt ſecundum diuerſa loca: de quibus eſt liber de triplici habitaculo. Et quia, vel eſt in Paradiſo, de quo poteſt dici liber de beata vita, & liber de cognitione veræ vitæ: vel eſt in purgatorio, & tunc dupliciter: quia vel quo ad ſupplicium, de quo eſt liber de igne purgatorij: vel quo ad ſuffragium, de quo eſt liber de cura pro mortuis agenda. Vel anima eſt in inferno. De quo poteſt dici liber meditationum, vbi maximè pœnas inferni deſcribit præmeditandas.

Si verò conſideretur homo quo ad totum cõpoſitum, ſic multipliciter conſideratio erit, ſecundum quod homines diuerſimode diſtinguũtur. Et ad præſens dici poteſt, quod diuerſifican-
B tur quo ad ætatem, quo ad religionem, quo ad ſtatus perfectionem, & quo ad ſtatus conditionem.

Primo quo ad diuerſitatem ætatis, & ſic quo ad paruos, reduci poteſt, Liber de baptiſmo paruulorum: quo ad magnos, lib. de libero arbitrio.

Secundo quo ad diuerſitatem religionis: & tunc quo ad Philoſophos, eſt liber de Academicis: quo ad Iudæos, eſt liber de Symbolo & aduentu Domini contra Iudæos: quo ad Paganos eſt liber diuerſarum quæſtionum à Paganis ad Dulcitium: quo ad hæreticos eſt liber de hæreſibus ad Quoduultdeũ: quo ad catechumenos, eſt liber de ſymbolo ad cathecumenos, diſtinctus in quatuor tractatus: Quo ad Chriſtianos, eſt liber de vita Chriſtiana. Tertio quo ad diuerſitatem perfectionis: & ſic quo ad contemplatiuos, eſt liber
C de contemplatione Chriſti, & liber de oratione Dominica, & lib. de orando Deum, & lib. ſupputationum: quo ad actiuos, eſt liber de decem chordis: quo ad peccatores, dici poteſt liber de peccatorum meritis & remiſsione: quo ad conuerſos peccata confitentes, eſt liber confeſsionum: quo ad actualiter pœnitentes, eſt liber de vera & falſa pœnitentia, ac tractatus & ſermones de eadem re: quo ad perſeuerãtes in gratia, eſt liber de perſeuerantia ſanctorum. Quarto quo ad ſtatum mundialis conditionis: & tunc quo ad nobiles, eſt lib. de ſalutaribus documentis ad Comitem: quo ad milites, eſt lib. de conflictu vitiorum: quo ad diuites, eſt liber de eleemoſyna: quo ad pauperes, eſt liber de contemptu mundi, & tractatus de miſeria vitæ: quo ad actualiter belligerantes, eſt liber ſiue tracta-
D tus de tempore Barbarico, & poteſt ad hoc reduci liber contra quinque genera hæreſum: quo ad pacifice conuiuentes, eſt liber ſiue tractatus de concordia fratrum: quo ad ſpiritualiter gaudentes, eſt liber ſiue tractatus de nouo cantico: quo ad ægrotantes, eſt liber de viſitatione infirmi: quo ad afflictos, eſt liber de patientia: quo ad mœrentes de malo proximi, eſt liber de conſolatione mortuorum: quo ad coniuges, eſt liber de bono coniugali: quo ad virgines, eſt liber de ſancta virginitate, & liber ad ſacras virgines: quo ad continentes, eſt liber de perfectione viduitatis. Si autem

multi

multi diuersorum statuum mixti, & tunc in communi, est liber sermonum eius, qui omnes infra describentur: & ad hoc potest reduci lib. quinquaginta homiliarum. Si verò in speciali quo ad indiuidua diuersarum personarum, sic est liber Epistolarum eius, quas omnes inferius recensendo quotabo. Si verò attenditur status clericorum, & tunc vel sunt prælati, ad quos est liber de pastoribus: vel subditi, ad quos est tractatus de obedientia: vel sunt monachi, ad quos est liber de operibus monachorum: vel pauperes religiosi, ad quos est regula: vel sunt absolute clerici, ad quos est liber de singularitate clericorum: & potest ad hoc reduci liber de moribus Ecclesiæ. Si autem attendantur prædictæ varietates quo ad præuaricantes suum statum, tunc ad eos est liber abusionum. Secundo libri distinguuntur prout sunt erroris & falsitatis destructiui: & tunc dici potest quod falsitas propriè dicitur, quando non est adæquatio rei ad intellectum. Et potest hoc esse dupliciter, videlicet vel quando non est adæquatio rei ad verbum dicentis in deceptionem audientis, & sic dicitur mendacium: de quo est liber de mendacio, & liber contra mendacium: vel est inadæquatio rei credibilis ad intellectum credentis vel opinantis, & sic est error vel hæresis: de qua, vel contra quam oportet scribere libros secundum diuersos hæreticos: Et tunc est dicendum quod quidam hæretici errauerunt principaliter in Deum, & hoc dupliciter, quia vel quo ad Diuinam essentiam, vel quo ad attributa. Si primo modo, sic fuerunt Arriani, contra quos vidi libros, qui sunt isti. Lib. contra sermonem Arrianorum, lib. contra Felicianum, & libri tres contra Maximinum. Quo ad attributa errauerunt principaliter Manichæi, contra quos vidi quam plures libros vt infra patebit. Aliqui autem errauerunt in sanctam Ecclesiam, negantes baptismi vnitatem, & eam esse debere vbique diffusam, vt Donatistæ: contra quos scripsit plures, de quibus aliquos vidi, vt infra scribam. Priscillianistæ ad Donatistas processerunt: contra quos est lib. ad Orosium contra Priscillianistas. Simili modo fuerunt Maximianistæ, contra quos vidi librum admonitionis Donatistarum de Maximianistis. Aliqui autem errauerunt contra Dei gratiam & liberum arbitrium, sicut fuerunt Pellagiani: contra quos plures scripsit libros superius prænominatos: & præter illos vidi alios, qui sunt, liber de prædestinatione Diuina, & libri contra Epistolas Pellagianorum ad Bonifacium Papam. Iulianus autem etiam Pellagianus fuit: contra quem sunt sex libri, ad Valerium comitem, & liber altercationis cum ipso Iuliano. Plures autem sunt eius libri, vt patet scienti, qui melius possent distingui, etiam contra hæreticos: quia vt ipse fatetur in fine libri de hæresibus, contra omnem hæresim scribere proposuit. Vnde tam propter libros veritatis assertiuos, quam propter libros falsitatis destructi-

A uos, quam sit eius vtilis scientia & sapientia patet: ita vt studiosè perlegens, merito possit dicere illud iij. Regum. Maior est sapientia tua, quam rumor quem audiui in terra mea. Verum quia hæc sufficientia siue distinctio magis respicit librorum titulos, & plus forte superfluæ curiositatis continet quàm vtilitatis, ideo ipsorum librorum tabulam infra melius ordinabo, incipiens ab epistolis quas vidi, non tantum illi missis, sed etiam quas ipse misit. Aliquos libros vidi, quos reperi inter Epistolas numerari: non nisi tamen inter libros hîc quotabo in principiis præponendo nomina personarum quibus missæ fuerunt, addendo solummodo ipsarum principia, & interdum breuiter materiam, hoc modo.

B

A

EPISTOLA ad Adeodatum & cæteros seruos Dei, Dilectionis vestræ studium vt parati sitis.

Epistola ad Albinam excusatoria est, Dolorem animi tui quem te scribis explicare non posse.

Epistola ad Albinam & Parmianum eius filium & Melianum, de eadem re, Cum habitu valetudinis vel natura frigus ferre non possem.

Epistola ad Alipium prima, significat conuersionem Dioscori, Frater Paulus hîc est incolumis, apportat negotiorum suorum &c.

Epistola ad Alipium secunda & eos qui cum eo sunt fratres, excusatoria est, Dolemus quidem grauiter, nec fieri potest vt paruipendamus.

C Epistola ad eundem tertia monitoria est ad reconciliationem. Tristitia Thinensis Ecclesiæ cor meum conquiescere non permittit.

Epistola ad Anastasium exhortatoria est dilectionis. Salutandi synceritatem tuam fidissima occurrit occasio.

Epistola ad Antoninum congratulatio est, de statu salutis. Cum à duobus tibi scripta deberetur.

Epistola ad Apringium tribunum, petit vt assistat catholicis contra Donatistas. Non dubito in hac potestate quam tibi Deus &c.

Epistola ad Armentarium, scribit vt seruet votum castitatis. Vir egregius filius meus Rufferius affinis vester.

Epistola ad Aselicum, quia legalia non seruantur. Literas sanctitatis tuæ quas ad venerabilem senem.

D

Epistola ad Audacē exhortatoria ad studium scripturarum. Breuem Epistolam tuam sed planè vehementer.

Epistola ad Aurelium & Paulinam, congratulatoria de profectu virtutis. Impletum est gaudio os nostrum.

Epistola ad eundem Aurelium secunda, de vitandis conuiuiis. Qua gratia respondere literis sanctitatis tuæ.

Epistola ad eundem tertia de non promouendis monachis ad curam animarum. Literas nullas tuæ voluntatis ex quo ab inuicem.

Episto

E

Epiſtola ad Ecdiciam, quod vxor nihil debet ſine conſenſu viri,& de eius ornatu. Lectis literis reuerentiæ tuæ.

Epiſtola ad Eleuſium & alios contra Donatiſtas. Fortuniũ quem Tiburtij habetis Epiſcopum.

Epiſtola ad Elpidium Arrianum contra ipſum errorem. Quis noſtrum erret in fide.

Epiſtola ad Emeritum Donatiſtam. Ego cum audio quenquam bono ingenio præditum.

Epiſt. ad Euodiũ prima, de viſionibus ſomniorum. Frater iſte nomine Barbarus ſeruus Dei.

Epiſto. ad eundem ſecunda, de ratione & Deo, & ſomniis. Multa quæris ab homine multum occupato.

Epiſt. ad eundẽ tertia, de deſcenſu Chriſti ad inferos. Quã mihi ꝓpoſuiſti ex Epiſt. beati Petri.

Epiſt. ad eundẽ quarta, de Trinitate & columba. Si ea quę magis occupant, à quibus in aliud &c.

Epiſt. ad Eudoxium abbatem inſulæ capprariæ, exhortatoria ad monachos. Quando quietem noſtram cogitamus.

Epi. ad Euſebiũ de Donatiſtarũ erroribus. Scit Deus, cui manifeſta ſunt arcana cordis humani.

Epiſt. ad eundem de eadem re. Non ego recuſans voluntatis tuæ iudicium.

F

Epiſt. ad Fabiolam conſolatoria peregrinationis. Quanquam reſcripta reddideris.

Epiſt. ad Felicem de tutela pupillorũ. Nouit optime religio tua.

Epiſt. ad Felicem & Hilarium de tribulatione iuſtorum. Non miror ſatanam fidelium animos perturbantem.

Epi. ad Felicitatẽ, cõtra corrigi recuſantes. Bonus eſt Dñs, & miſericordia eius vbique diffuſa.

Epiſt. ad Feliciã, de malis paſtoribus cõtra hæreticos. Nõ dubito animũ tuum pro tua fide &c.

Epi. ad Feſtum, cõtra pertinaciã Donatiſtarũ. Pro errore homines & damnabili defenſione.

Epiſto. ad Florentinum, reprehendit iudicem iniuſtè agentem. Cuius poteſtatis iuſsione fauentium rapueris.

Epiſto. ad Florentinam, Monet de continentia non ſuperbiẽdum. Sanctum propoſitum tuum, & inuiſceratus cordi tuo timor Domini.

Epiſto. ad Fortunatianum, contra errorem de viſione Dei commonitorium eſt. Sicut præſens rogaui, nunc commoneo.

Epiſt. ad Fortunatũ, ſupplicat pro quodã paupere in carcere. Fauentiũ bene nouit ſanctitas tua.

G

Epiſt. ad Gaium, hortatoria ad inquirendũ veritatem. Vt abs te abſceſsimus, dici non poteſt quanta ſuauitate &c.

Epiſt. ad Generoſum contra Donatiſtas. Quando nobis notam eſſe voluiſti epiſtolam.

Epiſt. ad eundẽ ſecunda, ſupplicat vt faueat catholicis. Laus & prędicatio adminiſtrationis tuæ.

Epiſt. de geſtis Auguſtini quando Eracliũ preſbyterum elegit ſibi ſucceſſorẽ pro Epiſcopatus cura. ſermo eſt, ſiue vt ſcribitur geſta potius quã

A epiſtola: ſed inter epiſtolas habetur, Glorioſiſsimo Theodoſio duodecies, & Valentiniano Auguſto iterum conſule.

Epiſto. ad Glorium & alios Donatiſtas. Dixit quidem Apoſtolus Paulus, Hęreticũ hominẽ &c.

H

Epiſto. ad Hermogenianum, de Academicis. Academicos ego nec inter iucundum.

Epiſt. ad Heſychium prima, de aduẽtu ad iudicium. Accepi literas venerationis tuæ.

Epiſt. ſecunda ad eundem, de tẽpore aduentus Domini, Ad ſanctitatẽ tuam filio tuo cũ presbytero noſtro remeante.

Epi. ad Hieronymũ, de eo qđ Paulus reprehẽdit Petrũ. Nunquam equè quiſquã tam facie cuilibet innotuit, quã mihi tuorũ in Dño ſtudiorũ.

B Epiſt. ad eundem ſecunda, de ceſſatione legalium. Habeo gratiam quod prorſus ſcripta ſalutatione plenam mihi epiſtolam reddidiſti.

Epiſt. ad eundẽ tertia, de ſcriptis literis vel epiſtolis. Audiui peruiſſe in manus tuas literas meas.

Epiſt. ad eundem quarta. Apologetica ac charitatis conciliatiua. Quamuis exiſtimem antequã iſtas ſumeres.

Epiſt. ad eundem quinta, de ipſius Hieronymi translatione. Ex quo cœpi ſcribere ad te ac tua ſcripta deſiderare.

Epiſt. ad eundem ſexta, & magna quaſi recapitulatio prædictarum. Iampridem tuæ charitati prolixam epiſtolam miſi.

Epiſt. ad Hilariũ Siculum contra Pellagianos. Ex literis tuis didici non ſolùm incolumitatẽ &c.

C Epiſt. ad Hilariũ Pictauenſem de eiſdem Pellagianis. Honorabiliter filius noſter Palladius cũ de noſtro littore.

Epiſt. ad Hipponenſes, petit pro quodam paupere eleemoſynam fieri. Notiſsima mihi & probatiſsima deuotio.

Epiſt. ad Honoratum Epiſcopum cõtra Donatiſtas. Conſilium tuum nobis multum placuit.

Epiſt. ad eundẽ ſecũda, de fugiendis perſequutoribus. Charitati tuæ miſſo exẽplo epiſtolæ &c.

I

Epiſto. ad Ianuarium Donatiſtam. Ianuario. Clerici & circũcelliones veſtri noui generis &c.

Epi. ad Innocentiũ Papam de errore Pellagij. Quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere.

Epiſt. ad eundem ſecunda, de conſiliis duobus

D pro eadem re. Cum ex more ad Carthaginenſem Eccleſiam ſolenniter veniremus.

Epiſt. ad eundem tertia, de eadẽ re ſatis magna: incipit, De conſiliis duobus prouinciæ Carthaginenſis atque Numidiæ ad tuam ſanctitatem &c.

Epi. ad Italicã exhortatoria ad amorẽ cœleſtis patrię. Nõ ſolũ literis tuis, verũ etiã ipſo referẽte.

Epiſt. ad eandẽ ſecunda, de eadem re. Tres epiſtolas tuæ benignitatis acceperam.

Epiſt. ad eandem tertia, quod Diuinitas oculo corporali videri non poteſt. Cum petiuiſſes vt de inuiſibili Deo.

Epiſtola ad Iulianam pulchræ ad monitionis. Gratè ad modum nobis iucundéque accidit.

Epistola ad eundem secunda. Quod te de peruentione tam prospera fratris & presbyteri nostri Quinti.

Epistola ad eundem Paulinum & Therasiam tertia de amicitia & humilitate. O bone vir & bone frater latebas.

Episto. ad eosdē quarta ad amicitiā prouocat. Cū literas meas quibus respōdi prioribus vestris.

Epistola ad eosdem quinta, familiaris & parua. Charissimus frater Celsus cum rescripta.

Epistola ad eundem Paulinum sexta cōtra Pellagium magna est. Tandem aliquando prouidit nobis Deus literarum fidelissimum perlatorem.

Episto. ad Peregrinū Episcopū parua. Ad honorabilem fratrē nostrū Maximum literas dedimus.

Epistola ad Possidonium contra superstitiones idololatriæ. Magis quid agas cū eis qui obtēperare nolunt.

Epistola ad Probam prima de orando Deum magna. Et petiuisse te, & promisisse me recolens.

Epistola ad eandem secunda de eadem re & anima & corpore. Est quidem ita vt dicis quod in corpore corruptibili.

Epistola ad eandē tertia, & Iulianam de cōuentione Demetriadis neptis earū. Implestis gaudio cor nostrum.

Epistola ad Procalianū Donatistam. Propter imperitorum hominum vanitates.

Epistola ad Profuturum de sua infirmitate, & de prouidendo Ecclesiæ de pastore. Secundū spiritū quantū Domino placet atque ipsæ vires, &c.

Epistola ad Publicolam de contractibus & pactis cum infidelibus. Aestus animi tui postquam didici literis tuis.

Q

Epistola ad Quintianum presbyterum de obedientia prælatorum. Nos non dedignamur respicere corpora minus pulchra.

Epistola ad Quintilianum emendatoria duarū mulierum. Honorabiles Dei famulas & pretiosa Christi membra.

R

Epistola ad Restitutum de malorum sufferentia, Aestus indicantes piam flammam cordis tui.

Epistola ad Romanianum de administratione temporalium. Non hoc Epistola sicut inopia chartæ indicat.

Epistola ad Romulum persuasoria ferendæ corruptionis. Veritas est dulcis & amara.

Epistola ad Rusticum quod fœmina Christiana nō nisi viro Christiano debet copulari coniugio. Quamuis tibi & vniuersæ domui tuæ.

S

Epistola ad sanctimoniales magna, ipsarū discessionis increpatoria, & post obiurgationem, regularis informatio: vnde tota regula inseritur ad literam. Et alicubi intitulatur regula ad sanctimoniales. Sicut parata est seueritas peccata quæ inuenerit vindicare &c.

Epistola ad Sebastianum quod mali bonis hîc miscentur. Quamuis ab animo nostro nullo modo separatum te esse permittat.

A Epistola ad Seleucianam de baptismo Christi. Lectis literis tuis de salute nostra lætatus.

Epist. ad Seuerū pacificat turbatū. Cum Susannam venissemus, & quæ illic nobis absentibus. &c.

Epistola ad eundem secunda, de eadem re. Si dicam quæ mea causa cogit dicere.

Epistola ad eundem tertia, de mutua amicitia. Epistola mea quā paruerit charissimus filius &c.

Epistola ad Siluanum contra schismaticos & de nexu affinitatis, Literas fraternitatis tuæ & si valde sero.

Epistola ad Sixtum presbyterum valde magna contra Pellagi. In epistola per quā charissimum fratrem nostrum Albinum acoluthum misi.

Epistola ad eundem parua de eadem re. Ex quo Hipponen. literæ benignitatis tuæ &c.

B

T

Epistola ad Theodorum de recipiendis Donatistis. Cum beneuolentia tua mecū loqueretur.

V

Epist. ad Valentinū prima, de gratia Dei cōtra Pellagium magna. Venerunt ad nos duo iuuenes.

Episto. ad eundē secūda. de eadem re. & magna. Cresconium Felicē, & aliū Felicem Dei seruos.

Epistola ad Valeriū Episcopum de cura Episcopatus. Ante omnia peto vt cogitet religiosa prudentia tua.

Epistola ad Valerium comitem de nobilitatis moribus. Cum diu moleste.

Epistola ad Victorinum contra instabilitatē sententiæ. Tractat. ad me quinto Idus Nouembris venit.

C Epistola ad Victorianum de præsentis vitæ malis, quæ semper multiplicantur. Literæ impleuerunt grandi dolore cor nostrum.

Epistola ad Vincentium Donatistam magna. Accepi epistolam, quam tuam esse non mihi incredibile visum est.

Epist. duæ de visitatione infirmorū, inter libros adnumerantur: quia cui missę fuerint nō habetur.

Epist. ad Vitalem Pellagianum pessimum magna. Cum de te mihi essent nuntiata non bona.

Epistola ad Volusianum prima, hortatoria ad studium scripturarum. De salute tua quam in hoc sæculo & in Christo esse cupio.

Epistola ad eundem secunda, & magna ac elegantissima de incarnatione principaliter agit. Legi literas tuas in quibus vidi &c.

D

X

Epistola ad Xantippum contra clericum inhonestum. Officio debito meritis tuis.

Z

Episto. ad Zenobiū de contēptu mundanæ philosophiœ. Bene inter nos cōuenit vt opinor &c.

Explicit Tabula Epistolarū Augustini, nu. clxxxviij.

Incipit Tabula Librorum eiusdem.

LIBROS verò tabulaui similiter per Alphabetum secundum titulos ipsorum, ponendo materiam & formam, ac vbi expedit, retractationem in paucis: ipsorúmque principia atque fines, vt patet tali modo.

Lib.

A

Li.de Academicis tres cõtinet partiales libros. Omnes sine capitulis reperi, sed per disputationes fuisse distinctos, quosdum esset catechumenus edidit contra Academicos philosophos dictos ab academia villa Platonis, asserentes omnia sic occulta, vt nullius rei veritas sit scita. De quo in libr. primo retractationũ cap. j. meminit. Et ex libr. j. v. retractat. Primum est quod sæpe nominauit fortunam. Non volui inquit tali nomine aliquam intelligi deam, sed solùm fortuitum rerum euentũ, vel in corporis vestri, vel in externis bonis aut malis. Vnde ista verba, vt asserit, in nulla sunt religione prohibita, forte, forsan, forsitan, fortasse, fortuitu, quod tamen totũ reuocandum est, ad Diuinã reducitur prouidentiam. Vnde in ipso libro dicit, Etenim fortasse fortuna, quæ vulgo nominatur, occulto quodam ordine regitur, nihílq; aliud in rebus casum vocamus, nisi cuius causa & ratio in rebus secreta est. Displicet hoc tamẽ sibi dixisse: quia pessima consuetudo hominũ habet dicere, hoc fortuna voluit, vbi dici debet, Deus voluit, vel permisit. Secundũ quod dixit, Ita cõparatum est siue pro meritis nostris, siue pro necessitate naturæ, vt Diuinũ animũ mortalibus inhærentem nequaquã sapientiæ portus accipiat. Non debuit dicere pro necessitate naturæ: quia naturæ nostræ dura necessitas, merito præcedentis iniquitatis exorta est. Tertiũ quod dixit nihil omnino esse colendũ, totúmque abiiciendum quicq̃d mortalibus oculis cernitur, quicquid vllus sensus attingit. Hoc se dicit non bene dixisse, quia est sensus mentis, sed more eorum loquebãtur, qui tantũ sensum corporis dicunt, & sensibilia non nisi corporalia credunt: vnde subdit quod vbicũque hoc dixit, parua ambiguitas est vitanda, nisi quorũ cõsuetudo huius fuerit loquutionis. Quartũ quod dixit quod beate viuere est secundũ mentẽ & rationem viuere: dicere debuit, secundũ Deum, cui subdenda est totaliter mens nostra. Quintum vbi loquens cum quo disputabat dixit, Hîc, inquit, tu planè non erras, quod vt tibi sit omen ad reliqua, libenter optauerim. Hoc quãquã iocose dixerit, tamẽ sibi placet hoc nomen omen posuisse: quia nec in sacra scriptura, nec à doctoribus eius habetur in vsu. De secundo libro retractat duo, Primũ, fabulã quã narrat de philocalia & Philosophia, quod sint sorores germanæ eodem patre procreatæ, quia hoc non est catholicum sed poëticũ. Secũdũ vbi dixit de animo quod securior erat rediturus in cœlũ. Debuit dicere iturus: propter eos qui dicunt animã de cœlo in corpora lapsam. De tertio verò libro retractat quinque.

Primũ vbi dixit summũ bonũ hominis esse in mente, cũ sit in Deo. Secundũ vbi dixit liquet deierare per omne Diuinũ. Tertiũ vbi dixit verisimile esse falsum, quia hoc nõ est vniuersaliter verũ. Quartũ quia Platonẽ & Platonicos laudat plusquã debuit: cũ contra eorum errores pia veritas deffendẽda sit. Quintũ quia Ciceronis verbis & argumẽtis vsus, quãquam ironice suis tamẽ dixit esse nugas, quod sic dici non debuit. Lib. in-

A cipit, O vtinam Romaniane, hominem sibi aptum ita vicissim virtus fortunæ repugnanti posset auferre. Finitur, Quam sperabam fecimus.

Lib. admonitionũ est paruus ad modum regulæ: & ab aliquibus intitulatur, secũda regula Augustini. Incipit, Cõmuni diffinitione decreuimus apud nos, qđ nũquã post modũ ab vllo poterit infringi: Finitur, Eo oppitulãte puenire mereamur.

Lib. de adulterinis coniugiis, recensetur ab eo Lib. ij. retractationum cap. lvij. nihil tamen retractat ex eo. In duos diuidit partiales libros: Sũt principaliter scripti contra affirmantes vxorem dimittendam, etiam absque causa adulterij: & si ob adulteriũ dimittitur vxor potest ea viuente alia duci, nec sibi potest sine peccato indulgeri. Quas duas oppiniones reprobat respondens ad interrogata

B per duas Epistolas sibi missas à quodam Pollento. Primus incipit: Prima quæstio est, frater dilectissimè Pollẽti, secũdus incipit, Ad ea quæ mihi scripseras. Finitur, Fiat illis amplioris siue probatioris occasio castitatis.

Lib. de agone Christiano, nomĩatur ab eo Lib. ij. retractationum, cap. iij. continet, vt dicit, regulã fidei & præcepta viuendi. Et quãuis contra Manichæos principaliter agat, tamen xxiiij. errores disputando confutat: Ideo sic intitulatur. De quo lib. emendat quod versus finem dixerat contra negantes resurrectionem, exponens illud Apostoli, Caro & sanguis regnum Dei nõ possidebunt. Immutabitur, inquit, caro & sanguis, & fiet cœleste corpus & angelicum. Hoc autem nõ sic debet intelligi, quasi nõ sit futura carnis & sanguinis sub-

C stantia, sed non erit ea corruptio carnis quæ nunc est. quãquam illud posset intelligi, quod hoc perseueranter amantes, illam gloriam nequeant possidere. Incipit, Corona victoriæ non promittitur nisi certãtibus. Finiť, Coronã victoriç mereamur.

Lib. de origine animç ad Hieronymũ, cuius meminit Lib. ij. retractationũ, cap. xliiij. quærit quæ sit origo animæ rationalis, nec quæsitũ soluit. Allegaui eum indistinctè, non per capitula: quia sic reperi. Incipit, Deum nostrum qui nos vocauit in suum regnum & gloriam rogaui & rogo quod ad te scribo. Finitur, In suis sacramẽtis commendauit posse liberari.

Lib. de anima & eius origine contra Vincentiũ Victorem, in quatuor libros diuiditur, vt asserit. lib. ij. retractationum, cap. lv. Qui Vincentius au-

D sus fuerat reprobare librum Augustini de fide ad Petrum, vbi de anima agitur: ac duos libros super hoc fecit, quos Renatus monachus Augustino misit. Vnde illorum quatuor, primum ad dictum Renatum scripsit: Secũdum, ad Petrum: reliquos duos ad ipsum Vincentium misit, leuiter temeritatẽ eius arguẽdo. Vnde ille post modũ se correxit. Propterea prædictorum librorum cuiuslibet principium notaui. Vnde primus ad Renatum incip. Synceritatẽ tuam erga nos. Ad Petrum autẽ sic: Domino dilectissimo fratri, & presbytero Petro primus ad Vincentiũ: Quod mihi ad te scribendũ putaui, finis totius voluminis est: Curã te oportet gerere de moribus tuis remotis plausibus alienis.

Lib.

Lib. de immortalitate animæ vt ipse dicit lib. j. retractationum, cap. v. Propter cõtortas rationes atque breues sic est obscurus, vt etiã à seipso penè posset intelligi. Scripsit eum dum adhuc catechumenus esset, de quo libro vt dicit. vij. sibi displicet.

Primũ est, quod dixit, Nec esse in eo qui nihil discit, disciplina potest: quia Deus nullã discit disciplinam, & omniũ habet scientiã etiã p̃scietiam futurorũ. Secundũ quod nullã rem scientia cõplectitur, nisi quæ ad aliquã pertinet disciplinam.

Tertium, non esse vitam cum ratione vlli nisi animæ: quia Deus sine ratione vita est, cũ apud eũ sit summa vita summáque ratio. Quartũ, quod intelligitur, eiusmodi est semper: cũ intelligatur & animus, qui vtique non eiusmodi est semper.

Quintũ, animũ propterea non posse ab æterna ratione separari, quia non ei localiter iũgitur. De hoc se excusat, quia nondum erat sacris literis eruditus: in quibus scribitur, quod peccata nostra separant inter nos & Deum. Vnde hæ res separari etiam possunt, quæ incorporaliter coniunguntur.

Sextũ, animam si caret corpore, nõ esse in hoc mundo: cũ animæ mortuorũ esse possunt in hoc mundo. Reducit tamen ad sanum intellectũ: quia carere corpore, in bono posuit: intelligẽs nomine corporis, corporeas pestes, qđ tamẽ verbo insolẽter se asserit vsum. Septimũ, à summa essentia specie corpori per animã tribui, qua est in quãtũcunq; est. Per animã ergo corpus subsistit, & eo ipso est quo anima siue vniuersaliter vt mundus: siue particulariter vt vnũquodque animal intra mundũ. Hoc totũ dicit temerè dictũ esse. Incipit, Si alicubi esse disciplina, nec esse nisi in eo qđ viuit potest, Finitur: Quapropter secũdum partes molis à se distantes, & ipse à se distare cõuincitur.

Lib. de duabus animabus scriptus contra Manichæos asserẽtes esse duas animas in quolibet corpore, vnam bonã, & alterã malã: de hoc libr. facit mentionẽ Libr. j. retractationũ. cap. xiiij. De quo nihil retractat: sed tamẽ x. puncta declarat. Primũ qđ dixit nullã esse vitam in quantũ vita, quæ nõ ad summũ vitæ fontẽ principiúmq; pertineat. Quod dictũ debet sic intelligi, quod creatura ad creatorẽ refertur: nõ tanquã de illo vt pars eius, sed ab illo vt opus eius. Secundũ quod dixit nõ nisi in volũtate esse peccatũ. Quod verbũ assumpserũt Pellagiani pro fomẽto sui erroris, dicẽtes in paruulis nullũ esse peccatũ, qui nondũ arbitrio volũtatis vtũtur. Sed Augustinus dupliciter soluit. Primo, quia peccatũ originale primorũ parẽtum volũtate cõmissum est in diuini trãsgresiõe p̃cepti. Secundo q̃a illud dixit de eo qđ est tantũmodo peccatũ & nõ peccatũ cum pœna peccati. Vnde nõ cõtrariatur Apostolo dicenti: Quod nolo hoc facio: qđ intelligitur de carnis cõcupiscentia, quæ est reatus originalis peccati & pœna, q̃uis peccatũ quo cõsentitur cõcupiscentiæ, nõ nisi voluntate cõmittitur. Vnde alio loco dixit, Nonnisi volũtate peccatur. Tertio quãdo definiens voluntatẽ, dixit eã esse animi motũ cogẽte nullo ad aliquid vel non admittendũ vel adipiscẽdũ. Hoc dixit, vt nolens à nolente distingatur: & propter

A peccatum primorum parentũ, quod nullo cogẽte cõmissum est, etsi ignorabãt esse peccatũ. Et per consequens nõ voluntate cõmissum dicit, qđ fuit voluntas facti, licet non fuerit voluntas peccatũ. Quod factũ, q̃a fieri nõ debuit, ideo peccatũ fuit. *Diffusius hæc & ideo clarius apud Aug.* Propter hoc si dicatur peccatũ ignorãtiæ à nolẽte cõmitti: dicit, quod licet nesciẽter peccauerit, volens tamẽ, quod peccatum est cõmisit. Et si dicatur de eo qui sciens peccat, sed nõ potest cogenti ad peccatũ sine peccato resistere, respondet, quod volens peccat, quia qui potest resistere non cogitur cedere. Et si dicatur de eo qui nullatenus bona voluntate resistere potest cogenti cupiditati quin contra iustitiam agat, respondet illud sic esse peccatum quod etiã est pœna peccati. Quartũ, q̃do definiuit peccatum, dicens, quod est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, vnde liberum est abstinere. Dicit hanc esse diffinitionem tantummodo peccati, nõ autem illius peccati, qđ etiam est pœna peccati. Addit autem voluntatẽ non esse ad benefaciendum liberam, nisi per Dei gratiam. Propterea cupiditas, licet impropriè, tamen voluntas vitiosa dici potest. Etiam hinc oritur sine voluntate nullũ esse peccatũ siue in origine, siue in opere. Quintũ, quod dixit cõtra Manichæos disputãdo, Malũ genus animarũ antequã cõiungeretur bono, nullã habuisse voluntatem: & per consequens nec peccatum. Quod dictum non vult posse trahi ad paruulos, in quibus est tantum originale peccatum: quia illud, vt dictum est Adæ volũtate cõmissum est, & per eum intrauit in mũdum. Sextum, quod dixit natura malas animas nullo modo esse: quod interit de natura quæ sine vitio fuit creata. Vnde non contrariatur Apostolo dicenti, Fuimus aliquãdo natura filij iræ. Septimũ, quod dixit, Peccati reum quenquã teneri, quia non fecit quod facere nõ potuit, summæ iniquitatis est & insaniæ. Sed Pellagiani dicunt, Cur paruuli tenentur rei? Respondet, Quia ex eius origine tenentur qui non fecit quod facere potuit. octauum, quod animæ quicquid faciunt, si natura non voluntate faciũt, hoc est si libero motu animi carent, peccatũ earũ tenere nõ possumus. Pro paruulis vt supra respõdet & declarat, quod ex illius origine tenẽtur rei q̃ volũtate peccauerũt. Nonũ, quod dixit, si sunt animæ, quod interim incertum est, corporeis officiis non peccato, sed natura deditæ: Cum certum si non esse tales animas. Tamen hoc propter illos dixit, qui opinãtur angelos malos in suo genere esse bonos &c. ab eis quã tamẽ quæstionẽ nõ ĩ hoc libro: sed super Genes. ad literã diffusè tractauit & soluit. Decimũ, quod dixit corporea diligẽdo peccauimus, q̃a spiritalia diluere, & iustitia iubemur, & natura possumus. Ideo nõ dixit, gratia: sed natura: q̃a tũc nõ cõtra Pellagianos, sed Manichæos agebat, credẽs & intelligẽs qđ natura sanata per gratiã potest, qđ vitiata nõ potest. Quã opinionẽ de gratia contra Pellagiũ innuit se tũc habuisse, orans ad Dominũ p̃ gratia, vt ipsos Manichæos reduceret ad fidẽ veram. Liber incipit, Opitulante Dei misericordia disruptis & derelictis Manichæorum laqueis,

Fiunt

Fiunt, Multò certiora ſunt, quàm quæ ibi vel videbamur diſcere, vel magis credere cogebamur. Alibi verò fiunt ſic. Parci ſibi poſtulat lõgitudo.

Lib. de quantitate animæ, in vrbe Roma iam baptizatus, dum remearet ad Aphricam ſcripſit, & diabolus eſt inter ipſum & Adeodatum filium. In quo quia vnde ſit anima, & qualis, & quanta: Sed quia diligentius de eius quantitate diſputatur, propterea ſic intitulatur, vt dicit Lib. j. retractationum, cap. viij. de quo duo dicta declarat. Primum, eſt quòd dixit omnes artes animam ſecum attuliſſe videri: nec aliud quidquam eſſe id quod dicitur diſcere, quàm reminiſci. Quod quidem non debet intelligi eum credidiſſe animã humanam in alio corpore vel alibi ante vixiſſe, in aliá que vita didiciſſe: ſed quia intelligibilibus & immutabilibus rebus, connectitur, vnde vel extra ſe in rebus, vel in ſe videns veritatem, interrogata reſpondet. Nec omnes artes ſeccum attulit, ſed quia omni capax eſt intelligentiæ cauſa. Ideo illud dictum non abſolute, vt ſcrip ſit, eſt ſumendum. Secundum quòd dixit, Nihil aliud agerem quàm redderer mihi cui me maximè debeo: dicere debuit, Deo: ſed quodam ordine prius homo reddet ad ſe, poſtea attollitur ad Deum, ſicut iunior filius reuerſus eſt ad ſeipſum, poſtea iuit ad patrem. Vnde quod dixit, cui me maximè debeo: ad homines retulit: quia ſibi magis, quàm hominibus cæteris ſe debet, quanuis Deo magis quàm ſibi. Liber iſte incipit, Quoniam video te abundare otio, quæſo vt mihi reſpõdeas. Finitur, Deinceps à tã magnis rebus inueſtigãdis, nõ modo tẽpus propter tuas occupationes, ſed etiã meipſum oportuniorẽ obſeruabo.

Lib. de ſpiritu & anima probatur nõ eſſe Augustini: tamẽ ſibi cõmuniter appropriatur. Qua de cauſa eũ allegaui, & aduerti in pluribus eadẽ verba alibi eũ dixiſſe, & ex ſentẽtiis eius, vt in pluribus agnoui eſſe cõtextũ. Incipit. Quoniã dictũ eſt mihi vt memetipſum cognoſcam. Finitur. Quod quidẽ in tantũ ſubſtantiali eſſe, vt quicquid ſupra illud eſt, aliud non ſit quàm ratio.

Libro de arbore interdicta, ſunt duo ſermões, quos infra deſcribã: Et etiam tractatũ de auaritia.

B

Liber de baptiſmo paruulorum, intitulatur de peccatorũ meritis & remiſsione & baptiſmo paruulorũ ad Marcellinũ, de quo loquitur Lib. ij. retractationũ. cap. xxxiij. in quo cõtra Pellagianos principaliter loquitur. In tres libros partitur, de quo declarat tãtũmodo quòd in ſecũdo libro dixerat, Deus, inquit, in fine quibuſdã largietur, vt mortẽ repẽtina cõmutatione nõ ſentiãt: quòd debet, vt dicit, ſic intelligi, quia de iſta vita mortẽ, & de morte in æternã vitã celerrima cõmutatione tanquã in nictu oculi trãſeũdo, mortẽ nõ ſentient nõ quotidiani in allegãdo capitula: quia celeriter perlegi, & ſine capitulis reperi. Incipit. Quãuis in mediis & magnis curarũ æſtibus atq; tædiorũ, quę nos detinẽt. Finitur: Liber prolixus eſt natus, vtinã tam perfectus ſit, quàm tãdẽ aliquãdo finitus.

Liber de vnico baptiſmo ſcriptus eſt ad Con- A ſtantinũ cõtra Petilianũ Donatiſtã, vt patet lib. ij. retractationũ. cap. xxxiiij. De quo libro emendat quòd dixit Cõſtãtinũ ĩperatorẽ Donatiſtis criminãtibus Felicẽ quẽdã ordinatorẽ Ceciliani accuſatiõis locũ dediſſe, licet ſciret eos criminibus falſis calũniari. Hoc poſt modũ Auguſtinus in geſtis aliter reperit: quia à Procõſule ille imperator ipſam cauſam fecit inquiri. Vbi patet diligẽtia Auguſtini nolẽtis hoc omittere. Indiſtinctè allegaui vt reperi. Liber incipit. Reſpõdere diuerſa ſentiẽtibus, & à regula veritatis errãtibus Conſtantine ſuper ſæpiſsime cogimur. Finitur: Quibus detinetur baptiſmi ſacramentum.

Liber de baptiſmo contra Donatiſtas, in vij. libros diſtinguitur partiales: quibus, vt dicit lib. ij. retractationũ. cap. xviij. cõtra ipſos hæreticos baB ptiſmũ iterãtes & authoritate Cypriani ſe deffendẽtes eorũ deſtruũtur errores. In quibus libris frequẽter nominat Eccleſiã nõ habẽtẽ maculã aut rugã, quòd quidẽ de præſenti Eccleſia aſſerit nõ intelligi, quòd ita ſit, ſed credi quod præparatur, vt in alia vita ſic ſit. In iiij. lib. vbi dixit vicẽ baptiſmi habere ſanguinis effuſionẽ ſeu paſsionẽ. Dicit ſe nõ poſuiſſe ſufficiens exẽplũ de Latrone: quia incertũ eſt vtrũ extiterit baptizatus. In vij. lib. inducẽs illud Apoſtoli, Quòd in domo regia ſunt vaſa aurea & lignea atq; fictilia, ibi imitatus Cyprianũ, dixit ad vaſa lignea & fictilia illud referri, q̃a alia ſunt in cõtumeliã: hoc nõ approbat: q̃a melius ſentit cu Tychoniũ in vtriſq; intelligi poſſe quædã in honorẽ, quędã in contumeliã. Lib. incipit: In eis libris quos aduerſus epiſtolam ParmeC niani. Finitur: Qui autem ab vnitate non receſſẽrũt, gaudemus, quia cum eis ædificamur in petra.

Lib. de beata vita, ẽ quædã diſputatio qua quęritur vbi ſit beata vita: & cõcluditur quod in cognitiõe Dei. Scripſit eũ dũ adhuc catechumenꝰ eſſet. Et vt dicit li. j. retrac. c. ij. liber interruptus ẽ, nec apud aliquẽ integrũ repitur. De quo tria emẽdat. Primũ eſt, quod pluſquã debuit laudauit quẽdã Theodorũ cui iſtũ miſit librũ. Secũdũ eſt, quia ſæpius nominauerit fortunã. Tertiũ eſt, qđ dixit qđ tẽpore vitæ huius in ſolo animo ſapientis beatã habitare vitã qũolibet ſe habeat corpꝰ eius: cũ hoc nõ hîc, ſed ĩ futuro ſit: vbi corruptibile hoc induet incorruptionẽ. Lib. incipit. Si ad PhiloſoD phię portũ. Finit: facto diſputatiõis fine diſceſsimꝰ.

Lib. de blaſphemia in Spiritũ ſanctum, eſt per modũ ſermõis ſeu hom. ſuper illud verbũ. Si quis dixerit verbũ in Spiritũ ſanctũ, nõ dimittitur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro: non adnumerat eum in lib. retractat. quia potius eſt ſermo licet magnus: & etiam adnumeratur in ſermonibus de verb. Domin. Lib. j. ſer. xj. Incipit. Magna quæſtio eſt de Euangelica lectione propoſita. Cuius libri meminit in Enchirid. cap. lxxxiij.

Lib. de natura boni, ab aliquibus intitulatur de ſummo bono. Sed libro ij. retractatio. cap. ix. librum de natura boni vocat: quem ſcripſit contra Manichæos, oſtendens Deum ſummum bonum & incommutabilẽ, & cæteras naturas eſſe bonas: & quid, vel vnde malum: & quod vel poſitiuè dicat.

dicat. Liber incipit: Summum bonum, quo superius non est, Deus est. Finit, Cœlestem vitam æternam præparauit.

C

Libro de cantico nouo, est sermo quidam siue tractatus, qui incipit: Omnis qui baptismũ Christi desiderat, vitam nouam concupiscit.

Libro de quatuor virtutibus charitatis, simili modo est sermo siue tractatus, qui incipit: Desiderium charitatis nostræ à nobis exigit debitum sermonis officium.

Libro de laudibus charitatis, est sermo quidam & quodammodo paruus, qui incipit: Diuinarum scripturarum abundantia multiplicémque doctrinam.

Libro de catechismo, sermones sunt, & fertur quod sint plures: sed non vidi sub hoc titulo nisi duos, quorum primus incipit: vos fratres qui iã eruditi estis. Secundus verò incipit: Quoniam in proximo est dies redemptionis nostræ. Fortè alios sub alio titulo vidi, ideo sciens eos inter sermones poterit reperire.

Libro de catechizandis rudibus, id est, docendis in fide nouellis, quem nominat libro secũdo retractationum, capite decimo quarto. De quo tantummodo vnum emendat verbum, vbi dixit quod angelus qui cum satellitibus suis deseruit obedientiam Dei, & diabolus factus est, conuenientius diceretur spiritus quam angelus. Liber incipit: Petisti me frater Deogratias vt aliquid de catechizandis rudibus, quod tibi vsui esset scriberem. Finitur. Non permittat tentari seruos suos plusquam possint sustinere.

Liber de ciuitate Dei in xxij. libros diuiditur partiales. Ideo magnus & famosus, quia vniuersalior & vtilior inter omnes. Causam scribẽdi dictum librum ponit. Libro secundo retractationum, cap. quadragesimo tertio. Vbi narrat quod eo tẽpore quo sub rege Alarico à Gothis Roma fuit capta & incensa, idololatræ hoc ascribebant Christianæ religioni, quia cultus suorum Deorum erat abolitus. Vnde blasphemabant Christi nomen & fidẽ. Propterea ipse Augustinus exardescens zelo Dei, hos libros edidit contra dictos blasphemos, eorúmque errores. Quorũ quinque primi refellunt eos, qui res humanas ex cultu multorum Deorum prosperari dicunt, & ob hoc necessarium: & quia cultus talis deseritur, ideo mala ista quotidie plus abundant. Sequentes quinque aduersus eos loquuntur, qui talia mala nec defuisse nec defutura esse dicunt, licet per loca & tẽpora partésque varietur. Sed & sacrificari diis propter vitam post mortem futurã. Vnde heæ duæ opiniones Christianę fidei inimicas, in primis decẽ libris refelluntur. In reliquis duodecim asseruntur pertinentia ad nostram fidẽ atque religionem. Quorum primi quatuor cõtinent exordia duarum ciuitatum, quarum vna Dei, altera mũdi. Secũdi quatuor excursum earum siue progressum. Tertij quatuor debitos fines ipsarum. Denominantur autem à digniore, quia de ciuitate Dei. De quibus retractat duo

A tantum. Primum est in libr. x. cap. viij. Dicens quod non debuit pro miraculo poni in Abrahæ sacrificio flammam cœlicam factam inter diuisas victimas currisse: quia hoc illi in visione mõstratum est. Secundum est in lib. xvij. capit. v. vbi dixit de Samuële quod non erat de filiis Aaron. Dicendum potius fuit, Non erat filius sacerdotis: quia in filiis Aaron reperitur pater Samuëlis, sed sacerdos non fuit, nec ita in filiis, vt eũ genuerit Aaron, sed sicut omnes illius populi dicũtur filij Israel, non immediatè geniti, sed ab eo successione progressi. libr. incipit, Gloriosissimã ciuitatẽ Dei dicimus, sum in hoc temporum cursu. Finitur, Regnum illius cuius nullus est finis. Videor mihi debitum huius ingentis operis adiuuante Domino reddidisse: Quibus parum, vel B quibus nimium est, mihi ignoscant: quibus autem satis est, non mihi, sed Deo mecum gratias gratulantes agant.

Libro de non cogitando in crastinum, est quidam tractatus siue sermo, qui incipit: Cultores Dei milites Christi, nullis oportere solicitudinibus agitari.

Libro de concordia fratrum, similiter est tractatus quidã siue sermo qui incipit: Dies isti sancti quos agimus. Est in lib. 50. Homil. homil. xlj.

Liber de cognitione veræ vitæ satis magnus, nec in lib. retractationum recensetur. Sed eius rubrica est. Lib. beati Augustini de cognitione veræ vitæ, quam fecit fratribus heremitis de monte Pisano ipso existente fratre, anno ætatis suæ xxxj. ab anno Domini ccccix. Est per dialogi C modum. Nam fratres illum interrogant & ipse respondet. Continet ca. xl. incipit: Sapientia Dei quæ os muti aperuit, & rudibili animali humana verba formare tribuit. Finit sic. Pater & filius per eum peccata consumunt, vt sic perueniamus ad vitam æternam.

Liber cõfes. vt dicit. li. ij. retractationũ, c. vj. in xiij. diuiditur partiales. A primo vsque ad decimum, de suis malis & bonis loquitur, in cunctis Domini laudans iustum & bonum. Ab vndecimo vsque ad finem pertractat scripturam ab eo quod scriptum est, In principio creauit Deus cœlum & terram, vsque ad sabbati requiem: vbi de tempore & materia prima subtilissimè loquitur. Inter omnes libros iste deuotior est, & excitat in Deum humanum intellectum & affectũ. Duo D tamen emendat. Primum est, in quarto libro quod dixit de amici sui morte. Anima, inquit nostra facta fuerat ex duabus vna: & ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaueram. Ineptia quædam fuit, licet temperauerit eam, quia addidit, fortè. Imitatus hîc est Horatium. Libro primo carminum, oda. iij. Reddas & incolumen precor, & serues animæ dimidium meæ. Secundo emendat quod in xiij. dixit, Firmamentum, inquit, inter spirituales est aquas superiores, non corporales inferiores. Hoc vt dicit, nõ satis cõsideratè dictũ est: quia res valde in abditò est: lib. incipit: Magnus es Domine, & laudabilis valde. Finit. Ex quo omnia, per que

omnia, in quo omnia, ipsi gloria in sæcula sęculorum: Amen.

Lib. de conflictu vitiorum non annumeratur in lib. retractationum. Et nonnulli appropriant Ambrosio, quia in fine apud quosdam quoddam exemplum ponitur, in quo Mediolanum nominatur. Aliqui ascribunt Gregorio. Vnde quidam habent in eius principio laudes Gregorij. Sed bene consideranti nec Ambrosij, nec Gregorij habet stilum: quorum doctorum quilibet vniformiter seruat loquendi modum: Vnde communius & puto verius Augustini dicitur. In quo tẽtationes vitiorum præmittit per verba sicut mentes aggrediũtur sine voce: & addit oppositæ virtutes resposiuã. Incipit sic: Apostolica vox clamat. Finitur, Sic communiter Adhuc magis stupenda narranti fidem præbeto.

Lib. de bono coniugali contra Iouinianũ scriptus est vt asserit, lib. ij. retractationum, cap. xxij. Quia Iouinianus cõtra statũ virginitatis tam eloquenter, licet non veraciter, prædicabat, vt plures virgines mulieres & viros inclinaret ad lapsum, de sancto proposito castitatis. Qui inter cętera dicebat sibi à quoquam responderi non posse sine vituperatione coniugij. Propterea Augustinus hunc librum de bono coniugali edidit de quo tria emendat. Primum est, quia quæstionem de carnali concubitu non plenè discusit atque soluit, sed postea alibi fecit, vt patet, lib. de ciuitate Dei. Secũdum est quod dixit, quia concubitus temperantia refrænante libido esse non potest. Quod ideo dixit, quia libido nõ est bonus & rectus vsus. Sicut enim malum est malè vti bonis: ita bonum bene vti malis. Tertiũ est, quod de Abraham dixit. Ex hac, inquit obedientia, pater ille Abraham, qui sine vxore non fuit, esse sine vnico filio & à se occiso paratus fuit: Non approbat hoc, quia mox resuscitatione reddendum sibi filium credidit, sicut ad Hebræos Apostolus dicit. Lib. iste incipit. Quoniam vnusquisque homo humani generis pars est. Finitur. Coniuges propter Christum patres fuerunt.

Lib. de consensu quatuor Euangelistarum suo nomine indicat substantiam. Nam concordando Euangelistas probat in nullo eos abinuicem dissentire. Hic cõtinet quatuor partiales libros: quorum primus, vt dicit lib. ij. retractationum. cap. xvj. contra eos est qui negant Euangelio esse credendum, pro eo quod non à Christo, sed à discipulis est scriptum. De quo primo libro retract. quod dixit Gentem Hebræorum ab Abraham cœpisse: quia cœpit ab Hebræis. Vnde non Abrahæi ab Abraham, sed Hebræi ab Hebræis melius deriuatur. De tertio verò libro duo emendat. Primũ est, vbi dixit Ioseph virũ Mariæ duos habuisse patres: vnum à quo genitus, alterum à quo adoptatus: Debuit dicere, cui adoptatus. Secũdũ est, qđ dixit Lucã ascẽdisse ad Dauid per Nathan, per quem Prophetam Dominus illius expiauit peccatum. Hoc quidem non sapit veritatem: quia licet Nathan dicatur, non fuit tamen ille, sed Propheta eiusdem nominis. Incipit inter

A Diuinas authoritates quæ sanctis literis cõtinentur Euangelium merito excellit, Finitur, Qui Euangelistam longe cæteris alterius commendat apud discipulos pedes lauat.

Lib. de consonantia Euãgelistarum Matthæi & Lucæ in generationibus Christi per modũ sermonis est: & inter sermones, licet sit magnus, adnumeratur. Concordantur enim prolixo tractatu Matthæus, qui genealogiã Christi descripsit per generationes ascendendo, & Lucas qui ascẽdendo: sed hic ad Dauid per Nathan ascendit, & ille per Salomonem descendit. Incipit, Expectationem charitatis nostræ ipse impleat, qui excitauit. Finitur, Et quod intelligitis cum charitate tene...

Lib. de consolatione mortuorum per modum sermonum scribitur: & continet duos sermones principales: licet de eadem materia alios sermones viderim vt infra dicam. Hic incipit primus: B Præbete silentium fratres, ne vos prætereat sermo vtilis & in tempore necessarius. Finitur, Gratias Deo qui nobis contra mortem victoriã dedit. Secundus incipit: Superiori quidem libello perstrinximus breuiter. Finitur, Sicut Domino visum est, ita factũ est: sit nomẽ Domini benedictũ.

Lib. de contẽplatione Christi paruus est & deuotus quod Bernardus in suo inseruit detrũcatè. incipit. Quoniam in medio laquæorum positi sumus. Finitur, Nõ cessant mihi dicere vt amem te Deum meum.

Lib. de contẽptu mundi ad modum sermonis est. Incipit, Audite fratres charissimi salutiferam patri vestri doctrinam.

Lib. de cõtinẽtia, satis magnus est, nec nominat C eum in libro retractationum, tamen suus est. Et incipit, De virtute animi quæ continentia nominatur. Finitur, Id nobiscum salubriter agitur, vt qui gloriatur in Domino glorietur.

Lib. de correptione Donatistarum ad Bonifacium comitem, scriptus in eos qui nolebant Donatistas legibus imperialibus corrigi, vt dicit lib. ij. retractationum, ca. xlviij. incipit: Laudo & gratulor & admiror fili delectissime Bonifaci. Finitur, Saluandósque commendat.

Lib. de decem chordis, hoc est decẽ præceptis sermo est licet magnus. Incipit, Dominus & Deus noster misericors & longanimis.

Lib. de correptione & gratia, est vltimus quẽ nominat in lib. retractationum. Scripsit eum ad D Valẽtinum & alios monachos: Adrumentinos, contra errorem Pellagij. Ea de causa maximè titulum sortitus est, quia quidam eorum dixerat neminem corripiendum, si Dei præcepta non facit: sed solum vt faciat, pro eo orandum. Incipit, Lectis literis vestris Valẽtine frater dilectissime, & qui simul seruitis Deo. Finitur, Quoniam charitas nec facit peccatum, & cooperit multitudinem peccatorum.

Lib. de vtilitate credendi, vt ipse dicit, lib. j. retractationum, cap. xiiij. scriptus fuit ad reuocãdũ quendam. Honoratum nomine suum amicum adhuc Manichæum, qui multa quæ credimus deridebat

ridebat. Vnde vtile & necessariũ probat credere: propterea lib. sic vocatur. De quo vij. emendando supplet. Primum est, quod illud exponens, Litera occidit, spiritus autem viuificat: quamuis bene dixerit, melius tamẽ post modum in lib. de spiritu & litera pertractauit. Secundum est, quod dixit beatissimos qui iam inuenerunt veritatem supplet quod hoc debet intelligi in pratria & non in via. Tertium, quod dixit, scire magna honesta & Diuina erat beatissimum: Dicit debere intelligi modo simili. Quartum est, quando dixit: Quod scimus, credimus rationi & quod credimus authoritati. Supplet dicens quod credimus multa per testes, & parcimus multa per sensus. Quintũ est, quod dixit omnes homines stultos esse, aut sapientes: addit debere intelligi in eis, qui vti possunt libero arbitrio. Sextũ est, quando dixit quod miracula non fiũt nunc tanta & omnimoda. Non debet intelligi quod nullo modo fiant. Septimum est in fine libri quod dixit, nondum se Manichæos cœpisse refellere. Debet intelligi in hoc libro: quia iam alibi contra eos scripserat. Lib. incipit, Si mihi Honorate, vnum atque idem videretur esse hæreticus & credens, hæreticus homo. Finitur, Placatiore autem animo tuo facto, ero fortasis in cęteris promptior.

Lib. de cura pro mortuis agẽda, nominatur ab eo lib. ij. retractationum cap. lxiij. pertractat vtrũ prosit defuncto sepeliri apud memoriam id est basilicam alicuius sancti, & de apparitionibus mortuorum & vtrum sciant facta viuorum similiter differit, Sine capillis eum reperi, & indistinctum. Incipit, Diu sanctitati tuæ corpore venerãde Pauline rescriptor debitor fui. Finitur, Profecto interrogationi tuæ mea respõsio defuisset.

Lib. cur quando & quomodo Deus homo, nõ annumeratur in lib. retractationum. De ipsa est materia qua intitulatur, & de quo Anselmus sumpsit materiam & nomen sui libri, sed diffusius & diuerso stylo. Hic lib. paruus est, decem capitula tantũ continens. Incipit, Sancti spiritus adiuuante gratia tractaturi, Cur, quando & quomodo Deus voluit fieri homo. Finitur, Sed ad illas regales nuptias nos tandem admittat, qui modo ad eas indifferenter omnes inuitat.

D

Lib. de dilectionis substãtia est paruus ad modum vnius sermonis. Incipit, Quotidianum de dilectione sermonẽ seruimus. Finitur, Supremus cubitus author vniuersorũ qui viuit & regnat &c.

Lib. de disciplina Christiana similiter est sermo. Et incipit, Loquutus est ad nos sermo Dei, & prõptus est. Alicubi tamẽ reperiri in principio dicti sermonis addi, Dixi Domino Deus meus es tu.

Lib. de bono disciplinæ similiter est sermo, imo sunt sermones duo. Primus incipit: Multi sunt qui sanæ doctrinę aduersantur: secundus incipit, Inter cætera quibus beatus Dauid.

Lib. de diuinatione dæmonum, recensetur ab eo lib. ij. retractat. cap. xxx. De quo emẽdat quod dixit, dæmones aliquando hominum dispositione

A non solùm voce prolatas, verum etiam cognitione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur. in corpore tota facilitate perdiscere. Hoc quidem occultum est nobis, vt dicit, & per quæ signa sciant, incertum est. Propterea asserit se audacius quam debuit fuisse loquutũ. Incipit, Quodam die in diebus sanctis octauarum, cum mane apud me adessent multi fratres. Finitur, Quantum Dominus adiuuat respondebimus.

Lib. de doctrina Christiana, vtilior quã credatur. Docet enim exponere & docere sacrã scripturam, & docet quasi quandam sacram rethoricam. Recensetur ab eo lib. ij. retract. cap. iiij. In quatuor partiales libros diuiditur. In tribus docet quomodo scripturæ intelligãtur: in quarto quomodo intellecta proferantur & doceantur. Et de secundo huius operis libro tãtũ tria corrigit.
B Primum est, quod dixit librum sapientiæ à Iesu Sirach scriptum fuisse, quem tamen scripsit Philo. Secundũ est, quod dixit in xliiij. libris vetus testamentum contineri: Ex consuetudine vetus testamentum appellauit, cum Apostolus propriè non nisi legem datam in monte Sina vetus testamentum appellet. Tertium est, vbi de tẽprum historia sanctum Ambrosiũ soluisse quæstionem: tanquam coetanei fuerint Plato & Hieremias. Hoc emendans dicit se fefellisse memoriam. Nam beatus Ambrosius, vt dicit in lib. de sacramentis siue de Philosophia, aliter dixit. Tamen in lib. de sacramentis, qui nunc habetur, beatus Ambrosius nihil de dicta materia tangit. Librum de Philosophia nõ vidi: sed lib. ij. de Abra
C ham cap. xij. Ambrosius scribit Platonem fuisse in Aegypto, vbi prophetarum dicta potuit audire. Addit etiã quod nullus Philosophus nostros præcessit authores. Si de hoc lib. Ambrosij loquitur Augustin nominans eum de Philosophia, ignoro. Lib. de doctrina Christiana incipit: Sunt quædam præcepta tractandarum scripturarum Finitur, Quantulacunque potui facultate disserui adiuuante Domino, qui viuit & regnat. &c.

Lib. de duodecim gradibus abusionũ debuit scribi primo loco, sed ex titulo non merebatur esse primus. Et etiam dubium est vtrum sit Augustini, quia non nominatur in lib. retractationũ, & aliqui a propriant ipsum Cypriano. Ego tamẽ reperi in antuquo originali intitulatum Augustino. Incipit, Duodecim sunt gradus abusionum,
D primus est &c. Finitur, Ne sine nobis Christus incipiat esse in futuro.

E

Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus per modum symboli regulas fidei comprehendit, quem librũ apropriant Ginandio, & in lib. retract. Augustistini non annumeratur: sed cõmuniter à pluribus dicitur lib. esse Augustini. Incipit, Credimus vnum Deum patrem & filium & spiritum sanctum. Finitur, similitudinem in moribus inuenire.

Lib. de eleemosyna, est ad modum sermonis, quamuis magni. Et aliqui apropriant Cypriano, sed verius Augustini. Incipit, Multa & magna sunt fratres charissimi beneficia Diuina, quibus

nobis &c.Finitur,Purpuream germinabit.

Lib.Enchirid. j.manualis, quia paruus in verbis, sed sententiis copiosus. Vnde in Episcopatu Bononiensi argenteis & aureis literis scriptum reperi. Quod proculdubio,factum est causa dignitatis libri, in quo maximè & completè agitur

Cap.63. quomodo sit colendus Deus. Ipse autem Augustinus lib. ij. retractation. vocat eum librum de fide spe & charitate ad Laurētium.Incipit, Dici non potest dilectissime fili Laurenti quantum tua eruditione delecter. Finitur, De fide spe & charitate conscripsi. In nonnullis verò originalibus finitur sic:Lege,tene,impléque opere, vt legendo simúlque orādo ad sanctæ lectionis intelligentiam merearis peruenire semper inquirens, sempérque cognoscens.

Lib.de essentia Diuinitatis Dei,& inuisibilitate & incommutabilitate Dei, non annumeratur in lib.retract.Et nonnulli ascribūt eum Hieronymo sub titulo de membris Domini: tamen iste & ille licet conueniant in principio, tamen modo procedendi differunt plurimum. Tractat principaliter & probat Deum incorporeum, quamuis inscriptura membra & actus corporis de Deo legantur.Incipit,Omnipotens Deus pater & filius & spiritus sanctus.Finitur,Sicut imago Dei ad naturam pertinet animæ,ita similitudo ad opus refertur iustitiæ.

Lib.de feria quarta,est sermo quidā licet magnus,& de nouiter baptis. loquitur principaliter, Incipit, Cœlesti gratiæ & spirituali pluuiæ præparandus est ager Ecclesiæ.

F

Lib.de fide ad Petrum,non nominatur in lib. retra.tamen eius est,& vtilis.Omnia credenda fidelibus comprehendit. In duas distinguitur partes, vt intuenti patet. Et secunda eo. capitula ab inuicem distincta cōtinet.Incipit,Epistolam fili Petre tuæ charitatis accepi.Finitur,Hoc quoque reuelabit illi Deus.

Lib.de fide & symbolo quē scripsit in Aphricano concilio,nominatur ab eo lib.j.retract.cap. xvij.de quo supplet quod dixit de resurrectione corporum,corpora terrestria in cœlestia mutari quia debet intelligi non corporum substantiam sed eorum corruptionē in incorruptionēmutari. Incipit, Quoniāscriptū est& Apostolicę disciplinæ robustissima authoritate firmatum. Finitur, Corde mundato quod credunt & intelligunt.

Lib.de fide & operibus nominatur ab eo lib. ij.retract.cap.xxxviij.Probat adultos sine operibus non saluari.Deducit qualiterviuere debeāt Christiani.Incipit,Quibusdam videtur indiscretè.Finitur,Facillime redargui posset.

Lib.de fide rerum inuisibilium, non annumeratur in lib. retract. Contra eos est qui arguūt Christianos ea credere quæ probare nō possunt. Incipit,Sūt qui putant Christianā religionē propterea irridendā.Finitur,Cum cœperint in littore separari.

G

Lib.de gratia & libero arbitrio penultimo cap.resensetur in lib.ij.retract.Scriptus est adValentinum & monachos Adrumentinos qui cum eo erant,contra illos qui deffendere putant liberum arbitrium, negantes Dei gratiam, & asserentes ipsam gratiam secundum merita mandari. Incipit,Propter eos qui hominis liberū arbitriū sic prædicant &c.Finitur,Expectantes illam beatam spem & manifestationem Domini,& saluatoris nostri Iesu Christi,cui est honor & gloria &regnum cum patre & spiritu sancto in sæcula sæculorum.

Lib.de gratia noui testamenti,nominatur. lib. ij. retract. cap. xxxvj. vbi dicit librum istum fuisse ad Honoratum,qui quinque sibi quæstiones proposuerat quarum prima fuit de illo verbo Christi in cruce, Deus Deus meus vt quid me derelequisti. Secūda,de verbo Apostoli.In charitate radicati & fundati. Tertia, de decem virginibus,quarum quinque prudentes&c.Quarta de tenebris exterioribus. Quinta de illo verbo Ioannis,Verbum caro factum est, Quibus Augustinus addidit. Sexta de gratia noui testamenti. Vnde est titulus libri,& à qua deducit solutiones aliarum. Incipit, Quinque proposuisti pertractandas quæstiones atque soluendas. Finitur, Qui aliud quam æternum lumen magistrum nos habere testamur?

H

Lib.de triplici habitaculo,est sermo siue tractatus quidem magnus & vtilis ac speculatiuus. Tractat de inferno & mundo & Paradiso:vbi de gloria beatorū multa subtilia ponit.Incipit,Tria sunt sub omnipotentis manu habitacula: primum, imum & medium.

Li.de hæresibus,ad Quouultdeum diaconum scriptus fuit:in quo hæreses nonaginta numerātur, & vna describuntur earum deriuationes: in cuius fine dicit,se scripturum opus maius quo omnes hæreses conuincantur. Qui liber non habetur,& incertum est vtrum fecerit.Hunc librū post librum retractat.edidit,vt patet in quadam epistola quam præmittit. Incipit epistola,Domino synceriter dilectissimo fratri. Lib. verò incipit, Quod petis sæpissimè atque instantissimè sancte fili Quouultdee. Finitur,Me orationibus adiuuetis.

Lib. Homiliarum 50.continet tot sermones siue homilias numero.nam homilia,idē est quod sermo. Allegaui eum frequenter.Incipit,à prima homil. sic: Vocans genus humanū spiritus Dei. Huius libri homilias circa finem describam.

I

Lib. de ieiunio diei sabbati,non nominatur in lib.retractationum.Et aliqui ponunt eum inter epistolas,quod mihi melius videtur, licet sit competenter magnus. Videtur esse scriptus contra quendam asserentem die sabbati ieiunare esse peccatum.Incipit,Dilectissimo & desideratissimo fratri & cōpresbytero Casulano Augustinus in Domino salutē. Nescio vnde sit factū vt primis tuis literis meas non redderem.

Lib.de igne purgatorij,est sermo de illo verbo Apo

Apostoli, Fundamẽtum autem nemo aliud potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus &c. Vtilis est sermo: in quo de peccatis distinguendo, dicit quæ peccata illo igne purgantur. Falso etiam iste sermo appropriatur ab aliquibus Cæsareo. Incipit, In lectione Apostolica quæ nobis paulo ante recitata est.

Lib. de Incarnatione verbi non annumeratur in libro retract. Et in aliquibus originalibus intitulatur, de Deitate & incarnatione verbi ad Ianuariũ: Ac alicubi in duos distinguitur partiales libros: Alicubi verò vnicus est. De ipsa est materia quæ vocatur. Incipit, Spes eorũ quæ per prædicationem Apostolicam manifeste traduntur. Finitur, Si quis sane melius aliquid potuerit inuenire, & euidentioribus de scripturis sanctis assertionibus confirmare quæ dicit: illa possumus quam hæc reperiantur. Reperi postmodum hũc librum non fuisse Augustini sed quandam abreuiationem libri cuiusdam Origenis, quamuis historiale speculum intitulet Augustino.

Lib. de vera innocentia, intitulatur etiam de sententiis Prosperi. Puto eum non fuisse Augustini, sed propositiones sumptas de diuersis libris Augustini à Prospero, tanquam flores quosdam & sic vocatur causa principij, quod est, Illa est vera innocentia, quæ nec sibi nec alteri nocet. Continet propositiones siue prosas ccc lxxxviij. Vltimum eius verbum est: Memor autem eris si teipsum respexeris.

Lib. hypognosticon, contra Pellagianos est. Partes habet sex, velut paruos partiales libros sub vocabulo responsionum: quia præsupponit sex errores siue errorum propositiones, contra quas loquitur. Non annumeratur in libro retractationum: vtilis tamen est contra dictam hæresim, & subtilis ac difficilis, & theologus valde, qui sic incipit: Aduersarij catholicæ fidei. Finitur, Qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis.

Lib. de inquisitionibus Ianuarij. Lib. ij. retract. cap. xx. recensetur. In aliquibus originalibus intitulatur de consuetudinibus Ecclesiæ. In duos libros partiales diuiditur. Multa de sacramentis scribit. In ij. rationem mutationis Paschæ & aliorum festorum mobilium diffusè ponit. De quo secũdo lib. dicit nõ sibi placere quod dixit de mãna, quod sapiebat secundũ cuiusque voluntatem: quia si hoc fuisset non alia cibaria voluissent, nec propterea cõtra Deum murmurassent: Quamuis in lib. sapientiæ hoc dicatur, dicit tamen eum librum à Iudæis non recipi in authoritatem. Incipit, Ad ea quæ me interrogasti. Finitur, Quoniã noui eandem charitatem tuam quæ non æmulatur, hãc epistolam multis daturã atque lecturã.

Libr. de perfectione iustitiæ hominis, non annumeratur in lib. retract. Scribitur Episcopis Eutropio & Paulo contra Pellagium & Celestium, qui negabant, & probare rationibus, licet sophisticis, nitebantur, nullum hominem peccare si nollet, & iustos esse omnes si vellent. Incipit, Sanctis fratribus & coepiscopis Eutropio & Paulo Augustinus. Charitas vestra, quæ in vobis

A est tanta & tam sancta, vt etiam iubenti me seruire delectet. Finitur, Anathematizandum non dubito.

L

Lib. de libero arbitrio, recensetur lib. j. retractatio. ca. ix. Et in tres diuiditur partiales libros. Scripsit dialogico modo, more disputatiuo. In qbus quæritur vnde sit malũ, & cõcluditur quod à libero arbitrio: propterea sic intitulãtur. Cõtra Manichæos principaliter est, qui asserebant Deum authorem esse mali. Contra Pellagianos non sic loquitur expresè. De quibus libris, vt suprà lib. retract. longam agit historiam, nihil retractando, sed solùm quia Pellagius pro suo errore allegauit hunc librum. Ideo primo narrat quæ sparsim pro libero arbitrio dixit: secundo, quæ B modo simili pro gratia Dei asseruit contra Pellagianam hæresim, quamuis nondum esset. Quæ hîc ponere quoquomodo credidi non fore necesse, pro hac quotatione materiâque librorum. Lib. incipit, Dic mihi quæso te, vtrum Deus non sit author mali. Finitur, ac disputatione quiescere aliquando compellit.

Lib. loquutionum in septem libros diuiditur partiales. Nam à principio Gen. vsque ad librum Iudicum inclusiuè, exponit quosdam modos inusitatos loquendi in prædictis libris scripturæ sacræ. Ideo in tot diuiditur, & tali nomine appellatur, vt ipse dicit lib. ij. retract. cap. liij. De quibus libris retractat solum vnum, quod dixit lib. j. loquutionũ de Gen. Fecit, inquit, Noe omnia verba quæ præcepit illi Deus: eandémque loquutio- C tionem dixit similem esse ei quæ habetur in cõditione creaturarum qua dicitur. Et fecit Deus. Nõ enim omnimodo simile hoc illi sibi videtur: quia ibi sensus latet, hic sola loquutio est. Lib. incipit, loquutiones scripturarum. Et Finitur, Et palpabo columnas super quas domus confirmata est super eas.

M

Lib. de magistro, recensetur lib. j. retract. cap. xj. Nihil ex eo corrigit. Scriptus est per modum dialogi Augustini cum Adeodato: in quo disputatur & quæritur & inuenitur, non esse magistrũ qui doceat hominem scientiam, nisi Deum. huius libri causa Adeodati meminit Augustinus lib. ix. confesion. cap. vj. commendans in hoc eius ingenium. Hic lib. incipit, Quid tibi videmur effi- D cere velle cum loquimur. Finitur, vt tuis verbis asserebatur.

Lib. de mendacio, recẽsetur ab eo lib. j. retra. cap. vlt. Et vt ipse ibidem dicit. lib. est vtilis, sed obscurus. Incipit, Magna quęstio est de mẽdacio. Finitur, Facit etiam exitum vt posis sustinere.

Lib. contra mendacium, qui vt dicit in præallegato loco, supplet defectum præcedentis libri. Propterea post illũ hîc posui. Nominatur ab eo lib. ij. retract. cap. lx. Qui liber sic vocatur, quia Priscilianistæ hæretici mendacio suaui hæresim occultabant, ad quos capiendos quidam catholici etiam mentiri & fingere se de ipsorum secta, vt eos de latebris educerent, licitum esse dicebãt.

Quam opinionem hîc Augustinus impugnãs librum contra mendacium nũcupauit, qui incipit, Multa mihi legenda misisti. Finitur sic, Terminum quem loco fiximus veniremus.

Lib. meditationũ, deuotus lib. est, vt titulus indicat. Alicubi dicitur secundus lib. soliloquiorum ad Deũ. De quo Bernardus & Anselmus multa in suos etiã quo ad literã transtulerunt. Satis est magnus. & xxxix. c. distincta continet: & de pœnis inferni diffusè pertractat. De quo in lib. retr. nulla fit mentio. Incipit, Eia nunc homuncio fuge paululum occupationes tuas.

Lib. de mirabilibus sacræ scripturæ, in duos diuiditur partiales. Titulus indicat materiam. Nã à principio sacræ scripturæ vsque ad finem, quo ad vtrunque testamẽtũ, omnia miracula vel mirabilia scripta percurrit, probãs in singulis nihil contra naturam factum esse. Hic lib. quanquam magnus, tamen in libro retract. nõ annumeratur. Incipit, Omnium mirabiliũ principale. Alicubi aliter incipit. Cui præmittitur epist. quæ incipit, Venerãdissimis vrbiũ & monasteriorũ Episcopis & presbyteris, maximè Carthaginensi. Augustinus per cuncta subiectus, optabilem in Christo salutem. Beatissimi dum adhuc viueret mei patris Eusebius &c. Liber verò incipit, Cum omnipotentis Dei auxilio de mirabilibus rerum. Finitur, Et cæteri exemplo castigentur.

Lib. de opere monachorum nominatur ab eo lib. ij. retract. c. xxj. qui, vt dicit, scriptus est cõtra quosdam monachos crinitos extra morem aliorum, & otiosos à corporali labore, dicentes se esse velut volatilia cœli, & lilia agri: & sine labore de aliorum eleemosynis debere viuere. Incipit, Iussioni tuæ, sancte frater Aureli. Finitur, Si autem aliquid retrahendum vel emendandum videtur, rescriptis tuæ beatitudinis nouerim. De moribus Ecclesiæ, & Manichæorum, sunt duo libri, vt dicit lib. j. retract. c. vij. Scripsit eos Romæ dum remearet ad Aphricam. In quibus libris maximè agit contra Manichæos, quia fallaci continentia & abstinentia se præferebant verissimis Christianis. De lib. j. qui est de moribus Ecclesiæ catholicæ. vj. emendat. Primũ est, quia volens testimoniũ de Psal. inducere dixit, propter te afficimur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Debuit dicere, Propter te morte afficimur vel mortificamur. Tamen in hoc, vt ait, mendositas codicis fefellit eum, qui erat etiam nouellus in fide Christiana & scriptura sacra. Secũdũ, vbi dixit, Sobrietatem sapientia docet, & iustitiã & virtutẽ. Simili modo fuit deceptus à codice mendoso, quia dicere debuit. Sobrietatem & sapiẽtiã docet &c. sicut habetur sap. viij. Tertium est, quod dixit. Vanitas vani tãtũ, dixit Ecclesiastes: melius dixisset, vanitas vanitatum: cuius causa simili modo codex fuit. Quartũ est, quod dixit, Ipsum quem cognoscere volumus, hoc est, Deũ prius plena charitate diligamus: Melius, dicit, fuisset dicere, syncera: quia propriè charitatis plena erit in patria: nisi dicatur plena, qua maior esse non possit in via. Quintũ est, quod dixit cap.

A xxvij. Si sapiẽtes vsq; adeò sint, vt iã nullo animi dolore turbẽtur: hoc supplet, quia nõ dixit quod tales sint: sed dixit, si tales sint: quia in hac vita nullus sine aliqua perturbatione esse potest. Sextũ est, quod dixit in xxx. cap. quod si alicui tãtus charitatis ardor innascitur, quod potest esse purgatus omni vitio: Emẽdat modo simili Pellagianorũ causa, dicens hoc nõ esse in via, sed in patria. Iste lib. incipit, In aliis libris satis opinor egisse nos quemadmodum &c, Finitur, Vt ad demõstranda vitæ nostræ præcepta mores memorabiles aliquando veniamus. De secũdo lib. qui intitulatur de moribus Manichæorum, emendat duo. Primũ est quod dixit, Quia Dei bonitas omnia deficientia sic ordinat, vt ibi sint, vbi congruentissime possint esse, donec ad id recurrant, vnde

B defecerũt: Hoc dicit nõ debere absolutè intelligi, ne incidatur in Origenis errorem, qui omnes animas quantumcunque peccantes aliquando dicebat esse saluãdas: sed debet accipi pro recurrẽtibus ad Deum à quo defecerũt, licet omnia deficiẽtia sic ordinentur, vt ibi sint, vbi cõgruẽtissimè esse possint, etiamsi in pœna sint. Secũdũ est, quod dixit Scarabeos de fimo procreari. Dicit hoc non vniuersaliter esse verum. Hic lib. incipit, Nulli esse arbitror dubium quando de bonis & malis quæritur, hoc genus quæstionis ad moralem disciplinam pertinere. Finitur, Nescio quos quoniam sua præcepta custodiãt, & in tãta catholicæ multitudine non velitis.

Lib. de musica, in sex diuiditur partiales libros, vt dicit lib. j. retract. c. v. Sed tãtũ de ea parte mu-

C sicæ scripsit, quæ dicitur rithmus. Verũ quinque libros apud Mediolanũ in Italia nondũ Christianus edidit: qui vtilissimi sunt grammaticis volentibus condere metra, eo quod omniũ generũ metrorum describat modũ & formã, ac ponat exẽplũ. Sextũ verò librũ perfecit in Aphrica post baptismũ, de quo longã fecit mẽtionẽ, lib. j. retract. c. xj. Et reuera lib. est subtilis & theologus & vtilis. Docet enim principaliter quomodo à mutabilibus numeris perueniatur ad immutabiles, qui in ipsa immutabili veritate consistũt. De quo lib. vj. supplet tria, & vnũ retractat. Primũ est, quod dixit animã carẽdo corpore & corporis numeris fieri meliorem: Nõ debet sic intelligi, vt post resurrectionẽ anima nõ sit in corpore corporales numeros habẽs: sed ab eis nec illici, nec occupari.

D Secũdũ est, quod dixit, quia sanitas erit firmissima, cũ pristinę sanitati post resurrectionẽ corpus restituetur. Quod nõ debet sic intelligi, quasi illa corpora nõ sint meliora quã primorũ hominũ: Sed pristina sanitas intelligatur, qa nullã ęgritudinẽ illa corpora patiẽtur. Tertiũ est, quãdo dixit: Quoniã rerũ trãsitu cõpletur infirma pulchritudo, & quod in illa imitatur cõstantiã, à summo Deo p animã traiicitur. Hoc nõ debet intelligi, nisi in corporibus hominũ: nõ autẽ qđ mũdus habeat animã scđm opinionẽ Platonis & aliquorũ Philosophorũ. Additq; vbicũq; in libris suis dixit animal esse mũdũ, temere fuisse dictũ, non quod mũdus nõ administretur per Angelos, sed scriptu ra sac

ra sacra spiritus angelicos animarum nomine significare nõ solet. Quod autẽ retractat est circa finẽ libri, vbi dixit quod rationales & intellectuales numeri beatarum animarum atque sanctarum &c. vbi per animas sanctas, Angelos sanctos voluit intelligi. Non bene dictum est, quia Angelos habere animas nunquam legitur in sacra scriptura. Primus liber musicæ, quia omnes per modum dialogi sunt scripti. Incipit sic, Augustinus. Modus quis pes est? Finis autẽ libri. Vbi talis est, Finis sit huius disputationis, vt deinceps quod ad hanc partem musicæ attinet, quæ in numeris tẽporũ est, ab his vestigiis eius sensibilibus, ad ipsa cubilia, vbi ab omni corpore aliena est, quanta valemus sagacitate veniamus. Sed sextus lib. communis est, & incipit, Satis diu penè atque adeo planè. Finitur, Eadẽ refellendorũ hęreticorum necessitate fecisse videtur.

N

Lib. de duabus natiuitatibus Christi, est quidã sermo siue tractatus, qui incipit, Quare filius modo æqualis patri modo minor dicitur.

Lib. de duplici natura in Christo idẽ tractatus est siue sermo.

Lib. de natura & gratia, vt dicit lib. ij. retract. c. xlij. scriptus est cõtra Pellagiũ, q in quodã suo lib. hominis naturã cõtra Dei gratiã defẽdebat, dicẽs insuper peccatũ esse à natura, nõ à volũtate. Contra quẽ Augustinus hũc edidit, & tali nomine nũcupauit: quia probat gratiã nõ esse cõtra naturã, sed per quã natura liberatur & regitur. De quo libro vnũ solũmodo emẽdat, quia Pellagius in suo lib. verba quædã velut Sixti Papæ posuit, quæ Augustinus acsi ipsius essent Sixti, defendẽdo ad sanũ intellectũ reduxit. Quæ postmodum verba cõperit fuisse Sixti Philosophi Pythagorici, nõ Sixti Christiani martyris & Episcopi Romani. Incipit lib. librum quem misistis, filij charissimi. Fini. Aeterna bonitas in sæcula sæcul. Amẽ.

Lib. de nuptiis & cõcupiscẽtia, in duos partitur libros, vt dicit lib. ij. retract. c. liij. Scripsit autẽ eos Valerio Comiti cõtra Pellagianos, q Augustinũ asserẽtẽ quẽlibet nasci cũ originali peccato, dicebãt nuptias hoc errore dãnare. Propterea librũ primũ edidit, in quo nuptiarũ bonitatẽ probãdo, declarat nõ esse ipsarũ vitiũ carnis cõcupiscentiã, sed ipsas bene ea vti ad filios procreãdos. Postea verò cũ Iulianus Pellagianista cõtra istũ librũ iiij. libros scripsisset, coactus est Augustinus eidẽ Comiti secundum scribere librũ respõdẽs ad verba Iuliani, cõtra quẽ post modũ sex libros edidit. Hic autẽ lib. sic incipit: Hæretici noui dilectissime fili Valeri, q medicinã Christi qua peccata sanãtur. In quibusdã autẽ voluminibus præmittitur epistola talẽ habens principiũ. Domino illustri & merito præstãtissimo atque in Christi dilectione charissimo filio Valerio, Augustinus in Domino salutẽ. Cũ diu molestè haberẽ qđ aliquoties &c. Secũdus lib. sic inci. Inter militię tuæ curas. Finitur. Lectioni vigilanter impendas.

O

Lib. de oratione Dominica, est quidam ma-

A gnus sermo siue tractatus qui incipit. Euangelica præcepta, fratres dilectissimi, nihil sunt aliud quã magisteria Diuina.

Lib. de oratione Dominica & symbolo, sunt duo sermones: primus est de symbolo: secũdus, de oratione: primus incipit. Reddidistis quod creditis, audite quid oretis. Secundus incipit: Auscultate ò filioli.

Lib. de orando Deum nõ annumeratur in libr. retract. tamẽ magnus & vtilis est ac delectabilis, eo maximè quo modos omnes persuadẽdi & animum iudicis inclinandi secundũ artem rhetoricã reducit ad modum orandi Deũ. Incipit, Quo studio & quo affectu à nobis orãdus sit Deus, ex nostra miseria simul & ex conditoris misericordia considerare possũmus. Finitur sic, Affectus prolixioris operis tractatum expetit.

Lib. de ordine rerũ, factus est ab eo dũ adhuc

B catechumenus esset. In duos libros diuiditur partiales. Recensuit lib. j. retract. c. ij. More dialogi scribitur, quasi disputatoriè. In quo ferè per totũ quæstio magna versatur, vtrũ omnia bona & mala Diuinæ prouidẽtiæ ordo contineat: sed qa cum quibus agebatur, nõ bene capaces erãt, ad ordinẽ descẽdit studẽdi. De quibus ix. dicit sibi displicere. Primũ est, quod vsus est frequẽter nomine fortunæ. Secũdũ cũ dicebat sensus nõ addebat, corporis. Tertiũ est, quod multũ dedit laudis liberalibus disciplinis, quas multi sancti nesciũt & multi sciẽtes sancti nõ sunt. Quartũ est, quod musas appellauit deas: licet iocãdo dixerit. Quintũ, qđ admirationẽ vitiũ nũcupauit. Sextũ est, qđ Philosophos nõ vera pietate præditos, dixit virtutis luce fulsisse. Septimũ est, qđ duos

C mũdos, vnũ sẽsibilẽ & alterũ intelligibilẽ posuit: tãquã hoc Christus significare voluerit, quãdo dixit, Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo: cũ cõgruẽtius ille mũdus debeat intelligi, in quo erit cœlũ nouum & terra noua, cum complebitur quod oramus, Adueniat regnum tuum. Et addit Platonem non errasse ponendo mundum intelligibilem, quo nomine nuncupauit ipsam rationem sempiternam atque incommutabilem, qua fecit Deus mundum. Quam negare nihil est aliud, quam dicere Deum irrationabiliter fecisse quod fecit, si cum faceret, vel ante quam faceret, quid faceret nescisse, si ratio faciendi apud eum nõ erat. Sed quanquam Plato mũdum intelligibilem ita vocet, subdit tamen tali nomine se non

D fuisse vsum, si Ecclesiasticis literis tunc satis eruditus esset. Octauum est, quia dixit operam dandam summis moribus: quia Deus aliter exaudire non poterat. Hoc non bene dictum est, quia Deus peccatores exaudit: licet cæcus illuminatus contrarium dixerit. Tamen nondum agnoscebat Christũ, quando illud dixit. Nonũ est, qđ Pythagoræ multũ laudis dedit: ne quis putet eum credere in Pythagorica doctrina nullos errores esse, cum sint & capitales. Ex quibus patet Augustinum aliqua in isto libro dixisse incongruè, sed non falsè. Lib. incipit, Ordinem rerum Zenobij consequi ac te-

nere cuique proprium. Finitur, Cum iam nocturnum lumen fuisset illatum.

Libr. de ouibus, est quędam homil. magna ad quantitatem libri. Et incipit, Verba quæ cantauimus commendant professionem nostram, quia oues Dei sumus.

P

Lib. de pastorib. est similiter hom. magna imò maior præcedēti. quæ incipit, Spes tota nostra q a in Christo est, & quia omnis vera & salubris gloria nostra ipsa est.

Lib. de patientia, est satis magnus, nec in libro retractationum annumeratur cum aliis: & aliqui apropriant Cypriano, ex ignorantia tamen, quia iste multum differt, licet non in substantia, tamē in stylo à libro Cypriani de ipsa re. Incipit, Virtus animi quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est.

Lib. de tribus partibus pœnitentiæ, est magna homil. Vnde in aliquibus excerptis allegatur homil. de pœnitētia, quæ incipit, Quam sit vtilis & necessaria pœnitētiæ medicina, facillimè homines intelligunt. Finitur, Mors æterna vitatur.

Lib. de vera & falsa pœnitētia, satis est magnus & per capitula plura distinctus. Innuit eum scripsisse cuidam sanctimoniali, contra Nouatianum qui negabat post baptismū pœnitētiam. In quo tractat de vera pœnitentia & ficta: propterea talem habet titulum. Hic inseritur oratio quā beatus Andreas fecit ad crucem: nec in lib. retract. fit de eo mentio. Incipit, Quam sit appetēda pœnitentię gratia, omnis clamat authoritas. Finitur, Et in ipso stabilitatis modo rem suauitatis.

Libr. alius de pœnitentia, sunt duo sermones quorum vnus incipit. Vox pœnitētis agnoscitur. Alius est sermo super Psal. 50. Pœnitentes pœnitentes, si estis pœnitentes & non irridentes.

Lib. de prædestinatione gratiæ, siue de prædestinatione & gratia, qui etiam intitulatur de voluntate Dei. Non fit de eo mentio in lib. retract. Incipit, Cū in sacris voluminibus literarū, seu futurorum quid prophetico spiritu prænūtiātibus. Finitur, In vna cōtumaciæ voragine decidamus.

Lib. de prædestinatione & perseuerantia sanctorum, etiam cum aliis libro retract. non annumeratur. Et lib. magnus est, qui & in duos distinguitur libros partiales. Scripsit autem istos duos ad Prosperum & Hilarium. Incipit: Dixisse quidem Apostolum scimus in epist. ad Philippenses. Finitur, Ne offendat vnius nimia longitudo. Secundus liber incipit, Iam de perseuerantia diligentius disputandum est. Finitur, Dignantúrque noscere quod scribo.

Lib. alius de prædestinatione, non magnus, qui intitulatur, Disputatio Augustini de prædestinatione contra Pellagianos: qui incipit, Licet latius de gratia & libero arbitrio. Finitur, Gratiam prædestinationis indebitam p̄rærogare.

Libr. de præsentia Dei ad Dardanum, quam nominat lib. ij. retract. cap. xlix. vnde congruentius annumeratur cum libris, quam cum epistolis. Contra hæresim Pellagianam est, licet nō nominetur in eo. Incipit, Fateor me frater dilectissime Dardane, illustrior mihi in charitate Christi, quam in huius sæculi dignitate. Finitur, Eadē synceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis & veniam.

Q

Lib. lxxxiij. quæstionum, nominat eum & lōgo sermone retractando declarat, lib. j. retract. capit. xxvj. quæstiones enim erant sparsim scriptæ, quas in volumen vnum redegit. de quo libr. xxiij. emendat. Primum est, quod in ix. quæstione dixit, quia omne quod corporeus sensus attingit quod & sensibile dicitur, sine vlla intermissione temporis commutatur. Dicit hoc non esse in corporibus glorificatis, sicut post resurrectionem erit: tamen ea nunc nullus nostri corporis sensus attingit, nisi Diuinitus concedatur. Secundum de quæstione xij. quæ est de mente mundanda ad audiendum Deum vel videndum: quam quæstionem dicit non fuisse suā, quāquā ponatur cū suis: sed fuit cuiusdam Fōtei Carthaginēsis, qui Paganus quidem scripsit: sed Christianus obiit. Tertium, in quæstione xxj. vbi dixit quod Deus nō est author mali: quod debet intelligi de malo culpæ: quia malū pœnæ est à Deo. Quod quamuis patientibus sit malum, tamen quia iustum, potest dici bonum. Quartum est in quæstione xxiij. vbi dixit Deum eā genuisse sapientiam, qua sapiens dicitur. De qua re dicit in libr. de trinit. se melius pertractasse. Quintū est in xxiiij. vbi dixit peccatū & rectè factū esse in libero volūtatis arbitrio. Addi debuit, quod ad rectè faciēdū Dei gratia operatur. Sextū, est de xxxj. quæst. quia non fuit sua, sed Tullij: tamē fratres qui cū Augustino stabāt, inter alias voluerūt cōscribi. Septimū est in quæst. xxxv. qđ dixit illud esse amandū, quod nihil est habere q̄ nosse. Hoc nō approbat: quia aliqui Deū habent quē ignorāt, vel non sicut agnosci debet agnoscūt. Octauū est ibidē qđ dixit, Nemo beatā vitā nouit & miser est: quod debet intelligi, sicut noscēda est. Nonū est in xxxvj. quæst. vbi dixit quod Deus & animus quo amatur, charitas proprie dicitur cōsūmata, si nihil aliud amatur. Hoc debet intelligi si nihil aliud amatur quod ad Deū nō referatur. Decimū est in xliiij. quæst. vbi Christū dicit in iuuenili ætate venisse: qđ debet intelligi de iuuentute hominis, nō mundi. Vndecimū est in quæst. xlvij. vbi dixit post resurrectionē corpora nos habituros angelica, & cogitationes nostras inuicē esse visuros. Hoc asserit in lib. de ciuitate Dei se melius pertractasse. Duodecimū est in quæst. lj. vbi dixit quod homo sine anima nō rectè dicitur homo. debuit dicere non propriè. Decimūtertiū, ibidē vbi dixit, aliud est imago Dei & aliud ad imaginē Dei sicut dicitur factus homo. Hoc non debet intelligi, quod homo etiā nō sit imago cū dicat Apostolus. Vir quidem non debet velare caput cū sit imago Dei: sed ita est imago, vt etiā dicatur ad imaginem Dei: quod de vnigenito non dicitur qui tantum imago Dei est. Decimum quartum

tum est in quæstione liiij. vbi dixit quod est omni anima melius, Deum dicimus. Dicere magis debuit omni creato spiritu melius. Decimum quintũ in quæsti. lxj. vbi dixit quod ad personas regiam & sacerdotalem sacravnctio pertinebat: addi debuit, maximè pertinebat: quia etiam prophetę vngebantur eadem. Decimumsextum, ibidem nisi quod Lucas Euangelista per Nathan ascendit ad Dauid, per quem Deus eius peccatum arguit. Hoc verum non fuit: quia alius iste, alius ille Nathan extitit: licet fuerit eiusdem nominis.

Decimum septimum, est in quęstione lxij. vbi dixit de latrone bono, quod non fuerit baptizatus. Sequutus est aliorum opinionem: tamen incertum est vtrum non babtizatus fuerit. De quo clarius in libr. de origine animæ contra Vincentium scripsit. Decimumoctauum, est in quæstione lxvj. vbi exponens illud Apostoli, Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum: dixit, ego, inquit, carnalis sum, idest carni consentio, nondum spirituali gratia liberatus. Hoc non debet sic accipi, quod spiritualis homo iam sub gratia constitutus, etiam de se dicere non posit. Decimumnonum, ibidem vbi propter illud Apostoli. Corpus quidem mortuum est propter peccatum vbi dixit, corpus mortuum, quandiu rerũ tẽpora liũ animã indigentia molestabat. Sed meliuspost modum dixit ideo propter peccatum mortuum quia habet necessitatem moriendi, quam non habuit ante peccatum. Vigesimum, est in quæstione lxvij. vbi dixit, homo signaculo imaginis propter peccatum amisso, remansit tantum modo creatura: Quod non debet intelligi, quasi totum amiserit quod erat imaginis Dei. Vigesimumprimum, est ibidem, vbi bonos Angelos dixit spiritualiter: malos verò animaliter viuere Quod quidem dictum de malis angelis audacius est quam vt posit sacris probari scripturis. Vigesimumsecundum, est in quæstione lxviij. vbi dixit quod Deus non miseretur qui ad pacem vocat, nisi volũtas præcesserit ad pacem. Quod quidem non dixit quasi non sentiret misericordiam Dei præcedere voluntatem quod ibidem in lib. retractat. probat diffuse. Vigesimumtertium est ibidem vbi dixit illud Prophetæ, In vtero sanctificaui te, & cum esses in renibus patris tui vidi te. Quod verbum cum esses in renibus, ex quo exemplari habuit minimè recordatur. Hic lib. incipit, A prima quæstione. Vtrũ anima à seipsa sit. Omne verum à veritate verum est. Finitur, Si fideles ambo essent.

Lib. de diuersis quæstionibus ad Simplicianũ, Ecclesiæ Mediolanẽsis antistitem, qui vero Ambrosio in Episcopatu successit, vt ipse dicit lib. ij. retract. in principio. Sunt duo libri primo ab eo editi postquam Episcopus fuit. In primo libr. continentur duæ quæstiones ex verbis Apostoli, in epistola ad Romanos. Et prima est de illo verbo, Lex peccatum est? Absit &c. quæ verba exposuit tanquam de homine sub lege & nondum sub gratia constituto. Quod postea ad spiritualem hominem animaduertit etiam posse referri. In secunda verò quæstione de libero voluntatis arbitrio multa dixit, non tamen quasi non intellexerit Dei gratiam præualere. Vnde vtitur verbo Cypriani. In nullo, inquit, gloriandum, quando nostrum nihil sit. In secundo libro sunt quædam quæstiones de libris regum. Et in quæstione prima dixit, nihil sic esse in nostra potestate quam ipsum velle: debet tamen semper intelligi, quod ad bene viuendũ præparatur voluntas à Domino. Huic libro pręmittitur epist. quæ sic incipit, Domino beatissimo & venerabiliter syncerissima charitate amplectendo patri Simpliciano Augustinus in Domino salutem, plerasque bonorum gaudiorum literas. Lib. verò incipit sic: Gratissmam planè atque suauissimam interrogationum tuarũ dignationem mihi pater Simpliciane misisti. Finitur, Sententiam verò de hoc opere etiam breuissimam sed grauissimam flagito: & dummodo sit verissima, seuerissimam non recuso.

Lib. quæstionum Euangeliorum in tres partitur libros partiales, vt dicit lib. ij. retract. cap. xij. Sũt expositiones satis breues quorũdã locorũ ex euãgelio secũdũ Matthæũ & Lucã. Primus li. cõtinet quæst. xxvij. de quo in quæst. xlv. qđ dixit Christũ duobus discipulis seorsum suam retulisse passionem. Debuit dicere, duodecim: sed codicis mendositas eum decepit. Secundus liber habet quæstiones lj. De quo in quæstione v. vbi dixit de Ioseph sponso Mariæ, quomodo duos patres potuit habere dicendo quod defuncti fratris vxorem frater debebat accipere vt semen suscitaret defuncti: adiunxit quod lex iubebat ortum inde filium nomen fratris habere: quod ipse Augustinus retractat: quia lex volebat eum nomen habere defuncti solùm quod filius diceretur, non quod eodem nomine vocaretur. Tertius lib. quæstiones continet xiiij. ex quibus nihil retractat vel emendat. Prologus libri incihit. Hoc opus non ita scriptum est. Libro verò à quæstione prima tali modo: Cum diceret nemo nouit filium nisi pater. Finitur, Hi hæretici qui eum negant non verum corpus habuisse, sed fictum. Lib de sex quæstionibus ad Deo gratias, intitulatur ab eo secundo retractationum, capit. xxxj. quæstiones contra Paganos expositę: prima est de resurrectione: secunda, de tempore Christianæ religionis, in qua dixit quod salus huius religionis nulli vnquam defuit, qui dignus fuit, & cui defuit dignus nõ fuit. Hoc dicit se nõ dixisse, tãquã ꝓpriis meritis quis dignus existat, sed vocatione Dei dignus habet fieri: Tertia quæstio, est de sacrificiorũ distinctiõe. Quarta de illo verbo, In qua mẽsura mẽsi fueritis, remetietur vobis: Quinta de filio Dei secũdũ Salomonẽ: Sexta de Iona Propheta. Huic operi præmittitur epist. quæ sic incipit, Quæstiones tibi propositas. Lib. verò incipit sic, Mouet quosdam, & requirũt de duabus resurrectionibus: Finitur, Sine salutis dispendio tolerandum.

Lib. quæstionum, qui in septem diuiditur partiales, sunt septem libri, à principio Genesis vsque

vſque ad finem libri Iudicum: quos per ſingulos allegaui dicens, lib. quæſtionum ſuper Geneſim & ſic de aliis vbi occurrit. Meminit ipſe huius libri lib.ij.retract.capit. lv. De quo dicit plura quę ſiſſe quam ſoluiſſe. Simile ſuper ſingulis libris ſacræ ſcripturæ facere propoſuerat, ſed cõtra hæreticos agẽs, ab hoc opere compulſus eſt deſiſtere. Quod quantæ vtilitatis eſſet per talem doctorẽ loca ſingula ſcripturæ habere expoſita, vnus qui ſacras literas nouit ignorat. Primus liber ſuper Geneſim continet quæſtiones clxxiij. in quo. queſtio. xcix. vbi quærit de virgis quas Iacob in canalibus ponebat vt oues conciperent. Dicit hanc quæſtionẽ ſe incõpletẽ ſoluiſſe. Secũdus lib. ſuper Exo. ſimiliter quæſtiones clxxiij. continet, quia cauſa tabernaculi mouet quam plures.

Tertius lib. ſuper Leuit. habet quæſtiones xcv. in quo. quæſt. lxxxij. vbi quærit de ſummo ſacerdote quomodo poterat intẽdere cõiugio, ſi die quolibet incenſum debebat mundus offerre, & cognoſcendo vxorem immundus vſque ad veſperam tenebatur: Ideo dixit eũ oportere, aut ſemper continentem eſſe, aut officium intermittere: emendat, quia ſic intelligitur immũdus vſque ad veſperam, vt per ipſam veſperam iam non eſſet immundus, ſed vſque ad ipſam, vt veſpertino tẽpore incenſum mundus offerret, cum propter procreandos filios poſt matutinum incenſum mixtus eſſet vxori. Item quæſtione lxxxiij. vbi quæſiuit quomodo prohibitus eſſet ſummus ſacerdos ſuper funus patris intrare cum filius patri in ſacerdotali dignitate ſuccederet: quam non ſoluit complete, quia tale præceptum propter illos erat, qui futuri ſummi fuerant ſacerdotes, non ſummis ſacerdotibus patribus ſuccedentes: quod cõtingebat decedẽte põtifice abſque filiis, vel relictis indignis ſacerdotio fungi. Item ibidẽ, quæſtione lxxxiiij. de latrone bono dixit, quaſi certum poſuiſſe eum nõ fuiſſe baptizatum. Dicit tamen emendando ſe pro incerto habere eum fuiſſe baptizatum, ſicut lib. de anima contra vincentium victorẽ poſtea ſcripſit. Quartus lib. ſuper numeri continet quæſtiones lxv. Quintus ſuper Deuter. habet quæſtiones lvj. Vbi quæſtione. xlviij. dicens quod in genealogia Chriſti vbi nominantur aliquæ matres non niſi cum patribus poni: verum eſt quod dixit, ſed impertinẽter ad propoſitam quæſtionem: quam melius ſoluit retractando librum contra Fauſtum. Sextus lib. ſuper Ioſue, continet quæſtiones xxix.

Septimus lib. ſuper Iudicum, continet quæſtiones lvij. præmittitur libro prologus, qui incipit: Si quis hîc legere propter incultum in noſtra feſtinatione ſermonem non faſtidierit. Lib. vero incipit ſic: Cum ſcripturas ſanctas quæ appellãtur canonicæ. Finitur, Vt quemadmodum ipſæ linguæ non intelligantur, niſi audiendo vel legendo diſcantur.

Lib. de octo Dulcitij quæſtionibus, nominatur ab eo libr. ij. retracta. cap. lxv. de quo nihil retractat quia nihil ſe dixiſſe dicit quin alias dixerit, vna tantum quæſtione excepta, cuius titulum nõ

A deſignat. Lib. incipit, Quantum mihi videtur dilectiſsime fili Dulcici, non tardaui, reſpondere interrogationibus tuis. Finitur, Ego enim quod & ſupra de me commemoraui, magis anno diſcere quam docere.

Lib. quæſtionum veteris & noui teſtamenti ſatis magnus, quem non nominat in lib. retract. De quo mirarer, niſi crederem poſtea eũ plures edidiſſe. Hic diuiditur in duos partiales libros. Primus quo ad vetus teſtamentum, cõtinet quæſtiones xlvij. Secundus quo ad nouum, quæſtiones lxxx. Vidi tamen in originali continuari numerum cxxvij. quæſtionum, & ſic allegaui. De quibus omnibus fere xx. vltimas non vidi. Incipit iſte lib. à prima quæſtione quæ eſt, Quid ſit Deus hoc modo: Deus hoc eſt quod nulla attingit opinio. Finitur, Facilius eos vinci poſſe quã perſuaderi. Alibi finit ſic. Deus autẽq a natura clariſſimus eſt miniſtros eius natura magis quam veſtibus mũdos eſſe oportet in ſæcula ſæculorum.

B

Lib. queſtionum ad Oroſium, intitulatur etiã dialogus ad Oroſium, & per modũ dialogi ſcribitur cauſa interrogãtis & reſpõdetis. De quo ſimiliter in lib. retracta nulla ſit mentio, quem ego curſim perlegens, non bene feci indiſtincte allegando. Incipit iſte lib. ſic. Ab interrogante, licet multi ac probatiſsimi viri diuerſo quidem ſtylo, ſed non diuerſa fide &c. Finitur, Sciat ſe non eſſe Epiſcopum, qui præeſſe deſiderat, non prodeſſe.

R

Lib. de vera religione, de quo dicit, lib. j. retractat. cap. xiij. quod in eo copioſè diſputatur & concluditur nihil hominibus eſſe colendum preter trinitatem patrem & filium & ſpiritum ſanctum. De quo lib. xj. emendat atque declarat, & vnum ſimpliciter retractat. Primum quod emendat eſt, quod dixit nullum errorem in religione eſſe potuiſſe, ſi anima pro Deo non coleret, aut animam, aut corpus &c. Hîc animam pro omni creatura incorporali poſuit: quod quidem ſecundum morem ſcripturarum ponere nõ debuit. Secundum eſt quando dixit ea eſt noſtris temporibus Chriſtiana religio &c. quod debet intelligi ſecundum ipſum nomen tãtũ. Nam apud antiquos noſtra & vera religio fuit: ſed nominata non eſt Chriſtiana. Tertium eſt quando dixit, Intende in hæc quæ ſequuntur diligenter & pie quantũ potes: tales enim adiuuat Deus hoc nõ debet intelligi quod ſolùm adiuuet tales quia etiam alios adiuuat. Quartum eſt, quando dixit quod corpus noſtrum reſtituetur priſtinæ ſanitati: nõ debet ſic intelligi, quaſi melius nõ ſit futurum quam fuiſſet in ſtatu innocentiæ primæ. Quintum eſt quando diffiniuit peccatum dicẽs, Vſqueadeo voluntarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum ſi non ſit voluntarium. Hanc definitionem non tangit eum peccatum quod etiã eſt pœna peccati, ſed omne aliud & etiã originale: quia prima hominis mala volũtate fuit cõtractum, & factũ eſt hæreditariũ. Sextũ eſt, qđ dixit de Chriſto quod nihil egit vj. ſed dicit ſe non

C

D

non fuisse memorem, quando de templo vēdentes eiecit, & etiam dæmones de obsesis corporibus expulit. Septimum est quando dixit, Isti sequendi sunt qui vnum summum verum Deum & solum colendum esse dicunt, si apud hos veritas non eluxerit tūc, demū migrandum est: Istam conuocationem si quæ conditionalis est & dubitatiua, non posuit causa sui, sed illius cui librum scribebat. Octauum est quando dixit, nec miracula illa in nostra tempora durare promissa sunt. Non debet sic accipi, quod etiam nunc nō fiant miracula, quia adhuc multa fiunt.

Nonum est quando dixit, sicut ait Apostolus omnis ordo à Deo est. Non sunt formaliter verba Apostoli, licet eadem posit esse sententia. Decimum est quando dixit, Quicquid rectè vituperatur, in melioris comparatione respuitur. Quod dictum intelligitur de substantiis & naturis, & ipse loquebatur de actionibus atque peccatis. Vndecimum est, quando dixit, quod religio dicta est à religando: quia etiam potest dici ab eligendo. Quod autem simpliciter improbat & retractat, est quando dixit, quod nullas tales necessitudines haberemus quæ nascendo & moriendo contingūt, si natura nostra in præceptis & imagine Dei manens, in istam corruptionem nō religaretur. Hoc improbat dicens, dato quod homo non peccasset, essent istæ cognationes atque affinitates. Libr. incipit sic, Cum omnis vitæ bonæ ac beatæ via in vera religione sit constituta. Finitur, Ex quo omnia, in quo omnia, per quem omnia.

Lib. retract. quo plurimum, sicut apparet, in hac tabula vtor, imo quo ad libros quos vidi, cuius sententiā hîc insero, duos libros continet partiales, cuius libri meminit in Episto. quadam ad Quovultdeum diaconum, quæ habetur in principio sui libri de hæresi. In primo autem libro retractat omnes libros quos edidit nondum Episcopus: & sunt numero xxvj. qui plus indiguerūt examine, sicut in hac tabula patet. Quos omnes pro hac compilatione perlegi, exceptis duobus, scilicet libro qui dicitur Psal. contra partem Donati quē retractat c.xx. & lib. qui dicitur Epi. Donati, quē retractat cap. xxj. In secūdo lib. retractat eos quos edidit postquam fuit Episcopus, ideo minori indiguerūt correptione: quia ipse instructior erat effectus in scripturis & religione. Et sunt libri numero lxvj. Quos omnes perlegi simili de causa exceptis. xiiij. qui sunt isti. Lib. contra partem Donati, lib. contra Secundinum Manichæum, lib. cōtra Hilarium tribunum. Lib. contra quem attulit centurio à Donatistis. Lib. probationum & testimoniorum contra Donatistas. Lib. contra nescio quem Donatistam, Lib. admonitionum de Maximanistis, Lib. expositionis Epistolę Iacobi ad duodecim tribus. Libr. de Maximanistis cōtra Donatistas. Lib. de Maxima qui dicitur breuiculus collationis cum Donatistis. Lib. post collationem cum Donatistis ad Emeritum Episcopum Donatistarum. Lib. de gestis Pellagij. Lib. contra Gaudentium Episcopū

A Donatistarum: veruntamen plures alios vidi, vt in hac tabula patet, quos etiam ipse edidit, & in hoc libro non recensuit: quia vt in finem dicit, volumina nonaginta tria nominauit, in quibus sunt libri partiales ducenti triginta duo, ignorās vtrū plures esset adhuc scripturus, non retractauerat adhuc, nec epistolas, nec sermones, quorum numerus apud aliquem non habetur. Hic lib. retractationum vtilissimus est, vt ad intellectum legēti patere potest. Incipit, Iandiu est vt agere cogito atque dispono, quod nunc adiuuante Domino aggredior. Finitur, Alios dictatos alios à me dictos retractare cœpissem.

Lib. de regula, in nōnullis voluminibus scribitur data sanctimonialibus, pro eo quod in tabula epistolarum sub litera S. posui: tamen non est in-
B credibile quod fratribus ante dederit, & postea ex causa sanctimonialibus eadem scripserit. Et licet alicubi incipiat, Hæc sunt quæ vt obseruetis: tamen verius est principium. Ante omnia fratres charissimi diligatur Deus. Finitur, Intētationem ne inducatur.

S

Lib. de salutaribus documentis, est exhortatio ad quendam comitem charissimum sibi, sed allegaui sub illo titulo, quia primitus sic reperi. Debui eum tabulare sub litera D. Non nominatus iste lib. in li. retract. Incipit, O mi frater, si cupias scire quamuis ego nesciam. Finitur, sic. Cum sanctis tuis æternaliter regnare concedis: quia est tibi cum æterno patre & spiritu sancto vna Diuinitas, gloria, virtus, imperium & potestas in sæ-
C cula sæculorum.

Lib. de singularitate clericorum, apud aliquos appropriatur Hieronymo, apud verò alios Origeni, sed verius est Augustini. Qui lib. sic intitulatur, quia monet clericos singulariter habitare lōge à mulieribus: de quo in libr. retractationū mētio non fit, incipit, Promiseram quidem vobis ante tempus episto. filij charissimi. Finitur, Hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.

Lib. de symbolo ad catechumenos, continet quatuor tractatus ad modum sermonum. Intitulatur etiā regula fidei ad catechumenos. Primus incipit, Accipite regulā fidei quod symbolū dicitur. Secundus incipit, Sacramentorū rationē, siue trāsactæ noctis, siue præsentis. Tertius incipit, Sacramētū symboli quod accepistis. Quartus inci-
D pit: Cum per sacratissimum crucis signum.

Libr. de symbolo legendo & aduentu Domini, est de ipsa re contra Iudæos, Paganos, & Arrianos. Scribitur per modū tractatus, & est magnus: de quo elicitur ille sermo qui incipit, Cōuenio, inquam, Vos ò Iudæi. Incipit: Inter pressuras atque angustias pręsentis tēporis, & nostrę officia seruitutis. Finitur, Ipse est qui viuit & regnat &c.

Libellus paruus de symbolo est ad modum parui libri, sed non parui sermonis: nec ab eo recensetur lib. retract. Incipit, Pro modulo ætatis rudimentorúmque nostrorum, & pro tyrocinio suscepti operis. Finitur, In cuius confessione tāquā signo dato Christianus fidelis agnoscitur.

Lib.

Lib.de ſymbolo ad Laurẽtium Epiſcopum,eſt magnus.Non nominatur in lib.retract. Nõnulli aſcribunt Hieronymo.Ego tamen bis reperi in antiquo volumine intitulari Auguſtino: Sed anceps de vero, pauca excerpxi de ipſo. Incipit: Quod quidem fidelißimè Papa Laurenti,ad ſcribendum animus tam non eſt cupidus quam nec idoneus.

Liber de ſymbolo quẽ ſcripſit in Aphricano concilio,eſt ſupra ſub litera. F. Sunt quamplures ſermones de ipſa re, quos inter ſermones infra quotabo.

Lib.ſoliloquiorũ ſuorum.Fecit eum dum adhuc catechumenus eſſet,qui ſcribitur per modũ dialogi, ſed tantum eſt collatio à ſeipſo ad ſeipſum ſub nomine rationis interrogantis,& ſub nomine hominis reſpondẽtis,velut ſi duo eſſent cum ſolus eſſet:ideo ſoliloquiorũ ſuorũ dici. Et in duos partiales Libros partitur.In.j.lib.de quęrẽda ſapientia agitur:in ſer.de immortalitate res agitur,ſed non perficitur,vt dicit libro j.retract. cap.iiij. De quibus libris ſex emendat, & vnum penitus retractat. Primum quod emendat eſt, quod in oratione dixit,Deus qui niſi mundos verum ſcire voluiſti:quia vt dicit multi non mundi multa poſſunt ſcire vera. Secundũ eſt quod ibidem dixit Deus,cuius regnum eſt totus mundus quem ſenſus ignorat:intelligendum de mortali corporis ſenſu,quod addi vult vbicũque in libris ſuis ſimilis loquutio reperitur. Tertiũ eſt quod dixit de Deo patre & filio, Qui gignit, & quem gignit,vnum eſt. Dici debuit, Vnum ſunt: ſicut Chriſtus ait,Ego & pater vnum ſumus. Quartum eſt quod dixit,beatam animam in iſta vita intellecto Deo.Debuit dicere, in ſpe. Quintum eſt quando dixit ad ſapientiæ communionẽ non vna via perueniri,q̃a nõ eſt alia via niſi Chriſtus.Niſi addidiſſet,velit,nam ſunt particulares, ſunt plures. Iuxta illud, Vias tuas Domine notas mihi fac. Sextum eſt quod dixit penitus eſſe iſta ſenſibilia fugienda:quod non dixit vt Porphirium Philoſophum ſequeretur,qui dixit omne corpus eſſe fugiendum:ſed addidit iſta,hoc eſt corruptibilia, quæ non erunt in futura vita.

Vnum quod retractat eſt,quod dixit,In diſciplinis liberalibus eruditi, ſine dubio in ſe illas obliuione obrutas eruunt diſcendo, & quodammodo refodiunt.Hoc improbat, quia ſiquidam earum imperiti cum bene interrogantur de eis aliquando vera reſpondent,hoc non eſt niſi quia præſens eſt eis lumen rationis æternæ vbi habetur,incommutabilia vera conſpiciunt: non quia ea aliquando nouerant & obliti ſunt,quod Platoni viſum eſt:contra quam opinionem libro xiij. de Trinitate plenius diſputauit.Iſte liber incipit: Voluenti mihi multum, ac varia mecum diu ſedulo quærenti.Finitur,Sine vllo mendacio pollicetur.

Liber ſoliloquiorum ad Deũ,deuotus eſt libere,ſtylum habens libri confeſsionum,in quo loquitur ſoli Deo,ideo ſic vocatur.Liber meditationum ab aliquibus,dicitur eſſe huius libri ſecũdus, A in quo loquitur ſibi ſoli.Vt ſupra dixi, non recenſuit eum in libro retract.& incipit: Agnoſcam te Domine cognitor meus.Finitur. Et reuiuiſcere facis vt aquila canos meos.

Libro de ſpeculo,eiuſdem eſt modi loquendi, ſed alicubi magis ſubtilia dicit.Nec de iſto in lib. retract.mentio fit.Incipit:Adeſt mihi lumen verum.Finitur.Sempiternaliter viuis & regnas per omnia ſæcula ſæculorum.

Lib.de ſpiritu & litera ad Marcellinum. ſcribitur, vt dicit lib. ij. retract. cap. xxxvij. In quo pertractat illud apoſtoli,Litera occidit, ſpiritus autem viuificat:Et contra Pellagianos principaliter agit.De quo nihil retractat,ſed ad cautelam adiungit, quod vbi dixit, Quarundam eſcarum ceremoniæ:quod nomen non eſt in vſu ſacrarum literarum,ſed eo vſus eſt,quia ceremoniæ à carẽ- B do dicuntur, quaſi carimoniæ:eo quod obſeruantes careant iis rebus à quibus ſe abſtinent. Tamẽ ſi eſt alia origo iſtius nominis, quod abhorret à vera religione, non ſecundum hanc dicit ſe fuiſſe loquutum.Liber incipit.Lectis opuſculis quæ ad te nuper elaboraui,filij Marcelline, de baptiſmo paruulorum, Finitur. Quoniam ex ipſo, & per ipſum,& in ipſo ſunt omnia.Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum.Amen.

Lib.ſupputationum,ſtylum habet libri Soliloquiorum ad Deum. In quatuor partes diſtinguitur,non tamen volumen magnum eſt: nec in libro retractat. annumeratur. Præmittit autem cuilibet capiti vnum aliquem Pſalmum. Incipit à Pſalm. Deus miſereatur noſtri.Et liber vel capitulum per orationis modũ incipit:Te patrem ingenitum.Finitur. Vbi vera haberi gaudia certißimum eſt.

C Libro de quantitate temporis,eſt quidem tractatus breuis in quo ſcribitur quomodo in ſcriptura partes temporis accipiãtur & nomina. Incipit:Temporis quantitas in ſcripturis frequenter myſticè.

Libro de tempore Barbarico,eſt quidem ſermo ſiue tractatus ſatis magnus habitus in die ſanctarum,Perpetuæ & fœlicitatis. Incipit: Admonet Dominus Deus noſter non nos debere negligere noſtra peccata.

T

Liber de trinitate, recenſetur ab ipſo libro ij. retract.cap.xv.in quindecim libros diſtinguitur partiales.De quibus omnibus emendat tantum- D modo tria. Primum, eſt in libro xj.vbi de corpore viſibili loquens dixit. Quocirca id amare alienari eſt, quod dixit cum quis amat fruendo non autem cum amat in laudem creatoris referendo. Secundũ,eſt ibidem quando dixit,Nec autem quadrupedem memini, quia non vidi: ſed phantaſiam talem facillimè intueor, dum alicui formæ volatili,qualem vidi adiungo alios duos pedes,quales itidem vidi. Hoc dicẽs non recolit volatilia quadrupedia, quæ lex commemorat, ſicut ſunt locuſtæ & ſcarabei. Tertium,eſt in libr.xij.vbi exponens illud Apoſtoli,Quodcunque peccatum fecerit homo, extra corpus ſuum eſt &c.

est & cætera. Dixit ille, hoc facit qui propter adipiscenda ea quæ per corpus sentiuntur, vt in his finem boni sui ponat. Quod dictum plura peccata complectitur, quam illa fornicatio de qua Apostolus loquitur. Hic liber inter omnes subtilissimus reputatur: Cui loco prologi præmittitur epistola quæ sic incipit, Domino beatissimo & syncerrima charitate venerãdo sancto fratri & consacerdoti papæ Aurelio Augustinus in Domino salutem. De trinitate quæ Deus est. Lib. verò incipit sic: Lecturus hæc quæ de Trinitate disseruimus. Finitur, De prædicatione melius quam disputatione concludam. Sequitur oratio. cuius finis est. Tu ignosce pariter & tui.

Lib. qui dicitur collatio de Trinitate, paruus est libellus per modũ dialogi à seipso ad seipsum. Plus habet nominis quam si maior esset. Incipit: Cum me peruigil cura fecisset ex somnem iis me interrogationibus percunctaui. Finitur, Vt quod homines cæcati curis videre non possunt, saltem fidei compendio nanciscantur.

Lib. qui dicitur inquisitio de Trinitate, est etiã libellus potius quam liber: similis conditionis, sed est vtilior. Incipit, Quomodo Deus vere sit vnitas & verè Trinitas. Finitur, Verum credo fideliter Christum.

Lib. siue tractatus de patre ingenito, est quidam sermo quem inferius quotabo inter sermones de fide, sub litera F.

V

Lib. de verbis Domini, in tres diuiditur libros partiales. Et sunt sermones quidam super quibusdam sententiis & verbis Christi. Primus liber continet sermones de verbis Euangelij secundũ Matthæum: & sunt sermones xxiij. Secundus liber est de verbis secundũ Lucam: & habet sermones xv. Tertius secundum Ioannem: habens sermones xxviij. Incipit à sermone super illud, Agite pœnitentiam isto modo: Euangelium audiuimus, & in eo Dominum eos arguentem. Finitur, In sermone quodam contra Arrianos qui incipit: Scientia & Diuina eloquia fratres iugiter, imo quotidie nobis salubriter recitantur. Cuius finis est. Neque nubunt, neque vxores ducunt, sed erunt æquales Angelis Dei per Christũ Dominum nostrum. Nisi parcam prolixitati tabulæ quotabo eos vbi sermones describam.

Lib. de verbis Apostoli similiter sunt sermones super quibusdam Apostoli verbis numer. xxxiij. quorum principium est super illo verbo: Cum timore & tremore vestram & ipsorum salutem. Et incipit, Audiuimus veracem magistrum Diuinum redemptorem. Finitur, In sermone super illud, Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi: cuius principium est: Omnium Christianorũ spes fratres charissimi in futurum tempus extenditur. Finitur, Vt possitis cum sanctis eius ad æternam & immortalem gloriam peruenire & viuere in sæcula sæculorum. Amen.

Lib. de videndo Deum, nominatur ab ipso libro secũdo. retract. capite quadragesimo nono.

A propterea inter Epistolas non debet annumerari, sicut nec liber de præsentia Dei ad Dardanum. De hoc libro nihil retractat, sed solum asserit quod de ipsa re, scilicet quomodo Deus qui spiritus est vtrum per corpus videri possit à glorificatis. Quod copiosius disseruit libro xxij. de ciuitate Dei. Lib. iste scriptus est ad Paulinam: & incipit sic: Memor debiti quod ex tua petitione & mea promissione factum est. Finitur, Quam disputare valeamus.

Lib. qui dicitur commonitorium de videndo Deũ, vt vbi supra dicit, causa paruitatis maximè sententiæ, inter libros non annumeratur. Scriptus est cuidam Fortunatiano, Siccensi Episcopo, qui incipit, Sicut præsens rogaui te, & nunc commoneo.

B Lib. de sancta virginitate, vt dicit libro secundo retracta. capite vigesimo tertio: scriptus est ab eo immediate post librum de bono coniugali. In quo maximè agit quomodo virginitas ab humilitate custodiri debet. Incipit: Librum de bono coniugali nuper edidimus. Finitur, Laudate & superexaltate eum in sæcula.

Lib. ad sacras virgines de tribus virtutibus contra tria vitia, satis magnus: de quo in libro retractatio. nulla habetur mentio. Vtilis tamen est liber, & magna moralitas est in eo secundum materiam. Diffusè enim agit pro temperantia contra gulam & ebrietatẽ, & quales esse debeant sanctimoniales siue sacræ virgines scribit. Incipit, Cum mortalium mutabilis mens.

C Lib. de visitatione infirmorum, in duos tractatus distinguitur: & in nonnullis originalibus inter epistolas annumeratur. Primus incipit: Visitationis gratia nepoti meo morienti extremum vale dicturus hesterna die processi. Secundus incipit: Superioris tractatus cursum.

Lib. de perfectione viduitatis, scriptus est Iulianæ: in quo sic commendat ipsam continentiam vidualem, vt tamen agat contra Cathaphryges & Nouatianos & Tertullianum, qui omnes secundas nuptias damnant. Incipit: Augustinus seruus seruorum Christi Religiosæ famulæ Dei Iulianæ in Domino Dominorum saluté. Ne petitioni tuæ. Finitur, Perseueres in gratia Dei.

Lib. de vita Christiana, non numeratur etiam in libro retracta. & tamen magnus est & vtilis secundum materiam de qua intitulatur. Videtur D eum scripsisse sorori suæ, & versus finem de viduis loquitur. Incipit prologus: Ego peccator & vltimus, insipientior cæteris. Lib. verò incipit: Christum vnctum interpretari sapientium & fidelium nullus ignorat. Finitur, Nostri memento, qui te tantum diligimus, vt quod præsentes præstare non possumus, conferamus absentes.

Lib. de virginitate sanctæ Mariæ, est quidam tractatus siue sermo qui incipit.

Sequuntur libri contra hæreticos principaliter scripti quos ego vidi Et primo contra Arrianos sunt isti.

Lib. contra sermonem Arrianorum, nominatur ab eo libro secundo. retractatio. capite quin-

quagesimo secundo. Alicubi intitulatur contra perfidiam Arrianorum. Quendam sermonem in xxxix. articulos condiuisum, eorum verba repetendo, soluendo & respondendo confutat. Incipit: Eorum præcedenti disputationi, aliâs detractationi, hac disputatione respondeo. Finitur, Et tandem in fine isto conclusimus.

Lib. contra Felicianum Arrianum ad Optatum, non recensetur in libro retractatio. tamen sufficiens liber & subtilis, vbi ad interrogata siue ad errorum articulos respondens, de Trinitate, & quod filius sit coæternus & coæqualis patri, & quod absque Diuinitatis iniuria sumpsit humanitatem sufficientissimè loquitur. Incipit, Extorsisti mihi, dilectissime fili, vt de vnitate Trinitatis. Finitur, Cum iustis cœperit retribuere mercedem.

Lib. contra Maximinum Arrianorum Episcopum, etiam in libro retractatio. non annumeratur, & tamen in ipso solida continentur fundamenta contra ipsam hæresim. Et magister sententiarum in primo & secundo libro frequenter allegat. Diuiditur autem in tres partiales libros. Primus liber scriptus est per modum disputationis seu altercationis vtriusque, & per quendam notarium Antonium exceptus. Sed quia prædictus hæreticus tam longum sermonem pro suo fecit errore, vt protraxerit eum vsq; sero, & sequenti mane de Hypponiæ ciuitate recessit, non potuit Augustinus in facie sua dicta confutando dissoluere. Ideo secundum librum edidit in quo per xx. capitula ad singulos articulos illius hæretici coram populo luculenter respondit: Et tertium librum addit, eadem replicando diffusius, & arguendo copiosius: quem ad dictum Maximinum misit. Hic liber incipit sic: Cum Augustinus & Maximinus Hipponiæ regione vnum in locum conuenissent, præsentibus multis tam clericis quàm laicis Maximinus dixit. Finitur sic, Erit quod orare & optare te dicis Diuinarum scripturarum discipulis, vt de tua fraternitate gaudeamus.

Libros contra Donatistas vidi istos.

Primo est liber contra Epistolam Parmeniani Carthaginensis Episcopi, cuius meminit libro secundo retractatio. capite decimo septimo. In tres diuiditur libros partiales, de quibus solum verbum emendat quod dixit in tertio libro exponens illud Apostoli: Auferte malum ex vobis ipsis. Ex seipso, inquit, vnusquisque auferat malum: quod non sic debuerit exponi vel intelligi, sed potius, vt homo malus auferatur ex hominibus bonis: quod fit per Ecclesiasticam disciplinam. Iste liber incipit: Multa quidem aliàs aduersus Donatistas. Finitur, Si nolunt corrigi saltem non audeant gloriari.

Lib. contra Petilianum Donatistam, tres continet libros partiales. Cuius rei causa fuit, vt libro secundo retractatio. capite vigesimo quinto: dicit, quod Petilianus, quia Donatista esset, contra catholicam Ecclesiam longam scripsit episto-

A lam, quæ præsentata Augustino non ex integro fuit, sed diminutè satis atque truncatè. Contra quam vnum librum catholicis scripsit, qui sic incipit: Dilectissimis fratribus ad nostræ dispensationis curam pertinentibus, Augustinus in Domino salutē. Nostis nos sæpe voluisse. Postea verò totam illam epistolam ex integro habuit: cui à principio respondere curauit, eo more & eloquentia docta, quo contra Faustum egit. Quam in cxiiij. partes diuidens responsionis causa, librum satis magnum fecit, qui incipit: Primis partibus epistolæ Petiliani quas tantummodo inueneramus &c.

Deinde cum Petilianus vidisset hunc librum, respondit contumeliosè contra Augustinum deficiens in ratione, non in linguæ conuitio. Cui
B Augustinus tertio libro respondit, qui sic incipit: Legi Petiliane literas tuas, quando legere potui &c. Finitur sic, Et si cor vestrum ad pacem non conuertitur, pax nostra tamen ad nos reuertetur.

Lib. contra Cresconium grammaticum Donatistam, vt dicit libro secundo retractatio. capite vigesimo sexto: continet libros iiij. partiales: hac de causa scripti, quia ille librum primum Augustini contra Petilianum ausus est reprehendere, scribēs super hoc Augustino. Eius inscitiam Augustinus in istis libris iiij. redarguit, de quibus nihil retractauit. Incipit hoc opus sic: Quando ad te Cresconi mea scripta peruenire possent ignorans. Finitur, Reuocare damnatos.

Lib. contra Donatistas post collationem cum
C ipsis habitam, vt dicit libro secundo retractatio. capite quadragesimo, scripsit eum Donatistis laicis. Nam ante cum eorum Episcopis publicè conferens, in facie ipsorum rationes & argumenta dissoluisset intimauit plebi suos non debere sequi pastores errātes. Incipit sic iste liber: Quid adhuc Donatistę seducimini ab Episcopis vestris, quorū fallaces tenebræ clara luce discussæ sunt? Finitur sic, Et gregi suo collecto atque pacato sit propitius qui hoc pręcipit Christus.

Lib. gestorum cum Emerito Donatista, disputatio quædam est cum ipso hæretico contra suam opinionem. nominat istum librum, libro secundo retractatio. capite quinquagesimo primo. Incipit, Gloriosissimis imperatoribus Honorio duodecimo, & Theodosio viij. consuli-
D bus, Vndecimo Cal. Octobris Cæsareæ in Ecclesia maiore. Finitur, Consilium autem Domini, manet in æternum.

Sunt autem Epistolæ quamplures contra ipsos Donatistas, vt patet in tabula Epistolarum.

Lib. contra aduersarium legis & Prophetarum, vt dicit libro secundo retractationum, capite quinquagesimo octauo, eadem causa scriptus est. Et hoc habet nomen: quia liber cuiusdam hęretici, sine nomine tamen authoris, quanquam credatur Marcionistæ apud Chartaginem repertus, in quo negabatur Deus hunc mundum fecisse, nec Dei esse legem per Mosen datam, nec

Propheta

Prophetas à Deo fuisse afflatos, propter quod eum scripsit huius tituli librum, qui duos continet partiales libros. Incipit, Libro quem misistis fratres dilectissimi nescio cuius hæretici. Finitur, Quod si Dominus voluerit, quantocius explicare curabo.

Lib. contra Manichæos quos vidi sunt isti.

Lib. de Genesi aduersum Manichæos, de quo dicit libro primo retractatio. capi. ix. quod duos continet partiales libros aduersus eos scriptos, in defensionem veteris legis, quam studio vesani erroris impugnat. Primus est à principio Genesis vsque ad requiem Dei in die septimo. De quo quatuor supplendo declarat. Primum, est quãdo dixit, homines se ad Dei præcepta implenda conuertunt, quod omnes possunt si velint: non debet sic intelligi, quasi non voluntas à Domino præparetur, sed ideo non posuit, quia nondum error Pellagij aderat. Secundum, est quando dixit illam Dei benedictionem, Crescite & multiplicamini &c. post peccatum in carnalem fœcunditatem esse cõuersam. Non debet sic intelligi quasi illi homines nisi peccassent, filios non procreassent. Tertiũ, est quando dixit solum allegoricè accipiendum quod scribitur: De fructibus herbarum & arborum in cibos bestiarum & auium: eo quod quædã animalia solis carnibus vescuntur. Hoc emendat dicens ad literam intelligi quod homo habens bestiarum dominium ad alios cibos eas reducere potuisset.

Quartum, est quando dixit populum Israël apud gentes sacrificare non posse: quia agnus Paschalis quem immolant pro sacrificio potest repræsentari. Secundus liber est ab eo loco scripturæ. Hic est liber creaturæ cœli & terræ: vsque ad custodiam ligni vitæ de quo quinque declarat.

Primum, est quando dixit nomine pabuli significari vitam. Non fuit sufficiens expositio, pro alia litera, quæ loco pabuli habet fœnum agri. Secundum est, quod illud Eccle. x. Quid superbis terra & cinis: appellauit verba prophetica: cum inter Prophetales libros ille non annumeretur. Tertium est, quando exposuit illud, Insufflauit in faciem eius flatum vitæ. Dixit, putaui hominem animalem prius esse factum, non corpus solum. Quartum est, quando dixit nulli naturæ nocere peccata nisi sua. Possunt dicere Pellagiani paruulis nullum nocere peccatum: Sed ipsi non sunt alieni ab humana natura, vnde insunt eis sua. Quintum est, quod dixit nullũ esse malũ naturale. Quod debet intelligi de natura in statu innocentiæ condita. Iste liber sic incipit: Si eligerent Manichæi quos deciperẽt, eligeremus & nos verba quibus eis respõderemus. Finitur, Quæ mihi videbantur exposui.

Lib. qui dicitur acta contra Fortunatum Manichæum, recensetur ab eo Lib. j. retractat. capit. xv. Disputatio est cũ ipso hæretico. Et distinguitur liber in disputationes duas, sicut duobus diebus disputatum est: quem in cõspectu omniũ pu-

A blice superauit, & ad confitendum se victum reduxit. Non tamen ad fidem redit, sed de Hippo-nia recessit. De quo Libro tria declarat.

Primum, est quia dixit inter illa omnia quæ Deus omnipotens fecit, principalem locum datũ esse animæ. Quod quidẽ dixit generaliter pro qualibet rationali creatura: sed non est mos scripturę Angelos animas appellare. Secũdum est quãdo dixit peccatũ non esse si nõ propria voluntate peccet. Quod intellexit de peccato absolutè, non de peccato quod est etiam pœna peccati.

Tertium, est quando dixit quod post resurrectionem legem & Diuina præcepta seruabimus.

B Quod non debet intelligi nos tunc indigere scripturis: sed lex æterna seruabitur sine codice. Liber, qui per notarios fuit recollectus, incipit sic, Quinto Calend. septembris Archadio Augusto bis, & Rufino viris clarissimis consulibus. Fin. Et ostensurũ te polliceris. Augustinus. Deo gratias.

Libro contra Adimantum Manichæũ, de quo dicit Libro primo retractatio. ca. xxij. quod solutio est cuiusdã eius scripturæ, qua legem & prophetas Euangelio contrariari dicebat. De hoc Libro quatuor declarat. Primũ est quod tota prędicatio veteris testamenti est prænuntiatio noui, ita vt nulla in Euangelica atque Apostolica disciplina reperiantur præcepta, quæ illis libris veteribus desint. Dicit quod addi debuit penè nulla.

Secundum est quando dixit quod tribus modis in scripturis filiorum nomen accipitur: non

C sufficienter dictum est, eo quod pluribus modis dicitur, sicut filius gehennæ, & filius adoptiuus.

Tertium, est quando dixit cum corruptibile induerit incorruptionem, iam caro & sanguis non erit: debet intelligi secũdum corruptionem, non secundum substantiam. Quartum, est quando dixit, In potestate hominis est mutare in melius voluntatem. Quando dictum non est contra gratiam Dei: quia potestas nulla est nisi detur à Deo. Hic liber incipit: In principio fecit Deus cœlum & terram. Fin. ab errore vincuntur.

Scripsit plura contra Manichæos, vt supra patet in hac tabula: sed hic tantum quotaui libros, qui in titulo habent contra.

Liber qui dicitur commonitorium, ad vniuersam Ecclesiam destinatum, indicans sub qua cau-

D tela Manichæi, si conuersi fuerunt, suscipi debeãt, paruus est. Incipit, Manichæi qui confitentur, & quos pœnitet huius nephandissimi erroris. Fin. Nec accepta citò loca in quibus fuerant cõmendati deserunt.

Liber contra epistolam fundamenti, scriptus est, vt dicit Libro secundo retract. capit. secundo. Eo quod Manichæus quidam epistolam pro suo errore confecerat, quam ipsi vocabant fundamentum. Hanc in hoc Libro satis magno Augustinus de verbo ad verbum redarguit. Qui sic incipit: Vnum Deum verum omnipotentem ex quo omnia per quem omnia. Fin. Deo permittente atque adiuuante arguantur.

Liber contra Faustum Manichæum, vt dicit Libro secundo retractat. capit. septimo, in xxxiij. distinguitur partiales libros: quos tamen disputationes iubet appellari. De quo quatuor emēdat.

Primum, est in tertio Libro, vbi dixit quod Ioseph habuit duos patres, ex alio natus, & ab alio adoptatus. Debuit adoptionis genus exprimere, quod non fecit. Secundum est quod in Libro duodecimo & decimo tertio dixit Chan Noe filium fuisse maledictum, cum non ipse fuerit, sed eius filius: tanquam maledictus in filio pater.

Tertium, est in eodem decimo tertio, vbi solem & lunam alloquitur, quia tolerāt vanos suos adoratores. Quod dixit metaphoricè loquendo, non credendo eos sentientes, aut esse animatos. Quartum, est in Libro trigesimo primo vbi dixit quod in membris genitalibus sanctorū nulla erit turpitudo: sed cur ea Apostolus dixerit inhonesta, melius alibi dicit se exposuisse, scilicet propter legem in membris repugnantē legi mentis, quæ de peccato venit, non de prima institutione naturæ. Quam sit magnus iste liber indicat numerus partialium. Incipit sic: Faustus quidam fuit gente Apher, ciuitate Mileuitanus, eloquio suauis, ingenio calidus, secta Manichæus. Finitur, Vt aliquando & catholici esse posSitis.

Liber contra Felicem Manichæum, nominatur ab eo Libro secundo retractat. capit. viij. De quo nihil emendat, sed tantum narrat disputationē fuisse in publico præsente populo diebus duobus continuatam. Et ob hoc liber in duos partitur partiales. Erat iste Felix ineruditus liberalibus disciplinis, sed versutior cæteris. Propterea de libero arbitrio voluntatis secum egit, sed de Dei gratia diligentius disputare compulsus non fuit. Incipit, Honorio Augusto septies consule, septimo Iduum decembriū. Fin. Augustinus Episcopus, his in Ecclesia coram populo gestis, subscripsi. Felix his gestis subscripsi.

Liber quæstionum contra Manichæos, nō recensetur ab eo Libro retractationum, quadraginta octo capitula continet contra eorum errores, quibus catholicam fidem impugnare nituntur. Incipit: Vnus Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus, inuisibilis, incomprehensibilis. Finitur, Ad catholicæ veritatis vbera toto desiderio conuolate.

Libros contra Pellagianos & eorum errores plures edidit, de quibus aliquos sub alio titulo hîc supra citaui: sed præter illos istos vidi.

Liber contra duas epistolas Pellagianorum ad Bonifacium vrbis Romæ Episcopum, quem nominat Libro secundo retractationum, capit. sexagesimo primo. In quatuor partitur partiales libros. Incipit, Noueram te quidem fama celeberrima prædicante, & frequentissimis nuntiis quanta esses Dei gratia plenus. Finitur allegando Ambrosium. Vt nemo possit ædificare sine

A Domino, nemo custodire sine Domino, nemo quicquam incipere sine Domino.

Liber contra Iulianum Pellagianistam, vt dicit Libro secundo retractationum, capit. sexagesimo secundo, sex continet partiales libros ea de causa, quia contra librum Augustini de nuptiis ad Valerium Comitē in libros quatuor fecerat, contumeliose improperans Augustino quod extiterat Manichæus. Propterea in primis duobus libris aliorum doctorum testimoniis eius impudentiam arguit, & eum pro Manichæis dicere comprobauit: quatuor verò cæteri, redduntur libris eius singulis singuli. De hoc tam magno volumine solùm emendat quod scripsit in Libro quinto, deformem maritum coniugi suæ ne deformem pareret prolem

B proponere in concubitu formosam solere picturam, cuius viri nomen posuit certum, cum esset incertum: quod contigit memoria decipiente. Hoc autem Soranus author medicinæ scripsit regem Cypri facere solere, sed nomen eius proprium non expresSit. Huic operi præmittitur epistola quæ sic incipit. Beatissimo fratri & coepiscopo Claudio, Augustinus in Domino salutem. Quoniam mihi fraterno excitatus affectu Iuliani quatuor libros quos aduersus vnum meum scripsit, priusquam peterem ipse misisti. Liber verò incipit sic, Contumelias tuas & verba maledica Iuliane. Finitur, Tunc veritatem poteris tenere qua viceris.

Liber disputationis siue altercationis cum ipso Iuliano, eo more scriptus est quo secun-

C dus liber contra Petilianum, quem tamen non vidi, totum sed solùm quinquaginta responsiones perlegi. Incipit sic, Aduersus hæreticos Pellagianos qui dicunt, &c. Audiui librum esse magnum, & in fine conuertisse Iulianum. Istum librum non nominat in Libro retract.

Liber contra Pellagium ad Sixtum presbyterum vrbis Romæ. Incipit, Tres eramus cum fama iactaret. Inter epistolas annumeratur.

Liber contra Pellagium & Celestium de gratia & peccato originali. Duo libri sunt quos scripsit ad Albinam, Parmianum, & Melaniam. Et in Libro secundo retractat. capit. quinquagesimo, nominat eos, nihil retractando ex eis. Libri sunt non magni, sed vtiles de ea qua intitulantur materia, quorum primus incipit, Quantum

D de vestra corporali & maximè spirituali salute gaudeamus, syncerissimi fratres dilecti à Deo, &c. Secundus verò liber finit. Verumtamen hic liber quantumlibet sit ad hoc vtilis, iam tandem aliquando finiendus est.

Liber contra Priscilianistas & Origenistas, scriptus est Orosio, vt dicit Libro secundo retractat. capit. quadragesimo secundo. Incipit, Respondi tibi quærenti, dulcissime fili Orosi, Finitur, Ipse reserabit latius veritatem, qui pulsantem si peruidet, quam donare dignatus est charitatem. *Sub finem non finis.*

Liber

Liber contra quinque genera hostium, aliàs contra quinque hæreses, & etiam alicubi vocatur de quinque hæresibus: agit enim contra Paganum, Iudæum, Manichæum, Sabellium & Arrium. Sed magis habet stylum tractatus seu sermonis, quamuis sit longus, quam libri. Incipit sic: Debitor sum, fateor, non necessitate, sed quod est vehementius charitate. Finitur, Turris fortitudinis à facie inimici, qui credentes in se custodit in sæcula sæculorum.

Sequuntur libri commentarij vel expositorij librorum textualium sacræ scripturæ de quibus quos vidi incœpi citare à Genesi tali modo.

Liber de Genes. siue super Genes. ad literam imperfectus, quem nominat Libro primo retractat. capit. decimo octauo. Inchoauerat enim opus grande, sed perficere se asserit non valuisse. Non emendauit: cuius causam ponit, quia eo quod imperfectus esset ipsum delere decreuerat. Postea occurrit cordi sic dimittere, vt esset index non inutilis rudimentorum suorum. Et sine dubio vtilis est liber, licet incompletus. Incipit: De obscuris naturalium rerum quæ omnipotente Deo artifice facta sentimus, non affirmando, sed quærendo tractandum est. Finis eius in his verbis reperi. In ipsa benedicimus Deum, & in ipsa maledicimus hominibus, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

Liber de Genes. ad literam, vt dicit Libro secundo retractat. capit. vigesimo quarto, sic intitulatur, quia non secundum allegoricas significationes, sed secundum rerum gestarum proprietatem pertractat scripturam à principio creatoris vsque ad positam custodiam ligni vitæ. Post librum de Trinitate, iste mihi subtilior cæteris visus est. Continet duodecim partiales libros, de quibus emendat tria. Primum, est in Libro quinto, capit. decimo nono, loquens de semine cui repromissum est. Dixit eum dispositum per Angelos in manu mediatoris. Quod quidem nô de semine, sed de lege dictum est. Quod plures Latinos codices dicit habere propter interpretantis errorem, vnde ipse deceptus, hic emendat: & sicubi simile dixit, vult non aliter intelligi. Secundum est, in Libro sexto, vbi dixit hominem peccato perdidisse imaginem Dei. Quod non debet sic accipi, vt nulla remanserit imago: sed quia tam deformis, vt reformatione opus haberet. Tertium, est in Libro duodecimo, vbi rationem reddit, cur sub terris inferi credantur. Dicit magis debuisse hoc docere, quam cur crederentur reddere rationem. Incipit, Omnis Diuina scriptura bispertita est. Fin. sic. Isto tandem fine concludamus.

Super totum Pentateuchum, & vsque ad principium libri Regum potest dici scripsisse librum quæstionum quem superius citaui. Fecit etiã sermones plures, vt notum est scientibus: & ego aliquos vidi, vt infra dicam. Super libros autem regum est secũdus liber quæstionũ ad Simplicianum. Sunt insuper sermones nonnulli.

A Liber super psalterium opus est maius quolibet suorum qui habentur, ad modum procedit sermonum siue Homiliarum. Incipit, Omnis scriptura Diuinitus inspirata vtilis est ad docendum. Finitur. Et quia sapere secundum carnem mors est, omnis spiritus laudet Dominum.

Super libros sapientiales, sermones sunt aliqui, vt infra patebit. Sed super vltimũ capitulũ prouerbiorum allegatur pro libro: & tamen fuit sermo habitus in die martyrum. Incipit, Præstabit nobis Dominus qui istud commendauit sanctis suis, vt infirmitas vocis nostræ sufficiat intentioni nostræ.

Super Iob est liber Annotationum in Iob. De quo dicit Libro secundo retractat. capit. decimo
B tertio, quod recollectus sub eo fuit. Et displicet sibi liber causa nimiæ breuitatis, qua in multis sententia redditur incompleta & obscura. Incit: Opera magna erant eis super terram. Finit. Nunc autem manum imponẽs ori ne vltra progrediatur, promittit se non adiicere iterum, vt recedat à Deo.

Super verba Prophetarum extant sermones quamplures, vt infra patebit. Scripsit etiam super Ezechielem volumen valde magnum, vt ab eo qui viderat audiui, sed ego non vidi. Vidi autem super librũ Machabæorum magnum opus, sed non perlegi ideo hîc non allegaui.

Super canticum Isaiæ. Vinea facta dilecto meo: quidam magnus tractatus, qui incipit: Dei organa laudes dicunt semper creatori suo.

C Super Euangelia verò, exceptis supra notatis, vt de consensu Euangelistarum, & de quæstionibus Euangeliorum ac liber de verbis Domini, est liber quo ad Euangelium Matthæi, qui vocatur liber de sermone Domini in monte. Expositio est ab eo loco. Cum vidisset Iesus turbas, ascendit in montem: vsque, Cauete à pseudoprophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Qui diuiditur in duos partiales libros. Quem ipse recensuit. Libro primo retractat. capit. decimo nono, de libro primo retractat vel emendat numero duodecimo. Primum, est vbi super illud, Beati pacifici, &c. dixit quod cuncta obtemperant spiritui hominis sapientis, & nullus motus aduersus rationem est rebellis. Debet intelligi quantum est in
D hac vita possibile. Secundum, est ibidem & ad idem quod dixit ista in hac vita compleri posse sicut completa esse in Apostolis credimus: Cuius intellectus in idem redit, vt dicantur in Apostolis completa quadam perfectione cuius est capax vita ista. Tertium est quod dixit non ad mensuram dat Deus spiritum. Quod verbum solùm habet verificari de Christo. Quartum, est quod illud, Iota vnum aut vnus apex non transiet à lege: exposuit propter vehementem expresionem perfectionis. Quod quidem non debet intelligi vt quis ita perfectè seruet, quasi non necesse habeat dicere, dimitte nobis

debita nostra: sed omnia mandata facta deputantur, quando quicquid non fit ignoscitur. Quintum, est quod verba ab illo loco, Quicunque soluerit de mandatis istis minimis: vsque, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, &c. Melius alibi dicit exposuisse. Sextum, est quia illud, Qui irascitur fratri suo, &c. melius exposuit alibi. Septimum, est quando dixit de patre & matre vt in eis oderimus quod genus humanum nascendo & moriendo sortitum est. Quod non debet sic accipi, quinetiam si peccatum non fuisset affinitates essent. Octauum, est quod supplet expositionem de diligendis inimicis & parentibus odiendis, sicut alibi melius exposuit: quia illi diligendi sunt ad regnum Dei, isti odiendi, si impediunt à regno Dei. Nonum, est quod dicit non sufficere expositionem quam fecit de præcepto quo prohibetur vxor dimitti, nisi propter fornicationem: nam debuit de fornicatione clarius exponendo distinguere, sicut alibi fecit. Decimum, est ibidem & ad idem quando dixit hoc permissum & iussum: quia non aduertit scripturam dicentem. Qui tenet adulteram stultus & impius est. Vndecimum, est ibidem de muliere adultera præsentata Christo: quia non vlterius adultera erat deputanda, si obedienter verba saluatoris audiuit. Duodecimum, est quod supplet expositionem quam fecit de peccato fratris ad mortem: quia dicit se addere debuisse. Si in hac mentis peruersitate finierit hanc vitam: eo quod de nullo quantumcunque pessimo dum hîc viuit, est desperandum. De secundo verò Libro corrigit & emendat quinque. Primum, est quod Christum appellauit hominem Dominicum. Quod quamuis ab aliis doctoribus habuerit, non sibi placet: eo quod non deriuatiuè, sed essentialiter Dominus est. Secũdum, est quod dixit neminem posse Deum odisse. Retractat propter illud. Superbia eorum qui te oderunt.

Tertium, est quia illud sufficit diei malitia sua: exposuit pro malitia, necessitatem alimenta sumendi, addens eam nos meruisse peccando. Hoc emendat dicens, etiam ante peccatum humana corpora necessitate cibanda. Quartum, est vbi dixit Ecclesiam non habentem maculam aut rugam: debet intelligi de futura Ecclesia, non de præsenti. Quintum, est quia distinxit inter petere, pulsare, & quærere, cum tamen ista tria ad instantissimam petitionem debeant referri. Iste liber incipit sic: Sermonem quem loquutus est Dominus noster Iesus Christus in monte, sicut in Euangelio secundum Matthæum legimus. Finitur. Sed volumus ædificare supra petram.

Liber super totum Euangelium Ioannis scriptus per tractatus, siue sermones, opus valde magnum & solenne, continens tractatus siue sermones centum viginti quatuor numero. Quod volumen apud aliquos in duas partes diuiditur, credo magnitudinis causa: & secunda

A pars incipit in tractatu quinquagesimo quarto super illud, Ante festum paschæ. Nec hoc mirandum, quia etiam reperi opus super psalterium in tres partes diuisum: huic operi in aliquibus originalibus præmittitur prologus qui sic incipit: Omnibus Diuinæ scripturæ paginis excellit Euangelium. Liber verò à primo tractatu vel sermone, sic incipit, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc animal homo non percipit. Quid ergo fratres? Silebimus hinc? Quare ergo legitur, si silebitur? &c. Finitur, Euangelista terminare sermonem suum, etiam ipse compelleret meum terminare sermonem.

B Super Apostolum est liber de verbis Apostoli, imo vt ascribitur Bedæ, totum Paulum diffusè ex verbis eius exposuit, sed in speciali. Est liber qui dicitur expositio quarundam propositionum ex epistola Apostoli ad Romanos, quem pro hac compilatione habui. Hunc librũ propositionum super epistolam ad Romanos nominat Libro primo retractat. capit. vigesimo secundo: titulus indicat libri materiam de quo corrigit & supplet septem. Primum, est quia illud, lex spiritualis est, ego autem carnalis sum: exposuit de homine tantum sub lege posito. Sed potest intelligi etiam de spirituali quolibet.

Secundum, eum locum, Quis me liberabit de corpore mortis huius, &c. contra Pellagianos melius exposuisse se dicit. Tertium, est C quod dixit Deum in sua præscientia non opera cuiusquam eligere, sed fidem eligere in præscientia, vt quem sibi crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit cui daret Spiritum sanctum. Non debet intelligi quin etiam à gratia Dei sit fides.

Quartum, est ibidem & ad idem quando dixit. Quod credimus, est nostrum: quod autem operamur bonum illius est, scilicet Dei. Quod non dixisset, si aduertisset fidem annumerari inter cætera dona Dei. Quintum, est quod dixit nostrum esse credere & velle: cum totum sit à Deo, vt ibidem infra magis clarè concludit. Sed de ipsa vocatione quæ fit secundum propositum Dei minus dixit quam debuit. Sextũ, est quando dixit fidem inchoare meritum, & infidelitatem seu impietatem demeritum. Debuit D etiam dicere fidem esse Dei donum. Septimũ, est quãdo dixit quod misericordia Dei tribuitur merito præcedentis fidei. Addere etiam debuit & declarare meritũ fidei venire de misericordia Dei. Ideo bene se dicit in eodem Libro dixisse, quoniã nõ ex operibus, sed per misericordiã Dei & vocamur, vt credamus, & credẽtibus pstatur, vt bene operemur. Hæc omnia supplet cõtra hæresim Pellagianã. Hic liber Incipit: Sensus ij sunt in epistola ad Romanos Pauli Apostoli. Fin. De quibus alio loco, quorum Deus venter est.

Liber qui dicitur Epistolæ ad Romanos inchoata expositio, recẽsetur ab eo Libr. j. retract. cap. xxv. Proposuerat nanq; totã exponere, & solũm vsq; ad salutationis finẽ pertractando, vnum librum

librum fecit: cætera dimisit propter operis magnitudinem & difficultatem materiæ. De quo libro solùm vnum declarat verbum, quando dixit gratiam esse in remissione peccatorum: pacem verò in reconcilatione Dei. Quod non debet sic accipi, quasi ipsa pax non pertineat ad gratiam generalem. Sed hæc duo posuit, sicut lex & Prophetæ specialiter dicitur, cum generaliter in lege Prophetæ intelligantur. Iste liber incipit: In epistola quam Paulus Apostolus scripsit ad Romanos.

Liber super epistolã ad Galatas, est continuata expositio ipsius epistolæ, vt dicit libr. j. retract. c. xxiiij. de qua iiij. emendat. Primum est quod exponens illud, Neque ab homine, neq; per hominem, sed per Iesum Christum: dicit Christum ante resurrectionem adhuc ex parte hominem, id est, mortalem, post resurrectionem verò iam totum Deum, id est omni ex parte immortalem. Quod quidem quamuis seipsum exponat, impropria tamen loquutio fuit, ne credi posset eum credidisse quia nunc Christus est immortalis, propterea non esse hominem: contra illud Act. j. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Secundum, est quod dixit, gratia Dei est qua nobis donantur peccata: pax autem, qua reconciliamur Deo. Quod debet accipi, vt proximo supra præcedenti capitulo dixi. Tertium, est quia exponens illud, Quid ergo lex: trãsgressionis gratia posita est: ipse ita distinxit, vt interrogatio esset: Quid ergo? & responsio, Lex trãsgressionis gratia. Sed melius punctatur cum dicẽdo, Quid ergo lex? Quartum est, quia dixit eos esse sub lege & non sub gratia, quorum spiritus ita concupiscit aduersus carnem vt non ea quæ volunt faciant: Quod etiam eis qui sunt sub gratia potest contingere: qui quamuis non consentiant carnis concupiscentiæ eam tamen patiuntur quã nollent habere. Inaduertens fui non allegando distinctè hunc librum: sed antiquitas libri & celeritas perlegendi fuit in causa. Hic liber sic incipit: Causa propter quam scribit Apostolus ad Gal. Fi. Nam & in nullis aliis epistolis ea vtitur gratia Domini nostri Iesu Christi cum Spiritu sancto.

Super epistolã Iacobi scripsit vnum librum, vt ipse dicit, libro secundo retracta. capi. trigesimo secundo. Istum librum non vidi. Sed super illo verbo eiusdem Apostoli, Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus: Ipse composuit vnum librum, qui etiam intitulatur de sententia Iacobi ad Hieronymum: Nam de ista sententia, hoc est verbo authentico scripsit Hieronymo vnum librum quem vidi & perlegi, cuius ipse meminit libro retracta. secundo, ca. quadragesimo quinto. Scripsit enim istum: & librum de origine animæ quem sub. A. citaui in isto libro. De connexione virtutum clarè loquitur. Liber incipit sic: Quod ad te scripsi honorande mihi in Christo frater Hieronyme. Fi. sic. Per Dominum obsecro vt id nobiscum communicare digneris.

Liber super primam canonicam Ioannis per tractatus seu sermones distinguitur. Et sunt numero decem satis magni. Incipit sic: Meminit sanctitas vestra Euangelium secundum Ioannem ex ordine lectionum. Fi. Vt credam parentibus meis maledicenti, quam tu credes Christo prædicanti.

Liber super Apocalyp. Ioannis per homi lias modo simili distinguitur. Et sunt numero septemdecim. liber quidem breuis, & causa breuitatis obscurus, vt dicit quidam Ambrosius Anparthus in prologo sui commentarij super Apochaly. Tamen intelligenti ad allegoricum sensum aperit intellectum. Incipit, In lectione reuelationis Ioannis Apostoli charissimi animaduertimus & quod secundum anagogem hoc Domino largiente explanare curauimus. Fi. Deus est in Ecclesia, & Ecclesia in Deo.

Ecce patent librorum quos perlegi, & in hac compilatione allegaui, tituli, materia, forma tractandi, & si quid ex aliquo retractat seu corrigit vel declarat. Ex quibus omnibus iudicio meo, in quatuor libris maximè alios doctores excedit, scilicet, in libro confessionum, vbi apparet & est deuotior: in libro de trinitate, subtilior: in libro de ciuitate Dei, vniuersalior: & in libro retract. prudentior.

Sequitur tabula sermonum, nomine quorum comprehendi tractatus & homilias: de quibus dicit venerabilis meus pater & dominus, dominus Robertus qui nũc est cãcellarius Parisiensis, & horum sermonum amator ac curiosus inuestigator, quod in eis & epistolis continetur maxima theologia, & speculatiua, & moralis: quos ipse ad ordinem redegit valde pulchrum & vtilem. Sed ego non tot vidi quot habet ipse. Et credo sermonum eius numerum ab aliquo non haberi. Et propterea ab Isidoro dicitur quod tanta scripsit, &c. Hoc autem ordine tabulabo: primo citabo sermones de tempore siue de festis: Secundo de aliquibus materiis propriis: Tertio sermones quos reperi sine titulo, & eos voco communes. Quando autem de eodem tempore vel materia plures vidi, eo ordine recensebo quo mihi eos vidisse contigit, incipiens à sermonibus de aduentu ad iudicium, iuxta ritum officij Ecclesiastici Romanæ curiæ, ponendo solum eorum principia tali modo.

De aduentu ad iudicium.

Sermo primus, De aduentu ad iudicium, incipit: Qui sunt qui in illa nocte.

Sermo secũdus, Audiuimus fratres charissimi scripturam dicentem ad Abraham. Iste sermo intitulatur alibi homilia de visione Abrahæ.

Sermo tertius, Audiuimus cum Euangelium legeretur.

Sermo quartus, Fratres charissimi necesse est.

Sermo quintus, O fratres quam tremenda nobis erit dies iudicij.

rum infantium colimus.

Sermo secundus, Quotiescunque fratres sanctorum martyria celebramus, toties laudes saluatoris edicimus.

Sermo tertius, Credimus Iudæis, quia natus in Iudæa Deus.

Sermo quartus, Christo secundum Prophetiæ fidem in Bethleem nato.

De Cal. Ianuarij.

Sermo primus, Dies Calendarum istarum fratres charissimi.

Sermo secūdus, Quāquā nō dubitē vos fratres.

Sermo tertius, Est homilia super Euangelio ipsius diei: Quid est quod octaua die circuncidetur puer?

De Epiphania.

Sermo primus, Nuper celebrauimus.

Sermo secundus, Ad partū virginis ad orādū.

Sermo tertius, Hodierna die per vniuersum mundum.

Sermo quartus, Ante paucissimos dies.

Sermo quintus, Hodie stella Magos ad præsepe.

Sermo sextus, Hodierna festiuitas solennis est nobis.

Sermo septimus, In hac solennitate huius diei.

Sermo octauus, Omnipotens Deus renouat sacramenta.

Sermo nonus, Hodie fratres charissimi Dominus noster Iesus Christus.

Sermo decimus, Quia caput malorum diabolus est.

Sermo vndecimus, Post miraculum virginei partus.

Sermo duodecimus, Sicut dies hodiernus anniuersario reditu.

Sermo decimus tertius, Solennitas quam hodie celebramus.

Sermo decimus quartus, Hodierni diei per vniuersum mundum solennitatis quid nobis af.

Sermo decimus quintus, Epiphania, Latinè manifestatio est.

Sermo decimus sextus, Anniuersaria celebramus diei huius.

In festo sanctorum Fabiani & Sebastiani.

Sermo. Illa Euangelica verba, quando Dominus ait, Qui amat animam suam.

In festo sanctorum Fructuosi, Augurij & Eulogij Diaconi, & Agnetis virginis.

Sermo, Dominus Iesus Christus martyres suos non solùm instruxit præcepto.

De sancto Vincentio.

Sermo primus, Magnum & multum mirandum spectaculum.

Sermo secundus, Fratres charissimi magnum spectaculum sancti Vincentij.

Sermo tertius, Virtus gloriosissimæ passionis & sermo suauissimæ relationis.

Sermo quartus, Magnum spectaculum fratres charismi. Certabant duo.

A Sermo quintus, Oculis fidei certantem spectauimus martyrem.

Sermo sextus, In passione beati Vincentij fratres charissimi euidenter ostendit.

Historia eius per Augustinum compilata incipit. Probabile satis est ad gloriam sancti Vincentij.

De conuersione sancti Pauli.

Sermo primus. Hodie lectio de Actibus Apostolorum.

Sermo secundus, Si penitus effugere maculā.

De purificatione beatæ Mariæ virginis.

Sermo primus, Dominus noster Iesus Christus, fratres charissimi, qui in æternum est cunctorum creator.

B Sermo secundus, Audistis fratres charissimi quod Dominus noster Iesus Christus qui erat apud patrem.

Sermo tertius, Nuper dies natalis Domini.

Sermo quartus, Fratres charissimi celebrare debetis cum sanctis patribus hunc diem.

Sermo quintus, Hodiernus nobis dies fratres charissimi contulit gaudium.

Sermo sextus, Sancta & venerabilis solennitas fratres charissimi quam hodie celebramus.

De cathedra sancti Petri.

Sermo primus, Institutio solennitatis hodiernæ.

Sermo secundus, Adest dilectissimi fratres beati Petri Apostolorum principis.

De sancto Mathia Apostolo.

C Sermo. Cum præclara beati Mathiæ Apostoli festiuitas per anni cursus.

De sanctis Perpetua & Felicitate.

Sermo primus, Hodiernus dies anniuersaria replicatione nobis.

Sermo secundus, Refulget & præeminet inter comites martyres.

Sermo tertius. Duarum sanctarum martyrum festum diem hodie celebramus.

De annuntiatione beatæ Mariæ virginis.

Sermo primus, Iterum gaudij nuntia, iterum libertatis indicia.

Sermo secundus, Cum Deus opifex rerum mundi huius fabricam.

D Sermo tertius, Est homi. super Missus est, quæ incipit, Aduentum Domini & saluatoris nostri, in quo humanum genus.

Sermo quartus, Thalamos Mariæ & secreta coniugia.

Sermones de quadragesima & ieiunio.

Sermo primus, Attendite fratres charissimi quod sanctus dicit Apostolus.

Sermo secundus, Rogo vos & admoneo fratres vt isto.

Sermo tertius, Permotos vos esse credo.

Sermo quartus, Moses quadraginta diebus.

Sermo quintus, Quoniam ieiuniorum tempus est, fratres charissimi.

Sermo sextus, Solenne tempus aduenit, quo amplius quam per anni cætera spatia.

Sermo

tari debemus.

Sermo trigesimus primus, Dominus noster Iesus Christus, sicut Aposto. dicit, mortuus est, &c.

Sermo trigesimus secundus, Post laborem noctis præteritæ.

Sermo trigesimus tertius, Hoc quod vidistis in altari Dei & transacta nocte.

Sermo trigesimus quartus, Hodiernus dies magno sacramento.

Sermo trigesimus quintus, Resurrectio Domini nostri Iesu Christi hodie recitata est.

Sermo trigesimus sextus, Resurrectio Domini secundum omnes quatuor Euangelistas.

Sermo trigesimus septimus, Hesterno die lecta est ex Euangelio.

Sermo trigesimus octauus, Apparuit Dominus post resurrectionem suam.

Sermo trigesimus nonus, De resurrectione Domini quod sequebatur ex Euangelio.

Sermo quadragesimus, Diebus his sanctis resurrectio Domini dedicatur.

Sermo quadragesimus primus, Narratio resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum Euangelistam.

Sermo quadragesimus secundus, Multis modis Dominus noster post resurrectionem suam.

Sermo quadragesimus tertius, Ex Euangelio secundum Ioannem resurrectio Domini.

Sermo quadragesimus quartus, Placuit Domino Deo nostro vt hîc constituti.

Sermo quadragesimus quintus, Audiuimus Euãgeliũ quẽadmodũ Dominus Iesus post resur.

Sermo quadragesimus sextus, Dominus Iesus infirma mundi eligens.

Sermo quadragesimus septimus, Liberatoris nostri prædicatio, nostra est liberatio.

Sermo quadragesimus octauus, Apostolũ Petrum primum omnium Apostolorum.

Sermo quadragesimus nonus, Euangeliũ sancti Ioãnis Apostoli quod dicitur secũdũ Ioannẽ.

Sermo quinquagesimus, Resurrectionis Dominicæ veneranda solennitas.

Sermo quinquagesimus primus, Resurrectio Domini nostri Iesu Christi ex more legitur.

Sermo quinquagesimus secundus, Multis & variis modis altitudinem Deitatis.

Sermo quinquagesimus tertius. In horto voluptatis Dominum requisiuit Maria.

Sermo quinquagesimus quartus, Animaduertimus cum Apostoli epistola legeretur.

Sermo quinquagesimus quintus, Euangelij Ioannis principium, In principio erat verbum.

Sermo quinquagesimus sextus, Dominum nostrum Iesum Christum factum esse hominem.

Sermo quinquagesimus septimus, Mũdus per Dominum Christum factus est.

Sermones duo super illud Euãgelij quod legitur feria secunda. Ibant ipsa die duo ex discipulis. Primus, de eo quod scriptum est de Domino, quod finxit se. Secundus, Hodierna die, id est, nocte lecta est lectio Euangelica.

A *In diebus rogationum.*

Sermo primus, Audiuimus nos exhortatum Dominum: Sumitur de verbis Domini.

Sermo secundus, Hortatus est nos Dominus ex eodem libro.

Sermo tertius, Legimus in Prophetis & in Iona.

Sermo quartus. Scire debemus & intelligere, fratres charissimi.

Sermo quintus, Euangelica lectio, fratres charissimi dum legeretur.

De ascensione Domini.

Sermo primus, Ascensionis Domini nostri Iesu Christi sanctus & solennis dies.

Sermo secundus, Hodierna die ascensionem

B Domini celebramus.

Sermo tertius, Glorificatio Domini nostri Iesu Christi.

Sermo quartus, Saluator noster charissimi fratres, ascendit in cœlum.

Sermo quintus, Omnia fratres charissimi quæ Dominus noster in hoc mundo.

Sermo sextus, Scire debemus charissimi quod hodierna festiuitas.

Sermo septimus, Dum Christus ascendit in cœlum.

Sermo octauus, Magnum hodie fratres suscepimus diem festum.

Sermo nonus, Liberius fratres clariúsque cõuenit.

Sermo decimus, Fratres charissimi continua

C hodie iubila.

Sermo vndecimus, Fratres charissimi, ascensionis Dominicæ inclitum.

Sermo duodecimus, Fratres charissimi, dies isti quibus.

Sermo decimus tertius, Miror interdũ fratres.

Sermo decimus quartus, Solennitate diei huius admonemur.

Sermo decimus quintus, Quoniam de cura nostra processit oratio, foris ciuitatem: Alicubi intitulatur Ioanni Episcopo.

De Pentecoste.

Sermo primus, Fratres charissimi quadragesimum nuper diem.

Sermo secundus, Fratres charissimi hodierna

D die anniuersaria.

Sermo tertius, Grata est Domino solennitas.

Sermo quartus, Quoniam sanctam solennitatem celebramus.

Sermo quintus, propter aduentum spiritus sancti hodiernus dies solennis est.

Sermo sextus, Aduentum Spiritus sancti anniuersaria festiuitate.

Sermo septimus, Discessurus de mundo & ascensurus in cœlum Dominus.

In die sanctorum Geruasij & Protasij martyrum.

Sermo, Martyres, nomẽ est Græcum: sed iam isto nomine consuetudo vtitur pro Latino.

De

Sermo

Sermo quartus, Scientes fratres dilectissimi authori nostro.

Sermo quintus, Sicut stellæ in cœlo positæ. Ascribitur Cæsario, sed est Augustini.

Sermo sextus, Hodierna festiuitas de Dei genitricis Mariæ dormitione.

Sermo septimus, Ad interrogata de virginis & matris Domini solutione.

In die Decollationis beati Ioannis Baptistæ.

Sermo primus, Beatus Baptista Ioannes hodie pro veritate.

Sermo secundus, Sancti Ioannis Diuinæ mortis recolimus.

Sermo tertius, Impletum videmus in Ioanne quod ipse prædixit.

Sermo quartus, Cum sanctum Euangelium legeretur. Homilia est.

Sermo quintus, De præsenti capite Fratres charissimi.

Sermo sextus, Natalem fratres charissimi beati Ioannis.

Sermo septimus, Diximus superiori Dominica cum silentij vestri veniam peteremus.

In die Natiuitatis beatæ Mariæ Virginis.

Sermo primus, Merito hodie, fratres charissimi profusis gaudiis.

Sermo secũdus, Audiamus charissimi fratres.

Sermo tertius, Hodierni diei celebritas admonet.

De sancto Cypriano.

Sermo primus, Spiritus sanctus doceat nos in hac hora.

Sermo secundus, Sermonem à nobis debitum à viribus & cordibus ve.

Sermo tertius, Istum festum diem nobis passio beatissimi Cypriani.

Sermo quartus, Sanctissimus & solennissimus dies, atque huic Ecclesiæ.

Sermo quintus, Diei tam grati lætíque solennitas.

De Apostolis.

Sermo, Cœli enarrant gloriam Dei.

De vno martyre.

Sermo primus, Cantauimus Deo martyrum voce: Iudica me Deus &c.

Sermo secundus, Omnium quod fidelium bonorum Christianorum.

Sermo tertius, Fortitudinem sanctorum martyrum.

Sermo quartus, Die solenni sanctorum martyrum debitus sermo.

Sermo quintus, Solennitas beatissimorum martyrum lætiorem.

Sermo sextus, Sufficere nobis debent ad profectum virtutis nostræ.

De pluribus martyribus.

Sermo primus, Psalmus qui cantatur Domino videtur sanctis meis.

Sermo secundus, Hodie dilectissimi sanctorum martyrum.

Sermo tertius, Cum omnium sanctorum mar-

A tyrum. In hoc sermone loquitur de martyribus quorum corpora ibidem sunt tumulata.

Sermo quartus, Fratres charissimi natalem martyrum celebramus.

Sermo quintus, Solennia beatissimorum martyrum.

Sermo sextus, In Psalmis diximus Domino Deo nostro: Pretiosa &c.

Sermo septimus, Quotiescunque fratres charissimi sanctorum martyrum solennia.

Sermo octauus, Dignum & congruum est fratres, vt gaudia. Attribuitur Ambrosio, sed Augustini est.

Sermo nonus, Sicut audiuimus & cantando respondimus: pretiosa mors sanctorum. Iste sermo intitulatur sermo de massa candida.

B Sermo decimus, Memoriam martyrum celebramus.

Sermo vndecimus, Quando honorem martyribus exhibemus.

Sermo duodecimus, Sanctorum martyrum non solum magna, sed pia est virtus.

Sermo decimus tertius, Quando dies martyrum istorum.

Sermo decimus quartus, Beatorum solennitas martyrum & expectatio.

Sermo decimus quintus, Admonent nos Diuina eloquia.

Sermo decimus sextus, Per tanta gloriosa sanctorum martyrum gesta.

De Dedicatione Ecclesiæ.

Sermo primus, Quotiescunque altaris vel

C templi.

Sermo secundus, Recta festa Ecclesiæ colunt.

Sermo tertius, Admoneo vos, fratres dilectissimi.

Sermo quartus, Celebritas huius congregationis.

Sermo quintus, Beatissimos Apostolos sermo Diuinus sub appellatione.

Sermo septimus, Bona opera fidelium de sua natali.

Sermo octauus, Quando bona opera quæ propter Deum fiunt hominibus ostenduntur.

Sermo sextus, Sicut optimè nouit sanctitas vestra.

Sermones specialia quædam continentes.

D

A

Sermo de Abraham, Modo cum Diuina lectio legeretur, audiuimus Dominum beato Abrahæ dicentem, Egredere.

Sermo de Abraham & Isaac, Lectionis istius fratres charissimi in qua beatus Abraham Isaac filium suum.

Sermo de Abraham & immolatione Isaac. Notissima pietas patris nostri Abrahæ.

Sermo super illud: Cum videritis abominationem. Euangelista refert quod egressus Iesus de templo.

tres dilectißimi de Deo patre in quem creditis loquuti sumus.

Sermo quartus, de Spiritu sancto, Ordinem symboli fratres dilectißimi, in quo totius fidei nostræ sacramenta consistunt.

Sermo super illud Apocal. Vtinam frigidus esses, aut calidus: In Apoc. fratres charißimi, legimus, Vtinam frigidus esses &c.

G

Sermo de gratia, Gratia Spiritus sancti paracleti, quam in cordibus discipulorum.

H

Sermo de Helia, De sancto Helia nobis recitata est historia, fratres charißimi, & congrue tempore ieiunij.

Sermo de Helisæo, Modo cum Diuina lectio legeretur, charißimi fratres, audiuimus quod eunte sancto Helisæo.

Sermo ad Eremitas. Sicut à nobis Dominus pro suscepti officij necessitate. Sed iste sermo fertur esse Cæsarij ad monachos insulæ Lirinensis.

Sermo, quod homo sit factus ad imaginem Dei, Tanta dignitas conditionis humanę esse cognoscitur.

Sermo super illud, Cum venerit filius hominis. Audiuimus cum Euangelium legeretur.

Sermo de honestate mulierum, Nemo dicat, fratres, tẽporibus nostris martyrum certamina.

Sermo de hospitalitate, Animaduertit sanctitas vestra, fratres, Euangelicam lectionem, quemadmodum Dominus noster.

Sermo de humilitate. Humilitatis Domini nostri Iesu Christi commendamus vobis, fratres charißimi.

I

Sermo de Iacob & Esau magnus & solennis, Hesternæ lectionis debitores nos esse meminimus. Fuit habitus in festo sancti Vincentij.

Sermo de Iacob & Ioseph. In beato Iacob, fratres dilectißimi, & in sancto filio suo Ioseph.

Sermo contra idololatras, & de Herculis simulachro, Gratias Domino Deo nostro & abundantiam laudis illi quem decet hymnus.

Sermo de induratione Pharaonis. Nunquam, charißimi fratres, Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur.

Sermo de Ioseph. Quoties vobis lectiones de Testamento Veteri, fratres charißimi, recitantur.

Sermo quod mortuo Ioseph creuerunt filij D Israël. Audiuimus, fratres charißimi, in lectione quæ lecta est.

Sermo de persequutione Israëlitarum ab Aegyptiis. Quamuis, fratres charißimi, omni tempore verbum Dei.

Sermo ad iudices, Erudimini qui iudicatis terram. Quid est, fratres charißimi.

Sermo super illud, Nolite iudicare & non iudicab. In conuersatione humana charißi. fratres.

Sermo de iudicio Salomonis, Inter duas mulieres certantes de paruulo filio.

Sermo primus, super illud Micheæ, Indicabo A tibi homo quid sit bonum, & quid Deus requirat à te: vtique facere iudicium. Lectiones Diuinorum eloquiorum, cum recitarentur, audiuimus.

Sermo secundus, Lectiones sacras pluries cum recitantur.

Sermo ad iuuenes, Ad vos sermo mihi est ô iuuenes.

L

Ser. primus de Lazaro & diuite. Sancta lectio, fratres charis. si in ista vita nos salubriter terreat.

Sermo secundus, Cantauimus Domino, & diximus, Derelictus est pauper.

Ser. de libertate, Si veritas vos liberabit &c.

Sermo de bono latrone, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.

Sermo de lucta Iacob. Hæc maximè regula di B sciplinæ est necessaria.

M

Sermo de mandatis Domini, Recordamini nobiscum, dilectißimi fratres, dixisse Apostolũ, Quandiu sumus in corpore &c.

Sermo de misericordia, Admonet nos Dominus lectione Euangelica.

Sermo de Mose & typo eius, Sicut frequenter charitati vestræ suggeßimus, fratres charißimi, Moses non solùm &c.

Sermo de cantico Mosi in Exodo, Sensum nostrum, fratres charißimi, in scripturis sanctis considerandis atque tractandis.

Sermo de vita monachorum, Sanctorum gesta, charißimi fratres.

Sermo primus ad Sauinianum de eadem re, C Scriptum est fili, Qui timet Dominum, nihil negligit.

Sermo secundus, de eadem re, Vnam petij à Domino hanc requiram &c.

Sermo super illud, Mulierem fortem quis inueniet. Citatus est supra inter commentarios.

Sermo de pressuris mundi, Quotiescunque pressuras seu tribulationes aliquas patimur, admonitiones sunt.

N

Sermo super illud Apostoli, Quod volo hoc facio. Lectio Diuina quæ de Pauli Apostoli Epistola recitata est.

Sermo de nuptiis. Non debemus mirari, dilectißimi, si præconio fratrum.

O

Sermo de obedientia, Nihil Deo sic placet quomodò obedientia.

Sermo primus de oratione, Rogo vos fratres & admoneo, vt quotiescunque aut lectio &c.

Sermo secundus, Considerare oportet, fratres charißimi, saluberrimum Domini nostri Iesu Christi consilium.

Sermo tertius, De oratione & ieiunio. Aduersus dæmonum nequitiam.

Sermo quartus, de oratione & misericordia, Fœlix ille qui intelligit super egenum & pau.

Sermo primus de oratione Dominica, Audistis quod credidistis, audite quid oretis.

Sermo

Sermo vigesimus, Quomodo ianua est in domo. Est lib. de verb. Apost. sermo. decimo nono.

Sermo vigesimus primus, Scire debet charitas vestra fratres dilectissimi, quod sicut homo ex carne visibili & anima inuisibili.

Sermo vigesimus secundus, Quotiescunq; fratres charissimi, tam pro vestra, quã ꝓ mea salute.

Ser. vigesimus tertius, Rogo vos, fratres charissimi, diligentius considerate, & quantum potestis expauescite vel cauete.

Sermo vigesimus quartus, Vos frequenter admonui, fratres charissimi, iterum iterúmque admoneo & contestor, vt qui se cognoscit.

Sermo vigesimus quintus, Audiuimus cum Euangelium legeretur, dicentem Dominum, Regnum Dei intra vos est.

Sermo vigesimus sextus, Gratias Deo agimus, fratres charissimi, quia nos & si inter multas occupationes sanctæ charitatis vestræ.

Sermo vigesimus septimus, Legimus, fratres charissimi, monẽte Domino per Prophetam parentibus nostris.

Sermo vigesimus octauus, Modo cum Euangelium legeretur, audiuimus dicentẽ Dominum & saluatorem nostrum, Beati misericordes &c.

Sermo vigesimus nonus, Legimus in quodam lib. fratres dilectissimi, de vlmo & vite.

Sermo trigesimus, Inter reliquas virtutes, fratres charissimi, quas in Euangelio Dominus & saluator noster enumerare dignatus est, etiã hoc addit.

Sermo trigesimus primus, Licet in multis rebus, fratres charissimi, nos Deo propitiante conuersatio vestra lætificet.

Sermo trigesimus secundus, Rogo & admoneo vos, fratres charissimi, vt quotiescunque iuxta altare à clericis oratur.

Sermo trigesimus tertius, Si diligenter attenditis, fratres charissimi, & venerabiles filij, & videntes agnoscitis.

Sermo trigesimus quartus, Audiuimus, fratres charissimi, cum Euangeliũ legeretur dixisse Dominum ad turbas & discipulos suos, Bonus homo de bono thesauro.

Sermo trigesimus quintus, O fratres chariss. recordemur dignitatis regni cœlestis.

Sermo trigesimus sextus, Propitio Christo, fratres charissimi, iam prope sunt dies in quibus messis &c.

Sermo trigesimus septimus, Magnũ mihi gaudium est, fra. chariss. & gratias ago.

Sermo. trigesimus octauus, Dominus Deus noster miserator & longanimis, & mul. mi.

Sermo trigesimus nonus, Iucundabitur iustus in Domino & sperabit in eo. Est super isto verbo Psalmi lxiij.

Sermo quadragesimus, Quoniam, fratres, & coepiscopi nostri præsentia quidem sua nos visitare & exhilarare dignati sunt.

Sermo quadragesimus primus, Cantauimus Domino & diximus. Tibi derelictus est pauper.

A De versu Psalm. ix.

Sermo quadragesimus secundus, Psalmũ vobis, dilectissimi, qui ad Christi baptismum properatis, Est super Psalm. xxij.

Sermo quadragesimus tertius, Ad exhortandas mentes charitatis vestræ de versu Psal. xlix. Deus manifestè veniet.

Sermo quadragesimus quartus, Decorem domus Domini & locum tabernaculi. Est de versu Psalm. xxv.

Sermo quadragesimus quintus, Voce cõsona, corde concordi, pro ipso corde. Est super illud, Cor mundum crea in me Deus.

Ser. quadragesimus sextus, Audiuimus & cõtremuimus qđ in voce Psal. est prophetatũ. Est super illud Psalm. lxvij. Sicut deficit fumus &c.

B Ser. quadragesimus septimus, Quid cantauimus Domino propositũ vobis alloquẽdo. Est de versu Psal. lxxij. Tenuisti manũ dexteram meam, Habitus in basilica Faust.

Ser. quadragesimus octauus, Ego, fratres char. paruas vires habeo. Est in lib. 50. Homil. Homil. xxx. Est sermo de eo quod dicit Isai. Multitudo sacrificiorum vestrorũ: Et de cap. Euangelij, Remittite, & remittetur vobis.

Sermo quadragesimus nonus, Diuina eloquia si nõ negligenter audiamus. Est sermo super eo quod scriptum est in Prouerbiis Salomonis, Si sapiens fueris tibi & proximo tuo, eris &c.

Sermo quinquagesimus, Sancta scriptura, quę modo in auribus vestris lecta est. Est sermo super eo quod scriptum est in eisdem Prouerbiis, Vt

C qui se diuites affectant, nihil habentes &c.

Ser. quinquagesimus primus, Duo sunt quæ in hac vita veluti laboriosa.

Sermo quinquagesimus secundus, Diuinæ lectiones omnes ita sibi connectuntur, tanquam vna sit lectio.

Sermo quinquagesimus tertius, Euãgelica lectio quomodo personuit in auribus nostris.

Quidam libri sermonum beati Augustini certo titulo nominantur, vt est liber quinquaginta Homiliarum, & liber de verbis Domini, ac de verbis Apostoli: Quorum capitula Rubricę sunt sermonum qui sparsim sub alio titulo in diuersis voluminibus habentur. Vnde contingere potest, vt meam quispiam videns allegationem seu quotationem, miretur de titulo, & credat quid singulare forsitan esse. Propterea prædictorũ librorum sermones, quo ad principia saltem, quanquam etiam quo ad materiam egerim, volui hîc specialiter tabulare, vt facilius aduertatur locus, vnde in compilatione suprascripta aliquid excerptum, qui aliter allegando transcribitur, incipiens à libro quinquaginta Homiliarum tali modo.

D

Homilia prima incipit, Vocans genus humanum Spiritus Dei, iubendo quid facere debeamus. Est de versu Psal. xxxiij. Quis est homo qui vult vitam &c.

Secunda, Frequenter, fratres charissimi, cum Psalmista cantamus versiculum illum.

Quinqua

Quinquagesima,& vltima, Apostolum audiuimus nobis dicentem, Legatione fungimur pro Christo &c.

Tabula, siue principia & materia sermonum libri de verbis Domini.

Sermo primus, primi libri est super illud Matthæi, Agite pœnitentiam, appropinquabit regnum cœlorum. Incipit, Euangelium audiuimus,& in eo Dominum.

Secundus, est super illud, Luceat lumen vestrum coram hominibus. Incipit, Solet multos mouere charissimi, quod Dominus noster Iesus Christus in sermone Euangelico &c.

Tertius, est super illud, Qui fecerit sic & docuerit, maximus vocabitur in regno cœlorum. Incipit, Cum nobis pro officio competat dicere, nobis &c.

Quartus, est super illud, Qui dixerit fratri suo fatue. Incipit, Sancti Euangelij capitulum, quod modo cum legeretur, audiuimus.

Quintus, est super illud, Petite & dabitur vobis. Incipit, In lectione sancti Euangelij hortatus est nos Dominus.

Sextus, est de puero Centurionis & eius verbis. Incipit, Audiuimus cum Euangelium legeretur fidem vestram in humilitate laudari.

Septimus, est super illud, Domine sequar te quocunque ieris. Incipit, De cap. Euãgelij quod Dominus donauerit audite.

Octauus, est super illud, Confiteor tibi pater cœli & terræ. Incipit, Sanctum Euangelium cum legeretur, audiuimus exultasse Dominum Iesum in spiritu.

Nonus, est super illud, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati &c. Incipit, Mirum quibusdam videtur, fratres charissimi, cum audiunt Dominum &c.

Decimus, est super illud idem. Incipit, Audiuimus in Euangelio Dominum exhilaratum spiritu.

Vndecimus, est super illud, Qui blasphemauerit in spiritum sanctum. Homilia magna est, & supra inter illos libros adnumeratur sub litera B. Incipit, Magna quæstio est &c.

Duodecimus, est super illud, Aut facite arborem bonam &c. Incipit, Admonuit nos Dominus noster Iesus Christus vt bonæ arbores simus.

Decimus tertius, est vt Dominus super aquas ambulauit, & de Apostolo Petro. Incipit, Euangelium quod recentissimè recitatum est de Domino Christo &c.

Decimus quartus, est de eadẽ re. Incipit, Cum sanctum Euangelium legeretur, audiuimus nauiculam periclitantem. Est etiam inter Homilias supra Homil. xxxiij.

Decimus quintus, est super illud, Si peccauerit in te frater tuus &c. Incipit, Hesterna die sanctum Euangelium admonuit nos.

A Decimus sextus, est de eadem re. Incipit, Admonet nos Dominus noster non negligere &c.

Decimus septimus, est super illud, Si vis venire ad vitam serua mandata. Incipit, Dixit Dominus cuidam adolescenti.

Decimus octauus est de duobus cæcis. Incipit, Verum nobiscum nouit sanctitas vestra.

Decimus nonus, est super illud, Reddite quæ sunt Dei Deo. Incipit, Nonnulli fratres qui militiæ cingulo detinentur &c.

Vigesimus, est super illud, Væ prægnantibus &c. Incipit, Scire debemus & intelligere fratres, quia Christianus dum in hoc corpore &c.

Vigesimus primus, est super illud, De die autem & hora nemo scit. Incipit, Fratres quod audiuistis monentem scripturam atque dicentem.

B Vigesimus secundus, est de decem virginibus. Incipit, Inter parabolas à Domino dictas. Est etiam ille sermo in libro octogesimo tertio quæstionum.

Vigesimus tertius, est de eisdem. Incipit, Hesterno die qui affuistis promissionem nostram tenetis.

Sermones de secundo libro sunt de verbis Euangelij secundum Lucam.

Primus est super illud, Qui vos spernit, me spernit. Incipit, Dominus noster Iesus Christus quod discipulis suis loquebatur &c.

Secũdus, est de diuite & Lazaro. Incipit, Aduertit sanctitas vestra, charissimi fratres, & mecũ vt arbitror tota intentione prospexit.

C Tertius, est de Martha & Maria. Incipit, Verba Domini nostri Iesu Christi quæ modo ex Euangelio recitata sunt.

Quartus, est de eadem re. Incipit, Sanctum Euangelium cum legeretur &c.

Quintus, est super illud, Domine doce nos orare. Incipit, Apostoli sancti dicebant ad Dominum Iesum, Doce nos orare.

Sextus, est super illud, Quis nostrum amicum habet. Incipit, Audiuimus nos exhortatum Dominum nostrum cœlestem magistrum.

Septimus, est super illud, Nunc vos Pharisæi quod foris est lauatis. Incipit, Audistis sanctum Euangelium, quomodo Dominus Iesus in eo quod Pharisæis.

D Octauus, est de arbore ficulnea. Incipit, De arbore ficulnea quæ triẽnium habebat & fructum non afferebat.

Nonus, est super illud, Cõtendite intrare per angustam portam. Incipit, Tria sata farinæ, de quibus Dominus loquitur.

Decimus, est super illud, Homo quidam fecit cœnam magnam. Incipit, Lectiones sanctæ præpositæ sunt, & quas audiuimus, & de quibus &c.

Vndecimus, est super illud. Homo quidam habuit duos filios. Incipit, In lectione Euangelica quam audiuimus.

Duodecimus, est super illud, Facite vobis amicos de mammona. Incipit, Quod admonemur admonere debemus. Iste sermo est quarta Homil. supra.

Decimus tertius, est de iudice, qui nec Deum timebat. Incipit, Lectio sancti Euangelij ædificat nos ad orandum & credendum.

Decimus quartus, est de eo qui incidit in latrones. Incipit, Gaudere nos Apostolus præcepit, sed in Domino, sed non in sæculo.

Decimus quintus, est de verbis Apostoli magis quam de verbis Domini: quia super illud, Oportet omnes manifestari ante tribunal Christi. Incipit, Omnium Christianorum spes.

Sermones de tertio libro, sunt de verbis Domini, secundum Ioannem.

Primus est super illud, In principio erat verbum. Et est contra Arrianos. Incipit, Capitulum Euangelij quod lectum est.

Secundus, est super illud, In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Incipit, Dominus noster Iesus Christus venit ad homines & abscessit ab hominibus.

Tertius, est de Nathanaële cui ait Christus, Cum esses sub ficu. Incipit, Quod dictum est audiuimus à Domino Iesu Christo Nathanaëli. Fi. bene intelligamus &c.

Quartus est de nuptiis factis in Cana Galileę. Incipit, Scitis fratres in Christum enim credentes didicistis &c.

Quintus, est de infirmo iacente ad piscinam. Incipit, Reuerendissima in auribus nostris sonuit Euangelica lectio.

Sextus est super illud, Si ego testimonium perhibeo de me. Incipit, Audiuimus verba sancti Euangelij & hoc potest aliquem promouere.

Septimus de tribus mortuis quos Dominus suscitauit. Incipit, Miracula Domini & saluatoris nostri Iesu Christi, omnes quidem audientes &c.

Octauus, est super illud, Scrutamini scripturas &c. Incipit, Ad Euangelicam lectionem, quæ recens sonuit in auribus vestris aduertat charitas vestra.

Nonus, est super illud, Qui manducat carnem meam &c. Incipit, Sicut audiuimus cũ sanctum Euangelium legeretur.

Decimus, est de muliere deprehensa in adulterio. Incipit, Meminit charitas vestra sermone pristino ex occasione lectionis Euangelij &c.

Vndecimus, est super illud, Si manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis. Incipit, Nouit charitas vestra omnes nos vnum magistrum habere.

Duodecimus, est de pastore mercenario & fure. Incipit, Non ignorat fides vestra, charissimi, & ita vos didicisse nouimus &c.

Decimus tertius, est super illud. Ego sum pastor bonus. Incipit, Audiuimus Dominũ Iesum commendantem nobis boni pastoris officium.

Decimus quartus, est super illud, Ego & pater vnum sumus. Incipit, Dominus Deus Iesus filius Dei vnicus, natus de Deo patre sine aliqua matre &c.

Decimus quintus, est de Lazaro quatriduano. Incipit, Licet omnes virtutes quas in terris Dei filius maiestatem suam proditurus impleuit.

Decimus sextus, est super illud, Qui credit in me, credit in eum qui me misit. Incipit, Hoc admonuit Dominus cum Euangelium legeretur, quoniam qui credit in eum &c.

Decimus septimus, est super illud, Ego sum via veritas & vita. Incipit, Erigunt nos Diuinæ lectiones ne desperatione frangamur. Est in libro quinquagesimo Homiliarum, Homilia trigesima quinta.

Decimus octauus, est super idem. Incipit, Inter cætera cum sanctum Euangelium legeretur audistis.

Decimus nonus, est super illud, Verba quæ ego loquor, à meipso non loquor. Incipit, Audite auribus, accipite mentibus dilectissimi loquẽtibus quidem nobis &c.

Vigesimus, est super illud, Pacẽ meam do vobis. Incipit, Domini vox est fratres charissimi, Pacem meam do vobis.

Vigesimus primus, est super illud. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Incipit, Accepimus fratres verba Domini dicentis ad discipulos suos.

Vigesimus secundus, est super illud, Ego sum vitis, vos palmites. Incipit, De sancto Euangelio præsenti consonantem similitudinem audistis.

Vigesimus tertius, est super illud, Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Incipit, Medicina omnium animæ vulnerum, & vna propitiatio.

Vigesimus quartus, est super illud, Arguet mundum de peccato. Incipit, Cum Dominus & saluator noster Iesus Christus de aduentu spiritus sancti.

Vigesimus quintus, est super illud, Petre amas me. Incipit, Lectione hodierna animaduertit charitas vestra dictum esse.

Vigesimus sextus, est de vna Trinitate trináue vnitate. Incipit, Euangelica lectio proposuit nobis vnde loquamur ad charitatem vestram.

Vigesimus septimus, est super illud, Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est quãdo mortui &c. Incipit, Spes nostra fratres, non de tempore isto, neque de hoc mundo est.

Vigesimus octauus, est de scripturis veteris & noui testamenti contra Arrianos. Incipit, Sancta & Diuina eloquia, fratres, iugiter, imò quotidie vobis salubriter.

Sermones libri de verbis Apostoli.

Quorum primus est super illud, Cum timore &

re & tremore vestram ipsorúmque salutem. Incipit, Audiuimus veracem magistrum Diuinum redemptorem.

Sermo secundus, est super illud, Spiritu ambulate. Incipit, Si consideremus, fratres, ante gratiam Domini quid fuerimus, & per gratiam Domini quid esse cœperimus.

Tertius, est super illud, Cum essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legē sunt, &c. Incipit, Audiuimus concorditérque respondimus, & Domino nostro consona voce cantauimus.

Quartus, est super illud, Lex peccatū est? Absit. Incipit, Hesternam lectionem de sancti Apostoli Pauli Epistola, qui sermoni affuistis, audistis.

B Quintus est super illud, Ego ipse mente seruio legi Dei, &c. Incipit, Hesterna lectio sancti Apostoli eo vsque terminata est.

Sextus, est super illud, Peto non infirmari in tribulationibus meis pro vobis. Incipit, Apostolum audiuimus, Psalmum audiuimus, Euangelium audiuimus.

Septimus, est super illud, Humanus sermo, & omni acceptione dignus. Incipit, Audiuimus beatum Apostolum Paulum dicentem, humanus sermo &c.

Octauus, est super illud, Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Incipit, Quod lectum est modo de sancto Euangelio hoc & Paulus Apostolus dicit.

Nonus est super illud idem. Incipit, De Diuinis lectionibus quod Dominus admonere dignatur, intenti audite fratres. C

Decimus, est de Psalmo nonagesimo quarto, & super illud Apostoli. Si enim data esset lex quæ posset viuificare. Incipit, Psalmus quem cantauimus Domino Deo & nos inuicem exhortati sumus.

Vndecimus est super illud, Scimus enim quia lex spiritualis est. Incipit. Sine dubio, fratres, grauem & grandem sarcinam, & graue iugum iniquitatis vitare.

Duodecimus, est iterum super illud, Si enim data esset lex quæ posset, &c. Incipit, Verbi Dei altitudo exercet studium, non denegat intellectum.

Decimus tertius, est de baptismo paruulorum contra Pellagianos. Incipit, Natale sancti Ioannis inter cætera quæ dicenda videbantur. D

Decimus quartus, est super illud, Non enim sumus circuncisio qui spiritui Dei seruimus. Incipit, Ad Apostolicam lectionem aures & animum intendat societas vestra.

Decimus quintus, est super illud, Si Dominus pro nobis quis contra nos. Incipit, Apostolum audiuimus exhortantem & confirmantem nos.

Decimus sextus est super illud, Humanum dico propter infirmitatem carnis nostræ. Incipit,

A Hesterno die de iustificatione nostra quæ nobis à Domino.

Decimus septimus, est super illud, Nescitis quia corpora vestra membra sunt Christi. Incipit, Apostolum audiuimus cum legeretur corripientem & coërcentem.

Decimus octauus, est super illud, Non sic pugno quasi aërem verberans. Incipit, Beati Apostoli Epistola cum legeretur, de constituendis Episcopis.

Decimus nonus, est de Psalmo nonagesimo quinto, & de verbo Apostoli, Cuius vult miseretur Deus. Incipit, Quomodo ianua introducit in domum, sic titulus psalmi &c.

Vigesimus est super illud. Inuicem onera vestra portate. Incipit, Quia lex veteris testamenti, scilicet custodita, timorem habebat.

Vigesimus primus, est super illud, Inuicem onera vestra portate. Incipit, Omnes nos per Apostolum admonet veritas.

Vigesimus secundus, est super illud, Spe salui facti sumus. Incipit, Apostolum dixisse meminit sanctitas vestra, fratres charissimi, Spe salui facti sumus.

Vigesimus tertius, est super illud, Videte quomodo cautè ambuletis. Incipit, Apostolum cum legeretur audistis, imò omnes audimus dicentem nobis.

Vigesimus quartus, est de Actibus Apostolorum, Quotquot erant possessores agrorum, &c. Incipit, Legimus in libro qui Apostolorum actibus ascribitur.

Vigesimus quintus, est de eodem libro, vbi Petrus & Ioannes ascenderunt in templum. Incipit, Post resurrectionem Christi, quorum operum patrocinio prædicatio Apostolorum muniatur.

Vigesimus sextus, est de Epistola beati Petri Apostoli super illud, Audiuimus vocem delatam de cœlo. Incipit, Initium bonæ vitæ cui etiam æterna debetur.

Vigesimus septimus, est super illud Epistolæ Iacobi, Ante omnia nolite iurare. Incipit, Prima lectio quæ nobis recitata est. Allegatur sermo de periurio.

Vigesimus octauus, est super illud primæ Ioānis, Si dixerimus quia peccatum non habemus. Incipit, Beatissimus Ioannes Apostolus salubriter & veraciter scribens &c.

Vigesimus nonus, est super illud eiusdem Epistolæ. Si dixerimus quia peccatum non habemus &c. Incipit, Quando Ioannes Apostolus legebatur, audiuimus loquentem per eum spiritum sanctum.

Trigesimus, est super illud eiusdem Epistolæ. Omnis spiritus qui non confitetur ipsum in carne venisse &c. Et est sermo contra hæreticos. Incipit, Vestræ charitatis expectatio, mei debiti exactio est.

Trigesi-

Trigesimus primus est super illud Apostoli Pauli, Vt non contristemur de dormientibus. Incipit, Admonet nos beatus Apostolus, vt de dormientibus, hoc est mortuis charissimis nostris.

Trigesimus secundus est de defunctis & resurrectione mortuorum. Incipit, Quando celebramus dies fratrum defunctorum, in mente habere debemus &c.

Trigesimus tertius, est sermo allegatus supra libro secundo, de verbis Domini, sermone decimo quinto, qui incipit, Omnium Christianorum spes fratres charissimi in futurum tempus extenditur.

EXPLICIT tabula omnium Epistolarum, Librorum, Tractatuum, Homiliarum, siue sermonum, quia Homilia idem est quod sermo, quos perlegi, & pro hac compilatione excerpsi: quorum omnium si quis haberet notitiam, puto eum posse aduertere velut de mari stillam, ita me de magno aceruo granum modicum elegisse: & nedum milleloquium, sed, vt ita loquar, infinitiloquium facere potuisse.

Hoc mihi cum talibus libuit concludere metris,
Ingenij fontes, & prata virentia circum,
Augustine tui raptus amore, feror.
Si labor hîc requiem populo præstare nepotum
Forte queat: labor hic est mihi grata quies.
Hinc sibi posteritas stillas studiosa salubres
Hauriat: hinc cupidè florea serta legat.

FINIS.

REGESTVM,

†a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Ab Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vv AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO, Omnes sunt terniones, præter a, & Vv qui sunt quaterniones.

LVGDVNI,
Sumptibus Sennetoniorum fratrum,
Excudebat Matthias
Bonhomme.

F. 4

S. AUGUSTINUS

MILLELOQUIUM VERITATIS


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm